Caja 11
Arid 7ª
Vol 25

CHRYSOSTOMI

IAVELLI

CANAPICII,

ORDINIS PRÆDICATORVM,

Philosophi & Theologi longè eruditissimi Operum omnium, hac postrema editione longe correctissimorum,

TOMVS SECVNDVS.

Qui quid contineat, sequens pagina indicabit.



del collegio de.ª Carbolina
BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

LVGDVNI,
APVD SYMPHORIANVM BERAVD.

M. D. LXXX.

IN SECVNDO TOMO
hæc inſunt.

Epitome in Ariſtotelis decem Ethicorum libros.	*fol.3*
Epit.in eiuſdem Politicorum libros octo.	*154*
Epit.in eiuſdem Oeconomicam.	*263*
Epit.in Moralem Platonis Philoſophiam.	*277*
Epit.in Politicam Platonis.	*327*
De Chriſtiana Philoſophia.	*378*
De tribus Theologicis virtutibus & quatuor moralibus. Pars 2.	*387*
De ſeptem vitiis capitalibus. Pars 3.	*478*
De ſeptem donis Spiritus Sancti. Pars 4.	*535*
De ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Pars 5.	*552*
Ee Operibus Chriſtianis. Pars 6.	*602*
De ſeptem Beatitudinibus. Pars 7.	*617*
De ſummo Bono. Pars 8.	*633*
Diſpoſitio Politicæ ſiue Chriſtianæ Philoſophiæ, cuius eſt primus Tractatus de Chriſtiana ciuitate.	*666*
De optimo Principe. Tract.2.	*673*
De ciuili conſilio. Tract.3.	*699*
De iudicio ciuili. Tract.4.	*703*
Qualis eſſe populus Chriſtianus erga principem debeat, & quæ ſint principis in populo regendo partes. Tract.5.	*708*
De legibus quibus eſt regendus Chriſtianus populus. Tract.6.	*712*
Oeconomica Chriſtiana, cuius eſt primus Tractatus de Domo & illius partibus in communi.	*718*
De prima communitate domus. Tract.2.	*722*
De munere parentum in liberis educandis & vniuerſa familia regenda. Tract.3.	*732*
De regimine filiarum nubilium. Tract.4.	*746*
De regimine ſeruorum. Tract.5.	*749*
De poſſeßione patrisfamiliàs. Tract.6.	*754*
De diſpoſitione ædificiorum. Tract.7.	*763*

EPITOME IN DECEM LIBROS ETHICORVM ARIST.

MAGISTRI CHRISOSTOMI IAVELLI CANAPICII, ORDINIS PRÆDICATORVM PHILOSOPHIÆ ET SACRÆ THEOLOGIAE PROFESSORIS.

PROOEMIVM.

POSTQVAM per Epitomata digesta & ordinata fuerunt à me quæ scripsit Aristo. in 8.li.de Physica Auscultatione, in quatuor lib. de Cœlo, in duobus de Generat.& Corrupt.in tribus Meteor.relicto quarto,in tribus libris de Anima, in Paruis Natur. in tota sua Metaphysica,decreui hac mea maturiori ac senili ætate epitomaticè resoluere totalem eiusdem sententiam & intentionem in scientia morali,quam partitus est in Ethicã, Politicam,& Oeconomicam.Ethicam quidem in decem libros,Politicam in octo partitam habemus, Oeconomicæ autem non nisi duos habemus libros.

Moralis scientia ad quã Philosophia partẽ spectat.

Verùm priusquàm disponamus contenta in specie in vnoquoque Ethic.lib.tria vt præuia toti negocio Philos.moralis præcõsideranda sunt.Primò sub qua Philosophiæ parte moralis doctrina locanda est.Secundò quod sit eius subiectum,circa quod versari debet. Tertiò vnde sumenda est eius sufficientia,qua diuidi solet in Ethicam, Politicam, & Oeconomicam,& non in plures nec in pauciores.

Pro euidentia primi aduerte vniuersalem Philosophiæ siue scientiæ diuisionem sic formari,Scientiarum, quædam speculatiua,quædam practica: quid sit speculatiua & quid practica & quis earum finis iam declarauimus in lib. 2. Metap.& in 6.& præsertim in 6.lib.Metap.in Quæst. nostris, & tu vide illic. Speculatiuæ prima diuisione diuiduntur in speculatiuas rationales& speculatiuas reales.Est autem speculatiua rationalis quæ versatur circa ens in anima, quod dicitur ens rationalis,eò quòd non habet esse nisi in intellectu,de quo ad plenum determinauimus in Tract. nostro de Transc.qui est præuius Metaph.& tu vide illic. Speculatiua aũt realis ꝓ subiecto habet ens reale, quod,qd & quale & quotuplex sit,vide in eodẽ Tract. de Transc. in declaratiõe distinct.qua distinguitur ens in ens reale & ens rationis.

Speculatiuæ rationales diuidũtur in Grãmaticã,Rhetoricã,Poëticã,& Logicã.Grãmatica versatur circa ens rõnis congruum & incongruũ. Rhetorica circa ens rationis ornatum & inornatum.Poëtica circa ens rationis delectatiuũ & contristatiuũ.Logica circa ens rationis verũ & falsum.

Speculatiuę reales diuiduntur in Physicam,Mathematicam & Metaphysicam,de cuius diuisionit sufficientia diximus in lib.6.Metap.q.Physica versatur circa ens contractũ ad materiam sensibilem,quod dicitur ens mobile, siue ens naturale.Mathematica versatur circa ens abstractum secundùm rationem, i.diffinitionem à materia sensibili, & dicit ens quantum,siue quantitas cõtinua de qua est Geometria, siue discreta,de qua est Arithmetica. Metaphysica versatur circa ens abstractum à materia sensibili & intelligibili & secundùm diffinitionem & seeũdùm esse,qualis est Deus& intelligentiæ,de quibus iam probatum est in lib.12. Metap. quòd sunt immateriales, æternæ,& sine omni magnitudine

Quomodo autem diuidatur Physica in species suas siue in partes subiectiuas,vt in sciẽtia libri de Cœlo, & de Generat.& de Meteoricis,& de Anima,& de Miner. & de Vegetab.& de Animalibus,iam diximus in Epito.nostra, in principio 1.lib.de Physica Auscultatione,& tu vide illic.

Practicæ prima diuisione diuiduntur in actiuas & factiuas. Nam cùm omnis practica scientia versetur circa opus, quod est alterius potentiæ ab intellectu, regulabile tamen per opus intellectus, vt iam diximus in libr. 6.Metaph.in q.nostris, aduerte quòd opus humanum regulabile per intellectum est duplex:quoddam est intrinsecum ipsi operanti, & est perficiens suum agens, & dicitur actio immanens: quoddam est extrinsecum ab operante, & est perficiens operatum siue patiens,& dicitur actio trãsiens, quia non remanet in operante sed tranſit in materiam exteriorem quam perficit operans dum agit circa illam. Quid sit actio immanens & transiens, & quomodo differunt, iam diximus in lib.9.Metaph. in q. nostris.actiones immanẽtes in Deo & intelligentiis,sunt intelligere & velle.In homine sunt actionespartis sensitiuę tam exterioris,vt videre, audite,&c.q̃ interioris,vt imaginari,cogitare &c.&partis appetitiuę sẽsitiuę,vt amare,desiderare delectati,irasci,&c.& partis intellectiuæ vt simpliciter intelligere, propositiones formare,syllogizare:& partis volitiuę,vt velle,eligere,frui, &c.Actiones transeuntes in Deo & intelligentiis sunt mouere corpora cœlestia,producere & cõseruare entia modo debito naturæ suæ.In homine sunt actiones quibus exercentur artes seruiles,vt ædificare,texere,agros colere,exercitum struere,&c.

Practicæ actiuæ versantur circa opus immanens,quoniã in homine opus immanens, quod est alterius potentiæ ab intellectu,vt opus appetitus;sensitiui,& opus voluntatis est regulabile per rationem,vt bene & laudabiliter fiat,& etiã per oppositum.

Practicæ factiuæ versantur circa opus transiens, quod etiam in homine est regulabile per rationem, & per habitum artis,quo artifex per debita media rectè attingit artificiatum.

Practicę actiuæ dicũtur scientię morales,quę versantur circa actiones humanas regulabiles per rationem, ex quibus homo moraliter dicitur fieri bonus aut malus, & ex quibus meretur laudem, aut vituperiũ,pręmiũ, aut pœnã.


Practicę factiuę dicũtur artes illiberales siue seruiles, eò quòd magis deseruiunt corpori quàm animę. Est enim in nobis corpus vt pars seruilis,anima autem vt pars dominatiua loquendo ex natura rei. Vulgò aũt dicuntur artes mechanicę,quia magis distrahunt & deprimunt in nobis intellectũ quàm perficiant & eleuẽt ad per se speculabilia.

Practicę actiuę diuiduntur in Ethicam,Politicam, id est ciuilem & Oeconomicam,id est, domesticam siue familiarẽ,quarum sufficientiam declarabimus infrà.

Practicę factiuę diuiduntur in septem artes mechanicas,quarum notitia & vsus satis patet in vulgo. Nec de his habemus considerare in negotio morali. Illę enim neque bonum neque malum moraliter faciunt artificem,nisi propter bonum aut malum suę artis vsum.

Ex prædictis diuiſionibus patet q̃ moralis doctrina ſub Philoſophia reali practica actiua locatur: & quidem q̃ ſub practica, patet, quoniam vt dicemus infrà, finis huius ſcientiæ nó eſt tantùm ſcire, ſed bene operari. Vnde dicit Ariſt. in 1. Ethic. Hoc negocium non eſt vt ſciamus, ſed vt boni efficiamur. Quod aũt ſub practica actiua & non ſub factiua, conſtat ex eo quòd verſatur circa actiones humanas immanẽtes regulabiles ſecundũ rationem rectã, vt ſint rectæ & laudabiles, quod magis in ſequentibus manifeſtabitur. Omnium quas fecimus diuiſionum figura patet infrà.

ARBOR DIVISIONIS SCIENTIARVM.



Moralis ſcientiæ ſubiectũ ſunt humanæ actiones, vel homo ſecundùm rationem & mentem ſa-nabilis.

Quantùm ad ſecundum, ſ. quod ſit eius ſubiectũ, aduerte, quòd ſecundùm Commẽt. in Prooemio ſuper octauũ lib Phyſic. ſunt actiones voluntarię ſecũdum B. Tho. in Prooemio 1. lib. Ethic. eſt operatio humana ordinata in finem, vel homo prout eſt voluntariè agens propter finẽ. Vocat autẽ operationẽ humanã, quæ à voluntate libera procedit ſecũ cùm q̃ dictat ratio & intellectus: vnde operationes hominis, quæ non ſubiiciuntur voluntati & ordini rationis, non dicuntur humanæ, ſed naturales vt operationes partis vegetatiuæ. Nã hæc pars nullo modo eſt rationalis, nec eſſentialiter, nec participatiuè, vt declarabitur infrà. Quas ergo comment. dicit actiones volũtarias, B. Tho. appellat humanas.

manas: & ſic concordant in poſitione ſubiecti huius ſcientiæ. Ratio autem propter quam actio humana, ſiue homo i voluntariè agens propter finem eſt hic ſubiectum, eſt hæc: Scientia moralis inuenta eſt non vt homo fiat ſciens, ſed vt fiat bonus & probatæ vitæ, & conſequatur felicitatem, cuius ſolus homo inter entia inferiora eſt receptiuus: ſed non fit bonus propter actiones naturales. Nam vt infrà dicet Phil. neque naturalis actio, neque violenta meretur laudem aut gloriam neque fit bonus ſed perfectus ſecũdùm intellectum propter actiones merè intellectuales. Nihil enim prohibet ſcientiſsimum Phyſicum aut Mathem. agere turpia aut iniuſta, ergo fit bonus propter actiones quarum eſt dominus. Illæ autem ſunt à voluntate libera ſiue elicitæ ſiue imperatæ, quæ proprio ſignificato dicuntur humanæ ſiue voluntariæ: ergo ſcientia moralis conuenienter verſatur circa huiuſmodi actiones, vel circa hominem voluntariè & liberè agentem propter finem, ſcilicet, ab intellectu præcognitum & voluntati præſentatum vt bonum, & perfectum hominis appetentis.

Tu tamen aduerte quòd aliqui ponunt ſubiectum huius ſcientiæ & præcipuè in Ethic. hominem ſecundùm mentem ſanabilem. Arbitrantur enim quòd ſicut homo ex intemperantia humorum infirmatur corpore, ſic ex inordinatione & perturbatione paſsionum humanarum, quæ ſubiectiuè ſunt in appetitu ſenſitiuo (de quibus iam determinauimus in Epit. noſtro ſuper tertium de Anim.) infirmatur animo & declinat ad vitam brutorum, quæ phantaſia & imaginatione, & ſolo paſſionum impetu operantur. Sicut igitur homo vt curetur corpore medicinis naturalibus indiget, propter quarum cognitionem & directionem & applicationem ſecundùm exigentiam ægritudinis inuenta eſt ars medicandi ſic vt homo curetur mente, quod quidem non erit niſi paſsiones moderentur & regulentur, & ſecundùm eas operetur homo non vt inſurgunt, ſed vt recta ratio imperat: neceſſe fuit inuenire Philoſophiam moralem cõſideratiuam medicaminum, quibus paſſiones noſtræ adæquentur & conformentur rationi. Medicamina autẽ huiuſmodi ſunt habitus virtutum moralium, vt dicemus infrà, cùm loquemur de temp. & fortit. &c. Sicut igitur ars medendi pro ſubiecto habet corpus ſanabile & ægrotatiuum: quia eſt eadem ſcientia oppoſitorum ex 9 Metaph. ſic non incongruè ſcientia moralis habet pro ſubiecto hominem ſanabilem & ægrotatiuum ſecundùm mentem.

Moralis Philoſophiæ partes.

Quantum ad tertium aduerte quòd homo voluntariè agens propter finem dupliciter conſiderari poteſt: primò ſecundùm ſe & vt per voluntatem & intellectum ordinat ſeipſum in vltimum & optimum finem, qui dicitur felicitas: ſecũdò vt eſt pars multitudinis quã iuuat & à qua iuuatur in his, q̃ ſunt hominib⁹ neceſſaria. Nullus enim ſibi ſoli ſufficit, ſed ſicut in membris corporis vnũ alteri cõfert, ita in hominibus vnus alterum iuuare poteſt. Multitudo autem cuius homo eſt pars, duplex eſt, ſcilicet, familia ſiue domus & ciuitas, quæ ſic differunt: Homo qui eſt animal naturaliter ſociabile indiget aliquib. fine quibus vita præſens tranſigi non poteſt, vt generatione, nutrimento, veſtitu, habitatione defenſiua ab aëris intemperie. Indiget etiam aliquibus, vt non ſolùm viuat ſed & bene & ſufficienter viuat. Ratione primi inſtituta eſt multitudo domeſtica ſiue familia: in qua omnes ſe inuicem iuuant in neceſſariis vitæ: & dicta eſt familia quia vnuſquiſque modo ſuo deſeruit alteri. Hanc multitudinem domus, vt dicit Ariſt. in 1. Polit. Charundas appellat homoſyphices, quaſi vnius pulmenti, quia communicant in vna menſa & vno cibo. Epimenides autẽ Cretẽſis appellat homocapnos quaſi vnius fumi, quia ſedent ad eundem ignem. Ratione ſecundi inſtituta eſt ciuitas quę conſtat ex pluribus vicis. Vicus autẽ ex pluribus domibus, vt declarat Phil. in 1. Polit. vbi inquit, Quę autẽ ex pluribus pagis conficitur ſocietas, ciuitas eſt, quæ quidem, vt ita dixerim, totius ſufficientię finem habet, conſtituta quidem gratia viuendi, exiſtens autem benè viuendi gratia. Et aduerte quod duo requiruntur ad ciuitatem propriè dictam. Primò quod ſit communitas perfecta. Eſt autem perfecta communitas, in qua inueniuntur omnia vitę humanæ neceſſaria. Hac de cauſa conſtat ciuitas ex multis vicis, vt in eis exerceantur diuerſę artes, quibus parantur vitæ neceſſaria. Secundò quòd ſit cauſa vt homo non ſolum habeat ſufficientiam pro vita corporali, ſed vt tutè & pacificè & ſtudioſè viuat. Hac de cauſa quamlibet ciuitatem oportet habere leges & publicam poteſtatem, quibus coërceantur mali, & boni defenſentur, ordinéturque ciuium vita ad virtutes.

Ex hac diſtinct. ſic aſsignatur ſufficientia diſtinctionis Philoſophiæ moralis in Ethicam, Politicam & Oeconomicam. Vt homo bene ſe regat & ordinet in optimum finem inuenta eſt Ethica, quæ & monoſtica dici conſueuit, quaſi ſcientia vnius. In qua cognoſcet homo & diſcet quomodo paſsiones moderandæ ſunt per morales habitus, quomodo ad proximum ſe habeat per iuſtitiam & prudentiam & amicitiam honeſtam. In quo vera conſiſtat humana felicitas pro hac vita poſsibilis haberi. Vt homo ſciat quomodo ſe habeat in domo, quomodo in familia viuendum, quid ad progenitores ſpecter, quid ad virum, quid ad vxorem, quid ad liberos, quid ad ſeruos, quis curare habeat intrinſeca domus, quis extrinſeca: inuenta eſt Oeconomica, ideſt, ſcientia. De domeſtica multitudine, Vt homo ſciat quomodo viuendum in ciuitate ſiue preſidens ſiue ſubiectus, quæ partes debeant inſtitui in ciuitate, quæ artes, quæ diſciplinæ, quæ leges, quæ pœnę, quę prę mia, quis finis, ad quem obtinendum ſemper contendant ciues inuenta eſt Politica, quę & Ciuilis ſcientia appellari conſueuit, ad quam & Ethica & Oeconomica, vt ad principaliorem & architectonicam ordinantur, vt dicemus. Patet igitur quàm rationabiliter partitur ſcientia moralis in Ethicam, Oeconomicam & Politicam, ex quibus prima in ordine eſt Ethica. Ordine dico doctrinæ. Nam qui ſeipſum ignorat & animum per virtutem excolere non didicerit neque in multitudine domeſtica neque ciuili laudabiliter conuiuere poterit. Politica autem dignitate & perfectione prima eſt, ideo vltima erit in doctrina: ſicut & Metaphyſica inter ſcientias reales ſpeculatiuas.

Politicæ vſus.

Expeditis his quæ vt deſeruientia toti negotio morali prę conſideranda erant, aduerte quòd ſumma ſententię Ariſtotelis in decem libris Ethicæ hęc eſt.

In 1. lib. pertractat de vltimo & optimo fine rerum humanarum, gratia cuius agit homo quęcunque voluntariè agit, & communi nomine appellatur Felicitas.

In 2. lib. agit de medio quo poteſt homo ad optimum illum finem pertingere, quod quidem medium eſt virtus moralis, ideo de virtute morali in communi & generaliter pertractat in lib. 2. antequam deſcendat ad virtutes morales in ſpecie.

In 3. lib. agit de cauſis & principiis exiſtentibus in nobis, à quibus proueniunt actus virtutum moralium, vt de voluntario & inuoluntario, & de electione & eligibili. de conſilio & conſiliabili, de voluntate & voluntabili. Quibus expeditis agit de duabus virtutibus moralibus in ſpecie, ſcilicet de fortitudine & temperantia.

In 4. lib. proſequitur conſiderationem ſpecialem de aliis habitibus moralibus vſque ad conſiderationem de iuſtitia excluſinè. In hoc autẽ 4. pertractat de liberalitate, & vitiis ei oppoſitis. De magnanimitate & vicio ſibi oppoſito. De manſuetudine & vitio ſibi oppoſito. De affabilitate quę licet non ſit amicitia propriè dicta: tamen illi aſsimilatur, & de vitio ei oppoſito. De veracitate & vitio ei oppoſito. De eutrapelia & vitio ei oppoſito. De verecundia, quę potiùs eſt laudabilis paſsio quàm virtutis habitus.

In libr. 5. agit de iuſtitia propriè dicta, & de ſpeciebus ſuis: & de epeieicria, quę eſt virtus dirigens communem iuſtitiam, & poteſt dici ęquitas, & de iuſtitia impropriè dicta.

In lib. 6. agit de habitibus intellectualibus, i. qui ſunt ſubiectiuè in intellectu: vt de ſcientia, de arte, de prudentia, de

intellectu qui eſt habitus primorũ principiorũ, de ſapientia: de prudẽtia politica, de eubulia, i. virtute bene cõſiliatiua, de ſyneſi, i. virtute bene iudicatiua, & de aſyneſi quã appellare poſſumus hebetudiné iudicij, & de euſtochia, & gnome: quæ quales habitus ſint dicemus in lib. ſexto.

In lib. 7. pertractat de incõtinentia & mollicie & de cõtinẽtia ac perſeuerãtia, & de delectatione ac triſtitia corporali, vt de materia circa quam verſantur prædicti habitus.

In 8. lib. pertractatur de amicitia, & de omnib⁹ ſpeciebus amicitiæ, ſiue ſit inter perſonas æquales ſiue inæquales: præcipuæ autem ſpecies ſuæ ſunt, amicitia vtilis & delectabilis & honeſta.

In lib. 9. agit de proprietatibus amicitiæ quomodo conſeruatus & diſſoluitur.

In lib. 10. agit de delectatione & felicitate, quæ eſt optimus finis in rebus humanis. Nã cõſideratiné de felicitate quã inceperat in cõmuni in 1. lib conatur cõplere & terminare in lib. 10. Incepit aũt determinare de felicitate in 10. lib. vt excitaret humanũ deſideriũ ad acquirendũ virtutes morales, vt media ad felicitaté. Nã cùm omnes velint eſſe felices, vana eſſet hæc voluntas, niſi velint media, ſine quib⁹ illa nõ acquirit. Quicũq; 3. n. efficaci deſiderio fertur in finé: neceſſe eſt vt priùs ferat in media ordinata ad finé.

Poſita in cõmuni tota ſentẽtia Ariſt. de cõtentis ac pertractatis in 10. lib. Ethic. deſcendendum eſt ad reſolutionẽ particularem eorum, quæ pertractantur in 1. libr.

Tu igitur aduerte q̃ ſuper 1. lib. in quo pertractat Ariſt. de optimo fine rerũ humanarũ qui dicit felicitas: ſunt formãdi 4. Tract. in quibus totã mentẽ Ariſt. complectemur.

In 1. Tract. inueſtigatus ſi in rebus humanis datur vnus vltimus & optimus finis cui ſubordinantur omnes alij fines, & qui dicitur felicitas.

In 2. inueſtigatur in quo conſiſtat vel non conſiſtat felicitas, & quid ſit.

In 3. inueſtigatur à qua cauſa ꝓuenit homini felicitas, an à fortuna vel à Deo, vel ab operibus noſtris, & quis ex hominibus poteſt eſſe ſubiectũ receptiuũ felicitatis, & in quo tempore, ân ante mortẽ, vel in morte, vel poſt mortem.

In 4. declarabitur quale bonum eſt felicitas, & ponetur diuiſio partium & potentiarum animæ, non abſolutè, hoc enim iam factũ eſt in li. de Anima: ſed vt opportunũ eſt negotio morali, vt ſ. ſciamus quæ pars & potentia animæ eſt ſubiectũ felicitatis & virtutis moralis ac intellectualis.

TRACTATVS PRIMVS SVPER I. libr. Ethicorum, De optimo Fine humanarum operationum, in tria capita diuiſus.

TRactatum primũ diuidimus in 3 cap. In 1. probatur q̃ in rebus humanis eſt aliquis finis, qui habet rationẽ boni, & aliquis q̃ habet rationẽ melioris boni, & aliquis qui habet rationem optimi boni, & eſt vltimus, ad quẽ ordinãtur & propter quem diſiderantur oẽs alij fines, & ille non ordinatur ad vlteriorem, ſed eſt terminatiuus omni deſiderij, & in eo ſolo quieſcit humanus affectus, & dicit Felicitas. In 2. probatur, q̃ opportunũ eſt homini cognoſcere talẽ vltimũ & optimũ finẽ & q̃ ad ſcientiã moralẽ ſpectat de tali fine conſiderare. In 3. declaratur quis modus ſeruandus eſt in ſcientia morali in conſiderando de vltimo fine tam ex parte docentis quàm ex parte auditoris ſiue addiſcentis.

CAPVT PRIMVM.

In agibilibus ab homine reperiri neceſſarium eſt vnum vltimum finem, ad quem omnes alij fines ordinantur.

IN 1. cap. tria ordinatè probãtur. Primò quòd in rebus humanis datur aliquis finis bonus. Secũdò quòd datur melior. Tertiò quòd datur optimus qui eſt vltimus.

Primum ad intentionẽ Ariſ. ſic probatur, In omni actione humana, quæ procedit ex voluntate & ratione præcognoſcente, homo operatur aut ex arte, aut ex doctrina, aut ex electione, aut ex actu, i. exequendo electionem factam. Sed omnis ars, & omnis doctrina, & omnis electio, & omnis actus executiuus electionis, bonum quoddam appetere videntur, vt finem quem intendunt acquirere: ergo in rebus & in actionibus humanis datur aliquis finis, qui habet rationem boni, aliter homo nunquam aut vanè operaretur: finis enim mouet agentem. Maiorquidem huius rationis ſic manifeſtatur, Dictum eſt in 3. lib. de Anima, q̃ in homine duo ſunt principia ex quibus operatur vt homo, ſ. intellectus & appetitus intellectualis, qui dicitur voluntas: intellectus aũt ex 3. de Anima, & ex 6. Meta. diuiditur in practicum & ſpeculatiuum & in voluntate ponitur electio & executio electionis imperata à voluntate. Cùm igitur in homine operante, vt homo eſt, & non vt ens eſt, nec vt animal eſt, non ſint plura principia quibus operatur quàm intellectus & voluntas, & in intellectu practico ponatur ars, & in ſpeculatiuo doctrina, ſ. omnis ſcientia, quę non ordinatur ad opus, vt dicetur, & in voluntate electio & eius executio, vt declarabitur, ſequitur quòd in omni actione humana homo operatur aut arte aut doctrina aut electione, aut exequendo electionem factam.

In agibilibus abhomine datur aliquis finis bonus.

Nec obſtat quod non facit mentionem de prudentia, ſecundùm quam debet homo ſemper operari; eò quod eſt reſpectiua finis. Nam, vt dicemus, propriè eſt directiua electionis, & ideo nominans electionem intendit virtualiter etiam de prudentia.

Minorem aute Phil. manifeſtat ſigno ſumpto ex deſcriptione boni, quam Antiqui concorditer dederunt dicentes, Bonum eſt quod omnia appetunt, i. Quæcunque appetentia appetunt aliquid, appetunt illud vt bonum, & operantur vt illud, quod reputant ac appetunt bonum, conſequantur. Nec obſtant quæ ſunt mala, & tamen aliquando appetuntur: non enim appetuntur vt mala, ſed apprehenſa vt apparentia bona ex imaginatione & vehementi paſſione inſurgente, ſicut qui ex magna triſtitia interficit ſeipsũ: nullus enim reſpiciens ad malum vt malum eſt operatur.

Pro euidentia illius propoſitionis, Bonum eſt quod omnia appetunt, aduerte duo. Primò quod ibi non deſcribitur aliquod vnum determinatum bonum, quod appetatur ab omnibus. Hoc enim eſt ſummum bonum, quod omnes naturaliter appetunt eſſe felices, ſicut omnes naturaliter ſcire deſiderant. De ſummo autẽ bono loquetur Phil. infrà. Hic igitur deſcribitur bonum communiter ſumptum, & illa deſcriptio æquipollet iſti, Bonum vt bonum, eſt quod eſt perfectiuum appetitus, & ideo omne appetens appetit bonum, vt ſui perfectiuum.

Secundò aduerte quod ly Omnia, non ſolum verificatur pro omni agente voluntario, ſed etiam pro omni ente actu. Nam ad omne ens actu ſequitur quædã inclinatio ad aliquod ſui perfectiuum & conſeruatiuum, & ideo in omni ente actu datur appetitus naturalis. In animalibus autem datur & naturalis & ſenſitiuus. In homine verò datur & naturalis & ſenſitiuus & rationalis, Quid autẽ ſit qui libet horum trium appetituum, iam diximus in 1. Meta. in quę. Sed differentia eſt in hoc, quod omne appetens appetitu naturali, non appetit niſi id quod eſt verè bonum. Tendit enim in illud non vt præcognitum ab ipſo, ſed vt directum à primo cognoſcẽte, qui eſt author naturæ, in quo nec in eius intelligentia poteſt eſſe error. Appetens autem appetitu ſenſitiuo & rationali poteſt appetere & verè bonum, & extimatum bonum, licet non ſit verè bonum. Nam appetitus ſenſitiuus & intellectiuus ſequuntur cognitionẽ ſenſus & intellect⁹ in nobis, quę poſſunt eſſe cũ errore. Et ideo homo multoties appetit quod non deberet appetere, vt declarabitur in 3. & 7. lib.

In agibilibus ab homine datur vnus finis alteromelior.

Secundum ſic probatur ab Ariſt. Actiones humanę ſunt in duplici differẽtia: quoniã quædã ſunt fines operãtis, ita quòd poſt operationẽ nullum aliud remanet operatũ, ſicut ſunt actiones ſenſuũ, vt videre, audire, &c. & equitare, & citha

citharizare, &c. Quędam autē nō ſunt fines operantis, ſed ordinantur ad productionem alicuius operati remanentis ceſſante operatione, vt in arte ædificatiua finis non eſt ædificatio, ſed domus ędificata ad quam ædificatio ordinatur, vt medium ad finem. Idem dico de nauifactiua, de gladiatiua.

Ex his arguitur ſic, Quando agens voluntarium ordinat operationem ad aliquod operatum, vt ad finem, nobilius eſt operatum ipſa operatione, non enim agit propter operationem, ſed propter operatum, quo producto quieſcit, ergo operatum melius eſt ipſa operatione: & cùm operatum ſit finis, ſequitur quòd in humanis non ſolùm datur finis qui habet rationem boni, ſed etiam finis, qui habet rationem melioris. Deſiderabilius eſt enim operatum operanti ipſa operatione, vt patet, ergo, &c. Præterea diuerſæ artes humanæ diuerſos habent fines, alius eſt enim finis artis medendi, alius artis ædificādi, alius artis militaris, vt patet: & inter artes humanas, quædam ſunt ſubordinatæ, ita quod vna deſeruit alteri, & omnes reſpiciunt vnam ſupremam, vt principalem, & architectonicā ad quam omnes prędecedentes ordinantur, vt inſtrumenta ſua, quod patet in exemplo. Ars frænefactiua ordinatur ad artē equitandi, ars equitandi ordinatur ad artem militandi. Sicut autem iſtę artes ſubordinatæ ſunt, ſic & fines earum: & ſicut ſubſequens eſt nobilior præcedente & vltima eſt nobiliſsima inter omnes ſibi deſeruientes, ſic ſe habet in finibus earum. Nam finis artis equitandi eſt nobilior fine artis frænefactiuę, & finis artis militaris eſt nobilior fine vtriuſque artis præcedentis: finis enim artis militaris eſt victoria & pax in dominio, quæ quòd ſit nobilior, patet ex eò quòd artes præcedentes & finis earum quæruntur propter victoriam & non econuersò; ergo manifeſtum eſt, quòd cùm in artibus humanis non ſolùm ſint diuerſi fines, ſed etiam vnus ordinatus ad alterum, vt magis deſideratum, conſtat quòd in humanis non ſolùm datur finis bonus, ſed etiam melior altero. *Aduot.*

Pro euidentia primæ rationis præpoſitæ aduerte, quòd fundatur ſuper hanc propoſitionem Philoſophi in text. Quorum autem ſunt fines quidam præter operationes, in his meliora exiſtunt operationibus opera, id eſt operata. Hæc autem propoſitio poteſt benè & malè intelligi. Malè quidem, ſi intelligatur quòd quæcunque ars ſiue habitus, in quo vltra operationem producitur aliquod operatum, ſit melior & nobilior, quacunque arte, ſiue habitu, in quo præter operationem nullum operatum producitur. Hoc enim eſt falſum: nam totus habitus ſcientiæ moralis pro fine habet felicitatem quæ non eſt aliquod operatum, ſed operatio, vt manifeſtum erit cùm diſ finiemus eam in Tractatu ſequen. & conſtat quòd ſcientia moralis eſt nobilior arte frænefactiua, in qua vltra operationem producitur operatum. Benè autem intelligitur, ſi intelligatur reſpectu eiuſdem artis, vt ſit ſenſus, In quacunque arte datur operatio & operatum, in ea operatum eſt melius operatione, vt domus ædificatione, & ſic eſt verum. Quæritur enim operatio non gratia ſui in tali arte, ſed gratia operati. Et in hoc ſenſu intendit Ariſt.

Item aduerte quòd in artibus, ſiue habitibus, in quibus vltra operationem datur operatum, aſsignantur operationes in duplici differentia: quędam enim præcedunt operatum vt productiuæ illius, quædam autem procedunt ab operato, ſicut effectus à cauſa, vt in arte ædificādi ædificatio præcedit domum vt productiua domus. Defenſio autem, & protectio à frigore & æſtu, procedit à domo. Quando dicit Ariſtot. quòd operata ſunt meliora operationibus, intendit de operationibus præcedentibus, & non de ſubſequentibus: nam iſtæ ſunt meliores operato, quoniam operatum ordinatur ad illas vt ad finem, & illic eſt ſtatus, ædificatio enim ordinatur ad domum, & domus ad protectionem à frigore & æſtu. Idem intellige in habitibus, qui ex frequentatis actibus generantur. Nam actus præcedentes habitum, vtpotè imperfecti, non ſunt meliores habitu. Actus autem, qui procedunt à generato habitu, meliores ſunt & deſiderabiliores habitu: nam vt dicemus, ex frequentatis actibus citharizandi quærimus acquirere habitum Muſicæ, vt poſsimus rectè, promptè & delectabiliter citharizare: & ex frequentatis actibus abſtinentiæ quęrimus acquirere habitum temperantię; vt poſsimus temperatè viuere. Quando ergo Ariſto. dicit operata eſſe meliora operationibus, intendit de operationibus præcedentibus, & non de ſubſequentibus operatum.

Tertium ſic probatur ad intentionem Ariſtot. Finis non ordinatus ad vlteriorem finem, ſed omnes alij fines ordinantur ad ipſum, eſt vltimus & optimus; hæc patet, quoniam, ſi non ordinatur ad vlteriorem finem, vltra ipſum non eſt finis ergo eſt vltimus. Et ſi omnes ordinantur ad ipſum, eſt optimus, quoniam dictum eſt, quòd omnis finis eſt bonus, & in finibus ſubordinatis vlterior eſt melior, vt finis artis militaris eſt melior arte æquitandi: ergo vltimus eſt optimus eò quòd in eo quieſcit deſiderium ordinatè appetētis. Sed in rebus humanis datur vnus finis non ordinatus ad vlteriorem finem, & ad quem omnes alij ordinantur; ergo in rebus humanis datur vnus vltimus & optimus finis, qui dicitur felicitas. Minor quidem ſic probatur, Si non datur in rebus humanis vnus finis non ordinatus ad vlteriorem finem, & ad quem omnes alij fines ordinantur, ergo quocunque fine dato eſt dabilis vlterior in infinitum, & ſic erit proceſſus in infinitum in finibus deſideratis ab homine. Sed hoc eſt inconueniens, & impoſsibile, ex hoc enim ſequitur, deſiderium naturale hominis, quo naturaliter deſiderat conſequi finem & quietari in eo, eſſe vanum & fruſtrà: quod eſt inconueniens. Nam deſiderium naturale eſt inclinatio inſita rei ex ordinatione primi mouentis, quæ non poteſt fruſtrari. Quòd autem ſequatur tale deſiderium hominis eſſe vanum, patet quia ſi eſt proceſſus in infinitum in finibus deſideratis ab homine, nunquam poſſet cōſequi omnes fines deſideratos: aliter daretur vltimus, quod repugnat proceſſui in infinitum, ſed fruſtrà & vanè quis deſiderat id quod non poteſt conſequi: ergo, ſi in finibus deſideratis ab homine eſt proceſſus in infinitum, deſiderium hominis deſiderantis finem & deſiderantis quietari in fine eſſet vanum & fruſtrà. Cùm igitur naturale deſiderium non ſit vanum, concedendū eſt in rebus humanis dari finē bonum & meliorem & optimum & hunc eſſe vltimum in cuius acquiſitione quietatur vis deſideratiua, & non in alio. Et ſicut dicemus infrà in ea re quietatur homo, in qua reputat conſiſtere rationem vltimi & optimi finis, & eam pro ſummo bono ac ſua felicitate recipit.

Pro euidentia huius rationis, aduerte duo. Primò, quòd finis vltimus eſt duplex, ſcilicet vltimus in latitudine entium, & vltimus in ordinatione actionum humanarum: primus eſt Deus glorioſus, de quo loquutus eſt Ariſtote. in libro 12. Metaph. quòd omnia entia ordinantur ad ipſum, ſicut exercitus ad ducem, & dicitur eſſe cauſa finalis & conſeruatiua & effectiua omnium entium, vt diximus in 12. Metaph. in Quęſtionibus. Secundus eſt ad quem acquirendum dirigit homo omnes actiones ſuas humanas, ideſt ex voluntate procedentes, & eſt illud, quod vnuſquiſque reputat ſibi ſummum bonum, ſiue ſit honor, ſiue dominium, vt loquemur infrà. Ariſtote. non intendit hîc de vltimo fine primo modo, quoniam quòd hominis felicitas conſiſtat in Deo clarè viſo, vt ponit Theolog. non eſt cognitum lumine naturali, ſed fide: & præterea, Ariſto. non intendit de vltimo fine niſi acquiſibili ab homine pro hac vita. Diuina autem viſio non eſt poſsibilis nobis donec viuimus, vt probat Theolog. Sed id non eſt pręſentis negotij: intendit autem Ariſto. de ſecundo, vt plenius declarabitur in Tract. ſeq.

Secundò aduerte quòd quando dicit Ariſtot. deſiderium naturale fore vanum & inane ſi eſt proceſſus in infinitum in finibus humanis, quòd reputat inconueniens & impoſsibile, intelligendum eſt de deſiderio naturali cuiuslibet hominis. Nam licet natura poſsit deficere in aliquo indiuiduo ſpeciei, nō tamen in omnibus; ſicut virtus generatiua, licet poſsit deficere in Socra. non tamē in quolibet homine, ſed ſi in rebus humanis non daretur vltimus

Cap. 2. In humanis datur vnus vltimus & optimus finis.

Vltimus finis duplicister, ſimpliciter & humanarum actionum.

finis,desiderium naturale hominis, quo desiderat finem & quietari in eo, esset vniuersaliter & in omni homine frustrà quia quilibet homo vltra finem quemcunque datum, adhuc desideraret alium & alium in infinitum cùm ergo nullus homo possit infinitos fines attingere sequitur,quòd in quolibet homine tale desiderium naturale esset inane, quod reputat Arist.& est in veritate inconueniēs & impossibile.

Vtrum autem voluntas humana possit esse otiosa, putà quia tendit super impossibile,putà velle esse immortalem, declarabitur infrà in lib.3.vbi inquit Arist.Voluntas autem est impossibilium,putà immortalitatis. Hæc de 1. capite dicta sint.

CAPVT II.

Necessariã esse homini vltimi finis cognitionem ostendit,quæ ad omnium scientiarum practicarum principalissimam spectat, quæ ciuilis & moralis est.

POstquàm concluſum est in rebus humanis dari vltimum & optimum finem nunc manifestandum est cognitionem vltimi finis,quid scilicet sit,& in quo consistat, esse necessariam homini, & hanc cognitionem spectare ad scientiam moralem.Tria igitur in hoc cap.agenda sunt. Primò probandum quòd cognitio vltimi & optimi finis est necessaria homini.Secundò,quòd hæc cognitio spectat ad scientiam,quę inter practicas est principalissima.Tertiò, quòd talis scientia, est scientia politica, ex consequenti ad eam spectat consideratio de vltimo & optimo fine.

Finis vltimi notitia est homini necessaria.

Primum sic probatur ad intent.Aristo.Finis ad quem dirigere habet homo totam vitam suam & omnes actiones suas,vt consequatur eum modo quo potest, necessariò est cognoscendus ab homine. Hæc patet, quia nisi cognosceretur, vānè & in incertum dirigeret homo vitam suam ad illum,sicut sagittator,nisi videret signum,ad quod habet dirigere sagittam vanè dirigeret eam,nec pro certo attingeret signum,nisi forte à casu.Sed finis vltimus & optimus est ille,ad quem homo totam vitam suam dirigit, vt eum consequatur.Nam omnis homo ex proposito operans omnem actionem suam dirigit in illud,quod proponit sibi vt summum bonum, & hoc apud ipsum est vltimus & optimus finis.Extimat enim quòd,cùm illud consequutus fuerit, erit in fine desiderij:ergo necesse est homini per aliquam scientiam siue speculatiuam, siue practicam cognoscere quid & in quo consistat vltimus & optimus finis in rebus humanis.

Adnot.

Pro euidentia huius rationis aduerte duo. Primò vt inquit Eustr.nobilissimus Ethico.Comm.quòd sicut sagittantes non prēmeditantes signum ad quod dirigere habent sagittam, nūquam addiscūt sagittadi artē,sic nec homo prēmeditans quomodo diffugere habeat vitia,nunquam acquiret virtutis habitum. Necesse est enim infirmum scire cauere à nociuis,aliter non sanabitur.Secundò aduerte, ꝙ licet virtutes sint media ad consequendum illud,in quo verè consistit vltimus & optimus finis humanus ex consequēti prius deberent pertractari ab Aristo. tamen rationabiliter incepit considerare de vltimo fine,quoniam virtutes nó nisi cum labore acquiruntur, & in illis perseueratur: & ideo oportuit priùs aliquantulum considerare de vltimo & optimo fine, ad quem per virtutes deducimur,vt prēscientes eius dignitatem & sufficientiam, redderemur promptiores ad acquirendum virtutes & in eis perseueran dum.

Vltimi finis notitia ad omnium suprema spectat.

Secundum probatur ex intent.Aristot.Dictum est in cap. præced.quòd fines scientiarum superiorum sunt meliores quàm fines scientiarum submiistrantiū,sicut finis artis militaris est melior fine artis frençfactiuę & equestris: ergo finis supremę scientiæ practicæ erit optimus.Sicut ergo ad scientias superiores, quibus inferiores deseruiunt, spectat considerare meliorem & desiderabiliorem finem, sic ad scientiam supremam & principalissimam spectat considerare de optimo & desideratissimo fine, qui possit inueniri in rebus humanis.Quæcunq; ergo scientia probabitur esse principalissima ad eam spectabit consideratio de vltimo & optimo fine.

Politica inter practicas principalissima est ad quæ vltimi finis cognitio spectat.

Tertium sic probatur ex intent. Arist. De ratione scientię principalissimæ, & maximæ, quæ architectonica est, duo sunt.Primò quòd præcipiat scientiæ vel arti quę sub ipsa est, quid debeat operari. Secundò quòd vtatur arte vel scientia inferiori ad finem suum consequendum: sicut ars ædificatoria præcipit arti latericiæ,quòd faciat lateres, & vtitur lateribus ad constructionem domus. Istæ duæ conditiones conueniunt scientiæ Politicę. Nam Politica præcipit alijs scientiis practicis,quòd operentur,& quomodo operari debeant:putà præcipit militari,secundum quam gubernatur exercitus,quòd ducat exercitum,& præcipit modum ducendi exercitum.Et præcipit Rhet.ꝙ vtatur sermonibus & orationibus in consilijs & iudicijs, & qualibus sermonibus ac orationibus vtendum sit.Et præcipit Oeconomicæ,ꝙ regat familiam,& quomodo pater debet regere aliter filios,aliter seruos.Similiter præcipit scientijs speculatiuis,quantum ad vsum,sed non quantum ad modū, putà præcipit Poli.ꝙ tales scientiæ speculatiuę,vt Mathe.& Diuinæ & Naturales addiscantur à ciuibus & quo tempore, & quæ non debeant admitti in ciuitate,putà libri Poëtarū, continentes turpia,aut decantantes iras & facinora deorū ne adolescentium animos corrumpant,sed quantùm ad modum non prēcipit. Non enim Poli.prēcipit Geometrę ꝙ de triangulo concludat habere tres angulos æquales duobus rectis.Licet enim addiscere vel nō addiscere Geometriam subiiciat voluntati humanæ,tamen concludere habere tres de triangulo non subest voluntati,quia hoc conuenit triangulo ex natura rei.Polit.autem non se intromittit in his, q̄ non sunt voluntaria,cum versetur circa hominem voluntariè operantem.Quòd autem Polit.vtatur alijs scientijs inferioribus ad suum finem, patet ex eo ꝙ vtitur militari & Rhet.& Oecon. ad bonum cōe ciuitatis:ad quod ordinat omnia artificia quæ sunt in ciuitate legitimè instituta, vt plenè declarabitur in libris Polit. Cùm igitur conditiones scientiæ principalissimę & maximæ Architect. conueniant Politicæ,consequens est vt consideret de fine vltimo & optimo rerum humanarum.

Ex his corollariè sequitur ex intent.Philo.ꝙ quia Polit. est scientia principalissima,ideo finis suus est maximum & diuinius bonum inter omnia bona humana. Hoc autem est bonum non singulare vnius hominis,sed commune ciuitatis aut Gentis.Bonum autem quanto communius tantò diuinius propter similitudinem ad Deum, qui est vniuersalis causa omnis boni & ideo inquit Ari. quòd si idem est bonū vni homini & toti ciuitati & laudabile ac amabile est procurare bonum vni homini, melius & perfectius est procurare bonum toti ciuitati aut toti Genti,quia diuinius est ex maiori communicatione.Cùm igitur Polit.procuret bonū commune ciuitati aut Genti,meritò ponitur principalissima inter omnes scientias quę versantur circa bonum humanum.

Pro euidentia huius rationis aduerte duo.Primò quòd signanter dictum est,Politicam esse principalissimam non absolutè, sed respectiuè, scilicet comparata ad reliquas scientias, quæ versantur circa bonum humanum, vt per hoc excludatur Metaph. quæ in Procœmio Metaph.appellatur Sapientia & diuina possessio & dignissima scientiarum: quę considerat optimum bonum absolutè, quod est bonum Vniuersi,scilicet Deus. Secundò aduerte, quòd licet Arist.probauerit Politicam debere considerare de vltimo & optimo fine humano, qui dicitur felicitas, tamen non distulit hanc considerationem vsque ad libros Politicorum sed facit eam hic & in libro 10. quod vtique rationabiliter fecit, quoniam non considerat Ethicam vt partem condistinctam contra Politicam,sed vt scientiam præparantem principia, quę quidem supponuntur in Politica.

Ex

Ex quibus principium præcipuum eſt cognitio vltimi & optimi finis. Nam, vt dicemus in Poli. inſtituta eſt ciuitas, vt homines habentes ſufficientiam eorum, quæ ad vitam pertinent, facilius acquirant ſummum bonum humanum. Inquantùm igitur Ethica conſiderat de optimo & vltimo fine hominis poteſt dici æquipollenter Politica. Potes inſuper tenere quòd Ariſtoteles & in Ethica & in Poli. conſiderat de vltimo fine, ſed diuerſa ratione, nam in Ethi. conſideratur vt eſt acquiſibilis ab homine indiuiduo, & non ſolùm vt eſt pars ciuitatis: in Politica autem conſideratur ſecundùm quòd reſpicit totam ciuitatem, vel ſecundùm quòd homo eſt pars ciuitatis. Hæc de ſecundo capite dictaſint.

CAPVT III.

Quis modus procedendi in iſta ſcientia, & qualis debeat eſſe huius ſcientiæ auditor.

Cap. 3. POſtquàm concluſum eſt quod cognitio & doctrina de vltimo & optimo fine ſpectat ad Philoſophum Moralem, nunc manifeſtandum eſt quem modum habeat ſeruare qui docet & qui addiſcit hanc ſcientiam, & qualis diſpoſitionis ac ætatis debet eſſe diſcipulus, ac auditor in ea. Tria igitur probanda ſunt. Primò quòd docens non debet procedere per omnimodam certitudinem demonſtratiuam, ſed ex principiis veris, vt in pluribus concludere concluſiones veras, vt in pluribus. Secundò quòd addiſcens debet contentari rationibus perſuaſibilibus, & non quærere demonſtrationes Mathematicas. Tertiò quòd fructuoſus auditor huius ſcientiæ non debet eſſe iuuenis, nec ſecundum paſsiones viuens, ſed continens.

Docens moralia nõ ex principijs per certitudinem notis ſed veris vt in pluribus procedere debet.

Primum probatur ſic ex intentione Ariſt. In qualibet ſcientia modus docendi debet correſpondere rei, ſiue materiæ, de qua agitur, & ſecundùm quòd natura talis materiæ requirit. Hæc patet: quoniam non eadem certitudo poteſt inueniri in omni ſcientia, quoniam diuerſa ſunt earum ſubiecta, ex quibus vnum eſt magis certum quàm aliud, ſicut mathematica certiora ſunt natura libus: nec eſt idem modus operandi in omni arte, ſed quælibet ars operatur ſecundùm quòd ſubiectum ſuum requirit, vt alio modo operatur figulus ex terra, alio modo faber ex ligno, alio modo ædificator ex lapidibus. Sed ſubiectum, circa quod verſatur ſcientia moralis, non habet multam certitudinem. Hæc enim eſt actio humana, circa quam non eſt certa & concordans hominum ſententia. Et primò circa operationes virtutis. Secundò circa operationes quæ verſantur in bonis fortunæ, & in bonis corporis. Nam in primis variæ ſunt hominum ſententiæ, quoniam quædam, quæ ab aliquibus reputantur honeſta & iuſta, ab aliis reputantur in oppoſitum ſecundùm differentiam temporum & locorum & perſonarum, & quod in vno tempore, aut in vna regione habetur vt vitium, in alio tempore & alia regione habetur licitum. Et ex hac diuerſitate aliqui opinati ſunt, nihil eſſe in humanis ex natura rei licitum, vel illicitum, ſed ex ſola poſitione legum, in quibus aliqua approbantur, & aliqua prohibentur: & quæ approbantur, habentur licita, quæ autem prohibentur habentur illicita. Sed contra hanc opinionem vt potè ſubuertentem omnem humanam moralitatem, arguemus in libro. 2. In ſecundis autem quanta ſit varietas hinc patet, quòd aliquos iuuant, aliquibus nocent. Multi enim occaſione diuitiarum perierunt, vtpotè à latronibus interfecti: alij autem propter fortitudinem, vtpotè nimis animoſi & incautè pericula aggredientes, occubuerunt. Cùm igitur in humanis, tanta ſit varietas, non expedit Doctorem huius ſcientiæ velle vti demonſtratiua certitudine, ſed conformare principia, ex quibus deducit concluſiones, ipſis concluſionibus. Cum igitur concluſiones morales non habeant omnimodam certitudinem, ſufficit Doctori adducere rationes, quæ frequentius & vt in pluribus reputantur veræ, & per eas concludere concluſiones morales, vt nos facimus ad intentionem Ariſt. cum loquemur infrà de virtutibus moralibus & ſuis oppoſitis.

Pro euidentia huius rationis aduerte duo, quæ notat Euſtr. Commen. primò quòd contingens in humanis poteſt conſiderari tribus modis. Primò contingens vt frequentius. Secundò contingens æqualiter. Tertiò contingens rarò. Circa primum ponitur ſcientia moralis. Circa ſecundum ponitur ratiocinatio conſiderans vtraſque partes contradictionis, & poſt ratiocinationem inuenta aliqua ratione qua concluditur melius eſſe ſic fieri quàm aliter, ponitur conſilium, deinde electio. Eſt enim electio de duobus propoſitis iudicium hominis hoc alteri proponens. Circa tertium non eſt ſcientia, nec ars, nec conſilium, nec electio, eò quòd illud eſt fortuitum eueniens præter intentionem, vt declaratum eſt in 2. Phyſi.

Secundò aduerte quòd, cum dicit Philo. multos periſſe propter fortitudinem, quaſi quòd eis nocuerit eſſe fortes. non ſumit fortitudinem pro virtute moderatiua irascibilis ſecundùm paſsiones timoris, & audaciæ. Virtus enim non nocet, ſed perficit virtuoſum, & opus ſuum reddit bonum, vt manifeſtabimus in 2. libro. Sed accipit fortitudinem pro robore, quod eſt bonum corporis: in quo aliqui nimis confidenter temerè exponunt ſe periculis. Vnde aduerte ſecundùm Euſtr. quòd ſicut in anima aſsignantur quatuor virtutes morales, ſcilicet, prudentia, fortitudo, temperantia & iuſtitia: ſic & in corpore quatuor virtutes corporales illis correſpondentes, ſcilicet viuacitas ſenſuum, hęc proportionatur prudentię, velut cognitio quędam exiſtens ſpeculata in corpore animalis: robur corporis, & proportionatur virtuti fortitudinis, velut reddens corpus conſtans vt ferat labores: pulchritudo, & proportionatur temperantię. Repræſentat enim commenſurationem quandam in magnitudine & cõpoſitione & integritate partium corporis: ſanitas, & proportionatur iuſtitię, quaſi incomplexione & humorum ordinatione quandam ſecundùm naturam analogiam ſeruans.

Auditor moralis nõ omnimodã certitudinẽ exigere debet.

Secundum probatur ſic ex Ariſt. Ad hominẽ diſciplinatum & docibilem ſpectat inquirere tantam certitudinem rationum, quãtam vnaquæque res, in qua deſiderat inſtrui, patitur: nec debet quærere maiorem, nec contentari minori. Hęc patet, nam quia Mathe. eſt de rebus certiſsimis & inuariabilibus, ideo qui vult inſtrui in Mathe. non debet contentari ratione perſuaſibili, ſed inquirere demonſtrationes firmiſsimas, & qui vult inſtrui in Rhetorica, quæ eſt de actibus humanis, qui variabiles ſunt, non debet inquirere demonſtrationem, ſed contentari ratione perſuaſiua. Vnde peccat Mathematicus ſi quærit perſuadere, & peccat Rhetor ſi quarit demonſtare. Sed materia, circa quam verſatur ſcientia moralis, ſcilicet actiones humanæ procedentes à voluntate libera, eſt variabilis, vt declaratum eſt in ratione præcedenti: ergo auditor huius ſcientiæ non debet expetere demonſtrationes, ſed contentari rationibus perſuaſiuis, & non vltrà quęrere: quia ſic exigit natura rei, de qua tractaturi ſumus in toto negotio morali.

Admoti.

Pro euidentia huius rationis aduerte, quòd modus procedendi & ſciendi in hac ſcientia eſt duplex, ſcilicet communis huic ſcientiæ & omnibus aliis tã naturalibus quàm mathematicis, & diuinis, & particularis qui huic ſcientiæ conuenit: Ari. nõ intendit hìc de communi, nam eſt illa Logica, qua vtuntur omnes ſcientiæ, ſcilicet procedendo per diuiſiones & diffinitiones & argumentationes. Et de hoc modo communi dictum eſt in 2. lib. Metaph. quòd vanum eſt ſimul quærere ſcientias & modum ſciendi, & per modum ſciendi intendit Logicam. Intendit autem de modo ſpeciali, q̃ debet eſſe proportionatus ſubiecto huius ſcientiæ, modo quo dictum eſt. Et id rationabiliter fecit Ariſ. ne fortè auditor huius ſcientiæ, deſpiceret eã aduertens q̃ nõ poſſunt in ea inueniri rationes efficaciſsimæ, ſed ſolũ perſuaſiuę, & ideo admonuit eum Ariſt. vt contentetur in illis, quia ſic requirit ſubiectũ huius ſciẽtiæ, ſicut & in Phyſicis admonuit auditorem debere contentari probare cõcluſiones ſuas demonſtratione, quia, id eſt procedendo ab effectibus ad cauſas, eò quòd effectus naturales ſunt notiores nobis

nobis, & innata nobis eſt via procedendi à notioribus nobis.

Auditor moralis nõ iuuenis vel paſſionũ ſectator, ſed continens eſſe debet.

Tertium ſic probatur ex intentione Ariſt. & primò quòd non debet eſſe iuuenis. Secundò quòd non ſit paſſionum ſectator. Tertiò quòd ſit continens.

Primum probatur vno ſuppoſito, ſcilicet, Vnuſquiſque eſt bene iudicans de his quæ cognoſcit: de incognitis autem non rectè iudicare poteſt: ex quo ſequitur quòd inſtructus in vnoquoque genere bene iudicat de his, quæ ſunt illius generis, & inſtructus de omnibus bene iudicat de omnibus: vt ſi daretur homo qui in ſe contineret omnes artes & omnes ſcientias, & haberet experientiam omnium actuum humanorum, hic in omnibus eſſet ſufficientiſsimus iudex. Qui autem de incognitis iudicare præſumit, reprobandus eſt. Hoc ſuppoſito ſic probatur intentum: Vtilis & fructuoſus auditor huius ſcientię benè & rectè debet & poteſt iudicare de auditis in ea, vt bene dicta acceptet tanquam ſectanda vel vitanda, & non rectè dicta abiiciat. Sed iuuenis non poteſt bene iudicare de auditis & traditis in hac ſcientia, quia non nouit ea, eò quòd ſit inexpertus propter paruitatem temporis quo vixit in actibus & moribus humanis, de quibus tractatur in hac ſcientia, & ideo non crederet quæ ſibi proponerentur eſſe vera & expedientia vtpotè inexperto. V. g. Si proponatur iuueni, quòd liberalis debet reſeruare ſibi minora bona, & maiora tribuere aliis, reputaret hanc eſſe ſtultitiam propter inexperientiam: ergo, &c.

Adnot. Pro euidentia huius rationis aduerte quòd ſi hæc ſcientia eſſet ſimpliciter ſpeculatiua, ratio Philoſophi non valeret, nam in ſcientia ſpeculatiua non eſt neceſſarium experimentum niſi acquiratur per inuentionem. Si autem acquiratur per doctrinam non eſt neceſſarium. In practica autem quoniam ordinatur ad opus, neceſſe eſt quòd per experimentum quocunque modo acquiratur, quoniam in productione operis firmatur ſcientia practica: quoniam igitur hæc ſcientia non eſt ſimpliciter ſpeculatiua, ſcilicet vt ſola cognitione dictorum contententur auditores, ſed eſt operatiua, ideo oportet cognitioni ſermonum moralium actus & operationes apponere quod non poteſt fieri ſine experientia: ideo iuuenis, qui non eſt, nec poteſt eſſe expertus propter paruitatem ſuæ ętatis non fructuoſè addiſcet hanc ſcientiam etiam per doctrinam. Quòd ſi paulatim conabitur experiri in ſeipſo, quæ ſibi traduntur in hac ſcientia, paulatim incipiet fieri vtilis auditor. Qui autem eſt tantùm auditor, nec quęrit vltrà, non eſt dicendus auditor moralis niſi equiuocè.

Tex. Ari. Secundum ſic probatur, Sectator paſsionum, i. qui viuit non ſecundùm quod ratio dictat, ſed vt impellitur à paſſionibus concupiſcibilis & iraſcibilis, ſicut & bruta, non poteſt attingere nec conſequi finem huius ſcientię: ergo vt ſic eſt auditor inutilis. Conſequentia patet, quoniam auditor in qualibet ſcientia ideo audit, vt finem ſcientiæ conſequatur, aliter vanè audit. Antecedens autem ſic manifeſtatur, Finis huius ſcientiæ non eſt tantùm ſcire, quia non eſt ſimpliciter ſpeculatiua, ſed bene operari & ſecundum virtutem viuere. Sed ſectator paſſionum quandiu ſic viuit, nec bene operatur nec virtuosè viuit, ſed vt beſtia, virtus enim non impellit, ſed temperat paſſiones vt dicemus infrà, ergo non poteſt conſequi finem huius ſcientiæ, ex conſequenti eſt vanus auditor in moralibus, ſicut & incontinens, qui licet fortè habeat ſcientiam de moralibus, quomodò ſit virtuosè viuendum, tamen quia non operatur ſecundùm talem ſcientiam eſt vanus auditor & vanè ſciens moralia. Et aduerte, vt dicit Ariſ. quòd nihil differt inutilem auditorem eſſe iuuenem ętate aut moribus: nam ſenex ſectator paſsionum dicitur iuuenis moribus, non propter defectum ætatis, ſed propter viuere ſecundùm paſsiones quę communiter iuuentuti dominantur: & ideo iuuenis ætate eſt inutilis auditor propter inexperientiam, & iuuenis moribus, ſenex autem ętate inutilis auditor, quia non virtuosè viuere ſtudet, ſed vt paſsiones eum inclinant

Pro euidentia huius rationis aduerte duo ſecundùm Euſtra. Primò, quòd ſectator paſsionum propriè eſt qui nullo modo paſsionibus reſiſtit per rationem, ſed eas inſequitur vt beſtia, & proponit ſecundùm eas viuere, vt latisfaciat ſtultis deſideriis ſuis: ita quòd licet ex natura ſit homo, tamen proponit beſtialiter viuere. Incontinens autem eſt ille, qui proponit ſecundùm rationem viuere, & paſsionibus repugnare, licet ſæpè ex paſsione inſurgente vincatur. Et aſsimilatureunti per viam lubricam aut lutuoſam, qui non poteſt adeò firmari pedibus, quin cadat: licet proponat non cadere.

Secundò aduerte quòd licet ſectator paſsionum & incontinens reputentur ſecundùm Ariſtotelę, inutiles huius ſcientiæ auditores, non tamen æquali gradu: aſsimilantur enim duobus infirmis, quorum vnus laborat ægritudine incurabili, alter autem curabili. Primò omnia medicamina parùm aut nihil p̃ſunt, ideò vanè audiret medicum ſuadentem ſibi medicinam. Secundò medicamina paulatim proderunt, ſi medici conſilium ſeruat, & admonitiones recipit. Sectator paſsionum iam deprauauit naturam ſuam, & rationem paſsionibus ſuppoſuit ex peſsimo firmato habitu, quo verſus eſt in beſtiam: ideo ſe incurabilem moraliter faciens eſt penitùs inutilis Ethi. auditor, ſed lege coërcendus eſt, ne alios inficiat, aut noceat. Incontinens autem, vt incontinens licet non ſit vtilis auditor, poteſt tamen paulatim vtilis fieri, quoniam repugnante ratione ipſis paſsionibus, regulas & leges bene viuendi in hac ſcientia traditas attentiùs conſiderabit, firmabitque propoſitum forti imperio rationis, paſsiones deuincere, & tandem huius ſcientiæ finem, qui eſt ſecundum virtutem viuere, conſequi poterit.

Tertium ſic probatur, Continens facilè attingit finem huius ſcientiæ: ergo eſt vtilis auditor. Conſequentia patet ex ſupradictis, nam ſi ſectator paſsionum eſt inutilis auditor, quia non attingit finem huius ſcientiæ, ex oppoſito ſi continens, de facili attingit talem finem, erit vtilis auditor. Antecedens autem ſic manifeſtatur. Continens eſt qui ſecundùm quòd ratio dictat complet deſideria ſua & operatur: ſed talis bene operatur, bene autem operari eſt finis huius ſciętiæ inquantum eſt practica, ergo continens facilè attingit finem huius ſcientiæ, ex conſequenti vtile eſt ei hanc ſcire & audire.

Adnot. Pro euidentia huius rationis aduerte ſecundùm Euſtr. quòd hæc ſcientia videtur eſſe ſuperflua continenti: nam ſi ſecundùm rationem facit deſideria ſua & operatur, non indiget quòd per hanc ſcientiam accipiat legem aut regulam bene operandi, quoniam continens eſt ſibiipſi regula: ergo ſuperfluè audiet hanc ſcientiam.

Ad hoc igitur reſpondetur, quòd licet continens operetur ſecundùm rationem, tamen ſi hanc ſcientiam audiet multò ampliùs proficiet, quoniam antequàm audiat hanc ſcientiam operatur ex conſuetudine & lumine naturali tantùm, ſine tamen certa & determinata regula. Ab hac autem ſcientia accipiet certas leges bene viuendi & in ſe & erga proximum: ex quibus magis firmabitur, eritque perſeuerantior in ſtudioſa vita, ideo non ſuperfluit ei hæc ſcientia, ſicut ars pingendi & figurandi non ſuperfluit ei, qui naturali inclinatione pingit & figurat.

Tractatus primi, Finis.

TRACTVS SECVNDVS

De Quidditate felicitatis.

IN hoc Tract. ſecundo iuxta ordinem poſitum in principio huius primi libr. Ethic. inueſtigandum eſt in quo conſiſtat vel non conſiſtat humana felicitas & qd ſit. Et diuiditur in tria capit. Primò recitantur opiniones loquentiũ de felicitate, & quæ videntur aliquam habere rationem apparentem reprobantur. Secundò inquirit ex propria ſententia quid ſit felicitas, & ex conſequenti in

ti in quo consistat. Tertiò declarat Arist. quomodo opinio sua de felicitate concordat cum his quæ dixerunt alij de felicitate.

CAPVT I.

Variæ Philosophorum de felicitate sententiæ, & non rectè sentientium confutatio.

IN primo cap. tria agenda sunt. Primò recitantur in genere variæ de felicitate opiniones. Secundò declaratur quem ordinem procedendi obseruare debemus in reprobatione talium opinionum, & etiam in tota scientia morali, & qualiter debeat esse dispositus auditor rationum, quibus reprobantur, & vniuersaliter in audiendis his, quę in tota scientia morali pertractantur. Tertiò recitantur & reprobantur in particulari plures de felicitate opiniones, quæ suæ opinionis aliqualem rationem assignant: nam de his, qui sine ratione loquuntur, solicitari non debemus.

Variæ in genere de felicitate sententiæ

Quantùm ad primum aduerte, vt inquit Arist. quòd licet multi & etiam sapientes conueniant in nomine & in communi ratione summi boni, non tamen conueniunt in re vna, in qua consistat, & quæ possit dici summum bonum. in nomine quidem conueniunt, quoniam summum bonum appellant felicitatem, & in communi ratione nominis conueniunt, dicunt enim hæc tria esse idem scilicet bene viuere, bene operari, siue vt ali qui dicunt, bene se habere & esse felicem: in re autem, in qua consistat summum bonum, quod communi nomine dicunt felicitatem, multum diuersificantur: nam populares, qui non apprehendunt, nec extimant, nec magnifaciunt nisi bona manifesta sensui, dicunt felicitatem consistere aliqui quidem, vt auari, in diuitiis, aliqui, vt luxuriosi, in voluptatibus, aliqui, vt ambitiosi, in honore, aliqui, vt ignorantes, videntes doctos & scientes tantùm extolli, in scientia. Arbitrantur enim aliquem felicem, cum audiunt ipsum loquentem subtilia & supra communem sensum. Non solùm autem diuersificatur sententia de felicitate apud diuersos homines, sed etiam apud eundem pro diuerso tempore, prout variatur eius status. Nam si quis valdè infirmatur & longo tempore, extimat felicitatem consistere in sanitate, & licet sit diues præponit sanitatem diuitiis: si autè sanatur & depauperetur extimat diuitem esse felicem. Et communis quidem harum opinionum radix stat in hoc, quòd vnusquisque extimat felicitatem in eo consistere, quod maximè desiderat, & in hoc omnes conueniunt: sapientes autem per quos Arist. intendit Platonem & sequentes eum, vt declarabitur in frà, extimant felicitatem non consistere in aliquo dictorum bonorum sensibilium, sed in vno bono separato, quod ponunt per se bonum, & causam aliis quòd sint bona. Istæ sunt in genere diuersæ de felicitate sententiæ, quas omnes velle perscrutari quid veri aut falsi contineant inanis esset labor: quoniam aliquæ ad sensum irrationabiles sunt: Sufficit autem immorari circa eos qui aliquam continent apparentiam, & sic agendum est.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd cùm modus procedendi in scientia sit duplex, & multùm differant, & vnus sit à principiis ad principiata, id est à causis ad effectus, & hoc seruatur in demonstratione propter quid: aliter autem econuersò, id est, ab effectibus ad causas, & hoc seruatur in demonstratione quia: dubitatur si primo, an secundo modo sit procedendum in exprobratione siue perscrutatione dictarum opinionum & in aliis pertractandis in hac scientia. Et quidem si isti duo processus non differunt, sed essent idem, sicut est eadem via è stadiis à munerariis ad terminum cursus, & econuersò possemus indifferenter procedere siue primo modo, siue secundò, sed quoniam differunt, eò quòd in primo processus sumitur principium à magis notis simpliciter, in secundo autem à magis notis nobis, nõ sunt autem in omni scientia eadem magis nota simpliciter & nobis, sed in aliqua quidem sic, vt in mathematicis, in aliqua autem non, vt in Physicis, in quibus effectus sunt notiores nobis quam suæ causæ, ideo in mathematicis demonstramus à priori, in Physicis autem à posteriori, quia ab effectu: in hac ergo scientia procedemus à magis notis nobis: & quoniam virtutes, quæ sunt media ad felicitatem, sunt notiores nobis quam ipsa felicitas & operationes virtutum sunt notiores nobis quam ipsæ virtutes, ideo incipiemus procedere ab operationibus ad virtutes, & sic erit processus ab effectu ad causam, sicut etiam fit in naturalibus.

Cùm igitur in hac scientia incipiendum sit procedere ab operationibus virtutum, necesse est vt auditor se disponat per bona opera & bonas consuetudines, oportet enim in moralibus accipere & assentire alicui vt principio quia verum est: cui quidem assentitur per experientiam & bonam consuetudinem. Verbi gratia, In moralibus hoc est vnum principium, Concupiscentia superatur per abstinentiam, cui, si quis expertus est, statim assentit: & si id cognoscit quia sic est, per experientiam non est ei multum necessarium ad bene operandum cognoscere propter quid, sufficit enim quòd hoc scit, quia sic expertus est.

Qui igitur est in bonis operibus exercitatus, per se ipsum habet principia, quibus scit bene & moraliter viuere, vel de facili assentit docenti, vtpotè in seipso expertus, quibus modis superantur passiones. Cui autem neutrum inest, id est, qui nec per seipsum habet principia prædicta, nec docenti assentit, audiat Hesiodum, qui sic inquit,

Optimus ille, qui per seipsum omnia nouit.
Is rursum bonus, paret qui recta monenti.
At qui ex se nescit cuiquam nec porrigit aures.
Vt bona percipiat demens & inutilis ille est.

Patet igitur quomodo procedendum est in perscrutatione dictarum opinionum & in tota hac scientia, quia scilicet ab effectu, & quomodo dispositus auditor quia, scilicet exercitatus in bonis actibus & consuetudinibus.

Pro euidentia prædictorum aduerte duo secundùm Eustratium, quòd munerarius dicitur ille, qui tribuit brauium victori in signum victoriæ, hic sedebat in principio stadij ostendens brauium currentibus, vt magis animarentur ad cursum. *Adnot.*

Vnde in alia translatione, loco eius, dicitur abathiotetis, id est munerarius, ab his, qui præmia ponunt.

Aduerte secundò, vt dicit Eustratius quòd si sciamus quia & de fœlicitate & de virtutibus, sufficit ad hoc quòd consequamur ea, quæ in hac scientia tradũtur, scilicet bene & moraliter viuere, & vitia non sectari: neque indigebimus scire de eis quid est, id est, per causas priores. Minoris est enim speculationis quam sit speculatio præsentis negocij, scilicet manifestare quid de virtute & felicitate ex prioribus & causis. Oportet enim transcendere animæ substantiam, & intellectum efferre in Deum omninò separatum à materia, & monstrare inde quæ sit rationalis animæ virtus, & quod esse beatum conueniat ei.

Quantùm ad tertium aduerte quòd primò reprobatur opinio dicentium felicitatem consistere in voluptate corporali.

Secundò eorum qui dicunt eam consistere in honore & dignitatibus.

Tertiò eorum qui dicunt eam consistere in virtute.

Quartò eorum qui dicunt eam consistere in pecunia.

Quintò eorum, qui dicunt eam consistere in bono separato, isti sunt Platonici.

Quantùm

Quantùm ad primum dicit Ariſto. ꝙ omnes iſtæ opiniones, præter quintam, conueniunt in hoc, ꝙ extimant fœlicitatem conſiſtere in his bonis, quæ manifeſtè ad vitam humanã ſpectant, & hoc non irrationabiliter ſaltem apparenter: quoniam cùm felicitas ſit finis vitæ humanæ, videtur conſequens eſſe, vt in aliquo bonorum ſpectantium ad vitam humanam conſiſtat, inter bona autem ſenſibilia ſpectantia ad vitam humanam, reputatur voluptas corporalis: & ideo multi quidem, vt populares & plebei, & etiam grauiſſimi viri, id eſt reputatiſſimi, aut propter auctoritatẽ, aut propter doctrinam eligunt vitam voluptuoſam, vt felicem. Tres enim ſunt vitæ in humanis maximè excellentes, id eſt, maximè deſideratæ, ſcilicet voluptuoſa, quæ conſtituit finem in voluptate corporis, vt ſeruire gulæ & Veneri: & ciuilis, quæ conſtituit finem in exercitio laudabilium operum, & contemplatiua, quæ conſtituit finem in ſpeculatione veritatis. Prima deſeruit paſſionibus. Secunda moderatur paſſiones. Tertia eſt ſine paſſione.

Sed quòd hęc opinio ſit falſa ſic arguitur ex intentione Ariſtot. Felicitas eſt propria naturæ intellectualis, ita quòd ipſa ſola felicitabilis eſt communi ſententia omnium rectè ſentientium: ergo non cõſiſtit in his, quæ ſunt communia nobis & beſtiis, quales ſunt voluptates ſecundùm gulam & Venerem. Iſti igitur eligunt vitam beſtialem pro ſummo bono, ideo vt beſtiæ non rectè ſentiunt de felicitate. Et aduerte, quòd iſti aſſumunt rationem opinionis ſuę ex peſſimo exemplo multorum, qui conſtituti in poteſtate, vt principes, nihil videntur curare niſi has voluptates, vt Sardanapalus Aſſyriorum rex viliſſimus mulierum amator.

Adnot. Pro euidentia huius rationis aduerte duo ſecundùm Euſtratium. Primò quòd ſtatuentes felicitatem in voluptate obſcœna, fiunt verè beſtiales, quia cùm ſint ex natura rationales, eligunt viuere totaliter ſecundùm partem animæ irrationalem ſecundùm eſſentiam, qualis eſt pars ſenſitiua cognoſcitiua & appetitiua: & ducuntur à paſſionibus concupiſcentiæ, vt beſtiæ à rectoribus & cuſtodibus ſuis.

Adnot. Secundò aduerte, vt inquit Euſtratius, ſi in ciuitatibus & regnis principes & rectores non viuerent ſecundùm paſſiones, ſed laborem virtutum cum decore amplecterẽtur non vtique ſordidioribus ſubditis ingreſſum ad ſeipſos concederent, ſed abiicerent, & tunc malum aut minueretur, aut omninò deficeret. Si principes verò & alij in poteſtate conſtituti ſordidi ſunt ſecundùm paſſiones viuentes, vt Sardanapalus ſibiipſis faciunt ſimiles familiares ſuos, & malum vehementer creſcet.

Felicitas non in honore conſiſtit. Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd aliqui abiicientes vitam voluptuoſam, quoniam ſunt eleuati ingenij, eligunt vitam ciuilem, quam diximus conſiſtere in exercitio bonorum. & laudabilium operum, ſtatuunt felicitatem conſiſtere in honoribus, tracti hac ratione, quoniam honor videtur eſſe finis totius vitæ ciuilis. Redditur enim honor bene operantibus in vita ciuili, quaſi ſummum præmium, & eo contentatur: & ideo viuentibus & operantibus ciuiliter videtur probabile felicitatem quam poſſit homo pro hac vita acquirere, conſiſtere in honore.

Sed hæc opinio dupliciter reprobatur ex intẽtione Philoſo.

Primò ſic, Felicitas eſt in felice, perficit enim felicem: ſed honor non eſt in honorato, ſed in honorante, nam honor eſt exhibitio reuerentiæ alicui in teſtimonium excellentis boni, ergo, &c.

Secundò ſic, Felicitas non quæritur propter aliud, quoniam, vt diximus in primo Tract. eſt vltimus & optimus finis in quo terminatur omne deſiderium. Sed honor quæritur propter aliud, nam quærunt homines honorari, vt apud alios firmetur opinio quòd ſunt boni.

Vnde quærunt honorari maximè à prudentibus, qui ſunt recti iudicij, & à cognoſcentibus eos, quoniam meliùs iudicare poſſunt an ſint digni honore, & quærunt honorari propter virtutem per quam homo efficitur bonus: ergo honor ordinatur ad aliud, ex conſequenti non ſtat felicitas in honore. Pro euidentia primæ rationis aduerte, quòd iſta propoſitio, Honor eſt honorantis, habet duplicem ſenſum, primò dicitur eſſe honorantis, quia eſt in poteſtate honorantis honorare & non honorare virum bonum, non eſt autem in poteſtate honorati, quòd honoretur, quia licet ſit dignus honore, poteſt tamen ceſſare honorans ab actu honorandi, & ſic de facili poteſt auferri honor ab honorato, cum pendeat ex voluntate honorantis, quæ mutabilis, & libera eſt.

Secundò dicitur eſſe honorantis, quia eſt actus ſubiectiuè in honorante, & non eſt in honorato niſi vt in fundamento, i. niſi ratione virtutis, quæ eſt in honorato, & propter quam meretur honorari.

Ex hoc duplici ſenſu patet rationem Philoſophi concludere. Nam vt dicemus infrà, de ratione felicitatis eſt quòd ſit bonum ſtabile, & quòd ſit difficili aut feribile à beato: & ſit intrinſecum ac ſubiectiuè in eo vt ſua propria & nobiliſſima actio: ex quibus conſtat felicitatem non conſiſtere in honore.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd aliqui conſiderantes honorem ordinari ad virtutem, vt ad perfectius bonũ, exhibetur enim honor in teſtimonium virtutis, exiſtimauerunt felicitatem conſiſtere non in honore, ſed in virtute, vt in nobiliori bono.

Sed contra hanc opinionem arguitur dupliciter ex intentione Philoſophi.

Primò ſic, Felicitas maximè perficit felicem: ergo conſiſtit in perfectiſſima operatione, quæ eſt actus ſecundus & vltima perfectio, vt declaratum eſt in ſecundo de Anima, & in 12. Metaph. Sed virtus non conſtituit virtuoſum in vltima perfectione: poteſt enim contingere habentem aliquam virtutem moralem nunquam operari ſecundùm illam virtutem. Verbi gratia, Pauper poteſt habere habitum magnificẽtiæ, qui ſi per totam vitam ſit pauper, nunquam magnificabit, ergo per talem virtutem non erit felix.

Secundo ſic, Contingit virtuoſum eſſe infortunatum & multa mala pati, ſed nullus dicet infortunatum eſſe felicem, niſi ſit pertinax in poſitione ſua: ergo felicitas non conſiſtit in habitu virtutis, niſi aliud ſuperueniat.

Pro euidentia harum rationum aduerte duo.

Primò quando dicit Ariſto. quòd contingit habentem virtutem non operari in tota ſua vita intendit de operatione poſtquàm virtutem acquiſiuit & non de operationibus præcedentibus, ex quarum frequentatione generatur in nobis virtus moralis, vt declarabitur in lib. 2.

Secundò aduerte quòd quando dicit Ariſtot. nullum dicere felicem hominem infortunatum: intendit de felicitate quæ poſſit pro hac vita haberi. De hac enim tantùm intendit Ariſt. in tota ſcientia Morali, vt dicemus infrà in hoc primo libro, in Tract. 30.

Quantùm ad quartum aduerte quòd alicui vt auari extimant felicitatem conſiſtere in diuitiis, vt in pecuniæ theſauris, extimantes vt apud vulgum dicitur quòd dines poteſt quicquid vult, & pecuniæ obediunt omnia.

Sed contra hanc opinionem dupliciter arguitur: primò ſic, Contingit aliquem fieri diuitem & pecunioſum violenter, ſed nullus fit felix violenter, vt declarabitur infrà: ergo, &c.

Secundò, quia diuitiæ non quæruntur propter ſe, ſed propter aliud, ſunt enim inſtrumenta humanæ vitæ, ſed felicitas non quæritur propter aliud, imò omnia alia propter ipſam, cùm ſit vltimus finis: ergo non poteſt conſiſtere in diuitiis.

Et aduerte, quòd iſti minus rationabiliter videntur loqui de fœlicitate, quam opiniones præcedentes. Illi enim ponunt fœlicitatem in bonis, quæ gratia ſui poſſunt deſiderari, vt bonum delectabile, & bonum honeſtum, id eſt, bonum

virtu

virtutis. Isti autem non ponunt felicitatē nisi in bono vtili, quales sunt pecuniæ, & diuitiæ: bono autē vtili repugnat ratio felicitatis, eò quòd illa quæritur propter seipsam, bonum autē vtile quæritur ꝓpter aliud, & ideo isti, vt minus rationabiliter loquentes, relinquendi sunt.

Aduerte insup, quòd licet Aristotel. posuerit tres vitas, & assignauerit opiniones de felicitate iuxta primā, id est voluptuosam, & secundā, id est ciuilē: nō prosequitur de tertia, id est, contemplatiua: quoniam de ea pertractabit in libro decimo, & iuxta illam assignabit veram felicitatem.

Felicitatē non esse bonum quod dam separatum.

Quantùm ad quintū aduerte, quòd Artstotel. intendit reprobare opinionē Platonis & sequentium eum: qui videntur dicere felicitatē hominis consistere in vno bono separato quod ponebant esse ideā omnis boni & per se bonū, cuius participatione omnia alia erant bona. Dicebant autē tunc hominem esse beatum, quando ad illius separati boni cognitionem deuenerit. Aristo. autem, antequā incipiat arguere cōtra Platonē, excusat se; quia licet discipulus fuerit Platonis & amic', magis tamē deferendū est veritati, quàm amico, eo quòd veritas quoddā diuinum, amicitia autē inter Aristote. & Platonem quoddā humanum est: magis autem curanda sunt diuina, quam humana. Resoluendo autē totam intentionem Aristotelis contra Platonē complector eam in sex conclusionibus.

Non est vna communis idea omnium bonorum.

Prima est: Nō potest assignari vna cōmunis idea omniū bonorum, probatur sic ex intentione Aristotelis, Eorum nō est idea cōmunis, in quibus est accipere prius & posterius, Hanc ponebant & cōcedebant Platonici, vnde in numeris non ponebant vnā ideam: quoniam inter eos seruatur ordo prioris & posterioris. Nā numeri quantò ꝓpinquiores vnitati, tantò priores: & quantò magis distātes tantò posteriores. Et ratio quidē huius suæ positionis fuit hęc: quia secūdū eos idea participatur æqualiter ab his, quorū est idea: vbi autem est prius & posterius, nō potest esse participatio æqualis, sed quodā ordine: ergo, &c. Sed in bonis est accipere prius & posterius: nā inuenitur bonum in substantia, in quātitate, in qualitate, & in aliis prædicamētis: & substātia est prior aliis prædicamētis, vt determinatū est in septimo Metaphysicæ: ergo bonū in substantia est prior bono in aliis prdicamētis: ergo omniū bonorū nō est vna cōmunis idea.

Bonum separatū non est per se bonum.

Secunda est: Bonū separatum non est per se bonum: sic ꝓbatur ex intentione Aristote. Homo in materia, & homo separatus à materia, non differunt secundum q̄ homo: quia habent eandem rationem hominis, & eodem modo bonū separatū nō est alterius rationis in bonitate, quàm hoc particulare bonum. Sed hoc particulare bonum secundū Platonem non est per se bonum: ergo nec bonum separatum est per se bonum,

Bonum separatū non est omnium bonorū communis idea.

Tertia est; Bonū separatum non est communis idea omnium bonorum, sic probatur ex intentione Aristotel. Bonū separatum secundum Platonem est per se bonum: nā apud ipsum idem sunt bonum separatum, bonū per se & primū bonum. Sed bonum per se non est communis idea omnium bonorum; quia cum quędam sint bona gratia sui; vt quę sunt desiderabilia per se, sicut delectatio & virt': & quędā sint bona tantùm gratia alterius, vt potio amara, & q̄ dicuntur bona vtilia, cōstat quod ista non sunt bona per se. Cùm igitur idea participetur ab omnibus, quorū est idea, & nō omnia bona participent bonū per se, cōstat, quòd per se bonum non est idea omnis boni: ergo nec bonum separatum, quod, secundum Platonem, est idem cum per se bono.

Bonum separatū non est communis idea omnium, quæ per se sunt bona.

Quarta est: Bonum separatum nō est cōmunis idea omniū, quæ per se sunt bona sic ꝓbatur de intentione Aristotelis: Aut solum bonum separatū est per se bonum, aut omnia, quę per se appetuntur, sunt per se bona: si detur primū, ergo vanè est idea: dicitur enim idea, q̄a aliquid sibi assimilatur: sed si ipsum solum est per se bonum, nullum aliud bonum ei assimilatur, ergo vanè esset idea, Sidetur secūdum, oportet quòd omnibus talib' sit eadē ratio bonitatis: sicut in niue & in cerusa est eadē ratio albedinis, q̄a participant eandem naturā albedinis: sed non eadem ratio bonitatis est in omnibus p̄ se bonis, est enim alia ratio bonitatis in honore, alia in prudentia, alia in voluptate: ergo per se bonum non est communis idea omnium per se bonorum.

Bonum separatum nō est hominis summum bonum.

Quinta est hęc: Bonum separatū, quod secundū Platonem est idea omnium bonorum, non est summum bonum hominis, id est felicitas, de qua quęrim' hīc: ꝓbatur sic ex intentione Aristote. Summū bonū hominis, de quo hīc intendimus, vel est operatum, vel possessum ab homine; aliter non perficeret hominē, sed illud bonum separatum, cùm sit omnino extra hominē, nec est operatum, nec possessum ab homine: ergo in eo non consistit felicitas hominis.

Boni separati notitia hominibus aud necessaria est.

Sexta est, Cognitio illius boni separati nō est necessaria homini ad operandum, ꝓbatur sic ex intentione Aristotel. Cùm homo operet arte & ratione, si esset necessaria homini ad operandū cognitio illius boni, aliqua ars vteretur tali cognitione, & ex ea artifex iuuaretur ad bene operandum: sed nullam videmus artē vti tali cognitione, nec iuuat artificem ad bene operandum. Nam illud bonū separatū apud Platonem est vniuersale. quilibet autem artifex occupatur circa bonum particulare, nihil ergo prodesset sibi ad operandum cognitio illius boni separati.

Hæc est summa reprobationis, quā fecit Aristote. cōtra Platonē de felicitate, quę profectò nō tendit contra mentem Platonis. Nam intendit Plato & sequentes eum, q̄ illud bonum separatum sit bonum ineffabile, q̄ est causa omnium aliorum entium intellectualium & nō intellectualium, viuentium & nō viuentium in cuius cognitione vt in nobilissimo actu intellect' cōsistit humana felicitas. Et aduerte, q̄ nec Aristote. in libro decimo Ethicorum, sciet recedere ab hac sententia: & tūc apparebit quàm vera sit sententia Platonis: & soluem' rationes, quas hīc Aristot. formauit. Tendunt enim ad verba in superficie accepta: q̄b. cō sueuit vti Plato, sed noluit Arist. scrutari in illis verum & sanctissimum Platonis sensum: & si domin' vitam cōcesserit, decreui ordinare moralem Philosophiam in dogmatē Platonis, vbi apparebit quàm egregiè de felicitate Plato scripserit. Hęc de prę̄senti capite dicta sint.

CAPVT II.

Ex propria sententia quidnam sit ipsa felicitas, & in quo verè consistat, ostendit.

Cap. 2.

IN secundo capite inquirendum est ex ꝓpria sententia Aristote. quid sit felicitas, & ex cōsequenti in quo cōsistat, & diuiditur in duas partes. In prima assignatur descriptio felicitatis ex aliquib. generalib', & cōmuniter cōcessis quę respiciunt essentiam felicitatis secundum se. Et hęc descriptio talis est. Felicitas est bonum perfectum & p̄ se sufficiens, In secunda assignatur descriptio felicitatis, quæ respicit essentiam felicitatis in comparatione ad felicem, & est hęc: Felicitas est propria operatio hominis secundum virtutem in vita perfecta.

Quantùm ad primam partem aduerte, quod antequam Aristotel. ponat & probet primam descriptionem: prę̄ponit duas distinctiones de fine, quę sibi deseruient in probatione primę descriptionis.

Finis vltimus duplex in genere & absolutè.

Prima distinctio est. Cùm felicitas sit finis vltim', talis finis est duplex, scilicet in genere & absolutè: finis vltim' in genere, est bonū vltimò intentū in qualibet arte & scientia, & gratia illius fiunt omnia in tali vel tali arte, & hic multiplicatur vt multiplicantur artes. Nam in arte medendi est sanitas: & omnia illic fiunt gratia sanitatis & in arte militari est victoria. Finis vltimus absolutè est ille, ad quem respiciunt omnes artes & omnes humanę operationes, quē cùm assequimur, extimamus nos felices.

Finis vltimus absolutè est bonum perfectum.

Secunda distinctio est hęc: Ex finibus quidā appetuntur propter aliud, & nunquā propter seipsum, quia nō habent ex se, quòd sint appetibiles, vt medicina amara & abominabilis; & quidam appetibilis est propter aliud, & propter seipsum, vt medicamen dulce & odoriferum. Et quidā est appetibilis propter seipsum, & nunquā propter aliud, & hic perfectissimus est, quoniam habet ex se omnem rationē appetibilitatis & non ex alio. Positis his distinctionib' dicit Aristoteles, quòd videtur felicitas esse finis tertio mō dic. Nam hanc eligimus semper propter seipsam, & nunquam propter aliud: alia autē bona appetibilia ꝓpter seipsa: etiā quòd nullā consequeremur vtilitatē ex eis, appetimus gratia felicitatis. Appetimus enim honorem, voluptatem, scientiam, intellectum, virtutem propter cōsequendam felicitatem felicitatem autem nunquam appetim' propter aliud: & ex eodem fundamento constat felicitatem esse vltimum finem absolutè. Nam omnes vltimi fines in genere ordinantur ad felicitatem, & non econuersò.

Felicitas est bonum perfectum, & per se sufficiens.

Ex his distinctionib' sic format Atistoteles primā descriptionē de felicitate. Felicitas est bonū perfectum, & per se sufficiens, hanc probat, deinde declarat. Sic autem ꝓbatur, felicitas ex distinctionib' datis est finis vltim' absolutè in reb. humanis, qui propter seipsum, & nunquā propter aliud appetitur: ergo est bonum perfectū, quia cùm sit finis vltimus, & per se solùm appetibilis non accipit ꝑfectionē, nec bonitatē ab alio, sed in se continet. Prætereā, q̄etat appetitum humanum, aliter non esset felicitas: ergo est bonū

perfectum omnino perficiens felicé. Tunc vltrà, si est bonũ perfectum, ergo est bonũ per se sufficiens: quod sic probat, pfectũ est cui nihil deest, ex tertio Phy. id, cui nihil deest, est per se sufficiens, nã si non esset per se sufficiens, aliquid sibi deesset ad sui sufficientiã: & sic nõ esset perfectũ. Vnde patet, quòd posito perfecto ponitur per se sufficiens, & ex negatione per se sufficientis. negatur perfectum. Constat ergo hanc consequentiam valere: felicitas est bonum perfectum, ergo est per se sufficiens.

Hęc autẽ descriptio quãtũ ad ly Per se sufficiens habet dubiũ in quo sensu debeat intelligi. Vnde aduerte quòd felicitas debet trib. modis esse bonũ p se sufficiens. Primo vni soli homini, quia cùm fecerit aliquẽ felicem, nullo alio bono exteriori indigebit. Nã nõ stat felicitas cũ indigẽtia: aliter nõ esset bonũ perfectum perficiés absolutè felicem. Secundò debet esse bonum sufficiens nõ solùm vni homini viuenti solitariè, sed & parentibus & filiis, & vxori & amicis & ciuib', & ratio hui' est: qa homo naturaliter est animal domesticũ & ciuile. Inquantùm animal domesticũ ad hoc q; sit felix felicitate œconomica debet esse p se sufficiens ad ꝓuidendũ parentib' cõstitutis in senectute; & vxori & filiis & reliquæ familię. Inquãtũ est animal ciuile debet esse p se sufficiens ciuib' & amicis in subministrando tẽporalia: & dirigendo in agendis ex prudẽti cõsilio. Hæc tamẽ sufficientia inquit Arist. debet esse terminata. Nã si quis dictã prouidentiam extendere velit non solum ad proprios ciues & amicos, sed ad quoscũq; alios, & amciorũ amicos, ꝓcessus esset in infinitũ: & sic null' esset felix felicitate œconomica, aut politica, nisi talis felicitas cõtineret ifinitã sufficientiã quod nõ cõtingit. Quem autẽ terminum per se sufficientiæ habere debeat talis felicitas dicetur in Politica & œconomica. Tertiò debet esse bonum per se sufficiẽs in hoc sensu: quia est p seipsam eligibilis, etiam quòd non adiungeretur sibi aliud bonũ. Si tamẽ connumeretur alteri bono erit eligibilior: quia felicitas cõnumerata alteri bono dicit melius aggregatum: quod autem est melius est eligibilius.

Num felicitas si ei aliquod bonũ ſuperaddatur, fiat eligibilior.

Pro euidentia hui' tertiæ cõditionis: aduerte quòd ista tertia cõditio videtur destruere descriptionẽ suprapositã de felicitate: nã si addito alio bono ipsi felicitati, fit eligibilior: ergo nõ est bonum perfectum, nec sufficit ad satiandũ desideriũ felicis: & per consequens nõ est bonũ per se sufficiens. Nam secundũ dicta Arist. quod est melius est perfecti' & magis sufficiens. Sed felicitas adiuncta alteri bono facit aggregatũ melius; ergo perfectius & magis sufficiẽs.

Respondẽdũ, quòd felicitas, de qua loquit hic Philosoph', & quã potest homo ꝓ hac vita habere, nõ includit aggregationem omnium bonorum, per quam excluditur augmẽtũ bonitatis ex additione alterius boni. Talis enim est beatitudo Christiana ꝓ statu alterius vitæ, de qua nõ intẽdit hîc Philosophus. Sed includit sufficientiam omnis boni necessariò req̃siti ad bene viuere hominis vita ciuili & morali: vltra quæ bona necessaria dantur plura alia bona, ex q; bus, si aliquid addatur felicitati, faciet ipsam eligibiliorẽ, verbi gratia. Si homo turpis habet sufficientiã bonorũ fortunæ & habit' intellectuales & virtutes morales & operatur secundum eas, est beatus beatitudine quã hîc describit Arist. Si tamẽ ei adiungerenẽ pulchritudo, & alia bona, puta generositas sanguinis & affabilitas; &c. talis beatitudo esset eligibilior & melior: & licet beatitudo Christiana omnibus modis satiet appetitũ, non tamen ea, de qua hîc loq; tur Arist. Sed sufficit quòd satiet appetitum regulatũ ratione. Talis enim nõ appetit quodcunque bonum: nec sub qua cũque ratione, sed tãtũ sibi oportuna & sub tali termino: & id magis declarabitur in librodecimo. Et in hoc sensu dicitur felicitas, de qua hîc loquitur Aristot. bonum perfectũ & per se sufficiens. Et aduerte quòd hæc descriptio magis cõpetit felicitati Christianæ quàm ei, de qua hîc loquitur Aristo. vt alias pertractabimus Deo annuente.

Cap. 7. Felicitas est propria hominis operatio.

Quantùm ad secundã partem assignanda est descriptio secunda de felicitate, quæ respicit essentiã felicitatis in cõparatione ad felicem. Aduerte igitur quòd Aristot. prius inuestigat partes secundæ descriptionis, deinde cõcludit: partes autẽ sunt gen' & differentia. Prius igitur inuestigat genus, deinde differentias. Id, quod pro genere ponitur vtpote magis cõmune, est hoc, Felicitas est propria operatio hominis. Et ꝓbatur sic ex intentione Aristot. Cuiuslibet habentis propriam operationem, bonum & sua perfectio cõsistit in sua propria operatione. Hæc manifestatur inducti nẽ: nã quia tibicinis & citharœdi & ædificatoris & vniuersaliter omnis artificis est aliqua sua propria operatio, tunc dicimus artificem esse bonum & perfectum, quando habet propriam operationem secundum artem: sed hominis est aliqua ꝓpria operatio, nã cuiuslibet artificis est aliqua propria operatio, vt patet, aliter frustrà esset ars: ergo & hominis. Prętereà cuiuslibet partis in homine est aliqua ꝓpria operatio, vt oculi, auris, manus, cordis, &c. ergo & toti' hominis, cùm totum sit nobilius qualibet sui parte: ergo bonũ & perfectio hominis est propria operatio hominis: sed felicitas est bonũ & perfectio hominis ex prima descriptione, ergo felicitas est propria operatio hominis.

Propria operatio hominis est, quæ cõuenit soli homini: cùm igitur viuere, sentire, appetere, moueri secundũ locũ sint cõmunia homini & cæteris animantibus, nõ sunt propria operatio hominis: intelligere autẽ siue operari secundum rationem est proprium hominis, quia est ab anima rationali, quæ inest soli homini. Ergo operatio, quę est à parte rationali, rationali dico secundum essentiam, vt excludam partem rationalem secundum participationem, de qua loquemur in quarto tractatu huius primi libri, est operatio ꝓpria hominis: felicitas igitur hominis est operatio hominis secundum partem intellectiuam, quoniam hæc est propria hominis.

Pro euidentia hui' rationis aduerte quòd operatio partis rationalis p participationẽ: q̃ est vis appetitiua sensitiua in nobis distincta per cõcupiscibilem & irascibilem, nõ est omnino excludẽda à felicitate de qua hîc intẽdit Arist. quoniam vt manifestabitur in tertio libro in ea reponuntur aliquæ virtutes morales, vt fortitudo in irascibili & tẽperãtia in cõcupiscibili: virtutes autem ad felicitatem ordinantur. Cùm igitur dicit Aristoteles operationẽ propriam hominis quæ sit felicitas esse partis rationalis, vt habens & intelligens, idest, secundum essentiam: intelligendum est essentialiter & principalius.

Felicitas est operatio hominis secundum optimã virtutem, & cedens in vita perfecta.

Inuestigato genere ponendo in secũda descriptione felicitatis, nũc inuestigandæ sunt differentiæ ex intẽtione Arist. & sunt duæ prima est, quòd felicitas nõ est quælibet ꝓpria operatio hominis, sed solùm quæ est secundum virtutẽ, id est secundum optimum habitum: nã, cùm operatio fit ab operãte, vt citharizare à citharœdo bona operatio erit à bono operante, vt bene citharizare à bono citharœdo: & optima operatio ab optimo operante, vt optimè citharizare ab optimo citharœdo felicitas, q̃ est optima operatio hominis erit ab optimo habitu, felicitas igit est ꝓpria operatio hominis secundum virtutem, id est, secundum optimũ habitũ, sed hoc non sufficit inquit Arist. Possibile est enim Sortẽ in tota vita sua habere solùm vnam operationem secundum optimam virtutẽ, & tamen nõ esset dicendus felix: quoniã sicut apparitio vni' hirũdinis nõ denũciat ver, nec vna dies serena facit ęstatem, sic nec vna sola operatio secundũ optimam virtutem: facit hominem felicẽ necesse est ergo homi nẽ perseuerare in tali operatione vsque ad terminũ vitę, vt sit felix: & ideo adiungit Aristo. secundã differentiam, scilicet in vita ꝓfecta, id est, donec perficit & terminatur vita. Posito igitur genere & differẽtiis requisitis ad diffinitionẽ felicitatis cõcluditur sic secunda diffinitio felicitatis ex intentione Aristo. Felicitas est propria operatio hominis ꝓducta secundum optimam & nobilissimã virtutem in vita perfecta.

Pro euidentia huius secũdæ diffinitionis aduerte duo. Primo, q̃ Aristot. nõ explicat hîc quę sit in homine optima virtus, siue habitus: in cuius operatione consistat felicitas, quoniã nondum determinauit de virtutibus in particulari. Postquàm autem determinauerit de virtutibus intellectualibus in libro sexto, tunc cognosces quòd in intellectu practico optimus habitus est prudentia, & in ei' operatione in vita perfecta consistit felicitas politica: in intellectu autem speculatiuo optimus habitus est sapientia: in cuius nobilissima operatione consistit felicitas speculatiua, vt manifestabitur in libro decimo Ethic. Nunc autem sufficit Aristoteli loqui de felicitate in generali.

Secũdò aduerte, q̃ in felicitate speculatiua nõ est necessaria lõgitudo tẽporis, eò q̃ actio intellect' speculatiua est tota simul & fit in instãti, vt declarabit in lib. 10. Est autẽ ad bene esse & decorẽ, eius, q̃ patet ex duobus secũdum Eustratiũ primò ex cõmuni opinione hominũ, omnes nãque illum felicioré extimant qui multo tẽpore feliciter vixit: q̃ nõ esset nisi lõgitudo tẽporis aliquo mõ & extrinsecè felicitatẽ augeret. Secundò, quia operationes nostræ speculatiuę intendũtur ex earũ frequẽtia & cõtinuatione, quæ requ-

runt

runt longitudinem temporis. Quãdo igitur Aristote. dicit in vita perfecta, innuit longitudinem tẽporis requiri ad felicitatem, nõ vt essentialiter requisitam, sed ad bene esse & eius decorẽ: si autem loqueremur, de felicitate futuræ vitę, vt fides nostra tenet, tunc dico nõ solùm longitudinem tẽporis necessario ad eam requiri, sed & æternitatem, aliter felix non esset in fine desiderij sui, & sicut dicit Aristotel. q felicitas est operatio ꝓpria hominis in vita perfecta dicit Theologus in vita æterna, sed hæc ad præsens negotiũ nõ pertinẽt, donec ptractemus de felicitate Christiana. Hęc de secundo capite dicta sint.

CAVT III.

Quomodo Aristo. de felicitate sententia, concordet cum opininibus Antiquorum.

Cap. 8. IN hoc tertio capite declarãdum est secundam descriptionem datam de felicitate esse veram, ex eo quod quæ dicta fuerunt ab antiquis de felicitate cõcordant cum prædicta descriptione. Et quoniam Antiqui in aliquibus cõmuniter cõcordabant, in aliquib⁹ autem discordes fuerũt, ideo præsens caput cõtinebit duas partes. In prima ostendetur, quod ea, in qbus communiter concordabant, non dissentiunt à prædicta descriptione, In secunda ostẽdetur quod & ea in quib⁹ discordant, sunt cõsona dictæ descriptioni: & sic omnibus modis manifestabitur veritas dictæ descriptionis.

Antiquorũ sententia sibi cõsentientes quomodo cum Aristote. concordent.

Quantùm ad primam partẽ aduerte, vt dicit Philosoph⁹, quòd in operatiuis principium, q est vltimus finis, oportet diligenter, cõsiderare quoniã ab eo sumitur tota ratio operandi. Vt autem dilgẽtior de eo habeatur consideratio, inquirendũ est de eo non solum per conclusiones, & principia, ex quibus deducantur cõclusiones, sicut nos fecim⁹ in præcedentibus antequã formaremus secunda descriptionem de felicitate: sed etiã per ea, quę dicta sunt ab aliis de felicitate, & ratio hui⁹ est, vt dicit Aristotel. ꝙa vero omnia cõsonant existentia, falso autem citò dissonat verum. Quod sic intelligendum est Vero omnia existentia cõsonant quia omnes propositiones includunt verum: nõ enim est aliqua ꝓpositio adeo falsa, quæ nõ includat verum, scilicet disiunctiuam factã ex seipsa & suo cõtradictorio, quæ disiunctiua necessariò est vera. Omnes ergo propositiones falsæ cõsonant verò, ꝙa includunt verum: sed falso cito dissonat verum, quia verum non includit falsum, nec ex veris cõcluditur falsum, si igitur omnes opiniones antiquorũ loquentiũ de felicitate, cõsonant opinioni Aristo. erit manifestum opinionem eius esse verã. Quòd autẽ opiniones Antiquorum quantum ad ea in quibus cõmuniter concordabant loquentes de felicitate concordent cum Aristote. patet hinc.

Omnes ponunt felicitate in animi bonis.

Aristote. ponit felicitatẽ cõsistere in bonis animæ, & in operatione animę: quoniã est operatio hominis secundum virtutem, quæ spectat ad animam. Et hæc duo tribuebant etiam Antiq ipsi felicitati quoniã cùm tria sint bona hominis, scilicet fortunæ, vt diuitię: & corporis. vt sanitas & animę vt sciẽtia & virt⁹, extimabãt, vt veritas est, bona animę esse maxima bona, & quoniã apud omnes felicitas est maximũ bonum hominis, sequitur & secundũ Arist. & secundũ Antiquos felicitatem esse bonũ animę, & non fortunæ, nec corporis. Quòd etiã Antiqui ponerent felicitatem cõsistere in operatione, sicut etiã ponit Aristote. patet ex eo, quòd dicebant hæc tria esse idẽ, scilicet bene viuere, bene agere & felicem esse. Bona autẽ vita nõ est aliud quàm bona operatio: est enim viuere operari ex secũdo de Anima. Igitur apud antiquos felicitas est bona, imò optima hominis operatio & hoc est, q dicit Arist. in secũda descriptione, cùm dixit, Felicitas est ꝓpria hominis operatio secundum optimam virtutem, nam à virtute optima procedit operatio optima, sicut ab optima arte optimum artificiatum.

Quãtùm ad secundam partem aduerte, quòd Antiqui in positione felicitatis in particulari discordabant, vt infrà.

Quidam posuerunt eam esse virtutem moralem, quæ est perfectio appetitus regulati secundum rationem.

Quidam eam esse prudentiam, quæ est perfectio intellectus practici, vt dicetur in libro sexto.

Quidam eam esse sapientiã, quę est summa perfectio intellect⁹ speculatiui vt declarabitur in libro decimo. Cõueniunt autẽ omnes prædicti in hoc quòd felicitas est virtus, nã & virt⁹ moralis & prudentia & sapientia virtutes sunt: quomodo autem distinguantur manifestabitur locis suis.

Quidam autem dicunt felicitatẽ consistere in virtute & voluptate & isti diuisi sunt, nam quidã ex eis dicunt virtutẽ & voluptatem concurrere ex æquo ad felicitatẽ. Quidam autem dicunt virtutem esse principaliorem, quidam verò voluptatem & virtutem esse secundariam.

Quidam autẽ dicunt felicitatem cõsistere in tribus, scilicet virtute, & voluptate, & abundantia bonorũ fortunæ.

Sed aduerte vt inquit Aristote. ꝙ multi & plebeij homines dicunt felicitatem consistere in voluptate & abundãtia bonorum externorum. Pauci verò & glorioſi, id est summè virtuosi vel in scientia famosi dicunt felicitatem consistere in virtute, sed neutri in toto errabant, quoniam in aliquo verum dixerunt, vt manifestabimus in sequentibus.

Nunc igitur declarandum est, quomõ descriptio secunda de felicitate concordat cũ omnib⁹ dictis opinionib⁹, Et primò cũ his qui ponunt eam esse virtutem. Secũdo cum his, qui ponunt eam in virtute & voluptate, siue in voluptate sola. Tertiò cum his, qui ponunt eam in bonis externis.

Quantùm ad primam opinionẽ manifestum est quia aliquo modo concordat cũ Aristote. licet etiam differat vt dicemus, nã virtus & operatio virtutis conueniunt in hoc, ꝙ virtus est causa, & operatio virtutis est effect⁹ virtutis. Cùm igitur dicãt Antiqui, quòd felicitas est virt⁹, & dicat Ari. ꝙ est operatio virtutis patet, quòd aliquo mõ cõueniunt, nã virtus & operatio virtutis ad virtutẽ spectant. Differt tamẽ multum opinio Aristote. & est melior opinione Antiquorũ, na licet hæc disiunctiua sit vera, felicitas est virtus, vel operatio virtutis: melius tamen est affirmare secundam partem quàm primam, ꝙ declaratur ex intentione Aristote. ratione & exemplo. Ratio quidem talis est: Felicitas est optimũ bonum, ergo cõsistit in eo, quod est optimum, sed operatio virtutis optima est respectu virtutis quoniã sicut melior est vi⁹ rei in bonis fortunę quàm possessio sola rei, ita in bonis animæ melius est operari secundum virtutẽ quàm habere solum habitũ virtutis: ille enim potest esse in dormiente, q vt sic, nullum bonum operatur: operatio autem virtutis nõ est in aliquo, qui non benè operetur. Cùm igitur felicitas ꝓficiat felicẽ: & magis perficiat operatio virtutis hominẽ, quã sola virtus, sequitur rationabilius esse ponere felicitatẽ in operatione virtutis, vt ponit Aristoteles, quàm virtutẽ, vt ponunt Antiqui. Exemplo autem idem sic manifestatur: In ludis, vt patet in monte Olympo, in quo celebrabantur ludi dicti Olympiades: nõ coronant nec accipiunt prẽmium, qui habent virtutem puguandi quantumcunque sint fortissimi, sed solũ q agonizant & vincunt: ergo melior est operatio virtutis ipsa virtute, ꝙa operationi datur prẽmiũ. A simili ergo fiunt illustres & felices, qui optima operant, & nõ qui optimas habent virtutes, sed nõ operantur secũdũ illas. Nam sicut inquit Eustratius, Thesaurus occultus in possessione non confert possidenti antequam manifestet, sic van⁹ est virtutis habitus nisi sequatur operatio, Rationabilior est ergo opinio Aristote. opinione Antiquorum.

Quantùm ad secundã opinionem, siue ponat felicitatẽ cõsistere in volupatte, siue in virtute & delectatione simul: saltẽ conuenit in hoc quòd nõ datur felicitas sine delectatione, & quòd vita felicis est vita delectabilis: sed in hoc cõcordat cũ Aristotele, quoniã eorum qui operantur secundum virtutem, est vita delectabilis, & cùm felicitas cõsistat in operatione virtutis ex secunda descriptione, patet quòd non datur felicitas sine delectatione.

Quòd autẽ operatio virtutis sit delectabilis virtuoso ꝓbat Aristote. & nõ solùm delectabilis, sed delectabilis magis quàm quæcunque alia operatio hominis: & habet delectationem in seipsa, & non per respectum ad extrinsecũ superueniens: & non solũ est delectabilis, sed pulcherrima & optima. Cùm igitur felicitas sit operatio optimæ virtutis, ex secunda descriptione, erit felici delectabilissima, pulcherrima & optima vita.

Virtutis operatio delectabilis est virtuoso.

Primò igitur probat Arist. quòd operatio virtutis sit delectabilis virtuoso: nam ꝙ amatur est delectabile amanti, Hæc patet inductiuè, quia equitans amat equum, ideo equ⁹ est sibi delectabilis: & quoniam qui videt spectaculũ amat ipsum, ideo est sibi delectabile & ratio huius est, quia amor fundatur in bono conuenienti ipsi amanti, saltem secundũ apprehensionem suam. Bonum autẽ conueniens secum affert delectationem: & ideo omne amatum est delectabile amanti: sed operatio virtutis amatur à virtuoso, quòd vnusquisque in seipso experitur dũ voluntariè benè operatur. Gaudet enim iustus operibus iustitiæ, & misericors subuentione indigentis: vnde dicemus infrà quòd signum generatæ virtutis est delectatio in opere: ergo, &c.

Virtutis operatio omnes excedit delectationes.

Secundò ꝓbat, quòd sit magis delectabilis quàm quęcũque alia operatio hominis, nã operatio virtutis est delectabilis secũdũ se & naturaliter homini, eò quòd cõuenit operanti

ranti ſecundum naturam ſuam integram,id eſt ſecundũ rationẽ rectam,quæ cõuenit homini inquantũ homo:& ideo eſt delectabilis omni ſapienti & omni virtuoſo. Aliæ autẽ operationes hominis, vt operationes vitioſæ,non ſunt delectabiles ſecũdũ ſe,ſed ſecũdũ diuerſam diſpoſitionẽ vitioſi,nã q̃ placet vno tẽpore diſplicet alio,vt vindicta placet iuueni, & diſplicet ſeni:& q̃ placet vni diſplicet alij vt largè effũdere ſua placet ꝑdigo,&diſplicet auaro,& poſtquã vitioſè delectabiliter operati ſum⁹,pœnitet nos poſtquã autẽ virtuoſè operati ſum⁹ nõ pœnitet nos,imò cõtemur q̃eſcentes & gaudẽtes in nobis,eò quòd operamur ſecundum rationẽ rectã,quæ vt ita dicã, nobis applaudit: operamur autẽ vitioſè recta ratione reclamante,& ſecundũ habit⁹ corruptos:& ideo delectatio tranſit, at dolor & mentis inquietudo ſubſequitur. Patet ergo quòd operatio virtutis eſt delectabilior quacunq; alia operatione vitioſa, vtpote delectabilis:in ſe & ex ſui natura. Vitioſa autem eſt delectabilis ex infirmitate naturę & corruptione mali habitus:vnde ſicut credendũ eſt ſano iudicanti de ſapore, ſic credendũ eſt virtuoſo iudicanti de vero opere delectabili: q̃ eſt opus virtutis, & ſicut mentitur ægrotans in ſapore, ſic vitioſus in delectatione operis vitioſi.

Virtutis opus per ſe iucundũ eſt.

Tertiò probat quòd operatio virtutis habet delectationem ſibi intrinſecã, & nõ recipit eã ab aliquo extrinſeco:ſicut ignis in ſe eſt calid⁹ & nõ recipit caloré ab extrinſeco. Nam quocunque extrinſeco remoto,putà cõmodo tẽporali,aut honore,aut autoritate gaudet iuſt⁹ operari iuſta:& liberalis operari liberaliter,ergo delectatio eſt intrinſeca & inſeparabilis ab opere virtutis,ſicut calor ab igne:vnde dicemus infrà in lib.8.quòd virt⁹ ſecũ affert præmiũ,eo quòd fruentẽ & gaudioſum in ſeipſo virtuoſum reddit,vitiũ autẽ ſecum defert miſeriam & pœnam,eò quòd vitioſum inquietum & triſtem & in ſeipſo diſcordem reddit,quoniam non eſt pax impio. Quod ſi videris operantẽ iuſta & cętera opera virtutum non gaudere, nemo dicet hunc virtutis gratia,ſed timore,aut alio reſpectu operari.

Felicitas res optima,pulcherrima, ac maximè iucunda eſt.

Quartò declarat q̃ ſit delectabilis & pulchra & bona:q̃ ſit delectabilis patet ex prędictis,q̃ ſit pulchra declaratur ſic:Pulchrũ eſt q̃ habet omnes partes ſibi requiſitas, & debitè adinuicem commenſuratas ꝓ oppoſitum,turpe ac deforme eſt,q̃ aliqua ſuarum partiũ caret, aut improportionatæ ſunt,vt qui caret oculo,aut habet oculũ paruũ, & alterũ maiorẽ.ſed operario virtutis habet omnes debitas circunſtantias & benè proportionatas, vt declarabim⁹ infrà, quando aſsignabim⁹ operi virtuoſo circunſtantiã cauſæ,& loci,& tẽporis,& modi,& perſonæ,& finis, &c.ergo pulchra & decora eſt.Operatio aũt vitioſa caret debitis circũſtantiis,vt declarabit infrà:& maximè circunſtãtia debiti finis,ergo turpis eſt. Hac de cauſa dicit virtuoſus apud morales pulchrè parere,vitioſus autẽ monſtruoſè.Quod autẽ ſit bona patet ex eo q̃ ad bonũ,id eſt ad felicitatẽ ordinat, & virtuoſum facit bonũ:nõ enim bon⁹ eſt q̃ ſcit quomodo virtuoſe operandũ eſt,ſed q̃ benè operatur.Quòd ſi operatio virtutis eſt bona,& pulchra & delectabilis: ergo operatio optimę virtutis,in qua diximꝰ felicitatẽ cõſiſtere,eſt delectabiliſsima &pulcherrima,& optima. Patet ergo quo modo ſecunda Antiquorum opinio concordat cum Ariſt.

Pulchrum, bonum & iucundum in multis diſtinguuntur ratione, felicitate idem prorſus ſunt.

Quantũ ad tertiã opinionẽ aduerte,q̃ cõcordat in vno ſenſu,cũ ſentẽtia Ariſt.in alio autẽ nõ.Nã,ſi ponũt Antiqui felicitatẽ cõſiſtere eſſentialiter in bonis externis, q̃ ſunt in manu fortunæ,diſcordat Ariſt.ab eis,quoniam probatũ eſt ſuprà neque diuitias,neque honorẽ,neq̃ principatũ facere hominẽ felicẽ ſi autem tenent Antiq̃ bona externa requiri ad felicitatẽ,vt organa deſeruientia &quæ decorant hominẽ felicẽ. ſic cũ eis concordat Ariſt.& declarat hæc omnia cõferre homini felici, ſcilicet diuitias,pulchritudinẽ corporalẽ,nobilitatẽ generis,bonã ꝓlẽ,bonos amicos Ex oppoſito paupertas,deformitas corporis,ignobilitas ſanguinis.carentia bonæ prolis & amicitię,vel peſsima proles & mali amici,aut mors bonæ prolis,& probati amici multum diminuunt felicitatem,& maximè politicem, quæ cõſiſtit in prudentia regitiua.

Diuitiæ ad felicitatem requiruntur.

Et q̃ diuitię requirãtur ad felicitatẽ politicã, ratio ſumit̃ ex hoc ſecundũ dominũ Albertũ,q̃a intẽtio politici gubernantis circa duo maximè verſatur. Primò vt faciat ciues bonos & virtutũ amatores. Secũdò vt violentias ciuiꝫ illatas repellat,& inferendas prohibeat. Sed neutrũ poteſt facere ſine diuitiis. Nam,vt dicet Ariſt.in primo Politicorũ, ciues nõ ſunt regẽdi regimine ſeruili,nec tyrannico,ſed ciuili & libero,& ideo oportet principẽ inducere ciues ad act⁹ virtutis & ciuile bonum non minis,nõ violẽtiis, ſed munerib. & præmiis:quorũ materia ſunt ipſæ diuitiæ. Ad remouenda damna ciuiꝫ illata,aut prohibendo inferẽda, neceſſe eſt habere milites,& congregare exercitum,vti bello, quæ fieri non poſſunt ſine ſtipendiis multíſque expenſis: ideo horum omnium paupertas eſſet impeditiua.

Pulchritudo requiritur ad felicitatem politicam.

Quòd ad omnimodã ꝑfectionẽ felicitatis politicæ requiratur corporis pulchritudo ratio hic ſumitur: Deformitas corporis reddit virum deſpectum & contemptibilem: pulchritudo facit hominem amabilem,amor inclinat ad complacentiam, & obedientiam,& honorem. Prætereà, animæ humanæ naturale habent deſiderium ad ea, quæ viſui ſunt delectabilia:nec credunt aſpectu deformem eſſe bonum ſecundũ mentẽ:quoniã,vt inquit Albert⁹,deformitas in figura corporis prouenit ex deformitate potentiarum animæ: ideo in membro,q̃ deuiat à figura humana non poteſt anima exercere operationem rectã:vnde ſecundũ ſententiam Phyſiognomorum monſtrum in corpore eſt monſtrum in anima. Vt igitur princeps ſit politicè felix, multum ei confert corporis integritas & pulchritudo.

Nobilitas generis confert ad felicitatem.

Quòd generis nobilitas cõferat felicitati principis & regentis populũ,hinc patet,dicit Euſtratius, quoniã ignobili ciues nõ libenter obediũt:& cùm vidẽt genere deſpectũ ad ſtatũ regiminis aſſumi murmurãtes dicunt, Quis eſt hic vt ſit domin⁹ & obediam⁹ ei,& dedignati de facili ſeditiones commouent. E contrariò fit cùm viderint principantẽ claro ſanguine natũ. Nã intentio hominis rəfertur ad hoc quòd in homine ſeruatur virtus & qualitas prædeceſſorũ ſuorum.

Proles, & amici ad felicitatem cõferunt.

Quòd autẽ ei conferant bona proles boniq; amici,hinc patet,quoniam pater in filio viuit & deſcendentibus,conſequitárque per eos perpetuitatem quãdam. Amicus autẽ in vtraq̃ fortuna eſt ſingulare ſolatiũ. Minus tamẽ felix erit, q̃ malã habet prolem,aut inſtabiles & infidos amicos: quoniã ꝓpter tales impedietur in opere virtutis:&adhuc multo minus beatus reputabitur,ſi bona prole & fidis amicis morte orbatus fuerit,quoniam vt inquit Euſtratius, ex memoria felicitatis præterite,homo triſtitiã vehementem incurrit ex qua impeditur delectatio in opere,& trãquillitas animi. Propterea ſecundum Boëtium, extremũ infelicitatis genus eſt,aliquando fuiſſe felicem.

Ex omnibus ergo prædictis cõſtat felicitatem politicam non poſſe eſſe,vel cum extrema difficultate ſine bonis externis. Et propter maximam connexionem bonorum externorum cùm felicitate dixerunt nonnulli felicitatem eſſe idem cum bona fortuna, quæ bonis externis dominatur & præſidet.

Bona externa non modò ad Politicam, ſed ad contemplatiuam ſpectãt felicitatem.

Quid autem ſit bona fortuna, & quorum ſit, & circa quæ, iam determinauimus in Eiptomate noſtro in ſcientia naturali.

Pro euidentia eius q̃ dictum eſt,diuitias requiri ad felicitatem politicam,aduerte quòd hoc nõ eſt intelligẽdum de ſola felicitate politica,nam dicit Ariſt.in lib.10,loquens de felicitate ſpeculatiua, quòd op⁹ eſt ſpeculanti ꝓſperitate exteriori nõ enim per ſe ſufficiens eſt natura ſpeculari: ſed oportet corpus ſanum eſſe & cibũ & reliquũ famulatũ exiſtere. Neceſſe eſt ergo pro vtraque felicitate,diuitias poſsidere,ſed differẽter:nã ſpeculanti mediocres ſufficiũt. imò ſuperabundãtes nõ expediunt,vnde dicet Ariſto.in 10. lib.teſtimonio Solonis felices fore,ſcilicet ſpeculantes mediocriter ditatos:politico autẽ gubernanti expediunt ſuperabundantes diuitiæ,nõ gratia ſui,ne ſibi ſint cauſa mali ſed gratia regendi, conſeruandi & defendendi ſubditos, vt diximus ſuprà. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi, Finis.

TRACTATVS TERTIVS
Super librum primum Ethicorum, in tria capita diuiſus.

De cauſa felicitatis.

POſtquàm de felicitate dictum eſt ad mentẽ Ariſto.q̃d ſit,& in quo eſſentialiter cõſiſtat: quia in operatione optimę virtutis ꝓ totam vitam:& quid ad eã inſeparabiliter ſequatur vt perfectiuũ eius:quia optima,& pulcherrima delectatio,quã cõſueuere ſapientes appellare fruitionem:& q̃ ei deſeruiat ac eam decoret vt diuitię, pulchritudo,nobilitas generis,optima & ingenua proles,& ꝓbata ac honeſta

ac honesta amicitia. Nunc pertractandum est, vnde ꝓuenit nobis felicitas sic descripta: & ꝙs exitit capax eiꝰ, & quando, an scilicet dū viuit, vel post mortē. Hunc igitur tractatum in tria capita distinguimus. Primò inuestigatur à qua causa effectiuè causatur felicitas & in quo potest recipi. Secundò inuestigatur, si homo in hac vita potest esse & dici felix. Tertiò inuestigatur si post mortē potest ꝙs esse felix.

CAPVT I.

Aquánam causa homini proueniat ipsa felicitas, & quis eius capax esse possit.

1. Ethic. 9. Cap. 9. IN primo capite quatuor agenda sunt. Primò ꝓponitur à quot causis possumus imaginari ꝓuenire felicitatem in nobis. Secundò arguitur ꝓbabiliter eam prouenire à causa diuina & humana, sed nullo mō à fortuna. Tertiò resoluit ꝓpositum. Quartò declaratur cuius sit felicitas, id est quis possit felix fieri.

Quantùm ad primū aduerte, quòd Aristot. quærit vtrū felicitas sit ꝙd addiscibile, vel assuescibile, vel exercitabile vel secundum quandā diuinam prouidentiam, vel ꝓpter fortunā. Et intendit, quòd quinque causis, aut modis possumus opinari felicitatem in nobis ꝓuenire. Primò, quòd acquiratur ꝑ doctrinā & disciplinam, sicut acquiruntur scientiæ speculatiuæ. Secundò quòd acquiratur ꝑ assuefactionē & frequētationē operandi, sicut acquiruntur scientiæ morales, vt declarabitur in libro tertio, de tēperantia & fortitudine. Tertiò, quòd acquiratur ꝑ exercitium, vt industria militaris, ars saltandi, & citharizandi. Quartò, quòd ꝓueniat in nobis ab extrinseco, vt à virtute & ꝓuidētia diuina. Quintò, quòd ꝓueniat à fortuna: quasi idem sint beatum esse & bene fortunatum esse.

Quantùm ad secundum. Primò ꝓbatur, quòd rationabile est eam ꝓuenire à causa diuina. Secundò tolerabile est quòd sit à causa humana. Tertiò nullo modo est à fortuna.

Felicitatem à diis prouenire ratiōabile est. Primum sic ꝓbatur ex intentione Aristote. Si aliqđ donum ꝓuenit à diis, hominibus, maximè rationabile est ꝓuenire felicitatē, sed constat quòd aliquod donum ꝓuenit à diis, hominibꝰ, putà esse, & viuere, & quòd sint naturę intellectualis, id cōueniens est ex eo, quòd sicut corpora inferiora recipiunt ꝓfectiones suas à corporibꝰ superioribꝰ, sic naturę intellectuales recipiūt ꝓfectiones suas à substantiis superioribus intellectualibus, quales sunt Deus & intelligentiæ, quas hīc Aristote. deos vocat. Sed id altius cōsiderare ad Metaphysicū spectat, vnde & nos in libro duodecimo Metaphysicæ, in quæstio. determinauimus primam causam esse causam effectiuam, conseruatiuam, & finalem omnium entium, Consequentiam autem sic probat Aristo. Cum felicitas sit ꝙd optimum, rationabile est vt sit à causa optima: hæc autem est causa diuina, quoniam optimum in esse est optimum in causalitate.

Felicitatem à causa humana homini bus prouenire tolerabile est. Secundū ꝓbatur dupliciter. Primò sic, Ex hoc quòd felicitas sit à causa humana, nō tollitur ꝓprietas felicitatis, ꝙ est, esse ꝙd diuinum & optimum: ergo tolerabile est eam esse à causa humana. Antecedens patet, ꝙa felicitas est ꝙd diuinum & optimum, ꝑ quanto est finis & præmium virtutis: sed si est à causa humana nō cessat esse finis & ꝑmium virtutis, nam sicut homo malè operans est dignus pœna, sic bene operans est dignus præmio. Consequentia autem ꝓbatur, quia nulla alia ratione esset intolerabile eam ꝓuenire à causa humana, nisi quia tolleretur ꝓprietas sua, sicut ideo intolerabile est hominem ꝓduci à bruto, quia cum vnumquodque ꝓducat sibi simile, tolleretur ab homine risibilitas: cùm ergo non tollatur ꝓprietas sua, nihil ꝓhibet eam ꝓuenire à causa humana. Secundò sic, Cū felicitas sit finis humanarum operationū, & præmium virtutis: (bene enim operamur vt simus felices) debet esse bonum cōmunicabile omni benè operanti, & ab eodē attingibile: sed, si est à causa humana, poterit esse cōmunis omni homini bene operanti, ꝙa ꝑ studium & disciplinam & exercitium bonorū operum quilibet homo nō orbatus, id est nō habens impedimentum ad operandū virtuosē, vel non habens defectum naturæ, vt insanus vel nō deprauatꝰ mala consuetudine, quæ naturam in deterius ꝓmutatꝰ, potest felicitatem cōsequi. Nulli enim, vt inquit Eustratius, habenti intellectū & sensum, & ad virtutē intendenti, & vt oportet studenti, scilicet bene agere, impossibilis est possessio optimi boni, id est felicitatis. Cōsentaneū igitur est vt sit causa humana, vt possit omni homini communicari. Diuina autem dona non communicantur omnibus: quare, &c.

Tertium sic ꝓbatur ex intentione Aristote. Optimꝰ effectus debet optimè fieri: sed felicitas est optimus effectꝰ cùm sit optimum in humanis, ergo debet optimè fieri secundum quòd potest fieri: sed ea q̄ fiunt à natura, aut ab arte, fiunt optime, quoniā natura nō errat, nec ars, nisi rarò, quoniam agunt ꝓpter finem: quæ autem fiunt à fortuna non optime fiunt, nec disponuntur eo modo, quo sunt apta disponi. Est enim causa ꝑ accidens ex secundo Physicorum. Causa autem per se, quales sunt ars & natura, potior est causa ꝑ accidens, ex consequenti effectus, ꝙ est à natura, vel ab arte, potior est effectu fortuito, est ergo irrationabile felicitatē, quę est ꝙd optimum, esse a causa fortuita. Præterea, si felicitas est à fortuna, multò magis omnia alia bona humana essent à fortuna, ꝙ est pernicioſum dicere, quoniam cessaret omne humanum studium ad bene operandum. Cōsequētia autem patet. quoniā si maximum & optimum bonum humanū quale est felicitas est à fortuna, multo magis minora bona humana: omnia autē alia bona humana sunt minus bona quàm felicitas, eo ꝙ ad eam ordinantur & non econuerso: ergo quod est maximū & optimum inquit Aristotel. concedere fortunæ valdè perniciosum erit.

Felicitas prouenire à fortuna irrationabile est.

Quantum ad tertiū resoluendo propositum, dicendum cum Aristote. quòd felicitas, quam potest homo ꝓ hac vita habere (de hac enim solum intendit hic Philosophus) est à causa humana, probatur, Felicitas est ꝓpria operatio hominis secundū optimam virtutem. Hæc enim fuit secunda descriptio data de felicitate, ergo est effectiuè ab homine, ꝙa ꝓpria operatio hominis non est nisi ab homine, sicut ꝓpria operatio ignis nō est nisi ab igne: homo autem est causa humana, ergo felicitas est a causa humana. Et q̄dem quòd felicitas sit ꝓpria operatio hominis secundū optimam virtutē nō solùm patet ex secunda descriptione suprapositā, sed etiā ex eo inquit Aristote. quòd est vltimus finis in rebꝰ humanis. Nā ad hoc tendit politica ferēdo leges, pœnas & præmia adhibendo, vt ciues faciat ꝑbonos & operentur secundum virtutē, & tunc arbitratur ciues esse felices, quòd ergo felicitas politica sit operatio secundum virtutem est consonum prædictis, & quòd sit à causa humana.

Felicitas est à humana causa.

Pro euidentia huiꝰ resolutionis aduerte secundū Eustratiū, quòd quædā nobis tribuuntur à Deo nihil nobis cooperantibus, vt anima, esse, viuere, & cętera dona naturalia: vt esse rōnale, disciplinabile, risibile, beatificabile, incorrupti bile secundum animā: & hæc sunt præcisè à causa diuina. Quædam autē tribuuntur nobis à Deo, nobis cooperantibus, studentibus, & laborantibus. Postquā enim exercitati fuerimus in operibus bonis, tunc felicitabimur à Deo. Et sic verū est dicere secundū Aristotel. quòd felicitas est à causa diuina, vt principali, sed nō vt totali. Et est à causa humana, vt à causa ꝓxima: nam, vt dicemus in libro decimo, felicitas speculatiua est ab intellectu speculatiuo secundū habitū sapientiæ, felicitas practica, quæ dicitur politica: est ab intellectu practico secundum habitum prudentiæ.

Aduerte vlteriꝰ quòd felicitas siue sit à Deo, siue ab homine, siue ab vtroque, dicitur diuina ꝙa, vt declarabitur in libro decimo, per eā, vt ꝓuenit ab habitu sapientię assimilatur homo Deo: vnde Aristote. in ꝓœmio Metaphysicæ, dicit quòd sapientia est diuina possessio.

Felicitatis compositæ minimè sunt irrationalia, & pueri & insani.

Quantùm ad quartum, ꝙa omnis effectus in aliquo recipitur, videndum est felicitatē siue causetur à Deo, siue ab homine in aliquo recipi: ꝙ denominetur & sit felix. Tuigitur aduerte, quòd Aristote. nō cōcludit directè cuiꝰ sit, sed cuius nō sit, vt cōsequenter appareat cuius sit. Dicit igitur, nullum irrationalū, neque puer potest esse felix, felicitate scilicet, de qua hīc intendit Aristote. vt sæpè diximꝰ. Nā descriptio secunda de felicitate suprapositā nō seruatur in aliquo irrationalium, neque in puero. Est enim felicitas operatio ꝓpria hominis, quæ est operatio intellectualis: quæ nō est apta competere alicui irrationali, cùm careat intellectu: & est secundum virtutem optimam, quam infrà dicemus esse prudentiam in intellectu practico aut sapientiā in intellectu speculatiuo sed neutra harum virtutū est apta esse in puero propter paruitatem ętatis licet sit rationalis naturæ: ergo nec animal irrationale nec puer possunt habere felicitatem.

Tu tamen aduerte, vt inquit Aristotel. quòd licet puer vt puer, nō sit actu felix: potest tamen esse in spe, putà ex bona eius dispositione, & quia videmus eum in bonum inclinari & refugere malum: vel ex eo quòd est ex felicibus parentibus progenitus.

Aduerte etiā, quòd & amentes & insani, in quibus ratio nis iudicium non est, cōputantur inter irrationalia ideo ne

quæ actu,neque in ſpe ſunt felices felicitate politica,neque ſpeculatiua.

Ex his conſequenter patet qs eſt felix:qui ſcilicet,eſt naturę rationalis operans ſecundũ optimam virtutem practicam vel ſpeculatiuam in vita perfecta.Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Num homo in hac vita eſſe,& dici felix poſſit.

Cap.10. IN ſecundo capite inueſtigandum eſt ſi quis hominum dũ viuit poteſt dici felix & eſſe,& tria agẽda ſunt.Primo ponitur opinio Solonis q Athenienſibus leges condidit.Secundò arguit contra Solonem. Tertio reſoluitur propoſitũ.

Quantum ad primũ aduerte quòd ſi conſiderẽtur tranſmutationes fortunæ circa hominẽ dũ viuit, nullus videtur poſſe dicit beat⁹:nam in omni ætate voluitur humana vita à bono ad malum & econuerſò à ſanitate ad ægritudinẽ,à diuitiis ad egeſtatem.Contingit etiam hominẽ ꝓ totam vitam felicem habere ſtatum: & vitã miſerabiliter terminare, vt deſcribit Homerus de Priamo : & talẽ nullus felicem dicet. Propter has humanę vitæ reuolutiones dixit Solon nullũ in vita dici poſſe beatum.ſed reſpiciẽdum finem,id eſt ſi felici ter ꝓſeuerat vſque in finem vitæ, tũc dicendus eſt felix : ſin autem nõ.Et aduerte quod motiuum Solonis tale fuit,Videmus fortunas multoties circa eoſdẽ circulari,vt ex diuite pauper,ex malo bonus,ex libero ſeruus:felicitas autẽ debet eſſe qd permanens & ſtabile. Et in humanis propter dictas mutationes nulla eſt ſtabilitas:ergo ꝓ hac vita null⁹ dicendus eſt felix.

Quantum ad ſecundum arguit Ariſt.contra Solonẽ,nã ſi dictum eius eſt verũ , homo non eſt felix niſi quãdo moriẽ: tũc enim apparet qualis eſt finis vitę,an bonus,an miſer:ſed hoc eſt incõueniẽs , quoniã in morte homo nõ habet operationẽ ſecũdũ virtutẽ optimam, quã diximus eſſe felicitatẽ. Cõſtat em ꝙ quãdo moriẽ homo deſinit eſſe hominis:ergo deſinit operari,quoniã operatio ſupponit eſſe, ergo vel homo eſt felix ante mortẽ,vel nunquã eſt felix. Et aduerte ꝙ Ariſt.vt ſæpè dixim⁹ nõ intẽdit in tota ſcientia morali niſi de felicitate quæ ꝓ hoc ſtatu vitæ præſentis poteſt haberi: nec ſe intromittit de felicitate futuræ vitæ vt pleni⁹ dicem⁹ infrà,aliter ratio ſua contra Solonem nihil cõcluderet. Nã licet deſinat per mortem homo, nõ tamen anima : & ideo qui defenſaret Solonem poſſet dicere,quòd homo ratione animæ poteſt poſt mortem habere operationem ſecundum optimam virtutem,putà ſpeculari diuina.

Sed aduerte quòd quis poſſet reſpondere rationi Ariſ. factæ cõtra Solonẽ:& dicere eã fundari in falſo intellectu, nã quãdo Solon dicit quòd null⁹ eſt dicend⁹ felix ante finẽ vitæ,nõ intendit quòd felicitetur in morte & nõ ante : ſed quòd nõ eſt iudicandus felix ante finẽ vitæ:nam tũc poteſt firma dari ſententia de felicitate, quoniã cùm moritur homo cõſtituitur extra periculũ patiendi mala & infortunia: nec de cætero poteſt pati circulationes fortunæ.Ratio autẽ Ariſt.militat cõtra primũ ſenſum,& Solon intendit in ſecundo ſenſu:ideo nõ cõcludit Ariſt. cõtra ſenſum Solonis.

Hãc autẽ reſponſionẽ dupliciter reprobat Ariſt. primo arguit quòd homo in morte & poſt mortẽ nõ eſt conſtitutus extra mala & infortunia prẽſentis vitæ,nã cõtingit hominẽ poſt mortẽ maledici,infamari,inhonorari à viuentibus qui dũ viueret benedictus,famoſus,honoratus erat.Itẽ cõtingit filios ſuos occidi,hęreditatẽ ꝓdere,&c.ergo licet homo mortuus nõ ſentiat,tamen poſt mortem adhuc videtur pati circulationes fortunæ.Et aſſimilat homini viuenti, & nõ ſentienti q abſens poteſt maledici & infamari: & licet vt abſens hæc nõ ſentiat,tamẽ verè dicitur quòd abſenti mala cõtingũt Patet ergo quòd nec in morte poteſt dari firma ſentẽtia de felici,vel nõ felici quaſi quòd ſit cõſtitutus extra ſtatum circulationum fortunæ.

Secũdò ꝓbat Ariſt.ꝙ ſi de aliquo in morte verũ eſt dicera,ꝙ fuit felix:putà qa ꝓſperè vitã finiuit,fuit etiã verũ dicere dũ viueret ꝙ eſt felix:& ſic ante mortẽ homo eſt felix, & poteſt verè dici felix:cui⁹ oppoſitũ tenet reſponſio ꝓdicta.Arguitur igitur ſic Omnis ꝓpoſitio vera de præterito, ſupponit aliquam de præſenti veram,nã hæc ideo eſt vera, Bellũ Troianũ fuit,quia fuit aliquando verũ dicere, Bellũ Troianũ eſt ſi,ergo eſt verũ in morte, vel poſt mortẽ dicere quòd Sortes fuit felix;verum etiam fuit dicere dũ viueret,Sortes eſt felix:ergo non ſolùm in fine vitæ, ſed etiam in vita poteſt dici verè,quòd homo eſt felix.

Pro euidentia huius rationis aduerte, quòd licet omni propoſitioni veræ de præterito correſpondeat aliqua,quæ aliquãdo de præſenti fuit vera,magis tamẽ eſt certa veritas ꝓpoſitionis de præterito quã illius de præſenti : nã vera de præterito eſt neceſſaria,ſed vera de ꝓſenti nõ eſt neceſſaria: & maximè ſi pendet ex vera de futuro in materia cõtingenti,vnde ille,qui proſperè finiuit vitã ſuã, modò neceſſariũ eſt ipſum fuiſſe felicẽ ſed nunquã fuit hæc de præſenti neceſſaria,Iſte eſt felix quia dũ vixit ſemper fuit incertũ quomõ vitã ſuã terminaret,ſcilicet an miſerè,an proſperè. vnde ſuppoſito quòd ad hoc ꝙ aliquis ſit felix requiratur ꝓſpe rè finire vitã: hæc eſt indeterminatè vera,Iſte eſt felix, quia pẽdet ex hac de futuro,Iſte proſperè terminabit vitã ſuam, quę cùm ſit in materia cõtingenti eſt indeterminatę veritatis.De eo autem, qui iam feliciter vitam terminauit, verum eſt determinatè quòd fuit felix:quia eius veritas nõ pendet amplius ex futuro.

Reprobata opinione Solonis,ſoluit Ariſt.motiuũ ſuũ,ꝙ fuit hoc:Bona & mala fortunæ inſtabilia ſunt donec viuit homo:felicitas autẽ debet eſſe quoddã ſtabile, ergo dũ viuit homo nõ felix.Ad hoc reſpondens Ariſt. inquit, non eſt beatificand⁹ homo ſecundũ bona fortunæ,vt dicatur beat⁹ ex ꝓſpera fortuna & miſer ex aduerſa:nã ſi ſic eſſet,cũ non deficiant aliquando circa aliquem latrones fortunę, de eo eſſet verũ dicere,ꝙ multoties eſt felix & ſæpè miſer prout vertitur fortuna. Vnde de felici iudicarem⁹ ſicut de chamelæonte,ꝙ eſt animal facile tranſmutabile modò ad hunc, modò ad illũ colorẽ,prout ꝓpinquat corporibus diuerſorum colorum,ita ꝙ ſicut huiuſmodi animal nõ eſt terminatũ & ſtabile in colore ſic nec felix in felicitate ſua:hoc autẽ eſt deriſorium,nõ ergo oportet cõſtituere felicitatem in bonis fortunę, q̃ ex ſe variabilia ſunt: ſed in operatione virtutũ cui deſeruiunt vt inſtrumẽta bona fortunę, nã operationes virtuoſę dominę ſunt,id eſt principales in felicitate: & vitioſę dominæ ſunt oppoſiti,id eſt miſerię. Quod ſi cõſtituim⁹ felicitatẽ in operatione virtutis,rationabiliter dici poterit homo dũ viuit eſſe felix: quoniã licet in bonis fortunę nõ ſit ſtabilitas,eſt tamen in poteſtate ſua ꝓſiſtere in bonis actib⁹ ſecundũ virtutem.Iſti enim ex natura ſua ſtabilitatẽ & ꝓmanentiã habent.Quod ſic declaratẽ ex intentione Ariſ.Cùm tria ſint bonorum genera,ſcilicet fortunę, & corporis,& animę duo prima cùm ſint materialia ſunt ꝓ ſe variabilia.Omne enim habẽs materiã eſt ꝓ ſe mutabile ex 8.li.meta.Bona verò animę ſunt mutabilia ſolũ ꝓ accidens: ergo min⁹ mutabilia ſunt quàm bona fortunæ & corporis. Inter bona animæ,quædã ſpectant ad intellectũ vt ſcientia & ſapientia : quædam ad partem appetitiuam vt virtutes morales.Sed virtutes morales ſunt ꝓmanentiores ipſa ſcientia, q̃ tamen cõputatẽ inter bona humana ꝓmanentia: ergo virtutes morales & operationes earum computantur inter bona humana,quę magis ſint ꝓmanentia , ex conſequenti circa ea ponenda eſt felicitas.

Pro euidentia hui⁹ rationis aduerte ꝙ hęc ꝓpoſitio:Virtus moralis eſt ꝓmanentior quã ſcientia, poteſt habere duplicem ſenſum.Primo ꝙ ſit ꝓmanentior quãtum ad ſubiectum circa ꝙ verſatur. & hoc eſt falſum, quoniã virt⁹ moralis verſatur circa actiones humanas, quæ multam habent varietatem vt dictum eſt in ꝓcedentibus.Scientia autem ex primo Poſteriorum verſatur circa quę nõ cõtingit aliter ſe habere & ſic circa neceſſaria,& ꝓcipuè ſcientia quę ꝓpriè eſt diſciplina,id eſt quæ ꝓ demonſtrationem à priori habetur:vt mathematica ſecundo ꝙ ſit ꝓmanẽtior quantum ad exercitiũ,& recordationem:& ſic eſt verũ.Nõ enim cõtingit nobis ita cõtinuũ exercitiũ ſpeculandi in ſcientia,ſicut operandi ſecundun virtutes morales.Nã cõtinuè nobis occurrunt ea,in qbus agendum eſt ſecundum virtutem : ſicut vſus aliorum conſortia mulierum in qbus indigemus actibus temperantię & contract⁹ in negotiis in quibus indigemus actibus iuſtitiæ.& collocutiones hominum in qbus indigemus actibus affabilitatis:& veracitatis.Vnde oportet habitum virtutis magis firmari in nobis ꝓ conſuetudinem & exercitium,quàm habitum diſciplinę. Quantum autem ad recordationem magis firmatur quia licet homo obliuiſcatur ſcientię,non tamen virtutis moralis: quia continuè virtuoſus exercetur in ea: & quia virtus moralis principaliter conſiſtit in inclinatione appetitus , quę non tollitur per obliuionem.

Quantùm ad tertiũ aduerte quòd Ariſt.reſoluens ꝓpoſitum intendit hanc cõcluſionẽ, Quantũcunq; fortuna circuletur circa hominẽ,poteſt tamen dũ viuit eſſe felix.ꝓbatur Quomodocũq; ſe habeat fortũa circa ipſum, poteſt ꝓ totã vitã operari ſecũdũ virtutẽ:ergo poteſt eſſe felix.Cõſequẽtia

patet

patet:qm̃ vt dictum eſt ſupra, felicitas eſt operatio ſm̃ virtutem in vita perfecta. Antecedens autem declaratur & rõne,& ab euentib.fortuitis. Ratione ſic: Habens habitum virtutis perfectum,poteſt per totam vitam operari ſm̃ ipſum, non obſtante quacunq; mutatione fortunæ: ſed homo dum viuit poteſt habere habitum virtutis perfectum, ergo poteſt per totam vitam operari ſecundum virtutem.

Ab euentibus autem fortuitis ſic declaratur propoſitum Nam virtuoſus in omni fortuna benè & prudẽter ſe habet: & eſt ſicut tetragonum,id eſt, corpus cubitum habens ſex ſuperficies,quod idiomate noſtro dr̃ taxillus,qui quacunq; ſuperficie iactus fuerit firmatur. Vitioſus autem ſimilat̃ cor pori ſphærico: quod de facili circunfertur,& quieſcere ne ſcit. Sicut igitur tetragonum ſm̃ omnem ſuperficiem ſtat,ſic virtuoſus in vtraq; fortuna firmatur: ita ꝙ nec proſpera extollitur, nec aduerſa deijcitur. Vitioſus autem in vtraque circunfertur: ergo virtuoſus pro vtraque fortuna viuit ſine vituperio. Quod & in particulari ſic manifeſtatur: Euentus fortuiti aut ſunt parui,aut magni,ſiue boni ſiue mali. Si parui,non extimantur à virtuoſo: qm̃ vt magnanimus paruam fortunam ſiue bonam ſiue malã non curat, ſi magni,aut boni aut mali. Si magni & boni,decorant ſtatum virtuoſi: inuitántq; eum ad laudabiliora opera: qm̃ eis benè & laudabiliter vtitur. Si magni & mali,non deſtruunt virtutem: licet fortè virtuoſum impediant à multis actionib.bonis: imò magis claram faciunt virtutem,ſicut ignis magis clarificat aurum. Patet ergo quòd tranſmutationes fortunæ non obſtãt quin homo poſsit dum viuit eſſe felix felicitate practica, quæ ſtat in opere virtutis moralis: & felicitate ſpeculatiua, quæ ſtat in ſpeculatione ex habitu ſapientiæ, vt dicemus in decimo lib. Nec aduerſa fortuna obſtabit quin ſit felix ſtabiliter dum viuit: & non ſolùm in fine vitæ vt dicebat Solon: qm̃ virtuoſus in omni vita ſua bñ vtetur vtraq; fortuna, & optimè operabitur: optimè quidem etſi nõ abſolutè, tñ optimè ꝓput tps & facultas aderit, ſicut ſtrenu⁹ dux iuxta qualitatem & quantitatem exercitus optimè ſe habet in prælio & quilibet artifex optimè operatur iuxta qualitatẽ & quãtitatem materię ſubiectę: nec ex ꝓmutationib. fortunæ modò in bonum modò in malum fiet ſæpè felix & ſæpè miſer ad modum chamelęontis recipientis modò hunc modò illum colorem, quia virtuoſus aut prudenter præcauebit talia infortunia, aut ſi euadere non poteſt, aut ex improuiſo ſuperuenient, decenter ea feret: & ſic non mutabitur de felicitate in miſeriam licet mutetur de vno ſtatu fortunę quò ad bona externa, aut corporis in ꝺrium: nam, vt diximus ſ. operationes virtutum ſunt dñæ felicitatis, à quibus quocũ que infortunio accidente virtuoſus habens virtutis habitũ firmatum non recedet.

Ex prædictis ergo ex intentione Ari. concludere poſſumus ꝙ nihil prohibet illum dicere felicem: qui dũ viuit operatur ſm̃ virtutem: & habet ſufficientiam bonorum exteriorum non quidem paruo, ſed longo tempore: ſi autem quis non ſolum felix ſed optimè felix dicendus eſt: quatuor conditiones requiruntur. Primò ꝙ operetur ſm̃ optimam virtutem. Secundò ꝙ longo tempore. Tertio ꝙ non ſolùm per lõgum temp⁹ ſed per totam vitam. Quartò ꝙ in tali ſtatu moriatur: & in hoc ſenſu intendebat Solon. Tales igitur beatos optimè dicimus, beatos quidem non ſimpliciter vt dij, ſed vt homines poſſunt pro hac vita eſſe beati: nam cùm mutabilitati & vanitati ſubiecti ſint, non poſſunt perfectam poſſidere beatitudinem: & niſi daretur alterius vitæ ſtatus inane eſſet naturale hominis deſiderium, quo ad perfectam aſpirat beatitudinem: ſed de hoc tractare non eſt præſentis negotij, ad Theologum enim ſpectat.

Pro euidentia reſolutionis factæ aduerte tria. Primò vt dicit Euſtratius, virtuoſus prudenter & faciliter fert infortunia: non ꝙa non ſentiat dolorem & triſtitiam, id enim nõ eſſet laudabile. & potius inſenſatus quàm virtuoſus dicendus eſſet: ſed iõ fert, ꝙa eſt firmatæ virtutis & viuit recto rationis dictamine nam licet in eo triſtitia cadat, eſt tñ rõne moderata, ideo nec rationem nec virtutem ſubuertit.

Secundò ęquanimiter ſe habet in vtraq; fortuna, ita ꝙ nec extollitur proſpera, nec deprimitur aduerſa vltra limites rõnis. Id aũt ſibi ineſt per virtutem nominata in ęquanimitas: quæ vr̃ eſſe fortitudinis ſpecies: de qua loquemur in libro tertio, aliqui nuncupant eam virilitas: & huic vr̃ aſſentire Ariſt. qui in textu dicit ꝙ virtuoſus faciliter magna infortunia feret: non propter doloris inſenſibilitatem: ſed virilis exiſtens & magnanimus.

Tertiò aduerte, ꝙ finis vitæ in virtuoſo põt eſſe duplex. Primò ꝑ mortem corporalem: & hic patet. Secundò ꝑ aufe rentiam iudicij rõnis: vt ſi quis ꝑ ęgritudinem confirmetur in mania aut phreneſi, qñ dicit Ariſ. ꝙ ad felicitatem optimè dictã requirit vt vitã finiat in operatione virtutis, intel ligendum eſt primo vel ſecundo modo, nam ſicut per mortem finitur vita humana, in qua homo poteſt operari ſm̃ rationem, ſic per amentiam: vnde ſtatus amentię eſt ſtat⁹ mortis, quò ad vitam rationalem: licet non quò ad vitam animalem, exquibus ſequitur ꝙ ſi quis operet̃ ſm̃ virtutẽ vſque ad annos triginta, deinde fiat amens, poteſt ita dici felix ad intentionẽ Ariſ. ſicut qui operatur ſm̃ virtutem, vſq; ad eãdem ętatẽ & in ea morit̃. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Num poſt mortem poſſit quiſquam fieri & eſſe felix vel miſer.

1. Ethic. Cap. 10.

IN tertio capite conſiderandum eſt ſi poſt mortem poteſt fieri & eſſe felix, & ſimiliter miſer. Et aduerte ꝙ intentio Philoſophi eſt inueſtigare, ſi ex his, quæ accidunt parentib⁹ & amicis defunctorum, põt immutari ſtatus eorum de bono in malum, & econuerſò; verbi gratia Sortes moriens reliquit filium diuitem, honoratum, & ꝓbum. Poſt tps filius eius efficitur malus, pauper, inhonoratus, infamis: quęritur, ſi ex mutatione filij in malum mutatur ſtatus Sortis defuncti in malum, ita ꝙ poſsit dici poſt mortem factus miſer: & ex oppoſito, ſi Plato moriens reliquit filium idiotam, deprauatũ malis morib. pauperem, & poſt tps euadit in virũ ſciẽtem & ꝓbum, & diuitem: quæritur ſi ex mutatione filij in bonum mutatur ſtatus patris defuncti in bonum, ita ꝙ poſſit dici poſt mortem factus felix. Pro reſolutione igitur huius ꝓpoſiti, Ari. tria intendit. Primò declarat ꝙ bonæ & malæ fortunæ vnius amici redundant in alterum amicũ viuentem, & quæ ſint tales fortunæ. Secundò declarat ꝙ bonę & malę fortunæ amicorum viuentium differenter redundant in amicos viuos & in amicos defunctos. Tertiò reſoluit ꝓpoſitum, declarans ꝙ fortunę viuentium amicorum non mutant ſtatum defunctorum ſecundum felicitatem aut miſeriam.

Amicorum fortunæ redundant in amicos viuentes.

Quantum ad primum ꝓbat dupliciter Ari. ꝙ fortunæ amicorum viuẽtium redundant in ſuos amicos viuentes, ita ꝙ ſi ſunt bonæ, lætificantur, ſi malæ triſtantur. Primò igitur ſic arguitur: Si non redundant, hoc eſt ɔ rationem amicitię quę ſtat in vnione & cõicatione amicorum adinuicem, vt declarabitur in li. 8. ita ꝙ vnus amicus reputat quę ſunt alterius vt ſua: ergo, &c. Secundò hoc eſt ɔ communem animi conceptionem, quæ apud oẽs approbatur, vt ſcilicet, amicorum omnia ſiue bona, ſiue mala ſint cõia: ergo neceſſe eſt dicere fortunas amicorum redundare in ſuos amicos viuẽtes, non tñ quaſcunque, ſed magnas & graues, quę ẽt natæ ſunt immutare animum viri boni & conſtantis. Nam ſi leues & paruę ſunt, ſiue proſperæ, ſiue aduerſæ, nõ mutabunt animum amici virtuoſi: virtuoſus enim ſicut nõ extollitur parua fortuna ꝓſpera, nec triſtatur parua aduerſa, ſic nec amici eius exultabunt, nec triſtabuntur ſenſibiliter, cùm cognouerint hęc contingere virtuoſo amico ſuo, ſi aũt virtuoſus magnum eufortunium aut infortunium paſſus fuerit, putà, quia natus eſt ei filius primogenit⁹ ex proba vxore, aut mortuus eſt ei primogenitus ſicut ipſe ex eufortunioſecundum rationem exultabit: & ex infortunio triſtabitur: ſic & veri amici ei⁹, aliter amici nõ eſſent: amicorũ em̃ eſt ſimul gaudere, ſimúlque triſtari. Patet igitur qũo & quales fortunæ amicorum redundant in amicos ſuos viuentes.

Mortui non participant bonis viuentium niſi leuiter, & in memoriis hominum.

Quantum ad ſecundum probatur ex intentione Ariſt. ꝙ fortunę, ſiue proſperę ſiue aduerſę & graues, aliter redundant in amicos viuos, & aliter in amicos mortuos. Pro cui⁹ notitia aduerte duo. Primo ꝙ amici viuentes realiter communicant in vita humana, & realiter poſſunt pati eufortunia & infortunia: & ſic realiter poſſunt ſimul lętari & triſtari: ꝙ cõicare ac reuelare ſibiinuicem bona & mala eis contingentia. Amicus autem mortuus non cõicat realiter cum viuo in vita humana, cũ ſit extra præſentem vitã, ſed ſolum cõicat memoria: inquantũ viuere dr̃ in memoria amici viuẽtis. Secundò aduerte, ꝙ in humanis mala & bona fortuita dupliciter conſiderantur: primò vt quę actu & de præſenti contingunt, ſicut ſi nunc fiat bellum, aut proditio patrię. Secundò vt quæ in prętetito contigerunt, & nunc amplius nõ ſunt niſi vt deſcripta & recitata ab Hiſtoricis & Poëtis, vt bellum Troianum: propter quam deſcriptionem exiſtunt in memoria hominum. His notatis ſic probatur propoſitum, Fortunę amicorum viuentium redundant in amicos ſuos

viuentes,quia vere & realiter cõicant adinuicem in humana vita:redundant autem in̄ amicos mortuos non quia cõicant in vita humana,ſed quia viuunt in memoria amicorũ viuentium.ergo patet,q̄ differenter redundãt in viuos amicos & mortuos.Secundo ſicut ſe habent mala,quæ actu cõtingunt,& mala,quæ in præterito contigerunt ad animum audientis:ſic fortunæ viuentium ad amicos viuos & mortuos.Sed mala,quæ actu cõtingunt,aliter afficiũt & immutant animum audientis quàm mala præterita:præterita em̄ non immutant niſi quia recitata ab hiſtorico fiunt in memoria audientis,ex qua memoria aliquãtulum immutatur,ſed non ita vehementer immutatur ſicut audiens mala p̄ſtia q̄timet ſibi poſſe contingere,ſic in propoſito,fortunæ amicorum viuentium realiter immutant amicos viuentes, quia reputant vt ſuas,& conſiderant ſe eaſdem poſſe pati. Non ſic autem immutant amicum mortuum , quia eſt extra ſtatum talia patiendi.Patet ergo quàm differenter redundãt in viuos & in mortuos.

Quãtùm ad tertium vt reſoluatur propoſitum duo ſunt ,ꝓbanda de intentione Philoſophi.Primum eſt,q̄ ſi aliquod bonum,vel malum cõtingens amicis viuentib⁹ redundat in amicos mortuos , illa redundantia eſt fragilis & parua , & non multum extimanda.Probatur:Talis redundantia nõ eſt ad amicos mortuos ſm̄ q̄ ſunt mortui , quia vt mortui non ſunt.Definit em̄ eſſe hominis per mortem,ſed redundant in eos vt viuunt nõ in ſe,ſed in memoria viuentiũ.Nam ex bono euentu circa amicum viuum fit celebrior & clarior memoria defuncti,ex malo autem euentu fit obſcurior, verbi gratia:Si Socrates reliquit filium,qui ſit benè fortunat⁹, putà qa defenſauit patriam,dī inter viuos:Beatus Socrat. qui talem filium genuit ſi aũt aliquod immane facinus committat,dī inter viuos: Infelix & ingratiatus Socrates,qui tam ſceleſtum habuit filium.Cũ autem huiuſmodi redundantia non ſit ad amicos mortuos ſm̄ ſeipſos,ſed vt ſunt in memoria viuentium,patet q̄ eſt parua & fragilis.Parui em̄ momẽti eſt & fragile,citóque euaneſcit , quod in ſola hominum memoria & opinione conſiſtit.

Secundum eſt,q̄ talis redundãtia non mutat ſtatum defuncti quò ad felicitatẽ & ſuum oppoſitum:ita q̄ ſi q̄s mortuus eſt felix,ex quibuſcunq;infortunijs contingentib⁹ amicis & cõſanguineis viuentib.non fiet miſer: nec ſi mortuus eſt infelix ex quibuſcunq; eufortunijs accidentib⁹ viuis amicis & conſanguineis fiet beatus,Probatur:Paruum bonũ ſiue malum non eſt ſufficiens ad immutandum ſtatum ex felicitate ad miſeriam:nec econuerſò, vt diximus ꝛ.Sed ſi aliquod eorum,quæ in hac vita aguntur apud viuos redundat in defunctum,ſiue illud ſit bonum,ſiue malum, illa redundantia eſt parua & fragilis:vt iam declarauimus. ergo,&c. Ex quibus concluditur ſm̄ Ariſto.q̄ qui mortui ſunt felices, ſemꝑ dicendi ſunt felices felicitate quam cõſecuti ſunt dũ viuerent,& qui mortui ſunt miſeri,ſemꝑ dicendi ſunt miſeri miſeria,in quã incurrerunt dũ viuerent. De felicitate em̄ & ſuo oppoſito quæ pro hac vita poteſt acquiri,ſemper loquitur Ariſt.in tota ſua ſcientia morali.

Pro euidentia huius reſolutionis aduerte,q̄ hæc ,ppoſitio,Homo poſt mortem non acquirit felicitatem nec miſeriam,põt hr̄e duplicem ſenſum.Primò q̄ non acquirat felicitatem nec miſeriam ex bonis,vel malis cauſib.quę ſuperueniunt amicis viuentib.& ſic eſt vera:quia,cum ſint extra ſtatum viuentium,non cõicant cum illis in eufortunijs, nec in ſuis oppoſitis.Secundò q̄ non acquirat felicitatem,aut miſeriam ſimpl̄r,nec ex vlla alia cauſa,& ſic eſt falſa:q̄m̄ licet moriatur homo:non tñ anima intellectiua etiam ad mentẽ Philoſophi vt determinauimus in 3.de Anima in qõ. 3.quæ, cum non poſsit eſſe ocioſa,poteſt hr̄e operationem intellectualem,qua poteſt beatificari,ſed de tali beatitudine ſpectat ad Theologum determinare: Philoſophus aũt accipit dictam propoſitionem iuxta primum ſenſum pręcisè,q̄m̄ vt dictum eſt,loquitur hîc tantum de felicitate & ſuo oppoſito pro præſenti vita.De felicitate alterius vitæ non loquit̄ affirmatiuè nec negatiuè Sed Deo optimo fauente, loquemur nos in Philoſophia morali Academica , quam intendimus ordinare poſt moralem Peripateticam:quam pręmanibus habemus.Et poſt Academicã,ordinaturi ſumus moralẽ Philoſophiam Chriſtianam:& ſcias pro certo , q̄ gradualiter ſe excellunt , vt ſtannum , argentum & aurum. Hæc dẽ tertio capite dicta ſint.

Tractatus tertij, Finis.

TRACTATVS QVARTVS
Super librum primum Ethicorum, in duo capita diuiſus.

Quale bonum ſit felicitas.

EXpleta conſideratione de cauſa effectiua & ſubiectiua & de tempore felicitatis: in hoc quarto Tractatu conſiderandum eſt quale bonum eſt ipſa felicitas , & in qua parte animæ eſt vt in ſubiecto.Diuidemus igitur hunc Tractatum in duo capita.Primò inueſtigabitur quotuplex eſt bonum,vt ſciamus quale bonum eſt felicitas.Scd̄ò ponem⁹ diuiſionem partium & potentiarum animæ , vt ſciamus in qua parte,vt in ſubiecto,poteſt eſſe virtus & felicitas.

CAPVT I.

Quodnam bonum ſit ipſa hominum felicitas.

IN primo capite quatuor agenda ſunt.Primò ponetur diuiſio boni in bonum laudabile,& in bonum honorabile. Secundò probabitur,q̄ neceſſe eſt felicitatem contineri ſub altera parte diuiſionis.Tertiò probabitur,q̄ non eſt bonum laudabile.Quartò concludetur,q̄ eſt bonum honorabile. *1. Ethic. Cap. 12.*

Quantũ ad primum,licet multę ſint diuiſiones boni putà in diuinum & humanum,in naturale & morale, in materiale & immateriale,in perpetuum & temporale, in vtile, delectabile,& honeſtum:tñ has oẽs diuiſiones dimittimus q̄m̄ propoſito non deſeruiunt,& ſolùm inſiſtemus diuiſioni quam Ariſt. innuit in textu, & eſt talis:Bonorum quoddam honorabile,quoddam laudabile. Bonum honorabile ,ppriè eſt illud,quod eſt abſolutè bonum,& quæritur gratia ſui,& non de neceſsitate ordinabile ad aliud,vt ad perfectius,ita q̄ bonum honorabile nõ ſupponit aliquod melius,aut perfectius,ad quod ordinetur:imò,ſi eſt bonum optimum,& finis omnium bonorum,eſt honorabiliſsimum.Vnde honoramus ſcientias ſpeculatiuas & ſcientes ſpeculatiuos,q̄m̄ huiuſmodi ſcientiæ ſunt gratia ſui, ex procœmio primi Metaphyſicæ:& honoramus deos vt optimos, nec ordinatos ad aliud.Bonum autem laudabile eſt illud quod etſi ſit bonum eſt tñ ordinabile ad aliud bonum,vt ad melius:vnde laudamus iuſtum ,ppter opera iuſta,quæ facit,& fortem propter opera fortitudinis,puta quia patriam defenſat : & curſorẽ quia bene currit. Vnde, ſi quis habet habitum virtutis aut bonam diſpoſitionem corporis,non eſt dignus laude niſi ſecundum habitum operetur,ſed differenter. Nam qui habet habitum virtutis & operatur,ſemper laudatur:quia operatio virtutis ſemper bona eſt , nec quis malè vtitur virtute: qui autem habet habitũ operatiuum,quales ſunt artes,non ſemper laudatur in opere,niſi ad bonum operetur & debitis modis. Nam medicus arte medicandi poteſt bene & male vti & miles poteſt iuſtè & iniuſtè pugnare,& ideo huiuſmodi operantes ſunt digni laude,ſi benè & debitè operentur,& non aliter.Quoniam igitur bonum laudabile eſt ordinabile ad aliud,vt melius nullũ bonum optimum & pfectiſsimum laudamus,ſed honoramus.cuius ſignum eſt dicit Ari.q̄ nõ laudamus deos:ſi enim laudemus deos relatos ad nos,id eſt,ſicut laudantur homines,eſſet deriſibile: laudantur em̄ homines,vt ex laudibus prouocentur ad melius & perfectius & perſeuerantius operandum:ſed ſic laudare deos eſſet deriſibile,quia ſunt perfectiſsimi:nec poſſunt ex laudibus ad digniora opera prouocari:vnde ſi hoc mõ laudarentur,vt inquit Euſtratius , eorum dignitati detraheretur:nam extimarentur q̄ aliquando eſſent in habitu,& non ſemper in actu perfecto.Ex his corollariè ſequitur , q̄ non laudamus optima,ſed attribuimus eis quid dignius laude, & extollimus ea dignioribus titulis:putà honoramus, beatificamus,felicitamus Dicimus enim Deum & alias ſubſtantias ſeparatas,& viros optimos eſſe felices & beatos.Patet igitur , quod ſit bonum laudabile & honorabile, & in quo differant. *Bonorũ aliud honorabile , aliud laudabile.*

Pro euidentia eius.q̄ dixit Ariſto.deriſibile eſſe laudare Deum,aduerte,q̄ aliquid eſſe laudabile poteſt intelligi dupliciter.Primò quia ordinatur ad maius bonum, vt diximꝰ. Secundò quia aliquod bonum perfectiuum laudantis prouenit laudanti ab ipſo laudato.Primo modo deriſorium eſt laudare Deum,vt declarauimus,non autem ſecũdo modo. Nam dedicatæ ſunt & inſtitutæ diuinæ laudes propter bona nobis ab ipſo communicata:& quæ in dies ſperamus nobis communicari Ariſtot. intendit in primo ſenſu & non in ſecundo.Vel dic,q̄ Deus eſt cauſa efficiens & finis omniũ.

vt effi

vt efficiens laudabilis eſt ſecundo modo, vt finis honorabilis eſt: vnde vt finī debetur honor & gloria & beatitudo.

Felicitas bonū quoddam honorabilium eſt, non autem computatur inter hominum facultates.

Quantùm ad ſm probatur ex intētione Ariſt. ꝙ felicitas ſub altera parte diuiſionis continetur. Nam vel eſt de genere bonorum laudabilium, vel honorabilium, vel de genere potentiarum operatiuarum: quæ dicuntur artes operatiuæ, vt ars militandi, ars medendi, &c. Sed non eſt de gñre potentiarum operatiuarum, quia tales artes non ſunt determinatæ ad bonum, poteſt enim homo ſm eas bene & malè agere: ſicut miles per artem militandi poteſt iuſtè & iniuſtè militare: & medicus per artē medendi poteſt ſanare & occidere infirmum: ſed felicitas eſt determinata ad bonum: qm̄, vt dicit Euſtratius, felix vt felix peccare nō poteſt. Eſt enim felix per operationem virtutis, quæ non poteſt eſſe mala: ergo de neceſsitate felicitas quæ eſt optimus & vltimus finis rerum humanarum vt dictum eſt in primo tractat. huius primi libri, eſt bonum laudabile aut honorabile.

Felicitas non eſt bonum laudabile.

Quantum ad tertium ꝓbatur ex intentione Ari. quod nō eſt bonum laudabile. Nam dictum eſt, ꝙ bonum laudabile eſt ordinabile ad aliud, vt melius & perfectius: ſed hęc ordinabilitas repugnat felicitati, dictum eſt enim in primo tractatu, qđ eſt finis optimus: ergo in humanis non datur quid melius aut perfectius: & quod eſt finis vltimus, de cuius ratione eſt, ꝙ omnes alij fines ordinent & quærantur ꝓpter ipſum: ipſe aūt non ordinetur nec quæratur propter aliud, aliter non eſſet finis vltimus. Cùm igitur iſtæ cōditiones repugnent felicitati, nullus, vt inquit Arif. felicitatem laudat, ſicut laudat iuſtū: eò ꝙ iuſtus ordinatur ad opus iuſtū, qđ eſt melius habitu iuſtitiæ, vt potè vltima perfectio ſua.

Quantū ad quartum probatur, ꝙ felicitas ſit bonum honorabile: nam à ſufficienti diuiſione, cū non ſit bonum laudabile, & ſtat vt ſit bonum honorabile. Præterea, eſt bonum optimum in humanis, & non quęritur ꝓpter aliud, imò oīa fiunt ꝓpter ipſam conſequendam. Quicquid enim agūt homines, quæcunq; ſuſtinent, ideo ſuſtinent, vt ſint felices, id eſt, vt conſequantur id, quod reputant ſummū bonum: felicitas ergo eſt quid optimum & diuinum. Tale autē eſt bonum honorabile: vt patet ex ratione boni honorabilis, quā ſuprà poſuimus. Ex quibus omnibus patet, quod laudandus eſt virtuoſus, ſed honorandus & glorificandus eſt felix.

Pro euidentia totius huius capitis aduerte, quod laus & honor in vno conueniunt, & in duob. differunt. Conueniunt quidem in hoc, ꝙ vtrunq; eſt exhibitio reuerentię in teſtimonium alicuius excellentię. Laudam⁹ enim & honoram⁹ quos videmus excellere in aliquo cōem conditionem hominum. Primo aūt differunt ex parte eorū, quibus attribuūtur, vtrunque enim attribuitur alicui excellētiæ, vt diximꝰ. Sed hæc excellentia poteſt eſſe duplex, ſcilicet abſoluta, & eſt reſpectu boni optimi, & huic debetur honor, vt excellētiæ regis, & Dei, & optimorum hominū, qui ſunt veluti dij terreni, & dicuntur heroes: & ordinata ad aliud, & eſt reſpectu boni ordinati ad melius: & huic debetur laus, vt excellentiæ medici & militis & ducis: iſti em̄ laudant, qm̄ eorum artes ad nobiliora opera ordinentur: vt conſeruare vitam hominis, defenſare pr̄iam, ꝓſternere inimicos dñij aut regni. Sed ꝙ differūt ex parte eorum, in quib⁹ cōſiſtunt. Nam honor eſt exhibitio reuerētiæ, ſiue factis; ſiue verbis: factis quidem, vt cū munera offert, aut caput inclinat, aut genu flectit, aut ꝓnus in terram adorat. Verbis aūt, vt cū de aliquo honorātē & dignè loquitur: ſed laꝰ ꝓpriè eſt exhibitio reuerentiæ ſolùm in verbis. Eſt enim laus præconium ore alieno celebratum: & ſic patet, ꝙ honor eſt in plus quam laus. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo diuidantur, & quæ ſint animæ poteſtates, & in qua animæ parte ſint virtutes.

IN hoc ſecundo capite ponenda eſt diuiſio partium & potentiarum animæ, vt ſciamus in qua parte & in qua potētia ſit virtus, & felicitas vt in ſubiecto. & quatuor agenda ſunt. Primò declarabitur, ꝙ hęc ſcia moralis habet tractare de virtute & de aīa: & de partibus ac potentijs animæ, non quidem abſolutè & oībus modis, ſed ꝓ quanto opportunū eſt præſenti propoſito, vt ſcilicet, ſciamus in quibus partib. animæ & potentijs ſtat virt⁹ moralis & intellectualis & felicitas. Secundò ponēt diuiſio partium & potentiarum animæ. Tertiò ponetur diuiſio virtutum in morales & intellectuales, & declarabitur in qubus partib. aīæ ſunt aptæ ineſſe. Quartò declarabitur in qua potentia animæ ſit felicitas, quam ſuprà deſcripſimus eſſe ꝓpriam operationē hominis, ſecundum optimam virtutem in vita perfecta.

Virtutē contemplari ad hanc ſcientiam ſpectat.

Quantum ad primum probatur primò ꝙ hæc ſcientia habet cōſiderare de virtute. Nam ex primo tractatu huius primi libri determinatum eſt ad hanc ſciam ꝑtinere conſidera tionem de felicitate, vt de fine vltimo, & ab omn b. deſideratiſsimo, ergo & de virtute, qm̄ virtus eſt de diffinitione felicitatis, vt dictum eſt ſuprà, felicitatem eſſe ꝓpriam operationem hominis ſm optimā virtutē: partes aūt diffinitionis & diffinitum ab eadem ſcīa cōſiderandę ſunt. Præterea, Hæc ſcientia habet conſiderare principia & fundamēta pōliticæ, vt diximus ſupra. Sed politica maximè fundatur in virtute, nam vt dicit Ari. ciuilis ſcīa in hoc maximè inſudare vī, vt bonos faciat ciues & legum ſeruatores. Cui⁹ ſignū eſt, ꝙ legum conditores apud Cretenſes & Lacedæmonios & ſi qui alij bonarum legum conditores fuerunt, ſemꝑ ſtuduerunt ciues ad virtutem inducere: ergo manifeſtum eſt hanc ſciam debere cōſiderare de virtute. Sed aduerte ꝙ cū virtus multiplex ſit, vt virtus naturalis, virtus corporis, virtus animæ, hæc ſcientia non habet ꝯſiderare de virtute abſolutè, ſed ſolùm de virtute animæ humanæ, quoniam hæc propriè ad felicitatem ſpectat, vt dicemus infrà.

Animā contemplari nō modò ad Phyſicū, ſed moralē Philoſophum ſpectat.

Secundò ꝓbatur ꝙ hęc ſcientia habet cōſiderare de anima & partib. animę. Nam ex concluſione prędicti habet conſiderare de virtute animæ humanę, ergo & de anima & partibus eius, probatur cōſequentia: Impoſsibile eſt habere notitiam de ꝓprio accidente, niſi habeatur notitia de eius ſubiecto. Non em̄ medicus cognoſcet ſanitatem niſi cognoſcat corpus humanum ſanabile. Cùm igitur ſcīa moralis ſit nobilior ſcīa medicinali, vt potè medicatiua animę, quæ eſt præſtantior corpore: ſi medicus cōſideret corpus humanū & eiꝰ partes, vt cognoſcat & ſciat ſanitatem inducere, multò magis philoſophus moralis, vt medicꝰ animę habet ꝯſiderare de aīa humana, & eius partibꝰ vt cognoſcat qūo & ſm quas partes eſt receptiua virtutis, qua animæ ægritudines curantur. Sed aduerte ꝙ vt inquit hic Ariſto. non ſpectat ad hanc ſcīam cōſideratio abſoluta & oīmoda de aīa & partibus animę, ſed pro quanto eſt ſubiectum virtutis & felicitatis, de quibus hīc principaℓr intendimus: nam ſicut ad phyſicum ſpectat vniuerſalis cōſideratio de corpore humano, ad medicum aūt limitata, id eſt inquantum eſt ſubiectū ſanabile & ęgrotabile, ſic ad phyſicum ſpectat vniuerſalis cō ſideratio de aīa & partib⁹ eius, vt patet in libris de Anima, ad philoſophum aūt moralem limitata, id eſt inquātum eſt ſubiectum virtutis & malitiæ. Vnde ſi quę partes & potentiæ animæ, nō ſunt receptiuæ virtutis & ſui oppoſiti, vt vegetatiuæ & ſenſitiuę & motiuę ſecundum locum, non ſunt hic conſiderandę. Et quoniam appetitus ſenſitiuus & intellectus & voluntas ſunt ſuſceptiua virtutis: ideo de his nūc tractandum eſt.

Quantùm ad ſm aduerte quòd licet in libro ſecundo de Anima poſuerit quinq; eſſe genera potentiarum animę quę dicuntur partes potentiales animæ, ſcilicet vegetatiuum, ſenſitiuum appetitiuum, motiuum ſm locum & intellectiuum, & in libro tertio de aīa tractans de potentia motiua, diſtinxit partes animę in rationalem & irrationalem, tamē hic mentionem facit ſolū de rationali & irrationali, quoniam hęc diuiſio ſola opportuna eſt prę ſenti ꝓpoſito. Omnis enim virtus humana eſt partim in irrationali & partim in rationali, vt declarabitur. Relicta igitur illa vniuerſali diuiſione in quinq; genera potentiarum, quoniam de ea & ſingulis eius membris ſufficiēter actum eſt in libris de Anima, & nos iam de his pertractauimus epitomaticè ſuper libros de Anima: vtendum eſt nunc diuiſione, qua diuiduntur partes animę, per rationalem & irrationalem: non perſcrutando vtrum iſtę partes diuidantur ſubiecto & ratione an ſolū ratione: hoc enim pertractatum eſt in libro ſecundo de Anima contra Platonem, qui viſus eſt ponere rationalem in cerebro, irrationalem puta concupiſcibilem in corde: & quātum ad prę ſens propoſitum ſpectat nihil refert quòd ſic vel ſic diſtinguantur.

Aduerte igitur ꝙ Ari. hanc diuiſionem intendit: Partium animę humanæ quædam irrationalis, quędā rōnalis. Irrationalis duplex, quædam non habens rōnem nec eſt apta nata obedire rōni, nec eſt à ratione regulabilis: quędam, licet nō habeat rationem, eſt tn̄ apta obedire rōni. Rationalis eſt duplex: quędam per eſſentiam, quædam non per eſſentiam, ſed per participationem: eſt enim irrationalis per eſſentiam.

Declarando ſingulas partes diuiſionis aduerte, quòd Ariſto. partem irrationalem, quæ nec habet rationem, nec eſt apta obedire rationi, appellat plātatiuam, cōmunē, non

hum-

humanam. Plantatiuam quidem eò ꝙ eſt manifeſta in plantis: & nulla alia pars animæ eſt in plantis, vt declaratum eſt in ſecundo de Anima. Hæc dicitur vegetatiua: qua animatum nutritur & augetur & gñrat ſibi ſimile in ſpecie. Cõem autem, quia ineſt omnibus animantib. tam perfectis quam imperfectis & in embryonibus: nam, vt declaratũ eſt in ſecundo de Anima, nõ datur ſenſitiuum, nec appetitiuum, nec motiuum ſm locum, nec intellectiuũ in his corruptibilibus ſine vegetatiuo. Non humanam verò, eſt enim humanum qđ eſt proprium homini: ſed hæc pars non eſt propria hominis imò cõis homini & alijs viuentibus: ergo non poteſt dici humana. Præterea, ſm partem animæ quæ eſt humana & ꝓpria homini dicitur homo bonus, aut malus, qñ per talem partem operatur, vt qñ operatur ratione & voluntate: ſed ſm partem vegetatiuam non dicitur bonus nec malus: qm̃ hęc pars maximè operaretur in dormitione, ſed dum homo dormit nec eſt bonũs nec malus moraliter: vnde in prouerbio dicitur ꝙ per dimidiũ vitę homo felix non differt à miſero, quia dimidium vitæ expẽditur in dormitione: niſi fortè quia aliquoties ſunt meliora & honeſtiora phantaſmata in dormitione ſtudioſorum, id eſt, bonorum quam malorũ: nam illis, qui dum vigilant in honeſtis, & laudabilibus negocijs ſe occupant, meliora & puriora phantaſmata apparent in ſomnijs quam illis, qui circa praua & turpia occupãtur. Verùm quia in hac parte vegetatiua nulla poteſt eſſe virtus moralis, nec intellectualis, aliter & plantam & brutum moraliter diceremus ſtudioſa: ideo reliquenda eſt, vt potè non deſeruiens propoſito noſtro.

Præter dictam partem irrationalem, quam appellamus vegetatiuum eſt alia, quæ eſt ☉ria rationi & tamen eſt apta nata obedire rõni, & per eã regulari: & in aĩa humana hæc pars dr̃ appetitus ſenſitiuus, ſiue ſenſualitas, quę diſtinguit̃ per iraſcibilem & concupiſcibilem, & ibi ſituantur paſſiones ſenſitiuæ, vt in concupiſcibili ſunt amor & odiũ, deſiderium & fuga, delectatio & triſtitia. In iraſcibili autem ſunt ſpes & deſperatio, timor & audacia, & ira, & de his omnibus iam diffusè tractauimus in Epitomate noſtro in tertio libro de anima in tractatu de potentia motiua. Nunc autẽ declarandum primò ex intentione Ariſt. appetitum ſenſitiuum eſſe contrarium rationi. Secundò, ꝙ eſt aptus obedire rationi, & regulari per eam.

Appetitus ſenſitiuus cõtrariatur rationi.

Quod igitur ſit ☉rius rõni declarat ſic Ariſto. Appetitus ſenſitiuus inclinat ad ☉rium illi⁹, ad quod inclinat rõ: ergo eſt ☉rius rationi Conſequẽtia patet, declaratur antecedẽs, nam tam in viro cõtinente quàm in incontinente eſt ratio: quę ſemper deprecatur ad optima, id eſt, quæ vt ita loquar deprecatur & ſuadet vt relictis paſſionibus ſequamur qđ bonũ & iuſtum eſt, & tñ in viro continente appetitus inclinat ad ☉rium, licet non prealeat rationi. Similiter in viro incõtinente, licet ratio moueat ad bonum, tñ appetitus mouet in ☉rium: & ſic in incontinente ſunt duo motus ☉trarij. Sed motus appetitus prævalet motui rõnis. Et, vt inquit Ariſtote. incontinens aſſimilatur paraclytico: nam ſicut in paralytico partes corporis dum mouentur non ſubduntur potentiæ motiuæ & appetitiuæ quia dum homo intendit eas mouere ad vnam partem, putà ſurſum ex vehemẽtia & motu morbi mouentur ad partem ☉riam contra intẽtionem & motum appetitus, ita ꝙ ibi eſt quædam pugna inter appetitum intendentem mouere ad vnam partem: & vehementiã morbi mouentem ad ☉rium, ſic contingit in incontinente. Nam licet ratio moueat ipſum ad bonũ concupiſcentia mouet in ☉rium & rõnem ſuperat. Et in hoc diſtinguit̃ incontinens à continente: nam licet in vtroque ſit ratio recta dictans eſſe abſtinendum ab illicitis voluptatib. & in vtroq; ſit concupiſcentia obuians dictamini rõnis & ſuadens contrarium tñ continens malas concupiſcentias non audit, nec ꝓſequitur, ſed ratio concupiſcentiã comprimit. In incontinente autem ſit ecõtrariò, & ideo, vt inquit Euſtratius, dr̃ vir incontinens quaſi non tenens, id eſt, non tenens frænatã concupiſcentiam, nec ei dominans. Continens autem eſt qui concupiſcentiam retinet, & ei repugnanti viriliter dominatur. Patet igitur qũ in anima prẽter vegetatiuam irrationalem, eſt alia pars irrationalis, quę eſt contraria rationi, quam dicimus appetitum ſenſitiuum.

Appetitus ſenſitiuus aptus nat⁹ eſt obedire rationi.

Quod autem hæc pars, licet ſit ☉ria rationi, tñ ſit apta obedire rationi, probatur dupliciter ex intentione Ari. Primò, quia experimur in nobis & videmus, ꝙ in viro continẽte, licet ſint malę concupiſcentiæ, id eſt, motus ad ſequẽdas illicitas voluptates immiſſos ab hac parte irrationali, quæ contrariatur rationi, tamen nõ ſequitur illas, ſed operatur vt ratio dictat, quod vtique continens facere nõ poſſet, niſi pars illa irrationalis eſſet apta obedire rationi. Et eſt magis obediens rationi in viro ſobrio, id eſt, temperato & forti, & vniuerſaliter in oĩ virtuoſo, qm̃ in virtuoſo tam actus exteriores, quã interiores concordãt rationi. Secundò, ꝓſuaſio ad bonum, quæ eſt ab amico, & increpatio, quę eſt a ſuperiori, & deprecatio, quæ eſt ab inferiori manifeſtant nobis hanc parte irrationalẽ eſſe obedibilem rationi, aliter eſſent vanæ. Non em̃ fiunt niſi ad hoc, ꝙ operetur homo ſcđm rationem, & non ſequat̃ malos & inordinatos appetitus paſſionũ, quibus feruntur & operantur bruta, homo autem debet rationem pro duce habere. Patet igitur, qũo hæc pars irrationalis, licet repugnet rõni, eſt tamen in homine apta obedire rationi, & per eam regulari, vt filius patri.

Pro euidentia huius rõnis aduerte duo. Primò vt dicit Euſtratius, Ari. hic tangit oẽs modos, quibus ſolet homo ab homine induci ad bonum. Nam induci põt per amicum ſibi æqualem, & hæc inductio perſuaſio dr̃, quæ ſic deſcribitur ſcđm Euſtratium. Suaſio eſt doctrinalis admonitio per amicum facta paſſionum animæ directiua, & poteſt induci ꝓ ſuperiorem, vt per principem, aut prælatum, aut patrem, & hęc inductio dr̃ increpatio quæ ſic deſcribitur ꝓ Euſtratiũ. Increpatio eſt poteſtatiua reprehenſio terrens appetentem præter rationem, vt ab excutione ceſſet. Et poteſt induci ꝓ inferiorem, vt pr̃ per filium & hæc inductio dr̃ deprecatio quæ ſic deſcribitur ſcđm Euſtratium. Deprecatio eſt ſermo charitatiuè molliterq́ prolatus: appetentem reducens à paſſionum proſecutione.

Secundo aduerte, ꝙ vt inquit Bea. Tho. exponens ex eo ꝙ ratio non ſubditur motibus appetit⁹ ſenſitiui ſed eos poteſt comprimere, apparet ꝙ ratio non ſubditur motib⁹ corporum cœleſtium ex quibus permutatis poteſt fieri aliqua immutatio in appetitu ſenſitiuo vtpotè virtute organica. Nam cũ ratio ſiue intellectus non ſit potentia affixa alicui organo non ſubditur directè actioni aut impreſsioni virtutis corporeę. Nec etiã voluntas quę eſt appetitus in ratione ex tertio. de Anima, id eſt, appetit⁹ intellectualis. Sed de hoc aliàs Deo annuente.

Pars aũt rationalis vt ꝑmiſimus eſt duplex: quædam eſt rõnalis per eſſentiam, ita ꝙ nullo modo eſt irrationalis: & hęc eſt pars intellectua is animę in qua eſt intellectus ſiue ratio & voluntas. In quo autẽ differat intellect⁹ & ratio dictum eſt in Epitomate noſtro in tertio libro de anima in tractatu de potentia intellectiua. Quædam eſt rationalis non per eſſentiam ſed per participationem, eò ꝙ poteſt rationabiliter opari vt rõ dictat, & vt obedit rõni ſicut filius patri; & hæc eſt pars appetitiua ſenſitiua in homine. Ex quib⁹ omnibus ſequitur ꝙ in diuiſione præpoſita & ſubdiuiſione dãtur duo extrema & vnũ medium. Primum quidem extremũ eſt pars omnino irrationalis & per eſſentiam & per participationem: non enim habet rationẽ, nec eſt apta obedire rationi, & hanc diximus plantatiuam ſiue vegetatiuam. Alterum extremum eſt pars rationalis quæ eſt rationalis ꝓ eſſentiam: nec eſt aliquo modo irrationalis, & hanc diximus eſſe intellectum & voluntatem. Medium autem eſt pars irrationalis per eſſentiã & vt ſic conuenit cum vegatiua, & rationalis per participationẽ vt eſt apta obedire rationi, & vt ſic conuenit cum rationali per eſſentiam & hanc diximus eſſe appetitum ſenſitiuum.

Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ Ari. iuxta diuiſionẽ factã de parte rõnali in rationalẽ ꝓ eſſentiã & in rõnalem ꝓ participationẽ diuidit virtutes humanas dicẽs ꝙ ſicut in aĩa eſt pars rationalis ꝓ eſſentiã quæ eſt intellect⁹ & voluntas; & pars rõnalis ꝓ participationẽ quæ eſt appetit⁹ ſenſitiu⁹, ſic duplex eſt virtus, ſ. intellectualis & moralis. Intellectualis qdem vt ſapientia & intellect⁹ & prudẽtia. Moralis aũt vt ſobrietas, id eſt, tẽperãtia, & liberalitas: & de moralib⁹ quidẽ acturi ſum⁹ in lib. 3. & quarto, & quint. De intellectualib. aũtin li. ſext. Verũ qa quis negare poſſet ꝑnominatos habitus eſſe virtutes, ideo id ſic ꝓbat Ari. Oẽs prenominati habitus ſunt laudabiles, ergo ſunt virtutes. Conſequentia patet qm̃ vt diximus in primo capite huius tractatus, laus ꝓpriè debetur virtuti eo ꝙ ordinatur ad opus vt quid meli⁹ & perfectius. Pro euidentia antecedẽtis aduerte ꝙ tam habitus intellectuales quàm morales ſunt laudabiles, ſed diuerſa ratione: nam vt inquit Ariſt. dicentes de moribus non dicimus qm̃ ſapiens, aut intelligens, id eſt, quando volumus laudare quo ad bonos mores: non dicimus, Iſte eſt bene moratus, quia eſt ſapiens aut intelligens, ſed quia eſt temperatus, iuſtus, liberalis. Laudamus etiam aliquem propter

pter habitum ſapientiæ vt magis declarabitur in libro decimo. Nam ſapiens videtur admirabilis ſuper alios homines; patet igitur q̃ oēs prænominati habitus ſunt virtutes. Ex quibus aliqui ſunt in parte rōnali per eſſentiam, vt intellectuales: aliqui aũt morales ſunt in parte rōnali per participationem: vt temperantia in concupiſcibili; & fortitudo in iraſcibili, vt manifeſtabitur in lib. tertio. Vtrum autē in parte rōnali per eſſentiam ſit aliqua virtus moralis declarabitur in libro quinto, cùm loquemur de iuſtitia.

Pro euidentia eius qđ dictum eſt, ſcilicet appetitum ſenſitiuum eſſe rationalē participatiuè, aduerte q̃ nō dicitur rōnalis participatiuè, quò ad cognitionē: ſed quò ad conformitatem. & regularitatem in operando. Nam pro quãto operatur non vt inſurgit ſicut in bruto, ſed vt rō dictat, ſcilicet cum debitis circunſtantijs dicitur eſſe rationalis participatiuè, & obedire rationi ſicut regulabile ſuæ regulæ. Tunc enim operatur ſicut ſi ratio operaretur.

Aduerte inſuper cùm diximus voluntatem cōtineri ſub rōnali per eſſentiam, non intendimus eam rationalem ſicut intellectum, ſcilicet per cognitionem: quia virtus appetitiua non eſt virt⁹ cognoſcitiua, ſed rationalē ex gradu naturæ ſuæ: quoniam ſicut ratio ſiue intellectus eſt potentia immaterialis inorganica, ſic & voluntas. Sed de hoc clarius loquemur infrà. Poteſt ego dici rōnalis ratione dicta, & rōnalis per participationem: quia eſt appetitus naturaliter ſequens apprehenſionem rationis ſiue intellectus. Differt aũt ab appetitu ſenſitiuo quoniam ille eſt virtus organica, & naturaliter ſequitur apprehenſionem extimatiuæ ſiue cogitatiuæ. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatum in librum primum Ethicorum finis.

LIBER SECVNDVS ETHICORVM,

In tres tractatus diuiſus.

PErtractat Ariſt. in ſecundo libro Ethicorum de medio, quo poteſt homo ad felicitatem, de qua actum eſt in primo libro, pertingere. Quod quidem medium eſt virtus moralis: iō de ipſa pertractat, prius quidem in cōi, & in generali in hoc ſecūdo libro: deinde deſcendet ad conſiderandum de eis in particulari in ſequentibus libris, vt de fortitudine, & temperantia in tertio libro, &c.

Super hunc librum formandi ſunt tres tractatus in quibus complectemur reſolutè totam intentionem Ariſtot.

In primo tractatu agendum eſt de cauſis ex quibus generantur in nobis virtutes, quærendo vtrum inſint nobis à natura: an acquirantur bonis, & frequentatis actibus, & quales ſint tales actus, & circa quæ verſantur.

In ſecundo tractatu inueſtiganda eſt definitio virtutis, quærendo quod ſit genus, & quæ differentiæ ſuæ.

In tertio tractatu aſsignandę ſunt ſpecies virtutum moraliū, & oppoſitio virtutis, ac vitij ſibi correſpondentis, tradēda ēt ſunt documēta, quib⁹ poterit homo fieri virtuoſus.

TRACTATVS PRIMVS.

De Cauſis virtutum moralium.

IN primo tractatu in quo inueſtigandæ ſunt cauſæ effectiuæ virtutum quæ in nobis continentur: erunt tria capita. Primo declarabitur q̃ virtutes morales, & vitia nō ſunt in nobis ex natura ſed generantur actionib⁹ noſtris. Secundò oſtendetur quales ſunt actiones noſtræ generatiuę virtutū. Tertiò circa quæ maximè verſantur virtutes morales, & dicetur quòd circa delectationes, & triſtitias.

CAPVT I.

De productione virtutis intellectiuæ, ac moralis.

IN primo capite tria agenda ſunt. Primò declaratur q̃ differenter gn̄antur in nobis virtus intellectualis, & virtus moralis. Secundò q̃ virtus moralis non eſt congenita nobis à natura. Tertiò q̃ generatur ex bonis actib. noſtris, & corrumpitur malis.

Virtus intellectualis quo modo ꝓficit ipſum intellectum.

Quantum ad primū aduerte, q̃ ex intētione Ariſ. virtus intellectualis, id eſt, quę eſt ſubiectiuè in ītellectu, & ipſum pficit, vt ſcīa & ſapientia & ars & opinio, de quibus pertrahabimus in li. 6. Ethi. generantur in nobis, & augētur p intenſionem, vt plurimū ex doctrina, id eſt, quia addiſcim⁹ eas à docente. Et dico vt plurimum: quia licet poſsit gn̄ari, & acquiri per inuentionem & doctrinā, rarò tñ per inuentionem: qm̃ plures ſunt qui diſcendo ab alijs quā ꝓpria inuentione acquirūt ſciam & artem. Nam p inuentionē ſoli eleuatiſsimi ingenij acquirunt ſciam: vñ in prœmio Mataph. dicit Ariſt. q̃ primos inuentores admiramur quaſi diuinos. Tales aũt rariſsimi ſunt, & iō pro maiori parte homines acquirunt ſciam, & artes per doctrinā, pauciſsimi autem p inuētionem. Verū quia oīs noſtra cognitio oritur à ſenſu, & frequentata alicuius ſenſatio, vt dictū eſt in ꝓœmio Metaph. cauſat experimentum: & experimentū indiget lōgitudine tēporis. (nā diximus ſuprà, iuuenem eſſe inexpertū propter paucitatē ętatis ſuæ) ideo addiſcens virtutem intellectualem indiget nō ſolū doctrina, ſed ēt experimēto, & longitudine tpis. Virtus aũt moralis nō acquiritur pricipaliter doctrina. Non em̄ ex hoc, q̃ quis docetur qūid ſit iuſtitia, aut in quo cōſiſtat, fit iuſtus: videmus enim quā plures ſtudētes de virtutib. qui tñ vitioſē viuūt, acquiritur aũt more, id eſt, conſuetudine virtuosè operandi: nam qui cōſueuerunt ſobriè viuere tēperantiam acquirunt, vt dicemus infrà, & qm̃ conſuetudine benè operandi acquiritur: cōgruè appellatur virtus moralis, id eſt, conſuetudinaria.

Frequentia operationū indigemus, vt poſsimus acquirere ꝑ doctrinā virtutem intellectualem & per conſuetudinem virtutē moralem.

Pro euidētia huius rōnis aduerte, q̃ in acquiſitione per doctrinā virtutis intellectualis & per cōſuetudinē virtutis moralis indigemus frequētia operationum: ſed differenter. Nam acquirendo per doctrinam virtutem intellectualem, vt bene firmetur & perficiatur in nobis indigemus frequētia operationum, ſiue ꝓpriarum ſiue alienarum. Et iſtæ ſiue fiant à nobis ſiue ab alijs, cauſant experimentū, vt aũt acquiramus virtutem moralem indigemus frequentia propriarū operationum, quæ ꝓprie cauſant conſuetudinem, vt dicimus. Patet igitur quàm differenter cauſatur in nobis virtus intellectualis, vt virtus moralis.

Quantum ad fm̄ aduerte ex intentione Ariſto. q̃ nullum ex virtutib. moralibus eſt in nobis à natura neq; contra naturam, ſed eſt in nobis naturalis habitudo ad recipiendum eas. Et quidem q̃ non inſit nobis à natura ſic probat Ariſto. Nullum eorum quæ ſunt à natura variatur propter aſſuefactionem ſui cōtrarij, hæc patet. Nam quia eſſe graue; & moueri deorſum cōpetit lapidi ex natura ſua, nō poteſt aſſuefieri, vt ex ſe moueatur ſurſum, etiam ſi millies in die ꝓijceretur ſurſum: ſed virtus moralis variatur per aſſuefactionē ſui contrarij. Nam videmus in alijs & experimur in nobis, q̃ ſi virtuoſus paulatim aſſueſcit malè operari efficietur vitioſus. Purà ſi temperatus frequentat larga conuiuia & cōuerſatur cū guloſis efficietur guloſus. Licet ergo conſuetudo non immutet naturalia: qa tñ immutat moralia, & modum humanum viuendi moraliter: clarum eſt q̃ virtutes nō ſunt in nobis à natura. Quod aũt non ſint in nobis contra naturam patet eadem ratione: nam ſicut conſuetudo nō variat quod eſt à natura ſic non variat quod eſt contra naturam: nam nulla aſſuefactione poteſt remoueri quin moueri ſurſum ſit contra naturam lapidis. Virtus ergo moralis non eſt nobis naturalis, nec repugnat naturæ noſtræ. Quod autē ſit in nobis aptitudo recipiendi eas, patet ex eo q̃ ſumus rationales, & quia rōnales ſumus poſſum⁹ benè, & malè operari: benè aũt operamur per virtutem, & malè per oppoſitū ergo ex natura noſtra ſumus apti recipere virtutem qua bñ operamur, & vitium quo malè. Non ſolum autem poſſunt recipi in nobis, ſed & perfici per aſſuetudinem bonorum operum, vt ſtatim declarabimus.

Virt⁹ moralis non eſt in nobis à natura vt potentia naturales.

Prætereà q̃ virtus non inſit nobis à natura ſic ꝓbat Ariſ. De omnibus quæ inſunt à natura verum eſt dicere, q̃ principium operationis præcedit operationem & non econuerſo. Hęc patet: nam qm̃ calefacere eſt naturale igni, prius inēſt calor igni quàm calefaciat: & quoniam ſentire & intelligere ſunt naturalia nobis, prius ineſt nobis ſenſus, & intellectus, quàm ſentire & intelligere: ſunt enim in nobis tales potentiæ, vt eis vtamur: & non vtimur eis, vt eas recipiam⁹. Et id iam declaratum eſt à nobis in lib. 9. metaph. Sed virtus moralis quæ eſt principium bene operandi, non eſt prius in nobis quam eius operatio: imò econuerſo. Nam virtutes accipimus, poſtquam ſepius & ſepiſsimè operati fuerimus, ſicut & alias artes, nam operando artem aliquam paulatim addiſcimus, putà ędificantes ędificatores fiunt, & citharizantes citharœdi: ſic & iuſta operantes iuſti efficimur, tēperata aũt tēperati, & fortia fortes: patet igitur q̃ virtus moralis non eſt in nobis à natura, vt potentiæ naturales.

Quātū ad tertiū ꝓbādū eſt virtutē moralē ex quo ñ eſt in nobis à nā: de nouo gn̄ari in nobis ex bonis, & frequentatis actib⁹. Primò igitur ꝓbatur ꝓpoſitū ſigno accepto ex legiſlatorib. deinde rōne: ſignū quidem eſt hoc, Omnis legiſlator intendit

intendit per bonos actus & præmia promissa, & pœnas infligendas facere ciues bonos & virtuosos & q̃ id nõ intendit, non est bonus legislator, sed deficit & peccat: ergo à legum conditoribus testimonium accipimus, virtuosum fieri ex bonis actib⁹. Aliter præmia & pœnas vanè institueret, si naturaliter essemus virtuosi aut vitiosi aliam in naturalib⁹ vt dicemus, non est laus nec vituperium.

Ratione autem sic: Malæ operationes corrumpũt virtutem: ergo bonæ eam generãt. Consequẽtia patet, quoniam contrariorum sunt contrarij effectus. Antecedens autẽ probatur experientia. nam videmus in artibus quòd si quis frequẽtat malè citharizare, fit malus citharœdus & q̃ frequẽtat malè scribere fit malus scriptor. sic & in moralibus qui frequentat agere iniusta, fit iniustus & q̃ frequentat timere & vitare pericula, fit timidus, q̃ frequẽtat illicitas voluptates, fit intemperat⁹ & inhonestus: & vt vno sermone concludamus, inquit Aristo. ex similib⁹ actibus fiunt similes habitus: ergo ex bonis boni, ex malis mali.

Quoniam igitur ex bonis actibus fit habit⁹ bonus, & ex malis malus, sequitur corollarie quòd multũ differt à iuuentute assuescere bene vel malè operari: nã si malè, passiones inueteratę vix, aut nunquã poterũt moderari: & sic vitium in senectute transit in naturam corruptam: si bene, sequẽs vita & senectus erit laudabilis: mores enim iuuentutis sunt virtualiter tota hominis vita.

Pro euidẽtia resolutionis factæ aduerte duo. Primo circa id, quod cõclusum est, Virtutes nõ inesse nobis à natura: intelligendũ est completè, & non inchoatiuè. Nam in appetitu humano est naturalis inclinatio ad bonũ, sicut inclinat graue deorsũ. Vnde cognito per virtutem cognoscitiuam, quid bonũ, quid appetibile, quid malum, quid nociuum: ista tim appetitus tendit in bonum, & refugit malũ. Quod vt dicit Auicẽna, manifestũ est nobis hoc experimẽto: In solo homine à prima pueritia est verecũdia de turpitudine, & gloria de honestate: quod vtique nõ ꝓcedit nisi ex naturali inclinatione humani appetitus in bonum honestũ. Ex quo patet, q̃ virtus moralis ex tali inclinatione, quã habemus à natura est in nobis inchoatiuè, & aptitudine à natura. Est em̃ illa inclinatio in bonum, vt semen virtutis q̃ pullulat in nobis p operationes directas secundum rationẽ, & sic completur ac perficitur virt⁹ in nobis: vnde inchoatio, & principium est à natura, & cõplementum est à voluntate, & electione, vt magis declarabitur in libro tertio.

Secundo aduerte circa illud q̃ dictum est quòd virtus moralis generat in nobis ex frequentatis actibus nostris: hoc nõ est intelligendum ex solis actib⁹ appetitus sensitiui: sed ex hoc toto, scilicet, ex ratione dirigẽte & regulante actus appetitus, & ex ipsis actib⁹ sic regulatis generatur virtus: vnde ex hoc, q̃ frequenter agimus per appetitum sensitiuum secundum rationẽ regulantem fit stabilis impressio in ipso appetitu cõformis rectę rationi: & hęc impressio stabilis, est ipsa virt⁹ moralis: quę est inclinatio habituata inclinans appetitũ in illud, quod ratione recta est iudicatum esse prosequendũ. Quomodo autem actus frequentati generent virtutem cùm videatur esse imperfectiores ipsa virtute: quoniam virt⁹ acquisita producit actus lõgè perfectiores actibus præcedentib⁹, vt patet etiam in artibus, nam citharœdus perfectius citharizat acquisita arte, quàm antè: vt iam declarauim⁹ in libro nono Metaphysic. in quæst. Hæc de præsenti capite dicta sunt.

CAPVT II.

Quòd virtus ab excessu, & defectu corrumpatur, ad mediocres inclinans operationes.

2. Ethic. cap. 2.

IN secũdo capite considerandum est quales debeant esse operationes ex q̃bus frequentatis generatur in nobis virtus moralis: & quatuor hic agenda sunt. Primo probandum est, quòd ad Philosophũ moralem spectat considerare qualitatem talium operationũ. Secundo, qualis debeat esse hæc consideratio. Tertio, declarãt quales sunt. Quartò cùm virtus sit principium operãdi, quales operationes virt⁹ producit, postquàm est genita in nobis ex talibus operationibus, quales dicemus.

An hæc scientia sit speculatiua vel practica.

Quantum ad primum aduerte quòd si hæc scientia esset speculatiua, sufficeret scire q̃d sit, quotuplex sit virt⁹ &c. Finis enim speculatiuæ ex secũdo Metaphysicæ, nõ est nisi cognitio eorũ, de quibus pertractat. Verùm, quia est practica, cuius finis est ordinare cognitionẽ ad opus: ideo necesse est scire quales sint operationes, per quas deuenim⁹ ad finem intentum, in hac scientia: finis autem nõ est, vt sciam⁹ quid sit virt⁹, sed vt boni efficiamur acquisitione virtutis & virtuose operando. nam si finis eius esset tantũ scire, parum nobis vtilis esset: nõ enim multum perficitur intellect⁹ immorando in cognotione rerũ contingentium, & variabilium, vt sint operationes humanæ, circa quas hęc scientia versatur. Quia igit practica est: necesse est vt scrutemur quales debent esse operationes quæ habẽt dominium, id est, potestatem generãdi in nobis habitũ, quo boni aut mali efficimur.

Finis scientiæ huius duplex.

Pro euidentia huius rationis aduerte, q̃ finis huius scientiæ est duplex, scilicet, immediat⁹, & vltimus. Immediatus quidem est scire q̃d sit virtus, & qualiter acquiratur, & scire alia quæ hic tradunt. Vltimus autem, & ad quem ipsum scire ordinat, est operari secundum quod hæc scientia docet, & quoniam operari, vt hæc scientia docet est melius quam ipsum scire: ideo hæc scientia est practica, est enim regula generalis, quòd in q̃buscunque scientiis, & artibus melius est operari quã scire: illæ sunt practicæ, si autem non, non sunt practicæ.

Quantum ad secundũ aduerte, vt inquit Arist. quoniam in omni scientia & arte sermones inquirendi sunt, & modus tractandi secundũ subiectam materiam, de qua est sermo, vt sæpe dictũ est. Et materia, circa quam hæc scientia versatur, vt potè humanæ actiones, & bona externa ordinata ad felicitatem, nõ multam habeant certitudinem, sicut accidit in opere medicãdi, in quo nõ est multa certitudo: quoniam & dispositio corporis sanabilis, & remedia assũpta ad sanandũ variabilia sunt: ideo sermo de operationibus humanis, & modus tractandi de eis, nõ debet esse omninò cert⁹: sed figuratiuè & exemplariter procedendum est. Nec etiã sermo vniuersalis in talibus habet certitudinem: & multò minus sermo de singu. in particulari est certus. Nam operationes & circunstantiæ singulares eò q̃ sunt incertę & quasi infinitæ, neque sub arte: neque sub certa narratione cadere possunt, quia de singularibus & eorum circunstantijs certã regulam habere non possumus. Et ideo operans in moralibus debet se habere vt medic⁹ & nauis gubernator: his em̃ necesse est, vt varietates temporũ considerent, & sic secundum prudentiam possunt operationes suas dirigere tẽpore opportuno. Verùm, quamuis sermo de moralibus etiam vniuersalis sit incertus, tamen, vt inquit Arist. tentare debemus vt super hoc auxilium aliquod hominibus conferamus, per quod in suis operationibus dirigantur.

Pro euidentia dictorum aduerte, q̃ modus operandi in humanis, vt inquit Eustratius, nõ solũ diuersitatem suscipere debet ex tempore, putà quia aliter est operandũ in ęstate, aliter in hyeme: sed etiã ex personis, aliter enim est operandum circa amicos, aliter circa inimicos: & ex fortunis, aliter enim operandum est in prospera, aliter in aduersa: & ex ætate, aliter enim agendum est cum iuuene, aliter cum sene & ex cõditione, vt aliter cum nobili, & aliter cum rustico. Bona etiam vtilia diuersis modis ad diuersos se habent: non enim eadem sunt vtilia omnibus nam habentibus appetitum regulatum quædam sunt vtilia, quæ non sunt vtilia habentibus appetitum irregulatum. Tanta igitur varietas quam considerare debemus in humanis, tollit multam certitudinem à scientia morali.

Operationes virtutem generãtes quales esse debeant.

Quantũ ad tertium aduerte, q̃ operationes generatiuæ virtutis moralis debent habere duas conditiones. Primò, q̃ sint factę secundum rõnem rectam, id est, vt ratio dictat & dat regulam operandi. Et huius ratio est quia cuiuscunque operantis operatio bona est, quãdo procedit à propria forma. vt operatio ędificatoris bona est quando procedit ab arte ędificandi: quę regulat & dirigit ædificatorem in ędificando sed propria forma hominis, vt homo est, est anima rationalis: ergo ad hoc, q̃ actio hominis sit bona, & generatiua boni habitus, debet procedere à ratione recta. Quid autem sit ratio recta, determinabitur in libro sexto, quando agemus de Prudentia.

Secundò, debent esse commensuratæ medijs: quę sunt media inter superabundantiam & defectũ. Et id quidem sic probatur ex intentione Aristo. Quæcunque corrũpuntur à superabundãtia & defectu, generantur & saluantur à mediis inter superabundantiam & defectũ. Hanc declarat Ari. manifestissimis exemplis: nam experimur virtutem corporalẽ corrumpi operationib. ꝓcedentibus ex superabundãtia & defectu: gñrari aũt & saluari operationib. procedentibus à medijs: verbi gratia, Fortitudo corporalis corrumpitur p excessum & defectura gymnasij & exercitij corporalis, & gñatur ac saluatur p medium. Nã ꝓpter nimium laborem corporalem debilitatur virtus corporis, & etiam ex defectu exercitij & laboris, id est, ex otio redduntur mẽbra mollia

mollia & infirma ſiue inualida ad ferẽdum laborem. Vnde ſolet dici quòd otio virt⁹ marceſcit. Si autẽ debitis modis vtatur exercitiis, robuſtus corpore fiet & cõſeruabitur. Idẽ videmus in ſanitate corporis, quę deſtruitur exceſſu cibi, & potus, & indigẽtia, & reſtauratur ac ſaluatur cibis, & potu, & exercitio moderatis. Patet ergo, quòd quę corrũpuntur exceſſu & defectu, fiunt & ſaluãtur medio. Sed virtutes morales corrumpuntur per operationes humanas, quæ procedũt ex exceſſu & defectu. Hæc ſic manifeſtatur ꝑ Ariſtotel. Qui omnia terribilia fugit, & nullum eorũ ſuſtinet, timidus efficitur, Qui nihil timet, nullumq; diſcrimẽ extimat, efficitur audax, & qui medio mõ ſe habet, efficitur fortis. Similiter qui à nulla voluptate ſe abſtinet efficitur intẽperatus. Qui autem nullam recipit delectationem, vt quida agreſtes, efficiuntur inſenſibiles, de qua inſenſibilitate agem⁹ in tertio libro. Qui autẽ delectatur medio modo, id eſt quando oportet & quantũ, &c. efficitur temperatus. Patet ergo quòd ſicut actiones corruptiuæ virtutis moralis ſunt tales quòd declinant à medio per exceſſum vel defectum, ſic actiones generatiuæ & conſeruatiuæ virtutis debent eſſe tales quòd conſiſtant vel propinquent medio.

Et aduerte quòd Ariſtot. cõgruè manifeſtauit ea quę accidũt circa virtutes animę: per ea, quę accidũt circa virtutes corporis: quoniam illa notiora ſint nobis, & per notiora procedendum eſt ex primo Phyſicorum.

Quantùm ad quartum manifeſtandum eſt ex intentione Ariſtotel. quòd virt⁹ moralis poſtquàm genita eſt, tales operationes producit ex qualib⁹ genita eſt, & arguitur ſic, ſicut ſe habet in virtutibus corporis, ita & in virtutibus animæ ꝑ conuenientem ſimilitudinẽ. Sed videmus in virtutibus corporis quòd tales operationes producunt & etiã perfectiores ex qualibus productę ſunt. Nã quia fortitudo corporalis cauſatur ex ſumptione multi cibi & tolerantia multorũ laborũ: quando quis factus eſt fortis poteſt hæc multo magis facere. Et eodem modo contingit in virtutibus animæ. Nã ex hoc quòd aſſueſcimus paulatim abſtinere à voluptatibus efficimur temperati: facti autem temperati, multo magis & de facili abſtinemus, & ex hoc quòd aſſueſcimus non fugere difficilia & periculoſa, efficimur fortes: facti autem fortes maximè poſſum⁹ terribilia ſuſtinere. Patet ergo quòd quales actiones generant virtutẽ, tales, & potiores producuntur à virtute genita. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Omnem virtutem moralem circa delectationes & triſtitias verſari.

2 Ethic. Cap. 3.

IN tertio capite manifeſtandum eſt quomodo omnis virtus moralis habet fieri circa delectationes & triſtitias, & duo principaliter agẽda ſunt. Primò probabitur propoſitũ triplici via. Secundo reſoluetur dubiũ, quod mouet Ariſtote. quomodo, ſcilicet eſt poſsibile ꝙ ex operibus virtuoſis generetur virtus, cùm null⁹ poſsit facere op⁹ virtuoſum ſine virtute, quæ non eſt antequam producta ſit.

Quantum ad primũ aduerte quòd Ariſt. triplici via probat & manifeſtat omnem virtutem moralẽ fieri circa delectationes & triſtitias. Prima via ſumitur ex differentia, quã experimur inter operationes præcedentes & generatiuas virtutum, & inter eas, quæ producuntur ex virtute genita. Secunda ſumitur ex parte virtutis. Tertia ſumitur ex parte hominis virtuoſi.

Prima via ſic oſtenditur. Ante habitũ virtutis generatũ, homo facit quandam vim & conatum ad operandũ vt virtutem acquirat: & ideo tales operationes ante virtutẽ habent triſtitiam quandam & difficultatem annexam. Operationes autẽ productæ à virtute iam acquiſita faciles & delectabiles ſunt: quia habitus ineſt per modũ cuiuſdã naturæ: quod autem prouenit rei ex natura rei eſt ei delectabile. Cùm igitur homo operat moraliter & delectatur eſt ſignũ generatę virtutis, cum autem operatur cũ triſtitia & difficultate eſt ſignum nondũ generatę virtutis. Et hoc manifeſtè in nobis experimur, & in aliis. Nam cùm videmus aliquẽ delectabiliter vitare & reſpuere voluptates corporales dicimus quia temperatus eſt: cùm videmus eũ triſtari & ægrè ferre quòd frui nõ poſsit huiuſmodi voluptatibus, dicimus quia intemperatus eſt. Similiter cùm videmus aliquẽ delectabiliter, vel ſaltem quia non triſtatur. pericula & difficilia ſuſtinere dicimus quia fortis. Dixi, vel ſaltem non triſtatur quia hoc eſt ſpeciale in fortitudine. Nam, vt manifeſtabitur in libro tertio, cùm loquemur de fortitudine, nõ eſt neceſſe fortem gaudere in difficilibus & terribilibus, ſed ſufficit nõ triſtari ſecundum rationẽ, licet ſecundũ ſenſum nihil prohibeat. Cùm autem videmus aliquem cum triſtitia & ægro animo pericula ſuſtinere, hic timid⁹ eſt. Ex his ergo patet quòd virtutes morales habent fieri circa delectationes & triſtitias.

Pro euidentia hui⁹ primæ vię aduerte, quòd virtutes omnes morales eſſe circa delectationes & triſtitias, quas magis ꝓpriè dicim⁹ cõtriſtationes, poteſt intelligi falſè & verè: falſè quidẽ, ſi eſſet ſenſus, quòd ſunt circa delectationes & contriſtationes vt circa propriã materiã, aut ſubiectũ, nã vt declarabitur, infrà, Iuſtitia nõ eſt circa delectationes ſed circa operationes, quę ſunt ad alterũ, vt diſtributiones emptiones, vẽditiones: & fortitudo circa id, timores & audacias: & tẽperãtia ſola eſt circa delectationes, nõ omnes, ſed tactus, vt declarabitur in tertio libro. Verè autẽ intelligitur, ſi ſit ſenſus, quòd omnis virt⁹ moralis eſt circa delectationes & contriſtationes tanquam circa, quod ad omnẽ virtutem iam acquiſitam, vt certiſsimũ ſignũ conſequitur: nam ad omnem oprationem prouenientẽ ex virtute genita conſequitur delectatio, aut cõtriſtatio, vt oportet: ſicut enim iuſt⁹ gaudet cùm videt aliquẽ iuſtè agere, ſic contriſtatur cùm viderit agentẽ iniuſtẽ. Et propterea dicet Ariſtote. in libro ſeptimo, quòd potiſsima ſcientię ciuilis intentio eſt, vt faciat homines delectari & cõtriſtari in quibus oportet, & quando oportet. In hoc igitur ſenſu intelligendum eſt, omnem virtutem moralem eſſe circa delectationes & contriſtationes: & non vt circa propriam materiam, aliter omnis virtus moralis eſſet vna virtus.

Secũda via ſumitur ex parte virtutis: hoc eſt ex habitudine, quã habet delectatio & triſtitia ad virtutẽ. Et circa hãc viã intendit Ariſtote. quatuor rationes. Prima eſt hæc. Circa ea habet fieri virtus, per quę generatur & corrũpitur: hęc videtur manifeſta. Sed per voluptatẽ & triſtitiã virtus generatur & corrumpitur. Nã propter cõcupiſcentiã voluptatum operamur multa mala, qualia ſunt adulteria: & propter triſtitiã ac difficultatẽ, quã timemus in laboribus honeſtis, recedimus à bonis & virtuoſis actibus. Et propterea bene dixit Plato quòd neceſſe eſt vt homo à iuuentute taliter educatur & erudiatur, vt gaudeat & triſtetur quando & in quibus oportet: eſt enim hæc recta diſciplina iuuenum, & non eſt alia, vt declarabimus in politicis.

Secũda eſt hęc: Omnis virt⁹ moralis vel eſt circa operationes humanas regulandas, vt iuſtitia. vel circa paſsiones moderandas, vt mãſuetudo circa iras, tẽperantia circa cõcupiſcẽtias. Sed ad omnẽ paſsionẽ ſequitur delectatio, vel triſtitia: eſt enim paſsio motus appetitus in cõſequendo bonum & fugiendo malum: & quidem ſi conſequitur bonum deſideratum & fugit malum diſplicens gaudet: ſi autẽ non conſequitur bonum deſideratum, nec poteſt vitare malum diſplicens, triſtatur. Patet ergo omnem virtutem moralem eſſe circa delectationes & triſtitias modo præxpoſito.

Tertia eſt hęc, Legiſlator inducit homines ad virtutẽ ꝑ delectationẽ & triſtitias: nã per pœnas & per ſubtractionẽ delectationũ & per triſtitias ac dolores illatos inducit legiſlator hominem ad virtutem, vt ad ſanitatẽ animæ. Et aduerte quòd hæc ratio ſumitur per ſimilitudinem medicinæ corporalis. Sicut enim potiones amaræ & delectabilia ſubtracta, quale eſt vinũ dulce & delicati cibi ac optimè ꝑparati ſunt medicinæ corporis ęgrotantis, ſic pœnę inflictæ, & delectationes ſubtractæ medicinę ſunt animę ad recuperandam virtutem: patet ergo quòd omnis virtus moralis habet fieri circa delectationes & triſtitias.

Quarta eſt hæc. Omnis habit⁹ tã virtutis quàm vitij ſibi oppoſiti habet fieri circa ea, ex quib⁹ fit melior habit⁹ virtutis & peior habit⁹ vitij oppoſiti Hæc eſt manifeſta. Sed ex delectatione & triſtitia habit⁹ virtutis fit melior, & vitij fit peior. Nã propter delectationẽ, quã ſentimus in operibus malis, habit⁹ moralis fit deterior. & propter cõtriſtationes ſuperueniẽtes operantibus malum fit melior, ſeipſos enim corrigunt. Econtrariò eſt de habitu bono, nã in proſequendo vel fugiẽdo delectationes, vel triſtitias, quas oportet & quando oportet, fit habit⁹ melior. Et hoc eſt quòd videntes Stoici homines fieri malos ꝓpter paſsiones, quas ſequũtur dixerunt virtutem eſſe impaſsibilitatẽ, & quòd in virtuoſo non remanet paſsio. Sed in hoc nõ bene dixerunt, vt declarabim⁹ infrà. Sufficit enim à virtute & virtuoſo remouere nõ omnes paſsiones ſimpliciter, ſed irregulatas. Supponũt igitur Stoici virtutes eſſe circa delectationes & triſtitias, licet non modo, quo Ariſtoteles.

Tertia via ſumit⁹ ex parte virtuoſi, & cõtinet quatuor rationes. Prima eſt. Cùm triplex ſit bonum humanũ, ſcilicet

honeſtum,id eſt bonum virtutis:& vtile, & delectabile.Et triplex ſit malum triplici bono oppoſitũ,ſcilicet vitiũ,nociuũ,& triſtabile.Virtuoſus in omnibus his bene ſe habet: malus autem in omnibus peccat: præcipuè autem bene ſe habet virtuoſus circa delectationes & triſtitias,eò quòd à delectationibus ſe abſtinet quando & quomodo oportet, & ſuſtinet triſtitias, vt oportet:malꝰ autẽ oppoſito modo ſe habet.Cùm igitur virtuoſus bene ſe habeat circa delectationes & triſtitias,quę ſunt cõmunes homini & omni animali,& cõueniunt tã bono vtili quàm honeſto, eò quòd & bonũ honeſtum eſt delectabile, & ſimiliter bonũ vtile, ſignum eſt quòd virtus moralis eſt circa delectationes & triſtitias.Tunc enim hominẽ maximè laudamus: cùm ſciuerit delectari & triſtari,ſecundum quòd ratio dictat, & ex oppoſito vituperatur.

Secunda eſt hæc,Circa illam paſsionẽ præcipuè eſt virtus,quæ nobis ineſt à natiuitate:hãc enim difficile eſt ſubiugare,& ideo indiget fræno virtutis:ſed delectatio quaſi nobiſcum naſcitur:cuius ſignum eſt quòd infans ſtatim natus delectatur lacte, ergo circa hanc & ſuum oppoſitum præcipuè habet fieri virtus.

Tertia eſt hæc,Circa ea habet fieri virtus,per quæ homines vt in pluribus regulant operationes ſuas: ſed per delectationes & triſtitias regulant homines operationes ſuas:Illis enim intendũt,quibus delectantur,& ab illis abſtinẽt,vel nõ diu perſeuerant,in qbus triſtantur,ergo, &c.

Quarta eſt hæc: Circa difficile verſatur ars & virtus: ſed moderari voluptates & eas rationi ſubiicere eſt difficile,vt experimur,& vt dixit Heraclitus:quoniam difficilius eſt contra voluptatem quàm contra iram pugnare. Et ſic patet vt inquit Ariſt.quòd circa delectationes & triſtitias eſt totum negotium & virtutis & politicę:qui enim bene his vtitur bonus erit,qui autem malè,malus.

Quantùm ad ſecundum principale ſoluẽdum eſt dubiũ, quod mouet Ariſt.in eo quod dixit ſuprà,virtutẽ nõ ineſſe nobis à natura,ſed generari ex frequentatis actibus bonis, vt iuſtè operãdo,efficimur iuſti:ſicut citharizãdo efficimur citharœdi.Cõtra hoc arguit Ariſt.probans quòd ante virtutẽ nullꝰ poteſt virtuoſe operari:& ſic eſt impoſsibile,quòd ex operibus virtuoſis generetur virtus,quoniã ſupponitur iã genita,ſicut eſſe cauſæ ſupponitur effectui:arguitur igitur ſic,Sicut eſt in artibꝰ,ſic & in virtutibꝰ. Hac enim ſimilitudine vſus eſt ſuprà Ariſt.cùm dixit:Aedificãtes ædificatores fiunt,& citharizantes citharistæ, & iuſta operantes iuſti efficimur.Sed in artibꝰ nullꝰ facit opera artis niſi habens artẽ,vt patet in Grãmatica & in Muſica:nullus enim cõgruè loquitur niſi habens Grammaticã:nec facit opera muſicalia vt cõſonanter pulſare organa niſi habeat Muſicã:ergo à ſimili nullus facit opera iuſta niſi habẽs iuſtitiã, ex cõſequenti ex operari iuſtè nõ fit homo iuſtus,ſed iã ſupponitur iuſtus.Vnde cùm nihil ſit generans & genitũ reſpectu eiuſdem,& iuſtè operari ſit effectiuè à iuſtitia, non poteſt eſſe generatiuum iuſtitię:falſum eſt ergo quòd virtus generetur ex frequentatis actibus virtuoſis.

5. Ethicor. cap.4.

Pro reſolutione huius dubij tria agenda ſunt ex intentione Ariſto.Primò ſoluetur ratio præpoſita.Secundò ponetur vera ſolutio eius,quod quæritur,ſcilicet vtrum non habens virtutem poſsit facere opus virtuoſum,putà vtrũ non iuſtus poſsit operari iuſtè. Tertiò remouebitur error credentium ſe poſſe fieri virtuoſos ex eo ſolo quòd philoſophãtur in ſcientia morali.

Quantùm ad ſolutionẽ rationis prępoſitæ aduerte quòd Ariſt.dupliciter ſoluit eam:primo negat minorem & dicit quòd non inconuenit idiotam à caſu loqui congruè, licet nullus poſsit loqui cõgruè grammaticaliter, id eſt ſecũdũ quòd requirit ars Grãmaticæ,ſcilicet ex propoſito & perſeueranter,niſi habeat artem Grammaticę:ſic in propoſito, non inconuenit non iuſtum agere opus iuſtum, non tamen iuſtè,id eſt ſecundum omnes illas conditiones,quas requirit habitus iuſtitię.

Secundò negat illam ſimilitudinem,ſicut eſt in artibus, ſic eſt in virtutibus;& ratio diſsimilitudinis eſt hęc;ad hoc q̃ aliquis operetur virtuoſè tria requiruntur. Primò quòd ſit ſciẽs q̃d operatur,& nõ operetur,ex ignorantia.Secũdò quòd eligat operari propter virtutẽ,& non propter aliud, vnde ſi quis agit,opus virtutis propter paſsionẽ,putà propter timoré pœnæ,aut vanam gloriã, aut lucrũ,& nõ propter ipſum opus virtutis, non operatur ſecundum virtutẽ.

Tertiò q̃ operetur firmè & immobiliter, id eſt perſeueranter; ſed ad hoc quòd aliquis operetur, artificialiter ſufficit primum iſtorum,vt ſcilicet ſciat operari ſecundũ artem.Nam poſito quòd nunquam operaretur, nec vteretur arte,dummodò ſciat,eam,erit & dicetur bonꝰ artifex. Sed ſcire operari virtuoſe parũ,aut nihil reputatur in moralibus.Ex hoc enim nõ erit bonꝰ,nec virtuoſus,niſi opere tur cum tribus conditionibus prędictis. Patet ergo diſsimilitudo inter artem & virtutem moralem.

Eſt & alia diſsimilitudo; nam ars vt dicemus in libro ſexto,eſt circa operationes tranſeuntes, quę non ſunt ſubiectiuè in operante,ſed in operato.Et ideo non faciunt bonum operantem,ſed operatum.Virtus autẽ eſt circa operationes immanentes,quæ remanent ſubiectiuè in operante: & ideo faciunt operantem bonum. Hinc ſequitur, quòd propter artem nullus dicitur bonus,aut malus moraliter, niſi prout benè, aut malè vtitur arte. Propter virtutem autem homo dicitur bonus moraliter. Vnde dicemus infrà,quòd virtus eſt,quæ bonum facit habentem,&c. Patet igitur diſsimilitudo inter artem & virtutem.

Quantùm ad veram ſolutionem eius, quod quæritur aduerte, quòd ſtat in hac diſtinctione; Opus poteſt dici virtuoſum putà iuſtum,aut temperatum dupliciter.Primo quia eſt tale,quale operatur virtuoſus; licet non ita perfectè,vt operatur virtuoſus.Secundò quia eſt ab operante cum tribus conditionibus præpoſitis, ſcilicet ſcienter & ex electione & firmè & immobiliter. Hoc modo nõ poteſt fieri niſi ab habente iam acquiſitam virtutem. Primo autẽ modo nihil prohibet fieri à nondum habente virtutem, modò ſtudeat per talia opera fieri bonus. Nam qui per huiuſmodi opera non ſtudet fieri bonus nunquam fiet bonus.Licet autem nondum habeat virtutem, habet tamen principia vt ſemina qnędam naturalia, quæ ſunt prima principia rationis practicę nobis naturaliter indita, ſicut & prima principia ſpeculatiua. Et ſicut in principiis primis ſpeculatiuis ſtat virtualiter ſcientia ſpeculatiua, ſic in primis principiis practicis ſtat virtualiter virtus moralis.Et ideo vt dicit beatus Thomas exponẽs, ſicut quis per principia ſpeculatiua p̃cognita inuenit de aliquo ſubiecto ſcientiam,quam prius per doctrinam non habuit; nec ſibi congenitam à natura,ſic operando per principia rationis practica,quæ ſunt vt ſemina virtutum,producit actus bonos ex dictamine rationis;quibus frequentatis acquiritur virtus p̃fectè; quæ prius potẽtialiter latebat in principijs rationis practicis.Quando igitur q̃ritur,vtrum quis nõ habens virtutem poſsit producere opus virtuoſum;dicendũ, quòd ſi non haberet virtutem,nec principia rationis practica,non poſsit nec primo,nec ſecundo modo.Verùm quia habet illa principia in ſe,vt ſemina:ideo per illa poteſt habere opus virtuoſum ſecundo modo,quod frequentatum eſt generatiuum virtutis,& ſic patet ſolutio dubij propoſiti ab Ariſtot.

Et ſi tu vis reſolutè reſpondere rationi propoſitæ: conceſſa ſimilitudine diſtingue ſic minorem,Opus artis poteſt eſſe duplex,ſcilicet imperfectum & perfectum;de imperfecto negatur minor.Nam videmus aliquos ex inclinatiõe naturali agere,vt artifex,licet non ita perfectè; vt puerum depingere & conſonanter cantare: qui tamen nec artem pingendi, nec cantandi didicit. De perfecto autem conceditur minor.Sic concedendum eſt de actibus virtuoſis, quòd poteſt quis eos facere,licet imperfectos ante acquiſitam virtutẽ ex principiis,quę ſunt in ratione practica,in quibus ſtat ſemen & origo virtutis.

Et aduerte,quòd eandem ſolutionem pertractauimus in libro nono Metaphyſicæ, vt videre poteris in Epitomate noſtro.

Poſita ſolutione dubij,arguit Ariſtoteles errorem quorundam, qui volentes acquirere virtutem, non curabant agere,& frequẽtare actus virtuoſos,ſed credebant ſibi ſufficere philoſophari & ſtudere & ratiocinari in ſcientia morali. Hos igitur arguit Ariſtoteles dicens q̃ ſimilantur ęgrotantibus,qui diligenter audiunt præcepta & ordinata à medico;ſed nihil eorum faciunt.Et ideo ſicut illi non ſanantur corpore,nec iſti anima.Eſt enim virtus ſalus animæ.Hęc de preſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi, finis.

TRACT

TRACTATVS SECVNDVS in ſecundum librum Ethicorum, duobus capitibus complexus.

Quid ſit virtus.

IN hoc tractatu ſecundo iuxta ordinem poſitũ in principio huius ſecundi libri, inueſtiganda eſt diffinitio virtutis & cõtinebit duo capita. In primo inueſtigatur genus, ꝙ reponendum eſt in diffinitione virtutis.

In ſecundo inueſtigantur differentiæ reponendæ in eadem diffinitione: & ſic concludemus formalem diffinitionem virtutis.

CAPVT I.

Virtutem eſſe habitum, non autem affectum, vel potentiam oſtendit.

2. Ethic. Cap. 5. IN capite primo aduerte, quòd cũ virtus ſit principiũ & cauſa actus virtuoſi, ex conſequenti ſit principiũ operandi: oportet genus, quod ponitur in diffinitione virtutis, eſſe aut paſsionem, aut potentiam, aut habitũ. Plura enim principia operandi non inueniuntur in anima humana, quæ ſint principia operationis humanæ propriè ſumptę. Et quòd hæc diuiſio ſit ſufficiẽs declaratur ſic. Principium operationis humanæ vel ſumitur per modum elicientis & producentis operationem humanam: & ſic eſt potentia, putà voluntas vult, appetitus deſiderat. Vel per modum mouentis & incitantis ad operandum, & ſic eſt paſsio: hęc enim mouet hominem ad agẽdum aliquid extrà, vt cùm quis ex ira impellitur ad percutiendum, vel maledicẽdum. Vel per modũ diſponentis potentiã & determinantis & inclinantis eam ad operandum, & ſic eſt habitus, ſicut enim qualitas naturalis, putà grauitas inclinat & diſponit graue ad deſcenſum, ſic habit⁹ acquiſiti in anima inclinant & diſponũt hominem ad ſic, vel ſic operandum tam in bonum quàm in malum. Patet igitur diuiſionem eſſe ſufficientem. Modò probandum eſt ex intentione Ariſtotę. quòd virtus non eſt paſsio, nec potentia, & concludendum à ſufficienti diuiſione, quòd eſt habitus. Verùm ne per incognita procedamus declarandum eſt prius quid ſit paſsio, de qua Philoſophus moralis intendit, deinde quæ ſint potentiæ, deinde qui ſint habitus.

Pro vniuerſali euidentia paſsionis conſideratę à Philoſopho morali tria pertractanda ſunt, quæ toti negotio morali in ſequentibus deſeruient. Primò igitur perſcrutandum eſt quid ſit paſsio apud Philoſophum moralem, circa quam regulandam aſsignabitur virtus moralis, vt frænum equo inordinatè ſe mouenti. Secundò in quo ſint vt inſubiecto. Tertiò quæ & quot ſint: & quomodo diſtinguuntur ac ordinantur.

Quid ſit paſsio apud moralem Philoſophum, aduerte quòd ſecũdũ Euſtratiũ ſic diffinitur: Paſsio eſt mot⁹ appetitus ſenſitiui in proſequendo bonum, vel fugiendo malũ, vt ſibi offeruntur à phantaſia, vel cogitatiua. Nã phantaſia, aut cogitatiua apprehendens aliquid ſub ratione boni, dato etiã quòd nõ eſſet verè bonũ, putà vinũ dulce febricitanti, & eſt offerens illud appetitui mouet appetitũ motu deſiderij ad conſequendum tale bonum ſibi præſentatũ, ex oppoſito autem, ſi phantaſia aut cogitatiua apprehendit aliquid ſub ratione mali, etiã quòd non eſſet verè malum, & offert illud ſic apprehenſum appetitui, mouetur appetitus motu fugæ ad euitandũ tale malũ. In qua parte animę ſint paſsiones, de quibus nunc loquimur aduerte quòd non ſunt in parte vegetatiua. Nã, vt declaratum eſt in ſecundo libro de Anima, potentiæ vegetatiuæ ſunt actiuæ, paſsio autẽ ad potentiã paſſiuã ptinet: eſt enim paſsio in patiente: nec ſunt in parte cognoſcitiua ſenſitiua, nec intellectiua, ĩ qua ſunt ſenſus tã exteriores quã interiores, & intellectus agẽs & poſsibilis. Nã illud, in quo eſt paſsio, de qua loquimur, mouetur & trahitur ad obiectũ nõ habitũ: ſed pars cognoſcitiua nõ mouetur ad obiectũ cognoſcibilis, ſed eſt in ea vt cognitũ in cognoſcente, ſiue per ſpeciem, ſiue per eſſentiã: vt declarauim⁹ in tertio libro de Anima. Vnde ſo let dici, quòd in cognitione mouetur res ad animam. In appetitione autẽ mouetur anima ad rẽ appetitã. Patet igitur quòd paſsio non eſt in parte cognoſcitiua, relinquitur ergo quòd ſit in parte appetitiua, ſed nõ in omni, nã cùm diſtinguatur pars appetitiua in ſenſitiuam & intellectiuam, quæ dicitur voluntas: non eſt paſsio, de qua loquimur in voluntate, quoniã paſsio eſt cum tranſmutatione organi corporalis, & præcipuè cordis, vt declaratum eſt in primo de anima. Nam ad omnes paſsiones ſequitur delectatio vel triſtitia corporalis. Delectatio quidẽ, ſi conſequimur bonũ concupitũ: triſtitia autẽ ſi nõ conſequimur, & reſpectu mali eſt oppoſitũ; nã delectamur ſi fugim⁹ malũ ſuperueniens, triſtamur autem, ſi fugere nõ poſſumus. Delectatio nõ corporalis nõ fit ſine dilatatione cordis, & triſtitia cũ cõſtrictione. Conſtat ergo quòd omnis paſsio apud moralẽ fit cũ tranſmutatione organi corporalis: voluntas autem ſicut nec intellectus cùm ſit in parte intellectiua non eſt alligata organo, vt declaratum eſt in tertio de Anima, ergo in voluntate non eſt propriè paſsio. Relinquitur ergo quòd ſit in ſolo appetitu ſenſitiuo.

Quot autẽ ſint & quomodo diſtinguantur & ordinẽtur, aduerte, quòd appetit⁹ ſenſitiu⁹ diſtinguitur p cõcupiſcibilẽ & iraſcibilẽ: cuius diſtinctionis hæc eſt ratio. Appetit⁹ importat inclinationem ſequentem formam ſiue naturalẽ, ſiue apprehenſam ſub ratione boni, ſi formam naturalẽ, dicitur appetit⁹ naturalis, ſi apprehẽſam dicitur appetit⁹ ſenſitiuus, vel intellectiu⁹: quomõ autẽ, diſtinguantur iſti tres appetitus, iã declarauim⁹ in proœmio Metaphyſicæ, in epitomate noſtro. Videmus autẽ in naturalibus, quòd ad formã naturalẽ non ſolùm ſequitur inclinatio ad proſequendum bonum rei conueniens, & fugiendũ malum diſconueniens, ſed etiam ad reſiſtendum impedientibus cõſecutionẽ boni conuenientis, vnde in igne eſt inclinatio per leuitatem ad conſequendum locum ſurſum, vt conuenientem & conſeruatiuum, & recedendũ à loco deorſum, vt diſcõuenienti & deſtructiuo; & eſt caliditas, per quã reſiſtit cõtrariis impedientibus ne conſequatur locũ ſurſum. Eodẽ modo ad formã apprehenſam ab animali ſub ratione boni ſequitur inclinatio ad conſequendum bonũ apprehenſum, & fugiendum malum oppoſitum, & etiã ad reſiſtendum impedientibus conſecutionẽ boni apprehenſi, & inducentib⁹ malum apprehenſum. Appetitus, quo inclinamur ad proſequendũ bonum apprehenſum & fugiendum malum, dicitur cõcupiſcibilis, cuius obiectum eſt bonũ ſenſibile abſoluté. Appetitus autẽ, quo mouemur ad reſiſtendum contrariis & impedientibus conſecutionem boni, & inducentib⁹ malum, dicitur iraſcibilis, cui⁹ obiectum eſt bonum nõ abſolutè, ſed vt difficile ad conſequendum; cuiuſmodi eſt victoria, quæ apprehenditur ſub ratione difficilis, & ardui.

Vt autem ſcias numerum earum & ordinem aduerte quòd in concupiſcibili ſunt ſex; tres reſpectu boni, & tres reſpectu mali, reſpectu boni ſunt amor, deſideriũ, delectatio; reſpectu mali ſunt, odium, fuga, triſtitia. Ratio autem, propter quã ſunt tres dictæ reſpectu boni, & tres reſpectu mali eſt hæc. Res cognita vt bona ob ata appetitui cauſat in appetitu ſui complacentiam, qua appetitus inclinatur verſus eã, & hæc cõplacentia dicitur amor, qui eſt prima paſsio concupiſcibilis, ſicut autem res apprehenſa vt bona cauſat ſui complacentiam in appetitu, ſic res apprehenſa vt mala & nociua cauſat in appetitu ſui diſplicentiam, & horrorem, & hæc paſsio dicitur odiũ, quæ eſt prima reſpectu mali in concupiſcibili. Ex eo autẽ quòd bonum apprehenſum cauſauit in appetitu ſui complacentiã, id eſt amorẽ, mouetur & incitatur appetitus ad cõſequendum illud, & hic motus appetitus dicitur deſiderium, quod eſt ſecunda paſsio ſequens amorem in concupiſcibili reſpectu boni, malum autẽ, quia cauſauit ſui diſplicentiã, id eſt odium, ideo mouetur appetit⁹ ad fugiendum & reſpuendum illud: & hic mot⁹ appetit⁹ dicitur fuga, & eſt, ſecunda paſsio ſequens odiũ reſpectu mali in cõcupiſcibili. Quòd ſi appetitus motus motu deſiderij conſequitur bonum amatũ & deſideratum, & vnit ipſum, quieſcit in tali bono adepto, & hæc quies dicitur delectatio, quę eſt tertia paſsio reſpectu boni in cõcupiſcibili. Malum autem, ꝙ quærit fugere appetitus, ſi non poteſt vitari, ſed cõtra appetitũ ſuperuenit, cauſat in appetitu inquietudinẽ ac perturbationẽ quæ dicitur triſtitia, & eſt tertia paſsio in cõcupiſcibili reſpectu mali. Patet igit quàm cõuenienter ſunt ſex paſsiones in cõcupiſcibili, tres reſpectu boni, & tres reſpectu mali; & figura ſubſequitur:

In concupiſcibili.

Reſpectu boni	Amor	Deſiderium	Delectatio
Reſpectu mali.	Odium	Fuga	Triſtitia.

In iraſcibili ſunt quinque, ſcilicet Spes & deſperatio, timor & audacia,& ira, & ratio eſt, Cùm iraſcibilis pro obiecto habeat bonum ſenſibile difficile ad conſequendũ, & fit defendens,ac pugnans pro concupiſcibili:ſi res, quæ deſideratur à cõcupiſcibili fit difficilis ad cõſequendum, & tamẽ occurrat medium,quo poſsibile ſit eam conſequi, inſurgit motus in iraſcibili,qui dicitur ſpes.Si autem nullum adſit medium,inſurgit motus,qui dicitur deſperatio: & ſic deſiderio correſpõdent in iraſcibili duæ paſsiones, ſcilicet ſpes & deſperatio.Ex parte autem mali,quod fugit concupiſcibilis,ſi ſit difficultas in euitando, & occurrat medium,quo poteſt euitari,inſurgit in iraſcibili motus,qui dicitur audacia: ſi autẽ nõ occurrit mediũ,vel ſaltẽ mediũ ſit debile,inſurgit motus, qui dicitur timor,& ſic fugę cor reſpondent duę paſsiones in iraſcibili, ſcilicet, Timor & audacia, & quoniã malum illatum cauſat triſtitiã in concupiſcibili, inſurgit iraſcibilis ad propulſandum ipſum:& quoniã propulſare nõ poteſt, conatur offendere,aut vindicare, & ſic inſurgit in ea motus, qui dicitur ira: cuius obiectũ eſt vindicta de eo, qui malũ intulit:ex quo cauſata eſt in cõcupiſcibili triſtitia, & ſic triſtitiæ correſpondet ira. Amori autem & odio & delectationi nulla correſpondet paſsio in iraſcibili, qa nõ eſt difficile amare bonum oblatũ,nec delectari in bono adepto,nec habere odio malum oblatum:ſed difficile eſt cõſequi bonum deſideratum,& vitare malum,& propulſare iniuriã: & ideo omnes paſsiones iraſcibilis correſpondẽt deſiderio & fugę & irę: patet igitur ratio quare ſunt quinque in iraſcibili,& quomodo ordinantur:& figura patet hic.

In iraſcibili.

Reſpectu boni,reſpectu mali,reſpectu mali.

Deſiderio, Spes Deſperatio	Fugæ, Timor Audacia.	Triſtitiæ, Ira.

Sed aduerte quòd ſub aliquib⁹ dictarum paſsionum cõtinẽtur alię paſsiones magis ſpeciales,quæ ſunt iſtę:Cõcupiſcentia,gandiũ,lætitia,exultatio,inuidia,zel⁹,miſericordia.Cõcupiſcentia cõtinetur ſub deſiderio:eſt enim cõcupiſcentia deſideriũ delectãdi corporaliter,ſcilicet Venere & gula.Gaudiũ & lætitia & exultatio cõtinentur ſub delectatione,ſunt enim ꝓpriè reſpectu boni adepti,aut ſperati adipiſci.Inuidia,zel⁹,& miſericordia cõtinentur ſub triſtitia,ſed diſtinguitur, quoniã inuidia eſt triſtitia de bono alterius:zelus eſt triſtitia de defectu proprij boni eſt enim ꝓpriè zel⁹ triſtitia de hoc,quòd homo deficit in bonis,quę alij habẽt.Miſericordia eſt triſtitia,quę dicitur cõpaſsio de malo alteri⁹.Sed aduerte, quòd zel⁹ in vna ſignificatione cõtinetur ſub amore,in alia ſub triſtitia.Nã aliquando dicitur zel⁹ amor intenſus cum indignatione cõtrarij cõſortẽ non ferens in amato:& ſic continetur ſub amore,aliquã do dicitur triſtitia & dolor de bono,vt prædiximus, & ſic continetur ſub triſtitia:figura patet hic.

Amor Zelus	Deſiderium Concupiſcentia	Delectatio Gaudium Lætitia Exultatio,	Triſtitia Inuidia Zelus Miſericordia.

Hæc de paſsionibus,quæ conſiderantur in philoſophia morali,dicta ſint.Et aduerte quòd de eiſdem locuti ſum⁹ in tertio libro de Anima in tractatu De potentia motiua, vt videre poteris in Epitomate noſtro.

Potentię autẽ nõ generaliter acceptæ, ſed vt ſpectãt ad conſiderationẽ philoſophi moralis & in ordine ad prędictas paſsiones,dicit Ariſt.quòd ſunt illę,ſecũdũ quas paſsibiles horum dicimur,id eſt ſecundũ quas poſſum⁹ moueri ad ꝓdictas paſsiones: verbi gratia, Cõcupiſcibilis dicitur potentia,qa poſſumus ꝓ ipſam moueri ad amorẽ,ad odiũ, ad deſiderium,ad iram,&c.

Habit⁹ verò nõ abſolutè ſumpti, ſed vt ſpectant ad philoſophum moralẽ,dicit Ariſt.quod ſunt illi,ſecundum quos ad paſsiones habem⁹ nos bene,aut male. Verbi gratia.Per aliquẽ habitum poſſumus iraſci benè & laudabiliter. putà ſi iraſcimur vt ratio dictat mediocriter & ex iuſta cauſa. Et per aliquem habitum poſſumus iraſci malè & vituperabiliter,vt ſi iraſcimur ex inuidia,aut nimis,aut min⁹ iraſcimur quàm oportet, & hæc magis conſtabunt, quando loquemur de manſuetudine, quę eſt habit⁹ ad frænandum iras.

Poſtquàm vidimus quæ ſint paſsiones & quę potentię, & qui habitus,vt ſpectat ad prędentem ſcientiam,probandum eſt ex intentione Ariſt.quòd virtus non eſt paſsio nec eſt potentia:& ſic remanebit quòd ſit habit⁹,quo poſſum⁹ benè vti paſsionibus,aut benè operari.

Et quidem quòd non ſit paſsio probat Ariſto. quatuor rationibus.Primò ſecundum paſsiones abſolutè ſumptas non ſumus boni nec mali moraliter, nam ſecundum ſe ſunt motus naturales, qui,vt ſic, apud philoſophum moralem non ſunt laudabiles,nec vituperabiles,ſecundum virtutem autem ſumus boni & ſecundum vitium mali:ergo conſtat nec virtutem,nec vitium eſſe paſsiones.

Secundò dicit Ariſt.Secundum paſsionem neque laudamur,neque vituperamur,non enim laudatur qui timet, aut qui iraſcitur,neque vituperatur,ſed qui qualiter,. id eſt ex cauſa,vel ſine cauſa:ſed ſecundum virtutes laudamur, & ſecundum vitia vituperamur,ergo,&c.

Tertiò dicit Ariſt.Iraſcimur non ſponte & ſæpè timemus:ſed opus virtutis eſt electio,vel non ſine electione,& vt ſic voluntarium,ergo,&c.

Quarto dicit Ariſt.ſecundum paſsiones mouemur, puta ad odium,aut amorem.Sed ſecundum virtutem non mouemur ſed diſponimur qualiter debemus moueri,puta ſecundum temperantiam qualiter debemus delectari & ſecundum manſuetudinem qualiter debemus iraſci,ergo,&c.

Quòd autẽ virtus non ſit potentia probatur dupliciter.

Primò dicit Ariſt.ſecundum potentias neque boni,neque mali ſumus:nõ enim qui poteſt facere bona bonus eſt, nec qui poteſt facere mala malus eſt, aliter omnes eſſent boni & mali.Sed ſecundum virtutem ſumus boni, & ſecundum vitium mali:ergo,&c.

Secundò dicit Ariſt. Potentię operandi inſunt nobis à natura:ſed virtutes non inſunt nobis à natura,vt probatum eſt ſuprà.Sed generantur in nobis ex frequentatis actibus: ergo,&c.

Cùm igitur virtus non ſit paſsio, nec potentia, reſtat quòd ſit habitus. nam virtus eſt principium operationis humanę,& declaratum eſt ſuprà in principio huius capitis quòd principia operãdi in nobis humanas operationes nõ poſſunt eſſe niſi aut paſsio,aut potentia,aut habitus; & ſic patet quòd habitus debet poni pro genere in diffinitione virtutis.Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Ex quadam communi conditione virtutum concludit differentiam virtutis eſſe mediocritatem, ex qua deducit virtutis diffinitionem: inde oſtendit quorum operum & affectuum contingat eſſe virtutem.

IN ſecundo capite inueſtigandę ſunt differentiæ ponendę in diffinitiõe virtutis moralis, vt ꝑ eas differat à quoque alio,& ſufficiẽter explicetur natura ei⁹,& in hoc capite quatuor agenda ſunt.Primò ponetur quędam conditio conueniens nõ ſolùm virtuti morali,ſed etiam omni virtuti naturali. Secundò ex illa conditione inueſtigabitur differentia virtutis moralis.Tertiò concludetur & formabitur diffinitio de virtute morali & manifeſtabitur. Quartò remouebitur dubium.

*Quantùm ad primũ aduerte ex intentione Ariſtot.quòd cõditio cõueniens omni virtuti etiã naturali eſt hæc,Bonũ facit id in quo eſt,vt in ſubiecto,& ſuum opus facit bonũ. Et hoc eſt quod clarius dicit;,Virtus facit bonum habentẽ, & op⁹ ſuum reddit bonum.Et id manifeſtabitur in naturalibus.Nam virtus oculi,quę eſt potentia viſiua,facit oculũ eſſe bonum.Ad nihilum enim valet oculus ſine potentia viſiua,& facit opus oculi,, id eſt viſionem eſſe bonam ; nam per potentiam viſiuã videmus & bene videmus Similiter virtus equi quæ eſt potentia portatiua,facit equum bonũ, & opus ſuum bonum; quod eſt deferre bene ſeſſorem, & bene currere,& bene ſe habere in expectando bellatorẽ: ſi igitur hoc eſt verum in virtutibus naturalibus,vt in exẽ-

plis

plis patuit, erit etiã verum in homine, vt dicatur quòd virtus hominis eſt habit⁹, quo fit homo bon⁹, & quo redditur opus ſuum bonum, verbi gratia, Iuſtitia eſt virtus hominis: quia eſt habitus, quo fit homo bon⁹: eſſe enim iuſtũ eſt bonũ, & opus procedens à iuſtitia eſt bonũ: quia eſt laudabile & meretur præmiũ. Hæc igitur eſt conditio conueniens omni virtuti & morali.

Quantùm ad ſecundũ aduerte quòd ideo virt⁹ facit habentẽ bonum, & opus ſuum bonum: quia cõſiſtit in medio, quod tripliciter manifeſtatur. Primò, quia dictum eſt ſuprà inueſtigantes quales opationes generent in nobis & ſaluẽt virtutes, & quales corrũpant: quòd operationes factæ ſecũdum medium generant & ſaluant virtutẽ, verbi gratia, Aggredi pericula & timere pericula quãdo & quomõ oportet, generat fortitudinem. Operationes autẽ factæ ſecundum extrema, corrumpunt virtutem & generant vitia. Nã aggredi pericula quando & quomodo nõ oportet, facit hominem audacem & temerarium ſiue furioſum: fugere pericula quando & quomodo non oportet facit hominem formidoloſum, Patet ergo quòd virtus ideo facit habentẽ bonum, & opus bonum, quia ſtat in medio & vitiũ facit hominem malum & opus ſuum malum, quia ſtat in extremo.

Secundò, q̃a omnis ſcientia ſiue ars operatiua facit op⁹ bonum, quia reſpicit medium, & niſi reſpiciat medium, nõ erit eius op⁹ bonũ: ergo multo magis virtus moralis reſpicit medium & fugit extremũ. Conſequentia nota, quia virt⁹ moralis melior eſt homini, quàm ſcientia operatiua. Antecedens autẽ manifeſtatur ſigno. Nã omnes artifices cùm vident opera ſua bene ſe habere, cõſueuerunt dicere, nihil eis apponendũ, & nihil ſubtrahendum, q̃a bene ſtant, p̃ hoc ſignificantes quòd exceſſus & defect⁹ corrumpunt bonitatẽ artificiati & medietas ſaluat ipſum, & ſic patet, quòd omnis ars, cùm vult p̃ficere opus, reſpicit medium: quia q̃rit non declinare ad exceſſum, nec ad defectũ: ergo & virtus moralis debet conitecturare medium.

Tertiò, q̃a illud, q̃ de difficili attingitur, & à quo de facili receditur eſt mediũ vel cõſiſtit in medio: ſed virt⁹ moralis de difficili attingitur, & ab ea de facili receditur: ergo vel eſt mediũ, vel cõſiſtit in medio inter exceſſum & defectum. Maior patet: q̃a difficile eſt attingere mediũ, vt patet de ſagittante quãta difficultate mittit ſagittã ad mediũ ſigni, & de cẽtro, q̃ difficillime inuenitur in circulo, recedere autẽ à medio experimur quàm facilè ſit ſagittanti: & menſuranti circulum, Minor autẽ declaratur ex hoc, quòd malefacere cõtingit multis modis, ſed benefacere ſolum vno modo; & ideo facile eſt malefacere & difficile benefacere, ſed per virtutẽ benefacimus, & p̃ receſſum ab ea malè facimus ergo cõſtat quòd virtus de difficili attingitur, & de facili ab ea receditur.

Pro euidentia eius q̃ dictum eſt, quòd malefacere cõtingit multis modis, ſed benefacere vno mõ tantùm, aduerte, vt inquit Beat⁹ Thomas exponens, quòd bene agere nõ cõtingit niſi cõcurrentibus omnib⁹ circunſtantiis requiſitis ad actum bonum, de quibus loquemur parum infrà: ſed malefacere cõtingit ex defectu cuiuſcunque requiſitæ circũſtantiæ. Sicut & deformitas corporis humani cõtingit ex defectu cuiuſcunque cõditionis requiſitæ ad formoſitatẽ, ſiue ad pulchritudinem, ſicut ex indebito colore, aut im̃portionata quãtitate, aut indebita figura, aut mala ſituatione, vel carentia membrorum. Pulchritudo autẽ cõſiſtit ſolum, quando omnia membra ſunt integra, & bene proportionata, & debite colorata. Similiter ægritudo corporalis ꝓuenit ex deordinatiõe cuiuſcũque ex quatuor humorib⁹, ſed ſanitas nõ cauſatur nec cõſeruatur niſi ex contẽperantia omnium quatuor humorum. Eodem modo cõtingit in actibus humanis, nã peccatum & malum fit ex defectu cuiuſcuuq; circunſtantię debitæ. bonitas autẽ & rectitudo in actu humano nõ cõtingit niſi adſint omnes debitæ circunſtantiæ & ideo bene agere eſt difficile, malè autem agere facile.

Quantũ ad tertium aduerte, quòd Ariſtotel. ex omnibus prædictis ſic format diffinitionẽ virtutis moralis: Virt⁹ moralis eſt habitus electiu⁹, in medietate exiſtens quo ad nos, determinata ratione, vt ſapiẽs determinabit. Et aduerte, q̃ in hac diffinitione ponuntur quinque, ex quib⁹ ſimul ſumptis ſufficiẽter manifeſtatur natura virtutis moralis. Primò dicitur habitus, quoniã determinatum eſt in capite præcedenti, q̃ nõ eſt potentia, nec paſſio, ergo habitus. Secũdò dicitur electiuus, id eſt ſecundum electionem: quia virt⁹ nõ operatur ſiue virtuoſus per virtutem niſi per electionẽ & deliberationẽ, vt dicem⁹ in libro tertio. Tertiò dicitur exiſtens in medietate quo ad nostq̃ noniam probatũ eſt ſupra, quòd virtus conſiſtit in medio inter exceſſum & defectũ. Quare autẽ dicat, quò ad nos declarabimus infrà. Quartò dicit determinata ratione: quia virt⁹ moralis eſt in appetitu ſenſitiuo, in quo nõ eſt bonitas moralis niſi vt determinat̃ ratione dictãte quomodo amandũ, quomodo triſtandum, quomodo ſperandũ, &c. Quinto dicitur, vt ſapiens determinabit: quia cõtingit rationem eſſe rectam & erroneã, & oportet opus virtutis eſſe ſecundũ rationẽ rectã & ideo ad hoc explicãdũ dicit, vt ſapiens iudicabit vel determinabit. Sapiens enim, vt ſapiens, nõ iudicat, nec determinat niſi ſecundũ rationem rectam. Et aduerte, quòd hic non ſumitur ſapiens pro eo, qui cognoſcit diuinã & altiſsimam cauſã: q̃ Metaphyſicus dicitur, de quo loquemur in libro decimo, ſed ꝓ pruednte in quocunq; negotio quid oportet operari. Nam prudens eſt qui in humanis peragendis rectã & ſufficientem cognitionem habet. Et aduerte ſecundum Euſtratium & dominum Albertũ, hæc particula, vt ſapiens determinabit, eſt cõplementum totius diffinitionis, Nam q̃a medium, quod in ſingulis virtus requirit, nõ eſt vno modo apud omnes, vt declarabimus parum infrà, ſed variatur ex perſonis, ex tẽpore, ex loco, ex cauſis, &c. oportet tale medium determinari ad dictamẽ ſapiẽtis q̃ ſicut dicit Ari. poteſt de ſigulis vt negotia requirunt rationẽ debitã reddere.

Diffinitionem autem datam Ariſtote. nõ declarat aliter, niſi illam particulã in medietate exiſtens, & dicit, quòd eſt medietas duarum malitiarum, id eſt duorum vitiorũ, quorum vnum eſt ꝓ exceſſum, alterum per defectum, puta libe ralitas eſt medietas inter prodigalitatẽ declinantẽ ad exceſſum, & auaritiam declinantẽ ad defectum. Dicitur autem virtus inuenire mediũ per rationem rectam & eligere medium ꝓ voluntatem quia virtuoſus ſemper ſcit & vult operari vt oportet & decens eſt, malitiæ autẽ declinant à medio aliquando ꝓ exceſſum, aliquando per defectum: q̃a vitioſus & quo ad paſſiones & quo ad operationes nõ ſe habet vt oportet. nec decet, patet igitur quomodo virt⁹ eſt medietas

Tu tamẽ aduerte, quòd virt⁹, vt inq̃t Ariſtote. dupliciter cõſiderari poteſt. Primò quò ad ſuã quidditatiuã diffinitionẽ, & ſic eſt habit⁹ medius inter duas malitias, vt dictũ eſt. Secundò vt eſt quoddã bonum animæ, ſicut ſanitas eſt bonum corporis, & vitium eſt malũ animæ, ſicut ægritudo eſt malum corporis, & ſic virt⁹ eſt vnum extremũ, & vitiũ alterum extremum. Bonum enim & malum ſunt duo extrema, ſed omnis virtus cõtinetur ſub bono, & omne vitium ſub malo. Patet igitur quomodo virtus eſt medium, & quo modo eſt extremum.

Pro euidentia eius, quod dictũ eſt, ſcilicet quòd virt⁹ cõſiſtit in medio quò ad nos, aduerte ex intentione Ariſto. q̃ medium eſt duplex ſecundum rẽ, & quò ad nos. Medium ſecundum rem eſt q̃ æqualiter diſtat ab vtroque extremo. Medium quò ad nos eſt q̃ nobis nec excedit, nec deficit, id eſt nec ſuperfluum, nec diminutũ eſt. Mediũ ſecũdum rem eſt idem apud omnes, medium autem quò ad nos nõ eſt idẽ apud omnes. Medium ſecundum rẽ eſt medium ſecundum proportionem arithmeticã, mediũ quò ad nos eſt medium ſecundum ꝓportionem geometricam; verbi gratia, Mediũ rei eſt, quod tantum excedit vnum extremum quantum exceditur ab altero, & tale dicitur mediũ arithmeticũ, & hoc modo, ſex eſt medium inter duo, & decem. Nã ſicut excedit duo in quatuor, ſic excedit à decẽ in quatuor. Medium quo ad nos eſt medium geometricum, in quo nõ ſeruatur æqualis diſtantia ab vtroque extremo, ſed eadem ꝓportio, puta ſexquialtera, & ſic ſex ſunt mediũ inter nouem & quatuor, quia q̃ proportio eſt inter ſex & quatuor, eadem eſt inter nouem & ſex. Nã vtrobique eſt proportio ſexquialtera, ſicut enim ſex continet quatuor, & medietatẽ eius, ſic nouẽ continet ſex & medietatem eius. Hoc autem mediũ quo ad nos non eſt idem apud omnes: q̃ Ariſtotel. ſic declarat. Si comedere decem minas, puta decem panes in vno prandio eſt nimis vni, & comedere duos ſit parũ alteri, nõ ſequitur quòd comedere ſex ſit mediũ, id eſt ſufficiens: ita quòd nõ ſit nimis neq; parum: nã ei, qui præſidet gymnaſio, ſex erit nimis. Tales enim ſe abſtinẽt à multo cibo, vt expeditiores ſint in certãdo: & Miloni, qui vt dicit̃ comedebat in die bouem erit parum; vnde, ſi alicui quatuor panes ſufficiunt, illi erunt medium: quia nec nimis, nec parũ, & ſi Miloni decẽ ſufficiunt, illi erunt mediũ: & ſi certanti duo ſufficiunt, illi erunt medium. Patet ergo, quòd mediũ quò ad nos nõ eſt

idem apud omnes,& tale medium eſt q̃ ponitur in diffinitione virtutis moralis, q̃ quoniam variabile eſt ſecundum perſonas,ideo determinandum eſt à ſapiente, id eſt, prudente.Putà prudens medic⁹ determinat medium diætandi infirmum,& pædagogus cibandi puerum: & prudens œconomus prouidendi familiæ,ita quidem quòd aliud medium aſſignabit vxori,aliud filio:aliud ſeruo.

Quantùm ad quartũ aduerte quòd ex eo quòd dictum eſt virtutem moralem eſſe medium in paſsionibus & operationibus,putà fortitudinem inter timores & audacias,liberalitatẽ inter nimis expendere quàm oportet, & min⁹ expendere quàm oportet: dubitare quidã poſſet vtrũ vniuerſaliter in omnibus paſsionibus & operationibus ſit dabile medium,quod ſit virtus.Ad hoc igitur dubium reſpondens Ariſt.intendit talem diſtinctionem,Paſsiones & operationes humanæ ſunt in duplici differentia.Quædam ex ſui natura nõ ſunt bonæ,nec malę moraliter,niſi q̃ quanto ſiunt cum exceſſu,aut defectu,putà amare,deſiderare,delectari, non eſt bonum,nec malum moraliter, ſed naturale; nimis autem amare quàm oportet,aut aliter quàm oportet, aut rem quam nõ oportet,aut propter finem non laudabilem, malum eſt moraliter, idem dico de deſiderare & delectari,&c.Et ſicut dictũ eſt de paſsionibus intellige de operationib. vt de comeſtione,de diſtributione proprię facultatis, de ædificatione domorum:hæc non ſunt ex ſe bona, nec mala moraliter, niſi ex ſuperfluo & diminuto;& in his omnibus dabilis eſt virtus moralis,quæ teneat medium inter ſuperfluum & diminutum. Quædam autem paſsiones & operationes humanæ ſunt ex ſe malæ,& nunquã bonæ, nec quocunque modo fiant ſiue multum ſiue parum fient bene,licet ſi multum fiant erunt peiores,ſi parum minus malæ,ſemper tamen malæ.Exemplum de paſsionibus,Gaudere in rebus malis,vt lætari peccaſſe, inuerecundia,inuidia. Exemplum de operationibus, Furtum, homicidium, adulterium.Hęc enim inquit Ariſtot.confeſtim nominata conuoluta ſunt cum malitia.Et in his non eſt dabilis virtus moralis,quæ teneat medium inter exceſſum & defectum, quod probatur ex intentione Ariſt.triplici ratione.

Primo ſic:In his,quę ſunt ſecundum ſe mala,nõ eſt dabile medium,quod eſt virtus,datur enim medium vt regulatiuum extremorum,vt benè fiant; ſed quæ ſunt ſecundum ſe mala non poſſunt regulari,vt benè fiant, quia, vt inquit Ariſtoteles,nec eſt circa hęc dirigere, ſed ſemper peccare;neque eſt bene,vel nõ bene circa talia,in eo quòd oportet vt oportet & quando & quomodo,putà adulterari,ſed ſimpliciter,id eſt abſolutè facere quodcunque horũ, peccatum eſt.Sed quædam paſsiones & operationes humanę ſunt ſecundum ſe malę, vt exemplificatum eſt;ergo circa illas regulandas non eſt dabilis virtus moralis, ſed ſemper & abſolutè ſunt peccata.

Secundò ſic,cùm prædictæ paſsiones & operationes ſecũdum ſe ſint malæ,ſicut vitia extrema, quorum medietas virtus,qui in talibus quærit medium,id eſt,virtutẽ eſt ſimilis illi, qui in extremis quærit medium, id eſt virtutem; q̃ eſt impoſsibile:aliter mediũ eſſet in extremo,quod implicat contradictionẽ,& in auaritia aut in iniuſtitia eſſet ponere medium;ergo eadem ratione nec in prædictis paſsionibus & operationibus ex ſe malis eſt ponere medium.

Tertiò ſic,ſicut virtutes,quæ ſunt ſecundum ſe bonę, ſe habent ad extrema,ita illa,quę ſunt ſecundum ſe mala, ſe habent ad medium;ſed repugnat in virtutibus inuenire extrema,quæ ſunt vitioſa: ergo eadem ratione repugnat in his,quę ſunt ſecundum ſe mala inuenire medium,quod habet rationem virtutis;& ſic conſtat,quòd in his, quę ſunt ſecundum ſe mala,non eſt dabilis virtus moralis, ſed ſemper & quocunque modo fiunt ſunt peccata.

Hìc inueſtigandum eſſet, ſi eſt vniuerſaliter verum, quòd omnis virtus moralis conſiſtat in medio. Nam primo aſpectu de aliquibus videtur quòd nõ:vt de magnanimitate,quę non tendit ad mediocres honores,ſed ad maximos:& de magnificentia,quę non tendit ad mediocres expenſas,ſed ad magnas.Sed hoc determinabitur in fine huius libri.Hęc de ſecundo capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi, Finis.

TRACTATVS TERTIVS
ſuper librum ſecundum Ethicorum, in tria capita diuiſus.

De numero virtutum moralium.

IN hoc tertio tractatu iuxta ordinem poſitum in principio libri ſecundi, tractandum eſt de numero virtutum moralium: & de oppoſitione,quę eſt inter virtutem & vitia, & inter vitia adinuicem comparata: & de documentis,quibus poteſt homo declinatis vitiis fieri virtuoſus,cõtinebit igitur præſens tractatus tria capita.

In primo manifeſtabitur numerus ſpecierum virtutum moralium.

In ſecundo pertractabitur oppoſitio inter virtutem & vitia ei oppoſita,& inter vitia.

Tertiò ponentur documenta quibus poteſt fieri homo virtuoſus.

CAPVT I.

Quot & quænam ſint virtutes morales ſecundum ſpeciem. 2. Ethico. cap.7.

IN primo capite quatuor agenda ſunt.Primò numerantur virtutes morales quę ſunt circa paſsiones,quæ verſantur circa vitam hominis corporalem, Secundò numerantur virtutes morales,quę ſunt circa paſsiones, quę verſantur circa bona hominis exteriora,quales ſunt pecunię & honores.Tertiò numerantur virtutes morales, quę ſunt circa paſsiones:quę verſantur circa exteriores actus, in quibus homines conuerſando communicant. Quartò numerantur paſsiones laudabiles,quæ licet non ſint virtutes,tamen in eis eſt accipere medium laudabile, & extrema vituperabilia.

Quãtùm ad primum antequam deueniamus ad numerũ virtutum moralium,quę ſunt circa paſsiones,quę verſantur circa hominis vitam corporalem, aduerte duo primò q̃ Ariſt.rationabiliter deſcendit in particulari ad tractandum de virtutibus in ſpecie,quoniam vt dicit ipſe,ſermones,qui ſunt de operationibus, ſi permanent in vniuerſali, ſunt magis inanes, & particulares ſunt magis veri, eò quòd operationes ſunt circa ſingularia, & ideo ſermones de operationib⁹ debent eſſe nõ ſolùm vniuerſales, ſed deſcendere ad particularia.Nõ igitur ſufficit dixiſſe in tractatu q̃cedenti quid ſit virt⁹, ſed nunc deſcendendum eſt ad conſiderandum & loquendum de eis in particulari.

Secundò aduerte quòd enumerando hic ſpecies virtutũ moralium prętermittit prudentiam & iuſtitiam. Quia nõ intẽdit numerare hîc niſi virtutes,q̃ ſunt circa paſsiones,& ſunt ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo,vt obtẽperat rationi dirigenti;iuſtitia autẽ eſt in volũtate,& prudentia in intellectu practico:& quoniã ſunt altioris ſubiecti.ideo poſt cõſiderationem de virtutib⁹ moralib⁹ exiſtentibus circa paſsiones, ptractabit de iuſtitia in libro quinto & de prudentia in libro ſexto.His pręmiſsis aduerte quòd paſsiones,quarũ obiecta ſunt vita hominis corporalis,ſunt timor &audacia in iraſcibili,delectatio & triſtitia in cõcupiſcibili.Timor & audacia verſant circa determinata vitæ:qualia ſunt pericula mortis,& ideo ad regulandũ huiuſmodi timores & audacias dat in appetitu ſenſitiuo virt⁹ fortitudinis,de qua faciemus tractatũ ſpecialem in libro tertio.Eſt autẽ fortitudo medietas inter timores & audacias;docet enim timere quando oportet,& audere quando oportet. Extrema hui⁹ medietatis ſunt audacia,& timiditas.Audax eſt q̃ ſuperabũdat in audendo,& deficit in timendo,id eſt q̃ magis audet quàm oportet,& minus timet quàm oportet; timidus eſt q̃ ſuperabundat in timere & deficit in audere, id eſt q̃ magis timet quàm oportet,& minus audet quàm oportet. Qui autem deficit in timendo,id eſt qui nullum periculum timet, eſt innominat⁹,q̃a rari tales inueniuntur:& q̃ raro inueniũtur,remanent innominata:quia ſuper talia homines nõ cõſiderant,& ideo non attribuunt eis ꝓpria nomina,& fortè poſſunt dici ſtolidi,quia nullum extimant periculum.

Fortitudo circa timores & audacias.

Delectatio & triſtitia nõ vniuerſaliter ſumptę,ſed vt cõcernunt ſenſum tactus, verſantur circa vtilia vitę: & hoc dupliciter, aut in conſeruando vitam in indiuiduo, aut in ſpecie. Primo modo verſantur circa cibum & potum. Secundo modo circa venerea.Vt igit regulẽtur huiuſmodi dele

Temperantia circa delectationes & triſtitias

delectationes & triſtitiæ,quæ cõmuniter dicũtur voluptates & triſtitiæ ſenſuales,ponitur in appetitu ſenſitiuo virt⁹ temperantiæ,de qua formabimus particularem tractatum in libro tertio.Eſt autem tẽperantia medietas inter delectationes & triſtitias ſenſuales. Docet enim hõminẽ delectari honeſtè,& vt decet,& triſtari,id eſt abſtinere à delectatione vt oportet.Magis autẽ verſat circa delectationes regulandas:quoniã cõmunes ſunt omni animali,& ꝓniores ſum⁹ ad delectationes huiuſmodi,& difficillimè eas ſuperam⁹.Extremũ ſuperabundans dicitur intẽperantia,& q magis delectat quàm decens eſt,aut in his q nõ decent, dicitur intemperatus:extremũ deficiens nõ habet nomen impoſitũ,qa rari ſunt qui deficiant naturaliter ab appetitione delectationum,quoniã communiter omnes naturaliter appetũt delectationes corporales:ſed Ariſtot.vocat eũ inſenſibilem.Cùm enim huiuſmodi delectationes ſint multũ ſenſibiles,videtur q non appetit eas factus velut ſine ſenſu. Patet igitur quomõ circa paſsiones quæ verſant circa vitam hominis corporalem ſunt duæ virtutes,ſcilicet fortitudo & temperantia,& quæ ſint earum extrema.

Quãtùm ad ſecũdum numerandę ſunt virtutes morales quæ ſunt circa paſsiones,quę verſant circa bona exteriora vtilia homini:quales ſunt pecunię,ſiue diuitię,& honores, & quoniam bono vtili exteriori opponitur malũ nociuum exterius, circa cuius ꝓpulſationem verſatur ira,ideo ex conſequenti aſsignabitur virtus moderatiua iræ.

Primò igitur aduerte q ſicut duplices poſſunt poſsideri diuitiæ,ſiue pecunię,ſcilicet mediocres & magnę:ſic circa eas ſunt duæ virtutes morales,ſcilicet liberalitas & magnificentia.Medietas igit circa dationẽ & receptionẽ diuitiarum mediocrium dicitur liberalitas;ei⁹ extrema ſunt ꝓdigalitas & illiberalitas.Prodig⁹ ſuperabundat in datione,& deficit in acceptione;illiberalis autẽ ſuperabũdat in acceptione,& deficit in datione,& cõmuni nomine dicit auar⁹.Circa magnas diuitias ſecundum dationem & receptionem medietas quę eſt virtus, dicitur magnificentia. Differt enim magnificus à liberali;qa magnific⁹ eſt in dando &accipiendo magna;liberalis autẽ in dando & accipiendo parua,vnde pauꝓ poteſt eſſe liberalis,ſed non magnificus.Extremum magnificentię ꝓ ſuperabundantiam dicitur apyrocalia.Iſti enim multum expendentes nõ curant quomodo expendant;dicitur enim banauſia,qa ad modum fornacis omnia citò conſumunt;deinde fiunt mendici. Extremũ aliud ſecundum defectum dicitur paruificentia,iſti ſunt,q licet ſint magnarum diuitiarum,tamen nihil magnificè,ſed miſerè expendunt; ſed de his latiùs dicemus in quarto libro.

Liberalitas eſt circa mediocres diuitias.

Magnificentia eſt circa magnas diuitias.

Secũdò aduerte,quòd ſicut duplices ſunt diuitiæ,ſic duplices honores,ſcilicet magni & parui;&circa honores magnos eſt vna virt⁹,& circa paruos altera.Circa magnos eſt magnanimitas,cui⁹ extremum ſuperabundans dicitur caumotes;quaſi ardor in appetitu honoris:extremũ autem deficiens dicit puſillanimitas,circa paruos honores virt⁹ eſt innominata.Sed extremũ ſuperabundans dicitur philotimia,id eſt amor honoris,extremũ autem deficiens dicitur aphilotimia,id eſt,nõ amor honoris: vnde philotim⁹ dicit amator honoris,aphilotim⁹ autẽ nõ amator honoris:quòd autem circa honores mediocres ſit particularis virt⁹,licet innominata,q̃ ſe habet ad magnanimitatem ſicut liberalitas ad magnificentiã,patet,ex eo quòd contingit appetere mediocres honores:magis & min⁹ quàm oportet,& quando nõ oportet,& mediis,& fine indebitis: & quoniam hęc virt⁹ eſt innominata, ideo ſolemus nominare talem virtutem nomine vnius extremi:vnde eum qui eſt in medio,aliquando dicimus philotimum,aliquando aphilotimũ.Vnde dicit Ariſtoteles,Cõtendũt extremi de media regione:vterque enim q eſt in extremis dicit & reputat ſe eſſein medio. & aduerte quòd hoc eſt commune omni vitioſo.Nã qui timid⁹ eſt dicit ſe eſſe fortem, & audax dicit ſe eſſe fortẽ,& fortem eſſe timidum.Patet igitur,quomodo circa magnos & mediocres honores ſunt duæ virtutes morales, ſicut & circa magnas ac mediocres diuitias,de quibus tractabitur in libro quarto.

Magnanimitas eſt circa magnos honores.

Tertiò aduerte,q ſicut circa bona vtilia exteriora quales ſunt diuitiæ & honores ſunt virtutes ꝓnominatæ;ſic circa ꝓpulſationem mali nociui quod opponitur bono vtili: ponitur particularis virtus.Dicit igitur Ari.quòd circa irã ꝓ quam quærim⁹ propulſare vel referre malum illatũ, ponitur medietas,quæ dicitur virtus manſuetudinis:cui⁹ extremum ſuperabundans dicitur iracundia: extremum autem deficiens dicitur iniraſcibilitas.

Quantùm ad tertium numerandę ſunt virtutes quę verſantur circa exteriores actus regulandos in quibus homines adinuicem communicant.Aduerte igitur tres medietates,id eſt virtutes quę ſunt circa communicationem verborum & operum.

Prima eſt qua quis ſe exhibet talẽ verbo & opere alteri, qualis eſt:& dicitur veritas ſiue veracitas.Cui⁹ extremũ ſuperabundans dicitur iactantia:& eſt quando quis fingit de ſe maiora quàm habeat,& dicitur iactator.Extremũ autem deficiens dicitur ironia; & eſt quando quis fingit minora de ſe quàm habeat vilificans ſeipſum:& talis dicit irriſor.

Secunda eſt,qua quis ſe exhibet delectabilem in ludis: decens & honeſtum eſt: & dicitur eutrapelia,cuius extremum ſuperabundans dicitur bomolochia, extremum autem deficiens dicitur agroichia.

Tertia eſt qua quis ſe exhibet gratioſum & affabilem cũ omnib. in dicto,in verbo,in opere,in omni ſua cõuerſatione:& dicitur amicitia vel amicabilitas vel affabilitas.Cui⁹ extremũ ſuperabundans ſi nõ fit niſi cauſa delectãdi dicit placiditas:inde placid⁹. Si aũt id fiat alia cauſa puta ex lucro aut vt honoret,dicitur adulatio,vel blanditio,inde adulator & blãditor.Extremũ autem deficiens dicitur litigioſitas;inde litigioſus,& eſt ille,q in omni conuerſatione ſua eſt aliis moleſtus & grauis,q & verbo & actu & geſtu eſt ſine gratia,patet igitur quot ſint virtutes morales: circa actus exteriores in quibus homines communicãt adinuicẽ.

Quantũ ad quartũ aduerte, q nõ ſolùm circa aliquas paſsiones dantur aliquæ virtutes morales ad eas regulandas ſecundum rectam rationem:ſed etiam inter paſsiones quædã ſunt, in quibus eſt accipere medietatem laudabilẽ & extrema vituperabilia & tales dicunt paſsiones laudabiles:inter quas ꝑcipuè ſunt iſtæ duę:Verecũdia & Nemeſis quæ eſt triſtitia de ꝓſperitatibus malorum. Dicit igitur Ariſtot. quòd licet verecundia nõ ſit virtus vt ꝓbabitur in libro quarto,tamen in ea eſt accipere medietatẽ laudabilẽ & duo extrema vituperabilia.Medietas quidẽ laudabilis dicitur verecundia:laudatur enim verecund⁹ quia medium tenet.Erubeſcit enim quando oportet,& de his q̃bus oportet,& quantum oportet.Cuius extremum ſuperabundans dicitur cataplex: & eſt ille qui omnibus verecundatur:extremũ autem deficiens dicitur inuerecund⁹ vel impudens:& eſt ille q de nulla re verecundatur: ſed ſemper eodem vultu permanet:ſimiliter Nemeſis eſt quædã paſsio laudabilis.Nam nemeſeus eſt ille:qui ſolum triſtatur ſi videt malos proſperari: ſi autem videt bonos proſperari, & malos affligi gaudet,qa loquendo moraliter gaudet de iuſtitia pręmiatiua bonorum, & punitiua malorum; & hoc eſt laudabile apud Philoſophum moralem.Huius autẽ ſunt duo extrema virtuperabilia.Extremũ ſuperabundans dicitur inuidia:eſt enim inuid⁹ qui triſtatur de proſperitatibus tam bonorum quàm malorũ:& hoc valde vituperabile eſt & malum extremum deficiens dicitur epyrecatia,id eſt de nullo triſtari;ſiue boni ſiue mali proſperentur;imò gaudet de proſperitate malorũ non autẽ de proſperitate bonorũ; & talis maximè vituperabilis eſt:ſed de his latius dicem⁹ in quarto libro.De iuſtitia autem, quia dicitur multiplici ter,loquemur in libro quinto & de habitibus intellectualibus in libro ſexto.

Et ſi tu bene conſideras q̃ ſuprà diximus de numero virtutum moralium,inuenies quòd in appetitu ſenſitiuo q diſtinguitur ꝓ iraſcibilẽ & cõcupiſcibilẽ,ſunt decẽ virtutes regulatrices paſsionũ,ſcilicet fortitudo,tẽperantia magnificentia,liberalitas,Magnanimitas honoris mediocris amatiua q̃ eſt innominata.Manſuetudo,veritas,eutrapelia,affabilitas.In voluntate autẽ eſt iuſtitia:de qua loquemur in libro quinto.Et in intellectu practico eſt prudẽtia de qua lo q̃mur in libro ſexto.Et ſic in ſumma apud Ariſto.duodecim ſunt virtutes morales: ex q̃b⁹ quatuor dicũtur virtutes cardinales ſiue principales apud philoſophos,ſcilicet prudentia,iuſtitia,fortitudo,temperantia.Et ſecundum Senecã & Tullium continent ſub ſe alias virtutes ſpeciales:& ſecundum ipſos diſtinguuntur abinuicem ſecundũ quatuor generales modos virtutis:quorum primus dicitur rectitudo rationis.Secundus ęqualitas in operationibus.Tertius animi firmitas. Quartus paſsionum refrænatio.Rectitudo rationis eſt radix omnium virtutum: quoniam ſecundũ eam diriguntur in nobis tã actiones quã paſsiones,& ꝑtinet ad

prudentiam: quæ dirigit & regulat in nobis tam actiones quàm paſsiones. Aduerte tamẽ quòd aliter dirigibiles ſunt actiones, & aliter paſsiones. Nam actiones quantùm ſit ex ſe nullam habent reſiſtentiam ad rationem, vt emptio & venditio: & ideo ad earum directionem non requiritur aliud niſi quòd ratio ſtatuat quandam æqualitatẽ rectitudinis: putà inter emptionem & venditionem: & hanc æqualitatem ſtatuere ad iuſtitiam ſpectat: paſsiones autem important quandam inclinationem repugnantem rationi. Quod quidẽ contingit dupliciter. Aliqua enim paſsio retrahit ab eo quod ratio præcipit. Sicut timor periculorum & laborum & ſic oportet eſſe aliquam virtutem per quam firmetur animꝰ hominis: nẽ in arduis recedat à bono rationis: & hęc animi firmitas ad fortitudinẽ ſpectat. Aliqua verò paſsio impellit ad aliquid contrariũ rationi, & ſic opertet eſſe aliquam virtutem per quam talis impulſus reprimatur & frænetur, & hæc repreſsio ad temperantiã ſpectat. Secundum quatuor igitur hos modos arbitrati ſunt quatuor virtutes cardinales diſtingui. Attribuentes omnẽ rectitudinẽ rationis prudentiæ, omnem æqualitatem operationum iuſtitię omnẽ animi firmitatem in arduis fortitudini, omnem paſsionum frẽnationem temperantiæ. Vtrum autem hic modꝰ diſtinguendi quatuor virtutes cardinales ſit conueniens, pro nunc tranſeat: donec de ſingulis virtutibus tractauerimus. Nunc enim magis numeratiuè ad intentionem Ariſtotelis loquimur quàm determinatiuè. Hęc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo vitia inter ſe, & virtutes vitijs contrarientur.

IN ſecundo capite agendũ eſt de oppoſitione quã habet virtus ad vitia, & vitia inter ſe: & hic tria probanda ſunt. Primò quòd virtꝰ quę eſt medietas inter duo extrema quæ ſunt vitia contrariatur vtrique extremo, & ſic vtriq; vitio. Secundò quòd duo extrema vitioſa magis cõtrariantur ad inuicem quàm ad virtutem. Tertiò quòd licet virtus cõtrariatur vtrique extremo: magis tamen vni quàm alteri.

Quantùm ad primum aduerte quòd, vt dicit Ariſt. cùm tres ſint diſpoſitiones in homine, duæ quidẽ vitioſæ, vna ꝑ ſuperabundãtiam, altera per defectum: & tertia media quę eſt virtus, quę mediat inter duas vitioſas, ſicut liberalitas inter ꝓdigalitatẽ & auaritiãquę libet illarũ triũ diſpoſitionũ opponitur cuilibet quia duæ extremæ vitioſę contrariant̃ adinuicẽ, & contrariãtur mediꝫ, & media cõtrariatur vtrique extremæ, quod ſic probatur ex intentione Ari. Sicut ſe habet æquale ad magnum & paruũ ſic virtus ad duo vitia. Hæc ſimilitudo patet: quoniam ſicut æquale eſt mediũ inter paruũ & magnũ, ſic & virtus eſt media inter duo vitia. Sed æquale cõtrariatur magno & paruo vtduob. extremis. Nam æquale comparatum paruo eſt magnum, & cõparatũ magno eſt paruũ ergo à ſimili virtꝰ media cõtrariatur vtrique vitio extremo. Nam fortis reſpectu timidi eſt audax & reſpectu audacis eſt timidus: & liberalis reſpectu prodigi eſt auarus & reſpectu auari eſt prodigus: & hic eſt ꝙ q eſt in vno extremo extimat mediũ eſſe in altero extremo: vt q eſt timidus extimat fortem eſſe audacẽ: & qui eſt audax extimat fortem eſſe timidum, & huius ratio eſt: qꝛ medium contrariatur vtrique extremo, & reſpectu vniꝰ extremi habet rationem alterius extremi.

Pro euidentia huius rationis aduerte quòd virtus & extrema poſſunt dupliciter conſiderari. Primò vt virtus eſt in genere boni, & extremum in genere mali & quoniã bonũ & malum ſunt extrema, ideo virtus vt bona opponitur extremo vt malum eſt: ſicut extremum extremo. Secundo vt virtus eſt mediocritas inter extrema quorum vnũ eſt ſuperabundans & alterum deficiẽs & vt ſic opponitur vt mediũ extremis ſicut tepidum opponitur calido & frigido.

Quantùm ad ſecundum probatur quòd duo extrema vitioſa vt prodigalitas & auaritia magis contrariantur inter ſe quã ſit contrarietas virtutis puta liberalitatis ad ea. Nã maior eſt diſtantia extremi ad extremum quàm medij ad extremum vt patet. Sed vbi eſt maior diſtantia eſt maior contrarietas ex decimo Metaphyſicæ: ergo, &c. Prętereà inter extremum & extremum nulla eſt cõuenientia nec ſimilitudo: quoniam vnum penitus negat alterum ſed inter medium & extremum eſt aliqua conueniẽtia nam mediũ participat de extremis vt tepidum de calido & frigido ſed vbi nulla eſt conuenientia eſt maior contrarietas: ergo, &c.

Quantùm ad tertium probandum eſt, quòd licet virtus contrarietur vtrique extremo, tñ magis contrariatur vni quàm alteri, putà fortitudo magis contrariatur timiditati quàm audaciæ: nam vnum extremũ eſt magis diſsimile virtuti quàm reliquum, vt timiditas eſt magis diſsimilis fortitudini quàm audacia cuius ſignum eſt, quòd fortis reputatur audax non autem timidus. Vbi autem eſt maior diſsimilitudo eſt maior cõtrarietas: ergo, &c. Prætereà, habemus maiorem inclinationẽ ad vnum extremum vitioſum quàm ad aliud: ergo virtus magis cõtrariatur illi quàm alteri: qa difficilius eſt nobis declinare ab illo: verbigratia, Quia omnes appetunt delectari, & pauciſsimi naturaliter renuunt delectationes: ideo intẽperantia magis contrariatur tẽperantiæ, quàm inſenſibilitas quæ eſt non curare delectari.

Pro euidentia huius rationis aduerte quòd aliquando extremũ ſuperabundans magis contrariatur virtuti, aliqñ autẽ extremum deficiens. Nam in virtutibus quæ ſunt circa paſsiones concupiſcibilis, & quę pertinẽt ad profecutionem boni ſenſibilis, vt delectationes, extremũ ſuperabundans magis contrariatur, vt intemperantia: tẽperantiæ: & ideo temperantia conatum facit contra intemperantiã: & non contra inſenſibilitatem. In virtutibus autem quę ſunt circa paſsiones iraſcibilis ordinatas in fuga mali: extremum deficiens magis contrariatur virtuti, vt timor fortitudini & ideo fortitudo magis conatur contra timorem quã contra audacias, facilius eſt enim audacem fieri fortem, quàm timidum reduci ad fortitudinem. Hæc de prędicti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quàm difficile ſit virtutem aſſequi: nonnulla item documenta ad virtutem conſequendam ponuntur, ac quomodo ſic in virtute medium attingendum.

IN tertio capite ponenda ſunt documenta, quibus poteſt homo ad virtutem pertingere, & hic tria agenda ſunt. Primò declarandum eſt quàm difficile ſit homini fieri virtuoſum. Secundò ponẽda ſunt tria documẽta, quibus ſeruatis poteſt homo ad virtutẽ pertingere: & quoniã fieri virtuoſũ eſt declinatis extremis vitioſis attingere mediũ, in quo ſtat virtus moralis, ideo tertio loco declarandũ eſt quomodo eſt determinandum medium virtutis.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd fieri virtuoſũ eſt difficile, vitioſum autem facile: quoniam dictũ eſt ſuprà, ꝙ virtus moralis eſt medietas inter duas malitias, quarum vna eſt ꝑ ſuperabundantiã, altera ꝑ defectum. Dictum eſt etiã ꝙ virtus coniectat mediũ in paſsionibus, vt temperantiam in delectationibus & triſtitiis, & in operationibus, vt iuſtitia in contractibus humanis ſed inuenire & ſeruare mediũ eſt difficile, vt patet in exemplo centri in circulo, quod inuenire non eſt cuiuſlibet, ſed geometræ ideo cum difficultate inuenitur declinare autem à medio, aut moueri paſsionibus ſine medio, id eſt, ſine dictamine rationis, facile & cõmune eſt omnibus. nam, vt inquit Ariſt. iraſci, & dare pecuniã, & conſumere vt prodigus, cuilibet facile eſt, ſed quod quis debet cui oportet, dare, & quantũ, & quando, & qua legitima cauſa, hoc non eſt facile, nec cuiuſlibet ꝓpter ſuã difficultatem, ſed rarum, & hoc eſt laudabile & virtuoſum. Patet igitur quòd difficile eſt virtuoſum fieri.

Quantùm ad ſecundũ, quoniam, vt dictum eſt, difficile eſt homini fieri virtuoſum, ideo Ariſto. vt ſapiens medicus moralis tria affert documenta, vt ſalutares animæ medicinas: quibus acquiri poteſt virtus, quæ eſt animæ ſanitas & vitium eſt ęgritudo.

Primum igitur tale eſt, cùm fieri virtuoſum ſit attingere medium, & declinare ab vtroque extremo vitioſo, primò ſtudeat homo & conetur recedere ac vitare illud extremũ vitioſum, quod magis cõtrariatur virtuti. diximus enim ſuprà ꝙ licet vtrunq; extremum contrarietur virtuti, tamẽ magis vnum quàm alterum, vt temperantiæ magis contrariatur intẽperantia, quàm inſenſibilitas & fortitudini magis timor quàm audacia extremum enim magis contrariũ virtuti, dicit Ariſtoteles, eſt magis peccatum, minus autem contrarium, minus peccatum, Sed debemus primo intendere vitare magis peccatum, vt magis impeditiuum virtutis. Et dicit Ariſtot. agendum eſſe in his, vt admoniti fuere per ſimilitudinẽ nauigantes, q à Caliſo nauigatore, vel ſecundum aliquos à Circe acceperunt hanc regulã, Extra fumum, id eſt, caliginem, quę impedit viſum nautæ, & extra vndam, id eſt, tempeſtatem, quæ concutit & agit nauim, cuſtodi nauim. Hęc enim ſunt duo extrema maris

pericula

pericula: ideo nautæ principaliter debent intendere ad ea vitanda. In ſecunda autem nauigatione ſumat minora pericula, vitatis primis, quæ ſunt maxima per primam nauigationem. Simile facit homo vt fiat virtuoſus. Primò vitet extremum vitioſum magis cõtrarium virtuti: ſe habet enim vt fumus & vnda ad nauim. Secundò declinet ab extremo minus contrario, & ſic per abnegationem vtriuſq, extremi pueniet ad medium virtutis, vt qui recedit primo à timore inordinato diſcriminum, deinde ab audacia, id eſt ab impetu inordinato aggrediendi diſcrimina, acquiret virtutem fortitudinis, qua ſciet debitis circunſtantiis aggredi & vitare pericula. Hoc eſt primum documentum datum ab Ariſtote.

Secundum eſt tale. Qui vult fieri virtuoſus cõſideret ad quid magis naturaliter inclinatur, vt vitioſum: nõ enim omnes inclinamur ad vnum, ſed diuerſi ad diuerſa, vt aliqui ad auaritiam, aliqui ad prodigalitatẽ. Poteſt autẽ quilibet ſcire ad quid magis inclinatur ex delectatione, quã habet circa illud: eſt enim delectatio circa conueniens ſecundũ naturam, vnde qui magis delectatur in effundendo diuitias quã in retinendo, ſignũ eſt, quòd magis inclinatur ad prodigalitatem quàm ad auaritiam: qui igitur ſentit ſe naturaliter inclinatũ magis ad vnum extremum vitioſum, quàm ad aliud, vertat ſe ad aliud, putà inclinatus ad prodigalitatem vertat ſe ad auaritiã, minus ſcilicet effundendo: & paulatim veniet ad medium liberalitatis, qua ſciet effundere, & retinere quãdo & quomodo oportet. vnde in hoc agere debet homo ſicut qui dirigere curat lignũ curuum, vertit enim ad gibboſitatem, adeo quòd curuũ tandem tendit in rectũ, ſic agẽdum eſt in propoſito.

Pro euidentia huius documenti aduerte ſecundũ D. Linconienſem, quòd poteſt malè intelligi & bene. Malè quidẽ, ſi intelligatur quòd inclinatus ad vnum extremũ vitioſum, debet ſe retrahere totaliter ad aliud extremum, & operari ſecundum illud: hoc enim non licet, quoniã cùm vtrunq; extremum vitioſum contrarietur virtuti, neutrum eorũ licet: vnde ſtultum eſt alicui prodigo ſuadere, vt fiat omnino auarus, vt tandem deueniat ad liberalitatem. Nam ex mala conſuetudine, fortè firmaretur in auaritia, nec ſic intelligit Ariſto. Benè autem: ſi intelligatur quòd inclinatus ad vnũ extremum, propinquet alteri ſecundum aliquos actus, qui videtur eſſe alterius extremi tantum, quantum expedit receſſui ab extremo, cui inclinatur: verbi gratia, Prodigus faciat aliquãdo actus q̃ videntur eſſe auari, vt diſcat ſicut expedit expendere ſua, nõ tamen firmetur ordinariè in illis, ne vt dixim' remaneat auarus, & ſic intellixit Ariſtot. & exemplũ de dirigente lignum curuum fauet huic intellectui. Nõ enim vertit lignum totaliter in oppoſitam partẽ, ita q̃ vna ſummitas tangat aliam, tunc enim lignum nõ in rectitudinẽ, ſed in fractionem tenderet, ſed tantũ vertit, quantum reputat expediens rectitudini, ſic in propoſito.

Tertiũ eſt: Qui vult fieri virtuoſus caueat ſibi à delectationibus corporalibus, ne ſcilicet, ſibi dominentur, quoniam cùm omnes inclinentur ad tales delectationes, nõ poteſt homo diu immorari in illis, quin impetuosè moueant concupiſcibilem, & faciãt recedere à recta ratione: & ideo ſicut ſenes plebis Troianę ſuadebãt abiiciẽdã eſſe Helenã, ne Troia ſubuerteretur, ſic qui vult fieri virtuoſus abiiciat voluptates, quoniã ſi in illis immorabitur, trahetur ad vitam beſtialem, & nullam ex virtutibus moralibus poſsidebit. Conuertit enim voluptas hominem in brutum, quod nullius eſt capax virtutis: ſed de hoc latius loquemur Deo piiſsimo fauente in philoſophia morali Platonis.

Pro euidentia hui' documenti aduerte q̃ ſecundũ D. Linconienſem Ariſt. magis remouet dubiũ, quã det nouũ documentum. Nam, quoniam ſuprà dixerat nos ſubſtrahendos ab extremo, ad quod ſumus magis inclinati, dixerat etiam nos magis inclinatos ad delectationes, eo quòd ſunt communes omni animali, poſſet quis credere Ariſt. docere eum, q̃ vult fieri virtuoſus, vt omnem & omnino, fugiat delectationem. Hoc igitur remouet dicens: q̃ oportet in omni re obſeruare quid verè & incorruptè eſt delectabile: nõ enim inquit abiicimus delectationem nullo mudo acceptantes eam quaſi ex ſe malã, ſed ſicut ſenes populi Troiani iudicabãt Helenæ pulchritudinẽ verã & bonã & amabilẽ eſſe in rerũ natura, vitandũ tñ eius fixum & diuturnum aſpectum ꝑ ea parte, qua allexit Paridẽ in eius concupiſcentiã: ideo ſuadebant Helenã abiiciendã extra Troiam & Græcis dimittendã. Sic eum, q̃ vult virtuoſus fieri, oportet iudicare delectationem quidem ſecundum quòd eſt in rerum natura & conſequitur cuiuſcunq; viuentis naturam eſſe bonã, aliter animal, nec in indiuiduo, nec in ſpecie ſeruaretur: vitandam tamẽ ei' fruitionem inquantũ trahit ad libidines. ſic enim abiicientes eã minus peccabimus, & maximè poterimus virtutis medium adipiſci, ſiue autem ſit nouum documentum, ſiue remotio dubij, vtrunque modo expoſito ſuſtentabile eſt.

Quantùm ad tertium declarandum eſt quomodo poteſt determinari & inueniri medium in quo diximus conſiſtere virtutem moralem. Aduerte igitur hic tria ſecundum Ariſt. primo, quòd difficile eſt & forte impoſsibile eſt in moralibus determinare verum & totale medium ſecundum rectã rationem & ſecundum numerum ac ſufficientiam omnium circunſtantiarum, quæ requiruntur ad bonum & laudabilem omnino actum moralem. Nam hac de cauſa aliquando laudamus deficientem iraſci, & dicimus ipſum manſuetum, aliquando laudamus ſuperabundantem in ira & dicimus ipſũ virilem. Secundò quòd non eſt iudicandum mediũ virtutis conſiſtere in puncto & in quodam indiuiſibili, ita ſcilicet vt qui indiuiſibile illud non attingit non ſit virtuoſus, & q̃ vel parum ab eo declinauerit fiat vitioſus, ſed iudicare debem' quòd qui multum & cum ſenſibili differentia nõ declinat à medio, non definit eſſe virtuoſus. cuius ſignum eſt, quòd q̃ parum recedit à medio non vituperatur, nec definit eſſe laudabilis, vſque autem ad quem terminum huiuſmodi receſſ' à medio ſit vituperalis, vel non vituperabilis dicit Ariſtot. non eſt facile explicare. & forte vt diximus ſuprà, hoc eſt relinquendum dictamini prudẽtis. Tertiò ad hoc quòd mediũ inuenire poſsimus oportet nos non pertinaciter eſſe immutabiles ab eo ſtatu, in quo ſumus, ſed quandoque declinãdũ eſt ad ſuperabundantiam, aliquando ad defectum, prout natura virtutis exquirit: vel propter inclinationem noſtram, quam magis habemus ad vnum extremum, quàm ad aliud: & à quo oportet magis recedere vt dictum eſt ſuprà. Sic enim facilè & quàm bene medium adipiſcimur. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatuum in librum ſecundum Ethicorum, Finis.

LIBER TERTIVS ETHICORVM,

In tres tractatus diuiſus.

PEracta conſideratione in communi de virtute a quo ſit, quid ſit, quotuplex ſit, quomodo poteſt fieri homo ſtudioſus, hæc enim omnia pertractata ſunt in ſecundo libro:

Ariſt. antequam deſcendat ad conſiderationem cuiuslibet prędnominatæ virtutis in ſpeciali, pertractat tertio libro de principiis exiſtentibus in nobis, à quibus proueniunt actus virtutis & vitij. Sunt autem hęc principia, voluntarium, electio, conſilium, voluntas, & de ſingulis declarabitur. poſtquam autẽ Ariſt. de ſingulis prædictis determinauerit, applicabit ea ad virtutes & vitia: manifeſtans, quomodo virtutes & vitia & eorum actus ſunt in poteſtate noſtra: reprobabitq; opinionem tenentiũ, oppoſitũ deinde pertractabit in ſpeciali de fortitudine & de temperantia. Hunc igitur tertium librum perſtringemus in tribus tractatibus, in quibus complectemur totam Ariſt. intentionem

In primo pertractabimus de voluntario & inuoluntario quoniam eadem eſt ſcientia duorum oppoſitorum, & per ſe inuicem manifeſtantur, & de electione, & de conſilio, & de voluntate: & omnia prædicta applicabimus ad virtutes & vitia.

In ſecundo petractabimus in ſpeciali de fortitudine.

In tertio petractabimus in ſpeciali de temperantia.

TRACTATVS PRIMVS
In quinque capita diuiſus.

De principiis actuum virtutis & vitij.

PRimum tractatum, in quo acturi ſumus de voluntario, &c. diuidemus in quinque capita. In primo agemus de inuoluntario & voluntario. In ſecundo de electione. In tertio de conſilio. In quarto de voluntate. In quinto applicabim' prædi-

prædicta ad virtutes & vitia: oſtendentes quomodo ſunt in poteſtate noſtra, & reprobauimus contradicentes.

CAPVT I.

Voluntarij & inuoluntarij conſiderationem ad hanc ſcientiam ſpectare oſtendit. Duplex inde inuoluntarium ponit, ac definit, deinde de voluntario differit quidnam ſit.

IN primo capite quinque agẽda ſunt. Primo probabitur q̃ ad hanc ſcientiã pertinet tractare de voluntario & inuoluntario. Secundò ponetur diſtinctio de inuolũtario p vio lentiã, & ignorantiam. Tertiò agendum eſt de inuoluntario per violentiam. Quartò de inuoluntario per ignorantiam. Quintò de voluntario.

Quantùm ad primũ probatur ex intentione Ariſt. quòd ad hanc ſcientiam moralẽ ſpectat tractare de voluntario, & de ſuo oppoſito. Nã ad hanc ſcientiã ſpectat tractare de virtute, & eius oppoſito, vt probatũ eſt in lib. ſecundo. Ex opere autem virtuoſo quis meretur laudem & oppoſito vituperium: ſed nullus meretur laudẽ aut vituperiũ niſi habeat opus voluntarium: cuius ſignũ eſt, quòd quando quis inuoluntariè agit, etiam quòd agat malũ, licet nõ laudetur, nec ſimpliciter vituperetur, eſt aliquãdo dign⁹ venia, vt ſcilicet minus puniatur, aliquãdo miſericordia, vt ſcilicet totaliter abſoluatur à pœna: ſi autem deprehẽditur voluntariè egiſſe malũ imputatur ſibi & vituperatur & punitur, & nõ reputatur dignus venia nec miſericordia. Cùm igitur Philoſoph⁹ moralis habeat tractare de actionibus humanis laudabilibus & vituperalibus, & de his, quæ merentur veniam, aut miſericordiam, & hæc fundentur ſuper voluntarium & ſuũ oppoſitum: patet quòd de his eſt tractandum in hac ſciẽtia. Præterea, hæc ſcientia habet tractare de his, ſuper quę dãtur honores, aut pœnæ, quas & quos legiſlatores ſtatuũt in ſuis politiis, vt trahant homines ad virtutes & retrahãt à vitiis. Ethica enim ponit fundamẽta politicæ, vt dictũ eſt in primo libro Ethicorum. Sed honores & pœnę fundantur ſuper voluntarium & inuoluntarium, iuxta differentias eorũ, vt declarabimus: ergo, &c.

Quantùm ad ſecundũ aduerte quòd Ariſt. intendit hanc diuiſionem: Inuoluntariũ aut eſt per violentiã, aut per ignorantiam. Primum dicitur violentũ. Secundum dicitur ignoratum. Et ratio huius diuiſionis eſt hæc, Sicut voluntariũ dicitur quod fit ex motu appetitus ſequentis bonũ apprehẽſum ſub ratione boni, ſic inuoluntariũ dicitur quod fit vel contra motũ appetitus, vel ex negatione cognitionis virtutis apprehenſiuæ. Si primo modo, eſt violentũ: nam ille propriè violẽtatur, qui cogitur ad aliquid renitẽte appetitu & voluntate. Si ſecundo modo, eſt ignoratũ; qui enim ignorat aliquid, agit quod non ageret, ſi de eo cognitionẽ haberet non eſſe agendum.

Pro euidentia huius diuiſionis aduerte quòd inuoluntariũ non dicitur de violento & ignorato æquiuocè, ſed ſub diſiunctione. Omne enim inuoluntariũ vel eſt per violẽtiã, vel ignorantiam. & ratio huius eſt, quia voluntariũ includit ſub copulatiuo negationem violentię & ignorantię, & ideo ad rationẽ inuoluntarij requiritur ſub diſiunctione poſitio violentię, aut ignorantiæ.

Quantùm ad tertiũ aduerte, q̃ cùm violentũ ſit duplex, ſcilicet ſimpliciter, & ſecũdũ quid. Primò videndũ eſt de eo, q̃ eſt ſimpliciter, ſecũdò de eo quod eſt ſecũdũ quid. Eſt igitur ſecundũ Ariſt. violentũ ſimpliciter, cuius principiũ eſt extrà, in quo nihil cõfert operans, vel patiẽs. Pro cuius notitia aduerte, q̃ ad rationẽ violẽti ſimpliciter duo requirunt. Primò violentũ excludit motũ appetitus, qui eſt in nobis vt principiũ intrinſecũ, cùm ſit potẽtia animę, neceſſe eſt vt violentia fiat à principio extraneo, ſeu extrinſeco à re, quę violentatur. Secundò quia appetitus poteſt moueri ab aliquo extrinſeco, cui aſſentit, vt qui p̃ſuadetur aliquid agere gratia mali vitandi, aut boni cõſequẽdi, ideo requiritur ad violentũ ſimpliciter, q̃ non ſolũ ſit à principio extrinſeco, ſed totaliter: ita q̃ appetitus operãtis aut patiẽtis nullo modo aſſentiat, nec cõferat, nec concurrat in tali operatione, vel paſſione. Et hoc modo violentũ dicimus, inquit Ariſtot. ſi vẽtus aliquẽ ad aliquẽ locũ contra omnino voluntatẽ ſuã detulerit, vel ſi princeps hominẽ ſubditum expulerit à patria.

Violentũ autem ſecũdum quid eſt illud quod fit propter timorẽ maiorũ malorum, quæ quis timet incurrere niſi ſic faciat, putà timet occidi à principe, niſi vadat ad bellũ, vel propter bonum, quod quis timet amittere, vt qui ſuſtinet abſciſionem pedis, ne vitam perdat.

De violento ſimpliciter cõſtat omnino eſſe inuoluntariũ, q̃ nec eſt à voluntate, nec voluntas vllo modo aſſentit. De violento autẽ ſecundũ quid merito dubitatur an ſit volũtarium, vel nõ. & ideo Ariſt. diſſoluẽs hoc dubiũ dicit duo. Primò q̃ huiuſmodi operatiões ſunt mixtę ex volũtario & ſuo oppoſito: nõ enim ſunt ſimplicirer voluntarię, q̃ mercator nõ cõtentaẽ proiicere merces in mari, cum hoc ſit damnum ſuum: nec ſunt ſimpliciter inuoluntarię, q̃ aſſẽtit eas p̃icere p̃pter mai⁹ bonum ſaluãdum, quę eſt vita ſua. Sunt igitur participãtes de vtroq; ſicut medius color de albo & nigro. Secundò dicit Ariſt. q̃ ſunt iudicãdę magis voluntariæ quã inuoluntarię: q̃a cum operationes ſint circa ſingularia, magis iudicanda eſt qualitas earum iuxta cõſiderationẽ ſingularium circunſtãtiarum, quã iuxta cõſiderationẽ in vniuerſali. Cõſtat autẽ q̃ cõſideratis omnib⁹ circunſtãtiis, quę in illo tẽpore occurrunt, quãdo huiuſmodi operationes fiunt, vt qñ proiiciuntur merces in mari, operãs vere aſſentit ſic agere, & eſt in poteſtate ſua ſic agere, vel nõ agere, cuius ſignum eſt q̃ applicat mẽbra ſua, puta manum & pedes ad p̃iiciendum merces: ergo dicendæ ſunt verè & p̃priè, licet nõ merè voluntariæ. Præterea pro talib⁹ operationib⁹ ex timore factis debetur operanti laus, vel vituperium, honor vel pœna, ergo indicandę ſunt verè voluntariæ. Conſequentia nota, quoniã ex puro inuoluntario nulli debetur laus, aut vituperium, &c. Antecedens autem manifeſtat Ariſtot. in triplici gradu talium operationum.

Primus eſt, quãdo quis ſuſtinet aliquod turpe, vel doloroſum propter magnum bonum acquirẽdum ſibi, aut reipu. vel p̃pter euidens malum ſibi, aut reipub. putà verbum ignominioſum, aut verbera aut carcerẽ meretẽ laudẽ. Tu tamen aduerte q̃ ly Triſte, vt inquit dominus Linconiẽſis intelligendum eſt pro malo pœnæ & nõ pro peccato, nullus enim peccatum ſuſtinet ſed facit. Nam loquendo de malo, pœnæ prudentis eſt minus malum ſuſtinere, vt propellat mai⁹, vel vt aſſequatur maius bonum, p̃ ſe vel p̃ repu. Verum ſi quis p̃ leui aut modico malo fugiendo, vel paruo bono aſſequẽdo, ſuſtinet aliquod turpe, ſicut guloſus p̃ bolo pingui ſuſtinet flagella in platea, vituperium meretur. Prudens enim & nobilis animi nõ ſuſtineret quid turpe, aut ignominioſum p̃ cõſeruando aliquo bono, aut euitãdo aliquo malo, niſi indicaret præponẽdum bonum illud, aut malum ignominię quã eligit ſuſtinere, & qui aliter facit prauus, id eſt, degeneris animi eſt & vilis. vnde dicit Ariſt. turpiſsima ferre p̃ nullo, aut modico bono, praui eſt, id eſt hominis deprauati & inordinati appetitus, ideo vituperandus.

Secund⁹ gradus eſt, qñ ex operationibus factis propter timorẽ quis nõ meretur laudẽ nec vituperium, ſed quãdã veniã, vt ſcilicet nõ multum vituperetur, ſed apud bonos & prudẽtes p̃ maiori parte eſt excuſatus vtſi q̃s operetur quę nõ decent ipſum nec ſtatum ſuum p̃ euitandis malis, quæ ferre nõ poſſet ſine deſtructione ſui. vt alicui cõminatur ad uſtio ignis, niſi dicat mẽdacium iocoſum, vel ſi nõ operatur quędam vilia, quę ſtatum ſuum, aut dignitatẽ nõ decent p̃ talibus apud Philoſophũ moralem debetur venia, nõ tamen la⁹, nec vituperium: vnde eſt in prouerbio; Eſt ei indulgẽdũ.

Tertius gradus eſt: qñ operationes factæ ex timore & mãdato alicuius ſunt adeò malæ & facinoroſæ, quòd homo potius debet ſuſtinere mortẽ, quã talia perpetrare, tunc ſũt maximè dignæ vituperio & deriſione. vnde Ariſt. dicit, Alcmeona, id eſt, carmina edita ab Euripide de Alcmeone videtur derioſoria, in quib⁹ decantat Alcmeonem coactũ fuiſſe occidere matrem, ex mandato patris, qui moriens in bello Thebano hoc ſibi præceperat, quoniã ad bellum illud proceſſerat ex conſilio vxoris ſuæ. Maximè vituperatur in hoc Alcmeõ, quoniam potius eligere debuerat occidi ipſe innocẽs à patre, quàm tam immane facinus perpetrare. vnde dicit Ariſtot. Quædam autem fortaſsis nõ eſt cogi, ſed magis moriendum patientem duriſsima. Cum igitur ex operationib⁹ factis ex timore malorum, à quibus prouenit violentum ſecundum quid homo ſit dignus aliquando laude iuxta primum gradum, aliquando venia iuxta ſecundum gradum, aliquando vituperio & deriſione iuxta tertium gradum, conſtat quòd ſunt volũtariæ, & magis aſsimilantur voluntariis quàm inuoluntariis.

Pro euidentia huius tertij gradus aduerte primo, quòd Euſtratius recitat hic quandam opinionem, quæ tenet, q̃ licet homini facere turpiſsima pro aliquo magno bono, vel pro ablatione magni mali, & tamen non eſt vituperandus, nec debet ſuſtinere mortem potius quàm illa agere, quoniam etſi in illo caſu faciat turpiſsima, non tamen turpiter. Sicut enim ſunt quędam operationes bonæ, nõ tamen bene

factę, non enim omnis, qui iuſtum facit iuſtè facit, ſic poſſunt eſſe quædam operationes malæ & turpes, non tamẽ malę & turpiter factæ. Mentiri enim eſt turpe, ſed pro vtilitate non turpe, & commiſceri alienę vxori eſt turpe, ſed pro ablatione tyranni non eſt turpe. Dicit ergo hæc opinio, quod ſi quis ſuſtinet aut facit turpia propter bonum nõ eſt vituperabilis: qui autem nulli⁹ boni gratia hæc facit, aut ſuſtinet vitupera bilis eſt, quoniam agit, aut ſuſtinet turpia turpiter. Sed, vt in quit Euſtratius, hęc opinio non eſt ſuſtentanda in religione Chriſtiana: quę fatetur & tenet non eſſe peccandũ gratia alicuius vtilitatis conſequendæ, aut incommodi & mali vitandi, vnde cum mentiri & commiſceri alienæ vxori ſit peccatum, neutrum vllo modo agendũ eſt. Vnde ſuperior opinio in propoſitis exemplis non eſt doctrina, ſed error, quia nunquã licet agere mala peccati, vt eueniant bona, aut vitentur mala. Licet autem mala pœnę, vt ſi quæ ſunt turpia, quæ tamen non ſint peccata agenda ſunt aut ſumenda: vt vitentur mala aut eueniant bona.

Secundò aduerte ſecundũ Bea. Thom. exponentẽ quòd ideo dicit Ariſtot. potius moriendũ quàm agere turpiſsima vt Alcmeon, quia morienti propter virtutem remanet poſt mortẽ gloria: vel quia fortiter perſiſtere in bono virtutis eſt adeo bonũ, quòd ei non poteſt æquiparari diuturnitas vitę, quam homo perdit nolens agere contra virtutem.

Poſtquã Ariſt. pertractauit de inuoluntario violento ſim pliciter, & violento ſecundũ quid: quod dicitur voluntariũ mixtum mouet duas difficultates circa ea, quæ dicta ſunt de violento ſecundum quid, deinde remouet errorem quorundam.

Prima difficultas ſpectat ad intellectum, & ſecũda ad affectum. Et prima ſtat in hoc; Quando ſumus ex timore inducti ad aliquid agendũ, vel ſuſtinendũ, difficile eſt iudicare recto rationis iudicio quale pro quali eligendũ, id eſt quale malũ eſt eligendum, pro quali malo euitando, puta ſi debeo eligere exilium, ne ſim priuatus patrimonio; & quid ꝓ quo ſuſtinendum, id eſt difficile eſt iudicare quid mali patiendũ vt pro hoc nõ deficiat ab aliquo bono. Sicut infirmo timẽti mortem difficile eſt iudicare quam potionem amaram debeat tolerare, ne deficiat à rehabenda ſanitate.

Secunda difficultas q̃ eſt difficilior quàm præcedens ſtat in hoc, Difficilius eſt immorari perſeueranter in his, quę homo agit aut patitur ſecundum rectum iudicium rationis cõtra voluntatem ſuam, quàm rectè iudicare quid ſit agendũ. aut ſuſtinendum; & huius ratio eſt, quoniam mala, quæ expectantur, vtpote cõminata ſunt triſtia, id eſt afflictiua. Modò difficile eſt quod homo diu ſuſtineat afflictiua ne operetur turpia. Difficile eſt etiã, quòd homo ſtet in priori iudicio rationis, quin propter triſtitiam, id eſt afflictionẽ ſuperuenientem mutetur. Et ideo qui perſeuerat in ſuſtinendo triſtia & dolorosa & tormenta: ne agat turpia, id eſt quę ſunt contra virtutem laudatur; qui autem non perſeuerat vituperatur.

Quãtùm ad errorem, quem intendit Ariſtote. excludere, aduerte quòd aliqui conſiderantes hominẽ inquantùm eſt naturæ rationalis, credũt illa ſolùm fieri ab homine volũtariè, quæ fiunt ſecundum rationẽ; quando autem agit contra rationem, putà propter concupiſcentiã alicuius delectabilis, aut diuitiarũ quæ ſunt bona externa, dicunt ipſũ operari violenter; & ratio eorum fuit, Quia, cum iſta apprehendũtur, cogunt appetitũ appetere, & appetitus excitatus in deſiderium eorum cogit hominem operari ad ea conſequenda: & ſic videntur inferre homini violentiã, ita quòd non volũtate, ſed neceſsitate mouetur ad illa. hunc errorem intendit excludere Ariſt. & probat quòd non omnia, quæ operamur propter bona delectabilia, aut propter bona fortunæ, operamur violenter, ſed voluntariè & liberè. Probat autem ꝓpoſitum quinque rationibus.

Prima eſt; Omnes operationes humanę ſunt gratia alicuius boni, vel delectabilis, vel exterioris. Et loquitur Ariſt. ſecundum id quod cõmuniter videmus in hominibus. Omnes enim omnia horũ gratia videntur operari. Si igitur omnes huiuſmodi operationes eſſẽt violentæ, ſequitur omnes omnium hominum operationes eſſe violentas; quod eſt ſtultum dicere.

Secunda eſt, Quæcunque operamur violenter, operamur cum triſtitia; quia ſunt cõtra motum appetitus, ex quo infertur triſtitia. Sed operationes, quæ habentur circa bona delectabilia & diuitias, non ſunt cum triſtitia, imò cum delectatione; ergo non ſunt violentę.

Tertia eſt, Ridiculũ eſt accuſare bona delectabilia & bona externa, dicendo quòd violentant hominem, & non magis accuſare ſeipſum; qui reddit ſe venabilẽ, id eſt dat ſe in poteſtate eorum, quaſi ſeruus eis venundatus, cũ poſsit eis inhærere & non inhęrere, eo quòd non habent rationẽ vniuerſalis boni, vt felicitas, quæ neceſſario & immutabiliter mouet voluntatem noſtram ad ſui deſiderium.

Quarta eſt, Ridiculum eſt dicere hominẽ per ſeipſum eſſe cauſam bonarum operationum, malam autem operationẽ, id eſt, vitioſam eſſe à principio extrinſeco, id eſt, à bonis delectabilibus & externis, quia potẽtia rationalis eſt cauſa cõtrariorũ, ex libro nono Metaphyſicæ. Si igitur homo per ſeipſum eſt cauſa bonæ operationis, eſt etiã malæ; ergo operatio mala non eſt ei violenta, ſed libera.

Quinta eſt, violentum eſt, cuius principium eſt extra nil conferente vim paſſo, ita quòd ille qui patitur nihil cõfert actioni, ſed qui operatur ꝓpter bona delectabilia, aut exteriora, licet inclinetur ab eis, tamen cooperatur illis, & aſſentit. Cuius ſignum eſt, quòd cum deſiderio & delectabiliter mouetur ad eorum acquiſitionem: ergo non violentant nos licet modo ſuo alliciãt, ſed in poteſtate noſtra eſt, ea proſequi, vel non proſequi. Hæc de inuoluntario per violentiam dicta ſint.

Quantum ad quartum agendum eſt de inuoluntario per ignorantiam, & quoniam non omnis ignorantia, nec omne, quod ignoranter fit, cauſat actum inuoluntariũ propriè dictum, ideo ex intentione Ariſt. duo pertractãda ſunt: primo aſsignandæ ſunt differentię circa ignorantiam, ſecundò per tractandũ eſt de circunſtantiis, ſeu conditionibus ſingularibus, quæ communiter concurrunt ad actum humanum, vt ſciamus quæ cauſant ignorantiam, à quo prouenit inuoluntarium, & quæ non.

Quantùm ad differentias ignorantię aduerte quòd Ariſt. tres differentias aſsignat. Prima ſumitur penes factum per ignorãtiam, & ponitur talis diſtinctio: Eorum, quæ fiunt ꝓpter ignorantiam, quoddam eſt inuoluntariũ, quoddam nec voluntarium, nec inuoluntariũ, ſed non voluntarium. Cuius diuiſionis ratio eſt: Quod fit per ignorantiam aut eſt contra voluntatem, aut præter voluntatem, ſed non ſecundũ voluntatem, nec contra voluntatem. Si eſt contra voluntatem dicitur propriè inuoluntarium propter ignorantiam: & eſt illud, quod poſtquam cognoſcitur inducit triſtitiã, & pœnitentiam in operante, ita quòd ſi cognouiſſet, nunquã operatus fuiſſet: ſicut q̃ de nocte obuians patri ſuo incognito, credens non eſſe patrẽ, ſed talẽ inimicum ſuum occidit patrẽ. Si eſt præter voluntatem nõ poteſt dici propriè voluntariũ quia non eſt voluntarium niſi cognitum. Voluntas enim nõ fertur in incognitum: quoniam obiectum eius eſt bonũ cognitum. Nec poteſt dici propriè inuoluntariũ; quia licet ſit præter voluntatem, non tamẽ contra. Dicetur ergo propriè non voluntarium, quod eſt mediũ inter voluntariũ & inuoluntarium, ſicut non videns mediũ eſt inter videns & cęcũ. De hoc nõ voluntario ponitur exemplũ tale, Sortes in agro inuenit vas argẽteum, putans ſe inueniſſe vas ſtanneũ; poſtquam admonitus eſt vas illud eſſe argenteum & nõ ſtaneũ, non eſt dicendum inuentionem illam fuiſſe inuoluntariam, cuius ſignũ eſt, quod nõ triſtatur admonitus ſe inueniſſe argentum: nec fuiſſe voluntariam, quia nõ cognoſcebat ſe inuenire argentum, imò extimabat de ſtanno: erit ergo inuẽtio non voluntaria quia non fuit ſecundum, nec contra, ſed præter voluntatem.

Secunda differentia ſumitur penes ignorantiã vt cauſã & non cauſam: pro qua ſciẽdum, quòd multũ differt, aliquẽ operari per ignorantiam & operari ignoranter: nã non omne, quod quis operatur ignorãs, operatur per ignorantiã, & hoc dupliciter probat Ariſt. primò ebrius & irat⁹ & inuid⁹ & in concupiſcentia conſtitutus operatur ignorans, quia non conſiderat quid faciat, & tamen non per ignorantiam ſed per iram, aut ebrietatem operatur, ex qua prouenit inconſideratio: propter quam dicitur ignoranter operari. ſecundo omnis malus operatur ignorans, ſed non omnis malus operatur per ignorantiam: ergo non omne quod quis facit ignorans facit per ignorantiam. Quod autem omnis malus operetur ignorans declarat Ariſtoteles dicens, Ignorat quidem igitur omnis malus quę oportet operari, & à quibus abſtinendum: & propter tale peccatum, iniuſti vniuerſaliter & mali fiunt. Et ex hoc patet, quòd cùm quis operatur ignorans, ſed non propter ignorantiam non poteſt dici propriè operari inuoluntariè: nullus enim fit iniuſtus ex hoc quòd inuoluntariè operatur, nam ſi peccatum nõ eſt vllo modo voluntarium, deſinit eſſe peccatũ: poteſt ergo aliquis operari ignorans, & tamen voluntariè

operari.

operari.Nam malus voluntariè operatur,& tamen operatur ignorans:quia iudicat aliquod eſſe bonum,quod non eſt bonum,& aliquod malum,quod non eſt malum.

Pro euidẽtia eius quod dicit Ariſt.Omnis malus eſt ignorans,aduerte quòd ſic debet intelligi, Omnis malus malitia oppoſita virtuti morali,id eſt,vitioſus,eſt ignorãs.quia ignorat finem,propter quem homo vt homo debet operari: quia qualis vnus quiſque eſt,talis ſibi finis videtur, & dixit Ariſt. in primo libro.Poteſt etiã ſic intelligi,Omnis malus eſt ignorans in particulari,quando actu operatur:& hoc manifeſtabitur in libro ſeptimo quando loquemur de continente.

Tertia differentia ignorantiæ ſumitur ex parte rei, quæ ignoratur:& eſt diſtinctio talis,Illud quod ignoratur poteſt eſſe duplex. Quoddam eſt quod cõfert operari,id eſt, quod oportet agere,aut vitare,& quod homo tenetur ſcire,vt poſſit illud agere,ſi eſt bonũ, aut vitare ſi eſt malũ.Quoddã autem eſt, quod non tenetur, nec poteſt homo ſcire. Primum ignoratum non cauſat inuolũtarium, imò talis ignorantia eſt voluntaria. quod patet,quia non prouenit homini habẽti vſum rationis niſi ex negligentia: & quilibet tenetur diligentiam adhibere vt ſciat quid eum oportet facere,aut vitare:& ſi eſt negligens imputatur ſibi,& vituperabilis eſt,ſi nõ curat ſcire.Et hęc eſt ignorantia, quæ ſolet vocari affectata, & eſt eorum,qui amãt neſcire,vt non benè agant.vnde patet q̃ eſt voluntaria interpretatiuè,ideo non caret peccato. Secundum autem ignoratum cauſat inuolũtarium,& ſi quis ſecundum talem ignorantiam operatur malum meretur veniã, aut miſericordiam.Puta Sortes,qui ſemper fuit abſens à patria,ignorat quis ſit pater eius,& reuertens in patriam iniuriatur patri,quem neſcit eſſe patrem,illa iniuriatio eſt inuoluntaria:& meretur veniam,aut miſericordiam,quia nõ procurauit talem ignorantiam.

Patet igitur ex prima differentia, quæ ignorantia cauſat inuoluntarium,& quæ non volũtarium:& ex ſecunda,quòd agens ignoranter non agit inuoluntariè, imò voluntariè : & ex tertia,quòd agens per ignorantiã eius quod tenetur ſcire non agit inuoluntariè,nec eſt dignus venia,agens autem per ignorantiam eius,quod non tenetur,aut non poteſt ſcire, agit inuoluntariè & meretur veniam,aut miſericordiam.

Virtuoſi operis circunſtantiæ.

Quantùm ad circũſtantias,vt videamus quomodo ex eis cauſatur inuoluntarium propriè dictum ſi ignorantur,antequam deſcendamus ad eas in particulari, aduerte quòd iſtæ circunſtantię ſunt ſingulares conditiones,in quibus,& circa quas eſt humana operatio. & dicuntur circunſtantiæ, quia licet non ſint de ſubſtantia actus , tamen ſemper circunſtant actui,ita quòd non datur operatio humana, niſi illis concurrentibus. Tria igitur de his circunſtantiis videnda ſunt ex intentione Ariſt.primò quot ſint,ſecundò quę & quot ex illis poſſunt ignorari,tertiò qualiter ignorantia dictarum circunſtantiarum cauſat inuoluntarium propriè dictum.


Operatum nullus ignorat, alias autem circunſtantias humani operis ignorare cõtingit.

Quantum ad primum,aduerte,quòd Ariſt.in ſumma enumerat ſeptem circunſtantias : ſcilicet quis,quid, circa quid, in quo,ſcilicet loco vel tempore.Locum enim & tempus ſub vna circunſtantia comprehendit: quo, ſcilicet inſtrumento, gratia cuius,& qualiter. Quarum ſufficientia hinc ſumitur. Licet circunſtantia ſit extra ſubſtantiam actus,ipſum tamen aliquo modo attingit.Sicut ergo diuerſificatur talis attingẽtia,diuerſificãtur & circunſtantiæ.Aduerte igitur,quòd hęc attingentia vel eſt quo ad cauſam actus,vel quo ad ipſum actũ:ſi quo ad cauſam,hoc poteſt eſſe tripliciter,quia vel quo ad cauſam efficientem,vel materialem,vel finalem,ſi quò ad efficiẽtem,dupliciter: quia vel quò ad cauſam principalem, ſic eſt quis:vel quò ad cauſam inſtrumentalem,ſic eſt quo. Si quò ad cauſam materialem,ſic eſt circa quid.Si quò ad cauſam finalem,ſic eſt gratia cuius.Si quò ad actum,hoc eſt tripliciter:quia vel quò ad ſubſtantiam,ſic eſt quid.vel quò ad menſuram loci,vel temporis,ſic eſt in quo:vel quò ad modũ ſic eſt qualiter.Patet igitur ſufficientia ſeptem circunſtantiarum,quæ hìc aſsignantur ab Ariſtot.

Quantum ad ſecũdum,ſcilicet quę,vel quot ex prędictis circunſtantiis poſſunt ignorari ab operante,& quæ non,aduerte ex intentione Ariſto.quòd prima non poteſt ignorari, ſcilicet quis ſit operans principalis. Omnis enim homo operans,niſi ſit inſanus , cognoſcit ſeipſum operantem: alias autem circunſtãtias contingit ignorare.Poteſt enim quis ignorare quid operatur,& exemplificat Ariſt.vt reuelans ſecreta neſciens illa eſſe ſecreta, ignorat quid operatur. Similiter ſagittator mittens ſagittam & caſu interficiens animal abſcõditum, quod neſcit eſſe abſconditum , neſcit quid operatur. Poteſt autem ſcire quod operatur,puta quia interficit hominem:& tamen neſcire circa quid exercet interfectionem:puta ſi quis in nocte interficit hominem , quem putat eſſe furẽ, & tamen eſt filius eius. Item poteſt ſcire quid operatur,ſed ignorare quo inſtrumento,putà ſi credat operari gladio obtuſo,& tamen ſit gladius acutus,vel ſi credat operari lancea lignea , & tamen ſit ferrea. Item poteſt ignorare finem ad quem terminatur operatio : præter tamen intentionem operantis,vt doctor verbere intendens caſtigare diſcipulum,interficit ipſum. Item poteſt ignorare qualiter,id eſt,modum, vt pugilator docens diſcipulum extimans quòd percutit eũ leuiter,& tamen percutit grauiter.Item poteſt ignorare mẽ ſuram,id eſt,quando,aut vbi operatur:vt ſi credat ſe operari in loco non ſacro, & tamen ſit ſacer : aut ſi credit ſe operari prima hora diei,& tamen eſt ſecunda. Dicit igitur Ariſto.q̃ circa omnes prędictas circunſtantias contingit eſſe ignorantia præter quam circa primam,& qui aliquam ignorat,videtur nolens & inuolũtariè operari,& maximè ſi ignorat principaliſsimas,quæ ſunt circa quod,& gratia cuius,id eſt , materiam ſiue obiectum circa quod operatur, & finem propter quem.Sicut enim materia eſt obiectum exterioris actus , ſic & finis eſt obiectum actus interioris.Agens enim ex propoſito,primò intendit & proponit ſibi finem.Et ideo in his duobus,ſcilicet materia & fine nollet quis per ignorãtiã errare.

Non quæcunq; circunſtãtiæ ignoratio inuoluntariũ parit , ſed q̃ dolor ac pœnitudo facilè ſubſequitur.

Quantùm ad tertium, ſcilicet qualiter ignorantia prędictarum circunſtantiarum cauſat inuoluntarium propriè dictum,aduerte ex intentione Ariſto. quòd ſola ignorantia alicuius vel aliquarum ex prædictis circunſtantiis non ſufficit ad cauſandum inuolũtarium propriè dictum, niſi vt dictum eſt ſuprà quòd,ſcilicet operatio inducat triſtitiam & pœnitudinem:quando,ſcilicet cognoſcitur quid actum ſit,& triſtatur operans ſic feciſſe:& in hac vltima particula completur ratio inuoluntarij propriè dicti propter ignorantiam.Vt autem ſcias ordinem & numerum circunſtantiarum , pono hic talem figuram.



Vt autem ſcias , quæ & quando ignorantia cauſat actum inuoluntarium nullo modo imputandum operanti,& quãdo non excuſatur,quin ſibi ſit imputãdus,pono vnam diſtinctionem de ignorantia : & duas de voluntario & inuoluntario, & incipiendo ab iſtis aduerte diſtinctionem primam talem eſſe: Voluntarium & ſuum oppoſitũ dupliciter ſumitur, ſcilicet communiter & propriè. Voluntarium communiter dictum eſt illud , quod eſt imputabile operanti : voluntarium propriè dictum eſt illud , quod actu eſt beneplacitum voluntati,ita quòd duo includit, ſcilicet imputabilitatem operãti & complacentiam in voluntate , & inuoluntarium includit oppoſitum.


Secũda diſtinctio:Voluntariũ dupliciter ſumitur,ſcilicet ſecundum ſe,& in ſuo antecedente tantum: ſecundum ſe eſt illud , ſuper quod immediatè cadit actus voluntatis. In ſuo antecedente eſt illud,cuius antecedens eſt actu volitum , & non conſequens.Ex oppoſito inuoluntarium eſt duplex,ſcilicet ſecundum ſe,& eſt illud,quod ſecundum ſe totum diſplicet voluntati.Et in ſuo conſequente,& eſt illud , cuius antecedens eſt volitum,ſed conſequens diſplicet:vt ſi ad inebriationem ſequatur homicidium,vel blaſphemia,placere poteſt alicui inebriatio,non tamen homicidium ſecutum ex ea.

De ignor

Ignorantia multiplices species.

De ignorantia ſic diſtinguit: Quædã eſt prauæ diſpoſitionis, quædã negationis. De prima nõ eſt hîc ſermo, ſed de ſecunda. Ignorantia negationis duplex, quædã innata & quæ naturalis, vt ignorantia amentis & inſani, quædã cadens in potente vti ratione, hic nõ eſt ſermo de prima, ſed de ſecũda. Ignorãtia cadens in homine potente vti ratione, quędam affectata, quædam nõ affectata, imò ſuum oppoſitum, ſcilicet ſcientia eſt affectata. Affectata eſt duplex, quædã ex operatione, quædam ex omiſsione operationis. Prima eſt quando quis aliquã operationẽ facit ex ꝓpoſito ad quã ordinariè ſequitur ignorantia. Vt quis voluntariè ſe inebriat: & poſt inebriationẽ neſcit quid, & circa quid, & qualiter operetur. Secũda eſt, quando quis ex negligentia aut cõtẽptu omittit inueſtigare q̃d liceat, vel nõ liceat de cõmuni lege, ſub qua viuit, vt ſi quis adult⁹ ignorat quòd fornicari eſt peccatum, vel aliquid aliud determinatum ex lege & dicit ignorantia iuris ſiue legis. Solet etiã metaphoricè dici ignorantia craſſa ſiue ſupina, q̃a ſicut oculi craſsi non vidẽt rẽ, vt eſt, putà ſub debita qualitate, aut quãtitate, ſed aliter quàm ſit: ita talis ignorantia inumbrat iudiciũ homi nis, vt nõ rectè iudicet de re eligibili, ſed de ipſa iudicat ſecundũ cõformitatem ad appetentẽ prauè affectũ. Dicit ſupina, q̃a nõ ſtat recta ad iudiciũ rationis, ſed iacens proſtrata nõ curat inquirere rationẽ rei eligibilis. Ignorantia non affectata eſt, quando homo aliquid ignorat, q̃ nõ tenet ſcire, vel nõ poteſt ſcire etiã adhibita diligentia, cui⁹ ignorantiæ homo nullo modo eſt cauſa, vt cùm q̃s adhibita diligentia ne alicui noceat iacit ſagittam, à qua aliquis currens occiditur, & hæc dicitur ignorantia inuincibilis.

Ex omnib⁹ iſtis modis, ignorantia amentis & ignorantis vltimo modo accepta, quæ ſcilicet nullo modo eſt affectata, cauſant inuoluntariũ actũ, qui nullo modo eſt imputandus operanti, eò quòd eſt omnino cõtra voluntatem, & cũ triſtitia ac pœnitudine poſt notitiam habitam de cõmiſſo. Ignorantia autem ſiue primo ſiue ſecundo modo nõ excuſat, nec cauſat actum inuoluntariũ, ſed potius voluntariũ interpretatiuè. Et vt habeas in proſpectu omnem modum dictæ ignorantiæ aduerte ſubſequentem figuram.



Hęc de inuolũtario p violentiã & p ignorãtiã dicta ſint

Quantùm ad q̃ntũ agendũ eſt de voluntario ex intentione Ariſtote. de quo duo agenda ſunt. Primò deſcribendũ eſt voluntariũ. Secundò excludendus eſt error quorundam malè ſentientium circa voluntarium.

Voluntarium quid ſit.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd Ariſto. ſic deſcribit, Voluntarium eſt, cuius principiũ eſt in ipſo ſciente ſingularia, id eſt circunſtantias in quib⁹, id eſt ſecũdũ quas fit operatio. Pro cuius notitia aduerte, quòd cũ voluntarium opponatur inuoluntario, habet cõditiones oppoſitas: & ideo ſicut duæ conditiones manifeſtant inuoluntariũ p violentiam & per ignorantiã, quæ ſunt iſtę. In inuoluntario p violentiam principium eſt extrà, cui nõ confert paſſum vt declaratum eſt ſuprà. In inuoluntario per ignorãtiam eſt neſcientia circunſtãtiarũ. Si igitur alicui⁹ operationis principium eſt intrinſecũ ipſi operanti, putà ipſius voluntas aut appetitus: & in operante ſit ſcientia circunſtantiarũ ſecundũ quas operatur, clarũ erit, quòd illa operatio eſt voluntaria. Rationabiliter igitur Ariſtot. deſcribit voluntariũ p conditiones oppoſitas illis, quæ cauſant inuoluntarium.

Non quæcunque ex paſſione operamur inuoluntarie ſunt.

Quantum ad ſecundum aduerte quoſdã opinatos fuiſſe non omne cuius principium eſt intrinſecum operanti: etiã cum notitia circunſtantiarum debere dici voluntariũ, quia poſsibile eſt illud principium intrinſecum operanti nõ eſſe voluntatem, à qua denominatur voluntariũ, ſed erit aliqua paſsio appetitus, putà amor, delectatio, ira, quæ autẽ fiunt per paſsiones non videntur voluntaria, quoniã diſtinguuntur realiter appetitus ſenſitiuus & voluntas.

Hunc igitur errorem excludit Ariſtotel. ꝓbans operata per paſsiones poſſe dici operata voluntariè, & hoc quinque rationibus.

Prima eſt. Omnia inuoluntaria ſunt triſtia & cũ pœnitudine, vt declaratum eſt ſuprà: ſed non omnia quę fiunt propter paſsiones ſunt triſtia, imò delectabilia: vt quæ fiunt ex amore, aut ex concupiſcentia, aut ex ira. Gaudet enim iratus de vindicta: ergo, &c.

Secũda Peccata quæ fiunt ꝓpter paſsiones ſunt fugienda, vt occidere virum ex ira, concupiſcere ꝓpinquã inhoneſtè, turpiter amare matrem: ergo ſunt voluntaria. Conſequentia patet, quia homo ꝓpter inuolũtaria nec laudatur, nec punitur: ergo, &c.

Tertia. Nulla operatio humana eſt inuoluntaria, dicitur enim ꝓpriè operatio humana, quæ eſt in poteſtate hominis operantis: ſed actiones factæ ꝓpter paſsiones poſſunt eſſe humanæ, q̃a appetitus ſenſitiuus, in quo ſunt paſsiones, eſt aptus obedire rationi: ergo, &c.

Quarta & quinta, non ſunt multi ponderis, ideo eas dimitto. Hæc de præſenti capite ſint dicta.

CAPVT II.

Electionem non eſſe concupiſcentiam, vel iram, vel opinionẽ, neque voluntatem, ſed actum voluntatis præconſiliatum, oſtendit.

3. Ethic. Cap. 2.

IN ſecundo capite tractandũ eſt de electione, & eligibili, & tria agenda ſunt. Primò probandũ, quòd ad hanc ſcientiã pertinet tractare de electione. Secũdò declaranda ſunt illa, quæ videntur eſſe electio, & tamen non eſt electio aliquod eorũ. Tertiò inueſtigenda eſt & concludẽda vera diffinitio electionis.

Electionis tractatio ad moralem ſpectat.

Quantùm ad primũ ꝓbatur ex intentione Ariſto. quòd ad ſcientiam moralem ſpectat conſiderare de electione. Nã hæc ſcientia habet conſiderare de virtute, vt declaratũ eſt in ſecundo libro: ergo & de electione, probatur conſequentia: quoniam electio eſt maximè ꝓpria virtuti, eo quòd nõ poteſt dari virtus, neque act⁹ virtutis ſine electione, quę eſt act⁹ interior. Vnde aduerte, quòd quis poteſt facere operationem bonã exteriorẽ ſine virtute, vt hypocrita: & poteſt quis habere virtutẽ ſine operatione exteriori, ſed ſine electione non poteſt quis eſſe virtuoſus, vt declarabitur infrà. Cùm igitur electio ſit inſeparabilis à virtute, ſpectat ad hanc ſcientiam de vtraque conſiderare.

Electionem oportet eſſe vel opinionẽ, vel voluntatẽ, aut concupiſcentiam aut iram.

Quantùm ad ſecundũ aduerte quòd pri⁹ inueſtigat Ariſtotel. quæ ſint illa, quæ videntur idem eſſe cũ electione, & tamen non ſunt idem: deinde concludet quid ſit. Ea autẽ, quæ videntur idem eſſe cũ electione ſunt quinque, ſcilicet voluntariũ, cõcupiſcentia, ira, voluntas, opinio: & ratio huius eſt, quia omnia principia humanorum actuum comprehenduntur ſub his, ſcilicet intellectu, & voluntate, & appetitu ſenſitiuo diſtincto per cõcupiſcibilẽ & iraſcibilẽ: ad intellectũ pertinet opinio, ad voluntatẽ voluntarium & voluntas, id eſt actus voluntatis, ad concupiſcibilem, concupiſcentia, ad iraſcibilem ira. Cùm igitur electio ſit vnum ex principiis humanorum actuum, videtur quòd ſit idẽ cũ aliquo prædictorum. Declarandum eſt igitur quomodo non eſt aliquod prædictorum.

Electionem eſt ipſum voluntarium.

Primò quantum ad voluntarium dicit Ariſto. quòd licet videatur electio eſſe quid voluntariũ, quia quæcunque eligimus voluntariè eligimus, tamen nõ eſt idem cõuertibiliter cum voluntario: quoniam in plus eſt & magis cõmune voluntarium quàm electio. In aliquo enim eſt participatio voluntarij, ſumendo voluntariũ pro ſpontaneo, in quo non eſt electio: nã pueri & bruta participant voluntario prout ſpontaneo motu operantur, & tamẽ nõ participant electione. Prætereà: Quæ repentè & ſubitò facim⁹, voluntariè facimus, ſed illa nõ eligimus facere, cùm ſint facta impræmeditatè, verbi gratia, Amicus nobis volentib⁹ repentè ſuperuenit, non tamen nobis prę eligentibus, quoniam non putabamus eum venturum, licet vellemus eum venire. Patet igitur quòd in plus eſt voluntarium quàm electio, & licet ſint idem vt animal & homo, patet quòd non ſunt idem conuertibiliter.

Pro euidentia eius q̃ dictum eſt in bruto non eſſe electionem, & tamen eſſe voluntarium, id eſt ſpontaneum, aduerte quòd electio dupliciter ſumit, ſcilicet cõmuniter &

propriè. Communiter quidē est acceptio vnius prę alio ratione cognitionis factæ p extimatiuam de bono, vel magis bono: & hoc negatur à bruto nec à puero paruo: nā brutū comedens accipit hanc herbā, & relinquit illam, & ostensis puero paruo duobus pomis maiori & minori præaccipit maius iudicio extimatiuæ vt magis bonum. Propriè autem est acceptio vnius p alio ex cōsideratione & deliberatione rationis præcedente, & sic non est nisi in natura intellectuali, vt declarabitur infrà.

Electio non est concupiscentia.

Quantùm ad concupiscentiam probat Arist. electionem non esse concupiscentiam, quæ est in appetitu sensitiuo, nā in brutis est concupiscentia, vt videmus in cibis & venereis: & tamen in eis non est electio ꝓpriè dicta: quoniā illa, vt diximus, est cum deliberatione rationis, quæ repugnat irrationali, quale est brutum.

Non est concupiscentia concupiscentiæ contraria respectu eiusdem.

Præterea: Si est cōcupiscentia, ergo omnis operās eligēs est operans concupiscens, & econuerso, ꝙ est falsum. Consequentia patet: Quod sit falsum cōstat ex hoc, quòd, vt declarabitur in libro septimo, incontinens operatur concupiscens & non eligens. Continens autem operatur eligens & non secundum concupiscentiam: ergo, &c.

Præterèa. Cōcupiscentia nō cōtrariatur cōcupiscentię, contrariatur autē electioni, vt patet tā in continente quā in incontinente, quoniam vterque eligit secundum rationē contrarium illius, quod suggerit appetit⁹ sensitiuus, in quo est concupiscentia: ergo patet quòd electio nō est concupiscentia, aliter idem esset sibiipsi contrarium.

Præterea, Concupiscentia est semper cū delectatione, si consequitur rem concupitam: vel cum tristitia, si nō potest eam consequi, Sed electio non est ex necessitate cū delectatione, vel tristitia, potest enim ꝓuenire ex solo iudicio rationis absque omni passione delectationis, aut tristitię: ergo constat electionem non esse concupiscentiam.

Electio non est ira, quæ vt plurimū præuenit iudicium rationis.

Quantùm ad irā ꝓbat Aristot. quòd electio non sit ira. Nā quæ fiunt ex ira fiunt repentè & cū furore, eò ꝙ ira est accensio sanguinis & spirituū: & ideo irat⁹ ꝓrumpit repentè in actum, quæ autē fiunt per electionem non fiunt repentè, sed post considerationē & deliberationē rationis: ergo electio non est ira, & aduerte secundū Aristot. quòd minus videtur esse ira, quàm concupiscentia, licet neutrum earū sit: q̄a concupiscentia nō est ita repentina. Contingit enim incontinentem constitutum in concupiscentia considerare quid agendū & quid non, licet tandē cadat à recto iudicio rationis: & ideo non est ita repentina, sicut ira, quæ videtur præuenire deliberationem rationis.

Sed hîc est dubium. Nam dixit Aristo. in libro secundo ꝙ difficilius est pugnare cōtra concupiscentiam quàm cōtra iram: ergo videtur concupiscentia magis tollere deliberationē rationis quàm ira, ex consequenti videtur magis impedire electionē quàm ira ergo non minus videtur electio esse ira quàm concupiscentia.

Ad hoc dicendū quòd absolutè loquendo difficilius est pugnare contra concupiscentiam quàm contra irā. Sæpius enim occurrunt concupiscentiæ quàm iræ, eò ꝙ versantur circa gustū & tactū: vt dicemus infrà, & cōtinuè vtimur gustu & tactu: Ira autē ad tēpus & non ita frequenter accidit & recedit: si tñ consideremus iram ꝓ illa hora, in qua nos commouet, difficilius est contra eam pugnare: quoniā ꝓpter accensionē sanguinis & spirituum inflammationem vehementius mouet & magis impellit quàm concupiscentia. Et ideo ꝓ hora illa difficilius est frænare iram quàm concupiscentiam. Philosophus intendit in secundo libro iuxta primum sensum, in hoc autem tertio iuxta secundū, ideo nulla est contrarietas.

Electio minimè est voluntas, vel velle ipsum.

Quantùm ad voluntatē, ꝙ nō sit electio ꝓbatur ex Aris. sic: Voluntas potest esse impossibiliū: potest enim aliquis velle se volare in cœlum, aut esse immortalē, quorū vtrunque est impossibile. Sed electio nō est impossibilium: & si qs eligit impossibile videtur esse stult⁹, vt dicit Arist. Nā sicut de impossibili non est cōsilium, nec etiam electio: quoniam vt dicemus infrà electio subsequitur consilium.

Præterea, nullus eligit quę nō sunt in potestate sua, potest autē velle quæ non sunt in potestate sua, vt potest velle esse regē, aut imperatorem: ergo voluntas non est electio.

Præterea, Voluntas est finis, electio autē eorū quæ sunt ad finem. Nam volumus finē, sed eligimus media ad finē, vt infirmus quidē vult sanitatem & eligit hoc vel illud remedium ad sanitatem ergo electio non est voluntas.

Pro euidentia huiꝰ rationis aduerte duo. Primò, ꝙ Aris. cùm ꝓbat electionem non esse voluntatem, non intendit potentiā volūtatis, sed primum actum eius, qui dicitur velle finem. Cōsueuit enim Arist. primū actum potentiæ nominare nomine potētiæ: vnde in sexto libro primum habitum intellectus, qui dicitur notitia primorū principiorum, dicet esse intellectū. Intēdit ergo ꝙ electio non est ipsum velle sicut probantur prę̄missæ rationes.

Secūdò aduerte ꝓ eo quod dixit Arist. quod electio est eorū, quæ sunt ad finē, voluntas autē id est ipsum velle: est respectu finis: quòd electio dupliciter sumit̄, scilicet cōmuniter & ꝓpriè. Cōmuniter accepta dicit acceptionē vnius p alio ratione cognitionis p habitę de aliquo, vt bono, vel maiori bono. & sic potest esse ipsiꝰ finis, vnde & Arist. dicit in ꝓmo libro ꝙ eligimꝰ esse felices. Propriè accepta dicit acceptionē vnius præ alio præcedente cōsilio & deliberatione rationis: & sic est verum ꝙ dicit Arist. nam, vt dicemus infrà, electio est finis cōsilij, consilium autem nō est de fine, sed mediis ad finem, non enim infirmus quærit consiliū si debet sanari, sed quo medio debet vti, vt sanet: ergo electio non est de fine. Prętereà, vt dicemus, electio ꝓpriè dicta est conclusio consilij: prius enim cōsulimꝰ quid agendū, deinde iudicamꝰ sic & non aliter agendum: & tunc eligimus sic agere, ita quòd in operationibꝰ electio est cōclusio, sed finis ex secundo Physicorum in operabilibus non habet rationē conclusionis, sed principij: finis enim mouet agentē. Patet ergo quòd electio non est de fine, sed de mediis ad finem.

Electio non est opinio absolutè, neque operabiliū à nobis.

Quantùm autem ad opinionē, scilicet quòd electio nō sit idem quòd opinio. Arist. ꝓbat primò quòd non sunt idē conuertibiliter, id est quòd electio nō est omnis opinio, secundò quòd non est idē cum opinione quæ est de his quæ cadunt sub potestate nostra.

Primū ꝓbatur sic. Possumus opinari tam possibilia quā impossibilia, tam æterna quàm non ęterna. Sed electio propriè non est nisi de cōtingētibꝰ & possibilibꝰ fieri à nobis: aliter vana electio iudicaretur, ergo &c. Præterea, Electio est tātū singulariū, q̄a de operabilibus, quæ sunt singularia. Sed opinio potest esse de singularibꝰ & vniuersalib. vt declarabit̄ in libro sexto: ergo, &c. Præterea opinio distingui tur in veram & falsam: electio autem in bonā & malā. Cùm igitur habeant distinctas differentias, patet ꝙ non sunt idē.

Secundū autē multipliciter ꝓbatur ex intentione Arist. Primo sic: secundum ꝙ eligimꝰ facere bona vel mala sumꝰ moraliter boni vel mali. Secundum autē quòd opinamur bona vel mala non sumus boni neque mali. Non enim ex eo quòd opinamur iustitiam esse bonam sumus iusti, sed ex eo quòd eligimus facere iustitiam: ergo, &c.

Secundo: electio respicit rem vt agibilem vel fugibilē à nobis: eligimus enim vt prosequamur ꝙ videtur nobis bonū, & fugimus malum: sed opinio non respicit prosecutionem vel fugam rei, sed cognitionē: opinari enim est cognoscere, licet cum incertitudine, ergo, &c.

Tertiò, electio laudatur vt recta, opinio autē vt vera: vnde sicut rectitudo perficit electionem, sic veritas perficit opinionem: ergo non sunt idem.

Quartò eligimus quæ cum quadam certitudine scimus esse bona, Opinamur autem cū incertitudine. In hoc enim distinguitur scientia ab opinione, vt dicemus in libro sexto, ergo non sunt idem.

Quintò, si essent idē, ergo q̄ opinatur optima esse agenda, eligeret ea: sed hoc est falsum, multi enim opinantur & docent bene agendū, & tamen eligunt malè agere, vnde in septimo dicemus opinionē incōtinentis esse verā & rectā: electionē aūt obliquā: patet ergo ꝙ electio non est opinio vniuersaliter, nec opinio q̄ habemꝰ de operabilibus à nobis.

Si autē quæras, licet non sint idē, vtrū vna præcedat alterā, & quæ sit prior. Dicendū ꝙ regulariter opinio præcedit electionē, opinio enim ad intellectum pertinet, & electio ad voluntatem voluntas autem, cū sit potentia appetitiua, regulariter sequitur intellectum, q̄ est potētia cognoscitiua: p accidens tamē sequitur quòd opinio subsequitur aliquando electionē, vt cùm quis ꝓpter amicum, quē diligit, mutat opinionē de eo ꝙ facere elegerat. Patet igitur ex dictis electionē non esse volūtariū, non concupiscentiā, non iram, non voluntatē, id est ipsum velle; non opinionē.

Electio quid sit.

Quantùm ad tertium, ex quo electio non est idē cum aliquo prædictorum, videndum est q̄d sit quantū ad genus reponendū in eiꝰ diffinitione, & qualis sit quantū ad differentiā: & sic cōcludere diffinitionē eiꝰ. Aduerte igitur, ꝙ volūtariū debet poni ꝓ genere in diffinitione electionis: nā oīs electio, vt dictū est suprà est voluntaria: sed non omne volunta

luntariũ eſt electi o, vel ex electione, vt repentina impreme ditata nobis placita ſuperuenientia ſunt voluntaria, ſed nõ electa. Cùm igitur volũtariũ prædicetur in quid de electione, & ſit magis commune, conuenienter ponitur vt genꝰ in eius diffinitione. Differentia autem contrahens voluntariũ & conueniens electioni eſt præcõſiliatũ. Quęcunque enim eligimus, prius de eis conſiliamur ſi & quomõ expediunt, deinde iudicio rationis deliberatur ſic eſſe agendũ, & tũc voluntas eligit ſic facere: ita quòd electio ſubſequitur cõſiliũ, & ideo diffinitio electionis eſt iſta, electio eſt voluntariũ præconſiliatum. Vel ſic, Electio eſt actꝰ voluntatis præcõſiliatus. Quòd autem electio ſit per deliberationẽ rationis patet ex ipſo nomine electionis ſonat enim hoc nomẽ electio duobus ꝓpoſitis vnius acceptionẽ; ꝙ vtique non eſt ſine deliberatione & iudicio rationis poſt conſilium factum. Ex quo igitur electio propriè dicta non eſt ſine cõſilio, patet quòd omne electũ eſt præconſiliatum: & omne eligibile eſt ꝓconſiliabile. Hæc de ſecũdo capite dicta ſint.

Conſilium habendum eſt in his, quæ vt plurimum eueniunt, ſed valdè dubius & incertus eſt illorum euẽtus.

CAPVT III.

Quorũmnam contingat eſſe conſilium, & quisnam ordo, eſſe ſius, & finis conſilij ſit, & quomodo ad electionem ordinetur demonſtrat.

3. Ethico. Cap. 3.

IN tertio capite agendũ eſt de cõſilio, & tria agenda ſunt. Primò videndum eſt de quibus habendũ conſiliũ, & de quibꝰ non. Secundò de mõ & ordine & effectu & termino conſilij. In tertio agendũ eſt de cõſilio in ordine ad electionem: & hic iterũ conſiderabitur de diffinitione electionis.

Conſilium non eſt de rebus æternis, immutabilibus, fortuitis, & vniuerſalibus.

Quantùm ad primũ aduerte primò quæ non cadant ſub conſilio, & quę ſic. Quinque ſunt, quæ nõ cadunt ſub cõſilio, & ſi quis vult de eis cõſiliari, vanꝰ reputabitur. Primò æterna nõ cadunt ſub conſilio: vnde nullꝰ cõſiaſtur, ſi cras erit Deus, aut intelligentiæ, aut cœlũ, aut ſi cras orietur ſol: nam conſiliũ eſt de his, quæ poſſunt aliter eſſe, aut aliter cõtingere, aut aliter fieri. Æterna autẽ vt æterna ſunt immutabilia, & ideo de eis nõ fit conſiliũ. Secundò conſiliũ non eſt de his quæ fiunt à natura, ſiue ſecundũ curſum naturalem, vt nõ cõſiliamur, ſi æſtas erit calida, ſicca, & hyems frigida, ſicca, aut humida, nam conſiliũ eſt de his, quæ cadunt ſub poteſtate noſtra, & quæ poſſumus immutare. Sed ꝓpter noſtrũ cõſiliũ nõ mutatur curſus naturalis, qui eſt à cauſis determinatis: ergo, &c. poteſt tamẽ homo cõſiliari quomodo ſe regat in æſtate calida, quia poteſt diuerſimodè ſe regere. Tertiò conſiliũ nõ eſt de his, quæ fiunt à fortuna: vnde nullus cõſiliatur de inuentione theſauri. Quæ enim cõſilio fiunt, cum ratione fiunt: fortuita autẽ ſine ratione & præter ꝓpoſitũ eueniunt, vt declaratũ eſt in ſecũdo Phyſicorũ. Quartò, conſiliũ non eſt de omnibus operabilibus in toto mundo. Non enim cõſiliatur Lacedęmonij ſi Scythæ remotiſsimi à Græcia optime conuerſantur. Nam conſiliũ eſt de his quæ ad nos, aut amicos, aut patriã pertinent, & ideo vanũ eſt Italis conſiliari quomodo debeant ſe regere Indi, aut Aethiopes, niſi commerciũ habeant cũ eis. Quintò conſiliũ non eſt de his, quæ in arte, aut diſciplina ſunt determinata & ſtabilita, vnde nullus cõſiliatur quomodo ſunt formandi caracteres literarum dum ſcribimus. Nam conſiliũ nõ eſt niſi de dubiis, quæ poſſunt diuerſum euentũ habere, ſed non vertitur in dubium quomodo in quolibet idiomate formandę ſunt literæ.

Et aduerte, quòd quoniam conſiliũ eſt de rebus dubiis, artes, quæ minꝰ certæ ſunt, indigent maiori & frequentiori cõſilio, vnde ars medicatiua & regitiua nauis indiget multo cõſilio, & magis quàm gymnaſtica ſeu luctatiua. In medicatiua enim ꝓpter incertitudinẽ corporis humani, oportet multa conſiderare, vt qualitatẽ cõplexionis, ætatẽ, patriam, tempus, diętã, conſuetudinẽ. In regitiua nauis conſiderare oportet qualitatem ſitus fluminis, aut maris, mutabilitatẽ ventorũ, diſpoſitiones ſiderũ, & multa, quæ in arte illa inducunt incertitudinem. In gymnaſtica autem non eſt tanta incertitudo, qa ſunt determinatæ regulæ luctãdi. Vniuerſaliter autẽ magis indigemus conſilio in omni arte operatiua, quæ verſatur circa ſingularia, in quibus eſt multa varietas, quàm in ſcientiis ſpeculatiuis, quæ verſantur circa vniuerſalia, quæ vt ſic ſunt immutabilia. Abſtrahunt enim ab hic & nunc.

Tu tamen aduerte, quòd licet in ſpeculatiuis nõ cõſiliemur de rebus vniuerſalibus, de quibus ſunt, quoniam ſunt neceſſaria, & ex primo Poſteriorum, ſcientia eſt de his, quę nõ poſſunt aliter ſe habere, tamen poſſumus conſiliari quo ad vſum, ſ. quo modo, & ordine ſit in eis procedendum. Patet igitur quæ & quot ſint quę non cadunt ſub conſilio.

Nunc autẽ videndũ eſt quę cadunt ſub conſilio. Aduerte igitur ex intentione Ariſtote. quòd in tribus rerũ generibus conſiliũ habendũ eſt. Primò in his, quæ ſæpe eueniunt, ſed incertum eſt quo mõ euenire debeant: quia poſſunt tardè & cito, malè & bene, bene & meliꝰ euenire, vt igitur cõgrue fiant conſulimus. Secundò in his, in quib. nõ eſt determinatum qualiter oporteat agere, iudex enim nõ conſiliatur qualiter oporteat eum ſententiare in his, quæ lege cõſtat determinata eſſe, ſed in caſibꝰ dubiis accidentibꝰ cõtra legem. Tertiò in his quæ ſunt magna & dubia in euentu: & circa quorũ prouiſionẽ reputamus nos inſufficientes, & ideo in talibꝰ aſſumimus conſiliũ aliorũ. In paruis autẽ non oportet tantum conſiliari, quoniã quocunque modo eueniant, nec multum prodeſſe poſſunt, nec nocere.

Pro reſolutione habenda de prædictis, ponenda eſt diſtinctio de conſilio, deinde vtrunque membrũ diffinietur, poſteà declarabitur ſuccinctè de quib. eſt, vt breuib. habeas totam intentionem Ariſtotel.

Tu igitur aduerte, quòd cõſiliũ dupliciter ſumitur, ſcilicet communiter & proprie. Communiter acceptum eſt inquiſitio rationis de operabilibus à nobis dubiis & incertis: vt ꝓ huiuſmodi inquiſitionẽ aliquod certũ inueniatur, ꝙ eligatur agendũ vel nõ: & modus agendi vel deſiſtendi. Et conſilium ſic acceptũ nõ requirit de neceſsitate plures cõſulentes. Nã vis conſiliatiua eſt intrinſeca homini, & poteſt per ſeipſum conferre & diſcurrere in agendis, & iudicare poſt diſcurſum quid ſibi expediat: ergo ſolus poteſt ſibiipſi conſulere. Conſiliũ autẽ ꝓpriè acceptũ eſt inquiſitio rationis de operabilibꝰ à nobis, &c. habita inter plures, & vt ſic conſilium non eſt vnũ per ſe, ſed quid aggregatum ex multis inquiſitionibus. Eſt autem conſilium propriè de his, quę ſunt in poteſtate eius, cui datur conſilium: & non oportet quòd ſint in poteſtate dantis cõſiliũ, verbi gratia. Iuriſperiti cõſulunt principi quòd talẽ legẽ condat in populo. Certũ eſt quòd cõdere legẽ nõ eſt in poteſtate legis periti cõſulentis, ſed in poteſtate principis, cui datur conſiliũ. Vnde ſolet dici, quòd res conſultæ nõ ſunt in poteſtate conſulentis, niſi excitatiuæ. Eſt autẽ de operabilibus ab eo, cui datur conſiliũ, modò ſint incerta & dubia & magna, vt dictũ eſt: vnde iudices in dubiis magnis quęrunt ſibi conſiſtentes: & qui in paruis aut certis conſilium quærit deridendus eſt. Patet igitur quid ſit conſilium, & de quibus eſt.

Quis ordo in conſilij inquiſitione.

Quantùm ad ſecundũ videndũ eſt de ordine, & effectu & termino conſilij. Et primo de ordine. Nã, cùm conſilium ſit quædã inquiſitio, & in omni inquiſitione aliquid ſuppo. nitur vt fundamẽtũ & principium, & aliquid quęritur, aduerte quòd in cõſilio talis ſeruandus eſt ordo. Primò ſupponitur finis, qué ꝙ conſiliũ petit quærit acquirere. De fine enim non datur conſilium: nã, vt inquit Ariſtotel. medicus non conſiliatur ſi debet infirmũ ſanare, nec Rhetor ſi debet perſuadere. Secũdò inquirimꝰ ſuppoſito fine, qualiter & ꝓ quæ, id eſt qua actione, & ꝓ q̃ media, ſiue inſtrumenta, poteſt finis ſuppoſitus acquiri. Tertiò dato ꝙ pluribus modis aut mediis poſsit acquiri inqrimus de magis opportuno & faciliori. Quartò ſuppoſito quòd per vnum medium ſolum poſsit optimè acquiri, inqrimꝰ qualiter hoc erit, & ſi illud, per ꝙ deueniendum eſt ad finem intentum, non habeatur in promptu, quęrendum eſt vlterius ꝓ quid poſsit haberi in ꝓmptu: & in hac inquiſitione nõ ceſſare donec inueniamꝰ primum, à quo incipiendum eſt operari, vt conſequamur finẽ ſuppoſitum, & tunc completa erit inquiſitio in conſultando: facta reſolutione ad illud primum, ꝙ debet eſſe vltimum in intentione, & primum in operatione. Et aduerte, quòd inquiſitio cõſilij aſsimilatur reſolutioni, quę fit in demonſtrãdo concluſionẽ neceſſariã. Putà in geometria, quę quidẽ nõ ceſſat donec facta eſt reſolutio ad prima principia indemonſtrabilia. Sic nec completur inquiſitio perfecti conſilij, donec deuentũ fuerit ad primum, à quo ordinatè procedendum eſt, vt acquiratur ꝙ propoſitum fuit pro fine: verbi gratia, Medicus intendit ſanare Socratẽ, inquirit quo medio: & inuenit ꝙ tali potione: inquirit ex quo cõficitur, & inuenit quòd ex tali herba. Inquirit vbi inuenitur, & inuenit quòd in tali monte, & hic eſt finis inquiſitionis. Et primũ ꝙ agit eſt acceſſus ad mõtem, accipit herbã, facit potionẽ, dat Socrati, ſanatur Socrates, In hoc ordine appa ret quòd primũ in intentione, ſcilicet ſanitas Socratis, eſt vltimum in executione, ſed acceſſus ad montẽ eſt primũ in executione: & ſic completur ordo recti conſilij.

Operari, vel ab operꝰ

Secũdò videndũ eſt de effectu cõſilij. Tu igit aduerte ex intentione Ariſto. quòd effectus, ſiue executio cõſilij, eſt

re cessare ef fectu est præcepti consilij.

operari,vel desistere ab operatione in acquirendo fine ꝓpositō,ꝙ quidē sic fit.Si illud vltimum, in quo terminatur inquisitio,& ꝙ debet esse primum in operando, occurrat vt possibile haberi,tunc qui accipit cōsiliū,incipit operari. Si autē occurrat vt impossibile inueniri desistit ab operari, vt desperans ad finem ꝓpositū posse peruenire,verbi gratia,Si quis intendit debellare inimicum,& videat sibi necessariā multā pecuniā,& eā possit habere aggreditur negōciū:si autē nō potest eā habere,desistit.Sed aduerte, quòd ea reputamus possibilia haberi,quæ per nosipsos, aut per amicos habere possumus.sunt enim amici vice nostri.Quæ autē quærimus ꝓ executione consilij, aliquādo sunt instrumenta,vt gladius,equꝰ,pecunia,aliquādo est opportunitas eorum & qualiter eis vtendum est.Patet igitur quòd effectus consilij est operari vel desistere ab operando.

Aliquis & certus est cō silij termi nus.

Quantùm ad terminū cōsilij, aduerte quòd si illa inquisitio de agendis non haberet statum,cōsiliū esset sine termino,& quoniā necesse est illā inquisitionē habere statum, quoniā si ꝓcederet in infinitum,consilium esset infructuosum ideo necesse est consilium habere terminū suum:ꝙ sic ꝓbatur ex intentione Aristo.Consilium est inquisitio facta ꝓpter finē consequendum,finis autē habet rationem termini:ergo necesse est consilium habere terminum. Præterea,Omnis operatio hominis habet finem, vt dictum est in principio primi libri:sed cōsilium est operatio hominis circa operabilia ab eo,ergo,&c. Præterea,In omni consilio efficaci & ordinato peruenitur ad aliquod singulare, de quo non est vlterius cōsiliandū ergo illud habet rationem termini.Consequentia patet:Antecedens ꝓbatur,quoniam si nō peruenireturad aliquod,&c.esset processus in infinitum in consiliando,& sic,vt dictum est, consilium esset infructuosum,quoniam non occurreret à quo primo esset inchoanda executio consilii.Patet igitur,quòd in consilio nec esse,est assignare terminum.

Quantùm ad tertium agendum est de consilio comparando ipsum ad electionem quantùm ad conuenientiam,& differentiam,quam habent adinuicem, deinde concludenda est descriptio electionis.

Consilium antecedit electionem & voluntatis actus complet illam.

Tu igitur aduerte ex intentione Arist.quòd conueniunt ratione obiecti,& differunt ratione ordinis.Dico quòd cōueniunt ratione obiecti: quoniam consiliabile & eligibile sunt idē:nā bonum,ꝙ est in potestate nostra,vt diximus suprà,est consiliabile & illud idem est eligibile.Nam eligimꝰ possibilia nobis,nō autē impossibilia,vnde diximus suprà quòd licet voluntas possit esse impossibiliū, non tamē electio.Tu tamen aduerte,quòd non sunt idē conuertibiliter, nā in plus est eligibile quàm consiliabile. Omne enim ordinatum ad finē est eligibile,non tamen consiliabile nisi sit dubium & magnum:de his enim ꝓpriè est consilium,vt diximus:nō oportet autē consiliari de certis & determinatis licet sint eligibilia:patet ergo, quòd licet sint idē non tamen conuertibiliter.

Dico autē quòd differunt ratione ordinis,sic enim ordinantur,quòd in his,quæ sunt cōsiliabilia & eligibilia', electio sequitur iudicium rationis,& cōsilium præcedit iudicium rationis,ex consequenti præcedit electionē.Quod declaratur signo sumpto ab antiquis regibus,de quibus dicit Aristo.quòd antiqui reges non habentes plenā potestatem faciendi in populo quęcunque voluissent, ea quæ in consiliis suis determinabant & eligebāt vt bona & vtilia populo annūciabāt illi,vt & ipse populꝰ eligeret & cōfirmaret: & sic consilium regis præcedebat electionē populi. Signū est ergo,ꝙ in his, quæ sunt agenda consilio & electione, consilium præcedit electionem. Et hoc signum secutus est Homerus inducens græcorū principes in exercitu annūciantes plebi quæ determinauerant in consiliis,vt viderent si plebs ea eligeret,& firmaret vt operanda.

Pro euidentia huius aduerte,vt inquit Eustratius,quòd ideo principes annunciabant plebi q̄ cōsilio iudicauerant agēda, vt plebs,quę subiicitur & regitur,eligeret sic agere & nō aliter,sic debet esse in homine,in quo princeps est intellectus,& appetitꝰ debet ei subiici & regi,sicut plebs,ita quòd appetitus habet eligere & moueri in operationem, prout intellectus ex consilio determinauit agendum.Patet igitur quomodo ordinantur consilium & electio.

Electio est consiliabile desiderium eorum

Et quoniam sic ordinantur,ideo Aristo.describens iterū electionem dicit,quòd electio est desiderium consiliabile eorum quæ sunt in nostra potestate.Dicitur desideriū consiliabile,ꝙa ex hoc quòd homo consiliatur de his, quæ vellet agere,peruenit ad desiderandum ea exequi,quæ ꝙ consilium sunt inuenta vt sibi opportuna, & tale desiderium dicitur electio. Est igitur desiderium vt genus in hac descriptione,differentia autem est hoc quod dicitur,Eorum, quę sunt in potestate nostra:nam non consulimus nisi de operabilibus,nec eligimus nisi operabilia à nobis. *quæ sunt in nostra potestate.*

Pro euidentia huius descriptionis,aduerte quòd quoniā desiderium pertinet ad appetitum,& consilium ad intellectum:ideo apud multos est dubium si electio est actus intellectus, an appetitus: an quid mixtum & aggregatum:ex vtroque. Eustratius vī velle, ꝙ sit quid mixtum ex vtroque: sic enim inquit exponens,Oportet autem scire quòd genus electionis vtique est intellectus appetitiuus, nō simpliciter autem appetitus & intellectus, sed quod per ambo est commixtum,hæc ille. Et quidam fundantes se super Eustratium dicunt ꝙ electio includit essentialiter actum intellectus & actum voluntatis, ita quòd est quid cōpositum ex vtroque, sicut viuens componitur ex anima & corpore. Et sic secundum istos non esset concedendum electionem esse subiectiuè in solo intellectu vel in solo appetitu,sed partim in vtroque.Aliis autem videtur ꝙ electio essentialiter sit actus voluntatis,eò ꝙ hæc est essentialis.Electio est desiderium: sed desiderium est actus voluntatis, & licet ad electionem concurrat actus intellectus,quia dicit Arist.ꝙ electio est desiderium consiliabile,& in libro sexto dicet ꝙ electio est appetitus intellectiuus,vel appetitiuus intellectus,non tamē est intelligendum ꝙ concurrat essentialiter,vel vt pars electionis,sed antecedenter & dispositiuè,eò ꝙ consilium & iudicium rationis præcedit electionem vt declarauimus.Et hāc videtur sequi Beatus Thom.exponens, qui dicit, ꝙ electio est actus appetitus rationalis,qui dicitur voluntas. Sequentes igitur hanc viam vt magis rationabilem dicemus, ꝙ electio complectitur actum voluntatis & intellectus,sed differenter:nam actum intellectus, qui est consiliari & iudicare includit antecedenter & dispositiuè,actum autem voluntatis essentialiter & completiuè. Et si tu vis saluare Eustratiū, dic, ꝙ per ly Ambo commixtim, non intendit mixtum aut compositum ex vtroque,sed debet intelligi sic: Sicut miscibilia manent in mixto non actu nec sub propriis formis,sed in virtute,ita consiliatio & iudicium rationis manet virtualiter in electione, sumendo electionem vt est finis consilij: nam & principia manent hoc modo in conclusione demonstrata.Et hoc modo patet ꝙ non est necesse ponere electionem partim in intellectu partim in voluntate,sed in sola voluntate.Hæc de consilio & electione dicta sint,& in his terminatur tertium caput.

CAPVT IIII.

Quódnam sit obiectum voluntatis,bonum scilicet simpliciter,& bonum apparens.

IN quarto capite agendum est de voluntate & voluntabili: & hîc tria agenda sunt. Primò declarandum quid Ari. hîc intendat per voluntatem & per voluntabile. Secundò mouendum est dubium de voluntabili cum duplici opinione & vtraque reprobabitur.Tertiò soluetur dubium. *3.Ethi.c.4.*

Quantùm ad primum aduerte ꝙ Aristo.per voluntatem non intendit potēriam voluntatis quoniam dicit,Voluntas autem,quoniam quidem finis est,dictum est,id est dictum suprà in capite præcedenti,ꝙ voluntas est ipsius finis.Constat autem, ꝙ per potentiam voluntatis non solùm volumus finem,sed & media ad finem: ergo non intendit hîc Arist.de voluntate vt est potentia animæ,sed intendit actum voluntatis,non quemcunque,sed quo primo respicit fines,vt principia aliorum actuum: nam actus potentiæ respectu primi obiecti,solet nominari nomine potentiæ,sicut actus potentiæ visiuæ in ordine ad visibilia,dicitur visus:& actus intellectus respectu primorum principiorum, in quæ prima intendit,dicitur intellectus, eadem ratione actus voluntatis, quo primo fertur in finem,dicitur voluntas: primum enim volitum est finis, & in ordine ad ipsum volumus alia. Cùm igitur dicit Aristo.ꝙ voluntas est ipsius finis, est ac si dicat, Primum velle est respectu finis,sicut primum intelligere est respectu primorum principiorum. *Voluntas est ipsius finis quoad summum primarium actum respectu primi obiecti.*

Per voluntabile autem intendit omne illud,in quod fertur voluntas,siue sit finis,siue res ad finem. Sicut visibile est omne illud,in quod fertur visus.Et quoniam bonum est obiectum voluntatis, ideo dicitur bonum voluntabile, siue volibile.

Quan

Quantùm ad ſecundũ aduerte,quòd cùm bonũ ſit ipſum voluntabile,ſicut diſtinguit bonũ, ſic & circa voluntabile ſunt diuerſæ opiniones.nã bonum diſtinguitur in verè bonum,& in apparens bonum, ꝙ tamen non eſt verè bonum, ſicut vindicta apparet bona irato,quæ tamen non eſt verè bona.Et propter hanc diſtinctionem ſunt duæ opiniones contrariæ de voluntabili.

Prima tenet quòd ſolum ꝓ ſe & verè bonũ eſt voluntabile,id eſt ad ipſum ſolùm, & non ad apparens bonũ fertur & mouetur voluntas.Sed hęc ſic reprobatur, ſi ſolum ꝓ ſe bonũ eſt voluntabile,ergo ſequitur,quòd voluntas cuiuſcunque volentis fertur in ꝓ ſe bonum: ſed hoc eſt falſum, quoniã malus & vitioſus eſt volens,& tamen eius voluntas non ferẽ in ꝓ ſe bonum, ſed in apparens bonum , aliter nullus eſſet malus & vitioſus.In hoc enim diſtinguitur ſtudioſus à vitioſo:qa ſtudioſus fertur in verè bonum,& vitioſus in apparens,quod tamen non eſt eſt bonum.

Secunda tenet totum oppoſitum,ſcilicet ꝙ voluntas nõ ferẽ niſi in apparens bonum,& illud ſolum eſt voluntabile. Sed hæc ſic improbat̃,Si nihil eſt voluntabile niſi apparens bonum,ergo nullum eſt verè bonũ in rerum natura : quod eſt maximum inconueniens.Conſequentia patet, quoniam ꝙ apparet tale,nõ eſt verè tale,ſicut aurichalcum apparet aurũ,& nõ eſt verè aurum.Et ſi fortè quis dicat,quòd vnũquodq; eſt tale verè & ſecundum naturam, quale apparet: Contrà,qa idem ſecundum veritatem & naturam eſſet bonum,& malum: nam ꝙ videtur vni bonum , alteri videtur malum:hoc autẽ eſt impoſsibile, quoniam cùm bonum ſecundum naturam & malum ſecundum naturã, ſint contraria,nõ poſſunt eidẽ cõuenire, Vtraq; ergo poſitio eſt falſa.

Voluntarium ſimpliciter et voluntarium in reſpectu.

Quantùm ad tertiũ aduerte, quòd Ariſtot.ꝓ diſtinctionẽ ſoluit hoc dubium Diſtinguit autem ſic:Voluntabile eſt duplex,ſcilicet ſimpliciter,& in reſpectu. Volũtabile ſimpliciter eſt illud, ꝙ eſt ꝓ ſe & verè bonũ : voluntabile in reſpectu eſt illud, ꝙ apparet huic bonum , & non illi, ita quòd in ſe non eſt bonum, ſed ꝓ reſpectum ad appetentem videt̃ bonum.Cùm igitur voluntas ſit apta ferri & moueri ad quodcunque voluntabile, ſimpliciter quidẽ eſt apta ferri ad voluntabile ſimpliciter,ꝙ eſt verè & ſecũdum naturã bonum:in reſpectu autẽ eſt apta ferri ad̃ voluntabile in reſpectu,ꝙ extimatur bonum,licet non ſit ꝓ ſe bonum.

Verè bonũ cognoſcit tãtum ſtudioſus.

Et ſi dicas,quomõ cognoſcetur verè bonũ & apparens bonũ.Reſpondet Ariſtote.Illud eſt verè bonum , quod ſtudioſus iudicat eſſe bonum & deſiderat.Illud autẽ, ꝙ iudicat malus,vt malꝰ, & deſiderat,eſt apparens ſibi,ſed nõ eſt verè bonum.Nã ſtudioſus rectè iudicat, quoniam ſecundũ rectam rationem:malus autẽ prauè iudicat,quoniam ei dominatur paſsio,aut cõcupiſcibilis,aut iraſcibilis.Et in hoc ꝓpoſito accidit,ſicut de ſano & de infirmo ſecundum corpus:nã ſicut ſunt ſana & talis vel talis ſaporis in veritate, q̃ iudicanꝫ à ſano, ſanꝰ enim iudicat vt eſt,putà dulce dulce, amarũ amarũ:ſic ſunt verè bona, quæ iudicantur à ſtudioſo bona,eò quòd ſanus eſt ſecundum mentem & animã. Et ſicut non ſunt illius ſaporis quæ iudicantur ab infirmo, eò quòd dulce iudicat amarũ ex infectione linguæ,& nociuũ iudicat vtile ex humore peccante,ſic nõ ſunt illius bonitatis q̃ iudicantur à malo:eò quòd infirmatur ſecundũ mentẽ,& vt dicit Ariſtote.fit ei deceptio ꝓpter delectationẽ & mali deſiderant delectabile vt bonum,& tamẽ nõ eſt exiſtens verè bonum & triſtitiam vt malũ fugiunt,etiam quòd eſſet non mala.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

Virtutes ac vitia eſſe in poteſtate noſtra,ac noſtræ ſubiacere voluntati.

Ex tertio Ethicorũ. Cap.5.

IN quinto capite applicanda ſunt ad virtutes, & vitia, q̃ ſ. diximꝰ de inuoluntario & voluntario, & delectatione & cõſilio & voluntate:& declarandũ,quòd virtutes & vitia ſunt voluntaria,id eſt quòd ſtat in nobis,ſi volumus eſſe boni,aut mali:ita, quòd nullus nolẽs fit bonus,aut malꝰ. Et ideo,ſi ſumus boni,meremur laudẽ,ſi ſumus mali imputatur nobis.Non igitur virtus & malitia ſunt inuoluntaria.Vt igitur videamus, quomõ virtus & vitium ſunt voluntaria, quatuor agenda ſunt.Primò ꝓbandum quòd virtus eſt voluntaria.Secundò quòd malitia eſt voluntaria.Tertiò re,ꝓbanda eſt opinio dicentiũ,quòd licet virtus ſit voluntaria, non tamen malitia.Dicunt enim , quòd licet nullus nolens ſit bonus,ſed tantũ volens, tamen nullus volens fit malus, ſed tantùm nolens.Quartò reprobanda eſt radix & fundamentum,ſuper quod videtur ſe fundare prædicta opinio.

Quantùm ad primum ponitur hæc concluſio : Virtutes ſunt voluntariæ. Antequam probetur aduerte , ꝙ hæc tria ſunt idem:Eſt in nobis,id eſt ſtat in nobis : Eſt voluntarium, id eſt pendet à voluntate noſtra : Eſt in poteſtate noſtra , id eſt poſsumus hoc facere & non facere : & dicitur poteſtas contradictionis, de qua loquuti ſumus in libro nono Metaphyſicæ.Hæc igitur concluſio ſic declarata probatur ex intentione Ariſtot.ſic:Operationes productiuæ virtutis,ſunt voluntarię, & in poteſtate noſtra: ergo & virtutes, conſequentia patet:quoniam cuius principia ſunt in poteſtate noſtra,& illud eſt in poteſtate noſtra,vt ſi eſt in poteſtate regis congregare exercitũ,eſt etiã in eius poteſtate pugnare.Antecedens autem ꝓbatur, quoniam opationes ꝓductiuæ virtutis cadunt ſub conſilio & electione.Conſilium aũt & electio ſunt de his,q̃ ſunt in poteſtate noſtra,vt dictum eſt in ꝓcedentibus,ergo cõſtat ꝙ virtutes ſunt voluntariæ & in poteſtate noſtra eſt eſſe virtuoſos.Si enim eligimus operari bona ex frequentatis his operibus efficiemur boni , vt dictum eſt in libro ſecundo.

Virtutes voluntariæ ſunt,cùm eius principia ſint in poteſtate noſtra.

Malitia, ſicut & virtus, voluntaria eſt.

Quantùm ad ſecundum ſit hæc concluſio:Malitia,ſeu vitiũ eſt voluntariũ , & in poteſtate noſtra,hæc ſic ꝓbatur ex intentione Ariſt.Si eſt in poteſtate noſtra operari & nõ operari ea,ꝓ quæ efficimur boni, etiã eſt in poteſtate noſtra operari & non operari ea,per q̃ efficimur mali,verbi gratia, Si eſt in poteſtate mea dare,vel non dare eleemoſynam,per quam efficior pius,etiam eſt in poteſtate mea fornicari, vel non fornicari,ex quo efficior inhoneſtus. Et hæc eſt tanquã communis animi conceptio in moralibus Et fundatur ſuper potentiam cõtradictionis,qua poſſumus aliquid,& eius oppoſitum ɔriè,vel ɔdictoriè , vt declarauimus in libro nono Metaphyſic.quæſtion. Sed per concluſionem præcedentem eſt in poteſtate noſtra operari,& non operari ea,per q̃ efficimur boni: ergo & ea,per quæ efficimur mali. Sicut ergo virtus eſt voluntaria , ſic & vitium & imputandũ eſt nobis.

Quantùm ad tertium aduerte,ꝙ quidam dixerunt virtutem eſſe volũtariam, fit enim homo bonus & beatus volẽs; malitiam autem dicunt inuoluntariã,& nullus fit malus volens,ſed nolens,& fortè hoc dicunt, quia voluntas per ſe tẽdit in bonum,ex conſequenti per ſe refugit malum.Sed horum opinionem Ariſto.reprobat arguẽs ꝙ tam bonæ quàm malæ operationes , quæ ſunt principia effectiua virtutis & malitiæ,ſunt in poteſtate noſtra,& ſic ſequitur, ꝙ nullus fit bonus , neque malus,niſi volens. Arguitur igitur primo ſic: Principia bonæ & malæ operationis ſunt in poteſtate noſtra : ergo & bonæ & malæ operationes: conſequẽtia nota, quia,vt diximus ſuprà,cuius principia ſunt in poteſtate noſtra,& ipſum principiatũ eſt in poteſtate noſtra. Antecedẽs autem probatur,quoniam conſilium & electio ſunt principia bonæ & malæ operationis. Si enim eligimus operari bonum,operatio eſt bona : ſi malum mala,verbi gratia,Proponuntur Sorti & Platoni,viuere honeſtè,& viuere voluptuoſè. Sortes eligit viuere honeſtè,Plato autem voluptuosè, ideò Sortes voluntariè fit bonus,& Plato voluntariè malus.

Secundò ſic: Legiſlatores puniunt malè operantes,& honorant bene operantes:hos prouocantes ad bonũ , illos remouentes à malo.Sed hoc iuſtè non fieret , niſi operationes bonæ & malæ eſſent voluntariæ:vanum eſt enim perſuaſionibus hominem iuducere ad ea , quæ non ſunt in poteſtate noſtra,ſicut ꝙ infirmus non doleat,ꝙ eſuriens non eſuriat, ꝙ ſitiens non ſitiat , nam perſuaſiones in his non auferunt paſsionem:vanè ergo legiſlatores houorarent bonos, & punirent malos.Cum ergo videamus homines remoueri à malo propter pœnam legis,ſignum eſt ꝙ & bonæ & malæ operationes ſunt in poteſtate noſtra.

Tertiò ſic: Operationes, q̃ videntur ꝓcedere ex ignorãtia,cuius homo eſt cauſa directè vel indirectè puniuntur:ergo ſunt voluntariæ,non obſtante ignorantia, conſequentia patet:quoniam, vt dictum eſt in capite,de voluntario & inuoluntario,propter inuoluntarium ꝓpriè dictũ nullus laudatur,neque punitur. Antecedens autem probatur : nã homo eſt cauſa ſuæ ignorantiæ aliquando directè , vt qa agit aliquid,ad quod ſequitur ignorantia:putà inebriat ſe,ad ebrietatem ſequitur ignorantia: aliquãdo autẽ indirectè,qa ſ.non agit quod tenetur agere,putà tenetur ſtudere,aut petere à ſciente quid obligatur agere ex lege,ſub qua viuit: ꝙ ſi eſt negligens aut non curat ſcire indirectè eſt cauſa ſuæ ignorantiæ.Et operationes, quæ procedũt ex vtraque ignorantia dicta,ſunt reprehenſibiles: nam ebriis duæ debentur increpationes. Primò quia ebriant ſe.Secundò quia facti ebrij ex conſeqnenti ignorantes committunt aliquod offen-

ſiuum,ſiue inhoneſtũ, qui etiam facti ſunt ignorãtes ex ſua negligentia:ſi quid mali committunt cõtra legem puniunt, quoniam in poteſtate ſua erat negligentia, & diligentia inueſtigandi, quæ ſint agenda, vel non agenda ſecundum legem. Patet igitur ꝙ operationes malæ ſunt voluntariæ: & ex conſequenti nullus efficitur malus niſi volens, aliter nõ iuſte puniretur: falſa eſt prædicta opinio.

Propterquid nonnullis viſum eſt bene, vel malè operari non eſſe in poteſtate noſtra.

Reprobata hac opinione, remouenda quarto loco ſunt fundamenta,ſiue motiua ſua.Aduerte igitur prędictam opinionem habuiſſe duo motiua:primum ſumebant ex intẽtiori diſpoſitione corporis.Dicebant enim, ꝙ homines habent diuerſas inclinationes ad diuerſa: ex quibus prouenit ꝙ nõ eſt in poteſtate noſtra,quòd ſic vel ſic operetur,nec ꝙ ſit diligens,vel negligẽs.Nam aliquis à naturali diſpoſitione habet quòd ſit diligens,alius quòd ſit negligens,alius iracundus,alius triſtis,alius lætus.Nam phlegmaticus naturaliter eſt piger, cholericus iracundus, melancholicus triſtis,ſanguineus lætus.Ex conſequenti non videtur eſſe in poteſtate hominis quòd ſit bonus vel malus,ſed hoc prouenit à naturali inclinatione.

Secundum ſumebant ex virtute cognoſcitiua,per quam iudicatur aliquid eſſe bonum vel malum.Dicũt enim,quòd quilibet deſiderat id,quod ſibi apparet bonum & dicunt,ꝙ non eſt in poteſtate noſtra, ꝙ aliquid appareat nobis bonũ, vel malum : quia non ſumus domini phantaſiæ,id eſt apparitionis, ſed qualis eſt vnuſquiſque talis finis videtur ei, ex conſequenti qualis vnuſquiſque eſt, tale apparet ei bonum: Et quoniam in hominibus ſunt diuerſæ complexiones & diſpoſitiones,quæ ſunt cauſa diuerſarum opinionum & extimationum circa bonũ & malũ.Nã quod cholericus reputat bonũ,putà mouere bellũ,melãcholicus reputat malũ, ideo prædicta opinio dicit non eſſe in poteſtate noſtra,ꝙ hoc appareat bonum & illud malum, ſed ex diuerſa diſpoſitione, ex qua diuerſificatur phantaſia & iudicium de bono & malo.Non ergo eſt in poteſtate noſtra ꝙ ſimus boni vel mali ex conſequenti neque virtutes neque vitia ſunt voluntaria ſed potius naturalia,ſiue ex diſpoſitione naturali.

Animi habitus ex voluntate noſtra pendent ſiue boni ſiue mali.

Primum igitur motiuum excludit Ariſt.dicens,ꝙ non ſit malus homo,quia malè inclinatur,ſed quia remiſsè viuit,id eſt non facit conatum ad bonas operationes,per quem,ſ.conatum vinceret talem inclinationem : vel quia viuunt incõtinẽter,id eſt vacant potationibus,& aliis voluptuoſis,ex quibus non propter inclinationem:ſed propter malam conſuẽtudinem fiant intemperati. Quod igitur habitus animæ nõ ſint ex ſola inclinatione, ſed ex voluntate noſtra,ex conſequenti in poteſtate noſtra,probat Ariſt.duplici via.

Primò ſic : Operationes faciunt in operantibus tales diſpoſitiones,ꝙ poſſunt per eas conſimiles operationes ꝓducere.Hæc conſtat inductiuè,& experiuntur ſic eſſe quicunque exercent aliquã artem: putà luctæ,aut militiæ, aut muſicæ. Omnes enim ex hoc ꝙ frequentius operantur fiunt tales,vt poſsint ſimilia perfectè facere. Cùm ergo videamus hoc contingere in omni exercitio, eſt hominis, quaſi ſenſu carentis ignorare habitus animæ non ex inclinatione ſola, ſed ex frequẽtatis actibus generari. Tales autem actus ſunt voluntarij,quia fiunt ex electione : ergo & ipſi habitus ſiue boni,ſiue mali ſunt in poteſtate noſtra.

Secundò ſic,Si quis vult aliquam cauſam,ad quamſequitur talis effectus,conſequens eſt ꝙ velit talem effectũ.Sicut ſi quis vult ambulare in æſtu prælciens ſe ſudaturũ, conſequens eſt ꝙ velit ſudare. Licet enim ſudorem ſecundum ſe non velit tñ potius vult q̃ abſtinere ab itinere:non enim inconuenit aliquid non eſſe ſecundũ ſe volitum,quod tñ inordine ad alterum eſt volitum,ſicut potio amara non eſt volita ſecundum ſe : q̃ tñ in ordine ad ſanitatem eſt volita. Potius enim vult eã aſſumere, quàm priuari ſanitate.Aliter tñ eſſet,ſi homo non poſſet aduertere,ꝙ talis effectus ſequitur ex tali cauſa,putà ſi quis ambulans incidit in latrones, hoc non erit voluntarium : quia prælcire non potuit caſum in latrones.Quod ſi prælcitum fuiſſet,eſſet vtique voluntarium. Sed homines ſciunt & experiuntur, ꝙ agentes iniuſta fiunt iniuſti:& committentes ſtupra fiunt incontinentes,ergo irrationabile eſt dicere, ꝙ quis velit iniuſta facere,& tamen quòd nolit eſſe iniuſtus, aut velit ſtupra facere,& nolit eſſe incontinens : ergo ſequitur,quòd non ſola inclinatione,ſed voluntate noſtra fiunt in nobis habitus mali, quibus homo eſt malus.

Vnusquisque nõ, eo malo

Sed dices:Si habitus mali ſubiacent volũtati noſtræ quãtum ad generationem, quia, ſcilicet ſi volumus, per bonas operationes generatur bonus habitus, & per malas malus: nunquid quantùm ad corruptionẽ malus habitus ſubiacet voluntati noſtræ,ita, ſcilicet quòd quandocunque volumꝰ deſiſtimus eſſe mali,& reuertimur ad bonum habitum. *habitꝰ rectꝰ re ī bonum.*

Reſpondet Ariſt.quòd non:& declaratur duplici exẽplo. primò quia ſicut ille,qui eſt ſanus poteſt quando vult fieri æger,putà vtendo ſuperfluo aut nociuo cibo,nõ tamen facꝰ æger poteſt quando vult redire ad ſanitatẽ:ſicut proiiciens lapidẽ eſt in poteſtate ſua proiicere & non proiicere eum,cum autem manu emiſerit,non eſt in poteſtate ſua reuocare eũ ad manum:ſic à principio eſt in poteſtate hominis fieri vel nõ fieri iniuſtꝰ,aut incontinens,ſed factus iniuſtus non poteſt quando voluerit fieri iuſtꝰ,ſed longo exercitio,& magno conatu relinquet habitum malũ. Patet igitur quòd habitus vitioſus non eſt in poteſtate noſtra quò ad eius corruptionem.

Tertiò probatur ꝓpoſitũ ſuprà, ſcilicet quòd mali habitus animæ ſunt voluntarij,& nõ ſolùm ex naturali inclinatione.Nã ſicut quidã defectꝰ corporales ſunt voluntarij, ſic & defectus animæ,qui ſunt habitus vitioſi.

Corporis defectus non omnes à natura, ſed ex nobis aliqui.

Quòd autẽ aliq̃ defectus corporales ſint voluntarij patet,q̃a ſi omnes eſſent naturales,putà cæcitas,ſurditas,claudicatio à natiuitate,nullus ꝓpter eos increparetur.Nullus enim inquit Ariſt.im,ꝓperat cęco natura,vel ex infirmitate, vel ex plaga,ſed magis miſerebitur. Nunc autẽ videmꝰ aliquos increpari propter defectꝰ corporales, putà ſi quis ex nimia vini potatione efficitur cæcus,aut ex incuria efficit turpis,ergo conſtat quòd aliq̃ defectus corporis ſubiacent voluntati,noſtræ. Eadem ratione & multo magis habitus mali,qui magis dehoneſtant hominem quàm defectus corporis.

Secundum autẽ motiuum,quod ſuprà declarauimus,remouet Ariſt.,ꝓbando duo.primò quòd phantaſia, qua aliquid reputatur bonũ,aut malũ eſt in poteſtate noſtra,cuius contrarium tenuit prędicta opinio.ſecundo ,ꝓbando,quòd deſiderium finis non ineſt nobis ex ſola naturali inclinatione.

Iudicium hominis ſequitur animi habitus, & inclinationem naturalem quandoque.

Primum ſic ,ꝓbatur ex intentione Ariſto.Phantaſia, qua quis extimat aliquid eſſe bonũ,aut malũ, ſequitur habitũ, quẽ acquiſiuit.nã ſi acquiſiuit bonũ habitũ,q̃ eſt habitꝰ virtutis,apparet ſibi & extimat id ꝙ verè eſt bonũ eſſe bonum & id ꝙ verè eſt malum eſſe malum , ita quod non decipitur:ſicut non decipitur in viſione colorum habens oculum ſanum,& ſufficienter illuminatum.Si autem acquiſiuit malum habitum apparet ſibi vnum ,ꝓ altero, & quod eſt honũ extimat malum,& econuerſo:ſicut habens oculũ aſperſum humore extraneè iudicat vnum coloré pro alio.Sed vt probatum eſt ſuprà tam habitus bonus quàm malus eſt in poteſtate noſtra : ergo & phantaſia ſiue apparitio boni & mali. Hinc prouenit illud principium:Qualis vnuſquiſque eſt ſcilicet,ſecundum habitum,taliter iudicat.

Pro euidentia huius rationis aduerte,quòd phantaſia & extimatio boni & mali poteſt cauſari non ſolum ex habitu morali acquiſito,ſiue bono, ſiue malo,ſed etiam ex inclinatione & impulſu paſsionis,vt mercatori exiſtenti in naui tẽpore tempeſtatis paſsione timoris impellente extimat bonum eſſe proiicere merces in mari, licet autem phãtaſia boni aut mali cauſata ex habitu ſit voluntaria,non tamen quę cauſatur ex impulſione paſsionis, quoniam illi motus ſunt naturales.

Secundum autem probat Ariſtot. remouendo quandam falſam reſponſionem. Poſſet enim prædicta opinio dicere, quòd nullus eſt ſibiipſi cauſa quòd malè agat,ſed cauſa malè agendi eſt ignorantia finis,ſcilicet inquantum extimat actione ſua conſequi aliquod optimum, quod tamen non eſt optimum ſed malum. Quod autem deſideret homo debitũ finem & verè bonum in actione ſua,hoc non ſubeſt voluntati hominis operantis,ſed id ſibi prouenit à natiuitate ſua, eò ꝙ à natiuitate ſortitus eſt bonam diſpoſitionem interioris viſus id eſt cognitionis,qua rectè iudicat de bono & malo,& qua deſiderat id quod eſt bonum ſecundũ veritatẽ. Et ſic ſequitur ꝙ quicquid operatur homo ſiue in bonum ſiue in malum,non operatur voluntariè,ſed quia ſic natus eſt.

Sed hanc reſponſionem vt falſam reprobat Ariſt.ex ſuppoſitione,quam faciebat dicta opinio.Dictũ eſt enim ſuprà quòd ipſi tenebant virtutem eſſe voluntariam,non autẽ vitium : vnde dicebant,ꝙ nullus nolẽs fit beatus,& nullus volens fit miſer.Ex hac autem ſuppoſitione ſic arguitur.Si deſiderium finis,propter quem homo operatur,ineſt ei à natura,& non ex voluntate,ſequitur,ꝙ non magis ſit voluntaria virtus quàm vitiũ ei oppoſitum: cuius contrariũ tenet opi-

nio

nio prędicta conſequentia patet, quia eadem rō eſt ꝙ vtrique, ſcilicet virtuoſo & vitioſo inſit vel non inſit deſideriū finis à natura, ſicut enim fin prędictā opinionem virtuoſus inclinatur nā ad bonum, ſic vitioſus ad malum. Prętereà, operationes, per quas gñrantur in nobis virtutes & vitia, ſunt in poteſtate hominis, aliter, vt dictū eſt ſuprà nec operatio bona mereretur laudē, nec mala pœnā: ergo & deſiderium finis, ꝓpter quem operatur homo, eſt in poteſtate ſua: & nō ineſt ei à natura, ita ꝙ poteſt homo ſua libertate non obſtāte quacūq; inclinatiōe, quā ſortitus ſit à natiuitate ſua ex corporibus cœleſtib. conſtituere ſibi finem tam bonum quàm malum, licet apparens bonū & ad illum operari. Nā licet ex impreſsione cœleſtium corporum cauſari poſsit in corpore humano aliqua diſpoſitio, ex qua inclinatur appetitus ſenſitiuus, in qua ſunt paſsiones, & qui eſt organicus, tñ ex ea nō habet homo ꝙ iudicet aliquid eſſe bonū ſimpℓr & verè, ſicut habet ex habitu virtutis. Virtuoſus em̄ benè & rectè iudicat oīa, ſicut dictum eſt ſuprà de habente guſtū ſanum, ſed habet ad extimandum aliqđ eſſe bonum vt nunc, prout paſsio impellit: qua ceſſante, non apparebit amplius bonum. Et idem dicendum eſt de inclinatione, quæ accidit ex cōplexione corporis, vt ꝙ cholericus inclinatur ad irā, phlegmaticus ad pigritiem, ſanguineus ad iocos. Nūc verò nō agitur de iudicio, quo iudicatur aliqd eſſe bonū ex paſsione, quia voluntas ex ſua libertate pōt illud reſpuere, ſed de iudicio, quo iudicatur aliquid eſſe bonum ex habitu virtutis, & tale iudiciū ſicut & virtus eſt voluntarium. Et deſiderium finis qđ ſequitur tale iudicium nō ineſt homini à natura, id eſt nō ab inclinatione cauſata ex corpore cœleſti, nec cauſata ex cōplexione, ſed ex voluntate mota ex habitu virtutis, qui motus eſt fin rectam rōnem, in qua, vt ſic, nō poteſt eſſe error. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS ſuper tertium librum Ethicorum, in quatuor capita diuiſus.

De fortitudine.

POſtquàm cōplenit Ari. conſiderationē cōmunem eorum, quæ ſubhac ſcientia continentur, incipit ad ſpecialem cōſiderationem deſcēdere iuxta ordinē, quem prēmiſit in libro ſecundo, vbi enarrauit ordine ſuo numerum virtutū moralium, & ſuorum oppoſitorum, & paſsionum laudabilium, excepta, iuſtitia & prudentia, de quibus acturi ſumus in libro quinto & ſexto. Et qm̄ prima virtus regulatiua paſsionum, quę ſunt in iraſcibili, quæ ſunt timor, & audacia, poſita & nominata eſt fortitudo: ideo de ea in primis agendū eſt. Pro cuius reſoluta euidentia formabimus pñtem tractatum, in quo complectemur quæcunq; docuit in tertio libro Ethicorum de fortitudine. Et diſtinguemus ipſum in quatuor capita.

In primo agendum eſt de mā ſiue obiecto, circa qđ verſatur vera & propria fortitudo, vt eſt virtus moralis.

In ſecundo agendum eſt de proprio actu verę fortitudinis: & de actibus vitiorum, quæ opponuntur fortitudini.

In tertio tractandū eſt de fortitudine non vera, habente tamen aliquam ſimilitudinem cum vera fortitudine.

In quarto agendum eſt de ꝓprietatib. veræ fortitudinis.

CAPVT I.

Circa quas paſsiones ſit virtus fortitudinis.

3. Ethic. Cap. 6.

IN primo capite videndum eſt circa quę conſiſtit vera fortitudo. Et tria agenda ſunt. Primò declarādum circa quas paſsiones appetitus ſenſitiui regulandas ponitur virtus hęc & quæ ſunt obiecta talium paſsionum. Secundò videndum eſt circa quæ mala non eſt propriè fortitudo. Tertiò circa quæ propriè conſiſtit.

Quantùm ad primum aduerte ex intentione Ari. ꝙ vera fortitudo inuenta eſt ad regulandum fin rationem paſsionē timoris & audacię, quæ ſunt paſsiones appetitus iraſcibilis. Nam vera fortitudo importat animi firmitatem, per quam fit homo immobilis & conſtans: circa non timere pericula, & aggredi vt oportet. Obiecta autem harum paſsionum ſunt diſcrimina terribilia: nam ea, quæ vnus per timorem refugit, alter ꝓ audaciam aggredit. Terribilia autē abſolutè & vniuerſaliter loquendo ſunt mala & nociua: nā bona, vt bona, nō timētur, ſed deſiderant: & ideo nullum bonum vt bonū eſt terribile, id eſt, inducens terrorem, ſed gaudium. Et quoniā mala timentur, ideo rationabiliter Philoſophi diffiniunt timorē dicentes, ꝙ timor eſt expectatio mali. Sed aduerte quòd expectatio ſumitur cōmuniter & ꝓpriè. Cōmuniter quidem ſumitur ꝓ quolibet motu appetitus in aliquod futurum, ſiue ſit bonum, ſiue malum. Propriè autem ſumitur ꝓ motu appetitus in bonum futurum. In prædicta diffinitione ſumitur expectatio in primo ſenſu & nō in ſecundo: nā ſicut ſpes non eſt niſi reſpectu boni futuri, ſic nec expectatio ꝓpriè dicta. Timor igitur eſt ꝓpriè circa mala, vt timemus inquit Ariſtot. infamiā, inopiam, inimicitiam, mortem. Patet igitur circa quas paſsiones eſt fortitudo: & circa quæ verſantur illæ paſsiones: quoniam circa terribilia, quæ ſunt mala & nociua.

Irraſcibilis paſsiones, cuius obiecta ſunt terribilia mala. Timor quid

Quātum ad ſecundum aduerte, quòd fortitudo non eſt circa timores omnium malorum. Et primò non eſt circa timorem infamiæ, vt ſcilicet dicatur fortis, q non timet infamari. Nam fortitudo ꝓpriè eſt circa illa mala, propter quæ laudatur, ſi ea non timet. Sed ſi quis nō timet infamari non laudatur: imò laudatur ſi timet. Nam, vt dicit Ariſtot. q timet infamiam dicitur decens & verecundus, q non timet dicitur inuerecundus. Igitur circa non timere huiuſmodi mala, non eſt fortitudo, imò eſt vituperabile.

Secundò non eſt circa timorem inopiæ, aut ægritudinis. Nam fortitudo ꝓpriè eſt circa timores malorum, quæ ſunt in poteſtate noſtra: quæ ſcilicet poſſumus ſuſtinere, ſi volumus, & vitare ſi volumus: aliter act⁹ fortitudinis non eſſet voluntarius, nec dignus laude. Sed inopia & ægritudines non ſunt in poteſtate noſtra, ꝓcedūt enim nō ex voluntate, ſed ex defectu naturæ aut ex mala fortuna, cuius non ſum⁹ domini: ergo, vt inquit Ariſtot. non opottet inopiā timere, nec ægritudinem. Nā fruſtrà homo timet quæ non ſunt in poteſtate ſua: & quæ vitare non poteſt. Tu tamen aduerte, quòd talia debet homo timere, ne ex ſui cauſa procedant, putà ne inopia ſibi eueniat, q ꝓdigus eſt in reb⁹ ſuis, aut ægritudo, q vtitur ſuperfluo cibo, aut labore: talis enim timor vtilis eſt ad hæc vitanda, ſi autē nō dat cauſam timere non debet, quia timor ille vanus erit. Non igitur circa huiuſmodi mala non timenda eſt vera fortitudo. Qui tamē huiuſmodi mala non timet, licet non ſit fortis ꝓpriè dict⁹, dicitur tamen impauidus.

Fortitudo non eſt circa timorem infamiæ, inopiæ, vel ægritudinis, vel perſonalium malorum.

Tertiò non eſt circa timorem malorum ꝑſonalium, puta circa iniurias, aut flagella, aut ignominias, q̄ poſsūt patri, aut vxori aut filiis inferri, vt ſcilicet dicat̄ homo fortis, q̄ non timet ea. Nā ſicut diximus de infamia, huiuſmodi mala ſunt timenda & debet homo conari ne eueniant. Si igitur timere illa eſt laudabile, & non timere eſt vituperabile, nō poteſt dici fortis, qui nō timet ea, ſed vt diximus ſuprà extimandus eſt inuerecundus & impudens.

Pro eo ꝙ dictum eſt quòd homo timere debet infamiā & mala ꝑſonalia, vt iniuriam ſui aut vxoris, aut filiorū, aduerte quòd vt dicit D. Linconienſis, malam opinionē timere oportet & cauere quātum valemus, quia ſi de nobis habeatur, minus vtiles erimus reipublicæ. Nunquā tamen vir fortis ꝓ euitanda opinione mala de ſe, deſeret bonum virtutis, aut committet malum vitij quod eſt malum culpę. In huiuſmodi igitur timore mediū eſt obſeruandum, ne ſcilicet adeo timeamus ea, quòd committamus peccatum, aut omittamus bonū neceſſarium. Mala autem pœnæ, quæ proximos nō ſcandalizant, nō oportet timere: nec vir fortis timeat ea, modò non det occaſionem quòd eueniant, qualia ſunt mala naturæ aut fortunę, vt inopia, infirmitas, mors, &c. Patet igitur circa quæ mala non eſt fortitudo.

Quantum ad tertium aduerte, quòd fortitudo ꝓpriè eſt circa timorem mortis negatiuè, vt dicatur fortis, q mortem non timet. Nam fortitudo eſt circa maxime terribilia. Nullus enim magis ſuſtinet picula quam fortis. Terribiliſſimum autem eſt mors, quoniam eſt terminus prę ſentis vitæ, & nullum bonum ſiue malum ſpectans ad prę ſentem vitam videtur ſupereſſe mortuo: qui enim vitam perdit, omnia bona præſentis vitæ pdit. Et ideo naturaliter eſt homini terribiliſsima mors, & propterea fortitudo propriè verſatur circa timorem mortis negatiuè.

Fortitudo eſt circa timorem mortis, non cuiuſuis, ſed quam voluntariè in bello iuſto ſubſtinent homines ꝓ optimo bono

Sed aduerte ex intentione Ariſtotelis quòd non eſt circa timorem mortis, quam quis ſuſtinere poteſt pro quocunque negotio, putà in mari, in palæſtra, in ægritudine, in itinere: ſed quam homo non timet exponens

Fortitudo eſt circa timores & audacias, quæ ſunt

se pro optimis rebus,pro bono virtutis,pro diuino honore pro conseruanda,aut defendenda patria.Et qm̃ apud Philosophum moralé optimũ & maximum est exponere se morti in bello,quod geritur iustè contra opprimentes,aut diripientes patriam,ideo qui mortem sustinet in tali bello dicit fortis.Quod dupliciter ꝓbat Ari.primò quia mors in bello est in maximo piculo:de facili enim illic interficitur homo, & est in optimo periculo,quia homo in bello,quod geritur pro defensione patriæ, exponit se morti propter bonum publicum,quod est optimum & diuinum, vt dictum est in libro primo.

Mortẽ sustinens in iusto bello & pro patria fortis est.

Secundò,quia fortiter se habentes in bello honorantur tã in ciuitatibus,in quibus plures dominantur;quam in monarchiis,in quibus soli reges habent auctoritatem & dominium.nam fortiter dimicantibus in bello & dum viuunt, & post mortem publici fiunt honores,vt tituli,& imagines,& dies festi,& ludi.Cùm igitur honor sit prẽmium virtutis,sequitur ꝙ virtus,quę est fortitudo, sit circa pericula mortis in bello,in viriliter sustinendo pro optimo bono , quod est bonum publicum.

Patet igit̃ ꝙ fortitudo est principaliter circa timoré mortis frænandum,quã quis sustinet:& cui se exponit pro bono virtutis & optimo.Ex quo sequitur correlariè, vt dicit Ari. ꝙ si quis ꝑstanter sustinet mortem,ex qua nullum optimum bonũ sequit̃,nõ dr̃ ꝓpriè fortis,sed impauidus:vt infirmus, qui scit se morituũ,& cõstanter mortem expectat:& mercator in tẽpestate maris constitutus, desperãs posse viuere. Et nautæ,qui tñ sperãt posse vitare morté ꝓpter experientiam nauigandi.Oẽs isti si morté non timent dicũtur impauidi , non tñ fortes virtute fortitudinis,qm̃ illa requirit,ꝙ homo nõ solũ nõ timeat mortem,sed ꝙ aggrediat maxima pericula,ex quorũ sustinẽtia sequatur aliquod optimum & laudabile bonum,& in exemplum apud posteros.Sed in sustinenda morte in mari,aut in ægritudine,nullum horũ sequitur.Neque enim voluntariè se exponunt gr̃a virtutis in tali casu ad mortem,sed quia vitare nõ possunt : ideo tales mortes nõ sunt laudabiles,ergo circa talia nõ dicet̃ homo fortis,sed impauidus. Põt aũt tã virtuosus quàm vitiosus esse impauidus.Solus aũt bonus põt esse fortis fortitudine. proprie dicta:quæ est virt⁹.Hęc de primo capite dicta sint.

Impau dum & fortè esse nonidẽ sunt.

CAPVT II.

De terribilium variis generibus,& de fortitudinis extremis.

3. Ethic. Cap.7.

IN secũdo capite agendũ est de actu proprio quẽ facit vir fortis:& de actu proprio,quẽ facit vir audax, & timidus qui opponunt̃ viro forti;& vitiosi virtuoso:audax quidẽ ꝑ excessum;timidus aũt per defectum.Et in hoc capite quinque agẽda sunt.Primò,quia actus fortitudinis sicut & fortitudo est circa res terribiles;quę homini naturaliter incutiũ timoré, iõ prius distinguendum est de terribili;vt sciamus assignare debitas circunstantias actui fortitudinis.Secundò declarabit̃ qs sit actus fortitudinis , vt est virtus, & medietas inter duo extrema vitiosa. Tertiò declarabit̃ qui sint actus vitiorum oppositorũ fortitudini per excessum & defectum.Quartò declarabitur,qũo se habent vitia opposita fortitudini,& ipsa fortitudo ad spem & desperationem. Quintò declarabitur,qũo cõparatur fortis ad audacem,& ad eum,qui sustinet mortem,vt vitet molestias.

Terribilium varia sunt genera.

Quãtũ ad primũ aduerte,ꝙ terribile est multiplex.quoddam est supra hominem,id est,excedens facultatẽ humanã, eò ꝙ nulla via põt ei resistere,vt fulgur,terræ motus,innũdatio maris.Et hmõi sunt terribilia & timent̃ ab omni habẽti intellectum, & vtenti rõne. Quoddam est ſn hominem, quia non excedit facultatem eius in resistendo,sicut valid⁹ exercitus,obuiare vrso,vel leoni.Et hoc subdiuitur:qm̃ aliquod est magis terribile,aliquod minus, aliquod est terribile vni,quod non alteri:vt canis latrans est terribilis puero, & non viro.Et ex hominib.quædam sunt terribilia vni,quędam alij.Nam auaro obiectio pecuniæ est terribilis & maximè ꝓtristatiua,libidinoso terribilia sunt impedientia voluptates suas:& maximè amanti pñtem vitam mors est terribilissima.Aliqñ etiam quod in se non est terribile apprehẽditur vt terribile:sicut melãcholicus imaginatur multa terribilia,quæ tñ non sunt,vt ꝙ multi insidientur vitæ suæ,qui fortè non cogitant de eo.Circa omnes differentias terribilium,quas dixim⁹,aliter se habet fortis,aliter qui nõ habet virtutem fortitudinis.Nam fortis timet quidem terribilia, quæ sunt supra hominem,& quæ secundum hominem : sed propter timorem talium non adeò expauescit,quòd fiat stupidus,sed timet vt oportet,& ratio iudicat timendum.Qui autem non habet virtutem fortitudinis , timet fine debitis circunstantiis,ideo peccat.

Et aduerte,vt dicit domin⁹ Linconiensis,ꝙ terribilia ſn hominem sunt priuationes eorum,quæ homo humano affectu desiderat.Sed aliter apud studiosum,& aliter apud vitiosum.Nam studioso non sunt terribilia nisi priuationes & corruptiones virtutum , ac bonarum operationum. vnde pro conseruanda virtute,parat se studiosus ad tolerantiam omnium malorum ſn hominem. Vitioso autem terribilia sunt voluptatum & aliorum quę ex concupiscibili diligit corruptiones & absentiæ : quæ tñ homini secundum ꝙ homo nec studioso sunt terribilia,imò nec sua opposita sunt studioso iocunda.Non enim studiosus concupiscentijs irretitur.

Quantùm ad ſm aduerte ex intentione Ari.ꝙ actus fortitudinis est audere,timere,sustinere terribilia,quæ oportet, vt oportet,& ꝓpter bonum finem. Nam fortis patitur per timoré,operatur per audaciam ſn ꝙ decet & ratio dictat: sed qui timet,audet,& sustinet vt oportet , & gratia cuius oportet,patitur per timorem,operatur per audaciam ſn ꝙ decet,& ratio dictat:ergo hic est actus veræ fortitudinis,vt est medietas inter timores & audacias. Dicitur aũt cuius gratia oportet:qm̃ fortis gratia boni operatur:si enim propter malum operaretur fortis non esset bonus,nec studios⁹. Cùm igitur omnis actus fiat secundum conuenientiam habitus,à quo procedit:& habitus fortitudinis sit bonus,eius actus debet esse bonus:bonitas autem & malitia actus sumitur maximè à fine.Cuius enim finis bonus est,ipsum quo que bonum est,& cuius finis malus , ipsum quoque malum: vt igitur actus fortitudinis sit bonus,debet fieri cuius gratia oportet,id est,propter bonum,& laudabilem finem. Vñ adulter sustinens laborem & periculum vitæ propter adulterium,non est fortis.

Actus fortitudinis quid sit.

Adulter sustinens labores & vitæ periculum, nõ est fortis.

Quantùm ad tertiũ aduerte, ꝙ tria sunt vitia opposita veræ fortitudini,primum dr̃ impauiditas,secundum audacia siue animositas,tertium timiditas.Ab impauiditate dicitur impauidus actus huius est nihil timere,siue terribile sit supra hominem,siue secundum hominem. Sed id non contingit nisi in insano, vel in aliquo non habente sensum doloris.& quoniam id raro inuenitur,ideo hoc vitium est innominatum,vt diximus etiam in secundo libro.Sunt tamen gẽtes,quæ nominantur celtę,de quibus dicitur,quòd nihil timent,nec etiam quę sunt supra hominem , vt terræmotum, grandinem,inundationem. Ab audacia siue animositate dicitur audax : cuius actus est magis aggredi pericula quã oportet.Audaci similatur superb⁹, qui est fictor fortitudinis: & non est verè audax,nec fortis.Nam audax & fortis realiter aggrediuntur pericula, sed superbus nõ curat aggredi, sed curat videri & extimari audax & fortis sermone exaltatiuo,cùm tamen non sit. Cuius signum est , ꝙ superbus,vbi non videt periculum,imitatur opera fortis & audacis:vnde multi q̃ vidẽtur audaces & fortes pro veritate sunt timidi. Audent enim in paruis periculis,& subtrahũt se in magnis. A timiditate dicitur timorosus,vel pauidus:cuius actus est timere magis q̃ oportet & audere minus q̃ oportet : magis tamen vituperabilis est,eò ꝙ nimis timet quam ꝙ minus audet : quia in tristitiis superabundans est magis manifestus.

Tria sunt vitia fortitudini opposita. Impauiditas. Audacia. & Timiditas.

Celta populi nihil timent.

Quãtùm ad quartũ aduerte,ꝙ audacia est causa spei, & timor desperationis,ex consequenti audax bene sperat, timidus autem desperat. Ratio autem ꝓpter quã audacia est causa spei,& timor desperationis est hęc: Obiectũ audacię & timoris est malum, & obiectum spei ac desperationis est bonum, vt declarauimus in libro secũdo tract.secundo, Et appetitus per se tendit in bonũ, ꝑ accidens autem tendit in malum ratione boni adiuncti.Et similiter appetitus ꝑ se refugit malũ,& ꝑ accidens refugit bonũ ratione mali adiuncti:id aũt,quod est ꝑ se,est causa illius, quod est ꝑ accidẽs. Et ideo spes,cuius obiectum per se est bonum,est causa audacię,quę tendit in malũ,id est,in periculũ,vt cõsequatur bonum adiũctũ periculo. Timor aũt,q̃ per se refugit malũ, est causa desperationis : qua recedit à bono,quod est adiunctũ malo siue periculo. verbi gratia. In mari cecidit massa auri,nauta audax scit non posse rehaberi aurum,nisi descẽdatur in profundũ maris , apprehendit periculum submersionis : & quoniam sperat consequi aurum exponit se periculo.Oppositum facit nauta timidus:ideo relinquit aurum desperans posse consequi aurum,quin demergatur. Est igitur audax sperans,sed magis quàm oportet.Timidus autem omnino desperans,fortis verò sperans,vt decens est.

Audacia causat spem. timor verò desperationem. Fortitudo verò eandẽ causat vt decet.

Quantum

Fortis ad audacem quomodo comparetur.

Quantùm ad quintum aduerte, q̃ fortes & audaces in hoc differũt, quòd audaces p̃uolant, id eſt citò & ardenter feſtinant ad picula: quia mouentur ex impetu paſsionis p̃ter rõnem. Sed conſtituti & conducti in periculis quærunt retrocedere, quia motus paſsionis præcedentis vincit ab imminente difficultate: fortes autem conducti in periculis ſunt acuti & firmi, & antequam ad periculum deueniãt ſunt quieti, & bene conſiderantes, quia non agunt, nec aggrediuntur periculum ex impetu paſsionis, ſed firma deliberatione rationis.

Fortis autem, & ille, qui mortem ſuſtinet, id eſt ſe interficit vel ab alio petit interfici, vt vitet huius vitę moleſtias, putà inopiam, vel infamiam, vel quia conſequi non poteſt quod deſiderat, vt auarus, aut amator libidinoſus, vel vt ſeruitutem effugiat in hoc differunt: q̃ fortis ſuſtinet mortem ꝓpter bonum honeſtum, quod eſt bonum virtutis. Ille autẽ non ſuſtinet mortem ꝓpter bonum honeſtum, ſed aut ꝓpter concupiſcentiam, aut quia nimis bona corporis, aut fortunę amat. Ideo ille non eſt dicendus fortis, ſed timidus q̃ fugere laborioſa & contriſtatiua ad animi molliciem ſpectat: mollicies autem animi ad timidum pertinet, ſicut firmitas & conſtantia animi ad fortem. Non igitur talis erit fortis, ſed timidus.

Et tu aduerte hic, vt dicit D. Linconienſis, q̃ quidam ſeipſos occidunt, ne patiantur inopiam: magis eligentes mori quàm inopiam ſuſtinere, & quidam ꝓpter concupiſcentiam, quia nõ poſſunt pati viuere ſeparati à perſona amata, ſicut legitur apud Poëtas de multis mulierib. ſed, vt bñ inquit D. Linconienſis non eſt opus fortitudinis eligere mortem, nec procurare vt quęcunque tranſitoria pœna vitetur. Sed ad fortitudinem ſpectat mortẽ aſſumere, vt melius bonum ex morte ꝓueniat quã ſit hæc p̃ſens vita: & vniuerſaliter quęcunq; pœnę ſunt ſuſtinẽdę, qñ ex eis proueniũt maiora bona, quàm ſint bona, quibus priuatur ſuſtinens pœnas. Et de his latius loquemur Deo annuente, qñ ordinabimus ſcientiam moralem Chriſtianam. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quinque ſpecies non verę Fortitudinis ponuntur.

Ex 3. tertio Ethicorum. Cap. 8.

IN tertio capite agendũ eſt de fortitudine apparente, non tñ vera, licet à multis extimetur vera propter ſimilitudinem, quam habet ad veram. Aduerte igitur ſm Ariſtot. quòd quinque ſunt modi ſiue ſpecies fortitudinis apparentis, ſed non verę. Prima eſt ciuilis, ſiue politica. Secunda eſt militaris, quæ prouenit ex experientia. Tertia eſt propter furorẽ, vel iram. Quarta eſt propter ſpem victorię. Quinta eſt propter ignorantiam diſcriminis. De omnib⁹ igitur ordine ſuo agendum eſt.

Ciuilis fortitudinis tres gradus.

Quantũ ad primam quæ dr̃ ciuilis, aduerte ſm Ari. quòd eius tres ſunt gradus. Primus eſt, quia quidam ex ciuib. ſuſtinent & aggrediuntur pericula ꝓpter honores ꝯſequendos & vitandas increpationes. Nam ſm legum decreta, fortes honorantur, & timidi vilificantur. Et hac de cauſa in politiis, ſm quas honorantur fortes, & increpantur timidi, inueniri ſolent viri ſtrenui & fortiſsimi. Quod per exempla declarat Ariſt. ſumpta ex Homero: nã Homerus ex parte Troianorum inducit Hectorem ſic dicentem, Polidamas mihi primum redargutiones reponet, ſcilicet ſi non fortiter dimicatus fuero: Diomedes autem ex parte Grẽcorum ſic inquit, Hector enim aliquando in Troianis concionans dicet, Tydes, id eſt, Diomedes, ſic denominatus à patre, autem à me, ſcilicet fugit & victus eſt.

Aſsimilatur autẽ maximè hęc fortitudo ciuilis verę fortitudini, quia ciuilis eſt propter verecundiam vitãdam, quæ eſt de turpi, vt dicemus in quarto libro & eſt ꝓpter honorẽ conſequendum, qui eſt teſtimonium virtutis & honeſtatis. Quia igitur honor eſt propinquus bono honeſto, & vitupe rium turpi inhoneſto, ideo fortitudo ciuilis propinquat verę fortitudini, quę intendit bonum honeſtum, & fugit turpe inhoneſtum: eſt igitur ei maximè ſimilis.

2. gradus.

Secundus gradus eſt propter timorem pœnæ comminatæ. Quidã eñ aggrediuntur pericula, quia ſuperiores cogunt eos cõminando niſi aggrediantur, vel ſi fugã arripuẽrint: Et exemplum accipit Ari. ex Homero introducente Hectorem comminantem Troianis, ſic dicentem, Quem ego ſine bello timentem intelligam, non ſibi ſufficiens erit fugere canes, id eſt, tradam eum lacerandum canibus. Et hæc fortitudo ex timore pœnæ deterior & imperfectior eſt, quàm fortitudo ciuilis, quia hæc eſt propter minus malum vitandum, & minus bonum conſequendum. Nam hoc qui eſt propinquior virtuti eſt magis bonum & dignior laude quàm vitatio pœnæ. Et malum inhoneſtum, quod eſt malum opprobrij deterius, & virtuperabili⁹ eſt quàm malum pœnæ. Sapiens enim libentius ſuſtinet pœnam quam vituperationem. Cùm igitur ſit imperfectior quàm ciuilis, ex conſequenti eſt minus ſimilis veræ fortitudini quàm ciuilis.

3. gradus.

Tertius gradus, q̃ parum diſtat à ſecundo, eſt ex coactione ſuperiorum, & poſitione impedimenti, ne cùm quis aggreſſus fuerit periculum, fugere valeat. Et exemplum ponit Ariſtot. de ſuperioribus & ducib⁹, qui poſt terga pugnãtiũ ordinant obſtacula, puta parietes aut foueas, ne fugam arripiãt: ita quòd coacti ſunt pugnare, aut occumbere. Sed nullus talium eſt verè fortis: quia fortis non aggreditur periculũ coactus, ſed voluntariè ex deliberatione rationis, & propter bonum honeſtum.

Militaris fortitudo q̃ ſit.

Quantum ad ſecundam, quæ dicitur fortitudo militaris propter experientiam, aduerte quòd milites diù exercitati in peritia pugnandi, & qui ſæpè in conflictu fuere efficiũtur animoſi: & nõ timent primo aſpectu pericula perſuaſi longa experientia artis militaris. Scientia enim experimẽtalis multum cõfert fortitudini & aliis virtutib⁹: vnde Socrates extimauit fortitudinem eſſe ſcientiam.

Sed hæc fortitudo eſt min⁹ ſimilis veræ fortitudini quã fortitudo ciuilis. Nam qui eſt fortis vera fortitudine magis timet turpitudinem, id eſt, confuſionem quàm mortem, & fortis ciuilis eodem modo timet: præponit enim mortem confuſioni, eligens magis glorioſè mori quàm turpiter viuere. fortes autem fortitudine militari magis timent mortẽ quàm confuſionem. Cuius ſignum eſt, q̃ milites tandiu fortiter perſiſtunt in pugna, q̃diu vident periculum non immi nere. Verùm quamprimum periculũ excedit peritiam quam habent in armis: & quando nõ ſunt in tanta multitudine, aut non habent talia munimenta, quibus confidant, ſtatim timidi efficiuntur, & fugam parant. Sed fortes ciuiliter pſiſtunt in periculis & moriuntur, ſicut accidit in Hermeone: vbi fugientibus militibus, ciues in pugna perſtiterunt, magis eligentes mori quàm turpi fuga vitam ſeruare. Milites autem non ſic, ſed primò audacter pugnæ ſe exponebant extimantes ſe meliores ac potentiores. Sed vt comprehenderunt hoſtes potentiores terga dederunt magis timentes mortem q̃, turpem fugam. Quia igitur ciuilis agit vt verus fortis, ideo fortitudo ciuilis ſimilior eſt veræ fortitudini quã fortitudo militaris: Licet neutra ſit vera fortitudo, vt declaratũ eſt.

Fortitudo ex animi furore, & impetu iræ.

Quantùm ad tertiam, quę dicitur fortitudo propter irã, aut furorem, aduerte q̃ vulgariter furioſi reputantur fortes: furentes enim ex ira videntur fortes, vt feræ immanes, quæ furia agitatæ irruunt, vulnerant, occidunt homines. Extimantur autem fortes, quoniam furor cum fortitudine q̃dam ſimilitudinem habet. Nam ſicut fortis maxima animi virtute in pericula tendit: ſic furor magno impetu in pericula impellit, furor enim eſt impetuoſiſsimus, vt ignis, in periculis miniſtrans fortitudinem, & conſtantiam. Et propterea Homerus ſic decantat, Virtutem immitte furori, & per virtem furorem erige. Et iterum dicit: Et aufferam per ſingulas nares virtutem emittebat: virtutem, id eſt furorem, qui ex nimia calefactione cordis & inflammatione cogit homi nem cum impetu reſpirare, adeò quòd ex impetu furoris & irę ebullit ſanguis per nares: ideo inquit Homerus, & ebulliuit ſanguis. In his verbis intendit Homerus declarare, vt inquit Ariſto. furoris erectionem & impetum, id eſt q̃ furor erectus facit impetum ad actum fortitudinis, qui eſt aggredi terribilia.

Fortes ex furore fortes verè nõ ſunt ſed feris aſsimilantur.

Sed hæc fortitudo differt à vera fortitudine, quoniam illa aggreditur pericula propter bonum virtutis, hæc autẽ propter dolorem aut triſtitiam illatam, quam quærit vindicare: vnde fortes per furorem aſsimilantur feris, quę ſentiẽtes dolores aut vulneratę, aut timentes vulnerari verſę in furorem aggrediuntur homines: quod non facerent exiſtẽtes in ſylua aut in palude, quoniam nõ eſſent prouocatæ ex iniuria, vel dolore. Et propterea, ſicut illę non ſunt dicendę fortes, ſed furioſę, ſic nec iſti agitati furore, quoniam nõ agunt ex electione, ſed paſsione irę incitante. Et ſicut aggredientes pericula ex furore non ſunt fortes, ſic nec ſuſtinentes triſtia propter concupiſcentiam veneream: aut ꝓpter cibum, ſicut adulter & guloſus, qui magnis periculis ſe exponunt propter concupiſcentiam dicendi ſint fortes, aliter & aſini eſſent fortes, qui non poſſunt remoueri à pabulo etiam propter verbera. Tu tamen aduerte, quòd inter omnes

forti

fortitudines apparentes,quæ ſunt propter paſsiones,fortitudo ꝓpter iram & furorem eſt connaturaliſsimæ veræ fortitudini.nam,ſi agens per furorem,præaccipiat electionem & debitum finem,cuius gratia agat,erit verus fortis. Tunc em̃ ira & furor deſeruient actui verę fortitudinis,ſi aũt nõ præaccipit electionem,& debitum finem nõ poteſt dici verus fortis,poteſt tamen dici pugnax,vel pugnator.

Et his qui agunt ira aut furore duo accidunt,ſcilicet dolor,& delectatio.dolor quidem & triſtitia de malo recepto & non vindicato.Delectatio autem,quando propulſauerit, vel vindictam fecerit.Vnde dicit Ariſt.Homines quidé irati dolent,punientes autem delectantur.

Fortitudo ex ſpe victoriæ.

Quantum ad quartam,quę dr̃ fortitudo ꝓpter ſpem victorię,aduerte,ꝙ ſicut multi operantur fortiter agitati ira, & furore,ſic & multi viriliter agũt & pugnant propter ſpẽ victoriæ,quæ prouenit ex eo ꝙ multoties pugnarunt & victores fuerunt.& hac experientia excitati confidunt in periculis: fortiter agunt ſpe conſequendæ victoriæ, vt aliàs pluries conſecuti ſunt.

Sed hęc fortitudo,licet conueniat cum vera fortitudine in hoc,ꝙ tamen fortis fm̃ ſpem, qua verus fortis audacter aggreditur pericula,tñ dupliciter differt.Primò,quia verus fortis aggreditur pericula ex electione,& ꝓpter bonũ virtutis:fortis autem ꝓpter ſpem victoriæ nõ alia rõne aggreditur periculum,quàm ſpe vincendi.Secundò differt, quia fortis ꝓpter ſpem eſt bene ſperans,& in periculis perſiſtẽs donec percipiatur periculum victoriæ,& tunc ſi timeat vincivel præuideat non poſſe vinci,non perſiſtit in periculis, ſed fugam quærit:vnde aſsimilatur ebriis,qui multiplicatis ſpiritib⁹ propter vinum,efficiuntur bonæ ſpei.Sed quando eis non euenit,vt ſperant,fugiunt:ſed verè fortes, qñ pericula eis imminent fm̃ hominem, non fugiunt, ſed ſuſtinent propter bonum virtutis & ad vitandum confuſionem. Patet igitur,quòd fortis ſecundum ſpem non eſt verè fortis.

Ex hoc autem ꝙ fortis fm̃ inclinationem habitus fortitudinis,ſuſtinet pericula ſequitur corollariè,vt dicit Ari.ꝙ ille eſt fortior,qui in repentinis & improuiſis periculis non timet,nec perturbatur,quàm ille qui præuiſa & iam ſibi manifeſta pericula ſuſtinet. Magis enim vr̃ operari ex habitu inquantum minus ſe prꝑauerit ad talia ſuſtinenda. Quæ enim ſunt iam manifeſta mala poteſt quis eligere per deliberationem rationis,etiam ꝺ inclinationem habitus, vel paſsionis.Nulla eſt enim adeo vehemẽs inclinatio habitus,aut paſsionis, cui rõ per deliberationem non poſsit reſiſtere: dummodo homini remaneat vſus rationis,per quem poteſt in oppoſita.Sed in repentinis homo non poteſt deliberare, propterea vr̃ operari ex ſola inclinatione habitus fortitudinis:ideo aggrediens repentina pericula vr̃ fortior ex vera fortitudine,quàm qui aggreditur iam præuiſa & deliberata:licet vterque poſsit eſſe verè fortis.

Fortitudo ex ignorantia.

Quantùm ad quintam,quę dr̃ fortitudo per ignorantiã, aduerte ꝙ aliqui ignorantes rem aliquam eſſe periculoſam audacter aggrediuntur extimantes in ea non eſſe periculũ: & ex eo ꝙ audacter aggrediuntur dicuntur eſſe fortes, eo ꝙ faciunt talem actum,qualem agit vir fortis, & aſsimilantur his,qui videntur fortes ꝓpter ſpem victorię.Sunt tamẽ deteriores & minus digni vocari fortes quã illi.Fortes em̃ propter ſpem victorię,ſcientes aggrediuntur pericula:ſciẽtia autem dignitatem includit,ideo propter aliquam dignitatem dicuntur fortes,qm̃ propter ſcientiam periculi. Iſti autem ex defectu ſcię periculi aggrediuntur pericula:defectus autem ſcientię nullam dignitatem , imò indignitatem includit:ergo minus digni ſunt vocari fortes quam illi.Præterea,aggredientes pericula ſcientes ꝓpter ſpem victoriæ ꝑ aliquod tps perſiſtunt in periculis,donec, ſcilicet aduertunt nõ poſſe vincere.Aggredientes aũt pericula per ignorantiam,ſtatim ꝙ aduertunt illic eſſe periculũ, vt canes fugiunt:ergo minus digni ſunt nomine foritudinis quàm fortes ꝓpter ſpem.Quòd autem differãt à vero forti patet,qm̃ verus fortis ex ſcientia ex deliberatione rõnis,ex electione ex debito fine,ſcilicet ꝓpter bonum virtutis aggreditur periculum:quæ oĩa deficiunt forti per ignorantiam:ergo, &c. Patent igitur quinq; modi non veræ,ſed apparentis fortitudinis.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De Fortitudinis veræ proprietatibus.

3. Ethic. Cap. 9.

IN quarto capite agendum eſt de proprietatib.veræ fortitudinis,& quatuor agenda ſunt.Primo qũo ſe habet circa timores & audacias.Secundò qũo ſe habet circa triſtitias,id eſt,contriſtatiua.Tertiò qũo ſe habet circa delectationem.Quartò qũo prædictæ proprietates excluduntur à fortitudine militari.

Fortitudo magis eſt circa timores, quàm circa audacias.

Quantùm ad primum aduerte ꝙ licet vera fortitudo ſit circa timores & audacias,tñ eſt magis circa timores, quoniam magis laudatur fortis in eo ꝙ bene ſe habet circa terribilia,quàm circa audacias. Nam qui in terribilibus non perturbatur,nec tantùm extimeſcit,quòd diffugiat terribilia,quando oportet, magis commendatur de fortitudine, quàm qui bene ſe habet circa audacias. Et ratio huius eſt: quia timor incutitur homini ab aliquo fortiori vel extimato fortiori contra ipſum inſurgente.Audacia autem conſurgit in homine ex eo,ꝙ extimat inſurgentem , aut minorem, aut ęqualem. Difficilius autem eſt ſtare contra fortiorem quàm contra æqualem,aut minorem:quando autem in actu virtuoſo eſt maior difficultas,eſt maior laus : quoniam , vt dictum eſt in libro ſecundo,virtus eſt circa difficile : ergo, &c.

Fortitudo magis eſt circa ſuſtinendum malum illatum,quã circa non timendum futurum.

Quantùm ad fm̃ aduerte,ꝙ licet fortis non habeat timere pericula,& terribilia quãdo oportet, & habeat ſuſtinere triſtia,id eſt,contriſtatiua illata,vt verbera,vulnera, carcerem,exilium deprędationem,tñ magis laudatur in ferendo contriſtatiua illata,quàm in non timẽdo pericula imminentia,& ratio huius eſt:quia virtus laudatur circa magis difficile.Magis autem difficile eſt ſuſtinere præſentia contriſtatiua illata,quàm non timere pericula futura,quia antequã eueniant eſt aliqua ſpes euadendi,& ideo maior laus eſt illic,Vnde ſicut difficilius eſt triſtitia ſuſtinere quàm à delectationibus abſtinere, ſic difficilius eſt triſtia ſuſtinere; quàm terribilia futura non timere. Fortitudo ergo magis verſatur in ferendo , vt oportet, malum illatum,quàm non timere futurum.

Fortis parũ efficitur delectatione.

Quantùm ad tertium aduerte,ꝙ licet fortis in ſuſtinendo contriſtatiua habeat triſtitiam moderatam,tñ habeat aliquã delectationem admixtam. Nam omnis virtuoſus amat finem,propter quem agit,quod eſt bonum virtutis:ex amore autem prouenit delectatio,vnde dictum eſt in primo libro,ꝙ vnumquodque amatum eſt delectabile amanti. Cum igitur fortis ſit virtuoſus,conſequens eſt vt delectetur fine propter quem ſuſtinet contriſtatiua, & ſic habet triſtitiam & delectationem admixtam.

Tu tamen aduerte quòd huiuſmodi delectationem non multum percipit fortis dum actu ſuſtinet doloroſa:ſicut em̃ athleta dum eſt in agone,& ſuſtinet doloroſa,vt percuſſiones & vulnera,licet delectetur fine propter quem ſuſtinet,ſcilicet corona,aut brauio & honore, tamen non multum hmõi delectationem percipit,propter dolorem, quem ſentit ex percuſsione, aut vulnere,aut labore.Et qui hoc negat,negat athletas habere carnem ſenſibilem : & quoniam multa ſunt doloroſa,quę ſuſtinent,paruum autem eſt bonũ pro quo agonizant,ideo videtur athletis exiſtentibus in agone nullam habere delectationem, abſorbetur enim parua delectatio à multis triſtitiis : ſic accidit forti dum actu ſuſtinet doloroſa:ergo licet aliquam habeat delectationem non tamen multum percipit eam,circundatus multis afflictiuis.

Labor & delectatio virtutem ſequuntur.

Aduerte iterum,vt dicit dominus Linconienſis, ꝙ operationes viri fortis,in ſe quidem laborioſæ ſunt,& quãtum ſit ex natura earum,multas inferunt triſtitias , ipſe tñ amor virtutis,propter quem fortis operatur, & ſimiliter omnis ſtudioſus facit omnes operationes ſuas leues,omnes labores,ac triſtitias dulces,ex conſequenti delectabiles:quoniã omne amatum,vt amatum,leue,dulce,ſuaue,& delectabile eſt,& in ſtudioſo delectatio nata ex amore , finit triſtitiam, laborem,& dolorem , quæ annexa ſunt operationi virtuoſę:ſicut enim rubigo conſequitur ferrum,ſic labor opus virtutis.

Et quoniam,vt probatum eſt,vir fortis in ſuſtinendo triſtia dolet ꝓpter carnem ſenſibilem,& gaudet propter finẽ, ita ꝙ finis cauſat gaudium,media ad finem fortitudinis inferunt triſtitiam:ideo excluditur ſententia Stoicorum,qui dicunt in ſtudioſo non cadere triſtitiam, & contra eos ex intentione Ari.ponitur hæc concluſio:

Quò quis in virtute ꝑfectior eſt, eò magis triſtatur de morte ſibi per vim illata.

Quanto magis quis eſt perfectior in virtute & felicior, tãto magis triſtatur de morte ſibi illata:& ꝓbatur ſic. Duo ſunt,quæ augent triſtitiam homini in amiſsione alicuius boni:primò,quando priuatur bono, quo eſt dignus. ſecundò, qñ priuatur magno bono,& ſi eſt maximum maximè triſtat: ſed vtrunq; accidit virtuoſo,& quãto eſt virtuoſior tanto magis

magis accedit. Virtuosus enim est maximè dignus vita: qm̃ & sibi & alijs vtilis est. Item per mortem priuatur maximis bonis, scienter, scilicet optima vita & actionibus virtutum quò ad vsum præsentis vitæ: ergo, &c.

Sed aduerte, vt inquit Bea. Thom. exponens, ꝙ aliquibus virtuosis fit mors de siderabilis propter fidem, & spem beatitudinis perpetuæ post mortem. Sed Stoici non loquebantur de statu alterius, sed præsentis vitæ. Neque ad Aris. spectat loqui in Ethicis de pertinentib. ad alteram vitam, vt diximus in primo libro.

Virtus fortitudinis non minuitur, sed augetur ex tristitia.

Sed dices, vtrum minuatur fortitudo ex eo ꝙ vir fortis tristatur morte sibi illata in bello facto pro defensione patriæ, vel alia causa honesta, putà pro seruanda iustitia, aut lege, aut religione.

Respondetur ex intẽtione Ari. ꝙ non; imò augetur, nam bonum, quod fortis eligit in sustinenda morte in bello, aut alia iusta cã, maius est quàm bona quæ moriendo amittit. Considerat enim ꝙ mors est ex necessitate materiæ, & cõsiderat ꝙ sustinet mortem non sua culpa, sed innocenter, ꝓpter bonum cõe & diuinum, quod melius est quàm bonũ priuatũ, vt est sua vita, vt dictum est in primo libro. Et ideo non minuitur ex tristitia virtus veræ fortitudinis, sed augetur.

Et si dicas, Cùm omnis virtuosus delectetur opere virtutis, vt dictum est paulò antè, qũo augetur fortitudo ex tristitia? Videtur enim esse oppositum.

Ad hoc dicitur, vt inquit Arist. ꝙ in omnibus virtutibus non existit delectabiliter operari, nisi vt attingit finem: & ideo non est necesse fortem in sustinenda morte lætari, nisi ratione finis: quia scilicet acquirit bonũ virtutis ab eo desideratum & amatum.

Quantũ ad quartum aduerte ꝙ non est necesse tres proprietates prædictas veræ fortitudinis inueniri in fortitudine militari, nam cõtingit inueniri optimos milites, qui nomine sunt tales quales descripsimus esse viros fortes vera fortitudine: imò milites, qui sunt magis remoti à vera fortitudine sunt meliores in pugnãdo, nullũ aliud bonum tꝑale habentes nisi ꝓ quanto vitam sustentant. Tales eñ pro paruo lucro acquirẽdo, quo vitã sustineant audacter exponũt se quocunq; piculo vsq; ad mortem: vnde vitam discrimini expositam quodammodo commutant in paruo lucro stipẽdiorum & prędarum, & depopulationum. Hęc de fortitudine dicta sint. De qua ex intentione Arist. talẽ formamus descriptionem,

Fortitudo quid.

Fortitudo est virtus medio modo se habens, prout recta rõ dictat inter timores & audacias propter bonum honestum: quod quanto magis cõmune est tanto diuinius est. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Tractatus secundi, Finis.

TRACTATVS TERTIVS in tertium librum Ethicorum, in tria capita diuisus.

De temperantia.

EXpedita consideratione de fortitudine tractãdum est de scda in ordine iuxta numerũ positum in libro secundo: cuius considerationem resolutè restringemus in hoc tertio tractatu, quẽ ex intẽtione Ari. diuidimus in tria capita.

In primo agendum est de materia, circa quam regulandam versatur hæc virtus, quæ dicitur temperantia.

In secundo agendum est de actibus temperãtię & vitiorum ei oppositorum.

In tertio fiet comparatio temperantiæ ad timiditatem, & ad vitia puerorum.

CAPVT I.

Circa quas delectationes virtus temperantiæ & intemperantiæ sit, ostenditur.

3. Ethic. Cap. 10.

IN primo capite declarãdum est circa quæ versatur tẽperantia, & vitium ei oppositum, id est, in tẽperantia. Et ibi agenda sunt tria. Primò declarandũ, ꝙ versantur circa delectationes & tristitias, quæ sunt passiones in cõcupiscibili, vt declaratum est in libro secundo. Secundò distinguendũ est de delectatione, vt videamus circa quas nõ est temperãtia. Tertiò declarandum est, circa quas est temperantia & intemperantia.

Temperantia est magis circa delectationes, quã circa tristitias.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ Ari. non probat, sed ponit vt manifestum & vniuersaliter concessum, ꝙ temperantia ponit circa delectationes, quæ ꝓueniunt ex prẽsentia & cõiunctione delectabilium: nam delectabile vnitum & possessum à delectante causat in eo delectationem, & est circa tristitias, quæ ꝓueniunt ex absentia, aut ex ablatione delectabilis à delectante. Licet aũt sit circa vtrunq;, est tñ magis circa delectationes: quia efficacius agit aliquid per præsentiam, quã per absentiam. Delectabile autẽ delectat per prẽsentiam, & tristitiam infert per absentiam: & ideo temperantia magis intendit frænare & regulare delectationes quàm tristitias. Et qm̃ intemperantia opponitur temperantiæ oppositione ☉ria, ideo versatur circa delectationes & tristitias sicut & temperantia. Contraria enim ex libro decimo Metaphysicæ habet fieri circa idem.

Delectationum duo genera.

Quantum ad secundum aduerte ex intentione Aristo. ꝙ delectationes duplices sunt, quædam animales, quædã corporales. Animales quidem sunt, quę consequũtur operationẽm virtutis interioris, corpore nihil patiente, sed magis mente, vt delectationes, quæ proueniunt ex amore honoris aut disciplinæ, vel quæ prouenit ex auditu, aut narratione fabularum, vel quæ prouenit ex cumulatione pecuniæ, & aliorum bonorum fortunæ. Vnusquisq, enim delectatur in eo, in quo intendit, & quod amat: vnde amator honoris, aut sciç, aut fabularum, aut bonorum fortunæ delectatur in eis. Corporales autem delectationes sunt quæ consequuntur operationem sensus exterioris, cum passione & alteratione corporis, & maximè sensus tactus, vt dicemus infrà.

Tẽperantia & intemperantia non versantur, circa delectationes animales.

Posita hac distinctione Probatur ex intentione Ari. ꝙ tẽperantia non est circa delectationes animales, nam propter illas non dr̃ homo temperatus, vel intemperatus: ergo circa eas non est temperantia. Consequentia patet, & probatur antecedens inductiuè sic: Tria sunt delectabilia, quæ ingerunt nobis delectationes animales, scilicet amor honoris, & scientiæ, amor audiendi & narrandi fabulosa, amor possidendi & congregandi bona fortunæ: sed propter primum non dr̃ homo temperatus, vel intemperatus, qm̃ delectationes, propter quas frenandas est inuenta temperantia, habẽt aliquam turpitudinem annexam, vt dicem⁹, sed delectationes prouenientes ex amore honoris, aut scientiæ non habẽt annexam turpitũdinem, imò honestatem & nobilitatem: ergo, &c. Nec ꝓpter ſm dr̃ homo temperatus, aut intemperatus, sed garrulus & vanus: vnde dicit Arist. Amatores fabularum & narratores de contingentib. id est de his, quæ dietim accidũt, quos nos dicimus portatores nouorum, ☉hentes dies, id est consumentes dies vitę suę in hmõi nouis & fabulis, garrulos dicimus, non aũt intemperatos. Nec propter tertium, nam delectationes, quæ prouenium ex acquisitione bonorum fortunæ, aut amicorum, & tristitiæ, q̃ prouenium ex amissione prędictorum non habent turpitudinem annexam: ergo non possunt dici intemperati, possunt tñ dici vitiosi, quia delectantur fortè ſm appetitum deordinatũ. Patet igitur ꝙ circa delectationes animales non est temperantia, nec vitium ei oppositum.

Quantũ ad tertiũ aduerte ꝙ ex sufficienti diuisione constare potest temperantiam & intemperantiam esse circa delectationes corporales, quę scilicet ꝓueniunt ex operatiõe conuenienti sensuum exteriorũ. Omnis eñ sensus exterior delectatur ꝓpria operatione facta circa proportionatum obiectum: vt delectatur visus visione debiti lucidi, aut debiti colorati. Et auditus in audiendo consonantias, & odoratus in odorando suaues odores.

Tẽperantia & intemperantia proprie nõ sunt circa delectationes sensuũ auditus, visus, & odoratus, nisi ꝑaccidens, sed circa delectationes gustus & tactus, magis tamẽ circa delectationes tactꝰ.

Sed aduerte ex intentione Ari. ꝙ temperantia & suũ oppositum, non sunt circa delectationes oĩum sensuum exteriorum: nam non sunt circa delectationes visus, audit⁹ nec odoratus, nisi ſm accidens, cuius ratio est, quia vt iam diximus, propter delectationes, circa quas est temperantia & suum oppositum, dr̃ homo temperatus vel intemperat⁹. sed propter delectationes horum trium sensuum non dr̃ quis temperatus, vel intemperatus. Qui enim, inquit Ari. gaudẽt his quæ per visum, putà colorib. figura, aut scriptura, neque temperati neque intemperati dicuntur, quamuis videantur aliquando delectari ex visu plus quàm oportet & minus, & modo conuenienti. Similiter & circa delectationes auditus non dr̃ quis temperatus, nec intemperatus, etiam ꝙ plus gaudent quàm oportet melodiis, id est vocibus humanis consonantibus, & alijs instrumentis musicalibus. Simile est de delectationibus odoratus, nam vt inquit Ari. gaudentes malorum, aut rosarum, aut thymiamatum odoribus nõ dicimus intemperatos: sed magis eos, qui vnguentorum aut pulmentorum. Gaudent enim his intemperati, qui & gulosi dicun-

dicuntur,quoniam ꝓpter hoc rememoratio fit eis concupiſcibilũ. Videbit autem vtique & aliquis alios, quando eſuriunt gaudere ciborum odoribus.

Tu tamẽ aduerte quòd licet in homine non ſit tẽperantia aut ſuum oppoſitum ꝓpter viſum,aut auditum,aut odoratum,eſt tamẽ in eo ſolo delectatio ſecũdũ dictos ſenſus. Nã in alijs animalibus nõ eſt huiuſmodi delectatio,quoniã vt inquit Ariſt. odoribus leporum canes nõ gaudẽt,ſed cibatione: licet ꝑ odorem ſentiant leporem.Neque leo voce bouis gaudet,ſed cibo & comeſtione quoniam autem propriè & ꝑ vocẽ ſentit,& hac gaudere videtur,ſimiliter autem neq; leo vidẽs ceruam aut capram ſylueſtrem gaudet, ſed quoniã cibum hebebit quare,&c.Patet ergo quòd licet inſit homini delectatio ex viſo & ex auditu & ex odoratu,q̃ non ineſt aliis animalibus niſi ꝑ accidens,id eſt,ratione comeſtionis.tamen ſecundũ tales delectationes non attenditur temperantia,nec ſuum oppoſitum.

Pro euidentia eius q̃ dictum eſt quod circa delectationes viſus,auditus,odorat⁹ non eſt temperantia,& tamẽ vt dicit Ari.cõtingit in his delectari magis & min⁹ & vt oportet ex conſequẽti vitioſẽ & virtuoſe.aduerte quod tẽperãtia & ſuum oppoſitum dupliciter ſumunt̃,ſcilicet communiter & ꝓpriè.Temperantia communiter dicta eſt circa omnes delectationes ſenſibiles:& quoniã in quolibet quiq; ſenſuum exteriorum eſt delectatio ſenſibiles,ideo nõ incõuenit inuenirí temperantiam & ſuum oppoſitũ communiter dicta in quolibet ſenſu exteriori.& deſcribẽt ſic: Tẽperantia cõiter dicta eſt medietas circa delectationes ſenſibiles.Intemperantia autem cõiter dicta eſt extremum ſiue in plus,ſiue in minus circa ꝓdictas delectationes. Temperantia autem propriè dicta & ſuum oppoſitum eſt ſolum circa delectationes ſenſus guſtus & tactus; vt dicemus infrà. Quando autem Ariſto.negauit à viſu & auditu & odoratu temperantiam intendit de ꝓpriè dicta:& de ea ſola pertractat hic:fortè extimans,q̃ ex cognitione temperantiæ propriè dictę de facili cognoſcetur temperantia cõiter dicta.

Viſo q̃ temperantia & ſuum oppoſitum non ſunt circa delectationes viſus,auditus & odoratus,probandum eſt,q̃ ſunt circa delectationes guſtus & tactus.Et arguitur ſic ex intentione Ari.Cũ temperantia & ſuum oppoſitum ſint circa delectationes corporales, q̃ fiunt ꝑ ſenſus exteriores,& non ſint circa delectationes auditus, viſus & odoratus:reliquum eſt,vt ſint circa delectationes guſtus & tactus,q̃ ſunt ſenſus,in quibus maximè cõicamus cum beſtijs.Et ꝓpterea hmõdi delectationes videntur eſſe beſtiales & ſeruiles magis quàm humanæ:quia id,in quo cõicamus cum beſtijs, eſt ſeruile in nobis,& naturaliter rationi ſubiectum.

Tu tamen aduerte,q̃ licet ſint circa delectationes guſt⁹ & tactus, magis tñ tactus quàm guſtus. Nam intemperati magis delectantur tactu quam guſtu:quod ꝓbatur rõne & ſigno.Ratione quidem ſic, Delectatio guſt⁹ eſt in iudicãdo de ſaporib.ſicut faciunt qui vina probant,aut pulmenta cõdiunt tenentes vinum ſuper linguam, aut particulam pulmenti,vt iudicent qualitatem vini,an dulce, an auſterũ, an potens,an debile:& ſimiliter de pulmento an ſit debitè conditũ,& bñ ſaporoſum.Delectatio aũt tactus eſt in vſu horũ delectabiliũ,putà comedere pulmentũ ſaporoſum, bibere vinum pretioſum,vti Venere.Sed longè maior eſt delectatio in vſu prædictorum,qui fit ſm tactum, quàm in guſtando tantum:ergo patet quòd tẽperantia & ſuum oppoſitum magis inſiſtunt circa delectationes tactus quàm guſtus. Signo idem patet:nam,vt dicit Ariſt.quidam Philoxenus Erichius pultiuorax orauit deos,guttur eius fieri longius gutture gruis : quia magis delectabatur tactu cibi in gutture, quàm ſapore in lingua. Cùm igitur iſte eſſet intemperat⁹, patet quòd magis quærebat delectationem in tactu quàm in guſtu.

Notaexemplum exorãtis deos pro ventre.

Intemperantia maximè homines dedecet.

Cùm igitur temperantia & intemperantia ſint maximè circa ſenſum tactus,qui ex ſecundo de Anima eſt communiſſimus inter oẽs ſenſus,eo q̃ in eo cõicant omnia animalia,patet q̃ intemperantia eſt vitium merito reprobabile: qm̃ non eſt in homine ſecũdum aliquid quod ſit proprium homini, ſed ſm quòd homo eſt animal. Delectari autem in his & diligere tales voluptates tactus,vt maxima bona, eſt beſtiale & ideo intemperantia eſt vitium habens multam turpitudinem,quoniam per illud homo fit ſimilis beſtię, & redditur infamis.

Tu tamen aduerte ex intentione Ariſt.non eſſe temperãtiam & ſuum oppoſitum circa oẽs delectationes tactus.Nã cùm tactus ſit diffuſus per omnes partes corporis.Circa aliquas partes poſſunt eſſe delectationes liberaliſsimę & honeſtæ,quæ ſunt appropriatæ hominib⁹ & factæ ſunt ſm rõnem,vt quæ fiunt in exercitatione ludorum, in quibus homines inunguntur & calefiunt. Circa autem aliquas partes fiunt delectationes inhoneſtæ & obſcœnæ,vt in vſu ciborũ & venereorum.Et circa has frænandas,ꝓpriè ponitur temperantia:& per ſuum oppoſitum ſunt ſine frẽno.Intemperatus enim vt beſtia in his inuoluitur.Patet igitur circa quæ verſatur temperantia & ſuum oppoſitum, quoniam circa delectationes corporales,quæ ſunt in ſenſu guſtus & tact⁹ non ſm omnes partes corporis,ſed ſecundum aliquas:quas nec Ariſt.hic nominat propter honeſtatem.

Pro euidentia dictorum aduerte,q̃ temperantia ſicut & aliæ virtutes morales cardinales continet ſub ſe plures ſpecies ſiue modos : nam temperantia quæ eſt frænatiua delectationum in cibo,dr̃ abſtinentia:& quę in potu dicitur ſobrietas,& quæ in vſu venereorum,caſtitas.Et quæ in amplexibus & oſculis, quæ ordinantur ad venerea dicitur pudicitia.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Abſtinẽtia Sobrietas Caſtitas, Pudicitia,partes ſunt temperantiæ.

CAPVT II.

De actu temperantiæ, & ſuorum appoſitorum vitiorum ex varijs concupiſcentiarum ſpeciebus diſſerit.

3. Ethic. Cap. 11.

IN ſecundo capite agendum de actu temperãtiæ,& vitiorum ei oppoſitorum: & hic quatuor agenda. Primò qũo committitur actus intemperantiæ circa concupiſcentias & delectationes tactus in excedendo.Secundò qũo committitur circa triſtitias. Tertiò qũo committitur actus extremi oppoſiti in deficiendo.Quartò quomodo ſe habet temperatus circa prædictas concupiſcentias, & delectationes & triſtitias.

Quantùm ad primum aduerte ex intentione Ariſ.q̃ concupiſcentię & delectationes tactus,circa quas eſt intemperantia,præcipuè in vſu ciborũ & potus,ſunt in duplici differentia:quædam enim ſunt cões,& quædam propriæ.Communes quidem ſunt concupiſcentiæ naturales,id eſt,concupiſcentiæ cibi & potus in cõi : & dicuntur naturales, quia in ſunt omni homini,nam omnis homo vt ſubueniat indigentiæ naturæ concupiſcit alimentũ,& potum,ſicut & Homerus dicit,q̃ omnis homo tam iuuenis quàm adoleſcens concupiſcit lectum, in quo requieſcat. Propriæ autem ſunt circa ea,quæ non oẽs homines concupiſcunt,putà non omnes homines concupiſcunt talem vel talem cibum,putà carnes vituli,aut perdicis,ſed diuerſi diuerſos:aut ex electione,q̃a extimant tales cibos & non tales cõuenientes ſtatui ſuo:aut ex conſuetudine,aut ex cõplexione.Ex his enim ꝓueniunt diuerſi diuerſorum ciborum appetitus:ita q̃ videntur procedere ex voluntate noſtra,licet poſsit eſſe inclinatio ex diuerſa complexione.

Non omnis delectatio cibi & potus conſtituit intemperatum ſed propria delectationes.

Facta hac diſtinctione aduerte, q̃ ex intentione Ariſt. q̃ in concupiſcentijs naturalib.pauci inueniuntur intemperati,nec poſſunt peccare niſi vno mõ : nam in concupiſcendo alimentum pro indigentia naturæ,vt ſic,homo non peccat, quia eſt ſibi naturale,peccat autem ſi plus ſumit quàm natura indigeat. Naturalis enim concupiſcentia cibi non plus concupiſcit quã ſit indigentia:& ſi plus cõcupiſcit fit innaturalis, & homo plus ſumens peccat.Et qui tales ſunt dicũtur caſtrimargij.Et hmõi ſunt multum beſtiales quia non videntur aliud curare:quã ventri & gulę deſeruire ſine rõne, vt beſtiæ.In concupiſcentijs autem proprijs cibi & potus multi & multipliciter peccant,eò q̃ gaudent cibis, in quibus non oportet,aut ſi oportet non tamen vt oportet : quia fortè magis gaudent quam deceat,vt qui magis concupiſcunt & delectantur cibis delicatis,quàm deceat ſtatũ ſuũ, aut ſit conueniens naturę,ętati,exercitio, complexioni, & in his concupiſcentijs propriis innumerabiles ſunt intemperati & reprehenſibiles,ſicut & alij exceſſus:vt dictum eſt in ſecundo libro.

Caſtrimargij.

Quantùm ad ſecundum aduerte,q̃ circa triſtitias,quæ opponuntur delectationibus,verſatur temperantia & intẽperantia,& fortitudo,vt dictum eſt in tractatu præcedenti ſed diuerſa ratione.Nam fortitudo eſt circa triſtitias in ſuſtinendo:dictum eſt enim in tractatu præcedenti, q̃ fortis laudatur ex eo q̃ ſuſtinet triſtitias & afflictiones , vt oportet. Timidus autem vituperatur , quia non ſuſtineat eas vt oporteret.Sed temperãtia eſt circa triſtitias negatiuè.Laudatur em̃ temperatus ex eo q̃ non triſtatur de abſentia & carentia delectationum,qñ ratio dictat non eſſe triſtandũ. Intemperantia autem eſt oppoſito modo. Nam intemperatus triſtatur & non poteſt pati carere delectationibus guſtus

Temperãtia eſt circa triſtitias negatiuè, intemperantia ex oppoſito modo.

gustus & tactus, etiam quòd ratio dictet non esse tristandũ: ficut gulosus murmurat nisi satisfaciat concupiscentiæ suæ inordinatæ & innaturali. Et quidem, quòd intemperatus tristetur absentia delectabilium suorum, patet ex eo, quòd delectabilia secundum gustum & tactum sunt ab eo maximè desiderata vt sua optima bona, sicut autem res desiderata per sui præsentiam lætificat desiderãtem, sic per absentiam tristitiam inducit.

Intemperati semper in tristitia sũt.

Et aduerte, vt inquit hîc Commentator, quòd Aristol. ex hoc ostẽdit vitam intemperati esse tristissimam, licet videatur versari circa delectabilia, qualia reputantur delicata citharia & venerea. Nam si in concupiscendo tristantur, quia dum concupiscunt non habent quod vellent: & nunquam datur tempus in quo non concupiscant, quia insatiabilis est eorum concupiscentia: ergo semper sunt in tristitia, & ideo insanabile est eorum studium. Quare, &c.

Extremum deficiens tẽperantiæ insensibilitas dici potest.

Quantùm ad tertium aduerte, q̃ sicut plurimi excedunt in delectationib. gustus & tactus, ita aliqui, licet rarissimi, deficiunt: quia de nullo delectari videtur, nec sciunt tristari quocunque modo careant huiusmodi delectabilibus. Nec hoc est laudabile: quoniã delectari non solùm conuenit naturæ humanæ, sed etiã omni animali, vt magis declarabitur in libro octauo. Et ideo si qui tales sunt, vt inquit Arist. longè esse videntur à natura & esse hominum, quasi q̃ sint insensibiles, vt plãtæ: vel supra homines eleuati, vt dij. Verùm quia tales rarissimi inuenti sunt, ideo huic extremo non est nomen impositum, sed potest dici insensibilitas.

Temperãtia effectus.

Quãtùm ad quartum aduerte, q̃ temperatus se habet ad concupiscentias & delectationes & tristitias modo medio, & debita mensura. Nõ enim delectatur his, & his modis, q̃bus intemperatus, imò tristatur si quandoque quid taliũ occurrat, & summariè loquendo, temperatus non delectatur quibus nõ oportet: neq; magis quàm oportet, & sic de aliis circunstantiis decorantibus actum humanum, de quibus locuti sumus suprà. Desiderat autem quæ decent, & vt decẽt. Quæcunque autem delectabilia expediunt ad sanitatẽ, vel ad bonam habitudinem, & quæ reddunt ipsum expeditũ ad bonum operandum, temperatus appetit debita mensura: si autem alia sint delectabilia, quæ non sint necessaria ad sanitatem, aut ad bonam habitudinem corporis, appetit quidẽ, sed trib. seruatis conditionib. Primò quòd non sint impediti ua sanitatis, nec bonæ habitudinis: quales sunt superfluus cibus & potus. Secundò q̃ non sint ꝺ bonum honestum, vt est adulterium. Tertiò q̃ non sint supra substãtiam, id est q̃ nõ excedant statum & facultates appetentis, vt si pauper velit vti sumptuoso habitu & pretioso cibo: & sic patet, quàm rationabiliter se habet temperatus circa cõcupiscentias & delectationes, & tristitias gustus & tactus. Hęc de pręsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Comparantur inuicem timiditas & intemperantia in ratione voluntarij & delectabilis.

Extertio Ethicorum. Capi. 12.

IN tertio capite comparanda est intẽperantia ad timiditatẽ, & ad vitia puerorũ. Quò ad timiditatẽ quidẽ duo videnda sunt, primò quod vitiũ est magis volũtariã, an timiditas, an intẽperantia, secũdò quod ex eis est magis exprobrabile.

Intemperãtia est magis voluntaria, quam timiditas.

Quantùm ad primum aduerte ex intentione Arist. intemperantiam esse magis volũtarium, quàm timiditatem. Nam intemperãtia est circa delectationes, timor autem circa tristitias, sed delectatio est magis voluntabilis, quia est bona, vel apparens bona, & ad eam naturaliter inclinamur, sicut & quodcunque animal. Tristitia autem est mala, vel apparẽs mala, & eam naturaliter fugimus: ergo est minus voluntabilis, ex consequenti timiditas habet minus de volũtario. Præterea: Tristitia stupefacit & alterat timidum, delectatio autem non corrumpit, nec stupefacit intemperatum, imò saluat & lætificat: ergo est magis voluntaria intemperãtia quã timiditas. Est tamen vtraque voluntaria, aliter non essent vitia, nec reprehensibilia.

Tu tamen aduerte q̃ licet vtraque sit voluntaria, non tñ eodem modo: quoniam ea, circa quæ est timiditas, sunt voluntaria siue volita in vniuersali, in particulari autem non. Econtrario est intemperãtia, nam ea delectabilia, circa quæ est, sunt inuoluntaria in vniuersali, & volita in particulari, & declaratur vtrunq; sic, Nam aggredi bellum, circa quod est timiditas, est magis voluntarium quàm aggredi hoc, vel illud bellum, in quo est maius periculum, & potentiores hostes. Hæc enim singularia stupefaciunt timidum & faciũt arma proiicere, & alia deformia facere: propter quod videntur esse violenta. In intemperantia autem est econuersò, nã esse gulosum & adulterum est inuoluntarium. Nullus enim vellet reputari malus & vitiosus, quoniam & à malo virtus laudatur: tamen comedere nunc plusquam oportet, aut quę non oportet, & adulterari nunc cum tali muliere est voluntarium, ita quòd licet intemperato displiceat intemperãtia in vniuersali, non tamen in singulari: & sic patet, quòd voluntarium est contrario modo in timiditate, quàm sit in intemperantia.

Intemperantiæ vitiũ detestabilius est, quàm timiditatis.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd intemperãtia est vitium magis reprehensibile, quàm timiditas: quoniam vitium quantò magis voluntarium tantò magis reprehensibile, probatum est autem intemperantiam esse magis voluntariam: ergo, &c. Præterea facilius est vitare excessum delectationum, quàm periculorũ, circa quæ versatur timiditas. Nam ea, circa quæ est intemperãtia, vt cibus & potus, quotidie nobis occurrunt, & possumus assuefieri in contrariũ: ea autem, circa quę est timiditas, vt actus bellici, nõ ita crebrò nobis occurrunt: ideo non possumus ita assuefieri ad cõtrarium. Cùm igitur sine periculo possimus vitare delectabilia, non autem terribilia, circa quę est timiditas, patet q̃ intemperatus est magis exprobrabilis & infamis, quàm timidus.

Vt pueri pædagogis instruuntur ne in intemperantiæ vitia incidant, ita viros ratione dirigi oportet.

Visa comparatione inter intemperantiam & timiditatẽ, videndum est quomodo se habeat ad peccata puerorũ. Pro quo aduerte ex intentione Aristo. q̃ nomen intemperantiæ transfertur ad peccata puerorum: habent enim quandam similitudinem, quia pueri viuunt secundum concupiscẽtias, vt intemperati, ideo eorum peccata sunt similia, & nomina similia, quod est intelligendum in Grẽco idiomate: vnde oportet puerum castigari & refrẽnari sicut & concupiscentiam: si enim non adsit castigatio concupiscentię, adeò angebitur, quòd rationi dominabitur, & tunc erit homo vt bestia, & sicut si puer insipiens non castigatur, & si permittat agere vt libet magis ac magis crescit insipientia sua, ita q̃ fiet incastigabilis. ita si homo satisfacit concupiscentię suę, magis ac magis crescet concupiscentia, & dominabitur rationi, & prẽcipuè si concupiscentię delectationũ sunt vehementes, & percutiunt cogitationem, ideſt impediunt operationem intellectus. Ex quibus concluditur, q̃ ad bene viuere hominis oportet desideria delectationum esse mensurata, & pauca, & rationi non cõtraria, & quemadmodũ oportet puerum sub pędagogi prẽcepto viuere, ita se habẽt desideria concupiscibilium in viro temperato: quoniam ratio in eo est sicut pędagogus ipsius appetitus delectationum: ideo temperatus appetit eas vt oportet, & quando oportet, & vt ratio ordinat, ac iudicat. Hęc de temperantia & vitiis ei oppositis dicta sint.

Tractatuum in librum tertium Ethicorum, finis.

LIBER QVARTVS Ethicorum,

In nouem Tractatus diuisus.

IVxta ordinem & numerum virtutum moralium, ac passionum laudabilium, vt assignauimus in libro secundo, postquam expediuimus in libro tertio, de fortitudine & temperantia, agendũ est in hoc quarto libro de infra scriptis virtutibus.

De liberalitate, & vitiis oppositis.
De magnificentia, & vitiis oppositis.
De magnanimitate, quę est circa magnos honores, & vitiis oppositis.
De virtute, quæ est cirna mediocres honores, & est innominata, & de eius extremis.
De mansuetudine, & vitiis oppositis.
De affabilitate, & vitiis oppositis.
De veritate, & vitiis oppositis.
De eutrapelia, & vitiis oppositis.
De verecundia, quę licet non sit virtus, est tamen passio laudabilis.

Iuxta igitur numerum præassignatum, formabimus in hoc quarto libro nouem tractatus, in quibus complectemur totam sententiam Aristotę.

TRACTATVS PRIMVS in quatuor capita distinctus.

¶De liberalitate.

IN hoc primo tractatu agendum est de liberalitate & vitiis oppositis, & distinguemus ipsum in quatuor capita.

In primo agendum est de materia, circa quam versantur liberalitas & vitia opposita, & de operationibus suis.

In secundo agendum est de circunstantiis, secundũ quas oportet liberalem dare, & non dare, accipere & non accipere. & de proprietatibus viri liberalis.

In tertio agendum est de prodigalitate.

In quarto agendum est de illiberalitate, id est, auaritia.

CAPVT I.

De liberalitatis materia tam proxima, quàm remota quæ sit: dare item quàm accipere liberalis magis esse ostendit.

Ex 4. Ethi. c. 1.

IN hoc primo capite, agendum est de materia, circa quam versantur liberalitas, & vitia opposita: & de operationibus suis. Et ibi tria agenda sunt, primò est assignanda materia circa quam versantur. secundò numerandæ sunt operationes earũ circa talem materiam. tertiò, quia dare & accipere sunt principales actus in hac virtute, declarandum est ꝙ ad liberalem magis spectat dare quàm accipere.

Liberalitas versatur circa pecunias, & omne æstimabile pecunia.

Quantùm ad primum aduerte ex intentione Arist. quòd liberalitas & sua vitia opposita versanť circa pecunias. Nomine autem pecuniæ intendit Aristo. non solùm numos, sed & omne quod digno & iusto pretio per numum appretiari potest, vt vestis, equus, frumentum, vinum, & breuiter quæcunque in numos & econuersò commutari possunt, appellantur hîc sub nomine pecuniæ. Quod igitur liberalitas circa pecuniam sic acceptam versetur probatur sic. Circa ea versatur liberalitas, circa quæ operando laudatur homo liberalis: sed non laudatur nec dicitur homo liberalis, quia prudenter se habet in rebus bellicis: nec quia temperatè se habet in gustu & tactu, nec quia iustè se habet in iudiciis, sed quia bene & laudabiliter se habet in dando & accipiendo pecuniam, sumendo pecuniam, vt exposuimus: ergo cõstat, ꝙ liberalitatis materia circa quam, est pecunia.

Tu tamen aduerte, ꝙ materia, circa quam liberalitatis & cuiuslibet virtutis moderatiuæ passionum, est duplex, scilicet propinqua & remota. Propinqua quidem sunt ipsæ passiones, quas talis virtus habet regulare. Remota autem sunt obiecta talium passionum. Verbi gratia, In fortitudine materia propinqua sunt timor & audacia. Remota sunt terribilia, vt pericula mortis, vt declaratũ est in tractatu de fortitudine. Similiter in intemperãtia materia propinqua sunt cõcupiscẽtiæ & delectationes in gustu, & tactu. Remota autem sunt cibus & potus & venerea. Eodem modo in liberalitate materia ꝓpinqua est appetit⁹ & amor pecuniæ. In hoc eñ liberalitas est regulatiua. Remota autẽ est ipsa pecunia.

Illiberalitas & prodigalitas extrema vitia liberalitatis sunt circa pecunias.

Quod autem extrema liberalitatis, quæ sunt prodigalitas, & illiberalitas, id est auaritia, sint similiter circa pecuniam, probatur sic: In moralibus mediũ & extrema versanť circa idem, vt patet de fortitudine, de qua dictum est in tractatu de fortitudine, ꝙ fortis & timidus & audax versantur circa terribilia. Sed liberalitas, quæ tenet medium inter prodigum & auarum, versatur circa pecuniam, vt probatũ est: ergo & extrema, quæ sunt prodigalitas & auaritia. Differenter tamen, quoniã auaritia est quæ magis studet in pecunia cumulanda, vel retinenda quàm oportet: prodigalitas autem ecõtrariò: nã prodigalitatẽ attribuimus illis, qui intemperatè viuunt, qui substantiam suam consumunt vt satisfaciant concupiscentiis suis, propter quod prauissimi vidẽtur esse: multa enim simul vitia habent, vt dissipationẽ substantiæ, & & intemperantiam circa libidines. Tu tamen aduerte, ꝙ licet intemperati & voluptuosi ꝓdigẽ viuãt, tñ nõ sunt dicẽdi ꝓpriè prodigi. Nam ꝓdigus est qui tantũ vnam malitiam habet, s. corrumpere & dissipare substantiam suã.

Prodigus quis dicatur

Dicitur enim prodigus quasi perditus, quia perdit seipsum & substantiam suam, per quam se seruare debet. Patet igit, ꝙ & liberalis & ꝓdigus & auarus versantur circa pecuniã: diuersa tñ ratione: quoniam liberalis vt oportet, prodigus minus q̃ oportet, auarus magis quàm oportet.

Prodigus ex intemperantia non est prodigus.

Pro euidentia eius quod dictum est, ꝙ viuens prodigè, quia est intemperatus, non debet dici prodigus: aduerte ꝙ prodigus propriè est ille, qui non alia causa consumit substantiam suam, nisi quia delectatur tali consumptione indebita, sicut auarus delectatur retẽtione indebita. Et ꝓpterea dicit Arist. prodigus enim, qui propter seipsum perditus: vñ si aliquis propter aliam causam, consumit substantiã suam, vt propter delectationes venereas, non est appellandus ꝓdigus, sed incontinens & intemperatus. Virtus enim & vitiũ denominantur à fine. Videmus autem quàmplures auaros & parcissimos, qui nec comedere præsumunt ad sufficientiam, & tamen propter inhonestas voluptates, sua largiter effundunt & consumunt. Hos nullus dicet prodigos, sed incontinentes à fine.

Liberalitatis obꝫ quis.

Quantùm ad operationes aduerte, ꝙ circa pecuniã possumus bene & malè operari, vt patet. Operatio autem circa pecuniam est vsus pecuniæ. Vsus autem non consistit in retentione, vel possessione eius, sed in datione & expensione. Accipere verò & custodire pecuniam est magis possidere quàm vti, & ideo qui non dat & expendit, non vtitur ea, vt oportet: verum, cùm accipere & dare pecunias sint duæ operationes liberalis, magis spectat ad liberalem dare quam accipere: vnde laudatur liberalis ex ipso dare: & nõ ex accipere. Et hoc multipliciter probatur.

Dare magis quam recipere pecunias liberalis est.

Primò, quia magis advirtutem spectat benefacere quàm bene pati, & bona operari quàm turpia non operari. Sed ex hoc ꝙ quis dat de substantia sua, vt & quando & quibus oportet bene operatur: & ex hoc quod accipit vt & quando & à quibus oportet, bene patitur. Accipere enim siue recipere est pati: ergo, &c.

Secundò liberali datur maior laus & gratiarum actio in dando quàm accipiendo pecuniam: ergo magis ad ipsum spectat dare quàm accipere.

Tertiò, Cùm virtus sit circa difficile, & difficilius sit dare quàm accipere propriam substantiam, ideo ad liberalem magis spectat dare quàm accipere.

Quartò, Dicuntur homines liberales magis propter dare quàm propter accipere, vel non accipere: qui enim non accipiunt inordinate nec indebite magis laudantur de iustitia quàm de liberalitate, ergo, &c.

Quintò, Liberalis magis amatur ex eo quod dat quàm ex quod eo accipit. vnde dicit Arist. ꝙ inter virtuosos maximè amantur liberales, quia sunt vtiles: non autem sunt vtiles in accipiendo, sed in tribuendo. Constat ergo, ꝙ in datione magis manifestatur liberalitas quàm in acceptione: & in datione ordinata ac debita debet insistere liberalis.

Tu tamen aduerte, ꝙ cum dicit Arist. liberales inter virtuosos maximè amari, intelligendum est de amicitia fundata super bonum vtile, non autem de fundata super bonũ honestum, quod est bonum virtutis vt dicemus in septimo & octauo libro. Hæc de primo cap.

CAPVT II.

Quatuor liberalis proprietates ostendit.

Ex 4. Ethic. ca. 1. Actus liberalitatis circunstãtia tũ in dando quàm in recipiendo pecunias.

QVantùm ad secundum caput aduerte, ꝙ cùm primus & nobilior actus liberalitatis sit dare, & secũdarius sit recipere, ad hoc ꝙ dare sit actus virtutis debet esse cũ debitis circunstantiis, de quib. suprà locuti sumus: vt ꝙ fiat gratia debiti & boni finis, & quando oportet, & cui oportet, & quantum oportet. Nam si actus humanus careat debitis circunstãtiis, desinit esse actus virtutis, etiam ꝙ sit de genere bonorum. Item debet esse cũ delectatione & libere: nam dictum est supra actum virtutis esse delectabilẽ, & si habet tristitiam admixtam, vt diximus suprà de actu fortitudinis circa terribilia, illa tamen est minor per comparationẽ ad tristitiam eorum, qui sunt in periculis sine virtute fortitudinis. Ex quibus corrolariè sequitur, ꝙ si quis dat propter malum finem, puta propter vanam gloriam, aut concupiscẽtiã: & cui non oportet: & non dat tantum quantum decet secũdum statum suum, aut dat ex tristitia & inuoluntariè, iam non est liberalis. Signum est enim ꝙ magis pecuniam quam actum virtutis amat. Quare, &c.

Quantum ad secundarium actum qui est accipere, aduerte ꝙ in viro liberali debet has conditiones habere, scilicet quòd non accipiat, nec quærat pecuniam, vnde non oportet, id est via indebita, vt rapina, fraude, vsura, inhonestate, tyrannide. Nam si sic accipit, magis extimat & honorat pecuniam quàm bene & virtuosè viuere: ergo non est liberalis, sed raptor vituperabilis.

Item

Item liberalis non debet esse facilis, nec promptus ad petendum & accipiendum beneficia. Nam, vt dictum est, maximè laudatur & amatur liberalis in dando: ergo debet esse promptè datiuus, sed tardè receptiuus: vnde dicit Aristote. Neque erit petitiuus. Non enim est benefaciendum aliis, vt sibi bene fiat faciliter.

Nota.

Item vt liberalis curet accipere non ab aliis, sed à ꝑpriis possessionibus: non quia pecuniam quærat vt per se bonum, sed vt habeat vnde sibi & aliis prouideat. Et ideo non negligit propria bona, sed eorum diligentiam habet, nec dat omnia, quæ habet: sed debitè retinet, & debitè tribuit quando, quibus, loco, tempore debitis.

Tu autem aduerte, ꝙ cùm dicit à propriis possessionib. nomine possessionum intendit quodcunque fundamentum iusti reditus, aut lucri: vt iusta mercatura, laudabilis ars, honestum officium, siue publicum, siue priuatum.

Quantùm ad proprietates liberalis aduerte, ꝙ sunt quatuor. Primò excellit in dando, ita ꝙ sibi minus relinquit, & plus aliis tribuit, non enim sibi soli intendit, sed paucis in seipso cõtentatur. Secundò commendatur liberalis non in absoluta tributione suæ substãtiæ, secundũ suam facultatẽ: quia non est iudicandus quis liberalis ex multitudine aut magnitudine donorum, sed ex voluntate & facultate dãtis: vnde nihil prohibet minora dantem ex minorib. diuitiis liberaliorem esse. Tertiò qui suscipiunt diuitias acquisitas ab aliis, vt filij à parentibus per hæreditatẽ, liberaliores sunt his, qui proprio & longo labore eas acquirunt. Nã illi inexperti sunt indigentiæ, & ideo faciliores sunt in tribuendo. Præterea, Omnes naturaliter diligunt opera sua, vt parẽtes filios, artifex artificiatũ suum, Poëta poëma suum. Diuitiæ autẽ labore acquisitæ sunt opera acquirentis, ideo cariores sibi sunt, & maiori affectu seruãtur: ex consequenti minus liberales existunt. Quartò non est facile liberalẽ ditari, quia non de facili accipit, nec multum custodit, sed potius emittit diuitias: ergo, &c. Præterea, Quòd non de facili ditetur signum sumitur ex hoc: ꝙ vulgares solent accusare fortunam, quæ nõ tribuit diuitias his, qui digni sunt habere illas, scilicet liberalibus: quia si eas haberẽt essent vtiles multis. Sed hęc accusatio vana est: quoniam ꝙ liberales non de facili ditẽtur, non est ex parte fortunæ, sed est ex parte liberalis: qui non multũ curat, nec studet habere diuitias: non enim de facili homo bonum acquirit, de quo non curat. Tu tamen aduerte, vt dicit Arist. ꝙ licet liberalis nõ multũ curet diuitias, tñ non dat quando nõ oportet, nec plus quàm oportet: & sic de alijs circunstantijs, aliter datio sua nõ esset actus virtutis & si sine circũstãtijs cõsumeret sua impediret seipsum ab operatione liberalitatis, quia non haberet vnde daret aliis pro loco & tempore. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Hæreditarij liberaliores sunt quàm patres.

Vanè accusatur à vulgo Fortuna, ꝙ liberalibus minus tribuit.

CAPVT III.

De actu prodigalitatis & auaritiæ, de actu idem prodigi, qui partim liberalis est.

IN tertio capite agendum est de prodigalitate, quæ opponitur liberalitati per excessum, & hic tria agẽda sunt. Primò declarandi sunt actus prodigi. Secũdò comparanda est prodigalitas illiberalitati, id est auaritiæ. Tertiò agendum est de eo, qui partim est prodigus, & partim liberalis.

Ex quarto Ethico. Cap. 1.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ cum prodigalitas opponatur liberalitati, habent actus cõtrarios. Diximus enim ꝙ liberalis dat & accipit pecuniam cum debitis circunstantiis: & hoc tam in magnis quàm in paruis expensis. Prodigus autem in his peccat, quoniam dat & accipit sine debitis circunstantiis. Item si contingat liberalem dare, aut retinere pecuniam nõ debito modo, aut si consumit præter decentiam & rectam rationem, tristatur, tristitia tñ moderata, vt ad virtuosum ꝑtinet: potest etiam contingere, ꝙ quis dãnificabit liberalem in pecunia & substantia sua, & tamen non tristabitur, quia non multum eam appretiatur. Si autem cõtingat liberalem non dare & non consumere pecuniam, vt decet, magis tristatur quàm si consumpserit aliquid, quod consumere non fuit decens. Nam ad ipsum spectat, vt diximus suprà, magis & libentius dare quàm accipere: licet Simonides poëta contrarium arbitratus fuerit. Si autem liberalis dat & accipit vt oportet, & cum aliis circunstantiis, delectatur quoniam actus virtutis delectabilis est, vt dictũ est supra. Sed prodigus neque delectatur in dando & accipiẽdo, vt oportet, neque tristatur vt oportet. Delectatur enim in indebita effusione substãtiæ, & nõ tristatur: nisi incœperit egere. Patet ergo quomodo habet actus ꝺrios liberali.

Liberalis et ꝑdigi actus contrarij sunt.

Quantùm ad secundum aduerte, ꝙ prodigus & illiberalis, id est auarus in duob⁹ cõparabiles sunt, scilicet in superabundantia & defectu, & in quantitate peccati. Quantũ ad superabundantiam & defectum aduerte, quòd vterque excedit & vterque deficit. Excedit quidẽ prodigus in dando, & deficit in accipiendo. Auar⁹ autẽ excedit in accipiendo, & deficit in dando: nisi fortè in quibusdam paruis, de ꝙbus auarus non multum curat, eò quòd in eis non reputat euidens detrimẽtum. Quantùm autem ad quantitatem peccati aduerte ex intentione Aristotel. quòd ꝑdigus est minus malus, quàm auarus, ꝙ manifestatur multipliciter, primò quia ꝑdigus de facili est sanabilis, id est de facili restringit se à superflua expensione, & hoc duobus modis, primò ꝙdem ex ætate, nam quantò quis magis accedit ad senectutẽ, magis inclinatur ad retinendũ sua, & nõ dandum alteri. Et ratio huius est, quia cùm appetantur diuitiæ ꝑpter humanas indigentias, in ea ætate corrigit ꝑdigalitas, in qua homo magis indiget, & fit minus aptus ad acquirendũ: hęc autem est senectus, vt patet. Secũdò ex egestate: nã cùm ꝑdigus multũ det & parũ acquirat, citò diuitiæ suæ diffugiunt. Et aduertẽs paupertatẽ superuenientẽ restringit seipsum ergo de facili sanabilis est. Auarus aũt oppositò modo se habet. Nam in senectute augetur, quoniam, vt dixim⁹ ætas illa est ꝑnior ad retinendum, & accipiendum, & crescit amor pecuniæ in infinitum: ideo auarus in iuuentute, est incurabilis in senectute, & sic ætas eadem curat ꝑdigũ & auarum confirmat in egritudine.

Sicut auar⁹ excedit in recipiendo & deficit in dãdo, ita prodigus excedit in dando, & deficit in recipiendo: est tamen minus malus ꝑdigus quàm auarus.

Iuuenis auarus est incurabilis.

Secundo ꝑdigus de facili potest reduci ad mediũm virtutis nã in vno solo differt à liberali. Dat enim multũ, & parum accipit, sicut & liberalis, sed differt in hoc, quòd non dat, nec accipit cũ debitis circũstãtiis, sicut facit liberalis. Si ergo ex consuetudine, aut ætate, aut minoritate fortunę dabit & accipiet cũ debitis circunstantiis ꝑdigus de facili fiet liberalis. Auarus autẽ nõ solùm differt circunstantiis à liberali, sed etiam in principali, quoniã parũ, aut nihil dat: & multũ accipit: ideo peior est. Et aduerte, vt dicit Arist⁹. quòd prodigus videtur magis peccare in defectu rationis, quàm in deprauatione appetitus, quæ causat malitiã & vitium in moralibus. Nã quòd quis det abundanter & parum accipiat, non videtur esse praui, sed virilis animi, & ideo ꝙ ꝑdigus apud moralẽ Philosophum reputatur potiꝰ insipiens & stultus quàm prauus, eo quòd nescit se & sua gubernare

Prodigus putatur magis stultus quã malus.

Tertio prodig⁹ multis prodest in dãdo, licet sibi noceat inordinatè minuendo substantiam suam. Auarus autem aliis non prodest: qa nec ordinate, nec inordinatè dat. Sed nec sibi prodest, qa deficit in expendendo etiam pro persona sua & familia, ideo longè peior est quàm prodigus.

Quantum ad tertiũ aduerte, quòd simpliciter prodigus est ille, ꝙ inordinatè multum dat aliis & ipse minus accipit & acqrit quàm deberet. Sunt autem quidam qui superfluè dant, & magis ac indebite accipiũt quàm deberẽt & dicuntur ꝑdigi mixti, quia ratione secundi conueniunt cum auaro, ꝙ magis & vndecũque accipit quam oportet. Ratio autem ꝑdigi mixti est duplex: primo, quia non vult cessare à datione & expensis superfluis. Et quonã diuitiæ cito transeunt nisi eis fiat additio: ideo quidam prodigi, vt possint ꝑseuerare in expensis superfluis, accipiũt magis, & vnde non oportet. Secundo qa expendunt ex sua concupiscentia & nõ ex ratione, ideo sicut non curant expendere gratia boni, & vt ratio dictat, sed indifferenter, sic nõ curant intendere quomodo & qua ratione accipiãt: sed vndecũque indifferenter accipiunt. Hinc prouenit dicit Aristotel. quòd quoniam tales de bono non curant dationes & expensæ eorum non sunt bonæ, nec gtatia boni faciunt autẽ quosdã diuites, quos expediret persistere pauperes, eo quòd diuites effecti diuitiis in malũ vtuntur: bonis autẽ & ꝑbis nihil dãt, se adulatoribus, vel secundum aliam voluptatem vt meretrici, lenoni, cinædo, exploratori multa tribuunt. Ex hac autem temeraria datione tales fiunt intẽperati consumentes sua in gula & venere, à quib⁹ multi & cõsiderate viuentes se retrahunt ex timore expensarũ, ne vertantur ad inopiã. Et hoc quidem per consequentiam sequitur: nã cùm tales, vt diximus, non curent nec ordinent vitam suã, nec sua ad bonum honestum, quod est bonũ virtutis consequens est vt declinent & applicẽt se & sua voluptatibus obscœnis. Hęc enim duo sunt per se appetibilia, honestum bonum ab appetitu bene regulato, voluptuosum bonum ab appetitu sine fræno, qualis est appetitus prodigi.

Prodigus nonnunqnã liberalis est.

Patet igitur ex dictis, quòd si ꝑdig⁹ reducatur ad mediũ fiet liberalis: si nõ reducit, trãsibit ad vitia ꝑdicta, & fiet bestia, gulę & ventri inseruiens. Hæc de ꝑsenti capi. dicta sint.

CAPVT IIII.

Illiberalitatem esse ferè vitium insanabile, modos item quibus hominem illiberalem fieri contingat, inde illiberalitatem magis liberalitati aduersari, quàm prodigalitatem ostendit.

Ex 4. libr. Ethic. ca. 1.

IN quarto capite agendum est de illiberalitate. Et hîc tria agenda sunt. Primò declaratur illiberalitatem esse vitiũ insanabile. secundò numerandi sunt modi, siue species illiberalitatis. tertiò comparanda est illiberalitas liberalitati, cui est contraria.

Illiberalitas, seu auaritia vitium est insanabile, sed prodigalitas curabilis est.

Quantùm ad primum aduerte, quòd illiberalitas cõparatur prodigalitati sicut ægritudo incurabilis curabili. Dictũ est enim, prodigalitatem esse sanabilem ex senectute, ex timore egestatis, aut infirmitatis. Sed omnia ista faciunt illiberalitatem incurabilem. Videmus enim experimẽto quòd senectus & infirmitas & omnis impotentia faciunt hominẽ illiberalem, eo quòd faciunt hominem inhabilem ad acquirendum, & ideo magis desiderat res suas seruare & retinere, & minus quàm oportet expendere. Præterea, Homo naturaliter inclinatur ad illiberalitatem: q̃ autẽ à natura sunt, inseparabilia sunt, & ideo illiberalitas videtur vitium inseparabile ab homine. Quod autem homo naturaliter inclinetur ad illiberalitatem signum sumitur ex eo, q̃ plures inueniuntur amatores & conseruatores pecuniarum quàm datores. Natura enim inclinat ad amorem diuitiarum in quantum per eas vita nostra conseruatur: & ideo vbi timetur maior indigentia vt in senectute & alia impotẽtia, ibi augetur diuitiarum amor.

Tu tamen aduerte, quòd cùm dicit Arist. illiberalitatem esse insanabilem, nõ reputat impossibile simpliciter eam curari: quoniam cùm virtus & vitium voluntaria sint, homo donec viuit, potest voluntate sua libera trãsire à virtute ad vitium, & econuersò. Intendit autem eam insanabilẽ, quoniam difficillimum est eam sanari propter causas dictas: q̃ tamen non sunt necessariæ, vt immutabiliter inducant illiberalitatem, sed vt in pluribus: vnde benè stat, aliquem senescere & infirmari, & tamen nec fieri, nec perseuerare illiberalem. Rationes igitur, quas adduximus ex intentione Arist. non concludunt ineuitabiliter, sed vt in pluribus.

Quatuor auarorũ gradus.

Quantùm ad secundum aduerte q̃ Arist. enumerat multos modos illiberalitatis, & in summa reducuntur ad quatuor. Primò quidam sunt illiberales, quia deficiunt in tribuẽdo, & superabundant in accipiẽdo, id est parũ dant, & multum quærunt accipere. Tales dicuntur parci, quia parũ dãt & expendunt: & dicuntur tenaces, quia sunt multũ retinentes. Secundò quidam sunt illiberales, quia sua maximè retinent, nec minimum darent sine recompensatione. Illi ab excessu tenacitatis dicũtur cimbices: quasi cimini venditores ad declarandum maximam tenacitatem eorum. Et isti licet sint tenaces in seruando sua, tamen non appetũt aliena, nec curant oblata recipere. Et hoc vt ipsi dicunt duplici de causa faciunt: primo quia vĩ eis esse contra bonos mores aliena recipere, nec etiam oblata, ne fortè exponãt se periculo agendi aliquod turpe. Nam cum oblata receperint, videtur eis obligatos esse his à quibus receperint. Quod si illi aliquod turpe vel reprehensibile peterent, timent ne eis deficiant, ideo abstinent se ab alienis & oblatis. Secundò quia timent si accipiant ab aliis oporteat & eos dare, siue recõpensare. Et quoniam non libenter dant sua, ideo abstinent se ab alienis. Tertiò aliqui sunt illiberales, quia superabũdant in acceptiõe alienæ pecuniæ, ex turpi fundamẽto. Et ex istis aliqui lucrantur ex turpi & illicita operatione aliorũ, sicut lenones ex fornicatione meretricis. Aliqui autem lucrantur ex turpi & illicita operatione propria vt vsurarij: qui intẽdũt aliquod paruum lucrari ex multo mutuato. Omnes isti accipiunt vnde non oportet, id est ex seruilibus & turpib' actionibus, vt meretrix & leno, vel non quantũ oportet sed plus, vt vsurarius, qui accipit vltra sortem. Et his omnib. est commune, quòd faciunt turpe lucrum: sustinent enim vt opprobrio habeantur propter tale lucrum, & sint infames etiã propter paruum turpe lucrum.

Tenaces qui.

Cimbices qui.

Sed aduerte, vt dicit Aristoteles quòd qui parua accipiunt ex turpi operatione dicũtur communiter illiberales, qui verò magna, dicuntur non illiberales, sed pernicioſi, impij, iniusti: vt qui deprædantur templa, & tyranni desolantes ciuitatem.

Quartò aliqui sunt illiberales superabundantes in accipiẽdo iniustè, & turpiter, vt aleatores & expoliatores mortuorum, & latrones. Omnes isti turpiter & indebitè lucrantur. Agunt enim negotia, propter quæ opprobrio habentur. In istis tamen est alia & alia ratio turpitudinis: nam spoliator mortuorum & latro exponunt se magnis periculis, quoniam talia committentes legibus grauiter puniuntur. Aleator verò ideo in opprobrio habetur: quia lucrũ quærit ab amicis ludentibus, cùm tamen secundum liberalitatem magis conueniat amicis dare quàm accipere. Ex prædictis igitur constat quomodo, & quot modis fiunt homines illiberales.

Illiberalitas magis liberalitati aduersatur, quàm prodigalitas

Quantùm ad tertium aduerte ex intentione Aristotelis, quòd illiberalitas magis opponitur liberalitati quàm prodigalitas. Nam si duo vitia opponuntur vni virtuti, inter q̃ vnum est peius altero, quod est peius magis opponitur virtuti illi: sed probatum est suprà, prodigum esse minus malũ quàm illiberalẽ, ergo, &c. Præterea, Plures homines, & magis peccant per illiberalitatem, quàm per prodigalitatem: ergo magis contrariatur liberalitati. Hæc de liberalitate & vitiis ei oppositis dicta sint.

Primi tractatus, Finis.

TRACTATVS SECVNDVS
super quartum librum Ethicorum capita quatuor complectens.

¶De magnificentia.

IN hoc secundo tracta. iuxta ordinem positum ab Aristo. agendum est de magnificentia, & diuidemus ipsum in quatuor capita.

In primo agendum est de materia, circa quã versantur magnificentia, & vitia opposita.

In secundo assignandæ sunt proprietates magnifici.

In tertio declarandum est qualiter magnificus se habere debeat in his, in quibus principaliter & secundariò expendit.

In quarto tractabitur de vitiis oppositis, ostendendo quomodo se habeant circa materiam suam.

CAPVT I.

De materia circa quam versatur magnificentia, & eius extrema vitia.

Ex 4. Ethic. c. 2.

IN primo capite agendum est de materia, circa quã versatur & consistit magnificentia, & etiam vitia opposita. Et hîc tria agenda sunt. Primò, quomodo magnificentia & liberalitas conueniunt in materia, & in quo differunt. Secũdò, quia dicemus, q̃ ad magnificũ spectat magnitudo sumptuum, siue expensarum, declarandum est penes quæ attendenda est talis magnitudo. Tertiò assignanda sunt vitia opposita magnificentiæ.

Magnificentia sicut & liberalitas circa pecunias est.

Quantùm ad primum aduerte, q̃ ex intentione Arist. magnificentia consistit sicut & liberalitas circa pecunias. Sumendo pecunias tam pro numis, quàm pro quibuscunque commutabilibus in numos & econuersò, vt etiam diximus in tractatu præcedenti. In hoc conueniunt ergo liberalitas & magnificentia. Differũt autem in hoc, q̃ liberalitas se extendit ad omnes operationes, quæ sunt circa pecunias, s. ad dationes, acceptiones, donationes, remunerationes, & expẽsas. Magnificentia autem est tantum circa expensionem pecuniarum. Dicitur enim magnificus, quia per expensionem pecuniarum magna facit. Et licet liberalis expendat, tamen in expensione differt à magnifico, quia non dicitur magnificus nisi magna expendat, ex quibus magna facit. Dicitur autem liberalis, siue multum siue parum expendat: dummodo expendat cum debitis circunstantiis, quę faciunt operationem virtuosam.

Magnificũ solum decet expendere.

Quæ attendere debeat magnificus in expensis magnis faciendis.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd magnitudo sumptuum, quæ ad magnificum spectat, debet habere respectũ ad tria. Primò ad expendentem. Secundò ad illum, pro quo expenditur. Tertiò ad illud, in quo expendit. Dicitur primò ad expẽdentẽ: quia oportet sumptus proportionari in magnitudine magnitudini status expendentiũ: vt si vnius status sit maior, maior fit expensio. Nam alij sumptus decent

regem,

Magnificũ amere rẽ minoris quam valeat in decens eſt.

regem,alij ducem, alij equitem: ꝙ ſi rex expendit vt dux, dux quidem erit magnificus,nõ autem rex.Dicitur ſecũdò: ad alium pro quo expendit. Nam ſi quid magnum & pretioſum emitur,expenſio debet ꝓportionari:vnde ſi nobilis diues emat à ciue paupere pretioſam veſtem:& parum expẽdat iam nõ magnificus erit. Dicit tertiò: ad illud, in quo expendit, vt ſi fiant expenſæ ꝓ ædificãda domo, cõſiderandum eſt cui ædificatur, an principi, an priuatæ ꝑſonæ:quoniam pro diuerſitate talium ꝑſonarum, diuerſificandi ſunt ſumptus. Nam ſi in ædificatione palatij ꝓ principe nõ plus expendatur, quàm in ædificatione domus ꝑſonæ priuatæ, nõ ſeruatur magnificẽtia.Et quidem quòd ad magnificum, ſpectet magnitudo ſumptuũ vt dicit Ariſto. ſignũ ſumitur ex hoc quòd ſi ꝙs expendat in rebus paruis,etiam moderatis,vt decet & multoties diuiſim expendere multa parua, ita quòd omnes illæ expenſæ ſimul congregatæ adæquarẽtur toti illi quod magnificus expẽdit,nõ propter hoc diceretur magnificus,etiam quod promptè & liberè multi illa parua expẽderet,eſſet autem liberalis,quoniam omnis magnificus eſt liberalis,ſed non econuerſò.

Quantùm ad tertiũ,aduerte ex intentione Ariſtot.quòd magnificentiæ duo extrema vitioſa opponũtur,vnum ꝓ exceſſum,& dicitur banauſia: quaſi omniũ conſumptiua.Alterum per defectum,& dicitur paruificentia.Sed de his extremis loquemur in vltimo capite huius tractatus.

Banauſia et paruificẽtia extrema ſũt magnificentia.

Pro euidẽtia materiæ,circa quam verſatur magnificẽtia & ꝓ diſtinctione eius à liberalitate aduerte duo.Primò,Materia magnificentiæ poteſt triplex aſsignari, ſcilicet intrinſeca immediata,& hæc eſt amor pecuniæ. Nam magnificentia debet regulare appetitum hominis, ne propter exceden tem pecuniarum amorem retrahatur à magnis ſumptib⁹,& expenſis, ſi eas oportuerit facere in opere magno. Extrinſeca propinqua, & huiuſmodi materia ſunt magni ſumptus & amplæ expenſæ. Extrinſeca remota,& hæc eſt magna pecunia,quia magni ſumptus fieri non poſſunt ſine magna pecunia.Secundò aduerte,ꝙ liberalitas apud moralem dupliciter poteſt intelligi, ſ.communiter & propriè. Liberalitas communiter accepta eſt indifferenter circa expenſas, ſiue paruas,ſiue magnas.Accepta autem propriè eſt ſolum circa mediocres expenſas.In primo ſenſu eſt genus ad magnificẽtiam,& nõ diſtinguitur realiter ab ea, ſicut nõ diſtinguitur animal ab homine realiter.Et in hoc ſenſu dicit Ariſt.ꝙ omnis magnificus eſt liberalis,ſed non econuersò. In ſecundo ſenſu eſt virtus ſpecie diſtincta à magnificentia: quia habet diſtinctas rationes formales.Eſt enim liberalitas ꝓpriè ſumpta circa expenſas mediocres præcisè. Magnificentia autẽ circa magnas præcisè.Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Sex enumerat Magnifici propria officia, ac ſtudia.

IN ſecundo capite aſsignandæ ſunt proprietates, quæ inueniuntur in eo,qui eſt verè magnificus: & aduerte,ꝙ ex intentione Ariſt.ſunt ſex.

Ex quarto Ethic. ca.2.

Magnificus ſimilis dicitur perito artifici.

Prima: Magnificus aſsimilatur ſcienti artifici. Nã ſicut ſciens artifex ſeruat proportionem inter partes artificiati: verbi gratia,Sapiens ædificator iuxta qualitatem & quantitatem parietum ponit fundamẽtum,ſic magnificus proportionaliter facit correſpondere expenſas operi magno fiendo,vt ſcilicet tantum expendat,quantum decens eſt ipſum expendere, & ſic prudenter expendet. Quòd ſi magnificus non facit omnino correſpõdere expenſas operi, declinabit ad ſuperabundantiam, id eſt plus & non minus expendet q̃ opus ſuum requirat. Nam quoniam difficillimum eſt attingere medium,vt dictum eſt in libro ſecundo, ſi contingit à medio declinare,ſemper virtus declinat ad id, quod minus malum eſt.Nam dicitur fortis in minus timẽdo, & liberalis in plus dando,& magnificus in plus expendendo.

Magnificus expendit ꝓpter honeſtũ finem.

Secunda: Magnificus conſumit expendens magna & decentia gratia boni,id eſt propter bonum honeſtum,quod eſt bonum virtutis, vt propter finem. Sed quoniam omnis virtuoſus quicquid agit agit propter virtutem, ideo hæc conditio non conuenit ſoli magnifico ſed omni virtuoſo.

Tertia:Magnificus magna delectabiliter,promptè expẽdit,nec eſt difficilis in ratiocinio,id eſt in computatione expenſarum hoc enim ad paruificum ſpectat,qui vſq; ad quadrantem in computando ſe ſubtiliat.

Quarta: Magnificus magis intendit & ſtudet quomodo opus ſuum optimum & decentiſsimum faciat, quàm quomodo parum poſsit expendere in opere magnifico fiendo.

Quinta:Ad magnificum ſpectat eſſe liberalẽ, quia liberalis expendit vbi,quando,& quantũ & gratia boni oportet,ſic & magnificus.Sed etiã ad ipſum ſpectat eſſe excellenter liberalem prout decet ipſum delectabiliter & ꝓmptè magna & decentia ſtatum ſuum expendere quaſi quòd magnificentia non ſit aliud quàm magnitudo liberalitatis, & magnificus ſit magnus liberalis.

Sexta:Ad magnificũ ſpectat facere magnũ opus ex magnis expenſis.Eſt enim magnifici facere op⁹ magnificũ,ſed opus magnificũ ſi iuſtè fiat,non poteſt fieri ſine magnis expẽſis:vnde aduerte,vt inquit domin⁹ Lincõienſis,quòd ſiue à vili,ſiue à paruo ſumptu contingeret fieri opus magnũ & pretioſum,ſiue ex magno & pretioſo ſumptu contingeret fieri opus paruum & vile,non eſſet opus verè magnificum: quoniam oportet tã poſſeſsionis,quæ expenditur,putà aurũ in opere fiendo,quàm ipſius operis cõcurrere virtutes, id eſt optimas perfectiones ad hoc,quòd opus ſit verè magnificum.Non autẽ erit magnificũ niſi ſit admiratione dignum.Nã opera verè magnifici ſunt talia, quòd rarò inueniuntur:quæ autẽ rara ſunt admiramur, vnde & Ariſtotel. bene dixit,Magnificum autem admirabile.Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Ad quæ,& ad quóſnam Magnifici opus ſe extendere debeat oſtendit.

IN tertio capite declarandum eſt in ꝙbus principaliter,& ſecundariò magnificus expendit.Et hîc tria agenda ſunt. Primò declarandũ eſt,quot ſunt illa, ad quæ principaliter eſt extendendũ opus viri magnifici.Secundò ad quas perſonas ſpectat tale opus facere,& ad quas non.Tertiò quomõ & circa quos gradus ſe habet magnificus in his, in quibus ſecundario expendit.

Ex quarto Ethico cap. 2.

Quantùm ad primũ aduerte,quòd op⁹ magnifici principaliter ſe extendit ad maximè honorabilia:hæc autẽ ſunt duo,ſcilicet res diuinę,& bonum publicum,vnde ad ipſum ſpectat ante omnia & in primis magnificè agere ꝓ cultu rerum diuinarum,vt extruere,aut reparare templa,ſacrificia honorifica facere,& magnas oblationes.Deinde ad ipſum ſpectat magna facere ꝓ bono publico:verbi gratia, magna dona communitati & magna ac publica conuiuia. Et ſi aliquod officium publicũ ſibi cõmittitur, debet in principio illud magnificè honorare apparatu,munerib⁹, cõuiuis,&c.

Magnifici opus ad diuina,et rei publicæ bona ex tendi debet.

Quantùm ad ſecundũ aduerte,quòd in omnibus magnificis expenſis non ſolùm oportet conſiderare ea,circa quæ fiunt,ſed & conditionem,ſtatum & facultatẽ expendentis. Debent enim expenſæ ꝓportionari facultati & diuitiis & ſtatui expendentis ita quòd nõ ſolùm deceant opus,in quo expenduntur,ſed etiam perſonam expendentẽ. Ex quo ſumitur,quòd inops nõ eſt,nec debet eſſe magnificus:quoniam magnificus magna expendit in operibus magnis:hæc autẽ nõ cõueniunt inopi Quòd ſi inops aut alius vltra facultatẽ & dignitatem ſuã expendere voluerit dicit Ariſtotel.nõ magnificus,ſed inſipiens reputabitur. Op⁹ enim virtutis eſt vt decet & nõ vltrà. Tales ergo expenſas decet illos facere, qui magnas poſsident diuitias:ex quib⁹ poſſunt multa honorabiliter expendere ꝓ diuino cultu & bono publico.Nec refert vnde habeãt magnas diuitias ſiue ex hereditate ꝓgenitorum,ſiue ex proprio labore & induſtria,aut quocunque alio mõ,debito tamen & iuſto. Decet etiam ad perſonæ conditionẽ reſpicere:nam viros nobiles & illuſtres decet prædictas expenſas facere.Tales enim expenſæ dignitatẽ & gloriã præferunt: ideo viros nobiles & glorioſos decent,& viros in dignitate cõſtitutos habentes magnas diuitias,aut gradus ex intentione Ariſto.pertinentes ad perſonas priuatas, in quibus ſecundariò magnificus magnificè expendit & honorificè.

Inopes non decet eſſe magnificos.

Primus gradus eſt,quando magnificus pro ſeipſo, vel ꝓ amicis ſemel tantũ,vel rariſsimè magnos facit ſumptus: vt pro nuptiis ſuis,aut filij,aut filiæ,aut amicorũ,Decet enim vt nuptiæ magnificis ſumptibus honorentur,

Magnificentiæ nonulli gradus.

ſecundus grad⁹ eſt,quando ciuitas,aut princeps ſtudet in ſumptib⁹ magnis fiendis,putà in recipiendo extraneos, vt regẽ,aut principẽ:vel ſi oportuerit regi magna dona offerre,aut mittere ꝓ gratia habenda, aut ꝓ receptis beneficiis:in omnibus his magnificus,ꝙ eſt de corpore ciuitatis magnos faciet ſumptus.Nõ enim magnific⁹ ſumptuoſus eſt in ſeipſo,vt ſcilicet multos faciat ſumptus expendẽs in ꝓpriũ vſum,ſed poti⁹ in cõmuni.Et aduerte,vt dicit Ariſto.ꝙ dona facta magnis regibus,aut dominis,aſsimilant his quę

Deo offeruntur & ſacrantur: nam nō offeruntur Deo: quia Deus illis indigeat, ſed ex reuerentia & honore: ſic & magnis viris dantur munera non ad indigentiā, ſed ad gloriā & laudem.

Tertius gradus eſt, quando magnific⁹ ꝑparat & exſtruit ſibi domum. Decet enim magnificum honoratā & ſibi conuenientem habere domum, in qua magnos faciet ꝓ exſtructione ſumptus: quos tamen faciet magis ꝓ his, quæ diutur niora ſunt, vt pro fundamento & parietibus, quàm ꝓ fragili ornatu, qui citò tranſit, vt ꝓ vanis picturis & aliis deriſoriis, & vt in ſumma dicamus, magnificus in omnibus quæ operatur debitam ſeruat ꝓportionem ſumptuum: vnde in ſingulis expendit vt decet, & ſecundum ſpeciē, & ſecundū quantitatem. Non enim congruit exhibere idem ſecundum ſpeciem & quantitatem diis & hominibus: neque in tēplo & ſepulcro conſtruendo. Magnificus tamen ſemper faciet magnum ſumptum non abſolutè, ſed vt requirit ꝙcunque factū ab eo in genere ſuo, ita quòd hæc eſt vera. Magnific⁹ in quolibet genere facit aliquod magnum opus in genere illius operis, & facit ſumptus ſecundum dignitatem operis: & huiuſmodi ſumptus factus ſecūdū operis dignitatē, nō eſt de facili ſuperabilis; q̄a non eſt facile melius operari quàm operetur vir, q̄ eſt vere magnificus. Hæc de tertio capite dicta ſint.

Magnificus in quouis genere operis facit quippiā magnū: quod non facile eſt excedere.

CAPVT IIII.

De vitiis extremis Magnificentiæ & eorum malitia agit.

Ex 4. Ethi. c. 2.

IN quarto capite agendū eſt de vitiis contrariis magnificentię, quorum vnum contrariatur ꝓ exceſſum expenſarum, alterum ꝓ defectum. Et hìc tria agēda ſunt: primò tractabitur de vitio ꝓ exceſſum, ſecundò de vitio per defectū, tertiò de vtroque ſimul in ordine ad malitiam.

Banauſia eſt vitium ſecundum exceſſum, quod aduerſatur magnificentia.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ vitiū contrarium magnificentiæ ꝓ exceſſum, dicitur banauſia, id eſt cōſumptio, à qua dicitur banauſius, id eſt conſumens. Conuenit autem cum magnifico & differt. Conuenit quidē in magnitudine ſumptuū, ſicut & ꝓdigus cōuenit cum liberali in tribuendo, Differt autem, quoniam magnificus magna expendit vt oportet, & quando, & vbi, & in quo oportet: & gratia boni, id eſt propter bonum virtutis. Banauſius autem expendit ꝓter illud ꝙ oportet: quia in ſuperfluis ſumptibus multa cō ſumit, agitque ſplendidos ſumptus ſine ꝓportione & cōuenientia: putà quia cibat hiſtriones & cōmœdos cōuiuiis nuptialibus, id eſt ſicut fit in nuptiis, & eis multa tribuit, & viam per quam tranſit cooperit purpura, ſicut megares, q̄ ſunt populus in græcia: & omnia hæc agit nō ꝓpter bonū, id eſt ꝓpter virtutem, ſed vt oſtendat diuitias ſuas, putans ex hoc admirabilis videri. Nec tamē vbique ſuperfluè expendit, ſed quādoq; deficit, vbi decens eſſet multa expendere parum expendit, & econuerſō: quia nō intendit in opere ſuo bonum virtutis, ſed oſtentationē & vanitatē, ideo, &c.

Megari populus.

Paruificentia aduerſatur magnificentiæ ſecundum defectum.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd vitium contrariū magnificentiæ ꝓ defectum dicitur paruificentia, à qua dicitur homo paruificus: cuius ſunt quinque cōditiones reprehenſibiles.

Prima eſt, ſi facit aliquando magnas expenſas, in paruo perdit bonum, id eſt pro modico perdit bonū virtutis, ſcilicet magnificentiæ.

Secunda eſt, quicquid operatur, tardè & nō niſi aſtrict⁹ operatur & expendit.

Tertia, ſemper ſtudet modum parum expendendi.

Quarta, ſemper expendit cum triſtitia.

Quinta, ſemper credit ſe magis expendere quàm oportet: ideo nunquā bene & decenter expendit, ſed in omnib⁹ deficit: vnde dicit Ariſtoteles, Paruific⁹ autem circa omnia deficiet.

Quantum ad tertiū aduerte duo ex intentione Ariſtot. Primo quòd vterq; habitus, ſcilicet banauſia & paruificentia ſunt malitiæ & vitia: quoniā opponuntur virtuti magnificentiæ, vt dictum eſt, nihil autē opponitur virtuti niſi malitia & vitium ergo, &c. ſecundò aduerte quòd licet ꝓdicti habitus ſint vitioſi, nō tamē ſunt opprobrioſi, nec reddunt hominem infamē: eo quòd non inferunt nocumentū ꝓximo, nec ſunt valde turpes, eo quòd in magnis ſumptib⁹ difficile eſt nō recedere à medio: agere autem cōtrà illud, quod eſt multum difficile, non eſt valdè turpe. Hæc de magnificentia & vitiis oppoſitis dicta ſint.

Non magnificus etſi ſit malus, non multum tamē, nec infamis eſt.

Tractatus ſecundi finis.

TRACTATVS TERTIVS ſuper quartum librum Ethicorum, in quatuor capita diuiſus.

¶ De Magnanimitate.

IN hoc tertio tract. iuxta ordinem virtutū aſſignatum ab Ariſto. in ſecundo libro agendū eſt de magnanimitate & vitiis oppoſitis. Et diuidemus ipſum in quatuor capita.

In primo agendū eſt de materia, circa quā verſantur magnanimitas & vitia oppoſita.

In ſecundo agendum eſt pactibus magnanimi.

In tertio de proprietatibus veri magnanimi.

In quarto de vitiis ei oppoſitis.

CAPVT I.

De materia Magnanimitatis tā proxima quàm remota, & quomodo ea ad cæteras virtutes ſe habeat oſtendit.

Ex 4. Ethi. c. 2.

IN primo capite aſſignanda eſt materia, circa quā inſiſtit magnanimitas, & vitia oppoſita: & hìc tria agenda ſunt. primò aſſignatur materia in generali. ſecundò ſpecificat propria materia. Tertiò cōparatur magnanimitas ad alias virtutes.

Magnanimita eſt circa ea, quæ maximè honorem dignificant & extollunt.

Quantùm ad primū aduerte ex intentione Ariſtot. ꝙ magnanimitas inſiſtit circa magna: hoc enim ſonat nomē magnanimi. Circa autem illa magna inſiſtit magnanimus, quib⁹ ſeipſum dignificat, id eſt qui dignū ſeipſum extimat vt faciat magna: & exhibeantur ei magna exiſtens talium dignus. Nam ſi quis extimat ſe dignū magnis tam actiuè quàm paſsiuè, & tamen non ſit dignus ꝓ rei veritate, hic non magnanimus, ſed inſipiens eſt, quaſi neſciens ſeipſum. Nullus autem virtuoſus eſt inſipiens, aut ſtultus, quia actus virtutis ꝓcedit ex ratione recta, vt dictū eſt in libro ſecundo: ergo non ex inſipientia. Oportet ergo vt quis ſit verè magnanim⁹, quòd ſeipſum dignificet magnis actiuè & paſſiuè, & ſit verè dignus magnis: nā ſi quis ſit dignus paruis, & dignificat ſeipſum paruis, id eſt extimat ſe dignū paruis actiuè & paſsiuè, poteſt dici temperatus, id eſt modeſtus: q̄a nō præſumit maiora de ſe quàm ſit dignus. Nō poteſt autē dici magnanimus, quia magnanimitas magnitudinem importat, ſicut & pulchritudo requirit magnitudinem corporis debitā, vnde vt inquit Ariſto. Parui poſſunt dici formoſi & cōmenſurati, ſcilicet propter decentiā coloris & debitam commenſurationem membrorum, non autem poſſunt dici pulchri, ſcilicet propter defectum magnitudinis.

Parui formoſi dicuntur, non autē pulchri.

Chaynus, ſiue præſumptuoſus aduerſatur magnanimæ ſecundum exceſſum.

Sicut autem magnanimitas inſiſtit circa magna: ſic vitia e i oppoſita quorum vnum eſt per exceſſum, & alterum per defectum. Vitium per exceſſum poteſt dici præſumptio & eſt illius, qui dignificat ſeipſum magnis, id eſt q extimat ſe dignum magnis, & tamen eſt indignus. Hunc Ariſtot. vocat chaymū: id eſt fumoſum: quem nos præſumptuoſum dicere poſſumus. ſi autē quis ſit dignus magnis, & extimet ſe dignum maioribus, nō poteſt propriè dici præſumptuoſus, eò quòd difficile eſt rectam menſuram attingere, & nullo mō excedere. Vitium autē ꝓ defectū dicitur puſillanimitas, & eſt illi⁹, qui extimat ſe dignū maioribus, quàm dignus ſit, & hoc ſiue ſit dignus magnis, ſiue mediocribus, ſiue paruis, & tamen adhuc minoribus dignum ſe extimat quaſi deiiciens & vilificans ſeipſum vltra debitum. Maximè autē puſillanimus eſt, qui dignus eſt magnis, & tamē illis intendere recuſat. Patet igitur, quòd magnanimitas & vitia oppoſita verſantur circa magna, loquendo de magnis in genere.

Puſillanimitas eſt vitium oppoſitum magnificentiæ per defectum.

Magnanimitas quomō attingit medium ſi ſit circa magna.

Sed hic eſt dubium: quoniā cùm omnis virtus conſiſtat in medio, & magna habeāt rationē extremi, nam æquale eſt medium inter magnum & paruum, vt declaratum eſt in decimo Metaphyſicę: videtur quòd magnanimitas ſi verſatur circa magna non ſit virtus, ſed vitium, quod ſemper habet rationem extremi.

Ad hoc reſpondet Ariſtot. quòd magnanimus quantū ad magna, quib⁹ ſe extimat dignum, ſtat in extremo: ſed inquātum hoc facit ſecundū quòd decet, quia ſcilicet ſeipſum dignificat magnis ſecundū quòd eſt dignus in veritate ſtat in medio. Nam præſūptuoſus facit ſe dignum magnis cum ſit indignus. Et puſillanimus facit indignum magnis cum tamen ſit dignus. Magnanimus autem facit ſe dignum magnis quoniam eſt dignus. Et ſic patet quòd magnanimitas tenet medium

medium ſecundum rectam rationem inter præſumptionem & puſillanimitatem.

Medium virtutis ſecundum rectam rõnem attenditur.

Pro quo aduerte, vt dicit Beatus Thomas, exponens, ꝙ mediũ in virtute non attenditur ſm quantitatem rei, ſed ſm rectam rõnem: vnde quantumcunq; magnum ſit ſiue paruũ opus quod facit homo, dummodo a rõne recta non recedat nam ꝓpter hoc eſt extra medium virtutis ſed vitia oppoſita ſuperabundant & deficiunt ab eo, ꝙ recta ratio dictat: & ideo ſunt extra medium.

Magnanimitas eſt circa honores, vt circa proximam materiam.

Quantũ ad ſm aduerte, ꝙ magnanimus inſiſtit circa honorem, vt circa materiam ꝓximam: & hęc eſt ſua prima intentio, quod ſic ꝓbatur. Magnanimus dignificat ſe magnis bonis exteriorib. quibus eſt dignus. Sed honor eſt inter magna, imò maximũ eſt bonũ inter exteriora, cuius ſignum eſt ꝙ dijs nil maius tribuere poſſumus quàm honorem: nec ꝙd maius deſiderãt cõſtituti in dignitate, nec viris optimis ꝙd excellentius exhibetur quàm honor: ergo magnanimus inſiſtitit circa honorem: vt circa materiam ꝓximam: vnde dicit Ari. Videntur aũt magnanimi circa honores eſſe, honore aũt maximè magnificant ſeipſos ſecundum ꝙ ſunt digni.

Vitia verò oppoſita ſe habent circa honores non vt decet, ſed per exceſſum & defectũ: nã puſillanim⁹ deficit à dignificando ſe honorib. ꝓ reſpectũ ad ſeipſum: quia dignificat ſe minorib. honoribus quã ſit dignus, qm̃ dignus eſt maiorib. & deficit ꝓ reſpectum ad magnanimũ, qa dignificat ſeipſum minorib. honorib⁹ quàm magnanimus. Chaym⁹ aũt vt præſumptuoſus ſuperabũdat per reſpectum ad ſeipſum qa magnificat ſe maiorib. honoribus quã ſit dignus: non tñ ſuperabũdat per reſpectum ad magnanimũ, non enim dignificat ſe maiorib. quàm magnanimus ſit dignus.

Magnanimitas ſuppoſit omnes alias virtutes.

Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ neceſſe eſt magnanimum habere in ſe alias virtutes, ita ꝙ magnanimitas concomitet illas. Nã ſi magnanimus intẽdit magnos honores & eſt illis dignus, neceſſe eſt vt habeat fundamentum eorũ in ſeipſo: fundamentũ auté magnorũ honorum ſunt virtutes: dixim⁹ em̃ in primo libro, ꝙ honor eſt præmium virtutis: ergo neceſſe eſt vt magnanimus habeat in ſe alias virtutes.

Sed dices: Si magnanimitas concomitatur alias virtutes quomodo diſtinguitur ab eis.

Reſpondetur de intentione Ari. ꝙ magnanimitas in hoc diſtinguitur à qualibet alia virtute, ꝙ magnanimus magnanimè ſe habet in opere cuiuſlibet virtutis. Non em̃ dignus eſt magno honore, qui non magnè & excellenter operatur actum virtutis. Nam quælibet alia virtus operatur qd̃ eſt ſibi ꝓprium circa ꝓpriam materiam. Verbi gra fortis fortiter agit. Sed magnanimus intendit magnanimiter operari in fortiter agendo. Et qm̃ quælibet virtus moralis ſpeciem ſortitur à fine, quem intendit, iõ magnanimitas & fortitudo ſpecie differunt, licet o pentur circa idem. Nam fortitudo intendit vnum ſ. fortiter agere circa terribilia. Magnanimitas autem intendit aliud, ſcilicet magnanimiter & excellenter ſe habere circa terribilia.

Magnanimum non decet cuipiã inferre iniuriam.

Ex his patet quantus fuerit error illorum qui arbitrati ſunt ꝙ nõ ſpectat ad magnanimum alicuius admonitionem ſequi: ſed ꝙ ſuo innitatur ſenſui, & ꝙ non dubitet alicui iniuſta facere: hunc aũt errorem excludit Ari. dicens, ꝙ null⁹ operatur aliquod indecens, niſi ꝓpter appetitum alicuius: verus autem magnanimus non adeò appretiatur quamcunque rem exteriorem, ꝙ propter eam quid turpe operari velit. Nam ſi ad ſingula intendimus, apparebit derisibilis, qui ſe extimat magnanimum niſi ſit bonus. Malus enim non eſt dignus honore, cum honor ſit prę̃mium virtutis. Neceſſe eſt ergo magnanimum eſſe bonũ, & nõ inniti ꝓprio ſenſui, ſed admonẽtes audire, ne quid iniuſtum aut turpe faciat. Patet ergo ꝙ oportet magnanimum eſſe vniuerſaliter virtuoſum & optimum, vt digniſſimè honoretur. Hinc ſequũtur duo: primo ꝙ magnanimitas videtur eſſe quidam virtutum ornatus, nam vt diximus ſpectat ad magnanimum excellẽter operari in omni genere virtutum, & ex hoc perficiuntur cętęræ virtutes. Et non ſtat magnanimitas ſine alijs virtutibus vt probatum eſt: ergo videtur ſuperaddi aliis virtutibus, vt perfectiuum & ornatus earum. ſecundo ſequitur ꝙ difficile eſt inuenire vere magnanimũ. Non enim poteſt eſſe vere magnanimus, ſine perfectione & vniuerſalitate virtutis, ſed eſſe virtuoſum difficile eſt: eſſe perfectè virtuoſum difficillimum eſt: ergo eſſe magnanimum non ſolum difficile, ſed difficillimum eſt.

Magnanimitas eſt omnium virtutum decor.

CAPVT II.

Quinam ſint actus magnanimi.

QVantùm ad caput ſm declarãdum eſt, quomodo ſe habet magnanimus circa honores magnos qui ſibi exhibentur propter excellentiam virtutis, & alios honores, qui ſibi exhibentur propter bona fortunę. Aduerte igitur, quòd magnanimus ſi honoratur magnis honoribus propter virtutem, moderatè delectatur: qm̃ adipiſcitur bona conuenientia ſibi. Eſt enim honor conueniẽs virtuti, nec per exceſſum delectatur: qm̃ nouit ꝙ minus honoratur quàm virtus meretur honorari: non enim virtuti poteſt exhiberi condignus honor. Excedit enim virtutis bonum omnia bona exteriora, inter quæ honor obtinet principatum. ſi autem honoretur paruis honoribus vt ſolent homines per diuitias honorari, quæ niſi ſint adiunctæ virtutibus non ſunt fundamẽtum honoris, magnanimus tales honores parui pendet: qm̃ ſe reputat dignum maiorib⁹ non em̃ ſufficit magnanimo ſi honoretur, vt honoratur diues. Si aũt nõ honoretur & contumelias accipiat, non deiicietur animo. Nouit enim iniuſtè hæc ſibi inferri, & ideo conſtanter feret: ita quòd ſicut nõ extollitur magnis honoribus: ſic non deiicitur inhonorationibus.

4 Ethic. Cap. 3. Magnanimus nõ extollitur magnis honoribus, nec minoribus honoribus, animo deijcitur parũpendit tamẽ quod uis fortuna bonum.

Ex his ſequitur⁹, ꝙ ſi magnanimus moderatè delectatur magnis honoribus ſibi exhibitis propter virtutis bonum, & non exceſsiuè triſtatur ꝓpter inhonorationes, ſic nèc propter bonã fortunam rerum exteriorũ inordinatè gaudebit, nec ꝓpter infortunia inordinatè triſtabitur: nam ſi in maiori bono, quale eſt honor ꝓpter virtutem, & in maiori malo, vt eſt inhonoratio, benè & laudabiliter ſe habet, multo magis in minori bono & minori malo, quales ſunt bonæ & malæ fortunę rerum exteriorum. Et quidem, ꝙ honor ſit maius bonum quàm bona fortunæ, vt potentia, & diuitiæ, & principatus, ſignũ ſumitur ex hoc, ꝙ potentiæ & diuitiæ & principatus à pleriſque deſiderantur, vt habeant vnde honorentur: ergo honor eſt magis deſiderabilis, ex conſequenti maius bonum: vnde vt inquit Ariſt. magnanimi dicuntur ab aliquibus deſpectores eo ꝙ non videntur curare nec magnifacere bona exteriora, contenti vitæ neceſſariis: ſolùm bona animæ appretiantes.

Fortuna bona quanquã non neceſſaria conferũt tamen magnanimo.

Tu tamen aduerte, ꝙ licet magnanimitas non ſit principaliter circa bona fortunæ, tamen multum ei conferunt, vt magis honoretur: Nam ſi potentes & diuites etiam quod non ſint virtuoſi ſolent honorari à vulgaribus: multo magis honorabitur magnanimus diues aut in principatu conſtitutus. Complectitur enim duplex honoris fundamentum: vnum quidem verum, ſcilicet virtutem: alterum ſecundum opinionem, ſcilicet diuitias, aut principatum: licet ſola virtus ſit fundamentum veri honoris, & ſolus bonus ſit honorandus. Eſt enim honor teſtimonium bonitatis. Hinc eſt, ꝙ bona fortunæ, ſi ſint ſine virtute non poſſunt facere virum magnanimum, nec dignum honore: licet abundantes diuitijs etiam quòd ſint mali reputent ſe dignos honore: & deſpiciant & iniurientur bonis non diuitibus. Et vt ſic abutuntur bona fortuna, quę ordinata eſt ad bonum virtutis, vt inſtrumentum. Sed id non eſt mirum: quoniam vt inquit Ariſt. Non eſt facilè ſine virtute moderatè ferre bonas fortunas: vnde cùm tales careant virtute, non benè & moderatè ſe habent circa bonas fortunas & quoniam non reputãt quid dignum operari ſm virtutem, ideo non curant benè viuere, ſed operantur iuxta apprehenſiones & effectus ſuos. Et contendunt imitari magnanimum, cùm non ſint ei ſimiles. Imitantur autem eum in hoc, ꝙ conténunt alios, non tamen eodem modo. Nam magnanimus conténit malos, & honorat ac glorificat bonos, iſti autem conténunt bonos, quia fortè pauperes, & laudant ac extollunt malos, quia eis ſimiles: puta potentes ac diuites ſine virtute. Patet igitur qũo ſe habeat magnanimus circa honores magnos & paruos, & circa inhonorationes, & circa bonam ac malam fortunam, &c.

CAPVT III.

Viginti enumerat Magnanimi proprietates.

QVantũ ad caput tertium aduerte ꝙ cum magnanimitas concomitetur alias virtutes, vt dictũ eſt ſuprà. Ari. aſsignat ꝓprietates magnanimi & concomitatur fortitudinem: & liberalitatem: & vt reſpicit honores, & quò ad humanum conuictum, & quò ad ſeipſum & ſunt viginti.

Magnanimus pro magnis ſe diſcrimi exponit.

Prima eſt: Magnanimus nõ ꝓ paruis rebus ſe exponit periculis, nec eſt amator periculorũ: quaſi promptè & de facili aggrediens pericula. Eſt auté periculorum amator pro rebus magnis & iuſta cauſa, vt ꝓ patria, pro ſeruanda lege, ꝓ diuino cultu: & huius proprietatis ratio eſt quia ſapiens &

virtuosus non exponit se periculo nisi pro eo quod multũ ponderat & appretiatur: sed non multũ ponderat parua, ergo nõ pro paruis, sed magnis exponit se piculis, ideo dicit Ari. ꝙ magnanimus est megalochindinos, id est, pro magnis exponens se periculis.

Secunda est, Magnanimus qñ exponit se periculis, id cõstantissimè facit: non parcens vitę suæ, quasi non sit dignus ꝙ magis velit viuere quàm magna bona per mortem consequi.

Tertia est, Magnanimus potens est benefacere, id est, prõptus est ad beneficium præstandum, sed verecundus in accipiendo ab altero. Nam prestare beneficium est excellentis, recipere autem est eius qui exceditur. Magnanimus aũt sem per intendit excellere in bono: ideo promptus est dare, sed cum respectu accipit.

Quarta est, Si magnanimus recipit beneficia, studet retribuere maiora, & sic qui prior beneficium cõtulit, erit bene patiens, id est, recipiens maiora quàm dederit.

Magnanimus magis meminit ei, cui beneficiũ præstitit, quã illi, qui sibi beneficium contulit.

Quinta est, Magnanimus magis recordatur eorum, quib⁹ bñficium præstitit, quàm eorũ, à quibus bñficium recepit: & rõ huius est, quia magnanimus delectatur maiori bono, & eius libentius recordatur: sed maius excellẽtius est cõferre quàm accipere bñficium: & ideo magis recordatur beneficiati quam benefactoris sui.

Sed aduerte, ꝙ hęc ꝓprietas non est ex electione magna nimi, sed ex nãli disposition ipsius. Non enim ẽm electionẽ obliuiscitur bñficij accepti: hoc enim esset ingratitudinis, sed dicitur magis recordari beneficiati, pro quanto magis studet recompensare maiora.

Magnanimus non libenter audit quæ sibi collata sunt beneficia.

Sexta est, Magnanimus nõ libenter auscultat referentem beneficia quæ recepit, sed quę ipse contulit. Cuius signum est, qđ Homerus in Iliade introducit deam Thetim accedẽtem ad Iouem, cui non dixit beneficia, quæ ipsa Ioui cõtulerat, sed quæ à Ioue acceperat, vt gratiosius audiretur ei⁹ supplicatio: & Lacones implorantes auxilium ab Athenien sibus non referebant bñficia, quę ipsi fecerant Athenien sib. sed quæ ab eis acceperant.

Septima est, Magnanimus non libenter nec de facili ostẽdit indigentiam suam, imò se exhibet ac si nullo indigeret: quia ad ipsum spectat non de facili petere, aut accipere, sed promptum se exhibere ad benefaciendum alijs.

Octaua, Magnanimi est vt se magnum & honorabilẽ exhibeat ad illos, qui sunt in dignitate cõstituti, & qui excellunt in bonis fortunæ. Ad mediocres autem mediocriter: nam ꝙ aliquis inter magnos se exhibeat magnum & venerabilem, indicat animi virilitatem, quod est virtutis, sed ꝙ velit à mediocrib. vel infimis personis venerari & timeri, spectat ad eos, q̃ sunt alijs onerosi: quod non est virtutis: sed vitij. Et est simile, sicut si quis ostendat se fortem contra imbecilles, nolit autem aggredi difficilia, quæ tñ sunt honorabilia: in quibus alij præcellunt.

Magnanimus otiosus & piger est.

Nona, Magnanimus est otiosus & piger in agendis. Otiosus quidem non vt otium sonat vitium, sed vt otiosus signat paucorum operatiuum. Magnanimi ẽm non est quæcunque operari, sed magna. Magnanimum enim magna decent. Piger verò: non vt pigrities reprehensibilis est, sed vt signat tarditatem & grauitatem in agendis, est ergo piger, id est, tardus: qm̃ non de facili ingerit se negotijs, & non sunt cõtinua magna negotia, in quibus se habet ingerere.

Decima; Necesse est magnanimum esse manifestum ꝺoditorem, aut amatorem: ita ꝙ est manifestus amicus, aut inimicus. Quod enim aliquis latenter amet, aut odiat prouenit ex timore, sed magnanimus non est timidus, qm̃ magnanimitas includit fortitudinem, vt dictum est suprà: ergo non amat, aut odit latenter, sed manifestè.

Vndecima, Magnanimus pręponit veritatem opinioni hominum: qm̃ non propter hominum opinionem recedit ab eo; quod iustum est fieri.

Magnanim⁹ liberè loquitur, & vera.

Duodecima, Magnanimus manifestè & liberè loquitur ac operatur: nam contẽnit alios non contemptu vituperabili sed quia non appretiatur eos vltrà quàm debeat: ergo propter respectum aliorum non occultat quæ loqui debet, aut operari sed liberè & palam loquitur ac operatur.

Decimatertia Magnanimus debet esse veridicus. non ẽm debet falsum dicere, nisi ironicè aliqñ in ludo, vt delectet multitudinem.

Magnanimus rarò cum alijs conuiuare

Decima quarta; Non est magnanimi esse promptũ & facilẽ ad conuiuandum cum alijs nisi cum amicis. Nam ingerere se ad conuiuandum cum alijs indifferenter est seruilis animi: na oẽs blandientes cupientes differenter omnib. pla-

debet.

cere: sunt obsequiosi, id est, ad seruiendum prompti, & oẽs humiles, id est, qui sunt abiecti animi, sunt blanditores.

Decimaquinta, Magnanimus non de facili admiratur: est enim admiratio de rebus magnis, sed magnanimo nihil est magnum in his, quæ exterius & ex fortuna occurrere possunt. Vita enim sua versatur circa interiora bona, quæ sunt vera & magna bona.

Magnanimum indecens est iniuriarum memorem esse.

Decimasexta, Magnanimus non multum recordatur mali, aut iniurię, quam receperit: nam ad magnanimum spectat obliuisci malorum, quæ passus est, inquantum de eis nõ curat, vt pote à quibus minorari non potest. Vnde Cicero de Iulio Cæsare scribit, ꝙ omnium recordabatur, præter quã iniuriarum.

Decimaseptima, Magnanimus nõ multum loquitur laudando homines in particulari, nec seipsum, neque alios. Nõ enim sibi est curę ꝙ ipse laudetur, aut alij vituperẽtur. Nec multum laudat alios, nec multũ de alijs loquitur, eò ꝙ intendit bono magno, quod est bonum cõe, & bonum diuinũ. Nec etiam de inimicis multum loquitur, nisi ad repellendã iniuriam illatam, aut inferendam.

Magnanimum decet esse studiosum circaborna non lucrosa.

Decimaoctaua, Magnanimus de rebus vitæ necessarijs non est plangitiuus, scilicet conquerendo, aut murmurãdo si ei defuerint. Neque deprecatiuus, vt sibi exhibeãtur. Hęc enim spectant ad eum, qui solum studet in his, & inhæret quasi rebus magnis, quæ tñ sunt minora bona: & ideo magnanimus, qui magna curat & appetit, non plangit, nec conqueritur in his.

Decimanona, Magnanimus est magis promptus ad possidendum bona honorabilia infructuosa, id est, non lucrosa vt præcesse cõitati, siue causis pijs, siue stipendijs, quàm quę vtilia & fructuosa sunt. Nam honorabilia non lucrosa spectant ad hominem sibi sufficientem, qualis est magnanimus qui non indiget aliunde lucrari.

Magnanim motus lẽtus, vox grauis, & locutio stabilis est.

Vigesima, Motus corporis & oĩm partium eius est lent⁹, & vox grauis, & locutio stabilis. Non enim est festinus, qui circa pauca studet. Nec contentiosus, qui nihil rerum exteriorum magnum extimat: acuitas autem vocis & velocitas locutionis eueniunt ꝓpter cõtentiones. Cùm igitur hęc nõ sint in magnanimo cõstat ꝙ & motus & vox & locutiõ debent habere in eo prædictas conditiones.

CAPVT IIII.

De inflatione, & pusillanimitate extremis vitijs Magnanimitatis agit: pusillanimitatem item ostendit ipsi magnanimitati aduersari magis quàm inflationem.

4. Ethic. Cap. 3.

QVantum ad quartum caput, vt habeamus plenam notiriam de vitijs oppositis magnanimitati, aduerte tria. Primo in quo conueniunt. Secundò in quibus differunt. Tertiò quod eorum magis opponitur magnanimitati.

Extrema vitiamagnanimitatis nulli nocent.

Quantũ ad primũ aduerte, vt diximus suprà ꝙ vitiũ oppositum ꝓ defectum dr̃ pusillanimitas. Oppositum aũt per excessum dr̃ chaymotes, id est, inflatio, siue tumor: qui ꝓuenit ex eo, ꝙ quis maiorem de se habet quã deceat opinionẽ. Conueniunt aũt in hoc, ꝙ non videntur mali sumendo malum ꝓ nociuo. Non enim videtur malefactores, neque alicui nocere, neq; quid turpiter agere: quia tñ deuiant à medio virtutis peccantes sunt & vt sic possunt dici mali, ꝓut omnis declinans est vitiosus, ex consequenti malus.

Pusillanimitas ex tribus oritur, quæ culpabilia sunt, & homini obillã duo mala cõtingunt.

Quantum ad ẽm aduerte, quòd pusillanimus differt à chaymo in hoc, quòd priuat se bonis, quibus est dignus, eò quòd non curat, nec conatur assequi bona, & honores, quibus est dignus. Quod quidem prouenit ex tribus. Primò, quia non reputat se talibus dignum, cum tamen sit dignus. Secundò quia ignorat seipsum & propriam sui conditionem. nam si seipsum cognosceret excitaretur ad appetẽdum bona quib⁹ se dignũ cognosceret. Tertiò ignorat seipsum non propter insipientiam. Insipiens enim non est dignus magnis bonis sed propter pigritiam, per quam contingit quòd nolũt se magnis ingerere, prout sunt digni, sed ex pigritia seipsos vilificant.

Et aduerte, quòd pusillanimus ex opinione, qua reputat se indignum magnis, cùm tamen sit dignus, proueniunt ei duo mala. Primò efficitur deterior, nam ex tali opinione recedit ab operationibus virtutis, & ab inuentionibus speculabilium virtutum, existimans se his indignum. Ex hoc autem ꝙ magna bona prætermittit efficitur deterior. Exercitatio ẽm in magnis bonis reddit homines meliores. Scd̃ò ex eadem opinione perdit aliqua exteriora bona, quib⁹ est

dignus

dignus:puta beneficia & munera,quibus eſt dignus,& quæ inſtrumenta deſeruirent operationib.virtutum.Puſillanimꝰ enim,ex quo ſe magnis non ingerit,cõiter deſpicitur,& nõ beneficiatur;& inops viuens exercere non poteſt opera virtutum,prçcipuè liberalitatis,magnificentiç,& magnanimitatis.

Chaymorũ, vel præſumptorum ſtultitia & ignorantia.

Chaymus autem ſiue inflatus eſt inſipiens & ignorans ſuã conditionem,non quidẽ ex pigritia, vt puſillanimus, ſed ex ſua temeritate & inſipientia. Cuius ſignum eſt, ꝙ nituntur conſequi aliqua honorabilia, ad quæ penitus ſunt indigni. Et qñ in conſecutione deficiunt ſunt manifeſtè arguendi,vt pote nitentes ſupra facultatem ſuam.

Actus autem & exercitium chaymorum eſt magnificare ſeipſos pompoſis veſtibus,& figura,& inceſſu, & verbis ſe laudare:quaſi per hæc volentes,à vulgo honorari.Et hoc faciunt ſtulti,quos gloria vexat inanis.

Puſillanimitas maius vitium eſt quàm inflatio.

Quantũ ad tertium aduerte,ꝙ puſillanimitas magis opponitur magnanimitati,quàm chaymotes,id eſt inflatio.Nã diximus in libro ſecundo,ꝙ vitium,ad quod pronior eſt humana natura,magis opponitur virtuti,ad quam ſpectat reprimere malas hominum inclinationes.Conſtat autẽ ꝙ magis contingit aliquos eſſe puſillanimes,qui ſcilicet omittũt facere bona,quç poſſent quàm conẽtur agere bona,quç nõ poſſunt:ergo magis opponitur magnanimitati.

Prçtereà,Dictum eſt,ꝙ puſillanimitas facit hominẽ deteriorẽ,quã chaymotes:ergo magis opponit magnanimitati: quia facit hominem peiorem,ſicut virtus facit melioré.Hęc igitur de magnanimitate & vitiis ei oppoſitis dicta ſint.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS in quartum librum Ethicorum, vnico capite complexus.

¶De virtute circa mediocres honores.

CAPVT VNICVM.

Dari quandam virtutem quæ verſatur circa mediocres honores,oſtendit,& duo illi extrema & contraria vitia.

Ex quarto libro Ethicorum. Cap. 4.

POſtquàm actũ eſt de magnanimitate,q̃ eſt circa magnos honores,agit de virtute alia, q̃ eſt ca mediocres,& paruos honores,quç ſe habet ad magnanimitatẽ,ſicut liberalitas ad magnificentiam,diximus enim ſup rà,ꝙ magnificẽtia eſt ſolũ circa magnos & excellẽtes ſumptꝰ,ſicut & magnanimitas circa magnos honores. Liberalitas aũt eſt circa moderatas acceptiones & dationes pecuniarum & ſumptꝰ, ſiue paruos,ſiue mediocres.Similiter virtus,de qua locuturi ſumus,ſe habet circa paruos & mediocres honores: & qm̃ qs poſſet negare dictã virtutẽ à magnanimitate verſari circa mediocres honores,iõ Ari.id ꝓbare intendit.Deinde determinare de medio & de extremis circa hanc materiam.

Mediocrium honorum datur vna media virtus, & duo extrema vitia.

Quantũ ad primũ intendit Philoſophus hanc concluſionem:Circa appetitum mediocris honoris datur vna virtus, & duo vitia oppoſita ꝓbatur, Circa hmõi appetitum danẽ medietas & exceſſus & defectus:ergo.&c.Cõſequentia nota ex diffinitione virtutis & vitij poſita in libro ſecundo. Antecedẽs aũt ſic probatur: Sicut in datione & acceptione paruarum ac mediocriũ pecuniarũ ↄtingit medietas & exceſſus & defectꝰ, ita & circa appetitũ honoris mediocris: nam põt quis appetere honorẽ mediocrem pluſquã oportet,id eſt,intenſiori affectu quàm deceat, & vñ, & vt nõ oportet,& nõ gratia boni finis.Põt ét minus appetere quàm oportet,quia forte nõ curat,& tñ deberet curare.Poteſt ét appetere vt oportet,& gra cuius oportet,& ſic de alijs circunſtãtijs:ergo patet ꝙ circa honorum mediocrium appetitum dabilis eſt medietas,cum ſuis extremis.

Prçtereà,Idem amator honoris,quẽ Ariſt.vocat philotimum: non eſt ſimul & ſn idem vituperabilis & laudabilis: nec idem non amator honoris eſt eodem modo laudabilis, & vituperabilis.Sed aliqs amator honoris laudatur, vt qui amat ſicut oportet & cum aliis debitis circunſtãtijs,vt qui amat ſine debitis circunſtantijs.Eodem modo intelligendũ eſt de non amatore honoris ſecundum communem vſum loquendi:ergo circa honores mediocres, dabilis eſt medietas laudabilis, quç eſt virtus: & duo extrema vituperabilia.quæ ſunt vitia oppoſita tali virtuti.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd,vt dicit Ariſt.qa virtꝰ ſiue medietas circa mediocres honores eſt innominata,ideo videtur derelicta,ac ſi non eſſet: & tamen in veritate eſt,quia vt declaratum eſt circa appetitum mediocriũ honorũ datur exceſſus & defectus: ergo conſequens eſt vt ſi dantur extrema,quod detur medium. ſed quoniam talis medietas remanſit innominata,ideo ſolet nominari nomini bus extremorum. Nam per comparationem ad vnum extremorum videtur habere ſimilitudinem cum altero extremo. Habitus enim medius,quo appetimus honoré mediocrem vt oportet,& decet, & nõ aliter cõparatus ad exceſsiuum amorem mediocris honoris,videtur eſſe contemptus honoris,qui eſt extremum ſecundum defectum:per comparationem autem ad comtempum honoris videtur eſſe amor exceſsiuus honoris:& per comparationem ad vtrũque extremum videtur eſſe aliqualiter vtrunque Medium enim ſapit & in ſe ſeruat naturam extremorum, licet moderatam ſiue remiſſam,& hoc communiter apparet in aliis virtutibꝰ. Nam fortis comparatus timido videtur audax, comparatus audaci videtur timidus ſic in ꝓpoſita materia,extrema in ſe conſiderata in ratione ad medium laudantur,qa vt ſic ſumuntur ac ſi eſſent mediũ,& quoniã ipſum medium eſt innominatum,ideo exrrema videntur oppoſita adinuicem tantum & non ad medium: & tamen ſecundum veritatem opponuntur vtroque modo, ſicut & in aliis virtutibꝰ. Hęc de præſenti tractatu dicta ſint.Nam circa hanc virtutẽ innominatam,neque Ariſtot.neque doctores multum immorantur.Habita enim plena notitia de magnanimitate, habetur & de prædicta virtute.

Tractatus Quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS in quartum librum Ethiçorum vnico capite complexus.

¶De manſuetudine.

CAPVT VNICVM.

De manſuetudine & eius extremis vitiis & eorum ad inuicem comparatione agit.

Ex 4. lib. Ethic.c.1.

IN hoc tractatu quinto agendũ eſt de manſuetudine,quæ reſpicit exteriora mala, ex quorum illatione prouocatur homo ad iram. Et quinque agenda ſunt.Primò declarandum eſt, quæ ſit materia, circa quam regulandam ponitur manſuetudo,& q̃ ſint vitia ei oppoſita. Secundò determinandũ eſt de ipſa manſuetudine. Tertiò de vitiis oppoſitis.Quartò cõparanda ſuntvitia oppoſita ad manſuetudinem,vt ſciamus quod eorũ magis opponitur manſuetudini.Quintò reſpondendum eſt tacitæ quæſtioni.

Manſuetus quis dicatur.

Quantùm ad primũ dicit Ariſtot. quòd manſuetudo eſt quædam medietas circa iras vt circa propriã materiam,licet non ꝓpriè nominetur nomine mãſuetudinis,nec extrema ſint propriè nominata.Nam manſuetudo ex vi termini potiꝰ ſignificat defectum iræ,quàm medietatẽ in ira.Dicitur enim ꝓpriè manſuetus ex eo,quòd non iraſcitur, quaſi manu aſſuetus:ad ſimilitudinẽ bruti, quod aſſuetum manibus hominum,irã deponit:& videtur neſcire iraſci.Extremum autem ſecundum defectum iræ eſt innominatũ, licet ſoleat dici iniraſcibilitas,quæ ſonat priuationẽ iræ.Sed extremum ꝙ ſuperabundantiam dicitur iracundia.Patet igitur,quòd circa iras datur medietas quæ eſt virtus,quæ nõ habet nomen proprium:licet ſignificetur nomine manſuetudinis:dantur etiam extrema vitioſa ſecundum exceſſum & defectum.

Manſuetudo defectum ira innuere videtur.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd ira,circa quã regulandã ponitur manſuetudo,ex multis & differentibꝰ cauſis poteſt prouenire.& ſecundum harum diuerſitatem contingit diuerſimodè accipere in ira mediũ & extrema.Nã ꝓ aliqua cauſa conuenit ſecundũ rationẽ magis iraſci,& pro aliqua minus.Et ꝓ quacunq; cauſa qs iraſcitur, ſi iraſcit vt oportet, & quantum, & quando,& quanto tẽpore laudat & manſuetus dicitur, ſi manſuetudinis nomen ſumatur in laudẽ,& nõ in defectum irç.Manſuetus enim duo principaliter intendit.Primò,vt non perturbetur ex ira iudiciũ rationis interius.Secundò,vt non ducatur ex ira in actionem exteriorem,ſed ex ratione imperante ſuper irã,& ſic manſuetus eſt dignus laude.

Tu tamen aduerte,vt dicit Ariſt.quòd manſuetꝰ cõſiderata

rata nominis proprietate vł peccare accedeus ad defectum irę.Nam cùm quis manſuetus dł ſignatur ꝙ non eſt punitiuus,ſed ꝙ magis remittat & condonet pœnas: quod indicat defectum iræ.Nam ira eſt appetit⁹ vindictæ & punitionis.Ex his igitur,patet ꝙ manſuetus dictus à manſuetudine vt eſt virtus,eſt laudabilis,quoniam non eſt deficiens, nec excedeus in ira.Dictus autem à manſuetudine, vt ſignat ex ꝓprietate nominis defectum iræ,quia non iraſcitur quantū & qñ oportet eſt vituperabilis & peccat.Et ſic manſuetudo & manſuetus poſſunt accipi ęquiuocè, ſcilicet pro medio circa iras & pro extremo ſm defectum irę.Cōiter tñ ſumit̄ pro medio,& manſuetum intendimus pro mite,vel clemēte,vel tractabili.

Non iraſci vituperabile eſt.

Quantū ad tertiū aduerte,ꝙ quis poteſt recedere à medio laudabili in ira,per defectum & per exceſſum.Per defectum quidem ſiue vocetur iniraſcabilitas,ſiue aliter, vt qñ non iraſcitur,& tñ deberet iraſci.Et hoc extremū eſt vituperabile:quod ſic ꝓbatur ex intentione Ariſtot.Inſipientis eſt non iraſci in his in quibus oportet,& qñ,& quantum,& cū quibus perſonis,ergo vituperabile eſt:conſequentia patet.Antecedens ꝓbatur: Nam ira cauſatur ex triſtitia,quę prouenit ex malo illato,& eſt ſenſus nocumenti. Si igitur quis non iraſcitur in his,in quibus oportet,& qñ,& qūo oportet,ſequitur ꝙ de his non doleat, neque triſtetur, & ita non cognoſcat ea eſſe ſibi mala & nociua:quod ad inſipientiam ſpectat. Patet ergo quòd defectus iræ eſt vituperabilis.

Præterea, Non vindicare, nec punire quæ ſm rationem vindicanda,& punienda ſunt,vituperabile eſt.Sed non iraſci in quibus & quando oportet eſt cauſa, quòd non vindicantur,nec puniuntur quę vindicari & puniri debent:ergo,&c.

Ira motus quomodo neceſſarius ad vindictam malorum.

Sed aduerte,vt dicit S.Tho.exponens, ꝙ hęc ratio nō eſt ſic intelligenda, quaſi debita vindicta & punitio fieri non poſsit iudicio rationis ſine ira,ſed quia mot⁹ iræ excitatus ſm iudicium rationis,facit hominem promptiorem ad vindicandum & puniendum:niſi enim appetitus ſenſitiuus adiuuaret nos ad exequendum iudicium rationis,fruſtrà eſſet in humana natura.

Præterea ſuſtinere iniurias,& eas nō repellere qñ oportet eſt vituperabile & ſerule.Sed hoc quādoq; cōtingit ex defectu irę,tali em̄ defectu redditur homo piger & remiſſus ad repellendum iniurias,quas debito modo deberet repellere:ergo extremum ex defectu in ira eſt reprehenſibile.

Ira exceſſus vituperabilis eſt:qui nō contingit in vno homine ſecundum oēs circumſtantias.

Non ſolùm autem per defectum iræ poteſt quis recedere à medio,ſed etiam per exceſſum,qui pōt fieri ſm oēs circunſtantias:poteſt enim quis exceſsiuè iraſci perſonis,quibus non oportet,& quando non oportet,& magis quàm oportet,& ꝙ velòcius ꝓuocetur ad iram quā oportet, & ꝙ ira plus duret quàm oportet.Nota tamen,ꝙ non omnes prędicti exceſſus inueniuntur in eodem homine ſimul, tum ꝓpter moleſtiam & inquietudinem intolerabilem, quam in ſeipſo haberet & ſeipſum roderet, tum quia inter homines nec viuere,nec ſupportari poſſet & ita etiam eſt vniuerſaliter loquendo de malo,quia ſi eſſet integrum,id eſt,totaliter malum ſeipſum deſtrueret: fieret enim importabile tollendo ſubiectum,à quo debet fieri ſi ſit:quod enim nihil eſt, malū non eſt, cum malum ſit priuatio: quodlibet autem ens vt ens eſt bonum,ex quo patet quòd malum non aufert totum bonum,ſed aliquod particulare bonum, cuius eſt priuatio: ſicut cæcitas non aufert animal,ſed viſum,cuius eſt priuatio.nam ablato animali,iam non eſſet cæcitas. Patet igitur, ꝙ malum non poteſt eſſe integrum,id eſt,ex omni parte malum,quia auferendo totum bonum, auferret & deſtrueret ſeipſum.

Iræ exceſſus ſecundum tres diuerſificatur gradus. Iracundi.

Hic autem exceſſus in ira ex intentione Ariſt.habet tres ſpecies,quarum prima dł iracundia,ſecūda amaritudo, tertia grauitas.Iracundia eſt in illis,qui velociter iraſcūtur,& illis perſonis quibus non oportet,& in rebus in quibus non oportet.Quorum ira non diu perſeuerat,ſed citò quieſcit, ſicut citò inſurgit.Hi non retinent in corde iram,ſed ſtatim ad extra prorumpit:quia vel ſtatim vindicantur, vel ſignis, putà verbis, exhalant irā,qua exhalata quieſcūt,ſicut calor concluſus diu ſeruatur,euaporās aūt citò deficit. Ad hanc ſpeciem maximè diſpoſiti ſunt cholerici propter velocitatem & ſubtilitatem cholerę.& apud Ari.dicuntur acrocholi,id eſt,extremi in ira,quoniam ſunt adeò celeres in ira, ꝙ pro quocunq; leui cōmouētur ad iram,& ſunt illi, quos vocamus homines ſummę bilis,id eſt cholerę.

Amaritudo irę eſt in illis,qui diu iraſcūtur,& quorū ira de difficili ſoluitur:quoniam intrinſecus ſeruant, quieſcūt quando vindicātur & puniunt:nam vindicta quietat motū irę,eò quòd loco triſtitię precedentis affert ſolatiū vindicanti & gaudiū.Quòd ſi nō vindicantur grauiter affligūtur intrinſecus,nam quia exterius irā non manifeſtant,nullus poteſt perſuadendo eorum iram mitigare.Ad hoc autē quòd eorū ira digeratur neceſſaria eſt tēporis longitudo, vt paulatim tepeſcat & extinguatur. Huiuſmodi homines ſunt ſibiipſis & amicis moleſtiſsimi,eò quòd nō poſſunt cū eis delectabiliter cōuiuere.Et ideo vocantur amari & moleſti,& ad hanc ſpeciem diſpoſiti ſunt melancholici,in qb⁹ impreſsiones receptæ diu perſeuerant propter humoris groſsitiem.

In quibus ira ſint.

Graues in ira qui.

Grauitas iræ eſt in illis,qui iraſcuntur cū quibus, & in quibus & quando,& longiori tēpore quàm oportet:& eorum ira nulla perſuaſione minuitur, nulla tēporis longitudine digeritur,ſed ſola vindicta.Statuūt enim non quieſcere donec vindictam fecerint,& ſic vſque ad mortem perſeuerant.Iſti ſunt peſsimi,& inhumani,& vt ferę vitandi.Patet igitur,quòd datur extremū vituperabile per exceſſum iræ,& quòd tres ſpecies habet,quarū prima grauis,ſecunda grauior,tertia grauiſsima.

Iracundia manſuetudini magis aduerſatur, quā ira ſcibilitas.

Quantùm ad quartū aduerte ex intentione Ariſto.quòd extremum iræ ꝓ exceſſum magis opponitur manſuetudini, quàm extremum ꝓ defectum.Nam vitium,ad quod homo naturaliter magis inclinatur,magis opponitur virtuti vt declaratū eſt in ſecūdo libro.Sed ad exceſſū iræ homo magis inclinatur quam ad defectum:cuius ſignum eſt quòd homo poſt iniuriam acceptam magis inclinatur ad vindictam quam ad remiſsionem iniuriæ licet ſi non accipit iniuriam ſit naturaliter inclinatus ad manſuetudinem:ergo,&c.Præterea,per exceſſum iræ homo fit difficilis ad conuiuendū cū aliis,vt diximus ſupra,ergo fit deterior,ergo magis opponitur manſuetudini,quæ reddit hominē bene conuerſatiuum.Prēterea, per exceſſum irę committuntur multa cōtra legem,vt homicidia,& infamiæ,& deprædationes,quę non committuntur ex eius defectu:ergo,&c.

Quantū ad quintum aduerte,quòd quis poſſet quęrere qualiter ſit debitè iraſcendum & ſecundum rationē, & qb⁹ perſonis,& in quibus,& qua de cauſa,& ſic de aliis,circunſtantiis,quibus redditur laudabilis actus moralis.Huic igitur quęſito reſpondet Ariſt.dicens,quòd ſicut,iam dictū eſt in libro ſecundo,non eſt facile determinare qualiter ſit iraſcendū,& quibus & in quibus & quanto tēpore,&c. & vſque ad quem terminū quis rectè iraſcitur, vel non rectè & peccat.Nam qui parum recedit à medio,vel in plus,vel in minus,vt diximus in libro ſecundo,non vituperatur, imò quandoque eos,qui ira deficiunt, vocamus manſuetos:eos autem,qui parum excedunt viriles vocam⁹ quaſi potentes & aptos ad principandū ex ꝓmptitudine animi ad puniendum & caſtigandum,verū ꝓ quanto & quali receſſu à medio homo iraſcens vituperetur, nō eſt facile determinare, quia huius rei rectum iudiciū cōſiſtit in ſingularibus, & in ſenſu,non tā exteriori quàm in interiori extimatione.Hoc tamen manifeſtum eſt,quòd medius habit⁹ ſemper eſt laudabilis,ſecundū quem rationabiliter iraſcimur cū debitis circunſtātiis:& quòd ſemp exceſſus iræ & defect⁹ ſunt vituperabiles,ſi tamen parū fiant tolerabile eſt:ſi aūt notabiliter fiant magis vituperabile eſt,ſi verò multū & exceſſiuè fiāt adhuc magis vituperabile eſt. Propterea debet vnuſquiſque ad medium ſe trahere in iraſcendo, ne multum vituperetur:vel vt laudē mereatur.Hæc de manſuetudine & vitiis ei oppoſitis dicta ſint.

Tractatus quinti finis.

TRACTATVS SEXTVS
Super librum quartum Ethicorum, vnico capite complexus.

¶ De Affabilitate.

CAPVT VNICVM

De affabilitate & eius extremis vitijs agit, & eius proprietatibus.

4 Ethic. cap.6.

IN ſexto tractatu agendum eſt de quadā virtute morali,qua homo exhibet ſe delectabilē, & gratioſum in conuerſatione, & coniictu cum aliis tam in verbis, quàm in aliis negotiis:ita quòd quicqd loquitur,aut agit, delectabiliter

ctabiliter & gratiosè loquitur,ac operatur:non quidé absolutè,sed vt decet,& ratio dictat.Hæc quidem virtus caret ꝓprio nomine,sed pōt dici affabilitas,& amicitia ſm Arist. vt declarabimus infrà.Considerationem igitur huius virtutis complectemur in præsenti tract.in quo tria agēda sunt. Primò probandum ꝙ in conuictu & conuersatione humana datur medius habitus laudabilis,qui est virtus, de qua nunc intendimus.Secundò pertractandum est de ipsa virtute,& quò ad nomen,& quò ad ꝓprietates suas.Tertiò pertractandum est de vitiis ei oppositis.

In hominum conuictu & cōuersatione necessaria est quædam virtus, quæ affabilitas, seu comitas nominatur.

Quātùm ad primū aduerte,ꝙ Ari.intendit hanc ꝯsequētiam.In conuictu & conuersatione humana dantur duo extrema vitiosa,vnum per excessum, alterum per defectum, q̄ quidem sunt vituperabilia:ergo datur medius habitus laudabilis,quo homo se exhibet in conuiuendo & conuersando delectabilé & cōtristabilem,vt decet, consequētia quidem nota est,qm̄ in moralib.nō dantur extrema nisi per recessum à medio,ergo si dantur extrema datur medium.Antecedens autem probatur ex eo,ꝙ experimur aliquos circa colloquia humana,ꝓ quæ homines maximè conuiuunt adinuicem ſm proprietatem cōditionum suarum:& vniuersaliter circa totum conuictum humanum,qui fit ex cōione hominum adinuicem tam in colloquiis,quàm in alijs negotijs esse & dici placidos,intendentes omnib.in omnibus placere:vnde omnia aliorum dicta & acta laudant & approbant, siue bona siue mala sint,studéntque in hoc tantum, ꝙ se delectabiles exhibeant & placeant,& nulli in aliquo ꝺdicere, ne tristitiam afferant:extimantes ꝙ oportet omnes conuiuere sine tristitia.Isti tenent extremum per excessum. Aliquos autem experimur conari in oppositum,qui scilicet, student omnibus in omnibus ꝺdicere verbis, & actis & omnes reprobare,& omnib⁹ tristitiam afferre.Tales tenent extremū per defectum,quia in nullo quærūt se delectabiles exhibere,imò in omnibus cōtristatiuos,hos inhumanos,difficiles, fastidiosos,contentiosos,proteruos,discolos vocamus. Cū igitur qui omnibus in omnibus vult placere sit vituperabilis,similiter qui nulli vult placere,sed oēs contristare,sequitur ꝙ medius habitus sit laudabilis:quo quis studet acceptare dicta & acta aliorum,vt rationabile est, & vt sic se delectabilem reddit:respuit ét vt decet, & ꝓut oportet,& vt sic non curat placere,imò eligit contristare, qm̄ sic ratio dictat,scilicet non approbare malè dicentem,aut malè operātem,sed arguere,vt decens est.

Affabilitas ab amicitia quo diuersa sit.

Quantū ad ſm aduerte,vt dicit Ari.ꝙ hic medius habit⁹ non habet proprium nomen,ideo vt sic est innominatus:potest tn̄ dici amicitia in vno sensu,in alio autem non,nam hic habitus & amicitia conueniunt in actu exteriori, qm̄ sicut amicus delectabiliter conuiuit cum amico, & contristatur simul cum eo,qn̄ oportet, ita homo habens hunc medium habitum taliter se habet in delectabili conuictu cum alijs sicut amicus cum amico.In alio autem sensu differt ab amicitia : quoniam hic medius habitus potest esse & inuenitur sine amore,& affectu,vt est passio appetitus sensitiui, & sine dilectione ad eos , cum quibus domesticè loquitur & conuiuit prout dilectio ad appetitum intellectiuū spectat. Non em̄ acceptat & approbat dicta aut acta aliorum,nec ꝺdicit aut respuit vt oportet,quia afficitur erga illos amore aut odio,sicut facit amicus cum amico, & inimicus cum inimico,sed quia est sic dispositus secundum hunc medium habitum,de quo nunc loquimur,quem possumus appellare affabilitatem in conuiuendo. Cuius signum est, ꝙ affabilis non solùm delectabiliter se habet erga amicos, sed communiter erga oēs tam notos quàm ignotos, domesticos & extraneos,& est simile de affabili & liberali.Nam amicus donat amico ex amore, liberalis autem donat non solùm ex amore,sed quia liberalis est ideo erga omnes liberaliter se habet.

Tū tn̄ aduerte,quòd hæc similitudo in conuictu quò ad notos & ignotos quò ad amicos & extraneos non est intelligenda quò ad omnia,sed solùm quātū ad hoc,ꝙ est se exhibere delectabilem & gratiosum in conuersatione erga omnes.Cum hoc tn̄ stat,ꝙ differenti modo se debet habere affabilis erga amicos in benefaciendo & erga extraneos. Et breuiter affabilis gratiosè se habet erga omnes vt congruit:sed tamen seruata differentia graduum & conditionum personarum:non enim decet, quòd quis simili modo delectet aut contristet propinquum & extraneum.Patet igitur in quo sensu hic medius habitus potest dici amicitia & in quo non.

Quantùm ad proprietates eius aduerte ex intentione Ari.quòd sunt quinque.

Affabilis ꝓprietates.

Prima, Vir affabilis cum omnibus delectabiliter loquitur vt decet.

Secunda,Intendit delectabiliter aliis conuiuere,nō turpiter,aut damnosè,sed gratia boni honesti & vtilis.Conuiuunt enim homines vt sint sibi inuicem vtiles,& delectabiles vt decet & in hoc distinguitur à brutis.

Tertia,Affabilis quandoque refugit delectare eum cum quo conuersatur,imò eligit ipsum cōtristare:& hoc est aliquando ex parte ipsius affabilis,vt si ille,cū quo conuersatur,sit inhonestus,aut verbis,aut actibus inhonestis: aut si sit ei nociuus,putà minuens famā sua ex inhonesta conuersatione.Aliquando est ex parte eius,cum quo conuersatur, vt si dicat vel agat aliquid,quod spectet ad sui propriā inhonestatem,vel vituperium,vel si sit ipsimet nociuus,putà qa ꝓdig⁹, vel congregans subiipsi inimicitias. Tunc enim affabilis contrarius erit illi,& eliget contristare eū ad sui salutem & correctionem.Virtuosus enim non recipiet,nec approbabit dicta,aut facta aliorum, qui malè se habent in conuiuendo,sed magis arguet eos non curans displicere ꝓpter bonum virtutis.

Quarta ,Affabilis diuersimodè loquitur & conuersatur cum constitutis in dignitate,& cum priuatis,& cum notis, & cū extraneis gerens se erga quemcunque gradū psonarum vt decet.

Extrema affabilitati qua.

Quinta,Affabilis intendit quantū in se est delectare, & renuit contristare:tamen si sit consecutus vel consecuturus maiora bona ex contristare,quàm ex delectare, præeligit contristare,idem intellige de delectare.

Placidus. Adulator.

Quantùm ad tertiū aduerte,vt suprà dixim⁹,quòd huic virtuti,quam possumus nominare affabilitatē,duo extrema opponuntur:vnum per excessum,& est quando quis vult omnibus in omnibus placere, & se delectabilem in omnib⁹ reddere,quod si id facit nō propter aliud, sed ꝓpter delectare,dicitur placidus,si autem id facit propter vtile,putà propter pecuniam acquirendam ,aut propter quodcunque bonū exterius pecunia extimandū,dicitur adulator. Alterum extremum est per defectum delectationis,& est quando quis nō curat alicui placere, imò omnib⁹ molestus esse, contradicens omnibus:hunc diximus suprà nominari cōtentiosum,discolum,difficilem,inhumanum,nec permittendus est cum aliis conuiuere:quoniam omnibus in omnibus tristitiam affert dictis ,actis , nutibus , &c .Et quoniā hęc virtus est innominata,vt supra diximus,ideo ꝺdicta extrema dicuntur opponi adinuicem, & nō ad medium, quoniā est innominatum:& tamen secundum veritatem opponuntur inter se & medio:nam tā placidus quàm contentiosus opponuntur affabili.

Affabilitas est vna virtus.

Pro euidentia affabilitatis aduerte duo. Primo quòd circa duplicē materiam regulandā versatur quarū vna est ꝓxima & intrinseca,quę sunt passiones interiores in cōcupiscibili,quas moderatur,scilicet delectationes & tristitias in cōuersando cū aliis decenter & delectabiliter:altera est remota & extrinseca & sunt sermones & reliqui act⁹ gratiosi,ac delectabiles,vt decet interuenientes in cōuictu humano.Et licet respiciant omnes actus conuictus humani,ꝙ non solùm specie,sed etiā genere differūt,secundū ꝙ sunt diuersi modi viuendi inter homines:tamē affabilitas nō est virt⁹ generalis,sed specialis:respicit enim omnes hos actus sub vna ratione formali:quæ est decenter & delectabiliter inter homines cōuiuere,& quoniā hæc ratio est vna secundum speciem,ideo hæc virtus est vna secundum speciem. Vnitas enim habitus prouenit ab vnitate rationis formalis sui obiecti.

Affabilitas quomodo annexa sit tēperātiæ ad iustitiā.

Aduerte secundò quòd secundum aliquos hęc virtus est annexa temperantiæ,& secundum alios est annexa iustitię. Ratio quidé opinionis primæ est hæc , quia affabilitas imitatur temperantiam circa propriam & intrinsecam materiam. Nam temperantia moderatur delectationes & tristitias, quæ sunt circa tactum , vt diximus in tertio libro. Affabilitas autem moderatur delectationes & tristitias,quæ sunt in conuictu humano secundum conuenientem habitudinem hominis ad seipsum , & ad eum , cum quo conuersatur , & ideo ratione materiæ , videtur hæc virtus adiuncta temperantiæ. Ratio autem alterius opinionis est hæc:Per affabilitatem homo non intendit principaliter delectare seipsum ,sed eum , cui conuiuit , & ita intendit delectationem in ordine ad alterum , similiter intendit de

intendit delectare ſub ratione debiti non legalis,ſed honeſti:honeſtum eſt eñ cuilibet alteri delectabiliter conuiuere & ſm q̃ decet,eò q̃ homo eſt naturaliter politicum animal & ſociale,vt dictum eſt in primo libro:& etiam,quia homo ſine delectatione viuere non poteſt,vt dicem⁹ in libro octauo. Cùm ergo ordo ad aliud, & rõ debiti ſint modi pertinentes ad iuſtitiam,vt declarabitur in libro ſequenti, ideo ſm hanc opinionem vr affabilitas adiũcta iuſtitię, licet deficiat à iuſtitia: quia non attendit rationem debiti legalis, ſed honeſti Hęc de affabilitate dicta ſunt.

Tractatus ſexti finis.

TRACTATVS SEPTIMVS SVPER librum quartum Ethicorum,vnico capite complexus.

De Veritate.

CAPVT VNICVM.

De veritate,ſeu veracitate,& eius extremis, iactantia ſcilicet & ironia.

4 Ethic. Cap.7.

IN ſeptimo tractatu agendum eſt de alia virtute,quæ verſatur circa ſermones & actus humanos,ſicut virtus præcedẽs,id eſt,affabilitas,ſed alia rõne.Nam affabilitas verſatur circa delectationes & triſtitias in ꝓueniendo & conuerſando,hęc aũt verſaꝫ circa ſermones & actus humanos veros.Et ſolet appellari veritas ſiue veracitas,cuius cõſideratione ad mentẽ Ari.perſtringemus in pñti tractatu,in quo tria agenda ſunt.Primo declarandũ eſt qđ ſit medium, & q̃ ſint extrema in hac materia,& quid ad medium pertinet & quid ad extrema:& qũo medium eſt laudabile,ex conſequẽti habet rõnem virtutis,extrema aũt ſunt vituperabilia, ex conſequẽti vitioſa.Secundò determinandum eſt de hoc habitu medio,qui dicitur veritas,à qua dr verax : & vt determinatio ſit manifeſtior, determinabitur ſimul de veraci & mendaci:qm̃ vnum manifeſtatur per alterũ,cùm ſint oppoſita.Tertio determinandum eſt de vitijs oppoſitis veritati: quorum vnum eſt ꝑ exceſſum,alterum per defectum,& qđ eorum magis opponitur veritati.

Veracitas eſt media virt⁹ inter iactantiam & ironiam.

Quantũ ad primum aduerte,q̃ in hac mã tria inueniunt, ſcilicet iactantia,ironia,veritas : & duo prima continentur ſub mendacio vt declarabitur.A iactantia dr iactator:& eſt ille,qui ſimulat ſibi ineſſe aliqua glorioſa & digna,quod tñ eſt falſum:& hoc cõtingit dupliciter,q̃a vel ſimulat aliqua digna ſibi ineſſe,quæ non inſunt:vel ſi inſint nõ tñ ita digna & magna vt iactat ſibi ineſſe.Ab ironia dr ironicus,& eſt ille,qui negat ſibi ineſſe digna,quæ tñ inſunt,vel qui dicit ſibi ineſſe minora quã inſint.Iactator peccat ꝑ exceſſum,ironicus per defectũ.A veritate dr verax,& eſt ille, qui cõfiteꝫ ea ſibi ineſſe q̃ inſunt, & mõ quo inſunt:putà ſi magna,magna,ſi parua,parua,ſi bona bona,ſi mala mala:& hoc nõ ſolũ verbis, ſed vita,conuerſatione,actibus,ita q̃ qualẽ ſe dicit,talis eſt,quia ſm veritatem talis eſt,qualem ſe dicit. Et ſi quæras,vñ eſt,q̃ homo multoties declinat à veritate,ſimulans dictis,aut vita & morib.aliter ſe eſſe quàm ſit,quod eſt mentiri:Dico q̃ id poteſt duobus modis contingere.Primò cã alicuius mali,quod timet ſibi euenire,vel cã alicuius boni,quod conſequi ſperat:nam Sortes timens torqueri, ſiue veritatem dicit mentietur putans mendacio euadere pœnam & Plato ſimulans ex hypocriſi ſperat conſequi honorem in vulgo.Secundò quis mentitur & ſimulat non ꝓpter malum vitandum,nec ꝓpter bonum cõſequendum,ſed quia mẽtiri & ſimulare delectatur : nam ſunt nonnulli qui delectantur mentiri & mendacia perſuadere,& in omni vita ſua ſe mẽdaces ac hypocritas faciunt,etiam remota vtilitate. Iſti peſſimi ſunt,& adeo aſſueſcunt mentiri,q̃ nec proponentes aliqã eſſe veraces ſciunt veritatem ſeruare abſque admixtione mendacij:iſti loquuntur & viuunt & operantur ex tali malo habitu:qui humanã deprauat naturam:& dicuntur viri natura mendaces & ſimulati,cum quibus nullum eſt contrahendum commercium, quoniam non niſi deceptiones commentantur.

Cũ igitur in hac materia ſint tres habitus:duo extremi, ſcilicet iactãtia,& ironia,& medius,ſcilicet veritas, medi⁹ eſt laudabilis,& extremi ſunt vituperabiles.Operatio enim veracis laudabilis eſt,eò quòd loquitur & operatur vt eſt. Operatio autem iactatoris & ironici vituperabilis eſt, eò q̃ aliter loquuntur q̃ operantur quàm ſint, ex cõſequenti ſunt mendaces.Mendacium autem,vt inquit Ariſt.prauum eſt & fugiendum, verum autem & bonum eſt laudabile: & ſic concludit Ariſt.quòd verax quidẽ medius exiſtens laudabilis eſt,qui autem mendaces,ambo quidẽ,ſcilicet iactator & ironicus vituperabiles. Magis tamen iactator : quia ſcilicet magis recedit à veritate,vt declarabitur infrà.

Verax quisnam dicatur.

Quantùm ad ſecundum aduerte,vt ſcias in quo ſenſu intendit Ariſt.loqui de veritate & veraci & ſuo oppoſito, ſic diſtinguendũ eſt.Verax ſumitur dupliciter.primo ꝓ eo ; q̃ loquitur & cõfitetur veritatẽ in iudicio interrogatus à iudice,vel q̃ dicit verũ de pertinentib⁹ ad iuſtitiam. ſecundò de eo q̃ dicit verum, vel ſignat ſe veracẽ vita & actibus & ſermone in his,quæ non pertinẽt ad iuſtitiam,vel iniuſtitiã, id eſt,quæ non proceduntab habitu iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ, ſed qa ſic eſt diſpoſitus vt ꝓmptè & delectabiliter dicat & loquatur & agat ſicut eſt. Nã ſicut dictum eſt in tractatu præcedenti,quòd affabilis eſt ille,q̃ vult cũ aliis delectabiliter viuere vt decet,non ſolùm ꝓpter amorem ſicut facit amicus cum amico, ſed quia eſt ſic diſpoſitus ꝓpter habitũ affabilitatis:ſic habens hanc virtutem, quæ dicitur veritas, delectatur dicere verum in omnibus : & abhorret mentiri non ſolùm ꝓpter iuſtitiam ſeruãdam ,ſed ꝓpter habitum, quò diſponitur & inclinatur vt in omnibus ſit veridicus.Et hoc ſecundo modo intendit Ariſtot. hìc loqui de veritate & veraci.Nam in primo ſenſu ſpectat ad librum quintum, vbi de iuſtitia acturi ſumus.

Ad veracẽ duo ſpectant.

Veraci igitur ſecundo mõ dicto ex intentione Ariſ.duo maximè competunt. Primò quòd in dictis factiſque ſuis ita moderat⁹ ſit quòd vitet exceſſum & defectum,id eſt, q̃ non plus nec min⁹ dictis aut factis oſtendat quàm ſit in re. Amat enim veritatem , & ideo dicit in omnibus verum nõ ſolùm in his,in quibus refert dicere verum vel falſum propter damnum,aut ꝓfectum quod inde exoritur , ſed etiam in illis,in quibus hoc non refert : quoniam tam in magnis quàm in paruis abhorret mendacium,vt turpe,etiam quòd inde non ſequatur nocumentum,aut commodum. Erit tamen magis ſollicitus dicere verum in vtilibus aut nociuis, quàm in his,quæ parui ſunt momenti. Secundò quoniam difficile eſt ſem ꝑ ꝓciſe dicere,vt res eſt,ideo ſi contingat veracem declinare à veritate dicenda,magis declinabit ad extremum per defectum q̃ dicimus ironiam , quàm ad extremum per exceſſum q̃ dicimus iactantiam. Prudentius eſt enim minora de ſe dicere,quàm maiora quæ non inſunt minuſque reprehenſibile eſt.Cuius ſignum eſt , quòd iactatores magna per exceſſum de ſeipſis loquentes, redduntur onerioſiores & min⁹ ſupportabiles quàm dicentes minora de ſe ipſis vt ironici,quos humiles appellare conſueuimus. Iactatores enim declinantes ad mai⁹,videntur ſe aliis velle præferre eóſque deſpicere.Declinantes autem ad min⁹, videntur alios præferre ſibiipſis:ideo cariores & acceptabiliores habentur.

Veracitas quid ſit.

Pro cuidentia huius virtutis,quæ dicſtur veritas aduerte quatuor.primò quòd veritas vt eſt virtus moralis, à qua dicitur homo verax,ſumitur ꝓ adæquatione & conformitate dictorũ & actorũ,ad ea,quæ in homine veraci exiſtũt: & vt ſic veritas eſt habitus,ſecundum quem homo manifeſtat in ſermone,in vita,in conuictu,in negotiis , ea ſibi ineſſe,q̃ inſunt,nec maiora,aut minora de ſe ſimulat:& vt verbo concludamus, veritas ſic dicta eſt concordia & conformitas ſiue correſpondentia in dictis & actis & geſtis, prout in homine veraci inſunt & non aliter.

Veracitas quamuis ſit ſpecialis virtus, annexa tamen eſt iuſtitiæ.

Secundò aduerte,quòd hui⁹ virtutis materia circa quã ſunt hominis dicta & acta no abſolutè,ſed ſub ratione cõformitatis & æqualitatis:prout in homine veraci exiſtunt. Et quoniam ratio ſpecialis obiecti, vt diximus in tractatu præcedenti,conſtituit virtutem ſpecialem,ideo veritas eſt ſpecialis virtus moralis.

Tertiò aduerte,quòd licet ſit virtus ſpecialis, tamẽ annexa eſt iuſtitiæ.Conformatur enim iuſtitiæ in duobus.Primò,quia eſt ad alterum , ſicut iuſtitia , vt dicemus in libro quinto.Nam ꝑ veritatem manifeſtat homo dictis aut actis quæ ſunt in ipſo alteri,& ꝑ eam vnus oſtendit ſe alteri qualis eſt.Secundò,quia veritas conſtituit æqualitatẽ in dictis & factis humanis,ſicut iuſtitia in ipſis rebus.Deficit tamen à iuſtitia in hoc,quòd non attendit rationẽ debiti legalis, ſed debiti honeſti : per quod tenetur homo proximo ſuo manifeſtare ſeipſum ſecundum veritatem ſine ſimulatione.

vt conſer

vt conſeruetur conuictus humanus.

Verecundi quando quæ non indecens eſt.

Quartò aduerte q̃ declinare à vero in minus mentiẽdo non propter bonum conſequendum, aut malum vitandum, eſt ſecundum ſe malum: quia non ſubeſt cauſa mentiẽdi, nec verax ſic declinabit à vero. Cauſa autem conſequendi boni aut vitandi mali, videtur Philoſopho morali quòd liceat, ve raci declinare à vero mentiendo. Et hæc videtur intentio Euſtratij, & domini Linconienſis, qui dicũt, quòd verax nõ mentietur niſi gratia euidentis vtilitatis, vt propter alicui⁹ commodum, aut vitandum incommodum: & cùm ſic mentitur libẽtius declinabit à vero in minus quàm in maius. Arbitrantur enim loquendo moraliter q̃ mendacium non ſit turpe, ſi quis propter alicuius ſalutẽ mẽtiatur. Quòd dictũ ſaluari poteſt in mendacio iocoſo, aut officioſo, non autem in pernicioſo: quod fit cum detrimento proximi, quale eſt mendacium proditorium, vel diffamatorium. Dixi autẽ loquendo moraliter, quoniam hîc intendimus de Philoſopho morali: vtrum autem quocunque modo mentiri liceat ſine peccato coram Deo, determinabimus cùm loquemur de veritate & mendacio in doctrina morali Chriſtiana.

Iactãtia triplex: quædã ſtultitia ſiue vana gloria dicta, alia honeſta alia inhoneſta.

Quantùm ad tertium agẽdum eſt de extremis oppoſitis veritati & primo de extremo per exceſſum, qui dicitur iactãtia. Deinde extremo per defectũ, qui dicitur ironia. Quã tùm ad iactantiam aduerte ex intentione Ariſto. quòd committitur tribus modis. Primò aliquis iactat ſe habere, quæ non habet, vel maiora quàm habeat non alio fine, niſi quia delectatur ſic iactare ſe, & mentiri: & hoc prouenit ex mala inclinatione & mala conſuetudine, ita quòd neſciunt loqui niſi exaltando ſeipſos. Iſti dicit Ariſto. ſunt magis vani quã mali, nõ enim alicui nocent, vt ſic, ideo non reputantur mali. Sunt autem vani, quoniã delectantur mendacio, quod nec eſt bonum, nec vtile: & ſua iactantia dicitur inanis gloria, q̃ reducitur ad inſipientiam. Secundò aliquis iactat ſe habere q̃ nõ habet vel maiora quàm habet, non præcisè q̃a delectatur iactantia, ſed quia ex tali iactantia deſiderat laudari & honorari, ſicut qui extra patriam conſtituti dicũt ſe eſſe nobilis generis, & diuites in patria ſua, cùm tñ ſint plebeij & pauperes: & hoc vt ab externis ſint honorati. Iſti dicit Ariſ. licet ſint mẽdaces, non tñ ſunt multũ vituperabiles, quoniã finis, ꝓpter quẽ iactant ſe, ſ. honor, habet cõuenientiã quandam cũ rebus honeſtis: ꝓpter quas vt diximus ſuprà homines laudantur, & honorantur: vnde ſunt magis excuſabiles q̃ vani iactatores. Tertiò aliq̃s iactat ſe habere q̃ nõ habet, vel maiora q̃ habet propter lucrũ, putà ꝓpter pecuniã acq̃ rẽdã: vel ꝓpter quodcunq; bonũ vtile extimandũ pecunia. Et iſte eſt magis deformis & vituperabilis quàm prẽcedẽs, quia pro minori bono mentitur: eſt enim honor, vt diximus maius bonum quàm diuitiæ.

Ironia tres gradus.

Iſti autẽ tres gradus ſic diſtinguũtur: Qui ſunt in primo gradu indifferenter iactant ſe de omnib. vt eis occurrit: q̃a vani ſunt, & ſunt ſicut ex natura mẽdaces, qui in nullo ſciũt verè loqui. Qui autẽ ſunt in ſecundo gradu, ſimulant ſolum illa, q̃ cõmuniter vidẽtur laudabilia, vt nobilitas generis, potentia maiorũ, & autoritas, & abundãtia diuitiarum, & cætera, q̃ pertinent ad felicitatem vulgarem. Qui verò ſunt in tertio gradu, fingunt illa ſe habere, in quibus communiter alij delectantur, aliter nõ lucrarẽtur, & obſeruant vt ea, in quib. ſe iactant, nõ deprehendãtur eſſe mẽdacia, imò q̃ reputentur vera: nã ſi deprehẽderentur eſſe mẽdacia, nihil lucrarẽt, q̃a nõ eis crederẽt. Tales ſunt q̃ ſe iactãt eſſe optimos, cũ tñ nõ ſint, vt ab infirmis lucra recipiãt, vt empirici & herborarij: nõ enim põt facilè deprehẽdi ſi q̃s in medicãdo errat. Tales enim ſunt diuinatores & magi, vt augures Geneantici, Geomantici, chiromãtici, &c. Nam homines naturaliter ſollicitantur ſcire futura & circa ea non de facili deprehẽditur ſi diuinator dum prognoſticatur dicat mendacium. Hæc de iactantia & de eius gradibus dicta ſint.

Quantùm ad ironiam aduerte, vt dicit Ariſto. q̃ ironici, qui minus dicunt ſe habere q̃ habeãt, vel eſſe minus ſufficiẽtes quàm ſint, vidẽtur eſſe ſecundum mores gratioſiores q̃ iactatores q̃a non vidẽtur dicere minora de ſe gratia lucri: ſed quoniã nolunt ſe moleſtos exhibere, & diffugiũt tumorẽ arrogãtiæ. Et ironici ſunt in triplici gradu, nam quidã ſunt, qui de ſe magna negant & glorioſa, etiã q̃ ea habeant, ſicut Socrates negabat ſe eſſe ſapiẽtẽ, cùm tñ eſſet ſapientiſsim⁹ hominũ ab oraculo iudicatus. Quidã autẽ in quibuſdã paruis & manifeſtis volũt oſtendere q̃ nõ fingant de ſe maiora q̃ ſint: & iſti delicati aſtuti dicuntur, quos Græci appellant blachopanurgos, id eſt delicatè aſtutos ſiue malitioſos, & ſunt de facili ſpernendi: quia nimis eſt manifeſta eorũ diſſimulatio. Taliſq; defectus in exteriorib. vr̃ ad iactantiam ſpectare, quoniam ex hoc volunt oſtendere ſe meliores, ac moderatiores aliis, ſicut laxonij, qui veſte vili inter omnes populos vtebantur, vt meliores extimarẽtur: & hæc eſt conditio hypocritarũ, qui ex cõtemptu rei pretioſæ q̃runt ſibi famã & laudem. Quidam verò vtuntur ironia moderatè, neq; omnino de ſe glorioſa negant, neq; quæ manifeſta ſunt diſsimulant, & tales videntur eſſe gratioſiores, ſiue vrbani, & in humano conuictu laudabiles. iſti ſunt qui non ſe magnificant, nec multũ ſe viles faciunt, ſed moderatè de ſe loquunt̃, aliqualiter tñ declinantes ad defectum, minus, ſ. de ſe loquẽtes quàm ſint, ne ſuperbi reputentur. Hęc igitur de iactantia & ironia & earũ gradib. dicta ſint. Ex quib. iactantia magis opponitur veritati, de qua locuti ſumus: eſt enim vitiũ peius, & facit hominẽ inſupportabilẽ in conuictu humano. Peius autẽ vitiũ ſemp magis opponit̃ virtuti, vt dictũ eſt in lib. ij. Hæc de veritate & vitiis ei oppoſitis dicta ſint.

Tractatus ſeptimi finis.

TRACTATVS OCTAVVS IN quartum librum Ethicorum, caput vnicum complectens.

¶De Eutrapelia.

CAPVT VNICVM.

De Eutrapelia, ſeu comitate in ludorum conuerſatione & eius extremis, ſcurrilitate, & ruſticitate.

Ex quarto Ethic. ca. 8.

IN hoc tractatu octauo agendum eſt de Eutrapelia, quæ eſt virtus moralis, qua homo decenter ſe habet in ludis, & iocis, ac recreationibus humanis, & de eius oppoſitis, & complectẽtes totam intentionem Ariſtote. in hoc tracta. quatuor agem⁹. Primò declarandũ eſt quòd circa ludos poteſt eſſe habitus medi⁹, q̃ eſt virtus: & duo extrema vitioſa, vnũ per exceſſum, alterũ per defectum. Secundò declarandum eſt quæ ſint extrema, & quod ſit medium in ludis. Tertiò declarãdum eſt quid ſpecialiter pertineat ad habitum mediũ & ad extremum per exceſſum, & ad extremũ per defectum. Quartò aſsignanda eſt differentia inter eutrapeliã & duas virtutes præcedentes, quę ſunt affabilitas & veritas.

Circa ludũ cùm ſit vtilis humanæ vitæ, & in eo contingãt exceſſus & defectus, oportet poni aliquã virtutem moderatricem.

Quantùm ad primũ ponitur hæc concluſio ex intentione Ariſtote. Circa ludos poteſt eſſe virtus moralis, & vitiũ ꝓbatur. Ludus eſt vtilis in vita & humana conuerſatione, & in eo cõtingit exceſſus & defectus: ergo circa ipſũ poteſt eſſe virtus & vitiũ, conſequentia patet: quoniã apud Philoſophũ moralem circa omne vtile in vita & humana conuerſatione, & in quo contingit exceſſus & defectus poteſt eſſe habitus regulatiuus extremorum: ergo virtus & vitium. Antecedens autẽ quòd ad vtranque partẽ probatur: & quidem q̃ ludus ſit vtilis in vita, & cõuerſatione humana probatur; nam ex ludo fit quædã hominis requies ab anxietatib⁹ ſollicitudinis in vita humana, quæ multipliciter anxiatur: & huiuſmodi requies eſt homini neceſſaria, quoniã ſicut corpus indiget aliquando requie à laborib. corporalibus, quæ requies fit per dormitionem, vt declarauim⁹ in epitomate noſtro in libro de ſomno & vigilia: ſic indiget anima intellectiua aliqñ quieſcere ab intellectuali operatione & intentione, qua homo rebus ſerioſis intendit. Hæc aũt requies fit ex ſolatio ludi, vnde ſolet appellari animi recreatio. Patet ergo quãta ſit vtilitas ludi in vita humana. Quòd aũt in eo cõtingat exceſſus & defectus patet ex eo, q̃ in ludo poteſt eſſe conueniens & decens collocutio hominũ adinuicẽ: vt ſcilicet homo dicat & audiat quæ decentia ſunt, & quæ oportet. Contingit etiam q̃ aliqua decenter audiat, quæ non decenter diceret: vbicunque autẽ eſt differentia eorũ, quæ oportet fieri, & eorũ, quæ non oportet fieri, ibi non ſolùm eſt medium, ſed etiam exceſſus & defect⁹ à medio: vnde circa ludum contingit eſſe mediũ virtutis & extrema vitioſa.

Scurræ quis.

Quantùm ad ſecundũ vt ſcias quæ ſint extrema vitioſa in ludo, & quod medium laudabile, aduerte q̃ extremum ꝑ exceſſum dicitur bomolochia, id eſt ſcurrilitas, à qua ſcurræ. Extremũ ꝑ defectum dicitur agria, id eſt ruſticitas ſiue ruditas, à qua rudis & agreſtis. Medium autẽ dicitur eutrapelia, id eſt comitas, ſiue vrbanitas, à qua comis & vrban⁹.

Bomolochi id eſt ſcurræ dicunt̃, q̃ in ludo riſum magis commouent, quàm oportet, dicentes aut agentes indecẽtia & iſti ſunt oneroſi, quoniã affectant ſiue honeſtè, ſiue inhoneſtè concitare riſum aſtantium: in quo magis ſtudent quã dicere, aut agere aliqua decora, aut quòd non perturbẽt illum, cui ingerunt conuitium ex ludo: magis enim eligũt di

cere aliqua turpia, vel aliqua, ex quibus aſtantes turbentur, quam quòd non concitent ad riſum. Tales vulgo buffoni dicuntur, qui ludos indecoros exercent.

Agreſtes. Agreſtes & rudes ſunt qui nec dicunt, nec agunt aliqđ iocundum, vnde delectentur honeſtè aſtantes, ſed nec alios dicere aut agere patiuntur, ſicut bomolochi ſunt oneroſi his, qui honeſtè quærunt ex ludo delectationẽ, ſic iſti ſunt duri, quia non videntur emolliri delectatione ludi.

Eutrapeli. Eutrapeli dicuntur, qui moderatè & decenter iocantur: & quid didicerunt ex bono habitu dicta vel acta in ludo gratioſè & modeſtè in riſum vertere, vnde aſtantes decorè delectantur.

Et aduerte, vr dicit Ariſt. quòd diuerſitas aſsignata inter bomolochum & agreſtem & eutrapelum indicat diuerſitatem morum in illis: nam ſicut motus corporales exteriores indicãt bonam, vel malã diſpoſitionem corporis interioré, ſic ex dictis & actis & geſtis exterioribus deprehenduntur mores interiores: vnde dici ſolet, Impudica lingua, impudici cordis eſt nuncia.

Aduerte iterũ, quòd licet bomoloch⁹ & eutrapel⁹ multum differant, ſicut differt extremum à medio, tamen apud multos & vulgares bomoloch⁹ reputatur eutrapelus: eò ꝙ vulg⁹ magis delectatur ludo quàm oportet: & ideo laudãt eos, qui ſciunt & ſtudent concitare riſus in ludo, dato quòd non decore concitent. Et quoniã apud eos tales ſunt bomolochi, ideo bomolochum vt eutrapelum laudant, qui tamen in rei veritate non eſt dignus laude: quoniam non decorè ſe habet in ludo, vt ſuprà diximus.

Ad eutrapelum quæ ſpectent. Quantum ad tertium vt ſcias quid ptinet ad eutrapelũ & bomolochum, & agreſtem aduerte, quòd ad eutrapelum primò ſpectat quòd dicat & audiat ī ludo talia, quæ decẽt virum modeſtum & liberalé, id eſt ꝙ habet animum liberũ à paſsionibus ſeruilibus. Nã vbicunque eſt inuenire aliqd, ꝙ decenter, & vt oportet fieri poteſt, hoc ad virtutis habitum ptinet: ſed in ludo contingit dicere & audire quædam decentia, ꝙ patet ex differentia ludorum & ex comœdiis. Ex differentia quidem ludorum patet: nam lud⁹ hominis liberalis & ingenui in hoc differt à ludo hominis ſeruilis: ꝙ lud⁹ eius eſt circa bona & honeſta, ludus autẽ hominis ſeruilis eſt circa ſeruilia & inhoneſta. Præterea, Lud⁹ hominis diſciplinati, id eſt eruditi, quomõ ludendum ſit, differt à ludo indiſciplinati in hoc, quòd lud⁹ illi⁹ eſt circa honeſta & decentia, indiſciplinati autẽ eſt circa inhoneſta & indecentia. Præterea videmus, quòd in comœdiis tam antiquis quã modernis, ſi contingit turpiloquiũ, ex eo aliquibus generatur deriſio: quoniã huiuſmodi turpia in riſum conuertũtur, aliquibus autẽ generatur mala ſuſpicio, ne ſcilicet, loquentes turpia in ludo, ita ſint intrinſec⁹, ſcilicet inhoneſti vt loquunt: Qui autem in comœdiis honeſta & decentia dicũt, nec in deriſum habentur: nec de eis malè ſuſpicatur. Cõſtat ergo quòd in ludo contingit dicere decentia & honeſta, & cũ hæc ad virtutẽ ptineant, ſtudebit eutrapel⁹ ſic ſe habere in ludo, vt decet virum modeſtum & vrbanũ: vnde & apud græcos eutrapelus dicit ephidexius, id eſt bene apt⁹ & dexter in ludo, q ludens quadam dexteritate delectat aſtantes.

Secũdò ad ipſum ſpectat bene ſe habere ad cõuitia iocoſa. Sed hîc mouet Ariſt. dubiũ ſcilicet vtrũ determinãdũ ſit ꝙ qs benè cõuitiatur in ludo ex parte eorum quæ dicit, qa ſcilicet dicit ea conuitia, q̃ quemlibet liberalem & virtuoſum dicere decet, vel ſit determinandũ quòd bene cõuitiatur ex parte finis, vel effectus: qa ſcilicet eutrapelus ſi ludẽs conuitia dicit non intendit inhonorare nec contriſtare audiẽtẽ, ſed poti⁹ delectare, & reſpondens Ariſ. vtrique parti ꝓpoſiti dubij dicit ad ſecundàm, ꝙ indeterminatũ eſt, id eſt nõ poſſumus ꝓ certe ſcire vtrũ ex cõuitio dicto habeat cõtriſtare, an delectare audiẽtẽ, quoniã diuerſis diuerſa ſunt odibilia & delectabilia: & ꝙ vni placet, alteri diſplicet, & quilibet libenter audit ſibi delectabilia: & oppoſitum eſt de odibilib. & ea videtur facere q̃ aliis dicit, & libenter auditur: & poſito, quòd qs audiens conuitium dictum ab eutrapelo contriſtetur, hoc eſt ꝑter intentionem ſuam: quoniam intendit audientes modeſtè delectare, & nõ cõtriſtare. Quantùm autem ad primam partẽ dubij dicit Ariſ. quòd eutrapelus non faciet in ludo. id eſt non ꝓponet quodcunque cõuitium. Aliqđ eſt enim conuitiũ contumelioſum, ex quo homo infamatur: & huiuſmodi dicere legis poſitores ꝓhibent, nec eutrapelus legis ſeruator tale ꝓponeret. Aliqua autẽ ſunt conuitia abſque alicui⁹ infamia: & hæc in ludo dici poſſunt ad modeſtã hominũ aſtantium delectationem vel emendationem vel reprehenſionem. Eutrapel⁹ autẽ in his eſt ſibiipſi lex, dum, ſcilicet vitat conuitia quę lex prohibet, & vtitur conceſsis à lege. Sic igit ſe habet habẽs medium habitũ, qui eſt habitus virtutis in bene & laudabiliter ludendo, ſiue dicatur ephidexius, id eſt dexter vel aptus ad bene conuerſandum & conuiuendum, ſiue eutrapelus, id eſt omnia quæ fiunt aut dicuntur in ludo bene vertit ita quòd inde non reprehenditur.

Conuitia aliqua vitari debent in ludo.

Scurra quis ſit. Quantum ad bomolochum, id eſt ſcurrã, vt ſcias quid ad ipſum ſpectat aduerte, quòd licet intendat concitare riſum ex dictis inhoneſtis, aut geſtis, vt diximus ſuprà, & ſimiliter deriſor intendat concitare riſum, tamen differunt ex parte finis, & in grauitate malitiæ: ex parte quidem finis differũt, quoniam bomolochus intendit ſolum riſum in ludo, & vt cõcitet riſum dicit tam de ſe quã de aliis cõcitantia riſum, quæ tñ talia ſunt, ꝙ ea non diceret, nec patienter audiret in genuus & virtuoſus. Scurra enim in ſcurrilibus & inhoneſtis verſatur. Deriſor autem non intendit ſolum riſum, ſed confuſioné hominis, de quo concitat riſum. Et ideo grauior eſt eius malitia, nam confuſio eſt deterior riſu: patet igitur quid ad bomolochum pertineat & quid ad deriſoré, & qs eorum grauius peccat.

Scurra à deriſore diuerſus eſt.

Agreſtis quis. Quãtùm ad agrium, id eſt agreſtem, aduerte, vtdicit Ari. ꝙ eſt penitus inutilis in collocutionibus ludi, nihil enim ad eas confert: ſed in omnibus triſtatur, & triſtitiã ingerit aſtãtib. Et in hoc eſt vitioſus & vituperabilis. Abominat enim id, quod confert vitę & humanę conuerſationi, ſicut quędã requies, qualis eſt ludus, vt diximus ſuprà. Et ideo vitioſus ac vituperabilis & vitandus eſt. Patet igitur quid ad eutrapelum & bomolohcum & agrium ſpectet.

Veritas affabilitas, & comitas quo differant. Quantùm ad quartum aduerte ꝙ iſtæ tres virtutes, de q bus ordinatè locuti ſumus, ſcilicet affabilitas, veritas, eutrapelia, cõueniunt & differunt. Conueniunt quidẽ inquãtum omnes ſunt circa ſermones & actus humanos exteriores, ſed differunt inquantũ veritas verſatur circa dicta vera & facta, vt declarauimus in tract. ſeptimo, aliæ autẽ duæ verſantur circa delectabile in dictis & actis humanis, ſed differenter quoniam eutrapelia verſatur circa honeſtas delectationes in ludo. Affabilitas autem circa delectationes humani conuictus, modo quo declaratum eſt in tract. ſexto. Hæc de eutrapelia & vitiis oppoſitis dicta ſint.

Tractatus octaui finis.

TRACTATVS NONVS in quartum librum Ethicorum vnico capite complexus.

¶De verecundia.

CAPVT VNICVM.

De verecundiæ paſſione, & eius ſubiecto.

Ex 4. Ethic. c 9. IN hoc tractatu nono agẽdum eſt iuxta ordiné poſitum ab Ariſ. in ſecundo libro de duab⁹ paſſionib⁹ laudabilibus, ſcilicet de verecundia & cõtinentia. Et de verecundia tria pertractanda ſunt ex intentione Ari. primò declarandũ eſt. ꝙ nõ eſt virt⁹, ſed paſsio. ſecũdò in quo, vt in ſubiecto, laudabiliter inſit, & in quo nõ inſit. tertiò remouẽdæ ſũt obiectiones, quas qs poſſet inducere circa ea, quę dicturi ſum⁹.

Verecundia magis eſt paſsio, quàm virtus. Quantum ad primum dicit Ari. ꝙ non eſt agendũ de verecundia, vt de quadã virtute, ſed vt de paſsione. Et q̃dé ꝙ nõ ſit virtus, ſed paſsio, probatur ex diffinitione eius: nã virtus eſt habitus, vt determinatum eſt in lib. ſecundo, vbi ꝓbatũ eſt ꝙ virtus non eſt potẽtia, nec paſsio, ſed habitus. Sed verecundia nõ eſt habitus, ſed paſsio ſic enim difinitur. Verecundia eſt timor ingloriationis, id eſt confuſionis. Timor autẽ eſt paſsio, ſicut & audacia, vt declaratum eſt in lib. 2. vbi aſsignauimus numerum & ordinem paſsionũ appetit⁹ ſenſitiui: ſi ergo verecundia eſt timor, conſtat ꝙ nõ eſt virt⁹ ſed paſsio. Prętereà, Verecundia cauſat in nobis tranſmutationem corporalem: ergo eſt paſsio. Conſequentia patet, qa paſſiones ſunt motus appetitus ſenſitiui, qui eſt organicus, & vtitur organo corporali, & ideo paſsiones cauſant tranſmutationem corporalem, vt dictum eſt in primo de anima. Antecedens autem patet ab effectu: nã ſicut timentes mortem paleſcunt, ſic verecundantes rubeſcunt. Paleſcere autem & erubeſcere non ſunt ſine tranſmutatione corporali. Patet ergo ꝙ verecundia potius eſt paſsio quàm virtus: cõuenit tamen in hoc cum virtute, quoniam ſicut virtus eſt habitus laudabilis ſic verecũdia eſt paſsio laudabilis: & ſicut vitium eſt quid vituperabile ſic & in verecundia.

Si autem

Timentes mortem cur palleſcunt, timentes verò honorem rubent.

Si autē q̃ras: vnde eſt quòd timentes palleſcunt & verecundantes rubeſcũt. Dico quòd ideo id fit, q̃a natura tranſmittit ſpiritus & humoré vbi defectum ſentit, vt deficienti ſubueniat, & quoniam ſedes vitę eſt cor, ideo quando timetur periculum, & maximè periculũ vitæ, ſpiritus & ſanguis ad cor recurrunt, & tunc exteriora vt facies quaſi deſerta ſpiritibus & ſanguine palleſcunt: & quoniam honor & cõfuſio ſtant in exterioribꝰ, & nõ in corde, ideo quãdo homo confuſionem & inhonorationẽ timet, ſpiritꝰ & ſanguis ad exteriora & p̃cipuè ad faciẽ currunt: & ſic homo rubeſcit in facie, & hæc erubeſcentia dicit verecundia. Ex his igitur patet verecũdiam & timorem mortis eſſe corporalia, quoniam annexam habent tranſmutationem corporalem: quod magis videt ad paſsionem quàm ad habitum p̃tinere. Non igitur verecundia eſt virtus, ſed paſsio moralis laudabilis.

Iuuentutem verecundia decet, non autem ſenectutem.

Quantùm ad ſecundũ declarandum eſt cui ætati debet ineſſe verecundia, & cui nõ debet ineſſe: & cui cõditioni hominum nõ cõuenit, & cui cõuenit. Aduerte igitur ex intentione Ariſtote. quòd iuuentutem decet verecundia, nã eam ætatem decet, q̃ ꝓna eſt ad peccandum, & p̃ quam retrahitur à peccato: Sed iuuentus ex feruore ætatis, & quoniam paſsiones inſequitur ꝓna eſt ad peccandũ, & p̃ verecundiam retrahitur à peccato, quoniã timet cõfundi. Cùm igit verecũdia ſit timor cõfuſionis, opportunũ eſt ineſſe iuuentuti. Et ↄfirmatur, quoniam cõſueuimus laudare iuuenem verecundum, ex oppoſito reprobare inuerecundum: ergo ſignum eſt quòd verecundia decorat iuuentutem.

Aetati autem ſenili nõ cõuenit, nec eam decet verecundia: quoniam, vt inq̃t Ariſto. ſenem nullus vtique laudabit, quoniã verecundabilis ſit, & ratio huius eſt. quoniam extimamus ex grauitate ætatis nõ oportere ſenem q̃d turpe operari, ꝓ quo cõſueuit homo verecundari: & quoniam ꝓpter temporis longitudinem extimamus ſenem expertum, vt ſciat turpia vitare, & quoniã ceſſante ętatis feruore nõ debeat ſeq̃ paſsiones, quarum impetu iuuẽtus ad turpia impellitur, vnde ſicut laudamus iuuenem verecundantem, ſic reprobamus ſenem. Signum eſt enim, quòd operatur talia, quæ ſuam non decent ætatem, nec ſunt digna venia.

Mulierem omni ætate decet eſſe verecundã.

Mulierem verò ꝓ omni ætate decet eſſe verecundã, quoniam eſt parui ſenſus & multæ voluptatis, & niſi adſit timor cõfuſionis viuit in cõcupiſcentiis ſuis: ideo ſi mulier fræno verecundiæ & timore pœnę nõ retinetur, efficit impudica, & ĩ ſenectute alias impudicas facit: vnde maior iniuria mulieri nõ poteſt fieri, q̃ appellare ipſam inuerecũdã.

Verecundia non eſt virtuoſo neceſſaria.

Quantùm ad cõditiones hominum virtuoſo non conuenit verecundia, quoniam cõuenit operanti praua, vt diximꝰ de iuuentute: ſed virtuoſus vt virtuoſus non operat praua: diximus enim in libro ſecundo, quòd virtus p̃ficit habentem, & opus ſuum reddit bonum: non ergo virtuoſo opꝰ eſt verecũdia, ſed vitioſo & ineõtinenti, vt ex timore cõfuſionis diſcat ſe continere. Patet igitur in qua ætate, & in qua hominum conditione conueniat eſſe verecundia.

Num virtuoſo conueniat verecundia.

Quantum ad tertium aduerte, quòd ↄ concluſionem immediatè ꝓpoſitam, ſcilicet quòd virtuoſo non cõpetit verecundia, eò ꝙ vt virtuoſus non operat turpia, poſſunt fieri tres obiectiones: q̃bus reſpondendũ eſt ex intentione Ari.

Primò igit q̃s poſſet dicere quòd turpe eſt duplex, ſcilicet ſecundum veritatem & ſecundum opinionem: & aliq̃ ſecundum opinionem tantũ: ita quòd licet ſit honeſtum ſecundum rem, tamen apud aliquos reputat turpe. In ꝓpoſito, licet virtuoſus non habeat verecũdari de operè turpi ſecundum veritatem, & ſecundũ opinionem, quoniam vt virtuoſus, illud non cõmitteret: tamen conuenit ei verecundari de opere ꝙ reputari poteſt turpe ſecundum opinionem: & ſic decens eſt in virtuoſo inueniri verecundia.

Ad hoc reſpondet Ariſt. ꝙ virtuoſo non cõpetit operari turpia ſecundum veritatem, nec ſecundum opinionem: & ideo nõ oportet eum verecundari, ſi q̃s velit opinari rem honeſtã factã à virtuoſo eſſe turpẽ, virtuoſus de hac opinione nõ curabit, cũ non dederit ei cãm, & ſic nõ verecũdabit.

Secundò q̃s poteſt dicere, quòd licet virtuoſus nullum turpe operet, tñ ita eſt diſpoſitꝰ, ꝙ ſi q̃d turpe ageret, verecũdaret: & ideo nõ incõuenit verecundiã eſſe in virtuoſo.

Ad hoc reſpondet Ariſt. dupliciter: primò ꝙ verecundia ſimpliciter non competit virtuoſo, q̃a verecundia non reſpicit niſi voluntarios defectus, q̃bus debet vituperium: virtuoſus autem non cõmittit tales defectus, quoniam repugnant virtuti: ergo, &c. ſecundò probat quòd verecundia ex ſuppoſitione, de qua intendit obiectio, non cõpetit virtuoſo. Nam omne competens virtuoſo cõpetit ſimpliciter, & non ex ſuppoſitione, quoniã virtus eſt ſimpliciter principium bene operandi, & nõ conditionale: vnde nihil eſt dicere virtuoſo competere verecundiam ſuppoſito, ꝙ quid tur pe operaretur hoc enim poſito non eſſet virtuoſus.

Tertiò poteſt aliquis dicere ideo verecundiã ineſſe virtuoſo, quia cùm in verecundia ſit malum & prauũ ex cõſequenti ſit in vitioſo: verecundia eſt quid bonũ & virtuoſũ, ex conſequenti competit virtuoſo.

Ad hoc reſpondet Ariſtotel. negare intendẽs hanc cõſequentiam, Inuerecundia eſt praua: ergo verecundia eſt q̃d bonum: imò vtraque eſt quid malum: q̃a vtraque fundatur in operatione turpi, quæ nõ conuenit virtuoſo: & ideo nec verecundia, nec ſuum oppoſitum competit virtuoſo. Eſt tñ verum, quòd verecundia eſt minꝰ malum, q̃a eſt occaſio retrahendi hominem à re turpi. Inuerecundia aũt eſt occaſio perſiſtendi in malo, ideo eſt peior. Patet igitur ꝙ verecundia non cõuenit virtuoſo, & multo minus inuerecũdia.

Virtuoſo conuenit interdum verecundari de aliorum malis operibus.

Tu tñ aduerte ꝙ Ariſt. non intendit, excludere à virtuoſo verecundiã, niſi propter operationẽ propriã. Cùm enim ſit virtuoſus vt ſic nil turpe ageret quo debeat verecundari. Cum hoc tamen ſtat ꝙ poteſt verecundari reſpectu operationis turpis commiſſæ ab alio ſibi attinente aut patria, aut amicitia, aut cognatione. Virtuoſus enim videns ciuem ſuum, aut amicum, aut fratrem ſuſpendi propter furtum verecundatur: quoniam extimat confuſionẽ eorum ac ſi eſſet ſuiipſius. Hæc de verecundia dicta ſint.

De continentia aũt, de qua tractaturi ſumus in libro ſeptimo, dicit hic Ariſ. hoc ſolùm ꝙ ſicut verecundia non eſt virtus, ſic nec continentia, eſt tñ mixta, q̃a continet aliquid virtutis, & aliquid paſsionis. Nam continens ſequitur rationem rectam quod ad virtutem pertinet, & patitur cõcupiſcentias prauas, ac vehementes, quod pertinet ad virtutis defectum. De ea autem plenius agemus in libro ſeptimo.

Tractatuum in Librum quartum Ethicorum finis.

LIBER QVINTVS
ETHICORVM,
In quatuor Tractatus diuiſus.

IN quinto libro Ethicorum agendum eſt de iuſtitia & iuſto, & ſuo oppoſito, ſuper quẽ fornamus quatuor Tractatus, in quibus completemur totam intentionem Ariſtotel. Primus erit de iuſto & iuſtitia legali. Secundꝰ de iuſto & iuſtitia politica. Tertius de epieicea & epieice, Id eſt de ęquitate & æquo. Quartus de iuſtitia Metaphoricè dicta.

TRACTATVS PRIMVS
quinque complexus capitibus.

¶ De iuſto, & iuſtitia legali.

TRactatum primum, q̃ eſt de iuſto & iuſtitia legali diuidimus in quinque capita. In primo determinat de iuſtitia in communi, eam deſcribendo, & diuidendo, & ꝓtractatur de altero membro diuiſionis, ſcilicet de iuſtitia & iuſto legali. In ſecundo determinatur de iuſtitia particulari. Nã, vt declarabit, iuſtitia legalis dicitur iuſtitia cõmunis. Particularem autem deſcribemus & diuidemus in diſtributiuã & commutatiuam. In tertio manifeſtabitur, quomõ ſumitur medium in iuſtitia diſtributiua. In quarto manifeſtabit quomõ ſumitur medium in iuſtitia cõmutatiua. In quinto excludetur error quorũdã circa acceptionẽ medij iuſtitię.

CAPVT I.

Quotuplex ſit inſtitia in communi accepta: quid item legalis iuſtitia, & circa quę verſetur oſtendit,

Ex quinto Ethico. cap. 1.

IN primo capite quatuor agenda ſunt. Primò quæ intẽtio Ari. in hoc quinto libro. Secundò quomõ notificatur iuſtitia & iniuſtitia in cõmuni. Tertiò diuidetur iuſtitia. Quartò agetur de altero membro diuiſionis, ideſt de iuſtitia legali.

Tria de iuſtitia intendit Ariſto. tractare.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd Ariſtot. tria intendit, primò agere de iuſtitia & iniuſtitia: & circa quales ſint operationes, & p̃ hoc primũ differt iuſtitia à virtutibus, de q̃bus actũ eſt in tertio & in quarto libro. Illæ enim ſunt circa paſsiones interius regulandas in homine, ſed q̃d & qualiter exteri homo operetur p̃ dictas virtutes, nõ cõſideratur niſi ex cõſequenti, ſcilicet inquãtũ exteriores operationes ex interioribus paſsionibus ꝓcedunt, ſed circa iuſtitiã

& ſuum oppoſitum attenditur principaliter q̃d & qualiter homo operetur, qualiter autẽ afficiatur interius non conſideratur niſi ex cõſequenti. & ideo dicit Ariſto. ſquòd intendendum eſt circa quales ſint operationes. ſecundò intendit oſtendere qualis medietas ſit iuſtitia & quale mediũ ſit iuſtum. Et p̃ hoc ſecundum etiam differt à præcedentibus virtutibus, quoniam in illis medium eſt medium ſecundum rationẽ, vt diximus in quarto libro agentes de magnanimitate: iniuſtitia verò vt declarabitur infra eſt mediũ rei. tertiò intendit oſtendere inter q̃ extrema iuſtitia eſt medietas. & etiam p̃ hoc tertiũ differt à præcedentibus virtutibus, quoniam, vt declaratũ eſt ſingulæ ſunt mediæ inter duo extrema. Iuſtitia autem vt oſtendetur infrà, non eſt medietas inter duo extrema.

Iuſtitia tria cauſat in homine, ſicut & iniuſtitia.

Quantùm ad ſecundũ aduerte p̃ notificatione ſiue deſcriptione iuſtitiæ, & iniuſtitiæ, quòd ſecundum communẽ ſententiã iuſtitia tria cauſat in homine. primò inclinat ipſum ad operandum iuſta, ita quòd p̃ ipſam homo eſt aptꝰ & diſpoſitus ad operandum iuſta. ſecundò p̃ eam operat iuſta. tertiò p̃ eã vult operari iuſta. Et tria oppoſita cauſat iniuſtitia, quoniam p̃ ipſam homo inclinatur & diſponitur ad agendum iniuſta, & agit iniuſta, & vult agere iniuſta. Ex his

Iuſtitia et iniuſtitia qui ſit.

ergo poteſt ſic deſcribi iuſtitia: Iuſtitia eſt habitꝰ quo ſumꝰ apti & inclinati operari iuſta, & operamur iuſta & volumꝰ operari iuſta. Iniuſtitia autẽ eſt habitꝰ, quo inclinamur operari iniuſta, & operamur iniuſta, & volumꝰ operari iniuſta.

Potentia, ſcientia et habitus pene omnes cõtraria quomõ differant.

Et quidẽ quòd hæc deſcriptio ſit conueniens declarat Ariſt. aſsignans, differentiam inter potentiam & ſcientiã, & habitum. Nam vt declaratũ eſt in libro nono metaphy. eadem potentia poteſt eſſe duorũ contrariorum, vt viſus eſt albi & nigri, & guſtꝰ dulcis & amari. Similiter eadẽ ſcientia, putà medicinalis, eſt ſani & ægri. Idem autem habitꝰ nõ eſt duorum, ſed tantum vnius contrarij: nam à ſanitate, q̃ eſt habitus corporalis, nõ ꝓcedit opus ægri & ſani, putà debiliter & potenter ambulare, ſed tantum opus ſani. Cũ igitur iuſtitia & ſuũ oppoſitũ ſint habitus, conuenienter deſcribuntur p̃ alterum contrariorum, vt dicatur iuſtitia habitus, quo operamur & volumus operari iuſta. Iniuſtitia autem qua operamur & volumus operari iniuſta.

Et, quoniam contrarij habitus ſunt principia cõtrariarũ actionũ, ideo dicit Ariſt. quòd vnus habitus cõtrarius cognoſcitur p̃ alterum habitum contrarium, & multoties cognoſcitur ex obiecto, q̃ eſt materia ſubiecta operationi ipſius habitus. & quidẽ quòd cognoſcatur p̃ habitum cõtrariũ manifeſtat Ariſt. in diſpoſitione corporis. Nã p̃ euechiã cognoſcit̃ cacochia, id eſt p̃ bonã habitudinẽ corporis cognoſcitur mala habitudo, ſicut p̃ rectum cognoſcit̃ obliquum. Quod autem cognoſcatur ex obiecto manifeſtat ex eo, quòd ex his, quæ faciunt hominem bene ſe habere, cognoſcit̃ euechia & ex oppoſitis cognoſcitur cacochia, verbi gratia, Si ad euechiã requiritur quòd homo habeat carnes ſolidas, ad cacochiam requirit̃ quòd habeat carnes raras, & non bene condenſatas propter indigeſtos humores.

Habitus nõ eſt effectiuus contrariorum, eſt autem illorum cognoſcitiuus.

Tu tamen aduerte pro notitia eius, q̃ dictũ eſt, ſcilicet eundem habitum nõ eſſe cõtrariorum, intelligendum eſt actiuè, & non obiectiuè. Nam obiectiuè eſt contrariorum. medicina enim eſt circa ſanum & ægrũ, & fortitudo circa timores & audacias, & temperantia circa delectationes & triſtitias, nõ autem eſt actiuè cõtrariorum, vt declaratum eſt de ſanitate. Hæc igitur ſufficiant pro deſcriptione & iuſtitiæ & iniuſtitiæ.

Iniuſtitia triplex eſt.

Quantùm ad tertium vt ſcias quot modis dicit̃ iuſtitia accepta in ſua vniuerſalitate, & prima ſui diuiſione, oportet prius ſcire quot. modis dicitur iniuſtitia. Nam vt inpluribus, ſi vnum oppoſitorum dicitur multipliciter, & reliquũ. Iniuſtitia autẽ vniuerſaliſsimè ſumpta ex intentione Ariſt. dicit̃ tribꝰ modis. Primò dicitur illegalitas, id eſt tranſgreſſio legis, & ab hac illegalitate dicitur illegalis: & eſt ille q̃ facit & operatur cõtra legem, ex cõſequenti eſt iniuſtus, q̃a non agit vt lex diſponit. Secundò iniuſtitia dicit̃ auaritia, quæ eſt cupiditas habendi plus de bonis, quàm iuſtũ ſit, & iniuſtus dicitur in hoc ſenſu auarꝰ, q̃ vult habere plus de bonis quàm iuſtũ ſit. De bonis inquit Ariſt. nõ de omnibus. ſed circa quæ eſt bona fortuna, & infortunium.

Orator auarus iniuſtus eſt.

Huiuſmodi autẽ abſolutè & in ſe conſiderata ſunt bona alicui, tamen non ſemper ſunt ei bona, q̃a nõ ſemper expediunt homini, vnde decipiuntur homines, qui orãtes Deum petunt talia bona, ac ſi eſſent ſemp bona. Et ex hoc efficiuntur auari & iniuſti: nõ eñ oportet ſic orare, ſed orando petere bona quæ ſunt ſecundũ ſe bona, vt quæ perficiunt animum, & faciunt hominem bonum. Tertiò iniuſtitia: dicitur inæqualitas, quæ eſt voluntas habendi minꝰ de malis, vt de laboribus, de inopia, quàm iuſtum ſit. Naturaliter enim homo vellet abundare bonis ſuper alios & minus grauarimalis quàm alij vt vtrũque ſpectat ad inæqualitatẽ. & hac inæqualitate dicitur iniuſtus inequalis: quia ſcilicet vult habere minus de malis oppoſitis bonis ſortunę quàm iuſtum ſit.

Iuſtitia duplex legalis, & æqualitatis.

Viſo quot modis dicitur iniuſtitia vniuerſaliſsimè ſumpta, aduerte q̃ iuſtitia dicitur duobus modis. primò iuſtitia dicitur legalitas, quæ eſt obſeruantia legis, à qua dicit̃ iuſtꝰ legalis. & eſt ille, qui eſt obſeruator legis, & ſecundũ eã viuit ſecũdò iuſtitia dicitur æqualitas, à qua dicit̃ iuſtꝰ æqualis, & eſt ille qui viuens in communitate æqualiter vult participare de bonis & de malis, de commodis & oneribus, & nõ quærit quod alius portet onus ſuum, & ipſe habeat cõmodum.

Et ſi obiicias q̃ quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot & reliquũ, ergo cùm iniuſtitia & iniuſtus, vt præmiſſum eſt dicatur tribus modis tot modis & iuſtitia & iuſtus.

Ad hoc dicitur, q̃ illa regula, Quot modis, &c. non tenet quando vnum oppoſitum continet plura ſignificata alteriꝰ oppoſiti: ſic eſt in propoſito, nam iuſtus æqualis opponitur duobus iniuſtis inæqualibus, quorum vnus vult plus de bonis, & dicitur iniuſtus auarus, & alter vult minus de malis, & dicitur iniuſtus inæqualis. Et ideo duo modi iuſtitiæ ſufficienter correſpondet tribus modis iniuſtitiæ.

Patet igitur prima diuiſio iniuſtitiæ & iuſtitiæ. Et aduerte, q̃ illegalitas. quæ eſt primus modus iniuſtitiæ eſt quędá inæqualitas. & continet, omnem iniuſtit iã modo, quo infrà exponetur.

Legalia ſũt: iuſta aliqua liter nõ autem ſimpliciter.

Quantùm ad quartum agendum eſt de primo mẽbro diuiſionis iuſtitiæ, quę dicitur iuſtitia legalis, & iuſtꝰ legalis, qui ideo dicitur. q̃a eſt obſeruator legis. Agemus igitur: primò de iuſto legali. ſecundò de iuſtitia legali. De iuſto legali tria videda ſunt. Primò qualia ſunt legalia. Secũdò ꝓpter quem finem aliquid ſtatuitur lege. Tertio quæ ſint illa, quæ ſtatuuntur & præcipiuntur lege.

Quantũ ad legalia dico ex intentione, q̃ omnia legalia ſunt aliqualiter iuſta, modò lex ſit rectè & debita prouidẽtia poſita. Nam legalia dicuntur, quæcunque ſunt per legẽ determinata, & ſtatuta: hæc autẽ ſunt aliqualiter iuſta. Implicat enim quòd lex ſit recte poſita, & quod aliquod penitus iniuſtum ſtatuat. Sunt ergo omnia legalia aliqualiter iuſta.

Aduerte quòd dicitur, modò lex ſit rectè & debita ꝓuidentia poſita Nam nihil prohibet legẽ ſine præmeditatione & ſine debita prouidentia poſitam, quam Ariſtoteles dicit deteriorem, & apoſchediaſmenos, quid indebitè & iniuſtè determinare ac ſtatuere.

Aduerte etiã, q̃ Ariſtoteles non dicit omnia legalia eſſe ſimpliciter iuſta, ſed aliqualiter. Nam omnis lex dat̃ in ordine ad aliquã politiam, vt dicemus in politicis: ſed in omni politia non eſt ſimpliciter iuſtum, in aliquibus enim eſt iuſtum ſolum ſecundum quid, vt patet in tertio politicorum. Nam in politia democratica in qua totus populus dominatur, attenditur iuſtum ſecundum quid, & non ſimpliciter. Illic enim iuſtum eſt omnes ciues eſſe æquales ſecundum quid, id eſt ſecundum libertatem. Vnde omnia ſtatuta in tali politia democratica non oportet q̃ ſint iuſta ſimpliciter. ſed ſecundum aliquid, vel aliqualiter, quod quomodo ſit declarabitur in tertio politicorum.

Finis legis eſt publicũ bonum

Quantũ ad finẽ propter quẽ traditur lex, eſt illud, quod eſt vtile toti ciuitati: ſicut eſt in rectis politiis, in quibꝰ intẽditur, vt finis bonum commune. Vel intenditur quod eſt vtile optimis, id eſt maioribus ciuitatem regentibus: vel intẽditur quod eſt vtile dominis, ſicut in politiis, quæ regunt̃ regibus aut tyrannis. Et quoniam vniuerſalis vtilitas humana ordinatur ad felicitatem, ideo lex principaliter intendit reddere ciues virtuoſos, quoniam virtutes faciunt hominẽ felicẽ, & cõſeruant in felicitate. Bona autẽ exteriora intẽdit vt inſtrumenta ad illã. Et hoc nõ reſpectu vnius ſingularis ſed reſpectu cõmunitatis politicæ, q̃ reſpicit poſitio legis. Quantũ ad ea, quæ ſtatuũt & præcipiuntur à lege aduerte q̃ lex rectè poſita præcipit pertinẽtia ad ſingulas virtutes.

Lege præcipiuntur actꝰ omnium virtutum.

Præcipit enim opera fortitudinis, vt nõ proiicere arma in bello, non deſerere aciem. Præcipit quæ ad tẽperantiã ſpectant, vt nõ mœchari, nõ inebriari. Præcipit quæ ad mãſuetudinem ſpectant, quæ eſt moderatiua irarum, vt nõ percutere, non vulnerare, nõ conuitiari, non infamare, non occidere. Eodẽ modo intellige de aliis virtutibus, quarũ opera

præcì

præcipit,& de vitiis,quorũ opera prohibet. Quòd ſi quæ lex hæc non præciperet,& illa nõ prohiberet, non eſſet lex recta,ſed apoſchedias menos,id eſt repentè & incõſideratè poſita.

Viſo de iuſto legali,cõſiderandum eſt de iuſtitia legali, qualis ſit, de qua Ariſtote. duo principaliter dicit.Primò quòd eſt ꝑfectiſsima virtus,& ꝑclariſsima, ſicut heſperus & lucifer inter ſidera.Secũdò,quòd eſt tota virt⁹,i d eſt, in ſe cõplectens omnẽ virtutẽ. Sed antequã deſcendamus ad ꝓbationem dictarum cõcluſionum, aduerte quòd iuſtitia legalis eſt iuſtitia cõmunis ꝑ prædicationem de omni virtute morali,qa omnis virtus,cuius act⁹ & vſus præcipitur in lege,vt ſic,dicitur iuſtitia legalis:& quoniã lex prẽcipit, vt dictum eſt,actum cuiuſlibet virtutis moralis,ideo omnis virtus moralis.vt ſic,eſt iuſtitia legalis.Præterea, aduerte, quòd iuſtitia legalis dicit omnis virt⁹,qua homo bene diſponitur in ordine ad bonum publicũ.Et iuſtitia particularis eſt virtus,qua homo bene diſponit in ordine ad ꝑſonam ſingularẽ,vt declarabimus infrà.Et virtus abſolutè accepta eſt habit⁹,quo homo bene diſponitur ĩ ordine ad ſeipſum. Non incõuenit autem,quòd eadem virtute homo bene diſponitur in ordine ad ſeipſum,& in ordine ad cõmunitatẽ, in qua viuit.Nam ꝑ temperantiam homo bene diſponitur in ſeipſo,& in ordine ad communitatẽ, quoniam temperatus bene viuit,& honeſtè in cõmunitate,non iniuriando alteri ꝓpter ſatisfacere cõcupiſcentiæ ſuę mœchando aut deflorando innuptã:& manſuetus bene viuit ſecundũ ſe & abſque ꝑturbatione, & etiam in communitate ſine contumelia & rixa & cõtentione:& hac de cauſa virt⁹ & iuſtitia legalis ſunt eiuſdem cõmunitatis quo ad ſuppoſita.Nec iuſtitia legalis eſt virtus ſpecialis cõdiſtincta ab aliis virtutib⁹ ſicut nec hoc cõmune ꝙ eſt virtus,eſt virtus diſtincta ab aliis virtutibus. Sicut nec hoc ꝙ eſt animal eſt diſtinctum ab aliis ſpeciebus animalium,ſed continet eas, vt ſuperius inferiora,ſic in ꝓpoſito dico,quòd iuſtitia legalis eſt ſicut totũ vniuerſale continens ſub ſe omnem virtutẽ in ordine ad bonum cõmune,& ideo dicit Ariſtotel. quòd iuſtitia legalis eſt tota virtus,id eſt contentiua omnis virtutis.

Quanis moralis virtus legalis iuſtitia eſt.

Facta hac declaratione ꝓbatur ex intentione Ariſto. iuſtitiã legalẽ modò ſuperius expoſitam eſſe ꝑfectiſsimã virtutem.Nam contingit iuſtitia legali bene vti non ſolum ad ſeipſum,ſed ad alterum,id eſt ꝓpter bonum commune: ergo eſt ꝑfectiſsima.Conſequentia ꝓbatur quoniam perfectio virtutis ſumma attenditur penes hoc, quòd homo bene ſe habeat ad alterum,ꝙ declaratur ex prouerbio Biantis,ꝙ fuit vnus ex ſapiẽtib⁹ Græcię.Inquit enim quòd principatus virum oſtendit,ſcilicet vtrũ ſit ꝑfectus,vel inſuffi-ciens:nam ꝙ eſt princeps,iam ſe habet in communicatione ad alterũ,eo quòd ad ipſum ſpectat regere ſubditos & diſponere q̃ ad bonum publicum ordinantur. Perfectio ergo virtutis attenditur non ex hoc ſolo quòd homo bene ſe habeat ad ſeipſum,ſed potius ex eo quòd bene ſe habet ad alterum.Antecedens autẽ ꝓbatur ex alio ꝓuerbio,quo ſolet dici,quòd inter alias virtutes ſola iuſtitia eſt bonũ alienũ, qa eſt ad alterum,inquantũ intendit operari vtilia alteri,vt communitati,vel principi communitatis.Aliæ autẽ virtutes intendunt principaliter bonum ꝓprium,vt temperantia intendit quietare animum à malis & inhoneſtis cõcupiſcentiis, & ſic de aliis virtutibus.

Legalis iuſtitia virtus perfectiſsima eſt.

Principatus virum oſtẽdere dicebat Bias.

Præterea,quòd iuſtitia legalis ſit ꝑfectiſsima virtus, & iuſtus legalis ſit optimus arguitur ſic:Sicut ille eſt peſsim⁹ ꝙ vtitur malitia non ſolùm ad ſeipſum,ſed etiã ad amicos, ita ille eſt optimus,ꝙ vtitur virtute non ſolum ꝓpter bonũ ꝓprium,ſed etiam ꝓpter bonum alterius,ſed iuſtus legalis eſt talis,vt dictum eſt ſuprà,quoniam iuſtitia legalis eſt ad alterum,ergo eſt optimus: & iuſtitia legalis eſt optima & præclariſsima,eò quòd conſeruat humanam communitatem.

Quòd autem ſit tota virtus,id eſt continens in ſe omnẽ virtutem moralem ꝓbatur:Nam vtitur actu omnis virtutis moralis ꝓpter bonum commune,facit enim quòd aliæ virtutes non ſolum perficiunt habentem, ſed proficiunt cõmunitati,ſicut diximus,quòd iuſtitia legalis, facit temperatũ bene viuere nõ ſolum in ſeipſo,ſed etiã in cõmunitate: ſic de liberali:& magnifico:& manſueto:& affabili:& veraci: & verecũdo,&c.Et ꝓpterea cõcludit Ariſtot.quòd iuſtitia legalis nõ eſt pars virtutis,ſed tota virtus,id eſt nõ eſt aliqua virt⁹ particularis diſtincta cõtra alias, ſicut diſtinguit̃ fortitudo cõtrà tẽperantiam,ſed ſicut vniuerſalis virt⁹, qa vtitur omni virtute pro conſeruanda humana communicatiõe.Patet igitur, ꝙ iuſtitia legalis eſt perfectiſsima & præclariſsima,& conuenienter Ariſ. comparat eam heſpero & lucifero:quoniam ſicut heſperus eſt clariſsima ſtella inter veſpertinas,& lucifer inter matutinas,ſic hæc iuſtitia eſt ꝑ clariſsima inter virtutes morales:quoniã eſt vniuerſalis ob ſeruantia legis:ſicut iniuſtitia legalis,de qua dicit Ariſtote. ꝙ non eſt pars malitiæ,ſed tota malitia,eſt vniuerſalis tranſgreſsio legis. Hoc de iuſtitia legali & ſuo oppoſito dictum ſit:& hic terminatur caput primum.

Legalis iuſtitia heſpero, & Lucifero ſideri ꝑ ſimilis eſt.

CAPVT II.

De iuſtitia particulari quid ſit,& quomodo diuidatur in commutatiuam & diſtributiuam.

IN ſecundo capite poſt conſiderationem de iuſtitia legali quæ eſt, vt diximus,virtus vniuerſalis, id eſt contentiua omnis virtutis,agendum eſt de iuſtitia particulari, quæ eſt virtus ſpecialis, cõdiſtincta contra alias virtutes morales, de qua tria agenda ſunt.Primò probandum eſt ꝙ præter iuſtitiam legalem,quæ eſt cõmunis virtus,datur iuſtitia particularis,quæ eſt virtus particularis. Secundò aſsignanda eſt conuenientia & differentia inter vtranq; iuſtitiã.Tertiò diuidenda eſt iuſtitia particularis in cõmutatiuã, & diſtributiuam:& ſubdiuidenda eſt iuſtitia commutatiua ſecundum differẽtiam commutationum.

Ex quinto Ethico. Cap.2.

Quantum ad primum ponitur hæc concluſio,Præter iuſtitiã legalem,vt communẽ virtutem,datur iuſtitia particularis,quę eſt particularis virtus,Probatur.Præter iniuſtitiã legalem,quã diximus ſuprà eſſe communem & totam malitiam,datur iniuſtitia particularis,quę eſt particularis malitia:ergo prẽter iuſtitiam legalem,vt communem,&c. Cõſequentia nota:quoniã alteri & alteri virtuti contrariatur alia & alia malitia:ergo,ſi iniuſtitię ſunt plures,ſimiliter & iuſtitię. Antecedens autem ſic probatur ex intentione Ariſ. Iniuſtitia illegalis poteſt inueniri ſine iniuſtitia particulari,putà ſine auaritia,qua quis vult plus de bonis quàm iuſtum ſit vt diximus ſuprà: ergo prẽter iniuſtitiam illegalẽ, datur iniuſtitia particularis.Cõſequentia patet:Antecedẽs autẽ ꝓbatur,quoniã ꝙ operatur ſecundũ particulares malitias operatur iniuſtè ſecundũ iniuſtitiam legalem: qñ lex ꝓhibet ſic operari,puta mœchari, contendere. Et tamẽ nõ operatur ſine iniuſtitia particulari puta auaritia, verbi gratia,Stat ꝙ in bello quis abiiciat clypeum ex timore, aut ꝙ improperetur amico propter iram,& tamen non acciperet aliena inuito domino,quod ad auaritiam pertinet:ergo patet,quòd iniuſtitia legalis poteſt eſſe ſine iniuſtitia particulari,qualis eſt auaritia.

Præter iuſtitiam legalẽ datur vna quæ dã alia iuſtitia particularis, diſtincta cõtra alias virtutes.

Prẽterea, illę malitiæ ſunt diſtinctę quę ordinantur ad diſtinctos fines.Sed auaritia,quę eſt ſpecialis iniuſtitia,ordinat ad alium finem quàm iniuſtitia illegalis. Maior declaratur ex hoc ꝙ habitus diſtinguũtur ſecundum diſtinctionem finium,verbi gratia:Sortes adulterans poteſt intendere duo:primò vt lucretur ſpoliando mulierem,ſecundò vt ſatisfaciat concupiſcẽtiæ ſuę, non quęrendo lucrũ à mulie re ſed largiendo ipſi.In primo ſenſu non dicitur luxurioſus ſed iniuſtus,quia auarus, in ſecundo dicitur luxurioſus & non iniuſtus.Patet ergo ꝙ habitus accipiunt diſtinctionẽ à fine. Minor autẽ patet quoniam iniuſtitia illegalis ordinat ad fines aliarum malitiarum,cùm ſit contentiua omnis malitię,& ſit tota malitia,vt dictũ eſt ſuprà, iniuſtitia autem particularis, putà auaritia ordinatur ad finem particularẽ putà rapere aliena indebite:ergo,&c.

Prætereà.Quicunque facit contra aliquã virtutem ſpecialem facit contra iuſtitiam legalẽ: quoniam lex prẽcipit operari ſecundum omnes virtutes:ſed non quicunque facit contra aliquam virtutem moralem facit iniuſtitiã particularem:ergo prẽter malitiam illegalem, quę eſt cõmunis in iuſtitia,datur malitia particularis,quæ eſt iniuſtitia particularis,putà auaritia.Maior patet,& declaratur minor. Nã, ſi aliquis mœchatur,facit contra iuſtitiã legalẽ, quę prẽcipit nõ mœchandũ:& ſi miles fugit ab exercitu facit contra iuſtitiam legalem,quoniã lex prẽcipit oppoſitum,& primum reducitur ad luxuriam,ſecundum ad timiditatem.Sed,ſi ꝙs inordinatè lucratus eſt,hoc non reducitur ad aliquam aliã malitiam ſpecialẽ:ſed ad ſolam auaritiam: quę eſt iniuſtitia ſpecialis.Conſtat ergo ꝙ datur quędam iniuſtitia ſpe-

Legalis iuſtitia continet in ſe omnem virtutem.

cialis præter iniuſtitiã illegalem, quę eſt tota malitia: & eadẽ ratione datur quædã iuſtitia particularis, quæ eſt ſpecialis virtus præter iuſtitiam legalem, quæ eſt tota virtus.

Iuſtitia particularis quo conueniat & differat à legali iuſtitia.

Quantum ad ſecundũ aduerte, q̃ vtraque iuſtitia, ſcilicet legalis & particularis, cõueniunt & differunt. Cõueniunt quidẽ in nomine, vt patet, & in genere: quoniã idẽ genꝰ ponitur in diffinitione vtriuſque. Vtraq; enim diffinitur per hoc, quòd eſt eſſe vel ordinari ad alterũ. nã iuſtitia legalis attenditur in ordine ad alterum, id eſt ad bonũ commune. Lex enim intendit bonam conſeruationem multitudinis, & omnia decreta ordinat ad hoc. Iuſtitia autẽ particularis attenditur in ordine ad alterum, id eſt ad bonum, non cõmune, ſed ſpectãs ad perſonã ſingularem, vt manifeſtabitur in commutatiua iuſtitia. Differunt autem, quoniam ſunt circa aliam & aliam materiam. Nã iuſtitia legalis verſatur circa totam materiam moralem, & circa totum illud, p̃ q̃ dici poteſt homo ſtudioſus: lex enim, vt dictum eſt ſuprà, p̃cipit vſum cuiuſcunque virtutis & ꝓhibet vſum omnis malitiæ vnde iuſtitia legalis verſatur circa obiectum omnis virtutis, & ideo eſt omnis virtus, vt dictum eſt ſuprà.

Iuſtitia autem particularis verſat circa materiã determinatam: vt circa bona particularia, ſecundum quæ cõmunicant homines adinuicem, vt circa diſtributiones bonorũ. & officiorum, & commutationes rerum exteriorum, vt declarabit infrà. Sed nunc dimittenda eſt iuſtitia & iniuſtitia legalis, & iuſtum & iniuſtũ legale. Iſta enim ſatis determinantur in lege. Maior enim pars præceptorum legalium p̃cipitur vt conuenit toti virtuti: quoniã lex præcipit viuere ſecundum vnamquanque virtutem, & ꝓhibet vſum cuiuſlibet malitiæ. De iuſtitia igitur & iniuſtitia particulari, & de iuſto & iniuſto particulari in ſequentibus erit principalis intentio noſtra.

Iuſtitia duplex diſtributiua & commutatiua. diſtributiua in quo cõſiſtat.

Quantum ad tertium diuidenda eſt iuſtitia particularis in ſpecies ſuas & ſubdiuidendum alterum membrũ diuiſionis. Tu igit aduerte, quòd ex intentione Ariſtot. prima diuiſione diuiditur in diſtributiuã & commutatiuam. Diſtributiua conſiſtit in diſtributionibus aliquorum cõmunium diuidendorum inter communicantes in vna ciuili cõmunicatiõe, vt honores, pecuniæ & alia bona exteriora: ſiue etiã ſint mala onoroſa, vt labores & expenſæ & cõmunia onera ꝓ ſaluanda republica. Et quidem quòd in huiuſmodi diſtributionibꝰ poſsit eſſe iuſtitia & iniuſtitia ꝓbatur: quoniam in his contingit accipere vnius ad alterũ æqualitaté & inæqualitatem: putà dare vni tantum honoris in ciuili cõmunitate quantum meretur: & etiam dare magis, & minꝰ quàm meretur: hæc autem pertinet ad iuſtitiam & iniuſtitia m: ergo, &c. Et aduerte quòd hæc ſpecies iuſtitiæ attendit ſecundum quòd aliquid tranſfertur à communitate ad ſingularem perſonam. Communitas enim eſt illa, quæ diſtribuit honores & onera & officia, &c.

Commutatiua iuſtitia quæ et quo duplex ſit. Commutationum duo ſunt genera.

Commutatiua eſt illa, q̃ conſtituit rectitudinẽ & q̃ualitatem in commutationibꝰ, ſecundum quas aliquid tranſfertur ab vna perſona in alteram, vt in venditione.

Poſita hac diuiſione ſubdiuidit cõmutatiua ſic: Iuſtitiæ commutatiuæ duæ ſunt partes, ſecundum quòd ſunt duo cõmutationũ genera, ſcilicet voluntarię, & inuoluntarię. Commutationes voluntariæ ſunt illę, quarum principium ex vtraque parte commutantium eſt voluntarium, vt in venditione & emptione quibus vnum tranſfert voluntariè dominium rei in alterum ꝓpter pretium, in quo iuſtè conueniũt, & in mutatione ſiue cambio, vt quando q̃s tradit frumentum, & accipit vinum: & in fideiuſsione, qua q̃s voluntariè ſe conſtituit debitorem ꝓ alio. Et in vſu, quo q̃s vſum rei ſuæ alteri gratis concedit reſeruato rei dominio. Et in depoſito, quo quis tradit rem ſuam in cuſtodiam alterius, quam liberè repetere poteſt. Et in conductione, qua quis vſum rei alienę accipit pro pretio, vt in locatione domus, aut agri.

Commutationes inuoluntarię ſunt, quarum principium non eſt voluntarium, imò inuoluntarium, ſaltem ex parte vnius partis, ex quibus quędam ſunt occultę, quædam manifeſtę. Occultę quidem, vt furtum, quo quis abſcõditè rapit rem alterius eo inuito. Mœchia, id eſt adulterium, quo quis occultè ad vxorem alterius accedit. Veneficium, quo quis occultè venenum procurat alteri, vel ad mortem, vel ad lędendũ in perſona qualitercunque. Vnde & magi venefici dicuntur, quoniã maleficium in perſona alterius ꝓcurant. Lenocinium, quo occultè mulierem ad inhoneſtum deducit. Serui ſeductio, vt cùm q̃s ſeruũ alterꝰ ſeducit, vt fugiatà domino ſuo. Doloſa occiſio, quę fit vulnere ꝓdito- riè ilato. Falſum teſtimonium quo quis in iudicio mentitur aut veritatem abſcondit. Manifeſtę inuoluntarię ſunt, quæ per violentiam inferuntur, vt verberatio, occiſio, ligatio perſonæ, rapina rapiendo bona, orbatio, filios per occiſionem patris orbãdo, accuſatio, ſcilicet inferendo infamiam ex falſa accuſatione, iniuriatio, per irrogationem contumeliæ.

Et aduerte q̃ vt dicit Beatus Thomas exponẽs, voluntariũ & inuoluntarium in commutationibus, diuerſificat ſpeciem iuſtitiæ, quoniam in voluntariis commutationibus, putà in venditione fit tranſlatio ſolius rei vendibilis, quã oportet pretio recompenſari ſecundum q̃uiualentiam. In commutationibꝰ aũt inuoluntariis, vt in furto, vltra ſubtractioné rei, fit iniuria. Vnde raptor non ſolùm compellitur reſtituere rem acceptam, ſed etiã meretur puniri ꝓpter iniuriã illatã. Et quoniã inuoluntariũ eſt duplex, vt dictũ eſt in tertio libro, ſcilicet per ignorantiã & per violentiã, ideo Ariſto. commutationes inuoluntarias diuidit in occultas, quaſi per ignorantiam patientis factas: & in manifeſtas, vt per violentiam factam patienti perpetratas.

CAPVT III.

De iuſto diſtributiuo quomodo & in quo medio conſiſtat declarat.

Ex 5. Eth cap. 3.

IN tertio capite agendũ eſt de iuſtitia diſtributiua, Et vt notior ſit doctrina, agemus de ea in concreto, id eſt de iuſto diſtributiuo, de quo tria cõſiderãda ſunt. Primò q̃ eſt medium inter magis & minus. Secundo quòd eſt medium ſecundum quandam proportionalitaté. Tertio qualis ſit illa proportionalitas, iuxta quam ſumitur medium in iuſto diſtributiuo.

Iuſtũ diſtributiua medium eſt inter magis & minus & in qualitate cõſiſtit.

Quantùm ad primum ponitur hæc concluſio ex intẽtione Ariſ. Quod eſt iuſtum ſecundum iuſtitiam diſtributiuam eſt medium inter magis & minus, ita quòd nec eſt in plus, nec in minus, ſed vt decet & conueniens eſt, hæc ſic probatur, AEquale eſt mediũ inter magis & minus: hæc patet ex diffinitione æqualis. Nã ex libro decimo Metaphyſicę q̃uale eſt quod comparatũ alteri, nec excedit ipſum, nec exceditur ab eo, vt duæ lineæ bicubitæ. Sed quod eſt iuſtum ſecundum iuſtitiam diſtributiuam eſt æquale: nã iniuſtum ſecundum hanc iuſtitiam eſt inæquale, vt declarabitur: ergo iuſtum eſt æquale. probatur conſequentia, quoniam oppoſitorum oppoſitæ ſunt differentiæ. Conſtat aũt q̃ iuſtum & iniuſtum ſecundum iuſtitiam diſtributiuam ſunt oppoſita. ergo ſi iniuſtũ eſt inæquale, iuſtũ erit æquale: & cùm æquale ſit medium, ſequitur iuſtum diſtributiuæ iuſtitiæ eſſe medium.

Iuſtitiæ diſtributiuæ medium cõſiſtit in quadam proportionalitate.

Quantùm ad ſecundum ponitur hæc concluſio: Iuſtum diſtributiuæ iuſtitiæ eſt medium ſecundum proportionalitaté. Antequàm probetur concluſio duo ſupponuntur. Primum eſt, q̃ iuſtũ vt iuſtũ eſt ad alterũ. Nullus enim propriè loquẽdo facit iuſtitiam ſibiipſi, ſed alteri: & iuſtũ vt æquale eſt inter duas res, quæ ſint æquales, & duas perſonas æquales, ita q̃ æqualia æqualibus diſtribuãtur, vt declarabimus. Secundum eſt, quòd proportionalitas complectitur duas proportiones. eſt enim comparatio duarum proportionum adinuicem, vt hic, ſicut ſe habent 6. ad 4. ita 3. ad 2. Sed inter 6. & 4. eſt proportio ſexquialtera: ergo inter 3. & 2. eſt proportio ſexquialtera. De proportionibus autem & proportionalitatibus tam geometrica, quàm arithmetica ordinauimus breuem tractatum in Epitomate noſtro ſuper octo libros Phyſicorum in fine libri ſeptimi, & tu vide illic. His ſuppoſitis ſic probatur concluſio. Quod eſt mediũ ad minus inter quatuor quorum eſt proportio vniꝰ ad alterum, ſicut reliqui ad reliquum, eſt medium ſecundum proportionalitatem. hæc patet: quoniam proportionalitas eſt ſimilitudo vel æqualitas duarum propotionum, vt exemplificauimus, ſed iuſtum ſecundum iuſtitiam diſtributiuam eſt ad minus inter quatuor, quorum proportio vnius ad alterũ eſt ſicut proportio reliqui ad reliquum. Nam vbi ſit iuſtum ſecundun iuſtitiam diſtributiuam ſunt duæ perſonæ, quibus ſeruatur iuſtitia in diſtribuendo & duæ res, in quibꝰ dum diſtribuuntur, ſit iuſtitia. Et vt ſeruetur iuſtitia diſtributiua oportet adeſſe æqualitatem perſonarum ſecundum merita, aut ſecundum ſufficientiam: & æqualitatem rerũ ſecundũ pretioſitaté, vt ſcilicet ſicut res ſe habent adinuicẽ, & perſonę quibus dantur, alioquin non habebunt q̃ualia ſibi: & tunc non erit pax, ſed orientur pugnæ, querelæ, accuſationes, quòd ſit prętermiſſa iuſtitia: quoniam vel æquales in meritis accipiunt inæqualia in diſtributione bonorum, honorum, officiorum, dignitatum communium, vel

non

non ęqualib. dantur æqualia, vt ſi inæqualiter laborantibus dentur ſtipendia ęqualia, vel ęqualiter laborantibus ſtipendia inęqualia. Conſtat igitur ꝙ iuſtum diſtributiuum eſt medium ſecundum proportionalitatem.

Diſtributiones non eodem modo in quacunque politia ſiunt.

Prętereà, ꝓbatur eadē cōcluſio ex ratione dignitatis ſic: Iuſtum in diſtributionibus eſt, qñ cuilibet datur vt dignum & decens eſt ei dari: & in hoc deſignatur ꝓportionalitas, vt ſ. hoc ſit ita dignum huic, ſicut illud illi. Sed aduerte, vt inquit Ariſto. ꝙ diſtributionis dignitatem non omnes politię ſm idem attendunt. Nam in politia democratica, id eſt plebeia, in qua plebs dominatur, attenditur dignitas ſm libertatem, & qñ plebes ſecundum hanc politiam ſunt ęquales in libertate, ideo reputant dignum eſſe, vt omnes recipiant ęqualia: quia omnes ſunt ęqualiter liberi. Sed in politia dicta oligarchica, id eſt paucorum potentum, qui dominantur, attenditur dignitas ſm diuitias, vel ſecundum nobilitatem generis, vt ditiores, vel nobiliores plus accipiāt de bonis communibus. In politia verò dicta ariſtocratica, id eſt optimatum: in qua aliqui principantur propter virtutem & probitatem vitę, attenditur dignitas, & fit diſtributio penes gradus virtutis, vt ſcilicet ille plus accipiat, qui eſt excellentioris virtutis.

Iuſtū diſtributiuum fit formaliter, vel æquiualenter ſem ꝑ inter plures.

Pro eo qđ dicit Philoſophus iuſtum diſtributiuum ſemꝑ fieri inter plures perſonas, eo ꝙ ad minus eſt inter quatuor, ſ. in duabus rebus, & inter duas perſonas, aduerte ꝙ hoc eſt verum formaliter, vel æquiualenter: formaliter quidem, qñ vnus non ſufficit ad ſeruiendum communitati, ſed oportet pro ea plures laborare, tunc oportet iuſtum diſtributiuum fieri inter plures. Aequiualenter autem, ſi vnus tantum laborauerit ſufficienter & ꝓcurauerit bonū commune, tunc fiet illi ſoli diſtributio de bonis cōibus vt dignum eſt: & in eo ſolo ſeruabitur iuſtitia diſtributiua, qui tñ æquipollet pluribus, quia ſolus fecit quod plures feciſſent. Patet igitur qūo in iuſto diſtributiuo ſumitur medium ſecundum proportionalitatem.

Proportionalitas cōis eſt omni habenti quātitatem.

Quantum ad tertium vt ſcias ſm quam porportionalitatem ſumitur medium in iuſtitia diſtributiua, præponuntur duo de intentione Ari. Primum eſt ꝙ proportionalitas non ſolum inuenitur in numero vnitatum, quem Ariſ. vocat monadicum numerum, id eſt, Abſolutè ſumptum, ſed vniuerſaliter inuenitur in omnibus rebus, quibus applicatur numerus. Nam proportionalitas eſt æqualitas aut ſimilitudo duarum ꝓportionum, vt diximus ſupra. In quibuſcunque ergo eſt inuenire proportionem in eis eſt inuenire ꝓportionalitatem. Conſtat autem ꝙ nō ſolum in numero, ſed in omnib⁹ quantis finitis eſt inuenire proportionem ſiue ſit quantum continuū ſiue diſcretum. Vñ dicemus infra ꝙ ꝓportio & ꝓportionalitas alia eſt geometrica: alia Arithmetica.

Proportionalitas duplex, continua diſcreta.

Secundum eſt ꝙ proportionalitas eſt duplex, ſ. diſcreta & continua, & vtraque ſtat in quatuor terminis: ſed differē ter, qñ in diſcreta ſiue diſiuncta ſunt quatuor termini formaliter. In continua autem ſunt duo diſtincti & vnus ęquipollet duobus, quia bis ſumitur.


Diſiuncta ſiue diſcreta eſt æqualitas duarum ꝓportionū non cōueniētiū in aliquo termino, vt hic, ſicut ſe habent 6. ad 4. ita 3. ad 2. Ibi ſunt quatuor termini: duo in prima ꝓportione, ſ. 6. & 4. & duo in ſecunda, ſcilicet 3. & 2. & null⁹ eorū replicatur ideo, dicitur eſſe proportionalitas diſiuncta.

Continua eſt illa, in qua duę ꝓportiones in vno termino bis ſumpto cōueniunt, vt hic, Sicut ſe habent 8. ad 4. ita 4. ad 2. Conueniunt enim in ly 4. Patet igitur quomodo omnis ꝓportionalitas ſtat in 4. terminis, qñ in continua terminus bis ſumptus æquipollet duobus: & quomodo differunt diſiuncta & continua.

Iuſtitia diſtributiua attenditur in medio ſecundum proportionalitatē geometricā.

His præmiſsis ponuntur duæ concluſiones ex intentione Ariſtotel. quarum prima eſt hęc: Iuſtum ſiue medium in iuſtitia diſtributiua ſumitur penes proportionalitatem, quę eſt ęqualitas proportionum, ſed non quantitatum. Antequam probetur aduerte, ꝙ duplex eſt proportionalitas, ſcilicet, Geometrica & Arithmetica. Geometrica attēditur penes æqualitatem ꝓportionis. verbi gratia: Sicut ſe habēt 9. ad 6. ita 6. ad 4. Hic vtrobique eſt eadem ꝓportio, ſcilicet ſexquialtera: ſed non eſt eadem quantitas, quoniam 9. excedunt 6. in tribus, & 6. excedunt 4. in duobus. Maior ergo eſt exceſſus inter 9. & 6 quàm inter 6. & 4. quare &c. Arithmetica autem accipitur ſm æqualitatem quantitatis, ſed non ꝓportionis. verbi gratia: Sicut 8. ſe habēt ad 6. ita 6. ad 4. hic in vtraq; ꝓportione eſt ęqualis exceſſus: qñ 8. excedunt 6. in duobus & 6. excedūt 4. in duobus. Sed non ſeruatur ęqualitas ꝓportionis, nec eadem ſpecies. Nam 8. ſe habent ad 6. in proportione ſexquitertia. 6. autem ſe habent ad 4. in proportione ſexquialtera.

Facta hac declaratione ſic probatur concluſio ex intentione Ari. vbi ſunt quatuor termini, quorum duo habent eādem ꝓportionem adinuicē, quā habent & aliqui duo, eſt ꝓportionalitas Geometrica, quę eſt penes ęqualitatem proportionis non quantitatis. Hęc patet ex declaratione facta de ꝓportionalitate Geometrica: ſed in iuſto ſm iuſtitiā diſtributiuā ſunt quatuor termini quorū duo habēt eandē ꝓportionem adinuicem, quā habēt & alij duo: ergo, &c. Et hęc quidem minor ſic declaratur: nam in iuſtitia diſtributiua oportet ꝙ eadem ſit ꝓportio vnius perſonę, cui fit diſtributio ad rem illi diſtributam, quæ eſt alterius ꝑſonæ, cui fit diſtributio, ad rem ſibi diſtributā. verbi gratia: Sumatur Sortes, qui duobus dieb⁹ laborauerit, & meruerit ſolidos duos: ſumatur Plato, qui vno die laborauerit, & meruit ſolidum vnum, & arguatur ſic, Sicut ſe habet Sortes laborās duob⁹ diebus ad ſolidos duos, ita Plato laborās vno die ad vnum ſolidū, quia vtrobique eſt ꝓportio dupla, ſ. inter laborē & laborem: & inter præmium & præmium. Si igitur danī duo ſolidi laboranti duobus diebus, & vnum laboranti vna die, ſeruatur iuſtitia diſtributiua, q̄ ſtat in ꝓportionalitate eiuſdem ꝓportionis: ita ſ. vt qui duplo dignior rem duplam habeat, & qui dimidio dignior rem dimidiam habeat. Quòd ſi hæc ꝓportionalitas nō ſeruatur, ſit iniuſtum diſtributiuū vt ſi qui plus laborauit, minus accipiat aut econuerſò. Patet igitur, qūo in iuſto diſtributiuo ſeruatur ꝓportionalitas Geometrica. Vt autem videas prædictam proportionalitatem formamus infraſciptam figuram.



Secunda concluſio eſt hęc: Proportionalitas geometrica ſm quam ſeruatur iuſtitia diſtributiua, non poteſt eſſe cōtinua, probatur qñ ex vna parte ſunt res diſtributæ, & ex altera perſonę, quibus fit diſtributio: ſed non poteſt aliquid accipi vt terminus communis, qui ſit perſona & præmium perſonæ, vt patet: ergo, &c.

Et qñ iuſtum diſtributiuum, vt diximus eſt proportionale, iniuſtum eſt ſine proportionalitate: fit enim in plus vel in minus quàm exigat æqualitas ꝓportionis vt patet in operibus iuſtæ, vel iniuſtæ diſtributionis. Nam qui facit iniuſtitiam plus ſeipſo de bonis accipit quàm ſibi cōueniat: qui autem ab alio iniuſtitiam patitur, minus de bonis recipit quam ſibi cōueniat: in malis autem eſt econuerſò. Nam qui facit iniuſtitiā minus de malis, vt de onerib. & incommodis accipit, qñ minus malum habet rationem maioris boni, & qui iniuſtitam patitur, recipit vel ſibi imponitur magis de malo, quod habet rationem minoris boni. Hęc igitur dicta ſint de iuſtitia diſtributiua, & quomodo in ea ſumitur medium, & hic terminatur tertium caput.

CAPVT IIII.

Quomodo & in quo medio conſiſtat commutatiua iuſtitia.

Ex 5. Ethi. cap. 4.

IN quarto capite conſiderandum eſt, qūo ſumitur mediū in iuſtitia commutatiua, & quatuor agenda ſunt. Primò qūo coueniunt & differunt iuſtitia diſtributiua & commutatiua. Secundò qūo inuenitur medium iniuſtitia commutatiua circa eaſdem res. Tertiò quomdo inuenitur & obſeruandum eſt medium circa res, quę ſunt diuerſarum artium. Quartò vnde aſſumpta ſunt hæc nomina, damnum, & lucrū, circa quæ ponitur iuſtitia commutatiua, vt directiua & recompenſatiua.

In commutatiua iuſtitia ſufficit

Quantum ad primum aduerte, ꝙ vtręque in hoc conueniunt, ꝙ tam iuſtum diſtributiuum quàm commutatiuum debet eſſe æquale, iniuſtum autem inęquale. Differunt

mitur medium nõ secundum proportionem geometricã sed arithmeticam.

autem in hoc,qm̃ in commutatiua iuſtum eſt ęquale non ſecundum proportionalitatẽ geometricam,ſicut eſt in diſtributiua,vt declarauimus in capite prędcedenti,ſed eſt ſecundum ꝓportionalitatem Arithmeticam, quæ attenditur ſm̃ ęqualitatem quantitatis:illa autem vt diximus ſm̃ æqualitatem ꝓportionis.verbi gratia,6.eſt medium ſm̃ ꝓportionalitatem Arithmeticam inter 8.& 4.quia per tantam quantitatem excedit vnum iſtorum,per quantam exceditur ab alio: nam 8.excedit 6.in duob⁹,& 4.exceditur à 6.in duobus.Sed ſm̃ ꝓportionalitatem geometricã 6. non eſt medium inter 8,& 4.quia non ſeruatur eadem ſpecies ꝓportionis inter 8. & 6.& inter 6.& 4.Nam 8.ſe habet ad 6.in ꝓportione ſex q̃ tertia.Continet enim 6.& tertiam partem ei⁹,quę ſunt duo 6.autem ſe habet ad 4.in proportione ſexquialtera. Continet enim 4.& eius medietatem, quę ſunt duo: ſi autem vis habere medium 6.ſm̃ proportionalitatem geometricã compara ipſum ad 9.& ad 4.Nam ſicut 9.ſe habet ad 6.in ꝓportione ſexquialtera,ſic 6. ad 4. vt videre poteris in tractatu proportionum,quem ordinauimus in fine ſeptimi libri Phyſicorum in epitomate noſtro:& q̃ in commutatiua attenda tur iuſtum quod dr̃ æquale & medium ſm̃ ꝓportionalitatẽ Arithmeticam,ſic probatur ex intentione Ariſt. Vbi iuſtum &'æquale attenditur ſolum ſecundum quantitatem damni & lucri,& non ſecundum proportionalitatem perſonarum ibi attenditur ęqualitas & iuſtum ſm̃ proportionalitatem Arithmeticam,& non geometricam.Hæc patet ex differentia,quam aſsignauimus inter vtranque ꝓportionalitatem: ſed in commutatiua iuſtum & æquale attenditur ſolum ſm̃ quantitatẽ damni & lucri,& non ſm̃ ꝓportionalitatẽ perſonarum, aut dignitatem : nam vt inquit Ariſt.nihil differt quantũ ad iuſtitiam commutatiuam:ſi bonus vel malus priuabit aliquem re ſua per furtum,vel ſi commiſit adulteriũ, vel ſi occidit.Lex enim attendit ſolum ad quantitatem nocumenti,vt ſcilicet qui plus nocuit plus recõpenſet cuiuſcunque conditionis ſit:vnde patet,q̃ ſi duo ſunt, quorum vnus faciat iniuſtum alteri,& alter patiatur, putà quia vn⁹ lædit & alter læditur:lex vtitur his duobus quaſi æqualib⁹, licet ſint inęqualis cõditionis & dignitatis.Vnde iudex, vt legis miniſter,ſtudet reducere inęqualitatem, quæ eſt inter lædentem & læſum,ad æqualitatem conſtituendo æqualitatem in ipſa quantitate rerum, & non ſm̃ proportionalitatẽ perſonarum.Et id per exemplum declarat ſic Ariſt.Sint duo quorum vnus percutiat,& alter percutiatur:vel vnus occidat,& alter moriatur:diuiſa eſt actio & paſsio per inæqualia: quia percutiens aut occidens magis habet de bono ab eo extimato,inquantum ſcilicet fecit vindictam,vel cõpleuit voluntatem ſuam. Percuſſus autem, vel occiſus habet plus de malo,quia priuatur ſanitate,aut vita inuitus, & ita vr̃ eſſe percutiens in lucro,& percuſſus in damno. Iudex ergo,vt faciat inter vtrunque iuſtitiã,conatur reducere hanc inęqualitatem ad æquale ſubtrahens à lucro & ponens in damno,inquantũ tantum ſubtrahit ab occidente, vel percutiente,& illud exhibet in commodum vulnerati,vel hęredum occiſi,vel in honorem occiſi.Et ſic patet,q̃ medium in iuſtitia commutatiua ſumitur penes proportionalitatem Arithmeticam.

Iuſtum commutatiuum eſt medium interdãnum & lucrum.

Ex dictis,vt declarat Ari.duo corollaria ſequũtur.Quorum primum eſt,q̃ iuſtum commutatiuum eſt mediu m inter damnum & lucrum.Nam iuſtum commutatiuum eſt æquale,quod eſt medium inter plus & minus:ſed lucrum & damnum in his, circa quæ fiunt commutationes,habent rõnem pluris & minoris:lucrans enim plus habet, & damnificatus minus:ergo iuſtum commutatiuum eſt medium inter damnum & lucrum,ſed aduerte q̃ vt dicit Ariſ. lucrum & damnum diuerſimodè ſe habent in bonis & in malis.Nam habere plus de bono, & minus de malo ſpectat ad rationẽ lucri, habere autem plus de malo & minus de bono,ſpectat ad rationem damni.

Iudex eſt quoddã Ius animatum.

Secundum eſt q̃ duplex eſt quoddam iuſtum:quod patet ex eo q̃ homines qñ dubitant & litigãt de damno & lucro refugiunt ad iudicem,& ad quoddam iuſtum.Ad iudicem enim ire:eſt ad iuſtum ire.Oportet enim iudicem eſſe vt iuſtum animatum,& ſicut viuam iuſtitiam:vt ſ.eius mens totaliter à iuſtitia poſsideatur.Præterea, Medium habet rationem iuſti:ſed iudex eſt ſicut medium,nam qui refugiunt ad iudicem videntur quærere medium inter partes litigantes.

Et inde eſt,q̃ homines ſolẽt iudices appellare meſidicos id eſt,mediatores ac ſi ipſi attingant medium in hoc, q̃ deducunt partes ad id quod eſt iuſtum. Quoniam igitur iuſtum,de quo nunc loquimur eſt quoddã medium,iudex determinans hoc iuſtum eſt medius inquantum determinat & conſtituit id,quod eſt æquale inter partes,& æquale eſt medium inter plus & minus vt dictum eſt.


Iudex in cõmutatiua iuſtitia quomodo reducat ad medium inæqualitatem.

Quantum ad ſecundũ aduerte,quòd Ariſt. per exẽplum declarat quomodo poteſt ĩueniri mediũ & ęquale ĩ iuſtitia cõmutatiua circa eaſdẽ res: & dicit, q̃ iudex ſic reducit inæqualia & iniuſta in commutationib⁹ ad æqualitatẽ & medium:ſicut ſi diuiſa eſſet vna linea in partes inęquales, q̃ vellet partes ad æqualitatẽ reducere auferret à maiori illud,in quo excedit medietatem lineæ, & apponeret minori parti: quo facto partes eſſent æquales, quia vtraque eſſet præciſe medietas totius lineæ:& ſic medietas toti⁹ lineæ eſt veluti regula & menſura,qua partes diuidẽtes lineam inęqualiter, reducuntur ad æqualitatẽ.ſic in propoſito quãdo totũ quod eſt duorum hominum,diuidit̃ tali menſura,tunc dicũt quòd vnuſquiſque habet quod ſuũ eſt inquantũ accipiũt æquale, quod eſt mediũ inter magis & min⁹, & æqualiter excedit minus,& æqualiter excedit̃ à maiori.Et ideo inuentio medij in cõmutatiua eſt auferre ab eo,qui plus habet, tantum quantum excedit mediũ, & totum ablatum apponere ei q̃ minus habet:& ſic ꝓuenitur ad mediũ,& iuſtum & æquale in commutatiua. Et q̃dem quòd exẽplum datum ſit cõueniens declarat Ariſtot.ex modo loquendi conſueto apud Græcos in hoc ꝓpoſito,& dicit,quoniam medium iuſtitiæ commutatiuę eſt ſicut dicha,id eſt,regula adęquãs ĩæqualia,ideo Greci iuſtum appellãt dicheõ.Et dichaſtes dicit̃ iuſtus,& dichaſte dicitur iuſtitia.Et quòd ſecundũ iuſtitiam cõmutatiuã oporteat ſubtrahere ab eo, q̃ plus habet,totũ illud,in quo excedit medietatẽ, & apponere habẽti min⁹ ſic declarat Ariſt. Si ſint duo æqualia quorũ vtrunque habet duas menſuras, putà duos cubitos :& duos pedes & medietas auferatur ab vno,& apponat̃ alteri,patet quòd aggregatũ ex illo, quod apponitur,& ex illo cui fit appoſitio,excedit alterũ in duobus,q̃ ei,à quo ſubtrahitur,non remanet niſi vna menſura: ſed aggregatum ex addito & ex eo cui fit additio habet tres menſuras:ſi autem id,quod ſubtrahitur non apponitur alteri, non erit exceſſus niſi in vno.

Et tu aduerte,q̃ per illud cui nihil additur,& à quo nihil ſubtrahit̃,intelligit Ariſ. mediũ iuſtitię cõmutatiuæ q̃ tũc homo habet q̃ ſuũ eſt,nec plus nec minus.Per illud autem, cui additur,intelligitur ille, qui plus habet, & per illud,cui ſubtrahitur, intelligitur ille q̃ minus habet:& ſic conſtat q̃ ille q̃ plus habet, excedit mediũ in vno,id eſt,in eo quod eſt additũ medio& mediũ excedit ĩ vno illud,à quo ſublatũ eſt. Sic igitur ꝑ medium cognoſcemus, quid oportet auferre ab eo,qui plus habet: & quid apponere ei qui minus habet: nam minus habenti oportet apponere totum illud, in quo medium excedit ipſum ,& ab eo , q̃ plus habet oportet auferre totum illud in quo medium exceditur ab eo.

Et vt ad oculum videas, q̃ dicta ſunt Ari.deſcribit in terminis,& intẽdit quòd ſint tres lineæ æquales quarum quælibet ſit duorũ cubitorum & prima vocetur A A.Secũda B B. tertia G G.Et prima diuidat̃ in medio:& ſignetur E, & ſecunda remaneat indiuiſa cõtinua, & tertia diuidatur in medio,& ſignetur z: Auferatur à prima linea medietas quæ eſt a e,& apponatur tertię lineæ,& vocetur g d:quo facto patet quòd tota linea tertia ſimul cum parte appoſita quę eſt g d: quę eſt medietas primę , excedit aliã medietatẽ primæ, quę remanſit,ſcilicet a e in duob.cubitis,quoniam tertia ſimul cum parte appoſita eſt trium cubitorum:& a e eſt tm̃ vnius cubiti.Secundam autem,quę eſt indiuiſa & eſt duorum cubitorum excedit tantum in vno cubito : & ſic patet q̃ id, quod eſt maius,excedit medium in vno,vt patet cõparando totum g d,ſecundę lineę,& excedit id,qd̃ eſt minus in duobus,vt patet cõparando totam lineam tertiam cum parte appoſita medietati primę , ſcilicet a e. figura autem patet hic,


Prima duorum cubitorum.



Secunda duorum cubitorum.

b b

Tertia duorum cubitorum cum parte appoſita, quæ eſt vnius cubiti.



Quantùm ad tertium aduerte, quòd ex intentione Ariſtot. ſicut

ſicut in iuſtitia cõmutatiua obſeruandum eſt mediũ incommutationibus & recompenſationib. earundẽ rerũ, ſic & in commutationib. rerum diuerſarum artium. Nam ſi aliter fieret, putà ſi ille, qui facit aliquod artificium non reciperet ꝑ eo tantùm & tale, quantum & quale fecit deſtruerentur artifices, & artes, quod eſſet maximũ inconueniẽs, & iõ oportet, ꝙ opera vnius artificis commenſurentur operibus alterius artificis, vt artes conſeruentur, & ad hoc requiritur ꝙ fiat iuſta commutatio.

Damnum ac lucrum vnde emanauerint.

Quantũ ad quartum aduerte ex intentione Ari. ꝙ iſti termini Dãnum & Lucrum traxerunt primam originẽ à cõmutationib. liberis & voluntarijs, q̃ fiunt inter homines. In his em̃ primò fuit vſus talium terminorum, nam qñ in his commutationib. aliquis plus acquirit quàm prius habuerit, dr̃ lucrari, qñ autem minus dr̃ damnum pati, ſicut in emptionib⁹ & venditionibus aliiſque commutationibus licitis ſm̃ legẽ. Quando autem quis nec plus, nec minus habet quã prius, vt putà quia ſolum capitale habet, tunc dicitur hr̃e quæ ſua erant, nec lucrari, nec dãnificari. Ex his ergo concluditur, quòd iuſtum, de quo nunc agitur eſt medium damni & lucri. Quòd quidem iuſtum non eſt aliud quàm hr̃e ęquale añ commutationem aut pòſt, etiam ꝓter voluntatem alteri⁹ partis, vt patet quando quis cogente iudice reſtituit alteri quod plus habebat.

Damnum ac ꝛ. lucrum in rebus poſſeſſis magis ſunt, quam in iniurijs illatis.

Aduerte etiam ex intẽtione Ari. ꝙ hæc nomina Lucrũ & Dãnum ꝓpriè verificanẽ in reb⁹ poſſeſſis, & quia in iniurijs perſonalib. putà qñ quis ꝓcutitur & quis ꝓcurit, nó poteſt accipi certa mẽſura actionis & paſſionis, ideo iſti termini Damnũ & Lucrũ nõ ꝓpriè verificantur in talib. iniurijs, vt ſcilicet id quod eſt pl⁹ poſſit dici lucrũ, & quod eſt minus poſſit dici damnũ. Sed qñ paſsio ei⁹, qui iniuriatus eſt mẽſurata mẽſura iuſtitiæ, ſ. ꝑſiderata à iudice quãtitate & qualitate iniuriæ & offenſę tũc id, qd̃ eſt plus, dr̃ lucrũ, & quod eſt minus, dicitur damnum. Hęc de quarto capite dicta ſint.

CAPVT V.

De econtrapaſſo, ſiue retalione qũo diſtinguatur à iuſtitia de numorum item inſtitutione & vſu agit: quomodo item iuſtitia ſit quædam media ꝛas oſtendit.

In quinto Ethicor. Cap. 5.

IN quinto capite excludendus eſt error Pythagoricorum in acceptione medij iuſtitiæ. Aduerte igit̃, ꝙ iſti vno verbo dicebant medium & iuſtum, & æquale accipiendum eſſe per ecõtrapaſſum, id eſt ꝑ repaſsionem, vt ſ. quis patiat̃ quod fecit alteri, verbi gratia, Si quis percuſsit, percutiat̃: ſi occidit: occidatur: ſi iniuriatus eſt, iniurietur: ſi accepit rẽ alterius accipiatur & ſua. Et breuiter, ea menſura, qua menſus eſt alteri, remetiatur ſibi. & hæc opinio quam ſequuntur Pythagorici vr̃ eamanaſſe à Radamante legiſlatore, qui hãc legem introduxit: ſi quis patiatur, quæ alteri fecit recta & iuſta facta eſt vindicta, & ſic ſeruata erit iuſtitia, ſed Ari. intendens hanc opinionem reprobare tria facit. Primò declarat ꝙ iuſtum diſtributiuum nec commutatiuũ eſt idem vniuerſaliter & adęquatè cum ecõtrapaſſo. Secundò oſtendit in quibus & qualiter eſt verum, ꝙ iuſtum commutatiuũ eſt idem cum ecõtrapaſſo. tertiò reprobata hac opinione & viſo qũo poteſt ſaluari & quomodo non, declarat quomodo operatio iuſtitiæ & iuſtitia eſt medium, & per oppoſitum quis & qualis ſit habitus iniuſtitiæ.

Iuſtum diſtributiuum non eſt idem quod ecõtrapaſſum.

Quantùm ad primum, ꝙ iuſtum diſtributiuum non ſit idem quod ecõtrapaſſum patet ex eo, ꝙ iuſtum diſtributiuum non attenditur ſm̃ ꝙ vnus duorũ, quos oportet ꝑ iuſtitiam diſtributiuã coęquari, agit in alterũ vel patitur ab altero, quod requiritur ad rõnem ecõtrapaſsi: ſed ad ipſum ſolùm ꝓtinet ꝙ de bonis communibus fiat diſtributio ſm̃ ꝓportionalitatem geometricam attenta conditione & dignitate perſonarum, vt declarauimus in capite tertio.

Iuſtum commutatiuum nõ eſt idem quod ecõtrapaſſum.

Quòd autem iuſtum cõmutatiuum non ſit idem vniuerſaliter & adęquatè quod ecõtrapaſſum declarat Philoſophus dupliciter. Primò, ſi quis in principatu conſtitutus ꝓcutiat perſonam priuatam, iuſtitia cõmutatiua non requirit ꝙ princeps repercutiatur: & ſi quis percutiat principem nõ ſufficit ſm̃ iuſtitiam ꝙ eodem modo repercutiatur, imò ꝙ grauius puniatur. Secũdò iuſtum commutatiuum nõ eſt omnino & adæquatè idem cum eo, quod poteſt remanere idem, iuſto commutatiuo variato: hæc patet. ſed ecõtrapaſſum poteſt remanere idem vel omnino ſimile variato iuſto commutatiuo, quod patet ſic, ſi ſint duę operationes malæ ęqualiter, & vna ſit voluntaria, alia inuoluntaria, non eſt iuſtum ꝙ eadem & æqualis pœna pro vtraque infligatur, ſed pro voluntaria maior, pro inuolũtaria minor: ꝙ ſi pro vtraque detur ęqua pœna, ſeruatur quidẽ idem ecõtrapaſſum. ſed non ſeruatur iuſtum: ergo patet ꝙ non ſunt idem omnino & vniuerſaliter iuſtum commutatiuum & ecõtrapaſſum.

Sed aduertẽ, ꝙ prima ratio patitur dubium: nam dixit Philoſophus in capite ꝓcedenti ꝙ in iuſtitia cõmutatiua nõ attendit̃ diuerſa conditio perſonarũ, nihil enim refert, ſi ſm̃ hanc iuſtitiam ſtudioſus vel prauus furatus eſt rem meam, ſed ſolũ attẽditur quantitas damni & lucri: hîc autem dicit ꝙ ſi qs principatũ habẽs ꝓcutiat, nõ oportet principẽ reper cuti: & ſi quis principem ꝓcuſſerit grauius eſt puniẽdus: ergo & in iuſtitia cõmutatiua attẽdit̃ diuerſa condõ ꝓſonarũ.

Rñdetur, Ari. in cap. ꝓcedenti intendit, ꝙ in iuſtitia cõmutatiua non attẽditur ad diuerſam condõnem perſonarũ qñ nocumentum ꝑciſe attenditur circa ſubtractionem rei exterioris. Non em̃ variatur quãtitas talis nocumenti ex diuerſa conditione ꝓſonarum. nam tantum nocumentum pateretur, ſi princeps iniuſtè aufert à me decẽ ducatos, ſicut ſi priuata perſona auferret: ſed qñ nocumentum non eſt circa rem exteriorem, ſed circa perſonam, tunc quantitas nocumenti diuerſificatur ſm̃ diuerſitatem perſonarum. Maius autem nocumentum reputatur ꝓcuſsio principis quã priuatę perſonę, qm̃ ſi princeps ꝓcutitur nõ ſolum læditur perſona eius, ſed toto reſpublica, eò ꝙ regitur & ſeruatur à principe. Nulla ergo eſt contradictio in hoc: qm̃ in cap. præcedẽti intendit Ariſtot. de nocumento in re, hîc autem in perſona.

Iuſtum omne quomodo talionẽ, ſeu ecõtrapaſſum includat.


Quantùm ad ſm̃ eſt oſtendendũ in quibus & qualiter iuſtum commutatiuum eſt idem cum ecõtrapaſſo, id eſt ecõ trà recepto. Tu igitur aduerte ex intentione Ariſ. ꝙ iuſtũ cõmutatiuum ꝓtinet ecõtrapaſſum ſm̃ ꝓportionem. Nam iuſtum commutatiuum cõtinet illud, per quod ciues cõicant ſibiinuicem in vna ciuitate, & per qd̃ ciuitas cõſeruatur: leges em̃ ad hęc odinantur & inuẽtę ſunt. ſed ex hoc ꝙ ciues proportionaliter compatiuntur, id eſt ſimul tribuunt & retribuunt, ſimul ſeruiunt & reſeruiunt, ſimul donant & redonant, ſimul beneficia impendunt & rependunt, in quibus omnibus ſeruatur ecõtrapaſſum ꝓportionaliter, adinuicem cõicant, & commanent, & ſeruatur ciuitas. Propterhoc em̃ cõmanent homines adinuicem, quia vnus retribuit alteri ꝑ his, quæ ab eo recepit: & ꝓpter hoc probi homines prõptè gratias exhibent benefactori ſuo, quaſi quoddam ſacrũ ſit, ꝑ bñficio accepto gratias agere. Decet etiam ꝙ homo iterato ſeruiat ei, à quo beneficiũ gratuitũ accepit, & ſi non tantũ impendit quantũ accepit, iterũ quantum poteſt impẽdat. Reſeruire em̃ oportet ei qui gratiam fecit, inquit Ariſt.

Ecõtrapaſſi forma.

Et ſi tu quæras, quænam ſit forma huius proportionis ſm̃ quam in commutationib. rerum cõmutabilium debet ſeruari ecõtrapaſſum. Reſpondetur ex intentionẽ Ari. ꝙ cùm opera diuerſorum artificum non ſint æqualia, ſed vnum ſit maioris valoris quàm alterum, putà domus, quæ eſt ædificatoris opus magis valet quã calciamentũ, quod eſt coriarij opus: ideo in his debet fieri tale ecõtrapaſſum ꝙ coriari⁹ det tot calciamenta, quot valet domus, & tunc ſeruabitur forma proportionalitatis in commutationib. ꝑ ecõtrapaſſum. & conſeruabitur iuſtum commutatiuum. Hanc aũt formam deſcribit Ari. in terminis hoc mõ, Deſcribatur quadratum A b c d, & deducantur duo diametri ſe intrinſecantes, ſcilicet, Ad B C. Ponatur igitur ædificator in A, coriarius in B, Domus in C, calciamentum in D. Hoc facto, oportet, ꝙ ɔ vnam domum ponantur multa calciamẽta: qm̃ plures expẽſas facit ędificator in domo, quàm coriarius in vno calciamẽto: deinde fiat ecõtrapaſſum, id eſt reacceptio, vt ſ. ędificator accipiat à coriario tot calciamenta, q̃ adęquentur valori domus, & coriarius accipiat domum, & tunc erit, qd̃ datur pro retributione ſm̃ proportionalitatem factam per diametralem coniunctionem: quia ſcilicet calciamenta ꝓportionata dantur ędificatori, & domus coriario, quę ſm̃ diametrum opponũtur. Quod ſi retributio non fiat ſic, non ſeruabitur equalitas rerum commutatarum: nec poſſent homines ſimul commanere, qm̃ nihil prohibet opus vnius artificis eſſe melius & pretioſius opere alterius. Et quod dictũ eſt de ędificatore & coriario intelligendum eſt in alijs artibus, vt, ſ. fiat ecõtrapaſſum & commutatio ſecundum proportionalitatem factam per diametralem coniunctionem. Deſtruerentur enim artes, ſi vnus artifex non tantum & tale acciperet ab alio, quantum & quale daret. Non enim duo homines eiuſdem artis, puta duo coriarij, aut duo medici commutant opera ſua adinuicem, ſed vt in plurib⁹ hominibus diuerſarum artium, ſicut coriarius & agricola, & ſic

de aliis

de alijs,quos oportet adæquari modo prædicto.Et quæ dicta ſunt patent in figura ſequenti.



Sed dices:qũo poteſt prædicta forma ꝓportionalitatis & econtrapaſsi ſeruari in commutationibꝫ rerum. Et quæ fuit prima ratio & cauſa commutandi res adinuicem.

Numis ſit cõmutandi forma in rebus.

Quantũ ad primum dico ex intentione Ari.ꝙ illa forma poteſt obſeruari,ſi res commutabiles cõparentur ad quoddam vnum, vt ad regulam & menſuram valoris, illud autẽ eſt numiſma.Ad hoc enim inuentum eſt,vt ſit mediũ & menſura omnium cõmutabilium, & vt per ipſum ſciatur quod cõmutabiliũ valeat plus & qđ minus.Numiſma em̃ oĩa cõmutabilia mẽſurat & notificat quantũ ad exceſſum & defectum & ęqualitatem.Nam ſi de duobus comutabilib. dubitatur,quod eorum valeat plus vel minus,vel ſi æquaľ valẽt recurrit ad numiſma:nam ſi vnũ valet duo numiſmata,& alterũ vnũ,primũ eſt duplo melius:ſi vtrunq; valet duo,vtrũque eſt ęquè bonũ & ęquè ꝓtioſum. Scđm igit hãc mẽſurã, q̃ ſit ꝓ numiſma, põt ſeruari ꝓpoſita forma ꝓportionalitatis in rebꝫ cõmutandis:qm̃,vt dictũ eſt,ꝙ numiſma ſciri põt de qualibet re cõmutabili quantũ vna excedit aliam in valore,vt quot calceaméta adæquant in pretio modiũ tritici.

Commutãdi res cãſa ſuit hominum indigentia, ex qua etiam pro rebus cõmutãdis inſtitutum fuit numiſma & pecunia.

Quantùm ad ſm prima ratio & cã cõmutandi res & appretiandi eas ꝙ numiſma eſt indigẽtia humana.Non em̃ res appretiantur ſm dignitatẽ naturæ,alioquin vitulus vnus eſſet maioris pretij,quàm ſaphirus,aut maſſa auri, dignioris em̃ naturæ eſt animatum inanimato,ſed pretia in rebus ſtatuuntur ſm ꝙ homines eis indigent ad vſum. Cuius ſignum eſt,ꝙ ſi homines vlla re, quam non habent, non indigerent nulla eſſet rerum commutatio,nullus inter homines ꝺctus, nec ad variationem indigẽtiæ variarent pretia rerum. & ꝙ indigentia humana ſit prima ratio & cauſa cõmutationum, patet per hoc ꝙ numiſma factum eſt ſm conuentionẽ quandam inter homines,propter commutationem rerum, quibꝫ indiget humana vita.Eſt em̃ conuentum & ſtatutũ inter homines,vt afferenti ſufficiẽtem numũ,deſ illud, quo indiget. Hinc eſt ꝙ denarius dr̃ numiſma,qm̃ vt dicit Ariſ. denarius nõ eſt mẽſura valoris in re ex natura,ſed nomo, id eſt,lege. Eſt enim in ptãte noſtra & prẽcipuè principis mutarè valorem denarij,& reddere eũ inutilem,ita ꝙ nullo modo expẽdatur.Patet igitur,ꝙ rõ prima commutandi res eſt humana indigentia:& ipſa fuit cauſa inſtituendi numiſma, vt inter homines ſeruaret manifeſtius iuſtitia in rebus cõmutãdis.

Loquẽdo aũt particularius oſtendendum eſt qũo indigẽtia humana ſit cauſa cõmutationum, & qũo denarius adęquat & menſurat cõmutationes.Aduerte igitur,ꝙ quando homines ita ſe habent ꝙ non indigent re,quam alius habet non cõmutant adinuicem.Commutant aũt ſi indigent. Verbi gratia,Sortes habet frumẽtum vltra neceſsitatem ſuam, ſed non habet vinum.Plato autem habet vinum vltra neceſsitatem,ſed indiget frumento ergo cõmutabunt adinuicem vinũ & frumentum. Conſtat ergo ꝙ indigentia eſt cauſa cõmutãdi vnum in aliud.Sed aduerte ꝙ ſi ſemper homines in pñti indigerẽt rebus,quas inuicem habent,nõ eſſet neceſſe fieri commutationem niſi rei in rem:putà frumenti in vinum:ſed qñque contingit,ꝙ ille , cui in pñti ſuperabundat vinum,non indiget frumento, quod habet ille , qui indiget vino,ſed fortè poſtea indigebit,vel alia re:& ideo, vt ꝓuideatur futuræ indigẽtię,neceſſe fuit inuenire numiſma. Eſt enim numiſma pro futura indigẽtia nobis, vt fideiuſſor:qm̃ ſi in preſenti Sortes non indiget frumento indigebit autem in futuro,qñ numiſma dabit,frumentũ accipiet. Eſt em̃ numiſma huius vtutis,ꝙ qñ offertur vendenti,emptor ſtatim accipit pro eo id,quo indiget.Eſt tñ verum,ꝙ etiam numiſma patitur variationem valoris ad voluntatẽ principis, & ideo non ſemꝑ homo accipit pro eo id qđ vellet.Debet tũ numiſma ita inſtitui,vt magis & diutius permaneat in eodem valore quàm aliæ res.Patet igitur numiſma inuentum eſſe vt fiat iuſta commutatio tam ꝓ pñti quàm pro futura indigentia,licet magis ꝓ futura:& vt ſcias quo mõ denarij menſurant rerum valorem:ponit Ari.exemplum in terminis dicens:ſit A domus valens quinque libras ſit B lectica valẽs vnam libram.Lectica erit in valore quinta pars domus: & ſic manifeſtum erit,quot lecticæ æquiualeant domui, ſcilicet quinque:& dicit Ari.ꝙ ante inſtõnẽ numi hoc mõ erat inter homines rerũ ꝓmutatio.nihil em̃ differt ſiue quinque lecticæ,ſiue pretium quinque lecticarum detur pro domo.

Caſus in quo non fuiſſet neceſſaria pecunia.

Quantũ ad tertium principale vt ſcias qũo actus iuſtitię & iuſtitia eſt mediũ,aduerte,ꝙ vt dicit Ari.actus iuſtitię eſt medium inter iniuſtum facere,& iniuſtum pati.quorum alterum,ſcilicet iniuſtũ facere,eſt plꝰ hr̃e quã ſit debitum:& alterum,ſcilicet iniuſtum pati eſt minus habere quã debitũ ſit:ergo actus iuſtitiæ eſt facere ęquale, vt ſcilicet nec plus nec minus habeatur quàm debitum ſit.

Iuſtitia non eſt virtus media vt inter duas malitias, ſed vt inter iniuſtũ facere & iniuſtum pati quod potius pœna, quam vitium eſt, efficiẽdo medium inter illa.

Quòd autem iuſtitia ſit quædam medietas nõ eſt neceſſe ꝓbare,qm̃ declaratum eſt in libro ſecundo , ꝙ virtus , vt virtus,eſt mediocritas inter duo extrema,loquendo de virtute morali:conſtat autẽ,ꝙ iuſtitia eſt virtus moralis : ideo non dubitatur quin ſit medietas inter duo extrema:ſed dubitatur an iſta duo extrema ſint talia qualia ſunt extrema virtutum moralium quæ verſantur circa paſsiones,de quibus actum eſt in libro tertio & quarto.Tu igitur aduerte,ꝙ virtutes morales,quæ verſantur circa paſsiones moderandas vt fortitudo,& tẽperãtia,ſunt medietates inter duo extrema,quorum vtrũque eſt vitium & malitia , vt declaratũ eſt in tertio libro & quarto.Sed iuſtitiaeſt medietas inter iniuſtũ facere & iniuſtum pati,nõ vt inter duo vitia & malitias,ſed vt medietas effectiuè qm̃ conſtituit medium inter iniuſtum facere & iniuſtum pati. Accipit enim id quod plꝰ habet quã debitum ſit ab eo qui iniuſtum facit,& dat ei,qui iniuſtum patitur,ex eo ꝙ minus habet quàm debitum ſit:& ſic reducit ad æqualitatem.Quòd autem iuſtitia non ſit medietas inter iniuſtum facere & iniuſtũ pati,vt inter duas malitias,patet ex eo ꝙ licet iniuſtum facere ſit malitia,tñ iniuſtum pati nõ eſt malitia,ſed pœna:nullꝰ enim voluntariè patiẽ fieri ſibi iniuſtum Præterea,quòd iuſtitia non ſit medietas inter duas malitias,patet ex hoc,ꝙ iuſtitia eſt habitus, quo operamur iuſta ſm electionem & voluntariè:quod verificatur in diſtributionib.& commutationibus. Et hoc dupliciter,primo inter ſe & alterum,& hoc contingit, quãdo quis nouit ſe plus accepiſſe ab alio quàm debitum eſſet. & reſtituit ei ſine interuentu iudicis.ſecundò inter alterum & alterum.Et hoc contingit,qñ vnus conqueritur de altero apud iudicem de iniuſtitia ſibi facta,& iudex eos adęquat, non ꝙ vterque iniuſtitiã fecerit,ſed quia alter iniuſtitiã fecit,& alter dãnificatus eſt habens minus de bonis, & fortè magis de malis,vt de laborib.aut grauaminibus quam debitũ eſſet.Dãnificari aũt nõ eſt iniuſtitiã facere,ſed pati.Conſtat ergo ꝙ iuſtitia nõ eſt medietas inter duas malitias,ſed inter malitiã,quę dr̃ iniuſtitia,& pœnã quæ dr̃ dãnificatio.

Viſo quis ſit actus iuſtitię,& quomodo iuſtitia eſt medietas,declarandum eſt quis & qualis ſit habitus iniuſtitiæ, & quis & quotuplex ſit eius actꝰ.Aduerte igitur ex intẽtione Ari.ꝙ ecõtrariò iuſtitiæ iniuſtitia eſt habitus ſm electionẽ operatiuus iniuſti,tam in ſuperabundantia quàm in defectu rerum vtilium & nociuarum.& ꝓpterea ſicut iuſtitia dicit medietas,quia eſt operatiua medij ita iniuſtitia dr̃ exceſſus & defectus quia eſt factiua vtriuſque:& deſtructiua medij, & ita iniuſtꝰ eſt qui tribuit ſibiipſi exceſſum rerum vtilium & defectum rerum nociuarum,id eſt,tribuit ſibiipſi plus de bonis & minus de malis , putà de laborib.vel oneribus quã debitum ſit:alijs autem tribuit oppoſito modo,ſcilicet iparum de bonis & multum de malis.Nõ tñ eſt determinatum quantum plus,vel quãtum minus accipiat iniuſtitia,ſed hoc facit qualitercunque ſibi contingit & occurrit.

Actus autẽ iniuſtitiæ eſt iniuſtificatio,quę eſt duplex,vna conſiſtit in minꝰ habere de bonis,& magis de malis : & hoc eſt pati iniuſtum.Altera ꝺſiſtit in magis hr̃e de bonis & minus de malis,& hoc eſt iniuſtum facere. qđ quidẽ,vt diximus malitia & peccatum eſt,alterum autẽ pœna:& iõ qui iniuſtum facit vituperabilis eſt, q autẽ iniuſtum patiẽ nõ vituperio,ſed ſubſidio dignꝰ eſt.Hæc de iuſtitia & iniuſtitia legali & de iuſtitia & iniuſtitia commutatiua & diſtributiua dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in quintum librum Ethicorum, in quatuor capita diuisus.

¶De iusto politico.

TVxta ordinem, quẽ assignauimus in principio quinti libri, In hoc secundo tractatu agendum est de iusto politico: vt sciamus ſm quas operationes iustas fit homo iustus, & ſm quas iniustas fit homo iniustus, nõ enim absolutè qui facit opus iniustum, id est lege ꝓhibitum, fit iniustus: sed est necesse, ꝙ faciat tale opus cum tali vel tali circunstãtia, puta ex electione, & non impulsus à mera passione, vnde ſm Ari. potest quis non ignorans, imò sciẽs personam commisceri vxori alterius, hoc tamẽ non sciẽs ex electione, sed ex passione concupiscentiæ. Talis quidẽ agit opus iniustũ, sed ex eo non fit propriè iniustus. Iniustus est enim, qui habitu iniustitiæ qui est habitus electiuus ex secundo libro, operatur iniusta. Cùm igitur talis nõ ex habitu electiuo, vt sup ponitur, operetur iniustum, sed ex passione impellẽte, licet possit dici mœchatus, non tñ mœchꝰ. Similiter quis potest ex passione furari, & non ex electione iõ non erit propriè fur. Vt igitur sciamus quo opere iniusto fit, vel nõ fit homo iniustus, agendum est prius de iusto politico. Et totum hũc tractatum, in quo complectemur totam intentionem Ari. diuidimus in quatuor capita.

Non quinis iniustum opꝰ facies iniustus est, sed qui ex habitu iniustitia operatur.

In primo agitur de iusto politico, declarando quid sit, & in quibus sit, & in quibus non sit.

In secundo ponitur diuisio iusti politici in species suas, & descenditur vsque ad particularia, ac indiuidua.

In tertio ex præmissis soluitur dubium positum in principio, scilicet ſm quod opus iniustum fit homo iniustus.

In quarto soluent duo alia dubia, quorũ primũ est, vtrũ omne pati iniustũ sit inuoluntarium: ſm est, vtrum in distributionib. distribuẽs alicui plus præter dignitatem facit iniustitiam, vel ille, qui plus recipit quàm dignus sit.

CAPVT I.
De iure politico quid sit, & in quibus sit, & quomodo distinguatur ab alijs iustis, Dominatiuo scilicet, paterno, & vxorio.

Ex quinto Ethicor. Cap. 5.

IN primo capite quatuoragenda sunt. Primò quid sit iustũ politicum. Secundò ꝙ præter iustum politicum dantur quædam alia iusta. Tertiò in quibus ꝓpriè est iustum politicum. Quartò in quo differt iustum politicum ab alijs iustis, puta à dominatiuo, & paterno, & viri ad vxorem.

Iustum politicum quid sit.

Quantũ ad primum, ne ambulemus per incognita aduerte, ꝙ Arist. per iustum intendit ius, nam ius dicitur quasi iustum; & sic per iustum politicum intendit ius ciuile. Et per ius ciuile intendit illud, quo ciues vt simul viuunt vtuntur: & quo regulanꝰ. & est diuersum, sicut sunt diuersæ politiæ: nam alio iure vtuntur Græci, alio Persę, alio Romani. Hoc igitur iustũ, id est ius politicum notificans Ari. dicit ꝙ consistit in quadam cõmunicatione vitæ, q̃ ordinatur ad hoc ꝙ sit per se sufficientia eorum, quæ ad vitam humanam pertinent: & talis est cõitas ciuilis, in qua inueniri debent non solum necessaria, sed & sufficientia humanę vitæ. Et si vis clarius hanc notificationem exprimere dic, ꝙ iustum politicũ est ius cõicatiuum humanæ vitæ, ad hoc ꝙ sit per se sufficiẽtia in hominib. liberis, qui nec serui sunt, nec alieni iuris. sicut filij sub paterna potestate cõstituti, & in hominib. ęqualibus in cõditione libertatis: quãuis nõ sint æquales in diuitijs, aut nobilitate generis, aut in alijs ad libertatem ciuiũ accessorijs. Et hoc quidem ius est cõicatiuum, vel ſm ęqualitatem ꝓportionis, vt in distributionib. vel secundum ęqualitatem numeralis quantitatis, vt in commutationibus: sed de his satis dictum est in capite præcedenti.

Ius politicũ triplex.

Quantum ad ſm aduerte, ꝙ præter ius politicum, quod est ius cõe omnibus ciuibꝰ, vt sunt æquales in libertate, dantur in humano conuictu quędam alia iura vt particularia, q̃ competunt inęqualib. & subiectis alteri, & sunt tria, s. dominatiuum & paternum, & viri ad vxorem. sed hæc non sunt simplr iura, sed ſm quid inquantum habent aliqualem similitudinem cum iure politico, vt declarabitur qñ assignabimus differentias inter huiusmodi iura.

Ius politicum propriè non

Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ propriè & principaliter ius politicum datur liberis & æqualibus in libertate. Nam huiusmodi ius datur his, quibꝰ datur lex communis: lex aũt communis non datur principaliter seruis, qui cohibentur à domino: nec filiis, qui cohibentur à patre, sed liberis & æqualib. sumendo æquales, prout, quorum neuter subiicitur alteri, naturaliter nec ciuiliter: sicut filius subiicitur patri: ius enim politicum ordinat adinuicem personas æquales, prius subiici & principari: quoniam nullus ciuis vt ciuis alteri dominatur, nec alteri subiicitur.

nisi liberis et æqualib. datur.

Princeps nõ secundũ voluntatẽ principatur, sed secundũ legem.

Et ex hoc tria sequũtur correlaria, quorum primum est, ꝙ in recta & bene disposita gubernatione ciuium non permittitur hominem principari secundum voluntatem & humanam passionem, sed secundum legem & rationem. nam si sic dominaretur acciperet sibi plus æquo de bonis, & minus de malis, & sic euaderet tyrannus. si autem secundum legem & rationem dominatur, non committit talẽ inæqualitatẽ. Lex enim & recta ratio dictat ꝙ princeps sit custos iustitiæ: ex consequenti ꝙ non nisi vt iustum est attribuat sibi de bonis & malis, id est, laboribus & oneribus.

Princeps aliorum bonum magis quã ꝓpriũ amare debet.

Secundum est, Princeps non laborat circa propriam vtilitatem, sed subditorum. Nam princeps nõ plus sibi attribuit quàm aliis, nisi secundũ debitã proportionem: & præcipua virtus in principe debet esse iustitia, quæ est principaliter circa bonum alienũ, est enim iustitia virtus ad alterũ, & nõ ad seipsum, vt dictũ est in primo tractatu huius quinti libri.

Principi debent subditi honorem & gloriam.

Tertium est, Principi multitudo subdita mercedẽ tribuere debet. laborat enim bonus princeps pro multitudine regenda & defensanda, sicut pastor pro ouibus sibi cõmissis. ideo dignus est mercede sua. Hæc autem merces est honor & gloria, sunt enim maxima bonorum, quæ ab hominib. dari possunt. Principes autem quibus hæc merces non sufficit, sed inhiant ad lucrum, sunt iniusti & efficiuntur tyranni. Superhanc autem mercedem ab hominibus eis exhibitam, copiosam à Deo boni principes mercedem expectant.

Iustum politicum diuersum est ab iusto dominatiuo, paterno, & viri ad vxorem.

Quantum ad quartum aduerte ex intentione Aristot. ꝙ iustum politicum differt in duobus à iusto, id est iure dominatiuo, & paterno, & viri ad vxorẽ quod dicitur œconomicum. Primo differt, quia est iustum simpliciter: illa autẽ secũdum quid & per quãdam similitudinem: & sic probatur. Hominis ad ea quę sunt suiipsius non est simpliciter & propriè iustitia, nec iniustitia: quoniam, vt sæpe dictũ est, iustitia & iniustitia sunt ad alterum. Sed seruus est domini tanquàm possessio sua: & filius quandiu paruus est, & non separatur à cura patris, est sicut pars patris: ergo nec inter dominũ & seruum, nec inter patrem & filium est iustitia, aut iniustitia simpliciter: cum igitur iustum politicũ sit iustum simpliciter, patet ꝙ differt à prædictis iustis dominatiuo & paterno: & quidem ꝙ hominis ad seipsum non sit simpliciter iniustitia patet ex eo, ꝙ nullus eligit sibiipsi nocere.

Vxor magis socia quã serua est.

Secũdo differt quia iustum politicum est inter æquales, vt dictum est suprà: quorum vnus non subiicitur alteri: sed ius dominatiuum non est inter æquales: subiicitur enim seruus dño, & filius patri, & vxor viro: ergo, &c. Tu tñ aduerte ꝙ ius vxorium magis propinquat iuri politico quàm ius dominatiuum & paternum. Minus enim subiicitur vxor viro, quàm seruus domino & quàm filius patri. est enim magis socia quã serua. Hoc autẽ ius vxoriũ dicitur œconomicũ: dominatur enim vir ī domo, vt princeps in ciuitate: & sicut dominꝰ distinguit à ciuitate, sic ius œconomicũ à iure politico.

Pro maiori euidentia trium prædictorum iurium potes eos sic describere.

Ius politicũ quid

Ius politicum est ius seruandi debitos ordines inter ciues q̃ sunt libertate ęquales & sub vno principatu degẽtes.

Ius vxorium quid.

Ius vxorium est ius seruandi debitum ordinem inter virum & vxorem, & hoc iure regitur domus bene disposita, vt declarandum est in libro œconomicæ.

Ius paternũ quid.

Ius paternũ est ius seruandi debitum ordinem inter parẽtes & prolem: & de hoc iure agendum est in politicis.

Ius dominatiuum quid.

Ius dominatiuum est ius seruandi debitum ordinẽ inter dominum & seruum, & de hoc etiã agendũ est in politicis.

Differentia autem iuris politici à tribus prædictis stat in hoc, ꝙ ordinat partes ciuitatis, quæ sunt personæ diuersæ, quo ad statum & officia, & quo ad vsum bonorum exteriorum: sunt tamen æquales in libertate: & ordinãtur ad ꝙ se sufficientiam vitæ humanæ: licet enim vnica domus possit aliqualiter sustentare naturalem vitam, non tñ sufficienter vt ciuitas, in qua sunt artes diuersæ, & venalia sufficientia pro homine vigente ratione. Tria autem iura prædicta ordinãt partes vnius domus, & personas naturaliter inæquales, quoniã vna subiicitur alteri, & ordinantur non ad sufficientiam vt politicum, sed ad conseruationem necessariam & naturalem humanæ vitæ. Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT

CAPVT II.

De diuiſione iuris politici in ius naturale, & legitimum, ſeu legale, & de iuſto & iuſtificatione & ſuis oppoſitis agit.

5 Ethic. Cap. 7.

IN ſecũdo capite aſsignãda eſt diſtinctio iuris politici, & vſque ad particularia. & hic tria agenda ſunt. Primo ponitur diuiſio iuris politici in ſpecies ſuas ex intentione Ariſ. & declarantur membra diuiſionis. Secundo excludit error quorundam circa diuiſionem quã faciemus. Tertio agendũ eſt de diuiſione iuris in particularia, & indiuidua.

Ius ciuile duplex quoddã naturale, quoddam legale.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſecundum Ariſtote. ius politicum prima diuiſione diuiditur in ius naturale, & ius legale. cuius diuiſionis ratio eſt hęc. Ius politicum ſm Ariſ. eſt illud, quo vtuntur, & ſub quo regunt ciues ſub vno principe conſtituti. Ciues autem vtuntur & regunt tam iure naturali, quod nã menti humanæ indidit, quàm legali, quod eſt poſitum ex conſtitutione ciuium.

Ius ciuile apud Iuriſtas.

Sed aduerte, ꝙ in hac diuiſione non concordant Ariſ. & Iuriſtæ. Nam Ari. nominat hic ius ciuile, quo ciues vtuntur. Iuriſtæ autem nominant ius ciuile non ex vſu ciuium tantũ ſed quod aliqua ciuitas ſibi cõſtituit. vnde apud Iuriſtas ſic diffinitur. Ius ciuile eſt quod quiſq; populus vel ciuitas ſibi ꝓprium diuina humanaq; cauſa conſtituit: tale autẽ Ari. nominat ius legale, id eſt, à lege poſitum: quod Iuriſtę dicũt politicum, id eſt, ciuile.

Ius naturale quid ſit.

Poſita diuiſione iuris politici quo vtuntur & regũtur ciues in naturale & legale, declaratur vtrunq; membrum. Et ius quidem naturale ſm Ari. eſt quod vbique habet eandem potentiam, id eſt, virtutem inducendi hominem ad bonum & retrahendi à malo. qm̃ natura, id eſt, dictamen naturalis rationis eſt eadem vbique & apud omnes: & hoc quidem ius non conſiſtit in videri, vel non videri, id eſt, non oritur ex humana apprehenſione, vel opinione, ſed ex natura, quia ratio ſic dictat: & hoc ius conſiſtit in primis principijs practicis, ſicut ſunt iſta, bonum eſt agendum, malum vitandum nulli iniuſtè nocendum: quod tibi vis fieri, & tu alteri feceris: Deus colendus: parentibus obediendum: pauperi ſubueniendum.

Ius gentium quõ diſtinguatur à naturali.

Sed aduerte, ꝙ ius naturale aliter ſumitur ab Ariſ. aliter à Iuriſtis. Nam ius naturale eſt ad quod naturale hominis deſiderium inclinatur, ſed in homine eſt duplex natura ſcilicet animalis & rationalis. Animalis eſt cõis homini & alijs animalib. Rationalis eſt propria homini, qua diſcernit honeſtum à turpi, bonum à malo. In propoſito Iuriſtæ dicere videntur illud eſſe ius naturale, quod naturam hominis cõem ſibi & brutis ꝙſequitur: ſicut eſt coniunctio maris & fœminæ: educatio filiorum, &c. Illud aũt quod conſequitur propriam naturam hominis, vt rõne viuit, apud Iuriſtas dr̃ ius gẽtium, q̃a eo oẽs gentes vtuntur, vt ꝙ ſeruanda ſunt pacta, Depoſitum reddẽdum, fides etiã hoſti ſeruanda, legati etiã apud hoſtes ſint tuti & cõſimilia: vtrunq; aũt horũ Ariſ. ſub nãli cõprehendit. vnde apud ipſum ius gẽtium eſt naturale. Dictat em̃ naturalis rõ, pactum ſeruandum, depoſitum reddendum, & legatum vbique debere eſſe tutum.

Ius legale quid.

Ius aũt legale apud Ariſ. eſt illud, quod à principio, id eſt, ante poſitionem legis nihil differt ſic vel aliter agere, q̃a per naturam non eſt determinatum ꝙ hoc ſit bonũ vel malum, ꝙ fit agendum vel fugiendum, ſed qñ eſt lege poſitum & conſuetudine firmatum, differt multum: qm̃ obſeruare & obedire bonum eſt, præterire autem malum, verbi gratia. Redimere captiuum pretio vnius minæ: Sacrificare capram Deo magis quàm duas oues: & in ſingularibus priuilegiis aliquarum perſonarum, cum ipſa priuilegia ponuntur in lege. Puta quòd ſacrificetur Braſidæ mulieri, quæ ciuitati maxima contulit beneficia, & in decretis ſiue ſtatutis ſiue ſententiis publicis: huiuſmodi enim quaſi lege poſita ſeruanda ſunt, & prædictæ tres differentiæ ſub iure legali comprehẽduntur.

Iª poſitium omne quo modo fundetur in iure naturæ.

Pro euidentia prædictorum aduerte, ꝙ inter exempla poſita ab Ari. de iure legali aliqua ſunt cõtinẽtia ius naturale, & ius legale, id eſt poſitiuum. nam omne ius poſitiuum ſtatuitur, vt ſeruet̃ ius naturale. Vnũquodque em̃ præceptum iuris poſitiui preſupponit præceptũ iuris naturalis, in quo fundatur. & iõ in exẽplis ab Ari. inductis tangit aliquid de vtroq; iure. verbi gratia. Redimere captiuum eſt de iure naturali & dicitur pietas ſiue miſeratio: ſed ꝙ hæc redemptio fiat per minam, quod eſt determinatum pretiũ, eſt mere de iure poſitiuo: quia ſic ſtatutum eſt lege, ꝙ ſacrificetur Deo: eſt de iure naturæ, & dr̃ religio, quod autem magis ſacrificetur capra quàm ouis, eſt de iure poſitiuo. ꝙ Braſidę mulieri fiat honor & remuneratio vt benefactrici eſt de iure naturali & dicitur gratia, vel gratitudo erga benefactores: ſed ꝙ Braſidæ mulieri exhibeatur honor ꝓ ſacrificiũ eſt de iure poſitiuo erroneo ꝓ humanam inſipientiam poſito: & in hoc caſu ius poſitiuum non deſeruit iurinaturali, ſed cõtradicit ei: nam ius naturale prohibet honoré debitũ Deo attribuere creaturæ, qualis eſt honor ſacrificij: & ꝙ veritas ſententiarũ teneatur vt iuſta eſt de lege naturæ, & dicitur veritas, ſed quòd teneatur ſententia huius vel illius arbitri, aut iudicis, eſt de iure poſitiuo.

Num præteritus poſitium ſit ius aliquod naturale.

Quantum ad ſecundũ aduerte, quòd aliqui conati ſunt præmiſſam diuiſionẽ iuris in naturale & legale, id eſt, poſitiuum deſtruere, aſſerẽtes nullũ eſſe ius naurale, ſed omne eſſe poſitiuum. & arguũt ſic. Omne, quod eſt ꝓ naturã eſt immobile, & eandẽ vim habet vbique & apud omnes. ſicut videmus ignẽ, qui quoniã ex natura ſua calidus eſt in ſummo, vbique ardet, & apud omnes, vt apud Græcos, Perſas, Romanos ſed nullũ iª eſt immobile, imò omnia mobilia: nihil enim eſt magis de iure naturali, q̃ quòd ſit communis omnium poſſeſsio, & tamẽ hoc eſt vniuerſaliter amotũ ab hominibus: quoniã vnuquiſque quærit ſibi ꝓpria: videmus etiã in caſibus particularibus nõ ſeruari generalia iuris naturalis præcepta, puta depoſitũ eſſe reddendũ deponenti ſi repetat, Et tñ ſi quis gladium depoſuit apud aliquẽ: deinde factus eſt furioſus non eſt ſibi reſtituẽdus gladius etiãde iure quãtũcunq; ipſum repetat: ergo videtur nullum ius eſſe naturale, ſed omne poſitiuũ, eo quòd omne ius eſt mobile.

Naturalia hominũ aliqua nomnun quam mutari oportet.

Hanc rationẽ ſoluens Ariſt. negat maiorem. licet enim apud deos, id eſt, ſubſtantias ſeparatas, omne naturale ſit penitus immutabile, quoniam impaſsibiles & immutabiles & inalterabiles ſunt ex decimo Metaphyſicæ: tamen apud homines, quorũ natura mutabilis eſt, ſtat aliq̃d naturale cũ aliqua mutatione, puta mutata cõditione hominis. Nã naturale eſt homini ſtante ſanitate erecto vultu incedere, ſi autem ex infirmitate, aut ſenectute curuetur, iã non recto, ſed ꝓno in terrã vultu incedet. Sic in ꝓpoſito, ſtante bona & integra diſpoſitione mentis in homine, gladius eſt reſtituendª deponenti ad ſui petitionem, ſi autem ꝓ maniã bona mentis diſpoſitio mutetur, nõ eſt ei reddendª. & vtrunque eſt de iure naturali, quia vtrũque fit in ſui fauorẽ Nam ratio naturalis dictat gladium ſibi reſtituendum ad bonũ, & non ſibi reſtituendum ad malum. & ſic patet, quòd ratio illa nõ concludit, & ſtat diuiſio iuris ꝓmiſſa in robore ſuo.

Sed adhuc i nſtari poteſt cõtra ſolutionem dictam. Nã ſi tã ius naturale quàm poſitiuũ eſt mobile, rationabiliter dubitatur, quale ius de numero iſtorum iurium mobilium erit naturale, & quale non naturale, ſed poſitiuum: ex quo omnia ſunt mobilia vt conceſſum eſt.

Ius naturale quo ꝓcise à poſitiuo differat.

Ad hoc reſpondetur ex intentione Ariſt. quòd iª naturale nõ differt à poſitiuo per hoc ꝙ eſt nunquam moueri, ſed quoniam ius naturale eſt idem apud omnes, licet nõ ſemper: ſicut nobilitas & aptitudo ad operandum præeminet apud omnes in manu dextra ex ſui natura. Ius vero legale & poſitiuũ non eſt idem apud omnes, ſicut nec menſuræ rerũ venaliũ. Præterea, Variatio iuris naturalis raro & in paucioribus contingit, ſicut raro inuenitur homo qui ſit ambidexter. Variatio autẽ iuris legalis ſępe contingit: ſicut & variatio menſurarum rerum venalium. nam, vt inquit Ariſt. vbi res emuntur ꝓpter maiorem copiam ſunt menſuræ maiores, vbi autem venduntur ꝓpter minorem copiam ſunt minores. ſic etiã iura, quæ nõ ſunt naturalia, ſed per homines condita, non ſunt eadem apud omnes. vt non vbique eadẽ pœna imponitur furi, aut homicidæ, & huius ratio eſt, quia non eſt apud omnes eadem ciuilitas, ſiue reſpublica. leges enim condunt homines ſecundũ quòd cõgruit tali vel tali reipublicæ. vnde ſi daretur reſpublica, quæ viueret & omnia ageret ſecundum naturã, id eſt vt recta ratio naturaliter dictat, illa ſola eſſet optima vbicunque eſſet.

Ius omne particulare reſpicit operãda per ipſum vt vniuerſale ipſa ſingulari ad operabilia.

Quantũ ad tertiũ aduerte, ꝙ Ariſt. poſita diuiſione iuris politici in naturale & legale, agit de applicatione iuris ad particularia: & de differẽtia inter iuſtũ & iuſtificationẽ: & inter iniuſtum & iniuſtificationẽ, & quantum ad primũ intendit, quòd vnumquodque iurium particulariũ & legaliũ ſe habet ad operanda ꝓ ipſum, vt vniuerſale ad ſingularia. Operata enim per tale ius ſunt multa, ipſum tamen ius eſt vnum: ſicut quòd depoſitum ſit reddendum eſt vnum ius: quod tamen applicatur ad diuerſas res & perſonas, vt vniuerſale ad ſingularia, ſicut canon vnus vniuerſalis in medicina applicatur ad multos infirmos.

Et iuſtifi

Iustum à iustificatione quid distet, & contraria.

Et iustificatio differt à iusto: quoniã iustificatio est diceopragma, id est actio iusti: vnde quando q̃s operatur id q̃ est iustum vel secundũ ius naturale, vel secundũ ordinem legis positæ, dicit habere iustificationẽ. Iustum autem est res ipsa q̃ fit secundum iustitiam, putà fur suspensus, homicida decolatus. Iniustificatio est operatio facta cõ ius naturale, aut legem rectè positam, quæ tamen potest dirigi p̃ iustificationem. Iniustum autẽ est res nõ debita, vt furtũ & homicidiũ.

Pro euidentia p̃dictorum aduerte, quòd Arist. p̃ iustum intendit obiectum cuiuslibet iustitiæ, q̃ est vnum complexũ: vt honorandi sunt parẽtes, de fensanda patria, depositũ reddendum. Per iustum etiã intelligitur subiectum, in quo est iustitia, vel iniustum in quo est oppositũ, sic homo dicit iust⁹ vel iniustus. In hoc tamẽ loco intendit Aristote. de iusto, vt de obiecto, & dicitur ius: vnde sicut multiplicantur cõplexa, quæ ratio dictat fienda aut lex statuit, sic multiplicantur iura particularia, siue specifica: quę applicanda sunt secundum diuersas res, & personas, vt supra diximus. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Ex quónam iniusto opere, vel iusto, fiat homo iniustus, vel iustus.

Ex 5. quinto Ethico. Cap. 8.

IN tertio capite resoluendum est dubium positum ĩ principio huius tractatus, scilicet secundum q̃ opus iniustum fit homo iniustus, & per oppositum secundum q̃ opus iustũ fit homo iustus. Et hîc quatuor agenda sunt. Primò declarãdum quomõ fit opus iustum, vel iniustum, id est q̃ est de genere iustorum, vel iniustorum absque iustificatione, vel iniustificatione. Secundò quomõ fit iustificatio vel iniustificatio absque hoc, quòd homo operans sit iustus vel iniust⁹. Tertiò quando est iustificatio qua fit operans iustus, & quãdo est iniustificatio qua fit iniustus. Quartò ponet diuisio in uoluntarij & declarabit q̃ inuoluntaria sunt digna venia, & quæ non. Et his declaratis manifestum erit secundum q̃ opus iustum, vel iniustum, fit homo iustus vel iniustus.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd homo potest facere opus iustũ, vel iniustum volens & nolens, siue voluntariè & inuoluntariè. Voluntariè quidẽ, vt quando ex se reddit alteri q̃ suum est. Inuoluntariè autem, vt quando astrictus à iudice cogitur reddere alteri q̃ suum est. Ad hoc autem quòd quis faciat opus iustum cum iustificatione oportet quòd faciat volens: tunc enim operatur iustum p̃ se & voluntariè, simile intelligendum est ad hoc quòd faciat opus iniustum cum iniustificatione. Nam si operatur iustum nolens nõ operatur iustum nisi p̃ accidens, & tunc nó operatur cũ iustificatione, nec cum iniustificatione: quoniã nihil specificat per id, quod est p̃ accidens, sed per id q̃ est per se, & ideo iustificatio & iniustificatio, q̃ sunt operationes p̃ se iusti & iniusti, non determinantur nisi p̃ voluntarium. Cùm igitur possit homo operari opus iustum & iniustum violenter sequitur quòd potest operari illud, & tamen ex eo nec iustificatur, nec iniustificatur nisi quando accesserit voluntas, & hoc est, q̃ solet dici, quòd potest homo cogi ad op⁹ bonũ, ex quo non habet meritum, & ad opus malum, ex quo non habet demeritum, nec condemnatur.

Ad hoc autem, quòd q̃s operetur iustum vel iniustũ voluntariè, ea requiruntur: quæ sunt requisita ad operationẽ absolutè voluntariam. Dictũ est autẽ in tertio libro, vbi actum est de voluntario & suo opposito, quòd ad operationem voluntariã, primò requirit quòd sit in potestate operãtis sic & non sic agere, ita quòd non adsit violentia. Hinc est, quòd si q̃s fortior me accipiat manũ meam, & cũ ea p̃cutiat sortem, percusio q̃dẽ erit mea: quoniam est à manu mea, sed nõ est voluntaria: quoniam violentatus fui à fortiore me. Secundò requiritur q̃ operans sit sciens q̃d operatur, circa q̃d, quo instrumento, cuius gratia, & sic de aliis circunstantiis, quas p̃tractauimus in libro tertio. Tertiò quòd sciat vnamquanque circunstantiam p̃ se, & nõ p̃ accidens, nam si scit p̃ accidens nõ propter hoc erit operatio voluntaria. Nam possibile est, quòd q̃s percutiat patrem suum, sciens quòd percussus ab eo est homo, & quòd est aliq̃s de p̃sentibus hic: sed ignorat, quòd est pater eius, & sic cognoscit patrem suum p̃ accidens, put cognoscit eum, cui accidit esse patrem. non tamen est concedendum quòd nolens patrem percutiat, q̃a non cognoscit p̃ se, quòd sit pater ei⁹. Et sicut est ex parte ei⁹ quem percutit, ita intellige de aliis circunstantiis, quòd scilicet debeat cognosci p̃ se, & nõ solũ p̃ accidens, vt actio sit voluntaria. Tu tamen aduerte, vt dicit Aristo. quòd licet omne voluntarium operans debeat esse sciens p̃ se, nõ tamen omne quod operamur aut patimur scientes, est voluntarium: nam scimus nos senescere & infamari & mori, non tamen voluntariè, sed ex natura.

Voluntaria operatio quæ exigat in homine operante.

Quòd autem dictum est de operatione voluntaria absolutè, applicandum est operi iusto & iniusto. Tu igitur aduerte quòd si quis reddat pignus ei, cuius est, nõ volũtariè, sed propter timorem, non est dicendum ibi esse opus iustũ nisi per accidens: similiter si quis desistat coactus & nolẽs reddere depositũ per accidens tantùm dicitur operari iniustũ, si nõ hæc fierent volũtariè, forent per se iusta, vel iniusta. Et primo modo fierẽt sine iustificatione & iniustificatione. Secundò autẽ modo nõ sine iustificatione, & iniustificatione.

Quomodo & quãdo cõtingat hominem operari iustum cũ iustificatione.

Quantùm ad secundum vt scias quomodo & qñ potest homo operari iustum cum iustificatione, & iniustum cum iniustificatione, absque hoc, quòd fiat iustus vel iniust⁹ præponuntur duæ distinctiones. Prima est, Aliquid possumus operari voluntariè dupliciter. Primò præeligentes, vt qñ volumus operari & consilio ac electione procedimus ad operandum. Secundò non præeligentes, vt quando volum⁹ aliquid operari, & statim sine consilio ac electione, quæ est finis cõsilij, procedimus ad operandum. Secunda distinctio est: hæc, Tribus modis contingit inferre nocumentũ alteri: primo per ignorantiã, & inuoluntariè: vt qñ operans nescit quid faciat, neque circa quid operatur, neque quo instrumẽto, neq; quo fine. Secundò voluntariè, sed sine præmeditatione & consilio. Tertiò volũtariè & cum electione. Primo modo nocumentum fit præter intentionem, & dicitur infortunium & excusat à peccato, q̃a nullo modo est volũtariũ. Secundò aũt modo est secundum intentionem, quia voluntarium, sed q̃a non fuit cum malitia, quia scilicet non putabat multũ nocere, & tamẽ multum nocuit, est aliquod peccatum, sed non tantum, quia tale nocumentum factũ est ex intentione, & præter intentionem: ex intentione quidẽ, q̃a voluit nocere: præter intentionem autem, quia nõ intendebat tantum nocere. Tertiò modò est secundũ intentionẽ & cum malitia, eo q̃ voluit & elegit & proposuit nocere tantum quantum nocuit, & est peccatum absolutè graue.

Nocumentum alteri inferre tribus modis contingit.

Positis his distinctionibus dico ad propositum, q̃ si quis præter intentionem facit opus iniustum, quod dicit infortunium, facit opus iniustũ per accidẽs: quia fortuna est causa per accidens & præter intentionem, & tunc operans operatur iniustum sine iniustificatione, & non fit iniustus, quia iniustificatio est opus iniustitiæ sicut iustificatio opus iustitiæ & iniustus est qui operatur iniusta ex iniustitia. Sed iniustitia includit volũtatem sicut & iustitia: qm̃, vt dictũ est in tertio libro, tã virtus quàm vitium sunt voluntaria: si q̃s autem operatur iniustum cum intentione, sine tamen malitia, id est sine electione, hic quidẽ nocẽs & peccans iniustũ facit, & cum iniustificatione, eo q̃ voluntariè operatur: & tales adhuc non sunt iniusti, q̃a non operantur iniustum ex electione, sed ex ira, aut concupiscentia, & huiusmodi sunt, qui dicuntur ex infirmitate peccare, si quis vero ex intentione & electione operat̃ iniustũ, dicit operari ex malitia, & tũc facit op⁹ iniustũ & iniustificationẽ & ipse efficit iniust⁹.

Quoduis opus non reddit hominẽ iniustum, sed opus volũtariè & ex electione factũ nõ autem si vel ex ignorantia, aut ex passione.

Quantùm ad tertium aduerte, q̃ ad hoc q̃ ex iustificatione vel iniustificatione quã facit homo fiat iustus vel iniust⁹ non sufficit q̃ operetur voluntariè, sed ex præmeditatione & electione, & non ex ira vel alia passione, nam si agit iniustum ex ira, facit iniustificationem, q̃a operatur volũtariè, licet concitatus ex ira, non tamen efficitur, nec dicitur iniustus, cuius ratio est, quia ad hoc q̃ fiat & dicatur iniust⁹, oportet quòd noceat ex præmeditatione, iratus autẽ, vt ira commotus, non præmeditatur, sed prosilit in nocendo. Præterea qui nocet ex ira, confitetur factum: sed dubitat an iustè, vel iniustè nocuerit quoniam ira præuenit iudicium, q̃ autẽ est iniustus, nõ dubitat se fecisse iniustum quoniã voluntariè & præmeditatè & electiuè facit iniustum. Ex his ergo sequitur, q̃ qñ fit iniustificatio ex passione, non fit homo iniustus: qñ autem fit ex præmeditatione & electione fit homo iniustus, & hoc est quod solet dici, scilicet quòd non est dicend⁹ homo malus, qui ex passione & infirmitate peccat, sed qui ex malitia, id est malo habitu & ex proposito.

Qui ex ira operatur cito factum confitetur, secus qui electione & malitia operatus est.

Quantùm adquartum aduerte, q̃ opera mala inuoluntariè facta sunt duplicia: quędam sunt ex mera ignorantia, & illa sunt quæ cognita inducunt pœnitudinẽ & tristitiam: & ista sunt digna venia: quia talis ignorantia causat merè inuoluntarium: & tale factum non imputatur ad peccatũ. Quędam autem sunt quę facit homo non propter ignorantiam causantem, sed q̃a fit ignorans propter passionem insurgentem, quę impedit iudicium rationis, modo talis passio non sit naturalis, neq; humana. Talia nõ sũt dignavenia, quoniã

nō excuſatur operans à peccato. Eſt tamen remiſsius puniendus: quoniā nō ex malitia, ſed ex paſsione peccat. Dixi notanter, Modo paſsio non ſit naturalis, vt fames & ſitis & nuditas: hæc enim in neceſsitate excuſarent pauperem ſi acciperet de re aliena: nec ſit paſsio humana: vt timor cadens in virum cōſtantem. Hęc enim excuſaret à peccato, vt in tertio libro dictum eſt. Hæc de tertio cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

De eo, quod eſt iniuſtum pati, duas ſoluit quæſtiones.

Ex 5. Eth. ca. 9.

IN quarto capite ſoludenda ſunt duo dubia, quæ ab Ariſt. mouentur: Primum eſt, vtrum omne pati iniuſtum ſit inuoluntarium. Secundum eſt, vtrum in diſtributionibus diſtribuens alicui plus præter dignitatem faciat iniuſtitiā, vel ille, qui plus recipit quàm ſit dignus.

Quæſt. 1. Num patiens iniuriā patiatur volens, vel nolens.

Quantùm ad primum dubium arguendum eſt ad partes deinde ponenda eſt vera ſolutio & reſpondendū oppoſitis. Argitur igit primò, quòd nō omnis patiens patitur nolēs: quoniā aliquis patitur volens, puta nocumentum, aut iniuriam in perſona, vel damnum in re extetiori. Nā dicit Euripedes de quodam occidente matrem ſuam, vel volens vel nolens occidit matrem volentem occidi. Si igitur mater voluit occidi, ergo volens paſſa eſt.

Prætereà, Contingit quòd quis volens & ſciens læditur ab altero. puta quis captus amore meretricis patitur ſe ab ea exſpoliari: ergo volens patitur.

Prętereà, Contingit facere iuſtū voluntariè & inuoluntariè, vt q voluntariè reddit debitum: & q cogitur à iudicę reddere debitum, ergo cōtingit pati iniuſtum volūtariè & inuoluntariè. Conſequentia patet: quoniā quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur reliquum: facere autem & pati ſunt oppoſita. ergo, &c.

Quod autem nolens quis patiat cōſtat: vt qui verberatur, aut incarceratur, aut priuatur re ſibi cara.

Iniuſtum pati duobus modis contingit.

Pro ſolutione huius dubij p̄mittitur diſtinctio hæc, ſicut facere iniuſtum, puta nocere alteri, cōtingit dupliciter, ſcilicet p accidens vt q ex ignorantia offendit alterum neſciēs nec extimans ſe offendere, & p ſe, vt qui ſcienter & deliberato animo offendit alterum cōtra ſuum voluntatem: ſic pati iniuſtum puta nocumentum contingit dupliciter, ſcilicet per accidens, vt q ignorat ſe lædi vel q intendit ſatisfacere affectui ſuo, ex quo infertur ſibi nocumentum: & per ſe, vt qui ſcit ſe offendi, & eſt contra voluntatem ſuam.

Nullus patitur iniuriā volens niſi paraccidens.

Ex his ad dubium dico duo. Primo quòd nullus qui p ſe patitur iniuſtum, patitur volens. nā ſi p ſe patitur, ſcit ſe pati, & cōtra voluntatem ſuam: ergo nō patitur volens ſecundo dico quòd nō incōuenit eum, q patitur per accidens, pati volens. nam vt conſequatur intentum ſuum, eligit etiā pati incommodum, q ex eo ſequitur ſicut qui eligit occidi, vel exilium, dummodo occidat inimicum ſuum.

Tu tamen aduerte quòd licet qui patitur iniuſtum per accidens, patiatur volens, nō tamē mere & cōpleta volūtate: neque etiā incōtinens cupiens implere cōcupiſcentiam ſuam libenter patitur exſpoliationē, ſed p̄ter voluntatem. Habet enim p ſe voluntatem boni, ſed propter cōcupiſcentiam trahitur ad malum, cui' ſignum eſt, quòd extra paſsionem exiſtens non reputat bonum, q reputabat bonum cōſtitutus in concupiſcentia, & pœnitet. Dicendum eſt ergo, quòd nullus merè voluntariè patit, ſed voluntario mixto, vt qui vult pati min' malum, vt effugiat peius, ſic declaratum eſt in libro tertio.

Ad dictum autem Euripidis dico, quòd cōcludit de pati per accidens, nam mater, q voluit occidi, intendebat aliq̄d q extimabat nō poſſe cōſequi, niſi morte ſibi data à filio: extimans fore minus malum mori, quàm non vitare aliud malum, vel non conſequi aliquod ab ea deſideratum.

Ad ſecundam dicit, quòd incontinens permittens ſe exſpoliari à meretrice non patitur niſi per accidens. qa vt ſatisfiat libidini ſuæ vult dare bona ſua. vnde qui dat nō coactus bona ſua nō patitur iniuſtū per ſe, ſicut narrat Homerus de Glauco, qui dedit Diomedi. arma ſua aurea p̄ æreis: & centum boues pro nouem. vnde ſic inquit Homerus:

Glaucus ex Homero inducitur dixiſſe cētum pro nouem, & ære aurū permutaſſe.

Próque nouem centum, pro ferro tradidit aurum.

Ad tertiam nego conſequentiam: quoniam facere iniuſtum importat actionem: cuius principium eſt in agente, q pertinet ad rationem voluntarij. Sed pati iniuſtū ad paſsionem ſpectat, cuius principiū nō eſt in patiente, ſed in alio. nam, vt declaratū eſt in quinto metaphyſicæ, potentia paſſiua eſt principium tranſmutandi ab altero: quod habet rationem inuoluntarij vt dictum eſt in tertio libro. Ad p̄bationem cōſequentiæ dico, q regula illa non tenet niſi in mediis p ſe. vt ſi dicatur, Quot modis dicitur iuſtum, tot & iniuſtum, ſed iuſtum dicitur duobus modis, ſcilicet diſtributiuè & commutatiuè ergo & iniuſtum. Patet igitur, q licet iniuſtum pati per accidens poſsit eſſe voluntariū, modo quo expoſuimus, non tamen iniuſtum pati per ſe poteſt eſſe voluntarium: quoniam ſic pati eſt ſemper contra voluntatem.

Quæſt. 2. Num plus quàm debeat aliquis alicui conferre iniuſtū faciat, an qui recipit plus quàm ſibi iure cōueniat.

Quantùm ad ſecundum dubium, quinque agenda ſunt. Primò arguitur, q qui diſtribuit alteri plus quàm ſibi conueniat, non facit iniuſtum, ſecundo ſoluitur dubium, tertiò reſpōdetur rationi factæ, quarto reprobantur tres errores. quintò oſtenditur quibus perſonis competunt iuſta.

Quantùm ad primum arguitur ſic, Si diſtribuens alteri plus quàm ſibi conuenit facit iniuſtum, & non ille, qui accipit, ſequitur inconueniens, ſcilicet q aliquis faciat ſibiipſi iniuſtum: nam poſsibile eſt q aliquis ſciens & volens plus tribuat alteri quàm ſibi, etiā q ſciat ſe dignum, & illum nō. Et ſic videtur, q faciat ſibi iniuſtum, quod tñ videtur incōueniens, quoniam moderati ſiue modeſti homines ſolēt ſic facere: nam in diſtributionibus minora ſibi reſeruant ex ſua modeſtia, & maiora aliis tribuunt. Irrationabile autem videtur quòd ex hoc faciant iniuſtum: quoniam in hoc laudantur, nullus autem eſt dignus laude ex hoc quòd facit iniuſtum: ergo conſtat quòd qui plus accipit quàm ſibi conuenit iuxta dignitatem ſuam, & non qui tribuit, facit iniuſtum.

Quantùm ad ſecundum, pro vera ſolutione dubij ponit hæc concluſio, Qui diſtribuit alteri præter dignitatem ſuā non ſemper qui plus accipit quàm mereatur, facit iniuſtum niſi procuret, & cooperetur tali acceptioni. Hæc cōcluſio ex intentione Ari. ſic probatur, & intendit de iudice ſentētiante inter partes, diſtribuens vni parti plus quàm digna ſit & alteri minus, & ſic arguit. Illein cui' poteſtate eſt principium actiōis iniuſtæ facit iniuſtum: ſed in iudice diſtribuente plus vni parti quàm digna ſit, eſt principium actionis iniuſtæ, quæ eſt volūtas & auctoritas iudicis: ergo iudex diſtribuens plus vni: parti quàm ſit digna facit iniuſtum: ſed pars recipiens non facit iniuſtum, niſi ſit particeps in crimine, ſcilicet inducens iudicem prece, aut pretio, aut minis.

Prætereà agens iniuſtum eſt agens principale, & non vt inſtrumentale. Defectus enim & vitiū in moralibus non attribuitur inſtrumento, ſed principali: ſed iudex diſtribuens male vni parti eſt agens principale propter autoritatem, & pars recipiens eſt vt inſtrumentum: quoniam habet rationem obedientis. ergo patet. q iudex male diſtribuens eſt ille, qui propriè facit iniuſtum, & non pars recipiens modò non cooperetur.

Prætereà, Quicunq; partitur & diuidit bona ſiue onera inter partes ſecundū iniuſtitiā, eſt ille, qui facit iniuſtū: ſed iudex tribuens vni parti plus quàm digna ſit partitur & diuidit bona, ſiue onera ſecundum iniuſtitiam: qa ſecūdū inę qualitatem quam in primo tractatu huius quinti declarauimus eſſe iniuſtitiam: ergo iudex tribuens plus quā dignū ſit eſt ille, qui facit iniuſtitiam, & non pars recipiēs niſi vt diximus cooperetur. Tunc enim iudex & pars cooperans ſūt duæ cauſæ partiales agentes iniuſtum.

Quantùm ad tertium, ſcilicet ad ſolutionē factam in oppoſitum reſpondetur dupliciter. Primò poteſt negari cōſequentia, ad probationem dico, q licet moderatus attribueret ſibi minus de bono exteriori quàm alteri, non facit ſibiipſi iniuſtum: qm̄ ex hoc acquirit maius bonum, ſcilicet gloriam & honorabilem famam, quæ præponuntur bonis exterioribus. Secundo dicitur, quòd admiſſo, quòd minus bonū ſibi tribuat, nec ex hoc aduenireat ſibi maius bonum, adhuc nō facit ſibiipſi iniuſtum: quoniam hoc non facit contra voluntatem ſuam, ſed ex propoſito. Dictum eſt autē, q ad hoc quòd quis faciat alicui iniuſtum oportet quòd faciat cōtra voluntatem ipſius. conceditur ergo in hoc caſu q talis facit ſibiipſi nocumentum in bonis exterioribus, ſed non facit ſibiipſi iniuſtum.

Facile eſt iniuſtum facere fieri iniuſtum non ſencila.

Quantùm ad quartum excludēdę ſunt tres falſæ opiniones. quarū prima dicit quòd facile eſt homini fieri iniuſtum quia in eius poteſtate eſt iniuriari alteri. Sed dicit Ari. licet ſit facile homini facere opus iniuſtum: putà percutere proximum, dare pecuniam ad procurandum homicidium, non tamen facile eſt hominē fieri iniuſtum, quia non fit iniuſtus niſi per habitum iniuſtitiæ: habitus autem non fit niſi longo tempore & conſuetudine, vt dictū eſt ſin ſecūdo libro.

Secunda

Difficile non eſt ſcire leges, ſed eas ad particulares caſus applicare laboriosũ eſt.

Secũda dicit quòd nõ eſt difficile nec eſt magnę ſapientiæ cognoſcere q̃ ſint iuſta & iniuſta, non enim eſt difficile intelligere leges, q̃ ponunt iuſta & iniuſta legalia, ſed dicit Ariſtote. q̃ licet nõ ſit difficile intelligere leges & canones iuſti & iniuſti, eſt tamen difficile & operoſum applicare ipſas leges canones negotiis & diſtributionibus & cõmutationib⁹, q̃ dietim occurrunt. Et eſt ſicut in arte medicinæ, licet enim nõ eſſet difficile ſcire canones curandarum ægritudinum, tamen difficile eſt ſcire applicare propter diuerſitatem cõplexionum ætatum & temporum & regionum. Cùm igitur maior ſit diuerſitas rerum & negotiorum in humanis, circa quæ verſatur iuſtitia & iniuſtitia, difficilius erit hoc propoſitum quàm vſus artis medicinæ.

Tertia dicit, quòd cùm ſit facile ſcire quid iuſtũ & iniuſtum, homo iuſtus ita de facili poteſt operari iniuſtum, ſicut iuſtum, vt commiſceri alienæ mulieri, percutere ꝓximum, ſed dicit Ariſtot. quòd licet iuſt⁹ poſsit facere opus iniuſtũ per accidens, non tamen per ſe, ſicut facit iniuſtus. Nã ſicut nõ medicus poteſt ꝓ accidens ſanare infirmum, dare pharmacum, incidere & ligare vulnus, nõ tamen ꝓ ſe, hoc enim ad medicum perfectum ſpectat, q̃ non quocunque modo, ſed vt oportet p̃dicta operatur, Sic iuſt⁹ poteſt ꝓ accidens & nõ ex propoſito agere iniuſtum, ſed nõ per ſe, vt iniuſt⁹, q̃ agit iniuſtũ ex malo habitu, & deliberato animo: & ideo nõ eadem facilitate iuſtus poteſt operari iuſtum & iniuſtũ.

Quibus perſonis iniuſta conueniant.

Quantùm ad quintũ aduerte, quòd iuſta ſunt inter illas perſonas, in q̃bus inueniri poſſunt bona extrinſeca, vt honores & diuitiæ ſecundum exceſſum & defectũ, ſiue ſecundũ magis & minus, ſi enim nõ eſſent perſonæ comparabiles in habendo talia bona, ſecundum magis & minus: nã eſſent inter eas iuſta & iniuſta diſtributiua & commutatiua, ꝙ ſic manifeſtatur. Quædam ſunt perſonæ, q̃bus null⁹ poteſt eſſe honoris exceſſus, vt dij: nã licet dij & homines ſint honorandi, nullus exceſſus honoris poteſt eſſe in Deo, quoniam infinitè eſt honorandus: & nulla res cõparata Deo eſt honore digna, vnde quo ad honores nõ poteſt eſſe iuſtum & iniuſtum inter Deum & homines. Sunt etiam q̃dam ꝑſonæ, q̃bus nullus poteſt eſſe defectus rationabilis, quo ad honorẽ & diuitias, q̃a ſcilicet non ſunt digni aliquo honore, nec cõmodo temporali quantumcunque paruo, ſicut viri peſsimi & inſanabiles ex malitia ſua, q̃ omnibus abutuntur: & iſti nõ ſunt digni niſi morte, vt non noceant bonis. Inter hos igit & alios homines nõ poſſunt eſſe iuſta & iniuſta: q̃a nõ debent participare in bonis exterioribus, nec ſecundum magis, nec ſecundum minus, nec ſecundũ æqualitatẽ. Sunt autẽ quędã ꝑſonæ quæ poſſunt participare de bonis exterioribꝰ plus & minus vſque ad certam ꝓportionalitatẽ iuxta vniuſcuiuſque virtutem & dignitatẽ: & hoc eſt humanum. Nam primus gradus perſonarum aſsignatus eſt diuinus. Secundus eſt beſtialis. Tertius eſt humanus medius inter vtrunque: & ſolum inter perſonas huius tertij gradus poſſunt eſſe iuſta & iniuſta diſtributiua & commutatiua. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi finis.

TRACTATVS TERTIVS in quintum Libr. Ethic. vnico complexus capite.

¶ De bono, & æquo.

CAPVT VNICVM.

De virtute epeieiceię ſiue æquitate, æquo, ac bono.

Ex quinto Ethico. Cap. 10.

IN tertio tractatu iuxta ordinem poſitum in principio huius quinti libri, agendum eſt de epeieiceia & epeieice, & totam intentionem Ariſto. complectemur in quatuor partibus. Primõ, quid ſit epeieiceia & epeieicei. Secũdò, de obiecto eius. Tertiò, de ſubiecto. Quartò, de habitu.

Epeieiceia, ſiue æquitas, vel decentia. & epeieices, ſit æquum & decens quid ſit.

Quantum ad primum aduerte, q̃d epeieices Græcè eſt æquitas, ſiue decentia Latinè. Et epeieiceia idem eſt ꝙ æquũ & decens, vnde quando volumus declinare à rigore iuſtitię, dicimus q̃d de bono & æquo ſic agendum eſt. Eſt autẽ epeieiceia virtus directiua in legibus, quibus contingit vti bene & malè, & eſt media inter iuſtum legale ſecundum literalem ſententiam legis, & iuſtum legale contra piã intentionem legiſlatoris, & eſt declinatiua in punitionib⁹ ad veniã, & mediat inter nimium rigorem & nimiã remiſsionem: adhærendo rationi rectę arbitrio boni & prudentis viri recte interpretantis intentionem legis. Hęc autem omnia magis manifeſta erunt in ſequentibus.

Num iuſtum ſit idẽ quod æquũ.

Quantum ad ſecundum aduerte, q̃d nõ eſt dubium quin epeieices, id eſt æquum & decens ſit obiectum, circa quod verſatur epeieiceia: ſicut non eſt dubium quin iuſtum ſit obiectũ iuſtitiæ circa quod verſat, ſed dubiũ eſt, ſi epeieices eſt idem quod iuſtum, & homo epeieicus ſit idem ꝙ homo iuſtus. Et ideo Ariſtotel. mouens hoc dubiũ arguit ad vtrãque partem, deinde reſoluit.

Pro parte negatiua ſic arguitur, Quandoque laudamus epeieices, id eſt opus quadã decentia & æquitate factũ, magis quàm iuſtum, id eſt factũ iuxta literã legis, aut iuxta rigorem legis. Et virum qui ſic operatur laudamus vt bonum & perfectum magis quàm agentem iuxta verba legis: ergo ſignum eſt quòd epeieices nõ eſt ſimpliciter idem quod iuſtum aliter non magis laudaremus epeieices quàm iuſtum.

Pro parte affirmatiua ſic arguitur: Aut epeieices eſt idẽ cum iuſto, aut diuerſum: ſi primum, habetur intentũ: ſi ſecũdum, non ergo nõ eſt laudabile, quia diuerſum à iuſto non eſt bonũ, & quod non eſt bonũ non eſt laudabile ergo, &c.

Pro ſolutione huius dubij aduerte quòd vtraq; harũ eſt vera. Epeieices eſt quoddam iuſtum, quia eſt iuſtũ naturale: & eſt melius & laudabilius quodam iuſto, id eſt iuſto legali. Nam vt dictum eſt ſupra iuſtum quo vtuntur & ſub quo viuunt ciues diuiditur in naturale, & legale. In naturali nõ poteſt eſſe error, ſed in legali ſic, quia conſtituitur humana prudentia, quæ poteſt errare. Epeieices cõtinetur ſub iuſto naturali, ſed præeminet iuſto legali, eo ꝙ dirigit ipſum ne cõmittatur error. Nã iuſtũ legale oritur à naturali, rationabile igitur eſt, vt dirigatur ab eo, quoniam vnũquodque eſt aptũ dirigi à principio, à quo oritur. Cùm igitur Epeieices contineatur ſub iuſto naturali conuenienter eſt directiuum iuſti legalis. Eſt igitur iuſtum, q̃a eſt iuſtum naturale: & nõ eſt iuſtum legale, non quod ſit diuerſum ab eo, vt oppoſitũ ſed vt includens illud & quid meli⁹: ſicut dicimus ꝙ meli⁹ & optimũ non eſt ſimpliciter bonum, non quòd ſit oppoſitum bono, ſed quia includit ipſum, & multo amplius, & ſic patet quomodo obiectum epeieiceiæ ſe habet ad iuſtũ legale, quomodo ſunt idem: & quomodo non, & nõ oportet ſoluere rationes præmiſas: quoniam prima concludit, quod verũ eſt, ſcilicet ꝙ Epeieices eſt plus quàm iuſtũ legale, q̃a laudabilius: q̃a cum contineatur ſub iuſto naturali eſt directiuum iuſti legalis. Secunda etiã concludit verũ, ſcilicet ꝙ non eſt diuerſum à iuſto: ſicut nec melius eſt diuerſum à bono, addit tamen ſuper bonum, & vt ſic diſtinguitur à bono, ſic in propoſito dicendum eſt de epeieice & de iuſto legali. Eſt igit obiectum epeieiceię iuſtum legale directum ſecundum iuſtum naturale: vbi ſtat ambiguitas in caſu particulari in quo lex non prouidet, vt dicemus infra.

Obiectũ æquitatis eſt iuſtum legale.

Iudices maximè decet æquitas.

Quantùm ad tertium aduerte ꝙ ſubiectũ epeieiceię eſt homo, in quo eſt talis virt⁹ & eſt ille, qui dirigit iuſtũ legale, ſi in aliquo caſu lex deficit, & vt dicit Ari. quilibet iudex debet eſſe epeieices, & ſententia ſua maximè in pœnalibus debet eſſe acta & lata ſecundum epeieiciã, ita quòd iudex debet eſſe in puniendo non diligens, nec ſeuerus executor iuſtitiæ, ſed moderatus ad puniendum ita ꝙ eſt minoratiu⁹ in pœnis, etiam quòd habeat legem adiuuantem in aſsignãdo pœnas pro tali vel tali delicto, & ratio huius eſt, quia pœna non eſt per ſe intenta à legiſlatore, ſed vt medicina & remedium delicti, vnde ſicut medicus non exhibet infirmo tantam medicinam quantam poteſt, ſed quanta ſufficit pro expellenda ægritudine, ſic bonus iudex applicat pœnã procurando & cohibendo delicto.

Quantùm ad quartũ vt habeatur reſoluta cognitio de epeieiceia, quatuor dicemus. Primò de modis quibus dicit epeieiceia. Secundò in quo ſenſu eſt ſpecialis virtus moralis. Tertiò quæ ſit eius neceſsitas. Quartò quales ſint propoſitiones, quas habet dirigere & interpretari epeieiceia.

Epeieiceiſeu æquitatis variæ ſignificationes.

Quantum ad primum aduerte vt tradit dominus Linconienſis ꝙ epeieiceia dicitur multis modis. Nam aliquãdo ſumitur pro virtute in cõmuni: & in hoc ſenſu Philoſophus inferius multoties accipiet epeieicé pro virtuoſo, aliquãdo ſumit pro decentia & moderatione & modeſtia: & in hoc ſenſu vir temperat⁹ ac bene ponderãs agenda dicitur epeieices. Aliqñ ſumitur pro cognitione ſuipſius, qualis ſit in virtute, & in iudicio ac opinione cognoſcentiũ ipſum: & in hoc ſenſu amans cognoſcere qualis ſit in ſe & in opinione aliorum dicitur epeieices. Aliqñ ſumitur pro habitu cognoſcitiuo moderaminis legum: qualiter ſcilicet leges poſitæ de his, quæ frequẽt⁹ contingunt, nõ ſunt obſeruãdæ in aliquo caſu raro cõtingente, ſed moderãdus eſt earũ rigor ſecundũ circunſtantias rar⁹ accidentes, cuius rei exẽpla ponem⁹ infra. Et in hoc ſẽſu vir prudẽs interpretãs intẽtionẽ

gis,dicit epeieices, & vt epeieiceia est habit⁹ cognoscitiu⁹, vt ſpecies prudentię. Aliquando ſumitur ꝓ quadam ſpecie naturalis iuſtitiæ,quæ eſt directiua iuſtitię legalis,& vt ſic non eſt virtus cognoſcitiua,ſicut nec iuſtitia,alıter nō eſſet ſpecies iuſtitię. Nulla enim virtus cognoſcitiua eſt in volun tate,iuſtitia autem,vt dictū eſt ſuprà eſt in volūtate : ergo, &c. Eſt autem virtus directiua circa mat eriam legis & eo-rum,quę ſtatuuntur lege.

Epeieiceia eſt virtus legum interpretatiua

Quantùm ad ſecundū aduerte,quòd in hoc vltimo ſenſu ponitur virt⁹ moralis:nam inclinat ad operandum confor miter rationi rectę. Dat enim homini,in quo eſt,facultatem rectè interpretandi legem poſitam in ordine ad bonū cōmune:ꝙ vltimatè intenditur in omni lege rectè poſita. Cum igitur nihil magis conſonet rationi,quàm vt cōmune bonū ſaluet,& ad hoc tendit epeieiceia in vltimo ſenſu accepta, patet ꝙ eſt virtus moralis ſicut iuſtitia. & quoniā facultas interpretandi legem pertinere videtur ad virtutē cognoſci tiuam dirigere autem & regulare reſpicit voluntatem,quæ per huiuſmodi habitum regulat in executione caſuum ra-ro contingentium,quibus lex nō prouidet,vt declarabim⁹: ideo videtur epeieiceia cōplecti in ſe prudentiam naturalem,& iuſtitiam naturalem.

Quàm neceſſaria fuerit virtus æquitatis ꝓ caſibus pene infinitis contingentibus inhumanis actionibus, quibus oportet nonnunquā mutari legis verba ad intentionem legis latoris.

Quantum ad tertium aduerte, qđ neceſsitas hui⁹ virtutis ſumitur ex deficientia legis poſitę. nam, ꝙa humani act⁹ de quibus leges dantur,ſunt particulares,& infinitis modis variari poſſunt,ideo impoſsibile eſt eis applicare certam & infallibilem regulam. nā, vt inquit Ariſto. rei indeterminatæ oportet eſſe regulam indeterminatā: quemadmodū Leſbiæ ædificationis regula plumbea eſt q̄ ex ſui flexione apta tur lapidibus diuerſimodè ſe habentib⁹. Oportet ergo legē de actibus humanis vniuerſaliter traditā in aliquo caſu ſin gulari deficere. Cùm igitur legiſlator ex ꝓceptis legis ſem-ꝑ intendat iuſtitiam ſeruari & bonum reipub. ſi contingat in aliquo caſu quòd ſeruato ꝓcepto legis nō ſeruatur iuſtitia, nec bonū cōmune, Verbi gratia, Si ꝓceptum de reſti tuendo depoſito repetenti vniuerſaliter & in omni caſu ſer uaretur poſſet eſſe in nocumētum reipublicæ,vel ipſius de-ponentis: puta ſi redderetur ꝓditori patrię ad expugnandū patriam,vel gladius furioſo ad interficiendū ſeipſum,in illo caſu & ſimili nō eſt ſeruandum ꝓceptum legis ad literā. ſed prætermiſsis verbis legis interptāda eſt illo caſu intentio legiſlatoris,ac ſi præſens eſſet: & ſequi debemus id, ꝙ ratio iuſtitiæ exigit,& cōmunis vtilitas,& ꝓximi charitas. Ad ꝓmpte autem eligendum & ꝓſequendum id ꝙ credit fuiſſe recta intentio legiſlatoris ordinatur epeieiceia : quæ latinè interpretatur naturalis æquitas & bonitas. Et aduer-te,vt inquit D. Albertus,qđ hæc virtus fundatur ſuper hoc principium naturale,Omne,quod ad aliquem finem ordina tur & ſtatuitur,contra illum finem obſeruari non debet. Pa tet igitur vnde ſumitur neceſsitas epeieiceiæ.

Principia æquitatis ouina ſunt.

Quantùm ad quartū aduerte quòd duplices ſunt ꝓpoſitiones legis,quædā ſcriptę,& expreſsæ in lege, vt depoſi-tū reſtituendū eſt deponenti. quando repetit. Quædā impli citæ & ſubintellectæ à legiſlatore,vt huic depoſitū eſt red-dendū repetenti: ſubintelligitur ex intentione legiſlatoris, niſi ſit in nocumentum patriæ, aut ipſius repetentis. Inter has ꝓpoſitiones hæc eſt differentia: qđ expreſsæ & ſcriptę in lege non ſunt vniuerſaliter & infallibiliter veræ, ſed vt in pluribus, & in aliquo caſu nō ſunt ſeruandæ, vt verba ſonant ſed ꝓtermittendę. ſubintellectę autē ad intentionem legiſlatoris ſunt vniuerſaliter verę,& intellect⁹, quē habet verus & rect⁹ legiſlator, ſemper eſt verus. Semper enim in-tendit bonum cōmune, & iuſtitiā in quocunq; caſu ſeruari: q̄ ſi nō poteſt ſeruari exequendo ꝓceptū expreſſum in lege, vt verba ſonant, intentio ſua eſt, qđ non exequatur tale præ ceptum, ſed interpretetur ac ſi eſſet ꝓſens. Epeieiceia igitur nō habet dirigere ꝓpoſitiones ſubintellectas ex intentione legiſlatoris, quoniam illę ſemper veræ ſunt & innituntur iu ri naturali. Sed habet dirigere ꝓpoſitiones expreſſas in le-ge, q̄ licet in pluribus ſint veræ & obſeruandę, tamen in ali-quo caſu deficiunt: has autem dirigit epeieiecia ꝙ ꝓpoſitio nes ſubintellectas, quoniā ſi expreſsæ cōiungantur cum ſub-intellectis, erūt vniuerſaliter veræ, & nō cadet error in exe-cutione earum. Nam hęc eſt vniuerſaliter vera, depoſitū eſt reddendū repetenti, niſi ſit in nocumētū ſuiipſi⁹, aut patrię, & hæc eſt vniuerſaliter vera, Omnis homicida eſt occiden-d⁹, niſi in aliquo caſu i⁹ naturale & ratio dictet oppoſitū, vt de virō occidente vxorem actu deprehenſam cum adultero.

Et ſi q̄ras vtrum epeieiceia, ſicut dirigit expreſsè poſita in lege humana interpretando intentionem legiſlatoris, ita habeat dirigere contenta in lege naturali.

Reſpondetur ꝙ in lege naturali quædam ordinantur vt abſolutè prohibita,vt quæ ex natura ſui mala ſunt,vt furtū adulterium,falſum teſtimonium,proditio, blaſphemia, & hæc nullam admittunt interpretationem,quoniā cognoſcū tur lumine naturali ſemper illicita, ideo non indigent dire ctione,quā facit epeieiceia. Quędam ordinant vt præcepta ſicut eſt illud, Quæcunque vultis vt faciant vobis homines facite & vos illis,& hæc etiam nō ſunt dirigibilia per epei eiceiā quæ includit humanam prudentiam. Nam magis cer tū nō eſt dirigibile per minus certum: ſed prȩceptum natu ræ,in qua nō eſt error eſt magis certū quacunq; regula hu-mana & arte,quoniā omnis humana regula deſcendit à na-turali,& innititur illi: ideo epeieiceia non eſt ſufficiens ad dirigendum ea,quæ prȩcipiuntur ex iure naturæ. Quædā au tē ordinantur vt conſulta & ſuaſibilia ꝓpter honeſtatē, & vt conceſſa propter vtilitatem,& vt permiſſa propter mala puta de vna tantum vxore habenda, de poſſeſsione cōmuni omnium bonorū, ſtante concordia hominum vniuerſaliter. De poſſeſsione propria bonorū, accedēte diſcordia & ma litia hominū,& iſta quoniam non ſunt de principali inten-tione legis naturalis eo ꝙ non ſunt abſolutè prohibita, nec præcepta, ſed conſulta, aut conceſſa, aut permiſſa, ideo non inconuenit quòd pro loco & tempore ſuſcipiant correctio nem & directionem. Hæc de epeieiceia & epeieice, id eſt de æquitate & equo dicta ſint.

Æquitas nō eſt ſufficiēs ad eare mouenda quæ ſunt in ris natura.

Tractatus Tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS
In quintū librū Ethicorū, vnico cōplex⁹ capite.
¶De iuſtitia metaphorica.

CAPVT VNICVM.

Agit de iuſtitia impropriè accepta, ſecundùm quā quis ſibiipſi, iuſtitiam vel iniuſtitiam facit, vel patitur.

Ea 5. Ethi. c. 11.

IN hoc quarto tract. iuxta ordinē poſitū in prin cipio huius Quinti libri: agēdum eſt de iuſtitia metaphoricè dicta. Dicitur autem iuſtitia pro-priè, quæ eſt virtus ad alterum, vt dictum eſt in primo trac. Per ſimilitudinem autem dicitur iu ſtitia, qua quis facit ſibiipſi iuſtum : & iniuſtitia, qua quis fa citſibi iniuſtū. Vtitur em ſeipſo, vt altero. verbi gratia, Si qs occidat ꝓximum, facit alteri iniuſtum iniuſtitia propriè dicta, ſi aū occidat ſeipſū, facit ſibiipſi iniuſtū iniuſtitia im, ꝓpriè dicta: lædit em ſeipſū, ac ſi eſſet alter. De tali iniu-ſtitia & iuſtitia agit hic Ari. ſub forma huius dubij, Vtrum aliquis poſsit ſibiipſi facere iniuſtum. Quod quidem dubiū mouerat prius, quærens vtrum omne iniuſtum pati ſit inuo luntarium: ſed diſtulit hic reſoluendum : vt igitur præſens dubium reſoluatur quatuor agenda ſunt. primò arguit ad partem affirmatiuam, ſecundò ſoluitur dubium. tertiò com paratur iniuſtū facere ad iniuſtum pati: in hoc quod eſt eſ-ſe malum, & quod eorum ſit peius. quartò declaratur qua-lis ſit iuſtitia & iniuſtitia metaphorica ad ſeipſum.

Num quis ſibiipſi poſsit iniuſtitiam inferre.

Quantùm ad primum ſic arguit Ari. Interficere ſeipſum eſt iniuſtum facere, quoniam hoc in nullo caſu præcipitur à lege, ex conſequenti prohibetur: & ex conſequenti eſt in-iuſtum: nullum enim iuſtum prohibetur, ſed præcipitur fiē-dū: ſed quis poteſt & de facto interficit ſeipſum, aut verbe rat, aut vulnerat: ergo quis poteſt facere ſibi iniuſtum.

Quæ lex nō iubet, mala ſunt: ſequitur ne do intelligē tur.

Pro hac ratione aduerte, quòd fundatur ſuper hāc ꝓpo ſitionem Ari. in tex. Quod lex non iubet, prohibet. Quæ qui dem non eſt ſic intelligenda quaſi, nihil ſit medium inter præceptum & prohibitionem, quoniā multa ſunt quæ nec lege præcipiuntur, nec prohibentur, ſed relinquūtur in ho minis voluntate, ſicut emere & vendere, & multa alia quæ poſſunt bene & male fieri ſed eſt intelligēda de illis, quę ex natura ſua mala ſunt, quæ lex in nullo caſu iubet, & ex quo non iubet intendit ea prohibere.

Secundò arguitur ad idē ſic, Quicunq; voleus & ſciens actum & circunſtantias eius nocet alicui præter legem & iuris ordinem, & non defendenti ſeipſum nec contra nocē-ti, facit iniuſtū: hæc patet. Sed occidens, aut vulnerans ſeip ſum per irā, nocet alicui : qa ſibiipſi volens & ſciens & nō defendens ſe: imo ſeipſum inuadens præter legē & ordiné iuris: ſi enim lex prohibet nocere alteri, multo minus ſibiip ſi: ergo facit ſibiipſi iniuſtum.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd Philoſophus hoc dubium ſoluit quantùm ad iuſtitiā legalem, quæ eſt iuſtitia com

communis & vniuerſalis,& cõtentiua omnis virtutis, vt declarauim⁹ in primo tractatu hui⁹ quinti libri: deinde ſoluit quantum ad iuſtitiam particularem,quam diuiſimus ſupra in diſtributiuam & commutatiuam.

Quantũ ad iuſtitiam legalem intendit Ariſtot.duo. Primò,quòd interficiens ſeipſum nõ facit iniuſtum ſibiipſi. Secundò quòd facit iniuſtum alteri, nõ quidẽ perſonæ priuatæ,ſed ciuitati.Primũ ſic ꝓbatur, Interficiens ſeipſum patitur occiſionem volens: ſed nullus patitur iniuſtũ volens,vt probatum eſt in præcedentibus:ergo facit ſibiipſi iniuſtum, qa & volens occidit,& volens occiditur & ſic volens agit & patitur.Secundũ autem ꝓbatur ſic,videmus quòd ciuitas damnificat mõ quo poteſt cadauer occidentis ſeipſum. Inhonorat enim & vituperat & dehoneſtat trahendo ꝑ ciuitatẽ,priuando ſepultura: proiiciendo deuorandum canibus:ergo ſignum eſt quòd interficiens ſeipſum offendit & iniuriatur ciuitati,ex conſequenti facit iniuſtum,id eſt ꝙ non debet ciuitati.Priuat enim ciuitatem vno ciue.

Q interficiens ſe ipſum quo modo iniuriatur ciuitati.

Quantũ ad iuſtitiã particulare ſoluit Ari.ꝓpoſitũ dubiũ: ꝓbans nullũ ſibiipſi ſecundũ talẽ iuſtitiã facere ſibi iniuſtũ. Primò igit̃ ſic arguitur,Si qs ſibiipſi iniuſtum facit,ergo idem bonum eſſet in eodem ſecundum plus & minus,quod eſt impoſsibile,cum plus & min⁹ ſint oppoſita.Conſequentia autem ꝓbatur:dictũ eſt ſupra quòd q iniuſtum facit ſecundum iuſtitiam particularem,pl⁹ accipit quàm debitum ſit.& q iniuſtum patitur min⁹ accipit quàm debitum ſit:ergo ſi quis facit ſibiipſi iniuſtum,idẽ eſt agens & patiens iniuſtũ,& inquantũ agens habet plus,& inquãtum patiens habet minus ergo idẽ bonũ ſecundũ pl⁹ & min⁹ eſſet in eodẽ.

Qui ſibiipſi iniuriatur ſecundum nullam particularem iuſtitiam iniuſtum facit.

Secundò ſic,Iniuſtũ facere eſt voluntariũ,& priuſquã iniuſtũ pati.Patiens enim ſupponit agens:ſed q nocet ſibi ipſi ſimul facit & recipit volũtariè nocumẽtũ: ergo nõ facit ſibi ipſi iniuſtũ.Aliter idẽ reſpectu eiuſdẽ eſſet pri⁹ & nõ pri⁹.

Tertiò ſic,Si qs facit ſibiipſi iniuſtum, ergo volens patit̃ iniuſtum:ſed hoc eſt falſum, vt determinatũ eſt ſuprà. Cõſequentia autem patet, quoniam idẽ eſſet agens & patiens iniuſtũ:ſed vt agens eſt volens:vult enim ſibiipſi nocere,vt q ex ꝓpoſito verberat ſeipſum: ergo vt patiens eſt volens.

Quartò inductiuè cõſiderando ſpecies iniuſtitiæ particularis.Vna eius ſpecies eſt mœchia,id eſt adulteriũ,in qua patet nullum mœchari cum ꝓpria vxore nec furatur ſua ꝓpria bona,nec fodit ꝓpriam domum,vt furetur: & ſic de aliis:vnde patet qd̃ nullus ſibiipſi ſed alteri facit iniuſtum.

Quintò dictum eſt ſupra qd̃ omnis faciens iniuſtum eſt volẽs:& omnis patiens iniuſtum eſt nolens: ergo ſi qs facit ſibi iniuſtũ,erit ſimul & reſpectu eiuſdẽ volens & nolens: ꝙ eſt impoſsibile.Licet ergo quis poſsit ſibiipſi nocere, vt qui ſeipſum vulnerat,non tamen facit ſibiipſi iniuſtum.

Quantùm ad tertium aduerte ex intentione Ariſtot.qd̃ tam iniuſtum facere quàm iniuſtum pati eſt malum:quoniã receſſus à medio iuſtitię eſt malus:ſicut receſſus à medio in arte medicinali & in exercitatiua:ſed q facit iniuſtum recedit à medio iuſtitiæ qa plus habet quàm ſibi conuenit:& q patitur iniuſtũ min⁹ habet quàm debeat habere:ergo vtrunque eſt malum:ita tamẽ qd̃ iniuſtum facere eſt malum reprehenſibile ,ſed iniuſtũ pati per ſe loquendo eſt malũ pœnæ qa nolens patitur iniuſtum : volens autẽ facit iniuſtum.

Licet autem vtrunque ſit malum,tamen peius eſt facere iniuſtum,quoniam faciens iniuſtum ſemꝑ eſt vituperabile: & ſi facit iniuſtũ ex electione, peccat ex malitia , & ſic fit iniuſtus,ſi autem facit ex paſsione,puta ex ira,licet nõ fiat iniuſtus,vt declaratum eſt ſupra nec peccet ex malitia,ſemꝑ tamen eſt vituperabilis:qa volens facit iniuſtum. Qui autẽ patitur iniuſtũ,nec volens,nec eligens,ſed iuoluntariè patitur,ideo minus malus eſt.

Patiens in iuriã volens minus iniuſtus eſt, quàm faciens iniuriã, vel iniuſtũ.

Tu tamen aduerte,vt dicit Ariſtot.qd̃ licet iniuſtum facere ſit peius quàm iniuſtum pati,tamen ꝑ accidens & occaſionaliter iniuſtum pati poteſt eſſe pei⁹, putà quando qs iniuſtum patiens ꝓuocatur ad maiores iniuſtitias committendas,vel quando ex deſperatione incurrit maniam,aut ſe occidit,Sed quoniam id eſt ꝑ accidens,ideo hoc nõ curat in hac ſcientia:quoniam quæ ſunt ꝑ accidens relinquuntur ab arte ex ſexto Metaphyſicę:Sicut & in medicina pleuritis id eſt apoſtema ſub latere inter coſtas eſt ꝑ ſe grauior ægritudo quàm fractio pedis , licet ꝑ accidens offenſio pedis poſſit eſſe grauior puta qa factus claudus non poteſt fugere & captus ab inimicis occiditur:ſed de hoc per accidens non curat ars medicinæ.

Quantũ ad quartũ vt ſcias quomõ & qualis ſit iuſtitia aut iniuſtitia Metaphorica ad ſeipſum aduerte,ex intentione Ariſ.quòd non poteſt eſſe inter totum hominem & ſeipſum totum, ita quòd totus homo faciat iuiuſtum & tot⁹ patiatur :ſed inter partem & partẽ , eo quòd vna pars agit & altera patitur.Non tamen omne iuſtum poteſt eſſe inter hominis partes,ſed tantũ iuſtum dominatiuũ & diſpenſatiuũ ſiue œconomicum,& ſuum oppoſitum.Ad cuius euidentiã aduerte , vt dictum eſt in fine primi libri , ꝙ in homine eſt pars rationalis,vt intellectus & voluntas:& pars irrationalis apta tamẽ obedire rationi,quã diximus iraſcibilẽ & cõcupiſcibilem:ex quib⁹ pars rationalis debet dominari irrationali,& illa ſubiici ac famulari.Et in hoc reſpiciunt qui dicunt ꝙ eſt iuſtitia & iniuſtitia hominis ad ſeipſum: nã , ſi appetit⁹ rationalis dominatur & irrationalis obedit ſeruatur iuſtitia in regimine hominis in ſeipſo: ſi econuerſo,ſeruatur iniuſtitia.Iniuſtum eſt enim inferiorem dominari ſuperiori.Et ſi pars rationalis dominatur,facit iuſtũ & irrationalis patitur iuſtũ ſi econuerſo pars irrationalis facit in iuſtũ,& rationalis patitur iniuſtũ & hæc eſt radix peccati. Et hic terminatur quartus & vltimus Tractatus ſuper librũ quintũ Ethicorũ,ordinat⁹ à fratre Chryſoſtomo Iauello Canapicio ordin.prędic. Philoſophię & Theologiæ ꝓfeſſore.

Tractatuum in librum quintum Ethicorum finis

LIBER SEXTVS

ETHICORVM,
In quatuor Tractatus partitus.

POſtquam Ariſto.pertractauit de virtutibus moderatiuis paſsionũ appetitus ſenſitiui in tertio & quarto libro,& de iuſtitia regulatiua actionum exteriorũ inter hominẽ & hominẽ,quæ eſt ſubiectiuè in appetituintellectiuo,in libro quinto, hîc in ſexto libro pertractare intendit de virtutibus & habit⁹ intellectualibus,vt de ſcientia,arte,prudẽtia, &c.

Complectemur aũt totam Ariſtotel.intentionem in hoc libro ſexto in quatuor Tractatibus.

In primo agendum eſt de partibus animæ,quæ ſunt principia humanorum actuum.

In ſecundo agendum eſt de ſingulis virtutibus,ſiue habitibus principalibus,qui ſunt ſubiectiuè in intellectu,& ſunt iſti Scientia,ars,prudentia,intellectus,ſapientia.

In tertio agendum eſt de aliquibus habitib⁹ annexis prudentiæ,ſcilicet de Eubulia,& ſyneſi,& gnome:quas Latinè dicim⁹ bene cõſiliatiuã,bene iudicatiuã, & bene ſnĩatiuam

In quarto ſoluentur quædam dubia de vtilitate ſapientiæ & prudentiæ:& quam connexionẽ habet prudentia cũ reliquis virtutibus moralibus.

TRACTATVS PRIMVS
duplici capite complexus.

¶De principiis humanorum actuum.

IN primo tractatu,vt ſciamus quę & quot ſint principia humanorum actuum,id eſt liberorũ eo ꝙ ſunt in poteſtate & dominio noſtro, diſtinguemus eum in duo capita.

In primo agendum eſt de partibus potentialibus animæ,vt ſciamus quæ potentiæ ſunt principia actus liberi in nobis,& quæ non.

In ſecũdo agẽdũ eſt de principiis act⁹ humani,id eſt liberi.

CAPVT I.

De recta ratione,& duplici animæ virtute,ſcilicet, ſcientifica & ratiocinatiua.

Ex ſexto Ethicorũ cap. 1. Rectæ rationis contemplatio in particulari quo modo ad modum neceſſaria ſit Moralis Philoſophi.

IN primo capite duo agenda ſunt.Primò quare Ari.intendit hic determinare de virtutib⁹ intellectualibus, quæ potius videtur eſſe ſpeculabilia q̃ moralia. Secũdò ponem⁹ diſtinctionẽ potẽtiarũ animę, ꝓut præſenti ꝓpoſito deſeruit.

Quãtum ad primũ aduerte.quòd Ariſt.motus eſt ad tractandum de habitibus intellectualibus,quia in libro ſecũdo dictum eſt virtutem conſiſtere in medio inter duo extrema, quæ ſunt exceſſus & defectus: ꝙ quidem mediũ nõ ſemper ſumendum eſt ſecundum rem , ſed quo ad nos : quo ad nos autẽ ſumitur ſecundum rationẽ rectam, id eſt vt ratio dictat.Medium ergo in virtute reducitur in dictamen rectę rationis:ergo ſcire oportet , quid & quæ ſit recta ratio, ad quã virtuoſus reſpicit,vt ad ſignũ & regulã. Neceſſe eſt enim virtuoſum,ſicut & quemlibet artificẽ, ad aliquod cer-

tum & directiuum,ac regulatiuum artis reſpicere:iuxta q̄ ꝓducat artificiatum,& nō declinet ab eo nec in plus,nec in minus.Hoc autem in qualibet arte eſt recta ratio artis,ſiue operandi in arte.In moralibus autem eſt recta ratio operandi moraliter,id eſt ſecundum debitas & requiſitas circunſtantias,de quibus actum eſt in libro tertio.

Et quoniam q̄s poſſet dicere,q̄d de recta ratione actum eſt in præcedentibus,declarando quomō virtus mediat inter duo extrema:ideo non eſt opus hic amplius de ea ꝓtractare.Propterea Ariſt.declarat ea quę dicta ſunt de ratione recta non ſufficere præſenti ꝓpoſito,quoniam hactenus dictum eſt de ea in generali, quomō ſcilicet, quis operatur ſecundum rationem rectā:quando operatur id, q̄ oportet & quando & quomō,& quo fine oportet: ſed hoc non ſuffi cit:hoc enim eſt cōmune omni arti.Dicim⁹ enim ædificatorem,pictorē,ſcriptorem,operari ſecundum rectā rationem artis,quando operatur cum ꝑdictis circunſtantiis, ſed hoc non ſufficit,imò oportet in omni arte conſiderare ꝓpriam rationē artis,& ſcire applicare:aliter ſi ſtatur in conſideratione vniuerſali nō erit profectus in arte,& dat exemplum Ariſt.in medicina, verbi gratia,Si febricitans peteret à medico,q̄d agere,aut ſumere debeat,vt ſanet à febre & reſpō deret medicus,agenda aut ſumenda illa eſſe, quę ordinant in arte medicinali ꝓcuranda febre:hęc reſponſio,quoniam ſup generalia eſt,nō ſatisfaceret,nec ꝓficeret infirmo , ſed deſcendendū eſt ad canoné particularem & applicare. Sic in ꝓpoſito,ea q̄ dicta ſunt de ratione recta non ſunt ſufficientia vt q̄s ſciat viuere moraliter, quoniā ſunt vniuerſalia dicta,ſed oportet in ſpeciali cōſideratione facere declarando, q̄nam ſit recta ratio,& q̄s eſt terminus, id eſt ſignū ad q̄ ratio reſpicit & attendit:vel termin⁹, id eſt diffinitio ratiōis rectę:vel ſecūdū q̄d recta ratio determinari poſsit.

Quantùm ad ſecundū aduerte, q̄d Ariſt.tres diuiſiones cōmemorat.Prima eſt de virtutibus, dicens, q̄d de virtutibus iam diximus has quidem eſſe morales,vt fortitudo,tēperantia,&c.& de his hactenus pertractarū eſt has autē intellectuales,q̄.ſ.ſunt ſubiectiue in intellectu,& per quas ratio ipſa rectificatur,& maximè per prudentiam , vt declarabitur.Et de his reſtat dicendum,ſed prius dicendum eſt de potentiis animæ,vt ſciamus in quo ſubiecto ſint.

Secūda igit diuiſio eſt hęc,Dictum eſt ī fine primi libri, q̄d animæ partes potētiales vt deſeruiunt philoſophiæ morali ſunt duę,ſ.rationalis & irrationalis, apta tamen obedire rationi:& hæc eſt pars appetitiua ſenſitiua diſtincta per irāſcibilē & ↄcupiſcibilē,vt dixim⁹ diffuſe in fine primi lib.

Partis rationalis duo ſunt genera: Ratiocinatiuum , & ſcientificū, per alterum neceſſaria per alterum verò contingentia attingimus.

Tertia diuiſio eſt hæc,Pars rationalis eſt duplex.Vna, ꝑ quam ſpeculamur entia neceſſaria q̄ non poſſunt aliter ſe habere alia,ꝑ quam ſpeculamur contingentia. Et quoniam q̄s poſſet dicere,q̄ eadem parte,id eſt eadem potentia rationali,ſpeculamur neceſſarium & cōtingens,ideo Ariſt. ꝓbat q̄d hoc non poteſt eſſe:imò q̄d potentia rationalis qua cognoſcim⁹ neceſſaria,differt ab ea,qua cognoſcim⁹ cōtingentia:& arguit ſic,Obiectis cognoſcibilib⁹ diſtinctis genere oportet correſpōdere potentias cognoſcitiuas diſtinctas genere:quoniā potentiis cognoſcitiuis animæ inexiſtit rerū cognitio ſecundū quandā ſimilitudinem & ꝓportionem,quā habet anima ad res obiectas:ſed neceſſariū q̄ ↄtingens ſunt obiecta genere diſtincta:ergo & potentię animæ horū cognoſcitiuæ ſunt diſtinctæ genere.Ex q̄b⁹ dicit Ariſ. q̄ potentia cognoſcitiua neceſſarij dicit pars animæ ſcientifica,potentia autē,qua cognoſcim⁹ cōtingens, dicit pars ratiocinatiua,ſecūdū q̄ ratiocinari & cōſiliari ſunt idem: dicit em cōſiliū iquiſitionem quādā,vt dictū eſt ī lib.tertio circa ea,q̄ poſſunt aliter & aliter euenire. Null⁹ em cōſiliat de his,q̄ nō poſſunt aliter ſe habere.Eſt igit rōcinatiuū vna pars animę habentis rōnem,& diſtinguit gñe à ſcientifico.

Sed hæc tertia diuiſio nō videt eſſe vera. Nā ſi ſic eſſet, ergo in parte intellectiua darent duo intellect⁹ poſsibiles diſtincti genere,quorū vno intelligerem⁹ neceſſaria, alio ↄtingentia q̄ eſt falſum in doctrina Ariſt.quoniā in tertio de anima nō aſsignat niſi vnū itellectū poſsibilem, quo eſt omnia fieri,ex cōſequenti quo poſſum⁹ omnes modos entis intelligere,ſ.poſsibile,neceſſarium,corruptibile,incorruptibile,corporeum,immateriale:ſuum em obiectum eſt ens in quantum ens,ſub quo continent omnes ꝑdicti modi entis.

Pro hoc dubio inuenio duas reſponſiones. quarū vtraq; eſt B.Tho.Prima eſt ī expoſitiōe hui⁹ tex.vbi ſic diſtinguit. *Quomō pars ratiocinatiua intelligitur in-* cōtingens dupliciter cognoſci poteſt.primo ſecūdū rationem ſuā vniuerſalem,ſecundo vt eſt in particulari.Vniuerſalis quidem ratio ↄtingentis inuariabilis eſt, quoniam vt vniuerſalis abſtrahit ab hic & nunc, & vt ſic de eo habetur demonſtratio & ſcientia.nā phyſica non ſolum eſt de rebus neceſſariis incorruptibilibus,qualia ſunt corpora ſuperiora,ſed etiā de inferiorib.corruptibilib⁹ & contingentib⁹.& vt ſic contingens cognoſcit ab eadem potentia, qua & ens neceſſarium,quam vocat Ari.partē ſcientificā. Et in hoc ꝓcedit obiectio propoſita. Si autē ſumatur cōtingens, vt eſt in particulari,ſic eſt variabile,nec apprehenditur immediatè & ſolo intellectu,ſed mediante potentia ſenſitiua,quę dicitur ratio particularis:& hæc eſt cogitatiua, quæ eſt ꝓxima intellectui,ex cuius ꝓximitate extendit ſe intellect⁹ ad cognitionem particularium cōtingentium. Et in hoc ſenſu dicit Ari.neceſſaria & contingentia ad diuerſas partes animæ pertinere & per ſcientificum intendit ſolum intellectū per ratiocinatiuū intendit intellectum adiūctū cogitatiuę.

tellectus ad iunctus cogitatiuæ quæ anima apprehendit cōtingentia ſecundum ꝓprias rationes.

Hæc reſpōſio nō placet aliquibus, inter quos eſt Burle⁹ exponens præſentē tex.qui dicit q̄ videt eadē potētia animę eſſe cognoſcitiua neceſſarij & cōtingentis,in particulari & prout eſt variabile: nam ex ſecūdo de Anima potētia cognoſcens differentiā duorū extremorū, cognoſcit vtrūque extremum. Cōſtat autē, q̄ intellectus cognoſcit differentiam inter ens neceſſarium & contingens, vt eſt variabile:ergo intellectus cognoſcit vtrunque.

Sed hæc obiectio nō valet cōtra.B.Tho.nihil enim aliud concludit niſi q̄ idem intellectus cognoſcit vtrūque,quod cōcedimus ſed non eodē modo:q̄m neceſſariū cognoſcit ſe ſolo,& contingens quo ad rationem vniuerſalem.Contingens autē,quò ad eſſe in particulari,& vt eſt variabile:nō cognoſcit ſe ſolo,ſed per extenſionē ſiue mediāte cogitatiua.

Burleus autē credēs ſe noui quid dicere ꝓ ſolutione dubij nō aliud inuenit niſi reſpōſionē,quā dedit B.Th.in prima parte,q.79.arti.9.ad tertiū,vbi declarās præſentē tex.dicit,Nō eſt ſimpliciter tenēdū,q̄ ſit alia potētia,qua itellect⁹ cognoſcit neceſſaria,& qua contingentia : nam vtraq; cognoſcit ſecundum eādē rationē entis & veri:vnde & neceſſaria,quę habent perfectū eſſe in veritate,perfectè cognoſcit vt pote ad earum quidditatem pertingēs,per quā ꝓpria accidētia de eis demōſtrat.Contingentia verò imperfectè cognoſcit,ſicut & habent eſſe imperfectū & veritatē. Perfectū autē & imperfectū in actu non diuerſificant potentiā, ſed diuerſificant act⁹ per modum agendi,ex conſequenti principia actuum & ipſos habitus. Et ideo philoſophus poſuit duas particulas animæ ſcientificū & ratiocinatiuum,nō q̄a ſint duæ potentiæ,ſed q̄a diſtinguunt ſecundum diuerſā aptitudinē ad diuerſos habitus intellectuales, ſcilicet ſciētiā artem,prudentiā,&c.Nā de his habitib⁹ inquirit illic Philoſophus & intendit B.Tho. q̄ intellect⁹ dupliciter conſideratur,primo ſecūdum ſe,ſecundo vt eſt ſub diuerſo habitu, puta intellect⁹ ſub ſcientia & intellect⁹ ſub arte,& ſub prudentia,vt eſt ſub ſcientia dicit pars ſcientifica,& vt cognoſcit neceſſaria:vt eſt ſub arte & prudentia dicit pars ratiocinatiua,& cōſiliatiua,& vt ſic cognoſcit cōtingentia. Licet autē intellectus ſecundum ſe non diſtinguat in diuerſa genere vt diſtinguunt hęc obiecta neceſſarium & cōtingēs tñ intellectus,vt eſt ſub ſcientia:diſtinguitur genere, vt eſt ſub arte vel prudentia,nō rōne ſui, ſed rōne habituū: ſicut diſtinguit genere pomū album pomū dulce,nō vt pomum, q̄m vt ſic eſt vnum numero,ſed ratione albi & dulcis differentium genere:& in hoc ſenſu intendit loqui Ari. Cui⁹ ſignum eſt,q̄ in ꝓbatione ſua aſſumit cognitionem fieri ꝑ aſſimilationem cognoſcentis ad cognitum.Cōſtat autē q̄d aſſimilatio fit ꝑ ſpeciem,aut ꝑ habitum.Potentia enim nō ſe ipſa aſsimilatur obiecto,ſed per habitum,Et ideo Ari.ꝑ particulas animæ, nō intendit potentias animæ , ſecundū : ſed eandē vt ſtat ſub diſtinctis habitib.ex quorū vno denominat ſciētifica,ex alio ratiocinatiua.Hęc de ꝓſenti cap.dicta ſint.

Intellectus vt habituat⁹ ſcientia, ſciētificus eſt & neceſſaria attingit: vt autem habituatus arte vel prudentia,ratiocinatiuus eſt & cōtingētia attingit.

CAPVT II.

De principiis humanorum actuum.

Ex 6. Ethic.c.

IN ſecundo capite aduerte q̄ Ari.proponit tria, quæ poſſent extimari principia actus humani,id eſt liberi,ſcilicet ſenſum,intellectum,appetitum:his enim tribus mouent animalia, vt declaratum eſt in libro tertio de anima , in tract. de potentia motiua.Intellectum autem intēdit diſtinguere in practicum, & ſpeculatiuum , ſicut & in tertio de anima & determinare de habitibus, intellectualibus, qui ſunt in vtroq; intellectu,vt manifeſtabitur infrà.Et id totum faciet Ariſtot. vt ſciamus , quomodo , & quando , & per quem habitum efficitur recta ratio in nobis, ſiue rectum dictamen rationis, ad quod ſequitur ſtudioſa & bona electio:

quæ eſt

quę eſt principium virtutis moralis. Sumus enim boni moraliter,ſi bene eligimus in agendis,mali autem ſi malè eligimus.Pro reſolutione igitur preſentis propoſiti tria agenda ſunt ex intentione Ari. primo declarandum eſt quæ & quot videntur eſſe principia in nobis actus liberi,qui ꝓprie dr̃ humanus,eo ꝙ eſt in dominio & poteſtate hominis ſic agere & non agere:& qûo taliû principiorum actus adinuicem concordant.Secundò qûo intellectus tam ſpeculatiuus quàm practicus ſe habent ad obiectum & actum ſuû. Tertiò quod ſit proprium opus,& quę propriè virtutes vtriuſque intellectus.

ſenſus non eſt principium liberi actus.

Quantùm ad primum dicit Ari.ꝙ primo aſpectu videtur eſſe in anima tria,quæ habent dominiû,vt principia cognitionis veræ & actus,ſ.liberi.Sed pro veritate ſenſus non eſt principium actus liberi,aliter ſequitur, ꝙ cum in brutis ſit ſenſus,in eis eſſet actus liber: quod eſt falſum:homo enim non cõicat cum beſtijs in libertate arbitrij, qm̃ illæ viuunt & ducuntur appetitu & inſtinctu naturæ. Propterea dixit in primo Metaphyſicę,ꝙ cætera animalia imaginationibus & memorijs viuunt:hominum autem genus arte & rationibus. Reſtat ergo vt intellectus & appetitus ſint principia actus liberi,& ſic concluſit in tertio de anima textu quadrageſimooctauo,vbi inquit.Vtraque ergo hæc motiua,intellectus & appetitus.Sed aduerte ꝙ per intellectum practicum quod expreſsit in tertio de Anima in textu quadrageſimonono,vbi inquit,Hæc duo videntur mouentia, appetitus & intelligentia practica.Quomodo autem differant intellect⁹ practicus & ſpeculatiuus iam declaratum eſt in tertio de Anima in textu quadrageſimonono.

Actus appet⁹, qui ſunt fuga mali, & proſecutio boni correſpondent actib. intellectus practici, qui ſunt affirmatio, & negatio.

Quòd autem tam intellectus practici quàm appetitus actus correſpondeant adinuicem & ꝓportionentur declaratur ſic.Intellectus practicus ratiocinatur ꝓpter aliquid, id eſt ꝓpter opus, quod eſt finis eius. Hęc igitur ratiocinatio,vel eſt affirmatio,vel negatio,id eſt vel diſcurrit & concludit hoc,vt bonum agendum,& ſic affirmat:vel diſcurrit & concludit hoc,vt malum nõ agendum,ſed & fugiendum & ſic negat.Iſtis duobus actibus correſpondent duo actus appetit⁹:nam affirmationi intellectus practici correſpõdet affirmatio appetitus,ſ.velle,vel ꝓſecutio boni: & negationi negatio,ſcilicet nolle vel fuga mali.

Et aduerte,qm̃ dicit Ari.ꝙ ſicut intellectus affirmat, aut negat,ſic appetitus ꝓſequitur per velle,aut fugit per nolle non intendit per affirmationem ſimplicem ꝓpoſitionem affirmatiuam,nec per negationem ſimplicem negatiuam,ſed per affirmationem,intendit aſſenſum intellectus practici,& per negationem diſſenſum.

Ex his autem concludit Ari.ꝙ cùm virtus moralis ſit habitus electiuus,vt declarauimus in libro ſecundo,vt electio ſit appetitus præconſiliati, vt declarauimus in tertio libro ad ipſam requiruntur duo prędicta,ſ.actus intellectus practici,& actus appetitus concordes,vt ſ.ex parte intellectus ſit ratio vera,id eſt ꝙ verè cõcludat quid agendum, vt bonum:& fugiendum,vt malum,& hæc dr̃ ratio recta, ſiue verum & rectum dictamen rationis, vt non ſit aliud rõ recta, quàm vera concluſio,quam facit intellectus practicus rõcinans de agendis,vel vitandis.Et ex parte appetitus, ſit ꝓſecutio,vel fuga recta,i.ꝓut intellectus concluſit affirmatiue,vel negatiue:ſic ſequatur vel vitet appetitus. Hæc autẽ men,i.intellectus, cui ſic concordare debet appetitus, eſt mens practica:& ei⁹ veritas,i.vera cognitio eſt veritas practica,i.ordinata ad opus,quo bonum ꝓſequẽdum eſt & malum vitandum.Nam intellectus ſpeculatiuus,vt dicit Ariſt. in tertio de anima textu quadrageſimo ſexto, nihil ſpeculatur circa agibile,nec aliquis dicit,id eſt concludit de fugibili,vel ꝓſequibili:& id magis manifeſtabitur in ſequentib.

Recta ratio quæ dicatur.

Intellectus practicus & ſpeculatiuus quo conueniant & differant.

Quantũm ad ſm aduerte quo ad obiectum,quod intellectus ſpeculatiuus & practicus in vno conueniunt,& in alio differunt.Cõueniunt quidem in hoc,ꝙ vterque verſatur circa verum & falſum.Proprium eſt em̃ cuiuslibet intellectus dicere verum,aut falſum.Sed differunt in hoc, ꝙ bonum & perfectio intellectus ſpeculatiui conſiſtit in vero abſolute ſumpto,& malũ ac imperfectio eius in falſo abſolute ſumpto.Sed bonum ac perfectio intellectus practici non eſt verum abſolute ſumptum,ſed verum concordans ſiue correſpondens appetitui recto.

Quantum autem ad actum,ſ.humanum, id eſt, liberum, dico ꝙ tam appetitus quàm intellectus, qui dicitur ratio, ſunt principia eius effectiua. Et ſic probatur ex intentione Ari.Appetitus & ratio ſunt principia effectiua electionis,vt declaratum eſt in libro tertio,& electio eſt principium effectiuum actus humani:nam,verbi gratia,cũ poſſem comedere & non comedere,ſi ratio concluſit comedendum eſſe & appetitus elegit comedere,ab electione ꝓuenit comedere.Cum igitur quod eſt cauſa effectiua cauſę ſit cauſa effectiua cauſati,ſi appetitus & ratio ſunt cauſa effectiua electionis:& electio ſit cauſa effectiua actus humani, ſequitur ꝙ & appetitus & rõ ſunt cã effectiua eiuſdẽ:& qm̃ electio eſt effectiue ab appetitu,in quo ſunt virtutes morales, & à rõne,ideò ſm Ariſt.non põt eſſe electio ſine ratione & habitu morali,quod ſic declaratur. Electio eſt cã bonę & malæ actionis moralis:nam ſi bene eligimus:bene moraliter agimus ſi male,male.Sed bona & mala actio moralis nõ poteſt eſſe ſine ratione & habitu morali.

Electionis actus nõ poteſt eſſe abſque habitu morali.

Sed aduerte,ꝙ Ari.non intendit hic de electione,& bona,ſiue mala actione morali abſolute ſumpta.Non enim inconuenit hominem nondum habentem habitum iuſtitiæ eligere facere opus iuſtum,aliter ex frequẽtatis actibus nõ generaretur in nobis habitus moralis,ſed intendit de electione perfecta & prompta & ſimiliter de actione,quæ proculdubio ſupponunt habitum,quo inclinatur appetitus vt prõpte & faciliter eligat & operetur tam in bonum,ſi eſt habitus bonus, quàm in malum,ſi eſt habitus malus.

Appetitus & ratio practica ſunt principium humani & liberi actus.

Patet igitur ꝙ tam appetitus,quàm ratio ſunt principia actus humani,qui eſt circa bonum proſequendum, aut malum fugiendum ; ſed non omnis ratio eſt principium hmõi actus:nam ratio ſpeculatiua quam Ari.vocat mentem,nihil mouet,quia,vt dr̃ tertio de Anima, textu quadrageſimoſexto,nihil concludit de agibili aut fugibili,ſed ſiſtit in cognitione veritatis.Ratio aũt practica eſt hmõi principium, qm̃ veritaté ordinat ad opus,& ad operabile particulare, vt ad finem quod patet ex eo,ꝙ ratio practica dominatur operationi actiuæ,quæ non tranſit in materiam exteriorem, ſed permanet in agente,vt iraſci & concupiſcere:& operationi factiuæ,quæ tranſit in materiam exteriorem, vt ędificare: quarum tñ vtraque eſt propter finem, vt declaratum eſt in libro nono Metap.Et quoniam electio eſt principium actus hnmani,vt dictum eſt,& principia electionis ſunt non ſolus intellectus,nec ſolus appetitus,ſed vterque, vt declaratum eſt in tertio libro:ideo inquit Ari.ſequitur ex dictis corollariè,ꝙ electio eſt intellectus appetitiuus,vel appetitus intellectiuus,quod ſi dicatur primo modo,eſt eſſentialiter actus intellectus ſm ꝙ dirigit & regulat appetitum ſi ſecũdo modo,ſic eſt eſſentialiter actus appetitus vt regulatur ab intellectu practico,& hoc vt inquit Bea.Tho.exponens videtur eſſe verius,vt patet ex tertio libro,vbi diffinitur ſic:electio eſt actus voluntatis præconſiliatus:& etiam patet eo ꝙ bonum quod eſt obiectum appetitus eſt obiectum voluntatis: quicunque enim eligit:bonum vel apparens bonum vel minus malum quod reputatur bonum:in cõparatione ad maius malum eligit.

Electio quid ſit.

Electio eſt circa bonum futurum cõtingens.

Tu tamen aduerte,vt dicit Ari.ꝙ licet electio ſit circa bonum,non tñ omne bonum eſt eligibile,niſi cum duplici cõditione.Primo quod ſit bonum contingens,potens aliter & aliter eſſe,aut euenire.nam cum electio,vt dictum eſt in tertio libro ſequatur conſilium,& conſilium, vt illic determinatum eſt,non ſit de neceſſarijs,ſed de contingentib.ſequit̃ ꝙ electio non cadit ſuper bonum immutabile, ſed contingens & variabile:vnde nullus eligit comedere,vt viuat,ſed eligit talem vel talem cibum comedere,vt viuat aut ſane viuat.Secundo quod ſit bonum futurum:nam ſicut conſilium non eſt de præterito, quia non poteſt fieri quin ſit præteritum etiam per diuinam virtutem,vnde Ariſtotel.allegat dictum Agathonis poetæ dicentis , ſolo hoc priuatur Deus, infecta facere quæcunque ſunt facta, ſic nec electio eſt de præterito,ideo vt dicit Ari.nullus eligit Ilion captam fuiſſe.

Practici à ſpeculatiuo diſcrimen.

Quantum ad tertium aduerte,ex intentione Ari. ꝙ opus proprium tam intellectus ſpeculatiui,quàm practici, eſt cognitio veritatis,ſed differenter,vt etiam dictum eſt in ſecũdo metaph.quoniam ſpeculatiuus ſiſtit in cognitione veritatis,& ea contentatur,vt fine adepto.Practicus autem vltra procedit,ſ.ad opus,quod dicitur praxis:quæ quid ſit,& cuius potentię,& quomodo differat à ſpeculatione, determinauimus in quæſtionibus noſtris in ſexto libro metaphyſicę.

Ex 6. Ethi.c.ã.

Virtutes aũt ſiue habitus proprij & perfectiui vtriuſque intellectus ſunt illi,per quos vterq; intellectus dicit verũ. Nam vt dicit in ſeptimo phyſ.omnis diſpoſitio perfecti ſub iecti ad optimum eius opus,eſt virtus & perfectio talis ſub iecti:ſed habitus,ſecundum quem intellectus dicit verum,

est disposition eius, vt perfecti ad optimum eius opus, quod consistit in dicere verum: ergo talis habitus est virtus & perfectio intellectus. Et super hanc rationem fundatus Ari. descendit ad tractandum in particulari de habitibus, fm quos intellectus dicit verum, & enumerans eos inquit, Sunt vtiq; s. habitus, quibus verum dicit anima affirmādo vel negādo quinque fm numerum. Hęc autem sunt, Scientia, Ars, Prudētia, Sapiētia, & Intellectus. Suspicione verò & opinione cō tingit dicere falsum. Hęc de pręsenti capite dicta sint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS in sextum librum Ethicorum, sex complexus capitibus.

¶De virtutibus intellectualibus.

IN hoc secundo tractatu iuxta ordinem positū in principio hui⁹ sexti libri descendendum est ad considerationem specialem habituum, siue virtutum intellectualium. Et diuidemus præsentem tractatum in septem capita. In primo agendum est de sufficiētia habituum intellectualium, & de eorū differentia à virtutib. moralib⁹, q̄ sunt in parte appetitiua, ex quibus oēs illæ, de quibus tractauimus in tertio & quarto libro sunt in parte appetitiua sensitiua, vt est apta regulari per rōnem. Iustitia autē de qua actū est in libro quinto, est in appetitu intellectiuo, qui dicitur voluntas.

In secundo agendum est de scientia. In tertio de arte. In quarto de prudentia. In quinto de intellectu, id est, de habitu primorum principiorum. In sexto de sapiētia. In septimo quæ ex virtutib. intellectualibus sit præcipua & principalissima circa res humanas, vtrum sapientia, vel prudentia, &c.

CAPVT I.

Quinque tātum esse intellectuales habitus: scilicet, Sapiētia, Ars, Prudētia, & intellectus.

IN primo cap. aduerte, q̄ sufficientia horum quinque habituum intellectualium sic sumitur, Omnis habitus intellectualis perficit intellectum quo ad cognitionem veri. Dictum est enim, q̄ p̄fectio intellectus tam speculatiui quàm practici consistit in dicere verum, seu in cognitione veritatis. Omne aūt verū vel est necessarium vel contingens. Ergo omnis virtus intellectualis est circa necessaria, vel contingētia. Si circa contingētia, vel illa sunt factibilia in materia exteriori, & sic circa ea ponit ars. Q̄m, vt dicemus infrà, ars est recta ratio, siue regula rerum factibilium: vel sunt agibilia, quæ permanent in operante, ita q̄ nō trascunt in materiam exteriorem, & sic circa ea ponitur prudētia, quæ, vt dicemus infra ponit recta ratio & regula rerū agibilū. Si circa necessaria, aut illa sunt principia prima necessaria, super quæ fundatur, omnis scientia, & sic est intellectus: qui, vt dicemus infra, est habitus primorū principiorum, quorum cognitio inest nobis à natura, vt declarauimus in secūdo Metaph. in q. nostris: aut illa sunt deducta ex principijs necessarijs, & sic est scia, quæ est effectus demonstrationis, & sapiētia, quæ circa altissimas causas versatur, vt declarabim⁹ infra assignantes differentiam inter scientiam & sapientiam.

Intellectuales habitus quomodo p̄ficiant habētem aduntissipsis virtutibus.

Quę autem sit præcipua differentia inter virtutes morales & intellectuales hinc accipere potes. Licet vtræque præbeant operanti facultatem bene operandi, tñ differunt in hoc, q̄ virtutes morales non solum p̄bent operanti facultatem bñ operandi, sed etiam operantem faciunt bonum, & vsum & actū ipsius virtutis esse bonum. Nullus enim male vtitur tēperantia, nec fortitudine, nec veritate, nec iustitia: & id competit eis ex hoc, q̄ sunt inclinationes partis appetitiuę, q̄ faciunt bene vti omnib. potentijs & habitib. Sed habitus intellectuales dicūtur virtutes ex hoc solo, q̄ præbēt operanti facultatem bñ operandi, s. cognoscendi verū: sed nō faciūt bñ vti potentia nel habitu. Pōt em̄ quis vti scientia & arte in malum, vnde ad hoc quod quis bene vtatur his habitibus, requiritur voluntas, q̄ præcipiat intellectui ne male vtatur habitib. intellectualibus, & ꝓpterea ad hoc q̄ habitus intellectuales faciant bonū habentē necesse est vt sint coniuncti virtutib. moralibus, aliter sunt multoties occasiones malæ & vitiosæ vitę: vt dicemus alias. Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

De Scientiæ Obiecto, & eius generatione, & quid sit.

Ethic. 6. Cap. 3.

IN secundo capite agendum est de scientia, de qua Aristo. fundatis se super ea, quæ pertractauit in primo posterio-

rum, de scire & de scibili & de sciētia & de demonstratione causatiua, sciētię, hic tria dicit de ea: primo de materia siue de obiecto, de quo potest esse scientia, Secūdò de causa eius. tertiò de diffinitione eius.

Scientia obiectum est ens necessarium & immutabile.

Quantùm ad primum dicit Aristo. q̄ sumendo scientiam ꝓprie dictam, quæ dicit certam & determinatam & infallibilem cognitionem rei, & non secundum similitudinem, sicut quando dicim⁹, Scio quod nunc Sortes sedet eò quòd sic cadat sub sensu. & idem dico de aliis sensibilib⁹, quandiu cadunt sub sensu: quæ tamen non verè & propriè sciuntur, quoniam cessant sentiri nescimus vtrum sint, vel nō sint. Sumēdo inquam scientiam propriè dictam dicit. Arist. quòd est solum de re, quę nō contingit aliter se habere: vnde dixit in primo posteriorum, quòd scire est rem p causam cognoscere, & quoniā illius est causa, & nō contingit aliter se habere. Ex quib⁹ sequitur correlarie ex intentione Arist. quòd si nullū scibile potest aliter se habere, ergo omne scibile vt scibile est necessariū & æternū & ingenitū & icorruptibile.

De contingentibus contingit esse scientiam, secundū rationes aternas.

Sed dices, ergo de naturalib⁹ elemētis & elemētatis non erit sciētia, & sic physica nō erit sciētia: q̄m huiusmodi naturalia sunt trāsmutabilia, & generabilia, & corruptibilia.

Respōdetur. De hoc satis dixim⁹ in libris physicorum in q. nostris. Pro nunc autem dico quòd de generalibus & corruptibilibus naturalib⁹ nō est physica, vt sunt quędam particularia: quoniā vt sic contingentia sunt & trans mutabilia & de eis nulla habetur cognitio nisi vt sentiunt. Potest au tem de eis haberi scientia secūdum rationes eorum vniuersales, quæ vt vniuersales, sunt necessariæ & semper. Omnis enim conclusio scibilis est vniuersalis, & vt sic est sēpiterna & immutabilis veritatis, vt determinauimus in libro nono Metaphysicæ in quæstionibus nostris.

Scientia ac quisiti contingit per doctrinam ex præcognitis principiis inductione, vel syllogismo notis, & sic ex demonstratione fit scientia.

Quantùm ad secundum aduerte quo ad causam & originem scientiæ, quod Arist. duo tradit. primò q̄ omnis scientia est docilis, i. p doctrinam docentis est generabilis in intellectu addiscētis, ꝓpter hoc differt ab omni notitia gnomica, de qua dicem⁹ infra, cū loquemur de gnomi. Illa enim partim est à natura, partim p inuētionem, & experientiam & doceri nō potest. Nec eugnomones, i. habentes talem notitiā possunt eam docere. Omnis tamen sciens scientia, de qua hic loqmur potest eā docere, vnde dixit Arist. in prœmio Metaphysicæ, Signum scientis est posse docere, & sicut omnis scientia est docilis & addiscibilis, sic inq̄t Aris. omne scibile est docile & addiscibile. secūdo q̄ omnis sciētia siue doctrina fit ex præcognitis vt dictū est in primo Posteriorū. Impossibile est enim venire in cognitionem ignoti nisi ex aliquo prius noto, ex præcognitis autē fit doctrina duob⁹ modis, s. ex inductiōe & syllogismo. Inductio fit ex singularibus per experiētiam ex prœmio Methaphysicæ vt cognoscantur principia vniuersalia. Ex principiis vniuersalib. ꝓcognitis ex inductiōe fit syllogism⁹, ex syllogismo modo sit demonstratiuus causat scientia, & sic patet q̄d scientia sumit originem à syllogismo demonstratiuo: qui sumit certitudinem & veritatē ex suis principiis vniuersalibus: quæ sumunt certitudinem & euidētiam ab inductione: q̄ sumit firmitatē & euidentiam ab ipso rerum intuitu sumpto per experientiam.

Quantùm ad tertiū ex prædictis Arist. sic diffinit sciētiā. Scientia est habit⁹ demonstratiuus, i. per demonstrationem acquisitus, seruatis illis cōditionib. quæ pertractatæ sunt in primo posteriorū, & præcipuè quòd sit ex principiis prius & magis creditis ac notis sciēti quā ipsa cōclusio. Oportet enim vt id quod est ratio cognoscēdi alterū sit magis notū. Nā si sciens nō magis & prius cognosceret principia quam conclusionem, non per se, sed per accidens haberet sciētiā de cōclusione, pro quanto cōtingere posset quòd hanc cōclusionē, A scit per alia principia quā per ista, quæ non magis & ꝑpri⁹ cognoscit. Hæc de sciētia dicta sint per hūc modum. i. breuiter & summariè. Hoc enim sufficit negotio morali: nā de ea ad plenum tractare spectat ad logicum, & sic fecit Arist. in analyticis posteriorib. Hæc de secundo capite dicta sint.

CAPVT III.

De arte.

Ethic. 6. Cap. 4.

IN tertio capite postquā actum est de scientia perfectiua intellectus circa necessaria & immutabilia vt visum est in capite præcedenti: nūc agēdum est de arte perfectiua intellectus circa contingentia & variabilia, de qua quinq; ptractanda sunt. Primo declarādum est quod vltra artem datur alius habit⁹ in intellectu circa cōtingentia regulatiuus. Secundo diffiniēda est ars. Tertio agendū est de operationib⁹ artis

artis. Quartò declarandum eſt à quibus differt ars, & cum quo conuenit. Quintò agendum eſt de habitu oppoſito arti quem Ari. vocat atechniam, & Latini dicunt inertiam.

In intellectu practico ſunt duo habitus: alter directiuus actionum immanentium quieſt prudentia: alter verò actionum tranſeuntium, qui eſt ars.

Quantùm ad primum intendit Ariſ. hanc concluſionem, dantur in intellectu duo habitus realiter diſtincti, qui ſunt circa cõtingentia regulanda, quorum vnus eſt prudentia, alter verò ars, hæc ſic probatur, Habitus diſtinguuntur per obiecta, ſed contingens diuiditur in duo, ſ. in agibile & factibile & hæc ſunt diuerſa, ex eo q̃ agibile actione eſt agibile, & factibile factiõe eſt factibile. Actio aũt differt à factione vt declaratum eſt in externis ſermonib. id eſt in libro nono Metaphyſicæ vbi dr̃, q̃ actio eſt operatio manens in agẽte, vt intelligere velle, & videre: factio autem eſt operatio tranſiens in materiam exterioré, vt ædificare, ſcribere. Q̃m igitur habitus diſtinguuntur per obiecta, & agibile contingens & factibile contingens ſunt diuerſa obiecta, ſequitur q̃ in intellectu ſunt duo habitus circa contingentia regulãda, quorum vnus eſt actiuus cum ratione, id eſt regulatiuus actionum immanẽtium, & hic eſt prudentia, vt dicemus infra. Alter vero eſt factiuus, id eſt regulatiuus operationum, quæ tranſeunt in materiam exteriorem, ad inducendum aliquam formam accidentalem in materia, & dr̃ ars. Et hi duo habitus adeo ſunt diuerſi q̃ vnus non continetur ſub alio, ſicut nec actio ſub factione, nec ecõuerſo. Patet igitur qũo in intellectu ſunt duo diſtincti habitus regulatiui cõtingentium, quæ à nobis aguntur & fiunt.

Actio immanens & tranſiens quomodo ſumãtur in moralib.

Tu tñ aduerte, q̃ ſm aliquos Ari. per actionem & factionem non intendit diſtinctionem, quam poſuit in libro nono Metaphyſicæ de actione immanenti & tranſeunte, ſed per actionem intendit quamcunque operationem ſubiectam electioni, quæ ſortitur bonitatem & malitiam, rectitudinẽ & obliquitatem in ordine ad principium electiuum, quod eſt voluntas: per factionem autem intendit omnem operationem ſubiectam regulæ mentis factiuæ, quæ ſortitur bonitatem & malitiam, obliquitatem & rectitudinem in habitudine ad rationem mentis factiuę, quæ nihil dicit de bonitate, aut rectitudine facientis, nec de rectitudine appetitus, ſed tãtum de rectitudine & perfectione operati, & operationis. Nam ſtat q̃ aliquid ſit optimè factũ & elaboratũ, quod tñ eſt peſsimè prælectum, verbi gratia, Sortes facit idolum perfectiſsimè fabricatum ſm artem ſtatuificam ad committendam idololatriam. Illud quidem idolum poteſt eſſe optimè factũ ſm artem, & ſic factio illa erit optima. Et tñ erit peſsimè electum, q̃m propter idololatriam & contra conſcientiam, & ſic actio, id eſt electio erit peſsima.

Contingentia vt humana non operis ſæmẽtiæ cadunt ſub habitu practico.

Aduerte iterum, q̃ cognitio contingentium; circa quæ verſatur prudentia & ars, dupliciter conſiderari põt. primo ſm ſe & præciſè, & vt ſic prætermittuntur ab intellectu q̃m cum intellectus perficiatur cognitione veritatis, & contingentia quo ad ſolam cognitionem non poſſunt habere certitudinem veritatis talem q̃ excludatur omnis falſitas: ideo prętermittuntur vt non ſcibilia, & relinquuntur ſenſui ſenſibilia, ideo dixit ſupra Ariſto. contingentia non eſſe ſcibilia, quoniam poſſunt aliter ſe habere, & q̃ñ definunt ſentiri, latet nos ſi ſunt vel non ſunt. ſecundo poſſunt conſiderari inquantum eorum cognitio eſt directiua humanæ operationis, quæ circa contingentia verſatur, & ſic eſt vtilis eorum cognitio, & circa ea vt ſic, ponitur habitus actiuus & factiuus, & ſcientię practicæ verſantur circa hmõi. Speculatiuæ autem non verſantur circa contingentia niſi quo ad rationes vniuerſales eorum, quas ſupra diximus eſſe neceſſarias & immutabiles.

Ars quid ſit.

Quantùm ad ſm aduerte, q̃ Ariſt. ſic diffinit Artem. Ars eſt habitus cum ratione factiuus. quod quidem inductione manifeſtat. Nam conſtat, q̃ habitus ędificatiuus cum ratione eſt ars, & habitus cum ratione ſcriptiuus, & figuratiuus, & ſtatuæ factiuus eſt ars: & ſic de alijs & econuerſo: ergo nulla eſt ars quę non ſit talis habitus: ergo diffinitio eſt vera.

Ars trifariã ſumitur.

Vt autem ſcias qũo & in quo ſenſu Ari. diffinit hîc artẽ, aduerte q̃ ars dicit tribus modis. Primo de habitu, qui indifferenter ſe habet ad ſcientiam & non ſcientiam. Secundo de habitu, qui vere eſt ſcientia. Tertio de habitu diuiſo contra ſcientiam, ſicut diuiditur cõtingens, de quo eſt ars, ὁ neceſſarium, de quo eſt ſcia. Primo mõ nõ diffinitur hîc ſed ſic diffinitur. Ars eſt plurium p̃ceptorum collectio ad vnum finem tendentium & hęc eſt diffinitio Ciceronis in rhetorica ſua, quæ competit habitui ſcientifico & non ſcientifico. talis em̃ p̃ceptorum collectio inueniri põt in doctrinis tam ſcientificis quã non ſciẽtificis. In omni em̃ artificio ſunt determinatæ regulæ operãdi quę poſſunt, dici artis pręcepta.

Nec ſecundo mõ diffinitur hic q̃m vt ſic non condiuideretur ὁ ſcientiam, nec eſſet circa contingentia, ſed circa neceſſaria ſicut ſcientia. Conſtat autem q̃ Ariſt. in aſsignatione habituum intellectualium diſtinguit artem à ſcientia, & obiectum artis ab obiecto ſcientię. Tertio autem modo diffinitur hic, & extendit ſe ad artes mechanicas, quę magis inuentę ſunt ad neceſsitatem vitę humanæ, quam ad perfectionem intellectus. Nec artes liberales continentur ſub arte hic diffinita, illæ enim ſunt habitus ſcientifici. Quod ſi vis claram diffinitionem habere de arte vt hic accipitur ab Ari. ſic diffinias, Ars eſt habitus factionis cum rõne directiuus, quæ quidẽ factio eſt omnis operatio virtuti corporali ſubijcibilis, & nata eſt habere omnem rectitudinem ſibi conuenientem, ſine rectitudine operantis. Rõ enim artis nihil dicit de rectitudine operantis, ſed tantum de rectitudine operis. Nam ędificator cum intentione peſsima poteſt ędificare fortiſsimum & optimè diſpoſitum caſtrum ſm artem & regulas ædificandi. Hinc eſt q̃ hęc conſequentia non valet, Sortes eſt bonus artifex, ergo eſt bonus: nam ly bonus abſolutè ſumptus ſignat bonitatem moralem, quę nõ includitur in bonitate artis.

Artis definitio cõpleta.

Artis tres ſunt operationes.

Quantùm ad tertium vt ſcias quot ſunt operationes artis & circa quid verſatur ars vt circa ꝓpriam materiam aduerte, q̃ in arte tres inueniuntur opationes. Prima eſt conſiderare & ſpeculari qualiter & qũo ſit opus artis faciẽdum puta qũo fienda ſit ſtatua Mercurij. Secunda eſt operari in materia exteriori iuxta conſideratiõẽ factam: puta incidere lapidem ad formandum ſtatuam Mercurij. Tertia eſt conſiderare opus iam fabricatum: ſi bene ſe habet ſm regulas artis, puta ſi ſtatua Mercurij iam fabricata habet debitas ꝓportiones ſuas. Prima & tertia ſunt actiones immanentes q̃m ſunt cognitiones ſiue ſpeculationes, quę permanent in ſpeculante. Secunda autem ꝓpriè eſt factio, quoniam eſt circa materiam exteriorem tranſmutandam. Et ab ea habet ars q̃ ſit habitus cum rõne factiuus, id eſt operatiuus in materia exteriori. Obiectum autem ſiue materia artis eſt res factibilis per artem, contingens eſſe & non eſſe, puta gladius, idolum, domus, in quo nõ eſt principium effectiuum factionis, ſed paſsiuum tantum. Ars enim effectiua artificiati non eſt in artificiato, ſed in artifice & in hoc diſtinguuntur artificiata à naturalib. pręcipuè à naturalib. animatis: & declaratum eſt in ſecundo Phyſicorum textu primo.

Artis obiectum.

Ars quomodo diuerſa ſit à ſcientia diuina, Math. Naturali & Prudẽtia & cæteris habitibus intellectualibus.

Quantùm ad quartum aduerte ex intentione Ariſ. q̃ ars ex eo q̃ verſatur circa contingentia, quę poſſunt eſſe & nõ eſſe, & quę ſubijciũtur poteſtati noſtrę, differt primo à ſcia diuina & a mat. q̃m illa ſunt circa entia neceſſaria eo q̃ abſtrahunt à materia, diuina quidem entia abſtrahunt & ſecũdum eſſe & ſecundum rationem. Mathe. autem ſecundum rationem, vt declaratum eſt in ſexto metaphyſic. Secundò differt à ſcientia naturali quoniam illa eſt de ente naturali quod habet principium intrinſecum ſuę generationis: eſt enim natura principium motus & quietis in eo in quo eſt, &c. Sed ars eſt de his, quę habent principium factionis ab extra, id eſt in artifice. Terrtio differt à prudentia: q̃m licet ars & prudentia verſentur circa contingentia: tamen non eodem modo. Prudentia enim eſt directiua actionis immanentis, vt declarabitur. Ars verò actionis tranſeuntis, vt declarauimus ſuprà. Non aſsignat autem Ariſto. differentiam inter artem & ſapientiam: q̃m illa conſtat, verſatur enim ſapientia non circa cõtingentia, ſed circa altiſsimas & immutabiles cauſas. De intellectu etiam, vt eſt habitus primorum principiorũ, patet q̃ differt ab arte: q̃m verſat̃ circa principia neceſſaria & penitus immutabilia. Concordat autem & diſcordat à fortuna. concordat quidem, q̃m vtraque eſt circa cõtingentia extrinſeca, diſcordat autem, quoniam fortuna eſt prẽter intentionem & propoſitum operantis, vt declaratur in ſecundo phyſic. Et ideo dr̃ fortuna eſſe ſine rõne, quæ enim fortuna fiunt, nec rõnata, nec ꝓmeditata ſunt. Ars autem operatur cum præmeditatione, & ex propoſito quia tñ ars & fortuna conueniunt: ideo dixit Agathon poẽta. Ars fortunã dilexit. & fortuna artem: quod ſic habet intelligi. Ars fortunam diligit, q̃m ſępiꝰ quod fortuna incipit ars perficit. verbi gratia. Fortuito inueni iaſpidẽ in luto non elaboratum, & ars aurificis expurgat & figurat. Et fortuna artem diligit: q̃m ſępe fortuna adiuuat artem, ſicut patet in operibus medicinalibus, & in induſtria militari.

Ars quomodo cum fortuna conueniat, & eam dilexiſſe dicatur econtra.

De inertia artis contrariè oppoſita.

Quantum ad quintum aduerte q̃ arti qui eſt habitus cũ ratione vera factiuus opponitur atechnia id eſt inertia, qui eſt habitus cum ratione falſa factiuus circa contingentia,

quę

quę possunt aliter se habere & sunt in ptāte nostra. sicut qui sophisticant medicinalia dicuntur atechni, eo ꝙ exercent artem falsam ꝺriam arti verę. Vnde aduerte, ꝙ aliqui peccant in artificiatis, quia sunt priuati arte vera: nec habent artem falsam, isti dicuntur atechni priuatiuè: & dicuntur operantes, nescientes quō & qualiter operari debeāt: aliqui aūt peccant in artificiatis, quia relinquunt artem veram, & conuertunt se ad artem falsam ꝓpter lucrum sine expensis: aut alia mala intentione, & isti dicuntur atechni ꝺriè, sicut ex proposito falsificantes monetam, medicinalia, &c. & in hoc sensu loquitur Ari. de atechnia: q̄ ꝺr inertia ꝺriè, sicut iniustitia est habitus contrarius iustitię Hæc de Arte vt distinguitur à scientia & prudentia sint dicta, & hic terminatur tertium caput.

CAPVT IIII.

De Prudentia.

Ethic. 6 Cap. 5.

IN quarto capite agendum est de prudentia, q̄ versatur circa contingentia, sicut & ars de quo tria videnda sunt. Primò quid sit prudentia. Secundò quō differt à scientia & arte. Tertiò quod sit obiectum & subiectum prudentiæ.

Prudentes simpliciter qui homines dicantur.

Quantùm ad primum aduerte ex intentione Ari. vt scias quid est prudentia, prius videndū est, quis inter homines sit & dicatur prudens simpliciter & absolutè. Dicit igitur Ari. Illos dicimus prudentes simpliciter, qui possunt bene consiliari circa ꝓpria bona & vtilia non solum in aliquo particulari negocio, puta q̄ sint bona & ꝺferētia ad sanitatē & fortitudinē corporalē, & q̄ nociua sint vitanda ꝓ hmōi conseruatione, sed circa ea vniuersaliter, quę sunt bona & vtilia ad hoc, ꝙ tota humana vita sit bona & bñ disponat: & quidem ꝙ homines hmōi sint simpliciter & vniuersaliter prudentes declarat Ari. tali signo, Illi qui sunt bene consiliatiui in aliquo particulari negotio ad bonum finem, & nō de his quę ad artem pertinēt, qm̄ circa illa est ars, & non prudentia dicuntur prudētes particulares: ergo qui sunt bene cōsiliatiui in quolibet casu & negotio superueniente, merētur dici prudentes absolutè & vniuersaliter.

Prudentia quid sit.

Ex eo aūt ꝙ scimus prudentes esse & dici qui possunt bñ cōsiliari circa bona & mala vniuersaliter quę possunt homini in tota vita cōtingere, relinq̄tur vt dicit Ari. ꝙ prudētia sit verus habitus hominis actiuus circa bona & mala humana. Et cuius quidem diffinitionis prima pars, s. habitus verus constat ex prędictis: nam prudentia est habitus ꝓficiens intellectum, sicut iustitia ꝓficit voluntatem. Intellect⁹ autem non perficitur nisi q̄a dicit verum, vt in principio huius libri dictū est: ergo ad hoc ꝙ prudentia sit habitus perficiens intellectum, necesse est vt sit habitus verus & in hoc ꝺistinguitur ab opinione, q̄ potest esse vera & falsa. Secunda etiā pars, s. cum rōne actiuus, constat ex differentia, quā posuimus inter artem & prudentiam: diximus em̄ artem esse habitum cum ratione factiuum: necesse est ergo prudētiam, quæ versatur circa contingentia humana, esse habitum aut actiuum, aut factiuum: non factiuum, quia non ꝺistingueretur ab arte: ergo primum. Tertia autem pars, s. circa bona & mala humana, q̄ possunt homini contingere: declaranda est tripliciter. primò prouidentia differt ab arte in hoc, ꝙ opus artis non perficit arificē, nec alium hominem, sed artificiatum, quod per artem producitur, & in quo opus artis recipitur. Opus autem prudentis, quod est bene consiliari, & bene ꝓuidere, perficit prudentem, & alium, cui consulit, aut ꝓuidet, non potest aūt perficere, nisi quia bene consulit aut ꝓuidet circa mala, aut bona, quę possunt prudenti & alijs dictim contingere vt humana vita rectè disponatur. Patet ergo ꝙ prudentia est circa bona & mala humana.

Est prudentia circa humana bona & mala.

Secundo Ari. declarat eam à signo tali. Ideo Pericles Philosophus & alij similes illi extimati sunt prudentes, q̄a possunt speculari & bene ꝓuidere bona prosequenda & mala vitanda sibi & alijs, & ideo tales sunt boni administratores familiæ domesticæ, & ciuitatis & regni. Signū est ergo prudentiam versari circa bona & mala humana. Tertio Ari. declarat eandem comparando prudentiam temperantię. Nam apud Græcos temperantia ꝺr sophrosini, id est, cōseruatrix prudentiæ, eo ꝙ temperantia seruat rectum iudicium in agendis & vitandis. Intemperantia autem rectum iudicium corrumpit & peruertit, non circa speculabilia, vt si triangulus habet tres, sed circa ea, quę agenda sunt, aut vitanda ab homine. Ideo autem intemperantia corrumpit iudiciū, q̄a passio dominans per intemperātiam corrumpit veram extimationem, & apprehensionem de fine. Facit em̄ ꝙ malū vī bonum, puta inebriari, fornicari, & bonum vī malum, puta nō vindicare de inimico, vt satisfaciat concupiscentiæ. Et qm̄ tēperantia seruat verā extimationem de fine, ꝓpter quē est agendum, vel nō agendum, eo ꝙ ita frēnat passiones circa delectabile & tristabile, ꝙ non possunt ꝓturbare rectum iudicium rōnis, ideo ꝺr conseruare prudentiam: facit enim ꝙ prudens agnoscit rectum finem, ad quē dirigit cōsilia & prouisiones suas circa bona & mala, quæ homini cōtingere possunt, & sic prudens in tota vita sua bñ & laudabiliter se habet tam in regimine sui, quā eorum, quibus ꝓsidet. Bene igitur diffinitur prudētia, ꝙ est habitus verus actiuus circa bona & mala humana, id est ordinans & disponens hominis bona & mala ad bene viuere per totam vitam.

Tu tñ aduerte ꝙ nisi aliud subintelligatur in hac diffinitione, non cōpetit soli prudentię, imò omni virtuti morali. Nam & iustitia & temperantia, &c. sunt habitus verus operatiuus circa hominis bona & mala. Vt igitur sit ꝓpria prudentię, sic formanda est Prudentia est habitus verus actiu⁹ in particulari, & in actu ꝓ omni occurrente casu circa humana bona & mala. Et ꝓ hanc subintellectā particulā ꝺiffert prudentia à virtute morali: illa em̄ est habitus actiuus nō in actu, sed in habitu, & in vniuersali circa bona & mala. Potes tñ dicere, ꝙ ly actiuus, aliter stat in diffinitione prudentię, & aliter in diffinitione scię moralis. Nam quoad prudentiā dicitur actiuus directiuus, quo ad scientiam moralem dicitur actiuus inclinatiuus.

Completa et propria prudentiæ ꝺefinitio.

Quantū ad ſm aduerte, ꝙ non solum ꝺiffert ars à prudentia quò ad esse habitum actiuum & factiuū, & quo ad obiectum, s. factibile & agibile, sed etiam quò ad vsum: & quò ad peccatum. Quò ad vsum quidem: qm̄ vt quis bene & laudabiliter vtatur arte, nō sufficit ars ꝓfectè acquisita, sed requiritur virtus moralis rectificans vsum artis. Nam stat ꝙ qs vtaf arte, puta ordinādi exercitū in malum & in bonum, in malum quidem, vt patriā ꝓdat, in bonum vt patriā saluet. Vt igitur bñ vtatur tali arte, requiritur virtus moralis. Puta fortitudo & iustitia. Ad hoc autem ꝙ quis bñ vtatur prudētia modo sit vera prudentia, non indiget virtute morali. Dictum enim est, ꝙ bonus finis est principium prudentię: vñ quantūcunque videatur prudens qui vtitur omni ingenio ad ꝓpetrādum malum non ꝓpriè prudens, sed callidus, siue astutus dicendus est. Iudiciū aūt boni finis seruatur ꝓ virtutem moralem. vñ diximus temperātiā conseruatricē esse prudentiæ, quia ꝓ tēperantiā seruatur rectitudo iudicij de agendis, & non agendis ergo vera prudentiā nō indiget virtute morali superueniente, quæ rectificet bonum vsum eius qm̄ prudentia vera semper est coniuncta virtuti morali, puta temperantiæ & iustitię: & ideo vsus eius semꝑ est bonus. Non sic autem est de arte: nam postquam quis artem acquisiuit nisi superueniat virtus moralis faciēs bene vti arte, potest vti arte in bonum & in malum.

Differt prudētia ab arte etiā quo ad vsū & peccatum.

Prudentia vsus semper bonus nō ars tam artis.

Quantū autem ad peccatum ꝺiffert prudenta ab arte: nam si quis ex proposito peccat in arte, ita quòd data opera defectum committit in artificiato, est melior quam qui peccat præter voluntatem: signum est em̄, ꝙ peccat ex eo ꝙ non habet artem: melior est aūt habens artē caręte arte. Melior dico non moraliter, sed quo ad ꝓfectionem intellectus. Circa prudentiam aūt, peior est qui volēs peccat quam qui nolens: sicut & in virtute morali. Nam peior est qui volens relinquit iustitiam quā qui nolēs. Et ratio huius est, q̄a ad veram prudentiam requiritur rectitudo appetitus circa fines, id est circa agenda, & non agēda: quod nō requiritur ad veritatem artis vt dictum est suprà. Et sic cōstat ꝙ prudentia vera & totalis non est sicut ars, quæ consistit in sola veritate rōnis. nam ad artē sufficit scire quō citea tale factabile, puta idolū operandum sit: sed requiritur ꝙ sit ad modū virtutum moraliū in quibus non scire quō operandum sit: puta quō iuste agēdum, sed requiritur rectitudo appetit⁹, quo disponitur virtuosus agere, vt scit esse agendū: & qm̄ prudētia vera est ad modū virtutū moralium requirēs rectitudinē appetitus in agēdis, iō motus fuit D. Linconiēsis ad ponendū prudētiā inter virtutes morales, & inter intellectuales sic ꝺistinguēs, Prudētia vt est cognoscitiua & ꝺsiliatiua & iudicatiua de agēdis & nō agēdis est habitus intellect⁹, isti em̄ sunt actus intellectus: vt aūt est directiua operū moralium, puta fortitudinis, magnanimitatis iustitię, ꝺnumeratur inter virtutes morales: & sic patet ꝙ essentialiter est virt⁹ intellectualis, accessoriè autē & extēsiuè est virt⁹ moralis.

Prudētia est essētialiter virtus ītellectualis, accessoriè autem et extēsiuè moralis

Quātùm ad tertium aduerte, ꝙ Ari. manifestat subiectum & obiectum prudentię cōparando eam opinioni, & declarando in quo cōueniunt & in quo ꝺifferunt. Aduerte igitur ꝙ conueniunt in subiecto & in obiecto. In subiecto quidem

quoniam

qm̃ cum duę ſint partes animæ,vt diximus ſupra.ſ.ſcientificum,quo cognoſcimus neceſſaria & ratiocinatiuũ, quo cognoſcimus contingentia tam prudentia quàm opinio ſunt in parte ratiocinatiua, quam etiam dicimus opinatiuam. In obiecto autem,qm̃ & prudentia & opinio ſunt circa cõtingentia,quæ poſſunt aliter ſe habere.Tu tñ aduerte,quod licet omnis prudentia ſit circa contingentia,non tñ omnis opinio:nam circa æterna & incorruptibila poſſumus habere opiniones.

Prudentia in qua parte animi ſit.

Differunt autem,qm̃ prudentia non eſt habitus conſiſtés in ſola rectitudine rõnis,ſed vltra hoc requirit rectitudiné voluntatis:qm̃ nullus verè prudens eſt prauus.Opinio autẽ quantumcunque vera põt eſſe cum ſola rectitudine rationis:& ſtat vera opinio,puta de eclipſi,in homine vitioſo,ſicut & vera ars & vera ſcía. Differunt etiam qm̃ & opinionis veræ ſicut & artis,& ſcientiæ poſſumus obliuiſci,prudentiæ autem non poſſumus obliuiſci:qm̃ cum requirat rectitudinem voluntatis,vt diximus,quandiu manet illa recti tudo exercemus nos in operib.prudentiæ: & ſic non põt ꝑ obliuionem ceſſare.Patet igitur quid ſit prudentia & circa quę & in qua parte animæ ſit:Et ſi quæras vtrum circa facti bilia exteriora poſsit eſſe prudentia, ꝓcipuè cum famoſum ſit, ꝑfectiſsimum in arte vocari prudentem:vt prudentẽ dicem,prudentem nautam,prudentem pictorem,&c. Rñdeo, & dico ꝙ circa factibilia põt quis dici prudens,tñ cum additione:vt prudens ædificator:quia bñ præmeditatur & cõſulit & iudicat de his,quæ ad ãrtem ſuã ſpectant:ſine additione autem nullus artifex dici poteſt abſolutè prudens,in quantum artifex:qm̃ vt diximꝰ ꝛ. Prudentia ſimpl'r dicta eſt bene ꝺſiliatiua de his,quę cõferũt homini ad totã eius vitã rectè diſponendã,& ſic patet ꝙ nulla ars põt dici prudẽtia ſimpliciter:nec aliquis artifex põt dici prudens niſi cũ addi tione,vt dictum eſt.Hęc de prudentia ad intentionem Ariſ. dicta ſint.Et hic terminatur caput quartum.

Nullus prudẽs vere, eſt prauus.

Prudentia num extẽdatur ad facilibilia.

CAPVT V.

De habitu primorum principiorum complexorum, qui intellectus dicitur.

IN quinto capite agendum eſt de intellectu,qui eſt habitꝰ primorum principiorum complexorum indemonſtrabilium.Verum,qa de his pertractauit Ariſ.in primo poſteriorum,& de eis qõnem fecimus in ſecũdo libro Metaphyſicę, ideo Ari.hic paucis ſe expedit,& intendit hãc ꝺcluſionem. Intellectus eſt habitus primorum principiorum demõſtrationis indemonſtrabiliũ.Hæc ſic ꝓbatur ex intentione Ari. De talibus principijs datur vnus habitus intellectualis: & non eſt ſcientia,nec ars,nec prudentia,nec ſapiẽtia:ergo eſt intellectus.Patet conſequentia : qm̃ habitus intellectuales, in quibus intellectus dicit verum , non ſunt niſi quinque,vt declaratum eſt ſuprà,qñ aſsignauimus eorum ſufficientiam ergo,ſi non eſt ſcía,nec ars,nec prudentia,nec ſapientia,ſupereſt ꝙ ſit intellectus.Prima pars antecedentis ꝓbatur:qa ex quo talia principia ſunt ſemper vera , & ſunt diſtincta à concluſionib. demonſtrabilibus, vr̃ eſſe rationabile ꝙ ſicut de concluſionibus demonſtrabilibus datur vnus habitus intellectualis,qui eſt ſcientia,ſic de hmõi principijs daꝛ vnus habitus,qui dr̃ intellectus. Quare aũt ſic nominetur declarabitur infrà.Secunda autem pars antecedentis ſic manifeſtatur.Et primò ꝙ non ſit ſcía,qm̃ ſcientia eſt habitus cõclu ſionis neceſſariæ,demonſtrabilis per aliqua principia indemonſtrabilia.Sed prima principia non ſunt demonſtrabilia, aliter principij eſſet principium in infinitum,non ergo habi tus primorum principiorum poteſt dici ſcientia. Secundò non eſt ars nec prudentia,qm̃ vt dictum eſt ſuprà,ars & pru dentia ſunt de cõtingentib.Principia autem prima ſunt om nino neceſſaria:ergo,&c.Tertiò non eſt ſapientia:qm̃ ad ſa pientiam ſpectat demonſtrare de primis cauſis entium,quę ſunt entia abſtracta,vt declaratum eſt in ꝓœmio Metaphyſicę:ſed prima principia demõſtrationis nullo mõ ſunt demonſtrabilia:ergo,&c.Cùm igitur habitus primorum principiorum non ſit ſcientia,nec ars,nec prudentia,nec ſapientia,relinquitur quòd ſit intellectus.

Ex ſexto Ethicor. Cap. 6.

Intellectus eſt habitus primorum principiorum.

Intellectus non eſt ſcientia, nec ars nec prudentia nec ſapiẽtia.

Vt autẽ ſcias in quo ſenſu hic habitus dicitur intellectus aduerte,vt diximus in tertio de Anima, apud Philoſophos ſolet hoc nomen intellectus ſumi multis modis.& primo ꝓ potentia cogitatiua,quę vocatur intellectus paſsiuus,eo ꝙ aut infirmitate aut ſenectute aut alio detrimento lædi põt, & dicitur vis cogitatiua:qm̃ ſm Auicennam in ſexto naturalium , abſtrahit à phantaſmatibus intentiones non ſenſatas,vt intentiones delectabilium,& triſtabilium , & vtilium,& nociuorum,& confert adinuicem:& ſic cõferre eſt cogitare. & de hac virtute ſatis diximus in Epitomate noſtro in tertio de Anima,in tract. de ſenſibus interioribus. Et in hoc ſenſu intellectus eſt vnus de ſenſibus interioribꝰ. Secundo ſumitur pro intellectu poſsibili. Tertiò ꝓ intellectu agente. Quarto pro intellectu adepto & qd ſit vnuſquiſque iſtorum: iam determinauimꝰ in Epitomate noſtro in tertio de Anima in trac.de intellectu. quinto ſumitur ꝓ intellectu ſpeculatiuo,nõ pro mera potẽtia intellectiua,ſed vt ipſa potẽtia intellectiua ſtat ſub habitu veritatis & cognitionis ſpeculatiuæ. Et vt ſic oĩs habitus ſpeculatiuus ſiue ſit ſcientia ſpeculatiua,vt Phyſica & Metaphyſica:ſiue ſapiẽtia vt Meta phyſica,ſiue cognitio primorũ principiorũ poteſt dici intel lectus ſpeculatiuus.Abſolutè autẽ & ꝑ quandã eminẽtiam, cognitio primorũ principiorum dicit à Philoſopho intellectus,eo quòd reliq habitus ſpeculatiui fundantur in cognitione primorũ principiorũ,vt declaratũ eſt in quarto Meta phyſicæ.Intellectus igit̃ ſic acceptꝰ:hoc modo diffiniri poteſt in doctrina Ariſt. Intellectus eſt habitꝰ determinatè verus:cõpoſitionis & diuiſionis in mẽte ꝓpoſitionis ꝑ ſe notæ:& qdem quòd ſit habitus ſupponit Ariſt.quòd aũt ſit determinate verus,patet ex eo ꝙ primis principiis non poteſt ſubeſſe falſitas:alioquin cum omnis ſciẽtia fundetur in illis de nulla re haberẽ certa cognitio.Quod autẽ ſit cõpoſitionis & diuiſionis in mẽte patet ex primo Poſteriorũ,vbi habetur , ꝙ principiũ ſyllogiſmi demonſtratiui eſt propoſitio immediata affirmatiua & negatiua. Quod autẽ ſit ꝓpoſitionis ꝑ ſe notæ patet, quoniã reſoluendo demonſtrationẽ non eſt ſtatus niſi in ꝓpoſitione per ſe nota, & illa eſt principiũ indemõſtrabile: vnde aduerte, quod hæc tria ſunt idem.Principiũ ꝓpoſitio immediata,propoſitio per ſe nota, licet differãt rationibꝰ nominum. nam dicitur principiũ vt reſpicit concluſionem per ipſum demonſtrandam: dicitur ꝓpoſitio immediata,vt caret medio priori,quo poſsit ꝓbari:dicitur ꝓpoſitio per ſe nota in habitudine ad intellectum , qui ſtatim & ſimplici intuitu fertur in eius euidẽtiam. Hæc de intellectu dicta ſint:& hîc terminatur caput quintum.

Primorum principiorũ notitia cur intellectus nominetur.

Intellectus quid ſit.

CAPVT VI.

De Sapientia.

IN ſexto capite agendũ eſt de ſapientia,& quoniã in prœmio metaph.de ea diffuſè, pertractatũ eſt, ꝓpter nobilitandam mataphyſicã quam illic Ariſt.vocat ſapiẽtiam: ideo quantum ſpectat negotio morali, ſuppoſitis his q̃ dicta ſunt in prœ.metap.Ariſt.hîc de ſapientia tria tangit.primo quis ſit dicendus ſapiens particulariter,i.cũ additione:ex conſequẽti q̃ ſit & quid ſit ſapientia particularis. ſecundò quis ſit dicendus ſapiẽs ſimpliciter,& ſine additione : ex cõſequẽti quæ & quid ſit ſapientia ſimpliciter. tertio infertur corrolarium ex dictis,ſcilicet quod ſapientia eſt ſcientia & intellectus:ſed declarabitur quomodo ab eis differt.

Ex 6. Ethi.c.7.

Sapiens in omni genere quis dicatur.

Quantum ad primũ aduerte,vt inquit Ariſt.quòd ſapiẽtes particulares,& cũ additione dicimus eos,q habẽt principaliores artes & ꝑfectiſsimè ac certiſsimè eas habent ,& dirigunt ac regulant artifices inferiorũ ac de ſeruientiũ artium,vt vocamus ſapiẽtem architectum , q regulat inferiores manu ſeruientes.Et in hoc ſenſu dictus eſt Phidias ſapiẽs inciſor laterum & ſculptor lapidũ, & Polycletus ſapiens ſtatue factor.Sapientiam autẽ particularem vocamus vltimam & conſummatiſsimam peritiam artis : & hæc dicitur virtus artis,vnde ſuprema ꝑfectio artis ædificatioriæ dicitur ſapiẽtia ędificatoria,& hçc eſt q̃ dici cõſueuit ſapiẽtia in genere.

Sapientia ſimpliciter quadicatur.

Quantùm ad ſecundum aduerte ꝙ ſicut extimamus hominem ſapientem particularem,id eſt in aliqua arte, quę eſt principalis reſpectu ſcientiarũ illi deſeruientium, eò quòd illam certiſsimè & perfectiſsimè habet: ſic dicimꝰ eum ſapientem ſimpliciter & abſolutè, q habet notitiam omnium entium & præcipuè difficilium : quales ſunt primæ & vniuerſales entium cauſæ. Et hoc eſt quod dicit Ariſtoteles in prœmio Metaphyſicę vbi habẽt quòd ſapiens abſolutè eſt, q ſcit omnia,& præcipuè difficilia & per certitudinem , & per cauſas:& quærit ſcire gratia ſui:&c.Quod autem ſapiens ſimpliciter ſit q omnia nouit declarat Ariſtoteles hîc ex dicto Homeri, q deſcribere intendens ſapientem dictum Margitem inquit,Hunc autem neque vti fuſorem dij poſuerunt neque aratorem , neque aliud q.d ſapientem , ſed,ſcilicet ſapientem abſolutè vt pote omnium cognitorem.Et ſicut extimamꝰ ſupremam peritiam & certitudinem alicuius artis, principantis deſeruientibꝰ eſſe ſapientiam particularem& in genere, ſic extimamꝰ ſapientiam ſimpliciter ſcientiam illam , quæ eſt certiſsima & domina omnium aliarum

Intellectus nomen ſignificat aliquãdo interiorẽ animi ſenſum, qui cogitatiua eſt

ſcient

ſcientiarũ & honorabiliſsima & hęc eſt Mataphyſica apud Ari.ex ꝓœmio Metaph.& in hac Ariſt.in 10.lib. Ethic.conſtituet felicitatem hominis ſpeculatiuam ꝓ hac vita:& de huius conditionib.ac dignitate ſatis locuti ſumus in Epitomate noſtro in primo Metaphyſicæ tractatu primo capite tertio. Vide tu illic.

Sapientia quo cõtinet intellectum ac ſcientiã.

Quantùm ad tertium aduerte,ꝙ cum ſapientia ſimpliciter dicta,id eſt,Metaphyſica verſet circa certiſsima & vniuerſaliſsima principia,ex quibus quędam ſunt principia cõplexa vniuerſaliſsima,in ꝓdicando,quędam ſunt incomplexa vniuerſaliſsima in cauſando:ex primis habet ꝙ ſit intellectus:cõſiderat em̃ & notificat & defenſat prima principia cõplexa indemõſtrabilia ɔ negantes,vt patet in 4. li.Metaphy.ex alijs,id eſt,ex primis principijs & cauſis incõplexis quæ ſunt entia abſtracta,habet ꝙ ſit ſcĩa:demonſtrat em̃ illa exiſtere,& venatur ac concludit eorum ꝓprietates,vt ꝙ ſunt ęterna,immaterialia,actus,intellectualia,&c.Et ſic patet ꝙ ſapientia complectit in ſe intellectum & ſcĩam.Differt tñ ab intellectu:qa intellectus eſt habitus tantũ primorum principiorum indemonſtrabilium.Sapiẽtia aũt nõ ſolum eſt talium principiorum,ſed ẽt cõſiderat primas cauſas entium.Differt ẽt à ſcĩa, quia illa eſt tãtum cõcluſionis demonſtratæ,Sapientia autem eſt concluſionum,q̃ formant & demõſtrant de primis cauſis entiũ,vt patet in li.12.Metaph. & eſt principiorũ indemõſtrabiliũ,vt patet in li.4. Metaph.

Et ſi dicas ꝙ eodem mõ oĩs ſcientia poſſet dici intellectus & ſcĩa,q̃m in omnis ſcientia conſiderantur principia, ex quibus deducuntur ꝯcluſiones in tali ſcientia:& inquãtum cõſiderat principia poteſt dici intellectus, inquantum deducit concluſionem poteſt dici ſcientia.

Rñdeo,ꝙ non eſt eadem rõ de ſapientia & de alijs ſciẽtijs particularib.nam intellect⁹ non dicit habitum principiorũ quorũcunq; complexorum,ſed primorum,q̃ dicũtur dignitates:& quo ad talia principia aliæ ſcĩæ habent ſolum vſum.Sapientia aũt & vſum & notificationẽ,& ideo meret magis dici intellectus quàm aliæ particulares ſcĩæ,& licet ſcię particulares cõſiderent ſua ꝓpria principia,puta diffinitionem ſubiecti,q̃ eſt medium in demonſtratione potiſsima,tñ non debent dici intellectus,quia hmõi notitia propriorum principiorum non conſtituit habitum principiorũ qui dr̃ intellectus.Hæc de ſapientia ſimpl'r dicta ſufficiant, quantum ad quid ſit & quo ad diſtinctionem ab alijs habitibus intellectualib.Quantum autem ad dignitatem & honorabilitatem circa ſapientiam videbitur in ſequentibus.Et hęc de capite ſexto dicta ſint.

CAPVT VII.

Quænam ſit omnium intellectualiũ virtutum honorabiliſſima,& maximè vtilis pro regulandis & regendis humanis rebus.

Ethic.6. cap.7.

IN ſeptimo capite dicendũ eſt q̃ ex virtutib.intellectualib. ſit ſimpl'r principaliſsima & honorabiliſsima. & q̃m ſatis conſtat,ſapientiam,qua cognoſcimus prima demonſtrationum principia,& primas entium cauſas,& prudẽtiam,qua diriguntur humana agenda & vitanda, eſſe principaliores ſuper ſcĩam & artem:& q̃m ſapientia includit intellectum, vt diximus ſuprà,ideo tota difficultas ſtat inter ſapientiam & prudentiam,q̃ earum ſit honorabilior & dignior. Vt igit ſcias in hoc veritatem:duo principaliter agẽda ſunt. primo declarãdum eſt quæ virtus intellectualis ſit honorabiliſsima,an ſ.ſapientia,an prudentia.ſecundo inueſtigandum eſt quæ virtus intellectualis ſit præcipua & maximè vtilis pro regendis ac regulandis rebus humanis.

Quantũ ad primum ponuntur duę concluſiones, quarũ prima eſt.Sapientia eſt honorabiliſsima omnium ſcĩarum. Secunda eſt,neque politica,id eſt,ſcientia ciuilis,neque prudentia,eſt honorabiliſsima omnium ſcientiarum.

Sapiẽtia eſt omnium ſciẽtiarum honorabiliſsima.

Prima ſic probatur,Sicut ſe habet caput ad alia mẽbra, ſic ſapiẽtia ad alia ſciẽtias:ſed caput eſt honorabiliſsimum inter oĩa mẽbra,eo ꝙ accipiunt virtutem à capite,& ſuppoñt ipſum.Remoto em̃ capite oĩa mẽbra ſunt ocioſa: ergo & ſapientia eſt honorabiliſsima inter omnes ſcĩas.accipiũt enim virtutem & firmitatem ab ipſa,eo ꝙ firmat principia prima omnium ſcĩarum, vt patet ex quarto Metaphyſicæ. Propterea Ari.in procemio Metaphyſicæ extollens hanc ſapientiã dixit eam eſſe deam ſcĩarum,& poſſeſsionẽ diuinã, eo ꝙ nulla eſt ea honorabilior: & Deus eã maximè habet, q̃m cùm verſetur circa altiſsimas cauſas & diuina entia, Deus eſt altiſsimarum cauſarum & diuinorum entium maximus & perfectiſsimus cognitor.

Secunda cõcluſio ſic probatur,cùm politica verſetur circa multitudinẽ ciuilem regendam,& prudẽtia ordinet vt homo ſe ipſum bene regat in agendis,& vitãdis,vt dictũ eſt ſupra,ſi eſſent honorabiliſsimæ inter omnes ſcientias,homo eſſet nobiliſsimũ ens inter omnia entia quod eſt falſum:abſtractæ enim ſubſtãtiæ, & De⁹ honorabiliores & perfectiores ſunt homine. cõſequentia patet:quoniam ex primo de Anima,ſcientia accipit gradũ nobilitatis ab obiecto: ergo ſi homo nõ eſt nobiliſsimum ens,nec politica,nec prudẽtia, quæ verſantur circa humanã multitudinẽ & circa ipſũ hominem regulandũ in agẽdis ſunt honorabiliſsimę inter omnes ſciẽtias.Prętereà,virt⁹ intellectualis principaliſsima eſt vna apud omnes.Non enim ordinatur ad aliud,& ideo non diuerſificatur ꝓ reſpectũ ad aliud.Sed nec politica,nec prudentia eſt vna apud ónes:quoniã ſecundũ diuerſitatẽ gentium quæ ꝓpolitiã regulantur & ſecundũ diuerſitatẽ ætatum & cõplexionũ diuerſificat prudẽtia regitiua hominis in agendis,quædã enim laudabilia ſunt in iuuẽtute,quæ reprehẽſibilia ſunt in ſenectute.Vnde ſicut nõeſt eadem ratio ſanandi hominem & brutum, nec eadem ſunt vtilia victui ĩ homine & in bruto:ſic nec eſt eadẽ regula,nec ratio regendi omnẽ ciuilem multitudinem:nec quẽlibet hominẽ: ergo nec prudẽtia nec politica ſunt honorabiliſsimæ inter virtutes intellectuales: & quoniã ſapientia nõ ordinat ad aliud, quoniã ex procœmio Metaphyſicæ eſt gratia ſui & maximè libera.& merè theorica:ideo nõ diuerſificatur in reſpectu ad alterũ & poteſt eſſe principaliſsima,nec valet ſi q\ dicat quòd ideo politica & prudẽtia videnr eſſe principaliſsimę qa verſantur circa hominẽ,qui eſt optimus inter animalia, & omnia animata:Nam ſupra hominem ſunt digniora,puta manifeſtiſsima ,ex qbus mundus conſtat & ſeruatur:hęc autem ſunt cœleſtia & diuina entia, circa q̃ non verſatur politica,nec prudẽtia,ſed ſapientia: & ideo ſapientia merito dicitur honorabiliſsima.

Politica ac prudentia nõ ſunt maximæ virtutes & honorabiliſsimæ.

Non eſt eadem prudentia ac politia apud omnes.

Et q̃dem quòd ſapientia ſit circa diuina entia,& prudẽtia circa humana bona curanda & ꝓuidenda declarat Ariſ. tali ſigno,Anaxagoras & Thales Mileſi⁹ dicti ſunt ſapiẽtes, eo quod ſcrutabant difficilia & ſubtilia & diuina, & quæ erant ſupra communem hominum ſenſum.Nõ autem dicti ſunt prudentes,imò imprudentes:eo quod viſi ſunt non curare,nec ſcire vtilia ſibi ꝓ humana vita,nec bene conſiliatiui in agendis: ergo ſignum eſt ꝙ ſapientia verſatur circa diuina, & prudentia circa humana.

Prudentia verſatur circa humana bona ſingularia regulanda.

Tu tamẽ aduerte,ꝙ prudentia, quæ eſt circa humana curanda,& regulanda non eſt ſolum circa humana ĩ vniuerſali cõſiderata,ſed circa ſingularia,eſt enim habitus actiuus cum ratione agibilium vt dictum eſt ſupra:dicitur autem actiuus ab actiõe.Actio autem ex primo Metaphyſicæ eſt ſingularium.Vnde dicit Ariſt.ꝙ homo non curatur,ſed hic homo:& confirmatur, quoniã videmus aliquos non habentes notitiam vniuerſalium expertos tñ circa ſingulares caſus prudentiores eſſe in agendis cognitorib⁹ vniuerſalium & inexpertis ſingularium, ex qbus conſtat prudentiam verſari maxime circa ſingularia humana regulanda.

Idem confirmatur exẽplo.Dicit Ariſt.Sit medicus ſciens carnes leues eſſe bonæ & facilis digeſtionis,& ſanatiuas cauſatiuè,ignoret aũt quales ſint tales carnes,an terreſtriũ, an volatiliũ animalium,ſit alter medicus qui per experientiam ſciat carnes volatilium eſſe leues, &c. Medic⁹ primus nõ ſanabit infirmum : quia neſcit applicare illam vniuerſalem,ſcilicet carnes leues &c. Medicus autem ſecund⁹ ſanabit infirmum , qa ſcit experientia abſque vniuerſali carnes volatilium eſſe leues, & ideo ſanatiuas. Patet igitur, quòd cum prudẽtia ſit habitus actiuus neceſſe eſt vt prudens habeat notitiã humanorum vniuerſalem & particularem per experientiam, quod ſi vniuerſalẽ tantum habuerit multoties peccabit in operando. Nam dicit Ariſtoteles in procœmio Metaphyſicæ.Si quiſpiam ſine experientia rationem habeat,& vniuerſale cognoſcat:ſiſingulare autẽ in hoc ignoret,in medendo ꝓ ſæpe peccabit: ſingulare nanque magis curabile eſt ergo,&c.Patet ergo qua de cauſa ſapientia eſt principaliſsima inter virtutes intellectuales : & quomodo prudẽtia eſt circa humana non ſolum in vniuerſali,ſed in ſingulari. Et ꝙ prudẽtia verſetur non ſolum circa vniuerſalia,ſed etiam circa ſingularia:iterum manifeſtatur ſigno & ratione ab Ariſtot.ſignum q̃dem eſt,quòd iuuenes fiunt boni geometrici & bene diſciplinati ac ſapiẽtes in mathematicis.Prudẽtes autem non videntur fieri , quia indigent ad prudentiam cognitione ſingulariũ, quæ non habetur niſi per experientiam:& experientia indiget longo tẽpore.

Iuuenis

Pueri aut aptiores sint ad scientias Mathematicas.

Iuuenis autē non diu vixit, ideo nō potest esse expertus, ex consequenti nec prudens. Et si quæras, vnde est qđ puer potest fieri Mathematicus, nō autē Physicus, nec sapiens, id est Metaphysicus. Respondetur ex intentione Arist. ideo puer potest fieri Mathematicus, qa Mathematica cognoscuntur p abstractionem à sensibilibus, ideo non requiritur experientia, qua cognoscim⁹ sensibilia singularia: licet autē abstrahant à sensibilibus, sunt tamen imaginabilia: & quoniā puer etiam qđ non habeat experientiam sensibilium, potest huiusmodi Mathematica imaginari, ideo nō incōuenit ipsum fieri Mathematicum. Ideo autē nō potest fieri Physic⁹, qa principia naturalium non sunt abstracta à sensibilib⁹, & non cognoscunt nisi p experientiam: q̄ non potest esse in puero ꝓpter breuitatem temporis quo vixit: ideo vero nō potest fieri Metaphysicus, qa puer nō attingit mente, licet ore dicat Metaphysicalia, eo qđ sunt purè intellectualia excedentia sensum & imaginationem: & huiusmodi nō attinguntur ab intellectu pueri, qa nondū est exercitatus in talium speculatione ꝓpter temporis paruitatē: & non potest in illis firmari propter multas illius ætatis mutationes.

Addiscendi scientias conueniens ordo.

Et aduerte, vt inquit Beat. Tho. exponens: conueniens ordo addiscendi talis est. Primò addiscant grammaticalia & logicalia, q̄ ꝓparant modū sciendi in tota Philosophia. Secundò Mathematicalia, q̄ nec indigent experientia, nec imaginationē transcendunt: & pueritia est bene imaginatiua. Tertiò naturalia, q̄ licet indigeant experientia, non tamen transcendūt sensum, nec imaginationem. Quartò moralia, quæ indigent experientia, &, quòd anim⁹ pualeat passionibus. Quintò metaphysicalia seu diuina, q̄ & sensum & imaginationem transcendunt, & requirunt solidum ac roboratum intellectum.

Ratione verò sic arguit Arist. Opus prudentis est bene consiliari, sed in consiliando cōtingit peccare in vniuersali & in singulari: in vniuersali quidē, vt si contingat consiliari super hoc, Vtrū omnes aquę graues sint prauæ, in singulari autem vt si contingat consiliari super hoc, vtrum hæc aqua ponderosa sit praua. Constat igitur prudentiā esse vniuersaliū & singularium, & ꝓcipuè singularium. Et sic patet qđ differt à scientia: quæ ꝓpriè est de vniuersalibus: & ab intellectu qui est de principiis primis vniuersalissimis, &c.

Qua virtus in humanis regendis ꝓcipua sit. Ex sexto Ethicorum cap. 8.

Quantùm ad secundum s. quæ virtus intellectualis sit ꝓcipua in cognoscendis ac dirigendis rebus humanis, aduerte, qđ cùm res humanæ sint contingentes & singulares, circa eas dirigendas non ponitur sapientia, q̄ versatur circa maximè vniuersalia & immutabilia, vt sunt diuina entia, vnde relinquitur, quòd sit prudentia: quoniā eā posuimus esse habitum cū rōne actiuū circa bona & mala humana p totam hominis vitam, vt igitur scias quomō prudentia est cognoscitiua & rectiua rerū humanarū, tria agenda sunt. Primò ponitur distinctio de prudentia. Secūdò declaratur quælibet eius species. Tertiò excluditur error quorundā.

Prudentia triplex: Politica, œconomica, & personalis.

Quantùm ad primum aduerte quòd triplex est prudentia, s. politica, & œconomica, & personalis. Politica est cognoscitiua & directiua eorum, q̄ ad ciuilem multitudinem pertinent. Oeconomica est cognoscitiua & directiua eorū, q̄ ad domesticam familiam spectant. Personalis est cognoscitiua eorum, in quibus homo singularis se regere debet, vt sciat q̄ sibi sunt agenda & quæ vitanda, cū debitis circūstantiis. Licet autē tam politica quàm œconomica & psonalis sint species prudentiæ, tamen cōmuni vsu loquendi appropriata est soli personali, vnde solem⁹ prudentem appellare qui bene se regit in agendis & vitandis.

Prudentia politica duplex legis positiua, & executiua.

Quantum ad secundum aduerte, qđ prudentia politica diuiditur in duas partes, s. in legis positiuam, & legis actiuā, siue executiuam. Prudentia legis positiua dicitur architectonica, qa principalis & domina, p eam em̄ principes condunt & imponunt legē subditis: quid sit eis agendū & qđ nō: & quomodo conuiuere, ac simul negociari debeant. Prudentia legis executiua est sicut chirotheeni, id est ars manualis, siue deseruiens principali. Deseruit em̄ prudētiæ legis positiuæ, sicut ars lateritia ædificatoriæ, & cōparatur illi sicut singulare vniuersali. Quod em̄ princeps statuit lege vniuersali, executor legis seruare facit in singulari. Cui⁹ signū est, q̄ consilia & sententiæ iudicum ad prudentiam politicam legis executiuam pertinent. Sunt em̄ consilia & sententiæ de casibus singularibus cū omnibus circunstantiis singularib⁹. Et sicut prudentia legis positiua stat in mente principis, sic executiua stat i mēte officialis principis. &c.

De prudentia œconomica Arist. hic nō pertractat, quoniam ex prudentia politica satis cōstat, sicut em̄ princeps legem ponit ciuitati, & officiales faciunt obseruare, sic & paterfamilias in domo sua.

Prudentia personalis.

Quantùm ad prudētia personalē aduerte, vt inquit Ari. ꝙ maximè sibi retinet hoc nomen prudentia, eo quòd aliæ nuncupantur propriis & distinctis nominibus, puta legis positiua, politica: hæc est legis executiua, quæ diuiditur in consiliatiuam & iudicatiuam. Consulendum est enim prius quàm iudicandum. Oeconomica quæ diuiditur in legis domesticæ positiuam & in dispensatiuam. sicut aūt prudentia ciuilis diuiditur in legis positiuam, &c. sic & prudentia psonalis: Debet enim vir prudens sibi constituere legē secundum rectū dictamē rationis, quomodo viuere debeat, quomodo passiones non sequi, quomodo virtutes morales acquirat, & secundum eas operetur, vt per eas tanquam infallibilia media ad felicitatem perueniat.

Prudentia graduantur

Inter has autem tres prudentias est ordo gradualis secūdum dignitatem. Nam qa totum est nobilius parte, & ciuitas comparatur ad domum vt totum ad partem, vt dicetur in primo Politicorum, & domus comparatur ad hominem singularem, vt totum ad partem: ideo minus nobilis est prudentia personalis, & magis nobilis œconomica & nobilissima est ciuilis, ideo dicta est architectonica: & qui bene prę sunt ciuitati, aut regno, & præcipuè legum conditores diuini sunt & admirandi: participātes Dei maximi regitiuā virtutē: qua vniuersum administrat. Vnde famosum est, summos reges diuos nominari, vt diuus Cæsar, &c.

Prudētes an sint qui publicæ vtilitati & aliis studiosi sunt.

Quantùm ad tertium aduerte ꝙ vt refert Aristo. quidam opinati sunt illum solum esse prudentem, qui se & sua curat, non qui curat negocia multitudinis, siue bonum cōmune: vnde dicunt politicos, id est curantes bona ciuitatis nō esse prudentes, sed polypragmones, id est negocioſos, quasi intromittentes se in multis & id quidē declarare intendūt dicto Euripidis: & aduerte ꝙ Eurípides introducit quendā pro patria militantem, qui sic inquit: Qualiter prudens essem, cui adderam innegociosē, id est cum mea negocia nō pertractarem sed tamen fui inter multos, scilicet milites an numeratus partic pando militia æquali mihi & aliis, id est quæ ita spectabat mihi, sicut & aliis quoniam pro ciuitate pugnabamus. Ex quo duo habentur, ꝙ miles ille se imprudē tem extimabat. qa relictis propriis negociis intendebat bono communi ex militia sumpta pro ciuitate. Confirmant ꝓ positum suum ex communi dicto aliorum, qui dicunt politicos non esse prudentes, sed superfluos quasi amplius operantes q̄ ad eos spectet: homines enim inordinatè seipsos amantes, quærunt tantū illud, quod est eis vtile, & extimāt hominem non debere curare nisi sua propria bona ideo extimant imprudentes, qui alia curant: siue publica, siue priuata, & illos solos prudentes, qui propriis negociis intendūt.

Sed hunc erro em excludit Ari. declarans quòd qui curat negocia multitudinis ciuilis, aut domesticæ, & non solum sua, non est superfluus, in ò vtiliter & bene agit ex consequenti dicendus est prudens, & intendit sic arguere. Proprij bonū cuiuslibet singularis personæ non potest esse sine recta administratione domus, nec sine iusta & recta dispensatiōe ciuitatis sicut nec bonum partis sine bono, toti⁹: est enim quilibet homo pars domus, & domus pars ciuitatis: ergo quilibet curans bona multitudinis ciuilis & domesticæ non est superfluus: quoniam curans bona communia curat etiam sua, cum sit pars multitudinis. Imò esset impossibile, quòd priuatus homo bonū proprij attingeret, & eo bene ac pacifice vtereturſi nō esset recta & iusta administratio ciuitatis & familiæ. Prudentes ergo sunt qui communia & domestica negocia ac bona curant: quoniam dum curāt communia, curant etiam sua propria.

Non censendus est prudēs qui tantum cōmunia bona curat propriis neglectis.

Tu tamen aduerte ꝙ ad curandum bona propria, non sufficit curare bona communia: hoc enim non esset nisi curare singulare in vniuersali: sed vltra communem curam, debet homo applicare se singulariter ad curam proprij boni: quoniam etiam bene dispositis ciuitate & domo adhuc non est manifestum qualiter homo disponere habeat quæ ad personam suam pertinent: & ideo vltra prudentiam politicā & œconomicam, indiget homo prudentia p̄sonali: qua se bene & corpore & animo regat: vnde vituperabiles sunt qui aliena curant & seipsos negligunt. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Et ibi terminatur Secundus Tractatus.

Tractatus secundi finis.

TRACTATVS TERTIVS

in ſextum librum Ethicorum, quatuor complexus capitibus.

¶De partibus prudentiæ.

IVxta ordinem poſitum in principio libri ſexti agendũ eſt in hoc tertio tractatu de Eubulia, id eſt, bona conſultatione, ſiue habitu bene cõſiliatiuo: & de ſyneſi, id eſt ſagacitate: & de gnome, id eſt ſnía. Omnes enim iſti habitus ſunt veluti partes prudentiæ. Ad prudentẽ enim ſpectat, vt dicemus infrà, bene præcipere, bene conſulere, bene coniecturare, ſiue bene ſentire, & bene iudicare, ac ſententiare de agendis & vitandis. Hunc igitur tractatum complectemur in quatuor capitibus. In primo agendum eſt de eubulia. In ſecũdo de ſyneſi, & ſuo oppoſito. In tertio de gnome. In quarto comparabimus omnes hos habitus ad inuicem, ſcilicet prudentiam, eubuliam, ſyneſim, gnomen, &c.

CAPVT I.

De Eubulia, ſeu virtute bene conſiliatiua.

Ex 6. Ethi. cap. 9.

IN primo capite agendum eſt de Eubulia, id eſt habitu bene cõſiliatiuo, & inueſtigandũ eſt quid ſit. Vt igitur ſcias quid ſit, quatuor agenda ſunt. Primò declarandum eſt quid non ſit. Secundò quod eſt genus eius, per quod debet diffiniri. Tertiò quæ ſit eius differẽtia ponenda in ſua diffinitione. Quartò formabitur eius diffinitio, ex qua conſtabit eius diſtinctio à quocunque alio habitu intellectuali.

Eubulia neque eſt ſcientia, neque euſtochia, nec ſolertia, neq; opinio.

Quantũ ad primum aduerte, ꝙ alicui forte poſſet videri Eubuliam eſſe, vel ſcientiam, vel euſtochiam, id eſt, bonã coniectationem, vel ſolertiam, vel opinionem, ſed nullum horum eſt.

Primò non eſt ſcientia: nam ſcientiam habentes non inquirunt de his, quæ ſciunt, ſed certam notitiã de eis habẽt. Implicat enim ꝙ de aliquo inquiram an verum ſit, & certã de eo habeam notitiam. Sed Eubulia eſt cum inquiſitione & diſcurſu quid agendum, aut non, aut quõ: eſt enim Eubulia includens conſilium: quod non eſt ſine inquiſitione, vt dictum eſt in tertio libro. ergo non eſt ſcientia.

Secundo non eſt euſtochia. Eſt enim euſtochia promptũ & citatum iudicium intellectus: vel extimatiuę ad recte extimandum de aliquo, an ſit agendum & quomodo: & ꝓuenit ex ſubtilitate ſpirituum & bona imaginatione, & optima diſpoſitione organorum ſenſuum interiorum, maximè imaginatiuæ: & cogitatiuæ: & adiuuaꝫ lõga experiẽtia: ſed iſta promptitudo & velocitas iudicij nõ conuenit eubulię imò tarditas: vnde, vt inquit Ari. prouerbio dicitur, Oportet bene conſiliata velociter operari, conſiliari autem tarde: ergo, &c.

Tertiò nõ eſt ſolertia. Nã ſolertia eſt ſpecies euſtochiæ. Eſt enim ſolertia prompta & velox inuentio medij ad aliquid concludendũ affirmatiuè, vel negatiuè. Hęc autem promptitudo nõ conuenit eubulię, imò tarditas, vt diximꝰ ergo, &c.

Quartò non eſt opinio. Nam ſicut qui habet ſcientiã de aliquo nõ inquirit, vt diximus, ſic nec qui de aliquo opinionem habet. Eſt enim iam determinatus ad alteram partem, licet non certus, ad differentiam ſcientis. Eſt enim opinio adhæſio vni parti cum formidine alterius, ſed eubulia ſicut & conſilium eſt cum inquiſitione: ergo, &c. Patet ergo quòd non eſt ſcientia, nec euſtochia, nec ſolertia, nec opinio.

Eubulia quædam eſt in cõſiliando rectitudo.

Quantum ad ſecundum aduerte ex intentione Ari. quòd genus ponendũ in diffinitione Eubuliæ eſt rectitudo: ita quòd eubulia eſt quædam rectitudo. & probatur ſic, Nullus bene conſiliatur niſi per quandam rectitudinem, vt patet: ſed per eubuliam homo bene conſiliatur. Dicit enim eubulia quaſi bene conſultiua. ergo eſt quædã rectitudo. & cõfirmatur. nam qui male conſiliatur, peccat: peccare autem eſt declinare à rectitudine: ergo per oppoſitum qui bene cõſiliatur, recte conſiliatur: ergo eubulia eſt rectitudo.

Quantùm ad tertium aduerte ꝙ hæc rectitudo non eſt circa ſcientiam, nec circa opinionem. Non eſt circa ſcientiam, quoniam in ſcientia non contingit error. Eſt enim ſciẽtia tantum veri & neceſſarij. Vbi aũt non contingit eſſe error, nec peccatum, nec obliquitas, non eſt opus rectitudine. nec eſt circa opinioné: quoniã licet in opinione ſit opportuna rectitudo, eo qđ poteſt eſſe vera & falſa, non tamen talis qualis eſt in eubulia. Nã rectitudo opinionis dicit veritas: & opinio recta eſt idem qđ opinio vera, ſed in eubulia rectitudo non eſt veritas ſed bonitas: dicitur em̃ eubulia quaſi bona cõſultatio. Nó ergo rectitudo eubuliæ eſt rectitudo opinionis. Præterea, Opinio eſt enuntiatio opinãtis. Opinans em̃ dicit eſſe verum ꝙ opinatur. Sed eubulia non eſt enuntiatio, ſed inquiſitio. Nam ꝙ conſiliatur non enuntiat qđ agendum, niſi in termino inquiſitionis: ergo rectitudo opinionis nõ eſt rectitudo eubuliæ. Eſt autem rectitudo conſilij à ſufficienti diuiſione. Vnde eubuleũ dicimꝰ recte conſulentem: & vt habeatur hęc rectitudo conſilij neceſſe eſt ſcire quid & circa quid eſt conſilium. Hæc autẽ determinata ſunt in tertio libro.

Vt autem hæc rectitudo conſilij ſit eubulia quatuor cõditiones requirit. *Optimè conſiliari quatuor exigit.*

Primò quòd ſit ordinata ad bonum finem. Secundò qđ ꝙ viam & media legitima, ac bona. Tertiò ꝙ tẽpore conuenienti. Quartò quòd dirigatur conſilium ad communẽ finem humanæ vitę, & non tantùm ad aliquod ſingulare.

Dicitur primò qđ ſit hæc rectitudo ordinata ad bonum finem, ꝓ quo aduerte, quòd & in bonis & in malis contingit quempiam rectè conſiliari. Conſiliatur em̃ rectè quantũ ſpectat ad rationem conſilij, quando inuenit certam & determinatam viã cõſequendi finem intentum, etiam quòd ſit malus: hoc mõ recte ſimul conferunt & conſiliant fures in furando, & adulteri in adulterando, & homicidę in occidendo, &c. Sed hæc talis rectitudo non meretur dici eubulia. Bonitas em̃ conſilij apud moralem importat laudabile conſilium, ꝙ non eſt niſi ad bonum finem.

Dicitur ſecundò per viã ac media legitima & bona. Nã ſi quis conſiliatur ad bonum finẽ, & proponat medium non debitum ad conſequendum talem finem, nõ poteſt dici bonum & rectum conſilium. verbi gratia, Sortes ꝓponit dare eleemoſynã pauperi & petit conſilium à Platone, quomõ poterit dare eleemoſynã pauperi vt propoſuit. Si Plato cõſiliatur qđ furetur vt eleemoſynam faciat non recte conſiliatur: qa furtum eſt medium & via illicita. Et aſſimilatur illi, qui ex falſo medio concluſit cõcluſionem veram. Sicut enim ille non recte ſyllogizat, ſic neciſte recte conſulit.

Dicitur tertiò, Tempore conuenienti. Nam aliq multum tempus expẽdunt in conſulendo, ita qđ elabitur opportunitas exequendi, aliqui nimis celeres ſunt in cõſulẽdo: ita qđ ſit executio immaturo tẽpore. Ad rectitudiné ergo cõſilij ſpectat adhibere conueniens ſpatium temporis, ita qđ nec nimis tardum, nec nimis velox ſit conſilium, ſed vt negociũ requirit.

Dicitur quartò, quòd dirigatur conſilium ad cõmunem finem humanæ vitæ. Nam contingit aliquem bene coſiliari, & tale præbere conſiliũ, quòd tota hominis puta Sortis vita bene diſponitur: & aliqs bene conſiliatur in particulari caſu tantum. Qui bene conſiliatur primo modo, dicitur habere eubuliam ſimpliciter. Qui autem ſecundo modo, habet eam ſecundum quid & vt particularem. Hic autẽ diffinienda eſt eubulia ſimpliciter, & ideo dicitur, quòd dirigatur conſilium, ad communem finem humanæ vitæ.

Eubulia quid ſit.

Quantum ad quartum aduerte, quòd ex omnibus ꝓnotatis Ariſt. intendit ſic diffinire eubuliã, eubulia eſt rectitudo conſilij ad bonum finem per vias congruas: tempore cõuenienti, vt bene diſponatur tota hominis vita. Hęc diffinitio quo ad omnes eius partes iam patet ex prẽnotatis & declaratis.

Ad Eubuliam quatuor ſunt neceſſaria, Euſtochia Docilitas Memoria ac Ratio.

Pro maiori autem euidentia eubuliæ, aduerte qđ ad bene conſulendum, & vt homo ſit bene conſiliatiuus quatuor requiruntur, ſcilicet euſtochia, docilitas, memoria, ratio. Requiritur euſtochia: nam ad bonum conſiliũ requiritur facultas, ſiue habilitas inueniẽdi medium, aut motiuũ, quo ſic vel ſic conſulendum eſt. Hęc autem habilitas vel eſt propria ſagacitas, q̃ generaliter ſumpta idem eſt ꝙ ſolertia, id eſt idoneitas cito inueniendi medium. Sumptã verò in agibilibus & moralibus dicitur Euſtochia: quæ idem eſt quòd conſiliaris ſolertia.

Requiritur docilitas, quando homini non ineſt naturaliter euſtochia, neque ſagacitas: nam ſi ex naturali euſtochia non habet facultatem inueniẽdi medium, quo bene cõſulat, neceſſe eſt vt hanc facultatem acquirat per eruditionem, & experientiam. Eruditio autem docilitatem ſupponit, aliter non poteſt homo eſſe bene conſiliatiuus.

Requir

Requiritur memoria. Neceſſe eſt enim vt bene conſilians inuenta ex ſagacitate aut ex eruditione aliena, in memoria conſeruet, ſciátque applicare in caſibus conſulendis, vt occurrunt.

Requiritur ratio: neceſſe eſt eñ vt bene conſilians, bene conferat, & bene diſcurrat: & bene inquirat: quoniã conſilium eſt diſcurſus & quæſtio vt dictum eſt in libro tertio. Hæc autem ad rationẽ pertinent: cuius proprium opus eſt ratiocinari & ſyllogizare.

Conſilium quatuor depranant.

Per oppoſitum autem quatuor ſunt quibus vitiat conſilium, ſcilicet, Tarditas ingenij, quæ opponitur ſagacitati, & ſolertiæ. Indocilitas animi, quę docilitati opponit. Obliuio præteritorum & inuentorum, quæ memoriæ opponitur. Ignauia ratiocinandi & conferendi, q̃ rationi opponitur. Hæc de Eubulia dicta ſint: & hic terminatur primum caput.

CAPVT II.

De Syneſi: ſeu de ſententia, vel iudicatoria conſiliorum.

Ex ſexto Ethicorũ cap. 9.

IN ſecundo capite agendũ eſt de Syneſi, & ſuo oppoſito, q̃ dicitur à ſyneſia. Latinè autem dicitur ſagacitas, & ſuum oppoſitum dicitur hebetudo. Et hic tria agenda ſunt. Primò cõparanda eſt Syneſis ſcientiæ & opinioni. Secundò comparanda eſt prudentiæ. Tertiò diffinienda eſt.

Syneſis, ſeu ingenij & mentis ſagacitas non eſt ſcientia, vel opinio.

Quantùm ad primũ aduerte duo. Primò q̃d Syneſis non eſt omnino idem q̃ ſcientia aut opinio. Nam cùm non ſit homo ſanæ mentis qui non habeat aliquam ſcientiam, aut opinionem ſequitur quòd omnes eſſent ſagaces, & ſenſati: cuius tamen oppoſitum videmus.

Secundò aduerte, quòd Syneſis nõ ſolùm nõ eſt omnino idẽ q̃ ſcientia, vel opinio, imò non eſt aliqua ſcientia, quod declarat Ariſtot. inductiuè. Conſtat quòd nõ eſt medicina: non eñ eſt de ſano & ægro, nec aliqua ex Mathematicis, non eñ eſt de magnitudine, aut numero, nec eſt ſcientia diuina: non eñ eſt de immobilibus & ęternis, nec eſt Phyſica, nec aliqua artium. Non eñ eſt de naturalibus, nec de artificiatis: eſt autem de illis, de q̃bus in agibilibus humanis cõtingit dubitare, & cõſiliari puta quomõ nauigandum, quo modo pręliandum, quomodo mercandum. Conſtat igitur quòd Syneſis non eſt aliqua ex ſcientiis particularibus.

Quantum ad ſecundum aduerte, quòd Syneſis cõuenit cum prudentia in obiecto, ſed differt in modo. Conuenit q̃dem, quoniam & prudentia & Syneſis ſicut & eubulia ſunt circa conſiliabilia humana, q̃ cõtingit bene & malè fieri & euenire. Non eſt eñ prudentia circa neceſſaria, ſed circa contingentia vt dictum eſt ſupra. Differunt autẽ in modo, quoniã in agibilibus humanis, de quib⁹ dubitari contingit quomõ fieri debeant, aut poſſint euenire: hęc tria ordinatè inueniunt in ratione practica. Primò inquiritur q̃d & quo modo agendum, vel non agendum: & hoc ad eubuliam pertinet. Secundò iudicatur & ſententiatur de conſiliatis q̃d agendũ. Tertiò præcipitur executio iudicij & ſententię: ſecundum ſpectat ad ſyneſim. Eſt eñ ſyneſis habitus bene iudicatiuus de bene cõſiliatis agendis, tertiũ ſpectat ad prudentiam, eſt eñ proprię prudentia præceptiua quo ad exequendum ea, quę conſulta ſunt p Eubuliam & iudicata per ſyneſim ſic vel ſic agenda, ex quib⁹ patet q̃d Eubulia ordinatur ad ſyneſim, & ſyneſis ad prudentiam & ſic prudentia eminentior eſt quàm eubulia & ſyneſis: illæ eñ ordinantur ad prudentiam & non econuerſo.

Syneſis eſt bene iudicatiua de bene conſiliatis, et ordinatur ad prudentiã vt perfectiua eius.

Et aduerte q̃d ſyneſis non ſolùm differt à prudentia modo quo dictum eſt, ſed etiam differt in hoc q⁹ non eſt idem quòd habere, aut acquirere prudentiã, vt quidam opinati ſunt: ſed eſt idem q̃ vſus iudicialis alicuius partis prudentiæ, & hoc declaratur ex termino Græco. Nam in Græco ſyniene eſt æquiuocũ: ſignat eñ vſum ſciẽtiæ, & ſignat vſum opinionis practicæ in iudicare de his in quibus eſt prudentia: & à ſyniene ſumpto modo dicitur ſyneſis: vnde à ſyneſi deriuatur euſynetus, id eſt bene iudicatiuus, vel bene ſenſatus, eo quòd bene extimat & ſentit de agẽdis: & in cõmuni vſu loquendi habemus quòd cùm quis bene iudicat de agendis dicitur bene ſentire. Patet ergo quomodo ſyneſis conuenit & differt à prudentia.

Quantùm ad tertiũ patet quod ſicut eubulia eſt rectitudo conſilij cũ cõditionibus ſupradictis: ſic Syneſis eſt rectitudo ſeu bonitas iudicij in agendis, de quibus dubitare cõtingit quomodo & qualiter agenda ſint.

Iudicium humanum de agendis quatuor exigit: rectum intellectum, rectum ſenſum, conuenientẽ circunſpectionem, & debitam cautelam.

Pro maiori euidentia ſyneſis aduerte', vt homo ſit bene iudicatiuus requiruntur quatuor, ſ. rectus intellectus, rectus ſenſus, debita circunſpectio, & debita cautio. Nam cũ ſententiale iudiciũ ſit concluſio ſyllogiſmi practici, vt hic, Amico in neceſsitate ſubueniendũ eſt: hic eſt amicus meus: ergo hnic'eſt ſubueniendum: hęc concluſio dicitur iudiciũ. Oportet ſanè & rectè concipere maiorem & minorẽ: & excludere defectus qui poſſent euenire circa maiorem & minorem. Sanus autem conceptus maioris, eſt ſana extimatio, eſt intelligẽtia legis ſiue naturalis ſiue poſitiuæ: quę diſponit in vniuerſali ſic agendũ, & hæc intelligentia dicit rect⁹ intellectus. Sanus vero conceptus minoris eſt ſana apprehẽſio præſentis obiecti, circa quod operandum eſt, puta verè apprehendere q̃ hic eſt amicus meus: & hęc vera apprehẽſio dicit rect⁹ ſenſ⁹: q̃a eſt de ſingulari ſũpto ſub vniuerſali.

Delectus autem excluditur à maiori per coadunationẽ omnium circunſtantiarum, quæ requiruntur in opere: & id fit per debitam circunſpectionem, eſt enim circunſpectio omnium circunſtantiarum inſpectio.

Defectus verò excluditur à minori per diſcretionẽ bonorũ & malorũ poſsibilium euenire actui vel operi. Et hæc quidem diſcretio dicitur cautio, quoniã per ea cauentur eminentia mala. Hæc igitur ſunt neceſſaria homini vt bene iudicet, & p quatuor oppoſita fit homo mali iudicij: & ſunt hęc, hebetudo mentis contraria ſano intellectui. Inſenſatio contraria ſano ſenſui. Incircunſpectio contraria circunſpectioni. Incautio, quæ à multis ſtultitia dicit: vbi ſcilicet eſt præcipitatio in pericula ſine neceſsitate. Hæc de Syneſi & ſuo oppoſito ſint dicta: & hic terminatur ſecundum caput.

CAPVT III.

De Gnome, ſiue ſententia, additа ipſi Syneſi.

Ex ſexto Ethicorum Cap. 9. 10.

IN tertio capite agendum eſt de Gnomi, quã Latinè dicimus ſententiam de qua vt ſcias quid ſit aduerte, q̃ vt diximus in libro quinto tractatu ſecundo. Iuſtitia eſt duplex ſcilicet iuſtitia legalis, & epeieiceia, id eſt æquitas q̃ eſt directiua, in caſu, in quo deficeret iuſtitia legalis. Nõ enim lex poſita ratione humana poteſt omni caſui ſingulari puidere & ideo vltra legẽ ſcriptã neceſſaria eſt epeieiceia, vt illic declarauim⁹, & neceſſe eſt omnẽ bonũ iudicẽ eſſe epeieicẽ. Sicut aũt ſe habet Epeieiceia ad iuſtitiam legalẽ, ſic ſe habet Gnome ad Syneſim. Nam Syneſis importat rectũ iudicium circa ea quæ vt in pluribus contingunt. Gnome autẽ importat rectũ iudicium circa ea quæ raro contingunt, & in quibus lex non potuit prouidere propter raritatem taliũ caſuum, ſicut q̃n Salomon dedit iudicium inter duas meretrices altercantes de filio mortuo. Et q̃ Gnome ſit talis virtus declarat Ari. tali ſigno: Hominẽ qui eſt epeieices, id eſt bonus & æquus dicimus eſſe ſygnomonicum, id eſt procliuem ad ignoſcendũ: quaſi ex clementia contemperantẽ ſententiam. Et epeieice maximè habere, ſygnomen, id eſt & id quod eſt bonum & æquum maximè habere quandam contemperantiam veniæ. Ex quibus conſtat q̃ Gnome eſt virtus iudicatiua eius quod apparet bonũ & æquum, ſicut ergo epeieiceia dirigit iuſtitiã legalẽ ĩ exequẽdo: ſic Gnome dirigit Syneſim in iudicando in caſibus raro contingentib⁹ hęc de Gnomi dicta ſint. Patet igitur quid ſit eubulia & Syneſis & Gnome.

Num prudẽtia, Eubulia Syneſis, & gnome ſint inuicẽ diſtincta.

Sed dubium circa eas orit̃ de identitate aut diſtinctione earum à prudentia. Nam quidam volunt, q̃ ſint idem cum prudentia, quoniam operationes earum videntur eſſe operationes prudentiæ. Nam eubulia habet bene conſiliare: Syneſis bene iudicare de his quæ vt in pluribus contingunt. Gnome aũt bene iudicare de his quæ raro accidunt: ſed & ad prudentiã ſpectat bene cõſulere & bene iudicare: & poſtremo bẽne præcipere ad exequendũ bene conſiliata & bene iudicata. Cùm igitur operationes harũ virtutũ videant coincidere cum operationibus prudentiæ, non videntur diſtingui à prudentia.

Aliis autẽ videtur, quòd ſint diſtinctæ: quoniam principalis operatio & immediata prudentiæ eſt ſolùm præcipere, nec conſiliatur, nec iudicat de pręcipiendis niſi mediante eubulia & ſyneſi & gnome.

Ad hoc dubium poteris dupliciter reſpondere, primo q̃ iſt ę tres comparatæ prudentiæ non ſunt proprię virtutes deſeruientes prudentię ſicut inferiores principali modo quo artes manuales deſeruiunt architectonicæ, ſed ſunt rectitudines & habilitates, quibus rectificantur opera pertinentia prudentiæ.

Secundo potes dicere q̃ ſunt partes ſubiectiuæ prudentiæ. Pro quo aduerte quòd prudentia poteſt accipi dupliciter. Primò vt eſt genus ſubalternũ. Secundò vt eſt ſpecies conditincta contra alias: ſi ſumatur primo modo continet ſub ſe eubuliam, vt bene conſiliatiuam, Syneſim & Gnomen vt bene iudicatiuas: & prudentiam vt bene preceptiuã quæ ſit diſtincta vt ſic cõtra eubuliã & Syneſim & Gnomẽ ſicut

ſpecies contra alias ſpecies contétas ſub eodem genere. Et in hoc ſenſu patet ꝙ Eubulia & Syneſis & Gnome nō diſtinguuntur à prudentia ſubalterna: ſicut nec homo & leo ab animali diſtinguunt aut à prudentia ſpecifica: ſicut homo & leo ab omni alia ſpecie contenta ſub animali: ſi talis ſpecies vocaretur animal. Simile habemus de diſpoſitione & habitu, quæ ponuntur prima ſpecies qualitatis: nam ſi ſumatur diſpoſitio, vt ſub ſe continet habitum & diſpoſitioné, non diſtinguit realiter ab habitu, imo prædicatur de eo, & eſt vt ſuperius ad ipſum: ſi aūt ſumitur vt ſpecies condiſtincta contra habitum per differentiam hanc ſcilicet quòd eſt de facili mobilis, ſic diſtinguitur realiter ab habitu, vt ſpecies à ſpecie: ſic eſt in propoſito de prudentia, & eubulia & ſyneſi & gnome.

Et ſi quæratur an Eubulia & Syneſis & Gnome ſint naturales ei in quo reperiuntur, an acquiſitæ. Reſpondendum eſt, quòd inchoatiuè ſunt naturales, complentur autem per exercitium & ſtudium & experientiam. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De prudentiæ ad ſuas partes comparatione.

IN quarto capite comparandæ ſunt prædictę virtutes intellectuales adinuicem, & ad prudentiam: & hic duo agēda ſunt. primò quomodo conueniunt, & in idem tendunt Gnome, Syneſis, intellectus, prudentia: & ſecundò ponent duo corollaria ex dictis.

Eubulia, Syneſis et gnome verſantur circa ſingularia.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ dicuntur prænominati habit⁹, quos Ari. vocat potētias, ſcilicet actiuas, eo ꝙ ſūt principia humanarum actionū, in idem conuenire ratione materiæ circa quam verſantur: iſta autem ſunt ſingularia cō tingentia operabilia. & quidem ꝙ ſint circa ſingularia probat Ari. primo de ſyneſi & gnome & prudentia, deinde de intellectu: & cōfirmat ſigno. Quod igitur ſyneſis & gnome ſint circa ſingularia quę Ari. hic vocat extrema: quoniam primo & per ſe terminant operationem (non enim vniuerſale fit, niſi qa fit ſingulare: vt nō ſanatur homo niſi quia ſanatur hic homo) probatur ſic, Syneſis & Gnome ſunt de illis iudicatiuæ, quæ prudentia præcipit agenda, hæc patet ex ſupradictis, quoniam prudentia non præcipit niſi de præcōſiliatis & præiudicatis, qñ de eis eſt dubiū ſi & quomodo agenda ſunt: ſed prudentia non præcipit niſi de ſingularib⁹ agendis. Nā ſi pręciperet vniuerſale agēdum ſine ſingulari deriſorium eſſet pręceptum. Actio enim eſt ſingularium ex primo metaphyſicæ. Conſtat ergo ꝙ Syneſis & Gnome ſunt circa ſingularia. Quòd aūt intellectus ſit circa ſingularia, declaratur ſic: intellect⁹ vel eſt ſpeculatiuus, vel practicus: ſed vterque eſt circa ſingularia, aliter tñ & aliter. Nam ſpeculatiuus eſt circa ſingularia originatiue: quoniam eſt primorum principiorum indemonſtrabilium, vt dixim⁹ ſupra quorum cognitio originatur à ſenſu: cognitis enim terminis cognoſcuntur. Termini autem cognoſcuntur per ſenſū, vt totum & pars: ſenſus aūt eſt ſingularium: ergo intellect⁹ ſpeculatiuus originatiuè eſt ſingularium. Intellectus vero practicus terminatiuè eſt ſingularium. Nam licet in ſyllogiſmo practico maior ſit vniuerſalis, tamen minor & concluſio ſunt ſingulares: & prēterea finis intellectus practici eſt opus: opus autē eſt ſingularium ex primo metaphyſicę: patet ergo quomodo intellectus eſt ſingularium.

Signum aūt ꝙ tales habitus ſunt circa ſingularia ſumitur ex eo, ꝙ videntur ineſſe his, quibus inſunt à natura: videm⁹ enim aliquos naturaliter bene iudicatiuos, & bene pręceptiuos. Nullus aūt habitus, qui verſatur circa vniuerſalia ineſt homini à natura. Non enim videmus aliquē natura geometram, nec metaphyſicum, nec phyſicū, ſed longo ſtudio indiget & labore licet aliqui ſint magis apti ad has ſciētias quàm alij: ſed hoc eſt ſecundum diſpoſitionem remotam & non propinquā, ergo ſignum eſt, quòd Syneſis & Gnome ſicut & prudentia ſunt circa ſingularia. Et ꝙ tales habitus videantur ineſſe à natura: & ſequi naturalem diſpoſitionē corporum, patet ex eo ꝙ videntur conſequi hominum ętates: ſecundū quas tranſmutatur diſpoſitio corporalis, eſt enim aliqua ętas, ſcilicet ſenectus, quæ propter quietē à trāſmutationibus corporalibus & reſidentiam paſsionum eſt bene conſiliatiua & iudicatiua in agendis. Iuuentus aūt eſt oppoſito modo: ergo ſignum eſt ꝙ magis ſunt à natura quàm ſtudio & exercitio: licet compleantur & perfectionem ſumant per experientiam & ſtudium: vt diximus ſuprà.

Quantùm ad ſecundum aduerte duo corolaria, quorum primum ſequitur ex eo ꝙ dictum eſt, ſ. intellectum practicum eſſe circa ſingularia terminatiuè. Nā ex hoc ſequitur: quòd intellectus practicus qui eſt bene diſcretiuus ſingularium operabilium eſt in agēdis principium & concluſio: & ſic eſt principium & finis. Quod quidem ſic ꝓbatur. In ſyllogiſmo intellectus practici, ſecundum quē ratio mouet appetitum ad agendū, oportet minorē eſſe ſingularem, & vt ſic eſt principiū. Vtraque eñ ꝓpoſitio eſt principiū cōcluſionis. Oportet etiam concluſionem eſſe ſingularem, eo quòd minor eſt ſingularis per regulas ſyllogiſmorum. Sic eñ arguitur in practicis. Pauperi eſt ſubueniendum: hic eſt pauper: ergo huic eſt ſubueniendum. Patet ergo quòd in practicis, ſingulare notum eſt principium & finis.

Intellectus practicus quomō ſit principium ac finis in agendis.

Secundum corolarium ſequitur ex eo qđ dictum eſt, Syneſim & gnomen & intellectum ſequi determinatam ætatem, id eſt ſenectutem: ex hoc ergo ſequitur qđ in agendis oportet ſeruare & ſequi opinata & annunciata ab expertis ſenibus prudentibus. Et q̄ annunciant ſint nobis vt demonſtrationes ī agendis. Tales eñ ex eo quòd habent experientiam & rectum iudicium de operabilibus, vident principia operabiliū, ideo ſicut, in ſpeculatiuis credimus concluſioni propter principia, ſic in agendis debemus credere ſic, vel ſic agendum: quia ſic extimant iudicant, ſenes experti prudentes.

Senum conſilium non ſpernendum eſt.

Pro complemento huius cōſiderationis aduerte, qđ cū quatuor opera attribuantur prudentiæ, ſ. bene conſiliari de agendis, bene iudicare, bene pręcipere, bene exequi, & bene agere quæ conſiliata iudicata & præcepta fuerunt. Et iam pertractauimus conditiones requiſitas ad bene cōcludendum, & bene iudicandū, nunc conueniens eſt vt pertractemus conditiones requiſitas ad hoc quod pręceptum ſit bonum & actio iuxta illud præceptum ſit bona.

Ars bene præceptiua quatuor requirit: duo ex parte intellectus, duo vero ex parte affectus.

Tu igitur aduerte ad bonitatem & efficaciam præcepti quatuor requiri: duo ex parte intellectus, & duo ex parte appetitus. Primum ex parte intellectus eſt determinata certitudo eius quod pręcipitur. Secundum eſt efficax ſuaſio Primum ex parte appetitus eſt benignitas ſiue ducibilitas. Secundum eſt conſtantia.

Primò igitur requiritur determinata certitudo eius ꝙ pręcipitur. Quidam eñ ſunt qui faciles ſunt ad pręcipiendum, deinde conſiderant præceptū factum: & quoniā prius non fuerunt certi vtrū præceptū tale expediret, ideo modico leui ſuperueniente præceptum reuocant, laudabiliter præcipiunt: ſed pręcipitoſi & inconſiderati vltima conſideratione præcipiunt: & redditur inefficax eorum præceptū.

Secūdò requiritur efficax perſuaſio fienda illi cui p̄cipitur, vt auferatur timor difficultatis in obediēdo: & animę ad complendum præceptum. Qui eñ imperioſe præcipiūt non pręcedente, aut ſubſequente humana ſuaſione ad obediendum violenti ſunt p̄ceptores & ſubditi violenter obediunt & leui occaſione data ab obedientia ſe ſubtrahunt. Propterea expedit p̄cipientē leuiter & ſuaſiue præcipere.

Tertiò requiritur benignitas in præcipiēdo, vt ſ. præcipiens oſtendat ſe potius tali vel tali ratione cogēte quā ꝓpria voluntate pręcipere. Quod ſi potuerit inducere ſubditū ad agendū benigna adhortatione caueat à p̄cepto. Generoſus eſt eñ animus hominis, & magis amore quàm vi trahendus eſt.

Quartò requiritur conſtantia in voluntate: vt firmetur homo in bono ꝓpoſito: quo præcipit poſt bonum cōſilium & bonum iudicium habitum de agendis. Nam niſi adſit huiuſmodi conſtātia, præceptum inualidū erit: minueturque in animo ſubditi auctoritas & reuerentia ſuperioris. Sicut autem hæc quatuor prędicta pręſtant bonitatem & efficaciam pręcepto, ſic quatuor oppoſita reddunt ipſum vanum & inefficax, ſcilicet Ambiguitas contraria determinatæ certitudini: fatuitas contraria ſuaſioni: Malignitas contraria benignitati: Inconſtantia ſiue volubilitas contraria conſtantię.

Præceptum inualidum reddunt quatuor.

Imperata actio quatuor exigit.

Ad hoc autem qđ actio imperata ſit bona, quatuor requiruntur: ſcilicet ꝓuidentia, vigilantia, diligentia, ſolicitudo.

Primò requiritur ꝓuidentia: qua agens & exequens p̄ceptū curat de his, quæ conſilio inueſtigata ſunt: & iudicio determinata: & pręcepto iniuncta, vt nullum requiſitum deficiat operi demandato.

Secundò requiritur vigilantia: qua agens ſuperintendit quomodo & qualiter ex omnibus prędictis peragitur opus.

Tertiò requirit diligentia, qua opus incœptū volūtariè & ex amore continuatur, donec complementum recipiat.

Quartò requirit ſolicitudo: qua agens nō parcit labori: donec

donec opus conſummauerit.

Sicut autem hæc quatuor perficiunt opus præceptum: ſic quatuor oppoſita ipſum imperficiunt, ſ. Improuidentia, ſomnolentia, negligentia, fuga laboris. Hæc de præſenti capite dicta ſint, & hic terminatur tertius tractatus.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS in ſextum librum Ethicorum, in tribus diſtinctus capitibus.

¶ De connexione virtutum moralium.

IN quarto tractatu huius Sexti libri Ethicorũ iuxta ordinem poſitũ in principio libri agendum eſt de vtilitate ſapientię, & prudentię in rebus humanis, & de cõnexione prudentiæ cũ aliis virtutibus moralibus, & ecõuerſo: & aliarum adinuicem. Et diſtinguemus ipſum in tria capita.

In primo mouendę ſunt quæſtiones de vtilitate & principalitate prudentiæ & ſapientię.

In ſecundo ſoluentur quæſtiones præpoſitæ, & maximè ea quæ eſt de vtilitate.

In tertio declarabitur quomodo prudentia eſt connexa cum aliis virtutibus moralibus, & virtutes morales adinuicem, & quomodo non.

CAPVT I.

Quæſtiones duæ mouentur de ſapientiæ & prudentiæ vtilitate, & eorum adinuicem principalitate, & dignitate.

Ex ſexto Ethicorũ cap. 12.

IN primo capite mouentur duo dubia & arguit ad ea. Primũ eſt. Si ſapientia & prudentia, q̃ ſunt nobiliores inter virtutes intellectuales, ſunt ĩ aliquo vtiles nobis ꝓ humana vita bene & moraliter diſponenda, ſecũdũ eſt, ſi ſapiẽtia eſt principalior & eminentior quàm prudentia, vel ecõuerſo.

Sapientia nihil conferre videtur ad humanã felicitatem, quæ in vita actiua optimum eſt.

Quantum ad primum dubiũ arguitur primò ex intentione Ariſtot. quòd ſapientia in nullo eſt vtilis homini quò ad vitam humanã. Nã quicqd eſt vtile homini ꝓ vita humana apud Philoſophum moralem, confert ad felicitatem conſequendam, q̃ eſt finis vltimus humanæ vitæ, vt dictum eſt in primo libro, & iterum manifeſtabitur in libro decimo. Sed ſapientia, cùm ſit de primis & diuinis cauſis entium, vt dictum eſt ſupra, non confert homini ad felicitatem: nõ enim conſiderat ea, ꝓ q̃ fit homo felix, hęc em̃ ſunt operationes virtutum, de quibus ſapientia non conſiderat: aliter Metaphyſica eſſet ſcientia moralis: ergo, &c.

Prudentia parum vtilis eſſe videtur ad virtuosè operandum.

Secundò ꝓbatur, quòd nec prudentia eſt nobis vtilis ad bene & virtuosè operandum. Nam omnis habitus vtilis nobis ad bene operandũ reddit nos magis & melius operatiuos bonorũ: ſed ex eo ſolo quòd habemus habitum prudentiæ non reddimur melius, aut magis operatiui bonorũ, ſed per ſolas virtutes morales, vt ꝑ fortitudinem, temperãtiã, iuſtitiam: licet em̃ quis cognoſcat ꝑ prudentiam bona à nobis operabilia, & mala, quę vitare debemus, niſi adſit virtus moralis, qua inclinamur ad bene operandum prudentię habitus quo cognoſcimus qd & quomõ operandum eſt, eſt nobis inutilis. Simile habemus de arte medicinali. Nam opera ſana, puta bene digerere, bene ambulare, pondus portare, non poſſumus facere ex eo quòd ꝑ artem medicinalẽ ſcimus talia opera, ſed in eo q̃ ſum⁹ bene diſpoſiti ſecũdum habitũ ſanitatis. Cuius ſignum eſt, qa non magis ſumus operatiui digeſtionis, aut operum fortium, ex eo q̃ ſumus medici, ſed ex eo quòd ſum⁹ ſani: etiam neſcientes artẽ medẽdi. Aliter omnes medici eſſent ſani: & omnes nõ medici infirmi. Simili modo dicitur in ꝓpoſito, quòd ſcire ꝑ prudentiam quomodo bene operandũ eſt, non facit nos magis operatiuos bonorum operum, ſed ſolum habere virtutes morales operatrices bonorum operum. Patet ergo quòd prudentia niſi aliud adſit nobis inutilis eſt.

Et quoniam qs reſpondere poſſet rationi p̃cedẽti, quod non eſt neceſſe, nec vtile habere prudentiam, vt per eã bene operemur, ſed vt per eam quaſi per miniſtrũ efficiamur virtuoſi: effecti autẽ virtuoſi poſſumus bene operari. Sicut & in arte medendi, dicimus eam eſſe nobis vtilẽ non vt per eam bene digeramus: ſed vt per eam conſeruemur ſanitatẽ & effecti ſani poſſimus bene digerere. Ideo Ariſt. hanc reſponſionẽ ſic reprobat. Stãte hac reſponſione ſequit, quòd prudentia non eſt neceſſaria nec vtilis homini virtuoſo: qa, ſi non eſt vtilis niſi vt efficiamur virtuoſi: ergo ſi quis iam eſt virtuoſus, non eſt ei amplius neceſſaria, nec vtilis prudẽtia. Nã ſine adepto ceſſat neceſsitas & vtilitas medij ad finẽ. Nec eſt neceſſaria & vtilis homini non virtuoſo ad hoc ꝑ fiat virtuoſus: quoniam nihil differt ad hoc ꝑ fiat virtuoſus ſiue habeat prudentiam in ſe, ſiue ſuadeatur & inſtruat: & regatur ab alio habente prudentiam, nã ſeruans conſilia & regulas datas à prudẽte efficiet virtuoſus. Sicut ad hoc ꝑ infirmus fiat ſanus non eſt neceſſe ipſũ eſſe medicum, ſed vt regatur conſilio & ordinatione medici. Sic in propoſito nõ eſt neceſſe prauo acquirere & addiſcere prudẽtiam vt fiat bonus: ſed ſufficit ꝑ regatur conſilio prudentũ. Videtur ergo prudentia non vtilis homini pro humana vita rectè diſponenda.

Quantùm ad ſecundum dubium aduerte, quòd prudẽtia vr̃ eſſe indignior & dignior ſapientia. Indignior quidẽ quoniam ſuprà declaratum eſt prudentiam verſari circa contingentia & humana, ſapientia autem verſatur circa neceſſaria: qualia ſunt prima principia: & circa diuina entia, qualis eſt Deus & intelligentiæ. Cùm igitur habitus ſumat nobilitatem ex obiecto, conſtat prudentiam non eſſe nobiliorem, nec principaliorem ſapientia. Dignior aũt qm̃ habitus præceptiuus videtur eſſe principalior & ſuperior: nõ eſt em̃ inferioris ſed ſuperioris præcipere. Sed prudentia eſt pręceptiua. Diuiſimus em̃ ſupra prudentiam, in prudentiam politicam & œconomicam & monoſticam: & ad prudentiam politicam ſpectat ordinare quas diſciplinas oportet ciues addiſcere, & vſquequo: ad ſuperiorem aũt pertinet ordinare ſicut & præcipere: ergo vr̃ prudentia principari ſapientiæ: & ſic remanet dubium quæ ſimpliciter dicenda ſit nobilior & principalior. Nam vt diximus ex obiecto videtur ſapientia principalior: ex modo aũt ordinandi & pręcipiendi videt prudẽtia principalior. Hęc de præſẽti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Prępoſitarum quæſtionum alteram, primã videlicet, ſoluit, quæ erat de ſapientiæ & prudentiæ ad humanam felicitatem vtilitate.

IN ſecundo capite aduerte ꝑ ex duobus dubiis præpoſitis Ari. ſoluit hic tantum primum. Solutionem autẽ ſecũdi diſtulit vſque in finem huius ſexti libri: nos & ſoluemus in fine capitis ſequentis. Pro ſolutione igitur primi dubij tria agenda ſunt. Primò ſoluetur quantum ad ſapientiam & prudentiam ſimul, oſtendendo quomodo ſunt vtiles. Secundò ſoluetur ſpecialiter quantùm ad prudentiã oſtendẽdo eius vtilitatem. Tertiò declarabitur ꝑ ſine prudentia nõ poteſt homo eſſe, nec fieri virtuoſus: ideo concludetur ꝑ eſt maximè neceſſaria homini ad conſequendum felicitatem.

Quantum ad primum aduerte ꝑ Ari. intendit dupliciter reſpondere primæ rationi factæ qua ꝓbatum eſt ſapientiã non eſſe vtilem homini: & primo negat hanc conſequentiam. Per ſapientiam & prudentiam homo nihil operatur ad felicitatem conſequendam: ergo ſunt inutiles homini. Hęc enim conſequentia non valet: qm̃ admiſſo antecedente, adhuc ſunt habitus ex natura eligibiles, eo ꝑ cum ſint habitus intellectuales perficiunt intellectum. Sapientia qdem perficit partem ſcientificam, id eſt intellectum ſpeculatiuum: & prudentia perficit partem ratiocinatiuam, ſiue intellectum practicum.

Secundò reſpondetur negando quin ſapientia & prudẽtia ſint vtiles ad conſequendam felicitatem, imò, vt declarabitur in libro decimo, ſapientia facit hominem felicem felicitate ſpeculatiua: & prudentia politica facit hominem felicem felicitate practica, exemplum aũt datum de arte medicinali: non eſt conueniens in hoc propoſito. Non em̃ ſe habent ſapientia & prudentia ad felicitatem, ſicut ars medendi ad ſanitatem: ſed ſicut ſanitas ad opera ſana. Nã ſicut opera ſana ſunt vſus ſanitatis, ſic felicitas eſt vſus ſapientię & prudentiæ, ex eo em̃ ꝑ quis operatur ſecundũ ſapientiã, id eſt ſpeculatur diuina, efficit felix theoricè: & ex eo ꝑ qs, operatur principando ſecundum prudentiam politicã efficitur felix practicè. Quantum ergo prodeſt ſanitas operib⁹ ſanis, tantũ prodeſt ſapientia & etiam prudentia felicitati. Sed aduerte quod op⁹ ſanitatis eſt duplex, ſcilicet intrinſecum & extrinſecum. Intrinſecum quidẽ eſt, quod eſt in eo dẽ ſubiecto in quo eſt ſanitas: vt bene digerere, fortiter currere, rectè loqui, &c. Iſta enim ſunt in homine in quo eſt ſanitas: extrinſecum autẽ eſt, quod recipitur in alio ſubiecto diſtincto ab homine ſano: ad artificium factum ab homine ſano: puta imago ſculpta in lapide. Nam ꝑfectiori modo fit

Sapiẽtia ac prudẽtia tãtum proſunt ad felicitatẽ quantũ ſanitas ſanis operibus.

ab artifice ſano quàm infirmo: qñ Ari. comparat hic ſanitatem operib⁹ ſanis intẽdit de operibus intrinſecis. Sicut em̃ ſapientia & felicitas ſunt in eodem, ſic & ſanitas & opus ſanum aliter comparatio non valeret.

Patet igitur, quòd ratio, qua argumentatũ fuerat ſapientiam & prudentiam eſſe inutiles homini, non concludunt.

Quantum ad ſecundum aduerte, quòd in capite præcedenti argumentatum fuit hac ratione prudentiã eſſe inutilem homini ad conſequẽdum felicitatem, qa cum prudẽtia ſit tantum habitus cognoſcitiuus ſicut & ſcientia, facit hominẽ ſolũ cognoſcere virtutem moralem: & non facit operari ſecundum virtutẽ, felicitatem aũt conſequimur non ex eo q̃ ſcimus virtutem, & quomodo operandum ſecũdum virtutem, ſed quia operamur ſecundum virtutem: & ideo videtur prudentia homini inutilis ad conſequẽdam felicitatem

Hanc igitur rationem intendens Ari. ſoluere negat q̃ per prudentiam ſolũ cognoſcamus virtutẽ, & quomodo operãdũ ſecundũ virtutẽ: & q̃ per ſolam virtutem moralem operamur virtuoſè. Imò ad opus virtuoſum de neceſsitate concurrunt prudentia & virtus moralis, vt duæ cauſę connexę & neutra per ſe ſufficit. Pro quo aduerte, q̃ ad perfectionem operis boni & virtuoſi duo requiruntur. Primo q̃ homo rectã intentionem habeat de fine ꝓpter quem vult operari: hæc eſt enim principalis circunſtantia in actu morali, vt declarauimus in lib. tertio. Recta aũt intentio de fine habeẽ per virtutem moralem. vnde dicit Ari. virtus q̃dem. ſcilicet moralis intentionem facit rectã. Ideo aũt eam facit qa inclinat appetitum in debitum finem. Sicut fortitudo inclinat irascibilem ad pugnandũ ꝓ patria ꝓ diuina lege seruãda. ſecundò q̃ homo bene ſe habeat quò ad media, quibus conſequatur rectum finem intentum, ſcilicet, inquirendo ea & iudicando & præcipiendo & exequendo. Quid enim prodeſſet forti velle pugnare pro patria, ſi neſciret debita media, quibus ſperaret vincere hoſtes? Circa media autem conuenientia inquirenda verſatur prudentia, eò q̃, vt diximus ſupra, eſt bene conſiliatiua & iudicatiua & præceptiua ad conſequendum finem rectum intentũ à virtuoſo. Ex his ergo conſtat, q̃ ad opus virtuoſum requiritur prudentia & virtus moralis. Et ſic patet has duas propoſitiones eſſe falſas. Prudẽtia eſt tantùm cognoſcitiua virtutis & operis virtuoſi. Sola virtus moralis eſt totalis cauſa operatiua operis virtuoſi. Hæc aũt eſt vera, Ad op⁹ virtuoſum neceſſariò concurrunt prudentia & virtus moralis vt duæ cauſæ integrantes vnam totalem: vna vt regulans, alia vt inclinãs & ſic manifeſtum eſt rationem ſupra formatam contra vtilitatem prudentiæ non concludere.

Quomodo ad omne opus virtuoſum concurrit prudentia ac virtꝰ. moralis.

prudẽtia nulla homini eſſe poteſt abſque morali virtute.

Quantùm ad tertium aduerte, quoniã argumentatum eſt in cap. præcedenti prudentiam non eſſe neceſſariam homini ad hoc q̃ fiat virtuoſus: ſed ſufficit q̃ regatur à viro prudenti: ſicut non eſt neceſſaria ars medendi infirmo, vt fiat ſanus: ſed ſufficit q̃ regatur conſilio medici: ideo Ari. intendens remouere hoc dictum conatur oſtendere connexionẽ prudentiæ cum virtute morali, ita q̃ nõ poteſt eſſe virtuoſ⁹ niſi ſit prudens, nec econuerſo, & intendit talem rationem. Prudẽtia nõ poteſt eſſe ſine recta electione finis ꝓpter quẽ operãdum eſt. Sed recta electio finis nõ poteſt eſſe ſine virtute morali: ergo prudentia nõ poteſt eſſe ſine virtute morali. Maior ſic ꝓbat, finis in operabilib⁹ eſt ſicut principium in ſpeculabilib. ex ſecundo phyſicorum. ergo ſicut nõ põt eſſe vera ſciẽtia ſi ſit error circa principia, ſic in agibilibus nõ poteſt eſſe recta cognitio de agendis, & per conſequẽs vera prudentia, ſi ſit error circa finem ꝓpter quem operãdũ eſt: & ideo ſine recta electione finis nõ põt eſſe prudentia quæ eſt circa media ad finem. ſicut nõ poteſt eſſe vera ſcientia cõcluſionum, ſi ſit error circa principia. Minor aũt, ſcilicet q̃ recta electio finis nõ poſsit eſſe ſine virtute morali: ſic manifeſtatur. Dictum eſt in lib. quinto, q̃ quidam operanẽ iuſta, & tamen nõ ſunt iuſti: qa operanẽ nõ amore virtutis, ſed timore, aut ignorantia, aut lucro: tales nõ dicũtur iuſti, q̃uis operentur, vt iuſt⁹: ſed ad hoc, q̃ ſint & dicãt iuſti, oportet, q̃ operentur iuſta, qa eis placet, & ſic eligunt operari. Sed vt diximꝰ, virtꝰ moralis eſt illa, quæ facit rectã electionẽ finis. Dixit enim Ari. quòd virtus ſcilicet moralis intentionem facit rectam. Patet ergo quòd cum prudentia non poſsit eſſe ſine tali electione finis, & hæc electio non poſsit eſſe ſine virtute morali, quòd prudentia nõ poteſt eſſe ſine virtute morali. Nec virtus moralis ſine prudentia. Nihil enim nobis proficeret, quòd virtus moralis faceret rectam intentionem finis, ꝓpter quem operandum eſt, niſi adeſſet prudentia, q̃ inquireret & iudicaret & præciperet debita media ad conſequendum finem intentũ p virtutem moralem: & ideo ſicut vana eſſet intentio ægri de ſanitate, niſi quæreret media ad ſanitatẽ, ſic vana eſſet intentio boni finis niſi adſit prudentia ordinatiua mediorum ad finem. Non poteſt ergo homo virtuoſus fieri & virtuoſe operari ſine prudentia, &c.

Et quoniã quis poſſet dicere, quòd ad virtuosè operandum licet ſint inquirenda & indicanda debita media, tamẽ non eſt neceſſe ea inquiri p prudentiam vt eſt habitus intellectualis acquiſitus, ſed ſufficit potentia dinotica, & ideo Ariſ. declarat illã non ſufficere. ſed neceſſe eſt adeſſe prudẽtiã. Pro cuius notitia aduerte, q̃ potentia dinotica apud Latinos dicit̃ ingenioſitas, ſiue natural⁹ is induſtria, quæ eſt talis cõditionis, q̃ homo habens eam poteſt operari ea, quæ ordinanẽ ad finẽ intentũ conſequendũ, ſiue ſit bonus, ſiue malus, & ſiue media ſint bona ſiue mala. Nã furẽ ingenioſum dicimus, q̃ ſcit inuenire media ſubtilia ad furandũ: & exequens ea ad finem intentũ deuenit: & ducem ꝓpatria pugnãtem ingenioſum dicimus, quando bonis mediis patriã defenſat, & ſic patet q̃d dinotica põt eſſe bona & mala, vituperabilis & laudabilis ex malo & ex bono fine. & q̃dẽ ſi ſit mala dicit̃ aſtutia: ſi bona dicitur prudẽtia, ita q̃d cõmunis eſt vtrique, ſicut genus: vnde & aſtutos & prudentes appellamus dinoticos, id eſt ingenioſos ſiue induſtrioſos: & quoniam eſt vt genus ad prudentiã. ideo neceſſe eſt vt p differẽtiã aliquã diſtinguatur ab aſtutia. Differentia autem hæc eſt, q̃d prudentia eſt dinotica, id eſt ingenioſitas adiuncta virtuti morali, quę ſemper ſe habet ad bonũ, eo q̃d virtus moralis eſt reſpectu bonifinis, q̃ ſe habet vt principium in operabilibus. Sicut em̃ ſyllogiſmi ſpeculatiui habent ſua principia: ſic & ſyllogiſmi practici habent principia, id eſt fines: vt quòd talis finis ſit qu⁹d bonum quicũque ſit ille: ꝓpter quem virtuoſus operatur. verbi gratia, Tẽperato optimũ & quaſi principiũ eſt attingere mediũ in concupiſcentiis tactus. Sed quòd hoc ſit optimum non apparet niſi virtuoſo, qui rectè extimat de fine. Malis autẽ nõ apparet optimum, eo q̃d malitia oppoſita virtuti peruertit rationis iudicium, & mentiri facit circa bonitatem finis. q̃ em̃ malum eſt facit apparere bonũ, ſicut intemperato videtur bonũ in dulgere concupiſcentiis ſine moderatione: & ideo malus non poteſt recte in operabilibus ſyllogizare. Cùm igitur ad prudentem pertineat rectè & verè circa operabilia ſyllogizare, patet impoſsibile eſſe aliquem prudentem fore, niſi ſit virtuoſus, licet poſsit eſſe dinoticus aſtutus. Bene ergo cõcludit Ariſ. impoſsibile eſſe inueniri prudentẽ niſi ſit bonus: & ſic neceſſario cõnexa eſt prudẽtia virtuti morali. vnde decipiuntur, q̃ dicunt aſtutũ prudentẽ. Nã aſtutia ſonat in malum, prudentia autem in bonũ: quòd ſi qs vtat̃ prudentia in fine malo, non eſt propriè, ſed ſimilitudinarie prudentia. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Aſtutia non eſt idẽ quod prudẽtia.

Malus non poteſt eſſe prudens ſed aſtutus.

CAPVT III.

De duplici morali virtute, naturali & acquiſita, & de virtutum mꝛlium adinuicem connexione.

IN tertio capite inueſtigandũ eſt, ſi ſicut prudentia nõ poteſt eſſe ſine virtute morali, vt declaratum eſt in cap. p̃cedenti, vtrum ſequatur & econuerſõ. & poſito quòd ſit & econueſõ: inueſtigandũ eſt ſi etiã ita eſt de virtutibus moralibus, ſ. quòd omnes ita ſint connexę, vt qui vnam habet, omnes habeat, & qui vna caret omnibus careat.

Ex 6. Ethi. capi. 13.

In hoc igitur capite tria agẽda ſunt, primò diſcutiendũ eſt, ſi virtꝰ moralis poteſt eſſe ſine prudentia. ſecundò ſi virtutes morales ita ſunt connexę, vt q̃ vnam habet alias habeat: & q̃ vna caret, omnibus careat: tertiò ſoluenda eſt dubitatio, quæ mota fuit in primo capite huius tractatus de principalitate ſapientiæ & prudentiæ. Diximus em̃ quòd Ariſtote. eam ſolueret in fine huius libri.

Quantùm ad primum vt ſcias euidenter, q̃d nulla poteſt eſſe pfecta virtꝰ moralis ſine prudẽtia, aduerte ex intentione Ariſt. quòd ſicut in parte intellectiua practica danẽ duæ virtutes, vna naturalis, quam in capite præcedenti diximus: dinoticã, id eſt ingenioſitatem, ſiue induſtriam naturalem alia acquiſita, quam diximꝰ prudentiã, quæ ſupponit dinoticam, & perficit eam. & licet non ſint eadem virtus, tamen in hoc vno conueniunt, q̃ vtraque adinuenit vias & media ad conſequendum finem intentum, differunt autem quoniã dinotica adinuenit vias & media tam ad bonum quàm ad malum finem. Prudentia autem tantum ad bonum finem & in

Nulla poteſt moralis virtus perfecta eſſe abſque prudentia.

& in hoc prudentia corrigit & regulat dinoticā. Sic in parte appetitiua, quam Arist. appellat moralē, ꝙa in ea sunt virtutes morales: sunt duę virtutes, s. naturalis, quam appellare possumus inchoatiuè siue seminariè siue inclinatiuè moralem: & principalis, quam dicimus ꝑfectam vitutem moralē: & quidem ꝙ insit homini illa virtus naturalis, inclinatiuè moralis, patet ex eo inquit Ari. ꝙ singuli mores virtutum & vitiorum videntur inesse aliquib⁹ naturaliter, & ab ipsa natiuitate. Nam quidam videtur nati iusti, quidam natura fortes, quidam temperati, quid ēliberales, aliqui autē ad oppo sita vitia. Quòd autem talis virtus naturalis non sit virtus principalis, id est moralis perfecta, probatur dupliciter ex intentione Arist. primo, quia tales virtutes naturales insunt pueris, & videntur in esse quibusdam brutis. Quidam enim pueri naturaliter inclinātur, ad opera aliquarum virtutum, & leo videtur esse natura fortis & liberalis. Sed, vt declaratum est in primo, & secundo libro Et hic orū, virtutes principales, id est perfectè morales nō insunt pueris nec bestijs: ergo, &c. secundo: virtutes principales nulli vnquam sunt nociuę, qm̄ faciunt semper bonum habentem & opus eius faciunt bonum, vt declaratum est in libro secundo Ethicorum. Sed tales virtutes naturales sunt aliquando homini no ciuæ, vt si sint sine discretione intellectus, & debito iudicio rationis. Nam sicut qui velociter currit in tenebris, nisi adsit lumen, de facili cadit in foueam: vel impingit in aliquod durum, quo leditur, sic qui inclinatur ad aliquod opus virtutis puta ad aggrediendum pericula, ad opus abstinentię, ad opus liberalitatis, nisi adsit discretio intellectus, qua cō siderentur debitæ circunstantiæ, de facili lędetur: nam aggredietur pericula qn̄ non oportet, magis abstinebit & magis effundet sua quàm oportet.

Moralis virtus duplex, naturalis, & acquisita.

Patet igitur ꝙ virtus naturalis inchoatiuè moralis & virtus ꝑfecta moralis distinguuntur, sicut dinotica & prudentia. Sicut igitur prudentia addit super dinoticam inuentionem medij tantum ad bonum finem, sic virtus perfecta moralis addit super naturalem inchoatiuè moralem discretionem intellectus: & ex hoc manifeste constat primum propositum, s. ꝙ nō potest esse virtus perfecta moralis sine prudē tia. Nam si sit sine prudentia, erit tantum naturalis inchoatiuè moralis. Quod ꝓpositum sic ꝓbatur. Nulla est virtus ꝑfectè moralis sine discretione intellectus: virtutes enim sine tali discretione, vt diximus, insunt pueris & brutis, & sunt multoties nociuæ, quod non contingit virtuti perfectè morali: quoniam facit hominem simpliciter bonum. Sed discretio intellectus, quæ sonat rectum iudicium rationis in agendis, non est sine prudentia: qm̄ dictum est supra pruden tiam esse habitum cum ratione circa agibilia humana, & dictum est prudentiam esse bene consideratiuam circunstantiarum: & bene consiliatiuam & bene iudicatiuam de agendis: ergo nulla virtus perfectè moralis potest esse sine prudentia. Vnde aduerte, quòd prudentia se habet ad operantem moraliter, sicut lumen corporale ad operantem artificialiter. Nam sicut ędificator ædificans sine lumine sæ pe errat, sic agens moraliter sine prudētia sępe errabit: quia non cum debitis circunstantijs procedit ad opus.

Naturalis & moralis virtus quo distinguantur.

Prudentia est sicut lumen.

Patet igitur rōne prędicta, virtutem moralem non posse esse sine prudentia regulante & illuminante operantem moraliter. Quod Ari. conatur ꝓfirmare dicto Socratis: & Philosophorum sui temporis. Socrates quidem dicebat oēs virtutes esse prudentias. Quod potest esse falsum & verū: falsum quidem, si æstimabat virtutes morales esse prudentias idē tice, & essentialiter. Sic enim oēs essent virtutes intellectuales, & nulla inesset parti appetitiuæ. Sed oēs essent subiectiuè in intellectu: verum autem, si ęstimabat esse prudentias connexione, quia s. nulla potest esse separata à prudentia.

Virtutes oēs esse prudentias dixit Socrates.

Philosophi aūt contemporanei Ari. diffiniebant virtutē moralem dicentes, ꝙ est habitus fm̄ rectam rationem. Recta autem ratio est ea, quę est secundum prudentiam: est enim prudentia recta ratio de humanis agendis.

Patet igitur, ꝙ oēs sic diffinientes tam Socrates quā Philosophi contēporanei Ari. videntur diuinare siue coniectare licet distinctè non determinent, ꝙ virtus moralis est habitus fm̄ prudentiam, ex consequenti nō potest esse sine prudentia. Sed tn̄ in aliquo deficiunt: & ideo oportet addere dictis eorum. non enim virtus moralis est solum fm̄ rationē rectam, quia sic posset aliquis fieri virtuosus sine prudentia existente in eo: sed quia instructus & regulatus secundum rationem rectam & prudentiam existentem in alio: & ideo dicere oportet, quòd virtus moralis est habitus cum ratione recta, quæ est prudentia: & sic oportet virtutem moralem & rationem rectam & prudentiā existere intrinsece in quolibet virtuoso: & ꝓpterea virtus moralis & prudentia sunt connexæ inseparabiliter & coniunctæ in eodem homine. & sic patet qd̄ Socrates nimis posuit: quoniam nō solum cōiunctionem in eodem subiecto posuit inter prudentiam & virtutem moralem: sed identitatē essentialem dicēs virtutes, esse prudētias. Philosophi autem tępore Arist. minus dixerunt quam oportet ponentes virtutes morales solum esse secundum rationem rectā & debuerūt addere & cum ratione recta: & ideo Arist. vt medi⁹ bene dixit contra Socratem quòd nō sunt rationes rectæ, id est prudē tiæ & contra Philosophos sui temporis, qd̄ non solum sunt secundū rationem rectam, sed quòd sunt secundum rationem rectam, & cum ratione recta: & vt sic cōnexæ cum prudentia in eodem subiecto. Manifestum est igitur esse ípossibile, aliquē esse virtuosum moraliter sine prudētia: nec prudentem sine virtute morali: licet possit esse ingeniosus siue astutus, vt dictum est supra de dinotico.

Quantum ad secundum aduerte qd̄ Arist. arguit ad partem negatiuam: deinde resoluit intentum. sic igitur arguit, Non idem homo est optimè dispositus & à natura inclinat⁹ ad omnes virtutes morales: sed vnus ad tęperantiam alius ad liberalitatē, alius ad fortitudinē, Vnusquisque autē de facili perducitur ad id quod ex natura inclinatur, & cū summa difficultate ad id quod ex natura non inclinatur: ergo videtur, ꝙ homo assequatur illā virtutē, ad quam ex natura inclinatur, aliā autem non, ad quā non inclinatur: & sic videtur ꝙ virtutes morales non sint inseparabiliter connexæ.

Num morales virtutes sint inter se connexæ.

Ad hoc respondens Arist. inquit: Ratio prædicta recipienda est vt vera in virtutibus naturalibus, sed non est vera de virtutibus, s. moralibus: per quas fit homo simpliciter bonus: & huius ratio est, quia nulla earū potest haberi sine prudentia, nec prudentia sine his, vt dictum est: & sic sequitur ꝙ quando prudentia, quæ est vna virtus, inest alicui, simul inerunt cum ea omnes virtutes morales: quarum nulla pōt inesse, si desit prudentia, & potest sic argui, si aliqua necessariò simul adsunt alicui tertio, necessariò simul adsunt inter se: scilicet virtutes morales necessariò simul adsunt prudētię, quæ est vna virtus: quoniā nō possunt esse sine prudētia, vt declaratū est supra ergo necessariò simul adsunt inter se, & sic sunt abinuicem inseparabiles, hæc est resolutio Arist. de qua videndum est quātum ratio valeat & sic conclusio est simpliciter vera.

Quantum ad rationē Aristo. videtur non valere. fundatur enim super hoc quòd prudentia sit vna virtus, quod non est verum: nam potest aliquis habere prudentiā circa materiam vnius virtutis, & nō habere prudentiam circa materiā alterius virtutis, & ita acqret prudentiā circa illam exercendo se in illa virtute, & non acquiret circa aliam nō exercens se in ea: & confirmatur, quia in speculabilibus est alia & alia scientia vnius cōclusionis, & alterius conclusionis: nā in scientia naturali: est alia scientia de hac conclusione, cœlum est ingenerabile & alia de hac: elementa sunt tantum quatuor. Sicut igitur sunt scientiæ diuersæ circa diuersas conclusiones, non inconuenit esse diuersas prudentias circa diuersas materias diuersarum virtutum. Tu igitur aduerte, quòd hic est duplex modus respondendi: q̄dam propter argumentum factum concedunt simpliciter prudentias esse plures, & diuersificari, vt diuersificantur materiæ virtutum moralium. & vt sic alia est, prudentia regulatiua delectationum, circa quas est temperantia: alia regulatiua, operationū circa quas est iustitia: alia periculorum, circa quæ est fortitudo. Vt autem saluent dictum: Arist. qui inquit, Simul enim prudentiæ vni existendi inerunt omnes, dicunt quod Arist. sumit vnam prudentiam pro vno aggregato ex omnibus specificis prudentiis. sicut si diceret vna figura vt sub se continet omnes species figurarum.

Pruden tia quomodo sit vel nō sit vna virtus.

Sed hæc respōsio non saluat rationē philosophi, qua cōcludere intendit quòd omnes virtutes sunt connexæ, inseparabiles, eo quòd omnes insunt prudentiæ, quę est vna: nā si non est vna nisi genericè & ratio philosophi valet, eadem ratione probari posset omnes homines ínseparabiles esse & cōnexos, ita quòd si vnus deficit, omnes deficiunt: nam constat quod insunt vni homini specificè sumpto: non enim dat hic homo sine homine: ergo vni homini insunt inseparabiliter omnes homines, quod est manifeste falsum, cum successiuè generentur & corrumpantur.

Alius modus respondēdi qui tenetur in via Thomistica est ꝙ prudētia est duplex, scilicet totalis & partialis. Totalis est quæ versatur circa totā materiam humanorū agibiliū: &

Duplex prudentia, totalis, & partialis.

hæc totalitas non eſt generica, ſed reſpectu principiorum communium,quibus regulãtur oía humana.Sicut em̃ in ſpeculabilibus dantur cõiſsima principia,circa q̃ verſatur vna communis ſcientia,ſ. Metaphyſica, quæ dr̃ communis non prędicatione,ſed conſideratione cõium principiorũ & cauſarum:ſic in practicis dantur communia principia, circa q̃ verſatur vna cemmunis prudentia non cõitate prædicationis,ſed ex conſideratione talium cõium principiorum.Partialis autem eſt,q̃ verſatur circa particularem materiã alicuius virtutis,puta circa ꝑicula:& illi materię regulandæ applicantur principia cõia totalis prudentię: & ſic non datur prudentia partialis,nec ſufficit ad regulandum materiã alicuius virtutis moralis niſi adſit totalis prudẽtia.Ex hoc patet ꝙ Ari.dum dicit,ꝙ vni prudẽtiæ exiſtenti inſunt oẽs virtutes:intendit de totali,quæ,qm̃ cõſiderat eadem principia ꝓtinẽtia ad totã materiam moralem:vt omnia reducanr̃ ad regulã rõnis practicæ:dr̃ eſſe vna:& dr̃ regulare omnes virtutes.& partialis non regulat niſi in virtute huius totalis:& ideo neceſſario inſunt prudentię totali oẽs virtutes. Quod ſi Ari.intenderet de ſola prudẽtia partiali cõdiſtincta ↄ totalem,ratio ſua non concluderet.Nam vt inquit B. Tho.exponens:ſi eſſent diuerſę prudentiæ circa diuerſas materias diuerſarum virtutum,ſquæ per ſe ſufficerent ad regulandũ diuerſas materias diuerſarum virtutum:ſicut ſunt diuerſorum artificiorum gñra:nihil obſtaret vnam virtutẽ moralẽ eſſe ſine alia:vnaquæque earum habente prudentiã ſufficiẽtem ſibi correſpõdentem.ſicut non inconuenit vnum artificiatum inueniri ſine alio eo ꝙ habet particularem artem ſibi correſpondentem diſtinctam à qualibet alia arte.

Vni prudentiæ inſunt omnes virtutes.

Virtutum ſunt duo genera.

Quantùm ad cõcluſionẽ vt ſcias in quo ſenſu & qũo eſt vera,prępono hanc diſtinctionem de virtutibus moralibus. Quædam ſunt de neceſsitate principalis & abſolutæ bonitatis humanę.Quędam autem accidentales.Primę ſunt,ſine quibus eſt impoſsibile hominem eſſe ſimpliciter bonum moraliter,& quibus exiſtentibus impoſsibile eſt quin ſit ſimpliciter bonus,& tales ſunt virtutes morales cardinales,vt tẽperãtia,fortitudo, iuſtitia & prudentia vera:q̃ nõ datur ſine illis,vt declaratũ eſt ſupra.Scd̃æ aũt ſunt, ſine quib⁹ ſaltem in actu exercito homo põt ſimpl̃r eſſe bonus.& vt ſcias qua bonitate homo eſt & dr̃ ſimpliciter bonus,aduerte ꝙ eſt triplex bonitas,ſ.naturalis & acquiſita nõ principalis,& acquiſita principalis.Naturalis eſt de qua dixit Ari. ꝙ quidã vidẽtur à natiuitate iuſti, quidam temperati,quidam prudentes,& hæc eſt in pueris & brutis modo quo diximus ſupra. Acquiſita non principalis eſt à qua non dr̃ homo bonus ſimpliciter,ſed ex additione:putà bonus grammaticus, bonus citharœdus,bonus luſor:vt dictũ eſt in primo libro. Acquiſita & principalis eſt ſm̃ quam dr̃ homo bon⁹ nullo addito: vt per iuſtitiam & temperantiam dicitur homo bonus ſimpliciter.Non enim dicimus bonus iuſtus,ſicut dicimus bonus grammaticus.His pręmiſsis dico tria:primo ꝙ virtutes neceſſariæ homini vt fiat ſimpliciter bonus,quales ſunt morales cardinales,ſunt adeo connexæ ꝙ ſunt abinuicem inſeparabiles,quod ſic probatur.Quæcunque vni & eidem inſeparabiliter ſunt connexa,ipſa quoq; adinuicem ſunt inſeparabiliter cõnexa. Hæc patet:qm̃ ſicut quęcũq; ſunt eadem vni tertio,ſunt eadem inter ſe,ſic quæcunque ſunt connexa vni tertio,ſunt connexa inter ſe,ſed vt declaratum eſt ſupra de mente Philoſophi:tres virtutes cardinales ſunt inſeparabiliter cõnexę prudẽtiæ ergo ſunt inſeparabiliter cõnexæ inter ſe,ſecundo dico,ꝙ virtutes accidentales acquiſitę,quales ſunt liberalitas,magnificentia,eutropelia,affabilitas,&c.Et virginitas & caſtitas coniugalis non ſunt inſeparabiliter connexæ,quo ad actum exercitum.

Bonitas triplex.

Virtutes morales cardinales ſunt neceſſariò connexæ.

Accidẽtales virtutes acquiſitæ non ſunt adinuicem cõnexæ, niſi ſecundũ animi diſpoſitionem.

Probatur:pauper licet poſsit eſſe actu temperatus, quia poteſt ſe regulare circa delectationes actus,non tamen poteſt eſſe actu liberalis,nec magnificus:quia deficit ei materia taliũ virtutũ quæ ſunt diuitiæ & pecunia. Præterea aliquæ ſunt incõpoſsibiles in eodem ſm̃ actum exercitum: vt magnanimitas & eutropelia.dictum eſt em̃ ſupra de magnanimo.ꝙ non eſt luſiuus.ſimiliter conſtat ꝙ virginitas & caſtitas coniugalis in homine exercente actum generationis ſunt incompoſsibiles ſecundum actum:ergo, &c.

Tertiò dico,ꝙ tales virtutes,licet non ſint connexæ ſm̃ actum exercitum ſunt tamen connexæ quò ad pręparationem animi. Nam licet pauper habens virtutes cardinales non poſsit exercere actum liberalitatis, aut magnificentiæ, tamen ex prudentia ſua & recta ratione dictãte, ſemper eſt animo paratus, ſi aderit facultas tales actus talium virtutũ exercere.Quod ſi non eſſet paratus, virtuoſus non eſſet. Careret enim prudentia,ſine qua nulla eſt virtus moralis,vt declaratum eſt ſupra: & hæc determinatio eſt ad mẽtem B. Tho.in prima ſecundę quęſt.65.arti.primo.

Sed ↄ hoc tertium dictum inſurgit Geraldus Aquitanus ordinis Minorũ in lectura huius ſexti libri,arguens,ꝙ omni paupere eligente cum cõditione & dicente in corde ſuo, ſi eſſet poſsibile: vel ſi haberem diuitias libenter expenderem,&c.Non propter hoc generatur in eo virtus liberalitatis,nec magnificentię:& arguit ſic,electio conditionalis virtutẽ non generat:ſed iſte pauper deficiente ſibi materia liberalitatis & magnificentiæ habet electionem ſolum ↄditionalem,vt patet:ergo,&c.Minor patet. Maior autem multipliciter ꝓbatur.Primò,quia nõ eſt electio abſoluta.Secundo,qa non eſt operationi electæ ↄiuncta.Tertiò,quia eſt ſeparata à delectatione:q̃ tñ ſequitur gñationem virtutis, vt dictum eſt in libro ſecundo. Quartò, quia talis electio non eſt prudentię annexa,nec rationi conſona,cùm ſit ocioſa.

Præterea dicit Geraldus,ꝙ iſti,qui eligunt actum virtutis condõnaliter,dicunt verba vana,reducta ad deriſum:& ſunt ſimilia verbis quorũdam militum : qui habentes bonũ vinũ & ſedentes ſub camino credũt ſe ꝑcellere Lanzarotũ: qui poſtea in bello non excellunt vnum aſellum : vnde verſ.

Et Lanzarotum præcellens ante caminum,
Qui cernens bellum non expectaret aſellum. hęc Geral.

Sed,qm̃ virum doctum & virtuoſum nõ decet conuitiũ conuitio repellere,ideo q̃ dicit de his vt de verbis vanis & deriſorijs & de ſimilitudine militum tranſeant:magis enim ſeipſum inhonorat ita leuiter loquens quàm ꝙ in aliquo apparenter arguat contra determinationem noſtram.

Sufficiet ergo rñdere argumento:& negat̃ maior,ad ꝓbationem primam,negatur conſequentia. ſimiliter ad ſcd̃am: licet em̃ electio conditionalis,& q̃ non eſt coniuncta operationi electæ non ſufficiat ad gñationem virtutis in actu exercito,ſufficit tñ ad generationem virtutis ſm̃ potentiam ꝓpinquam,& ſm̃ animi prępararionem. Hæc enim generat̃ ſola actione immanenti,quæ eſt actio voluntatis. Ad tertiã nego antecedens : imò pauper cõtentatur & delectatur in ſeipſo,ac bona electione cõditionali,& prompta animi deliberatione:adeò ꝙ ſi facultas aduenirer, ſtatim & ſine triſtitia exiret in actum.Ad quartam nego antecedens, & nego ꝙ talis electio eſſet ocioſa.Sortitur em̃ finem ſuum , qui eſt laus & meritum. nam ex bona animi præparatione habet meritum,& eſt dign⁹ laude.Patet igitur,ꝙ eius obiectio nihil contra nos concludit.hęc de connexione virtutum dicta ſint.

Quantum ad tertium,ſoluenda eſt dubitatio mota in capite præcedẽti,vtrum ſapientia principetur,id eſt ſit excellentior quàm prudentia,vel econuerſo.Ariſ.igitur ꝓ huius ſolutione intendit hanc concluſionem.ſapientia eſt principalior & dignior prudentia:& non econuerſo:deinde ſoluetur rõ poſita in capite præcedenti,qua ꝓbatur prudentiam principari ſapientię.Concluſio aũt ſic ꝓbatur ex intentiõe Ari.Habitus qui eſt in nobiliori parte animę, principalior eſt.Recipit enim nobilitatem non ſolum ex ſubiecto circa quod,ſed etiam ex ſubiecto in quo:ſed ſapientia non ſolum eſt circa nobilius ſubiectum,qualia ſunt diuina entia ſed ẽt in nobiliori ſubiecto.Eſt enim in parte animæ ſciẽtifica,ſiue ſpeculatiua vt diximus ſupra,prudentia autem in parte animę ratiocinatiua ſiue practica , cum verſetur circa contingentia humana, vt declaratum eſt in primo tractatu huius libri:ergo , &c.

Num ſapiẽtia ſit excellentior quàm prudentia.

Ad rationem aũt poſitam in capite prędcedenti , quę fuit talis habitus præcipiens ſapientiæ principalior eſt.Eſt enim ſuperioris præcipere,ſed prudentia eſt habitus præcipiens ſapientię:ergo,&c.

Ad hoc negatur minor.Non enim prudentia præcipit ſapientię tanquam ſuperior inferiori,ſed ꝑcipit de illa,vel ꝓpter illam:qualiter,ſ.poteſt homo illam acquirere , & Ariſt. hoc declarat duplici exẽplo quorum primum eſt:ꝙ ars medicinæ præcipit & ordinat quid fieri debeat propter conſequendam ſanitatem,non tamen principatur nec excellentior eſt ſanitate,quia non vtitur ſanitate,ſed prędcipit & ordinat qualiter acquiratur ſanitas.& hoc eſt præcipere propter ſanitatem & nõ ſanitati:& ideo ſanitas nobilior eſt & appetibilior arte medicinę:ſicut finis eſt appetibilior eo qđ eſt ad finem.Eodem mõ prudentia politica non vtitur ſapiẽtia,ꝑcipiens illi qualr̃ debeat ſcrutari entia diuina ſed prędcipit in lege propter illam,ſ.ordinans qualiter ciues poſſunt eam acquirere. & ſic patet, quod ſicut ars medicinæ non eſt nobilior ſanitate , licet prędcipiat modum acquirendi eam,ſic

eam,ſic nec prudentia politica,legis poſitiua eſt nobilior ſapientia:licet tradat legem acquirendi eam. Scđm eſt ꝙ prudentia politica ſicut prȩcipit modum acquirendi ſapientiã, ſic præcipit diuinum cultum, & de Deo colendo.Et tñ non eſt nobilior Deo:quia non præcipit Deo, ſed ꝓpter Deum: vt ſciant ciues non ſolum humana curare,ſed & Deum colere,à quo diſponuntur humana.Patet igitur ſapientiã principari prudentiæ ſic ꝙ eſt excellẽtior prudentia monoſtica œconomica & politica.Hęc de prȩſenti capite dicta ſint,in quo terminatur tractatus quartus in libro ſexto Ethic.

Tractatuum in Librum ſextum Ethicorum finis.

LIBER SEPTIMVS ETHICORVM.

In duos Tractatus diuiſus.

POſtquã Ari.pertractauit in libro tertio & quarto & quinto,de virtutibus moralib.quæ perficiunt partem animę appetitiuã, & in libro ſexto,de habitib.intellectualib⁹,quę perficiũt partem animæ intellectiuam tam ſcientificam, id eſt ſpeculatiuam,quàm ratiocinatiuam,id eſt practicam intendit in hoc ſeptimo agere de cõtinentia,& ſuo oppoſito: qm̃ licet continentia nõ ſit virtus,habet tamen aliquid virtutis admixtũ:& iõ eſt laudabilis : vñ in fine quarti libri dixit Ari.ꝙ ſicut ad moralẽ ſpectat tractare de verecundia, vt de paſsione laudabili,ſic & de continentia,quæ non eſt virtus, ſed quoddam mixtum.Ideo autem nõ eſt virtus, qm̃ continens patitur ↄcupiſcentias prauas & vehemẽtes,& ꝓpterea maximè laborat in bñ operando, vel in abſtinendo ſe ab illicitis: & hoc ad defectum virtutis ſpectat:nam,vt dixim⁹ in ſecundo libro,virtus eſt habit⁹,quo promptè & delectabiliter operamur:eſt tñ aliquid admixtum virtuti, qm̃ vt dicemus infrà,continentia conſiſtit in medio duorum extremorum,ſ.inter magis & minus delectari quàm oportet: & continens ſequitur rationem rectam.Iſtæ autem ſunt conditiones virtutis,vt declarauimus in libro ſecũdo.Et ideo cõtinens appropinquat virtuoſo.Per cõtinentiam em̃ diſponitur ad virtutem.Vnde ꝓpriè loquendo,cõtinentia eſt optima diſpoſitio ad virtutem tẽperantię cõſequendã,ſicut incontinentia eſt peſsima diſpoſitio ad intemperantiã.Acturi igitur de cõtinentia,& incontinẽtia in hoc toto libro ſeptimo diuidemus ipſum in duos tractatus ex intentione Ariſt.

Continẽtia etſi virtus non ſit,eſt tamen virtuti admixta.

In primo acturi ſumus de continentia & ſuo oppoſito: & hîc declarabimus quid ſit,quibus modis dicitur, & quomodo ab alijs habitibus diſtinguitur.

In ſcđo pertractabimus de materia,circa quam verſatur & ſuũ oppoſitũ.Materia aũt hæc ſunt delectatio & triſtitia.

TRACTATVS PRIMVS in ſeptimum librum Ethicorum, in decem capita diuiſus.

¶De continentia & incontinentia.

TRactatum primũ diſtinguemus in decẽ capita. In primo aſsignanda ſunt tria circa humanos mores,q̃ ſunt ab homine fugienda:& tria oppoſita ſectãda.In ſcđo mouẽda ſunt ſex dubia: circa ↄtinentiã & incontinentiã & arguet ad ſingulũ dubiũ.In tertio ſoluet dubiũ,in quo quærit vtrũ incõtinens ſit ſciens malũ qđ opatur:& ſi eſt ſciens qualr eſt ſciens.In quarto oſtẽdet, ꝙ cõtinens & incõtinens dicunt diuerſimodè circa diuerſas delectationes humanas,ſ.ſimplr & cũ additione.In quinto oſtẽdet ꝙ diuerſimodè dr̃ continens & incõtinens circa delectationes corporales beſtiales ſiue ferales & inhumanas.In ſexto cõparanda eſt incõtinentia q̃ eſt circa delectationes humanas ſiue cõcupiſcẽtias humanas,ad incõtinentiã irę & beſtialitatis.In ſeptimo cõparandæ ſunt ↄtinẽtia & incõtinẽtia ad alios habit⁹,cũ quib⁹ ↄueniũt in mã.Iſti aũt habit⁹ ſunt tẽperantia intẽperantia, ꝓſeuerantia,mollities.In octauo declarandũ eſt intemperatum eſſe peiorẽ incõtinente.In nono declarandũ eſt,ſi cõtinens eſt nõ ꝑmanſiu⁹ ſiue non ꝑſiſtens in oĩ opinione:ſed ſolum nõ ꝑſiſtit in opinione recta:& ſi incõtinens eſt egreſsiuus,id eſt,recedit ab oĩ opinione, vel ſolũ à falſa & praua. In decimo declarandum eſt ſi quis poteſt eſſe ſimul incontinens & prudens.

CAPVT I.

IN primo capite tria agẽda ſunt.Primo declarãda ſunt tria q̃ fugere debem⁹ in vita morali.Scđò declaranda ſunt tria oppoſita,q̃ ſectari debemus.Tertiò ꝓponenda ſunt ꝓbabilia,quæ dicuntur à multis de ↄtinentia,& incontinentia, vt ſciamus inferius circa ea mouere dubia & reſoluere. *Ethic.7. cap 1.*

Quantum ad primũ aduerte,ꝙ in vita morali ex intẽtione Ari.tria fugere debem⁹,ad q̃ reducitur omne peccatũ in moralib.Hęc aũt ſunt malitia,incõtinẽtia,beſtialitas,ſiue feritas.& vt ſcias horũ rationem aduerte,ꝙ bonitas moralis quatuor exigit.Primò exigit rõnem practicam, in quã eſt prudentia:ſine qua nulla eſt virt⁹ moralis,vt dictũ eſt in lib. ſexto.Scđò exigit electionem:qa magis diiudicam⁹ mores bonos ex electione quã ex operatione, vt dictũ eſt in libro tertio.Tertiò exigit rectitudinem rationis & electionis, oportet em̃ rationem eſſe verã & appetitũ rectũ vt dictũ eſt in libro ſexto.Quarto exigit oꝓtionem ↄformem rõni rectę & electioni rectæ,alr nõ eſſet homo ſtudioſus:ſicut nec infirmi audientes ꝓceptũ medici & non exequentes non acquirunt ſanitatẽ,vt dictũ eſt in libro ſcđo.Omne igit peccatũ,qđ põt cõtingere circa mores,vel eſt ex carẽtia rõnis & electionis,& ſic eſt beſtialitas:Beſtialis em̃ hõ nec rõnẽ nec electionẽ habet de eo, quod operatur:ſed ferẽ ſua imaginatione & impetu,& effrænata paſsione,vt beſtia:& id magis conſtabit infrà.vel eſt ex carentia rectæ rõnis & rectæ electionis,& ſic eſt malitia.Malitia em̃ puertit iudicium:& mẽtiri facit circa principia practica vt dictũ eſt in libro ſexto: vel eſt ex carentia operationis ↄformis rationi & electioni rectæ:& ſic eſt incontinentia.Incontinens em̃ rectè iudicat de agendis,& rectè eligit,ſed paſsione agitatus non bene operatur,& vt dicemus non permanet perſeuerans in rõne recta, & electione recta. Patet igitur ratio & ſufficientia trium fugiendorum in moralibus. *Fugere tria potiſsimum homines debent.*

Quãtum ad ſm aduerte ꝙ tria ſunt bona oppoſita tribus prędictis fugiendis,q̃ ſectari debemus.Primum eſt virtus,q̃ opponitur malitiæ.Sumitur enim malitia pro vitio:conſtat autem vitium opponi virtuti. ſm eſt cõtinentia,q̃ manifeſte opponitur incontinentię.tertium eſt virt⁹ heroica,quaſi diuina,eo ꝙexcedit cõem modũ virtutũ humanarũ.& qm̃ nõ eſt manifeſtum hanc virtutem heroicã poſſe inueniri in homine,& opponi beſtialitati,iõ Ariſt.declarat dicto Homeri & quorundã aliorũ,hãc inueniri in homine,& ꝙ opponitur beſtialitati & aſsignat cauſas,propter quas hõ fit vt beſtia. *Tria ſunt q̃ homines ſequi debent.*

Quod igitur inueniat in homine teſtatur Homerus,qui introducens Priamum laudantem virtutem & excellentiam Hectoris inquit:Eximia ille bonitate ꝓſtabat:neque videbatur mortalis hominis filius,ſed Dei.Si igitur inquit Ariſt. ex hominib.fiunt dij ꝓ excellẽtiam virtutis,vt aiunt cõiter homines,talis quidẽ erit is habitus,qui,ſ.dicitur virtus heroica immanitati oppoſitus.

Præterea,apud Lacones cõſuetum fuit appellare viros diuinos,qñ videbant aliquos raros excellere in virtute cõmunẽ hominum modum:ergo ſignum eſt ꝙ virtus heroica poteſt inẽſe homini.hinc prouenit,ꝙ ſapientiſsimos & prudẽtiſsimos & fortiſsimos appellamus diuos,vt diuus Plato, diuus Salomon,diuus Alexander,&c. *Virtus quadam heroica in hominib. eſt.*

Quod autem heroica virtus opponatur beſtialitati ſic ꝓbatur,Vitio,quod raro inuenitur, opponitur virtus raro inuenta.Sed beſtialitas raro inuenitur in ſpecie hominũ, & virtus heroica ſimiliter.Sicut enim rari homines viuunt vt beſtię,ſic rari viuunt vt dij.Prętereà peſsimo vitio opponit optima virtus:ſicut frigidiſsimo opponitur calidiſsimum. Sed beſtialitas eſt peſsimum vitium:priuat enim hominem omni excellẽtia humana:& heroica eſt optima virtus quoniam eleuat hominem ſuper alios:ergo &c.

Quibus aũt cauſis homines fiũt beſtiales aduerte ex intẽtione Ari.ꝙ ex tribus.Primò ex ↄuerſatione inter barbaros iſti em̃ indiſciplinati ſunt:& nõ vtuntur rõne in agẽdis, ſed imaginatione & appetitu irregulato.vñ qui ↄuerſant inter eos ↄhunt mores brutales,cũ ↄuerſis em̃ puertuntur.vt aũt ſcias qui nam ſint barbari aduerte ꝙ apud Ariſ. oẽs præter Grẽcos ſunt barbari & qm̃ Græci,vt inquit Euſtratius ſunt diſciplinati & cõnutriti ratione:ideo qñ dicit Ari.ꝙ beſtiales ſunt rari,intẽdit apud Grẽcos.Nam apud barbaros, qui non aſſueſcunt viuere ratione,beſtiales ſunt pro maiori parte:& heroes non inueniuntur in eis. *Beſtiales homines fiunt oribus ex tauſis.*

Scđm veritatẽ autem barbari ſunt,apud quos non ſunt bonæ diſciplinę in moralibus:& eruditiones primæ ætatis: vnde *Barbari qui ſint.*

vnde videmus populos illiteratos montanos, ſylueſtres ꝑ maiori parte feraliter viuere. Secundo ex ægritudine aliqui incidunt in beſtialitatem, aut ex orbitate, id eſt, priuatione rei caræ. Tales enim verſi in amentiam, viuunt, operatur, comedunt vt immanes ferę, aut enim carnes crudas comedũt aut ſanguinem humanum bibunt, aut conuiuia inſtruunt comedentes ꝑprios filios, de quibus dicemus infra. ad hãc beſtialitatem reducuntur quędam ex mulieribus prægnantes, quæ carbones & terrã, & alia monſtruoſe comedunt agitatæ ex puerſo ſuo appetitu. Tertio ex augmẽto malitię. Quidam em̃ ſunt adeo male nati: & poſt malã natiuitatem adeo male aſſueti ꝙ neſciũt aliud quàm immaniter viuere: vt pote corruptam habentes in ſe humanam naturam hos inquit Ari. ſuperinfamamus, id eſt, vocamus eos abſolute beſtiales. Sed de hac beſtialitate nihil ad præſens dicemus, ſed infra in hoc ſeptimo libro de ea perſcrutationem faciemus. Nunc aũt tractandum eſt de continentia & ſuo oppoſito, & de perſeuerantia, quæ ad continentiã reducitur, & de mollitie, quæ ad incontinentiam ſpectat. De malitia autem, id eſt, de vitio, ſatis dictum eſt ſupra, vbi de virtutib. moralibus & vitijs eis oppoſitis iam pertractauimus.

Sex hominibus probabilia de continentiæ & incontinentiæ conſideratione dicuntur.

Quantùm ad tertium, vt ordinatè pertractemus de continentia ac perſeuerantia, & de incontinentia, ac mollitie, expedit prius afferre cõia ꝑbabilia, quæ ſm plures opiniones ꝑbabiles dicũtur de eis. Hęc autem cõia ꝑbabilia ſunt ſex ex quibus tria ſunt circa continentiam & perſeuerantiam: & circa eorum oppoſita, ſ. circa incontinentiam & mollitię. Duo autem in comparatione ad temperantiam & prudentiam. Sextum verò circa materiam continentiæ & ſui oppoſiti.

Primum igitur eſt tale, Continentia & perſeuerãtia ſunt laudabiles. Incontinentia autem & mollities prauæ & vituperabiles.

Secundum eſt, continens vr̃ eſſe idem cum permanſiuo & perſiſtente in ratione, id eſt, iudicante ſm rationem quid agendum. Incontinens autem videtur eſſe idem cum egreſſiuo, id eſt, cum recedente à iudicio rationis.

Tertium eſt, Incontinens cognoſcit aliqua eſſe mala & non agenda, & tñ ea agit commotus paſſione. Cõtinens aũt patitur concupiſcentias prauas, & concitatur ab eis, non tñ ſequitur eas, nec operatur ſm illas, ꝓpter iudicium rationis cui attendit: ideo non ſuperatur paſſionibus concupiſcentię: & hæc tria ꝑbabilia pari modo extẽdenda ſunt ad perſeuerantiam & mollitiem.

Quartum eſt, Omnis continens videtur eſſe temperatus & perſeuerans & econuerſo. Omnis autem intemperatus videtur eſſe incontinens & mollis.

Quintum eſt, Homines quandoque dicunt ꝙ contingit prudentem eſſe incontinentem, & ſimiliter dicunt, ꝙ cõtingit dinos, id eſt, ingenioſos eſſe incontinentes, quandoque autem dicunt oppoſitum, ſ. ꝙ non contingit prudentem eſſe incontinentem, quoniam omnis prudens continens eſt.

Sextum eſt, Quandoque dicuntur aliqui continentes vel incontinentes non ſolum circa concupiſcentias: ſed ẽt circa iram & honores & lucra. Hæc igitur ſunt ſex, ꝑbabilia famoſa quę ſolent dici de continentia, perſeuerantia, incontinentia, mollitie: & in hoc terminatur caput primum.

CAPVT II.

Sex de Continentiæ & Incontinentiæ dubitationes mouentur, & ad illarum partes arguitur.

Ethi. 7. Cap. 2.

IN ſecundo capite vt appareat qũo ſex probabilia poſita de continentia & ſuo oppoſito in capite precedenti vera ſint, mouenda ſunt dubia circa ea, & arguendum ad ea.

Primum dubium, Num quis ſit ſciẽs & incontinens.

Primum dubium eſt circa tertium ꝑbabile. Dictum eſt enim ꝙ incontinens cognoſcit & ſcit aliqua eſſe mala, & nõ agenda: & tñ agit ea. Dubitatur ergo vtrum quis ſit ſciens & incontinens, & arguitur ꝙ non. Sciẽtia enim eſt quid fortiſsimum & optimum in homine: ſed fortius non ſuperatur à debiliori: igitur impoſsibile eſt quòd exiſtente in homine ſcientia aliquid aliud, puta paſsio, & appetitus ſenſitiuus trahat hominem ad operandum cõtra ſcientiam: non datur ergo incontinens & ſciens, ſed aut non datur incontinens ſi eſt ſciens, aut ſi datur, eſt ignorans: & per ignorantiam, nõ autem per ſcientiam operatur. & hęc, vt inquit Ariſ. fuit ratio Socratis, cui conſiſtebat ad deſtruendum incontinentiã. Dicebat enim Socrates neminem ſciẽtem facere ꝺ id, quod optimum eſt, id eſt contra ſcientiam, ſed eos qui faciũt, per ignorantiam facere.

Sed in contrarium ſic arguitur, ꝙ ratio Socratis non valeat, patet ex eo, ꝙ videm⁹ aliquos, operari id, quod ſciunt eſſe malum. Patet enim quòd incõtinens antequam agitet paſsione extimat non agendũ id quod poſtea agit inſurgẽte paſsione: puta non mœchandum. Si igitur dicatur quod agitatus paſsione ignorat quid agendũ, & vt ſic ignorans malè agit, quærere oportet quis ſit iſte modus ignorantiæ exiſtens in incõtinente, quando eſt agitatus paſsione. Hoc enim eſt valde dubitabile.

Sed aduerte, quod aliqui inuenerunt medium, concedũt enim, quòd incontinens agitatus paſsione operans malum, modò habet ſcientiam de malo quod agit: quia non poſſet agere contra ſcientiam, vt inquit Socrates: nec ignorat, ꝙa acta per ignorantiam videntur excuſabilia, ſed habet opinionẽ. Opinatur enim illud eſſe malum, quod agit in paſſione conſtitutus. Licet autem non poſſet agere contra ſcientiam, poteſt tamen agere contra opinionem.

Sed Ariſt. id ſic reprobat. ſi incontinens agitatus paſsione habet opinionẽ hoc eſſe malum quod agit, aut hæc opinio eſt fortis & firma, & ſic æquipolleret ſciẽtiæ: ergo ſicut non poteſt incontinens agere contra ſcientiã vt concedunt, ſic nec contra opinionem fortem & firmam, aut eſt debilis & remiſſa: ita quòd ponit incontinentem in dubio vtrum ſit bonum, aut malum, quod agit, & ſic incontinens operans malum non eſſet vituperabilis, ſed excuſabilis ac dignus venia, vt pote qui non potuit determinatè cognoſcere vtrum agat bene, aut non: & ſic incontinentia non eſſet malitia, nec vituperabilis: quod eſt falſum. nam apud omnes rectè ſentientes de moralibus, incontinens eſt vituperabilis, ſicut per oppoſitum continens eſt laudabilis. non ergo illa reſponſio valet.

Secundum dubium, Nũ incontinens ſit prudens.

Secundum dubium eſt circa quintum probabile, Dictum eſt enim quòd homines quãdoque dicunt quòd cõtingit incontinentem eſſe prudentem. Quæritur ergo, vtrum idẽ homo poſsit eſſe ſimul incontinens & prudens. & arguit⁹ primo quòd ſic: nam incontinens habet opinionem contra tendentem, id eſt, reſiſtentem concupiſcentiis prauis: & non eſt hęc opinio debilis: alitervt dictũ eſt ſupra incõtinẽs nõ eſſet vituperabilis ſed dign⁹ venia: ergo talis opinio eſt fortis & firma: ſed inter omnes opiniones, quę ſũt circa agibilia, prudentia eſt fortiſsima: ergo incontinens habet prudentiam reſiſtentem malis concupiſcentiis.

Secundò arguitur quod non: nam ſi idem ſit ſimul incõtinens & prudens, erit ſimul bonus & malus moraliter: quod eſt falſum, vt patet cùm ſint oppoſita. Conſequentia autẽ ꝓbatur. nam incontinens eſt qui volens operatur turpia. ergo malus eſt. Prudens autẽ, vt dictũ eſt in libro ſexto, eſt cõiunctus de neceſsitate cum virtute morali: eſt ergo prudens vir tuoſus: virtuoſus autẽ eſt bonus, ergo ſimul erit malus, & bonus: ergo impoſsibile eſt incõtinentem eſſe prudentem.

Tertium dubium, Num ſimul contingat hominẽ eſſe continẽtem ac temperatum.

Tertium eſt circa quartum probabile. Dictum eſt enim ꝙ omnis continens: videtur eſſe temperatus: incõtinens autẽ intemperatus, quæritur ergo ſi continens eſt temperatus: & arguitur quòd non. nam ſic diſtinguit⁹ à ſufficiẽti diuiſione, quoniam continens patitur cõcupiſcentias, aut ſunt fortes, aut debiles: ſi fortes aut prauas aut bonas: ſi debiles, aut prauas aut bonas: ſi fortes & prauas, ergo nõ eſt temperatus, ꝙa temperatus iam frænauit fortes cõcupiſcentia ſuas, hoc eſt enim proprium virtutis tẽperãtiæ, vt declaratum eſt in libro tertio ſi fortes & bonas, ergo cõtinentia eſt laudabilis, imò vituperabilis. Omnis enim habitus ꝓhibens ſequi bonũ eſt malus: cõtinentia autem, ſi eſt circa cõcupiſcentias fortes & bonas, prohibet ſequi bonũ ergo eſt habitus malus, quod eſt ſtultum dicere. ſi debiles & prauas: nõ erit continentia multum laudabilis & venerabilis: nam laudat ex eo quòd ꝓhibet ſequi concupiſcentias malas quas difficile eſt cohibere: non autem eſt difficile cohibere debiles cõcupiſcẽtias, ſicut non eſt difficile ſanare paruam ægritudinẽ: ergo, ſicut non multum laudatur medicus ſanans remiſſe infirmum, ſic nec multũ laudatur homo reſiſtens paruæ cõcupiſcentiæ: ſi debiles & bonas, non erit laudabilis vllo modo, quia prohibet ſequi bonum. Patet ergo à ſufficiẽti diuiſione, quòd idẽ homo non poteſt eſſe ſimul continens & temperatus: ſumẽdo continentiam, vt diſtinguitur contra temperantiam ſicut diſtinguitur diſpoſitio contra habitum.

Quartum dubium, Num continens ſit permanſiuus in ratione, & incontinens non.

Quartum eſt circa quintum probabile. Dictum eſt enim ꝙ continens videtur eſſe permãſiuus in ratione, incõtinens autem egreſsiuus à ratione. Quæritur ergo cũ dr̃, ꝙ continens eſt permanſiuus in ratione, ſi debet intelligi quòd eſt permanſiuus in omni ratione, quaſi ſequẽsomnem opinionẽ ſiue veram, ſiue falſam: & ſimiliter quæritur cũ dicitur, ꝙ

incôtinens eſt egreſsiuus,id eſt receſsiuus à ratione: ſi debet intelligi ꝙ recedit ab omni ratione quaſi nulla ſequens rationem,ſiue veram ſiue falſam.Arguit igitur Ari.de continentia ad partem negatiuam ſic,ſi continens eſt permanſiuus in omni rône,ita ꝙ omni adhęret & à nulla recedit, ſequitur aliquam contiuentiam eſſe prauam & vituperabilem:quod eſt falſum,laudamus enim vniuerſaliter continẽtem,& vituperamus oppoſitum,conſequentia autem patet, qm̃ contingit aliquam rationem & opinionem eſſe falſam in moralibus,putà opinari licere mentiri:à qua recedere eſt bonum:ergo ſi quis cõtinens tali rationi adhęret, talis continentia eſt praua,ſimiliter arguit de incôtinentia ad partẽ negatiuam ſic,ſi incontinẽs eſt egreſsiuus ab omni ratione & opinione, ita ꝙ nulli adhæreat aliqua incontinentia erit laudabilis,quod eſt falſum: qm̃ vniuerſaliter vituperatur: conſequentiam autem ꝓbat Ariſto.exemplo Sophoclis poë

Mẽtiri num quam licuit.

tæ,qui in Philothete recitat Neoptholomum fuiſſe laudabilem:quia non perſtitit in ratione opinatiua,qua ſibi perſuaſum fuerat ab Vlyſſe ꝙ deberet mentiri Philotheto cá certi commodi:ſed Neoptholomus aduertens non licere mentiri,non perſtitit in ratione ſuaſiua facta ab Vlyſſe, & noluit mentiri:ſicque laudatus fuit.Si igitur receſſus à quacunque ratione facit incontinentiam:patet quòd aliqua incontinentia erit laudabilis.

Prætereà,ſi egreſſus à quacunque ratione eſt incontinẽtia,ergo qui non acceptat cõclusionem factam per ſyllogiſmum ſophiſticum,quo concluditur falſum, & inopinabile, erit incõtinens,& vt ſic vituperabilis,quod nullus ſanæ mẽtis diceret:cõſequentia ſic ꝓbatur,Pono ꝙ Sophiſta ſic arguat Sorti,Quicquid emes comedes:carnes crudas emes:ergo carnes crudas comedes. Certum eſt ꝙ Sortes etiam ꝙ neſciret ſophiſma ſoluere,non acceptabit concluſionẽ,ſed recedet ab ea:ergo ſi egreſſus ab omni ratione facit incontinentiam,certum eſt ꝙ Sortes erit incõtinens & vituperabilis.

Prætereà ſequitur ꝙ incõtinentia adiuncta imprudentiæ põt facere opus virtuoſum:& ſic erit virtus,quod eſt ſtultũ dicere.Cõſequentia ꝓbatur: ſit Sortes qui ex imprudentia ſua opinet non orare eſſe bonũ.Sicut em̃ prudentia extimat bonum eſſe bonum,& malum malum:ſic imprudentia extimat malum bonum,& bonum malum.Recedat Socrates ab hac opinione, & oret:ergo per poſitionem erit imprudens & incontinens:& ab eo vt imprudente & incontinente ꝓcedit opus virtuoſum,quod eſt orare.Cùm igitur tria prædicta ſint inconuenientia,patet ꝙ cõtinens eſt permanſiuus in omni ratione,nec incontinens egreſsiuus ab omni ratione.

Quintum dubium, Num incontinens ſit peior intemperato.

Quintum dubium eſt circa primum probabile. Dictũ eſt enim,ꝙ continentia eſt bona & laudabilis,incontinentia autem praua & vituperabilis. Dubitatur ergo,ſi incontinens eſt peior intemperato,vel econuerſò,& arguit Ariſt. ad partem affirmatiuam ſic,Intemperatus eſt melior incontinẽte ergo incontinens eſt peior,conſequentia patet,& probatur antecedens,Qui facit malum perſuaſum ſibi eſſe bonum,melior eſt eo qui facit malum ſciens illud eſſe malum:ſed intẽperatus facit malum,qm̃ perſuaſum eſt ſibi illud eſſe bonũ. Perſuadet enim ſibi ipſi vel perſuadetur ab alio, ꝙ delectationes turpes ſunt ꝓſequendę,vt bonę: incontinens autem facit malum ſciens illud eſſe malum:quia ratio recta iudicatiua permanet in eo,licet attractus à concupiſcentia agat illud,quod iudicat eſſe malum,ſicut eſt:ergo intemperatus eſt melior incontinente,minor quidem declarata eſt,ſed & maior ſic manifeſtatur,Qui facit malum perſuaſus eſſe bonum,ſanabilior eſt eo qui facit malum ſciens illud eſſe malum.Nam de facili inſtrui poteſt ab alio ſapiente & ꝓbato viro,ꝙ deceptus eſt:& ꝙ credat id quod agit non eſſe bonũ & ſic corrigens ſeipſum non operabitur vt antè,qui autem operatur malũ,& ſcit illud eſſe malum,nõ ſanabitur à ſeipſo nec ab altero,ſed de eo inquit Ari.verificatur ꝓuerbium quo dici ſolet,qñ aqua ſuffocat,quid adhuc oportet bibere,nam ſi incontinens ſuaſus ageret,ſ.malum,diſſuaſus vtique ceſſaret.Nunc verò non ſuaſus,ſed ꝓprio iudicio iudicans malum eſſe malum,agit malum,ideò videtur inſanabilis,& ſic eſt peior intemperato.

Sed aduerte,ꝙ Ari.hic procedit argumentatiuè, & non determinatiuè,nam infra determinabit ex propria intẽtione,ꝙ intemperatus eſt peior incontinente multis rationibꝰ, & tunc ſoluemus rationem hic poſitam.

Sextum dubium. Num continentia

Sextum dubium eſt circa ſextũ ꝓbabile. Dictũ eſt enim ꝙ continentia & ſuum oppoſitum nõ ſolum videtur eſſe circa concupiſcẽtias,ſed etiam circa iras,honores,lucra &c.

Dubitatur igitur ſi incontinentia ſit circa omnia prædicta, an ſolum circa concupiſcentias,& arguit Ari.ad partem negatiuam ſic, ſi incontinentia eſt circa oĩa prædicta & breuiter circa omnem materiam moralem,nullus inuenietur q poſsit dici ſimplr incontinens.Nullus enim habet oẽs incõtinẽtias,ſed ſi verſatur ſolum circa malas ꝙcupiſcentias,nõ eſt difficile inuenire ſimplr incõtinentem multi enim inſeruiunt ventri,& incõceſſę Veneri.Hęc igitur ſunt dubia mota circa ꝓbabilia poſita in præcedenti capite de continentia & ſuo oppoſito, & inferius ſigillatim reſoluenda ſunt ſm intentionẽ Ari.Nam in hoc capite tantum diſputatiuè & inquiſitiuè ꝓceſſum eſt:& hic terminatur ſecundum caput.

verſetur ſolum circa delectationes.

CAPVT III.

Quõmã pacto continentes & incontinentes agant ex ſcientia.

Ex ſeptimo Eth. capite tertio.

IN tertio capite reſoluendum eſt primũ dubiũ poſitũ circa tertium ꝓbabile in capite præcedenti,ſ.vtrum idé poſſit eſſe ſciens & incontinens,& poſito ꝙ ſic,qũo,& qualiter eſt ſciens:& hic quatuor agenda ſunt.Primò recitatur quędam opinio,quam ẽt tetigimus in ca.præcedẽti, vbi formauimus rationem Socratis,& improbatur.Secundò ponẽtur tres diſtinctiones,ex quibus tribus modis rñdebimus ꝓpoſito dubio.Tertiò ponetur vera & vltimata reſponſio,q̃ præponenda eſt omnibus alijs ad mentem Ari. Quartò ſoluenda eſt ratio Socratis recitata in præcedenti cap.

Quantùm ad primum aduerte ꝙ aliqui vt ſuprà diximus rñdent dubio propoſito,& dicunt,quòd nullus incontinens poteſt eſſe ſciens,quia non poſsit agere ꝺ ſciam,poteſt tñ eſſe opinãs:quia opinio eſt debilior ſcientia, & ideo licet incontinens opinetur id quod agit eſſe malum, poteſt tamen agere contra hanc opinionem.

Incontinens operans non recedere dicendus eſt ab opinione non autem à Scientia.

Sed hæc rñſio,vt inquit Ariſ.non valet, qm̃ videmus aliquos incontinentes,ꝓ certo credere id,quod agunt eſſe malum puta mœchari,& hæc credulitas ęquiparatur ſcientię. Prætereà,videmus aliquos ita adhærere vni opinioni ſicut certiſsimæ ſciẽtiæ,ſicut Heraclitus ita adhærebat huic opinioni, Omnia ſunt in continuo motu : ſicut Geometra huic cõcluſioni, Triangulus habet tres æquales duobꝰ rectis,cũ igitur incontinens poſsit ita adhærere opinioni,ſicut ſi ſciret,nihil differt concedere incontinentem poſſe eſſe ſcientẽ: ſicut opinantem,igitur hæc reſponſio non valet.

Quantùm ad ſecundum vt habeatur vera reſpõſio aduerte quòd Ari.tres diſtinctiones ponit: iuxta quas ponentur tres reſponſiones veræ.

Scientia duplex in habitu & in actu.

Prima diſtinctio:ſciens eſt duplex,ſ. in habitu & in actu ſciens in habitu eſt ille qui habet ſcientiam,ſed circa illam non conſiderat:ſciens in actu eſt qui habet ſcientiam & cõſiderationem circa illam:vt Geometer actu probans triangulum habere tres ęquales duobus rectis.

Sciendi modi duo ſunt.

Secunda eſt,ſicut ſunt duo modi propoſitionum,quibus vtitur ratio practica ſyllogizans,ſ. ꝓpoſitio maior vniuerſalis:& ꝓpoſitio minor ſingularis.vt hic,omne malum vitãdum eſt,hoc eſt malum,ſ.furari,ergo,&c.Sic ſunt duo modi ſciendi,ſcin vniuerſali per ꝓpoſitionem vniuerſalem: & in ſingulari per ꝓpoſitionẽ ſingularem:& neceſſe eſt eum qui intendit virtuoſè operari,habere vtrunque modum ſciendi vt dicemus.

Scientia in habitu dupliciter:ſoluta, & ligata.

Tertia eſt:aliquis poteſt habere ſcientiam in habitu dupliciter,primo ſolutam:& eſt qñ eſt in tali diſpoſitione, ꝙ poteſt ea liberè vti,vt philoſophus vigilans, ſanus, animo quietus:ſecundo ligatam,& eſt qñ eſt in tali diſpoſitione,ꝙ ꝓhibetur ea vti:vt philoſophus dormiens, aut lythargicus, aut ebrius,& tunc licet ſit ſciens,quia habet habitum ſcĩæ, eſt tamen ac ſi non eſſet ſciens,Philoſophus enim dormiẽs non differt ab ignorante.

Incontinens quis eſſe põt ſciens habitu non autẽ actu.

Iuxta has tres diſtinctiones reſpõdet tripliciter ad quęſitum.Iuxta primam dr̃ quòd non inconuenit idem ſimul eſſe incontinens & ſciens in habitu. Non autem ſciẽs in actu. Poteſt enim quis ſciens in habitu, ꝙ fornicari eſt malũ fornicari:quia non conſiderat actu ſuper hoc malum. Non aũt vr̃ poſſe fornicari, & conſiderare actu ꝙ fornicari eſt malum:nemo enim reſpiciens actu ad malum operatur malũ. Nam vt dicit Philoſophus videtur durum quòd quis actu ſciat & cõſideret hoc eſſe malum,& tamen illud operetur. Non autem videtur durum ſi ſciat habitu, & non conſideret:quia non ſe applicat,verbi gratia, eſt quis optimus grãmaticus, & diſtractus ad alia conſideranda interrogatus, ſcilicet talis ſyllaba eſt longa vel breuis, reſpondebit non conſiderans quòd eſt longa,dato, quòd ſit breuis : non tamen ſic reſponderet ſi ſe applicaret conſiderans qualitatẽ

talis

talis ſyllabæ. ſic applica in propoſito de incontinente & ſciente habitu,non tamen animo applicato.

Iuxta ſecundam diſtinctionem ſic rñdetur quęſito,ſciés ꝓpoſitionem vniuerſalem & ſingularem in habitu tantum, vel ſciens ſolùm,ꝓpoſitionem vniuerſalem in actu, non aũt ſingularem:quia non applicat actu ſingularé vniuerſali põt eſſe ſimul ſic ſciens & incontinens:& agere ꝺ talem ſciam: qm̃ actio non eſt circa vniuerſalia, ſed circa ſingularia.

Agere contra ſcientiã quomodo vitioſum ſit & quando.

Tu tñ aduerte vt inquit Ari. quòd vniuerſale põt accipi dupliciter. Primò in ſeipſo abſolutè conſideratum, vt cum dr̃,omni homini conferunt ficus. Secundò vt eſt in ſingulari,puta ꝙ iſte eſt homo & hic cibus eſt fic?:ergo huic homini confert hic cibus. Poteſt ergo contingere ꝙ quis ſciat habitu & actu vniuerſale ſm̃ ſe conſideratum,& non ſciat habitu nec actu vniuerſale in ſingulari: & poteſt contingere ꝙ ſciat vniuerſale in ſingulari habitu & actu:& iſti duo modi adeò differunt ꝙ agere contra ſcientiam habitam de vniuerſali in ſe conſiderato habitu & actu, non eſt inconueniens: eſt autem inconueniens agere contra ſcientiam habitam de vniuerſali in ſingulari habitu & actu:& hęc nõ eſt in incontinente,&c.

Incontinentis ſcientia ligataeſt,nõ autẽ ſoluta.

Iuxta tertiam diſtinctionem ſic reſpondetur quæſito, incontinentes ſunt ſimiles ſcienti dormienti,aut ebrio,in quo eſt ſcientia ligata:conſtat autem ꝙ ſciens ebrius agit nõ ſm̃ ſcientiam,ſed agitatus calore vini,ſic & incontinens ſciens agit non ſm̃ ſcientiam ſed ſecundum motum paſsionis vehementis. Paſsio nanque vehemens ita ligat ſcientiam & iudicium,ſicut calor vini ligat iudicium ebrij:ſtat ergo ſcientia ligata ſimul cum incontinentia,non autem ſcientia libera & ſoluta.

Nec obſtat quòd aliqui incontinentes exiſtentes in vehementi paſsione,aliquando ꝓferunt verba,quæ videnť ꝓcedere à ſcia libera & ſoluta,vt ꝙ mulieres pulchræ fugiendę ſunt,ne ſint cã fornicandi,& varietas pulmenti non expedit ſanitati,nam licet talia aliqñ ore proferant,tñ aliud ſentiũt in corde,cuius ſignum eſt, ꝙ operantur oppoſitum eius qd̃ dicunt. Vnde in hoc ſunt ſimulatores & non reales,& aliqñ ꝓferunt hæc inaduertenter,neſcientes quid dicant & ſunt ſimiles philoſopho mathematico ebrio,qui facit demõſtrationes mathematicas,ad quas non attendit,& alius decantat carmina Empedoclis,quæ non intelligit, qm̃ obſcuriſsimè ſcripſit,& pueri decantant carmina in ſcholis, quę non intelligunt,ſic faciunt incontinentes,& ideò propter verba bona quæ proferunt non eſt iudicandum, ꝙ habeant ſcientiam liberam,ſicut nec Philoſophus furioſus.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Ariſt. ſoluit prępoſitum dubium vltimata rñſione,quæ magis eſt ad mentem ſuam,licet enim tres prædictæ ſint ad mentem ſuam & veræ:hęc tñ ſecundum ꝙ dicit Euſtratius eſt principalior,eò quòd fundatur ſuper naturalem ꝓceſſum ſcientię practicę. Pro reſoluta igitur reſponſione tria agenda ſunt. Primò formabitur ꝓceſſus ſcientię practicæ,qui fit per ſyllogiſmum. Secundò declarabitur quomodo incontinens in tali proceſſu ſe habet & peccat. Tertiò ſoluetur dubitatio quę orietur ex his, quæ dicentur.

Syllogiſmus practicus quo fiat & differenter concludat à ſyllogiſmo ſcientifico.

Quantum ad primum aduerte ꝙ in proceſſu ſciẽtię practicæ ſyllogizando eſt duplex opinio ad mentem Ariſt. vna quidem vniuerſalis ſignata per propoſitionem ſiue pręmiſſam vniuerſalem: vt omne inhoneſtum eſt fugiendum altera autem ſingularis circa ea quę ſenſu percipiuntur, & ſignat̃ per ꝓpoſitionem ſingularem,puta ꝙ hic actus, ſ. fornicari eſt inhoneſtus,ex his duabus concluditur recta ratione practica,ꝙ hic actus fornicandi eſt fugiendus, ſicut igitur in ſpeculatiuis ex vniuerſali & particulari ſiue ſingulari neceſſario ſequitur cõcluſio. Nam bene ſequitur,omnis homo eſt animal: Sortes eſt homo ergo Sortes eſt animal: ſic in practicis ex opinione vniuerſali in actu, & opinione ſingulari in actu:neceſſario ſequitur opus differenter tamen, nam in ſpeculatiuis neceſſariò nulla exceptione facta ſequitur cõcluſio,in practicis autem non abſolutè neceſſario, ſequitur opus:ſed hac conditione ꝙ non appareat impedimentũ, puta defectus materię,impotentia agendi,ligamentum potentię actiuę,puta dormitio,ebrietas,mania, &c. Præterea in ſpeculatiuis ſequitur neceſſariò ↄcluſio ex præmiſsis, ſed in practicis nõ ſequitur opus vt ↄcluſio ex pręmiſsis,ſed ſicut poſterius ad prius:vt pluuia ſequitur ad nubem, quæ tñ ét poſita nube poteſt multipliciter impediri, ſic in ꝓpoſito in practicis completo hoc proceſſu ſyllogiſtico, Omne delectabile eſt guſtandũ. Pomum hoc eſt delectabile: ergo eſt guſtandum, de neceſsitate ſequitur guſtatio, niſi aliqd̃ extrinſecum,vel intrinſecum ſuperueniat impediens ne guſtetur,putà infirmitas,aut prohibens ad extra.

Incontinens quomodopeccat in concludendo opus à ſe fiendum.

Quantũ ad ſecundum aduerte, quòd incontinens ꝓpter vehementem cõcupiſcẽtiam, quæ rationem perturbat,non ſyllogizat rectè,ſcilicet ex vna ꝓpoſitione maiori vniuerſali,& vna minori particulari rectè ſubſumpta,ſicut facit cõtinens:ſed ꝓponit duas propoſitiones vniuerſales, quarum vna eſt à ratione, verbi gratia: Nullũ dulce eſt guſtandum extra horam debitam. Altera autem vt cõtraria eſt à concupiſcentia inſurgẽte,verbi gratia, Omne dulce eſt guſtandũ & in hac nulla ponit̃ circunſtantia,neque in modo, neque in tẽpore. Et quidem ſi homo eſt continẽs, facit minorem: ſub prima vniuerſali,& cõcludit negatiuè,ſic enim arguit nullum dulce eſt guſtandum extra horam debitam:hoc eſt dulce:& nũc eſt hora indebita,ergo hoc dulce nunc nõ eſt guſtandum,& ſic abſtinet ſe. Si autẽ homo ſit incontinens, quia regitur concupiſcentia & nõ ratione,ſumit minorem ſub altera vniuerſali: & tacet minorẽ ſumendam ſub prima vniuerſali:& ſic arguit,omne dulce eſt guſtandum hoc eſt dulce:ergo hoc eſt guſtandũ,& ſic vt beſtia tendit in opus, nulla opportuna circunſtantia cõſiderata. Et ſic patet quòd incontinens operat̃ contra rationem vniuerſalem, quæ eſt hæc, nullum dulce eſt guſtãdum extra horã debitam. Operatur autẽ propter concupiſcentiam inſurgentem, & trahentem hominem extra rationem rectam, & ex his patet, qũo reſpondendũ ſit dubio propoſito, quo quærit̃ vtrum quis poſsit eſſe ſciens & incõtinens,nam dicendũ eſt quòd in proceſſu practico,quem facit eſt ſciés,quo ad rationem vniuerſalem,verum cõcupiſcentia inſurgente:nõ ſubſumit ſub illa vniuerſali poſita à ratione,ſed ligat̃ & ſubſumit vt concupiſcentia inclinat: & ideò male concludit. Tanta eſt enim vis cõcupiſcentiæ,quòd ratio niſi fortiſsimo imperio non poteſt eius motum frænare,& cõmouet nõ ſolum animam,ſed etiã omnes corporis particulas: & ſic facit hominem cadere à ratione recta vniuerſali, & operari vt beſtia, quo ad cõcluſionem factam. Tu tamen aduerte, quòd licet incontinens operetur vt beſtia, non tamen incõtinentia ꝓpriè dicta pooteſt eſſe í beſtia:nã, vt dictũ eſt, omnis incontinens habet rationẽ vniuerſalem rectam, in qua non errat. Beſtiæ autẽ vt pote irrationali non competit talis ratio:& ideò nõ diſcurſu vero,nec falſo operãtur,ſed impulſu naturæ & imaginatione, vnde dicit Ariſt. Qua ꝓpter beſtiæ nõ ſunt incontinentes, quoniã vniuerſalem extimationem non habent,ſed ſingulariũ phantaſiam & memoriam: & ſic patet,quòd continens & incontinẽs cõueniunt in ratione & ſciẽtia vniuerſali, differũt autem in ſubſumendo minorem, modo quo declarauim?. Vnde continens non peccat in vniuerſali,nec in particulari. Incontinens autẽ peccat in particulari,ideò dicit̃ ſciens in vniuerſali. & ignorãs in particulari, qa concupiſcentia ligat ne bene ſubſumat, & ſic concupiſcentia eſt cauſa talis ignorãtiæ,per modum ligaminis.

Incontinẽtis ſcientis eſt ſciens in vniuerſali, non autẽ in particulari.

Quantum ad tertium dubitatur, ſi ignorantia incontinẽtis cauſatur à concupiſcentia,qua recedit à ratione vniuerſali recta,quomodo remouebitur & ſoluetur?

Incontinẽtis ignorantia quomodo ſoluitur.

Huic reſpondet Ariſt. & ſtat in hoc, Eodem modo remouetur,& ſoluitur ignorantia incontinentis, ſicut ebrij, aut dormientis. Soluitur autẽ ignorantia ebrij & dormiẽtis remota euaporatione vini & ligatione ſenſuum, ſoluitur ſimiliter igoorãtia incontinentis, ceſſante vehemẽti concupiſcẽtia, aut ira: iſtæ enim paſsiones ſuo impetu ſunt inebriantes ac perturbãtes rationem, adeò ꝙ homo in illis conſtitutus neſcit rectè diſcurrere practicè, nec in particulari iudicare quid bonum & quid malum: neceſſe eſt igitur remouere impetum harum paſsionum, vt reaſſumatur ſcientia,& clarificetur intellectus. Quod Euſtratius accommodatiſsimo exẽplo ſic declarat, ſicut grãmaticus inebriatus tunc cum vapo rationes impetuoſæ aſcendentes intellectũ obtenebrant,& durante euaporatione non poteſt vt grammaticus operari, ſoluta euaporatione, intellect? clarificatur: & reaſſumit virtutem grãmaticaliter operandi. Sic accidit in incontinẽte: cognoſcit enim hãc vniuerſalem, Malum eſt mœchari. Sed inſurgẽte concupiſcetia inebriatur, & adeò ꝓturbatur rõ, ꝙ non poteſt vti illa vniuerſali applicando in particulari, imò trahitur à concupiſcentia ad proſequendũ delectabile ſub ſpecie boni: licet in ſe ſit malum,& vt ebrius tandiu ſtat ligatus incontinens, quãdiu dominatur cõcupiſcentia. Ceſſante autem concupiſcentia cõfeſtim diſſoluitur hæc ignorantia, ac reaſſumitur ſcientia, & homo tũc rectẽ aduertit illud eſſe malũ, puta ꝙ mœchatus fuerit, quod tñ vt ebrius ex concupiſcentia, extimabat eſſe bonum, eò ꝙ delectabile:

& hic

& hic terminatur quarta & vltima responsio ad mentẽ Ari. quia solutum est dubium, Vtrum idem homo possit esse sciens & incontinens.

Quartò & vltimò soluenda est ratio Socratis recitata in præcedenti capite in principio, quæ stat in hoc, Si idem est sciens & incontinens, cùm incontinẽs operetur secundum passionem, & contra scientiã sequitur ꝙ passio vincat sciẽtiam: quod est impossibile, qm̃ scientia est quid fortissimũ in homine: & fortius non vincitur à debiliori: ergo, &c. Ad hoc igitur potest negari consequentia: & etiam falsitas cõsequentis. Consequentia quidem, si sumatur scientia libera non ligata, scientia actu, scientia particularis, quæ propriè est principium operationis. Conceditur aũt consequentia de scientia ligata & scientia in habitu & scientia in vniuersali: nec hoc est inconueniens, sicut nõ est inconueniens ꝙ puer percutiat fortissimũ militem ligatum, aut dormientẽ, & qm̃ vt declarauimus incontinens non est sciens nisi in vniuersali, & est ignorans in particulari & passio inebriat intellectum, ideo non est mirum si incontinens agit contra scientiã: sicut ebrius grammaticus loquitur ꝓtra regulas grammaticæ. Hæc de tertio capite dicta sint.

CAPVT IIII.

Circa quæ delectabilia continentes & incontinentes simpliciter dicantur & ex additione.

Ex septimo Ethic. Cap. 4.

IN quarto capite ostendendum est qualiter continens & incõtinens dicuntur diuersimodè circa diuersas delectationes humanas, scilicet simpliciter, & cũ determinatione, & hic tria agenda sunt. Primò ponitur distinctio delectabiliũ. Secundò declaratur penes quæ delectabilia attendit cõtinentia & incontinentia simpliciter: & penes quæ cum determinatione. Tertiò declaratur in quo conueniunt incõtinentia & intemperantia, & incontinentia cum tẽperantia.

Delectabilium duo genera sunt.

Quantum ad primum, aduerte duplicem distinctionẽ delectabilium, quarum prima est hæc, Delectabilia humana sunt duplicia: quædam necessaria quædam eligibilia. Necessaria sunt, sine quib⁹ non potest saluari homo in indiuiduo, vt comedere & bibere: vel in specie, vt actus generandi: eligibilia sunt sine quib⁹ potest homo saluari, tñ communiter quæruntur ab homine, vt cõgregare diuitias, lucrari, honorari, laudari, præesse, vincere.

Appetunt homines tribus modis

Secunda distinctio est hæc, Delectabilium quædam appetuntur secundum naturam, Quædam contra naturã, quę dam sunt intermedia. Secundum naturã appetuntur ab homine diuitiæ, lucrum, honor. Contra naturã appetuntur carnes crudę, comestio carbonum & terræ. ista em̃ naturaliter fugiuntur ab homine vtente ratione. Medio modo appetũtur tales cibi, putà dulces, aut acri, tales vestes, talia exercitia, tales ludi.

Cõtinentia & incontinentia non sunt circa delectabilia eligibilia sed circa delectabilia necessaria vt Venere orum & ciborum

Quantum ad secundum pronuntur tres conclusiones. Prima cõclusio, penes delectabilia eligibilia, id est quæ nõ sũt homini necessaria, non dicitur homo incontinens, aut continens, nisi cum determinatione. Puta qui moderatè studet in acquirendis diuitiis, aut honoribus, non dicitur simpliciter continens, sed cõtinens diuitiarum & honorum & qui immoderatè in his studet, non dicit incontinens simpliciter, sed incontinens diuitiarum & honorum. Talis enim non dicitur incontinens nisi per similitudinem, nam sicut excessiuè studens in voluptatibus cibi & veneris dr̃ absolutè incõtinẽs, sic à simili qui excessiuè quęrit lucrari, honorari, ditari, dicitur incontinens lucri & honoris, &c. Quòd aũt hæc conclusio sit vera ꝓbatur sic, incontinens simpliciter vituperatur vt malus, qa tendit in malum, puta in delectationes turpes, & seruiles, quales sunt voluptates gulæ & inhonestę Veneris: sed qui excessiuè appetit delectabilia non necessaria, puta honores, non vituperatur, qa tendit in malum, sed qa tendit in bonum excessiuè vt in diuitias & in honores, & ideo non meretur dici incontinens simpliciter, sed cum additione vt dictum est.

Secunda cõclusio est, penes delectabilia necessaria, quæ sunt nutritiua & Venerea attenditur continentia & incontinentia simpliciter, nam apud omnes dicuntur continentes, qui moderate ac prout decet prędicta quærunt. Incontinẽs autem, qui non ex electione recta, sed vehementi passione & excessiuè & indecenter ea prosequuntur, vnde & gulosi & luxurioſi vituperabiliter nuncupãtur, & signum habem⁹ ꝙ penes prædicta dicuntur incontinentes simpliciter, ex eo ꝙ penes eadem attenditur incontinentia & mollities. Mollities aũt est solum circa ea, quę sunt gustus & tact⁹. Molles em̃ dicim⁹ eos qui non possunt pati famẽ, sitim aut indigẽtiam, quamcunque eorum, quæ concupiscunt. Non autem dicimus molles eos, q non possunt pati damnum temporalium, aut inhonorationum: sed hos dicimus infirmos aut impatientes.

Molles qui.

Laus & vituperium contingunt circa eligibilia bona.

Tertia conclusio est, licet circa bona delectabilia eligibilia non sit continentia, aut incontinentia simpliciter, est tamen circa ea laus & vituperium. Nã qui circa diuitias & honores & circa filiorũ curã & amorẽ moderatè se habet laudatur. Qui verò immoderatè vituperatur: nã hæc bona sunt, & laudantur q circa hæc ordinatè studet: sed qa contingit ī his inueniri excessus, ideo vt sic vituperiũ interuenit, & exemplificat Aristote. de Niobe, q̃ ob mortem filiorũ adeò tristata fuit, quòd Deos blasphemabat, ꝓuocans eos ad certamen, & de homine dicto Satyrus, q adeò delectabatur amore patris, qd̃ cognominatus fuit Philopater, & prę nimio amore, qui erat impudicus, videbatur insanire.

Continens, temperatus, quo differat ab incontinente intẽperato.

Quantum ad tertium aduerte, quòd cõueniunt & differunt. Conueniunt quidem, qm̃ sunt circa delectationes gustus & tactus, de quibus dictum est in libro tertio. Differunt autem, qm̃ intemperatus agit ex praua electione, quæ est electio rationis non rectæ, sed deprauatę. Incontinens autẽ agit victus & quodam mõ ligatus à concupiscentia, similiter temperatus differt à continente, qm̃ continens patitur concupiscentias vehementes & acutas, quas tam forti rationis imperio vincit. Temperatus autem licet patiat concupiscentias, non tamen vehementes: qm̃ ex habitu temperantię sunt moderatæ, & quodammodo frænatæ. Differunt etiam intemperatus & incontinens ex parte vituperij. Nam magis vituperabilis est intemperatus, & magis peccat q̃ incontinens. Intemperatus em̃ sequitur superfluas delectationes, & fugit moderatas tristitias, non ex vehementi passione, sed ex deprauata electione, vt diximus. Incontinens autẽ sequit superfluas delectationes non ex deprauata electione, sed vehementi concupiscentia ligante iudiciũ rationis in particulari, vt supra diximus. Est autem maius peccatum ꝙ est ex electione, quàm ꝙ est ex passione, qm̃ habet magis de voluntario, ergo intẽperatus magis peccat quàm incontinens. Præterea, vt inquit Arist. quid faceret ille, s. intemperatus, si agitaretur forti & vehementi concupiscentia, vt iuuenis, aut forti tristitia ꝓpter indigentiam cibi & potus? Quasi dicat multo deterius ageret, quàm agat incontinens: ergo intẽperat⁹ est vituperabilior icõtinẽte & peior.

Sed aduerte, quòd supra in secũdo capite in dubio quinto, Arist. probauit oppositum, scilicet quòd incontinens est peior intemperato, eo qd̃ intemperatus videtur sanabilior: ergo Aristote. sibi contradicit.

Respondetur, Arist. supra ꝓcessit purè argumentatiuè, hic autem determinatiuè & verum est, qd̃ diuersa ratione intemperatus est melior, & peior incontinente: nam si consideretur in quantum persuasus operatur & si dissuadeatur sanabilior est, sic est melior incontinente: & in hoc sensu locutus est supra. Si autem consideretur ex eo, qd̃ sequit concupiscentias & malum operetur, ex praua electione, etiam quòd non trahatur vehementi concupiscentia, peior est: & in hoc sensu loquitur hîc Aristot. & sic nulla est contradictio. Hęc de prędicti quarto capite dicta sint.

CAPVT V.

Circa delectabilia contra naturã, non esse continentiã, & incontinentiam simpliciter, sed ex similitudine.

Ex septimo Ethic. Cap. 5.

INquinto capite declarandum est, quomodo non datur cõtinentia & incontinentia circa delectabilia contra naturam. Nã in capite præcedenti determinauimus de continentia & incontinentia simpliciter, & cũ additione circa delectationes humanas, quæ dicuntur esse secundum naturã hominis, hic autẽ agemus de delectabilibus contra naturã hominis, & sunt delectabilia bestialia, qa in eis homo assimilatur bestiis, & sunt tria agenda. Primò, ponetur distinctio de delectabilibus contra naturam. Secundò probabitur quòd circa huiusmodi delectabilia non est continentia, nec incõtinentia simpliciter. Tertiò declarabitur qualis circa huiusmodi datur continentia & incontinentia.

Delectabilium varietas.

Quantum ad primũ aduerte, vt etiam tactum est in capite præcedẽti, quòd delectabilium quædam sunt secundũ naturam, quædam contra naturam. Delectabilium secundũ naturam, quędam sunt delectabilia vniuersaliter, vt comedere & bibere sunt simpliciter delectabilia animali. Quodlibet enim animal delectatur cibo & potu, qm̃ his seruatur: quędam autem sunt delectabilia non simpliciter omni

animali,ſed alicui,& hæc diuerſificantur ſecundum genera & ſpecies animalium,& in ſpecie humana ſecundum diuerſas cõplexiones: aliud em̃ alimentũ eſt delectabile aſino, aliud boui,aliud homini & inter homines aliud ſanguineo, aliud cholerico.Delectabilium autẽ contra naturã quędam ꝓueniunt ex magnis paſsionibus ſuperueniẽtibus, vt ſunt graues ægritudines,& extremæ calamitates, q̃ adeo tranſmutant corpora,qđ homines videntur verti in beſtias & efficiuntur phrenetici,furioſi,& penitus extra mẽtẽ.De his exemplificans Ariſt.dicit quendã ſacrificaſſe matrem & occidiſſe & comediſſe,& quendam occidiſſe conſeruum ſuũ & de eius hepate comediſſe. Quædam ꝓueniũt ex mala cõſuetudine q̃ vertitur in naturam:& ſi eſt fera,vertit hominẽ in feram.& Ariſt.exẽplificans de iſtis dicit quoſdã ex ſtulta & ferali cõſuetudine euellere ſibi pilos,rodere vngues, comedere carbones & terrã,& appetere concubitus maſculorum.Quædam ꝓueniunt ex peruerſis & pnicioſis cõplexionibus, q̃ magis propinquant beſtiali quàm humanæ complexioni,& exemplificans de his Ariſt. dicit de quodã ſcindente ventres ꝑgnantiũ,vt pueros in vtero deuoraret, & quidam homines ſylueſtres habitantes circa mare Ponti cũ delectantur carnes crudas comedere: quidam comedunt humanas carnes,quidam celebrant ſibi inuicem conuiuia,& ꝓprios filios comedunt:& licet omnes q̃ delectantur his tribus generibus delectabilium contra naturam, poſsint dici beſtiales,tamẽ principaliter beſtiales dicunt, q̃ ex peruerſa complexione delectabilibus contra naturam delectantur,alij autẽ nõ ſimpliciter beſtiales, ſed beſtiales cum additione puta ex conſuetudine, aut ex ægritudine dicuntur.

Delectabilia cõtra naturam quib. ex cauſis proueniant.

Affectio contra naturã nõ dicuntur ſimpliciter continentes vel incontinentes.

Quantum ad ſecundũ ponitur hæc concluſio,nullus eorum,in quibus natura beſtialis,aut peſsima conſuetudo,aut ęgritudo eſt cauſa delectationis circa delectabilia contra naturam,poteſt dici cõtinens aut incontinens ſimpliciter: ſed tantum ſecundum quid.hæc probatur dupliciter.Primo ſic,dictum eſt ſupra quòd beſtiæ non poſſunt dici continentes,nec incontinentes:q̃a non habent vniuerſalem opinionem de agendis,ſed tantum memoriam & phantaſiam,ſed homines habentes naturam peruerſam,aut beſtialem conſuetudinem,aut ęgritudinem phreneticam, æquiparantur beſtiis in operando:q̃m parum,aut nihil habent de vniuerſali extimatione oppreſsi ꝑuerſa complexione,aut conſuetudine aut ægritudine,ducuntúrque phantaſia & memoria & impetu paſsionum,vt animalia: ergo tales non poſſunt dici continentes aut incontinentes ſimpliciter,ſed tantum ſecundum quid,ꝓut forte aliquid de iudicio rationis,licet illud parũ ſit,remanet in eis. & confirmat exemplo mulierum,nam dicit Ariſto.quòd mulieres vt in pluribus parum vigent ratione propter imperfectionẽ ſuæ naturæ, & ideo pro maiori parte non ducunt, id eſt non regulant affectus ſuos:ſed ducuntur ab illis:hinc eſt,qđ raro inueniunt mulieres fortes,& ſapientes:ſi ergo mulier parum de iudicio rationis habet multo minus homines beſtiales effecti ex cauſis prædictis.

Mulieres fortes raro inueniuntur.

Secundo ꝓbatur ſic,incontinentia ſimpliciter eſt circa exceſſum delectationum humanarum,ſicut & intemperantia:& ideo eſt malitia ſicut & intẽperantia:ſed delectabilia contra naturam non ſunt delectabilia humana, imò feralia excedunt em̃ limites malitię humanę:ergo q̃ excedit in talibus delectabilibus contra naturam,non meretur dici incontinens,ſed furens:ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus:& tales homines ſecludendi ſunt ab humano conuictu.

Et aduerte ex intentione Ariſt.quòd exceſſus malitiæ humanę,non ſolum poteſt eſſe circa delectabilia,ſed etiã circa totam materiam moralem: aliqui em̃ adeo timidi ſunt vt timeant ſtrepitũ muris, aliqui audaces,vt vrſi, crudeles vt tigrides,voraces vt ſues,aliqui adeo irrationales,vt ſolo ſenſu viuant beſtiales:ſicut quędã genera barbarorum: aliqui autem irrationales fiunt, id eſt ſine iudicio rationis viuunt & operantur propter ęgritudines, puta epilepſias vel manias.& breuiter ſcito,quòd ſicut in omni virtute morali poſſunt eſſe aliqui adeo virtuoſi, quòd videntur excedere communem ſtatum humanum in bonitate,& ex tali excellẽtia dicuntur Heroes, ſic in omni vitio poſſunt eſſe aliqui adeo mali,quòd videntur excedere in malitia limites humanæ malitię,& iſti dicuntur beſtiales figura homines,moribꝰ ferę & bruta.

Malus homo ex quib. & quot malis dici poſsit.

Quantum ad tertium aduerte, quòd ſequentes delectabilia contra naturam nõ dicuntur cõtinentes, nec incõtinẽtes niſi quadam ſimilitudine.eo quòd ſe habent circa talia delectabilia,ſicut ſe habent ſequentes delectabilia ſecundũ naturam:penes quæ datur continentia & incontinentia ſimpliciter,vt dictum eſt ſuprà.Nam ſicut dicitur cõtinens ſimpliciter,qui abſtinet ſe ab exceſſu delectabilium ſecundum naturam, & incontinens ſimpliciter qui per exceſſum ſequitur huiuſmodi delectabilia,ita à ſimili dicitur cõtinens qui non vtitur delectabilibus contra naturam,dato quòd poſſet vti,vt ſit Phalaris tyrannus, qui habeat puerum vt eum comedat, vel eo vtatur venereè & abſtineat ſe,dicitur continens per ſimilitudinem: qui autem ſuperatur à delectabilibus contra naturam dicitur incontinens eodem modo: & ex his concludendum eſt,quòd ſicut malitia, quæ eſt malitia ſecundum modum humanum, dicitur malitia ſimpliciter,& ſicut malitia quæ excedit humanum modum dicitur malitia non ſimpliciter,ſed cum additione puta malitia beſtialis vel ægritudinalis,vel conſuetudinaria.ſic incontinentia ſimpliciter dicitur ſolum illa, quæ eſt ſecundum intemperantiam humanam,incontinentia autem non naturalis dicitur cum additione,puta incontinentia beſtialis,&c.

Patet igitur ex omnibus prædictis ꝙ continentia & incontinentia ſimpliciter ſunt ſolum circa illa delectabilia, circa quæ eſt virtus temperantiæ,& intemperantia ei oppoſita,circa alia vero, vt circa iras & delectabilia contra naturam eſt alia ſpecies continentiæ & incontinentiæ,dicitur ſecundum metaphoram. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

De Iræ & concupiſcentiarum incontinentia, quænam illarum peior & deteſtabilior ſit,oſtendit.

Ex 7. Ethi.c.6.

IN hoc ſexto capite, comparanda eſt incontinentia, quæ verſatur circa concupiſcentias humanas ad incontinentiam iræ,& beſtialitatis.& tria agenda ſunt.Primo declarabitur, quòd incontinentia humanarum concupiſcentiarum eſt turpior & reprehenſibilior quàm incontinẽtia iræ. & ſic guloſus ac luxurioſus turpior eſt quàm iracundus.Secundò declarabitur,ꝙ incontinentia humanarum concupiſcentiarum eſt maioris malitiæ & magis nociua,quàm incontinentia beſtialis.Tertiò declarabitur, ꝙ licet incontinentia beſtialis non ſit maioris malitiæ eſt tamen terribilior quàm incontinentia humana.

Iræ incontinentia minꝰ turpis,iniuſta & culpabilis eſt quã incontinentia humanarum concupiſcentiarũ.

Quantum ad primum ponitur hæc concluſio ex intẽtione Ariſt.Incontinentia iræ eſt minus turpis minúſque culpabilis & minus iniuſta quàm incontinentia voluptatũ tactus, id eſt,gulæ & inhoneſtæ Veneris,hanc probat Ari. quatuor rationibus.

Prima eſt hæc, Incontinentia iræ aliqualiter ſequitur rationem. Incontinentia autem concupiſcentiæ nullo modo ſequitur rationem:ergo hæc eſt minus turpis,&c.quàm incontinentia concupiſcentiæ.Patet conſequentia, quoniam cum proprium ſit hominis viuere & operari ſm rationem, quãto magis recedit à ratione tãto vituperabilior & turpior eſt.Tunc enim agit vt beſtia.Si ergo incontinens irę aliqualiter audit rationem,minus turpis eſt incontinente ſecũdum concupiſcentiã,qui nullo modo audit rationẽ. Quod autẽ prima pars antecedentis ſit vera,ſcilicet ꝙ iratus videtur aliqualiter audire rationẽ qa iratus quodãmodo ratiocinatur in ſeipſo:quòd propter iniuriam ſibi factam debet inferre vindictam: puta propter famã ſeruandam, propter dãnum reſtaurandum, &c.Sed dicitur obaudire, quia non perfecte audit rationem, nec ſeruat iudicium rationis de forma & modo & quantitate vindictę,ſed pręuenit iudicium rationis.Ari.manifeſtat duplici ſimilitudine. Prima eſt.Iratus audit rationem ſicut miniſter velox audit verbũ domini pręcipientis qui antequam intelligat integre intẽtionem domini pręcipientis currit ad exequendum:& peccat:quia eſt executus quod ſibi fuit impoſitum antequam perfecte audierit dominum pręcipientem. Secunda eſt de cane,qui exiſtens in domo ſtatim quòd audit pulſantẽ oſtiũ latrat, & non expectat latrare donec videat, ſi pulſans eſt familiaris vel extraneus.Sic & ira audit quidem imperfecte rationem ſyllogizantem, ſed propter caliditatem & velocitatem cholerę mouentis ad iram, antequam audiat quid ratio cõcludat,impellit ad puniẽdum Quod aũt incõtinẽs cõcupiſcentię nullo modo ſequat iudiciũ rationis declarat

Ira affectus quomodo vtatur ratione.

Incontinens con-

cupiſcentia non audit rationem, ſi cut incontinentia.

clarat Ariſtote. ex eo quòd concupiſcens puta guloſus, aut luxurioſus, quando ſibi nũciatur ſenſu, aut ratione hoc eſſe delectabile, remoto impedimento ſtatim mouetur ad illius fruitionẽ, non expectato iudicio rõnis vtrum liceat aut nõ, & ratio huius diuerſitatis eſt, qa delectatio habet rationem finis & per ſe appetibilis, & in agibilibus finis eſt principiũ ſyllogizandi, & nõ concluſio, vindicta autẽ alteri inferenda nõ eſt p ſe appetibilis, vt finis, ſed vtilis ad finem puta ꝓpter famam conſeruandam, & hac de cauſa iratus vtitur aliquo mõ ratione & ſyllogiſmo. Concupiſcens autem nõ, ſed proprio impetu mouetur ad fruitionẽ delectabilis. Patet igitur prima ratio ꝓpter quã incontinens concupiſcentiæ turpior eſt quàm incontinens irç.

Secũda ratio eſt hæc. Ira eſt naturalior quàm cõcupiſcẽtia delectabiliũ non neceſſariorum: ergo incontinentia iræ eſt minus turpis quàm incontinentia delectabiliũ nõ neceſſariorum. Conſequentia patet: qm̃ ſi quis peccat circa ea q̃ naturaliter appetit, magis meretur veniam: ergo eſt minor turpitudo, cuius ſignũ eſt, quòd ſiquis fameſcens aut ſitiens excedat in cibo & potu, meretur veniam: qa appetitus cibi & potus eſt naturalis. Sed ita eſt naturalior nobis & difficilius reſiſtitur ei, quàm concupiſcentiæ ſuperfluç cibi & potus: & voco concupiſcentiam ſuperfluam cibi, & potus nõ quæ eſt propter indigentiam & nutritionẽ, ſed q̃ eſt ad irritamenta gulæ, vt varietas delicati cibi, ſummum ſtudiũ in præparando cibos, delicatiſsima vina, exquiſiti ſapores, exceſſus comeſtionis & potus in quãtitate & qualitate. Tales em̃ concupiſcẽtiç nõ ſunt nobis neceſſariæ, nec naturales; ſed ꝓcuratæ & ex mala conſuetudine, & de his intelligendum eſt q̃ dicit Ariſt. iram eſſe nobis naturaliorem quàm tales ſuperfluç cõcupiſcentiæ, & quòd ira ſit nobis naturalis, id eſt illatio vindictę, declarat Ariſto. ex eo quòd videtur quaſi hæreditariè ꝓpagata à patre in filios, quod manifeſtat duplici exemplo. Primum eſt, Quidam percutiens & verberans patrem ſuum cum reprehenderetur ab aſtantib⁹ dixit eis, Pater meus percuſsit patrem ſuum, & ille patrem ſuum, & oſtenſo filio ſuo paruulo dixit, & hic cum fuerit adultus percutiet me: qm̃ hoc eſt cõſequentiale generi noſtro. Secundum exemplum eſt. Quidam pedibus trahebat à filio in domo, & cum tractus fuiſſet vſque ad oſtium dixit filio, Quieſce: nec me extra oſtium trahas: quoniam & ego vſque ad oſtium traxi patrem meum. Cùm igitur ira ſit naturalior homini quàm cõcupiſcentia ſuperflua cibi & pot⁹ circa quam ponitur incontinentia & itemperantia, patet quòd incontinens irç eſt min⁹ turpis minúſque reprehenſibilis quàm incontinens concupiſcentię ſuprefluæ: licet em̃ concupiſcẽtia cibi & potus ꝓ ſuſtentatione ſit naturaliſsima homini, ſicut & cuilibet animali ſecundum genus ſuum, non tamen illa concupiſcentia ſuperflua ciborum, &c. quoniam non conſequitur naturam, nec naturalem complexionem, ſed potius imaginationem. Ira autem conſequitur cõplexionem talem: nam habens humores calidos, ſiccos de facili inflammabiles, pronus eſt ad iram: ideo minus turpis eſt quàm guloſus.

Ira eſt nobis naturalior quam concupiſcentia.

Hæreditamur à parentibus bona & mala.

Tertia ratio eſt, Incontinentia concupiſcentiæ & maximè Venereç iniuſtior eſt quàm incontinentia iræ: ergo & turpior & reprehenſibilior eſt. Conſequentia patet. Antecedens autem probatur. Incontinens concupiſcẽtiæ, puta adulter lędit & decipit. Iratus aũt tantum lędit: ergo adulter iniuſtior eſt & magis malus: & q̃ adulter lædat patet: qm̃ lędit ſeipſum inquantum peccat, ſicut em̃ actus virtutis perficit virtuoſum: ſic actus vitioſi lædit vitioſum, lædit etiam adulteram, cui commiſcetur, qm̃ eam peccare facit. Quòd autem decipiat patet: qm̃ inſidioſè & latenter operatur: quærens latenter horam, locum, media, & arte captans adulteram: vnde ꝓuerbio dicitur venerem doloſam eſſe: doloſque nectere: & Homerus Veneri Baltheum tribuit, in quo fraudem ineſſe dicit: & talis fraus quòd aliquando etiã prudentes ac ſapientes decipit: ligat em̃ iudicium rationis niſi ſapiens fortiter inuigilet. Iratus autem non inſurgit tanquã inſidiator, ſed manifeſtè quęrit vindictam inferre: non em̃ contentatur iratus niſi lęſus ab eo ſciat ſe eſſe læſum, & ſciaſ ab aliis: neque ira latenter inſurgit vt concupiſcẽtia, ſed quodam impetu, ideo non eſt inſidioſa. Quòd ſi q̃s quę rit latenter lędere non iratus, ſed proditor dicendus eſt: peiórque eſt luxurioſo. Cùm igitur concupiſcentia iniuſtior ſit quàm ira, patet quòd incontinens concupiſcentię eſt turpior quàm incontinens irç, & aduerte quòd ratio ſecunda concludit de incontinentia gulæ. hæc autem concludit de incontinentia inhoneſtę veneris.

Venus doloſa eſt, ira nõ.

Veneri Baltheum tribuit Homerus.

Quarta ratio talis eſt. Dignius eſt iraſci incontinenti cõ cupiſcentiæ quàm incõtinenti irę: ergo ille iniuſtior & turpior eſt. Conſequentia patet. Antecedens ꝓbatur. Digni⁹ eſt iraſci agenti malum voluntariè quàm agenti inuoluntariè, hæc patet, quoniã ſi agit inuoluntariè eſt aliquo modo dignus venia. Sed iratus operatur malum, puta lædit inuoluntariè, quia lędit quòd triſtatur iniuria ſibi facta. Luxurioſ⁹ autem & guloſus operantur malum voluntariè, quia operãtur ex delectatione ergo dignius eſt iraſci incontinenti cõ cupiſcentię, quàm incontinenti irę.

Pro hac ratione aduerte duo, primo q̃ iratus non operatur merè inuoluntariè dum infert vindictã: qa vt ſic nullo modo imputaretur de eo quod facit, ſed operatur voluntariè mixtim, nam ex hoc q̃ triſtatur operatur inuoluntariè: & ex hoc q̃ non violentatus mouet membra ſua ad vindicandum: agit voluntariè. Concupiſcens autẽ agit mere voluntariè: qa non ex triſtitia, quam patiatur, ſicut patitur iratus, ſed ex delectatione operatur, ſecundo quòd iratus triſtat⁹ operatur, nõ q̃ cõtriſtetur de vindicta, imò de ea gaudet, vt dictũ eſt ſupra: ſed triſtatur de iniuria, vel nocumento ſibi illato, & ex hoc mouet ad irã, & ex ira ad vindictã.

Iratus non ſimpliciter inuoluntariè operatur ſed mixtim.

Quantum ad ſecundum vt ſcias q̃ incontinentia humanarum concupiſcentiarum eſt maioris malitiæ & magis nociua quàm incontinentia beſtialis, prius reaſſumetur diſtinctio de delectationibus ſiue concupiſcentiis: deinde ꝓbabitur ꝓpoſitũ. Tu igitur aduerte, q̃ concupiſcentiarũ quædam ſunt naturales homini, id eſt conuenientes humanæ naturæ, & quo ad genus & quo ad magnitudinem, id eſt q̃titatem, verbi gratia panis, oua, cáſeus, carnes coctę, piſces & vinum naturaliter concupiſcuntur ab homine, vt cõueniens eius cibus & deſiderantur in quantitate debita, vt ſufficiant indigentiæ. Quædam vero ſunt innaturales homini & naturales beſtię, & ſi inueniuntur in homine, talis homo eſt vt beſtia, vel ex peruerſa cõplexione, vel ægritudine, vel conſuetudine: de quibus omnibus exépla poſuim⁹ in capite quinto. Circa humanas & naturales concupiſcẽtias ponim⁹ temperantiam & eius oppoſitum, de quibus pertractatum eſt in libro tertio: ex quib⁹ ſequit̃ q̃ nec beſtię, nec homines inſani poſſunt dici propriè temperati: vel intemperati: non em̃ datur virtus aut vitium ſine ratione & electione & voluntate vt dictum eſt in libro tertio: ſed in beſtiis nullũ horum eſt: cum ſint irrationales: nec homines inſani licet ſint natura rationales poſſunt vti ratione, nec electione, nec voluntate, ideo reputantur in agendo vt beſtiæ ergo in eis nõ eſt ꝓpriè temperantia nec intemperantia. Dixi autẽ ꝓpriè, quoniam vt inquit Ari. non inconuenit Metaphoricè dicere vnam ſpeciem animalium in comparatione ad aliam eſſe in iuriantem, id eſt offendentem, puta tigris reſpectu canis, eſt maximè nociua: alia vorax, vt lupus reſpectu agni: alia immunda, vt porcus reſpectu cati: alia ſtulta, vt aſinus reſpectu equi, alia prudens, vt formica reſpectu muſcę. Propriè tñ loquendo nullum prędictorum habet rationem virtutis, aut vitij in bruto: quoniam & virtus & vitium ꝓpriè dicta non dantur ſine ratione & electione, vt dictum eſt in libro tertio.

Tẽperantia & intemperantia ſunt circa naturales cõcupiſcentias.

His prępoſitis ꝓbandum eſt q̃ incontinentia concupiſcentiarum humanarum eſt maioris malitię & magis nociua quàm incontinentia beſtialis, & probatur ſic. Incontinentia concupiſcentiarum humanarum ſtat cum intellectu & ratione, licet deprauata, ac corrupta, vt dictum eſt ſupra. Incõtinẽtia aũt beſtialis non ſtat cum intellectu: qa in beſtia nõ eſt intellectus, & in inſano non eſt vſus rationis. Prętera homo incontinens habens intellectum poteſt inuenire mille modos nocendi, quos nõ inuenit beſtia, nec inſanus, qm̃ feruntur impetu tantum in operando, ergo conſtat q̃ incõtinentia humanę concupiſcentiæ eſt maioris malitię, & magis vituperabilis, & magis nociua, quàm incontinentia, quę ſit in homine beſtiali, aut in fera. Cuius ſignum eſt, quòd leges puniunt incontinentem habentem vſum rationis, non autem inſanum nec beſtiam.

Incontinentia concupiſcentiarũ pe ior eſt quã beſtialitas.

Quantum ad tertiũ aduerte quòd beſtia & maximè natura immitis, vt leo, draco, tigris, vrſus, vnicornis, & inſan⁹ furioſus, toto impetu feruntur contra hominem: & cũ ſint fortiores viribus: intolerabili rabie aggrediuntur hominẽ, & maximũ incutiunt terrorem: ideo licet ſint minus malitioſæ, quia carent intellectu, tamẽ ſunt magis terribiles. Cuius ſignum eſt, q̃ ſi ad manus hominum deueniant tenentur clauſæ aut conſtrictę: aut longo tempore domantur vt paulatim deponant immanitatem ſuam. Hæc de preſenti capite dicta ſint.

CAPVT VII.

De continentiæ, incontinentiæ, perseuerantiæ ac mollitiei diuersitate, vel differentia adinuicem agit.

Ex 7. Ethi. c. 7.

IN septimo capite comparandæ sunt continentia & incontinentia aliis habitibus, quibus communicant in materia. isti autē habitus sunt temperantia, intemperantia perseuerantia, & mollities: & hic quatuor agenda sunt. Primò declarandum est in quibus conueniunt & in quibus differunt. Secundò declarādum est quis horū habituū sit melior, aut peior. Tertio remouenda sunt duo dubia. Quartò assignandę sunt species humanę incontinentię.

Quo nā conueniant ac differant cōtinentia, temperantia & perseuerantia, & illis opposita vitia.

Quātum ad primum aduerte quòd in duobus cōueniūt. Primo in materia, circa quam: & istę sunt voluptates & tristitię tactus & gustus, vt Veneris & gulę circa quas, vt diximus in tertio libro, versatur temperantia & intemperātia. Secundò in modo se habendi circa tales delectationes & tristitias. hic autem modus est vincere & vinci. Nam continens & temperatus & perseuerans vincunt eas. Incontinēs autem & intemperatus & mollis vincuntur ab eis.

Vt autem scias eorum differentias assignabitur prius differentia inter continentem & perseuerantem: deinde inter incontinentem & mollem: postremo inter temperatum & intemperatum.

Tu igitur aduerte quòd continens est ille, qui non vincitur à forti & intensa voluptate gulæ nec Veneris: perseuerās aūt qui & cōstans dicitur est ille qui non deiicitur, nec prosternitur à magnis tristitiis, vt illi, qui fortiter sustinent famem & sitim, aut priuationem conuenientis & consueti sui cibi aut absentiam siue priuationem carę vxoris: & sic patet quòd continentia attenditur penes victoriam intensæ voluptatis, & perseuerantia penes victoriam intensę tristitiæ.

Incontinēs qui.

Incontinens est ille, qui superatur à voluptate gulæ, aut Veneris. & licet possit dici incōtinens, siue superetur à magnis siue à paruis voluptatibus, propriè tamen incontinens dicit, qui à leui voluptate superat. vt qui comestione inordinata vilis cibi gulosè se habet, aut qui cum turpi, aut fœtida adulterat. Mollis est ille qui à tristitia siue labore corporali superatur: & licet dici possit mollis siue à magna siue à parua tristitia superetur: tñ propriè mollis est ille, qui leui tristitia, aut labore deterretur, vt qui nec parum famis aut sitis, aut frigoris, aut æstus ferre possit.

Mollis.

Temperatus

Temperatus est ille qui medio modo & cum debitis circunstantiis, de quibus actum est in tertio libro, se habet circa delectationes & tristitias gustus & tactus.

Intemperatus.

Intemperatus est ille, q̄ ꝓsequitur super excessiuas corporis voluptates & fugit tristitias oppositas: vel si non quærit excessiuas, quærit tamen modo excessiuo, aut in quantitate, aut in qualitate & quærit huiusmodi voluptates nō propter alium finem, sed propter se ipsas. Gulosus enim & luxuriosus ponunt finem in voluptate: etiam quòd nulla vtilitas ex ea prouenirer. & propterea efficiuntur insanabiles, immobiliter enim inhærent fini, quem elegerunt id est voluptati, ex consequenti eos non pœniteat voluptatū. Qui autem non pœnitent, non sanantur à vitio. Tu tamen aduerte quòd Ari. dicit intemperatum insanabilem, non absolute, sed quia maxime difficile est eum sanari, quoniam difficile est eum pœnitere, cum in voluptate non inueniat amaritudinem.

Gulosi & luxuriosi insanabiles ferè sunt.

Sed dices, videtur quòd intemperatus non differat ab incontinente. Vterque enim prosequitur excessiuas corporis voluptates & superatur ab eis:

Respondetur, licet non differant quo ad materiam circa quam, differunt tamen in modo prosequendi: quoniam incōtinens prosequitur tales voluptates agitatus vehemēti passione concupiscentię. Intemperatus autem prosequitur illas ex electione, quia sic vult etiam quòd non multum tentetur passione insurgente: vnde senes luxuriosi dicendi sunt magis intemperati quàm incontinentes: fœdantur enim magis ex malo habitu quàm ex passione impellente, ideo maxime reprehensibiles sunt.

Quantum ad secundum. Primo videndum est quis peior sit, an intemperatus an incontinens. Secundo quis melior sit an continens an perseuerans. & quod dicetur de continente intelligendum est de temperato. Tertiò videndum est quis peior sit an incontinens an mollis.

Intemperatus de-

Pro primo ponitur hęc conclusio: intēperatus est peior & reprehensibilior incontinente. probatur. Intēperat⁹ agit turpia non constitut⁹ in concupiscentia, vel remisse constitut⁹, sed agit quia peruersè eligit, sic agere. Incontinens autem agit turpia non ex electione peruersa, vt declaratū est supra, sed q̄a agitur & impellitur concupiscentia: ergo intemperat⁹ peior est. Consequentia patet, q̄a sicut deterior est q̄ nō iratus percutit quàm q̄ irat⁹, sic deterior est agens turpia non tentatus, quàm tentatus. Ille enim non meretur veniam, hic autem sic. Antecedens autem iam declaratū est ex differentia paulo ante assignata inter intemperatum & incontinentem.

terior est incontinente.

Pro secundo ponitur hæc conclusio, continens melior est perseuerante. Antequam ꝓbetur, aduerte, qd̄ continere & perseuerare in hoc differunt: quòd continere est vincere concupiscentiam delectationū pugnantem contra rationē, perseuerare autem est se tenere contra pugnantē, & impellentem, ita quòd non vincitur ab impellente, nec vincit. ex his sic ꝓbatur conclusio. Melius est & desiderabilius vincere quàm non vinci: qui eū vincit non vincitur sed non seq̄tur econuerso, sed perseuerans non vincitur, nec vincit: stat eū perseuerantia in non vinci. Continens autem vincit, ex consequenti non vincitur: ergo melior & laudabilior est continens perseuerante.

Continēs melior est perseuerante.

Pro tertio ponitur hæc conclusio. Mollis peior est incōtinente, ꝓbatur sic. Qui à leuibus tristitiis vincitur, peior est eo, qui à magnis delectationibus vincitur. Qui eū cōtra fortem pugnat & vincitur, excusabilior est quàm si contra debilem pugnet & vincatur. Graduatur eū laus victoriæ ex magnitudine & paruitate victi. Sed incontinens est ille, qui à magnis voluptatibus agitatus vincitur. Molis autē est qui à leuibus tristitiis vincitur, vt dictum est supra: ergo mollis est peior incontinente.

Mollis deterior est incōtinente.

Er ꝙ dictum est de molli intellige secundum Arist. etiā de delicato. Delicia eū est species mollitiei. Mollis est eū qui inordinate refugit omnem tristitiam. Delicatus autem est qui refugit omnem tristitiam prouenientem ex labore. Sicut ille qui trahit vestes per viā lutosam nollens laborare pro leuandis vestibus, aut se succingendo, qui tamen imitatur laborantem: quoniam tandem cogitur laborare in lauandō vestes postquam deturpatæ sunt, & vt sic mollis & delicatus, licet extimentur non miseri, sunt tamen similes misero, quoniam fugientes laborem, tandem coguntur laborare. & forte pluſquam prius feciſſent. Patet igitur quis prædictorum habituum sit peior & quis melior.

Delicatus à molli quo sit diuersus.

Quantum ad tertiū remouenda sunt duo dubia. Primū est. Vtrum qui vincitur à delectationibus absolute, & sine aliqua exceptione sit incontinens & qui vincitur à tristitia & labore nullo excepto sit mollis.

Dubia. Nā incundis vicius sit incōtinens, à tristitus verò sit mollis.

Ad hoc respondet Aristot. quòd non, vnde aduerte quòd tria sunt ex quibus homo victus à voluptate vel à tristitia & labore nō meretur dici absolute incōtinens, nec mollis. Primum est si delectatio vel tristitia vel labor fortes adeo sunt, quòd homo contra pugnans ne vincatur non poterit resistere. Tunc eū est venia dignus: qm̄ fecit quantum potuit, ne vinceretur: & de tristitia duo ponit exempla Arist. Primū est de Philoctete, de quo scribit Theodectus poēta, quòd percussus in manu ex morsu à serpente non potens sustinere dolorem tandem clamauit. Abscindite manum: secundū est de muliere dicta Halope percussa à carcino: & hi assimilantur his, qui nituntur continere risum & non possunt, sed effundunt maiorem risum. Tales igitur non debent dici molles, quia non possunt resistere vltra vires suas. Qui autē non resistunt delectationibus & tristitiis quibus multi resistunt & non superant vires suas, tales merentur dici incontinentes & molles.

Philoctet is exemplum.

Halopa mulieris exemplum.

Secundum est. Si non posse resistere voluptatibus & tristitiis & laboribus ompetit alicui ex suo genere & ex ꝓgenitoribus suis: eo quòd nimis delicatè nutriuntur, & exemplificat Aristot. de filiis regum Scytharum, q̄ delicatissimè nutriti impatientes sunt omnis tristitiæ & laboris. Tales non sunt dicendi absolute molles, sed molles mollitie regia.

Nutritidelicatè impatientes sunt.

Tertium est. Si quis ingentes labores⁹, aut tristitias non potest ferre ex natura debilitata, vt in infirmo, aut sene, aut ex natura debili vt in puero & fœmina. Nam quia æger aut senex aut puer, aut mulier non potest ferre tales, ac tantos labores quales aut quantos ferunt sani, iuuenes, adulti, masculi, null⁹ recte dicet molles, sed impotentes, aut imbecilles. Incontinentes ergo & molles sunt, qui ex genere, ex educatione, ex sanitate, ex ætate, ex sexu ferre possunt labores & tristitias: & non ferunt.

Incontinentes ac molles qui propriè sint.

Secundum

Dubium, Nũ lusiuus mollis potius, quàm intemperatus dici debeat.

Secundum dubium est. Si lusiuus, id est appetens semp in ludis & iocis & placidis viuere, debet dici intemperat⁹, an mollis.

Respondet Aristotel. qđ non est dicendus intemperat⁹, sed mollis. Nam q fugit laborem & tristitias, & in omnib⁹ q̃rit requiẽ, hic mollis dicendus est. Sed lusiuus & iocosus fugit labores & tristitias, & ludens in omnibus quęrit requiẽ: est em̃ ludus animi requies, sicut dormitio quies corporis: & aduerte, quòd ludus est quies, non vt est priuatio motus, q em̃ ludunt mouentur: sed vt est cessatio à tristantibus, & à tædio laboris, & talis quies solet nuncupari recreatio animi.

Incontinentiæ humanæ duæ species sunt, Præuolatio, ac debilitas.

Quantum ad quartũ, aduerte, quòd Arist. duas assignat incontinentiæ humanæ species, vna quidem dicitur ꝓuolatio, secundũ aliquos dicitur refrænatio, vel temeritas: altera dicitur debilitas, vel infirmitas, & vt scias quomõ differunt aduerte, quòd quidam præscientes & præconsiliantes in seipsis, qm̃ malum est concupiscentias sectari, non vincuntur, sed vincunt insurgentem passionem, & motũ voluptatis, & isti continentes sunt. Quidam autem non ꝓconsiliantes, vtrum bonum, aut malũ sit concupiscentias sectari, statim insurgente cõcupiscentia ex ꝓsentia obiecti delectabilis nisi adsit impedimentum, insequuntur eam, sicut canis videns leporem, & isti sunt incontinentes & eorũ incontinentia dicitur præuolatio, ꝓpter sui velocitatem: vel temeritas, q̃a sine cõsilio & ꝓsideratione ꝓsiliunt in obiectũ voluptuosum. Quidam verò insurgente concupiscentia ꝓconsiliantur, vtrum debeant eam sequi, vel non: & licet ratio concludat quòd non, adeo tamen pulsantur & incitant motu concupiscentiæ, quòd non persistunt in iudicio rationis. sed declinantes à consilio præhabito, prosequuntur concupiscentiã quasi deducti & irretiti: & isti sunt incõtinentes incontinentia, q̃ dicitur infirmitas, siue debilitas: eo quòd vincuntur à concupiscentia. Tales solemus dicere incontinentes ex fragilitate. Patet igitur quid sit incontinentia, quæ dicitur debilitas, & ea, quæ dicitur præuolatio, siue temeritas.

Varias hominum complexiones nõ eadem sequitur incontinentiæ species.

Et aduerte ex intentione Arist. quòd cholerici & melancholici si fiant incontinentes, peccant incontinentia ꝓuolationis, non em̃, præsentato obiecto voluptuoso, expectant consilium, vtrum debeãt illud prosequi, sed statim ꝓsiliunt in illum: cholerici quidẽ ꝓpter velocitatẽ motus choleræ, melancholici autem propter acuitatẽ melancholiæ accensæ. Nam licet melancholia sit frigida, ficca tamẽ si accendatur, est sicut terra accensa, quę ex sui densitate vt ferrum ignitũ vehementissimè ardet: vnde si melancholic⁹ incipit voluptates sectari, vt bestia in eis immergit. Sanguinei autẽ & phlegmatici fiunt incontinentes incontinentia infirmitatis, siue debilitatis, propter humiditatem complexionis suæ, q̃ non præualet concupiscentię acriter insurgenti: sed paulatim & ꝑsuasiue succumbit: eadẽ incontinentia vt in pluribus laborant mulieres à viris inhonestis calidè suggestæ & malè consiliatæ. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Mulieres qua incontinentiæ species laborẽt.

CAPVT VIII.

De intemperati & incontinentis adinuicem comparatione.

Ex septimo Ethic. Cap. 8.

IN hoc octauo capite considerandũ est de bonitate & malitia intemperati & incontinentis cõparando eos adinuicem, & licet in capite præcedenti in prima conclusione dictum ac probatum sit, intemperatum esse peiorem incontinente, tamen hic distinctius & diligentius ꝓbandum est. & qm̃ in eodem capite distinxmus incõtinentiam in duas species, quæ sunt præuolatio & debilitas, ideo consonum est vt eas comparemus adinuicẽ, vt sciamus quę peior sit. Hic igitur tria agenda sunt. Primò probandum est intemperatũ esse peiorem incontinente. Secundò ꝓbandum est incontinentem debilem esse peiorem incontinente ꝓuolante. Tertiò assignanda est conuenientia & differentia inter intemperantiam & incontinentiam.

Intẽperat⁹ peior est incontinente.

Quantùm ad primũ ponitur hæc conclusio. Intemperatus est peior incontinente, hæc probat triplici ratione, primo sic. Intemperatus operatur turpe, & eum non pœnitet: quia operat turpe ex electione, qua inhæret voluptati corporali, vt fini. Incontinens autẽ operatur turpe, & postea pœnitet. Nã operatur turpe non ex electione, sed vehemẽti passione cõcupiscentię agitat⁹: & cessante passione recognoscit se turpiter egisse, & sic pœnitet: ergo min⁹ peccat & minus malus est quàm intemperatus. Pœnitẽtia enim facit peccantem dignum venia.

Intẽperãtia diuturnior est incontinentia.

Secundò, sic, Malum continuum peius est malo non cõtinuo: vt febris quotidiana peior est simplici tertiana. Sed intemperantia est malum continuum: quia est malus habitus de difficili mobilis: incontinentia autem est malũ non cõtinuum, nam incontinens non moue tur ad operandum turpe nisi ex passione, quæ cito trãsit: & ideo incõtinentia est malum non persistens, & assimilatur vt inquit Aristotel. ægritudini interpolatę: puta epilepsiæ, Intemperantia autem assimilatur morbo continuo & insanabili: vt hydropisi aut pthisi.

Intemperãtiæ vitiũ est latens, incõtinentia manifestum.

Tertiò sic. Malum latens peius est non latente: difficilię enim curatur, vt patet de ægritudine viscerum, aut mẽbrorum spiritualium propter sui latentiam. Sed intemperantia est malũ latens. Intemperatus enim est deceptus existimãs esse bonum quod facit, cùm tamen sit malum. Incontinẽtia vero est malum non latens. Nam incontinens scit illud esse malum, quod agit, ad quod deducitur ex vehemẽtia passionis, & non ex electione: & ideo peior est intemperatus incõtinente: vnde non est vt argumentatũ fuit in secundo capite, vbi argumentatiuè concluſum fuit incontinentẽ esse peiorem & insanabilem, imò est oppositũ, vt probatum est, & ratio, quæ in secundo capite adducta est, nõ valet, licet em̃ incontinens sciat se malum agere, non tamen scit scientia libera & soluta, sed ligata, vt docuimus diffusè in tertio capite in vltima responsione.

Incontinẽs debilis vitiosior est incõtinẽte præuolante.

Quantum ad secundum ponitur hæc conclusio. Incõtinens debilis est peior & vituperabilior incontinẽte pręuolante & ꝓbatur dupliciter, primo sic. Incõtinẽs debilis vincitur à minori passione, præuolans aũt à maiori: ergo peior est ille, consequentia nota, quoniã qui vincitur à minori passione inexcusabilior est, facile est enim paruis passionib⁹ repugnare: & assimilatur incontinens debilis ei qui pauco vino de leui inebriatur. Incontinens autem præuolans ei, qui multo vino & de difficili inebriatur. Nam magis indispositi sunt secundum corpus, qui cito & pauco vino inebriant, quàm qui tarde & multo vino. Sic magis indispositi sunt secundum animam qui leui passione vincuntur, vt incontinentes debiles: quàm qui forti passione superantur, vt incõtinentes.

Intẽperãtia ab incõtinẽtia discrimẽ ac cõmunio.

Secundò sic, peius est post consilium habitũ de malo nõ agendo, malum ipsum agere quàm malũ repentè agere. Primum enim videtur committi ex malitia, hoc autem ex passione impellente. Sed, vt declaratum est in capite pręceden ti, incontinens debilis præconsiliatus agit turpe. Incõtinẽs autem prævolans repente & sine consilio: ergo, &c.

Quantum ad tertiũ aduerte duas conuenientias & duas differentias inter intemperantiam & incontinentiã, primo conueniunt in hoc quòd vtraque est malitia & vituperabilis: licet non æqualiter: quoniam intemperantia est vitium oppositum virtuti temperantiæ, vt dictũ est in libro tertio, & est cum electione: eligit enim intẽperatus sequi delectationes turpes, & quòd non sit agitatus passione cõcupiscẽtiæ, & ideo intemperantia est malitia simpliciter. Incontinẽtia aũt non est malitia simpliciter, quia incontinens nõ agit turpia ex electione & proposito, sed agitatus passione: vnde se habent incontinentia & intemperantia sicut mala dispositio, & malus habitus.

Secundò cõueniunt in hoc, quòd vtraque habet similes operationes, prosequuntur enim delectationes turpes gulę & Veneris: vnde licet incontinentes non sint mali & vitiosi simpliciter, vt intemperati, tamen assimilãtur eis, & accidit incontinentibus id quod dixit Demodocus cõtra Milesios. Dixit enim q Milesij non sunt stulti: agunt tamen ea quæ faciunt stulti. Sic incontinentes non sunt mali & iniusti & intemperati simpliciter: agunt tamen turpia vt illi.

Primò differunt, quia intemperatus credit voluptates turpes esse eligẽdas, vt per se bonas, hanc autẽ credulitatẽ fecit sibi ex malo habitu intemperantiæ deprauante rationẽ rectam. Incontinens autem non est sic dispositus per malum habitum, quòd credat tales voluptates prosequendas, vt bonas: imò extimat esse malas, licet insurgente passione turpiter agat: & cessãte passione tristatur se turpiter egisse.

Intemperatum cur non pœniteat, sicut incontinentem.

Secundò differunt: quia intemperat⁹ vt dictum est supra nec est sanabilis, nec pœnitiuus: quia errat circa principia agibilium: credit enim malum esse bonum, & quod non licet, licere: & quod non est finis, esse finem, puta voluptatem turpem. Error autẽ in principiis est insanabilis, ex cõsequẽti nõ pœnitet: quia cum malè fecerit non credit se malè fe-

ciſſe. Incontinens autem ſanabilis & pœnitiuus eſt, quia habet rectam extimationem de fine in vniuerſali & in habitu, vt dictum eſt ſuprà quando declarauimus quomodo incontinens eſt ſciens. & licet ex agitatione paſſionis operetur cõtra dictamẽ rationis, tamẽ ceſſante paſſione, quæ cito tranſit, habet rectam extimationem de fine in particulari, & in actu & tunc animaduertit ſe male feciſſe & recedit à ꝓpoſito male operandi & pœnitet de malo cõmiſſo: & ideo ſanabilis & pœnitiuus eſt. Ex quibus ſequitur quod prius concluſum eſt, ſcilicet intemperatum eſſe peiorem incontinente, quoniam in eo corrumpitur recta extimatio, & verũ iudicium de fine: extimando malum eſſe bonum, & quod eſt turpe licere. Vere autem extimatio ſtat in incontinẽte, licet ex paſſione ligetur ſicut vſus ſciẽtiæ impeditur in philoſopho ſi inebrietur. Hæc de preſenti capite dicta ſint.

CAPVT IX

De continentis & pertinacis communione ac diſcrimine, & eorum adinuicem comparatione.

Ex 7. Eth. c. 9.

IN hoc nono capite perſcrutandum eſt de eo, quod dictũ eſt in ſecundo capite in dubio quarto, ſcilicet ſi continẽs eſt manens in omni ratione, id eſt intẽdens perſiſtere in omni opinione, ſiue vera, ſiue falſa. Incõtinens autẽ ſi eſt egreſſiuus ab omni ratione, ita quòd in nulla opinione peſiſtat, ſiue vera ſiue falſa: & hic tria agenda ſunt. primo ſoluit hoc dubium, vtrũ continens, permaneat in omni ratione, vel tãtum in recta: incontinens autẽ recedat ab omni ratione, vel tantum à recta. & immaneat falſæ. Secundo declarandum eſt quomodo aliqui male & reprehenſibiliter perſiſtunt in ſuis opinionibus, qui non ſunt dicendi continentes, ſed ꝓtinaces: aliqui autem laudabiliter remouẽt ſe à ſua opinione, & non ſunt dicendi continentes, nec incõſtantes ſed bene perſuaſibiles. Tertio pro complemento huius propoſiti, oſtendet Ariſt. quomodo continentia licet non ſit virtꝰ ſed diſpoſitio ad temperantiam, habeat rationem medij & quo modo conueniunt ac differunt continentia & temperantia, incontinentia & intemperantia.

Continens ſemper per ſeratione recta immobiliter adhaeret incontinens autem econtrà.

Quantum ad primum aduerte quòd Ari. intendit determinare, quòd continens per ſe immanet, id eſt intendit per ſiſtere non in omni ratione, ſed in ratione ſiue opinione vera, & recta, licet per accidens poſsit contingere ꝙ immaneat rationi falſæ. Incontinens autem per ſe immanet, id eſt perſiſtit in ratione falſa, licet per accidens poſsit contingere quòd immaneat rationi veræ, & ad hoc propoſitum intẽdit ſic arguere. Sicut quæſitum propter ſe, primo & per ſe quæritur. & quæſitum propter alterum per accidens quæritur: verbi gratia, ſi quis eligit fel, loco mellis putãs ex ſimili colore fel eſſe mel cõſtat ꝙ per ſe quęrit mel, licet per accidens quęrat & eligat fel: quod putat eſſe mel. Eodẽ modo ſi quis falſam opinionem extimet eſſe veram, immoratur rationi falſę per accidens quoniam putat eam eſſe veram: nã ſi ſciret eam falſam nõ immoraretur ei. verbi gratia, Siquis putet hanc eſſe veram, bonũ eſt fornicari: & immanet huic opinioni propter hoc quòd opinatur eam eſſe veram per ſe quidem immanet rationi verę, quoniam ſic intendit, ſed per accidens opinioni falſæ quoniam eſt prẽter intentionẽ eius: & eodem modo eſt de incontinente, qui recedit ab opinione falſa putans eam eſſe veram: ergo continens perſe manet in ratione vera & per accidens in ratione falſa: & incontinens per ſe manet in ratione falſa, & per accidẽs in ratione vera. & ſi vis hanc rationem breui formalizare ſic argue, Quilibet per ſe immanet illi, cui propter ſe & non propter alterum immanet: ſed continens propter ſe & non propter alterum immanet rationi veræ, eo quod eſt vera, vel reputat eam veram: & immanet rationi falſæ propter alterum, quia ſcilicet reputat eam veram, incontinens autẽ immanet rationi falſę propter ſe, & recedit à ratione falſa quia reputat eam veram. Ergo continens immanet per ſe rationi veræ & per accidens rationi falſę. Incontinens aũt immanet per ſe rationi falſę & per accidens rationi verę: & ꝓ ſe egreditur à ratione vera & per accidens à ratione falſa. Patet igitur in quo ſenſu continens perſiſtit in ratione, & incontinens egreditur à ratione.

Et aduerte quòd cum dicitur, Continẽs per ſe immanet rationi veræ, & incontinens per ſe rationi falſę, ly per ſe exponi debet pro inquantum vt ſit ſenſus. Continens inquantum continens: ſicut & iſta, medicus per ſe id eſt inquantũ medicus ſanat. nam in medico eſt ars medicinę, quę eſt exſui natura cauſa ſanitatis: ſimiliter in continẽte eſt bona diſpoſitio continentiæ, quæ eſt cauſa perſiſtendi in ratione recta, & in incontinente eſt mala diſpoſitio incontinentiæ, quæ eſt cauſa perſiſtendi in ratione falſa, & ęgrediendi à ratione vera.

Continentes minimè ſunt dicendi, ſed potius pertinaces, qui ſuis immobiliter hærent opinionibus.

Quantum ad ſecundum aduerte, qđ licet ſit proprium continentis immanere & perſiſtere in ratione recta, non tamen omnes immobiliter perſiſtentes in ſuis opinionibus, & in eo ꝙ ſemel dixerunt ſunt laudandi, nec dicendi ſunt continentes. Nam, vt inquit Ariſt. quidam ſunt nimis inſiſtentes propriæ opinioni & ſermoni, quos vocant homines pertinaces: quibus ſi quid perſuaſum fuerit, ita quòd de aliquo opinionem habeant, ſiue in bonum ſiue in malum, non de facili à tali opinione tranſmutantur, & quodcunque dixerint, omnino ſuſtinere volunt: & id maximè accidit melancholicis qui de difficili recipiunt, & recepta fortiter retinent propter groſsitiem humoris terrei, iſti non ſunt continentes, licet aſsimilentur continenti in eo quòd ꝓſiſtunt in opinione ſua: ſicut continens in ratione recta, ſicut & ꝓdigus aſsimilatur liberali in eo quòd effundit ſubſtantiam ſuam, nõ tamen eſt liberalis: qm̃ liberalis effundit vt decet, hic autem exceſsiue. ſic nec pertinax eſt continens, qm̃ continens immanet opinioni ſuæ vt decet: hic autem pluſquã decet. Præterea, continens remouetur ab opinione ſua per rationem fortiorem ſibi factam pertinax autem non per rationem aliquam quantumcunque fortem, dimouetur: ſed potius paſsione aliqua, puta amore vel ira ꝙ non contingit in continente, & ideo pertinax vituperabilis eſt, eo quòd non ratione fortiori, ſed paſsione vincitur. Continens autẽ laudabilis, quoniam non paſsione, ſed ratione ſe bene perſuaſibilem reddit.

Melancholici obſtinati & pertinaces ſunt.

Pertinaces ſimiliores ſunt incontinenti, ac molli, quàm continenti.

Et aduerte ex intentione Ariſt. qđ pertinaces, licet aſsimilentur continenti propter cauſam, quam diximus, tamen adhuc magis aſsimilantur incontinenti & molli. nam delectationem nimis quærunt, & triſtitiam nimis fugiunt. Maximè nanque gaudent: quando conferentes cum aliis vincũt & ſi vincuntur vel eorũ ſententiæ appareant infirmæ maximè triſtantur: & in hoc aſsimilantur incontinenti, qui exceſsiue quærit delectari, & molli, qui exceſsiue fugit diſplicẽtias. Tales pertinaces appellantur viri proprij capitis, & ꝓpriæ ſententiæ: & ſunt indiſciplinati. q̃a nolunt ab aliis inſtrui, & ſunt ruſtici, qm̃ ſequentes proprium ſenſum, & in nullo aſſentientes aliis: non poſſunt cum aliis pacifice cõuerſari. Euſtratius dicit, quòd tales adeo amant ſermones ſuos quòd quæcunque dixerint volunt pro lege teneri, & quantumcunque irrationabilia dixerint, nolunt ſibi contradici.

Pertinaces ſunt ruſtici ac indiſciplinati.

Mutantes ſententiam, non inconti nentes putandi ſunt.

Aliqui vero ſunt, vt dicit Ariſt. q̃ laudabiliter recedunt à ſua opinione, & mutant propoſitum, non propter inconſtantiam, aut inconſtantiam, ſed propter bonũ virtutis & melius cogitantes, aut melius conſulti. Exemplum ponit Ariſtot. de Neoptolemo apud Sophoclem poẽtam in libro inſcripto Philoctetes. Nã refert Sophocles, quòd Neoptolemus perſuaſus fuit ab Vlyſſe mẽtiri propter bonum patrię. & dicto Vlyſsis acquieuit vt vero: ſed poſtea melius cõſiderans & aduertens veritatem ꝓponendam eſſe cuicunq; vtili, non perſiſtit in dicta perſuaſione, & noluit mentiri, nõ tamen fuit incontinens, nec inconſtans, ex eo quòd delectatus eſt dicere verum. Non enim quicunque aliquid propter voluptatem operatur, aut delectationem incontinens aut prauus eſt, ſed qui propter turpem delectationem turpiter operatur.

Continentia tametſi virtus non eſt admiſcetur tamen ipſi virtuti.

Quãtum ad tertiũ aduerte vt diximus in principio huius ſeptimi libri, qđ licet continentia non ſit virtus ſed optima diſpoſitio ad virtutem temperantię, habet tamen aliquid admixtum virtuti: qm̃ conſiſtit in medio duorum extremorum, ſicut quid laudabile inter duo vituperabilia. Hoc igitur ſic manifeſtat Ariſtot. vbicunque inueniuntur extrema vituperabilia eſt inuenire medium laudabile: ſed circa concupiſcentias corporales guſtus & tactus eſt inuenire duo extrema vituperabilia: aliqui eñ ita diſpoſiti ſunt, qđ plus delectanť in his quàm oportet, & quã decens ſit: & iſti vituperabiles ſunt ꝓpter exceſſum: & dicuntur incontinentes. aliqui autem minus delectantur quàm oportet, quos in tertio libro diximus inſenſibiles, & iſti vituperabiles ſunt propter defectum: ſed qm̃ rariſsimi tales inueniuntur, ideo hoc extremum remanſit innominatum: ergo etiam eſt inuenire mediũ laudabile & ſunt illi qui delectantur in guſtu vt decet: & in venereis ſecundum legem & nõ vltra: & iſti dicunť continentes, & ſic patet quòd cõtinentia eſt medietas laudabilis, & ſua extrema vituperabilia ſunt.

De conue

Temperãtia & continentia, intemperãtia & incontinentia diſcrimẽ & conuenientia.

De conuenientia aũt & differentia temperantiæ & cõtinentiæ,ſimiliter intẽperantiæ & incontinentiæ aduerte breuiter,q̃ temperantia in hoc conuenit cum continentia, q̃ tam temperatus quàm continens nihil operantur circa delectationes corporales q̃ non deceat & non ſit ſm rectam rationem.Differunt autem quoniam cõtinens moleſtatur pruis & vehementibus cõcupiſcentijs,licet non ſuperetur ab eis.Temperatus autem iam habet ordinatas & moderatas concupiſcentias ex habitu temperantiæ.

Intemperantia verò & incontinentia in hoc conueniunt q̃ intemperatus & incõtinens proſequũtur voluptates corporales magis quàm deceat,& vltra rationem.Differunt autem,qm̃ intemperatus proſequitur eas ex malo habitu intẽperantiæ peruertẽte iudicium rationis, extimat enim hmõi voluptates eſſe exceſsiuè & quãtum poſsibile eſt proſequẽdas vt bonas.Incontinens autem nõ extimat huiuſmodi voluptates ſic proſequendas, vt bonas: qm̃ ſtat in eo rectum iudicium rationis,vt diximus in ſecundo capite,licet deducatur ex vehementi paſsione in aliquod turpe,qua tranſeũte pœnitet commiſsi.Hæc de pręſenti capite dicta ſint.

CAPVT X.

Non contingere eundem ſimul eſſe incõtinentem ac prudentem,demonſtrat, & quonam adinuicem conueniant ac differant,incontinens debilis,ac incontinens præuolans.

Ex ſeptimo Ethicorum. Cap.10.

IN hoc decimo capite determinandum eſt ſm dubium poſitum in ſecundo capite circa quintum probabile:& fuit, vtrum contingat eundem eſſe incontinentem,& prudẽtem, & hic tria agẽda ſunt.Primò ponetur cõcluſio negatiua cũ probatione ſua. Secundò declarabitur ſi in aliquo conueniunt & quomodo differunt incontinens & prudẽs. Tertiò declarabitur in quo conueniunt & in quo differunt incontinentes diuerſarum ſpecierum, puta incontinens debilis, & incontinens præuolans ſiue eſtrænus.

Incontinentem & verè prudentem eundem eſſe eſt impoſsibile

Quantum ad primum ponitur hęc concluſio,impoſsibile eſt eundem eſſe ſimul incontinentem & verè prudentem: probatur primo ſic,impoſsibile eſt eundẽ eſſe ſimul virtuoſum moraliter & incontinentem.Nullus em̃ virtuoſus operatur ſm paſsiones,ſed ſecundum rectam rationẽ,vt declaratum eſt in libro ſecundo:ſed incontinens,vt dictum eſt ſupra agit ſecundum paſsiones concupiſcentię:ergo,&c. Sed omnis verè prudens eſt virtuoſus moraliter. Probatum eſt enim in libro ſexto, q̃ prudentia neceſſario coniuncta eſt virtuti morali:ergo impoſsibile eſt eundem eſſe incontinẽtem & verè prudentem.

Secundò ſic,omnis verè prudens neceſſario eſt practic⁹, id eſt operatiu⁹ bonorum operum:dictum eſt enim in libro ſexto q̃ non ſufficit prudentem eſſe ſcientem,ſed bene operatiuum:ſed incontinens non eſt bene operatiuus, quoniam vincitur paſsione,& recedit à ratione recta, vt dictum eſt ſupra:ergo,&c.

Diximus autem q̃ verè prudens non poteſt eſſe incontinens:qm̃ nihil prohibet extimatum prudentem, qui tamen non eſt prudens niſi per ſimilitudinem,vt virum ingenioſum & aſtutum eſſe incontinentem.Præterea non inconuenit virum bene conſiliatiuum & bene iudicatiuum eſſe incontinẽtem,ſicut videmus multos legis peritos,ſed iſti non ſunt verè & completè prudentes.Prudens enim verè & completè eſt ille qui bene cõſulta,& bene iudicata exequit: & de tali intendit hic Ari.cum dicit q̃ prudens neceſſario eſt practicus bonorum operum:& de tali intelligendum eſt:quòd eſt impoſsibile eſſe ſimul incontinentem & prudentẽ:licet poſſit eſſe dinoticus,id eſt aſtutus.

Continẽs ac prudens in recto rationis iudicio conueniunt.

Quantum ad ſm aduerte q̃ licet prudens & incontinens non ſe compatiantur in eodem,tamen incõtinens in aliquo conuenit cum prudente, ſcilicet in ratione recta & iudicio recto.Nam licet incontinens ducatur paſsione, tamẽ habet rectam rationem & rectum iudicium de eo quod agit:quia ſcit eſſe malum.Differt autem à prudente,quoniam prudens habet rectam rationem ſolutam:incontinens autem ligatã, ſicut dormiens aut ebrius vt dictum eſt ſupra in tertio capite.Item prudens operatur ex electione recta: incontinens autem ex paſsione.Item prudẽs eſt ſimpliciter bonus:incontinens autem ſemimalus quoniam incontinentia eſt mala diſpoſitio ad malum habitum,puta ad intemperantiam, quaſi media inter temperantiam & intemperantiam:nec eſt ſimpliciter iniuſtus & inſidiator: quoniam non agit malum ex conſilio & electione,ſed ex paſsione inſurgente: patet igitur quomodo conueniunt & quomodo differunt prudens & incontinens.

Incontinens debilis & p̃uolans quonam conueniant ac diſferant.

Quantum ad tertium aduerte cum omnis incontinẽs,vt dictum eſt in ſeptimo capite ſit incontinens debilis, vel incontinens præuolans,in vno conueniunt,& in alio differũt. Conueniunt quidem in hoc q̃ neuter eorum ſequitur voluptates ex conſilio,ſed ex paſsione concupiſcentiæ. Nam vt dictum eſt in capite ſeptimo,licet incontinens debilis prædebilis cui ſi milis. conſilietur,q̃ non debet ſequi voluptates turpes,tñ nõ permanet in tali conſilio, ſed commotus paſsione turpia agit. Incontinens autem pręuolans ſiue temerarius nõ præconſiliatur, ſed præſentato obiecto voluptuoſo: ſtatim inſequit illud vt beſtia agitata paſsiõe deſiderij.Neuter ergo operaẽ ex cõſilio.Et qm̃ incontinens debilis præconſiliatur prius, ſed poſtea nõ vtitur bono conſilio præhabito in ſeipſo,vel ab alio:ideo Ariſt.aſsimilat ipſum ciuitati cui ꝓuidetur de omnibus neceſſariis & de bonis legibus ſed non vtitur eis. Vnde Anaxandrides poeta conuitans cuidã ciuitati petenti leges inquit,Ciuitas hæc vult leges,cui nulla eſt cura de legibus.Malus autem,id eſt, intemperatus aſsimilaẽ ciuitati vtenti legibus,ſed malis. nam operatur intemperatus malo conſilio & peruerſa electione vt dictum eſt ſupra.

Incontinens

Differunt autem quoniam incontinẽtes debiles præcõſiliantes,deinde non vtentes bono conſilio difficilius ſanantur quàm debiles præuolantes.Nam habentes conſilium de malo non proſequendo facilius poſſunt malum illud vitare quàm non habentes conſilium. Cum igitur incontinentes debiles præconſiliantes nõ vitent malũ de quo præcõſiliati ſunt: ſunt magis mali,ex conſequenti ſunt min⁹ ſanabiles. Præuolantes autem,quia nõ præconſiliati ſunt,ſed vt mente cæca inſecuti ſũt turpia,ideo ſi poſtea bene admoneãtur & bono conſilio ſuadeantur,facilius ſe corrigunt & ſanantur:vt patet per experientiam.

Difficilius eſt mutare naturã quã conſuetudinem.

Et quod dictum eſt de incontinente debili minus ſanabili:intellige etiam de incontinente ſecũdum naturam, & de incontinente ſecundum conſuetudinem. Nam primus inſanabilior eſt,difficilius eſt enim immutare naturam quàm cõſuetudinem: licet enim conſuetudo imitetur naturam, non tamen eſt natura: & ideo qui à naturali complexione & inclinatione tendunt in voluptates turpes,inſanabiliores ſunt his qui ſola conſuetudine tendũt in eas: quoniam vt inquit Ariſtot. eſt facilius mutare conſuetudinem quàm naturam: ideo enim conſuetudinem mutare difficile eſt, quia ſimilis eſt naturæ quemadmodum Ennius dixit: Vſus longus mos eſt & meditatio crebra. Hanc tandem aſſero naturã mortalib.eſſe. Quid igitur ſit continentia & incontinẽtia & quid perſeuerantia & mollities, & quomodo hi habitus inter ſe conueniant, & differant ſatis dictum eſt. Hęc de præſenti capite dicta ſint,quod eſt vltimum primi tract.

Nunc iuxta ordinem poſitum in principio huius ſeptimi. ſupereſt aggredi tractare de materia, circa quam verſantur continentia & incontinentia,&c.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS IN ſeptimum librum Ethicorum,in quatuor capita diuiſus.

¶De delectatione & triſtitia.

IN hoc ſecundo tractatu agendum eſt de delectatione & triſtitia,circa quas verſantur continentia & incontinentia:& temperantia & eius oppoſitum,& breuiter omnis habitus moralis,vt declarabitur. Et intendimus inueſtigare ſi ſunt quid bonum,vel malũ:& diuidemus ipſum in quatuor capita. In primo ponentur opiniones & rationes antiquorum.In ſecundo ſoluentur rationes antiquorum. In tertio pertractabimus propoſitum ad mentem Ariſt. In quarto ſoluentur quædam dubia,quæ mouet Ariſt.

CAPVT I.

De Voluptate,ſeu delectatione quòd ad Moralem Philoſophum ſpectet conſiderare,& de ea ſententias varias antiquorum oſtendit.

Ex 7. Ethi. capit.11.

IN primo capite duo agenda ſunt. Primò probandum eſt, quòd ad philoſophum moralem ſpectat conſiderare de delectatione, & ex conſequenti de triſtitia: quoniam eadem eſt diſciplina oppoſitorum. Secundò enim recitandæ

ſunt opiniones antiquorum rationibus ſuis.

Delectatio ac triſtitia ſunt moralis conſideration is.

Quantum ad primum ſit hæc concluſio, neceſſe eſt Philoſophũ moralem conſiderare de delectatione & triſtitia. probatur tripliciter.

Primo ſic: per reſpectum ad delectationem & triſtitiam vt ad menſuram & regulam ſumitur bonum & malũ in moralibus. ergo ad Philoſophum moralem ſpectat conſiderare de delectatione & triſtitia. Conſequentia patet: quoniã in qualibet ſcientia & arte illud maximè conſiderãdum eſt, quod pro menſura & regula ponitur: vnde artes deſeruientes arti principali maximè obſeruant finem artis principalis: & ad ipſum reſpiciunt vt ad regulam ſuam. Antecedens autem probatur: quoniam illum dicimus bonum moraliter, qui in bonis delectatur: malum vero, qui in malis delectatur & triſtatur de bonis. Similiter iudicamus de his quæ fiunt. Nam iudicamus illud eſſe malum, quod ex mala & illicita delectatione procedit, vt adulterium: & illud eſſe bonum, quod ex bona & honeſta delectatione procedit: vt temperata comeſtio. ergo, &c.

Secundo ſic, Ad Philoſophum moralem ſpectat conſiderare de virtutibus & vitijs oppoſitis: ergo de delectatione & triſtitia. Antecedens patet, conſequentia verò probatur: quoniam vt declaratum eſt in libro ſecundo in tractatu primo: in capite tertio. Virtus moralis & malitia ei oppoſita ſunt circa delectationes & triſtitias: & id probauimus vbi ſupra triplici via.

Tertio ſic, Ad Philoſophum moralem ſpectat conſiderare de felicitate, q̃ eſt finis humanus, vt declaratum eſt in primo libro. ergo & de delectatione & triſtitia: probatur cõſequentia, nam plures ſtatuunt felicitatem in delectatione: & nos id manifeſtabimus in libro decimo. Vnde apud Græcos dicit Ariſto. nominatur beatus à gaudere. Patet ergo quòd oportet Philoſophum moralem tractare de delectatione & triſtitia.

Quantum ad fm aduerte, q̃ apud antiquos tres fuerunt famoſæ opiniones de bonitate & malitia delectationis. Prima dicit q̃ nulla eſt bona. Secunda dicit q̃ aliquæ ſunt bonę, aliquę malæ. Tertia dicit quòd poſito omnem eſſe bonã, nulla tamen eſt optima.

Delectatio nõ eſt bona.

Prima opinio arguit ad ꝓpoſitum ſuum ſex rationibus. Prima eſt, nulla gñratio ſenſibilis in naturã eſt bona: q̃a nulla gñratio eſt finis, ſed via ad finẽ, vt ędificatio nõ eſt dom⁹, ſed via ad domũ: finis autem & bonũ ſunt idem. ſed delectatio eſt generatio ſenſibilis in naturam: dicebant enim antiqui quòd tunc ſolum delectamur, qñ aliquid adgeneratur naturę noſtræ: vt patet quando ſumimus cibum fameſcẽtes: ergo delectatio non eſt finis: ergo nec bonum: quoniam videntur eſſe idem bonum & finis.

Delectationes fugit virtuoſus.

Secunda eſt, Virtuoſus fugit delectationes. Laudatur enim temperatus, quia delectationes fugit: ergo ſignum eſt quòd delectatio non eſt bona.

Tertia eſt, Prudens proſequitur non triſte, id eſt id, quod non eſt triſte, nec delectabile: ergo ſignum eſt, q̃ delectatio non eſt bona.

Delectatio prudentiam impedit.

Quarta eſt, Delectationes impediunt prudentiam & tanto magis quãto maiores ſunt: vt patet in Venere: in qua adeo impeditur ratio, vt null⁹ ſapiens in ea cõſtitutus aliq̃d intelligere poſsit: ergo non ſunt bonæ: patet conſequentia, quoniam bonum non eſt impeditiuum boni: conſtat autem prudentiam eſſe bonam: ergo, &c.

Quinta eſt, Omne bonum humanum videtur eſſe finis alicui⁹ artis ad quod ordinatur: ſed delectatio nõ eſt finis alicuius artis: quia nulla ars ordinatur ad delectationẽ tantum: ergo, &c.

Sexta eſt, Pueri & beſtiæ quærunt delectationes: ergo nõ videntur eſſe bonę. nã quod in homine eſt puerile & beſtiale ſolemus vituperare: ergo omnibus prędictis rationibus non videtur delectatio eſſe bona.

Delectationum aliquæ malæ nõnullæ bonæ ſũt.

Secunda opinio arguit dup̃r. Primo ſic: aliquę delectationes faciunt hominem infamẽ, vt adulteriũ, incæſt⁹, ſacrilegiũ: ergo aliquæ nõ ſunt bonæ. Scđo ſic. Aliquę ſunt nociuę homini, q̃a inducũt ægritudinẽ, vt nimi⁹ potus & cibus: ergo aliquæ non ſunt bonę. Quòd aũt aliquæ ſint bonę, vt delectationes in operib⁹ virtutis & in ſpeculãdo, relinquit̃ pro manifeſto: ergo ſunt aliq̃æ bonæ & aliquæ malæ.

Delectatio non eſt quid optimum.

Tertia opinio ꝓbat vnico medio nullã delectationẽ eſſe q̃d optimum: dato ẽt q̃ oĩs eſſet bona & ſic arguit: optimũ habet rationem finis, vt declaratum eſt in primo libro: ſed delectatio nõ habet rõnẽ finis, ſed eſt via ad finẽ. Eſt ẽm delectatio generatio ſenſibilis in naturã, vt dictũ eſt in prima ratione primæ opinionis: generatio autẽ eſt via ſicut & motus ad finem: ergo impoſsibile eſt delectationem eſſe quid optimum. Hæc de pręſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Improbatio ac ſolutio rationum contra propriam de delectatione ſententiam,

Ethic. 7. Cap. 12.

IN ſecundo cap. ſoluendę ſunt rationes prædictarũ opinionum pro quãto falſum concludũt. ſeed aduerte, quoniã ſecunda opinio eſt vera: ideo non ſoluet rationẽ ſuã ſecundã, ſed declarabit eã eſſe inualidã ad propoſitũ verũ cõcludendum. Inſiſtemus igitur in ſolutione rationũ tertiæ & primæ opinionis: qm̃ vtraque falſa eſt: & hic duo agenda ſunt. Primo ponendæ ſunt quædam diſtinctiones. Secundo ex diſtinctionibus ſoluemus rationes pręmiſſas.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſtot. tres diſtinctiones.

Bonum duplex ſimpliciter, & ſecundum quid. Habitus bonus dupliciter, ſimpliciter & alicui.

Prima eſt de bono, & habitu, & natura, & motione, & generatione, per ſimpliciter & ſecundũ quid: & eſt diſtinctio talis. Bonũ eſt duplex, ſcilicet ſimpliciter, vt ſcientia & virt⁹: & ſm quid, id eſt, alicui: vt medicina eſt bona infirmo, ſed nõ ſano: nam ſicut prodeſt infirmo, ſic noceret ſano. Eodẽ modo habitus eſt bonus dupliciter. quoniã aliquis ſimpliciter, vt qui ordinatur ad bonũ ſimpliciter, vt virtus ad felicitatẽ: aliquis alicui, vt habitus lucratiuus indigẽti. Eodẽ modo natura eſt bona dupliciter: qm̃ aliqua ſimpliciter, vt natura virtutis: aliqua alicui, vt medicina ęgro, fœnum aſino. Eodem modo motio & generatio ſunt bonę dupliciter: quoniã aut ſimpliciter, vt motus ad ſanitatem: & generatio ſcientię, aut alicui, vt motus aquæ ad terram ſitientem: & generatio herbæ ad cibum animalium.

Delectationum varia genera in bonitate ac malitia.

Secunda diſtinctio eſt de delectatione, & continet quatuor gradus. Primus eſt, delectationũ quædã, ſunt bonæ ſimpliciter, vt quæ ſunt in operib⁹ virtutũ: quædã alicui, vt quie ſcere fatigato: nam indigenti exercitio non eſt bonum nec delectabile quieſcere.

Secundus eſt, Quędam ſunt prauæ ſimpliciter, vt quę faciũt hominẽ infamẽ, quędam alicui: vt ſaturato iterũ comedere, velebrio iterũ bibere: inducũt enim malas diſpoſitiões.

Tertius eſt, Delectationũ bonarũ alicui & eligibiliũ, quędam ſunt ſemper bonæ: vt ægrotãti incurabiliter ſemper eſt bonũ ſumere aliquod remediũ ꝓ prolõgatione vitę. Quędã non ſemper, ſed ad tẽpus, vt comedere dum fameſcimus. Saturato autem non eſt bonum nec delectabile comedere.

Bonum duplex: quoddam in opere, quoddã in habitu cõſiſtens.

Quartus eſt, Delectationum quædã ſunt verę & per ſe delectationes: vt quę ſunt ſine admixtione triſtitię, vt ſpeculatio veritatis. quędam ſunt apparentes, ſed non verę nec per ſe, quia ſunt admixtæ triſtitiæ & dolori: vt qui conſtituti in tribulatione delectãtur in fletu & ſuſpiriis, & infirmãtes ac febricitantes delectantur ſe in lecto mouere & aliqua acerba guſtare: quę ſi guſtarent ſani triſtarẽtur. Iſtę nõ ſunt verę delectatiões, ſed potius ſubleuationes dolorũ & triſtitiarũ.

Tertia diſtinctio adhuc eſt de bono & de delectatione: & eſt talis. Bonorũ aliquod eſt operatio, vt cõſiderare: aliquod eſt habitus, vt ſcientia: & melius eſt primum quàm ſecundũ, qm̃ habitus ordinatur ad operationẽ & non ecõuerſo: Similiter delectationũ, quædam eſt operatio quædã eſt habitus. Delectationũ, quę ſunt operatio, quędam præcedunt habitũ vt conſtitutiuę eius: quędam procedunt ab habitu iã cõſtituto: primę non ſunt verę & per ſe delectationes, qm̃ ſunt admixtę cum triſtitia & indigentia, vt delectationes addiſcentis: & delectationes famelici comedentis: & delectationes infirmãtis ſumẽtis medicinã dulcẽ. nam addiſcens eget ſciẽtia, famelicus cruciatur fame, infirmus dolet ęgritudine. Secundę autẽ ſunt verę delectationes: vt quando quis acquiſiuit habitum ſcientię: deinde ſpeculatur circa illam. Sunt enim ſine triſtitia & indigentia: & huius ſignum ſumitur ex eo quòd delectationes, quę ſunt cum indigentia nõ ſemper manent. nam comedens quãdiu indiget delectatur, quia non eſt ſaturatus. Poſt ſaturitatem autem nõ delectatur. Delectationes autem, quę ſunt ſine indigẽtia, & poſt habitum acquiſitum, ſemper manent. Delectatur enim ſemper virtuoſus opere virtutis, & ſpeculans ſpeculatione.

Aliqua delectatio optima eſſe poteſt.

Quantum ad ſecundum ex prędictis diſtinctionibus ſoluendæ ſunt rationes præmiſſæ in capite prędecedenti. Et primo ſoluitur ex intẽtione Ariſt. ratio inducta pro tertia opiniõe, qua probatur nullam delectationem poſſe eſſe optimam. & negatur minor: ad probationem negatur omnem delectationem eſſe generationem: hoc enim non eſt verũ niſi de delectatione, quæ conſiſtit in operatione præcedẽte habitum, & generatiua

generatiua habitus. Illa eñ eſt via ad habitum: nam qui delectatur ſæpe citharizare fit citharœdus: & qui gaudet operari iuſtè fit iuſtus, vt declaratum eſt in libro ſecundo. Delectatio autem, quæ eſt in operatione ꝓcedente ab habitu iã acquiſito, non eſt generatio, nec via, imò eſt finis, ad quem ordinatur habitus: acquirimus eñ artem citharizãdi, vt poſſimus ꝓfectè & promptè & delectabiliter citharizare, & acquirimus virtutes morales, vt poſsimus ſine difficultate & delectabiliter operari moraliter: & hæc delectatio eſt vera & per ſe, id eſt non admixta triſtitiæ, nec indigentiæ: quoniam operans iam eſt perfectus per habitum acquiſitum, & hanc nõ inconuenit eſſe optimam, & in libro decimo declarabimus, qũo concurrit ad felicitatem: qñ aut eſt felicitas, aut perficit felicitatem, ſicut pulchritudo perficit iuuentutem. Patet igitur ꝙ rõ inducta pro tertia opinione nõ cõcludit.

Et qñ non oĩs delectatio eſt generatio, vt declaratũ eſt: ideo diffinitio, quã adduxũt antiqui dicentes, ꝙ delectatio eſt gñatio ſenſibilis in naturã, nõ eſt vera, qa nõ cõpetit niſi delectationi imperfectę q̃ eſt admixta indigẽtię & triſtitię.

Delectatio quid ſit.

Si igitur vis habere diffinitionẽ de delectatione vera & ꝓfecta: q̃ eſt in operatione habitus iã acquiſiti, ſic diffinies eam ex intentione Ari. Delectatio eſt operatio habitus, qui eſt ſm naturam non impeditam, nam habitus, qui competit naturę habenti impedimentum in operando & in vſu, cauſat difficultatem in opere, quæ delectationem impedit.

Sed aduerte ꝙ Ari. in libro decimo dicet delectationem nõ eſſe operationem, ſed ſuperuenire operationi: & tñ non eſt ſibi ǒrius. Nã operatio poteſt ſumi dupliciter: primo pro omni eo quod procedit ab habitu ſiue forma, ſiue mediatè ſiuè immediatè & ſic accipit hic operationem procedit eñ delectatio mediatè ab habitu, id eſt mediante operatione: ſecundo ſumitur pro omni eo, quod immediatè procedit ab habitu & ſic accipit operationem in libro decimo: & tunc declarabitur, ꝙ delectatio non eſt operatio, ſed cõſequitur operationem ꝓcedentem ab habitu, vt declarabimus, & ſic nulla eſt contradictio hic & in decimo.

Non quæcũque lædẽtia praua ſunt.

Secundò ſoluenda eſt ratio ſecũda pro ſecunda opinione: nam ratio prima eſt vera & bene concludit, ſed ſcda eſt inefficax. Nam hæc conſequentia non valet: aliqua delectatio eſt nociua: quia inducit ęgritudinem: ergo eſt praua. Stat enim aliquod eſſe nociuum & tñ non eſſe prauum, vt ignis comburens domum eſt nociuus, & tñ non eſt prauus: & medicinę emptæ ab infirmo ſunt ei nociuę, quia euacuant burſam pecuniã: & tñ non ſunt prauæ quia inducunt ſanitatem. & ſpeculatio veritatis nocet Philoſopho infirmo, quia attenuat ſpiritus, & tñ non eſt praua. Prauum eſt enim quod ex natura ſua malum & reprehẽſibile ac vitandũ eſt. Patet igit ꝙ ratio illa nihil concludit, licet concluſio ſit vera, ſcilicet quòd aliqua delectatio eſt praua.

Tertiò ſoluendę ſunt rationes primę opinionis, ex quib⁹ prima iam ſoluta eſt per ſolutionem rationis pro tertia opinione. Negatum eſt enim hanc eſſe veram diffinitionem delectationis. Delectatio eſt generatio, &c. Et declaratum eſt qũo delectatio quę conſiſtit in operatione procedente ab habitu iam acquiſito poteſt eſſe finis & optima. Quod ſi optima: ergo bona.

Secunda quę eſt ꝙ virtuoſus fugit delectationes, non cõcludit niſi de delectationibus corporalib. q̃ non ſunt ſimpliciter bonæ, cum ſint admixtę cum triſtitia has quidem fugit temperatus non abſolutè, ſed fugit exceſſum earum. Licet autem fugiat exceſſum talium delectationum, tñ quærit delectationes operum virtutis quantum poteſt: q̃ ſunt verè & per ſe delectationes vt declaratum eſt: patet ergo ꝙ ratio ſecunda non concludit.

Delectationes corporales ac ſenſuales fugiunt virtuoſi ac prudentes.

Tertia non concludit niſi de delectationib. corporalib⁹, quas prudens non quærit: qñ cognoſcit ꝙ magis apparent bonę quàm ſint bonæ. Sunt enim admixtę multis triſtitijs, ſicut roſæ inſertæ ſpinis. Quęrit autem prudens non triſtari per abſentiam talium delectationum, & vt ſic ducere vitam ſine triſtitia, q̃ poſsit cauſari ex abſentia talium delectatio. num. ex hoc autem non ſequitur ꝙ prudens non quærat veras & puras delectationes imò renuit ſenſuales, vt deguſtet illas, quibus redditur vita iocunda.

Delectatio perficit opus.

Quarta concludit delectationes ſenſuales impedire op⁹ prudentis, ſed illę non ſunt delectationes propriæ prudẽtis imò aliene & vulgares. Propriæ autẽ ſunt, quæ ſunt in operibus prudentiæ: vt delectabiliter conſulere, iudicare, pręcipere, exequi, &c. Iſtæ aũt non impediunt, ſed perficiunt prudentem, ſicut delectatio in ſpeculando facit hominẽ maximè ſpeculatiuum, & in addiſcendo facit hominem ꝓficere in arte, aut ſcientia. Nam cuiuſlibet propria delectatio opus ſuum perficit, ſiue in bonum ſiue in malum. Patet ergo quòd ratio quarta nihil concludit.

Quinta ſoluitur per negationem minoris. nam ars pigmẽtaria & pulmentaria videntur ordinari ad delectationem ſi militer & muſica: & ars ſaltatiua, quam poſſumus dicere choreatiuam.

Sexta concludit ſolum de delectationib⁹ ſenſualibus: qa pueri & beſtiæ non ratione, ſed paſsionibus reguntur. Si igitur prima opinio aliquid concludit, concludit ſolum quòd delectationes ſenſuales non ſunt veræ & ſimpliciter bonæ, quod & nos concedimus. Sed hæc conſequentia non valet, illę non ſunt bonæ, ergo nulla eſt bona. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Duo delectationum genera eſſe oſtendit: vnum bonarum, alterum optimarum.

Ethic. 7. Cap. 13.

IN hoc tertio capite declarandum eſt ex ſententia Ariſtot. aliquam delectationem eſſet bonam, imò & aliquam optimam. vnde duo hic probanda ſunt. Primo cõtra primam opinionem, quòd aliqua delectatio eſt bona. Secundo contra tertiam opinionem quòd aliqua eſt optima. Primum probabitur ratione oſtenſiua, quæ defendetur contra Speuſipum & ratione ducente ad manifeſtiſsima incontinentia. ſecundum autem multipliciter probabitur.

Delectatio eſt bona, triſtitia autem mala.

Quantum ad primũ ponitur hæc concluſio, delectatio eſt bona: & probatur ſic ex intentione Ariſt. Quod cõtrariatur malo, ſicut medium extremo, eſt bonum. Dico ſicut medium extremo: quoniam ſi contrariatur vt extremum extremo vtrunque erit malum ſicut contrariatur timiditas audaciæ & auaritia prodigalitati. Si autem vt medium extremo de neceſſitate erit bonum: quoniam in moralibus, vt dictum eſt in ſecundo libro medium eſt laudabile, & vtrunque extremum vituperabile. Si igitur aliquid cõtrariatur malo vt medium extremo: illud erit bonum. Sed delectatio contrariatur triſtitiæ, vt medium extremo malo: pro cuius euidentia aduerte quòd vt dicit Ariſt. triſtitia eſt quoddam fugibile ex conſequenti malum. Nam ſicut quod appetimus habet rationem boni: ſic quod naturaliter fugimus habet rationem mali: naturale eſt autem omni animali velle delectari, & nolle triſtari. Triſtitia ergo habet rationem mali & eſt malum: aliqua quidem ſimpliciter, vt triſtari de priuatione veneris inhoneſtæ: aut triſtari de proſperitate patriæ: aliqua autem non ſimpliciter, ſed inquantum impedit bonum, vt triſtari de morte filij impedit animi quietem, & ſpeculandi ſtudiũ. vt autem ſcias quomodo delectatio contrariatur triſtitię vt medium extremo, aduerte vt dicit dominus Linconienſis quòd triſtitiæ vt extremo cotrariatur intriſtitia, id eſt non triſtitia, vt alterum extremum ſicut intemperantię vt extremo contrariatur inſenſibilitas, quæ eſt in nullo ſentire delectationem. Sicut autem inter intemperantiam & inſenſibilitatem mediat temperantia, quæ contrariatur intemperantię vt medium extremo, ſic inter intriſtitiam & triſtitiam mediat delectatio, quæ contrariatur triſtitiæ, vt medium extremo ergo delectatio eſt bona & triſtitia eſt mala.

Delectatio aduerſatur triſtitiæ vt medium extremo.

Sed aduerte, quòd Speuſipus ſucceſſor Platonis, conatus eſt hanc rõnem ſoluere, & negauit minorem: dicit enim, ꝙ delectatio non contrariatur triſtitię vt medium extremo, ſed vt extremũ malũ extremo malo: nã ſicut maius contrariatur minori vt extremum extremo: & non vt æquale minori, id eſt, vt mediũ extremo, ſic delectatio contrariatur triſtitiæ vt extremum extremo, quorum vtrunque eſt malum.

Sed hanc ſolutionem remouet Ariſt. & intendit quòd ſtãte hac ſolutiõe delectatio eſſet quoddã malum ſimpliciter: Omne enim extremum ſiue per exceſſum, ſiue per defectum eſt in moralibus malum ſimpliciter. Sed hoc non dicunt Platonici, quorum fuit prima opinio, ſcilicet quòd nulla delectatio eſt bona. Nam licet dicant eam non eſſe bonam, non tamen concedunt eam eſſe malam ſimpliciter. Sed dicunt eã non bonam, inquantum eſt quoddam imperfectum: & vt impedit ſpeculationem veritatis vt patet ex rationibus inductis pro prima opinione. Speuſipus igitur tenens delectationem contrariari triſtitiæ, vt extremum malum ſimpliciter extremo malo ſimpliciter non recte defendit opinionem Platonicorum.

Prętereà quòd delectatio ſit bona arguitur ratione qua ducitur ad inconuenientia ſic. Si delectatio non eſt bona: ergo felix non vivit delectabiliter: quod eſt inconueniens: nam cum vita felicis ſit per ſe bona excludit omne non

bonum

bonũ:ſi ergo delectatio non eſt bona, felix non requiret eã. Prꝛterea,ſi non eſt bona:ergo viuere in triſtitia non eſt malum:ergo felix non curabit fugere triſtitiam:hoc autem eſt abſurdum. Prætereà,ſi non eſt bona,cũ vita virtuoſi ſit operatiua boni:ſequitur ꝙ eius vita non ſit delectabilis: quod eſt contra ſenſum. Patet ergo ꝙ non eſt negandum ſimpliciter delectationẽ nõ eſſe bonam:vt negauit prima opinio.

Delectationum aliqua eſt optima.

Quãtum ad ſm aduerte,vt dicit Ariſt.non eſt negandum aliquam delectationem eſſe optimam,licet multæ ſint prauæ,vt voluptates reddentes hominem infamem. Sicut non eſt negandum aliquem habitum intellectualẽ eſſe optimũ, puta ſapientiam,vt docuim⁹ in libro ſexto,licet multæ ſcietię ſint prauæ:vt illæ,quarum vſus vt nociuus eſt ꝓhibitus: & quidem ꝙ aliqua delectatio ſit optima ꝓbatur ſic ex intentione Ariſ.felicitas eſt optima,cum ſit ſummum bonum, vt dictum eſt in primo libro:& qm̃ eſt operatio virtutis non impeditæ vt declarabitur. Sed felicitas aut eſt delectatio, aut non eſt ſine delectatione,vt declarabitur in libro decimo. Omnes enim extimant vitam felicis eſſe delectabilem: ergo aliqua delectatio eſt quid optimum.

Felicitas eſt operatio virtutis non impedita.

Pro euidentia eius quod dictum eſt,ſ. quòd felicitas eſt operatio virtutis nõ impeditę,aduerte vt inquit Ari.ad hoc quòd felix non impediat à nobiliſsima operatione ſua indiget bonis corporis,vt ſanitate,& integritate membrorũ,& bonis exteriorib.vt diuitijs & famulatu,&c. & quoniã hęc dicuntur bona fortunę,ideo arbitrati ſunt aliqui felicitatẽ eſſe idem cum bona fortuna:ꝙ tamen non eſt verum. Nam

Fortunatus num ſit dicendus felix.

ſi eſſent idem:ergo ſuperabundantia bonorum fortunæ argueret maiorem felicitatem, quod eſt falſum. nam in libro decimo declarabitur ꝙ mediocritas talium bonorum confert felicitati,& ſuperabundantia impedit,ne igitur impediatur operatio felicis indiget bonis fortunæ:ex quo ſequitur ꝙ mentiuntur, qui dicunt rotatum fortuna per aduerſa & maxima infortunia,poſſe eſſe felicem. Diximus enim in primo libro quòd nullus appellabit felicem illum, qui incidit in Priami infortunijs:& hoc intellige de felicitate prꝛſentis vitę.

Prꝛterea ꝙ ſit aliqua delectatio optima arguitur ſic,Oés quærunt delectationes tam homines quàm beſtiæ: ergo ſignum eſt eam eſſe quid optimum: illud enim in quo omnes vel pro maiori parte conueniunt non poteſt eſſe falſum in totum:vnde prouerbio dicitur, Fama non omnino perditur, id eſt, non omnino eſt vana, quam multi populi famant.

Nec obſtat quin ſit quid optimum ex eo quod nõ omnes quærunt eandem delectationem.nam diuerſi diuerſis delectantur.Id inquit Ariſt.non obſtat,quoniam ratio huius diuerſitatis eſt diuerſa natura,diuerſus habit⁹,diuerſa diſpoſitio,diuerſa ætas,diuerſa regio,cuilibet enim eſt delectabile illud quod vꝛ ſibi conueniens:vnde omnib⁹ videtur illa delectatio optima quæ ſibi conuenit ſecundũ ſuam propriam naturam & diſpoſitionem:nam aſino videtur maximè delectabile ſic comedere, homini guloſo ſic repleri: luxurioſo ſic fornicari,ſuperbo ſic dominari,Philoſopho ſic ſpeculari,prudenti ſic regere.

Verùm licet inter omnes delectationes ſit vna optima,q̃ ſcilicet eſt adiuncta veræ felicitati, non tamen omnes eam ſequuntur,nec quꝛrunt.Sed potius inclinantur voluptatib⁹ corporis,quę ſenſui ſubiacent & ſæpiſsimè occurrunt,hinc prouenit ꝙ delectationes corporales,quaſi apud omnes hę reditarunt ſibi nomen delectationis: & ideo pro maiori parte homines extimant nullam dari delectationẽ niſi corporalem: & qm̃ apud Philoſophos tales delectationes non videntur bonæ nec optimæ,ideo arbitrati ſunt vt viſum eſt ſuprà,nullam delectationem eſſe bonam nec optimam. Hæc de prꝛſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De corporalibus voluptatibus ac delectationibus quatuor communia diſſoluit problemata.

Ethic. 7. Cap. 14.

IN quarto capite deſcendendum eſt ad conſiderationẽ delectationum corporalium. Hactenus enim locuti ſum⁹ de ea in communi,quærendo,vtrum ſit bona,vel mala,vel poſſit eſſe optima:nunc autem de corporalib.petractãdum eſt. Circa quas quatuor mouentur dubia, & ſigillatim ſoluemus. Primum eſt tale, Quoniam dictũ eſt ſupra aliquas delectationes eſſe bonas ſimpliciter & deſiderabiles, eo ꝙ non ſunt admixtæ triſtitię,nec indigentiæ,vt quę ſunt ex ſpeculatione & operibus virtutum: delectationes autem corporales non videntur bonæ:eo quod virtuoſus & prudens eas fugit:vt delectationes immoderati cibi & inhoneſtæ Veneris,eo quòd hominem inficiunt,& ſunt impeditiuę operis boni:dubitatur quare triſtitiæ contrariæ huiuſmodi delectationibus non ſunt bonæ. Nam videtur conſonum eſſe quòd ſi delectatiões corporales ſunt nõ bonæ,ſiue malæ, triſtitiæ eis oppoſitę ſint bonæ. Malo enim bonum opponitur:& cõtrariorum contrarię ſunt conditiones.

Secundum dubium, Cum delectationes corporales non ſint bonæ niſi ad certam menſuram, quare ſunt maximè appetibiles?

Tertium dubium,Vtrum delectationes intellectuales ſint meliores corporalibus?

Quartum dubium eſt, Quare nullum idem ſpecie eſt ſemper homini delectabile:& quare delectatur homo varietate delectabilium.

Corporalis voluptas cuꝛ ſi mala eſt. etiam triſtitia ſibi oppoſita bona non ſit.

Primum dubium ſoluit Ari.dupliciter:primo dicit quòd non eſt concedendum eas eſſe abſolutè malas, ſed aliqualiter bonas:quia ſunt nobis neceſſariæ & eis indigemus:vt delectatione comeſtionis & potus:niſi enim comeſtioni ineſſet delectatio non ſeruaretur animal q̃a nõ appeteret cibũ, imo ſibi triſtitia ineſſet comeſtione:ſicut experimur in infirmo.eſt ergo talis delectatio non mala,vt pote conſeruatiua animalis.

Secũdò dicit (& hęc eſt vera ſolutio) qđ delectationes corporales ſunt bonæ & laudabiles vſque ad certum terminum,vltra quẽ vtpote exceſsiuę, ſunt prauæ & vituperabiles.verbi gratia comedere delectabiliter vſque ad ſufficientiam naturę, & bibere bonum & laudabile eſt:comedere autem & bibere vltra ſufficientiam prauũ & vituperabile eſt: eſt enim intemperati.Et quidem quòd ſuperabundantia delectationum corporalium ſit praua & vituperabilis, commenſurata autem ſit bona & laudabilis,declaratur ex intentione Ariſtot. prꝛmiſſa duplici diſtinctione: quarum prima eſt hæc, Habituum & operationum quædam ſunt, quarum ſuperabundantia eſt vituperabilis,& quanto maior eſt,tãto magis eſt vituperabilis:vt nimis comedere & bibere, & venerem exercere,niſi cauſa matrimonij & generationis. & quædam ſunt, quarum ſuperabundantia eſt laudabilis: & quanto maior tanto melior:vt delectari diuino cultu,diuino obſequio,contemplatione diuinorum.

Operationũ duo genera ſequuntur duo alia delectationum genera.

Secũda diſtinctio cõſimilis primæ eſt de delectationib⁹: & eſt talis.Quædam delectatio cõſequitur operationẽ, cuius ſuperabundantia quanto maior eſt,tanto magis laudabilis vt delectatio in contemplanda veritate. Quędam autem conſequitur operationẽ, cuius ſuperabũdantia quanto maior eſt,tanto vituperabilior vt delectatio gulę & Veneris.

Ex his diſtinctionibus ſic arguitur: omniũ operationum, quarum notabilis exceſſus eſt vituperabilis, exceſſus etiam delectationum conſequentium tales operationes eſt vituperabilis & prauus:quoniam prauitas aut bonitas delectationis conſequitur operationem,ad quam ſequitur. Sed cõſtat quòd exceſſus harum operationum corporalium, puta nimis comedere & inebriari & modis illicitis ac exceſsiuè indulgere veneri,eſt prauus & vituperabilis:ergo eodem modo exceſſus talium delectationum. Patet ergo quòd nõ ſunt abſolutę bonę,ſed vſque ad certum terminum:& confirmatur ſigno aſſumpto à communi hominum opinione & dicto: nullus enim dicit Sortem eſſe prauum, quia gaudet cibo & vino & licita venerę,hoc eſt enim naturale homini habenti naturam integram. Sed dicunt tunc prauum quando notabili exceſſu gaudet:& appellant opprobrioſè guloſum, vinolentum,luxurioſum.Quare,&c.

Sed forte dubitabis & dices, Nunquid ſicut vituperatur qui quærit ſuperabundantem delectationẽ corporalem, vituperandus etiam eſt ille,qui ſuperabundantiam triſtitiæ fugit:ita quòd ita dicatur intemperatus aut incontinens, quia fugit ſuperabundantiam triſtitiarum,ſicut qnia proſequitur exceſſum delectationum corporalium.

Hoc dubium remouens Ariſtot.dicit quòd contrario modo contingit in triſtitia.nam dicitur intemperatus non ſolũ quia fugit ſuperabundantem triſtitiam,ſed quia omnino triſtitiam fugit:nollet enim intemperatus nullo modo triſtari: vt poſſet ſine mẽſura delectari:nam ſi triſtitia vehemens eſt corrumpit delectationem, ſi parua minuit:vnde triſtitia in omni gradu contrariatur delectationi ſuperabundanti:licet ergo vituperetur intemperatus ex parte delectationum, nõ quia delectationem quærit:ſed quia exceſsiuè quærit: tamẽ ex parte triſtitiarum, vituperatur,quia non ſolum vehemẽtem,ſed etiam quamcunque triſtitiam fugit.

Pro ſolu

Corporales delectationes cur sint maximè appetibiles si mala sint.

Pro ſolutione ſecundi dubij præpoſiti, quare, ſ. delectationes corporales licet non ſint bonæ niſi vſque ad talé terminum, tñ videntur ab hominib⁹ magis appeti & eligi quã delectationes non corporales Ariſt. duas cauſas aſsignat: ex quibus duæ formantur rationes, quarum prima eſt hæc: Delectationes expellentes triſtitiam videntur magis appetibiles quàm delectationes nullam expellentes triſtitiam. Quæ enim expellunt triſtitiam, quæruntur vt medicinæ cõtra triſtitiam, vt contra morbum: vnde ſicut infirmus prę eligit illud, quod extimat medicinale ꝺ ægritudinem, & non curat de alio non medicinali, ſic homines extimantes ſubleuari à triſtitia ex delectatione corporali præeligunt eam magis quàm delectationes non expellentes aliquam triſtitiam. Sed delectationes corporales expellũt triſtitias corporales: qm̃ eis contrariantur: & vnum contrarium expellit alterum: & quãto maiores ſunt tanto maiores expellunt: vnde homines quęrunt vehementes delectationes corporales, vt à ſeipſis remoueant magnas triſtitias & indigentias. Hinc videmus eſurientem quaſi non ſatiari cibo: & diu ſitientem non ſatiari potu: credens ex magna comeſtione & potu expellere tam famem & ſitim, quibus cruciabatur: & non ſolum homines quęrunt tales delectationes propter expellendam triſtitiam, ſed etiam quia magis apparent iuxta ſuum contrariũ. Nam non eſurientes videntes alios comedere, vt famelicos incitantur ad comedendum, & ſi eſuriunt & videant alios eſurientes comedere, magis eſuriunt magiſque cibum deſiderant. Conſtat ergo ꝙ delectationes hmõi quæruntur vt medicinę expulſiuæ triſtitiarum. Aliæ vero, id eſt ſpirituales non habent triſtitiam contrariam, ſunt enim per ſe & puræ delectationes, quibus nulla admiſcetur triſtitia, vt declarabitur in libro decimo, & ideo non quæruntur cõiter ab hominibus, qui delectari neſciunt niſi pro expellendis triſtitijs. Patet ergo cã prima propter quam homines prę eligunt delectationes corporales, relictis intellectualib.

Secunda ratio eſt hæc. Supponitur ꝙ omnes homines indigent aliquando delectatione corporali, quod declaratur primo in cõi, ſecũdo quo ad aliqua genera hominum. In cõmuni quidem ſic: omnibus hominibus adueniunt aliquãdo triſtitiæ corporales: ergo indigent aliqua delectatione corporali. Conſequentia nota, quia vt diximus ſupra delectationes ſunt medicinæ contra triſtitias:: ergo ſicut infirm⁹ indiget medicina ꝺ ægritudiné: ſic triſtis indiget delectatione contra triſtitiã. Antecedens autem probatur: quoniam omnes homines dum vigilant ſunt in motu, & ſentiunt: motus autem corporalis & ſentire non ſunt ſine labore. Laxantur enim organa. Labor autem triſtitiam inducit: ergo: &c. & ꝙ motus & ſentire non ſint ſine labore, ſignum ſumitur ex eo quòd animal indiget dormitione, vt quieſcat à labore: & id diffuſè declarauimus in Epitomate noſtro in libro de ſomno & vigilia. Signum etiam ex eo ſumitur: quòd nullus ſentiens poteſt cõtinue idem ſenſibile ſentire, licet ſit multum delectabile: ſed neceſſe eſt, aut ad aliud ſenſibile trãſire aut ceſſare, & dormire: donec reaſſumatur appetitus iterũ ſentiendi.

Indiget homo nonnun q̃ nam corporalib. voluptatib⁹ vt medicamento ægr.

Nęc obſtat ꝙ homo ſentiens aliquod delectabile ſentiẽdo delectatur, ergo non videtur laborare nec triſtari: id quidem non obſtat qm̃ ſecundum diuerſa laborat & triſtat, & delectatur. Nam ſecundum organa & ſenſum alligatum organo laborat & triſtatur. Secundum autem cognitionem delectatur. Quare, &c.

Iuuenes cur magis corporales ſequuntur voluptates quàm ſenes.

Secundo declaratur idem ex intẽtione Ari. in ſpeciali ex diuerſo genere hominum: & pręcipuè in iuuenibus & melancholicis. Nam in iuuenibus ꝓpter augmentum ſunt multæ ſpirituum commotiones & humorum. ſicut etiam accidit ebrijs aut his, qui multum potati ſunt, eo ꝙ vinũ eſt maximę ſpirituoſum & ideo iuuentus propter hmõi cõmotiones & labores maximè quęrit delectari, vt ludere, ſaltare, canere, iocoſa dicere, amores ſectari. Melancholici ẽt ſemp indigent delectatione vt medicina contra triſtitiam. Sunt enim naturaliter triſtes, & corpus eorum ſemper corroditur ex ſiccitate complexionis: ideo vehementer appetunt delectari, vt à triſtitia ſubleuentur. Nam ſi delectatio ſit vehemens expellit triſtitiam ſibi contrariam: & etiam non ꝺriam. verbi gratia: delectatio vehemens vnius ſenſus nõ ſolum expellit triſtitiam illius ſenſus, ſed etiã alterius ſenſus: vt vehemens delectatio guſtus, non ſolùm famem expellit, ſed etiam malum odorem, & rei guſtatæ fœditatem. Nam eſuriens vehementer adeò delectatur cibo, quòd non aduertit etiam ſi fœteat, aut ſit immundus. & quoniam melancholici multùm appetunt delectari: ideo plerunque fiunt praui & intemperati.

Melancholici corporalibus voluptatibus magis afficiuntur.

Pro notitia eius quod dictũ eſt, Melancholicos appetere multùm delectari & habere corpus corroſum: aduerte ſecũdum Euſtratium, quòd per melancholicos intendit Ariſtote les eos, qui habent complexionem calidam ſiccam, quos vocamus cholericos. Tales igitur habentes corpus corroſum, & exuſtum ex complexione ignea, quę eſt calida ſicca, ſemper ſunt in vehementi appetitu comedendi & bibendi, & niſi regulentur ratione efficiuntur intemperatiſsimi voratores.

Ignorantia diuinorum eſt mali affectus cauſa.

Declarato præmiſſo ſuppoſito, aſsignatur ſecunda ratio, propter quam delectationes corporales ſunt maximè eligibiles â maiori parte hominum. Ratio igitur eſt hæc, cùm delectationes corporales ſint multum ſenſibiles & vehemẽtes appetuntur & prę eliguntur ab his, qui intellectualium delectationum non ſunt capaces, & vt vehementer quærant incitant ſeipſos ad concupiſcentiam: vt patet de guloſis & ebrioſis, qui comedunt ſalſa vt magis ſitiant, & magis bibãt. Sed homines pro maiori parte neſciunt intellectualiter viure, nec intellectualibus gaudere: ideo non alliciuntur ad delectationes ſpirituales: ſed vt pecora muta in his ſenſibilib⁹ immerſi neſciunt alio modo delectari, niſi vt beſtię vẽtri inſeruientes. Cum igitur non cognoſcant alia delectabilia, quibus delectabiliter viuant & recreentur: non eſt mirum ſi extimant delectationes corporales eſſe ſolas delectationes, & maximè eligibiles. Sapientes autem non appretiant eas in comparatione delectationis, quæ conſiſtit in ſpeculatiõe diuinorum, vt declarabitur in libro decimo.

Spirituales voluptates meliores ac nobiliores ſunt corporalibus.

Pro ſolutione tertij dubij ponitur hæc cõcluſio de mẽte Ariſt. delectationes intellectuales, quas ſpirituales dicimus, meliores ac nobiliores ſunt delectationib⁹ corporalibus. ꝓbatur, illæ ſunt inadmixtæ triſtitiæ, iſtæ autẽ coniunctæ ſunt triſtitię & indigẽtiæ & labori: ergo illę meliores ac nobiliores ſunt. Conſequentia patet: quoniam vnumquodque contrarium quanto eſt immixtius alteri contrario, tanto melius ac nobilius eſt, vt calor ignis perfectiſsimus eſt: quoniam nõ eſt admixtus alicui gradui frigiditatis, & albedo in niue perfectiſsima eſt qm̃ eſt ſine omni gradu nigredinis: cum igitur delectatio & triſtitia ſint contrariæ, Delectatio ſpiritualis non admixta ſuo contrario eſt melior & nobilior. Præterea, delectationes in quibus ſuperabundantia non eſt vituperabilis, imò quãto maior tãto magis laudabilis, meliores ſunt delectationibus, in quibus ſuperabundãtia eſt vituperabilis: ſed in delectationibus ſpiritualibus ſuperabundantia nõ eſt vituperabilis: imò quanto maior tãto magis laudabilis. Qui enim delectatur iuſtitia, veritate, & ſapiẽtia, & dei cultu, laudatur & quãto plus, tanto magis: ita ꝙ nõ eſt terminus laudis. Qui aũt excedit delectãdo in ſenſualibus vituperatur: & ſi multũ excedit, efficitur infamis & deſpicitur à probis: ergo delectationes ſpirituales prę ſtantiores ſunt corporalib⁹: licet homines ex corpore demerſi in multa turpia, nõ ſentiãt eas: Præterea: delectationes ſpirituales ſunt circa delectabilia ſm̃ naturam. Sunt enim circa operationes intellectuales, quę ſunt propriæ & naturales homini inquantum eſt homo. Vnicuique autem ſua propria & naturalis operatio delectabilis eſt, vt delectat̃ equus curſu, canis venatione, auis cantu. Delectationes autem corporales ſunt circa delectabilia per accidens. Hæc autem ſunt delectabilia, inquantum medicatiua & inquantum indigentiam remouent: qua remota nõ ſunt amplius delectabilia: vt cibus & potus intantum & tandiu delectant, inquantum eſuriem & ſitim remouẽt, & ideo non ſemper ſunt delectabilia. Sed nec ſtante indigentia ſunt delectabilia, niſi ſit homo ſanus: nam infirmata nutritiua, pœna & non ſolatium eſt infirmo comedere. Cum igitur delectationes ſpirituales ſint circa delectabilia, quæ ſemper & ſecundum naturam ſuam ſunt delectabilia, Delectationes autem corporales ſunt circa delectabilia ſolum ad tempus, conſtat illas prę ſtantiores eſſe.

Cur homo diuerſis rebus delectetur & iiſdẽ nõ delectetur homines.

Pro euiudentia primæ rationis, vt ſcias quomodo delectatiões corporales ſunt admixtæ triſtitiæ ſiue cõtriſtatiuo, ſpirituales autem non, aduerte vt bene inquit Euſtratius, ſi quis eſurit triſtatur primum & cõcupiſcit cibum: deinde fit ſibi delectatio ex eo quòd comedit & ſtomachũ replet. Delectatio autem, quæ fit ex ſpeculatione non ſupponit prius triſtitiam. Non enim primo triſtatur ſpeculando, deinde delectatur: ſicut qui comedit prius propter eſuriem cruciatus eſt.

Pro ſolutiõe quarti dubij cõtinentis duas partes, primo aſsignatur ratio primæ partis ex intẽtione Ariſt. & eſt hęc. Quia natura hominis eſt compoſita ex anima & corpore, & eſt alte-

eſt alterabilis & corruptibilis,ideo de vno in aliud eſt trãſmutabilis & quia alio mõ diſponitur ſm animam intellectiuam,& alio modo ſm corpus,ideo quæ ſunt ſibi delectabilia ſm animam,puta ſpeculari,ſunt ſibi laborioſa ſm corp⁹. laborat enim phantaſia organica deſeruiens intellectui: & quę ſunt delectabilia ſm corpus, puta comedere & bibere ſunt præter naturam hominis inquantum intellectualis eſt. & qñ homo ſecundum corpus propinquat diſpoſitioni contrarię ei,q̃ fuit antè,aut ceſſat delectatio,aut prius delecta bile non remanet delectabile,neque triſte.verbi gratia:Donec homo eſt ſub diſpoſitione famis delectabile eſt ei comedere:cum autem hæc diſpoſitio ceſſat,& ꝓpinquat ſaturitati neque eſt ſibi delectabile,neque triſte comedere.Diuerſitas igitur naturarum quibus componitur homo, & ſucceſſio ꝺriarũ diſpoſitionũ in eo,ſunt cauſa ꝙ nullum idem eſt ſemper delectabile homini.Ex quibus corollariè ſequitur ꝙ ſi alicuius natura ſit ſimplex & intrãſmutabilis,eadem actio erit ei ſemp delectabiliſsima propter quod Deus vt inquit Ari.ſemper vna & ſimplici gaudet delectatione:quæ conſiſtit in inſpeculatione & amore ſuiipſi⁹.nec obſtat ꝙ in Deo non eſt motus,qm̃ delectatio non ſolum conſiſtit in motu, ſed etiam in quiete & perfectius.Nam delectatio importat quieté in bono acquiſito:dum enim acquirimus laboramus, ſed in eſſe acquiſito delectamur & quieſcimus.

Voluptatum varietas cur homini maximè delectabilis eſt.

Secundo aſsignãda eſt ratio ſecundæ partis:quare,ſ.iuxta dictum cuiuſdam poëtæ varietas delectationum eſt dulciſsima & chariſsima homini. Cauſam igitur hui⁹ aſsignãs Ari.dicit hoc eſſe ꝓpter quandam malitiam, id eſt, propter defectum humanę naturę,quę non poteſt ſemper in eodem ſtatu conſiſtere:vnde ſicut homini malo delectabile eſt tranſire ex hoc in illud,puta ex peccato in peccatum,non enim delectatur niſi in rebus peſsimis:ſic naturę homini imperfectæ delectabile eſt tranſire ab hoc in illud. Quia igitur homo capax eſt multarum rerum & perfectionum,quas nõ habet,ideo non figit mentem in vno,ſed variatione quęrit delectabiliter viuere. De cõtinentia igitur & incontinẽtia,de delectatione & triſtitia quid vnũquodque ſit,& vtrum bonum aut malum,ſatis dictum ſit.

Tractatuum in Librum ſeptimum Ethicorum finis.

LIBER OCTAVVS ETHICORVM,

¶ In tres Tractatus diuiſus.

IN hoc octauo libro iuxta ordinem poſitum in principio primi libri intendit Ari.ꝓtractare de amicitia,& eius ſpecieb.Nam licet nõ ſit virt⁹, eſt tñ effectus virtutis,& maximè amicitia honeſta:cui⁹ fundamentũ eſt virtus,& de qua hic principaliter intendimus,vt declarabitur infra.Sicut igitur in Septimo conuenienter ꝓtractatum eſt de continentia: q̃ licet nõ ſit virtus,eſt tñ diſpoſitio ad virtutem:qm̃ ex continente paulatim fit temperatus:ita conuenienter de amicitia tractandum eſt vt de fructu & effectu virtutis.

Vt igitur reſoluamus intentionem Ari.in toto Octauo libro,diſtinguemus ipſum in tres tractatus.

In primo perſcrutandum eſt de amicitia quid ſit,quotuplex ſit,& de eius proprio actu,qui eſt conuiuere,& de his, qui ſunt apti,aut inepti ad amicitias.

In ſecundo agendum eſt de amicitia,qu⁹ eſt inter perſonas inęquales.

In tertio agendum eſt de accuſationibus,& querimonijs circa amicitias contingentibus.

TRACTATVS PRIMVS
In ſex capita partitus.

¶ De Amicitia, quid, & quotuplex.

PRrimum tractatum ex intentione Ari. diſtingui mus in ſex capita.

In primo probandum eſt,ꝙad Philoſophum moralem ſpectat conſiderare de amicitia.

In ſecundo inueſtiganda eſt diffinitio amicitiæ.

In tertio inueſtigand⁹ eſt numerus ſpecierum amicitiæ.

In quarto inueſtigandum eſt quomodo cõueniunt & differunt ſpecies amicitiæ.

In quinto determinandum eſt de proprio actu amicitię qui eſt ſimul conuiuere.

In ſexto determinandum eſt de ſubiecto, in quo eſt apta, vel non apta eſſe amicitia.

CAPVT I.
Quòd ad moralem ſpectet conſiderare de amicitia,& quanam de ea dubitata ſcire ex-pediat oſtendit

IN primo capite duo agenda ſunt.Primo probandum eſt ꝙ ad Philoſophum moralem ſpectat de amicitia conſiderare.Secundo mouendæ ſunt dubitationes determinandæ circa naturam amicitiæ. *Ethic.8. Cap.1.*

Quantum ad primum ponitur hæc concluſio,ad Philoſophum moralem ſpectat tractare de amicitia.& probatur ex intentione Ariſto.ſex rationibus,

Amicitiam contemplari ad moralem philoſophũ ſpectat.

Prima eſt,Amicitia vel eſt virtus vel eſt cũ virtute,id eſt, annexa virtuti:ergo ad Philoſophum moralẽ ſpectat de ea conſiderare.Cõſequentia patet:quoniã eiuſdem ſcientiæ eſt conſiderare:naturam rei,& quæ annectũtur ei, ſicut eiuſdẽ ſcientiæ eſt conſiderare de numero & conſequẽtib⁹ numerum,vt de pari & impari & proportione.Antecedens autem declarabitur infra,cum manifeſtabim⁹ quòd vera amicitia fundatur ſupra virtutem.Vtrum autẽ ſit virtus,dicemus in fine huius capitis.

Amicitia laudabilis & vtilis eſt.

Secunda eſt,Ad Philoſophũ moralẽ ſpectat conſiderare de omnibus laudabilib⁹ neceſſariis & opportunis humanæ vitæ:ſed amicitia eſt de numero laudabilium quæ neceſſaria & oportuna ſunt humanę vitę.Nullus eſt enim hominũ ſtat⁹ qui non indigeat amicis,vtdiuites,pauperes,ſenes,iuuenes adoleſcentes: ſub diuitibus comprehenduntur principes, & conſtituti in potẽtatibus.Et qdem ꝙ iſti indigeant amicis ſic declarat Ariſt.qd prodeſt ꝓſperitas fortunę diuitibus & potentibus niſi habeant,quib⁹ conferant beneficia, quę maximè conferenda ſunt amicis:& ex hoc conſequunt maximã laudẽ.Et quomodo bona fortuna cuſtodiri ac conſeruari poteſt ſine amicis?Nã quanto maior eſt,id eſt,quãto diuitiæ maiores ſunt,maiórque potentia,tãto maiori ſubiacet periculo.Conſtitutis vero in paupertate & calamitat⁹ oppreſsis vnicũ refugiũ putãtur amici.Iuuenibus etiam cõferunt amici,vt eos à peccatis coërceãt.Et ſenibus ad obſequiũ,& vt per amicos fiat,quod ipſi ex debilitate ſenectutis agere nequeũt:& adoleſcentibus,vt ſe mutuo iuuẽt in labor ib⁹ ſubeundis.quod confirmat Ariſt.ex dicto quod fuit Homeri:ſi duo,ſcilicet vt amici ſimul eant,intelligere & agere potẽtiores ſunt.Et hoc dicit Homerus in ꝓſona Vlyſsis: hortãtis Diomedẽ vt ſecũ iret & laboraret ad explorandũ exercitũ Troianorũ.Igit oĩs hoĩm ſtat⁹ indiget amicis:ergo,&c. *Amicitia ęſt inter oẽs homines cuiuſcunque ſint generis, quaſi quedã vitæ humanæ præſidium.*

Tertia eſt,Quæ ſunt in adiutoriũ humanæ vitę ſunt cõſiderãda à Philoſopho morali:ſed amicitia naturaliter eſt in adiutoriũ humanę vitæ.Nã inter generãs & genitũ eſt naturalis amicitia:& non ſolum in hominibus,ſed etiam in cunctis animalibus: cuius ſignum eſt ꝙ longo labore educat & conſeruãt filios.eſt etiã naturalis amicitia inter eos qui ſunt vnius gentis & patriæ.cõiacent enim in conuictu & morib⁹, & in mutua defenſione:& non ſolum eſt naturalis amicitia inter homines vnius gentis,ſed etiã vniuerſaliter inter omnes homines eo quòd ſunt vnius ſpeciei. Vnde dicit Ariſ. ꝙ ſolemus laudare philãtropos,id eſt,amatores hominũ,quaſi natura humanos,qui cuilibet quantumcunque ignoto deſeruiunt,& hoc maximè apparet in errore viarum.Nam viator errans à via,ſi petit à quocunque tranſeũte etiam ignoto vt ad viam bonã reducatur,nõ negat ei,ſed reducit: & hoc eſt ſignũ, ꝙ omnis homo omni homini naturaliter eſt amicus. Cũ igitur amicitia naturaliter ſit inſerta inter oẽs homines, vt ſe mutuo adiuuẽt,conſiderãda eſt à Philoſopho morali.

Sed aduerte cũ dicit Ariſ.quòd naturaliter inter generãs & genitum eſt amicitia non ſolũ in hominibus, ſed etiam in animalibus, non intendit de vera amicitia, quoniam illa eſt ſolũ inter intellectualia: inter quæ datur reciprocus amor: ſed intendit de amatione,quæ eſt fundamentum amicitiæ.

Amicitia cõſeruãtur ciuitates, & ob ipſam non orian-

Quarta eſt per amicitiam conſeruantur familiæ & ciuitates.ergo debet conſiderari à Philoſopho morali.conſequentia nota:antecedens probatur, quoniam legiſlatores magis ſtudent conſeruare amicitiam inter ciues, quàm iuſtitiã punitiuam: nam illam aliquando prætermittunt, vt diſcordiæ

omittunt iu stitiã quandoque iudices.

non oriantur inter ciues: & ſtudent conſeruare concordiã ſimilẽ amicitiæ: & expellere cõtentiones vt inimicas ſalutis ciuium: ergo conſtat per amicitiã conſeruari ciuitates.

Quinta eſt, Per amicitiã magis conſeruantur ciuitates, quàm p iuſtitiam: ergo eſt maximè cõſideranda à Philoſopho morali. Conſequentia nota, antecedens ꝓbatur: exiſtente amicitia inter ciues non eſt opus iuſtitia propriè dicta: q̃ diſtinguitur in commutatiuam & diſtributiuam: qm̃ amicorum ſunt omnia quaſi communia. Si autem adſit iuſtitia inter eos, adhuc indigent amicitia, vt patet per ea, q̃ dixim⁹ in ſecunda ratione de omni ſtatu hominum: ergo magis ſeruantur ciuitates amicitia quàm iuſtitia.

Sexta eſt, Philoſophus moralis non ſolũ habet conſiderare de neceſſariis ad humanũ conuictũ, ſed etiam de omni eo, ꝙ eſt laudabile & bonum & honeſtum: ſed amicitia in rebus humanis eſt laudabilis & bona & honeſta: ꝙ patet ex eo, qđ laudamus amatores amicorum: & habere amicos putatur res honeſta: & aliqui putant eundem eſſe virum bonũ & amicũ. Conſtat ergo ex omnibus rationibus ſuprà dictis, qđ Philoſoph⁹ moralis habet de amicitia conſiderare.

Sciẽtria de amicitia hominẽs, ſummopere cupiunt.

Quantùm ad ſecundum aduerte ꝙ tria præcipuè dubia de amicitia determinanda ſunt, ꝓ quibus ſemper fuerunt opiniones contrariæ: & primum eſt, vtrum amicitia cauſet ex ſimilitudine, vel ex contrarietate, id eſt, vtrum amicitia ſit inter ſimilia, aut diſſimilia & contraria, ſecundum eſt, vtrum inter omnes homines poſsit eſſe amicitia, tertiũ eſt, vtrum ſit tantum vna vel plures amicitiæ ſpecies.

Primum dubium habet opiniones contrarias tam in moralibus quàm in naturalibus: quidam nanque arbitrantur amicitiam ſimilitudinem eſſe, & ſimiles eſſe amicos. Vnde ꝓuerbio dicitur, Simile ad ſuum ſimile tendit: & ſimile ſimili gaudet. Quidã autem dicunt econtrariò, quòd ſimile odit ſuum ſimile: vt figulus figulum, faber fabrum: qm̃ vnus alterius lucrum impedit: & naturales Philoſophi circa hoc dubium variè ſenſerunt. Nam quidam dicunt contrariũ appetere contrarium, vt terra arida appetit pluuiam: & aer plenus pluuia deſiderat eam in terram deſcendere, q̃ cõtrariatur altitudini aëris, & Heraclitus dicit contrarium contrario conferre, qm̃ & apud medicos contraria contrariis curantur: & ex differentibus ſonis fit optima harmonia: alij verò, vt Empedocles, dicunt ꝙ ſimile ſuũ ſimile appetit & amat: ſed non eſt præſentis negocij ſcrutari de his naturalib. ideo relinquam̃. Nunc autẽ intẽdere debemus determinationi dubiorũ q̃ ſunt circa mores & humanas paſsiones.

Secundum.

Secundum dubium etiam habet opiniones contrarias. Quidam em̃ tenent, quòd inter omnes homines cuiuſcunque generis & ſtatus ſint, poteſt eſſe amicitia qm̃ cõueniũt in vna ſimilitudine naturæ ſpecificæ. Alij autem tenent, qđ inter malos non poteſt eſſe amicitia: quoniam inter eos ſemper ſunt contentiones, & neſciunt pacifice conuiuere.

Tertium.

Tertium dubium etiam habet opiniones contrarias. Nã aliqui tenent plures eſſe amicitiæ ſpecies, putà vtilẽ, & honeſtam, & delectabilem. Aliqui autem eſſe tantum vnam, eo quòd omnes amicitiæ comparabiles ſunt ſecundum magis & minus. Dicimus em̃ amicitiam honeſtam maiorẽ eſſe amicitia vtili. Sed ex ſeptimo Phyſicorum, quæ differunt ſpecie non ſunt comparabilia adinuicem. Sed aduerte, vt dicit Ariſtote. hæc ratio nõ concludit: qm̃ & altera ſpecie recipiunt magis & minus dicimus: dicimus em̃ quòd albedo eſt perfectior nigredine, & aurum pretioſius argento: & ad hoc quòd fiat comparatio inter aliqua non eſt neceſſe qđ ſint vnius ſpeciei, ſed ſufficit quòd non ſint æquiuoca, & id plenè declarauimus in libro ſeptimo Phyſicorum: in quæſtionibus noſtris. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Ex ipſo amicitiæ obiecto quidnam ſit amicitia oſtendit.

Ex octauo Ethic. ca. 2.

IN ſecũdo capite inueſtigãda eſt diffinitio amicitię, ne p ignota ꝓcedamus, & hic tria agenda ſunt. Primò inueſtigandũ eſt gen⁹, circa q̃, vel in quo fundat amicitia, & dicit obiectũ eius. Secũdò inueſtigandæ ſunt differẽtiæ ponẽdę i ei⁹ diffinitiõe. Tertiò formãda eſt ei⁹ diffinitio, & defẽſãda.

Amabile eſt obiectum amicitiæ.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſt. quòd obiectum amicitię adæquatum eſt hoc, quòd dico amabile, nam circa amabile tantum amicitia exercet opus ſuum, ꝙ eſt amare. Quicquid em̃ amatur, amabile eſt: ſicut omne, ꝙ videtur, viſibile eſt. Vnde ſicut viſibile eſt obiectum adęquatum viſus, ſic amabile eſt obiectum adæquatum amicitiæ. Amabile autem, & appetibile, & bonum ſunt idem re: ergo quotuplex eſt bonum, totuplex eſt amabile, quod aliqui dicunt amicabile: quoniam ſuper ipſum amabile fundatur amicitia. Bonum autem conſideratũ à morali eſt triplex ſcilicet bonum, delectabile, & vtile: & per ly bonum intendit Ari. honeſtum, quod eſt bonum virtutis, quod per excellentiam meretur ſimpliciter dici bonum. Ex his tribus honeſtũ & delectabile ſunt propter ſe amabilia, quoniam gratia ſui quæruntur, & ſunt vt fines appetitus. Vtile autem eſt amabile propter aliud: nam per ipſum vt per medium acquirimus bonũ honeſtum & delectabile. Indiget enim virtuoſus & voluptuoſus bonis fortunæ, quæ dicuntur vtilia.

Amabile bonum triplex, honeſtum, vtile, ac delectabile.

Num homo amet bonum & delectabile ſimpliciter, an bonũ & delectabile alicui.

Sed hic mouet Ariſto. dubium, ſcilicet, vtrũ homo amãs amet quod eſt bonum ſimpliciter, an quod eſt ſibi bonũ. Iſta enim quandoque diſconueniunt. Stat enim, quòd aliquid ſit bonum ſimpliciter vt Philoſophari: quod tamen non eſt bonum huic, puta, pauperi: cui melius eſt ditari quàm Philoſophari. Stat etiam quòd aliquid ſit bonũ huic puta, infirmo, vt vſtio, inciſio, pharmacum, quæ tamen non ſunt bona ſimpliciter: nam ſimpliciter bonum eſt illud, quod vnicuiq; bene diſpoſito & ſecundum naturam ſuam conſiderato eſt bonum, vt homini vt homo eſt, bonum eſt Philoſophari. Bonũ autem alicui eſt illud quod conuenit homini non ſecundũ ſe conſiderato, ſed ſic diſpoſito, puta infirmo, pauperi, peregrino &c. Eandem diſtinctionem intellige de amabili & delectabili. Dubitatur ergo vtrum homo amans amet bonum ſimpliciter & delectabile ſimpliciter, an bonum & delectabile alicui.

Quilibet homo amat ſibi bonum.

Huic autẽ dubio reſpondens Ariſto. intendit quòd vnuſquiſque amat quod eſt ſibi bonum etiam quòd non eſſet ſimpliciter bonum: quia quælibet potentia fertur in obiectum ſuũ non ſimpliciter, ſed modo ſibi proportionato, vt homo alio modo videt ſolis lucem, quàm aquila: & ſicut ſimpliciter amabile eſt illud, quod eſt ſimpliciter bonum, ſic vnicuique amabile eſt illud quod eſt ei bonũ, vel apparẽs ei bonũ. Nihil enim differt ad propoſitum, vtrum amans amet quod eſt ſibi verè bonum vel quod apprehẽdit, vt ſibi bonũ, etiã quòd non eſſet. Appetitus enim nõ mouetur ad bonum niſi per apprehenſionem. Patet igitur, quòd amabile eſt obiectũ amicitiæ, & quomodo diſtinguitur inhoneſtũ & delectabile, & vtile, & ex his poſſumus habere non ſolũ genus amicitiæ, circa quod eſt, vt circa obiectũ, ſed etiam genus, quod ponendum eſt in diffinitione eius, & prædicatur in quid de ea: & illud eſt hoc, quod dico beneuolentiam, nam ſi amabile eſt obiectum amicitiæ, & amare eſt opus eius; & amare eſt bene velle: ſequitur, ꝙ amicitia ſit beneuolentia: nec eſt contra id, quod dicet Ariſto. in libro nono, quòd beneuolẽtia eſt principium amicitiæ ſed non eſt amicitia. Id autem concordabimus in fine huius capitis.

Amicitia eſt quædã beneuolentia.

Quantum ad ſecundum aduerte, quòd Ariſtotel. duas inueſtigat differentias ponendas in diffinitione amicitiæ: prima eſt, quòd ſit mutua: ſecunda eſt, quòd non ſit latens.

Prima quidem ſic declaratur: Amicitia eſt redamatio: ergo amicitia eſt mutua conſequentia patet, Antecedens aũt ſic declaratur: amor, quo amamus inanimata, vt vinũ & aurum, non eſt amicitia, hac de cauſa, quia neſciũt nos reamare: & quia non amamus ea ꝓpter ſeipſa ſed propter nos. Ridiculum eſt enim velle bonum vino propter vinũ, ſed volumus ipſum ſaluari propter nos. Amico autem vt communiter dicitur, oportet bonum velle gratia ipſius. Cùm igit nõ ſit amicitia inter hominem & inanimata, quia nõ eſt reamatio⁹ ſignum eſt, quòd amicitia debet eſſe mutu⁹ amor. Quòd ſiquis velit bonum alicui, à quo non reametur, non dicitur ei amicus, ſed beneuolus: erit igitur amicitia nõ quæcunq; beneuolentia ſed beneuolentia in contrapaſsis, id eſt econtra amantis, & hæc eſt mutua.

Amicitia mutuus eſt amor.

Amicus, ac beneuol⁹ nõ idem.

Secunda autem, ſcilicet, quòd amicitia non debeat eſſe latens, ſed nota, ita quòd amans cognoſcat amatum, & ecõuerſo & quòd ſe mutuò amant: aliter non erit propriè amicitia, ſic declarat Ariſto. Multi ſunt beneuoli aliquib⁹, quos nunquam viderunt, prout ex auditis extimãt eos bonos & virtuoſos & vtiles: & poſsibile eſt, ꝙ vterque ſit alteri beneuolus, & credat eum bonum. Tales igitur erunt beneuoli, ſed non poſſunt dici amici: quia latet eos quòd ſint mutuò beneuoli. Oportet igitur, ꝙ amici ſe mutuò ament, & ſciãt ſe mutuo amare, & amari propter aliquod prędictorũ bonorũ, ſcilicet, aut ꝓpter honeſtũ aut delectabile, aut vtile.

Amicitia eſt amor amãti & amato manifeſt⁹ nõ quidem certa ſcientia, ſed humana extimatiõe.

Quantum ad tertiũ ex prædictis concluditur diffinitio amicitię: Amicitia eſt beneuolentia mutua, non latens. Amicari autem eſt bene velle adinuicem, & velle ſibi mutuo bona non latenter propter bonum aliquod prædictorum.

Amicitia quid ſit.

Sed aduerte, ꝙ hæc diffinitio non videtur eſſe vera pro-

pter duo.primo,quia dicit Ari.in libro nono capite quinto q̄ beneuolentia aſsimilatur amicitiæ,non tamen eſt amicitia:quia eſt beneuolentia ad ignotos & latens,non aũt amicitia: hæc Ari.ergo prima particula non eſt vera.ſecũdo nõ videtur requiri ad amicitiam, q̄ Amici ſciant inter ſe eſſe mutuum amorem.nam ſi hoc requiritur,impoſsibile erit ſcire aliquam dari veram amicitiam:quia impoſsibile eſt ſcire ſecretum voluntatis.Licet enim Plato mihi ſeruiat,me laudet,mecum delectabiliter conuerſetur, omnia bona mihi offerat: tñ ſcire nõ poſſum quo animo bono vel malo hæc faciat: & poſito q̄ ſcirem ipſum velle mihi bona,tñ ſcire nõ poſſum vtrũ velit mihi bona mei gratia,aut vt laudetur,aut ex beneficio ſperato,& ſic ſequitur,quòd nullus datur amicus q̄a non poteſt aliquis ſcire gratia cuius ſibi fiunt ab altero beneficia: nõ igitur tertia particula videtur neceſſaria.

Beneuolentiæ duæ ſunt ſpecies.

Pro ſolutione primi aduerte,q̄ beneuolẽtia in doctrina Ari. aliqñ ſumitur pro ſpecie amoris condiſtincta contra amicitiam,quæ ſcilicet ex ſolo auditu aut leui ſigno,aut repente conciliatur & de facili definit:& in hoc ſenſu loquitur in libro nouo,vbi negat eam eſſe amicitiam. Aliquando ſumit̃ pro genere,vt ſub ſe continet amicitiam, & beneuolentiã, vt ſpeciem condiſtinctam contra amicitiã:& hoc modo ſumitur in prędicta diffinitione.Nam hoc non eſt nouũ in doctrina Ari.Inuenimus enim q̄ quando ſunt duæ ſpecies ſub genere nominato,ex quibus vna habet propriũ nomẽ, altera autem ex penuria terminorum remanſit innominata,quę eſt innominata,nominatur nomine generis, vt in prędicamento qualitatis habitus condiſtinguitur cõtra diſpoſitionem:qm̃ habitus eſt de difficili mobilis,diſpoſitio aũt de facili:verum,quia quaiitas de facili mobilis non habet proprium nomẽ nominatur nomine generis quod eſt diſpoſitio.Prędicatur enim diſpoſitio in quid de qualitate difficili mobili & de facili mobili. Sic eſt in propoſito de beneuolẽtia.vnde nulla eſt cõtradictio in Ari.Pro ſolutione ſecũdi aduerte,q̄ ad veram amicitiã non requiritur certa ſcientia de mutuo amore, ſed ſufficit firma opinio & credulitas, vt ſcilicet amans firmiter opinetur ſe reamari ab amato:de cuius tamen veritate non poteſt certitudinaliter conſtare amanti,& ideo concedo quòd veri amici potius habent fidem de amore mutuo,quam ſcientiam,& quòd nullus poteſt euidenter ſe ſcire eſſe amicum amicitia,quam hic diffiniuit Ariſt.Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

De tribus amicitiæ ſpeciebus,& earum conditionibus.

Ex 8. Ethi.c.3.

IN tertio capite numerãdę ſunt ſpecies amicitiæ & quæ ſint vnius cuiuſq; cõditiones. & hic tria agenda ſunt.Primo declarandum eſt q̄ ſpecies amicitiæ ſunt tres:honeſta, delectabilis & vtilis.Secũdo declarãdũ eſt quales ſunt amicitiæ vtilis,& delectabilis,& q̄ ſint apti aut inepti talibus amicitiis.Tertio declarãdę ſũt cõditiones amicitię honeſtę.

Tres tantũ ſunt amicitiæ ſpecies.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſt. quòd ſpecies amicitię quibus conuenire poteſt diffinitio data de amicitia,ſunt tres, & non plus quàm tres.& probatur ſic. obiecta amicitiarum,ſupra quæ fundantur, ſunt tantũ tria: ergo tantum tres ſunt ſpecies amicitiarum.cõſequentia patet,qm̃ operationes & habitus ex ſecundo de Anima accipiunt vnitatem & diſtinctionẽ ab obiectis.Sed amicitia habet rationem habitus:ergo, &c.Antecedens autem declaratur:quoniam amicitia fundatur ſuper bonum : amare em̃ eſt velle bonum.Bonum autem apud philoſophum moralẽ diſtinguitur in vtile,& delectabile,& honeſtum: cuius diuiſionis hæc eſt ratio.Bonũm eſt terminatiuum motus appetitus:vel ergo terminat vt medium,per quod tenditur in alterum,& ſic eſt bonum vtile : vtile eſt enim, quod non gratia ſui ſed propter alterũ appetitur:vt medecina propter ſanitatem,vel terminat appetitum,vt quietans & finiens deſiderium,& ſic eſt bonum delectabile.delectatio enim vt declaratũ eſt in ſecundo libro importat quietem in bono adepto & libere poſſeſſo. vel terminat appetitum vt perfectio in quam per ſe tendit appetitus, & ſic eſt bonum honeſtum. Honeſtum enim per ſe deſideratur,& honeſta dicũtur, quę in ſeipſis habent vnde deſiderentur.Cum igitur apud moralem tantum tria ſint bona fundantia amicitiam,tantum tres erunt ſpecies amicitiæ. Quod autem iſtæ tres ſpecies amoris poſsint eſſe amicitię,probat Ari. qm̃ in quolibet trium bonorum poteſt eſſe mutuus amor non latens : nam qui ſe amant ſecundum virtutem volunt ſibi inuicem bona gratia ſui:& qui ſe amant ex bono vtili, volunt ſibi inuicem bona vtilia:vt ſibi mutuo ſeruiant & conferant bona fortunæ, & qui ſe amant ex bono delectabili:quærunt ſibi inuicẽ vnde delectentur etiam quòd delectabilia eſſent noxia aut inhoneſta. Cũ igitur diffinitio amicitiæ poſsit ſaluari in vnaquaque dictarum ſpecierum,cõſtat quòd ſunt amicitiæ,& non ſolum amationes.

Bonum eſt tantum triplex vtile, honeſtũ & delectabile.

Delectabilis & vtilis amicitiæ non ſunt amicitiæ propter ſe,& facile ſolubiles ſunt.

Quantum ad ſecundum aduerte duas conditiones poſſe verificari de amicitia vtili,& delectabili. prima eſt qd̃ ſunt amicitiæ p̄ accidẽs,& non per ſe:ſecunda eſt quòd de facili ſunt ſolubiles.

Prima ſic ꝓbatur. In vtraque amicitia amatum amatur ꝓpter alterum & non gratia ſui: ergo vtraque eſt amicitia p̄ accidens.Conſequentia patet:qm̃ ſicut illa eſt amicitia p̄ ſe inquantum amatum amatur propter ſeipſum,ſic ea eſt p̄ accidens,in qua amatur propter alterum.Si igitur in vtraque amatum propter alterum, vtraque eſt amicitia per accidens. Antecedens autem ſic manifeſtatur:qui amat alium propter vtile,non amat ipſum,niſi quia prouenit ſibi vtilitas ab amico:puta fauor,beneficium,protectio,pecunia:& qui amat propter delectabile non amat amicum propter ſe,ſed quia præſtat ſibi delectationem.Amat enim quis eutrapelum non quia ſciat ludere,ſed quia ex ſuo ludo recipit delectationem:qua non habita ceſſat amor erga eutrapelum:patet igitur quomõ vtraque eſt amcitia p̄ accidens.

Tu tamen aduerte quòd ſi q̄s amat eutrapelũ vt eſt qualis,id eſt vt habet in ſe habitum laudabilem bene ludendi, & non p̄ciſe quia affert ſibi delectationem, amat eũ amicitia per ſe:eſt em̃ ſicut quãdo virtuoſus amat virtuoſum gratia virtutis exiſtentis in eo.& ſi quis amat diuitem.vt diues eſt,& non præciſe,quia ſibi vtilis eſt amat eum amicita per ſe,& non per accidens

Cur facile & citò diſſoluantur amicitiæ vtilis:& delectabilis.

Secunda cõditio ſic probatur.Cauſæ talium amicitiarũ non diu permanent,ſed de facili deficiunt:ergo ſunt de facili ſolubiles.Conſequentia patet:qm̃ ceſſante cauſa rei in eſſe & in conſeruari ceſſat res ipſa ex ſecũdo phyſicorum. Antecedens autem ſic declaratur.Bonum vtile & delectabile,q̄ ſunt cauſæ earum,de facili tranſmũtantur.Quod em̃ vno tẽpore eſt vtile, alio tẽpore ceſſat eſſe vtile.vt dum eſt homo in naui nauta eſt ei vtilis dum infirmatur medicus eſt ei vtilis:dum eſt in paupertate diues eſt ei vtilis. Remota autem nauigatione & ægritudine & egeſtate ceſſat prædictorum vtilitas.Similiter q̄ vno tempore eſt homini delectabile ceſſat pro alio tempore:alia em̃ ſunt delectabilia in iuuẽtute,alia in ſenectute,alia ſano, alia infirmo. Cũ igitur diſſoluantur,& de facili tranſmutent̃ cauſę & fundamenta amicitiarum prædictarum, ſequitur & illas de facili diſſolubiles vnde concludit Ariſt.quòd diſſoluto illo propter q̄ erant amici,diſſoluitur & amicitia.

Senibus maximè placet vtilis amicitia, quæ in iuuenibus maximè inuenitur ac peregrinis.

Qui verò ſint apti & inclinati ad componendũ amicitiam vtilem & delectabilem aduerte ex intentione Ariſ.ęta tem ſenilem inclinari ad amicitiam vtilem magis quàm ad delectabilem,iuuenilem autem econuerſo.

Ratio quidẽ primi eſt:qm̃ ſenes propter debilitatem caloris magis quærũt vtile quàm delectabile.Indigent em̃ vt ſubueniatur naturæ deficienti: vnde amicãtur illis,qui ſibi benefaciunt,qui obſequuntur,qui laborant pro ipſis:licet autẽ amicitia vtilis maxime competat ſeni,tamen in adoleſcentibus & iuuenibus inuenitur:quia proſequuntur vtile. Tales em̃, id eſt iuuenes qui ſtudent conſequi bonũ vtile. non fiunt adinuicem amici,quia intendant ſimul viuere,nec q̄a ſint adinuicem delectabiles:nec q̄a vnus indigeat ſocietate alterius,niſi propter vtilitatẽ: & in tãtum eſt inter eos ſocietas,inquantum ſpem habent conſequendi boni vtilis: eadem amcitia videtur ſeruari inter peregrinos : videntur em̃ peregrini ſe inuicẽ amare, ex eo qd̃ quandiu conſtituti ſunt in pegrinatiõe ſunt ſibi inuicẽ vtiles,qm̃ ſe mutuo adiuuant & protegũt.Terminata autem peregrinatione,cum fuerint abinuicem ſeparati,& eorum amicitia terminatur.

Iuuenes cur ad amicitiã delectabilis ferantur magis quàm ad vtilis.

Ratio autem ſecundi eſt qm̃ iuuenes viuunt ſecũdũ paſſiones, mouentúrque & feruntur impetu paſsionũ, nondũ roborato in eis iudicio rationis:& ideo maximè intendũt in eo quod eſt ſibi delectabile ſecũdum præſens tempus: parum reſpicientes ad futurum.Ideo nõ curãt quid ſibi vtile vel inutile:quid honeſtum vel non , dummõ ſatisfaciant concupiſcibili.

Tu tamen aduerte,vt dicit Ariſt. quòd huiuſmodi amicitia iuuenũ,cito fit citóque diſſoluitur.& hui⁹ ratio duplex eſt:prima eſt ex parte delectabilium, ſecũda ex parte iuuenum amantium.Prima igitur eſt hæc.Tranſeunte ætate,quę velociter tranſit,fiunt altera & altera delectabilia.Non em̃

Iuuenum amicitia citò decidit.

in eisdē delectantur pueri & adoleſcentes,& viri & ſenes: ergo tranſeunte iuuentute tranſeunt,q̄ ſibi erant delectabilia:ergo & amicitia fundata ſuper huiuſmodi delectabilia. Et ideo iuuenes de facili fiunt amici,& de facili ceſſant,qa iuuentus magis in tranſitu quàm in ſtatu conſiſtit.

Secunda autem eſt hæc:iuuenes amant ,ppter paſsiones concupiſcibilis,& ,ppter delectationes ſenſuales, de q̄bus pertractatum eſt in libro ſeptimo,ideo ſunt multū amatiui. Paſsiones autem huiuſmodi de facili variantur. Amant em̄ iuuenes modo hoc,mō illud,prout eorum phantaſia offert: ergo non eſt mirum ſi iuuenum amicitia de facili ſoluitur. Vnde iuuenes multoties eadem die amicitiam ineunt & diſſoluunt:ſed quandiu eorum amicitia durat volunt per totam diem ſimul viuere & commanere.Sic em̄ fit in ipſis id,quod per talem amicitiam affectant , id eſt habent delectationem deſideratam,ex eo quòd ſimul manent,& non niſi vi ſeparantur.

Amicitia honeſta ex cōditiones

Quantum ad tertium:Ariſto.dignificans amicitiam fundatam ſuper bonum honeſtum,quod eſt bonum virtutis,aſſignat ei ſex laudabiles conditiones.

Amicitia honeſti eſt amicitia per ſe.

Primò eſt amicitia per ſe.Nam diximus ſupra, amicitiā vtilem & delectabilem non eſſe per ſe amicitiam,ſed p̄ accidens:q̄m amans non amat amatum quia talis eſt,nec propter bonum,quod ſit in amato,ſed propter bonum quod recipit ab amato putà commodum , aut ſolatium. Vbi ergo amans amat amatum,quia talis eſt, & gratia amati , & non qa ſperat bonum ab amato,illa eſt amicitia per ſe:talis eſt amicitia fundata in bono honeſto.Nam virtuoſi volunt ſibi inuicem bona,inquantum ſunt boni:ſunt autem boni ſecundum ſeipſos,quia virt⁹ facit bonum habentem,& ſuum op⁹ bonum,vt dictum eſt in libro ſecundo: ergo talis amicitia eſt amicitia per ſe.

Amicitia honeſti maxima et præcipua eſt

Secundò eſt maxima & p̄cipua,hoc ſequitur ex primo. Quod em̄ eſt per ſe potius eſt eo,quod eſt per accidens : vt potior eſt ignis calid⁹ quàm aqua calida: ſed hæc amicitia, vt probatum eſt,per ſe eſt, aliæ autem per accidens : ergo virtuoſorum amicitia maxima,& potiſsima eſt.

Honeſti amicitia ſtabilis eſt.

Tertiò eſt ſtabilis & permanens. Nam dictum eſt alias eſſe de facili diſſolubiles,q̄m eorum fundamenta vt bona fortunæ & delectabilia de facili tranſmutātur.Sed bonum virtutis non de facili tranſmutatur.Eſt em̄ habitus permanens & de facili mobilis,vt declaratum eſt in libro ſecundo:ergo &c.

Amicitia honeſti perfecta eſt.

Quartò,eſt perfecta.Nam nihil ſibi deeſt, q̄ reperiatur in aliis amicitiis.Sunt em̄ virtuoſi ſimpliciter boni ſunt ſibi inuicē vtiles:& delectabiles:operationes em̄ virtuoſę ſunt delectabiles vt dictum eſt in libro ſecundo:cum igitur in vtroque amico honeſto ſint operationes conſimiles ſecundum virtutem,ſequitur qđ alter alteri & econuerſo eſt delectabilis,& ſic patet talem amicitiam eſſe perfectam.

Amicitia honeſti optima eſt

Quinto eſt optima:q̄m eius fundamentum eſt optimū. Nam cum tria ſint bona,ſ.fortunæ & corporis & animi: ea quæ ſunt animi ſunt optima , vt declaratum eſt in primo libro ſed ſuper bona animi fundatur amicitia honeſta:ergo eſt optima.

Amicitia honeſti rara eſt.

Sextò eſt rara.Nam virtuoſi ſunt rari propter difficultatem ſeruandi mediū,vt dictū eſt in libro ſecundo. Præterea talis amicitia indiget longo tempore & mutua aſſuefactione,vt amici ſe inuicem cognoſcant eſſe virtuoſos . Hinc eſt prouerbium,quo dicitur,non contingit aliquos ſe mutuo amicos cognoſcere prius quàm ſimul comedant menſurā, puta ſtarium ſalis q̄ non fit niſi longo tempore.Oportet ergo ad hoc quòd aliqui ſint amici ſecundum virtutem,quòd vterque appareat amandus,& credatur ita eſſe:& id raro contingit,ideo talis amicitia eſt rara.

Fit cito amicitia voluntas.

Nec obſtat,quòd aliq̄ virtuoſi reputati,videntur cito fieri amici,eo quòd ſibi mutuo cōmunicant in operibus amicitiæ.Nam,vt dicit Ariſto.ex his non debemus concludere qđ ſint amici,ſed qđ deſiderant fieri amici: vnde voluntas amicitiæ celeriter quidem fit,amicitia verò tardè. Non em̄ erūt amici quouſque alter alterum cognouerit dignū amari propter virtutem in eo exiſtentem. Patet igitur quot & q̄ ſint conditiones amicitiæ honeſtæ, quæ ſola meretur amici tia ſimpliciter appellari.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Comparat honeſtam amicitiam amicitiæ vtili,ac delectabili, oſtendendo in quonam conueniant ac differant.

5. 8. Eth. c. 4.

IN quarto capite comparandæ ſunt duæ ſpecies amicitiæ, ſ.delectabilis & vtilis honeſtæ: & hic duo agenda ſunt. Primò videndum quibus modis cōueniunt.Secundò in q̄bus differunt.

Quantum ad primum aduerte,q̄ conueniunt in cauſa & in permanentia.In cauſa quidem:quoniam amici virtuoſi:vt diximus in capite præcedenti,ſunt ſibi inuicē præſtantes vtilitatem & delectationē: ſicut amantes amicitia vtili & delectabili.In permanentia autem,quoniam ſicut tandiu permanet amicitia honeſta,quandiu in vtroque amante permanet virtus:ſic tandiu permanet amicitia delectabilis & vtilis,quandiu tales amantes idem,vel æquale ſibi inuicē rependunt:puta vtile,,p vtili,ſolatium & delectationem pro delectatione,quæ aliq̄n eſt à conſimili cauſa,vt quādo duo Eutrapeli ſe mutuo delectant in ludo,& duo muſici in cantu:& duo venerei in actu turpi:aut mutua viſione pulchritudinis,aliquando autem eſt à diſsimili cauſa,vt in amore inhoneſto,aliq̄n amator delectatur pulchritudine amati,amatus aūt delectatur muneribus amatoris,& non eius pulchritudine,quia fortè nō eſt pulcher,ſed diues,hæc eſt amicitia meretricia.His autem ceſſantibus ceſſat amicicia:puta ſi ceſſat pulchritudo amati,aut munera amatoris:adhuc eſt alia cauſa permanentiæ in amicitia vtili & delectabili: ſcilicet ſimilitudo morum etiam q̄ eſſent mali . Nam mali mores licet ex natura ſua non ſint diligibiles nec delectabiles,tamen ex conſuetudine & conuictu fiunt aliquibus delectabiles:ideo conſœderantur in amicitia vtili & delectabili vt duo auari duo prodigi,duo gulоſi,duo luxurioſi . Similitudo enim eſt per ſe cauſa amicitiæ,licet per accidens ſit cauſa diſcordiæ,vt dictum eſt ſupra de figulis rixātibus ,pter lucrum.Quia igitur mali mores contracti ex cōſuetudine permanēt,ideo amicitia ſiue vtilis ſiue delectabilis ſuper eos fundata,pmanet.Tu tñ aduerte vt dicit Ari.q̄ amicitia delectabilis, in qua amici recompenſant ſibi inuicem delectationē permanētior eſt ea,in qua amatus dat delectationem amatori. Amator aūt vtilitatem amato.Nam in prima eſt maior ſimilitudo,ideo permanentior.

Amicitia vtilis & delectabilis p manentia cauſa quæ ſit.

Quantum ad ſecundum Ari . aſſignat duas differentias inter amicitiam vtilem & delectabilem ex vna parte,& honeſtam ex alia parte.

Honeſti amicitia non niſi inter bonos eſſe poteſt cætera verò inter quoſcunque & qualeſcūque.

Prima eſt q̄ amicitia vtilis & delectabilis poſſunt eſſe inter homines cuiuſcunque conditionis, ſiue ſint boni,ſiue mali,ſiue nec boni,nec mali moraliter. Amicitia aūt honeſta non poteſt eſſe niſi inter bonos.Prima pars ,pbatur, quia in hominibus cuiuſcunque conditionis poſſunt eſſe fundamēta eorum,vt bona fortunæ, obſequia, pulchritudo , ludus, cant⁹ & alia corporalia delectabilia:ergo poteſt homo malus eſſe vtilis & delectabilis alteri malo:& bono; & nō bono,& econuerſo:& bonus bono:ex cōſequenti poſſunt eſſe amici vtiles & delectabiles.Secūda verò pars ſic probatur, ſoli boni amant ſeipſos propter ſeipſos:& in eis tantū eſt fundamētū amicitiæ , honeſtę ſcilicet bonū virtutis : mali verò nō gaudent ſeipſis , ſed ſolum vtili bono & delectabili:nec malis ineſt bonum virtutis:ergo amicitia honeſta nō poteſt eſſe niſi inter bonos.

Sola honeſti amicitia intrāſmutabilis eſt.

Secunda eſt,q̄ ſola amicitia honeſta eſt intranſmutabilis quæ ſic probatur ex intentione Ari . amicitia honeſta eſt intranſmutabilis & nulla alia ab ea eſt intranſmutabilis: ergo ſola eſt intranſmutabilis.Prima exponēs ſic probatur, talis amicitia nō diſſoluitur niſi alter amicorum credat malum de altero amico:quod malum contrarietur bono virtutis:ſuper quod talis amicitia fundatur,ſed hoc nō cōtingit qa homo bonus non de facili credit malum de amico bono quē multo tempore probauit: & malum in eo non inuenit: ſed ea quæ digna ſunt pro firmanda amicitia honeſta: ergo talis amicitia eſt intranſmutabilis ſic quòd de facili nō diſſoluitur .Secunda vero exponens ſic probatur:contingit in aliis amicitiis quæ fundātur ſuper vtile & delectabile vt alter amic⁹ alteri iniuſtū faciat puta q̄ ſocius in lucro, ſociū decipiat:& malū credat,puta q̄ amator inhoneſtus quærat occidere amatum ex indignatione vel zelotypia:ergo contingit q̄ aliæ amicitię ſint de facili tranſmutabiles. Et ſic patet q̄ ſola amicitia honeſta meretur dici intranſmutabilis,imò ſola meretur dici amicitia..Nam,vt dicit Ari.vocamus amantes propter vtile & propter delectationem amicos:quia ſic vocantur apud homines,licet nō ſint verè amici,& in hoc ſenſu dicūtur ciuitates amicę:quę ſunt ſibi mutuo vtiles:& ſe mutuo defendunt in pugna ꝺ inimicos:ſimiliter quos vident homines ſe mutuo amare voluptuosè vt pueri ſe inuicem amant:& adamator & amaſia,hos vulgariter vocāt amicos:& nos ſequēdo ꝺſuetudinē cōmuniter loquentiū dicemus amicos.Hęc de prełenti cap.dicta ſint.

CAPVT V.

De exteriori amicitiæ actu, & qui dicendi sint verè amici.

Ex 8. Eth. ca. 5.

IN capite quinto agendũ est de propriissimo actu exteriori amicitiæ qui est simul viuere & conuersari,& benefacere adinuicem. Dico autem actu exteriori, quoniam actus amicitię interior & principalis,à quo procedit actus exterior,scilicet conuiuere,est bene velle: de quo supra in diffinitione amicitię iam locuti sumns. Hic autem immorandum est circa actum exterioré propriissimum. Et in hoc capite quatuor agenda sunt. Primò ponenda est distinctio de amicitia in actu & in habitu. Secundo probandum est quòd propriissimus actus amicitiæ est conuiuere. Tertio declarãdum est, in quibus deficit amicitia, quia non simul viuunt, nec communicant. Quarto remouendum est dubium.

Actus amicitiæ exterior est conuiuere, interior autẽ bene velle.

Amicitia duplex: in actu & in habitu, quæ non dissoluitur loci separatione.

Quantum ad primum aduerte quòd sicut in aliis virtutibus aliqui dicuntur virtuosi quia habent habitum virtutis, licet non operentur actu, vt liberalis & fortis dormiens: ali qui autem quia actu exercent se in tali habitu, vt liberalis expendens, fortis pugnans. Sic in amicitia: quidam dicuntur actu amici, quia actu conuiuunt delectabiliter & sibi mutuo bene faciunt, quidam dicuntur habitu amici, quia licet non habeant actu opera amicitiæ, sunt tamen dispositi secundum habitum amicitiæ vt inclinentur ad talia opera. vt quando duo amici dormiunt, aut separantur loco, Nó enim diuersitas locorum soluit amicitiam, sed opus amicitiæ, scilicet conuiuere.

Amicitia est habitus.

Verum quia hæc distinctio supponit amicitiam esse habitum, quod forte alicui videretur falsum, ideo Arist. intendit hoc probare tripliciter. Primo sic, amatio est actus. Si igitur amicitia esset actus, esset idem quod amatio: sed hoc est falsum. Nam amamus inanimata, vt panem & vinum: ad quæ non habemus amicitiam, quia non possunt reamare: ergo &c. Secundo sic: illud à quo est electio, est habitus: sed ab amicitia est electio: ergo amicitia est habitus. Tertio sic: amici ex amicitia honesta volunt bona amicis gratia amicorum, & non gratia sui: ergo amicitia honesta, quæ sola est vera amicitia est habitus, & non passio. Antecedens patet ex supradictis, consequẽtia autem probatur: nam cũ passio spectet ad appetitum sensitiuum, non excedit nec extenditur vltra bonũ amantis ergo amicitia honesta, in qua non quęritur bonum amantis, sed bonum amati gratia ipsi⁹ amati, non est passio sed habitus.

Electio tribus sumitur modis.

Sed aduerte, vt scias quomodo secunda ratio concludit q̃ electio cõsueuit in doctrina morali Ari. sumi trib. modis.

Primò sumitur pro quacunq; acceptione uolũtaria vni⁹ præ alio, & hoc modo omne, quod fit voluntariè, ita q̃ est in potestate hominis illud facere, & non facere dicitur fieri ex electione, & sic quæ fiunt ex passione, vt ira aut cõcupiscentia dicuntur fieri ex electione: aliter non imputarentur homini: nec ꝓpterea laudaretur aut improbaretur agẽs: & in hoc sensu describit Eustratius electionẽ in primo ethicorum cum dicit, electio est de duobus propositis iudiciũ hominis, hoc alteri pręponens.

Secundo sumitur pro termino & fine consilij & hoc modo omne eligibile est præconsiliatum: vt patet ex tertiò libro ethicorum. & electio sic accepta est actus voluntatis præconsiliatus.

Tertiò sumitur pro actu voluntatis procedente ab habitu inclinante voluntatem ad eligendum vnũ prę alio prompte & delectabiliter: & in hoc tertio modo sumitur electio in ratione secunda. nam electio in primo modo non est necessario ex habitu, sed potest esse ex passione. vt diximus: similiter sumpta secundo modo non est necessario ex habitu. Multa enim facimus ex consilio, quę non operamur ex aliquo habitu: vt patet de guloso infirmo, qui ex consilio medici tantum abstinet à nociuis. In tertio autem sensu est ex habitu amicitiæ: hoc enim habitu consueuerunt homines prõptè & delectabiliter cõuiuere, & velle bona amicis gratia amicorum.

Conuiuere est maxime proprius actꝰ exterior amicitiæ.

Quantum ad secundum ponitur hęc cõclusio, Conuiuere est propriissimus actus exterior amicitię, probatur. Omnes amici in quacunque fortuna constitui fuerint siue bona siue aduersa, siue infirmentur, siue bene valeant, siue pauperes, siue diuites sint appetunt adinuicem cõuiuere, id est simul loqui & sibi inuicem communicare secreta cordis & consilium dare ac recipere in agendis: ergo hic est propriissimus actus amicitiæ. Consequẽtia patet, & antecedẽs probatur: nam cũ plures sint actus exteriores amicitiæ, vt benefacere amico, cõmodũ accipere, laborare pro amico, defensare amicum, exponere se & sua pro amico, conuiuere & communicare secreta amico, nullus ex prædictis actibus appetitur ab omnibus amicis, nisi adsit necessitas & indigentia. Conuiuere autem & communicare se amico appetitur ab omnibus, etiam remota omni indigentia, qm̃ ex hoc habent vitam iocundam: ergo signum est quòd conuiuere modo, quo exposuimus, est propriissimus actus verę amicitiæ.

Ex carentia conuictus tripliciter dissoluitur amicitia.

Quantum ad tertium aduerte ex intentione Arist. quòd ex carentia mutui conuictus tribus modis solet vera amicitia deficere primo ex longa absentia, siue separatione amicorum abinuicẽ: & præcipuè quando per internuncios nõ possunt se mutuo appellarẽ & salutare. vnde vt inquit Arist. in prouerbio dicitur, quòd non appellatio siue taciturnitas multas soluit amicitias. & huius ratio est: quia quod est causa rei & conseruationis suæ per præsentiã est causa destructionis per absentiam. Sed mutuus conuictus conciliat & conseruat amicitiam: ergo per negationem conuictus soluitur & deficit. secundo deficit ex ineptitudine quorundã, qui non sunt natura amatiui, vt senes pro maiori parte: & homines seueri, id est austeri & litigiosi. Tales em̃ non sunt apti ad propriissimum actum amicitiæ, id est ad simul conuiuere eo quòd videntur in nullo delectari, & ideo in conuictu non se exhibent aliis delectabiles, sed contristatiuos. nullus autem potest diu conuersari cum indelectabili & cõtristatiuo: qm̃ naturale est homini & omni animali fugere triste: & sequi delectabile. Merito igitur deficit amicitia ad senes pro maiori parte, & ad seueros: quia non sunt apti ad simul conuiuendũ. tertio deficit inter eos, qui licet conformentur in moribus & in conuersatione, tamen propter aliquam causam non possunt simul viuere aut quia prohibentur, aut quia dissimilib. negotiis occupantur in eadem ciuitate. Tales quidem sunt similes amicis, & possunt dici benevoli adinuicem, sed non propriè amici: quia carẽt ꝓpriissimo actu amicitiæ, qui est conuiuere, & sibi inuicem secreta communicare.

Inepti ad amicitiam sunt senes ac seueri.

Quantum ad quartum aduerte, quòd Arist. intendit soluere obiectionem, quæ fieri posset contra tertiam rationẽ qua probatum est amicitiam esse habitum. Dictum est em̃ quòd amici ex amicitia honesta volunt bona amicis gratia amicorum, & non gratia sui. Sed contra hoc videtur esse id quòd diximus suprà, scilicet quòd vnicuique est amabile illud quod videtur sibi ipsi bonum: ergo quilibet amicus vult sibi ipsi bonum, & non amico gratia amici.

Amicus nũ sibi etiã bonum vult

Ad hoc respondet Aristoteles & intendit quòd q̃ amant amicum amicitia honesta volunt bonum amico gratia amici, & volunt bonum etiam sibiipsis, quod non contingit in amicitia vtili & delectabili: in illis enim amans amat tantũ propter bonum suum. & ratio quidem huius diuersitatis est hæc. Quando ille, qui est bonus in se, factus est alicui amicus, fit bonum amico suo. Amicus enim bonus, est magnum bonum amico suo: & qui acquirit amicum bonum multum sibi ipsi acquirit: & sic vterque dum amat amicum bonum, amat sibi bonum: & vterque retribuit æquale quo ad voluntatem: inquantum vterque vult vtrique bonum: & quantum ad speciem amicitiæ, scilicet inquantum vult ei bonum non gratia sui, sed gratia illius. Vera em̃ & honesta amicitia est quædam æqualitas, eo quòd requirit mutuam amationem, & in hoc addit amicitia suprà virtutem. nam ad hoc quòd Sortes sit virtuosus sufficit quòd agat actum virtutis: & non requirit actum virtutis in alio, ad hoc autẽ quòd sit amicus non sufficit quòd amet alium, sed quòd reametur ab alio. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT VI.

Quanam amicitiæ specie, quique ad amicitiam idonei sint, & quinam sint ad amicitiam inepti.

Ex 8. Eth. c. 6.

IN 6. ca. agendũ est de subiecto amicitię, inuestigando qui sint apti, vel nõ ad amicitias: & de pluralitate ac diuersitate amicorũ. & hic quatuor agenda sunt. Primo declarandum qui sint inepti & apti amicitiã contrahere. Secundo si vni possunt esse plures amici. Tertio quales amicos requrunt

viri

viri potentes, vt diuites & principes. Quartò, quomodo omnes ſpecies amicitiæ conſiſtant in quadam æqualitate.

Amicitiã faciunt tria & tria ipſi obſiſtunt.

Quantum ad primum aduerte quòd tria ſunt quæ vt in plurib⁹ cauſant amicitiam, ſ. cõcorditer cõuiuere, colloqis gaudere, aliis de facili aſſentire. Tria autem oppoſita obſiſtunt amicitiæ, ſ. diſcordia in conuictu, non gaudere aliorũ colloquiis, nolle aliis aſſentire, ſed immobiliter inhærere propriæ opinioni: & quoniam tria opoſita communiter inueniuntur in ſenibus & hominib⁹ ſeueris ſiue auſteris, ideo non ſunt amicabiles: magis eñ delectãtur ſolitudine quàm conuictu: ideo nõ delectabiliter cõuerſantur, nec colloqis gaudent, nec aliis de facili aſſentiunt, eo qđ nimis de ſeipſis præſumunt: & ſibi ipſis attendentes & de aliis nõ bene exti mantes, oneroſos ac odioſos ſe reddunt: qua ꝓpter vt inqt Ariſto. ſenes & ſeueri non de facili fiunt amici, & qm̃ tria prædicta cauſatiua amicitiæ communiter inueniuntur in iuuenibus, ideo ſunt natura amicabiles: & cito & facile cõtrahunt amicitias: neſciunt eñ ſolitariè viuere: colloquiis congaudent ſunt ducibiles & aliis de facili conſentiunt, ideo ſunt apti ad amicitias.

Senes inepti ad amicitiã cur ſint, e- contra autẽ iuuenes.

Tu tamen aduerte, qđ licet ſenes & ſeueri non ſint amicabiles, ſunt tamen aliis benefacientes & fauorem libenter præſtantes, ꝓut neceſsitas occurrit: bene facere autem videtur opus amicitiæ, licet autẽ ſic faciant, tamen non faciunt ex amicitia, ſed potius quadam beneuolentia, aut affectu humanitatis, non eñ benefacere alteri eſt ꝓpriè opus amicitiæ, niſi benefaciens gaudeat cõuictu & colloquio beneficiati, & conducibilem ſe exhibeat: & qm̃ vt diximus hęc communiter nõ inueniuntur in ſenibus, nec in ſeueris, ideo dici poſſunt beneuoli, benefactores, pij, miſericordes, ꝓtectores, non autem propriè amici.

Quantum ad ſecundum aduerte qđ cũ ſint tres ſpecies amicitię, ſ. honeſta, vtilis & delectabilis: Ariſto. de honeſta ponit concluſionem negatiuam, de vtili autem & delecta bili ponit affirmatiuam.

Sit ergo hęc prima concluſio ſecundũ amicitiam honeſtam, quæ eſt perfecta & fundata ſuper bonum virtutis, nõ contingit aliquem eſſe multis amicum. Hanc probat Ariſto. tripliciter.

Primò ſic, Amicitia honeſta eſt maxima & ꝓfectiſsima, vt dictũ eſt ſupra: & ita eſt per ſuꝑabundantiã amoris. Sed ſuperabundantia amoris non eſt ad multos, ſed ad vnum tãtum. Quod eñ per ſuperabundantiam dicitur, conuenit vni ſoli: ergo ſecundum amicitiam honeſtam nõ contingit vnũ eſſe amicum multis, & confirmat Ariſt. ꝓpoſitum ex amore venereo, de quo inquit. Sicut nõ contingit quòd homo multas mulieres ſuperabundanter amet, ſed vnam tantũ, ſic nec perfecta amicitia ſecundum virtutem poteſt eſſe vnius ad multos. Hęc ratio quantum valeat declarabimus infra.

Amicitia non eſt ad multos.

Secundò ſic, In amicitia honeſta, q̃ eſt vera & perfecta amici ſibi inuicem valde placent. Sed non eſt facile qđ vni multi valde & ſimul placeant, ꝙa nullus in omnib⁹ placet: non eñ eſt homo, in quo defectus diſplicens non inueniatur: ꝓterea difficillimum eſt inuenire plures vni conformes: ideo, ſi vnus multũ placet ex multa conformitate, alius minus placet ex minori cõformitate. Ꝓterea, nõ eſſet vni expediens, qđ plures maximè ſibi ſimul placerẽt, quia dum multis intenderet, & cõuiuere vellet: ſibiipſi nõ attẽderet, nec ſe nec ſua curaret. Tota eñ die ſe multis amicis communicaret: ergo ſecundum amicitiam honeſtam non contingit vnum habere multos amicos.

Tertiò ſic. Ad hoc quòd q̃s fiat alteri amicus honeſtus opus eſt longa conſuetudine, vt experiatur eius bonitas & probata, ac firmata virtus, vt dictum eſt ſupra. Sed accipere ex conſuetudine talem experientiam de multis eſt ſummè difficile: ergo non contingit in amicitia honeſta vnũ multis eſſe amicum.

Vt autem ſcias virtutem ꝓdictarum rationum aduerte, qđ cum dicitur in prima ratione, amicitiam honeſtam eſſe per ſuperabundantiam amoris, ly ſuperabundantia nõ dicit exceſſum, vt quoddam extremum: qm̃ omnis exceſſus ſicut & defectus vt eſt extremũ eſt vituperabile in moralibus, vt declaratum eſt in tertio libro. Sed dicit maiorem ꝓfectionem amoris reſpectu aliarum amicitiarũ, puta vtilis, aut delectabilis, vt ſit ſenſus, Amicitia honeſta dicit ſuperabundantiã amoris, id eſt excedit in amore alias amicitias, ſi cut virtus excedit in bonitate bonum vtile & bonum delectabile.

Aduerte etiam, q̃d tres rationes ꝓdictę non probant impoſsibilitatem, ſed difficultatem, nã in libro nono reſumet Ariſt. hoc propoſitum, & quęret ſi expedit virtuoſo facere ſibi plurimos amicos & determinabit quòd nõ: ſed ſufficit ſibi tot amicos habere, cum quib⁹ poteſt bene conuiuere & communicare ſecreta ſua, puta cum duobus vel tribus: ergo non eſt impoſsibile in amicitia honeſta vnũ habere plures amicos, licet forte non ſit multũ expediens vt declarabimus in libro nono.

Vnum multis eſſe amicum contingit in amicitia vtilis & iucundi.

Secunda concluſio ſit hęc, ſecundum amicitiam vtilẽ & delectabilem contingit vnum eſſe amicum multis, probatur dupliciter, primo quia contingit vnum accipere vtilitatẽ à multis, ſicut vnus mercator à multis venditorib⁹ & empto ribus. Similiter contingit vnũ accipere delectationẽ à multis. vt vnus iuuenis à multis ſodalibus dum ſimul ludunt & cõiuuant ergo, &c. ſecundo qa in amicitia vtili & delectabili nõ requiritur longa experientia ad cõprehendendũ ſi plures ſunt vtiles & delectabiles vni, ſicut requiritur in amicitia honeſta, vt cognoſcamus ſi virtus ineſt pluribus quos volumus eſſe nobis amicos: & ideo non eſt difficile quod vnus paruo tempore habeat plures amicos vtiles & delectabiles: vtrum autem expediat declarabimus in libro nono.

Et ſi quæras cũ vni poſsint eſſe multi amici vtiles & delectabiles, quæ maior ex his duab⁹ ſit amicitia in tali caſu: reſpondet Ariſtote. quòd in illo caſu maior eſt amicitia delectabilis quàm vtilis dummodo ex vtraque parte ſit delectabilis: ita, ſcilicet quòd ſicut plures dant delectationem vni amico ſuo, ita vnus det delectationẽ plurib⁹ amicis ſuis, nã ſi talis amicitia ex vna parte ſit vtilis, & ex altera delectabilis nõ ſtaret propoſitũ, vt quãdo mulier vna dat delectationem multis, & multi nõ dant ei delectationẽ, ſed vtilitatẽ.

Quòd autẽ maior ſit amicitia quãdo ex vtraque parte eſt delectatio quàm quando ex vtraque parte eſt ſola vtilitas declarat Ariſtote. dupliciter.

Maior eſt amicitia ex vtraque parte delectabilis, quàm quando ex vtraque parte eſt vtilis.

Primò ſic, Amicitia delectabilis eſt magis libera. Amici enim mutuo delectabiles magis liberè ſe viciſsim amãt, quã amici vtiles, Iſti enim quærunt mutuam recompẽſationem & lucrũ, vnde amicitia vtilis eſt veluti quęſtus & negocia tio quædam. Illi autem nil quærunt niſi mutuũ ſolatiũ, & ideo magis aſsimilantur amicis amicitia honeſta, qui amãt gratia amati. Maior ergo eſt amicitia delectabilis quàm vtilis.

Beati quærunt amicitias delectabiles, nõ autem vtiles.

Secundò ſic, Beati, id eſt omnib⁹ exterioribus bonis abũdantes non quærunt amicitias vtiles: quia nõ indigent: quæ runt autem amicos delectabiles, vt iocundè conuiuant. Suſtinent enim homines triſtitiam ad tempus: ſed non per totam vitam imò nec virtuoſus poſſet in virtute perſeuerare, ſi virtus ei afferret perpetuã triſtitiã. Cùm igitur omnis hominum ſtatus quęrat amicos delectabiles, non autem vtiles niſi ſint egentes ſignum eſt potiorem amicitiã eſſe delectabilem, quàm vtilem & inde eſt quòd amicos honeſtos oportet eſſe mutuo delectabiles: nam ſi ex virtute eſſent mutuo contriſtatiui non poſſent ſimul conuiuere. Abhorreret enim natura continuum conuictum cum triſtitia.

Potẽtes cur aliquos quærant amicos vtiles, aliquos verò delectabiles.

Quantùm ad tertium aduerte ex intentione Ariſt. quòd homines potentes communiter non quęrunt amicos, qui ſi mul ſint eis verè vtiles & verè delectabiles: ſed quęrunt alios qui ſint eis ſolum delectabiles & aliquos qui ſint eis ſolum vtiles, & ratio quidem huius diuerſitatis eſt hęc, ſoli amici virtuoſi, vt dictum eſt ſupra, ſunt ſibi mutuo vtiles & delectabiles. Sed homines potentes, vt principes, communiter non quęrunt amicos delectabiles ſecundum virtutẽ ſed ſecundum ſenſum, puta eutrapelos & hiſtriones: nec quęrunt amicos vtiles ad bona honeſta, quę vtilitas qm̃ fundata eſt in virtute, habet delectationem puram annexam. ſed quęrunt facere ſibi amicos vtiles viros induſtrios & aſtutos quos Græci vocant dinos, vt per eos exequãtur quę mãdant ſiue in bonum, ſiue in malum. Hęc autem duo, ſcilicet eutrapelia, & induſtria in agendis raro in eodem inueniuntur: nam communiter viri aſtuti & induſtrij non vacant ludis, ſed grauiter ſe gerũt, & ideo principes diuerſos ſibi faciunt amicos, hos quidem iocundos, hos autem vtiles.

Sed aduerte, quòd cum dicit Ariſto. potentem non quærere ſibi amicum ſecundum virtutem delectabilem, intelligendum eſt vt dicit Ariſt. niſi cognoſcatur à potente: quòd virtuoſus eſt adeo excellentis virtutis quòd quanto potens excedit virtuoſum in potẽtia puta in autoritate & diuitiis, tãto virtuoſus excedit potentem in excellẽtia & perfectione virtutis. Tunc potens & virtuoſus poterunt eſſe adinuicem amici: quoniam adęquantur proportionaliter in virtute & potentia. Si aũt multũ potens nõ excedatur in virtute à virtuoſo, non fiet adęquatio ſecundũ potentiã & virtu

tem,nec erunt amici:quoniam potens communiter non defert virtuoso tantum quantum virtuosus defert potenti: & tunc potens non appretiatur virtuosum:& nõ curat de suo conuictu.

Amicitia honesti in æqualitate consistit.

Quantùm ad quartum aduerte ꝙ Arist.relinquit vt manifestum amicitiam honestam consistere in æqualitate.Amicus enim virtuosus vult bonum amico suo,vt sibiipsi:suntq; inter eos bona communia.Immoratur ergo ad declarãdum hanc ęqualitatem in amicitia vtili & delectabili,de quibus minus videtur:quoniam sunt imperfectę amicitię respectu amicitiæ honestæ.Quod igitur in ęqualitate consistant declaratur sic.Amici vtiles & delectabiles volunt & impẽdũt sibi inuicem eadem,& æqualiter si possunt: ergo eorum amicitia consistit in æqualitate.Consequẽtia patet,& antecedens probatur. Nam amici vtiles recompensant sibi inuicẽ vtile æqualiter si possunt,puta æqualia beneficia, obsequia ęqualia,dona æqualia,patrocinia. Amici autẽ delectabiles recompensant sibi inuicem quantum sit ex se ęquale solatiũ vel vnum pro altero,puta vtile pro solatio. Quod si remoueatur æqualitas recõpensationis non permanet talis amicitia:quoniam amator vtilis & delectabilis nõ amat, nisi ꝓpter bonum suum,ideo si non recipit ęquale iuxta extimationem suam desinit amare.Patet igitur quòd omnis amicitię species in quadam ęqualitate constituta est.Hęc de prę senti capite dicta sint.

Tractatus primi Finis.

TRACTATVS SECVNDVS IN octauum librum Ethicorum in sex capita partitus.

¶ De amicitia inter personas inæquales.

POstquam Arist. in tractatu prędecedenti cõsiderationem fecit de amicitię speciebus, quę, vt probatum est,in quadam æqualitate consistãt & versantur inter personas ęquales,ac similes: quales sunt duo amici virtuosi,duo vtiles duo delectabiles:& dicuntur amicitię secundum ęquiparantiã: in presenti tractatu intendit agere de speciebus amicitię quę versatur inter personas inęquales,vt inter patrẽ & filiũ inter virum & vxorem,inter dominum & subditum.& dicitur amicitia secundum excellentiã,eo quòd alter est maior, alter minori vt patet de patre & filio ,&c. Continet autem hic tractatus sex capita.

In primo declarandũ est,quòd amicitię personarum inęqualiũ differunt specie,& quomodo conseruantur.

In secundo agendũ est de actibus amicitię qui sunt amare & amari.

In tertio declarandũ est,quòd omnis amicitia in aliqua communicatione,siue societate consistit.

In quarto assignandę sunt species cõmunicationis politicæ,vt iuxta eas assignemus species amicitiæ personarum inæqualium.

In quinto assignantur species amicitiæ iuxta species cõmunicationis politicæ,& species eius corruptiuas.

In sexto tractandũ est distinctè diuisiuè de amicitia naturali inter gradus cõsanguinitatis incipiendo ab amicitia paterna. Deinde de amicitia matrimoniali inter virum & vxorem.

CAPVT I.

De diuersitate amicitiæ, quæ est inter inæquales personas.

Ex 8. Ethi.c.7

IN primo cap.agendum est de distinctione & conseruatione amicitiarum personarum inęqualiũ,& hîc agẽda sunt tria.Primo probandum est,ꝙ differunt specie nõ solũ à prædictis ,quæ versantur inter personas ęquales, sed etiã ab inuicem & inter se. Secundo declarandũ est quomodo tales amicitię conseruantur Tertiò,quoniam dicet Ari. ꝙ multũ distantes in bonis non permanent amici, ideo quęrendum est.Si amicus potest optare amico maxima bona, vt ꝙ fiat deus,aut potentissimus ipso permanente in statu suo.

Amicitia personarum

Quantum ad primum aduerte,quòd Arist. non immoratur ad probandum amicitias personarum inęqualiũ distingui specie ab amicitia personarũ æqualium,de quibus ꝓtractatum est in tractatu prædecedenti.Hoc ẽm pro communiter concesso habet,& ratio etiam est in ꝓmptu:nam propriissimus actus amicitiarum personarum æqualium,id est conuiuere differt specie à propriis actibus amicitiarum ꝓsonarũ inæqualiũ,vt declarabimus infra:ergo, &c.Immoratur autem ad probãdum quòd amicitiæ inæqualiũ differunt specie.& hoc dupliciter.Primo quòd differunt specie ab inuicem puta amicitia inter patrem & filium differt specie ab amicitia inter virum & vxorem,& ab amicitia inter dominum & subditum.Secundo quòd amicitia patris ad filium differt specie ab amicitia filij ad patrem:idem intellige de amicitia viri ad vxorem,& de ea,quæ est econuerso:similiter in amicitia domini & serui.Probat autem Aris. propositum suum duplici ratione.

inæqualium differunt specie.

Opus diuersum arguit diuersitatẽ specificam.

Prima est.Quicunque habent virtutes & opera diuersa specie,eorum amicitiæ differunt specie:nam sicut identitas operis arguit identitatem specificam,sic diuersitas arguit diuersitatem.Ex hoc ẽm constat omnes ignes esse eiusdem speciei,quia omnes calefaciũt & comburũt,ignem autẽ & aquam distingui specie, qm̃ eorum sunt diuersæ actiones naturales:sed personæ excedentes diuersæ specie, puta pater,vir & dominus habent opera diuersa specie:nam patris est educare filium,viri fœcundare vxorẽ,domini imperare subdito:similiter persona excedens vt pater,& persona excessa vt filius habet opera diuersa specie: nam pater habet educare & erudire filium,filius autẽ habet obedire & honorare patrem .Simile intellige de viro & vxore qm̃ aliud est opus viri,aliud vxoris,aliud domini, aliud serui: ergo ttes prædictæ amicitiæ differunt specie abinuicem : & etiã inter se comparatæ,puta amicitia patris ad filium differt specie ab amicitia filij ad patrem.

Secunda ratio est,vbi sunt rationes amandi diuersæ specie,sunt etiã amicitiæ diuersę specie.Sed alia est ratio, qua pater amat filium,puta ꝙa est de substantia eius:& qua vir amat vxorem,puta ꝙa intendit procreare filios:& qua dominus amat seruum,puta ꝙa est sibi vtilis.Similiter alia est ratio qua pater amat filium,& alia qua filius amat patrem: idem intelligе inter virum & vxorem , inter dominum & seruum.ergo constat dictas amicitias esse distinctas specie abinuicem & inter se comparatas.

Amicitia inter inæquales personas quibus modis seruetur.

Quantum ad secundum vt scias quomõ dictę amicitię conseruantur aduerte tria,primò non conseruant vt amicitię ęqualium personarum. Illę ẽm conseruantur quando duo amici puta vtiles reddũt sibi inuicem ęquale:putà ęq; vtile,aut æqualem delectationem.Id autem non requiritur in amicitia inęqualium : non ẽm decet patrem honorare filium , sicut decet econuerso: nec decet vxorem regere virum,sicut decet econuerso: non ergo conseruatur ex eo qđ persona excedens, & ꝑsona excessa reddunt sibi inuicẽ simile,aut æquale.Secundò cõseruantur ex eo,quòd ꝑsona excedens,puta pater,tribuit personæ excessæ,quod sibi cõuenit:puta filio tribuit educationem,eruditionem,parat ei hæreditatem,& econuerso puta filius tribuit patri obediẽtiam,honorem,&c. Quod si hoc non seruatur soluitur amicitia inter patrem & filium,inter virum & vxorẽ,inter dominum & subditum.Tertio conseruantur non simpliciter ex eo qđ alter alteri tribuit quod oportet,sed vt & quantũ oportet,ita qđ saluetur proportio secundum dignitatem, vt ꝙ melior & dignior est,magis ametur quàm amet: & ꝙ minor est magis amet quàm ametur.Vnde aduerte,quòd in omni amicitia requiritur vel æqualitas secundum quantitatem,vel æqualitas secundum proportionẽ.verbi gratia, In amicitia personarum æqualium & similium,fit conseruatio per æqualitatem quantitatis.Si ẽm duo sint æquè delectabiles adinuicem,aut ęque vtiles,conseruatur eorum amicitia quandiu sibi inuicẽ impendunt æqualem delectationẽ, aut ęque vtile:hac ęqualitate subtracta,paulatim euanescit eorũ amicitia.In amicitia autem personarum inęqualium, fit conseruatio ex hoc quòd vterque amat nõ æqualiter,sed secundum dignitatem, id est secundum quòd amatum excellens est dignum amari,& similiter amatum excessum iuxta gradũ suum,verbi gratia.Si vnus sit duplo melior altero, putà vir vxore, amor ad meliorem debet esse duplo maior quàm sit amor ad minus bonũ in duplo.Tunc ẽm saluatur æqualitas ꝓportionis in amore & amicitia, qm̃ quãto illud ꝓpter quod vnus amaꝫ excedit illud ꝓpter ꝙ alter amaꝫ tãto amicitia excedit amicitiã & amor amorẽ.Hæc est ẽm ęqualitas ꝓportionis ,vt scilicet q̃ est proportio amati ad amatum secundum dignitatem & bonitatẽ,talis sit ꝓportio

tio amicitiæ ad amicitiam & amoris ad amorẽ: puta ſi inter dignitatẽ & dignitatem eſt proportio dupla aut tripla, talis ſit inter amicitiam & amicitiam, & inter amorem & amorem.

Tu tñ aduerte,quòd propter paruam deficientiã æqualitatis,ſiue ſm quantitatem,ſiue ſecundum proportionẽ, non ſoluitur nec minuitur amicitia: ſed neceſſe eſt interuenire notabilem defectum,qui ſit notus amato. Patet igitur quomodo ſeruatur & ſoluitur amicitia perſonarum inæqualium.

In perſonarum inæqualium amicitia,non tamẽ ſit diſtributio bonorum qua ſit in iuſtitia diſtributiua qua eſt inter inæquales.

Sed aduerte quòd licet in iuſtitia diſtributiua, vt declaratũ eſt in quinto libro,ſeruanda ſit ꝓportio ſecundũ dignitatẽ perſonarum,& in amicitia perſonarũ inæqualium: non tñ in eodẽ ordine:nam in iuſtitia oportet vt primo attenda tur ꝓportio dignitatis perſonæ ad perſonam,quibus debet fieri iuſtitia diſtributiua. Debet em̃ primò conſiderari æqualitas proportionis dignitatum perſonarum, & ſecundo fiet diſtributio ſecundũ quantitatem proportionalem dignitatibus perſonarũ. Puta ſi vna perſona plus in duplo vtilitatis vel honoris fecerit ciuitati, ſibi debet in duplo plus diſtribui de bonis cõmunibus:ita quòd in iuſtitia primo conſideranda eſt ęqualitas dignitatũ perſonarum,quibus fienda eſt diſtributio:& ſecundo diſtribuendũ eſt ęqualiter de bonis ſecundum proportionẽ dignitatis perſonarum. Sed in amicitia eſt econuerſo. Nã primo eſt attendenda æqualitas aliqua inter perſonas ſe amantes:& ſecũdo exhibetur vtrique quod conuenit dignitati ſuæ,ita quòd dignior plus ametur ſecundũ proportionem dignitatis ad dignitatẽ. Vnde in iuſtitia diſtributiua,de qua hic loquitur Philoſophus, primo debent conſiderari opera ſeu proportio operum perſonarũ quibus debet fieri diſtributio:& ſecundo debet eis fieri diſtributio rerum & bonorum cõium ſecundũ æqualitatem vel proportionẽ operum,ſed in amicitia primò eſt conſideranda proportio,ſeu ęqualitas inter perſonas ſe amantes,& ſecundo debent exhiberi opera amicitiæ, ſ. amare & amari ſecundũ dignitatẽ vel ſecundum proportionẽ dignitatũ perſonarum ſe amantium. Et ratio quidem huius diuerſitatis eſt hęc,vt dicit Beat. Tho. quoniã amicitia eſt vnio quædam ſiue ſocietas amicorum, quæ vt declarabitur non poteſt eſſe inter multum diſtantes ſed oportet quòd ad æqualitatẽ accedant. Vnde ad amicitiam pertinet vti ęqualitate iam conſtituta:ſed ad iuſtitiam pertinet reducere inęqualia ad æqualitatem:ſtante autem æqualitate,ſtat opus iuſtitiæ. Et ideo ęqualitas eſt vltimum in iuſtitia:ſed eſt principium in amicitia.

Amicitia nõ põt eſſe inter multum diſtantes acdifferentes.

Quòd autẽ amicitia non poſsit eſſe inter multum diſtantes,putà inter puerum & ſenem, inter diuitem & pauperẽ, inter doctum & ignorantẽ,& quòd homines cõmuniter reputant indignum contrahere amicitias cum multum ab eis diſtantibus,declarat Ariſt. triplici exemplo. Primò dij id eſt ſubſtantiæ ſeparatæ,quia incõparabiliter excedunt omnes homines in ſuis perfectionibus,ideo non dignantur conuerſari,nec conuiuere cum hominibus,ex conſequenti non cõtrahunt amicitiam cum mortalibus. Secundò reges non faciunt amicitiam niſi cum ſibi paribus, aut propinquis, non aũt cũ vilibus. Tertiò ſapientiſsimi & optimi,quaſi cũ nullo faciunt amicitiam: quia reputant quaſi oẽs indignos ſe, propter excellentiam ſapientiæ. Vnde prouerbiũ eſt, quòd pares cum paribus de facili copulantur.

Non omnis diſtantia impedit amicitiam.

Tu tñ aduerte,vt dicit Ariſto. ꝙ non poſſumus pro certo determinare quanta diſtantia impediat amicitiam. Non em̃ omnis diſtantia impedit,poſſumus tamen hoc in genere ſcire:quòd ſi duo ſunt,qui in multis ſint ſimiles & pars eorum auferatur ab vno, adhuc poteſt amicitia ſtare inter eos. Si aũt multum & incõparabiliter diſtent ſicut Deus & homo, non permanet amicitia de qua nunc loquimur: cuius ſ. actus eſt conuiuere,colloqui delectabiliter:ſecreta communicare,&c.

Num amicꝰ poſsit amico maxima bona deſiderare.

Quantum ad tertium aduerte quòd ex eo quòd dictum eſt,ſcilicet inter multũ diſtantes non ſtat amicitia, quæſtio talis inſurgit,vtrum amicus poſsit velle & deſiderare maxima bona amico:puta ꝙ fiat Deus,vel rex, vel monarcha totius mũdi. & quæſtio ſupponit quòd iſti duo amici ſint eiuſdem ſtatus:puta duo ciues,mediocriter diuites,& arguitur ad partes.

Primo quòd non. Nam ſi optat amico maxima bona, fiet inter eos maxima diſtantia: ſed hæc non ſtat cum amicitia, vt dictum eſt: ergo ex conſequenti optat ſolutionem amicitię: ſed hoc non poteſt optare, quoniam cum talis amicitia ſit ſibi bona, optaret malum ſuum. Nullus autem rectè ſentiens optat ſibiipſi malum: ergo,&c.

Secundo quòd ſic:nam amicus amat amicũ vt ſeipſum: eſt em̃ alter ego. ſed vnuſquiſque naturaliter optat ſibi maxima bona. Vellent em̃ omnes eſſe immortales,ditiſsimi,potentiſsimi: ergo & amicos ſuos,aliter non ſunt veri amici, ergo,&c.

Huic quæſito dupliciter reſpondet Ariſt. & primo dicit quòd amicus poteſt velle maxima bona amico non abſolute,ſed modo ſint talia quòd non transferãt ipſum ad aliũ ſtatum penitus diſtantem à primo,qualis eſſet ſi fieret Deus aut rex: poteſt autem optare quòd fiat ſapientiſsimus, virtuoſiſsimus,omnibus carus,in omnibus proſperam fortunam: hæc autem non mutant priorem ſtatum, & ideo cum tali appetitu ſtat amicitia.

Amicus amico non poteſt velle maxima bona,niſi quæ ſtatum non mutãt & quæ etiam alter amicus habeat

Secundo dicit quòd amicus poteſt velle amico maxima bona non abſolutè,ſed dummõ & ipſe habeat talia bona. vnuſquiſque em̃ maximè amat ſeipſum,ideo non poteſt velle maxima bona amico,propter quæ proueniat ſibiipſi detrimentum. certum eſt autẽ, quòd ſi amicus haberet maxima bona,quibus ipſe careret,ſolueret amicitia:quod eſſet euidens detrimentum. & ideo alter amicorum non poteſt velle alteri amico maxima bona niſi ſub hac conditione,qđ non transferatur ad alterum ſtatũ,vel quòd & ipſe habeat illa] maxima bona. Quod ſi optaret amico maxima bona abſolute: deſiderium illud non eſſet ſecundum rationẽ, nec laudabile, apud Philoſophum moralem. Nam,vt dicemus in libro nono, Amicus non exponeret ſe morti ꝓ amico ſuo,nec pro patria,niſi cogitaret ſe conſequi maius bonũ ex morte,quàm ſit ꝓpria vita. Hęc de ꝓſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De actuum amicitię,qui ſunt amari,& amare,comparatione,& quomodo magis in amare,quam in amari amicitia conſiſtat.

Ex 8. Ethi. c. 8.

IN capite ſecundo agẽdũ eſt de actibus amicitiæ, qui ſunt amare & amari,cum amicitia ſit amor reciprocus. & hic quatuor agenda ſunt de intentione Ariſt. Primo declarandum eſt,quòd licet amicitia includat amare & amari,tamẽ multi magis appetunt amari quam amare. Secundo quòd virtus amicitiæ magis conſiſtit in amare,quàm amari. Tertio ꝙ per amare amicum,vt decet & quantum oportet, & non per amari ſeruatur amicitia. Quarto declarat Ari. quo modo & in qua ſpecie amicitię contingit amicitiam eſſe inter contraria.

Magni ac principes magis amari cupiunt quàm amare.

Quantum ad primũ aduerte,quòd quicunq; ſunt cõſtituti in quadam excellentia,aut principatus,aut dignitatis,magis appetunt amari quàm amare. Sunt enim cupidi honoris qui videtur teſtificari magnam eorum bonitatem & virtutem. Ad amari autem videtur conſequi honorari. Amatus enim multum reſpicitur ab amante,quoniam amans timet offendere amatum,& non ceſſat extollere coram aliis amatum,& hoc eſt honorare amatũ. Quoniã igitur viri magni cupiunt ſaltem videri boni,& magnę virtutis, etiam quòd non eſſent,magis appetunt amari quàm amare: vt ex inde extollantur & maximè apud ſubditos & diſtantes. Cuius ſignum eſt,quòd conſtituti in magnis amant adulatores, qui videntur magis amare,quos honorãt & laudãt quàm amẽtur,licet in rei veritate non ament, & ab his deprauantur cõmuniter mundi principes. Quia igitur amari & honorari videntur eſſe ꝓpinqua: & quaſi ab eadem cauſa procedere. ſcilicet à bonitate: Amatur enim & honoratur quod videt bonum: ideo viri magni cupiunt magis amari vt exinde honorentur.

Principes amant adulatores & cur.

Non quicũque amãtur honorantur nec econtra.

Tu tamen aduerte,quòd licet,vt dicit Ari. amari & honorari videantur eſſe propinqua,pro quanto videtur ab eadẽ cauſa procedere,ſcilicet à bonitate & perfectione amati,tamen nõ ſemper ſunt copulata. nam inuenitur honorari ſine amari,ſicut diues poteſt honorari à paupere ꝓpter diuitias, aut potentiam, aut timorem, aut vt accipiat ſubſidiũ à diuite: & non quia amet diuitem, imò forte animo imprecatur ei malum. Inuenitur etiam amari ſine honorari: vt parẽtes amãt filios: quos tamen non honorant,vt filios: quoniam vt ſic inferiores ſunt parentibus. Honoramus aũt maiores,aut æquales. vnde dictum philoſophi non eſt vniuerſaliter verũ niſi in amicitia honeſta: duo enim virtuoſi amici cum ſint ſimiles & æquales in fundamento amicitię, ſe mutuo amant & amantur: & inuicem ſe honore præueniunt.

Amari melius est quã honorari.

Et si quæras quid melius sit amari, vel honorari', respondeo ex intẽtione Arist. ꝙ melius & eligibilius absolute est amari quàm honorari. nam amari est vniuersaliter appetibile per se ab omni homine sanæ mentis, honorari aũt vr appetibile per accidens. Quod declarat Ari. tali signo: homines appetunt ab omnibus amari, ꝙa in amari ſm seipsum gaudẽt: ẽt ꝙ ex amante nullum aliud eis bonum ꝓueniat, contentãtur tñ in hoc. Honorari autem non appetunt vniuersaliter ab omni genere hominum, sed maximè à duplici genere, s. à potentibus, & à virtuosis, sapientibus, ac probatæ vitæ, à potentibus quidem non ꝙ quęrant honorem ſm se, & non aliud: sed ꝙa si honorantur à potentibus, concipiunt bonam spem consequendi ab eis aliquod bonum, quo indigẽt & qđ magis diligunt quàm honorem. Quod si consequi sperarent absque hoc quòd honorentur à potente: non adeo appeterent honorari. Gaudent igitur de honore sibi exhibito a potente, non propter honorem solum, sed qm̃ ex eo sumunt signum bene dispositi animi potentis erga eos per affectum & amorem: ex quo sperant consequi aliquod bonum. Affectant ergo honorari, vt cognoscant se amari: & sic appetũt honorati per accidẽs, id est, propter aliud, s. propter amari.

A virtuosis & probis ex optandus est honor & laus.

A virtuosis autem & sapientibus appetunt honorari, ꝙa desiderant firmare in mentibus hominum opinionem de bonitate sua. Suadent em̃ sibi, ꝙ nullus possit dubitare, quin vere sint probi, qñ honorantur & laudantur à virtuosis sapiẽtibus eo ꝙ eorum iudicium acceptatur vt verum ab omnibus. Dicunt em̃, si talis esset malus, non honorareť à virtuosis sensatis: qm̃ igitur cõiter homines appetunt reputari boni ẽt ꝙ non essent, ideo appetunt honorem à virtuosis nõ ꝓpter honorem, sed vt reputentur boni. Et sic appetunt honorem per accidens, id est, propter aliud. Patet igitur ꝙ melius est amari quàm honorari, qm̃ illud est appetibile per se, hoc autem propter aliud.

Amicitia in amare magis quàm in amari consistit.

Quantum ad ſm aduerte ex intentione Ari. ꝙ virtus amicitię magis cõstat in amare quã in amari. quod quidem declaratur duplici signo. Primum sumitur ex eo ꝙ matres intẽ se diligentes filios magis delectãtur amare filios quã ab eis amari: nã multæ scientes hos esse filios suos præbent nutricibus nutriẽdos, & dummodo sciant eos bene se habere, nõ curant reamari imò nec possunt reamere ꝓpter ignorantiã matrum: putant em̃ nutrices esse matres suas. Cũ igitur illæ q̃ maximè amant, vt matres magis curant amare quã amari, signum est ꝙ amicitię virtus magis cõsistit in amare quã in amari. Secundum signum sumitur ex eo ꝙ amicꝰ magis laudatur in eo ꝙ amat amicum, quã in eo ꝙ amatur ab amico. Nam dr̃ quis bonus & gratꝰ amicus: ꝙa amat & seruit & laborat ꝓ amico & non ꝙa amatur, &c. Ratio aũt quare magis laudatur amicus in amare quã in amari est hęc: ꝙa amare est agere. amari autem pati: nobilius est autem agere quã pati: vñ nobilius est præstare beneficium quàm recipere: sed maior laus debeť nobiliori: ergo, &c. Cum igitur magis laudetur amicus in amare quàm in amari', signum est virtutem amicitiæ magis consistere in amare quàm in amari.

Et his duobus signis aduerte duo.

Primo ꝙ signum primum non concludit de vera & perfecta amicitia, de cuius rõne vt diximus supra est redamatio. Cum igitur pueri traditi nutricibus nesciant redamare ꝓprias matres, qm̃ eas ignorant: non ꝓbatur efficaciter ex eo ꝙ vera amicitia magis consistit in amare: Nã inter matrẽ & paruulum non est vera amicitia, sed intensa beneuolentia: quæ potest esse sine reamatione. Secundum autem signũ efficaciter concludit propositum.

Amare melius est quã amari, non tamẽ vtilius semper.

Secundo aduerte, ꝙ licet nobilius ac melius sit amare quàm amari non tñ est semper vtilius. Nam ex hoc ꝙ quis amatur consequitur commodum ab amante: ex hoc aũtẽ ꝙ amans amat, multoties consumit bona sua in amatis: & sic deterius est ei amare quàm amari.

Quãtum ad tertium aduerte, ꝙ vt dicit Arist. quicunque amãt amicos suos vt conueniens & dignum est eos amare, & non ex eo ꝙ amãtur permanent in amicitia. & licet contingat duos esse inæqualis conditionis, puta vnum pauperẽ, alterum diuitem, vnum plebeium, alterum nobilem: tñ ex ipso amare possunt esse & perseuerare æquales amici: ꝙa defectus condõnis potest suppleri per abundãtiã amoris. vnde licet pauper sit inęqualis condõnis quo ad bona fortunę, potest tãtum amare diuitem, ꝙ fiet adæquatio: puta si diues superat pauperem in tribus quo ad diuitiàs, pauper potest in tribus superare diuitem in amare, & sic fiet adęquatio.

Tu tñ aduerte ex intentione Arist. ꝙ licet omnis amicitia seruetur ex eo ꝙ amici se mutuo amãt, vt dignum est: Hoc tñ maximè cõuenit amicitiæ honestę. Nã similitudo quæ est factiua & conseruatiua amicitiæ, maximè est, & perseuerat inter virtuosos. Virtuosi em̃ permanent in seipsis similes: ꝙa non de facili mutãtur ex vno in aliud. Permanent ẽt & firmãtur in amicitia adinuicem, quia non indiget vnus eorum, ꝙ alter pro ipso quid prauum committat, sed potius vterque eorum prohibet alterum operari malum. Boni enim neque peccãt neque permittunt amicos suos peccare, & ideo eorum amicitia est maximè permansiua.

Bonorum amicitia permanentior est amicitia malorum.

Oppositũ verò contingit in amicitia malorum. Mali nan que non habẽt in seipsis aliq̃ firmũ aut stabile, sed vt Luna mutãtur. Insistunt malitiæ, quæ ſm se odibilis est: & propter hoc trãsmutãtur, dum nihil inueniunt in quo eorum volũtas requiescat: & ideo neque sibi ipsis ꝓmanent diu similes, sed de facili volunt ȝria eorum, quæ prius voluerunt: & sic mali per modicum tempus permanent in amicitia: tãdiu s. quãdiu gaudent & concordant in malitia.

Qui verò sunt sibi inuicem vtiles & delectabiles, diutius permanent in amicitia quàm mali. Habent em̃ in se vtile & delectabile, vñ amentur, q̃ non inueniuntur in amicitia malorum, qm̃ sunt amici ꝓpter malitiã: quæ ſm se nihil amabilitatis habet, cum sit ex natura sua odibilis. Amici vero vtiles & delectabiles tãdiu permanent amici, quãdiu sibi inuicem impendunt vtile & solatium.

Amicitia honẽsti non est inter contraria sicut amicitia vtilis & delectabilis.

Quãtum ad quartum aduerte, ꝙ cũ sint tres species amicitiæ, vt declaratũ est in primo tractatu, non contingit amicitiã honestã esse inter ȝria. nã virtuosus nõ ȝriatur virtuoso, imò inter eos seruatur maxima similitudo: habentes quo dãmodo idem velle & nolle: & hac de cã diximus amicitiã honestã esse maximè permansiuã. Amicitiã vero vtilem contingit esse inter ȝria: puta inter diuitem & pauperẽ, q̃ sunt ȝriarum conditionum Nã contingit ꝙ diues amat diuitem qm̃ recipit subsidium rerum temporalium à diuite: & sic patet quòd licet sint contrarij, sunt tñ amici: qm̃ sunt inuicem vtiles similiter contingit amicitiam delectabilem esse inter ȝria, puta in amore venereo, cõtingit vnum ex amatorib. esse pulchrũ, & alterum deformẽ & propterea vt inquit Arist. amatores venerei ȝrij sunt aliquãdo in derisum, dum amator turpis vult tãtum amari à pulchro, quantum ipse amat pulchrum, quod non est dignum: qm̃ turpis non habet fundamentum amoris, quod est in pulchro, s. pulchritudinem & ideo ridiculæ sunt querelæ amatoris turpis contra amatorem pulchrum.

Sed videtur impossibile inter ȝria esse amicitiã: aliter cum amare sit actus appetitus, sequitur ꝙ vnum cõtrarium appeteret alterum contrarium, quod non est verum, cum sit eius destructiuum.

Respondetur ex intentione Ari. ꝙ licet ȝrium non possit appetere alterum ȝrium ſm ipsum & per se quoniã appeteret sui destructionem, puta si calidũ appeteret fieri frigidũ, aut siccum fieri humidũ: potest tñ appetere per accidens, id est, propter aliud puta propter medium, ad quod desiderat ꝓuenire. verbi gratia, in naturalibus, si homo habeat corpus valde siccum, appetit humidũ, non vt fiat humidũ, sed humectatum, quod est mediũ inter siccum & humidum. & sic erit reductũ ad contemperamẽtum: sic in proposito, diues amat pauperem non ſm se, sed per accidens, id est, propter aliud, quod est vtile diuiti, puta obsequium sibi prestitum à paupere & turpis amat pulchrum, quia delectatur eius pulchritudine, & decorus amat deformem forte propter vtile. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Quomodo amicitia omnis in communicatione consistat, & præcipuè politica, secundum quam distinguendam esse ostendit.

Ethic. 8. Cap. 9.

IN tertio capite declarãdum est quòd omnis amicitia in aliqua communicatione cõsistit: ita quòd impossibile est amicitiã esse inter eos, qui in nullo communicant, nec conueniunt. Vnde diximus supra: quòd inter maximè distantes non stat amicitia. Et hic quatuor agenda sunt. Primo declarandum est, quòd omnis amicitia sicut & omnis iustitia, in quadam communicatione consistit. Secundo quòd iuxta diuersas communicationes, diuersificatur amicitia & iustitia. Tertio quòd omnes particulares communicationes continentur sub cõmunicatione politica, siue ciuili, sicut particulare

ēulare ſub vniuerſali. Quartò ꝙ amicitiæ inæqualium perſonarum diſtinguendæ ſunt iuxta diſtinctionem politicæ cōmunicationis.

Amicitia oīs in quadā communicatione conſiſtit.

Quantum ad primum probatur tripliciter omné amicitiam conſiſtere in quadam cōicatione. Primò ſic. Dictū eſt ſupra in capite primo huius tractatus, quòd in amicitia oportet ſeruare iuſtitiam: ita, ſcilicet, quòd amici ſe mutuo ament vt dignum & debitum eſt, aliter non perſeuerat amici. Ex hoc ſic arguitur. In omni amicitia oportet eſſe iuſtitiam: ſed oīs iuſtitia vt declaratum eſt in libro quinto, conſiſtit in quadā cōicatione, cum ſit virtus ad alterum: ergo oīs amicitia in quadam cōmunicatione, ſiue ſocietate conſiſtit. Secundò ſic. Cōmunis vſus loquendi eſt quòd homines eos appellant amicos cū quibus in aliqua ſocietate conueniunt & in aliquo negocio, aut officio communicant, vt nauigantes & militantes appellant amicos connauigantes & commilitones: ergo, &c. Tertiò quia eſt commune prouerbium, ea quæ ſunt amicorum ſunt communia: quod vtique non eſſet verum niſi amicitia in quadam communicatione conſiſteret.

Amicitia variæ ſpecies ſunt ſecundum varias hominū adinuicem cōmunicationes ac ſocietates.

Quantum ad ſecundum aduerte, quoniá res à quo habet eſſe & originem, ab eodé habet diſtinctionem: ideo conſequens eſt, vt ſi amicitia in cōicatione fundatur, ſecundū diuerſas cōicationes diuerſificetur. Hinc eſt quòd ſicut eſt alia cōicatio inter fratres & alios conſanguineos & alia inter alios amicos, ſic eſt alia & alia amicitia. Nam videmus quòd fratres habent quaſi omnia cōia niſi velint ſua libertate adinuicem ſeparari cōicant enim in vna domo, vno cibo, vna poſſeſsione, & ideo inter eos ex natura rei eſt magna amicitia. Alios autem videmus habere pauca cōia, vt vicini: & alios pauciora, vt conciues, & alios adhuc pauciora, vt qui ſunt vnius patriæ: & inter iſtos proportionaliter eſt minor amicitia, ſicut & minor cōicatio: ex quibus ſequitur quòd vbi nulla eſt cōicatio ſiue conuentio: nulla poteſt eſſe amicitia.

Iuſtitia diſtributiua & punitiua iudicatur ſecundum varias hominum adinuicem communicationes.

Et quoniá vt diximus amicitia & iuſtitia in cōicatione conſiſtunt, ideo diuerſificatur iuſtitia ſecundū diuerſas cōicationes ſicut & amicitia: quod declarat Ariſt. exēplariter, quia eſt alia cōicatio patris cum filio & alia fratris cū fratre: & alia inter coætaneos & alia inter ciues: ideo eſt alia iuſtitia inter patrem & filium, & alia inter fratré & fratré. Ratio enim dictat quòd alia ſunt debita inter patrem & filium & alia inter fratrem & fratré, & alia inter coętaneos, &c. Similiter ratio dictat ꝙ aliter puniendus eſt filius, ſi patrem verberat, quā ſi fratrem: & aliter ſi fratrem, quàm ſi alium extraneum eo ꝙ ſeruatur maior cōicatio inter eos. Et ſic patet ꝙ iuſtitia diſtributiua & punitiua diuerſificantur vt diuerſificantur communicationes.

Et aduerte ex intentione Ariſtote. quòd iuſtitia non ſolū diuerſificatur ex cōicatione, ſed & ipſa & ſuū oppoſitū augentur & minuuntur ſecundū diuerſitaté amicitiæ. Quòd ſic declaratur: benefacere amico iuſtius eſt quàm extraneo & nocere amico iniuſtius eſt quàm extraneo. verbi gratia, ſi quis furto, aut rapina accipiat bona amici ſui, iniuſtius eſt quàm ſi acciperet bona extranei, & ſi nō ſubuenit fratri ſuo indigenti iniuſtius eſt quā ſi non ſubueniret ſibi indigenti: & ſi verberat fratrem magis iniuſtū eſt quā ſi verberat extraneum. Quare, &c.

Sub politica cōicatione oīs cōtinetur cōicatio, vt particulare ſub vniuerſali.

Quantum ad tertium vt ſcias qūo omnes aliæ cōicationes humanæ, ſiue ſocietates continentur ſub cōicatione politica. Prius declarandum eſt ex intentione Ariſtot. quomodo ſunt ſimiles & quomodo differunt à communicatione politica.

Dico igitur quòd ſunt ſimiles in hoc ꝙ ſunt propter aliquod vtile. Omnis em̄ cōicatio & ſocietas humana ordinatur ad hoc quòd acquiratur aliquod neceſſarium humanæ vitæ, vt quod non poteſt acquirere vnus per ſeipſum ſolum acquirat ex ſocietate. Sicut autē cōicationes particulares humanæ ordinantur ad aliquod vtile: ſic & cōicatio ſiue cōmunitas politica. nā à principio inſtitutæ ſunt ciuitates ꝓpter cōem ciuium vtilitatem, & legiſlatores adhoc maximè intendunt, vt procurent & ſeruent ex legibus communem vtilitatem. & dicunt illud eſſe iuſtum & decens in ciuitate. quod cōiter confert omnibus. In hoc igitur aſsimilātur oēs communicationes humanæ particulares communicationi politicę, quòd ſunt propter aliquod conferens humanæ vitæ, ſicut & illa.

Cōicatio omnis gratia vtilis eſt.

Differunt autem qm̄, vt declarabimus, cōicatio politica ordinatur ad cōe commodum, & vniuerſale omnium, illæ autem ad aliquod particulare, puta cōmunicatio ſiue ſocietas nauigantiū ad lucrum merciū. Societas militantium ad victoriam, ſiue ad pecuniam. Similiter contribules, id eſt, q̄ ſunt vnius tribus & plebis, id eſt, qui ſunt vnius populi, cōmunicant & ſocietaté faciunt, gratia alicuiꝰ cōmodi ſingularis. Nec obſtat ꝙ videntur in humanis quædā cōmunicationes, quæ nō ad vtile ſed tantū ad ſolatiū videntur ordinatæ: vt ſocietas eorū q̄ choreas & cantus, & muſicam per inſtrumenta exercēt & eorum q̄ pecuniam in celebrandis conuiiis conſumunt. Hoc inquam non obſtat, quoniá non fiunt gratia delectationis tātum, ſed vt inquit Ariſt. etiam ꝓpter vtile, quoniam gratia ſacrificij & connubij. Sacrificij quidē quoniam homines delectabilius detinentur in templo dum ſacrificatur, audientes choros cantantiū & in muſicis inſtrumentis pulſantium. Connubij verò quoniam conuentus nuptiarum magis prouocat virum & vxorem vt ſe mutuo diligant, excitantur enim ex cōmuni iocunditate cōuiuantium: & ſic patet quòd omnes humanæ communicationes ad aliquod ſingulare commodum ordinantur: etiam communicationes malorum, vt furum & pyratarum & aggreſſorum, licet ſit cum damno alterius.

Viſo igitur quomodo omnes communicationes humanæ conueniunt & differunt à cōmunicatione politica, declarandum eſt quomodo omnes cōtinentur ſub politica. Tu igitur aduerte quòd ideo omnes communicationes aliæ à politica continentur ſub illa, quia vtile, quod intendunt, continetur ſub vtili intento à politica. Intendunt enim vt declaratum eſt bonum vtile particulare. Politica autem non intendit aliquod bonum vnius ſolius perſonæ, ſed bonum commune, & illud, quod eſt vtile per totam vitam: & non ſolum vt præſens cōmodum, & hoc declarat Ariſ. in cōmunicationib. ac congregationibus delectabilium, & præcipuè ī ſacrificiis, de quibus minus videtur, nam qui conueniunt ac congregantur ad celebrandum ſacrificia, intendunt honorem tribuere Deo, & ſibiipſis acquirere requiem delectabilem: quæ ordinatur ad cōmunē vitæ vtilitatem. vnde apud antiquos poſt collectionem fructuum, id eſt poſt autumnum fiebant antiqua ſacrificia & cōueniebant homines, vt offerēt Deo primitias. eſt enim tempus illud conueniens, in quo homines poſt multos labores quieſcant & ſic patet, quod hæc ſubduntur ordinationi politicæ, vt pertinētia ad vitæ humanę vtilitatem. Cum igitur bonum particulare cōtineatur ſub bono vniuerſali, conſequens eſt vt aliæ communicationes intendentes bonum, particulare, contineantur ſub communitate politica, quæ intendit bonum commune, vt declaratum eſt.

Communicatio politica quod nā bonum, intendat.

Amicitiæ ſunt diſtinguendæ ſecūdū cōmunicationes politicas.

Quantum ad quartum aduerte quòd bene ſequitur. Si omnis amicitia conſiſtit in quadam communicatione & ſocietate, vt declaratum eſt: & ſi omnis communicatio continetur ſub communicatione politica, vt proxime declaratum eſt: oportet diſtinguere amicitias iuxta diſtinctionem quam faciemus de cōmunicatione politica ī ſpecie: vt ſcilicet cuilibet ſpeciei comunicationis politicæ correſpōdeat ſpecies vna amicitiæ: & hoc tam ſecundum veras ac bonas politias, quam ſecundum malas vt patebit infrà. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII

Cōmunicationis politicæ & œconomicæ ſpecies diſtinguit, & adinuicem eas ex earum naturis comparat.

Ex 8. Eth. c. 10.

IN 4. capi. aſsignandæ ſūt ſpecies cōmunicationis politicæ vt iuxta eas aſsignemꝰ ſpecies amicitiæ. Et hic tria agēda ſunt. Primo numerandæ ſunt ſpecies verę communicationis politicæ & adinuicem comparandę. Secundo numerandæ ſunt ſpecies corruptiuæ, ac deſtructiuæ ſpecierum veræ cōmunicationis politicæ. Tertio diſtinguendę ſunt cōmunicationes ac ſocietates œconomicæ iuxta ſimilitudinem acceptam à ſpeciebus communicationis politicæ.

Politiæ tres, Regnu, Ariſtocratia & Timocratia.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſto. quod veræ communicationis politicæ, quam poſſumus appellare vrbanitatem, tres ſunt ſpecies, ſcilicet Regnum, Ariſtocratia, Timocratia. Regnum eſt principatus vnius: Ariſtocratia eſt poteſtas optimorū quòd in hac politia ſoli principales & optimi gubernant, Timocratia eſt poteſtas à cenſu & pretio: eo quòd in hac ciuilitate pretia aſsignātur pauperibus, & damna ferunt diuites, ſi non conueniunt ad politicas congregationes vt declarabimus in quarto politicorum. Quidā vocant Timocratiam communi nomine rempublicam, & quòd in ea tam pauperes quā diuites gubernant, & de ea in particulari acturi ſumꝰ in 4. lib. politicorū. Cōparantur autē in bonitate ſic adinuicē, ſpecies optima eſt regnū: ī eo enim

Politia regis optima eſt.

vnus

vnus optimus agens optima principatur cum plenitudine poteſtatis. Peſsima comparatiuè ad regnum, quod eſt optimum, eſt Timocratia, in qua populares dominantur. Media eſt Ariſtocratia, eo quòd in ea pauci non populares, ſed optimi & ſufficientiſsimi dominantur: non tamen cum plenitudine poteſtatis ad differentiam regis. Tu igitur potes eas ſic comparare: vt regnũ ſit ſpecies optima: Ariſtocratia minus bona reſpectu regni: Timocratia adhuc minus bona reſpectu Ariſtocratiæ: ſed de his plenam notitiam habere non poteris, donec quartum librum Politicorum ordinauerimus.

Politiæ quo coparentur.

Politia male, ac deſtructiua vera politiæ.

Quantum ad ſecundum aduerte, quòd ex intentione Ariſtot. ſpecies corruptiuæ prędictarum trium politiarum ſunt tres, ſcilicet Tyrannis, Oligarchia, Democratia. Tyrannis quidem eſt corruptiua regni, vt pote ei contraria. Pro cuius euidentia aduerte duo. Primo quòd Tyrãnis & regnũ conueniunt & differunt: conueniunt quidem in hoc quòd ſunt monarchiæ, id eſt, principatus vnius. Nam ſicut in regno dominatur tantum vnus cum plenitudine poteſtatis, ſic in Tyrannide dominatur tantum vnus vſurpata ſibi plenitudine poteſtatis. Differunt autem, quoniam Tyrannus in Tyranni-

Regis ac Tyranni munus ac diſcrimen.

de non attendit ad bonum ſubditorum, ſed ab bonum proprium. Rex autem econuerſo. & ratio huius eſt quia nullus eſt vere rex niſi ſit per ſe ſufficiens & in omnibus bonis tam animæ quàm corporis & fortunę ſuperexcellẽs: & talis nullo indiget: ideo in regno non attendit ſibi, ſed ſubditis. Indigentium eſt enim ſibijpſis attẽdere. Sufficientium autem & perfectorum attendere alijs. Tyrannus autem habet conditiones oppoſitas, ideo non ad bonum ſubditorũ: ſed ad ſuũ attendit. Si autem quis dominans non eſt in omnibus bonis per ſe ſufficiens, & tamen attendit ad bonum ſubditorum,

Clerotes.

non eſt propriè appellandus rex, ſed Clerotes id eſt, per ſortem ad regimen aſſumptus. Eſt enim Clerotes propriè qui non electione nec ſucceſsione ſed ſorte ad regendum aſſumitur.

Tyrannis aduerſatur regno.

Secundo aduerte, quòd regno propriè contrariatur Tyrannis, quoniam optimo principatui contrariatur peſsimus ſicut calidiſsimo frigidiſsimum. ſed vt declarabitur in libro tertio Politicorum: regnum in quo eſt verus rex cum conditionibus prædictis eſt optimus principatus, Tyrannis autem peſsimus: ideo propriè contrariatur regno: & quoniam contraria ſucceſsiuè poſſunt fieri circa idem, ideo contingit regnum trãſire in Tyrãnidem, quãdo rex deſinens procurare bonum ſubditorum inhiat proprio commodo, tunc fit malus rex & tranſit in tyrannum: & regnum transfertur in tyrannidem, & ſic corrumpitur regnum propter ſuum contrarium.

Optimorum principatus tribus modis deſtruitur & fit malus principatus.

Oligarchia eſt corruptiua Ariſtocratiæ eo quòd eſt principatus contrariarũ conditionum. Diximus enim quòd Ariſtocratia eſt principatus optimorum: vt quando virtuoſi dominantur. Oligarchia autem eſt principatus paucorum, qui non ſunt virtuoſi, ſed mali, qui bona ciuitatis non diſtribuunt, nec officia ſm merita perſonarum, ſed pro maiori parte ea ſibi vſurpant: vt ipſi & amici eorum ditentur: fit autem tranſitus ab Ariſtocratia in Oligarchiam, quando vice optimorum principantur pauci mali: & hoc contingere poteſt duobus modis. Primo ſi ex optimis principantibus aliqui fiant mali, & vſurpent ſibi dominium expulſis alijs optimis. Secundo ſi deficientibus optimis, aut morte, aut alio modo, ſubrogantur eis mali: tunc paulatim, ſicut ex regno fit Tyrannis, ſic ex optimorum dominio fit paucorum malorum principatus.

Democratia eſt corruptiua Timocratię. Eſt enim principatus contrarius. Nam Timocratia eſt principatus multorum intendentium bonũ cõe pauperũ, & diuitũ. Democratia autẽ eſt principatus multorũ intendentiũ tantum bonũ pauperum: fit autẽ tranſitus ab vna in alterã, quando loco principantium intendentium bonum cõe, tam pauperum quàm diuitum: ſuccedunt principantes intendentes ſolum bonum cõe pauperum: Hoc eſt dominium in quo populares dominantes intendunt exaltare pauperes, & viles: & deprimere nobiles ac diuites.

Tu tñ aduerte, quòd iſti duo principatus, vt inquit Ariſt. ſunt vicini & finitimi: conueniunt enim in hoc quòd vterque eſt multitudinis popularis, & oẽs conſtituti in honoribus ſunt ęquales, differunt aũt ſolum intentione: qm̃ Timocratia intendit bonum cõe pauperum & diuitũ. Democratia aũt ſolum bonum pauperum: ideo Democratia reputat minima peruerſitas Timocratię, quoniam parum ab ea recedit. Sed hæc manifeſtiora fient in quarto libro Politicorũ.

Patet igitur quot ſunt veræ politię & quot earum corruptiuę, vt contrariæ.

Quatuor ſũt partiales in domibus differentes politia cõmuni politia valde affines, ac ſimiles.

Quantum ad tertium aduerte, q̃ Ariſt. declarare intẽdit ſimilitudinem & correſpondentiã, quam habent cõicationes & ſocietates œconomicæ, id eſt, quæ ſunt in vna domo, ad prædictas ſpecies cõicationis politicæ, & ad earum cõtrarias. Poſſumus autẽ in domo cõſiderare quatuor gradus cõicationum ſiue ſocietatũ. Primus eſt patris & filiorũ. Secundus viri & vxoris. Tertius fratrum. Quartus inhabitantium domum ſine dominatore. Primo gradui correſpondet regnum. Nã pater filios curat ſicut rex ſubditos. Et ideo dicit Ari. q̃ Homerus Iouem patrem appellat propter regiam poteſtatem. Principatus em̃ patris in domo eſt ſicut priuatũ regnum. Quod ſi pater dominatur filijs vt dominus ſeruis, principatus huiuſmodi non correſpondet regno, ſed Tyrannidi: & hic modus Tyrannicus eſt apud Perſas, vbi patres vtuntur filijs vt ſeruis non intendentes bonũ filiorum, ſed bonum ſuũ: ſicut dominus vtitur ſeruo non ad bonũ ſerui ſed ad bonum proprium, & hic quidem modus Tyrãnicus, quo ad ſeruos videtur eſſe rectus, vel ſaltem non ita peruerſus. quo autem ad filios peruerſus & malus eſt. Oportet enim q̃ dominans diuerſis vtatur dominio diuerſo. Diuerſi autem filij & ſerui: & ideo non eodem dominio, dominandum eſt vtriſque.

Secundo gradui correſpondet Ariſtocratia: nam vir curat in domo omnia pertinentia ad vitam & conſeruationem ſui ſtatus ſm q̃ decet virum, & relinquit vxori curam eorum quę ad vxorem pertinent. Quod ſi vir ſtudet omnia diſponere & nullius rei curam relinquit vxori, hoc non decet virum, nec melius eſt, & tunc hic modus gubernandi domũ aſsimilatur principatui Oligarchico. Nõ q̃ plures principentur, ſed q̃a vir dominatur ex mera potentia, & non ſm rationem prout decẽs & melius eſſet. Aſsimilatur etiã principatui Oligarchico: ſi vxor omnino principetur in domo eo q̃ ſit hæres, vt qñ tota facultas rei familiaris eſt vxoris: hic enim principatus non eſt ſm virtutem, nec vt decet, ſed propter diuitias & potentiam, quam ſibi vxor vſurpat: ſicut fit in principatu Oligarchico.

Tertio gradui correſpondet Timocratia & eius oppoſitum. Nã fratres vt fratres ſunt æquales, niſi adſit multa ætatis differentia. Tunc enim ſenior ſe habet ad minores non vt frater, ſed vt pater, & tunc eſt inter eos communicatio magis paterna quàm fraterna.

Quarto gradui correſpondet Democratia: nam tales habitant in domo vna vt in hoſpitio quod cõducunt: puta decem mercatores, aut decem ſcholares, & oẽs ſunt ęquales & liberi, & non præficiunt ſibi dominum cui ſubijciantur, niſi forte faciant ſibi vnum principalem non ad dominandũ ſed ad expenſas faciendum ita q̃ quilibet eorum poteſtatẽ habet in domo, ſicut in Democratijs quilibet de populo habet quaſi ęqualem poteſtatem & de principibus parum curant: nec principes multa poſſunt. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

Varias amicitiæ ſpecies diſtinguit ſecundum communes politias ſuperius aſſignatas.

Ethic. 8. Cap. 11.

IN quinto capite aſsignãdæ ſunt ſpecies amicitię iuxta diſtinctionẽ factã in capite præcedenti de ſpeciebus cõicationis politicę, & de ſpeciebus corruptiuis. Et hic quinque agenda ſunt. Primo aſsignãda eſt ſpecies amicitię iuxta primã ſpeciẽ politiæ, quæ eſt regnum. Secundo ea, quę eſt iuxta ſecundã ſpeciem, quæ eſt Ariſtocratia. Tertio ea, quæ eſt iuxta tertiã ſpeciem, quæ eſt Timocratia. Quarto nulla, quæ ſit iuxta Tyrannidem corruptiuã regni. Quinto aliqua, quæ eſt iuxta Democratiam & Oligarchiam.

Amicitia regia quid ſit.

Quantũ ad primum aduerte, vt inquit Ariſ. q̃ iuxta quãcunque politiam eſt accipere amicitiam, ſicut & iuſtitiam. & in omni politia recta eſt amicitia. & primo in regno. nam verus rex ſubditos amat, eis bene facit, eos curat virtuoſos reddere, eos in bonũ dirigit & defendit. Et ſe habet ad ſubditos vt paſtor ad oues. Vnde Homerus regem Agamemnonem paſtorẽ populorum dixit. Huic amicitiæ regali aſsimilatur amicitia paterna, qm̃ pater curat filios vt verus rex ſubditos & maximè in ſuperabundãtia beneficij. Pater em̃ quantum poteſt procurat bona filijs & non ſolum pro præſenti, ſed pro futuro tempore, curátque vt quàm virtuoſi fiant.

fiant,& quidē quòd iſtę duæ amicitiæ ſint ſimiles patet ex pluribus. Primò quia ſicut ſubditi ſunt in poteſtate regis, ſic & filij & pnepotes in poteſtate patris. Secundò ſicut rex eſt ſuperexcellēs ſubditos, ideo honoratur ab eis & præſtatur obedientia, ſic pater eſt ſuperexcellens filios & honorādus eſt ab eis, & obediendū ei. Tertiò ſicut non eſt iuſtum q̄ rex faciat ſubdito quęcunque debet ſubditus facere regi, puta honorē, ſeruitutē, obedientiā, tributū: ita non eſt iuſtū q̄ pater exhibeat filio quæcunque obligatur filius exhibere patri, Sed ſufficit q̄ vterque agat, vt agere decet: & ſic ſeruatur amicitia regalis & paterna.

Patris erga filios quomodo ſit amicitia regia.

Tu tñ aduerte, quòd licet iſtæ duæ amicitiæ in pluribus aſsimilentur, & maximè in præſtatione beneficij, tñ paterna differt à regali in magnitudine beneficij. Tria nanque maxima beneficia pręſtat pater filijs, quæ non præſtat rex ſubditis. Dat enim pater filio eſſe per generationē, nutrimentū, p educationē, diſciplinam per eruditionē. Hæc autē non pręſtat rex ſubditis: ideo ratione magnitudinis beneficij videtur amicitia paterna eſſe maior amicitia regali. Quod nō eſt intelligendum abſolutè, ſed comparatiuè: nam beneficium regis præſtitum multitudini abſolutè eſt maius: quoniam eſt cōē: & bonum quanto cōius tanto maius & diuinius, vt declaratum eſt in primo libro: & ideo amicitia regalis eſt abſolutè maior quàm amicitia paterna: tamen in cōparatione ad perſonam ſingularem, paterna eſt maior: quoniam maiora beneficia vt tria prędicta dat pater filio, quæ non dat rex alicui ſubdito. Patet igitur quomodo iuxta amicitiam regalem quæ inuenitur in regno, ſumitur amicitia paterna.

Amicitia regalis quomodo abſolutè maior eſt paterna.

Patres tria filijs præſtare debent.

Quantū ad ſin, aduerte q̄ amicitia inter virum & vxorē, quā appellare poſſumus amicitiam vxoriā, aſsimilatur Ariſtocratiæ nam in Ariſtocratia optimi & virtuoſi principantur, qui non ſubtrahunt bonum ſubditis eis conueniens, nec auferunt ab aliquo quod de iure eſt ſibi debitū: ſed vnicuiq; tribuunt vt dignus & bene meritus eſt, ideo in tali principatu ſeruatur amicitia & iuſtitia inter principantes, & ſubditos tribuēdo vnicuique vt decet. Talis eſt ex natura rei amicitia inter virum & vxorem, nā quia vir eſt excellentior muliere, & eſt caput eius, ideo præficitur vxori vt caput membris, tamen vir non aufert ab vxore quæ ſibi conueniunt: puta debitum, ornatum, curā intrinſecam domus vt plenè declarabimus in œconomica.

Amicitia vxoria quæ ſit.

Quantū ad tertium aduerte, q̄ amicitia inter fratres aſsimilatur Timocratiæ nā fratres ſunt æquales & veluti coætanei & cōnutriti, ideo amicitia eorum eſt ſicut amicitia ſociorum, quā vocamus ſodalitiam, & tales videntur eſſe vnius diſciplinæ & vnius moris, quia dictum eſt in libro ſecundo q̄ mores conſequuntur conſuetudinem viuendi. Ideo autē amicitia fratrum aſsimilatur Timocratię, quia in ea ciues, qui præficiuntur, ſunt æquales & virtuoſi, & principantur in parte: quia nullus eorum habet totum principatum, ſed particularē, ita q̄ oēs participant in principatu, & ſic ęquātur in eo, & ſeruatur amicitia inter eos. Hocidem ſeruatur in amicitia fratrum & coætaneorum & connutritorū ideo iſtę duæ amicitiæ aſsimilantur.

Amicitia inter fratres, ſeu ſodalitia.

Quātum ad quartū aduerte, quòd ſicut in Tyrannide pura aut nulla eſt iuſtitia, ſic nec amicitia. nā omnis amicitia in aliqua cōicatione fundatur, vt dictum eſt ſuprà. Sed in Tyrānide nulla eſt cōicatio inter principantem & ſubditos. Tyrānus enim intendit tantum bonum proprium, & vſurpat omne bonum debitum ſubditis, & vtitur ſubditis, ſicut artifex inſtrumento, anima corpore, dominus ſeruo. Hæc enim tria iuuantur ab his, quibus vtuntur: non tamen eſt amicitia vtentium ad ea quibus vtuntur: nam ſi in aliquo profunt eis non tñ ex hoc intendunt bonum eorū, niſi inquantum refertur id bonum proprium. Quod maximè apparet in artifice reſpectu inſtrumēti inanimati, ad quod nec eſt amicitia, nec iuſtitia, neque etiam ad inſtrumenta animata vt ad equum & bouem & canem: vnde ſicut non eſt amicitia domini ad ſeruum, vt ſeruus eſt: nec artificis ad inſtrumentum ſiue animatum, ſiue inanimatum: ſic nec Tyrāni ad ſubditos. nā totum bonum ſerui eſt domini, qm̄ eſt poſſeſsio domini: & totum bonum inſtrumenti eſt artificis: ſic Tyrannus omne bonum ſubditorum reputat ſuum proprium, & aufert ab eis: ideo nulla eſt communicatio inter eos: & per conſequens nec amicitia, nec iuſtitia.

In Tyranni ſ cietate ſicut nulla eſt iuſtitia, ita nulla amicitia.

Dixi autē quòd domini ad ſeruū vt ſeruus eſt, nulla eſt amicitia. quoniā ſicut dominus vt homo poteſt habere amicitiā cum quocunque homine inquantū communicant in eadem natura: ſic poteſt habere amicitiam ad ſeruum vt homo eſt: & ſic patet, quod iuxta Tyrannidem nulla poteſt aſsignari vera amicitia: nec illi aliqua amicitia poteſt vere aſsimilari.

Domini ad ſeruum quō nulla ſit amicitia.

Quantum ad quintum aduerte, quòd licet Oligarchia & Democratia ſint corruptiuæ Ariſtocratiæ & Timocratiæ tamen non ſunt peſsimæ, vt Tyrannis. ideo in eis poteſt ſeruari aliqualis amicitia, ſed magis in Democratia: minus autem in Oligarchia: nam in Democratia principātes in multis intendunt bonum commune. Student enim æquare populares nobilibus, principaliter intendentes ad bonum populariū, vt declarabimus in politicis. In Oligarchia autē principantes medio modo ſe habent ad Tyrānidem & Democratiam: non enim intendunt bonum tantum vnius, ſicut Tyrannus: nec bonum totius multitudinis popularis, ſicut Democratici, ſed bonum paucorum, ideo in ea eſt minus de amicitia quam in Democratia. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

De naturali conſanguineorum & viri & vxoris amicitia & earum proprietatibus.

Ethic. 8. Cap. 12.

INſexto capite agendū eſt diſtinctè & diuiſiuè de amicitia conſanguineorū, quæ dicitur amicitia naturalis: & de amicitia matrimoniali inter virum & vxorem, & diſtinguimus præſens caput in duo principaliter. Primo tractandum eſt de amicitia naturali conſanguineorum. Secundo de amicitia matrimoniali. De amicitia naturali quatuor pertractanda ſunt. Primo pertractatur amicitia paterna. Secundo fraterna. Tertio nepotum & pronepotum, & aliorum deſcendentium. Quarto proprietates prædictarum amicitiarum. De amicitia autem matrimoniali quatuor vidē da ſunt. Primo declarātur proprietates eius. Secundo declaratur quomodo ſe habet ad amicitiam vtilem, delectabilem & honeſtam. Tertiò per quid firmatur & cōſeruatur. Quarto reſpondendum eſt tacitæ quæſtioni.

paternaamīcitia primæ eſt.

Quantum ad primum propoſitum de amicitia naturali aduerte quòd licet diuiſa ſit in plures gradꝰ, vt patet de gradibus conſanguinitatis. Prima tamen eſt paterna, omnes enim ſubſequentes pendent ab ea, vt à primo principio. & aduerte quòd per amicitiam paternam non ſolum intelligitur amicitia patris immediati, ſed etiam patrum ſuperiorum, vt aui & proaui: vnde linea conſanguinitatis quādoque incipit à ſuperiori patre vt à tertio, vel quarto, vt patet in gradibus remotis conſanguinitatis: quoniam aliqui ſunt in tertio gradu, aliqui in quarto, aliqui in quinto &c. De amicitia igitur patris & matris ad filium & econuerſo Ariſtot. tria pertractat. Primo propter quid pater & mater diligunt filium, & filius parentes. Secundo quòd pater magis diligit filium quàm ecōuerſo: tertio, q̄ mater magis diligit filium quàm pater.

Patris & matris amor erga filios cur tantus ſit.

Ratio qua pater diligit filium & mater eſt, quia filij ſunt aliquid parentum, procreantur enim ex ſubſtantia parentum: vnde filius eſt veluti pars patris: ab eo tamen ſeparata. Ratio autem qua filius diligit patrem & matrem, eſt quia eſt aliquid exiſtens ab illis, prout habet eſſe ab eis: & hæc amicitia aſsimilatur amicitiæ, qua pars ſeparata à toto diligeret ipſum totum, poſito quòd ipſum diligeret: & aduerte quòd amicitia patris ad filium eſt proxima dilectioni, qua quis amat ſeipſum: quæ eſt maxima & vt dicemus in libro nono, ab ea deriuatur omnis alia dilectio.

Pater ac mater magis filios quàm ab eis diligātur diligunt, et cur.

Quod autem pater & mater magis diligant filios quàm econuerſo, probatur tribus rationibus.

Primo, parentes diligunt filios, quia genuerunt eos, & filij diligunt, quia geniti ab eis. Sed parentes pro certo ſciūt quos genuerunt: filij autem pro certo neſciunt à quibus fuere geniti, quia tempore generationis nondum erant. Cum ergo maior cognitio cauſæ amoris maiorem cauſet amorem, conſequens eſt vt parentes magis diligant filios quam econuerſo.

Secundo, In amicitia cōſanguineorum ratio dilectionis eſt propinquitas vnius ad alterum ergo vbi amans eſt propinquior amato, quam amatum amanti erit intenſior amor. Sed pater eſt propinquior filio quàm econuerſo: nam vt dicit Ariſto. genitum comparatur ad generantem ſicut pars ſeparabilis ad totum, vt dens & capillus. Tales autem partes continentur in toto, & non econuerſo: ergo generans eſt proximior genito: quoniam genitum continetur in eo, vt pars in toto, & non econuerſo: ex conſequenti generans magis diligit genitum quàm econuerſo.

Pro

Pro euidentia huius rationis aduerte,quòd propinquius in proposito dr illud,quo habito magis & facilius habetur id cui est propinquum quàm econuerso:constat autẽ, ꝙ habito toto,melius & facilius habentur partes quàm econuerso:nam habito homine,habetur caput,sed nõ econuerso.illud ergo,quod cõcludit aliud,& non econuerso,dicitur ꝓpinquius.Sed pater includit filium,quia est de substantia patris,& non econuerso: ideo pater est propinquior filio quã filius patri.

Tertiò,Amicitia per diuturnitatem temporis firmatur & augetur.Sed parentes longiori tempore diligunt filios:incipiunt enim eos diligere à principio generationis vsque in finem vitę,filij autem nõ incipiunt diligere, nisi dum accipiunt vsum rationis,aut sensus,quo discernunt eos ab alijs: ergo, &c.

Matres cur magis quàm patres plus filios diligant.

Quod autem mater magis diligat filium quàm pater,dicit Ari.esse manifestum ex prędictis rationibus.nã iuxta primam,matres sciunt certius,qui sint eorum filij quàm patres vt patet,& iuxta tertiam,matres longiori tempore conuersantur & cõueniunt cum filijs curantes eos in tota infantia & pueritia,pro qua ętate pater parum se intromittit in curam filiorum,& ideo amant matres magis filios saltem tenerius quàm patres.

Quantum ad fm,s.de amicitia fraterna assignanda est ratio eius,& ratio conseruatiua,ac augmentatiua.

Fraternus amor quid sit.

Ratio quidem,qua fratres se mutuo diligũt est,quia sunt ab eisdem parẽtibus,ad quos se habẽt,vt rami ad vnam radicem:per hoc autem ꝙ sunt ex eisdem,sunt quodammodo idem inter se.Quæcunque enim sunt idem vni,sunt idem ali quo modo inter se:& qm̃ idem in parẽtibus, ideo dicuntur esse idem fm sanguinem & secundum radicem:& licet sanguis parẽtum,qui est radix communis filiorum,sit idem simpliciter, tamen remanet aliqualiter idem in filijs diuisis à parentibus,& inter se.

Aetas conciliat fraternum amorẽ.

Ratio autẽ cõseruatiua & augmẽtatiua amicitię fraternæ,est propinquitas ætatis.Coætanei nanque naturaliter se inuicem diligunt,& connutriti, id est, ꝙ sint simul educati & nutriti lacte eiusdem matris : nam connutriti solent esse eorundem morum qui sunt causa mutuę dilectionis. vnde, vt inquit Ari.amicitia fraterna est similis amicitię cõnutritorum,quam sodalitiam appellare possumus.

Aliorum à primis parẽtibus amicitia vndecaetur.

Quantum ad tertium aduerte,vt inquit Aris.ꝓpinquitas generis & amicitiæ naturalis inter nepotes & alios descẽdentes,causatur ex eo ꝙ procedunt ab eisdem fratribus filijs eorũdem parẽtum:nam ex hoc dicuntur consanguinei, quia ab eisdem procedunt.Dicũtur autem magis, aut minꝰ propinqui,& cognati secũdum ꝙ magis aut minus propinquant primo producenti,quod est principium cognationis. Primum enim in omnibus est mẽsura,& per approximationem ad quod,& per remotionem à quo : dicitur vnusquisq; magis vel minus consanguineus : ex consequenti magis vel minus amicus amicitia naturali.

Naturalis amicitia filiorum est ad excellẽs.

Quantum ad quartum aduerte,ꝙ amicitia filiorum ad parẽtes habet duas proprietates.Prima est ꝙ se habet ad bonum excellẽs:& superexcellens:parentes enim sunt maximi benefactores filiorum. Tribuunt enim filijs esse, educationem,& disciplinam per eruditionem.quæ sunt tria maxima beneficia, & similis amicitia est hominis ad Deum. Recipit enim homo esse à Deo,vt à causa prima omniũ essendi. recipit & alimenta, qm̃ Deus est causa ꝓductiua omnium inferiorum vegetabilium per motum cœli, vt declaratũ est in secundo libro de generatione:recipit & disciplinam, qm̃ creat animam intellectiuam, cui indidit cognitionem primorum principiorum tam speculabilium quàm practicabilium:in quibus fundatur omnis disciplina vt declaratum est in quarto Metaphysicæ.

Deus quomodo sit verus omnium pater.

Amicitiana turalis filiorum maximè iucunda est.

Secunda proprietas est ꝙ amicitia inter filios & parentes est maximè vtilis & delectabilis,& longe amplius quam amicitia extraneorum.Agunt enim vitam simul,ideo se inuicem maximè iuuant iuxta ætatem : & sibi mutuo solatium afferunt.

Amicitia autem fraterna est sicut amicitia cõnutritorũ, id est,sodalium,qui simul educati sunt.Maior tamen est amicitia inter fratres si sunt virtuosi,quàm inter alios simul educatos:eo ꝙ sunt proximiores & à principio incœperunt se diligere,& sunt magis similes,eo ꝙ sunt ab eisdem parentibus nati,educati,eruditi:& vnus longo tempore potuit experiri mores alterius : & sic inter se inuicem firmare amicitiã,& hmõi cõditiones deficiunt in extraneis ideo,&c.Amicitia vero aliorum consanguineorum sumitur fm proprietatem amicitiæ fraternæ : deriuatur enim à fratribus vt dictum est:vnde sumenda est analogicè & per similitudinem ad amicitiam fraternam,sicut & esse prope vel longe à primo stipite.

Viri & vxoris amicitia naturalis est & magis quàm ciuilis.

Quantum ad primum propositumtde amicitia matrimoniali aduerte ex intentione Aristo.quòd eius sunt duę proprietates:primo est naturalis homini & fœminæ : & magis naturalis quàm amicitia ciuilis. & quidem ꝙ sit naturalis patet ex eo ꝙ coniũctio maris & fœminæ est ex inclinatione naturæ,& naturalissimum est omni viuenti generare sibi simile ex secundo de Anima.Quod autem sit magis naturalis quàm ciuilis,probatur:quia homo naturaliter est animal magis coniugale,quàm politicum:quod patet ex duobꝰ.Primo,quia domus est prior ciuitate, vt pars toto.Amicitia autem coniugalis ordinatur ad institutionem domus.Secũdo quia procreatio filiorum, ad quam ordinatur amicitia cõiugalis,est communis homini & alijs animalibus:& vt sic cõsequitur naturam animalis,in qua conuenit homo cum reliquis animalibus : ergo est magis naturale homini esse animal coniugale,quàm politicum. Secundo est œconomica, & hæc proprietas conuenit soli naturę humanæ.Nam cætera animalia coniunguntur solum ad prolem generandam vt seruetur species.In hominibus autem est coniugalis copula non solũ ad generationẽ filiorum,sed vt cõstituatur & seruetur domestica societas. cuius signum est ꝙ viri & vxoris sunt opera distincta.Nam vir habet curare q̃ sunt extra domum.Vxor autem disponit intrinseca domus : vt declarabimus ad plenum in œconomica. Patet igitur, quòd amicitia viri & vxoris est naturalis & œconomica.

Viri & vxoris amicitia œconomica est.

Viri & vxoris amicitia vtilis est, & iucunda, & honesta esse potest.

Quantum ad fm aduerte,ꝙ amicitia viri & vxoris est vtilis,quoniam ordinatur ad conseruationem vitæ domesticę & se mutuo adiuuant,ita ꝙ sunt duæ causæ partiales concurrentes ad bonum commune domesticum conseruandũ: est delectabilis ex mutuo conuictu & actu generationis.Potest esse honesta,id est,virtuosa, si vir sit virtuosus vt virum decet:& vxor virtuosa vt mulierem decet:qualis fuit Penelope.Et tũc inter virum & vxorem erit iocũdissimus amor & tranquilitas vitę & inuiolabilis amicitia,qualem assignamus in primo tractatu inter viros studiosos & optimos.

Proles conseruat amicitiam viri & uxoris.

Quantum ad tertium aduerte , ꝙ causa firmandi & conseruandi amicitiam viri & vxoris , non est magna dos , aut species vxoris.Hęc enim trãsmutationi subiecta sunt,& sæpe discordiam pariunt,sed est proles : filij nanque sunt cõe bonum vtriusque,& propter filios procreandos iunguntur coniugio.Diximus autem supra, commune bonum, in quo cõicant amici,esse conseruatiuũ amicitiæ,eo ꝙ omnis amicitia in aliqua communicatione consistit. Cum igitur filij sint commune bonum viri & vxoris vt fructus eorum : propter eos maximè firmatur amicitia coniugalis.Cuius signũ est,vt inquit Ari.ꝙ coniuges steriles citius separãtur abinuicem reputãtes mutuam societatem esse infructuosam. Et id quidem fuit in vsu apud gentiles antiquos,quorum mos fuit dissoluere matrimonia causa sterilitatis.

Quantum ad quartum aduerte, ꝙ quis posset quærere, qualiter vir & vxor & etiam alij amici quacunque amicitia superius dicta,debent conuenire & simul conuersari,vt seruetur inter eos amicitia.

Huic igitur tacitę quęstioni respondens Aris.dicit,quòd hoc non est aliud quærere , quàm quærere quid sit iustum inter amicos & inter virum & vxorem, quasi dicat : sic debent adinuicé conuiuere, ꝙ vterque seruet alteri quod debitum est,cui honorem honorem:cui obsequium obsequiũ, cui solatium solatium.Non enim est idem iustum apud omnes,vt iustum est patrem nutrire filium, sed non honorare: & iustum est filium obedire patri & non econuerso:nec idé est iustum ad amicum & ad extraneum : & ad coætaneum connutritum,& ad discipulum:Quid autem sit iustum inter virum & vxorem , spectat ad œconomicam magis quàm ad ethicam : & nos de hoc loquemur in œconomica.Hæc de pręsenti capite dicta sint.

Tractatus secundi finis.

TRACTA

TRACTATVS TERTIVS

in octauum Librum Ethicorum, duobus complexus capitibus.

¶De Accuſationibus & querelis contingentibus inter amicos æquales.

IN hoc tertio tractatu agendum eſt de accuſationibus cõtingentibus inter amicos, & de q̃relis, & quomodo vitandæ ſunt: & continet duo capita.

In primo agendũ eſt de accuſationibus & querelis amicorum æqualium.

In ſecundo de eiſdem inter amicos inęquales.

CAPVT I.

De variis accuſationibus ac querelis contingentibus in multiplici vtili amicitia, & quomodo vitandæ ſint, agit, & de compenſatione fienda in quauis amicitia.

Ex octauo Ethicorum. Cap 13.

IN primo capite agendum eſt de accuſationib⁹ & querelis quæ accidunt inter amicos æquales, & hîc quatuor agenda ſunt. Primò ꝓponitur documentum generale, quo ſeruato nullæ accident querelæ, neque in amicitia æqualiũ, neque in amicitia inęqualium. Secundò declaratur quòd in amicitia honeſta nõ accidunt querelę, nec in amicitia delectabili poſſunt accidere rationabiliter. In amicitia autẽ vtili ꝓpriè & apparenti ratione fiũt querelæ & accuſationes. Tertiò declarat̃ mod⁹ vitandi huiuſmodi querelas in amicitia vtili. Quartò ſoluenda eſt dubitatio de mẽſura redditionis, vtrum, ſ. redditio vel retributio in amicitia vtili ſit mẽſuranda ex vtilitate recipientis, vel ex beneficio dantis.

Quonam modo auferatur in quauis amicitia occaſio querelæ, & accuſationis.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſt. quòd in omni ſpecie amicitiæ, quæ eſt inter perſonas æquales, tã in amicitia honeſta, quàm delectabili & vtili, auferẽ omnis occaſio accuſationis & querelæ, ſi vterque amicorũ ab altero æqualiter amatur, & reſpicitur, & æqualia ſibi inuicẽ tribuunt, puta honorem, ſolatium, obſeq̃a. In amicitia autem inter inæquales, in q̃bus alter eſt ſuperexcellens, vt pater & princeps, alter autẽ eſt exceſſus, vt filiꝰ, & ſubditꝰ: auferetur occaſio querelæ non ex eo, q̃ æqualia ſibi inuicem tribuant, qm̃ hoc non eſſet iuſtum, vt declaratũ eſt ſuprà: ſed ex eo q̃ vtrique eorum exhibetur illud, ꝙ conuenit ſecundum ꝓportionem excellentiæ & exceſſus vt ſcilicet, melior plus ametur, & plura ei exhibeantur obſeq̃a ſecundum ꝓportionem dignitatis. Hoc documento generali obſeruato nulla iam erit accuſatio, nec querela in omni ſpecie amicitiæ: & ſi erit, erit ſine cauſa & ratione, vt ſolent agere indiſcreti.

In amicitia honeſta nulla rationabilis accuſatio aut querela contingere poteſt.

Quantum ad ſecundum ꝓbandum eſt primo, ꝙ in amicitia honeſta non accidunt rationabiles querelę: nam vterque amicorum habet ab amico ꝙ rationabiliter & ſecundum virtutem appetit: ergo non eſt inter eos occaſio iuſtę q̃relę. Conſequentia patet: qm̃ nulla fit rationabilis accuſatio, aut querela, niſi q̃a accuſans & conquerens non habet ꝙ rationabiliter petit ab accuſato. Antecedens autem ꝓbatur: nam ſi duo ſunt amici ſecundum ꝙ virtuoſi ſunt, ꝓmptè ſe exhibent vt ſibi mutuo benefaciant, mutuo ſint grati: & ſi vnus ſit potentior, aut maioris virtutis quàm alter, excuſatum habet eum: ſi non tantũ rependit, acceptans animi ſui ꝓmptitudinem, & ſic eſſd non poſſunt inter eos rationabiles querelę, nam vt inquit Ariſt. Amantem & bene facientem, ſcilicet iuxta vires ſuas nullus vult contriſtari.

In delectabili amicitia nulla eſt querela.

Secundò ꝓbandum eſt, quòd in amicitia delectabili nõ fiunt rationabiles querelę: nam amici ex delectatione, aut delectantur ſimul conuiuere & commorari, aut non: ſi ſic, habent ꝙ volunt, ſ. mutuum ſolatium ex conuictu: ſi non, tunc non fit rationabilis querela: qm̃ vt inquit Ariſtote. ridiculum eſt non gaudentum commorari cum non delectante velle eum accuſare, quòd non delectet, cum ſit in poteſtate ſua non commorari cum illo: vnde qui non recipit delectationem ex conuictu alterius, quęrat aliunde ſolatiũ. & non accuſet, nec conqueratur de eo, aliter erit querela ſine ratione.

Tertiò declarandum eſt, quomõ & quando in amicitia vtili fiunt rationabiles accuſationes & querelæ. Sed priꝰ diſtinguendum eſt de amicitia vtili. Tu igit̃ aduerte ex intentione Ariſto. quòd ſicut eſt duplex ius, & duplex vtilitas, ſic eſt duplex amicitia vtilis. Ius quidem eſt duplex, vt declaratũ eſt in libro quinto, ſcilicet ius non ſcriptum, ſed rationi inditum, quod dicimus ius naturale: & ius lege ſcriptum quod dicimus ius legale, ſiue ciuile.

Vtile duplex, duplici iuri reſpondens.

Vtilitas eſt duplex, ſcilicet moralis, & eſt quando vnus exhibet alteri vtilitatem ſecundum quòd ad bonos mores pertinet, & eſt decens ac laudabile: & hæc quidem vtilitas correſpondet iuri naturali. Dictat enim ratio ꝙ exhibeam⁹ nos vtiles proximo, vt decet Legalis, & eſt quãdo vnꝰ exhibet vtilitatem alteri, vt lege ſtatutum eſt, & hæc correſpondet iuri ſcripto, ſiue ciuili.

Amicitia duplex legalis ac moralis.

Amicitia vtilis eſt duplex, ſcilicet, legalis & moralis. Amicitia vtilis legalis eſt quando duo ſibi inuicẽ tribuunt vtile vt lege ſtatutum eſt. Amicitia vtilis moralis eſt, quando duo ſibi inuicem tribuunt vtile: vt requirunt boni mores, & ratio dictat.

Amicitia legalis in que conſiſtat

Amicitia vtilis legalis conſiſtit in dictis, id eſt in conuentionibus. factis ex condicto & aſſenſu vtriuſque partis, & fit duobus modis: primo per modũ venditionis, & emptionis, quando, ſcilicet fit manualiter, vt cum quis dat rem ſuã ꝙ tãto pretio & ſtatim pretiũ recipit: ſecũdo per dilationẽ temporis, ita tamen quòd determinatur & tempus & pretiũ. & hęc videtur liberalior: eſt enim amicabilis dilatio eiꝰ quod debetur. & apud tales ſic conuenientes non oportet iudicem miniſtrare iuſtitiam, ſed fidem de tẽpore & pretio ſeruant datam in commutationibus. ideo extimatur ꝙ ſint magis diligendi, vtpote liberaliores. Amicitia autem vtilis moralis non conſiſtit in cõuentione, ſed in mutua diſcretione: vt quando amicus dat amico rẽ ſuam ſine pacto expreſſo, ſperans tamen recompenſationem: licet nõ veniat in pactum: ita ꝙ ſperat ſe æquale, vel maius accepturum, ac ſi fuiſſet non gratias dans, ſed accommodans.

Amicitia moralis vtilis in quo cõſiſtat.

Et ſi quæras, vnde eſt quòd qui dant ſine cõuentione & veluti gratis, intendunt tamen & ſperant retributionẽ per æquale, aut per amplius?

Reſpondetur ex intentione Ariſt. hoc eſſe: quia homines cupiunt extimari grati, honeſti, & liberales: ideo videtur dare gratis, quia tamen vnuſquiſque amat ſuum vtile, ideo expectat & ſperat retributionem.

Quomodo contingant querelæ in vtili amicitia tripliciter.

His prænotatis aduerte, quòd in amicitia vtili tribus modis contingit fieri accuſationes & querelas cum apparenti ratione.

Primò quando duo ſunt, quorum vnus exhibet alteri rẽ vtilem, puta frumentum, pro tanto pretio quantum valet ſecundum legem fori, & venditur pro tali tempore. Alter vero, id eſt emptor requirit rem illam non ſecundum legem fori, ſed ſecundum decentiam bonorum morum, ſcilicet vt honeſtum eſt inter amicos allegans amicitiã, & quòd aliãs ei ſeruiuit. In hoc caſu cõmutatio ex parte vendẽtis quæritur ſecundum ius ſcriptum, & ſecundũ vtile legale, ex parte aũt ementis quęritur ſecundum ius naturale, & ſecundũ vtile morale: & quidem ſi concordant ſtat amicitia & fit cõmutatio, ſi diſcordant ſoluitur amicitia. & emens conqueritur de vendente, vt de viro auſtero, & vendens de emẽte vt de indiſcreto.

Secundo modo fit, quando duo ſunt, quorũ vnus dat rẽ ſuam alteri, non poſito pretio aliquo, ſperans tamen & intẽdens fiendam ſibi retributionem æquiualẽtem vel non minori pretio quàm vendatur in foro. Alter vero credit rem illam ſibi dari ex gratitudine dantis, nec obligari tantũ, vel tantum retribuere, ſed pro arbitrio ſuo. Quando igitur dãs petit tantum ſibi retribui, & accipiens renuit, allegans non condictum pretium, ſed relictum diſcretioni ſuæ, aliter nõ accepiſſet, tunc præſto ſunt accuſationes & querelæ: & ſoluitur amicitia.

Tertiò modo fit, quando duo ſunt, quorũ vnus dicit alteri, do tibi liberè & gratis hoc puta equum, ſperans tamen ꝙ accipiens recognoſcet beneficium in aliquo ęquiualenti, vel ꝓportionato ſecundum facultatem ſuam. Quòd ſi accipiẽs non recognoſcit nec retribuit, dans de ingratitudine eũ accuſat, & conqueritur. licet enim appetat videri liberalis, tamẽ intendit etiã vtile ſuũ: nullus enim libenter tribuit cum ſui detrimento.

Patet igitur quot modis contingunt querelę in amicitia vtili. Sed & diſtinctiꝰ de his loquemur in principio noni libri. Hic autem perfunctoriè loquimur.

Conſiliũ ſalubre vitandi om-

Quantum ad tertium aduerte ex intentione Ariſto. documentum præcipuum pro vitandis accuſationibus & querelis in amicitia vtili, & eſt tale, Recipiẽs beneficiũ ꝺſideret à

nes in amicitia querelas.

quo recipit, vtrũ ab amico ꝓbato, gratis & mere libere dãte, vel a quẽrẽte explicite aut implicitè retributionẽ. Insuꝑ aduertat in qua re beneficiũ recipit, ſcilicet vtrum recõpenſare poſsit, vel non & ſcire poterit quomodo vitandæ ſunt futuræ querelæ nam ſi ſcit ſe recipere beneficiũ ab amico probato verè gratis, non fient querelæ ſi nõ reſtituet. Si aũt recipit ab eo, qui retributionem intendit, aduertat ſi poteſt retributionem facere, vel non. Si poteſt, quam citius & ſpõte faciat: cum proteſtatione retributiõis factę in integrum, & tunc non relinquitur locus querelæ. Si aduertit ſe non poſſe retributionem congruam facere, beneficium nõ recipiat aliter accuſationes & querelas vitare non poterit.

Quantum ad quartum aduerte, quoniam dictũ eſt in amicitia vtili vitari querelas ſi fiat debita reſtitutio, vel redditio danti, cum intentione redditionis debita, aut reſtitutio fit cum aliqua mẽſura. Dubitatur igitur ſi talis redditio eſt menſuranda ex vtilitate, quam habuit recipiens, vel ex beneficio dantis. & ratio quidẽ dubitandi eſt hæc, qm̃ vt inquit Ariſt. recipientes beneficia communiter paruificãt illa dicentes ſe accepiſſe à beneficis, quę parua erãt illis & modici momenti & poterant eadem recipere ab aliis & ſic conantur minuere ac debilitare beneficia accepta, ita ꝙ non multum ſibi fuerunt vtilia. At econtra qui tribuunt beneficia magnificant ea afferentes ſe maxima dediſſe, & quæ cõ dediſſent aliis, & dediſſe conſtitutis in indigentia & periculis: ita ꝙ recipientibus fuere maximè vtilia, & ſic ex parte recipientis videtur menſuranda retributio ſecundũ quãtitatem vtilitatis, qnã extimat ſe recepiſſe: ex parte autẽ dãtis, videtur menſuranda ſecundum quantitatẽ beneficij: ꝙ extimat fuiſſe magnum, quia vnuſquiſque dignificat res ſuas.

In vtili amicitia fienda eſt recompẽſatio ex vtilitate data recipiẽti, inhoneſta aũt ſecũdum voluntatem benefacientis.

Hoc dubium ſoluit Ari. & ſtat ſolutio in hoc. In amicitia vtili mẽſura retributionis ſumẽda eſt ex vtilitate data recipienti. Nam qui indigens beneficio ipſũ recepit ſufficit ꝙ tentet reddere æquale, ita ꝙ benefactor recipiat econuerſo tantũ auxilium ſiue commodum quantũ cõtulit recipiẽti: & ſi plus agit, melius eſt, ſufficit tamẽ ſi tantum retribuit quantum accepit: ita ꝙ vtrique æquale commodum prouenit. In amicitia autem honeſta, quæ fundata eſt in virtute, licet vt dictũ eſt, non contingant rationabiles querelæ, eſt tñ in ea fienda recompenſatio, & poteſt in ea accipi aliquid ſimile menſurę & illud erit electio ſiue voluntas benefaciẽtis, qm̃ ex decimo metaph. menſura in quolibet genere eſt illud, quod eſt principale in tali genere. Principale aũt in virtute & in moribus eſt electio, vt dictum eſt in tertio libro: ideo in amicitia honeſta fienda eſt recompenſatio iuxta electionẽ & voluntatẽ benefaciẽtis, etiã ꝙ beneficiatus parũ auxilij ꝓlecut' fuiſſet. Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

De variis querelis in amicitiis inæqualium perſonarũ cõtingentibus, & earum cauſis & remediis, & de patris & filij erga patrem pietate, & debito.

Ex 8. Eth. c. 14.

IN ſecundo capite tractandũ eſt de querelis & diſcordia quæ contingunt in amicitiis perſonarum inęqualiũ: q̃do ſcilicet vnus amicorũ eſt maior in virtute, aut potentia aut diuitiis: alter aũt minor & maior: dicitur ſuperexcellẽs, minor aũt ſuperexceſſus. & hic tria agenda ſunt. Primo declaratur quare maior conqueritur de minori, & econuerſo. Secundò docet Ari. cõcordare ſic diſcordantes. Tertiò ponitur morale corollarium.

Quibus cauſis inuicẽ cõquerantur inæquales ꝑſona in ſuis amicitiis.

Quantum ad primum aduerte ideo contingere diſcordias & querelas inter amicos inæquales, qm̃ vterq; ſcilicet & ſuperexcellens, & ſuperexceſſus dignũ ſe reputat vt plꝰ habeat ac recipiat ab altero quàm recipit & ſi hoc non fit diſſoluitur amicitia. & ſuperexcellens ad propoſitum ſuum talem rationẽ inducit, ſi bono debetur bonum, ergo meliori debetur melius: ſed amicus ſuperexcellens in amicitia honeſta eſt melior amico exceſſo: ergo debetur ei maius bonũ quàm exceſſo. Similiter in amicitia vtili, qui vtilior eſt extimat ſibi plus deberi. Nam ſi minus vtilis haberet ęqualia bona cum vtiliore amicitia vtilis iam non eſſet amicitia, ſed ſeruitus. Tunc enim non diſtribuerentur cõmoda prouenientia ex amicitia vtili, ſecundum quòd dignum & iuſtũ eſſet. Debet igitur fieri in amicitia vtili ſicut fit in ſocietate mercatorum: in qua qui plus de pecunia exponit ad mercandũ plus de lucro participat: ſic & in amicitia vtili dignũ eſt vt qui plus ad amicitiã appoſuit, plus recipiat. Hęc igitur eſt ratio quę communiter ſolet adduci ab amico ſuperexcellente contra exceſſum.

Sed econtrario arguunt amicus exceſſus, id eſt minor in amicitia vtili: & amicus inferior in amicitia honeſta, id eſt q eſt minoris virtutis & dicunt, ꝙ ad amicum ſuperexcellentem ſiue in bono virtutis ſiue in bonis exterioribus ſpectat ꝓuidere amicis inferioribus indigentibus, aliter nõ eſſet expediens inferiori cõtrahere amicitiam cum ſuperiori & ſperexcellenti ſi nihil aut paruum qd reciperet. Dicũt igitur ſibi multum deberi ab amicis ſuperioribus, & potentibus, qa plus indigent & ſic ſtat dubium, & ratio ꝓ vtraque parte diſcordiæ & querelæ inter amicos inęquales.

Maioribus plus de honore debetur, & minus de lucro, minori autem econtra, & hac animaduerſione concordantur amicitiæ inæqualium perſonarum.

Quantum ad ſecundum aduerte, quòd Ariſt. intendens concordare amicum ſuperexcellentẽ, & exceſſum, concedit quòd vterque recte concludit & extimat maiori debendum pluſquam minori, & minori pluſquam maiori, nõ tamen plus & minus de eodem bono, ſed de diuerſo, aliter eſſet contradictio. Intendit igitur quòd maiori ſiue ſuperexcellẽti debetur plus de honore, maiori autem plus de lucro ſiue de cõmodo temporali: & ſic fient concordes: & qdem quòd maiori debeatur plus de honore declaratur ratione & exemplo. Ratione quidem ſic: cuilibet tribuendũ eſt plus de eo, ꝙ eſt ei magis proprium, & quo eſt magis dignus propter opera ſua. Sed honor eſt propria retributio ꝓpter opera virtutis, & ꝓpter beneficia impenſa, in qbus maiores excedũt minores: Propria autem retributio eſt auxilium, contra indigentiã q̃ minores patiuntur. Auxiliũ autem datur ꝓ lucrum & commodum tẽporale: ergo maiori tribuendum eſt plus de honore & minori plus de lucro & bono temporali.

Exemplum habemus ab vrbanitatibus ſiue politiis recte ordinatis: in qbus videmus maioribus & excellentioribus præſtari plus honoris, minoribus autẽ expectantibus retributionẽ ꝓpter ſeruitia & labores, quos ſuſtinuerunt ꝓpter ciuitatem exhibetur plus lucri: nullus em̃ patitur habere minus in omnibus. Sic ergo & in amicitiis agendũ eſt, quãdo amici ſunt inæquales: vt ſcilicet, maiori plus honoris impendatur & ſi non eſſet æqua retributio fiat eo mõ, quo fieri poteſt: nam amicitia non ſemper requirit æqualitatem retributionis, ſed poſsibilitatem. nam ſunt quædã amicitię, in quibus paria dare non poſſumus vt homo erga deum: & filij erga parentes. Quantumcunque em̃ homo deum honoret, & colat, & filius benefaciat patri & matri, adhuc amplius tenentur. Totum em̃ eſſe à Deo & à parentibus accepimus: ideo non poſſumus eis retribuere æquiualentia. Verũtamen vt inquit Ariſt. famulans Deo & parentibus ſecundum potentiam, id eſt inquantum poteſt, videtur eſſe virtuoſus, bonus & iuſtus.

Filij quantum debeant patribus.

Quantum ad tertium aduerte quòd ex eo ꝙ filius non poteſt retribuere æquiualens beneficiũ patri ſequit correlarie quòd nunquam licet filio abnegare patrẽ, id eſt relinquere eum non curando de eo, nec ei benefaciendo. Poteſt tamen pater dimittere filium & præcipue adultum. Nec de facto aliquis recedit à patre abnegando ipſum, niſi ꝓpter ſupetabundantẽ malitiam. Quod ſi filius ſit malus expedit patri fugare à ſe filium & abnegare.

Ratio ꝙ non licet filio abnegare patrem eſt, quia filius quantumcunque benefaciat patri, ſemper remanet debitor eius: ergo non licet ei abnegare patrẽ. Conſequentia nota, qm̃ nunquam licet debitori non reddere debitum. Antecedens patet qd filius non poteſt reddere patri æquiualens eſſe & nutritioni & diſciplinæ quæ accepit à patre: ergo ſemper remanet debitor eius.

Pater poteſt dimittere filium & expedit quandoque.

Quod autem pater poteſtatẽ habeat dimittendi filiũ ratio eſt hæc: qa vnuſquiſque poteſt dimittere debitum debitori ſuo: & ex hoc nõ poteſt argui de ingratitudine: ſicut argueretur debitor abnegans cui debet. Sed pater eſt ille cui filius ſemper debet & non econuerſo: & præcipue poſt educationem: ergo pater poteſt abnegare & dimittere filium: & aliquando expedit, vt experientia fiat induſtrior.

Quod de facto filius recedat à patre abnegans patrem non contingit niſi ex ſuperabundanti malitia: & ratio huius eſt. Quia inhumanũ eſt recedere ab eo, à quo beneficiũ irreddibile quale eſt eſſe, recepit. Inhumanitas autem arguit ſuperabundantem malitiam: ergo, &c.

Ratio ꝙ expedit patri expellere filium malum: nec prouidere illi eſt hæc: qm̃ forte retentus & prouiſus à patre fieret peior. Multi nanque ſunt vt inquit Ariſtot. qui volunt bona recipere, ſed nolunt aliis benefacere reputantes primum eſſe ſibi vtile, ſecundum autem inutile. Hęc de amicitia & eius ſpeciebus dicta ſint.

Tractatuum in librum octauum Ethicorum finis.

LIBER

LIBER NONVS ETHICORVM.

In tres Tractatus diuiſus.

POſtquam pertractatum eſt in libro octauo de quidditate amicitiæ,& de ſpeciebus eius inter perſonas ęquale & inęquales,ſupereſt in libro nono pertractare in ſpeciali de proprietatibus amicitiæ,& de operibus ſiue effectibus eius,& diuidemus totam intentionem Ariſt.in tres tractatus.

In primo agendũ eſt de his proprietatibus amicitiæ,ſcilicet de conſeruatione & diſſolutione eius.

In ſecundo de operibus ſiue effectibus amicitiæ.

In tertio mouebuntur & terminabũtur dubia,quæ contingunt circa amantes & amatos & quidem circa amantẽ dubium eſt,vtrumhomo debeat ſeipſum maximè amare, vel alium pluſquàm ſeipſum.Ex parte amati autem dubitatur vtrum expediat homini facere ſibi plures amicos, &c.

TRACTATVS PRIMVS. tribus complexus capitibus.

¶De Amicitiæ proprietatibus.

IN primo tractatu agendum eſt de cõſeruatio- & diſſolutione amicitię,& cõtinet tria capita. In primo agendum eſt de cõſeruatione amicitię,& de accuſationib⁹ & querelis inter amicos,& de remediis contra eas.

In ſecundo ſoluentur dubia cõtingentia circa recõpenſa tiones,per quas ſeruatur amicitia.

In tertio agendum eſt de diſſolutione amicitiæ,vtrũ per aliquas cauſas ſit diſſoluenda.

CAPVT I.

De modo fiendi condignam recompenſationẽ in omni amicitia,per quam amicitia omnis conſeruatur.

Ex nono Ethicorum Cap.1.

IN primo capite agendum eſt de conſeruatione amicitię, & de accuſationibus inter amicos, & de remediis cõtra tales accuſationes,& hic tria fiũt.Primò declaratur per qd ꝓſeruatur amicitia & concordia inter amicos. Secundò declaratur quomodo perturbatur amicitia,& fiunt accuſationes rationabiles ex defectu debitę & condignę recõpenſationis. Tertiò ponunt remedia contra tales accuſationes.

Aequalium amicitia aequalitate ſinis amicitiæ conſeruatur.

Quantum ad primũ aduerte,quòd amicitia inter ęquales ſiue ſit vtilis,ſiue delectabilis conſeruatur quandiu amici ſunt ſibi inuicẽ ęqualiter vtiles,aut delectabiles: ꝙ ſi ex parte vnius remouetur,aut minuitur vtilitas,vel delectatio paulatim remittitur amicitia,& tandem diſſoluitur:quoniã minuitur aut ceſſat fundamentum amicitiæ.

Inæqualium amicitia quibus cõſeruẽtur.

Amicitia autem inter inæqualesvt inter patrẽ & filium, inter principem & ſubditum, conſeruatur non ex eo ꝙ ſibi inuicem exhibẽt æquale:quoniam hoc eſſet indecens, vt declarauimus in libro octauo in tractatuſecundo in capite primo.Sed ex eo ꝙ vtrique exhibetur quod ſibi eſt proportionatum & conueniens,& illud iam declarauim⁹ in libro octauo in tractatu ſecundo,capite primo.& tu vide illic & Ari.in hoc loco idẽ declarat per ſimile in iuſtitia politica: nã ſicut ſeruatur iuſtitia politica ex eo ꝙ vnicuique tribuitur quod ſibi conuenit: verbi gratia.Si coriarius dedit agricolæ calceamẽta pro frumẽto,iuſtitia politica ſeruat̃ ſi recipit menſurã frumenti proportionatam valori calceamẽtorũ.Sic ſeruatur amicitia inter inæquales puta inter patrẽ & filiũ,ſi pater exhibet filio ꝓportionale id eſt id quod eſt conueniens filio,puta victum & veſtitum cõdecentẽ & diſciplinam,& filius patri,puta obedientiam honorem,conſeruationem facultatis,&c.

Amicitia inæqualium perſonarum in quo nam ſit iuſtitia ſimilis.

Tu tamen aduerte vt inquit Ari.quòd non eſt omnino ſimile de iuſtitia politica & de amicitia :nam in cõmutationibus & contractibus politicis inuenta eſt communis menſura,ſcilicet numiſma:ad quod omnia commutabilia referũtur vt ad communem menſuram:& per numiſma appretiãtur:& ideo certum eſt quid pro quo,& quantum ꝓ quanto reddendũ ſit:& de hac cõmuni menſura,quę fit per numiſma, ad plenũ locuti ſum⁹ in libro quinto, tractatu primo, capite quinto,& tu vide illic.Sed ea,q̃ ſecundum amicitiã debent recompenſari,puta actus amandi: obſeqa & alia, numiſmate non poſſunt menſurari:ideo non habent menſuram communem quæ ſit nobis manifeſta:& ſic nõ eſt omnino ſimile de iuſtitia politica & de amicitia.

Tribus ex cauſis inuicem in amicitia cõqueruntur amici

Quantum ad ſecundũ aduerte,ꝙ ſicut conſeruatur amicitia ꝓpter mutuam exhibitionem debitæ ac condignæ recompenſationis,ſic ex eius negatione & defectu perturbatur amicitia:& inſurgunt accuſationes inter amicos tribus modis,aut qa nõ recompenſatur condignè interior affectus:aut qa non recompenſantur condignè bona exteriora: aut qa recompenſantur alia:bona,quæ nõ ſunt quęſita :nec deſiderata,ſed alia,aut plura expectabantur.

Reſpectu primi quandoque amator conqueritur de amato ꝙ cum vehementer ipſum amet non reamatur:& hæc quidem querela aliquando rationabilis eſt,aliquando ridiculoſa. Rationabilis quidem ſi amator talia in ſe habet, quibus dignus ſit reamari:& illa cõmunicat amato.Ridiculoſa autem : ſi amator nil talium in ſe habet,vt dignus ſit reamari.

Reſpectu ſecũdi:quandoque amatus cõqueritur de amãte,quoniam quàm plura temporalia bona promiſit, vt pecuniã,aut veſtes,aut alia dona & tamẽ parũ, aut nihil tribuit.

Reſpectu tertij fit querela quando alter nõ tribuit alteri quod deſiderat, aut quod promiſſum & debitum erat, ſed aliud:eſt enim tũc ac ſi nihil tribueret,vt in exemplo, quod refert Ariſtot.Quidam petiuit citharœdum,vt quàm optimè citharizaret & caneret:& illi ſatisfaceret. Craſtina die citharœdus mercedem promiſſam petit:promiſſor reſpondet, Satisfeci:nam delectaſti me puta ſono & cantu:& ego delectaui te puta ludens & ſaltans, citharœdus iuſtè conqueritur,quoniam tribuit promiſſori deſideratum, ſcilicet delectationem.Sed promiſſor non ſatisfacit citharedo,non enim quærebat delectationem,ſed lucrum:nam qui beneficium impenſum recompenſat,attendere debet ad illa quibus indiget & quæ deſiderat exhibitor beneficij.

Et aduerte, vt inquit Ariſto.huiuſmodi accuſationes & q̃relas propter defectũ recõpenſationis bonorũ exteriorũ communiter euenire in amicitia propter vtile & delectabile:nã quando pro delectabili nõ tribuitur vtile aut econuerſo, tunc fiunt querelę & contentiones & ſoluitur amicitia:nã tales ſunt amici, quia amãt vtile & delectabile:& nõ: amant mutuo ſeipſos ꝓpter ſeipſos:ſicut amãt ſe virtuoſi ideo inter eos non ſtant querelæ, & eſt amicitia permanẽs.

Quibus remediis quaque tollantur in amicitia querelæ.

Quantũ ad tertium vt ſcias remedia conrta tales accuſationes aduerte,ꝙ ſicut fiunt ex defectu debitæ recompenſationis,ſic remouentur exhibitione eiuſdem. Sed dices:ad quem ſpectat iudicare de recompenſatione quando & quo modo debita ac condecens ſit pro beneficio accepto, an ad benefactorem, an ad beneficiatum. Reſpondetur ex intentione Ariſt. ꝙ primo aſpectu videtur ad vtrunque ſpectare tamen benefactor videtur concedere iudicium recõpenſationis beneficiato,& ſe committere diſcretioni ſuæ. Sicut de Pythagora legimus q cum docuiſſet diſcipulum q̃ ſciebat,iubebat diſcipulo:vt extimaret quantum ſibi dare deberet ꝓ doctrina accepta:&extimatione diſcipuli cõtentus,mercedem oblatam vt ſufficientẽ accipiebat:nam merces datur viro benefico & non beneficio exhibito:& ideo videtur ſufficiens merces,q̃ contentat beneficum: etiam ꝙ non ſit æquiualens beneficio exhibito.Hinc videmus viros bonos & diſcretos poſtquam beneficiũ impẽderint dicere beneficiato,Quodcunque mihi dederis pro ſufficienti recognitione ſuſcipiam.

Aequamerces beneficio magis, quã beneficio cõpẽſanda eſt.

Acouſandi meritõ ſunt qui ante op⁹ mercedem ſumunt.

Qui autem mercedem quærunt,& recipiunt anteq̃ beneficium impendant ꝓmittẽtes ſe magna acturos, & tamẽ non attendunt,eo ꝙ vanè,aut ſupra facultatem ſuam promittunt,iuſtè accuſantur & reprehenduntur non implentes ꝓmiſſa.Tales ſunt ſophiſtę,q mercedem petunt anteq̃ diſcipulum ſophiſtica doceant:nam ſi pri⁹ docerent, deinde mercedẽ committerẽt arbitrio diſcipuli,nullam ſumerent: null⁹ tm̃ aduertens ſe didiciſſe non ſolidam ſcientiam, ſed nugas & leues ſophiſticationes, argentum ſophiſtæ dare vellet.Iſti igitur prius mercedem accipientes, & promiſſa non complentes merito accuſantur.

Inhoneſta amicitia fienda eſt recompenſatio ſecundum electionẽ benefacientis.

Viſo igitur ad quem ſpectat iudicare de condigna recõpenſatione beneficij,declarandum eſt quomõ in amicitiis fienda eſt huiuſmodi recompenſatio,vt auferantur accuſationes & conſeruetur amicitia.

Tu igitur aduerte,qm̃ in amicitia honeſta amatur amic⁹ & obſequium præſtatur ei propter ſeipſum & non propter promiſsionem factam de recompenſatione,in tali amicitia

fienda eſt recompenſatio non ad iudicium recipientis bene ficium,ſed reſpiciendo ad electionem &officiū beuefacien tis.eſt em̄ electio maximè pertinens ad amicitiam & ad vir tutem,vt dictum eſt in tertio libro & in octauo,& aduer te ex intentione Ariſt.quòd ſicut hoc ſeruatur in communi catione amicitiæ honeſtæ,ſ.quòd amicus virtuoſus nō ob ſequitur alteri amico ſub ſpe retributionis alicuius boni ex terioris,puta pecuniæ,aut alterius boni,ſed propter virtu tem:ſic eſt in traditione philoſophiæ inter diſcipulū & ma giſtrum: excellentia nanque & dignitas philoſophiæ cōi cata à magiſtro diſcipulo nō poteſt pecunia menſurari:nec poteſt diſcipulus reddere æquiualens ꝑceptori,nā vt inqt ſapiens,omne aurū in cōparatione ſapientiæ arena eſt exi gua.Diſcipulus tamen ex parte ſui recompenſare debet ꝓ quanto ſufficiens & habet poſsibilitatē ſicut diximus ſuprà de filio erga patrē & de homine erga Deum: & ſic patet ꝙ Deo & parentib⁹ & ꝑceptorib⁹ nō poſſum⁹ paria reddere.

In vtili et iucunda amicitia fienda eſt compenſatio magis ſecundum electionē obſequentis ac beneficiū recipientis.

In amicitia autem vtili & delectabili,qm̄ amicus non ob ſequitur amico propter amicum:ſed intentio obſequentis eſt aliq̄d econtra recipere oportet condignam recompenſationē facere ſecundum iudicium obſequentis & recipien tis:aliter non ceſſarent querelæ.

Decretum de fienda re compenſatione ſecundum extimationē recipientis: atde tēpore talis extimationis.

Tu tamē aduerte ex intentione Ariſt.ꝙ magis fiēda eſt ſe cundum extimationem recipientis, qđ dupliciter ꝓbatur.

Primo ſic.Recipiens beneficium in amicitia vtili magis nouit,quantum fuit adiutus & quantum ei valuit,quàm tri buens beneficium.Ad ipſum em̄ non ſpectat inueſtigare in digentiam recipientis:& q̄ recipit delectationem in amici tia delectabili melius nouit quantū fuerit delectat⁹ quàm delectans:ergo ſecundum extimationem & iudicium reci piētis vtile,aut delectabile fienda eſt recōpēſatio cōdigna.

Secundo ꝓbatur idem decreto quarundam legum.dicit em̄ Ariſt.ꝙ alicubi ſtatum eſt lege,ꝙ nulla fiat vindicta con tra voluntarias conuentiones. & ſiquis ex contrahentibus reputat ſe deceptum,tradendo & credendo voluntariè ali cui rem ſuam debet fieri recōpenſatio & ſolutio ſecundū iudiciū eius,cui tribuit & credidit rem ſuam.& huius ratio eſt,q̄a tradentes res ſuas,reputant eas maioris valoris quā ſint: & ſi poſt cōtractum poſſent ſtatuere pretium iudicio ſuo multo plus appretiarent quàm iuſtū ſit:ideo nō eſt ſtan dum iudicio eorum.Multa em̄ non appretiantur æqualiter ab habentibus & à non habentibus deſiderantibus tamen ea habere:nam ꝓpria,quæ ſinguli dant,videntur eis multū digna & pretioſa: retributio tamen debet fieri ſecundum quòd extimant recipientes.

Sed hic eſt dubium. Si recompenſatio ſeu ſolutio fienda eſt ſecundum extimationem recipientis quæritur aut ſecun dum extimationem q̄ facit de re poſtquā recepit eam, aut ſecundum eam quam fecit antequam reciperet eam:& deſi derabat eam habere vt indigens ea.

Reſpondet Ariſt.dicens ꝙ forte recipiens debet appre tiare rem,quam recipit nō ſecundum ꝙ ei videtur dignum poſtquam iam recepit,ſed ſecundum extimationem quam habeat de valore rei antequam reciperet eam.Solent enim homines minus appretiari bona temporalia iam habita, quàm nondum habita,ſed deſiderata.

Sed aduerte ꝙ Ariſt.ſic reſpondet non abſolute, ſed du bitatiuè:dicit em̄,Oportet autem forte in tanto appretia ri,&c.Nā homines in neceſsitate cōſtituti ſolent appretia ri rē nō habitā,& qua indigent centuplo pluſquàm valeat & tamen ꝓpter hoc non oportet ſecundum extimationem facere ſolutionem.Hoc em̄ eſſet iniuſtum.Sed forte inten dit Ariſt.ſolutionem ſiue recompenſationem fiendā ſecun dum extimationem factā à recipiente rē quādo habet eam quantum ipſa valuit tēpore receptionis: & non ſecundum extimationē habitam ante receptionem rei tempore, quo premebatur indigentia.nam aſtrictus fame daret ducatum pro pane vno,q̄ forte non venditur duobus ſolidis.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Singulis pro dignitate rependenda eſſe beneficia oſtendit.

Ex 9. Ethi. 2.

IN ſecundo capite ſoluenda ſunt dubia contingētia circa retributiones,ꝓ quas dixim⁹ in cap ꝑcedēti ſeruari ami citias & auferri accuſationes ac diſcordias inter amicos& ſunt quatuor.Primum eſt,vtrū patri præ omnibus aliis ſint omnia tribuenda.Secundum eſt,vtrum patri in omnibus ſit magis obediendum q̄ cuicunque alteri.Tertium eſt,vtrum q̄s debeat magis obſequi & benefacere amico quàm homi ni virtuoſo.Quartum eſt,vtrū homo magis debeat retribue re beneficium benefactori ſuo,quā gratis dare amico,ſi ac cipat quòd non poſsit vtrique tribuere.

Antequam deſcēdamus ad ſolutiones ſpeciales aduerte, vt inquit Ari.ꝙ prædicta dubia pro certo & exacte deter minare,non eſt facile.Multas enim ac varias habent differē tias & magnitudine & paruitate:puta quia aliquis eſt maxi me virtuoſus aliquis autem parū,idem intellige & de ami co & de benefactore.Similiter multę ſunt in prędictis diffe rentiæ honeſtate & neceſsitate:puta deſeruire virtuoſo & amico videtur honeſtius & melius.Deſeruire autē benefa ctori videtur magis neceſſarium,quia beneficium acceptū obligat beneficiatum erga benefactorem ſuum.In his tamē hoc vnum certum eſt quòd non omnia vni & eidem tribuē da ſunt,ſed diuerſa diuerſis.

Patri nō omnia tribuenda ſunt, ſed omnia omnibus conueniunt.

Pro ſolutione primi dubij ponitur hęc cōcluſio.Nō om nia ſunt patri tribuētda,ſicut nec omnia omnibus, ſed alia aliis vt eis conuenit & quòd patri non omnia ſint tribuēda declarat Ari.exēplo deorū.Nā licet Iupiter ſit pater deorū, hominumque,tamen gentiles non offerebant omnia ſacrifi cia Ioui:ſed quędā ipſi,quędā aliis deis.ex quo accipitur,ꝙ quædā tribuenda ſunt patri,quædam fratribus, quędā ami cis,quædam benefactoribus: & breuiter vnicuiq; quę ſunt ſibi propria & conueniunt.

Filij debens patribus ſuſtentationē, et honorem.

Et ſi quæras quænam ſint conuenientia patri tribuenda ſibi à filiis,dicit Ari.ꝙ ſunt duo,ſcilicet ſuſtētatio ꝙ nutri mentū.& honor:& hoc intellige de filiis adultis. Obligan tur quidem filij maximè ſuſtentare parentes,vt in eſſe con ſeruentur.Nā ſi dederunt eſſe filiis:& cōſeruauerunt in eſſe per educationem dum eſſent inepti ex minori ętate ad con ſeruandum ſeipſos,conari debent ad conſeruandū eſſe pa rentum poſtquam ſunt adulti per ſuſtentationē, vt eis retri buant eſſe eo modo quo poſſunt:ita ꝙ & ſi non poſſunt eis dare eſſe,ſicut ipſi acceperunt,ſaltem tribuant aliam partē, ſcilicet conſeruationē in eſſe,exhibitione neceſſariorū.

Obligantur & honorem pręſtare parentib⁹ vt cauſis ſui eſſe,ſicut & diis.Non tamen omnē honorem.Alius enim ho nor debetur patri,alius matri,alius ſapiēti, alius principi, alius ſeni ꝓpter ętatē in aſſurgendo & inclinando:fratrib⁹ autem & conſanguineis tribuendū eſt quod eis conuenit, ſcilicet cōmunicatio in reb⁹,pax & fiducia:& breuiter ten dū eſt vnicuiq; tribuere quod eſt ſibi propriū:puta ſecū dū ętatem ſecundū virtutem,ſecundū officia: & licet hoc vniuerſaliter inueſtigare ſit difficile,clarum tn̄ eſt, ꝙ his q̄ ſunt vnius generis,& magis meritis,magis ſubueniendū eſt vt magis cōſanguineo,magis virtuoſo,magis amico,magis benefactori:quod intellige cęteris parib⁹.Nam vt declara bimus in ſequentibus,hæc regula in aliquo caſu non tenet.

Patri nō in omnibus obediendum eſt.

Pro ſolutione ſecundi dubij,ponitur hęc concluſio, nō in omnibus eſt magis obediendū patri quàm cuicunque al teri:nam ſi filius infirmatur & medicus præcipiat vnū ꝓ ſa nitate,& pater pręcipiat contrariū,obediendū eſt me dico & nō patri.In hoc em̄ ꝓpoſito medicus & non pater eſt ſu perior filio:& filius ei ſubiectus & nō patri.& vir exiſtens in bello magis habet obedire duci,quo ad quę cōcernūt bel lum,quàm patri.Quātū aūt ad alia quæ ſunt ꝓpria patri, vt pater eſt, magis eſt obediendū patri quàm cuicūque alteri.

Pro ſolutione tertij & quarti dubij ponūt duę ꝯclones.

Homo magis benefactori quam amico gratis retribuere debet: quis nōnunquā virtuoſo amico magis tribuendū ſit: qui benefactori

Prima eſt,vt in plurib⁹ homo debet magis retribuere be neficiū ſuo benefactori,quā gratis donare amico,ſi nō po teſt vtriq; tribuere.Nā ſicut ſecundum iuſtitiā legis tenet homo reddere mutuū acceptum,ſic ſecundū honeſtatē mo ralem & ius naturæ tenetur homo retribuere benefactori ſuo.Beneficiatus em̄ beneficio ſuo remanet obligatus, non autem obligatus eſt donare amico, niſi aliud interueniat.

Secùda eſt,licet vt in pluribus prima concluſio ſit vera ta men in aliquo caſu magis dandū eſt gratis virtuoſo vel ami co,quā retribuendū benefactori.N ſe mper declinandū eſt ad id ꝙ melius & magis neceſſariū eſt Qñque aūt cōtingit ꝙ magis neceſſariū eſt gratis dare amico,quā tribuere be nefactori petenti beneficiū ſibi impēdi,verbi gratia.Amico vel patri incarcerato, vel capto à latronibus,magis dandū eſt gratis pro liberatione,quā tribuere beneficiū benefacto ri exiſtenti libero,ſi non poteſt vtrūque fieri.Eſt em̄ amicus vel pater in tali caſu conſtitutus in maiori neceſsitate q̄ be nefactor.Similiter cōtingit ꝙ eſt maius bonū, verbi gratia Sit amicus valde virtuoſus,ſit benefactor homo prauus:me lius eſt gratis dare amico probo,q̄ conferre beneficiū bene factori prauo.Bonū em̄ virtutis melius eſt q̄ beneficiū ex hibitum ab homine prauo:ideo magis dādum eſt gratuite homini virtuoſo vtpote magis merito quàm benefacere be nefactori prauo:vnde nō ſemper eſt magis tribuēdum bene

factori

factori,ſicut non ſemper eſt reaccommodandum accommodanti,vt inquit Ariſtotel.verbi gratia. Si malus accommodet virtuoſo ſperans lucrum ab eo,non oportet virtuoſum reaccommodare malo:quoniam virtuoſus non ſperat lucrum à malo.

Num magis mutuũ reddi, quã beneficium præſtandum patri, vel amico virtuoſo in neceſſitate cõſtitutis.

Sed hic oritur dubium.Pono,quòd benefactor facit mihi beneficiũ ſub ratione mutui,quæritur quid ſit magis agẽdum,an reddendum mutuum,an gratuitè dãdum patri, vel amico vel virtuoſo:& q̃ ſit magis reddendum mutuũ probatur,quia hoc eſt opus iuſtitiæ legalis: qua diſponitur q̃ vnicuique reddatur quod ſuum eſt & eſt pręclariſsima virtutũ vt dictum eſt in libro quinto. Contra autem ſic arguit ſecundum iuſtitiam moralem retribuẽdum eſt benefactori & benefaciendum patri:ſed iuſtitia moralis potior eſt iuſtitia legali,quoniam fundatur in iure naturali:hæc aũt in iure politico:perfectius eſt autem ius naturale iure politico, qm̃ illud eſt ſine errore & immutabile, vt declaratũ eſt in libro quinto:ergo,&c. Pręterea ſecundum virtutem amicitię dandum eſt amico & virtuoſo. Sed amicitia potior eſt quàm iuſtitia:qm̃ exiſtente amicitia non indigemus iuſtitia ſed econuerſo,vt dictũ eſt in libro octauo: ergo melius eſt dare amico indigenti,quàm reddere debitũ ratione mutui.

Ad hoc dubiũ dicendũ occurrit ſecundũ principia Philoſophiæ moralis & ſecundum regulam quã hic ponit Ari. quòd ſemper reſpiciendũ eſt ad id,quod eſt magis bonũ & magis neceſſarium in reſpectu ad alterum & illud agendũ eſt.Accidit autem aliquando caſus quòd magis neceſſariũ eſt & melius dare patri,aut amico,aut virtuoſo,quàm reddere mutuum,vt ſi pater vel amicus,vel virtuoſus ſit in vinculis,vel in extrema neceſsitate conſtitutus,& cui debetur mutuum non ſit in tali caſu conſtitutus:etiam q̃ nolit dilationem cõcedere:Aliquando autem melius eſt econuerſo, vt quando cui debetur mutuum indiget ſolutione , & pater nec amicus ,nec virtuoſus eſt in extrema neceſsitate cõſtitutus:& hæc ſolutio fundata eſt in lege naturali:quę non reſpicit humana decreta,ſed qã meli⁹ ac magis neceſſariũ.

Ad rationem in oppoſitum dicendum q̃ quæcunque ſit virtus optima nõ oportet vt quęlibet illius actio ſit melior quacunque actione alterius virtutis inferioris.Vnde poſito q̃ iuſtitia legalis ſit optima virtus,non oportet q̃ quęlibet eius actio ſit melior quacunque operatione amicitiæ, aut fortitudinis,aut libertatis.Oportet tamẽ q̃ optima & principaliſsima actio optimę virtutis ſit melior quacunq; actione inferioris virtutis : modò non conſtat q̃ reddere mutuũ ſit actio optima legalis iuſtitię, ideo non ſequitur q̃ nullo caſu excepto ſit meli⁹ reddere mutuũ quàm dare patri, aut amico aut virtuoſo gratis. Hęc de pręſẽti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quando nam, & quibus ex cauſis diſſoluenda, vel conſeruanda amicitia ſit oſtendit.

Ex nono Ethicorũ c. 3.

IN tertio capite agendum eſt de diſſolutione amicitię inueſtigando quomodo & qñ diſſoluenda eſt, & primo inueſtigabitur propoſitum in amicitia vtili, & delectabili:deinde in amicitia honeſta.Tu igitur aduerte q̃ Ariſtotel.pertractat ꝓpoſitũ mouẽs & ſoluẽs quinq; dubia.Primũ eſt de amicitia vtili & delectabili, reliqua quatuor de amicitia honeſta.

Primum eſt.Vtrum ſit aliqua cauſa,propter quam ſoluẽda ſit amicitia vtilis & delectabilis.

Amicitia vtilis & delectabilis tollendæ ſunt ſi tollatur vtilitas, vel delectatio.

Reſpondetur q̃ ſic.& cauſa eſt,vt inquit Ari. quando amici ceſſant eſſe mutuo vtiles, aut delectabiles, vel ſaltem alter eorum.Nam ceſſante cauſa amicitię,ſoluenda eſt.Sed contingit q̃ qui erant mutuo vtiles fiunt damnoſi,vel alter eorum,& qui mutuo capiebant delectationem fiunt mutuo contriſtatiui,vel alter eorum:ergo,&c.

Diſſoluenda eſt etiam propter iuſtã accuſationem. Nam contingit q̃ quis amat alterum propter vtile, aut delectabile,quod intendit ab amato & tamen ſimulat amare ꝓpter virtutem & bonos mores amati.In hoc caſu ſi amat⁹ aduertit hanc ſimulationem iuſtè accuſabit amantem ſimulantẽ, & merito diſſoluet amicitiam.

Simulantes virtutẽ deteriores ſunt falſariis monetarum.

Et aduerte vt inqt Ari.q̃ ſimulantes virtutẽ, vt mali hypocritę,iuſti⁹ ſunt accuſandi quàm falſantes monetã. Simulant em̃ rem honorabiliorẽ,id eſt virtutẽ quàm ſit moneta.

Primũ dubiũ de amicitia honeſta eſt hoc. Si ſit amicitia inter duos virtuoſos & vn⁹ in virtute perſiſtat,& alter fiat malus,vtrum amicitia ſit diſſoluenda vel non.

Soluẽda eſt amicitia honeſta amici, qui effectus ſit malus, & ſtatim ſi malitia fuerit inſanabi l.s.

Reſpondetur ex intentione Ariſtotel.q̃ ſic. Nullus enim eſt amandus amicitia honeſta,quæ fundatur in virtute niſi bonus.Secus eſt in amicitia vtili,aut delectabili.Na & bonus & malus poteſt eſſe vtilis & delectabilis : ergo factus malus non eſt amandus amicitia honeſta.Pręterea, Amicitia honeſta nõ ſtat niſi inter ſimiles.ſed amicus factus mal⁹ non permanet ſimilis virtuoſo: ergo ſoluenda eſt amicitia.

Secundum eſt.Vtrum talis amicitia honeſta adueniente caſu poſito in primo dubio,ſit confeſtim diſſoluenda: vel tempus aliquod expectandum.

Reſpondetur ex intentione Ariſtotel. aliquando ſtatim diſſoluendam:aliquando non.Nam ſi factus malus videtur inſanabilis ,ꝓpter magnitudinem malitiæ,vt parricida, ,pditor patriæ,&c.ſtatim diſſoluenda eſt.Si autẽ ſperatur poſſe de facili recipere directionẽ,id eſt reduci ad ſtatũ virtutis, non eſt diſſoluenda,ſed adiuuandus , vt recedat à malo, & vt inqt Ari.magis adiuuãd⁹ eſt vt reducaſ ad bonos mores, q̃ vt recuperet facultatẽ temporalem,ſi eam perdidiſſet:nã virtus melior eſt quàm pecunia & magis propria amicitię: quoniam in ea fundatur amicitia honeſta.

Et qm̃ alicui videretur fortè inconueniens virtuoſum diſſoluere amicitiam,q̃ ſemel habuit cum aliquando virtuoſo,nunc autem facto prauo inſanabili,ideo Ariſt.declarat id non eſſe inconueniens,qm̃ virtuoſus non conciliauerat amicitiam cum hoc vel illo homine,ſed cũ virtuoſo:ita quòd homo vt virtuoſus cõiunctus erat in amicitia cũ virtuoſo:& ideo ſi alter deprauetur,ita q̃ non poſsit ſaluari, id eſt ad virtutem reduci , q̃ perſeuerat virtuoſus merito diſſoluit amicitiam,ſubtracto fundamento amicitiæ ex parte deprauati.

Num proficiens in virtute debeat perſeuerare cum amico in eadem nõ proficiẽti.

Tertium eſt. Poſito quòd neuter amicorum fiat malus, ſed q̃ vnus maximè creſcat in virtute & fiat optimus vir, alter autem nullo modo proficiat,ſed perſiſtat in illo ſtatu: in quo incœperunt ſe amare:quæritur ſi proficiens debet ꝑ ſeuerare in amicitia cum non proficiente.

Reſpondetur q̃ iſti duo qñ incœperunt ſe mutuo diligere,aut erãt in puris naturalibus, vt duo pueri ſeinuicem diligentes aut iam acquiſierant imperfectè tamen habitum virtutis:puta tẽperãtiæ,aut fortitudinis, & vnus ſtat in eodem gradu virtutis,vt prius,alter autem maximè ,ficit.Ex his dicitur ad dubium q̃ in primo ſenſu proficiens etiã ſi vellet perſeuerare in amicitia non poteſt cũ non proficiente:q̃ declarat Ariſt.in amicitia puerorum : cum em̃ duo ſunt amici in pueritia,& alter remanet puer ſecundum mẽtẽ,id eſt rudis & inſenſatus:& alter fit optimus,cũ adoleuerint non poterunt eſſe amici.Non em̃ vir optimus conuiuere,congaudere,ſimul triſtari,ſecreta cõmunicare poterit puero ſecundum mentem ,ꝓpter maximam ſtatus diſtantiã. Sine his autem non ſtat amicitia:qm̃, vt dictum eſt in libro octauo:conuiuere eſt ,ꝓpriiſsimus actus amicitię, & ex ſecundo Celi qui aufert actum ſiue operationem rei, aufert naturam rei.In ſecundo autem ſenſu poteſt ꝑſeuerare amicitia vt inter perſonas inæquales:quarum vna eſt excedens ſiue maior:& altera exceſſa ſiue minor:dummõ exceſſus ſit finitus:nã non obſtante tali exceſſu poteſt inter eos ſeruari æqualitas proportionis. Quanto magis em̃ maior excedit minorem ex profectu virtutis,tanto plus minor poteſt diligere maiorem:& ei magis differre:& ſic poterunt delectabiliter conuiuere:& complacere quantũ ad ea quæ ſpectant ad amicitiam:& hęc erit ſicut amicitia inter magiſtrũ & diſcipulum.

Num ăplius cum eo, qui fuit amicus, conuerſandum ſit.

Quartum eſt.Si Sortes diſſoluit amicitiam cũ Platone, nunquid poſt diſſolutam amicitiam debet ſe familiarius habere ad illum:quàm ad alium,cum quo nunquam amicitiã contraxit.

Reſpondeẽ. Si diſſoluta eſt amicitia ex abundanti & inſanabili malitia,nõ eſt amplius cum eo familiarius conuerſandum ne videamur participare in malitia, vel ne fortè ſubuertamur. Corrumpunt tm̃ bonos mores conſortia mala. Si autem non eſt diſſoluta ,ꝓpter talem malitiam,decens eſt cum eo familiarius adhuc ſe habere, & ei magis deſeruire quàm extraneo,cum quo nunq̃ facta fuit amicitia : & hoc ,ꝓpter præteritam amicitiam: nam ſi magis ſeruiendum eſt amicis quàm extraneis, magis etiam ſeruiendũ eſt amico præterito,quàm ei q̃ nunquam fuit amicus,niſi malitia obſiſtat.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS

in librum nonum Ethicorum, quatuor complexus capitibus.

¶De Actibus ſiue effectibus amicitiæ.

IN hoc ſecundo tractatu agẽdũ eſt de actibus, ſiue effectibus amicitiç, q̃ ſunt concordia, beneuolentia & beneficentia, & continet quatuor capita. In primo agitur de p̃dictis actibus in generali, & quomodo ſe habẽt virtuoſi, & prani ad illos. In ſecundo agitur de concordia. In tertio de beneuolentia. In quarto de beneficentia. & in his quatuor capitibus complectemur totam intentionem Ariſtotel. pro hoc ſecundo tractatu.

CAPVT I.

Quinam ſint amicitiæ actus, & quot, & vnde originem habeant, quomodo item ad illos ſe habeant & boni & praui homines.

Ex 9. Ethi. c. 4.

IN primo capite agendũ eſt de actibus amicitiæ, oſtendẽdo vnde habẽt originem, & quot ſunt, & quomõ boni & mali ſe habent ad eos. Hic igit̃ q̃que agenda ſunt. Primo declarandum eſt vnde fumunt originẽ. Secundo q̃ & quot ſunt. Tertio quomõ ſe habent viri boni & virtuoſi ad illos, & reſpectu ſuiipſius & reſpectu ſui amici. Quarto quomõ ſe habent viri praui ad eiuſdẽ amicitiæ actus reſpectu ſui ipſius. Quinto remouebitur quoddam dubium, & inferetur quædam concluſio admirabilis ex prædictis.

Amicabilia ad alterum ſumunt originẽ ex his, quæ ſunt ad ſeipſum.

Quantum ad primum aduerte, vt dicit Ariſt. q̃ amicabilia ad amicos videntur ex his q̃ ad ſeipſum ꝓceſſiſſe, id eſt opera amicitię q̃b⁹ vtimur erga amicos, videnť ꝓceſſiſſe ex operib⁹, q̃b⁹ homo amans ſeipſum vtitur erga ſeipſum. Tũc em̃ videť homo alteri amic⁹, ſi agit erga eũ q̃ agit erga ſeipſum: & ſic opera amicitiæ ad alterũ mẽſuranť & originẽ trahũt ex opib⁹ amicitiæ ſiue amoris, quo hõ amat ſeipsũ.

Sed aduerte, q̃ dictum Ariſt. intelligendum eſt de homine virtuoſo, vt ſit ſenſus, q̃ tunc videtur homo amicus alteri, quando agit eadem illi, quæ virtuoſus homo agit erga ſeipſum. nã quidam interficiunt ſeipſos, & per comparationẽ talis hominis interficientis ſe ad ſeipſum, nõ debet q̃s dici amicus alterius. Qui em̃ interficit aliquem, non vtitur erga ipſum opere amicitiæ, ſed potius oppoſiti.

Amicitia tria operantur. Benefacere amicis tria complectitur

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ tria ſunt opera declaratiua amicitiæ, ſ. beneficentia, beneuolentia, & concordia. vel ſic. Benefacere, bonum velle, Simul conuiuere.

Pro notitia beneficentiæ, aduerte vt dicit Ariſt. quòd homines communiter dicunt illum eſſe amicum, q̃ voluntariè alteri facit bona, vel q̃ ſaltẽ putat illi eſſe bona, & gratia ipſius amici. facere autẽ bona eſt benefacere: & hoc qđ eſt benefacere deſignatur p̃ beneficentiã, de cuius ratione ſunt tria ſimul iuncta, ita quòd non oportet aliquod eorum deeſſe. Primò quòd benefaciat voluntariè: ſecundo quòd diligenter & complete, vt poteſt benefaciat: tertio quòd benefaciat gratia amici: nã ſi q̃s benefacit alteri gratia ſuiipſi⁹, non eſt opus verę amicitiæ: vnde Sortes nutriens canẽ, benefacit cani, ſed non eſt opus amicitiæ ad canem: q̃a non benefacit cani gratia canis, ſed gratia ſuiipſius: q̃a ſ. eſt ei vtilis ꝓ cuſtodia domus. Benefacere ergo vt eſt op⁹ amicitiæ eſt voluntariè & complete facere bonũ alteri, vt amico gratia ipſius amici, & non gratia ipſius benefacientis. & aduerte. q̃ dicit Ariſt. bona vel apparẽtia, q̃m contingit aliquẽ exhibere alteri ex amicitia quædã quæ extimat eſſe bona, licet in veritate non ſint bona: nihilominus eſt opus amicitiæ: quia non exhiberet, ſi cognoſcere poſſet non eſſe vere bona. Beneficentia ergo recte ponitur opus amicitiæ.

Beneuolentia erga amicos in quo conſiſtat.

Pro notitia beneuolentiæ aduerte, quòd p̃ eam intelligimus velle bonum, & hoc ideo eſt opus amicitiæ q̃a amicus amico vult ineſſe bonum. vult em̃ ipſum eſſe & viuere & bene viuere & proſperari. & hoc gratia ipſius amici: & nõ vt ab eo recipiat vtile. & hanc beneuolentiam ſeruant matres erga filios: & amicus offenſus ab amico, qui licet nolit ſimul conuiuere propter offenſam donec recõcilietur, tamẽ vult ei bene eſſe, bene viuere, &c.

Concordia amicorũ in tribus conſiſtit.

Pro notitia concordiæ aduerte ex intentione Ariſto. q̃ tria importat inquantum eſt opus amicitiæ. Primo ſimul cõuiuere. Secundo eadem velle & eligere. Tertio ſimul de eiſdem gaudere, aut dolere: qualiter accidit circa matres reſpectu filiorum: & hoc confirmatur cõmuni hominũ dicto. Dicunt em̃ amicorum proprium eſſe, ſimul conuerſari, eadem velle aut nolle, ſimul triſtari ſimulq̃ gaudere.

Quilibet ſibi beneficus eſſe cupit.

Quantum ad tertium probandum eſt primo q̃ vir bonus procurat tria prædicta opera pro ſeipſo, ſecũdo quòd procurat pro amico. Aduerte igitur quòd ei conuenit beneficẽtia reſpectu ſuiipſius. nam vult ſibiipſi bona ſecundũ omnẽ partẽ animæ, vt omnes potentiæ animę perficiantur modo ſibi conuenienti & nõ ſolum vult, ſed etiã laborat & operatur vt aſſequatur bona ſibi volita boni em̃ & virtuoſi hominis eſt conari ad perficiendũ bonũ, q̃m virtus vt dictũ eſt in lib. ſecundo facit habentẽ bonũ & opus ſuum reddit bonũ. Conatur aũt operari ſibi bonũ principaliter gratia intellectus, non q̃ homo ſit ſolus intellectus, ſed q̃a eſt principale in eo, & ideo vir bonus ad hoc laborat & intendit vt acquirat ſibi bona intellectualia, vt pote maximè bona: & ſic patet quòd vir bonus habet beneficentiam reſpectu ſuiipſius.

Quilibet ega ſe beneuolentia afficitur.

Quod aũt conueniat ei beneuolentia reſpectu ſuiipſius declaratur ſic. vir bonus maximè vult ſeipſum eſſe, & viuere, & conſeruari in eſſe: & maximè quo ad parte intellectuam cui ineſt ſapientia: nã vnũquodque appetit ſibi bonũ ex primo ethicorũ. Bonum eſt aũt viro bono eſſe: viuere, & cõſeruari in eſſe: ergo vult ſibi hæc bona & maximè eſſe vir tuoſum.

Sed aduerte, vt dicit Ari. id quod conſeruatur ſemper in eodẽ eſſe eſt deus: ipſe enim ſemper eſt quod aliquando eſt quia immutabilis eſt: & quoniã habet in ſe omne bonũ non poteſt velle bonum, quod non habeat: vir autem bonus & virtuoſus eſt ſimilis deo maximè ſecundum intellectũ, qui eſt incorruptibilis ideo vult principaliter ſeipſũ eſſe & viuere id eſt operari ſecundũ intellectũ: qui ſemꝑ permanet, & hoc ſequitur q̃ volens ſe eſſe & viuere principaliter. ſecundum corp⁹ tranſmutabile, & corruptibile, nõ vere vult ſe eſſe & viuere. Patet ergo quomodo viro bono ineſt beneuolentia reſpectu ſuiipſius.

Vir bonus ſemper ſibi conſentiens eſt.

Quod autem inſit ei concordia ſic declaratur. vir bonus cõuiuit ſibiipſi, ſecum habitans: & delectabiliter meditans prę̃terita bona, quę operat⁹ eſt optimã ſpẽ habens bene operandi in futurum & pro prę̃ſenti repletur mente theorematibus. id eſt ſpeculationib⁹ veris ac fructuoſis. Prę̃tereà cõdoleti & delectatur maximè ſibiipſi nam ſibi toti, id eſt ſecũdum partẽ ſenſitiuã & intellectiuã eſt idem triſtabile & delectabile: q̃m pars ſenſitiua in eo vel ſequitur rationem. vel non multum reſiſtit rationi: nõ enim ita ducitur paſſionib⁹ appetitus ſenſitiui, vt agat cõtra rationẽ: deinde pœniteat ſic egiſſe: eſt em̃ virtuoſus impœnitibilis, nõ ex malitia, ſed q̃a non agit aliquid, vt virtuoſus, cuius poſtea pœniteat: & ſic patet q̃ vir bonus eſt ſibiipſi ſecundum totam animã bene cõſentiens & concors. Conſtat igitur ſibi ineſſe reſpectu ſuiipſius, beneficentiam, beneuolentiam & concordiam.

Quilibet bonus amicus amico ſuo ſẽper benefacit, et ei vult bonum, & illi ſemper conſentiens eſt.

Quod autem prędicta opera amicitiæ exerceat vir bon⁹ erga amicum ſuũ probatur ſic. Omnia opera amicitiæ exercet vir bonus erga ſeipſum, vt iãm declaratum eſt. Sed vir bonus ſe habet ad amicũ vt ad ſeipſum: q̃m amicus eſt alter ipſe ſicut dicitur, quòd amicus eſt alter ego: ergo quęcunq; opera amicitię exercet vir bon⁹ erga ſeipſum, exercet erga amicum ſuum. & ſic benefacit, & bonum vult ei, & concordat cum eo.

Sed quoniam quis dubitare poſſet, ſi amicitia poteſt eſſe hominis ad ſeipſum, vt videntur ſupponere dicta ſupius: ió Ari. dicit hoc dubium reliquendum in præſenti. Pro nunc autẽ dicamus, quòd amicitia videtur eſſe inter quoſcunq; quibus competunt duo vel tria ex prędictis operibus. & ſi ad aliquos habemus exellentiſsimo modo amicitiã aſſimilatur amicitiæ, quam homo habet ad ſeipſum: vnde cum volumus magnificare amicitiam quam habemus ad aliquẽ dicere conſueuimus, diligo talem ſicut meipſum.

Quantum ad quartum aduerte, quòd intẽdit Ari. probare nullum prauum exercere aliquod prædictorum operum amicitię in ſeipſo. licet aliqui mali videantur ea in ſeipſis habere, inquantũ forte extimant ſe virtuoſos ſed in rei veritate non habent, & præcipuè viri nefarij ac flagitioſi.

Praui homines nullãex ga ſe beneficentiam exercent.

Primo igitur probatur quòd non exercent ad ſeipſos beneficentiam, & arguitur ſic. Prauus non facit ſibiipſi bonũ, imò nocet: ergo non exercet beneficentiam ad ſeipſum conſequentia nota: q̃a de ratione beneficentię eſt benefacere. Antecedens probatur. Prauus ſectatur delectabile ſecundũ ſenſum, quod multoties eſt ſibi nociuum, relinquens quod eſt ſibi bonũ ſecundũ rationem, vt declaratũ eſt in lib. 7. de incõtinente vnde malus vt incontinẽs differt à ſeipſo ꝓ quanto alia vult ſecundũ appetitum ſenſitiuũ, & alia iudicat ſectãda ſecundũ rationẽ, ſcilicet vera bona, quę ſibi nocere

cere non poſſunt,ſicut delectabilia ſecundum ſenſum.

Præterea.Prauus prętermittit operari,quę ſm rationem iudicat ſibi optima & proficua:ergo non ſibiipſi benefacit: Conſequentia nota:probatur antecedens:nam vt inquit Ariſto.videmus prauos ꝓpter timiditatem, timentes forte diſplicere hominibus,aut ꝓpter deſidiam recedere ab operari:quæ extimant ſibiipſis eſſe optima.Patet ergo,quia volũt ſibi nociua,& vitant operari,quæ forent ſibi optima:ꝙ non habent ad ſeipſos beneficientiam.

Praui homines ſibi benevoli nequaquam ſunt.

Secundò ꝓbatur,ꝙ non habent ad ſeipſos beneuolentiã: nam nolunt ſibi eſſe,& viuere,nec conſeruari in vita: ergo, &c.Conſequentia patet:qm̃ de ratione beneuolętiæ eſt velle bonum ei,erga quem eſt beneuolentia: prima autem hominis bona ſunt eſſe,& viuere:ſunt enim fundamenta oĩum aliarum bonitatum.Antecedens autem ſic declarat Ari.Praui,quia res multas & graues & nefandas egerunt,vitam ob prauitatem odio habẽt,odiunt̃ ab omnibus, viuere renuũt, ſeipſos interimunt. Patet ergo ꝙ non beneuolentiam, ſed maleuolentiam exercent erga ſeipſos.

Prauus ſem ꝙ ſibi diſſidet.

Tertiò ꝓbatur ꝙ nec habent concordiam nec pacem cũ ſeipſis:nam prauus non appetunt viuere,nec habitare cũ ſeipſis,nec condolent,nec congaudent ſibiipſis:ergo,&c. Conſequentia patet,qm̃,vt dictum eſt ſupra de ratione concordię,quæ habetur cum aliquo,eſt conuiuere cum illo,condelectari,& condolere cum eo. Antecedens quo ad primum partem ſic declarat Ariſto.Prauus,qñ ſecum habitant ſolitarij cogitantes de actis ꝓteritis, rememorantur ſe multa grauia commiſiſſe.Crediuntq́ ob malitiam firmatam ſe talia & fortè grauiora in futurum commiſſuros:quod vtique eſt eis doloroſum:ideo quęrunt alios cum quibus cõmoretur,colloquentes aut quid exterius exercentes,vt intentionem diuertant & obliuiſcantur malorum,quæ commiſerũt. Nam eorum memoria eos excruciat. Cùm igitur in ſeipſis nihil inueniant amabile,imò totum eſt odibile, ſ. mala vita, fugiunt ſeipſos,abhorrent ſecum ſolitariè viuere.Secũdam autem partem antecedentis ſic declarat Ari. In homine prauo partes animæ, ſ. ſenſitiua & intellectiua ſunt in pugna adinuicem,aduerſatur em̃ ratio ſenſui,& ſenſus rationi, vt declaratum eſt in libro ſeptimo, de incontinente.Hinc prouenit,ꝙ prauus ex vna parte dolet recedere à delectationibus ſenſus ꝓpter malitiam dominãtem in eo,& inferentem triſtitiam in parte ſenſitiua,& alia parte,ſ.intellectiua delectatur ſm rationem quæ iudicat illud idem eſſe malum, qđ pars ſenſitiua appetit:& ſic in homine prauo vna pars animę trahit ipſum ad vnum,altera trahit ad oppoſitum:quaſi ꝙ anima eius in duas partes diſcerpetur, & prauus contra ſeipſum diſcrepet. Patet igitur, ꝙ prauꝰ nullam in ſeipſis habent pacem nullamq́ concordiam,ex conſequenti nec cum alijs.Nam ſi non concordant in ſeipſis,quomodo cum alijs?Ideo mali nullam habent veram amicitiam.

Quantum ad quintum aduerte dubium oriri ex immediatè prædictis. Dictum eſt enim prauũ triſtari & delectari de eodem:ergo ȝria ſunt in eodẽ,quod eſt impoſsibile,vt declaratum eſt in decimo Metaphyſicæ.Ad hoc igitur dubium reſpondens Ariſt.inquit,non poſsibile ſimul triſtari & delectari,quaſi dicat,licet prauus doleat & delectetur ide eodẽ non tñ ſimul. ſed ſucceſsiue. nam, poſtquam delectatus eſt ſm ſenſum, aduertens iudicio rationis ſe male delectatum fuiſſe, nollet ſe delectatum fuiſſe:ideo repletur triſtitia & pœnitudine,ꝙ ſic egerit:non ſunt ergo ȝria in eodem cum non ſint ſimul.Patet igitur,ꝙ prauꝰ non diſponuntur amicabiliter ad ſeipſos,eo ꝙ non habent in ſeipſis aliquid dignũ amicitia.Cum igitur ſit valde miſerum ſic ſe habere, & ſic viuere ſicut prauus qui nec ſibi nec alijs eſt amicus, & hæc eſt miſeria magna:concludit Ari.ꝙ intenſo ſtudio fugienda eſt à nobis malitia,& ſectanda virtus.Sic enim poteſt homo & ſibi & alijs eſſe amicus.

Prauus num poſſit ſimul de eodẽ delectari & triſtari.

Vt autem ſcias qũo in prauo vna pars animæ repugnat alteri,& qũo ſucceſsiue gaudet & triſtatur,aduerte ꝙ prauꝰ ſunt in triplici differentia.Quidam ſunt prauꝰ ꝓpter vehementiam paſsionis ſuperantis rationem,& tales ſunt incontinentes,de quibus ſatis dictũ eſt in libro ſeptimo. Quidam ſunt prauꝰ non quia agitati paſsionibus,ſed propter ſuperabundantem malitiam,in qua firmati ſunt, vt qui perpetrant flagitioſa & nefaria.In iſtis vna pars animæ ȝriatur ſibiipſi pro alio & alio tempore:nã tempore,quo malum perpetrat,gaudet,deinde aduertens quid egerit,triſtat & pœnitet.Quidam autem ſunt adeo prauꝰ,ꝙ gaudent dum male agunt & poſt, & neſciunt pœnitere: imò lętantur cũ male fecerint,& iſti ſunt peſsimi & inſanabiles:aliqualis tñ repugnantia eſt in eis,dum ratio per principia practica inſurgit contra deprauatam voluntatem præcipientem operari malum:ſed hæc repugnantia parũ virtutis habet ex habitu malo obtinente ſibi dominium in tali prauo.Dictũ autem Philoſophi,ꝙ in prauo ſunt contraria ſucceſsiuè,& ꝙ pœnitudine repletur,verificatur propriè in primo & ſecundo ſenſu.Hæc de primo capite dicta ſint.

Praui homines ſunt in triplici differant.

CAPVT II.

De beneuolentia.

Ethic.ꝙ. Cap.ſ.

IN ſecundo capite agendum eſt in particulari de beneuolentia.ſed prius aduerte,ꝙ licet Ari.in conſideratione generali,quam fecit ſupra de actibus amicitiæ,incœperit à beneficientia,tñ hic rationabiliter in conſideratione ſpeciali incipit à beneuolentia:qm̃ cum ſit actus voluntatis eſt actus interior,à quo,vt à prima radice, ꝓcedunt duo actus amicitiæ exteriores.Nam ex bona voluntate,qua amicus vult & deſiderat bona amico,benefacit illi, & concordiam habet cum eo.De beneuolentia igitur in particulari tria videnda ſunt ex intẽtione Philoſophi. Primo ꝙ beneuolentia nõ eſt amicitia,nec amatio. Scdo ꝙ eſt principium amicitię. Tertio ꝙ non eſt principium amicitiæ vtilis,neque delectabilis ſed amicitiæ propter virtutem,aut corporis,aut animæ.

Beneuolẽtia non eſt amicitia.

Quãtum ad primum ponitur hæc concluſio. Beneuolentia non eſt amicitia:nam amicitia non eſt ad ignotos, de rõne em̃ eius eſt,ꝙ ſit non latens,vt patet ex libro octauo vbi docuimus ꝙ neceſſe eſt duos amicos cognoſcere ꝙ ſe mutuo amant.Beneuolẽtia aũt põt eſſe ad ignotos:poſſum em̃ eſſe beneuolus homini,quem nunquam vidi,nec cum eo cõuerſat⁹,nec forte me cognoſcit:ſed tantum audiui de eo ꝙ eſt vir iuſtus,vel vrbanus,vel philoſophus,&c.

Præterea,beneuolentia poteſt eſſe latens,id eſt incognita illi,erga quem beneuolẽtiam habeo:forte enim neſcit ſe â me amari. Sed amicitia non poteſt eſſe latens, vt patet in octauo libro in tractatu primo in capite ſecundo:ergo conſtat beneuolentiam non eſſe amicitiam.

Sed contra: Ariſt.in libro octauo diffiniuit amicitiam ꝙ eſt beneuolentia mutua, non latens, ergo falſum eſt, quòd beneuolentia non ſit amicitia.

Hanc obiectionem ſoluim⁹ in lib.octauo in tractatu primo in capite ſcdo: & tu vide illic,ne fiat inutilis repetitio.

Beneuolẽtia non eſt amatio.

Quod non ſit amatio ſic arguitur.Amatio propriè ſumpta dicit actum amandi intẽſum,quo quodam impetu mouetur animus amantis in amatum.Sed beneuolẽtia non importat niſi debilem motum voluntatis,aut appetitus erga beneuolum:ergo non eſt amatio.eſt enim amatio actus intenſus, & beneuolentia actus remiſſus,ſicut calefactio vt ſex & calefactio vt tria.

Beneuolẽtia aꝙrenerarur ſubito, non autẽ amor.

Præterea.Amatio fit per conſuetudinem: paulatim enim creſcit ex mutuo conuictu.Beneuolentia aũt fit repente nãſi duo ludunt aut in ſtadio certant,etiam ꝙ vterque ſit mihi incognitus,ſtatim ꝙ eos video vellem hunc præ alio vincere nullam tñ ad hoc operam darem,nec adiuuarẽ:licet placita mihi eſſet victoria ſua:& huius differentiæ ratio eſt ꝙ amatio dicit intenſum actum amandi,ideo ſucceſsiuè & in tempore fit:& eſt cauſa ꝙ amans prorumpit in actum exteriorem in beneficium amati data facultate.Quia autem beneuolentia dicit debilem motum voluntatis amãtis in amatum,ideo fit ſuperficialiter & repente,& non impellit amãtem ad actum exteriorem ꝓ amato pro beneficio,aut auxilio ſuo. Patet igitur ꝙ beneuolentia propriè dicta nec eſt amicitia,nec amatio:poteſt autem dici dilectio,iuxta illud: Hic vehementer amat, diligit ille minus.

Beneuolẽtia eſt principiũ amicitiæ.

Quantum ad ſm ponitur hæc cõcluſio. Beneuolentia eſt principium amicitiæ, & ſi fuerit perſeuerans peruenit in amicitiam.Hanc probat Ari.tali ſimilitudine.Sicut ſe habet delectatio in aſpectu formoſę mulieris ad amationem eiuſdem,ſic beneuolentia ad amicitiam. Sed delectatio illa eſt principium amationis:nullus em̃ incipit mulierem amare, ſ.per concupiſcentiam,niſi prius delectetur eius pulchritudine viſa,vel nunciata:nec tñ ſtatim ex eo quòd delectatur eius pulchritudine adamat eam.Sed hoc erit ſignum completæ adamationis. Qñ abſens deſiderat eam triſtans eius priuatione,& concupiſcens pręſentiam eodem modo ſe habent beneuolentia & amicitia:non enim duo fiunt amici niſi prius fuerint beneuoli, nec tamen ex hoc ſolo quòd ſunt beneuoli,ſunt amici:nam beneuolo ſufficit velle bonum ei, cui eſt beneuolus,ita ꝙ non oportet pro illo operari,nec ꝓ illius malo intenſe perturbari:vnde dicit Ariſto. quòd quis per tranſlationem loquens poteſt beneuolentiam appellare

amicitiam ociosam, id est, nō operantem pro amico: verum si quis diu perseuerat in beneuolentia firmatur animus eius in amore, & crescit actus amandi ex consuetudine facta: & tunc fiet amicitia ex beneuolentia, id est, post beneuolentiā sicut ex puero fit vir. Patet igitur quomodo beneuolentia est principium amicitiæ.

Beneuolētia nō est principium amicitiæ vtilis, nec delectabilis sed honestæ.

Quantum ad tertium ponuntur duæ cōclusiones. Prima est, Beneuolentia non est principium amicitię vtilis nec delectabilis. Nam qui est beneuolus alicui non solum vult sibiipsi bonum, sed etiam illi, cui est beneuolus: sed qui amat ꝓpter vtile aut delectabile vult bonum sibiipsi tantum, vt s. recipiat vtile, aut solatium ex illo, quem amat: ét ꝙ esset in damnum amati: ergo nullus est beneuolus propter vtile aut delectabile, ex cōsequenti nō potest dici beneuolentia esse principium amicitiæ vtilis aut delectabilis.

Tu tñ aduerte vt inquit Ari. ꝙ in amicitia vtili, postquam est facta amicitia, potest esse beneuolentia in eo qui recipit vtile, puta beneficium in victu. Nam si recipiens beneficium vult esse gratus, & non habet vnde reddat beneficium, saltē exhibebit benefactori suo beneuolentiam: inquantum desiderabit bona, puta viuere & bonis temporalibus frui. Si tñ quis velit alicui bonum, vt recipiat vtilitatem ab eo, non est vt sic beneuolus illi, sed sibiipsi. Cuius signum est, ꝙ nisi gauderet de bonis illius, non curaret an esset pauper an diues. Vnde sicut non est quis amicus alicuius, cui' bona curat, nō ꝓpter illum, sed ꝓpter seipsum: quia s. vtitur bonis curatis: sic nec potest dici beneuolus alicui, cui desiderat bona nō ꝓpter illum, sed ꝓpter seipsum: erit igitur ille amic' suiipsius, & hic beneuolus suiipsius.

Secunda conclusio, Beneuolentia est principiū amicitiæ honestæ. hæc patet ex sufficienti diuisione. Nam cū sit principium vt declaratum est, & cū sint tantum tres species amicitię, vt declaratum est in lib. octauo: & non sit principiū in amicitia vtili, nec delectabili, per conclusionem prędcedentem, relinquitur quod sit principiū in amicitia honesta.

Et cōfirmatur exemplariter. Nam vt dicit Ari. qñ vī aliquis alicui ꝙ sit vir probus aut fortis aut alia virtute siue corporis siue animę ornatus, ꝓpter quā consueuerunt homines laudari, fit ei beneuolus: sicut diximus supra, de duobus ludentibus, aut agonizantib. mihi incognitis, ex quibus vellem vnum præ alio vincere. Patet igitur ꝙ beneuolentia est principium amicitiæ honestæ: quæ fundatur in virtute corporis, aut animæ. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De Concordia.

Ethic. 9. Cap. 6.

IN tertio cap. agendum est de concordia, de qua ex intentione Ari. tria videnda sunt. Primo de obiecto, declarādo circa quæ non est, & circa quę est. Secundo quō se habet ad amicitiam politicam. Tertio de subiecto, in quo est, an sit in solis bonis, an etiam in prauis.

Cōcordia ad amicitiā spectans non est consensus vnius opinionis.

Quātum ad primū aduerte, vt inquit Ari. ɔcordiam ptinere ad amicitiam. Dixim' ēm supra ꝓpriū esse amicorū, simul cōuiuere, eadē velle, simul tristari & gaudere: & in his stat cōcordia: ergo ad amicitiā spectat. Quid aūt nō sit, & circa q̄ nō sit aduerte ꝙ nō est omodoxia, id est, vnitas opinionis absolute sumptæ. Nā bene stat ꝙ duo nō cognoscētes seipsos sint cōsentientes in vna opinione, puta ꝙ terra est tātæ magnitudinis in circuitu, nō aūt ꝓpter hoc dicuntur cōcordes in ꝓposito nostro. Omnes ēm ɔcordes possunt esse amici adinuicem. Nō cognoscētes autem seipsos nō possunt esse amici, vt patet in octauo li. in tract. primo capite secūdo: ergo concordia non est idem quod vnitas opinionis.

Cōcordia in amicitia existens non est circa omnia in quibus cōsentiunt se mutuo cognoscentes, sed circa operabilia, q̄ sint alicuius ponderis, & pluribus posśt conuenire.

Circa quæ tūt non sit aduerte, vt dicit Ari. ꝙ nō est circa quæcunque, in quibus homines se mutuo cognoscentes cōsentiunt, & idem sapiunt. Nā bene stat ꝙ ɔsentiunt in multis cōclusionib. speculatiuis, puta de numero cœlorum, de motu sphęrico, de ordine planetarum, & tñ non dicunt cōcordes loquendo de cōcordia spectāte ad amicitiam. Pro quo aduerte, ꝙ ɔcordia in pñti ꝓposito nr̄o sicut & amicitia est ex electiōe. Opinio aūt & sua de speculabilib. nō est ex electione nec in potestate nostra: & ideo concordia spectās ad amicitiā nō est circa speculabilia. Inde videmus aliquos esse amicos, & tñ ɔrias sñs tenere de corporib' cœlestibus: & aliquos esse inimicos, & tñ easdem sententias in prædictis tenere. Non ergo ɔrietas opinionum circa speculabilia soluit amicitiam. Sed si sit circa agibilia multoties soluit eā. Ad amicitiam ēm spectat eidē velle & eligere, & simul cōuiuere: hæc autem perturbantur ex diuersis opinionib. circa agibilia ꝓtractāda inter amicos. Patet igitur ꝙ ɔcordia nō est circa oīa, in quibus consentiunt se mutuo cognoscētes.

Circa quæ autem sit aduerte, ꝙ generaliter est circa operabilia. Nam dicūtur ciuitates concordare, quando consentiunt circa vtilia: ita ꝙ eligunt & operantur, quæ communiter arbitrantur esse vtilia, vtilia autem sunt operabilia.

Sed aduerte, ꝙ vtilia circa quæ debet esse cōcordia pertinēs ad amicitiā duas requirit cōditiones. Primo ꝙ sint a liquius magnitudinis, siue importantiæ. Non ēm frangitur duorū amicorum concordia ex eo ꝙ nō cōcordāt in aliqui b' minimis. Secundo ꝙ sint talia quæ possunt cōpetere omnib' ɔcordantibus, siue sint duo siue plures, siue oēs vnius ciuitatis ciues. Nam si quis cōsentiat alicui ꝙ habeat id, qđ nullus alius habere pōt non multū spectat ad concordiam. Et qđ dictum est Arist. multis declarat exemplis, vt ciuitates dicunt concordes, quādo conueniūt in hoc, ꝙ princeps eligatur & non fiat per sorte aut successione, aut societatē fiendā cū Lacedæmoniis, aut Pittacū eligi in principē. Sed si quilibet principari vellet, tūc non concordarent, sed contenderēt. Ad hoc ergo ꝙ sit concordia oportet oēs ad quos spectat in eodem numero conuenire: ꝑ hoc enim fit quod oēs exoptāt, puta ꝙ optimi principent. Patet igitur ꝙ concordia spectās ad amicitiā versatur circa operabilia vtilia, quæ sunt alicuius ponderis & possunt pluribus conuenire.

Amicitia politica cōcordia est.

Quantum ad ꝫn aduerte, vt dicit Aristo. ꝙ amicitia politica, siue sit inter ciues vnius ciuitatis, siue inter diuersas ciuitates, videtur esse idem cū concordia. Vnde consueuerunt homines dicere tales ciuitates vel tales ciues esse amicos, quia sunt cōcordes. Est enim amicitia politica circa vtilia ciuibus, & circa ea, quæ competunt humanæ vitæ conseruandæ: & circa eadem est concordia ergo, &c.

In viris bonis concordia est.

Quantum ad tertium ponuntur duæ conclusiones, quarum prima est, ꝙ in bonis & virtuosis est concordia spectās ad amicitiam, nam boni & virtuosi, vt declaratum est in primo capite huius tractatus, sunt in seipsis concordes secundum omnes partes animæ, & sibi inuicem concordant: quia volunt sibi inuicem bona, & communiter conueniunt in electionibus, quia eadem appetunt: & sunt immobiles, vt est dicere, quia permanent in bono. Dicitur autē, vt est dicere, quasi dicat, Nō ꝙ sint omnino immutabiles in bono, sed q̄ eorū voluntates fixæ sunt in bono: & non de facili trāseūt à bono ad oppositum: sicut facit Eurip', qui fluit & refluit: sed persistunt in bono quoniā virtus est habitus firmatus & de difficili mobilis. Cum igitur ꝑdictæ conditiones sint in viris bonis, patet ꝙ in eis est cōcordia spectās ad amicitiā.

Praui homines concordes non sūt.

Secunda conclusio est, in prauis nulla aut parua est concordia, spectans ad amicitiā. Nam vbi est talis concordia, ibi est amicitia: cum sit opus amicitiæ vt declaratum est supra. Sed in prauis nulla, aut parua est amicitia, vt declarauimus in libro octauo in tractatu primo in capite quarto: tu vide illic: ergo in prauis nulla, vel parua est concordia.

Præterea, Praui volunt pl' habere de bonis & cōmodis, & minus sentire de incōmodis, & onerib' q̄ iustum sit: ergo cum aliis non ɔcordant, antecedens per experientiā patet, consequentia etiam manifesta est: qm̄ huiusmodi inęqualitas bonorum & onerum & laborum contentiones parit: ergo non concordant cum aliis. Quod aūt nullam concordiā nec pacē habeant in seipsis iā declarauim' in c. 1. huius tractatus, & tu vide illic. Hęc de prę̄senti capite dicta sint.

CAPVT IIII.

De beneficentiæ munere.

Ethic. 9. Cap. 7.

IN quarto capite agendum est beneficentia. verum, quia in capite primo huius tractatus videt satis dictum de natura eius, & quot ad eam requirantur, ideo contentatur Arist. hic immorari circa dubium mirabile de beneficentia: & est tale, vnde est ꝙ benefactores, postquam tribuerint beneficium, magis amant beneficiatum qui beneficium recepit quàm beneficiatus amet benefactorem qui beneficium dedit. Hoc est mirabile, quoniam deberet esse econuerso: nam beneficiatus naturaliter obligatur benefactori ex beneficio recepto, non auten econuerso, vt patet: & ideo hoc dubium est admirandum. Pro resolutione igitur eius duo agenda sunt. Primo recitanda est ratio apparens quorundam solutiua dubij, & declarandum quòd in veritate non soluit. Secundo adducend ę sunt veræ rationes ex intentione Arist. dubij resolutiuæ: & erunt quinque.

Benefactor cur magis amat beneficiatū, quàm econtra.

Quantum ad primū aduerte, ꝙ aliqui sic soluunt prępositum dubium. Beneficiati remanent obligati benefactorib', & non econuerso: & benefactores sunt sicut mutuū dātes, vel accommodantes. Beneficiati vero sūt vt mutuū recipiētes, qđ tenentur reddere. Sed in mutuis videmus accidere ꝙ obligati reddere, nollent esse illos, quibus obligantur: vt essent

vt eſſent liberi à debito. Mutuantes autem econtrario vellẽt debitores ſuos conſeruari in eſſe, & in bona fortuna: vt ſint potentes ad reddendum, & ne mutuatum perdant. Sic accidit in ꝓpoſito, nã cum benefactores ſint velut mutuantes, & bñficiati velut recipientes mutuum, vr̃ rationabile ꝙ benefactores volunt beneficiatos eſſe & bene conſeruari in eſſe, vt rehabeãt ab eis bñficia, vel ſaltẽ gratiarum actiones: ſed bñficiati nollẽt remanere obligati ad reddẽdũ bñficia: nec gratiarũ actiones: ideo nõ multum curant de benefactorib. nec amant, imò multi vellent benefactores non eſſe nec viuere, vt abſoluerentur à debito. Et dicit Ari. hanc rõnem approbaſſe Epicarmum Philoſophum ſiue poëtam. Dicit em̃ ꝙ hanc rõnem nõnulli adducunt ꝑſiderantes hominum malitiam. Eſt em̃ hæc peſsima in hominib. cõſuetudo, ꝙ multi ſunt beneficiorum immemores, & immeriti: magiſque appetunt bene recipere ab alijs: quàm eis benefacere.

Sed ꝙ hæc rõ licet aliquam habeat apparentiã non euacuet dubium, patet ex hoc, ꝙ nõ eſt ſimile de bñfactorib. & mutuãtib. Iſti nanq; non amãt eos, quibus mutuãt ꝓpter ſeipſos: nec volũt eos in eſſe ſeruari ꝓpter amorẽ ad illos: ſed amore lucri: ne, ſ. amittant mutuo data. Veri autẽ benefactores ꝓput benefacere eſt opus veræ amicitiæ amant beneficiatos ẽt ꝙ in nullo ſint eis vtiles ꝓ præſenti, nec ſperent pro futuro. Non ergo ratio inducta euacuat dubium.

Quantum ad fm̃ aduerte ꝙ Ariſ. conatur quinque rationibus oſtendere, quare benefactores magis diligunt beneficiatos quàm econuerſo.

Beneficiat⁹ eſt quaſi op⁹ animatũ benefactoris iõ magis ab eo amatur quã ipſum amat.

Prima eſt, ꝙa vnũquodque agens magis diligit opus ſuũ quàm diligatur ab opere, ẽt ꝙ opus eſſet animatum potens reamare: & hoc videmus in artificib. & maximè poëtis, qui poëmata ſua extremè diligunt, & certũ eſt ꝙ ſi poëmata eſſent animata, non tãtum diligerent autores ſuos: videm⁹ & patres magis diligere filios quàm econuerſo. Sed beneficiatus inquantum beneficiatus eſt opus benefactoris, licet em̃ non ꝓducat ipſum in eſſe, tñ ex bñficio dato, adiuuat ipſum conſeruari in eſſe, & vt ſic eſt opus eius. Non ergo mirũ eſt, ſi benefactor, vt agẽs, magis diligit beneficiatum vt paſſum ſiue vt opus ſuum, quàm econuerſo.

Iucundꝰ eſt beneficium tribuere quã recipere.

Secunda eſt. Opus benefactoris eſt tribuere beneficium. Opus bñficiati eſt recipere beneficium: ſed magis amabile eſt & delectabile, vt pote dignius tribuere beneficium quã recipere. Rationabiliter ergo magis gaudet benefactor in beneficiato, ex cõſequenti magis amat. Maius em̃ gaudium eſt ex maiori amore: quam gaudeat bñficiatus in bñfactore, &c. Et cõfirmatur: ꝙa benefactor memorans beneficiatũ cõſiderat bonũ honeſtum, eſt em̃ opus virtutis, id eſt liberalitatis præſtare beneficium. Beneficiatus aũt memorans benefactorem, conſiderat bonum vtile: profuit em̃ ſibi recipere beneficium: ſed bonum honeſtum eſt amabilius bono vtili, vtpote melius & dignius: ergo rationabiliter benefactores magis diligunt beneficiatos quàm econuerſo.

Benefactor delectatur memoria boni honeſti & præſentis, beneficiatꝰ aũt memoria boni vtilis ac præteriti.

Tertia eſt. Delectatio & delectabile pñt circa tria eſſe, ſ. circa præſens, & præteritum & futurũ. Delectatio circa præſens ꝓuenit ex operatione pñti: circa præteritum ex memoria operationis delectabilis præteritę: circa futurum ex ſpe habendi operationẽ delectabilẽ: ex his arguitur ſic. Delectabile præſens magis amabile eſt quàm ꝑteritum ex memoria: & futurum ex ſpe: ſed benefactori ꝑmanet delectabile præſens, ſ. honeſtas proprij operis. Bonum em̃ honeſtum cum ſit bonum virtutis non cito tranſit, ſed eſt diuturnũ. Beneficiatus autem delectatur in vtili accepto à benefactore, quod cito tranſit & vt ſic delectatur in memoria ꝑteriti qđ eſt minus delectabile puta delectabile præſens. Nõ ergo eſt mirũ, ſi benefactor magis delectatur in bñficiato, & magis amat quàm econuerſo. Et confirmatur: ꝙa memoria boni honeſti qđ quis fecit ſemꝑ eſt delectabilis. Memoria autẽ boni vtilis non ſemꝑ eſt delectabilis, imò eſt contriſtatiua, ꝙa forte fuit amiſſum, aut ſublatum. Sed benefactor habet in beneficiato memoriam boni honeſti, ꝙa fuit actus viri probi præſtare beneficium. Beneficiatus autem habet memoriam boni vtilis in benefactore: ergo rationabiliter magis delectatur benefactor & amat beneficiatum quam econuerſo.

Quarta eſt, Amare eſt ſicut agere, amari ſicut pati: ſed agens excellit patiens: cum igitur benefactor ſit agens & beneficiatus patiens, nõ eſt mirum ſi benefactor ſuperexcellit beneficiatum in amore: eſt enim excellentior benefactor vt ſic quàm beneficiatus.

Quinta eſt, Quæ maiori labore fiunt magis diligunt. cui⁹ ſignum eſt, ꝙ acquirẽtes diuitias ex ſuo labore, magis diligunt eas: & magis ſeruant & arctius expendunt: quã poſſidentes hęreditate aut dono: ſed magis laborioſum eſt dare bñficium quã recipere. Nam vt inquit Ariſ. recipere beneficium eſt illaborioſum, ꝑſtare aũt eſt opero ſum: ergo merito benefactores magis diligunt beneficiatos quàm ecõuerſo.

Et aduerte, ꝙ ex hoc fundamento facto in hac vltima ratione, ſ. ꝙ magis diligunt quæ laborioſius fiunt, accipit Ari. rationem: quare matres magis diligunt filios quã patres, ꝙa ſ. maiorem laborem & difficultatem ſuſtinent ferentes in vtero, parientes, nutrientes: & qm̃ certiores ſunt ꝙ ſunt earũ filij quàm patres, vt dictum eſt in libro octauo. Quod igitur accidit matri erga filium, accidit benefactori erga beneficiatum. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi finis.

TRACTATVS TERTIVS
in nonum librum Ethicorum, in quinque capita diuiſus.

¶De dubijs accidentib. circa amantes & amatos.

Ex 9. Ethi. c. 8.

IN tertio tractatu agendum eſt de dubijs, quæ moueri ſolent circa amãtes & amatos, & ꝓtinebit quinq; capita. In primo reſoluet hoc dubium. Vtrum maximè amare ſeipſum ſit laudabile, vel non. In ſecũdo reſoluetur hoc dubiũ, vtrum felix indigeat amicis. In tertio reſoluetur hoc dubiũ vtrũ homo debeat ſibi cõparare plurimos amicos. In quarto reſoluetur hoc dubium, vtrum homini ſint magis neceſſarij & opportuni amici in fortuna ꝓſpera vel in aduerſa. In quinto quæritur & reſoluitur illud, quod eſt eligibiliſsimũ & delectabiliſsimum amicis.

CAPVT I.
De Amore ſui.

IN primo capite quæritur & reſoluendũ eſt hoc dubium, vtrũ maximè amare ſeipſum ſit laudabile, vel vituperabile, & ꝓ reſolutione eius quatuor agenda ſunt. Primo arguetur ad partes. Secũdo ponetur diſtinctio de amore ſuiipſi⁹, quem grẽci appellant philautiam, amatorem vero ſui dicũt philauton. Tertio ex diſtinctione data reſoluetur dubiũ, & declarabuntur differentiæ inter modum amãdi, quo bonus ſeipſum amat, & modum quo malus ſeipſum amat. Quarto remouebitur obiectio quæ fieri poſſet circa determinata.

Quantum ad primum arguitur prius pro parte negatiua deinde pro affirmatiua.

Quæſtio. Num amare liceat ſeipſum.

Pro negatiua ſic. Homines cõiter increpant & vituperãt eos, qui ſe maximè diligũt, innuentes ꝙ maxima ſui dilectio tendat ad malum famoſum autem & vniuerſalis opinio nõ eſt falſa in toto: ergo non eſt laudabile nec bonum moraliter amare maximè ſeipſum.

Seipſum amare videtur illaudabile eſſe.

Prętereà. Quod faciũt mali & nõ virtuoſi, vituperabile eſt. Sed mali maximè dlligũt ſeipſos. Agũt em̃ quęcũque agũt ſolũ ꝓpter vtilitatẽ ꝓpriã. Virtuoſi aũt agũt oppoſitũ, ꝙa operanꝫ magis ꝓpter honeſtatẽ, id eſt, ꝓpter bonũ virtutis, & ꝓpter amicos: & relinquunt ꝓpria cõmoda ꝓpter bonum ꝓximi: ergo maximè amare ſeipſum eſt vituperabile: & diligere magis alios quàm ſeipſum eſt laudabile.

Pro affirmatiua autem ſic arguitur homines, cõiter dicũt oportere maximè amare illum, qui eſt ei maximè amic⁹. Ille autem eſt alicui maximè amicus, qui vult ei maximè bonum & gratia illius: & ẽt ꝙ nullus alius ſciret. Sed hæc cõpetunt homini circa ſeipſum. Vnuſquiſque em̃ vult ſibiipſi maxima bona & gratia ſuiipſius, ẽt ꝙ null⁹ ſciret: ergo homo debet maximè amare ſeipſum: certum eſt em̃, ꝙ nullus vult proximo tantum bonum, quantum, ſibiipſi: & maximè qſi tantum bonum non poteſt haberi ab vtroque.

Seipſum amare manifeſtum naturale eſt.

Prętereà. Dictum eſt in tractatu ꝑcedẽti in ca. 1. ꝙ amicabilia ad alterũ ꝓueniunt ex amicabilib. ad nos: ergo prima & maxima amicitia dẽt eſſe hominis ad ſeipſum. Et ꝓfirmatꝫ ꝙa vt diximus ſuprà: qñ volumus magnificare amicitiã quã habemus erga aliquẽ, dicimus, Amo eum ſicut meipſum: ergo ſignum eſt ꝙ amicitia ſuiipſius eſt maxima naturaliter. Quod autem eſt naturale: non eſt vituperabile: ergo, &c.

Prętereà. Omne ꝓuerbium dictum de amicis fauet huic ꝓpoſito. Nã dr̃ ꝓuerbio, duorum amicorum eſſe aĩam vnã: & amicorum oĩa eſſe cõia: &, Amicus ſe habet ad amicum ſicut genu & tibia. ſicut caro & vnguis, ꝓpter maximã propinquitatem: ex quibus omnibus elicitur amicitiã conſiſtere in quadã vnitate. Sed nulla eſt maior vnitas quàm hominis ad ſeipſum

ad ſeipſum:ergo homo habet amare maximè ſeipſum. Non ergo eſt vituperabile.

Amare ſeipſum bifariã contingit ſecundum ſenſum, & ſecũdum rationem.

Quantum ad ꝑm aduerte, vt dicit Ari. qñ ꝓ aliquo dubio formantur ꝓ vtraque parte rõnes ꝓbabiles, diſtinguendum eſt ante determinationem, vt ſciamus quo & in quo ſenſu rõnes pro vtraque parte inductæ ꝯcludunt & non concludunt. Tu igitur aduerte ꝙ amor ſui poteſt eſſe duobus modis. Primo ſm partem irrationalem, quæ eſt ſenſitiua appetitiua. Secũdo ſm partem intellectiuam, q̃ eſt principaliſſima in homine in quantum homo. Illi maximè ſeipſos amant ſm partem irrationalem, qui quærunt ſuperabundantiam bonorum corporalium, vt pecuniarum, honorum, delectationũ, circa quas eſt intemperantia: & hanc ſuperabundantiam ſi poſſunt habere applicant ad ſatisfaciendum concupiſcẽtijs ſuis. Si habere non ꝓñt, conuertunt ſe ad lites & pugnas: & qm̃ homines ꝓ maiori parte viuunt ſm ſenſum: & non ſm rationem: ideo vt in plurib. maximè amant ſeipſos ſm partem irrationalem ideo amator ſui magis ſonat in malum quã in bonum. & talis merito vituperatur vt probabimus.

Seipſum amare ſecundum rationẽ quid ſit.

Ille eſt amator ſui ſm partem intellectualem, qui ſtudet acquirere bonos habitus morales, de quibus locuti ſumus in libro tertio & quarto & quinto: & habitus intellectuales de quibus tractatum eſt in ſexto libro præcipue ſapientiam & prudentiam: & operari ac viuere ſm illos: & talem nullus ſapiens appellabit eum amatorẽ ſui quaſi improperãdo, ſed laudabiliter: & quanto magis vult ſibi talia bona, tanto laudabilius dicetur maximus ſui amator.

Quantum ad tertium ex diſtinctione data ſic determinãdum eſt dubium.

Seipſum amare ſecundum partem irrationalẽ vituperabile eſt, ſecundum partem autem rationalem ſumme laudabile.

Prima cõcluſio, Amator ſui ſm partem irrationalẽ eſt merito vituperabilis. Nã appetit pluſquã oportet affluentiã bonorum corporaliũ: & nõ gratia virtutis, nec vt cõicet alijs indigentib. ſed vt ſatisfaciat cõcupiſcentijs ſuis, quẽadmodũ faciunt intemperati, & incontinentes: ergo merito vituperanť: & ĩ hoc ſenſu ꝯcludit rõ inducta ꝓ parte negatiua.

Secunda cõcluſio, Amator ſui ſm partem intellectualem non eſt vituperabilis, imò laudabilis. Nam nullus ſapiens ſolet appellare talẽ amatorem ſui vituperabiliter eo ꝙ quãto magis abundat bonis intellectualib. eſt tãto melior & laudabilior eo ꝙ ſunt abſolute bona: & nõ ſic eſt de bonis corporalib. Sunt em̃ bona vſque ad certã menſurã & nõ abſolute, vt declaratum eſt de delectationib. corporalibus in lib. ſeptimo: ideo ſi amat ſeipſum quærens ſibi talia bona vltra debitam mẽſuram, merito vituperať vt guloſus & luxurioſus.

Seipſos magis amãt qui animi bona ſibi quærunt quàm corporis.

Tertia ꝯcluſio, qui quærit ſibi ſuperabundantiã bonorũ intellectualiũ, eſt magis amator ſui quã quærens ſibi ſuperabundantiam bonorum corporalium. Nã deſiderat ſibi maiora, imò optima bona: qualia ſunt virtutes, & opera earum & in eis excellere: & ſignum, ꝙ ſint optima bona ſumiť ex hoc, ꝙ quanto magis habenť, tanto magis ꝓficiunt & nunquã nocẽt. Bona aũt corporalia, ſi excedant certũ terminũ, magis nocẽt quam ꝓficiãt. Multi em̃ quærẽtes nimis ditari, aut delectari aut in honorib exaltari perierunt: ergo, &c.

Præterea, qui quærit ſibi ſuperabũdantiã bonorũ ꝓficiẽtium intellectum, tribuit bona illi parti quę eſt principaliſſima in eo, id eſt, intellectui: & facit ꝙ oẽs partes animæ obediunt rationi. Qui autem quærit ſibi ſuperabundantiam bonorum corporalium, tribuit bona parti minus principali, id eſt, ſenſui: & facit ꝙ pars inferior animæ, vt appetitus ſenſitiuus, repugnat ſuperiori, vt declaratum eſt in li. 7. de incõti nente & intẽperato: ergo min⁹ amat ſeipſum & ille magis.

Intellect⁹ eſt principaliſſimum in homine.

Quod autem intellectus ſit principaliſſimum in homine ꝓbatur ſic, ſicut illud eſt principaliſſimũ in ciuitate, cuius opus dr̃ facere ciuitas, puta q̃ opus qd̃ faciunt rectores dr̃ facere ciuitas: ideo rectores ſunt principaliſſima pars ciuitatis, & poſſunt dici ciuitas: ſic illud cuius opus dr̃ facere homo, eſt principaliſſimum in homine. Sed quia intellectus intelligit dr̃ homo intelligere vt homo, & dico vt homo, q̃ non eſt idem verum de ſenſu. Nam licet ſenſus ſentiat, tñ falſum eſt dicere homo ſentit vt homo. Sentit em̃ vt animal, nõ vt homo: ergo intellectus eſt principaliſſimum in homine: & ideo poteſt dici ꝙ homo eſt intellectus, ſicut poteſt dici quòd ciuitas ſunt rectores.

Præterea, Dicitur homo continens, quia ſe tenet & regit ſm iudicium intellectus. & dicitur incontinens, quia non ſe tenet nec regit ſecundum intellectum, quaſi ꝙ homo ſit intellectus: ergo eſt principaliſſimum in eo.

Præterea, quæ facit homo per rationẽ & voluntatem, vr̃ ipſe feciſſe: quæ autem facit ira, aut alia paſſione non videtur feciſſe, ſed vt motus ab extraneo: ergo ſignum eſt, quòd intellectus eſt principaliſſimum in homine.

Quoniã igiť vnũ quodq; videtur eſſe illud, qd̃ eſt principaliſſimũ in eo, ideo videť homo eſſe intellectus: & quoniã virtuoſus vult ſibi bona intellectualia, ideo diligit intellectũ, & obedit ei & vult ſecundũ ipſum, & maxime amat ſeipſum, q̃ amat intellectum, q̃ eſt principaliſſima pars & bona intellectus, q̃ ſunt optima bona. E cõtrario aũt prau⁹ diligit ſenſum, obedit ei, viuit ſecundum ipſum: ideo nõ poteſt dici maximus amator ſui vt homo: ſed vt animal: q̃ nõ deſiderat ſibi niſi bona ſẽſibilia cõmunia homini & bruto.

Patet igitur ꝙ ſeipſum maximè amare ſecundum partem intellectualem eſt bonum & laudabile: & in hoc ſenſu concludit ratio inducta pro parte affirmatiua.

Boni ac mali ſeipſos amãt ſed differentur.

Facta reſolutione dubij, conſtare poſſunt differentiæ inter modum amandi, quo bonus amat ſeipſum, & modum amandi, quo malus amat ſeipſum. & vt clarius eas ſcias, aduerte primo ꝙ differunt ex parte actionis. Nã bonus amat ſeipſum inquãtum viuit ſecundũ rationẽ rectã, mal⁹ auté amat ſeipſum inquantũ viuit ſecundũ paſſiones concupiſcibilis & iraſcibilis. Aduerte ſecundo, ꝙ differunt ex parte finis, id eſt boni deſiderati. Nã bon⁹ amat ſeipſũ ꝓpter ſimpliciter bona, que ſibi vult: & hæc ſunt bona animi: malus autem amat ſeipſum ꝓpter bona ſecũdum q̃d, qm̃ ſunt magis apparentia q̃ vera bona: & hæc ſunt bona corporis, q̃ mal⁹ ſibi vult: & ideo bon⁹ eſt laudãdus in eo ꝙ amat maximè ſe ipſum. Conatur em̃ vt ſuperexcedat in actibus virtutum: & his tales cõmuniter laudantur: & accepti ſunt hominibus. Laudať etiã, qm̃ bonus eſt vtilis ſibi & aliis. Studet em̃ ſuperexcellenter bene & virtuoſe agere, ꝙ ſi vnuſquiſque cõtenderet excedere alium in bene & optimè agendo, omnes homines cõmuniter haberent ea, quibus indigent: alter nanque alteri ſubueniret, & q̃ ſunt maxima bona, id eſt, virtutes fierẽt ꝓpria vniuſcuiuſque. Bonus igiť amans ſeipſum laudabilis eſt, & vtilis ſibi & aliis. Bonum eſt igiť ꝙ virtuoſus amet ſeipſum & eſt laudabile. Amãs em̃ ſeipſum bene operabiť, iuuabitq; ſeipſum & alios. Malũ vero & delectabile eſt ꝙ prau⁹ amet ſeipſum. Nã amãdo ſeipſum inſequiť furioſas paſſiones, & ſic nocet ſibiipſi exponẽdo ſe infirmitatib⁹ & piculis vt guloſus, & luxurioſus: nocet & aliis inſidians bonis eorum, vt rapiat: & in prauo ȝria ſunt q̃ agit, & quæ oporteret ipſum agere, Agit enim contra rõnẽ, & tñ agere deberet ſecundum rationem. Omnis auté intellectus bene diſpoſitus, eligit ſibiipſi optima: & virtuoſus obedit intellectui, & eligit ſibi optima. Prauus autẽ peſsima. & ſic patent differentię inter modum amandi, quo bonus amat ſeipſum, & inter modũ, quo prauus ſeipſum videtur amare, licet potius ſeipſum odiat: qm̃ diligens iniquitatẽ odit animã ſuã.

Virtuoſum quamquam maximè deceat amare ſeipſum, pro aliis tamen amicis ſemper ſollicitus eſt, & etiam mori.

Quantum ad quartum aduerte, quoniã dictũ eſt virtuoſum maximè ſui amatorẽ eſſe, credet forte aliquis ipſum ſibi ſoli attendere, nolleque pro aliis operari: Videmus enim aliquos tantũ ſe diligere ꝙ pro aliis nihil agũt. Hoc igitur intendit Ari. remouere à virtuoſo amante ſeipſum, licet verificetur in prauo, qui vt diximus ſupra, amans ſeipſum in veritate nec ſibi nec alteri ꝓdeſt, ſed virtuoſ⁹ maximè amãs ſeipſum: multa aget vt inquit Ari. gratia amicorũ & patrię, & aget præ aliis. & ſi oportet eum mori, nõ deſeret amicũ. Pecunias & honores, &c. fortunæ bona, pro quib⁹ homines pugnant proiiciet, & non curabit propter amicũ ſaluandũ, & in his omnibus ꝓcurat ſibi maius bonũ, ſcilicet bonũ honeſtũ, quod maius eſt omnibus prædictis: & ſic in omnib⁹ ſe ipſum maximè amat. Ideo aũt virtuoſus pro amico ſuſtinebit mortẽ, q̃ magis eligit paruo tẽpore delectationẽ intenſa. vnamque bonã actionẽ magnam omni laude digniſsimã quàm multo tẽpore remiſſam aut paruas. Cõſtat aũt ꝙ ſuſtinens magna pericula & mortẽ ꝓ amico, aut patria plus veri boni ſibiipſi cõparat ſcilicet bonum virtutis fortitudinis & honorẽ & gloriam & æternam memoriam ab hominib⁹ & Deo. Bona aũt exteriora virtuoſi pro amicis exponunt, vt pecunias: q̃ ſibiipſis acquirunt ex hac expoſitione mai⁹ bonũ, ſcilice virtutis liberalitatis, vnde & in hoc maximè ſe amat. Similiter relinquet honores & dignitates & principat⁹ ꝓpter amicum. Et in hoc etiã maximè ſeipſum amat: q̃ acquirit ſibi eminentius bonum quàm ſint prędicta, id eſt, bonum virtutis magnanimitatis, & nõ ſolum honores & dignitates relinquet pro amico, ſed & actiones virtuoſas cõcedet ei: ita ꝙ præ eligeť eas fieri per amicum, quàm per ſeipſum: vt amicus magis ꝓficiat, magiſque laudeť. Et in hoc etiam maximè ſeipſum amat. Cõparat enim ſibiipſi maius bonũ. Magis enim virtuoſum magiſque laudabile eſt, ꝙ ipſe ſit amico: cauſa talia agẽdi, quàm ſi ipſe ageret: cum

ſibi

sibi remaneat facultas aliâs talia & fortè maiora agendi. Et sic patet, ꝙ virtuosus in omnibus laudabilibus quæ facit pl⁹ sibi de vero bono & honore tribuit, quàm alijs: propter qđ maximè seipsum amat. Decetque ipsum hoc modo esse maximum sui amatorem, & nō vt praui sunt sui amatores. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Num Felix indigeat amicis, & quibus.

Ethicorum. Cap. 9.

IN secundo capite pertractādum & resoluendum est hoc dubium. Vtrum felix indigeat amicis. Pro cuius euidentia hic tria agenda sunt. Primò arguetur ad partes. Secūdò soluetur dubium per rationes morales. Tertiò soluetur per rationes naturales.

Quæstio. Nūm felix amicis indigeat.

Quātum ad primū arguitur ꝓ parte negatiua sic, dictū est in primo libro, ꝙ felix est sibi ipsi sufficiens, vt pote habens in se oīm bonorum ꝓtinentium ad felicitatem sufficiē tiam: ergo non indiget amicis, consequentia patet, quia non indiget recipere aliquid ab alio, quod nō habeat in seipso, cū habeat in seipso oīm bonorū sufficientiā, vt supponitur: aliter non esset felix: quia non stat felicitas cum indigentia.

Felix nulli⁹ indiget.

Prēterea dr̄ ꝓuerbio fortuna cum bona est, cur op⁹ est amicis: cōstat aūt felicem habere optimam fortunam: ergo, &c. Alia aūt litera sic habet. Cū dæmon bn̄ det quid op⁹ est amicis, id est qn̄ per ꝓuidentiā diuinam homini bona proueniunt: sicut ꝓueniunt felici: non indiget auxilio amicorū. Non ergo felix indiget amicis, aliter non esset felix.

amicitia est de bonis exterīs.

Pro parte aūt affirmatiua arguitur sic: felici debentur oia bona exteriora, vt sit perfectus: sed amici computantur inter maxima bona exteriora. Vnde & in libro octauo probatum est diuitem indigere amicitia: ergo felici conuenit habere amicos.

Præterea, felix est virtuosus, dictū est ēm in primo libro, ꝙ felicitas est operatio hominis fm virtutem. Sed virtuosi est benefacere: ergo felix debet benefacere: sed melius est ꝙ homo benefaciat amicis quā extraneis: cæteris paribus. Promptius ēm & delectabilius homo naturaliter benefacit amico quàm extraneo: ergo felici vt virtuoso conuenit habere amicos quibus delectabiliter beneficia præstet.

Fortunatis & infortunatis necessarij sunt amici.

Præterea, tam fortunati quàm infortunati indigent amicis. Probatū est ēm ꝙ in omni fortuna necessarij sunt amici: nā infortunati indigent amicis, qui eos adiuuent: fortunati autem indigent amicis, vt eis benefaciant: ergo cum felix sit fortunatus indiget amicis vt eis benefaciat.

Felix ꝯdiget amicis ad iucundum cōuictum.

Præterea, inconueniens est beatum esse solitarium. Null⁹ ēm eligeret semp solitariè viuere, ét ꝙ oībus bonis abundaret. Nam homo est animal naturaliter politicum, & apt⁹ ex natura cum alijs conuiuere: ergo, cum felix habeat quę sunt naturaliter bona homini, oportet eum habere cum quibus delectabiliter conuiuat. Iocundius est autem conuiuere cū amicis quàm cum extraneis ergo felix indiget amicis vt cō uictum iocundum habeat.

Quātum ad fm aduerte ꝙ felicem indigere amicis potest dupliciter intelligi. Primò ꝙ indigeat amicis amicitia vtili aut delectabili. Secundò ꝙ indigeat amicis amicitia honesta, q̄ fundata est in virtute. Qui nullā reputant amicitiā nisi vtilem & delectabilem, dicunt beatum nō indigere amicis: quis vero reputant veram amicitiā fundari in virtute, dicūt beatum indigere amicis. Tu igitur aduerte ꝙ Arist. duabus conclusionib. propositum dubium resoluit.

Felix nō indiget vtilib. aut iucundis amicis.

Prima est, felix non indiget amicis vtilib. nec ét delectabilibus nisi forte parum. Quod non vtilibus ꝓbatur sic, felix habet sufficientiā bonorum exteriorum. Sunt ēm vt instrumenta felicitatis, & id iam declaratum est in primo libro in tractatu secundo in ca. tertio: ergo non indiget amicis vtilibus, qui sibi benefaciāt, imò ipse habet benefacere alijs. Qđ nec delectabilib. ꝓbatur. Vita felicis est fm seipsam delectabilis, ita ꝙ habet delectationem sibi intrinsecā, & non indiget recipere eam ab extrinseco, & id iam probatū est in primo libro: trac. secundo cap. tertio: ergo parū indiget amicis delectabilibus dr̄ parum, quia felix qñque indiget vti ludis honestis in conuersatione humana ad animi recreationem, & renouationem spirituum vt dicemus in lib. decimo.

Felix ꝯdiget studiosis ac honestis amicis.

Secunda est, felix indiget amicis studiosis & honestis, id est, virtuosis hanc intendit Ari. probare tribus rationib. moralibus.

Prima fundatur super quinq; ꝓpositiones: quarū prima est, felicitas est operatio: & hæc patet ex diffinitione ei⁹ posita in primo lib. trac. 2. ca. 2. Scđa est, operatio fit & nō existit vt quoddam permanens in esse acquisito. Vtrum autem operatio, quæ est felicitas, fiat in ꝯstanti vel in tempore declarabitur in libro decimo. Tertia est, operatio virtuosa est delectabilis: & est proprium delectabile hominis virtuosi: vnde signū generatæ virtutis est delectatio in opere. Quarta est: possumus magis speculari ꝓximos & eorum actiões, vtrū sint bonæ vel malæ quàm nos ipsos, & nostras ꝓprias actiones. Iudicium nanque humanum magis deficit circa ꝓpria ꝓpter priuatum affectum. Quinta est, non possumus delectari nisi in eo, q̄ cognoscimus. ex his arguitur sic, felicitas est operatio virtuosa & delectabilis, q̄ fit & non existit facta vt res ꝑmanens: ergo felix continuè est in operari delectabiliter opera virtuosa: & non delectatur nisi in cognito: & operationes amici virtuosi magis sunt cognitę à felice quàm suę ꝓpriæ: ergo felix magis delectatur in actionibus virtuosis amicorū quàm in ꝓpriis. Ergo indiget amicis virtuosis, vt delectetur in actionibus eorū: & ꝑ eas cognoscat delectationes ꝓprias delectetúrque in eis: & sic patet quòd bonis delectabiles sunt actiones bonæ bonorum amicorum: in quibus inueniuntur duo secundum naturam delectabilia, scilicet bonum & amatum.

Solitarium iucunde viuere difficile est.

Secunda ratio est: existimatur cōmuniter ꝙ oportet felicem semper delectabiliter viuere. Difficile est autē solitarium semper delectabiliter viuere: Nam cū viuere sit operari, non potest solitarius ita continue operari ꝑ seipsum, sicut cū aliis: & sic ex solitudine multoties interrūpitur delectatio felicis, q̄ stat in operatione. Quod autē est difficile solitario, erit facile sociato: ergo felix indiget amicis virtuosis, vt delectabiliter cū illis viuat. Omnis ēm virtuosus gaudet actionib⁹ bonis siue à se, siue ab aliis fiāt, & tristat̄ ꝺ riis: sicut muscus lætatur melodia, & tristatur dissonantia.

Tertia ratio est: ex hoc ꝙ virtuosus conuiuit amicabiliter cum bonis fit exercitatio & consocietas in operando secundum virtutē, vt dixit Theognides poëta: seipsos enim mutuo animāt ad operandū virtuose: igit̄ felix indiget conuiuere cum bonis in amicitia, vt magis se exerceat perficiatque virtutum opera.

Felix indiget amicis, quo natura li quodam desiderio in sequitur.

Quantum ad tertium aduerte, quòd Arist. intendit ꝓbare prædictam cōclusionem, s. quòd felix indiget amicis virtuosis ꝙ medium naturale, id est ex his quæ vt bona sibi naturaliter desiderat: & intendit talem rationem, qđ est à felice naturaliter desideratum, oportet sibi inesse: aliter indigentia staret cum felicitate: & tunc non esset bonū sufficiēs cuius oppositum declaratum est in primo lib. Sed felix naturaliter desiderat amicos virtuosos: ergo oportet eos habere. Minorem quidē sic manifestat Ari. felix naturaliter desiderat suum esse, & suum viuere: vtpote bona sua: & delectatur se sentire & cognoscere suū esse & suū viuere: ergo cū amicus sit alter ipse, vt dictum est supra desiderat esse & viuere amici, sicut esse & viuere suum propriū licet nō æqualiter: quia propinquior est sibiipsi quàm amico, & delectat sentire & cognoscere esse & viuere amici, sicut dictum est de seipso. Nō potest autē sentire & cognoscere esse & viuere amici, nisi conuiuat cum eo secundū cōmunicationē sermonū & mentis, id est conferēdo secreta cordis. Non enim amici dicuntur conuiuere eo solo ꝙ simul comedunt. Hoc enim est conuiuere brutorum. Non potest autem cōuiuere modo prædicto nisi habeat amicos: ergo sicut naturaliter desiderat seipsum esse & suum viuere, sic & amici: ergo naturaliter desiderat habere amicos in quorum conuictu delectetur, sicut & in seipso, licet non æqualiter, vt dictū est. Vt ergo impleatur desiderium felicis, oportet eum habere amicos virtuosos.

Patet ergo quomodo est verum, quòd felix non indiget amicis, qa nec vtilibus, nec delectabilibus, nisi forte parum vt declaratum est supra, & in hoc sensu cōcludit ratio inducta in principio pro parte negatiua, & quomodo etiā est verum ꝙ indiget amicis, scilicet virtuosis: in quo sensu concludunt inducta in principio pro parte affirmatiua.

Et aduerte, quòd in determinatione facta & in omnib⁹ rationibus prępositis semper intendit Ari. de facili pro prę senti vita, vt sępe diximus in libro primo: & replicabim⁹ in decimo. Nam de facilitate post hanc vitā, in tota sua doctrina morali nō se intromittit. Hæc de ꝑsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De numero amicorum multine, an pauci habendi sint.

Ex 9. Eth c. 10. Plures, & plurimi non idē significant.

IN tertio cap. quærit & resoluitur hoc dubiū, vtrū homo debeat sibi facere plurimos amicos. Et aduerte ꝙ Ari. nō dicit plures, sed plurimos. nā duo sunt plures sed nō plurimi. Importat ēm ly plurimi magnā & indeterminatā multitudinē. Et qđ ꝙ homo habeat plures, puta duos aut tres amicos, nullū repręsētat incōueniēs. Qđ aūt hēat plurimos

manife

manifestũ dubiũ est,an sit ei expediens.Pro resolutione igit dubij,tres conclusiones ponendæ sunt & probandæ ex intẽtione Arist. Quærit Arist.vtrum quàm plurimi faciendi sunt amici, an vt de hospitalitate pulchrè dicitur,Hospite ne careas,hospes neque pluribus esto:sic etiam de amicis dicendum sit.Neque sine amicis esto neque plurimos habebis amicos.

Nequa quã expedit plurimos facere sibi vtiles amicos.

Prima igitur conclusio Aristo.sit ista.In amicitia vtili & delectabili non expedit homini habere plurimos amicos.nã si quis haberet amicos vtiles plurimos,qui,p eo laborarent, adiuuarẽtque beneficia tribuendo, oĩbus illis obligaretur rependere vices , aliter esset ingratitudinis reus. Omnibus autem retribuere sibi laborioſum & difficillimum esset. nõ ergo expedit facere plurimos amicos vtiles.

Præterea plurimi amici vtiles impedirent hominẽ in bene & virtuose viuendo Si eĩ sunt plures amici vtiles, quã sint necessarij ad propriam vitam,nimis distrahent hominẽ: & impedient ipsum in bene agendo ſm virtutẽ:quia dum nimis intendit negotijs aliorum de seipso debitã curam habere non potest.Non ergo, &c.

Volenti moraliter viuere non expedit plurimos habere delectabiles amicos.

Quod aũt in amicitia delectabili non expediant plurimi amici,sic declarat Ari.Ad delectationem,ſ.corporalẽ hominis exhibendam pauci amici sufficiunt:qm̃ talis delectatio q̃ per delectabiles amicos exhibetur aſsimilatur sali : quod ,p condimento ponitur in cibo.Vnde sicut parũ salis bene condit cibum,multum autem facit cibum non gratum & non sanum:sic pauci amici sufficiunt homini ad delectandum. Moderata nanque delectatio recreat animũ,fortiorẽmque reddit in operando intellectualiter & virtuose. Quod si sit immoderata animum distrahit & dissoluit.Non igitur expedit homini,ſ.volenti moraliter viuere,facere sibi plurimos amicos delectabiles.

Non decet in honesta amicitiaquã plurimos cõparare sibi amicos, sed plures sufficiunt.

Secunda cõclusio,In amicitia honesta licet homo possit habere plures amicos determinatos ſm numerũ , puta tres, aut quatuor,non tñ expedit eum habere plurimos. nam sufficit q̃ tot habeat cum quot potest delectabiliter & virtuose conuiuere:hoc enim est proprium amicitiæ honestę,ſ. cũ amicis conuiuere.Licet autem delectabiliter possit cũ tribus,aut quatuor delectabiliter conuiuere,non tñ cum valde multis. Nam conuiuere in amicitia honesta non importat simul comedere sed cõicare se sermonibus & cõsilijs & secretis cordis.Sed non essent delectabile, nec laudabile q̃ virtuosus hoc modo conuiueret cum plurimis.nam & laborioſum sibi esset, & res insani communicare secreta & vitã suam excessiuæ multitudini.

Prętera:oportet amicos simul commorari.Nam dictum est in octauo libro,quòd absentia dissoluit amicitiã & prętsentia saluat.Si igitur virtuosus plurimos habet amicos, oportet q̃ oẽs inter se sint amici,aliter nõ delectabiliter possent simul commanere.Hoc autem est valde difficile, q̃ plurimi sint amici adinuicem amicitia honesta,cũ virtus sit rara:ergo virtuosus non debet conari ad conciliandum plurimos amicos.

Præterea,dictum est supra , q̃ ,prium est amicorũ simul gaudere,simúlque tristari:sed vnus non potest simul gaudere & tristari cum multis.nam accidet q̃ vnus amicorum incidet eodem tempore in malam fortunam,alter habebit ,prosperã: ergo oporteret eum,qui multos habet amicos,eodẽ tempore cum bene fortunatis ridere & lætari & cum infortunatis flere & tristari.hoc autem est ſummè difficilè , imò derisorium esset ; non ergo expedit virtuoso habere plurimos amicos:nã perfecta amicitia , qualis est amicitia honesta, cõsistit in quadam superabundantia amoris:quæ seruari non potest nisi ad vnum,vel ad paucos : vnde nec ſm voluptuoſum amorem vnus amat plures intenso & perseueranti amore.Et quod dictum est confirmatur experientia.Nam amicitia sodalium non est inter multos,sed cõiter inter duos & qui fama celebrantur sunt bini & bini : vt Damon & Pythias,Theseus & Pirithous,Amicus & Amelius,Dauid & Ionatas.Qui vero omnibus familiariter se exhibent , nemini sunt veri amici:nisi forte ciuiliter:q̃a sic consuetũ est in ciuitatibus similes appellare amicos communes & tales solẽt vocari placidi:quod sonat extremum vituperabile:dicit eĩ excessum in delectando alios.Nam vt diximus in libro quarto,in tractatu de affabilitate,placidus est ille, qui omnibus in omnibus placere studet.

Amicitia potissima solũ inter duos.

Amicitiã politicam quã plurimi decent amici.

Tertia conclusio, amicitia politica põt & debet virtuosus esse amicus plurimis & quantũ sit ex se ſalua virtute debet esse amicus toti multitudini ciuitatis.Nã dictũ est in tractatu ſcdo huius libri, capite tertio q̃ amicitia politica est idem cũ concordia.Vnde dicimus ciues amicos ad inuicẽ, qm̃ cõcordant.& hæc amicitia est circa cõia vtilia toti populo,& conseruatiua ac defensiua eiusdem.Decet autẽ virtuosum ,pcurare bonum totius ciuitatis:ergo debet habere quantũ põt concordiam cum plurimis & cum tota multitudine,vt prosit oĩbus.Amicitia vero politica , vt dictum est, idẽ est q̃ cõcordia:ergo,&c.Patet igitur q̃ non expedit virtuoso habere multos amicos,neque vtiles neque delectabiles,neque honestos nisi modis quibus dictum est & excepta amicitia politica.Hæc de prẽsenti capite dicta sint.

CAPVT IIII.

Vtra in fortuna, prospera,an aduersa sint habendi amici, & quomodo ad ipsos nos geramus.

Ethic. 9. Cap. 11.

IN quarto capite quæritur & resoluitur hoc dubiũ , si homini sunt magis necessarij amici ĩ fortuna ,pspera, vel in aduersa.& ,p resolutione dubij hic agenda sunt tria. Primo ,pbatur,q̃ in omni fortuna opportuni sunt amici:sed in aduersa est magis necessarium:in ,pspera,aũt honestius.Secundo declarãtur causæ ,ppter quas præsentia amici est in vtraque fortuna delectabilis.Tertio ponuntur documenta moralia seruanda in vocatione amicorum & accessu ad eos in vtraque fortuna.

In omni fortuna amici opportuni sunt, maximè autẽ in aduersa,honestius autẽ in bona.

Quantũ ad primum aduerte ex intentione Ari. q̃ in fortuna aduersa ideo sunt opportuni amici, vt cõferant auxilia,adiuuent,consulant,& faueant agitato mala fortuna. In ,pspera aũt sunt opportuni vt habeat bene fortunatus cum quibus delectabiliter conuiuat, & eis benefaciat.Ideo autẽ sunt magis necessarij in aduersa fortuna, q̃a tunc homo magis indiget re vtili,& auxilio:quod solet per amicos pstari. In ,pspera autẽ certum est q̃ nõ sunt ita necessarij,ſ.,p ferẽda vtilitate,qm̃ bene fortunatus sibi sufficit.Est autem magis honestum in bona fortuna habere amicos virtuosos. Nã ad bene fortunatum spectat benefacere alijs cõicando suã bonam fortunam , sed melius ac laudabilius est benefacere amicis virtuosis quàm extraneis : ergo in bona fortuna valde honestum est ac virtuosum habere amicos bonos quibus bene fortunatus benefaciat:& cum quibus habeat conuersari.& sic patet q̃ in omni fortuna opportuni sunt amici,licet in aduersa homo eis magis indigeat.

In aduersa fortuna delectabiles sunt amici duplici ex causa.

Quantum ad ſm aduerte,q̃ duplici cã vr̃ præsentia amici delectabilis in fortuna aduersa.primo quia amicus infortunatus sentit alleuiationẽ suæ tristitiæ ex prẽsentia sui amici.Sicut eĩ duo ferentes graue pondus,melius ferunt eo q̃ vterque partem suã fert,sic homo constitutus in tristitia,leuius tristitiam sustinet:q̃a amicus præsens vr̃ partẽ illius tristitiæ sibi assumere:ideo præsentia amici in casu aduerso est desiderata & delectabilis : vt pote alleuiatiua malæ fortunæ.Secundo q̃a oĩs delectatio superueniens tristi,tristitiam minuit.Sed amicus superueniens ac visitãs amicum tristem affert ei delectationem : qm̃ dum intelligit & clare videt amicum sibi cõdolentem delectatur se talem habere amicũ: & vt sic eius tristitia minuitur.

Et aduerte q̃ hæc secunda cã videtur verior prima.Nam similitudo de comportante pondus non videtur conuenire in propoſito,qm̃ amicus superueniens non assumit sibi partem illius tristitię numero,quã amicus infortunat⁹ patitur: ideo non est simile de comportante idem pondus numero. Potest tñ verificari quãtum ad causam tristitiæ: puta si quis tristatur quia dãnum in facultate magnum passus est, & amicus velit partem illiusmet damni sustinere,tunc propriè alleuiat tristitiam:q̃a assumendo partem damni,assumit partem tristitiæ.

In fortuna verò ,pspera prẽsentia amici est delectabilis: q̃a delectabile est cum amicis gaudere & frui bonis : & qm̃ complacet amico bene fortunato , dum videt amicos suos gaudere,& sibi ꝯgratulari de bona fortuna:& sic habet duplicem delectationem:vnã ab intrinseco,alterã ab extrinseco,id est,ex amicis.Patent igitur causæ : propter quas prẽsentia amici in vtraque fortuna est delectabilis.

Non in quauis fortuna eadem ratione amici iucundi sunt.

Tu tñ aduerte ex intẽtione Ari.præsentiã amici non eodem modo esse delectabilẽ in vtraque fortuna.nã in ,pspera est simplr delectabilis in aduersa est admixta tristitię Delectatur eĩ cõstitutus in tristitia ex eo q̃ hortatur ad constãtiã ab amico congruis rationibus , prudenti & placido sermone.Cognoscẽs eĩ mores & mentẽ amici cõstituti in tristitia,si sit dexter & idoneus ad cõsolandum,sciet afferre media ꝯsolatoria:& in hoc delectabilis est pñtia amici consolantis,verum tristitiã affert constituto in aduersa fortuna, eo q̃ ille aduertit amicum consolãtem tristari & dolere de eius

eius mala fortuna,& ꝓpterea viriles amici verentur & cauent,ne dum sunt mala fortuna vexati,eorũ amici ꝓpter eos contristentur:est em̃ de natura veræ amicitiæ velle benefacere & complacere amico,& non eũ contristari: nisi fortè auxilium qđ p̃betur amico suꝑexcedat in bono tristitiam amici.Sustinent em̃ qꝫ ꝑ modicam tristitiam amicorũ, sua tristitia subleuetur.Homini tamẽ virili infortunato nõ placet habere comploratores, qa nec ipsi sunt ploratiui, sed forti animo sustinent non emittentes extra lamentationes multas.Sunt tamẽ nonnulli ita muliebriter dispositi, q in hoc delectantur quòd secũ habeãt aliquos angustiatos, amântque quos vident secũ dolere plorare & lamẽtari: & illos reputãt amicos,sed in hac hominũ diuersitate ,oportet meliores,id est viriles imitari:nihil em̃ effœminati agũt.

Amici quomodo sint vocandi in vtraque fortuna.

Quantum ad tertium aduerte tria documenta obseruanda in vocatione amicorum ad se.Primũ est.Amicus existens in bona fortuna,ꝓmptè debet amicos suos cõuocare:nã ad amicitiam spectat benefacere amico:& ipsum delectare simúlque gaudere.Sed amic⁹ existens in bona fortuna:si vocat ꝓmptè amicos benefacit eis:delectat eos: & congaudet:ergo,&c. Secundum est.Amicus constitutus in aduersa fortuna,tarde & nõ nisi coactus nõ debet ad se amicos vocare:nã ꝓpriũ est amicitiæ,nolle tristitiam dare amico: ex hoc autẽ qꝫ amic⁹ videt amici malã fortunã tristarꝫ:ideo nõ debet nisi tarde & ex necessitate vocari: vnde in ꝓuerbiũ tractũ est dictũ cuiusdã cõstituti in tristitia, q cũ hortaretꝫ vt ad se vocaret amicos respondit, Satis est qꝫ ego infortunia patior,quasi dicat,nõ oportet amicos meos tristari, satest me tristari.Tertiũ est:tũc maximè vocandi sunt amici ad infortunia,quando cũ modica eorũ ꝑturbatione,multũ iuuare possunt:nã amicitia reqrit mai⁹ bonũ esse magis eligendũ.Sed euidens auxiliũ p̃stitũ amico existẽti in aduersa fortuna excedit modicã amici ꝑturbationem: ergo,&c.

Amici accedentes ad amicum quid obseruare debeant.

Ex parte autẽ accessus ad amicum aduerte tria documẽta.Primũ est,amicus sciens amicum constitutum in infortunio ꝓmptè & celeriter nõ vocatus debet ad eum accedere.Melius est em̃ & gratum magis beneficium sponte præstitum & non requisitũ & ideo vt amicus magis placeat amico infortunato nõ expectet vocand⁹,sed ꝓueniat sponte accedens.Secundũ est,ad bene fortunatos amicos quando indigent collaborante,& cooperante ad aliqđ cõsequẽdum,debet amicus etiam non vocatus ꝓmptè accedere: & se ac sua in subsidium offerre.Nam debet amicus amicũ iuuare quantum potest:mõ nõ agat nec cooperetur illicitis: ergo,&c.Tertium est:ad hoc qꝫ amicus ab amico bene fortunato beneficium recipiat,debet non de facili nec cito accedere.Nã nõ decet amicum p̃stare se onerosum amico bene fortunato,sed delectabilem: sed si de facili accedit ad eum,aut moratur apud ipsum vt ab eo extrahat beneficiũ, onerosum & indelectabilem se exhibebit. Ideo cauendum est amico,ne cum importunè beneficium petit indelectabilis fiat.His autẽ nõ obstantibus amicitia vera requirit qꝫ in vtraque fortuna p̃sentia amici sit delectabilis & eligibilis.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT V.

Quodnam sit in amicitia maximè appetibile,ac delectabile, & de bonorum & prauorum amicitia.

Ex nono Ethicorum Cap.12.

IN quinto capite querit & resoluitur hoc dubium,quid in amicitia sit eligibilissimum,& delectabilissimũ veris amicis,& antequam ad decisionem veniamus aduerte qꝫ Aristo. introduxit hoc dubium assimilando veram amicitiam amori voluptuoso:in quo videmus amatoribus esse desideratissimum & maxime delectabile videre amasias, nollẽtq; vnquam priuari earum visione. Amor enim talium incipit, augetur, conseruatur visione pulchritudinis earum veræ vel extimatæ.Dicit igitur Arist.sicut in adamantib⁹ videm⁹ visum esse eligibilissimum & delectabilissimum, quęritur qđ ꝓportionaliter sit eligibilissimum & desideratissimum in amicis veri:qui dicunt amici honesti,id est virtuosi.Nã de his ꝓpriè intendit Ari.in p̃senti dubio.Pro resolutione igitur huius: duo sunt agenda. Primò ꝓbabitur qꝫ in amicitia honesta eligibilissimũ est conuiuere.Scdo ponẽtur duo correlaria vnũ in amicitia prauorũ,alterũ ĩ amicitia bonorum.

Conuiuere maximè iucundum in amicitia est.

Quantum ad primum ponitur hæc conclusio resolutiua quæsiti. Sicut desideratissimum est adamantibus se mutuo videre,sic veris amicis cõuiuere, & ꝓbatur triplici ratiõe.

Primò.Omnis amicitia in quadã communicatione consistit,vt declaratum est in libro octauo. Sed veri amici dum conuiuunt maximè seipsos adinuicem communicant,simul conuersando,simul operando,si mul loquendo,simul corda manifestando:ergo desideratissimum est eis conuiuere.

Secundò delectabilissimum est vnicuique sentire se esse & viuere:ergo & amicum cum sit alter ipse,non autem potest magis sentire amicũ esse & viuere: & quomodo in tota vita se habeat nisi ex conuictu:ergo,&c.

Tertiò videmus hoies velle conuersari cum amicis in ea actione,quam maximè diligunt, & ad quam videntur totã vitam suam ordinare: vnde qui delectantur comessationibus & ebrietate volunt secum habere conuiuas & cõpotatores:ludentes volunt habere conludentes: venatores cõuenatores:militantes commilitantes:Philosophi cõphilosophos:& breuiter singuli in eo communicant quod maximè diligunt:ergo experimento constat qꝫ amicis eligibilissimũ est conuiuere,vnde & in libro septimo, declaratum est amicitiã ex cõuictu seruari,ex mutua autẽ separatiõe dissolui.

Quantum ad secũdum ponuntur duo,corollaria, quorũ primum est,quòd amicitia prauorum est mala & malum est eos conuiuere:& quidẽ quòd sit mala patet ex eo, quòd & agunt simul opera mala: & qꝫ malum sit eos conuiuere ꝑpatet ex eo quòd communicant sibi inuicem mala opera sua, cum facti sint instabiles procedũt ex malo ad peius: alterq; efficitur peior ex malo exemplo alterius, ideo expedit eos separare abinuicem,ne ex conuictu crescat eorum malitia.

Bonorum amicitia bona est.

Secundum est,Amicitia bonorum est bona:bonusq; eorum conuictus & seruandus est:nam mutuis colloquiis virtuosis & laudabilibus coaugetur,fiuntq; meliores in eo qꝫ simul operãtur se inuicẽ diligẽtes:vnus enim excitat⁹ ab altero ꝓ exẽplũ boni operis,magis ꝓficit in virtute:vnde,vt inquit Ari. rectè ꝓuerbio dicitur,Disces à studiosis id est à viris ꝓbis,optima semp.Hęc de prẽsenti capite dicta sint.

Tractatuum in librum nonum Ethicorum finis.

LIBER DECIMVS ETHICORVM,

Duobus complexus capitibus.

IN hoc decimo libro intendit Arist. cõplere cõsiderationẽ de felicitate,q̃ incœpit in primo libro,sub titulo vltimi & optimi finis rerũ humanarum & cuius gratia pertractauit de virtutibus moralibus vsque ad quintũ librũ inclusiuè & de intellectualib⁹ in sexto,vt de mediis qꝫbus disponitur homo ad felicitatẽ & de cõtinentia in septimo & de amicitia in octauo,& in nono,eo qꝫ deseruiunt felicitati vt annexę. Verũ qa apud multos extimatur felicitas idẽ esse quod delectatio,& posito qꝫ non sit idẽ, saltẽ necessario est ei coniuncta ideo Ari.prius tractat de delectatione: nõ tñ eadẽ ratione qua de ea considerauit in libro septimo.Illic enim de ea pertractauit vt circa eam tanquã propriam materiã ponitur continentia & suum oppositũ, principaliterq́ cõsiderauit de delectatione sensibili & corporali, circa quã etia posita est tẽperantia & suũ oppositũ,vt patet in libro tertio.Hic autẽ cõsiderat de ea vt est cõiuncta felicitati,& intẽdit loq principaliter nõde delectatione sẽsuali, sed spirituali,& q̃ dicim⁹ intellectualẽ,eo qꝫ est in parte animę intellectiua.Totã igitur intentionẽ Ari.cõplectemur in duobus tractatibus. In primo agemus de delectatione. In secundo de felicitate.

TRACTATVS PRIMVS IN tria capita diuisus.

¶De Delectatione adiuncta felicitati.

IN primo tractatu agẽtes de delectatione vt est annexa felicitati,diuidem⁹ eũ in tria capita. In primo recitantꝫ diuersæ opiniones de delectatiõe, vtrum sit bona vel praua,vtrũ ꝑ se bona, vtrũ maximè bona, & perscrutatꝫ qđ veri aut falsi cõtineãt.In secundo inquirit ad mentẽ Ari.quid & qualis sit delectatio.In tertio declarãtur differẽtię siue diuersitates delectationũ acceptæ ex operationib⁹,ex bonitate & malitia, ex puritate & impuritate, & ex diuersitate subiectorum.

CAPVT I.

De voluptate & delectatione secundũ antiquorũ sententias apparentes,præcipuè Platonicorũ contra Eudoxum, differit.

IN primo capite agendum est de delectatione secundũ opiniones antiquorum,& hic quatuor agẽda sunt. Primò de

Ex 10. Eth. Cap. 1. 2. 3.

claratur ꝙ ad philoſophum moralẽ ſpectat pertractare de delectatione. Scdo examinantur quædam opiniones in generali loquentium de bonitate & malitia delectationũ. Tertio examinatur opinio Eudoxi. Quarto examinatur opinio dicẽtiũ abſolute & vniuerſaliter delectationẽ nõ eſſe bonã.

Ad moralẽ philoſophũ ſpectat tractare de delectatione.

Quantum ad primum ponitur hæc concluſio. Ad philoſophum moralem ſpectat pertractare de delectationib⁹: nã ad ipſum ſpectat ꝓtractare de rebus humanis, per quas humana vita gubernatur & regitur: ſed delectationes ſunt res humanæ & ita appropriantur generi humano, ꝙ per eas regulatur humana vita: cuius ſignum eſt quòd gubernantes & erudientes pueros, volentéſque eos inuitare ad bonos mores & declinare à malis, deducunt eos per delectatiões & triſtitias: nam ſi bene agunt applaudunt eis, & delectant ludis, ſermonib⁹, munuſculis. Si male aut quid turpe agunt, arguũt eos cõtriſtantes minis & verberibus & ita per vicif ſitudinem delectationis & triſtitiæ ſtudent eos regulare.

Prætereà delectatio & eius oppoſitum ad virtutẽ moralem pertinent. nam dictum eſt in lib. ſecundo ꝙ virtuoſus delectatur & triſtatur in his in quibus oportet eum delectari aut triſtari: vitioſus autem agit oppoſito modo: cum igitur philoſophus moralis habeat conſiderare de virtute morali & vitio ei oppoſito, conſequens eſt vt pertractet de delectatione, quæ eam conſequitur.

Prætereà: delectatio quæ eſt circa mores humanos, multam dubitationem habet vtrum bona vel mala ſit: vt declarabitur in opinionibus ſequentibus. Sed ad philoſophum moralem ſpectat pertractare dubia contingentia circa mores humanos: ergo & de delectatione.

Delectatio quomodo cõ ſequatur humanam ſpeciem.

Sed aduerte, ꝙ illa ꝓpoſitio Ari. ſumpta in prima rõne, ſ. quòd delectatio appropriatur generi humano, intelligẽda eſt de delectatione intellectuali & ſpirituali: hæc enim ꝟſequitur naturam intellectualem, non autem verificatur de delectatione, vt eſt ſub ſe continens delectationem corporalem, illa nanq; conſequit naturam ſenſitiuam: ideo cõmunis eſt homini & bruto vt ſenſitiuam naturam habent.

Quantũ ad fm aduerte vt dicit Ari. ꝙ loquentium de delectatione qdã dicũt eã eſſe bonam. Quidã auté ecõtrario eſſe vehementer prauã. Dicẽtiũ eã prauam, qdam credũt ſic eſſe, qdam autẽ non credunt ſic eſſe, imò eſſe bonam, ſed tñ ſic expedit enuntiare & ſuadere hominib⁹, vt retrahant ab exceſſu voluptatum, ad quas ſunt ꝓpẽſiores: & ſic paulatim deducent ad mediũ: vt ſ. moderate & vt decet delectentur.

Credentes voluptatem eſſe bonam, male facũt ſuadentes eſſe malam.

Sed aduerte vt bene inqt Ari. homines credentes delectationẽ eſſe bonam, non benefaciunt enunciare ac ſuadere aliis eſſe prauã vt retrahantur ab ea: nam aliquando contingit ꝙ huiuſmodi ſuadentes quærent & capient aliquã delectationem, quo comperto, q retrahebãtur vt à re praua, magis ꝓuocantur ad eam malo exemplo ſuadentium: nam in humanis agendis aut præcauendis minus creditur ſermoni quam operi: vnde ſi quis agit id qd enunciat eſſe malum ex conſequenti non commitendum: magis ꝓuocat exẽplo quã diſſuadeat verbo. Quilibet em̃ videtur eligere id qd iudicat eſſe bonum in particulari. Qñ igitur ſermones non conſonant operibus, contemnuntur: & interimitur verum quod enunciatur: & id accideret in ꝓpoſito: nam ſi qs enuncians & ſuadens, omnem delectationem eſſe prauam ex conſequẽti fugiendam: deꝓhendat inclinari ad aliquã & eam quærere, innuet ex opere oẽm delectationem eſſe bonam & deſiderandam: vulgares em̃ & plebei animi non valentes diſtinguere hoc eſſe bonũ & illud non extimabũt qd apparet bonum in vno eſſe in omnib⁹ bonũ: ex his ergo ſequitur ꝙ veri ſermones non ſolum ſunt vtiles ad acq̃rendã ſciam, ſed etiã ad bene viuendũ. Credit em̃ eis qñ operibus docentis ſunt conſentanei ꝓpter quod efficaciter hortantur auditores & intelligentes ad ſic viuendum vt determinant: non ergo expedit in moralib⁹ docere delectationem eſſe prauam, & tamen opere eam quærere. Sed docere ſicut rei veritas eſt.

Sermones operibus cõſoni eſſe debent.

Eudoxi Placitum.

Quantũ ad tertium vt habeas opinionem Eudoxi, aduerte ꝙ duo dicebat. Primo ꝙ delectatio eſt bona. Secundo ꝙ non ſolum eſt bona ſed ꝓ ſe & maximè bona. Primum ꝓbat duplici ratione quas conantur ſoluere Platonici: ſed Ariſt. eas ſuſtinet: ſecundum ſimiliter ꝓbat duplici ratione: quas Platonici ſoluunt: ſed Ariſt. eorum ſolutiones reprobat.

Delectatio bona eſt quã omnes appetunt.

Quod igitur ſit bona ſic primo arguit Eudoxus. Omnia ſiue rationalia, vt noẽs, ſiue irrationalia vt bruta appetũt inclinantur, & currunt ad delectationem ergo eſt bona. Antecedens patet ad ſenſum conſequentia conſtat, qa bonum eſt illud quod omnia appetunt: vnde quia omnia animalia appetunt cibum, ideo eſt bonus animalibus: & quia appetũt quietem per dormitionem, ideo eſt bona.

Secundo ſic. Cui⁹ cõtrariũ eſt malũ ipſum eſt bonũ. Sed triſtitia q̃ cõtrariat delectationi eſt mala: cui⁹ ſignum eſt ꝙ omnia fugiunt eã naturaliter ergo eſt mala. Sicut em̃ bonũ habet rationẽ ꝓſeq̃bilis, ſic malũ rationẽ fugibilis, ergo, &c.

Sed aduerte, ꝙ Platonici vt aſſerit Ariſ. q̃ tenent ɔ Eudoxum, delectationẽ nõ eſſe bonã ſoluunt has rationes: ad primã negant ɔſequentiã: ad ꝓbationẽ negant hãc eſſe veram: illud eſt bonum qd omnia appetunt, dicunt em̃ ꝙ ſtat aliqd appeti ab omnib⁹ & tñ nõ eſt bonũ. Verum Ariſ. conatur hanc ſuſtinere bonum eſt qd omnia appetunt: & arguit ſic. Illud eſt bonum qd omnes homines iudicãt eſſe bonum. Nõ em̃ videt poſsibile ꝙ iudiciũ naturale fallat in omnib⁹: nã ſi nõ eſſent niſi animalia bruta, & homines praui habentes appetitum deordinatum, forte ſuſtineri poſſet dictũ Platonicorum. verũ, qa ſunt aliq ſapientes, quorũ rõ eſt recta & appetit⁹ eſt ordinat⁹ ideo neceſſe eſt hãc eſſe verã. Illud eſt bonum, quod omnes homines iudicant eſſe bonum, cum multi ſint boni & ſapientes, q nõ fallunt: ſed videm⁹ ꝙ omnes homines tã boni q̃ praui appetunt delectationẽ & talis appetit⁹ in homine ſequit cognitionem & iudicium: ergo ideo appetũt, qa cognoſcunt: illud igit, qd omnes homines appetunt appetitu ſequente iudicium eſt bonum: qa non appeterent niſi iudicarent pri⁹ eſſe bonum, vnde Platonici non dicunt credibiliora quàm ſit illud, bonum eſt quod omina appetunt.

Bonum eſt quod omnia appetunt appetitu ſequẽte iudicium rationis rectæ.

Prætereà: poſito ꝙ omnia agentia ſine intellectu & ſine iudicio ꝓprio appeterent delectationẽ, adhuc rationabile eſt ꝙ ſit bona. Nã & praui habẽt in ſeipſis quoddã naturale bonum, ſ. appetitum naturalẽ, quo tendunt in bonum ꝓpriũ & eis ɔueniens. Cum igit omnia animalia & omnes homines tam boni q̃ mali naturali deſiderio inclinentur ad delectabilia: vt diuerſa animalia ad diuerſos cibos ſibi delectabiles & diuerſi homines ad diuerſas operationes ſibi delectabiles, aliter non ꝓſeuerarent in eis, manifeſtum eſſe poteſt, delectationem eſſe bonam, licet vſus contingat eſſe malus, vt declarabimus infra. Patet igitur quòd Platonici non recte ſoluunt primam Eudoxi rationem.

Ad ſecundam negant maiorem, quoniam malum non ſolum ɔtrariatur bono, vt vitium virtuti: ſed etiam malũ malo, vt extremũ extremo puta ꝓdigalitas auaritiæ, ſic dicũt in ꝓpoſito ꝙ delectatio cõtrariatur triſtitiæ, vt malum malo.

Sed aduerte vt dicit Ari. licet in hoc non male dicãt, ſ. ꝙ loquendo en genere malum ɔtrariat malo & non ſolum bono, tamen applicando ad ꝓpoſitum, hoc non poſſunt ſaluare in delectatione & triſtitia, ſ. ꝙ contrarientur vt malũ malo, imò vt bonum malo: & arguitur ſic. Si vtrumq; eſt malum: ergo tam delectatio q̃ triſtitia ſunt vniuerſaliter fugiẽdæ: ſed hoc eſt falſum ad ſenſum. Videmus em̃ ꝙ licet omnia naturaliter diffugiant triſtitiam, non tamen delectationem, imò naturaliter inclinantur in illam modo conuenienti naturæ ſuæ. In naturali aũt deſiderio ſtante in ſua naturalitate non eſt error: quoniam diuinum quoddam eſt in omni rerum natura. Conſequentia autem patet, quoniam duo mala aut vtrunque, aut neutrum eſt fugiendũ: quoniam in ratione mali non eſt maior ratio de vno quàm de altero. Patet ergo ꝙ ſolutio Platonicorum in hoc propoſito non valet.

Quod autem delectatio ſit non ſolũ bona, ſed etiam maximum & per ſe bonum probat Eudoxus duplici ratione.

Primo ſic. Quod eligit & deſideratur ꝓ ſeipſum & non ꝓpter aliud, eſt maximum bonum. Nam hęc eſt cõditio ſummi & maximi boni. Implicat em̃, ꝙ deſideretur ꝓpter aliud, & ſit maximum bonum. Illud enim aliud eſſet melius, quoniam ꝓpter quod vnũquodque & illud magis: & ſic aliqd eſſet melius optimo: qd implicat. Sed delectatio eligitur & deſideratur ꝓpter ſeipſam & non propter aliud, vt oẽs ɔſtentur. Nullus em̃ ab alio quęrit quare vel cuius gratia velit delectari: ſed bene quęrit ab alio ꝓpter quid ſic vel ſic operatur, & reſpondebit, quia in hoc delector: quaſi ꝙ delectatio ſit finis deſiderij: ergo eſt per ſe & maximum bonum.

Voluptas nõ tantum bona ſed maximum bonũ eſt.

Secundo ſic. Quod appoſitum cuicũq; alteri bono facit ipſum melius, videtur eſſe optimum: nam auget bonitatem cuiuſcũque alterius: ergo in ſe continet omnẽ bonitatẽ. Sicut ſi aliqd calidum ageret calorem in omni alio calidõ reputaretur calidiſsimum: ſed delectatio adiuncta cuicunque bono facit ipſum melius. nam ſi quis delectatur in opere iuſtitiæ, vel tẽperantię, vel alterius virtutis facit ipſum meliꝰ, quàm ſi non delectaretur: ergo videtur maximum bonum.

Delectatio perficit operationem.

Sed hic aduerte duo dicẽte Ari. Primò ꝙ hęc ſecunda ratio non concludit in veritate delectationẽ eſſe maximum bonum

Bonum additum alicui bono facit ipſum melius.

teri bonum nõ maximè bonum facit.

bonum,ſed eſſe bonã. Nã non ſolũ de maximo bono,ſed de omni bono verificatur,qđ appoſitũ alteri facit ipſum meli⁹. Quodcunq; em̃ bonum aggregatũ ex duobus bonis, meli⁹ eſt,quã ipſum ſolũ,cũ igit̃ delectatio appoſita cuilibet bono faciat ipſum meli⁹, cõcluditur ꝙ eſt bona, & non vltra.

Secundò aduerte,ꝙ licet aliquæ rationes Eudoxi ꝓbantis delectationem eſſe bonam & maximum bonum,fortè nõ efficaciter concluderent,tamen credebatur Eudoxo, ꝓpter eius virtutem & bonam ac irreprehenſibilem vitam:magis quàm ꝓpter ipſas rationes. Videbatur enim eſſe valde modeſtus,& nõ vt delectationis amicus iudicabat hęc dicere, ſed qa ſic eſt veritas,ſcilicet delectationem in ſe eſſe bonã.

Poſitis duabus rationibus Eudoxi ꝓbantis delectationẽ eſſe per ſe bonũ qđ æquipollet maximo bono, Platonici aduertentes primam rationem difficillimam eſſe ad ſoluẽdũ: non conati ſunt eam ſoluere ꝓ quanto deprehẽdere poſſumus textu Ari.Nam forte aduertentes ꝙ delectatio per ſe & non ꝓpter aliud appetitur,ſicut appetitur vltimus finis : & ꝙ nihil appetitur ſine delectatione:videbatur ſequi ꝙ eſſet maximè appetibilis,ex conſequenti maximum bonum.

Relicta igitur prima ratiõe aggreſsi ſunt ſoluere ſecũdã, & Plato quidem,vt recitat Ariſt.negat maiorem, imò ꝓbat ꝙ ſequitur oppoſitum. Nam ſi quod appoſitum cuicunque bono facit ipſum melius:ergo delectatio appoſita cuicũq; bono facit aggregatũ ex delectatione & illo bono eſſe melius delectatione ſola:ergo delectatio nõ eſt per ſe bonum, nec maximum bonum : quia non poteſt aliquid eſſe melius per ſe bono,ſumendo per ſe bonum more Platonico,ſicut ꝓ ſe vnum, ꝓ ſe ens : per ſe hominem : nam in illo ſenſu per ſe bonum eſt idem boni,quæ eſt ipſa bonitas abſolutè:quę cõtinet omnem bonitatem,& extra eam nõ eſt bonitas:niſi inquantum participat illam. Sumẽdo igitur per ſe bonum ad mẽtem Platonis conſtat ꝙ ratio Eudoxi non concludit.

Sed poſito ꝙ ratio Eudoxi nõ ſit efficax quia vt dixit ſupra Ariſt.non concludit aliud niſi ꝙ delectatio eſt bona:tamen declarare intendit Ari.proceſſum & obiectionem Platonis non concludere contra ſenſum Eudoxi:licet forte cõcludat de ꝓ ſe bono in doctrina Platonis.Tu igitur aduerte: ꝙ per ſe bonum eſt duplex.Quoddam eſt extra genus,& eſt illud quod in ſe cõtinet omnẽ bonitatem,& quo maius dari non põt:& per additionem cuiuſcunque boni nõ creſcit, & de tali per ſe bono procedit obiectio Platonis. Quoddã autem eſt ꝓ ſe bonũ in genere:puta in genere boni humani: & eſt illud, qđ per ſe & non propter alterum appetitur, & nõ ordinatur,ad illud ſed alia ad ipſum:& nõ eſt neceſſe,ꝙ ſit id,quo maius dari non poſsit abſolutè. Hæc em̃ eſt proprietas diuinæ bonitatis,ſed ſufficit ꝙ ſit id quod eſt maximum & gratia ſui deſideratum inter omnia bona cõmunicata generi humano & hoc eſt per ſe bonum,qđ dicitur humana felicitas : & quoniam Eudoxus opinabatur felicitatẽ conſiſtere in delectatione,ideo poſuit eam per ſe bonũ non extra genus,ſed in genere:& tale ꝓ ſe bonũ in genere,quale eſt humana felicitas huius vitæ,põt fieri melius per additionem alterius boni:vnde dixit Ariſ.in primo lib. ꝙ felicitas connumerata alteri bono fit eligibilior, & nos id iã declarauimus in primo lib.in trac.ſecundo,capite ſecundo.Et tu vide illic,ex his patet ꝙ obiectio Platonis contra Eudoxum ꝓcedit in æquiuoco. Concludit enim ꝙ delectatio nõ poteſt eſſe per ſe bonum extra genus. Eudoxus autem intẽdit de per ſe bono in genere:cui non repugnat dari meli⁹ ꝓ additionem alterius boni. Melius enim erit aggregatum. Hæc eſt ſumma opinionis Eudoxi defenſata ab Ari. ꝺ Platonicos,non ꝙ ipſe teneat delectationem eſſe per ſe bonũ modo expoſito,vt declarabim⁹ infra,ſed vt cõſtaret ꝙ Platonici nõ rectè ſoluebant ratiões Eudoxi : etiã ꝙ ſint ſolubiles.

Per ſe bonum duplex extra omne genus & in genere.

Felicitas et eius delectatio eſt per ſe bonum humanum.

Delectationem non eſſe vniuerſaliter bonam quomodo vndebant Platonici.

Quantum ad quartum aduerte,ꝙ Platonici omnino cõtrariam ſententiam tenent de delectatione ſententię Eudoxi.Tenet em̃ ꝙ nec eſt bona, nec eſt per ſe & maximum bonum:& intendunt de delectatione vniuerſaliter & abſolutè ſumpta,ita ꝙ nulla eſt bona:nec per ſe bona:vnde ſecundũ eos iſta eſt vera.Delectatio inquantũ delectatio eſt mala:ergo omnis eſt mala:ergo nulla eſt bona, nec ꝓ ſe bona.

Sed aduerte quòd Ari. non recitat nec deſtruit rationes Platonicorum,niſi eas,quibus probant quòd delectatio nõ ſit bona.Quòd autem non ſit per ſe bona, ꝓbabit Ari.Recitat igitur quatuor rationes. Platonicorum quibus probant delectationem vniuerſaliter ſumptam non eſſe bonam.

Prima eſt.Bonũ eſt de genere qualitatis:nã ſiquis interrogat quale eſt hoc,reſpondem⁹,bonũ,vel malũ.Sed delectatio nõ eſt de genere qualitatis,ſed poti⁹ de genere actionis ſicut & operatiões virtutis:ergo delectatio nõ eſt qd bonũ.

Sed Ari.ſoluens hanc rationem intendit negare maiorẽ: nam ſi aliquid in forma debita concludit,oportet ſic intelligere maiorem.Omne bonum eſt de genere qualitatis, vel ſic,Bonum eſt tantum in genere qualitatis. Sed in vtroque ſenſu negatur ab Ariſt.quoniam vt dictũ eſt in primo lib.bonum in omni genere inuenitur:& iam oſtendimus in tracta tu de tranſcendentibus,quomodo bonum conuertitur cum ante abſoluto actu exiſtente:vnde dicimus bonam ſubſtantiam,bonam qualitatem, bonam actionẽ,bonã paſsionẽ, & op⁹ virtutis eſt bonũ, quoniã à cauſa bona eſt effect⁹ bon⁹.

Bonum cõſequitur quodlibet genus entis.

Secunda eſt. Omne bonum eſt aliqđ determinatũ & certũ:ſed delectatio nõ eſt aliquod determinatũ & certũ:quoniã ſuſcipit magis & minus : ergo delectatio non eſt bona.

Sed Ariſt.deſtruens hanc rationem dicit ꝙ non ſequitur hęc conſequentia,Aliquid recipit magis & minus:ergo nõ eſt bonum : nam ſecundum virtutem & opus virtutis aliqd dicitur ſecundũ magis & minus,dicitur em̃ vnus homo magis iuſtus alio & etiam minus:& tamen homo magis iuſtus dicit⁹ bonus:& etiam minus iuſtus licet non æqualiter.Prętera,ad minorẽ quãdo dicunt ꝙ delectatio ſuſcipit magis & minus,aut intendunt in ɔcreto,quia ſ. vnus homo magis delectatur q̃ alter : ſed ex hoc non ſequitur delectationem non eſſe bonam,aliter nec iuſtitia eſſet bona :qm̃ ſecundum eam dicitur aliquis magis & minus iuſtus.Aut intendunt in abſtracto : & ſic licet minor ſit vera quo ad delectationes puras,immixtas & ſimplices, vt dicemus de eis infra,nõ tamẽ quo ad mixtas:& quæ cõſurgunt ex multis aggregatis: nam de eis iudicandũ eſt ſicut de pulchritudine & de ſanitate quę exiſtens determinata, qa ſtat in cõmenſuratiõe humorum vſq; ad certũ terminum, habet tamen in illa commenſuratione latitudinem, non em̃ eſt eadẽ commenſuratio in omnibus,nec in eodem eſt ſemper eadem:ita ꝙ eſt verum dicere,In Sorte eſt aliquando maior,aliquando minor ſanitas.Patet ergo ꝙ non ſequitur, Delectatio recipit magis & minus in abſtracto:ergo non eſt quid determinatum, ex conſequenti non eſt quid bonum,ſicut non ſequitur, Sanitas recipit magis & minus:ergo non eſt quid determinatum,ex conſequenti non eſt quid bonum. Patet ergo quòd hæc ſecunda ratio Platonicorum non concludit.

Tertia eſt,nulla generatio eſt bona, &c.Sed aduerte ꝙ hæc ratio etiam poſita fuit in libro ſeptimo,in tractatu ſecundo,in capite primo,& ſolutain capite ſecundo,ideo nõ eſt hic immorandum.Tu vide illic.

Quarta eſt,Delectationes,q̃ vehementes ſunt,& à qbus cũ difficultate abſtinet ſe homo,ſunt opprobrioſæ & vituperabiles:vt delectationes incõceſſæ Veneris & gulæ:ergo ſignum eſt quòd delectatio eſt vniuerſaliter mala.Sed huic rationi Ariſtotel.tripliciter obuiat.

Primò dicit ꝙ delectationes opprobrioſę nõ ſunt delectationes ſimpliciter,ſed malè diſpoſitis & depraua tis:nõ ſequit̃ autem,ſunt delectationes malè diſpoſitis: ergo ſunt delectationes ſimpliciter,ſicut nõ ſequit̃,vinũ apparet amarũ febricitãti:ergo eſt amarũ ſimpliciter.Stultũ autẽ eſt vel le iudicare delectationẽ ſimpliciter & vniuerſaliter eſſe malã,qa ꝓdictę delectatiões sũt malę,malè diſpoſitis.Sicut nõ eſt iudicandum vinũ eſſe malum,qa eſt malum febricitanti.

Voluptates opprobrioſæ ſunt delectationes virtutis malis, non autem ſimpliciter.

Secundò dicit Ari.quòd omnes delectationes, etiã ꝓdictæ ſ.veneris,& gulæ ſunt ſecundum ſe bonę & eligibiles, nõ tamẽ qbuſcunque,Puta delectatio veneris eſt bona beſtiis,& homini ɔiugato ad ɔſeruationẽ ſpeciei: & delectatio gulę eſt bona homini ſano tẽperate comedẽti & bibẽti. Nõ autẽ ſunt bonæ adultero & guloſo: qm̃ eis incumbunt circũſtantiis nõ laudabilib⁹:ſicut patet in exẽplis adductis ab Ari.vt ditari eſt bonũ,nõ tñ ꝓditori patriæ:qm̃ fact⁹ dines poſſet patriæ nocere.Et cibus ſan⁹ eſt bon⁹ ſano non tñ ſemꝑ infirmo:imò aliquando infirmus comedens cibum nõ ſanum,ſed venenoſum,ſanatur: vt leproſus comedens ſerpentem. Tunc enim venenum extinguit venenum.

Tertiò dicit Ariſt.hæc ɔſequentia non valet:aliquę delectationes fugiendæ ſunt & malæ:vtpote adiunctæ malis operib⁹:ergo omnes fugiendæ ſunt & malæ.Non em̃ omnes ſunt eiuſdẽ ſpeciei,ſed multæ differunt ſpecie,vt delectatio iuſti iuſta operantis: & ſapiẽtis diuina ſpeculantis: & adulteri adulterantis.Cùm igit̃ quædam delectationes cõcomitent bonas operationes,& quædam malas:non eſt iudicandum nec enunciandum omnes eſſe malas.Patet igitur, ꝙ rationes prædictæ Platonicorum nihil concludunt.

Reprobatis rationibus Platonicorũ,intendit Ari.declarare quòd licet delectatio non ſit vniuerſaliter mala, non tñ debet

debet iudicari esse per se bona sumendo ly per se vt verificatur de omni, sicut ista est per se, nix est alba: ꝙa omnis nix est alba. Non sic autem est de delectatione: quoniam non omnis est bona, vt delectatio adulteri sumendo bonum moraliter: de hoc enim intendimus: vnde intentio Ari. est quòd delectatio vt delectatio abstrahat à bono & à malo moraliter: quoniam aliqua bona, aliqua mala: sicut & ægritudo vt ægritudo abstrahit à curabili, & non curabili: quoniã aliqua est curabilis aliqua non. Aduerte igitur quòd Arist. tripliciter probat delectationem non esse per se bonam.

Delectatio vt sic, abstrahit à bono et malo.

Delectatio non est per se bona, ita quòd omnis sit bona.

Primo sic, aliqua delectatio est mala, vt quæ est ab adulatore, ordinatur enim tantum ad delectationem & vituperatur, vt declaratum est in libro quarto in tract. de affabilitate. Aliqua autem est bona & laudabilis, vt delectatio quã accipiunt veri amici ex mutua collocutione: ordinatur em̃ ad bonum: ergo non est de ratione delectationis quòd sit bona, quia quod est de ratione alicuius conuenit omni cõtento sub eo, ex consequenti non est per se bona.

Scd̃o sic: si esset per se bona, ergo quocũq; alio posito vel remoto quãto vehemẽtior esset tanto magis eligibilis esset sed hoc est falsum: ergo, &c. ℘sequẽtia patet, qm̃ quod est ꝑ se bonũ est per se appetibile: & quanto maius tanto magis appetibile & eligibile. Falsitas autẽ consequẽtis ꝓbatur dupliciter. primo nullꝰ eligeret per totã vitam habere mentẽ pueri, vt semper delectaret̃ in qbus delectantur pueri: qui videnꝯ habere vehemẽtes delectationes in his in qbus delectantur: ergo falsum est ꝙ delectatio quãto maior est, tanto magis sit eligibilis: scd̃o nullus eligeret per totam vitã delectari agendo turpissima, ad quę vehemẽtes sequũt delectationes: etiam ꝙ esset tutus ꝙ nunquam incidet in tristitias ergo falsum est ꝙ delectatio quanto maior est tanto magis sit eligibilis quocunque alio posito, vel remoto.

Tertio ꝙ non sit per se bona arguit̃ sic. Multa hoĩes eligũt & ꝓsequũtur, etiã ꝙ ex eis nullã caperẽt delectationẽ: ergo non est per se bona. ꝓbat consequentia, ꝙa sine eo qd̃ est per se bonum est aliquid eligibile. Omne enim eligibile vel est per se bonum, vel ordinatur ad per se bonum. cũ igitur multa eligãt & faciãt hoĩes etiam ꝙ nõ per delectationẽ, patet ꝙ nõ est per se bona. Antecedẽs aũt manifestat Ari. qm̃ multi eligunt videre recordari scire, virtutes habere nulla delectatiõe ab his facta: & sic patet qd̃ delectatio nõ est ꝑ se bona: ꝙa nulla esset mala, nec est ꝑ se mala: ꝙa nulla esset bona: vnde nec sententia Eudoxi est vera, nec sententia Platonicorum. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Quidnam sit Delectatio, & quomodo perficiat operationem.

Ex 10. Ethic. c. 4.

IN secundo cap. inuestigandũ est de mente philos. q'd & qualis sit natura delectationis. & hic tria agenda sunt. Primo ostendendum est quid non sit. Secundo quid sit. Tertio qualis sit mouendo & soluendo quasdam dubitationes cõsurgentes circa naturam delectationis.

Quãtũ ad primũ aduerte, ꝙ vt declaratũ est in lib. 7. in trac. 2. in cap. 1. & in hoc 10. lib. in trac. ꝓsenti in cap. ꝓcedẽti. Platonici, vt eis attribuit Ari. ideo dicunt delectationẽ nõ esse bonã, ꝙa est motus & generatio. Intendit igitur Aristo. ostendere ꝙ non est motus, & intendit de motu ꝙ est actus imperfecti, de cuius natura satis dictũ est in 3. physi. & in 5. & in 6. Sic igit̃ arguit̃ ex intentione Arist. Oĩs motꝰ est in tẽpore, & nõ in instãti indiuisibili: & est ꝓpter terminũ acqrẽdũ: & in toto tẽpore in quo fit nõ est ꝑfectus, ꝙa semper est in fieri. Sed delectatio nõ fit in tẽpore, sed in instãti & non ordinat̃ ad aliquẽ terminũ acquirẽdũ, & in quolibet instãti est ꝑfecta: ergo non est motꝰ. Maior huiꝰ rationis ꝓbata est in 6. physi. & nos illic formauimꝰ particulare q̃stionem de hoc, vt videre poteris in q̃stionibꝰ nostris physicalibꝰ: & licet illic ꝓbata fuerit, tñ Arist. in hoc 10. lib. idem conat̃ ostẽdere, declarans quomõ nulla rei generatio, nequè ꝓductio, q̃ fit ꝑ motum fit in instanti. non em̃ ædificator in instanti facit domum sed in aliquo determinato tempore: in cuius partibꝰ facit partes domꝰ, puta fundamentũ in 4. mensibus, & parietes in 4. & tectum in 4. & sic in fine anni domus est tota ꝑfecta, ante annum nec est tota simul, nec perfecta: & qd̃ dicitur de generatione, intellige de alteratione: non em̃ vt ad sensum patet, aqua appositа ignicalefit in instanti. Idẽ videmus de augmento rei, de motu rei, de motu locali & recto, vt de deambulatione, & circulari, vt de motu sphæræ: & sic ad sensum patet, ꝙ omnis motꝰ fit in tempore: & nõ est ꝑfectus in omni tempore. Sed multi sunt motus imperfecti in partibus temporis mensurãtis totum motum, eo ꝙ terminus à quod & terminus ad quem sunt diuersi & est impossibile idem mobile ꝓ eodem instãti esse simul in vtroque termino, vt declarauimus in 4. physi. agentes de motu ĩ vacuo. Declarata maiore Ari. sic declarat Minorẽ. Sicut visio est ꝑfecta in quolibet instanti tẽporis, in quo aliqd videtur, ita ꝙ tota est perfecta secundũ se totã in quolibet instãti & non expectat ℘plemẽtũ ĩ vlteriori instanti, sicut expectant quę fiũt ꝓ motũ: & nõ est vna pars visionis in vna parte tꝑis, & alia pars in alia parte, sed est tota & ꝑfecta in qualibet parte tꝑis & in quolibet instanti, in quo res videt̃. Sic & ipsa delectatio est tota perfecta in quolibet instãti tꝑis in quo habet esse: est em̃ delectatio quoddã totum, id est ℘pletũ & ꝑfectũ ĩ primo instanti in quo incipit esse: ita ꝙ nõ põt accipi aliqd̃ tempus, in quo delectatio fiat: nec maius tempus in quo perficiatur: sicut requrunt generationes rerum quę fiũt per motũ. Sed in instanti & sit & perfecta est, sicut dictum est de visione. Patet ergo quòd delectatio non est motus.

Delectatio etsi non sit motus imperfecti, est tamen motus perfecti.

Pro euidentia ꝑdictorum aduerte primo ꝙ, vt declarauimus in 9. metaph. in quęstionibus nostris motus est duplex, 5. metaph. qui dicitur actus perfecti & physicus, qui dicitur actus imperfecti: non est intentio Ari. negare delectationẽ esse motum vniuersaliter, sed quòd non est motus imperfecti. & vt habeas huius propositi plenam resolutionem vide in lib. nono metaph. in quæstionibus nostris. Illic enim formauimus quæstionem de actione immanenti vtrum sit in prędicamento actionis, vel in prædicamento qualitatis: & ibi videbis resolutionem præsentis textus, & quomodo differunt motus physicus & motus Metaphysicus.

Aduerte scd̃o, ꝙ quando dicit philosophus visionem secundum q̃libet partem temporis & in quolibet instanti esse perfectam, intendit de visione respectu eiusdem obiecti dispositi eodem modo: & in medio permanente eodem modo disposito ꝓ totũ tempꝰ, in quo obiectum videt̃. Tunc em̃ tota & perfecta visio per totum tẽpus in quo res videtur manet eadem numero, & conseruatur ab obiecto prẽsente, sicut conseruatur imago eadem in speculo quiescente, & prẽsente ac permanente obiecto vniformiter ad speculum. Qd̃ si contingat rem partibiliter præsentari oculo, vt quando aliquid incipit videri à longe & paulatim fit propinquius, tunc visio fit partibiliter, sicut præsentatio fit partibiliter.

Delectatio sequitur operationem animi immanentem.

Aduerte tertio, qm̃ delectatio ĩ operatiõe existit vt declarabimꝰ infrà, qualis est operatio, talis erit & delectatio: nam si operatio est tota simul, & delectatio est tota simul: & qm̃ delectatio consequit̃ actũ potentię cognoscitiuę, & omnis actus potentię cognoscitiuæ est actio immanens, vt declarauimus in li. 9. metap. & actio immanẽs fit in instanti, ideo delectatio cõsequẽs talẽ operationẽ est ĩ instãti, & tota simul & ꝑfecta & sic nõ est motꝰ physicus, nec generatio physica.

Delectatio est perfectio operationis agentis cognoscitiui.

Quãtũ ad fm, ostenso quid nõ sit inuestigandũ est quid sit. est igitur, perfectio operationis agentis cognoscitiui, siue illa operatio sit à sensu, siue ab intellectu: ita ꝙ delectatio propriè perficit operationem agentis cognoscitiui.

Delectatio cum fiat in instanti & sit simul tota perfecta minime est motus.

Motus quòd nõ fiat in instanti, sed in tempore.

Pro cuius euidentia aduerte primo, ꝙ tam à sensu q̃ ab intellectu potest esse operatio perfecta & imperfecta, nã si organum & medium sunt debitè disposita, & obiectũ sit ꝓportionatum ac conueniens potentię & debite ad ꝓximatum, fiet sensatio perfecta, verbi gra. Si oculus est sanus & vigorosus, vt in iuuene, & aër sufficienter illuminatꝰ, & visibile debitè coloratum, aut lucidum, fiet visio perfecta. Si autẽ aliqd de prędictis deficit, & maxime si visibile sit valde remotum, aut non ꝓportionatum visui, quia forte est male coloratum, vel excessiue lucidum vt sol fit visio imperfecta: & sensatio perfecta recipit augmentum secundum ꝙ prędicta perfectius inueniuntur & maximè ex proportione obiecti: vñ perfectissima visio est illa, quæ est circa ꝓportionatissimum & conuenientissimũ obiectum. Idem intellige in quolibet alio sensu. Similiter sensatio imperfecta recipit gradus imperfectionis secundum ꝙ magis & magis deficiunt requisita. Et quod dictum est de operatione sensus perfecta & imperfecta intellige eodem modo de operatione intellectus. Datur enim perfecta & perfectissima speculatio, sicut perfecta & perfectissima visio, & sicut perfectissima visio est circa perfectissimum visibile modò sit ꝓportionatũ visui, sic perfectissima speculatio est circa perfectissimũ speculabile, qd̃ est ens diuinũ. oppositio modo est imperfectissima speculatio, vt quæ est circa vilissimum speculabile, sicut & imperfectissima visio est circa turpissimum visibile.

Operatio sua perfecta quæ nam exigat.

Delectatio maior sequitur perfectius opus.

Aduerte secundo, ꝙ experimur in nobis, sensationẽ perfectam esse sentienti delectabilem: & perfectiorem delectabiliorem: & perfectissimam delectabilissimam: & id experimur

perimur in quolibet ſenſu: nã viſio pulchri, qa perfecta, eſt delectabilis. & viſio rei turpis, quia imꝑfecta, eſt triſtabilis, id eſt inducens triſtitiam, & viſio pulcherrimi, delectabiliſſima. Idem experimur de auditu circa ſonos: de odoratu circa odores: de guſtu circa ſaporoſa, de tactu circa tãgibilia. Similiter experimur in intellectu ꝙ ſpeculatio quanto perfectior in claritate & firmitate & nobilitate obiecti, tanto delectabilior: & per oppoſitum quanto imperfectior, tanto indelectabilior: vnde dicemus infra quòd ſpeculatio circa nobiliſsimum obiectum eſt delectabiliſsima & puriſsima.

Aduerte tertio: quoniam experimur omnem ſenſationem & intellectionem perfectam eſſe delectabilẽ, imperfectam autem indelectabilem: deprehendimus, ꝙ delectatio non eſt aliud quàm perfectio operationis, quæ eſt ab agente cognoſcitiuo: & dicitur perfectio, quia perficit operationẽ. Cuius ſignum hinc ſumitur, quòd animal & homo ſiue ſentiens ſiue intelligẽs, tandiu perſeuerat in operatione, quandiu delectatur: & non vltra relictus arbitrio ſuo.

Delectatio qua ratione dicatur perficere opus.

Verum quia perficiens eſt duplex, ſ. effectiuum & forma le: nam & generans & anima perficit animatum, & medicus & ſanitas perficit ſanatum. Ideo declarans Ariſt. quomodo delectatio perficit operationem dicit, perficit autem operationem delectatio non vt habitus qui ineſt, ſed vt ſuperueniens quædam finis, velut iuuenibus pulchritudo, & intendit, ꝙ delectatio perficit operationem ſenſus ſiue intellectus non effectiuè, ſed formaliter: effectiuè enim perficitur à ſenſu, ſiue ab intellectu, à quo producitur: formaliter autem à delectatione, ita ꝙ delectatio eſt quædã forma perficiens operationẽ. Sed forma eſt duplex, quædam intrinſeca rei, & eſt ea, quę cõſtituit rem in eſſe: & dicitur forma eſſentialis, in hoc ſenſu anima eſt forma animati. Quædã autem extrinſeca, & eſt illa, quæ non conſtituit rẽ in eſſe, ſed aduenit iam conſtitutę & ſupponit eã & dicitur forma accidentalis: & in hoc ſenſu delectatio dicit forma perficiens operationem. Sicut pulchritudo vt inquit Ariſt. perficit iuuentutem: nam pulchritudo non conſtituit, ſed conſtitutam ſupponit iuuentutem, cuius ſignum eſt ꝙ ſtat iuuentus ſine pulchritudine, pulchritudo igitur eſt forma accidentalis ſuperueniens & perficiens iuuentutem, conſurgens ex integritate & proportione omnium membrorum cum decenti colore. Sic delectatio ſupponit operationem in eſſe, cuius ſignum eſt ꝙ datur operatio ſine delectatione: & ſic eſt forma accidentalis ſuperueniens & perficiens operationẽ, cõſurgens ex debita coniunctione obiecti conuenientis cum potentia cognoſcitiua, ſiue ſit ſenſitiua, ſiue intellectiua.

Delectatio eſt forma quaſi accidẽtalis ſuperueniens operi humano.

Delectatio quid ſit.

Vnde ex ꝓdictis potes ſic deſcribere delectationem de mẽte Ari. Delectatio eſt ꝓfectio formalis operationis potentię cognoſcitiuę, extrinſecus aduenies operationi: & non cõſtituens eã in eſſe: ſicut nec pulchritudo ꝓſtituit iuuentutẽ, & ſic patet qd non ſit, & quid ſit delectatio ad mentẽ Ariſt.

Quantum ad tertium vt ſcias qualis ſit delectatio aduerte ꝙ Ariſt. mouet & ſoluit quinque dubia: tria ſunt circa durationem delectationis, & duo circa appetitionem eius.

Primum circa durationem eſt hoc. Quæritur quandiu durat delectatio in operando.

Delectatio quandiu dure.

Reſpondet Ari. dicens. Quouſque erit tale ipſum ſenſibile vel intelligibile & ſentiens & intelligẽs quale eſſe oportet, erit in operatione delectatio, & intendit ꝙ tandiu delectatio durat quandiu ex vna parte obiectum ſenſibile, aut intelligibile ꝑmanent in debita diſpoſitione, puta ſunt debite coniuncta operanti: & quandiu ex altera parte agens per ſenſum, aut intellectum in eadem diſpoſitione, in qua prius perſeuerat, & ratio ſolutionis huius eſt hęc. Actiuo & paſſiuo manẽtibus in eadẽ diſpoſitione & habitudine adinuicẽ, permanet idem effectus. Sed obiectum potentię cognoſcitiuę tam ſenſitiuæ q̃ intellectiuę & ipſa potẽtia cognoſcitiua ſũt cauſę actiuę & paſſiuę delectationis: ergo tãdiu durat quãdiu obiectũ & potẽtia cognoſcitiua ſtãt ĩ eadẽ, & debita diſpoſitione, vt pri⁹. & cauſis mutatis mutatur effectus.

Homines cur diu delectari nõ poſſunt, & illos ſæpe triſtitia inſequitur poſt delectationẽ.

Secundum dubium eſt. Quare homo non põt continuè delectari. Sed neceſſe eſt poſt aliquod tempus delectationem deficere, & multoties ſubſequitur faſtidiũ, ſiue triſtitia.

Reſpondet Ari. hoc ideo eſſe, quia laborat in operando, Quęcunq; enim habent corpora alterabilia, vt omnia animalia & homo, non poſſunt continuè operari: qa organa alterabilia defatigãtur & debilitantur: ideo indigent quiete, vt declarauimus in epitomate noſtro de ſomno & vigilia, Sed in omni operatione hominis ꝓ hac vita ſenſitiua & intellectiua cõcurrunt organa paſſibilia. Senſus enim ſentit ꝑ organum, cui alligatur: & intellectus licet non ſit organic⁹, tamen ꝓ hac vita non intelligit niſi phantaſia ſibi deſeruiẽte, vt declarauimus in tertio de anima, in epitomate noſtro, & in quæſtionibus. Quia igitur homo in omni operatione laborat, & laborans indiget quiete, ideo non poteſt ſemper & continuè operari: ex conſequenti nec delectari: quoniam delectatio conſequitur operationem, & remota operatione remouetur delectatio. licet non econuerſo: poteſt enim quis operari cum triſtitia, vt violentatus.

Homo cur nouis magis mè delectetur.

Tertium dubium eſt. Quare noua magis delectant: deinde paulatim remittit delectatio, donec totaliter deficit.

Reſpondet Ari. hoc ideo eſſe, quia in principio mens ꝑ deſiderium inclinatur in res nouas & intenſe operatur circa illas: & ad intenſam operationem ſequitur vehemens delectatio, ſicut patet & in viſu. Nam q incipiunt videre rem dignam, & obiectum inſigne puta in figura, vel in pulchritudine, ſtudioſè ipſum contemplantur ꝓpter admirationem: poſtquam autem conſueti ſunt videre, non ita intente & admiratiuè vt prius inſpiciunt, ſed veluti negligenter: & tunc remiſſa operatione remittitur ac obſcuratur, vt ita dicam, delectatio. Hæc igitur in ſumma eſt cauſa, ꝓpter quã noua magis q̃ conſueta delectant quia circa noua maiori deſiderio attẽtius q; operamur, delectationis autem quantitas cõſeq̃ modũ operãdi. Hinc ꝓuerbio dicitur, Omnia noua placẽt, quę autem in cõſuetudinẽ veniũt aſsiduitate vileſcunt.

Primũ dubiũ circa appetitionem delectationis eſt hoc, propter quid omnes homines appetunt delectationem.

Cur omnes delectari cupiunt.

Reſpondet Ari. quoniam omnes appetunt viuere. Vita autem quędam operatio eſt. Et intendit, qa omnes homines appetunt viuere: & vita eſt operatio ex ſecundo de anima, & delectatio perficit operationem, vt iam declaratũ eſt: ergo perficit vitam: & omnes appetunt perfectè viuere: ergo delectabiliter, & circa hoc maximè inſiſtunt. Circa eã ea quæ maximè appetim⁹, & diligimus ſolemus inſiſtere. Vnde qa muſicus maximè diligit melodiã, circa eã inſiſtit: & amator diſciplinę, circa ſpeculatiões inſiſtit, vt Geometra & Philoſophus diuinus. Rationabiliter ergo oẽs appetunt delectationẽ: quia perficit ipſum viuere: qd̃ ab omnibus appetitur.

Secundum dubiũ eſt conſurgens ex ſolutione dubij prędcedentis. Dictum eſt enim ꝙ omnes homines appetunt viuere, & omnes appetunt delectationẽ, quęritur ergo ſi omnes appetunt delectationẽ ꝓpter viuere, vel an econuerſo.

Reſpondet Ariſto. hoc dubium ꝓ nunc dimittendũ eſſe, & ſoluet in tractatu ſequenti in quo loquemur de felicitate. Hic tantũ dicit, ꝙ hæc duo vita & delectatio videntur coniungi adinuicem inſeparabiliter: qa non dat delectatio ſine operatione, neque ꝑfecta operatio ſine delectatione, ſicut non datur perfecta iuuentus ſine pulchritudine.

Operatio magis incũda eſt quàm delectatio.

Hic tñ aduerte duo, primo, ꝙ operatio videtur eſſe magis appetibilis quàm delectatio eſt em̃ delectatio quies in appetitu delectantis: vt declaratũ eſt in ſecundo libro: nullus autem appetit quietẽ in aliquo, niſi reputet illud ſibi cõueniens: & ideo operatio, q̃ delectat operantem, ſicut quod dã ſibi conueniens, videtur prius appetibilis quàm delectatio: & ſic appetitur ꝓpter operationem magis quàm econuerſo, finis em̃ vltimus, vt dicemus infra, eſt operatio: vnde quicqd homo appetit rationabiliter, vel eſt operatio, vel propter operationem, quæ eſt vltimus finis.

Delectatio comitatur ſemper vitalem operationẽ conuenientem, & ſaluantẽ illum qui delectatur.

Secundò aduerte, quando dicit Philoſophus, ꝙ vita & delectatio vidẽtur inſeparabilia abinuicem, accipit vitã ꝓ operatione vitali quæ ſit ſenſus, aut intellectus, non tñ abſolutè, ſed pro operatione vitali ſaluante & cõueniente viuenti, de hac em̃ verum eſt dicere ꝙ non eſt ſeparabilis à delectatione, nec econuerſo qm̃ eſt operatio perfectę viuentis: ergo delectabilis, notãter dixi non abſolutè, qm̃ contigere poteſt ꝙ homo habebit operationem vitalem, cum tanta triſtitia, ꝙ nulla ſibi inerit delectatio: vt ille q trahitur ad ſummum ſupplicium, vehemens em̃ triſtitia, vt dictum eſt in libro ſeptimo, non ſolum corrumpit delectationem ſibi contrariam, ſed etiam quamlibet ſibi contingentem: puta vehementiſsimus dolor ſecundum tactum, vt eſt in illo qui excoriatur: impedit omnẽ delectationem cuiuſlibet alteri⁹ ſenſus & intellectus: & in illo caſu vita eſt ſeparabilis à delectatione. Sed de tali vita nõ intendit Ari. cum dicit quòd vita & delectatio non ſunt abinuicem ſeparabiles. Talis em̃ vita, id eſt operatio vitalis ĩſumma triſtitia nõ ſaluat, ſed magis corrũpit viuẽs: quare, &c. Hęc de ꝑfẽti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Delectationes inter ſe differre ſpecie multipliciter oſtendit. *Ex 10. Et Cap: 5.*

IN tertio capite agendum eſt de diuerſitate ſpecifica delectationum, vt ſc. iamus q̃ ſpecies eſt felicitas, vel cõiuncta inſepa-

inſeparabiliter felicitati. Nam gratia huius aggreſsi ſumus iterum tractare de delectatione & quoniam, vt declarabimus poſſunt differre ſpecie quatuor modis, ideo agēda ſūt quatuor. Primo aſsignanda eſt diuerſitas ſpecifica delectationum, ſumpta ex diuerſitate operationum. Secundo aſsignanda eſt diuerſitas ſpecifica delectationum ſumpta ex bonitate & malitia. Tertio aſsignanda eſt ea, quæ ſumitur ex puritate & impuritate. Quarto aſsignanda eſt ea, quę ſumitur ex diuerſitate ſubiectorum.

Delectationes diſtinctæ ſpecie ſequūtur diſtinctas ſpecie operationes.

Quantum ad primum ponitur hæc concluſio, operationum diuerſarum ſpecie, ſunt delectationes diuerſę ſpecie. & quoniam operationes ſenſus & intellectus differunt etiā pluſquam ſpecie, & operationes quinque ſenſuum differunt ſpecie, ideo delectationes correſpondentes operationibus differentibus ſpecie, differunt ſpecie. Hæc concluſio ſic ꝓbatur ex intētione Ari. Delectationes ſunt perfectiones operationum, vt declaratum eſt in capite prēcedenti: ergo operationum diſtinctarū ſpecie, ſunt delectationes diſtinctę ſpecie. Conſequētia ſic probatur: perfectibilium diſtinctorum ſpecie, ſunt perfectiones diſtinctæ ſpecie, vt patet in naturalibus & artificialibus. nam videmus ꝙ alia eſt perfectio arborum, alia animalium, & alia eſt perfectio pomi, alia ficus, alia equi, alia leonis. & in artificiatis alia eſt perfectio domus, alia indumenti. & ſic in aliis. cum igitur delectationes perficiant operationes potentiæ cognoſcitiuę: cōſtat quòd diuerſarum operationum ſpecie, quæ ſunt à natura cognoſcente, ſiue intellectiua ſiue ſenſitiua, ſunt delectationes diſtinctæ ſpecie. vnde delectatio in viſu, differt ſpecie ab ea quæ eſt in auditu, & ſic intellige in aliis ſenſibus, & adhuc maior diſtinctio eſt inter delectationes intellectuales & ſēſuales: quia intellectio & ſenſatio differunt pluſquā ſpecie.

Delectatio in quouis opere corroborat hominē in ea & aliam delectationem impedit.

Prēterea, illę delectatiōes differunt ſpecie, quę habēt effectꝰ ↄtrarios differentes ſpecie. nam effectus diſtincti ſpecie neceſſario ſunt à cauſis diſtinctis ſpecie, ſed operationū differentiū ſpecie ſunt delectationes habentes effectus contrarios diſtinctos ſpecie, ergo operationū diſtinctarum ſpecie ſunt delectationes diſtinctę ſpecie: & q̄dem ꝙ minor huius rationis ſit vera, ſcilicet ꝙ delectationes operationum diſtinctarū ſpecie habeāt effectus cōtrarios diſtinctos ſpecie, ſic declaratur ex intentione Ari. Delectatio in vna operatione corroborat, auget & melioré ac diuturnioré reddit illā operationem, & delectatio in alia operatiōe differēte à p̄cedenti, remittit, debilitat impedit, & aliquando totaliter deſtruit eā. Et iſti ſunt effectus contrarij differentes ſpecie: ergo patet ꝙ operationum diſtinctarū ſpecie, ſunt delectationes diſtinctę ſpecie. Quod autē delectatio in vna operatione corroboret, &c. declaratur ad ſenſum: nam q̄ delectabiliter ſpeculanē circa aliqua magis poſſunt ſingula diiudicare & p̄ certitudinem inquirere ea, circa q̄ cum delectatione negociantur. Sicut geometra q̄ delectatur in ſpeculatione geometricalium poteſt certius illa ſpeculari & in eis diutius detineri: qa animus diu detinetur in eo, in quo delectatur. eadē ratio eſt de aliis, vt de muſicis, q̄ delectantur in muſicalibꝰ, diutius immorātur in illis: multūque ex delectatione ꝓficiunt in muſica. Idē intellige de quolibet artifice, q̄ delectatur in ſuo artificiato: & manifeſte apparebit tibi: ꝙ delectatio in quolibet negocio eſt cauſa proficiendi & perſeuerādi in eo. Quod autē debilitet & impediat aliam operationē patet ex eo ꝙ videmus eos q̄ delectabiliter audiunt organa aut alia inſtrumenta muſicalia, adeo illis intēdunt q̄ non attendunt eis loquentes: nec audiunt vocātem nec vident tranſeuntem. Prætereà ſiquis circa duo operēt, ſed circa vnū delectabiliꝰ, deſinet operari ex toto vel operabitur debiliter circa minus delectabile: ergo cōſtat quomō delectatio ꝓpria vnius operationis impedit aliā operationem: & ſic patet ꝙ delectationes diſtinctarum operationū ſpecie cauſant effectus contrarios diſtinctos ſpecie: ex conſequenti & ipſæ delectationes ſunt diſtinctæ ſpecie.

Delectatio bona & mala differunt.

Quantū ad ſecundū ponit hæc concluſio. Delectationū quędā ſūt bonę & laudabiles, q̄dā malę & vituperabiles, & diſtinguūtur ſpecie bonæ à malis. Ratio primæ partis eſt hęc. Delectationes conſequunē operationes: ſed operationū q̄dā bona, vt obedire patri: quędā mala, vt iniuriari patri: quædam autē neutræ, loquendo de bonitate & malitia morali: ergo conſequens eſt, vt delectatio conſequens bonā operationem ſit bona, & cōſequens malam ſit mala. Quod autem diſtinguantur ſpecie, q̄ eſt ſecunda pars cōcluſionis ꝓbatur ſic. Quælibet operatio habet ꝓpriam delectationē: ergo operatio bona habet ſuam propriam, quæ eſt bona: & mala ſuam propriam, quæ eſt mala. Sed talis eſt diſtinctio inter propria, qualis eſt inter ea, quæ ſunt propria: vt inter rudibile & riſibile eſt diſtinctio ſpecifica: quia inter aſinum & hominem eſt diſtinctio ſpecifica. Cum igitur operatio bona & mala differant ſpecie, ſequitur quòd delectatio bona & delectatio mala differant ſpecie.

Delectationum aliquæ ſūt malæ aliquæ bonæ variantur in hominibus cōſequentes deſideria.

Prēterea, ꝙ aliqua delectatio ſit bona & aliqua mala ſumitur argumentū à concupiſcentiis, id eſt deſideriis: nam quoddam deſideriū eſt bonū, vt deſiderium defenſandi patriā. & quoddā malū, vt deſideriū furandi, aut mœchandi: à bono deſiderio ꝓcedit operatio bona, à malo mala: ergo & delectationum quædam bona, ſ. quæ eſt ꝓpria operationis bonæ, & quędam mala quæ eſt ꝓpria operationis malę. Conſequentia patet quoniam delectationes propinquiores ſunt operationibus & magis inſeparabiles: neque enim datur delectatio ſine operatione, cum ſit perfectio eius, vt dictum eſt ſuprà: datur autem vt patet deſiderium ſine operatione. Si igitur in deſideriis, quæ minus ſunt propinqua, operationibus datur bonum & malum, multo magis in delectationibus, quę propinquiores ſunt operationibus.

Tu tamen aduerte, vt inquit Ari. ꝙ licet delectatio inſeparabilis ſit ab operatione potentiæ cognoſcitiuæ, non tamen eſt idem cum operatione: qm̄ operatio delectabilis ſpectat ad partem cognoſcitiuam, delectatio autem ad partem appetitiuā, ſicut & amor & deſiderium vt declarauimus in lib. 2. agentes de paſsionibus concupiſcibilis & iraſcibilis.

Ex his patet error eorum, qui credebāt delectationē eſſe vniuerſaliter bonam, & eorum qui tenebant eam vniuerſaliter malam. & via media eſt vera: & fundata eſt ſuper naturā operationum. Stultum enim eſt dicere operationem bonam eſſe delectabilem delectatione mala, & malam bona.

Delectationum aliquæ puriores ſunt aliquæ vero minus puræ: conſequētes varias in hoc genere hominum operationes.

Quantū ad tertium ponitur hęc concluſio. Delectationū quædam ſunt puriores, quædam minus puræ. & ꝓbatur ſic. Operationum, quę ſunt à potentiis cognoſcitiuis, quędam ſunt puriores, quędā minꝰ puræ: ergo & delectationes, quæ ↄſequuntē huiuſmodi operationes. Conſequentia patet: quoniam quelibet operatio potentiæ cognoſcitiuæ habet ſuā ꝓpriam delectationē, ſicut & ſuam propriam triſtitiā: ergo puritas & impuritas delectationū pendet à puritate & impuritate operationum quas cōſequuntur. Antecedens autē patet ex natura potentiarū cognoſcitiuarū: nam quæ immaterialior eſt, eiꝰ operatio purior eſt: & qm̄ intellectus eſt omnino immaterialis, qa non eſt alligatus organo: ideo eius operatio eſt purior quacunq; operatione ſenſuum: & ſimiliter eius delectatio purior eſt. Inter ſenſus autē viſus eſt magis immaterialis, & poſt viſum auditus, & poſt auditū odoratus, & poſt odoratū guſtus & tactus: eſt em̄ guſtus quidā tactus, vt declaratum eſt in ſcō de anima. Igitur inter delectationes ſenſuales purior eſt delectatio viſus: impurior autem ea, quæ eſt guſtus & tactus: ideo ignobilior & vituperabilior & dicit̄ delectatio brutalis, circa quam frenandam ponitur temperantia: & circa eiꝰ exceſſum ponitur intēperantia, vt declaratum eſt in tertio lib. Delectationes autem aliorum ſenſuum, tanto puriores ſunt quanto ꝓpinquant viſui, & tanto impuriores quanto ꝓpinquant tactui: & ex his patet delectationem intellectus puriſsimam eſſe in reſpectu ad delectationem ſenſuum, licet & delectatio intellectus habet gradus: & tandē ſit deueníre ad vnam ſimpliciter puriſsimam: quam dicemꝰ infra eſſe delectationē beati.

Delectationes tactus impuriores ſunt.

Delectationes in diſtinctis ſpecie animalibus diſtinguuntur ſpecie.

Quantū ad quartū ponit hæc cōcluſio. In animalibus diſtinctis ſpecie, ſunt delectationes diſtinctæ ſpecie: & in hominib. eiuſdē ſpeciei ſignanē delectatiōes diſtinctæ ſpecie: nō autē in cæteris animalib. eiuſdem ſpeciei. Hæc concluſio cōtinet tres partes, & prima ꝓbatur ratione & experiētia. Ratiōe ſic. animalia diſtincta ſpecie habent ꝓprias operationes diſtinctas ſpecie, qa habent formas ſubſtātiales diſtincras ſpecie, quæ ſunt principia diſtinctarū operationū ſpecie, vt ſatis declaratū eſt in ſcō de anima: ergo habent delectatiōes diſtictas ſpecie. Cōſequētia patet, qm̄ vt dictū eſt ſuprà, quælibet operatio habet ſuā ꝓpriā operationem. ergo qualis eſt diſtinctio ī operationib. talis erit in delectationibꝰ. Igit̄ cū operationes animaliū differētiū ſpecie, ſint diſtinctæ ſpecie: & delectatiōes eorū ſunt diſtinctę ſpecie.

Experientia vero idem manifeſtatur: nam, vt dicit Ariſt. in vnoquoque animaliū differentinm ſpecie ſpeculanti hoc patet. Altera enim delectatio canis, & equi, & aſini, quemadmodum dixit Eraclitus aſinum fœnum magis eligere quàm aurum. Delectabilius enim nutrimentum auro aſinis. Conſtat ergo quòd animalium differentium ſpecie ſunt propriæ delectationes diſtinctæ ſpecie. & notantur dixi propriæ delectationes: quoniā in animalibus diſtinctis ſpecie,

quorum

quorum multiplicatio est per ꝓpagationem, sunt delectationes cões eiusdem speciei, vt quę sunt libidinis, & istæ nó consequuntur ꝓpriam operationem speciei, sed communé toti generi animalium propagantium. Loquendo igitur de delectationibus proprijs dicit Ari. ꝙ in animalib. distinctis specie differunt specie. In animalibus autem indistinctis specie, rationabile est vt sint indistinctæ specie.

Cur in eadem specie hominis diuersæ sint species delectationes.

Secunda pars conclusionis sic manifestatur, videmus inquit Ari. ꝙ licet homines sint eiusdem speciei, tñ eadem aliquos delectant, aliquos vero dolore afficiũt: & vni quidem amicabilia, alteri vero odiosa sunt. Hoc idem patet in dulcibus: non em̃ eadem sunt dulcia febricitanti, & sano: nec eadem calida bene disposito, & malè disposito, & huius diuersitatis ratio est: quia operationes & delectationes hominũ eiusdem speciei, non ꝓueniunt à sola naturali inclinatione, nec solo naturæ intellectu: sed etiã à ratione, quæ, vt declaratum est in lib. nono Metap. non est determinata ad vnum, sicut potentia naturalis. Hinc est ꝙ vnusquisque delectatur in eo quod apprehendit vt sibi cõueniens, tristatur vero in opposito & diuersificatur iudicium & apprehensio s̃m diuersas dispositiones: vnde Sortes febricitans delectaretur potu aquæ, quo tñ tristaretur sanus: & nimis delicato cibo delectatur gulosus, quo non delectatur temperatus. Patet igitur ratio, propter quam in hominib. eiusdem speciei inueniuntur delectationes non solum eiusdem speciei, sed etiam differentes specie.

Tertia vero pars sic declaratur. In alijs animalib. ab homine operationes ꝓueniunt à naturali inclinatione, & à potentia naturali, quæ est determinata ad vnum ex libro nono Metap. & quæ est eiusdem rationis in oĩbus indiuiduis eiusdem speciei: vñ omnes hirundines eodem modo ædificant. Sed non omnes ædificatores eodem modo ædificant: quia agunt potentia rationali, quę potest in diuersa: & qm̃ delectatio consequitur operationem, cum sit perfectio sua ideo sicut oĩa animalia irrationalia eiusdem speciei habent operationes proprias & naturales eiusdem speciei prouenientes à potentia naturali dererminata ad vnum, sic habent ꝓprias delectationes eiusdem speciei, & sic patet quomodo ꝓmnes partes prę positæ conclusionis sunt veræ.

Constat igitur ex dictis quot modis diuersificant delectationes, inter quos præcipui sunt s̃m bonitatem & malitiã & secundum puritatem & impuritatem.

Sed fortè quæret aliquis, cum in hominib. licet sint eiusdem speciei sint delectationes diuersę specie, quę tñ omnes sunt delectationes humanę, quænam ex his est vera & potissima.

Virtuosi ac probati viri vt sic delectatio potissima est.

Respondet Ari. ꝙ est illa, quę est in virtuoso & bene disposito s̃m omnes partes animæ, id est qui est bene dispositus s̃m intellectum & secundum affectum. Quæ autem est in viro corrupto s̃m animam & deprauato, non est simpliciter nec vera delectatio, sed tantum illi: & qm̃ multæ sunt corruptiones ac deprauationes hominum s̃m intellectum & secũdum partem appetitiuam, ideo non sunt eadem delectabilia omnibus. Quòd autem delectatio virtuosi sit vera & potissima: & illa sint verè ac simpliciter delectabilia, quæ iudicatur à virtuoso, constat ex hoc, ꝙ iudicium virtuosi circa passiones & operationes humanas est iudicium verum: sicut iudicium sani de saporib. est iudicium sani. Infirmus autẽ non vere iudicat de saporib. propter infectionem gustus. Sic nec deprauatus, & inordinatus s̃m animam bene iudicat de delectabilibus: vnde delectationes honestæ sunt veræ delectationes. turpes autem non sunt veræ delectationes, sed malè dispositis, id est, mente & animo corruptis: qui magis brutalem vitam quàm humanam ducunt: & de his satis dictũ est in libro septimo in tractatu secundo in capite quarto: vt videre poteris.

Tu tamen aduerte vt inquit Ari. licet delectationes viri virtuosi sint verę, tamé non omnes sunt æquales, sed vna est potior altera: sicut habet operationes virtuosas, quarũ vna est melior altera. & si habet vnam vel plures operationes optimas, circa illam, vel illas erit delectatio potissima, qualis est delectatio viri beati, de qua in quo consistat inuestigabimus in tractatu sequenti de felicitate: nam felicitas vel est potissima delectatio viri boni, vel non est sine potissima delectatione.

Hęc de præsenti capite dicta sint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in decimum librum Ethicorum, quinque capitibus complexus.

¶De vera felicitate in quo consistat.

IN hoc secundo tractatu agendũ est ad mentẽ Philosophi de vera felicitate humana pñtis vitæ, in quo ꝑcipuè cõsistat: & cõplectemur totã mentẽ Ari. in hoc ꝓposito in quinq; cap. In primo declarabit, ꝙ vera felicitas est operatio s̃m virtutem. In scđo, ꝙ est operatio s̃m optimã virtutem, q̃ est optimæ potentiæ, quę sit in homine. In tertio agetur de felicitate humana politica, & declarabitur in quo cõsistat, & cõparabitur in nobilitate felicitati speculatiuæ. In quarto declarabitur qđ requiritur ad hoc ꝙ homo fiat bonꝰ, & bonitate pertingat ad prædictas felicitates. In quinto inuestigat ad quem spectet esse legis institutorem, vt ex obseruatione legis fiat homo bonus, & ex bonitate felix.

CAPVT I.

Humanam felicitatem consistere in operatione optimæ virtutis, non autem in vtili, vel ludi operatione, ostendit.

IN primo capite declarandũ est, ꝙ felicitas est operatio hominis, nõ quæcunque, sed quę est s̃m virtutẽ, id est q̃ ꝓcedit ab aliqua virtute siue morali, siue intellectuali. & hæc tria agenda sunt. Primo ꝓbandũ est ꝙ felicitas nõ cõsistit in aliquo habitu virtutis. Scđo ꝙ nõ cõsistit in operatione vtili, id est quæ quæritur ꝓpter aliud, sed in operatione s̃m se eligibili, id est q̃ quęritur gr̃a sui & nõ ordinatur ad aliud. Tertio, ꝙ licet operatio ludi possit dici s̃m se eligibilis, sicut etiã operatio secundũ virtutẽ, tñ operatio ludi non potest dici felicitas, sed sola operatio secundum virtutem. *Ethic. 1o. Cap 6.*

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ licet in libro primo in tract. 2. in cap. 2. probatũ fuerit felicitatem esse operationẽ & ꝓpriã hominis, & secundũ virtutẽ, vt illic videre poteris, tamen Arist. hîc iterũ ꝓbat, & non est inutilis repetitio: quia hoc magis exacte & in speciali de felicitate humana pertractat, gratia cuius pertractauit quęcunq; dicta sunt de virtutibus tam moralibus q̃ intellectualibus vsque ad li. 6. & de cõtinentia in 7. & de amicitia in 8. & in 9. & de delectatione in 7. & in hoc 10. Omnia nanque hæc ordiãntur ad felicitatem, de qua generalem cõsiderationẽ fecit in primo libro, vt excitaret hominis desiderium ad illam. Hic autẽ descendet in specie declarãs, qđ duplex est, s. speculatiua & practica quæ & politica dicitur: & in quo vtraque cõsistat & quid vtraque requirat. Sed antequã ad hęc particularia ꝓueniat, prius ꝓbare intendit ꝙ cõsistit in operatione. & arguitur sic: aut consistit in habitu, siue morali, siue intellectuali, ita ꝙ habens illum habitũ absque alia operatione ꝓcedẽte ab habitu sit felix, aut consistit in operatione procedẽte ab habitu: nõ primum: ergo secundũ. Quod nõ primũ, ꝓbatur: habitus acquisitus ꝑmanet in dormiente. nã iustus & sapiens dormiens non deperdunt habitum iustitiæ nec sapiẽtiæ: cuius signum est ꝙ statim expergefacti possunt operari iusta & speculari: sed felicitas non ꝑmanet in dormiente, aliter posset esse felix ꝑ totã vitã: vel ꝑ maiori parte: qđ est falsum: qm̃ dormiens non viuit nisi vita plantę, id est nõ habet operationem vitalem ꝑfectam, nisi quæ est in planta, id est operationem potẽtiæ nutritiuæ. Nã vt plene declarauimus in Epitomate nostro in libro de somno & vigilia: dormiens nõ vtitur sensibus exterioribus, qm̃ ligantur: secũdũ interiores, q̃ remanẽt soluti, nõ operaṫ nisi aliquando ordinate: & ꝑ maiori parte inordinate. cuius signum est, ꝙ somnia ꝑ maiori parte fiunt incompacta, & vana. Intellectus vero in dormiente non habet aliquod opus, nec syllogizat nisi valde imperfecte. Si igitur felicitas esset in dormiente, non esset magis felix sapiens dum dormit, quàm stultꝰ: nec magis homo quàm brutum vel planta. *Felicitas humana in operatione consistit.* *Felicitas non permanet in dormiente.*

Præterea, vt declaratum est in primo libro nullũ infortunatũ dicet esse felicẽ: sed habitus bonus tã moralis quàm intellectualis potest ꝑmanere in infortunato: quid em̃ prohibet in Priamo oppresso aduersa fortuna remanere habitum magnanimitatis & iustitiæ. In Socrate incarcerato & iudicato ad mortem habitum sapientiæ: ergo habitus non facit hominem felicem: si non habitus: ergo operatio: ergo à sufficienti diuisione felicitas consistit in operatione elicita ab habitu, & non in solo habitu. *Infortunatis possunt esse boni habitus, nõ autem felicitas.*

Quãtũ ad secũdũ: si felicitas cõsistit in operatiõe inuestigandum

Humanarũ opationum duo genera.

gandum eſt quę & qualis eſt. Tu igitur aduerte ex intentione Ari. ꝙ operationum humanarum quædam eſt neceſſaria ſiue vtilis: & eſt illa, q̃ non ꝓpter ſe ipſam, ſed propter aliud conſequendum eligitur: ſicut ſunt operationes artiũ mechanicarum. Quędam eſt, quæ non ordinatur ad aliud ꝯſequendum ſed eligit & amatur ꝓpter ſeipſam: ita ꝙ ipſa eſt finis operantis nec operans aliud intendit. Et de numero talium

Ludi operationes ſunt p ſe eligibiles.

opationum videnť eſſe operationes ludentium, quales ſunt Eutrapeli, de quib⁹ actum eſt in lib. 4. in tract. octauo. Nam ludentes nõ videntur eligere tales delectationes ꝓpter vtile, cum per hmõi operationes delectabiles ſepius magis lędãtur quàm iuuentur. Ludentes em̃ exponunt pecunias pro expenſis, & corpora laboribus & periculis, tracti ſola delectatione ludi: & ſic patet ꝙ operatio ludi videtur eſſe ex natura ſua ſecundum ſe eligibilis.

Felicitas nõ eſt ex humanis operibus operatio vtilis, ſed per ſe eligibilis.

Stante hac diſtinctione ponit hæc ꝯcluſio, felicitas non eſt operatio humana, q̃ ſit de numero operationum vtiliũ. Probatur ſic: omnis operatio vtilis quæritur ꝓpter aliud, & non ꝓpter ſeipſam. Hęc patet ex diſtinctione data. Sed felicitas non quęritur ꝓpter aliud, ſed ꝓpter ſeipſam. Eſt em̃ finis vltimus in humanis. Repugnat autem finem vltimũ quęri ꝓpter aliud: qa eſſet aliquid vlterius vltimo, qđ implicat: ergo felicitas non eſt opatio humana vtilis, ergo à ſufficiẽti diuiſione eſt operatio ſecundum ſe eligibilis.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ aliqui extimant felicitatem conſiſtere in operatione delectabili, quæ ſit in ludo, eo ꝙ vident potentes & Tyrannos maximè intẽdere ludis: & eis delectari. & eutrapelos laudari ab eis: qa reddunt ſeipſos in ludis delectabiles, ita ꝙ videntur potentes finẽ vltimum ponere in ludis: & ꝓpterea vulgares qui extimant Tyrannos & potentes felices, & vident ꝙ in nullo magis delectantur quam in ludis, credunt exẽplo illorum felicitatem conſiſtere in operatione ludi.

Felicitas nõ conſiſtit in ludi operatione.

Sed vt inquit Ari. ex eo ꝙ potentes & Tyranni videnť maximè delectari ludis, non poteſt trahi ſufficiens ſignum felicitatem ꝯſiſtere in operatione ludi. Nam cõis ſnĩa eſt ꝙ felicitas cõſiſtit in optima operatione, & felices ſunt prę alijs excellentiores, ſed potentes & Tyranni non excellunt alios niſi potentia bonorum exteriorum, q̃ potẽtia niſi aliud adſit non facit opationes potentum eſſe bonas & laudabiles. Virtus em̃ moralis & intellectualis non ꝯſiſtit in tali potentia: cuius ſignum eſt, ꝙ virtuoſi ꝓ maiori parte ſunt impotentes potentia mundana. Nõ ergo operatio ludi, qua maximè delectantur potentes eſt optima, nec facit potentes felices.

Cur potẽtes cõuertunt ſe ad ludos.

Pręterea, potentes iõ ſe cõuertunt ad delectationes ludi & alias delectationes corporales, qa nõ guſtant delectationes ſpũales, quales ſunt delectatiões virtutis moralis & intellectualis: q̃ dicunť liberales & ſyncereę: iõ extimãt illas ꝓtioſas, has vero nullas, aut paruas. ſed ex eorum iudicio falſo non eſt ſentiendũ, ſicut nõ eſt tenendũ vinum eſſe amarũ: qa febricitans falſo iudicat ipſum eſſe amarũ, nec ſunt tenẽda ea eſſe ꝓtioſa, q̃ reputanť à pueris ꝓtioſa: ſed q̃ à viris pfectis & ſenſatis. Sic in ꝓpoſito: nõ ſunt reputanda optima & vere delectabilia q̃ iudicanť talia à potentib. & Tyrãnis, nec in eis conſiſtere veram felicitatem, ſed q̃ iudicantur talia à virtuoſo. Cuius iudicium eſt ſanum, & regula humanorum actuum. Sicut ergo ſtultus hĩ, qui credit vinum eſſe amarũ, qa infirm⁹ ſic iudicat, ſic ſtulti habendi ſunt, qui credunt felicitatem ꝯſiſtere in ludis, qa Tyranni & principes expoliati bonis morib⁹, videnť in illis finem ſuum ſtatuere, & Eutrapelos ac placidos. & Hiſtriones & mimos: & venatores: & noui ludi etiam inhoneſti inuentores præ alijs caros habẽt. Non ergo felicitas cõſiſtit in ludo: quod Ari. vltra prædicta conatur duplici ratione probare.

Ludus nõ eſt humana felicitas.

Prima eſt, ludus non eſt illud, ad qđ ordinamus oĩa humana & laborioſa: vt ferre malas fortunas, virtuoſe opari, ſpeculari diuina, &c. ergo nõ eſt felicitas. Conſequentia patet: qm̃ quęcunque agim⁹ & toleramus, ordinãtur ad felicitatẽ. Si ergo non quæcunque agim⁹ & toleramus ordinanť ad ludum, patet ꝙ non eſt felicitas. Antecedens vero manifeſtum eſt. nam ſtultum eſt dicere, ꝙ virtutis opera aggredimur, ꝙ negotiamur, ꝙ familiam regim⁹, ꝙ ſpeculationi infinitis laborib. intendimus, vt ludamus, imò aliq̃ ludim⁹, vt fortiores ſimus in laborioſis. Vnde Ari. approbat dictũ Anacharſidis Philoſophi dicentis, ludere vt ſtudeas rectè ſe habet. Ludus enim quieti ſimilis eſt: & qm̃ nequeunt homines ꝯtinue laborare. ludo & requie indigẽt. Sicut igitur requies non eſt finis, qa ordinatur ad iterum operandum. Non enim operamur vt dormiamus, ſed dormimus vt pfectius operemur, ſic nec ludus eſt vltimus finis, ex conſequenti nõ eſt felicitas. Vñ qui nihil curant in humanis niſi iocis & ludis vacare, penitus irrationabiliter viuunt.

Scđa eſt, felicitas humana vera nõ eſt cõis pueris & beſtialibus, id eſt, qui ſine intellectu viuunt: ſed ludus & delectatio ludi cõis eſt & magis pueris & beſtialib. quàm viris bonis: qm̃ boni magis appretiant quæ ad nobiliorem partem animæ ſpectant, id eſt, ad intellectum, quàm ludicra, quæ ꝓ maiori parte ad partem animę ſenſitiuã & appetitum ſenſualem ſpectant. Non ergo in talib. conuerſationibus & modis viuendi, quales habent inſiſtentes ludis, ponenda eſt felicitas. Cum igitur duæ ſint operationes ſm̃ ſe eligibiles, vt ꝓdiximus, ſ. operatio ludi, & operatio ſm̃ virtutem, ſiue moralem ſiue intellectualem: & ꝓbatum ſit ꝙ felicitas non conſiſtit in operatione ludi, reſtat vt ſit in operatione virtutis. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De felicitate Contemplatiua, quæ in contemplatione diuinorum conſiſtit.

IN ſcđo capite inueſtigandum eſt cui⁹ virtutis in ſpãli operatio ſit ipſa felicitas. Sed antequã deueniamus ad reſolutionẽ aduerte, ꝙ intentio Ari. in hoc Decimo eſt tractare de duplici felicitate humana: quarum prima eſt pfectiſsima, & nobiliſsima, & veluti imago diuinæ felicitatis: & dr̃ felicitas humana ſpeculatiua. Altera, q̃ eſt ſecũdaria, dr̃ politica, & eſt conſiſtens iu operatione practica. De ſpeculatiua intẽdit ꝓtractare in pñti capite, de practica autem capite ſequẽti. Et ꝓ reſolutione felicitatis humanæ ſpeculatiuæ tria agẽda ſunt. Primo declarandum eſt in generali, qualis operatio ſit felicitas: & cuius habitus, & cuius potentię animæ, & cuius obiecti. Secundo manifeſtandum eſt in ſpeciali, quæ ſit illa operatio, & cuius habitus, & cuius potentię, & cuius obiecti. Tertio declarandum eſt qualiter ſe habet talis operatio ad hominem.

Etbicor. 10. Cap. 7.

Felicitas duplex, ſpeculatiua, & practica, ſiue politica.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ cũ felicitas ſit optimus finis rerum humanarum, vt declaratum eſt in primo li. trac. primo cap. primo. & cum ſit operatio, vt probatum eſt in capite ꝓcedenti, neceſſe eſt vt ſit optima & nobiliſsima operatio ꝓpria hominis. Nam ſi felix cõſtituitur in optimo ſtatu ex felicitate, conſequens eſt vt ſit optima operatio. Optimi em̃ eſt optime conſtituere. & qm̃ bonitas ac excellentia operationis pẽdet à bonitate & nobilitate principij, à quo ꝓcedit. Principium autem eſt habitus ſiue moralis ſiue intellectualis: nam ideo domificatio eſt nobilior frænefactione, qm̃ ars ædificatoria eſt nobilior arte frenefactiua: ideo oportet felicitatem vtpote optimã operationem eſſe cauſatam ab optimo habitu, q̃ ſit in nobis. Quis autẽ ſit hic optimus habit⁹, declarabitur infra. Et qm̃ omnis habitus humanus eſt in aliqua potentia animæ, vt declaratum eſt in libro tertio & quarto, de virtutibus moralib⁹ regulatiuis paſſionum, ꝙ ſunt in appetitu ſenſitiuo: & de iuſtitia regulatiua actionũ declaratũ eſt in quinto libro ꝙ exiſtit in voluntate: & de habitib⁹ intellectualibus, ꝙ exiſtunt in intellect⁹: ideo neceſſe eſt optimũ habitũ, à quo ꝓcedit optima operatio, q̃ eſt felicitas hominis, eſſe in optima & nobiliſsima potentia animæ, ſiue hoc ſit intellectus, ſiue aliud ab intellectu. Videtur tñ eſſe intellectus: qm̃ videm⁹ ipſum dominari & principari in nobis parti ſenſitiuę, qm̃ vt declaratũ eſt in lib. 2. appetitus ſenſitiuus eſt aptus obedire rationi: dominatur etiã corpori quo ad motũ mẽbrorũ ſecundũ locũ, vt declarabitur in politicis: & nos iam id declarauimus in Epitomate noſtro in trac. 2. de motu animaliũ. videmus inſuꝑ ꝙ ſol⁹ intellectus eſt cognoſcitiuus diuinorũ & abſtractorũ entiũ: ad q̃ ſenſus nõ aſcẽdit. cũ ſint immaterialia, vt declaratum eſt in 12. Metap. Et qm̃ diuina cognoſcit, ideo dicit qđ diuiniſsimũ in nobis ex cõſequẽti videt optima nobiliſsima & diuina potẽtia animę. Cõſequẽs ergo eſt, vt felicitas ſit optima operatio, optimi habit⁹, q̃ ſit in optima potẽtia animæ. Verũ, qa operatio & habitus nõ ſolũ trahunt maiorẽ & minorem nobilitatem à ſubiecto, in quo ſunt, ſed etiã ab obiecto, circa qđ verſanť, aꝛ fortitudo nõ eſſet maior virt⁹ q̃ temperãtia, cũ ſint ſubiectiuè ĩ appetitu ſenſitiuo, nec ſapiẽtia nobilior habit⁹ q̃ ſciẽtia, cũ vtraq; ſit in intellectu ſubiectiuè: id eo neceſſe eſt vt operatio q̃ eſt felicitas ſit circa nobiliſsima obiecta, & tũc ex omni parte erit optima & nobiliſsima, qm̃ ex habitu optimo, ex animæ potentia optima, ex obiecto optimo. Erit igit̃ prima & pfecta felicitas, qualis poteſt haberi ab homine ꝓ præſenti vita propria operatio hominis optima, procedens ab optimo habitu, q̃ ſit in optima potentia animæ, circa optimum obiectum.

Felicitas eſt optima habitus operatio, ſecundũ optimum habitum in nobiliſsima parte anima cõſiſtens, circa nnbil. ſſimũ obiectum.

Intellectus eſt nobiliſſima pars hominis.

Felicitas quid ſit.

Quantum

Felicitas cõsistit in cõtẽplatione veritatis, qua attingimus maximè vera.

Quantum ad ſm aduerte deſcendendo in particulari ex intentione Ari. ꝙ perfecta felicitas hominis ꝓ præſenti vita conſiſtit in ſpeculatione, ſiue contemplatione veritatis: ſumendo veritatem ꝓ entibus maximè veris iuxta cõſuetudinem Ari. in ſecundo libro Metaph. vbi appellat Metaphyſicam ſcientiam veritatis: quia verſatur circa maximè entia & maximè vera, qualia ſunt entia diuina, ſub quib⁹ quatuor comprehendere poſſumus, ſ. Deum, intelligentias, animam intellectiuam, & cœleſtia corpora. Nam anima intellectiua ratione intellectus, quem Ariſt. appellat hic quid diuinum, & corpora cœleſtia, quæ Ariſtote. in ſecundo cœli appellat diuina corpora, ſub ente diuino locari poſſunt. Beat⁹ igitur eſt ille, qui factus eſt contemplator diuinorum entium, potiſſima cõtemplatione, qualis poſsit haberi pro præſenti vita, adiunctis duabus conditionibus. Primò ꝙ hæc contemplatio duret per totam vitam, vel pro maiori parte. Nam in primo libro, in tractatu ſecundo, in capite ſecundo, declaratum eſt qũo felicitas eſt propria operatio hominis ſecundũ optimam & nobiliſsimam potentiam, in vita perfecta, id eſt donec perficitur & terminatur vita. Et tu vide illic. Secundò ꝙ hæc contemplatio ſit adiuncta actionibus virtutum moralium, quibus homo fit bonus. Nam, vt dicit infra Ariſt. felix conſtituitur amicus Dei. Stũltum eſt autem dicere hominem malum eſſe amicum Dei. Vnde ſapientes huius mundi inſudantes cognitioni diuinorum, vt Metaph. ſi praue viuant, ꝓcul ſunt à felicitate, de qua hic intendit Ari. qm̃ ſecũdum ipſum ſpeculatio diuinorum adiuncta pietati & bonitati morali, facit hominem beatum: & qm̃ viri docti ac ſapientes dicti rari ſunt, pij erga Deũ & boni moraliter: ideo rari poſſunt dici beati.

Contẽplatio diuinorum conſtituit hominem felicem duabus conditionib. adiunctis.

Incontẽplatione ſecundum habitũ ſapientiæ cõſiſtit humana felicitas.

Hæc aũt ſpeculatio eſt operatio habit⁹ ſapiẽtię, qm̃ ipſa verſatur circa diuina: & comprehẽdit habitum principiorũ, qui dr̃ intellectus, & ſcientia: & eſt honorabiliſsima inter omnes habitus intellectuales, vt declarauimus in libro ſexto, tractatu ſecundo, capite ſexto, & ſeptimo. Et Ari. in proœmio Metaph. appellat eam deam ſcientiarum, & diuinam poſſeſsionẽ. Quòd igitur in tali opatione, quã Ari. appellat contemplationẽ veritatis conſiſtat humana ac ꝓfecta felicitas ſpeculatiua ꝓbatur ex intentionẽ Ariſto. ſex rationibus.

Veritatis ſpeculatio eſt nobiliſſima hominis operatio.

Prima eſt, felicitas eſt ꝓfectiſsima ac nobiliſsima operatio hominis, vt declaratum eſt ſupra. Cõſtituit em̃ hominẽ in optimo ſtatu. Sed ꝓfectiſsima operatio hominis eſt ſpeculatio veritatis qd̃ patet ex nobilitate ſubiecti & obiecti. Nã ſubiectũ in quo eſt hæc ſpeculatio eſt intellect⁹, q eſt qd nobiliſsimũ & vt diuinũ í nobis. Et obiectũ circa qd̃, eſt ens diuinũ, vt circa Deũ & alias itelligẽtias: q̃ sũt optima & nobiliſsima entia, vt declaratũ eſt ĩ li. 12. Metaphyſicæ: ergo rationabiliter ponit̃ humana felicitas ĩ ſpeculatiõe veritatis.

Secunda eſt, felicitas debet eſſe illa optima operatio hominis, in qua poteſt maximè ꝓſeuerare. Nam declaratũ eſt in primo libro, in tractatu ſecundo, in capite ſecundo ꝙ felicitas debet eſſe diuturna, & in vita ꝓfecta, ſed inter omnes humanas operationes, ſpeculatio veritatis eſt illa in qua poteſt homo maximè ꝓſeuerare. Nam in operationib⁹ cor poralib⁹, & partis ſenſitiuę, nõ poſſum⁹ cõtinuare diu, ꝓpter laborẽ & laſsitudinẽ organorũ corruptibiliũ, qb⁹ exercent̃. Vnde & in octauo Phyſicorum declarat Ari. animã nõ poſſe cõtinue mouere corpus animalis. ꝓpter corpus ipſum alterabile: ſed intellectus in quo & à quo ſolo eſt ſpeculatio veritatis, nõ eſt organic⁹. ideo quantũ ſit in ſe, nõ laborat in ſpeculando. Omnis autẽ labor eſt ex parte phãtaſię ſubminiſtrãtis phantaſmata, ſine qb⁹ ꝓ hac vita nihil intendim⁹, vt declaratũ eſt in libro tertio de Anima. Vnde in intellectu ſeparato nullus eſt labor in ſpeculando: & poteſt habere ꝓpetuã nõ interruptã ſpeculationẽ. Cùm igit̃ cauſæ impeditiuæ diuturnę operationis deficiãt in ſpeculatione, patet ꝙ poteſt eſſe magis continua quàm quęcunque alia humana operatio: & cum ſit digniſsima ex ratione præcedenti, rationabiliter in ea ponitur, humana felicitas.

Veritatis ſpeculatio diuturnior eſt quacunque alia hominis operatione.

Tertia eſt, Speculatio veritatis, vltra hoc ꝙ eſt digniſsima, eſt. ét homini delectabiliſsima: ergo. in ea cõſiſtit felicitas humana. Conſequẽtia patet qm̃ in primo libro, tract. ſecundo capite tertio: declaratum eſt operationem virtutis delectabilem & pulchrã & bonã: & operationẽ optimã, in qua ſtat felicitas eſſe delectabiliſsimã & pulcherrimam, & tu vide illic. Antecedẽs aũt ſic declarat̃ ab Ariſt. Cõfeſſum eſt ab omnibus, ꝙ philoſophia in cõtẽplatione, q̃ eſt ſm ſapiẽtiã, habet admirabiles & puras & firmas delectatiões, poſtquã ſapiẽtia ipſa ineſt cõtẽplanti: ergo ſpeculatio veritatis, quæ eſt ſecundum habitũ ſapiẽtiæ eſt delectabiliſsima. & aduerte, ꝙ ió philoſophiæ delectationes dicunt̃ admirabiles, qm̃ excellentes ſunt, & quæ ſunt excelentia ſolẽt vulgaribus animis eſſe incognita, ex ꝯſequenti mirabilia: & qm̃ vulgares neſciunt niſi in ſenſibilibus delectari: ideo admirãtur cum audiũt à Philoſophis ſe maximè delectari in ſtudio & ſpeculatione rerum ſublimium. Dicunt̃ & puręę, qm̃ ſunt circa puras & immixtas materię ſubſtantias, quales ſunt res diuinæ, & nõ ſunt admixtæ triſtitiæ, ſicut delectationes corporales: & qũo delectatiões, quę ſunt in operatione virtuoſa & in ſpeculatione non ſint admixtæ triſtitiæ, quemadmodum corporales: iam declarauimus in lib. 7. trac. 2. cap. 2. ibi. Tertia diſtinctio & tu vide illic. Dicuntur & firmæ qm̃ ſunt in parte animæ in alterabili, & incorruptibili: quę eſt pars intellectiua: & ſunt circa obiectum ſtabile & immutabile, quales ſunt diuinę ſubſtãtiæ, ex oppoſito delectationes corporales non ſunt firmæ qm̃ res ſenſibiles, circa quas cõiter delectant̃ homines, vanitati & crebris mutationib. ſubiectæ ſunt. Mutata aũt re delectante mutat̃ & delectatio, & ſęp⁹ in triſtitiam vertitur. Diximus ét, poſtquã ſapientia ineſt cõtẽplanti, qm̃ ſpeculatio veritatis eſt duplex prima eſt in addiſcendo & inquirendo veritatẽ adhuc incognitam & hæc eſt admixta labori & deſiderio rei non habitæ ex conſequẽti eſt admixta indigentiæ, ideo nõ eſt pura delectatio. & in hac nõ conſiſtit felicitas humana. ſcd̃a eſt in contemplando & conſiderãdo veritatem iam cognitam, & inuentã: & hæc eſt cum ſumma delectatione: qm̃ non eſt in acquiſitione ſed in termino vt finis acquiſitionis & ſubſequitur habitum ſapientiæ iam acquiſitum, & eſt ſine omni triſtitia, vt declaramus in li. 7. trac. 2. ca. 2. & in tali ſpeculatione, quæ ꝓcedit ab habitu ſapientiæ iam acquiſitæ ſtat felicitas humana: & non in prima, niſi fortè inchoatiuè.

Veritatis ſpeculatio diuinißima eſt.

Homomagis ſibi ſufficies eſt in ſpeculatione veritatis, quam in quouis alio opere.

Quarta eſt, Inter omnes operationes virtutum, homo eſt magis ſibiipſi, & abſque alterius conſortio ſufficiens ad ſpeculandum veritatẽ poſtquam acquiſiuit habitum ſapientiæ. ergo in tali ſpeculatione ſtat humana felicitas. Cõſequẽtia patet ex eo ꝙ dictũ eſt in primo li. in trac. 2. c. 1. ꝙ de rõne felicitatis eſt ſufficientia. vñ deſcripta fuit illic, ꝙ eſt bonum ſufficiens: in illa ergo operatione ꝯſiſtit, in qua homo ſibi ſoli ſufficit, & ꝓ ſe ipſum ſolum põt eam exercere. Antecedens autem ſic declarat̃ ab Ari. ſpeculans veritatem non indiget niſi neceſſarijs vitæ, vt cibo, veſtitu, & habitatione, &c. & nõ indiget alijs, cũ quibus ſpeculet̃ qm̃ ſolus exiſtẽs ſpeculari põt: eſt em̃ ſpeculatio intrinſeca actio ad extra nõ ꝓcedens. Hoc autem non cõtingit in operationib. virtutum moralium. nam iuſtitiæ op⁹ fit ad alterum aut diſtributiuè, aut cõmutatiuè, qm̃ iuſtitia eſt virtus ad alterum, & non ad ſeipſum, vt declaratum eſt in lib. 5. Idem intellige de liberali & magnifico & magnanimo & affabili & veraci & Eutrapelo & amico. Oés em̃ indigent alijs, cũ quibus exerceant virtutum prędictarum opera. Speculans autem ſolus ſibi ſufficit, imò ſolitudo adiuuat vitam ſpeculatiuam.

Tu tñ aduerte, ꝙ licet ſpeculãs poſsit ſolus ſpeculari, & quanto ſapientior fuerit, tanto melius, tñ vt inquit Ariſ. aliqñ ſibi expedit habere ſocios in ſpeculatione, qm̃ qd̃ ſapientiori non occurrit, non inconuenit minus ſapienti occurrere, & hoc maximè cõtingit in venatione veritatis. Cum igit̃ ſapiens inter omnes homines, per ſeipſum maximè ſufficiat ad exercendum opus ꝓprium, quod eſt ſpeculatio diuinorum, rationabile eſt vt in ea conſiſtat humana felicitas.

Speculatio veritatis per ſe appetibilis eſt.

Quinta eſt, ſpeculatio veritatis, propter ſeipſam diligit̃ & appetitur, & non ꝓpter aliquid aliud: ergo in ea cõſiſtit humana felicitas. Conſequentia patet, qm̃ dictum eſt in primo lib. ꝙ de rõne vltimi finis, qui dr̃ felicitas, eſt vt per ſe ipſum appetatur, aliter non eſſet vltimus finis, nec quid optimum. Si ergo inter oés operationes virtutum, ſpeculatio veritatis ſola per ſe ipſam diligitur & appetitur, ſignum eſt ꝙ in ea cõſiſtit humana felicitas. Antecedens aũt ſic declarat̃. ex ſpeculatione veritatis nihil aliud ꝓuenit homini, ſed contentatur ipſa ſpeculatione, qa attingit intellectu obiectũ diuinum contemplatum, ex quo ꝓcedit ineffabilis delectatio, & hęc duo complent hominis felicitatem, ſ. apprehenſio diuini obiecti, cum ineffabili delectatione. Ex operib. autẽ aliarum virtutum, acquirit operans vltra opus aliquid aliud: puta vtile, honorem, famam, dominium, delectationem ſenſus. Hæc autem ſapiens contemplans nõ acquirit niſi forte per accidens: puta, ſi cõicat enuntiando & docendo ſapientiam quod ſpectat ad actionem exteriorem: nam tunc ſe habet vt medicus in medendo.

Felicitas ꝓfecta cõſiſtit in vacatiõe.

Sexta eſt, felicitas ꝓfecta ꝯſiſtit in vacatione: ergo in ſpeculatiõe veritatis. Antecedẽs ꝓbatur: ſed prius declarandũ eſt quid

est quid intendit Philosophus ꝑ vacare,& nō vacare cū dicit,non vacamus vt vacamus.Tu igitur aduerte,ꝙ ꝑ non vacare intendit operari cum labore,& ꝑ vacare intendit quiescere in fine vltimo,ita ꝙ nō restat ei aliqd agēdum. Dicit igitur, non vacamus, id est,operando laboramus,vt vacaremus,id est,vt quiescamus in fine vltimo:quē operib.laboriosis acquirimus.Igit̄ finis vltimus adeptus ꝓstituit hominem in vacatione,id est ,inquiete & ocio desiderato : ita ꝙ non ei amplius est laborandū.sed ꝑfecta felicitas est finis vltim⁹ hominis, ad quem oīa ordinat,& gratia cuius agit quæcunque agit:ergo consistit in vacatione,id est,in oīmoda quiete:vñ & beati dicuntur,qui requiescunt à laborib.suis.Consequentia aūt sic ꝓbatur ex intentione Arist.nulla operatio aliarum virtutum consistit in vacatione:& speculatio veritatis consistit in vacatione:ergo in nulla operatione aliarū virtutum,sed in speculatione veritatis,quæ est operatio sapientię consistit ꝑfecta felicitas humana ꝓbatur.Prima pars,ſ. ꝙ nulla, &c. ꝓbatur.Nam vt inquit Ari.operationes practicarum virtutum,quæ sunt virtutes morales nō consistunt in vacatione,sed ordinantur ad aliquid aliud consequendū:puta non bellamus ꝓpter bellum,sed vt pacifice viuamus,& in pace posideam⁹ nostra:& oēs operationes politicæ ordinant̄ non ad seipsas,sed ad bonum publicū seruādum & augendum.& qui præsunt ciuitati aut occupantur in ciuilib.negocijs,non ꝓtentantur actionibus suis,sed intēdunt aliquid vltra,aliqui vtile,aliqui honorem,aliqui potētiam dominandi.Cum igitur operationes politicę,quæ sunt excellentiores inter omnes morales non consistant in vacatione,sed quęruntur ꝓpter aliquid consequendum distinctum ab ipsis operationib.multo minus operationes aliarū virtutum,vt fortitudinis & liberalitatis & magnificentiæ, &c.cōsistunt in vacatione,sed quærunt̄ ꝓpter aliud : & sic constat,ꝙ nulla operatio aliarum virtutum,ſ.moralium cōsistit in vacatione. Secunda vero pars,ſ. & speculatio,&c. ꝓbatur sic.Homo intendit operationi speculatiuæ,ꝓpter se ipsam,& contentatur in ea eo ꝙ vnitur per intellectum obiecto diuino speculato:& hic est terminus intrinsec⁹ speculationis & non ordinatur ad aliqd̄ extrinsecum consequendum,sicut ordinant̄ operationes morales & politicæ,& ex ea ꝓcedit maxima delectatio,qua ꝓtinuatur:ex eo em̄ ꝙ cōtemplās diuina delectatur in multitudine & pulchritudine suæ pacis,& quietis, cōtinuat & ꝑseuerat speculans. Cum igitur ex hac diuinarum rerum speculatione,oīa insint homini, q̄ solent attribui beato, ſ. ꝙ sit per se sufficiens, ꝙ requiescit,ꝙ non laborat,ꝙ mirabiliter supra sensum hominū vulgarium & purè & firmiter delectatur,quantum possibile est homini ꝓ hac vita mortali,rōnabile est in ea consistere humanam felicitatem quantacunq; posit hīi ꝓ hac vita, adiūcta hac condōne,ꝙ ꝑseueret homo in ea in vita ꝑfecta vt dictum est in primo lib.in tract.secundo in capite secundo.Ibi em̄ declarauim⁹ ꝙ diuturnitas talis operationis qua felicitatur homo,est ad bn̄ esse felicitatis:eo ꝙ decet in felice oīa esse ꝑfecta. Et sic patet veritas huius sextæ rationis, sed pro maiori firmitate ac eius euidentia aduerte duo.

Nulla alia operatio moralis virtutis in vacatione consistit.

In quanam vacatione ac requie consistit felicitas.

Requies duplex.

Primo q̄ dicit Philosophus ꝙ felicitas consistit in vacatione,dictum est ꝙ vacationem sumit ꝓ requie,quā alij vocant ocium.Requies autem est duplex:quædam est interruptio siue cessatio ab operatione laboriosa, ordinata tn̄ ad iterum & fortius operandum:& in hoc sensu accepit Ari.requiem supra in hoc decimo libro,q̄n dixit,ꝙa nō potest homo continue operari, indiget requie:& in tali sensu dormitio est requies,vt declarauimus in tractatu de somno & vigilia,& requies vt sic ordinata est ad nouam operationem, vt ad finem proximum.Quædam autem est : quæ est in fine, ad quem ordinabatur operatio,sicut dicimus ꝙ dux quiescit in victoria acquisita ex conflictu:& hæc est possessio boni acquisiti post laborem.& in hoc sensu accipit hic Ari.vacationem, id est,requiem:post em̄ multos labores,quos homo sustinet ꝓ acquisitione sapientię,quiescit & cōtentatur in speculatione diuinorum,vt in vltimo fine.

Felicem vacare quid sit.

Secundo aduerte,ꝙ hic terminus Vacatio habet duplex significatum.Nā vacare aliq̄n idem est ꝙ intendere, siue attendere ad aliquid operandum,& in hoc sensu sumit Arist. vacare supra in hoc decimo q̄n dixit,quosdam vacare ludis & iocis.Aliq̄n aūt idem est ꝙ requiescere & non ampli⁹ sollicitari,nec laborare:& in hoc sensu dicit felicem vacare , quia constituitur extra tristitias & solicitudines & labores.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ intentio Ari.est manifestare,qūo vita contemplatiua diuinorum,in qua conclusum est consistere humanam felicitatem,est vita non ſm hominē sed supra hominem, considerando hominem vt homo est. Quo manifestato ponentur duo correlaria, quorum primū est.ꝙ errant qui dicunt hominem cum sit mortalis non debere scrutari nec sapere diuina,sed tantum humana:ſm est, ꝙ homo debet eligere & conari super omnia consequi talē vitam contemplatiuam rerum diuinarum.

Vita cōtemplatiua non est secundū hominē, sed supra hominem.

Quantum ad primum ponitur hęc cōclusio:vita contemplatiua , qua homo intendit & ꝑseuerat speculando diuina nō est vita ſm hominem , sed melior,ita ꝙ eleuat hominem supra hominem,vt homo est. ꝓbatur,vita hominis ſm ꝙ homo est,est vita,qua viuit,vt est compositus ex anima & corpore,vt vita vegetatiua,sensitiua, appetitiua , intellectiua, motiua secundum locum.Nam huiusmodi operationes vitales sunt compositi,& explentur per organa:& ideo requiruntur hominem vt quid compositum ex anima & corpore. Et aduerte ꝙ sub vita appetitiua sensitiua comprehenditur vita moralis , eo ꝙ virtutes morales ꝓter iustitiam sunt subiectiuè in appetitu sensitiuo distincto per irascibilem & concupiscibilem.vnde vita temperati & fortis & liberalis, & magnanimi,&c.est vita hominis secundum quòd est cōpositus ex anima & corpore:sed vita contemplatiua diuinorum non est vita,quæ conueniat homini, vt est compositus ex anima & corpore:sed inquantum est aliquid diuinum in ipso,quo attingit diuina & incorporea:& hic est intellect⁹, quo assimilatur Deo & intelligentijs:ergo non cōuenit homini inquantum homo:qm̄ dum dico hominem dico cōpositum ex corpore & anima rationali. Quod autē sit melior & eleuet hominem supra hominem,patet ex hoc ꝙ est vita partis diuinæ & immortalis,quę est in homine,id est,animę intellectiuæ,vt intellectiua est.Vita autem,quæ cōuenit homini vt compsito,qualis est vegetatiua & sensitiua,& moralis appetitiua sensitiua,est vita compositi moralis: ergo illa melior est:& reddit hominem quasi diuinum, eo ꝙ facit eū similem intelligentijs,in quibus inuenitur pura & perfecta contemplatio diuinorum,ergo eleuat hominē supra hominem.Patet ergo,ꝙ hæc vita est potius diuina quàm humana:& qui diuinis contēplandis se totos dedicant,recti⁹ Diui quā homines nominādi sunt:& qui incūbunt vitæ practicæ morali boni & virtuosi dicendi sunt.Qui autē diuinorū speculationi adiunctis virtutibus moralibus intendit non mō bonus & virtuosus,sed & beat⁹ beatitudine,quæ possit haberi pro hac vita dicendus est.

Absurdum est dicere hominē non debere diuina sed humana & mortalia sapere.

Quantum ad secundum aduerte,ꝙ cum homo habeat in se quid diuinum & immortale,id est,intellectum,quo est aptus attingere diuina & immortalia,& illis perfici ac beatificari,sequitur correlarie falsam esse eorum sententiam , q̄ dicunt,non spectare homini sapere diuina,sed tantū humana:& cū sit mortalis,curare quæ sunt mortalia. & hæc sententia attribuitur Symonidi poētę in ꝓœmio Metaphysicę. Et ꝙ hæc sententia sit falsa:sic declarat Aristol.Cum in homine sit quid immortale,id est,intellectus: q̄ est optimum quid eorum,q̄ sunt in homine,decēs est,vt homo viuat vita intellectuali:qm̄ licet intellectus non sit magnus quantitate:cum sit immaterialis & inorganicus: est tamen magnus virtute,& pretiosissimus adeo ꝙ excedit omnia , quæ sunt in homine & actu suo speculatiuo cōiungit̄ subst̄ātiis superioribus diuinis,actu vero practico dominatur inferiorib⁹, agens corpus & domū & ciuitates & regna.Et homo per intellectū est veluti Deus mūdi inferioris omniáq; sibi subiecta sunt.Si autē decens est vt homo ꝓ intellectū viuat vita intellectuali:& intellectu est aptus apprehendere non solū humana,sed & diuina & immortalia,qbus maximè nobilitatur & perficitur falsa est Symonidis sententia,qui nō dignificat hominem secundum ꝙ intellectualis est, sed aggregat eum inter animalia depressæ cognitionis.

Intellectus speculatiuo coniungitur homo superioribus, practico vero dominatur inferioribus.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ cum homo dignificet, & fiat quasi diuinus ex vita cōtemplatiua rerum diuinarū, debet præ omnibus modis viuendi hanc eligere, & conari ad illam:nam vnusquisque debet eligere viuere vita ꝓpria. Incōueniens em̄ videtur quòd quis negligat viuere vita ꝓpria,& maximè si sit vita honorabilis, & eligat viuere vita aliena & indigna sibi: vt si nobilis neglecta vita sui status eligat viuere vita rustici esset indecorū & vituperabile:sed vita contēplatiua est vita ꝓpria hominis inquantū intellectualis est,& est nobilissima &delectabilissima,vt ꝓbatū est: & reddit hominē quātū possibile est immortalē,& felicitat eū:ergo debet homo eā quātū pōt eligere & conari ad illā.

Et aduerte,ꝙ diximus hanc vitam esse propriam hominī inquantum intellectualis est , quoniam si consideremus

hominem

hominem vt quid cõpositum ex anima & corpore, iam diximus ꝙ non conuenit homini fm ꝙ homo est, sed est melior,& est supra hominem sic compositum.Si autem cõsiderem hominem ratione animæ intellectiuę,quæ est principalissima in homine,& quę pôt dici homo,qm̃ fm Ari.quod est principalius in aliquo, dr̃ esse illud, sic est ꝓpria homini vt est intellectualis.Cæteræ vero operationes, quales sunt vegetatiuæ,sensitiuæ & motiuæ,conueniunt homini,vt animal est.Operationes vero appetitiuæ sensitiuæ dicunt esse hominis vt homo est,non absolutè,sed inquantum appetit⁹ sensitiuus in solo homine est rationalis participatiuè,modo quo diximus in lib.primo trac.quarto capite secundo,& tu vide illic.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De felicitate actiua,seu practica,& de eius ad speculatiuam comparatione.

Ex decimo Ethicorum Cap.8.

IN tertio capite agendum est de felicitatte politica, quæ est felicitas practica,& hic tria agenda sunt.Primò declarandum est in quo cõsistat felicitas practica. Scd̃o ꝓbandũ est,ꝙ felicitas speculatiua,cuius ꝰsideratioñem fecimus in capite pcedẽti,perfectior est felicitate practica. Tertiò declarandũ est qũo se habet felix felicitate speculatiua ad bona externa,& ad superiora,quæ dicũtur entia diuina & abstracta,quorũ primum & nobilissimum est Deus bñdictus.

Præter felicitatem speculatiuã,est homini alia in opere prudentiæ practica felicitas.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ vt dicit Ari.vltra felicitatem speculatiuam,quæ est prima & perfecta, & quæ facit hominem principaliter felicem,datur alia felicitas secũdaria:quæ dr̃ felicitas practica,felicitas humana, felicitas hominis,vt est quid compositum,& non ratione solius intellectus:& hæc felicitas practica attribuitur prudentiæ,q̃ dirigit & perficit oẽs alias virtutes morales,nam sicut felicitas speculatiua attribuitur sapientię, q̃ in se cõprehendit alios habitus intellectuales,& præcipuè scĩam & intellectum,vt nobilior & principalior, vt declarauimus in li.sexto,trac.secundo,capite sexto,vt videre poteris.Sic felicitas practica attribuitur prudẽtię,vt dirigit & perficit oẽs virtutes alias morales,& q̃ non pñt esse sine prudentia, vt iam declarauimus in lib.sexto in tract.quarto,in c.tertio & tu vide illic.

Prudẽtiaest sicut lumen.

Et consistit in operationib.virtutum moraliũ,vt dirigũtur prudentia:nam sicut docuimus in lib.sexto,in trac.quarto in cap.tertio,comparatur prudentia ad virtutes morales & ad operantem moraliter,sicut lumẽ corporale ad operãtem artificialiter,vñ sicut agens artificialiter sine lumine ꝙpe errat,sic agens moraliter puta fm liberalitatem,aut fortitudinem sine prudentia,sæpe errat:qm̃ nõ cum debitis circunstantijs ꝓcedit ad opus morale.& de hoc vide in sexto, vbi supra.Sicut igitur speculatiuè felix est ille, qui intendit speculationi diuinorum, sic felix practice est ille,qui intendit operib.virtutum moralium cum prudẽtia dirigẽte perseueranter & in vita perfecta.Maximè autem beatus est practice,qui virtuosè præsidet reipublicæ prudenterque regit existens ipse oĩ virtutum genere moralium ornatus,cui⁹ vita & mores sunt vt speculum & forma viuendi subditis.

Et dr̃ felicitas humana,qm̃ & virtutes morales & prudẽtia versant circa humana regulanda,& quidem ꝙ prudẽtia versetur circa humana in singulari,& vniuersali iam declarauimus in li.sexto tract.secundo capite septimo:& tu vide illic,ꝙ aũt aliç virtutes morales,de quibus actum est in lib. tertio & quarto & quĩto,patet,qa aut sunt circa passiones & appetitus sensitiuos regulãdos,vt temperantia circa delectationes tactus,fortitudo circa terribilia,magnanimitas circa appetitum honorum,& hoc quidem clarum tibi erit, si videris in locis ꝓprijs libri tertij & quarti vbi de singulis virtutib.moralib⁹ pertractauimus.Illic em̃ assignauimus ꝓpriam materiam,circa quã vnaquæque virtus moralis versatur:aut sunt circa actiones humanas regulandas, in quib⁹ homines adinuicem cõicant,vt iustitia distributiua & commutatiua.Sed tam passiones appetit⁹ sensitiui quã actiones in quibus homines adinuicem cõicant,sunt quędã humana: ergo felicitas practica,quę consistit in operationibus virtutum moralium adiuncta prudentia regulante conuenienter dr̃ felicitas humana.Sicut econtrario felicitas speculatiua dr̃ diuina,qa habit⁹ sapientiæ à quo ꝓcedit, versatur circa diuina & altissimas causas, vt declaratum est in prooemio Metaphysicæ:& in libro sexto Ethicorum.

Felicitas practica est hominis nõ tãquam vt intellectualis est, sed vt cõpositi ex anima & corpore.

Et dr̃ felicitas hominis,vt est quid compositum.Nã, cum felicitas practica consistat in operationib⁹ fm virtutes morales,& prudentiã,erit felicitas illius, cuius sunt operationes fm virtutes morales & prudentiam.Sed istę sunt cõpositi:sunt em̃ ad regulandas passiones, quæ sunt compositi, cum sint in appetitu sensitiuo.& etiam operationes iustitiæ distributiuæ & commutatiuæ sunt operationes compositi, qm̃ in illis communicant homines,vt simul viuunt:ergo rectè dicitur ꝙ felicitas practica est hominis inquantum homo est,id est,inquantum est compositus ex anima & corpore,& non ratione solius intellect⁹.Et ex hoc sequitur: quòd sicut felicitas speculatiua est vita non secundum hominem sed supra hominem inquantum homo est quid compositum vt declaratum est in capite præcedenti: sic ex oppositio felicitas practica est vita secundum hominem & non supra hominem,quia non conuenit homini ratione solius intellectus:sed ratione compositi & vt in se continet partem sensitiuam. Patet igitur ꝙ vltra felicitatem speculatiuam datur practica quæ dr̃ politica siue ciuilis & cuius habitus sit : & in qua operatione consistat:& qũo differt à speculatiua:qa est humana,illa diuina:hęc est hominis secundum hominem illa supra hominem.

Felicitas practica excellẽtior est operatiua.

Quantum ad fm aduerte,ꝙ Ari.nõ cõtentus dignitatib⁹ & excellẽtijs,quas in ca.ꝓcedenti attribuit felicitati speculatiuæ,adhuc intendit comparare vtranque felicitatem adinuicem & ꝓbare quatuor rõnibus felicitatem speculatiuã perfectiorem & potiorem esse felicitate practica.

Prima est:sicut se hẽt res diuina & separata ad rem cõpositã & materialẽ,sic felicitas speculatiua ad practicã. Diximus em̃ ꝙ speculatiua est intellect⁹,qui in nobis est qd diuinum:& est separatus ab oĩ organo:& est separabilis à corpore fm esse,vt declarauim⁹ in tertio de Anima in qõnibus nostris etiam ad mentẽ Ari.Practica aũt est hominis cõpositi, vt supra diximus,sed concessum est ab omnibus,rem diuinã & separatam esse perfectiorem re composita & materiali: ergo felicitas speculatiua est perfectior practica.

Felix speculatiuus min⁹ indiget,felici operatiuo, qui duobus indiget.

Scd̃a est,felicitas speculatiua min⁹ indiget bonis exteriorib⁹ quã practica:ergo ꝓfectior & melior est. Cõsequentia patet:qm̃ operatio min⁹ indigens bonis exteriorib. est ex se magis sufficiens,ex cõsequenti est ꝓfectior.Antecedẽs autẽ sic declarat ab Ari.felix speculatiuus indiget bonis exterioribus solum ꝓ conseruanda vita,vt cibo & potu & vestib⁹, &c.& quantum ad corpus parũ laborat: qm̃ speculatio est opus intellectus non organici, & si intelligeret sine phãtasmate,nullo modo adesset labor,neque lassitudo:felix aũt practic⁹ dupliciter indiget bonis exterioribus,& magis laborat corpore.Primo indiget,vt felix speculatiuus ꝓ ꝰseruanda vita:& in hoc non differt à speculatiuo.Vterque em̃ indiget,& si non posident ex se,indigent largitore, q̃ eis subueniat in necessariis vitæ. Secundo indiget vt exerceat opera virtutum moralium,q̃ versantur circa materiã corporalem,puta liberalis & magnificus indigent facultate tẽporali,& pecunia nõ solũ ꝓ seipsis,sed vt liberaliter dent aliis, & magnifice expendant ꝓ patria, ꝓ amicis:& iustus nõ habebit opus iustitiæ distributiuæ,nec cõmutatiuæ,nisi habeat bona distribuenda,aut cõmutanda:& princeps non ꝰseruabit nec defendet dominium,nisi habeat pecuniam ꝓ manu tenendis custodibus & militibus.Et in hoc secundo differt multum felix speculatiuus à practico:qm̃ non indiget bonis exterioribus ad exercendũ actum speculationis circa diuina,& nisi ꝓ necessitate vitæ.Laborat etiam corpore felix practic⁹,qm̃ opera virtutum moralium exercent ꝓ organa corporis vt patet de forti pugnante ꝓ patria,de liberali,de magnanimo constituto in magnis honoribus, &c.Cum igitur felix speculatiuus minus indigeat bonis exterioribus,minúsque premat̃ seruitute & labore corporis, patet quòd felicitas speculatiua perfectior & melior est quàm practica.

Non sufficit moralihabere virtutis actum internum.

Sed forte dicet aliqs,ꝙ cũ duplex sit actus virtutis moralis,s.interior,q̃ est bona electio, & bonum velle, & actus exterior puta pugnare ꝓ patria, dare vnicuique qd̃ suum est:Potest felix practicus habere actus virtutis moralis s. interiores:& ꝓ his non indiget bonis externis.Nam vt dictum est in quarto libro,primus actus liberalis est velle dare cui dignum est dare:& primus actus iusti est velle reddere cuilibet,qd̃ suum est.& isti act⁹ intrinseci possunt fieri sine bonis exterioribus,& sufficiunt ad hoc quòd quis sit virtuosus:ergo practic⁹ felix nõ magis indiget bonis exterioribus quàm felix speculatiuus.

Sed hãc obiectionẽ remouet Aristo.dicens,ꝙ nõ sufficit virtuoso morali habere habitum virtutis,sed oportet manifestari ad extra:qm̃ voluntas hominis est occulta, & potest quis simulare se velle pugnare pro patria, qui tamen reuer non vult.cuius signum est,ꝙ accedente casu pugnandi

abscondit

abscõdit se,& quis simulat se velle dare cuilibet qđ suũ est, qui tñ non est iustus:qm̃ accidente casu non dat. Vt ergo manifestent actus intrinseci an sint veri,an simulati oportet ad pfectionem virtutis moralis habere actum intrinsecũ & extrinsecum. Extrinsecus aũt requirit bona externa:ergo, &c.

Et si queras quis actus sit principalior in virtute. Rñdetur q̃ est bona electio:qm̃ est prima & viua radix in vita morali,& primo fit homo bonus ex bona voluntate. Ad omnimodam tñ perfectionem & complementum virtutis requiritur actus exterior,qui est vt fructus in arbore ꝓcedens à viua radice. & isti actus exteriores indigent bonis exterioribus. Et quanto maiores sunt,tanto pluribus indigent:& ab hac indigentia liber est felix speculatiuus, vt speculatiuus: dico vt speculatiuus, qm̃ si velit conuiuere honoratè cum amicis,aut benefacere indigentibus,tunc indiget bonis exteriorib. vltra necessitatem vitæ vt amic⁹ & benefactor. sed non vt speculans,imò aliquando sibi essent impedimento ad speculandum,vt pote animæ distractiua & perturbantia ex cura & solicitudine circa illa. Vtrum autem ex solis actibus interioribus multiplicatis possit generari virtus moralis, alterius negocij est, & nos intendimus id resoluere in Philosophia morali Christiana,quę erit tertia in ordine Deo benedicto auxiliante.

Felicitas speculatiua dijs conuenit nõ autem operatiua eis tribuenda est.

Tertia est,Deo & intelligentijs attribuimus felicitatem speculatiuam,& ab eis remouemus practicam:ergo illa pfectior & potior est. Consequentia patet, qm̃ perfectioribus attribuimus perfectiora, & remouemus imperfecta. Vnde Ari. in libr. quinto Metaphysicæ capite de perfecto:intẽdit proprietatem primi principij esse vt habeat in se oĩum generum perfectiones absque imperfectione. Antecedens autem sic declarabatur ab Ari. Omnes confitentur q̃ dij,id est,De⁹ & intelligentiæ habent beatam vitam,& nulla operatio moralium virtutum vt solet attribui hominib. conuenit dijs,vt patet discurrenti. Nam si attribuitur eis operatio iustitiæ, erit derisibile: puta cõmutantes bona sua vt mercatores:vel apud alios deponentes sub fide, nec opera fortitudinis eis conueniunt,vt q̃ subeant pericula & ferant terribilia ꝓpter patriam, aut cõe bonũ:nec opus liberalitatis,aut magnificentiæ,vt sunt humanæ virtutes,conuenit eis:quia non est assignare cui hominum dent,aut donent,aut expendant pecunias:sicut liberalis dat alteri,magnificus expendit:nec conuenit eis actus temperantiæ,cum non habeant appetitũ sensitiuum,ex consequenti nec concupiscentias. Vnde attribuere temperantiam Deo non est honorare,sed onerare & vilificare Deum. & sic patet,q̃ indignũ est attribuere dijs opa virtutum moralium,& cum in his ꝯsistat felicitas practica vt dictũ est supra,patet q̃ nõ ꝯuenit eis. Qđ aũt ꝯueniat eis felicitas speculatiua declarat sic. Oẽs rectè sentientes tenẽt deos viuere,ergo operari,qa viuere nõ solũ est esse,sed operari ex sedo de Anima:& si nõ operarent,essent vt semp dormientes,sicut dr̃ de Endymione,qui diu vixit dormiẽs:& tũc nihil insigne,aut nobile esset in eis. Oportet ergo eos operari,& nõ operãtur sm̃ virtutes morales vt declaratũ est. Nec exercent opera alicuius artis,hoc em̃ esset derisorium. Ergo superest,q̃ nulla operatio ꝯuenit eis nisi speculatio. Sic De⁹ qui beatissimus est,speculatur seipsum,& intelligentiæ speculantur Deum & seipsas,& sic habent beatam vitam ꝓpetuam,vt declarauimus in Epitomate nostro in duodecimo Metaph. Cum igitur felicitas speculatiua conueniat Deo & substantijs abstractis,& ab eis remoueamus practicã, signũ est q̃ est perfectior practica. Patet etiam, q̃ inter humanas operatiões,illa est felicissima & nobilissima,quæ similis est & cognata,id est, ꝓpinqua diuinæ speculationi.

Tu tñ aduerte,q̃ non est intentio Ari. nec est verum,q̃ in nullo sensu opera virtutum moralium conueniant dijs. nam Deus iustus,fortis,maximè liberalis,magnificus,verax, clemens,misericos est,non tñ eadẽ ratione,qua hæc attribuuntur homini, & sub hac ratione: & non aliter intelligendus est textus Arist. Deo autem propitio intendimus hæc resoluere in philosophia morali Christiana,quę longe prẽstãtior est quàm moralis Peripatetica.

Quarta est,& arguitur sic à signo. animalia irrationalia carent omnino operatione speculatiua,quia carent intellectu,& non carent oĩno operatione practica. nã aliqua videtur pia erga suos generantes,aliqua mansueta, aliqua prudẽtia. Cum ergo felicitas speculatiua ꝯsistat in operatione speculatiua,in qua solus homo inter oĩa animalia cõicat cũ dijs,signum est,q̃ est perfectior,quàm practica:& ꝓpterea dij qui habent solum vitam intellectualem habent totã vitã beatam, homines autem in tantum sunt beati, in quantum communicant cum dijs in vita intellectuali: nullum autem aliorum animalium dicti potest felix, quia non communicat nobis in vita intellectuali, neque in speculatione:& sic patet q̃ vera & prima & perfecta felicitas humana est speculatio quædam,id est,rerum diuinarum:& quantum se extendit talis speculatio,tantum & felicitas:& qui magis speculantur magis sunt beati non sm̃ accidens,sed per se:quia magis speculantur diuina. vnde Deus beatissimus est, qa est maximus speculator sui & post Deum intelligentiç, & post intelligentias soli sapientes inter homines loquendo præcise ad mentem. Ari. & non aliter:nam in philosophia morali Platonica & Christiana aliter loquemur.

Quantum ad tertium declarandum est qũo felix felicitate speculatiua qui est homo sapiens,se habet ad bona exteriora,quę appellam⁹ diuitias:deinde qũo se habet ad entia superiora,& præcipuè ad ipsum Deum.

Quo ad bona exteriora aduerte,q̃ indiget eis,sed nõ in abundantia,imò mediocritas siue moderata sufficientia magis expedit ei,& quidem q̃ eis indigeat sic declarat Ari. felix,cum sit homo,indiget exteriori ꝓsperitate:neque enim natura humana est ꝓ se sufficiens ad speculandum,sed oportet corpus habere sanũ:qm̃ infirmitate debilitant vires sensitiuæ,& præcipuè phantasia,quæ subministrare habet phantasmata intellectui. Indiget cibo & reliquo famulatu, vt ministrentur sibi necessaria ꝓ humana vita ꝯseruanda. Hic em̃ semper loquimur de felici pro pñti vita. Quod autem non indigeat abundantia sic declarat Ari. dictũ est supra,q̃ plura requirunt ad operationem virtutis moralis,quã ad felicitatem speculatiuam. Sed ad operandum sm̃ virtutem moralem non est necessaria diuitiarum abundãtia,sed sufficit mediocritas:nam mediocriter habentes vt populares & nobiles priuati videntur agere virtuosa non minus, imò magis quàm multũ diuites & potentes & dñi. Isti nanq; retrahunt̃ ab operibus virtuosis ex nimia solicitudine erga diuitias,& ex cã ocij,quo indulgent cõcupiscentijs,& fiunt intemperati,incontinentes,& molles:& ex superbia diuitiarum, qua intumescunt:vñ vt recitat Ari. Solõ eos dixit felices,qui moderatè res habẽt externas:& pulchrè ac modestè dixerunt. Anaxagoras quoq; dixit neque locupletem neque potentẽ posse esse felicẽ,neque mirabat Anaxagoras,si i hoc suo dicto multitudini hominũ videbat absurd⁹, & insipiẽs:qm̃ homines ꝓ maiori parte nõ iudicant nec extimãt alia bona,nisi bona exteriora. Alia nanque nõ cognoscũt, iõ solos beatos dicunt abundãtes in mũdo fortunæ bonis,& in hoc quidem,vt dicit Ari. credendum est Soloni :& Anaxagoræ, qm̃ sermones sui ꝯformant eorum vitæ. Sic em̃ vixerunt vt docuerunt:qa moderate & nõ superabundanter diuitias quęsierunt ad necessitatem,s. vitę,& nõ vltra & iõ eis credẽdum est. nam in moralib. magis iudicat veritas sermonum ex mõ viuendi quàm allegatione rõnis. Qđ si opera dissonant sermonib. dat occasio suspicandi,q̃ sermones quidem sunt,sed non veri. nam si qs enunciat diuitiarum abundantiam nõ esse bonam,& tñ sine fine intendit ad cumulandum,non est ei credendum apud Philosophum moralem. Patet igit̃ quomodo & qualiter felix speculatiu⁹ & etiam virtuosus indiget bonis externis, & in summa neque abundantia diuitiarum expedit ei rõne supradicta,neque paupertas pauperes enim tam in speculatione quàm in operib. virtuosis impediuntur ꝓpter nimiam solicitudinem,quam habent in quærendo vitæ necessaria. Mediocritas autem confert:vñ dr̃ de Socrate q̃ Deum orabat,vt tantum pecuniæ posideret,quantum viro temperato,id est,virtuoso sufficit.

Sapiẽs felix indiget rebꝰ externis.

Moralium sermo magis verus esse cognoscitur modo viuendi,quam ratione.

Socratis oratio.

Viso qũo felix speculatiuus, quem Ari. appellat sapientẽ se hẽt ad bona externa,q̃ sunt bona inferiora: declarat qũo se habet ad superiora & maximè ad Deum. & intendit, q̃ qa sapiens operatur sm̃ intellectum contemplando primam veritatem, & curam suam ponit circa bona intellectus, vt dispositissimus,id est,optime se habens. quia excellit in eo, qđ est optimum in homine id est,intellectu & fit Deo amatissimus & dijs,id est,substantijs separatis:nam si De⁹ & veritas est,habet curam de rebus humanis,rõnabile est vt maximè curam habeat de eo qđ est optimum in homine,& qđ est Deo simillimum & cognatissimum & hoc est intellect⁹, & De⁹ & substantię abstractę,sunt intellect⁹:vñ merito dicuntur mentes:& ex consequenti rõnabile est,vt De⁹ maximè benefaciat his,qui amant intellectum,& honorant bonũ intellect⁹ præ alijs bonis humanis. Si enim dij curant de his qui sunt eis amici,& bene operantur, rationabile est vt ament eos,qui amant intellectum,& honorant ac procurant bonum intellectus,& q̃ dij talib. bñ faciant. Sed hæc insunt

sapienti

ſapienti. Ipſe enim maximè curat de intellectu, & de bono ipſius, & bene ac virtuosè operatur: aliter non eſſet verè ſapiens: & ideo eſt Deo amantiſsimus, & benefacit illi vt amico: & ſic concludit. Ari. ꝙ ſapiens eſt maximè felix, & idem erit ſapientiſsimus ac feliciſsimus, ex conſequenti patet ꝙ Ariſt. humanam felicitatem, qualiſcunque pro hac vita poſſit haberi, conſiſtit in operatione habitus ſapientię, de qua pertractauit in lib. 6. & quam adeo exaltauit in prœmio Metaphyſicæ, & hic terminatur conſideratio, quam incœpit Ariſt. in primo lib. & hic compleuit de felicitate humana ſpeculatiua, quam ponit primam, & perfectam, & de felicitate practica, quam dicimus ciuilem ſiue politicã quam Ariſt. vult eſſe ſecundam & imperfectiorem ſpeculatiua.

Tu tamen aduerte, ꝙ felicitas ſpeculatiua & politica ad duo poſſunt comparari, ſ. ad nobilitatem & vtilitatem, & quidem ratione nobilitatis ſpeculatiua eſt melior, quoniam eſt à nobiliori habitu: nam eſt ea à ſapientia, politica autẽ à prudentia: ſed declaratum eſt in lib. 6. ſapientiam eſſe nobiliorem prudentia: & eſt circa obiectũ nobilius, vt circa ens diuinum ſpeculandũ: politica autem circa bonum commune humanum: quod eſt bonum ciuitatis. Prętera felicitas politica ordinatur ad ſpeculatiuã, & nõ econuerſo: nã dixit Ari. in hoc decimo ꝙ non vacamus vt vacemus, id eſt virtuosè operamur, vt frænatis paſsionib⁹ ſpeculationi diuinorũ intendamus. Prętera felicitas ſpeculatiua eſt delectabiliſsima, eſt em̃ inadmixta triſtitiæ & eſt ſine pœnitũdine: politica autẽ aliquãdo eſt cum triſtitia: nam vt inqt Euſtrati⁹, felix politicus aliquãdo triſtatur ꝙ hoſtes perimit, aut punit. Patet ergo ꝙ ſpeculatiua nobilior & deſiderabilior eſt.

Felicitas ſpeculatiua tametſi nobilior eſt, non tamen vtilior operatiua.

Ratione vero vtilitatis humanæ dico ꝙ politica eſt vtilior. nam magis prodeſt ciuitati princeps prudens, fortis, iuſtus, liberalis, verax, temperatus, quàm homo ſapiens, qui aliud neſcit quàm intellectu perambulare, ſupra cęlos. Quòd ſi in vno & eodem coniunguntur habitus prudentiæ cum cęteris virtutibus moralibus, & habitus ſapientiæ, nil melius inueniri poteſt: & ſi hic reipublicæ pręſidet, illa optime regitur: ſed de his ampliſsimè dicemus in morali Platonica Deo annuente. Hęc de pręſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quàm neceſſaria ſint ad bene viuendum probati mores, conſuetudo, ac legum inſtitutiones oſtendit.

Ex decimo Ethicorum Cap. 9.

IN quarto capite declarandũ eſt q̃ requirantur ad hoc, ꝙ homo fiat bonus, & bonitate pueniat ad p̃dictas felicitates. Sed antequã deueniamus ad ꝓpoſiti reſolutionem aduerte, ꝙ Ari. iam compleuit, quæ tractaturus erat ꝓ ſcientia de moralibus & virtutibus & vitiis oppoſitis: & de felicitate vt de optimo & vltimo fine rerũ humanarũ. In his autẽ duobus capitibus, ſ. quarto, & quinto intendit præparare fundamentũ ad ſcientiam, q̃ traditurus eſt in libris Politicorum, vt ſic coniungat Ethicam politicæ: & vbi Ethic⁹ deſinit, ibi incipiat politicus, fundamentum autẽ eſt declarare neceſsitatem poſitionis legis ciuilis, & ad quẽ ſpectat condere legem. Nam congregare homines ſine lege, eſt congregare feras in clauſura, q̃ ſe mutuo lacerant & pimunt. Hoc prænotato aduerte ꝓ pręſenti capite, ꝙ quinque agenda ſunt. Primò declarandum eſt, ꝙ ad hoc quòd homo conſequatur felicitatem, non ſufficit ſcire ꝓterminata, ſed quòd fiat bonus & virtuoſus. Secundò declarat quid requirit ad hoc ꝙ fiat homo bonus: & dicemus, quòd requiritur bona conſuetudo. Tertiò declaratur ꝙ ad inducẽdam bonã conſuetudinẽ requiritur poſitio legis. Quartò declarat quanta ſit legis neceſsitas, vt homo fiat bonus. Quintò declarat, ꝙ cũ ſit neceſſaria lex neceſſe eſt inuenire hominẽ, q̃ ſit cõditor legis, & de qualitate ꝓditoris legis loquemur cap. ſequẽti.

Ad hoc quod homo fiat felix nõ ſufficit omnium virtutum notitia ſed neceſſariũ eſt fieri bonum.

Quantũ ad primum dicit Ariſt. quæret aliquis. Vtrum ad hoc ꝙ homo fiat felix ſufficiat ſcire quæ in præcedentibus libris docuimus de virtutib⁹ moralibus in tertio, & quarto, & quinto libro: & de intellectualib⁹ in ſexto, & de cõtinentia & delectatione in ſeptimo, & de amicitia in octauo, & nono: & de felicitate in primo, & in decimo, & reſpõdet ꝙ non, ſed oportet fieri bonum, & arguitur ſic. Finis ſcientiæ practicæ non eſt ſcire, ſed operari ſecundum ſcientiã habitam. Sed hæc ſcientia eſt practica, vt declaratũ eſt in primo libro, & eſt inuenta non vt ſciamus, ſed vt boni efficiamur: ergo finis ei⁹ eſt bene & virtuosè operari: ſed ex hoc quòd homo cognoſcit q̃ p̃diximus nõ ſequitur ꝙ bene operetur. Multi em̃ ſciunt quid, quot, & qualiter virtutes ſint & generẽtur, & tñ prauè viuũt: ergo vltra p̃dictam ſciẽtiam neceſſe eſt vt fiat bonus, & ſeruet talis ordo, primo ꝙ cognoſcat quę ad virtutes pertinent, & vitia: ſecundo ꝙ acquirat virtutes & declinet à vitiis & ſic fiet bonus. Diximus em̃ in libro ſecundò, ꝙ virtus facit habentem eſſe bonum, & opus ſuum facit bonum: tertio ꝙ operetur bonum. Inutile nanq; eſſet habere virtutem & nõ viuere ac operari ſm̃ eam ſicut inutile eſſet habere viſum & non videre: quarto fiet felix practicè operando ſecundum prudentiam, & ſpeculando ſecundum habitum ſapientię. Et ſic patet ꝙ ad intentionem Ari. nullus fieri põt pro hac vita felix ſpeculatiuus, niſi pri⁹ acquiſierit virtutes morales, quibus fit bonus: & viuat ſecũdũ eas: ergo ſtultum eſt appellare ſpeculatorẽ diuinorum, qualis eſt Metaphyſicus, felicem: q̃ prauè & turpiter viuit.

Trea facere optimum virum oportet.

Non ſufficiunt exhortatorij ſermones in ducere homines ad virtutes.

Quantum ad ſm̃ aduerte, ꝙ ad hoc ꝙ homo fiat bonus, duo requiruntur, ſ. ſermones exhortatorij, & perſuaſiui ad bene viuendum & declinãdum à malo. Sed id non ſufficit: nam licet qui ſunt bene diſpoſiti & bene nati ad virtutem poſsint prouocari efficaciter per ſermones ad perfectionem virtutis, vt iuuenes liberales & ingenui: quibus paſsiones & concupiſcentię non dominantur, ſed non ſic eſt de omnibus. Nam viuentes ſm̃ paſsionem non obediunt ſermonibus perſuaſiuis, nec recedunt à malo ꝓpter turpitudinem mali, ſed forte propter timorem pœnæ. Quòd ſi ſermones perſuaſiui ſufficerent, non poſſent condignę mercedes deputari oratoribus. Sed vt patet non ſufficiunt, & maximè aſſuetis in malum. Nam, vt dicit Ari. fieri non põt, aut nõ facilè fit, vt ea ſermone, ſ. perſuaſiuo mutentur, quæ impreſſa ſunt malis moribus & longo tempore retenta. Sicut non eſt facile eũ reuocare ab errore, qui aſſuetus eſt in ſcientijs ſpeculatiuis adhærere oppoſitis principiorum, quæ acceptantur vt maximè vera. Licet igitur exhortatorij ſermones ꝓſint ad virtutem, non tamen ſufficiunt, ſed aliud requiritur.

Nõ ſiunt homines, boni ex ſola natura, aut ex ſola doctrina, ſed ex conſuetudine boni operis.

Quid autem ſit illud aduerte, ꝙ Ari. tres adducit opiniones. Aliqui nanque dicunt hominem fieri bonum ex natura, id eſt naturali complexione & impreſsione corporum cœleſtium. Sed hanc iam reprobauimus in lib. ſecundo tractatu primo, capite primo: & tu vide illic: & in præſenti loco ſic reꝓbatur ab Ari. quæ ſunt à natura nõ ſunt in poteſtate noſtra: qm̃ naturalia ſunt immutabilia: ſed fieri virtuoſum aut vitioſum eſt in poteſtate noſtra, vt iam declarauimus in ſexto: ergo homo nõ fit bonus ex ſola natura licet poſsit inclinari ad bonũ ex bona diſpoſitione corporis, aut ex bona natiuitate: vel cauſa ſuperiori diuina, qua mouet ad bonũ, & ſecundum quam poteſt dici bene fortunatus & bene natus, vt declarauimus in tractatu noſtro de bona fortuna in Epitomatib⁹ naturalibus: & tu vide illic. Aliqui vero dicũt, hominem fieri bonum ex doctrina, eo quòd inſtruitur & exercet ſe in ſtudio ſciẽtiæ moralis. Sed hęc doctrina nõ ſufficit vt iam declarauimus in lib. 2. in tracta. primo, in capite tertio, in fine: & in præſenti capite. Multi enim & maximè aſſueti malis operibus obaudiunt & cõtemnunt ſermones & doctrinam inducentium ad virtutem. Aliqui autem dicunt ꝙ efficaciſsimum medium quo fit homo bonus & declinat à malo eſt cõſuetudo, id eſt aſſueſcere in bonis actib⁹: & eos frequentare quodam nixu & nõ tepidè aut remiſsè: & hęc eſt vera opinio, & ſm̃ Ariſt. iam manifeſtauimus eius veritatem in lib ſecundo, in tracta. primo, in capite primo, & tu vide illic: & in pręſenti loco ſic declarat Ariſt. oportet ad hoc ꝙ ſermo perſuaſiuus ſit fructuoſus in animo auditoris, ꝙ eius anima ſit diſpoſita & pręparata ad proſequendum bonum, & odiendum malum: hęc autem ꝓparatio fit bonis & laudabilibus cõſuetudinibus. Sicut etiam oportet & terram eſſe diligenter cultam, vt iactum ſemẽ bene nutriat & foueat ad fructificãdum. Sic em̃ ſe habet ſermo perſuaſiuus in anima audientis, ſicut ſemen iactũ in terra, vnde ſicut ſemen nõ fructificat in terra nõ culta, ſed plena ſpinis, ſic nec ſermo perſuaſiuus in anima eius, qui ſm̃ paſsiones viuit: & malis moribus eſt imburus. Oportet igitur adhoc ꝙ homo fiat bon⁹, nõ ſolũ inclinari ex natura nec ſolũ audire doctrinã moralẽ, ſed aſſueſcere bonis actib⁹ talẽq̃; ſibi facere cõſuetudinẽ qua diligat bonũ virtutis, & abhorreat oppoſitũ.

Legis inſtitutio neceſſaria eſt ad inducẽdam in bono opere conſuetudinem.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ ad bonam conſuetudinem faciendam ideo requiritur poſitio legis, qa ad bonum difficile requiritur aliquod inducens & quodãmodo neceſsitãs: ſed aſſueſcere in actibus virtuoſis eſt difficile nobis, ſicut declaratũ eſt in lib. 2. & nunc magis declarabitur. Neceſſe eſt igitur, vt ſit aliquod inducens nos & quodammodo neceſsitans ad faciendum bonas conſuetudines bene operandi: ſed in humanis nihil videt magis inducens nos ac neceſsitans ad bonam conſuetudinem, quàm lex bene poſita: quoniã, vt dicemus infra, bene operanti ordinat præmiũ, & malè

malè operanti pœnam: ergo ad bonam consuetudinem faciendam requiritur positio legis.

Quod autem difficile sit bonam facere consuetudinẽ, nisi adsit lex inducens & compellens tam iuuenes quàm viros & senes declaratur sic. Iuuenes pronti sunt ad delectationes à quibus cum difficultate abstinent, vt declaratum est in libro septimo, & ideo nisi manuducãtur per bonas leges ad virtutem, coganturq; facere bonam consuetudinem in abstinendo se à voluptatibus & perseueranter, ita ꝙ non recedant à bono proposito propter labores, aut tristitias, non fient boni: difficile est ergo nisi adsit lex facere bonam consuetudinem in iuuentute: & ideo expedit ordinare & statuere per bonas leges quales debeant esse primæ nutritiones & eruditiones puerorum, ex quibus cũ iuuenes fuerint quodammodo compellantur assuescere bene agere: & quando ad consuetudinem talem peruenerint, iam non triste nec laboriosum erit eis, sed delectabile benefacere. Cõsuetudo nanque facilitat opus, siue bonum siue malum.

Legis positio prodest omnibus.

Quod etiã expediat positio legis nõ solũ iuuenib⁹, sed etiã viris & senibus & ꝑ totã vitã vt assuescant & ꝑseuerẽt bene viuere, patet ex eo, ꝙ multi sunt qui in omni ætate, magis obediunt legi cogenti quã fermoni persuasiuo, & magis abstinent à malo timore dãni, aut pœnæ, q̃ virtutis amore: iuxta illud vulgatũ, Oderũt peccare mali formidine pœnæ, & in signũ huius dicit Ari. ꝙ legũlatores extimant oportere ad virtutem inuitare gratia virtutis ꝓbos & ingenuos: eo ꝙ ob bonam consuetudinem probe viuunt obtẽperantes legi, sed aduersus inobedientes & degeneres moribus, pœnas instituere. Insanabiles autẽ, id est obstinatos in malo exterminare: & hæc rationabiliter instituunt legum conditores, qm̃ vir bonus sponte legi ꝓponenti quomodo virtuose viuendum sit obedit: ideo boni non inducuntur pœnis, sed præmio virtutis: prauus autem, q̃ cõcupiscentias sectatur, pœnis afficiendus est, & à malo arcendus, sicut iumentũ, puta asinus q̃ regitur verberibus. Inde est ꝙ dicunt oportere

Prauorum morum medela.

contraria contrariis curare: vt q̃ delectationes sectatur per tristitias & dolores sanetur: q̃ gula peccarunt, abstinentia curentur, &c. Patet igitur ad inducendas consuetudines, quibus homines fiant boni expedire positionem legis.

Legis quanta sit necessitas.

Quãtum ad quartũ aduerte, ꝙ necessitas positionis legis ꝓbatur ad mentẽ Ari. duplici viã. Primo sic: si homo debet fieri bonus, oportet ꝙ velit nolit abstineat à malo. Implicat enim ꝙ fiat bonus, & non abstineat à malo: sed hoc nõ erit, nisi hominis vita dirigatur per aliquem habentẽ intellectũ ordinatum, & q̃ sit boni iudicij & prudens: & habeat vim coactiuam, id est ptãtem cogendi homines ad bonum: & remouendi à malo tã volentes quã nõ volentes: sed hanc vim coactiuã non habet aliqs priuatus, nec vir persuadens, nec forte ꝓceptum paternum, sed oportet talem esse regem, aut à populo cõstitutũ principẽ: & quę talis statuet, ꝓ lege acceptabuntur: cui ꝓmulgatæ, omnes volentes, siue nolentes coguntur obedire propter potentiã & vim legislatoris. Lex igitur est necessaria ad hoc ꝙ homo fiat bonus, qm̃ sola lex vel princeps per legẽ habet vim coactiuã ad cõpellẽdũ volentes & nolentes, vt prosequantur bonũ & abstineant à malo. Hinc videmus ꝙ si aliquo siniſtro casu, puta peste, bello, aut discordia ciuium interrũpit obseruantia legis, breui tẽpore omnis ætas, & omnis hominum status deprauatur.

Sc̃o sic: qd̃ non est onerosum, nec odiosum, sed concorditer acceptatum dirigens hominem in bonũ est necessarium vt homo fiat bonus: sed lex est huiusmodi. Nã vt inquit Arist. homines odisse solent eum, qui moribus alterius contrariatur, etiam ꝙ bene faciat: & intendit, ꝙ qui volunt iudicio suo viuere & facere sibi regulã viuendi, in qua videtur nõ conformari aliis, habẽtur odio: quasi viri singulares, & difformes ab aliis, extimanturq; ꝙ id faciant malo zelo, sed qui viuunt secundum legem communitati datam, & acceptam nõ habentur odio ab aliis, sed cõmendantur: & pacifice viuunt. igitur vt homo fiat bonus & concorditer opereꝝ ac pacifice viuat inter alios, necessaria est positio legis.

Condere leges ad publicam & priuatam personam quomodo spectet.

Quãtũ ad quintũ aduerte vt dicit Ari. ꝙ cum lex sit necessaria vt homo fiat bonus sicut iam ꝓbatũ est: ex consequenti necesse est inuenire hominẽ legis positiuũ, id est qui idoneus sit & potẽs ad condendã legẽ, in qua ordinẽtur eruditiones & nutritiones puerorũ & operationes ciuiũ. Quod tñ videtur obseruatũ in sola Lacedęmoniorũ ciuitate, in qua videt legislator cũ aliquibus paucis curã habuisse de educationib. puerorũ & de officiis ciuiũ. In plurib⁹ autẽ ciuitatib⁹ hęc fuerũt neglecta: & in eis vnusquisq; viuit ꝓ libito suo: disponẽs de filiis, de vxore, & reliqs vt sibi videtur more Cyclopum, qui vt barbari legibus non vtuntur. Cum igitur necessaria sit lex, ponenda & condenda est, vt habeatur recta cura de moribus puerorũ, & virtuosis ciuium actionibus per publicam autoritatem præstitam publicæ personę.

Quod si hoies negligant curam cõmunem de p̃dictis, qa forte nõ curant de cõdenda lege cõmuni ꝑ publicam ꝑsonam, puta regẽ aut principẽ tunc licet vnicuiq; priuato facere legẽ ꝓ filiis & familia & pertinentibus ad ipsum, & sic licet condere leges spectet ad personam publicam, tamen in casu & secundario competat etiam personæ priuatæ.

Quod igitur sit necesse inuenire hominem idoneum & potentem ad condendam legem, quem Arist. appellat legis positiuum probat duplici ratione.

Primo sic. Sicut est in domo, sic ꝓportionaliter est in ciuitate: qm̃ tam in domo q̃ in ciuitate necessarium est regimen. Sed in domo necesse est esse aliquẽ, q̃ statuat ordinem regendi filios & vxorẽ, & alia vt decet: & hoc statutum erit lex domus: sic in ciuitate necesse est esse aliquẽ q̃ statuat ordinẽ regẽdi partes ciuitatis, quomodo pueri educãdi & erudiendi, qũo celebranda matrimonia, qũo ciues cõcorditer & virtuosè viuant, qũo defensetur ciuitas, qũo iustitia in commutationibus seruetur. Hæc autem statuere est legẽ ciuibus ponere: ergo necesse est inuenire hominem ciuilis legis conditorem, aliter ciuitas non seruaretur: sicut nõ seruatur domus deficiente regimine. Nec refert vtrum lex detur siue scripto, vel in scripto: nisi ꝙ in scripto tutius est ꝓ futuro tempore, ne obliuioni tradatur aut immutetur. Nec refert vtrum vnus aut plures instruantur in tali lege, dummodo adsit vnus, qui sufficienter instructus, idoneus sit pro regenda ciuitate: ꝙ si vnus non sufficit instituantur plures: omnes tamen sint in lege seruanda periti. Patet ergo quomodo necesse est inuenire hominem legis positiuum.

Legem scripto mãdare, nũ referat.

Sc̃o sic. Sicut est in arte operatiua puta in medicinali, quo ad sanandũ & regulandũ infirmũ, sic ꝓportionaliter in regenda ciuitate. Sed in arte operatiua nõ sufficit operãte, puta medicũ scire singularia, sed etiã vniuersales canones, qb⁹ sciat se applicare, ꝓut infirmitas & cõplexio & ætas & regio infirmi requirit: aliter multoties peccabit: ergo & in regẽda ciuitate oportet inuenire hominẽ q̃ non solũ cognoscat ciues, & conditiones & status eorũ in singulari, sed q̃ prudentia sua & recto iudicio cognoscat quid in vniuersali, & ꝓ omni tempore vtile si ꝓ conseruanda ciuitate, cognoscatq; vniuersales cõditiões & inclinatiões regionis & inhabitantiũ: qm̃ aliqua regio inclinat ad arma, aliqua ad studium, aliqua ad mercaturam, aliqua ad ocium, aliqua ad apparentias honorum & laudum: & qui hanc vniuersalem cognitionẽ habet sua prudẽtia vt sapiens medicus adinueniet media bene regendi ciuitatem, non solum ꝓ præsenti sed omni tempore condendo leges opportunas: ergo, &c. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Quæ scire oporteat legis conditorem.

CAPVT V.

Quisnam ex hominibus sit idoneus leges condere, exponit.

Extra. Ethi. c. 9.

IN capite quinto inuestigandum est quomodo & qualiter sit homo legis positiuus, id est idoneus ad cõdendã legẽ, vt ad eum magis q̃ ad quẽcũque aliũ merito spectet legem ponere ciuitati. Nam concluſum est legẽ esse necessariã, vt fiat homo bonus: & ꝙ necesse est inuenire hominem, q̃ sit idoneus ac sufficiens ad condendã legem, inuestigandũ est ergo ꝑ quẽ modũ fiet aliquis sufficiens legis positiu⁹, vtrũ ex longa experientia, aut cõsuetudine, vel cõuersatione q̃ habeat ĩ humanis, aut ex doctrina, q̃ habet de politicis: puta qa instructus est in illa parte scientię politicæ, in qua tractat de prudentia politica legis positiua de qua mentionẽ fecimus in libro sexto, in tractatu secundo, in capite septimo: vbi diuisimus prudẽtiã politicam in duas, ſ. in legis positiuã, & legis executiuam. Pro resolutione igitur ꝓpositi tria agenda sunt. Primo recitantur duę opiniones declarantes quomodo fiat homo idoneus vt sit legis positiuus. Secundo vtraque reprobatur. Tertio proponitur intentio Aristo. quæ non determinatur hic, sed proponit se tractaturum in libris Politicorum.

Quomõ fiat homo idoneus cõdere leges, duæ opiniones.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ aliqui dicunt illos fieri & esse idoneos ad condẽdas leges, q̃ rempublicã gerunt & ciuiliter conuersantur. Tales em̃ experientia & longa conuersatione ciuili cognoscunt q̃ expediãt ciuibus, & q̃ noceant: ideo idonei sunt ad ordinandũ ꝑ legẽ q̃ agẽda sunt & quæ vitanda. Sicut bonus & expertus medicus q̃ diu cõuersatus est cũ Socrate sciet eũ regulare in sanitate & ægritudine: ordinando quæ expediunt, & ꝓhibendo nociua: ita

quòd

q̄ poteſt cõdere legem Socrati toto tempore vitę ſuæ qua cõſeruetur in ſanitate & conualeſcat ab infirmitate. Alij autem, vt Sophiſtæ dicunt, q̄ ille ſit idoneus legislator, qui diuerſarũ ciuitatum leges congregat, & de eis plenam ſcientiam habet: poteſt enim ex omnibus optimam eligere vel aliqua excipere, & condere vnam quaſi ex illis conflatam, quã reputat expedientẽ ciuitati, cui intẽdit leges tribuere.

Ciuilis conuerſatio nõ ſufficit homini ad condẽdam legem.

Quantum ad ſecundum aduerte, q̄ intentio Ari. eſt declarare vtranque opinionem eſſe deficientem, id eſt q̄ non ſufficiunt quę dicũt ad hoc q̄ fiat quis idoneus legislator, & primi quidem deficiunt, quia licet experientia & conuerſatio ciuilis in hoc ꝓpoſito conferat, nõ tamen ſufficit. Nam q̄ debet eſſe conditor legis, debet habere in intellectu ſuo ſaltem illam partẽ ſcientiæ politicæ, quę dicit̃ legis poſitiua. Sed gerentes rempublicam & experti in cõuerſatione ciuili non habent illã ſcientiã, nec agunt ſecundũ illam, ſed potius agunt ex quodam habitu ꝑ conſuetudinem acquiſito & experientia q̄ intellectu & ſcientia. Cuiꝰ ſignum eſt, q̄ qui agunt ſecundum ſcientiam poſſunt reddere rationem de his, quę agunt verbo, vel ſcripto: ſed tales ex eo ꝓ̃ci ſe q̄ rempublicam gerunt aut ciuiliter cõuerſantur, nõ poſſunt rationẽ reddere verbo, vel ſcripto de his quę agũt circa politicam, quamuis hæc eſſet melius ſcribere, q̄ ſermones iudicatiuos vel cõcionatiuos, ꝑ quos aliqui inſtruuntur concionari ſecundum rhetoricam, ſicut q̄ ſcribunt de arte oratoria. Aliud etiam eſt ſignum, quoniam qui per ſciẽtiam operantur poſſunt alios facere operatores, ſicut medici medicos faciunt, & ſcriptores alios ſcriptores dum docẽt eos operari ſecundũ artem & ſcientiã: ſed conuerſantes politicè & gerentes rempublicam non poſſunt alios facere politicos, id eſt idoneos ad rẽpublicã gubernandam, neq; filios neque amicos ſuos: & tamen rationabile eſt q̄ facerent ſi poſſent: qñ nil melius ciuitatibus, neque filiis, neque amicis relinquere poſſent. Hoc præſtantius eſſet, q̄ diuitias multas eis præparare. Cùm igitur gerentes rempubli. & ciuiliter conuerſantes non agant vt ſic ſecundum ſcientiam politicam legis poſitiuam, non fiunt ꝓpter hoc idonei legis poſitiui, ſed aliud requirit̃: ergo prima opinio inſufficienter dicit.

Ad condendas leges nõ ſufficit congregare diuerſas leges.

Secundi autem q̄ ſunt Sophiſtę, qui promittũt ſe docere ſcientiam politicam, videntur longè eſſe ab eo quod docẽt: q̄ totaliter ignorant qualis ſit ſcientia politica, & circa q̄ inſiſtat. Nam ſi hoc ſcirẽt nõ ponerẽt ſicut ponunt politicã & rhetoricam eſſe eandem ſcientiã. Præterea, ſi ſcirent circa q̄ verſatur politica, non extimarent ita facile eſſe conderе leges: nam q̄d dicunt non eſt verum, ſcilicet q̄ ſufficit cõgregare diuerſas leges datas diuerſis ciuitatibus: & optimam eligere: & optima electio eſt poſitio legis: & qui ſcit iudicare, q̄ ex illis ſit optima eſt idoneus legis cõditor. Hoc inquam non eſt verum, qm̃ legis conditor debet eſſe vt medicꝰ, ſed medico nõ ſufficit ſcire iudicare de remediis inuentis ab aliis, ſed & noua inuenire prout infirmitas noua requirit. Præterea ex hoc ſolo, q̄ q̄s congregat & legit diuerſas leges nõ eſt ei facile iudicare que ex illis ſit optima: ſed requiritur experientia nam & in muſica & in medicina li & in aliis ſcientiis operatiuis nõ poteſt ferri iudiciũ q̄d melius aut q̄d peius ſit niſi ꝑ expertos in illis vt ad ſenſum patet: ſed ex hoc ſolo q̄ quis congregat & legit diuerſas leges nõ eſt expertus in ciuilibus: ergo ex hoc ſolo non fit idoneus legis poſitiuus. Patet igitur q̄ nec Sophiſtæ ſufficienter dicunt modum quo fit aliquis idoneꝰ legis poſitiuus: eſt tamẽ verum q̄ experto in ciuilibus: & q̄ habet condere leges: eſt vtile congregare & videre diuerſarum ciuitatum leges: qm̃ propter experientiam q̄ habet de ciuilibus conſiderare poterit in illis: vtrũ opera & leges bene ſe habeant: & qualia qualibus conueniant. Inexpertis autem hæc conſideratio parũ vtilis eſſet: qm̃ deficiente experientia nõ põt de talibus bene iudicare niſi à caſu: erunt tñ melius diſpoſiti ad intelligendũ & iudicandũ de talibus accedẽte poſtea experientia: ex eo q̄ viderunt diuerſas leges ſcriptas.

Quantum ad tertium aduerte q̄ intentio Ariſt. de legis poſitione ſtat in hoc. Quoniam q̄ ante ipſum fuerunt, non ſufficienter tractarunt de poſitione legis: ideo intẽdit ipſe de hoc cõſiderationẽ facere: & vniuerſaliter de tota ſcientia politica: cuius pars eſt ſcientia poſitiua legis & hunc ordinẽ tenebit, q̄ primo tanget quæ à prioribus dicta ſunt in hoc propoſito. Deinde ex omnibus politiis conſiderabit q̄ ſint rectę, & conſeruent ciuitatem: & q̄ malæ & corrumpant ciuitatẽ: deinde cõſiderabit q̄ & qualia ſint, q̄ ꝑſeruãt & q̄ corrumpunt ſingulas politias: deinde cõſiderabit quæ ex omnibus politiis ſit optima: & quomõ ordinanda ſit: & quibus legibus ac conſuetudinibꝰ debeat vti: & in his comprehẽdetur tota intẽtio ſua in omnibꝰ ſuis libris politicorũ præterquàm in primo lib. in quo prędeterminat de quibuſdam principiis cõmunibus toti ſcientiæ politicæ. Ná cõſuetudo ſua fuit ſemper incipere à cõmunioribus, ex doctrina quã dedit in primo lib. Phyſic. & intendens cõtinuare principiũ politicæ cũ fine Ethicę dicit. Dicamus igitur incipiẽtes: qm̃ videmus omnem ciuitatẽ eſſe ſocietatẽ quandã, &c.

Et hìc terminatur ordinatio noſtra per epitomata in decem libris Ethicorum Ari. cum diuino ſubſidio, & deo optimo in quo ſolo felicitamur, ſit honor & gloria æterna: prę-ſtetque nobis gratiam & virtutem eodem modo ordinandi quæ in octo libris Politicorum continentur: & ſic habes Creſcẽti fili id q̄d tandiu exoptaſti. Vale ſtudioſus & felix.

FINIS.

SVMMA CONTENTORVM IN Decem libris Ethicorum ordinatis per epitomata.

Epiſtola Autoris ad reuerendum protectorem ordinis prædicatorum. Cap. 2

Sub qua parte Philoſophiæ locanda ſit doctrina moralis: & hic ponitur vniuerſalis diuiſio totius Philoſophiæ, tam practicæ quam ſpecu. Cap. 3

Quod ſit ſubiectum, circa quod tota Philoſophia moralis verſatur. Cap. 4

Vnde ſumenda ſit ſufficiẽtia totiꝰ Philoſophię moralis, vt diuiditur in Ethicam, politicam & œconomicam. Cap. 6

Primus liber.

Tractatus primus Primi libri Ethicorum de optimo fine rerum humanarum continet tria capita.

Caput primum, quòd in humanis eſt aliquis finis bonus, aliquis melior, aliquis optimus. Cap. 9

Caput ſecundum q̄ opportunum eſt homini cognoſcere optimum finem rerum humanarum, & q̄ ad Philoſophũ moralem ſpectat de tali fine optimo conſiderare, & hic tria pertractantur. Primò probatur, cognitionẽ optimi finis eſſe homini neceſſariam. Secundò, quòd hęc cognitio ſpectat ad ſcientiã principaliſsimam inter practicas. Tertiò q̄ hęc ſcia eſt politica: cuius fundamenta prępărat Ethica. Cap. 11

Caput tertium de modo docendi & adiſcendi hanc ſciẽtiam: & qualis eſſe debeat auditor eius: & hic tria pertractantur. Primò, quòd docens non debet procedere per omnimodam certitudinem demonſtratiuam, ſed ex principiis veris, vt in pluribus. Secundò quòd addiſcens cõtentari debet rationibus perſuaſibilibus, & non quærere demonſtrationes Mathematicas. Tertiò, q̄ fructuoſus auditor huius ſcięriç non ſit iuuenis, nec incontinens. Cap. 12

Tractatus ſecũdus Primi libri de felicitate quid ſit: & in quo conſiſtat, continet tria capita.

Caput primum in quo recitantur opiniones loquentium de felicitate & re ꝓbantur, quæ videntur habere apparentẽ rationem poſitionis ſuæ, & hic tria pertractantur. Primò recitant̃ in genere variæ opiniones de felicitate. Secundò declaratur ordo ꝓcedendi in re ꝓbatione talium opinionum. Tertiò recitantur & re ꝓbantur plures de felicitate opiniones, quæ aliqualem rationem aſsignant, aliis dimiſsis. Ca. 13

Caput ſecundum, in quo inquiritur ex ſentẽtia Ari. quid ſit felicitas, ex conſequenti in quo conſiſtat: & hic duo pertractantur. Primò ponitur deſcriptio felicitatis, ex aliquibus communiter conceſsis: puta quòd felicitas eſt bonum perfectum & per ſe ſufficiens. Secundò ponitur deſcriptio alia de felicitate per reſpectum ad felicem, puta quòd felicitas eſt propria operatio hominis ſecundum virtutem in vita perfecta, id eſt per totam vitam. Cap. 17

Caput tertium in quo declaratur ſecundam deſcriptionem de felicitate eſſe veram ex eo, q̄ cõcordat cum his, quę ab antiquis de felicitate dicta ſunt: & hic duo pertractantur. Primò oſtenditur quòd ea, in quibus cõmuniter antiqui concordabant non diſſentiũt à ꝓdicta deſcriptione. Secundò oſtenditur, q̄ etiam illa, in quibus antiqui ad inuicem diſcordant, ſunt conſona dictæ deſcriptioni: & ſic omni modo manifeſtatur veritas ſecundæ deſcriptionis. Cap. 18

Tractatus tertius primi libri de cauſa, à qua prouenit homini felicitas: & quis poſsit eſſe felix, & quo tempore, & continet tria capita.

Caput primum, in quo inueſtigatur à qua cauſa effectiuè

ꝓuenit homini felicitas,& ī quo pōt recipi & hic quatuor pertractantur.Primo ꝓponitur à quot cauſis imaginari poſſumus prouenire nobis felicitatem. Secūdo arguitur probabiliter eá ꝓuenire à cauſa diuina,& humana,nullo aût modo à fortuna.Tertio reſoluitur ꝓpoſitū Quarto declaratur quis ſit capax felicitatis,& quis non poteſt fieri felix.Ca.21

Caput ſecundum, in quo inueſtigatur ſi homo dum viuit poteſt dici & eſſe felix,& hic tria ſunt videnda. Primo recitatur ſententia Solonis. Secundo arguitur contra eam. Tertio reſoluitur totum propoſitum. Cap.22

Caput tertium:in quo inueſtigatur ſi homo poſt mortem poteſt fieri & eſſe felix ſimiliter & miſer,& hic tria fiūt.Primo declaratur ꝙ bonæ & malę fortunę vnius amici viuentis redundant in alterum amicū viuentem. Secundo declaratur ꝙ bonæ & malæ & fortunę amicorum viuentiū differenter redundant in amicos viuentes & in amicos defunctos. Tertio reſoluitur ꝓpoſitum declarando ꝙ fortunę amicorum viuentium non mutant ſtatum defunctorum, neque ſecundū felicitatem,neq; ſecundum miſeriam. Cap. 24

Tractatus quartus primi libri,in quo inueſtigatur quale bonum ſit felicitas,vtrum ſit bonum laudabile, vel honorabile,& in qua parte animę ſit,& continet duo capita.

Caput primū,in quo inueſtigatur quotuplex ſit bonum, vt ſciamus quale bonum ſit felicitas, & hic fiunt quatuor. Primo diuiditur bonū in honorabile & laudabile:& declaratur vtrumque membrum.Secundo probatur,ꝙ neceſſe eſt felicitatem contineri ſub altero membro diuiſionis. Tertio probatur ꝙ non eſt bonum laudabile. Quarto concluditur quòd eſt bonum honorabile. Cap.25

Caput ſecundum, in quo inueſtigatur in qua parte,ſiue potentia animę,ſit virtus, & felicitas vt in ſubiecto, & hic quatuor fiunt. Primo declaratur, ꝙ ſcientia moralis habet conſiderare de virtute,& de anima,& de partibus ac potētiis animę, vt ſciamus in qua parte animę ſtat virtus moralis & intellectualis & felicitas.Secundo ponitur diuiſio potentiarum animę,non abſolute, ſed vt negocio morali deſeruit.Tertio ponitur diuiſio virtutum in morales & intellectuales,& declaratur in quibus partibus animę ſunt aptæ ineſſe. Quarto declaratur in qua parte animę ſtat felicitas, quā ſuprà deſcripſimus eſſe operationem propriam hominis ſecundum optimam virtutem in vita perfecta. Cap.26.

Secundus liber.

Tractatus primus ſecundi libri:de cauſis ex quibus generantur in nobis virtutes & continet tria capita:

Caput primum, in quo inueſtigatur vtrū virtutes inſint nobis à natura,an generentur frequentatis actibus, & hic tria fiunt.Primo declaratur ꝙ generantur in nobis differenter virtus moralis & virtus intellectualis.Secundo ꝙ virtus moralis non eſt congenita nobis à natura, nec eſt contra naturam noſtram,ſed eſt in nobis naturalis habitudo ad recipiendum eam. Tertio quod generatur ex bonis actibus & corrumpitur malis. Cap. 28

Caput ſecundum,in quo pertractatur quales debeāt eſſe operationes, in quibus frequentatis generatur in nobis virtus moralis: & hic quatuor habes. Primo ꝙ ad philoſophum moralem pertinet conſiderare qualitatem taliū operationum. Secundo qualis debeat eſſe huiuſmodi conſideratio. Tertio declaratur quales ſint prędictę operationes, Quarto quales operationes producit in nobis virtus moralis poſtquam genita eſt. Cap.29

Caput tertium,in quo manifeſtatur quomodo omnis virtus moralis habet fieri circa delectationes & triſtitias: & hic duo principaliter habes. Primo manifeſtatur propoſitū triplici via.Secundo reſoluitur dubium motum ab Ariſt. ſ. quomodo eſt poſsibile,quòd ex operibus virtuoſis generetur virtus,cum nullus poſsit facere opus virtuoſum ſine virtute:quę non eſt antequam producta ſit. Cap.31

Tractatus ſecundus ſecundi libri de definitione virtutis & continet duo capita.

Caput primum,in quo inueſtigatur genus ponendum in diffinitiōe virtutis & hic tria habes.Primo declaratur quid ſit paſsio apud philoſophum moralem, & quot ſint & quomodo diſtinguuntur & ordinantur, & in qua parte animæ ſint,& quid ſit potentia & quid habitus.Secundo probatur ꝙ genus reponendum in diffinitione virtutis nō eſt paſsio, nec potentia,ſed habitus:ita ꝙ virtus eſt eſſentialiter habitus,non autem paſsio nec potentia. Cap.33

Caput ſecundū,in quo inueſtigātur differentię ponendę in diffinitione virtutis,& hic quatuor habes.Primo ponitur quędam cōditio cōueniens nō ſolū virtuti morali, ſed etiā naturali,quæ eſt hęc.Virtus facit bonum ſubiectum:in quo eſt,& opus ſuum facit bonum. Secundo ex illa conditione inueſtigantur differentiæ diffinitiuę virtutis moralis. Tertio concluditur & manifeſtatur quo ad ſingulas particulas diffinitio virtutis moralis.Quarto ſoluitur hoc dubium,vtrum in omnibus paſsionibus & operationibus moralibus ſit dabile medium,quod ſit virtus moralis. Cap.35

Tractatus tertius ſecundi libri de numero virtutum moralium,& de oppoſitione inter virtutem & vitium, & inter vitia oppoſita,& continet tria capita.

Caput primum in quo manifeſtatur numerus virtutum moralium,& hic habes quatuor. Primo manifeſtatur numerus virtutum moralium,quę ſunt circa paſsiones verſantes circa vitam hominis corporalem. Secundo manifeſtantur virtutes morales, quæ ſunt circa paſsiones verſantes circa bona hominis exteriora,vt circa pecuniā & honorem. Tertio manifeſtātur virtutes morales,quæ ſunt circa paſsiones verſantes circa actus exteriores,in quibus homines cōuerſando communicant.Quarto numerantur paſsiones laudabiles,quæ licet non ſint virtutes, tamen in eis eſt accipere medium laudabile,& extrema vituperabilia Cap.37

Caput ſecundū,in quo pertractatur de oppoſitiōe,quā habet virtus ad vicia,& duo vicia adinuicē:& hic tria habes. Primo ꝓbatur ꝙ virtꝰ quę eſt medietas inter duo extrema, vt inter duo vicia, contrariatur vtriq; vicio. Secundo ꝓbatur, ꝙ duo extrema vicioſa magis contrariantur ſibi inuicem quā virtuti. Tertio ꝓbatur, ꝙ licet virtus cōtrarietur vtriq; extremo vicioſo,tamen magis vni quàm alteri.Ca.38

Caput tertiū,in quo ponuntur documenta, quibꝰ poteſt homo virtutem attingere,& hic tria habes. Primo declaraē quàm difficile ſit homini fieri virtuoſum. Secundo ponūtur tria documenta, quibꝰ ſeruatis poteſt homo virtutē attingere.Tertio declaratur,qūo determinādū eſt mediū,in quo ſtat virtus:qm̄ virtuoſum fieri eſt mediū attingere. Cap. 39

Tertius liber.

Tractatus primus Tertij libri de principiis exiſtentibus in nobis, à quibus proueniunt actus virtutis & vicij. Sunt autem hæc principia voluntarium,electio,conſilium, volūtas,& continet quinque capita.

Caput primū eſt de volūtario& inuolūtario:& hic quinq; habes.Primo probaē,ꝙ ad ſcientiā moralē ſpectat conſiderare de voluntario & inuoluntario. Secundo diſtinguitur inuoluntariū ꝑ violentiā & ꝑ ignorantiā.Inuoluntariū per violentiā diſtinguitur in violētū ſimpliciter, & volētū ſecundū quid,quod dicitur voluntariū mixtū. Inuoluntariū ꝑ ignorantiā diſtinguitur in tres differentias,ex quibus apparet q̄ cauſet inuoluntariū & non. Hinc etiam agitur de circunſtātiis humani actus,quot ſint,& qūo ignorantia earū cauſet inuoluntariū.Tertio pertractaē de innoluntario per violentiam.Quarto ꝑtractatur de inuoluntario ꝑ ignorantiam.Quinto pertractatur de voluntario,& excluditur error quorundm circa voluntarium. Cap.41

Caput ſecundū,in quo agitur de electione & eligibili, & hic tria habes.Primo ꝓbatur,ꝙ ad ſcientiā moralē ſpectat tractare de electione. Secundo manifeſtantur qnque, quæ videntur eſſe electio,& tñ ꝓbatur,quòd non ſunt:hæc autem ſunt voluntarium,concupiſcentia,ira,opinio,volūtas.Tertio inueſtigatur genus & differentia electionis:& concluditur eius diffinitio. Cap.45

Caput tertiū in quo agitur de cōſilio,& hic tria habes. Primo declaratur de qb⁹ nō eſt habendū cōſiliū,& de qb⁹ ſic.Secundo agitur de mō & ordine & effectu & termino conſilij.Tertio agitur de conſilio in ordine ad electionē,& hic iterum conſideratur de diffinitione electionis.Cap. 47

Caput quartū in quo agitur de voluntate,& hic tria habes.Primo dcclaraē q̄d Ariſt.intendat ꝑ voluntatē & volūtabile.Secundo mouēt dubiū de voluntabili ſecūdū dupli cem opinionē,& vtraq; reprobatur.Tertio ſoluitur dubiū ad mentem Ariſt.per diſtinctionē de voluntabili. Cap.48

Caput 5.in quo oſtēditur ꝙ virtus & viciū ſunt voluntaria,ita ꝙ in homine eſt effici bonus,aut malus:& hic quatuor habes.Primo ꝓbatur ꝙ virtꝰ eſt voluntaria. Secundo, ꝙ malitia,id eſt viciū eſt in poteſtate noſtra. Tertio reprobaē opinio dicentiū virtutē eſſe voluntariā,ſed viciū inuoluntariū:dicunt em̄ ꝙ nullus ſit malus,volens.ſed nolens, bonus autē ſit volens.Quarto remouenē fundaēta ꝑdictę opinionis.&ꝓbat Ariſt.ꝙ nō ſit homo malꝰ ex mala inclinatione,nec ex phantaſia,ſed quia remiſſe viuit. Cap.49

Tractatus ſecundus Tertij libri, qui eſt de fortitudine, continet quatuor capita.

Caput

Caput primum,in quo declaratur circa quæ conſiſtit vera fortitudo:& hic tria habes.Primò declaratur circa quas paſsiones appetitus ſenſitiui regulandas ponitur vera fortitudo, quæ eſt virtus moralis. Secundò declaratur circa quæ mala non eſt virtus fortitudinis.Tertiò declaratur circa quæ mala eſt vera fortitudo. Cap.51

Caput ſecunudm,in quo agitur de actu proprio viri fortis & viri audacis,& timidi:& hic quinq; habes.Primò ponitur diſtinctio de terribili. Scdò declaratur qs ſit ꝓprius actus virtutis fortitudinis. Tertiò declarat̃ qui ſint proprij actus vitiorum oppoſitorum fortitudini ꝑ exceſſum & defectum.Quarto declaratur,qũo ſe habet fortitudo,& vitia ei oppoſita ad ſpem & deſperationem. Quintò declaratur quomodo ſe habet fortis ad audacem,& ad eum,qui mortẽ ſuſtinet,vt vitet moleſtias & huius vitę miſerias. Cap.52

Caput tertium,in quo agitur de modis nõ verꝫ,ſed exti matę fortitudinis:& ſunt quinque.Prim' dicit̃ fortitudo ciuilis ſiue politica.Secund' dicit̃ fortitudo militaris,quę ꝓuenit ex experiẽtia.Tertius dicitur fortitudo ꝓpter furoꝛẽ vel irã. Quartus dicit̃ fortitudo ꝓpter ſpẽ victoriæ. Quintus dicitur fortitudo ꝓpter ignorantiã diſcriminis. Cap.53

Caput quartum,in quo agitur de ꝓprietatibus verę fortitudinis,& hic habes quatuor.Primò declaratur qũo fortitudo ſe habet circa timores & audacias. Secundò qũo ſe habet circa triſtitias,id eſt circa cõtriſtatiua.Tertiò quomodo ſe habet circa delectationẽ.Quartò quomodo ꝓprietates verę fortitudinis excludunt̃ à fortitudine militari.Ca.55

Tractatus tertius Tertij libri, in quo agitur de temperantia,& continet tria capita.

Caput primum,in quo agitur de materia, circa quã verſatur temperantia & intemperantia, & hic habes tria. Primò declaratur ꝙ verſantur circa delectationes& triſtitias, quæ ſunt paſsiones concupiſcibilis. Secundò diſtinguitur de delectationibus,vt ſciamus circa quas eſt,vel nõ eſt temperantia,& ſuum oppoſitum. Tertiò declaratur in ſpeciali circa quas delectationes ponitur temperantia & ſuum oppoſitum,quod eſt intemperantia. Cap.56

Caput ſecundum, in quo agitur de actu tẽperãtiæ & vitiorum ei oppoſitorum,& hic habes quatuor.Primò declaratur, qũo cõmittitur actus intemperantiæ circa concupiſcentias, & delectationes tactus in excedendo. Secundò quomodo cõmittitur circa triſtitias. Tertiò quomodo cõmittitur actus extremi oppoſiti in deficiẽdo. Quartò quomodo ſe habet temperatus circa prędictas concupiſcentias & delectationes. Cap.57

Caput tertium,in quo cõparatur intemperantia ad timiditatẽ,& ad vitia puerorum,& hic habes tria.Primò inueſtigatur qd̃ vitium ſit magis voluntarium, an intemperantia, an timiditas.Scdò quod eorum ſit magis exprobrabile.Tertiò,quomodo intẽperãtia aſsimilatur vitio puerorũ.Cap.58

Quartus liber de virtutibus moralibus.

Tractatus primus quarti libri, & eſt de liberalitate, & continet quatuor capita.

Caput primum,in quo tractatur de materia, circa quam verſantur liberalitas,& vitia ei oppoſita, quę ſunt ꝓdigalitas & auaritia:& de actionib' ſuis:& hic habes tria. Primò aſsignatur materia,circa quam verſantur. Scdò numerãtur operationes earum circa talem materiam. Tertiò declarat̃ ꝙ magis ſpectat ad liberalem dare quàm accipere. Cap. 59

Caput ſecũdũ,in quo agitur de circunſtantiis,quas debet obſeruare liberalis in actibus ſuis,& de ꝓprietatibus viri liberalis,& hic habes tria.Primò declaratur quas cõditiones reqrit principalis act' viri liberalis, qui actus eſt dare.Secundò quas cõditiones reqrit ſecundarius eius actus, q eſt accipere.Tertiò numerãtur ꝓprietates viri liberalis. Ca.59

Caput tertium,in quo agitur de prodigalitate, quæ opponitur liberalitati per exceſſum : & hic habes tria.Primò declarantur actus viri prodigi. Secundò comparatur prodigalitas auaritiæ.Tertiò pertractatur de eo,qui partim eſt prodigus,& partim eſt liberalis. Cap.60

Caput quartum,in quo agitur de illiberalitate,id eſt auaritia,quæ opponitur liberalitati per defectum:& hic habes. tria. Primò manifeſtatur auaritiam eſſe vitium inſanabile. Secundò numerantur modi,ſiue ſpecies auaritiæ.Tertio cõparatur auaritia liberalitati,cui contrariatur. Cap.61

Tractatus ſecũdus quarti libri, in quo agitur de magnificentia,& continet quatuor capita.

Caput primũ,in quo agitur de materia, in qua verſãtur magnificẽtia & vitia ei oppoſita & hic habes tria.Primò declaratur,quomodo magnificentia & liberalitas ꝺueniũt & differunt in materia. Secundò declaratur penes quę debet attendi in magnifico magnitudo ſumptuũ, ſiue expenſarũ. Tertiò manifeſtãt duo vitia extrema oppoſita magnificẽtię quorũ vnũ eſt per exceſſum,& alterũ eſt ꝑ defectũ.Cap. 62.

Caput ſecundum,in quo aſsignantur ꝓprietates veri magnifici,& aduerte,ꝙ ſunt ſex ex intentione Ariſt. Cap.62

Caput tertium, in quo oſtenditur in quibus principaliter & ſecundario magnific' expẽdit:& hic tria habes. Primò declarat̃ quot ſunt illa, ad quę principaliter eſt extẽdẽdũ op' magnifici.Scdò ad quas perſonas ſpectat tale op' facere,& ad quas nõ.Tertiò quomodo & circa quos grad' ſe habet magnificus in his,in quib.ſecundario expẽdit.Cap.63

Caput quartum,in quo agitur de vitiis oppoſitis magnificentiæ:& hic habes tria.Primò tractatur de vitio oppoſito per exceſſum. Secundò de vitio oppoſito per defectum. Tertiò de vtroque vitio in ordine ad malitiam. Cap.63

Tractatus tertius quarti libri, & eſt de magnanimitate, & continet quatuor capita.

Caput primum,in quo agitur de materia, circa quã verſantur magnanimitas & vitia ei oppoſita:& hic habes tria. Primò aſsignatur materia in generali.Secundò ſpecificatur propria materia. Tertiò comparatur magnanimitas ad alias virtutes. Cap.64

Caput ſecundũ,in quo agitur de actibus magnanimi, & hic habes quatuor.Primò qũo ſe habet circa magnos honores.Secundò qũo circa paruos. Tertiò quomodo ſe habet circa inhonorationes & contumelias illatas.Quartò qũo ſe habet circa malas & bonas fortunas exteriores. Cap.65

Caput quartum,in quo aſsignantur ꝓprietates magnanimi, & ſunt viginti, ex quibus aliquæ competunt magnanimo prout magnanimitas concomitatur fortitudinem & liberalitatem:aliquæ quo ad honores,aliquę quo ad humanum conuictum,aliquæ quo ad ipſum magnanimum. Ca.66

Tractatus quartus Quarti libri, & eſt de virtute circa mediocres honores,quæ remanſit innominata,& non diſtinguitur per plura capita, ſed tantum duo pertractantur hic ad mentem Ariſtote.

Primò probatur,quòd circa appetitum mediocriũ honorũ contingit dari virtutẽ diſtinctã à magnanimitate,& duo extrema vitioſa.Secundò declaratur ꝙ qm̃ hæc virtus innominata eſt,ſolet nominari nominibus extremorũ. Ca.67

Tractat' quatus quarti libri,& eſt de manſuetudine:& nõ diſtinguitur in plura capita, ſed hic qnque pertractantur:

Primò declaratur circa quã materiã regulandam ponit̃ manſuetudo,& q̃ ſint vitia ei oppoſita.Secundò determinatur de ipſa mãſuetudine.Tertiò de vitiis ei oppoſitis.Quartò comparanꝫ vitia oppoſita manſuetudini ad eam, vt ſcias qd̃ eorum magis opponitur manſuetudini.Quintò ſoluitur dubiũ,quo quis poteſt quærere:qualiter ſit & quando & qua de cauſa rationabiliter iraſcendum. Cap.68

Tractatus ſextus quarti libri & eſt de affabilitate: & nõ diſtinguitur in plura capita.Sed hic tria pertractantur.

Primò probatur,quòd in conuictu & humana conuerſatione datur medius habitus laudabilis,qui eſt virtus, de qua nunc intendim'.Secundò pertractatur de virtute ipſa, quo ad nomen & ad ſuas proprietates.Tertiò pertractatur de vitiis ei oppoſitis. Cap.69

Tractat' ſeptim' quarti libri,& eſt de veritate,ſiue veracitate,& nõ diſtinguit̃ ĩ plura capita.Sed hic tria ꝓtractãtur.

Primò declaratur qd̃ ſit medium in hac materia,& quæ ſint extrema,& quid ad ipſum medium pertinet,& quid ad extrema,& qũo mediũ ipſum eſt laudabile.Secũdò determinatur de ipſa veritate, & vt determinatio ſit clarior, agit̃ ſimul de veraci & mendaci.Tertiò determinat̃ de vitiis oppoſitis veritati,& qd̃ eorũ magis opponit̃ veritati.Cap. 70

Tractatus octauus Quarti libri,& eſt de Eutrapelia, & non diſtinguitur in plura capita.Sed quatuor ꝓtractantur.

Primò declaratur,ꝙ circa ludos poteſt eſſe habitus medius,qui ſit virtus:& poſſunt eſſe duo extrema vitioſa,vnũ ꝑ exceſſum,alterum ꝑ defectum.Secundò declaratur,q̃ ſint extrema vitioſa in ludis,& qd̃ ſit medium virtutis. Tertiò declaratur in ſpeciali qd ptinet ad hunc habitum medium, & qd ad extremum ꝑ exceſſum & ꝑ defectum.Quartò aſsignatur differentia inter Eutrapeliã & duas virtutes præcedentes,quæ ſunt affabilitas,& veritas. Cap.73

Tractatus nonus Quarti libri, & eſt de verecundia : & non diſtinguitur in plura capita.Sed tria pertractantur.

Primò declaratur,ꝙ nõ eſt virtus,ſed paſsio laudabilis. Secũdò declarat̃ in quo ſubiecto eſt laudabiliter & in quo

non. Tertio remouentur tres obiectiones, quibus pōt quis arguere, ꝙ verecūdia pōt eſſe in viro ꝓbo & virtuoſo. C. 73

Quintus liber de Iuſtitia.

Tractatus primus quinti libri, qui eſt de iuſto & iuſtitia legali, diſtinguitur in quinque capita.

Caput primum in quo determinatur de iuſtitia & iniuſtitia deſcribendo eam & diuidendo & pertractatur de altero mēbro diuiſionis, ſ. de iuſto & de iuſtitia legali & hic habes quatuor. Primo declaratur quę ſit intentio Ari. in hoc lib. 5. Secundo quomodo notificatur iuſtitia & iniuſtitia in communi. Tertio diuiditur iuſtitia. Quarto agitur de altero mēbro diuiſionis, ſ. de iuſto & iuſtitia legali, de qua Ariſt. duo principaliter pertractat. Primo ꝙ eſt præclariſsima virtus, ſicut heſperus inter ſydera. Secundo ꝙ eſt tota virtus, id eſt complectens omnem virtutem. Cap. 75

Caput 2. in quo agitur de iuſtitia particulari, quę eſt virtus conditincta contra alias virtutes morales, & hic habes tria. Primo ꝓbatur ꝙ præter iuſtitiā legalē, quæ eſt cōmunis virtus, datur iuſtitia particularis, quę eſt particularis virtus. Secundo aſsignatur conuenientia & differentia inter iuſtitiam legalem & particularē. Tertio diuiditur iuſtitia particularis in commutatiuam & diſtributiuam & ſubdiuiditur commutatiua, ſecundū genera cōmutationum. Cap. 77

Caput 3. in quo agitur de iuſtitia diſtributiua in cōcreto, id eſt de iuſto diſtributiuo, & hic habes tria. Primo ꝙ iuſtum diſtributiuum eſt medium inter magis & minus. Secundo ꝙ eſt medium ſecundum quandam ꝓportionalitatem. Tertio qualis ſit illa proportionalitas. Cap. 78

Caput 4. in quo inueſtigatur quomodo ſumendum ſit mediū in iuſtitia cōmutatiua, & hic habes quatuor. Primo declaratur quomodo conueniunt & differunt iuſtitia diſtributiua & commutatiua. Secundo cūo inuenitur medium in iuſtitia cōmutatiua penes eaſdem res. Tertio quomodo inuenitur & obſeruandum eſt medium in iuſtitia commutatiua penes res, quę ſunt diuerſarum artium. Quarto vnde ſunt aſſumpta hęc nomina, dānum & lucrum circa quę ponit iuſtitia cōmutatiua, vt directiua & recōpenſatiua. Cap. 80

Caput 5. in quo excludit error Pythagoricorum in acceptione medij iuſtitię, quod vocabant cōtrapaſſum & hic habes quatuor Primo declaratur ꝙd intēdit ꝓ cōtrapaſſum. Secundo oſtenditur, ꝙ iuſtum cōmutatiuum nec diſtributiuum ſunt vniuerſaliter idem cum contrapaſſo ſ. Tertio oſtenditur in quibus & qualiter eſt verū, ꝙ iuſtum commutatiuū eſt idē cū cōtrapaſſo. Quarto reprobata opinione Pythagoricorum, & viſo cūo poteſt ſaluari & cūo non, declaratur cūo operatio iuſtitiæ & ipſa iuſtitia ſint medium, & per oppoſitum quis & qualis ſit habitus oppoſitus, id eſt iniuſtitia. Cap. 81

Tractatus ſecundus quinti libri, ꝙ eſt de iuſto politico, continet quatuor capita.

Caput primū, i quo agitur de ꝙditate iuſti politici, qđ nos dicim⁹ ius ciuile, & hic habes quatuor. Primo declaratur quid ſit iuſtum politicū. Secundo oſtenditur, ꝙ præter iuſtū politicum, dātur q̄dā alia iuſta, quæ nos dicimus iura. Tertio declarat in quibus ꝓprie eſt iuſtū politicū & qbus ꝓprie dat. Quarto oſtēditur, in quo differt ius politicū ab aliis iuribus, puta à dominatiuo, à paterno, ab vxorio. Ca. 83

Caput 2. in quo aſsignatur diſtinctio iuris politici vſque ad particularia, & hic tria habes. Primo ponitur diuiſio iuris politici in ſpecies ſuas, & declarantur mēbra diuiſionis. Secundo excluditur error deſtruentium diuiſionē iuris, in naturale & politicum. Tertio agitur de diuiſionę iuris in iura particularia & indiuidua. Ca. 84

Caput 3. in quo reſoluit dubiū poſitum in principio hui⁹ tractatus, ſ. ex quo opere iniuſto fit homo iniuſtus, & per oppoſitum, ex quo opere iuſto fit iuſtus: & hic quatuor habes. Primo declaratur cūo fit opus iuſtū vel iniuſtū, abſque iuſtificatione vel iniuſtificatione. Secundo cūo fit iuſtificatio, vel iniuſtificatio, abſque hoc ꝙ homo operās ſit iuſtus, vel iniuſtus. Tertio quādo eſt iuſtificatio, qua homo opans ſit iuſtus & quando eſt iniuſtificatio, qua fit iniuſtus. Quarto ponitur diuiſio inuoluntarij, & declaratur quæ inuoluntaria ſunt digna venia, & quæ non. Cap. 86

Caput 4. in quo ſoluuntur duo dubia. Primū eſt, vtrū omne iuſtū pati ſit iuoluntariū. Secūdū eſt, vtrū in diſtributionib⁹ diſtribuens alicui pl⁹ ꝑter dignitatē faciat iuſtitiā, vel ille, ꝙ pl⁹ accipit quā ſit dignus. Quantū ad primū dubium arguit ad partes, deinde ponit vera ſolutio & argumenta ſoluuntur: Quantū ad ſecundū dubiū, habes q̄nque. Primo arguitur, ꝙ q̄ diſtribuit alteri plus quā ſibi cōueniat, non facit iniuſtum. Sc̄o ſoluitur dubiū. Tertio reſpōdetur rationi in oppoſitū. Quarto reꝓbantur tres falſę opiniones: quarū prima dicit ꝙ facile eſt hominē fieri iuſtū. ſecūda dicit ꝙ non difficile eſt, nec magnę ſapiētię, cognoſcere quæ ſint iuſta & iniuſta, tertia dicit, ꝙ cū ſit facile ſcire quid iuſtū & iniuſtū, homo iuſtus ita de facili pōt operari iniuſtū, ſicut iuſtū: quinto oſtēditur qb⁹ perſonis cōpetūt iuſta. C. 87

Tractatus tertius quinti libri, & eſt de bono & æquo, & non diſtinguitur in plura capita, & hic habes quatuor.

Primo declaratur quid ſit epyichia, & epyiches. Secundo de obiecto eius. Tertio de ſubiecto. Quarto de habitu, de quo quatuor declarantur. Primo quot modis dicitur epyichia. Secundo in quo ſenſu eſt ſpecialis virtus moralis. Tertio quæ ſit eius neceſsitas. Quarto quales ſint propoſitiones, quas dirigit & interpretatur epyichia. Caput 89

Tractatus quartus quinti libri, & eſt de iuſtitia metaphorica, & nō diſtinguit in multa capita. & hic habes quinque. Primo declaratur quæ ſit iuſtitia metaphoricè dicta, & vt ſcias naturā talis iuſtitiæ & iniuſtitiæ, Ariſt. mouet tale dubiū: vtrū quis poſsit facere ſibiipſi iniuſtū, & vt dictū dubiū reſoluat. Secūdo arguit ad partē affirmatiuā. Tertio reſoluitur dubiū. Quarto cōparātur adinuicē iniuſtū facere, & iniuſtū pati, in hoc, ꝙ eſt eſſe malū, & ꝙ eorū ſit peius. Quinto declaratur qualis ſit iuſtitia & iniuſtitia ad ſeipſum. Ca. 90

Sextus liber de virtutibus intellectualibus.

Tractatus primus ſexti libri, qui eſt de principiis humanorum actuum, continet duo capita.

Caput primū eſt de partibus potētialibus animæ, vt ſcia mus q̄ æ potētiæ animæ ſunt principia actus humani, id eſt liberi & quę non. & hic habes duo. Primo declaratur quare Ariſt. intendit determinare hic de virturibus intellectualibus quæ potius videtur eſſe quædā ſpeculabilia, quàm moralia. Secundo ponitur diſtinctio potentiarū animæ, non abſolute, ſed vt præſenti propoſito deſeruit. Caput 91

Caput 2. eſt de principiis actus humani, id eſt liberi: & hic habes tria. Primo declaratur quæ & quot poſſunt extimari eſſe principia actus humani, & quomodo taliū principiorū actus adinuicē cōcordant. Secundo quomodo intellectus ſpeculatiuus & practicus ſe habent ad obiectum & actum ſuum, & hic declaratur quæ ſint propriè principia actus humani. Tertio declaratur ꝙ ſit propriū opus, & quæ propriæ virtutes intellectus ſpeculatiui & practici. Cap. 93

Tractatus ſecūdus ſexti libri, in quo tractatur de ſingulis habitibus intellectualibus, continet ſeptem capita.

Caput primū eſt de ſufficiētia quinque habituū intellectualiū, qui ſunt ſciētia, ars, prudentia, intellectus, ſapiētia, & hic habes duo. Primo declaratur quomodo ſumitur eorū ſufficiētia. Secundo declaratur eorū differētia à virtutibus moralibus quæ ſunt in parte appetitiua: ex quibus omnes illæ de quibus tractatur in 3. & 4. lib. ſunt in parte ſenſitiua appetitiua, vt eſt apta regulari per rationē. Iuſtitia autē, de qua actum eſt in libro quinto, eſt in appetitu intellectiuo, qui dicitur voluntas & liberum arbitrium. Cap. 94

Caput ſecundum eſt de habitu intellectuali, qui dicitur ſcientia. & hic habes tria. Primo declaratur obiectum eius. Secundo quæ ſit eius cauſa. Tertio diffinitur. Cap. 94

Caput tertium eſt de habitu intellectuali, qui dicit ars: & hic habes quinque. Primo declaratur, quòd vltra artē datur alius habitus in intellectu cōtingētium regulatiuus, & hic eſt prudentia. Secundo diffinitur ars. Tertio agitur de operationibus artis. Quarto declaratur à quibus differt ars, & cui cōcordat, ſcilicet fortunæ. Quinto tractatur de habitu oppoſito arti, qui dicitur atechnia, latinè inertia. Cap. 95

Caput quartū in quo agitur de habitu intellectuali qui dicitur prudentia & hic habes tria. Primo declaratur quid ſit prudentia. Secundo quomodo differt à ſcientia & ab arte. Tertio quod ſit obiectum & ſubiectum eius. Cap. 96

Caput quintū eſt de habitu intellectuali qui dicitur intellectus: qui eſt habitus primorū principiorum indemonſtrabilium: & hic habes tria. Primo quòd de talibus principiis datur vnus habitus intellectualis. Secūdo ꝙ iſte habitus nō eſt ſciētia nec ars nec prūdētia, nec ſapientia. Tertio declaratur in quo ſenſu hic habitus dicitur intellectus. Cap. 97

Caput ſextū eſt de habitu intellectuali qui dicit ſapiētia & hic habes tria. Primo declaratur quis ſit dicēdus ſapiens particulariter: ex cōſequēti quæ & quid ſit ſapientia particularis. Secundò quis ſit dicēdus ſapiens ſimpliciter & vniuerſaliter: ex conſequenti quæ & quid ſit ſapiētia ſimpliciter

ter. Tertiò declaratur quomodo complectitur scientiam & intellectum & quomodo ab eis differt. Cap.98

Caput septimũ est de principalissimo & maximè vtili habitu intellectuali ꝓ rebus humanis regẽdis: & hic duo principaliter inuestigantur. Primò quis habitus intellectualis sit honorabilissimus: an sapientia: an prudentia. Secundò q̃ virtus intellectualis sit maximè vtilis pro regulandis rebus humanis. Pro resolutione primi ponuntur duæ ꝯclusiones: quarum prima est: sapiẽtia est honorabilissima oĩm sciẽtiarum: secunda est, neque politica neque prudentia est honorabilissima oĩm scientiarum. Pro resolutione autem secundi declaratur ꝙ sapientia non est habitus regitiuus rerum humanarum: sed prudentia: & vt scias quo prudentia est regitiua distinguit in species suas & quælibet eius species declaratur: deinde reprobatur error dicentium eos solos esse prudentes qui se & sua curant, non autem eos qui curant aliena vel bonum commune. Cap.91

Tractat⁹ tertius sexti libri in quo agitur de eubulia, id est de habitu bene consiliatiuo: & de synesi, id est de sagacitate: & de gnomi, id est sentẽtia: qm̃ isti habit⁹ sunt veluti partes prudentię, & continet quatuor capita.

Caput primum est de eubulia & pręcipuè quid sit, & hic habes quatuor. Primò declaratur quid non sit. Secundò inuestigatur genus eius. Tertiò eius differentia. Quartò formatur ei⁹ diffinitio: ex qua manifestatur distinctio eubulię à quolibet alio habitu intellectuali. Cap.93

Caput secundum est de synesi & de suo opposito q̃d dr̃ asynesia: & hic habes tria. Primò cõparatur synesis sciç & opinioni. Scd̃ò comparatur prudentiæ. Tertio diffinitur. Ca.94

Caput tertium est de gnomi: & hic habes tria. Primò inuestigatur quid sit. Scd̃ò quærit dubium, s. si eubulia & synesis & gnome sunt idem cum prudẽtia vel non. Tertiò si prędicti habitus sunt naturales homini, an acquisiti. Cap.103

Caput quartum in quo comparantur prædicti habit⁹ inter se & ad prudentiã: & hic habes tria. Primò declarat̃ qũo dicti habitus conueniunt & in idem tendunt. Scd̃ò ponũtur duo correlaria: quorum primum est ꝙ intellectus practicus q̃i est bene discretiu⁹ singularium operabilium est in agendis principium & conclusio: ſm est ꝙ in agendis oportet seruare enunciata ab expertis senibus prudentib. & quæ enunciant sint nobis, vt demonstrationes in agendis. Tertiò declarantur conditiones requisitæ ad hoc ꝙ præceptum sit bonũ & actio iuxta præceptum sit bona. Cap.104

Tractatus quartus sexti libri est de vtilitate sapientiæ & prudentiæ in rebus humanis disponendis: & de connexione prudentiæ cum alijs virtutib. moralibus & econuerso: & aliarum adinuicem & continet tria capita.

Caput primum in quo mouentur duo dubia. Quorũ primum est: si sapientia & prudentia quæ sunt nobiliores inter virtutes intellectuales, sunt in aliquo vtiles nobis ꝓ humana vita bñ disponenda. Secũdum est: si sapientia est nobilior quàm prudentia: vel econuerso. Et quantum ad primum dubium arguitur ꝙ nec sapientia nec prudentia sunt in aliquo nobis vtiles. Quantum ad ſm arguitur ꝙ prudentia est indignior & dignior sapientia. Cap.97

Caput secundum in quo resoluitur primum dubium motum in capite p̃cedenti, & hic habes tria. Primo resoluitur quantum ad sapiẽtiam & prudentiã simul: ostendendo qũo sunt nobis vtiles pro vita humana regenda. Secundo resolui tur specialiter quantum ad prudentiã ostendendo eius vtilitatem. Tertio declaratur ꝙ sine prudentia non potest homo esse nec fieri virtuosus: ideo cõcluditur ꝙ est maximè necessaria homini ad felicitatem consequendam. Cap.98

Caput tertium in quo inuestigatur si sicut prudentia nõ potest esse sine virtute morali vt declaratum est in capite p̃cedenti: sic sequatur & econuerso, & posito ꝙ sit & ecõuerso: inuestigatur deinde si etiam est ita de virtutib. moralib⁹, s. ꝙ omnes ita sint connexę: vt qui vnam habet, oẽs habeat & qui vna caret omnib⁹ careat, & hic habes tria. Primo inquiritur si virtus moralis potest esse sine prudẽtia. Secundo si virtutes morales ita sunt connexæ vt qui vnam habet, oẽs habeat: & qui vna caret omnibus careat. Tertio soluitur dubium de principalitate sapiẽtię & prudentię motum in primo capite huius quarti tractatus.

Septimus liber de Continentia.

Tractatus primus septimi libri, est de continentia & incõtinentia, quid sit, quibus modis dicitur, & qũo ab alijs habitibus distinguitur: & continet decem capita.

Caput primum est de fugiendis & sectandis in morib. humanis: & hic habes tria. Primo declarant̃ tria q̃ vitare debemus in vita morali. Scd̃o declarantur tria opposita: q̃ sectari debemus. Tertio ꝓponenda sunt ꝓbabilia q̃ dicuntur à multis de continentia & incontinentia, vt sciamus inferius mouere dubia circa ea & soluere vt declarabitur. Cap.102

Caput secũdum in quo ponuntur sex dubia circa sex ꝓbabilia de continentia & incontinentia, & arguitur ad partes. Primum est: vtrum quis possit esse sciens & incontinẽs. Scd̃m est, vtrum idem possit esse simul incontinens & prudens. Tertium est, vtrum continens sit temperatus. Quartum qũo debet intelligi ꝙ continens & permansiuus in ratione: incontinens autem egressiuus. Quintum est, vtrum incontinens sit peior intemperato vel econuerso. Sextum est, si incõtinentia non solum est circa concupiscentias sed etiam circa iras & honores & lucra. Cap.103

Caput tertium in quo resoluitur primum dubium positũ in capite præcedenti, s. vtrum quis possit esse sciens & incõtinens & hic habes quatuor. Primo recitatur quædam opinio attributa Socrati: & reprobatur. Secundo ponũtur tres distinctiones ex quibus rñdetur tribus modis præpositio dubio. Tertio ponitur vltimata responsio quæ prẽponitur alijs vt quæ est magis ad mentem Ari. Quarto soluitur ratio Socratis recitata in capite præcedenti. Cap.105

Caput quartum in quo ostenditur qualiter continens & incõtinens diuersimode dicunt̃ circa diuersas delectatiões humanas s. simpl̃r & cum determinatione: & hic habes tria. Primo ponitur distinctio delectabiliũ. Secundo declaratur penes quæ delectabilia attenditur continentia & incontinẽtia simpliciter: & penes quæ cum determinatione. Tertio declaratur in quo conueniunt intemperantia & incontinẽtia: continentia & temperantia adinuicem comparatæ. Ca.106

Caput quintum in quo declaratur qũo datur cõtinentia & incontinentia circa delectabilia ꝑ naturam hominis: & sunt delectabilia bestialia, qa ex eis hó assimilatur bestijs: & hic habes tria. Primo ponitur distinctio de delectabilib. contra naturam. Secundo ꝓbatur ꝙ circa hmõi delectabilia nõ datur continentia nec incontinentia simpliciter. Tertio declaratur quales circa huiusmodi delectabilia datur continentia & incontinentia. Cap.107

Caput sextũ in quo cõparatur incontinẽtia humana ad incõtinentiã irę & bestialitatis: & hic habes tria. Primo declaratur ꝙ incontinentia humanarũ concupiscentiarũ turpior est quã incõtinentia iræ: ideo magis vituperatur gulosus & inhonestus q̃ iracundus. Secundo declaratur ꝙ incõtinentia humanarũ concupiscentiarũ est maioris malitiæ & magis nociua q̃ incõtinentia bestialis. Tertio declaratur ꝙ licet incontinentia bestialis non sit maioris malitiæ quã incontinentia humana est tamen terribilior. Ca.108

Caput septimũ in quo cõparantur continentia & incõtinẽtia aliis habitibus quibus cõmunicãt in materia. Isti autẽ habitus sunt tẽperantia, pseuerantia, intẽperantia & mollities & hic habes quatuor. Primo declaratur in q̃bus conueniunt & in q̃bus differunt. Secundo declaratur, q̃s eorũ sit melior: & q̃s peior. Tertio soluu ntur duo dubia quorum primum est: vtrum q̃ vincitur à delectationibus sine aliqua exceptione sit incõtinens: & q̃ vincitur à tristitia & labore nullo excepto sit mollis: secundũ est, si lusiu⁹ debet dici intemperatus an mollis. Quarto assignãtur species humanæ incontinentię. Cap.110

Caput octauũ in quo cõparantur adinuicẽ intemperat⁹ & incontinens quo ad malitiam: similiter cõparantur adinuicẽ incõtinens debilis: & incõtinens ꝓuolans: & hic habes tria. Primo ꝓbat̃ intẽperatũ esse peiorẽ incõtinente. Secundo ꝓbatur incontinentẽ debilem esse peiorem incontinente ꝓuolante. Tertio assignãtur differentia & cõueniẽtia inter intemperantiam & incontinentem. Cap.112

Caput 9. in quo inuestigat̃ si cõtinés est pmanés in omni ratione, id est opinione siue sit vera siue falsa. Incontinens aũt si est egressiuus ab omni ratione: ita ꝙ in nulla opinione ꝓ sistat siue vera siue falsa. & hic tria habes. Primo resoluit hoc dubium, s. vtrum cõtinens pmanet ĩ omni rõne vel tantum in ratione recta. Incontinẽs autẽ recedat ab omni ratione: vel tantum à ratione recta: & psistat in falsa. Secundo declarat̃ qũo aliqui reprehẽsibiliter psistunt in suis opinionibus: q̃ nõ sunt dicendi cõtinentes sed ꝓinaces: aliqui autẽ laudabiliter recedunt à suis opinionibus: & nõ sunt dicendi inconstantes: sed bene psuasibiles. Tertio ꝓ cõplemẽto huius ꝓpositi ostenditur quomodo continentia licet nõ sit virtus: sed dispositio ad tẽperantiam habet tamẽ rationem medij: & quomodo cõueniunt ac differunt cõtinentia

& temperantia: incontinentia & intemperantia. Ca.112

Caput decimum in quo reſoluitur hoc dubium: vtrum ꝯtingat eundē eſſe incōtinentē & prudētē: & hic habes tria. Primo ponitur concl'io negatiua & ꝓbatur. Scd'o declaraſ ſi incontinens & prudens in aliquo conueniunt: & qūo differunt. Tertio declaratur in quo cōueniunt & in quo differunt incontinens debilis & incontinens præuolans. Ca.113

Tractatus ſecund' ſeptimi libri: in quo agitur de delectatione & triſtitia circa quas verſantur cōtinentia & incontinentia: temperantia & intemperantia: & inueſtigandum eſt vtrum ſint q̄d bonum vel malum & cōtinet quatuor capita.

Caput primum in quo ponunt opiniones & rōnes antiquorum de bonitate & malitia delectationis & triſtitiæ: & hic habes duo. Primo ꝓbatur q̄ ad Philoſophum moralem ſpectat conſiderare de delectatione & triſtitia. Secundo recitantur tres opiniones cum rōnibus ſuis: quarum prima dicit nullam delectationem eſſe bonam: ſecunda dicit aliquas eſſe bonas: aliquas malas: tertia dicit, poſito q̄ omnes eſſent bonæ nulla tamen eſt optima. Cap.114

Caput ſm in quo ſoluuntur rōnes prædictarum opinionum: ꝑut falſum concludunt aut inſufficientes ſunt: & hic habes duo. Primo ponūtur quędam diſtinctiones. Secundo ex diſtinctionibus ſoluuntur rationes prædictæ. Cap.115

Caput tertium in quo manifeſtaſ ex veritate aliquā delectationem eſſe bonam, & aliquam non ſolum bonam ſed & optimā: & hic habes duo. Primo ꝓbatur ꝺ primam opinionem aliquā delectationē eſſe bonā, & rō ꝓbatiua defendit ꝺ Speuſipum ſucceſſorem Platonis. Secundo ꝓbatur contra tertiam opinionem: & quòd aliqua eſt optima. Ca.116

Caput quartum in quo ſp̄aliter quæritur de delectationibus corporalib. & circa eas ponunt ac ſoluunt quatuor dubia. Quorum primum eſt: vtrum ſint bonæ vel malæ. Scd'um eſt: ſi nō ſimp'r bonæ ſicut delectationes ſpirituales ſiue intelectuales: quare ſunt maximè appetibiles ab hominib. Tertium eſt: ſi delectationes intellectuales ſunt meliores corporalib'. Quartum eſt vñ eſt q̄ nullum idem ſpecie eſt ſemper homini delectabile: & quare delectatur homo varietate delectabilium. Cap.117

Octauus Liber de Amicitia.

Tractatus prim' octaui libri in quo inueſtigatur de amicitia quid ſit, quotuplex ſit & de actu ſuo, & de ſubiecto: & continet ſex capita.

Caput primum in quo inueſtigaſ ſi ad Philoſophum moralem ſpectat ꝺſiderare de amicitia. & hic habes duo. Primo ꝓbatur ſex rōnibus q̄ ad Philoſophum moralem ſpectat tractare de amicitia. Scd'o mouentur tres dubitationes determinandæ circa naturam amicitiæ. Quarum prima eſt: vtrum amicitia cauſet ex ſimilitudine: & ex ꝺrietate. Secunda eſt: vtrum amicitia poſsit eſſe inter oēs homines tam bonos quā malos. Tertia eſt: vtrum ſit tantum vna vel plures amicitię ſpecies. Cap.120

Caput ſcd'm in quo inueſtigaſ diffinitio amicitię: & hic habes tria. Primo inueſtigatur genus: in quo fundatur amicitia: & dr̄ eius obiectum. Secundo inueſtigantur differentiæ ponendę in eius diffinitione. Tertio formatur eius diffinitio & defenſatur. Caip.121

Caput tertium in quo numeranſ ſpēs amicitiæ & q̄ ſunt cuiuſlibet ſpeciei cōdōnes: & hic habes tria. Primo declaratur q̄ ſpecies amicitię ſunt tres & non pluſquā tres, ſ. vtilis, delectabilis, honeſta. Secundo declaranſ duę condōnes qualificantes amicitiam vtilē & delectabilem. Prima eſt q̄ ſunt amicitiæ p̄ accidens & non per ſe. Secunda eſt: q̄ ſunt de facili ſolubiles. Tertio aſsignantur ſex nobiles ꝺditiones: quæ conueniunt amicitiæ honeſtæ. Cap.122

Caput quartum in quo cōparanſ amicitia vtilis & delectabilis honeſtę, & hic habes duo. Primo declaranſ modi q̄bus cōueniunt. Scd'o declaratur in quibus diſterunt. Ca.123

Caput quintum in quo agitur de ꝓpriiſsimo actu amicitiæ exteriori qui eſt ſimul conuiuere: & mutuo ꝓbenefacere: & hic habes quatuor. Primo diſtinguitur de amicitia in actu & in habitu. Scd'o ꝓbatur q̄ propriiſsimus actus amicitiæ eſt cōuiuere. Tertio declaraſ quot modis deficit amicitia ex carentia mutui conuictus: Quarto remouetur quoddam dubium. Cap.124

Caput ſextum in quo agitur de ſubiecto amicitiæ inueſtigando qui ſint apti vel nō ad cōciliandum amicitias: & hic habes quatuor. Primo declaraſ qui ſint apti vel inepti ad cōtrahendum amicitiam. Scd'o ſi vni poſſunt eſſe plures ămici. Tertio quales amicos quærant ſibi viri potentes & diuites. Quarto quomodo oēs amicitiæ ſpecies conſiſtunt in quadā ęqualitate. Cap.125

Tractatus ſecundus in octauo libro, in quo agitur de amicitia inter perſonas inęquales quarum vna eſt maior, altera minor: vt pater filius, vir vxor, dominus ſubditus & continet ſex capita.

Caput primum in quo agit de diſtinctione & ꝺſeruatione amicitiarum inter perſonas inæquales: & hic habes tria. Primo ꝓbatur q̄ differunt ſpecies non ſolum ab amicitijs q̄ ſunt inter p̄ſonas ęquales ſed etiam abinuicem & inter ſe. Secundo declaratur quomodo tales amicitię conſeruātur. Tertio reſoluitur hoc dubium: vtrum amicus poſsit optare amico ſuo maxima bona. Cap.127

Caput ſm in quo agitur de actibus amicitiæ qui ſunt amare & amari: & hic habes quatuor. Primo declaraſ q̄ licet amicitia includat amare & amari: tñ multi magis appetunt amari quàm amare. Secundo q̄ virtus amicitię magis ꝺſiſtit in amare quā in amari. Tertio q̄ p̄ amare vt decet, & nō p̄ amari ſeruatur amicitia. Quarto declaratur in qua ſpecie amicitiæ contingit eam eſſe inter contraria. Cap.128

Caput tertium in quo declaraſ q̄ oīs amicitia in aliqua cōicatione cōſiſtit: & hic habes quatuor. Primo declaraſ q̄ oīs amicitia ſicut & omnis iuſtitia in aliqua cōicatione conſiſtit. Scd'o q̄ iuxta diuerſas cōicationes diuerſificatur amicitia & iuſtitia. Tertio q̄ omnes cōicationes particulares continentur ſub cōicatione politica. Quarto q̄ amicitiæ p̄ſonarum inæqualium diſtinguendæ ſunt iuxta diſtinctionē communicationis politicæ. Cap.130

Caput quartum, in quo aſsignātur ſpecies cōicationis politicę: & hic habes tria. Primo aſsignāt & cōparātur ad inuicem ſpecies veræ cōicationis politicæ. Scd'o numerātur ſpecies corruptiuæ verę cōicationis politicę. Tertio diſtinguuntur cōicationes œconomicæ iuxta ſimilitudinem acceptā à ſpeciebus communicationis politicæ. Cap.131

Caput quintum in quo aſsignanſ ſpēs amicitiæ iuxta diſtinctionē factā in c. præcedenti: de ſpeciebus cōicationis politicæ, & de ſpeciebus corruptiuis, & hic habes quinque. Primo aſsignatur ſpecies amicitiæ iuxtà primam & optimā ſpeciem politiæ, q̄ eſt regnum. Scd'o ea quæ eſt iuxta ſecundā ſpeciem politię quæ eſt Ariſtocratia. Tertio ea quæ eſt iuxta tertiā ſpeciē q̄ eſt timocratia. Quarto nulla pōt aſſignari iuxta tyrannidē: q̄ eſt corruptiua regni. Quinto aſsignari pōt aliqua iuxta democratiam & oligarchiā. Ca.132

Caput ſextum in quo agitur de amicitia inter cōſanguineos, q̄ dicitur amicitia naturalis: & de amicitia matrimoniali, & diuiditur p̄ſens caput in duas partes. In prima agitur de amicitia naturali cōſanguineorum, & hic habes quatuor. Primo ptractatur amicitia paterna. Secundo fraterna. Tertio nepotum & ꝓnepotum & aliorum deſcendentium.

Quarto aſsignātur ꝓprietates prædictarum amicitiarū. In ſecunda parte agit de amicitia matrimoniali: & hic habes quatuor. Primo declarātur ꝓprietates ſuę. Secūdo quo modo ſe habet ad amicitiā vtilem delectabilem & honeſtā. Tertio p̄ quid firmatur & conſeruatur. Quarto reſpondet tacitæ quæſtioni. Cap.133

Tractat' tertius in octauo libro in quo agitur de querelis & accuſationibus contingentibus inter amicos: & quomodo vitandæ ſunt: & continet duo capita.

Caput primum in quo agitur de accuſationibus & querelis cōtingentibus inter amicos æquales, & hic habes quatuor. Primo ponitur documentum generale quo ſeruato in nulla amicitia accident querelæ. Secundo declaratur q̄ in amicitia honeſta nec in delectabili accidere poſſunt rationabiles querelę. In amicitia autē vtili propriè & apparenti ratione fiunt. Tertio declaratur modus vitandi querelas in amicitia vtili. Quarto ſoluitur dubiū de menſura retributionis vtrū ſit menſuranda in amicitia vtili ex vtilitate recipētis vel ex beneficio dantis. In amicitia autem honeſta fienda eſt ex electione benefacientis. Cap. 125

Caput ſecundū in quo agitur de querelis cōtingētibus inter amicos inæquales: quorū vnus eſt maior & alter minor: & hic habes tria. Primo declaratur quare maior conqueritur de minori, & minor de maiori. Secundo docet Ariſtot. in quo concordandi ſunt. Tertio ponitur correlarium morale in quo declaratur quòd nunquam licet filio relinquere patrem ſed bene econuerſo. Cap.136

Nonus Liber.

Tractatus primus in quo agitur de conſeruatione & ſolutione amicitiæ: & continet tria capita.

Caput

Caput primum in quo agitur de conſeruatione amicitiæ & de accuſationib.& querelis inter amicos & de remedijs contra hmõi accuſationes:& hic habes tria.Primò declaratur per quid cõſeruatur amicitia & ꝯcordia inter amicos. Scõdo declaratur ꝓpter quid perturbatur:& fiunt rationabiles quęrelæ ex defectu cõdignæ compenſationis.Tertiò ponuntur remedia contra tales accuſationes. Cap.137

Caput ſecundum in quo ſoluuntur dubia contingentia circa retributiones per quas dictum eſt in capite præcedẽti ſeruari amicitias:& auferri accuſationes ac diſcordias inter amicos & ſunt quatuor.Primum eſt:vtrum patri prę oĩbus alijs,ſint oĩa tribuenda.Scõdum eſt:vtrum patri in oĩbus ſit magis obediendum quàm cuicunque alij.Tertiũ eſt:vtrũ quis debeat magis benefacere amico quam homini virtuoſo.Quartum eſt : vtrũ homo magis debeat retribuere beneficium benefactori ſuo:quàm gratis dare amico poſito caſu quòd non poſsit vtrique tribuere. Cap.138

Caput tertium in quo agitur de diſſolutione amicitię & inueſtigatur qũo & quando diſſoluenda eſt.& hic habes reſolutionem per quinque dubia:quorum primum eſt de amicitia vtili & delectabili:& eſt,vtrum ſit aliqua cauſa ꝓpter quam ſoluendæ ſunt.Primum autem de amicitia honeſta eſt hoc.Si ſit amicitia honeſta inter duos virtuoſos,& vnus ꝑſiſtat in virtute alter autem fiat malus:vtrum amicitia ſit diſſoluenda vel non.Secundũ eſt:vtrum aduenientę caſu poſito talis amicitia ſit ſtatim diſſoluenda vel expectandum ali quod tẽps.Tertium eſt poſito ꝙ vterque ꝓfiſtat in virtute:ſed ꝙ vnus ꝓficiat & fiat optimus alter non: ſed perſiſtat in eo ſtatu in quo incœperunt ſe mutuo amare:vtrũ ꝓficiens debeat perſeuerare in amicitia cum non proficiente. Quartũ eſt:ſi Socratesdiſſoluit amicitiam cum Platone nũquid poſt diſſolutam amicitiam debet ſe familiarius habere ad illum quàm ad alium cum quo nunquam habuit amicitiã. Ca.139

Tractat⁹ ſecundus in nono libro:in quo agitur de actib⁹ ſiue effectib.amicitię qui ſunt concordia,beneuolẽtia & beneficientia:& continet quatuor capita.

Caput primum in quo agitur de actibus amicitiæ oſtendendo vñ habent originem:& qũo boni & mali ſe habẽt ad eos:& hic habes quinque.Primò declaratur vñ habent originem.Scõdò qui & quot ſunt.Tertiò oſtenditur qũo viri boni ſe habent ad illos Quartò qũo viri praui ſe habent ad illos.Quintò remouetur quoddam dubiũ : & infertur quędã concluſio admirabilis ex prædictis. Cap.140

Caput ſm in quo ſpecialiter agit de beneuolentia:& hic habes tria.Primò declaratur ꝙ beneuolentia non eſt amicitia nec amatio.Secundò ꝙ eſt principium amicitiæ. Tertiò ꝙ non eſt principium amicitiæ vtilis nec delectabilis ſed amicitiæ propter virtutem corporis aut animæ. Ca.141

Caput tertium in quo agitur in ſpeciali de cõcordia : & hic habes tria.Primò tractatur de obiecto eius oſtendendo circa quæ non eſt:& circa quę eſt.Secundò qũo ſe habet ad amicitiam politicã.Tertiò de ſubiecto in quo eſt:an ſit in ſolis bonis:an etiam in prauis. Ca.143

Caput quartum in quo agitur de beneficientia: & ſoluit hoc dubium.Propter quid benefactor poſtquã tribuerit beneficium alicui::magis ipſum beneficiatum quã beneficiat⁹ benefactorem amet:& hic habes duo.Primo recitat rõ ſolutiua quorundã:& oſtendit ꝙ in virtute non ſoluit. Scõdo formant quinq; rõnes:quæ vere ſoluunt dubiũ ꝓpoſitũ.Ca.144

Tractatus tertius in libro nono , in quo agitur de dubijs q̃ moueri ſolẽt circa amãtes & amatos:& ꝯtinet quíq; capita.

Caput primum in quo mouetur & ſoluitur hoc dubium: vtrũ amare maximè ſeipſum,ſit laudabile vel non:& hic habes quatuor.Primo arguitur ad partem negatiuam & affirmatiuam.Secundo ponitur diſtinctio de amore ſuiipſi⁹ qué Græci dicunt Philautiam.Tertio ex diſtinctione data reſoluitur dubium:declarantúrque dr̃ię inter modũ,quo bonus amat ſeipſum,& quo malus amat ſeipſum.Quarto remouet obiectio facta contra determinata. Cap.145

Caput ſm in quo reſoluitur hoc dubium vtrum felix indigeat amicis:& hic habes tria.Primo arguitur pro parte negatiua & affirmatiua.Scõdo reſoluitur dubium per rationes morales.Tertio per rationes naturales. Cap.146

Caput tertium in quo ꝓtractatur hoc dubium:vtrũ homo debeat facere ſibi plurimos amicos:& reſoluitur ꝑ tres concluſiones.Prima eſt,In amicitia vtili & delectabili nõ expedit homini facere ſibi plurimos amicos.Scõa eſt:in amicitia honeſtalĩcet homo poſsit habere plures amicos puta tres: non tñ expedit eum habere plurimos. Tertia eſt:in amicitia politica poteſt & debet virtuoſus hahere plurimos amicos imò q̃tũ ſit in ſe totã ciuitatẽ & totũ populũ. C.148

Caput quartum in quo ꝓtractat hoc dubium ſi homini ſunt magis neceſſarij amici in fortuna ꝓſpera,vel in aduerſa: & hic habes tria.Primo ꝓbatur ꝙ in omni fortuna oppor tuni ſunt amici:ſed in aduerſa magis neceſſarium:in ꝓſpera magis honeſtum.Secundo declarantur cauſę ꝓpter quas ꝑſentia amici eſt delectabilis in vtraque fortuna. Tertio ponuntur documenta ſeruanda in vocatione amicorum & acceſſu ad eos in vtraque fortuna. Cap.149

Caput quintum in quo reſoluit hoc dubium:quid ſit delectabiliſsimum veris amicis,& hic habes duo.Primo probat ꝙ in vera amicitia delectabiliſsimum amicis eſt conuiuere. Secundo ponuntur duo correlaria,vnum in amicitia prauorum & eſt tale:mala eſt amicitia prauorũ malũque eos cõuiuere:ió ſeparãdi ſunt:alterũ eſt tale:bona eſt amicitia bonorum bonuſque eſt eorũ conuictus & conſeruandus. Ca.150

Decimus Liber.

Tractatus primus in quo agitur de delectatione vt eſt cõiuncta felicitati & continet tria capita.

Caput primum in quo agitur de delectatione ſm opinionem antiquorum & hic habes quatuor.Primo declaratur ꝙ ad Philoſophum moralem ſpectat ꝑſiderare de delectatione.Secundo examinantur quędam opiniones in generali loquẽtium de bonitate & malitia delectationũ.Tertio examinatur opinio Eudoxi.Quarto examinatur opinio dicẽtium abſolute & vniuerſaliter delectationem nõ eſſe bonã.Ca.150

Caput ſm in quo inueſtigatur de mente Ari.quid & qualis ſit natura delectationis:& hic habes tria.Primo oſtendit quid non ſit.Scõdo quid ſit.Tertio qualis ſit mouendo quaſdam dubitationes circa naturam delectationis. Ca.152

Caput tertiũ in quo agitur de diuerſitate ſpecifica delectationũ vt ſciamus q̃ ſpecies eſt felicitas vel coniuncta felicitati & hic habes quatuor.Primo aſsignatur diuerſitas ſpecifica delectationũ ſumpta ex diuerſitate opationum.Scõdo aſsignatur ea q̃ ſumitur ex bonitate & malitia.Tertio aſsignat ea quæ ſumitur ex puritate & impuritate.Quarto aſsignatur ea quæ ſumitur ex diuerſitate ſubiectorum. Ca.154

Tractatus ſecundus in quo agitur ad mentem Ariſto.de felicitate vera humana pro hac vita:in quo præcipuè conſiſtat & continet quinque capita.

Caput primum in quo declaratur ꝙ felicitas vera humana eſt operatio hominis:nõ quæcũq; ſed q̃ ꝓcedit à virtute aliqua ſiue morali ſiue intellectuali:& hic habes tria.Primo ꝓbat ꝙ felicitas nõ cõſiſtit in aliquo habitu virtutis.Secũdo ꝙ nõ ꝑſiſtit aliqua opatiõe vtili ſed ſecũdũ ſe eligibili. Tertio ꝙ nõ ꝑſiſtit in opatione ludi:licet poſsit dici opatio ſecũdũ ſe eligibilis:ſed ſola opatiõe ſcđm virtutẽ,Ca. 156

Caput ſecũdũ in quo inueſtigatur cuius virtutis in ſpeciali operatio ſit ipſa felicitas ſpeculatiua: & hîc habes tria. Primo declarat in generali qualis operatio ſit felicitas : & cuius habitus:& cuius potentiæ animæ & cuius obiecti.Secundo ſpecificatur quæ ſit illa operatio: & cuius habitus: & cuius potentiæ:& cuius obiecti.Teriio declaratur qualiter ſe habet talis operatio ad hominem. Cap.157

Caput tertiũ in quo agit de felicitate politica: q̃ eſt felicitas practica: & hic habes tria.Primo declaratur in quo cõſiſtat.Secũdo ꝓbat ꝙ felicitas ſpeculatiua eſt longe ꝑfectior q̃ felcitas practica.Tertio declaratur quomodo ſe habet felix felici tate ſpeculatiua ad bona externa & ad entia diuina ſuperiora,quorũ primũ eſt Deus benedictus.Ca. 160

Caput quartũ in quo inueſtigatur q̃ requiritur ad hoc ꝙ homo fiat bon⁹ vt bonitate ꝓueniat ad ꝑdictas felicitates: & hic habes quinque. Primo declaratur ꝙ ad hoc ꝙ homo fiat bonus:nõ ſufficit ſcire ꝑdeterminata de virtutibus: ſed ꝙ fiat bon⁹ & virtuoſus.Secundo declaratur q̃d requiritur ad hoc ꝙ homo fiat bonus:& dicitur ꝙ requiritur bona cõſuetudo.Tertio declaratur ꝙ ad inducendã bonã conſuetudinem requiritur poſitio legis.Quarto declaratur quanta ſit legis neceſsitas vt homo fiat bonus.Quinto declarat quòd cum lex ſit neceſſaria, neceſſe eſt inuenire hominem qui ſit idoneus conditor legis. Cap.163

Caput quintũ in quo inueſtigatur qũo ſit homo idon⁹ ad condẽdã legẽ:& hic habes tria.Primo recitant duę opiniones declarantes qũo fiat homo idoneus vt ſit legis cõditor.Secundo vtraque opinio reprobatur.Tertio ꝓponitur intentio Ariſt.quæ nõ determinatur hic:ſed ꝓponit ſe determinaturum de poſitione legis,ex conſequẽti de legis cõditore in libris politicorum. Ca.165

Summarij ſuper decem libris Ethicorum Finis.

EPIT

EPITOME

CHRYSOSTOMI IAVELLI CANAPICII,

IN OCTO POLITICORVM ARISTOTELIS LIBROS.

Proœmium, siue omnium in eis complexorum summa.

INtendés Ari. scīam de regēda ciuitate, q̄ politicam Grēci, nos aūt ciuilē scīam appellam⁹, doctrinaliter nobis tradere, illū sequit ordinē quē in fine vltimi libri Ethicorū ꝓposuerat. Vbi inquit, Oīno de republica ptractare oportet, vt quoad fieri ꝑt, ea philosophia pficiatur, q̄ circa res humanas versatur. Primū itaq; si quid rectè sit à maioribus dictum, illud enitamur recensere: Deinde ex cōgregatis rebus publicis cōsiderare, q̄nā ciuitates & respublicas cōseruāt atq; euertūt: & quas ob causas aliæ rectè gubernātur, alię econtra. His em̄ ꝑspectis, magis fortasse ꝓcipiemus, q̄nam sit respublica optima, & quō vnaquæque disposita, qbúsve legibus vtēs, ac morib⁹ bene fuerit instituta: hæc Aristotes

Vt igitur, quomō Arist. præmissum ordinem seruat, cognoscere valeas, præmitto tibi quæ in singulis libris Politicorum pertractanda sunt.

Quæ in primo Politicorum libro pertractet Aristo.

In primo libro ꝓtractat de fundamentis vniuersalibus, q̄ ꝓcognoscere oportet, antequàm descēdatur ad specificā cōsiderationē de republica. Hæc autē sunt, ad qd ciuitas est instituta, quomō ab aliis cōmunitatibus differt: puta à domo, à pago, & quæ sint partes domus, de singulis pertractans, vt de domino & seruo, de patre & filio, de viro & vxore: ex his em̄ constat domus. Nam cùm dominus & seruus, pater & filius, vir & vxor, constituant vnā domū, plures domus constituant pagū, plures pagi, quos vicinias siue vicos appelliare consueuimus constituant ciuitatem, impossibile esset de ciuitate scientiam tradere, præmissis ignoratis.

Contenta in secundo libro.

In libro secundo recitat sententias maiorum q̄ de politia tractarunt, & singulas reprobat, vbi non rectè dixisse videnť. Recitat autē & reprobat sententiā Socratis, & Phaleæ, & Hippodami: & politiam Lacedæmoniorum, & Cretensiū, & Carthaginēsiū: & in fine recitat nominatim famosiores legum conditores, & quomō ab inuicem differunt.

Quæ in tertio libro.

In libro tertio distinguit politias in species suas tā bonas q̄ malas. Deinde declarat q̄s in ciuitate dominari debeat, & secundum quā excellentiam boni distribuendi sint principatus: postremo pertractat in particulari de optima politia, quę dicitur regia, siue regnum.

In quarto libro.

In libro quarto tractat de politiis aliis à regno, vt de popularí, & de ea, q̄ est paucorū: & de ea quę est optimatum: & de pessima, quę est tyrannis: & de partibus reipublicę, q̄ sunt consiliatiuum, dominatiuum, & iudicatiuum.

In quinto libro.

In libro quinto tractat de causis corrumpētibus & saluantibus respublicas, in quib⁹ plures dominantur, quales sunt popularis, paucorum & optimatum. & de causis corrumpentibus ac saluantibus rempublicam, in qua tantum vnus dominatur, & dicitur monarchia.

In sexto libro.

In libro sexto ꝓtractat ex quibus & quomodo instituendæ sunt respublicę minus bonę, ac minus rectę: quales sunt respublica paucorum, & popularis: & de illis, qui debent in eis principari.

In septimo libro.

In libro septimo pertractat de optima republica, q̄cūq; sit illa: siue dicatur cōi noīe respublica, siue sit respub. optimatum, siue regnum, ad quem finē ordinata sit: q̄ debeat esse materia: & magnitudo: & regio ciuitatis gubernandę ꝑ optimam rēpublicam, quales debeant esse in ea gubernatores: & quæ partes. Qūo diuidenda eius regio & cultiuāda, quibus adinuentionibus fiant in ea ciues studiosi, ac probi.

In octauo libro.

In libro octauo pertractat de disciplina puerorum, ac iuuenum, quibus disciplinis pro diuersa ętate erudiendi sunt. Quomodo in musica, & quali musica.

Hæc est summa in genere eorum, quæ in octo libris Politicorum resoluenda sunt.

LIBER PRIMVS POLITICORVM.

¶In quatuor tractatus diuisus.

SVper librum primū, in quo Ari. vt ꝓposuimus tractat de vniuersalib⁹ fundamētis, quę præcognoscenda sunt in ciuili scientia, formabimus quatuor tractatus.

In primo inuestigandum est ad quem finē instituitur ciuitas, & quomodo se habet ad alias societates.

In secundo pertractandum est de parte domus, quę est combinatio domini & serui.

In tertio tractandum est de possessione vniuersaliter.

In quarto de alijs duabus partibus domus, quarum vna est combinatio patris & filij, altera est viri & vxoris.

Sed fortè dices, videtur hic modus procedendi in scientia de ciuitate, valde inordinatus esse: nam licet opportunū sit præcognoscere finem, propter quem instituitur ciuitas, tamen impertinens videtur statim pertractare de partibus domus, & de possessione.

Cūllis consideratio incipere debet à notitia domini & serui ī domo, & deinde à possessione.

Tu igitur aduerte, q̄ hæc doctrina ordinatissima est. Nā, vt inquit Ari. in hoc primo libro sicut in alijs rebus ad cognoscendum compositum, necesse est ipsum diuidere vsque ad primas & minutissimas partes: & incipere consideratio nem ab illis. verbi gratia, Qui intendit cognoscere orationē diuidit ipsam in dictiones, & has in syllabas, & has in literas: & hic est status & incipit considerare de literis quæ, & quot, & quales sunt, qūo differunt, & quomodo in compositionem veniunt. sic in proposito cùm ciuitas sit quid compositum ex multis pagis, & pagus ex multis domibus, & dom⁹ ex multis personis, quarum quædam sunt superiores vt dominus, pater, vir: Quædā inferiores, vt serui, filij, vxor: ideo necesse est incipere præsentem doctrinam à consideratione harum trium combinationum, quæ sunt primæ & minutissimæ partes, ad quas vltimatè resoluitur ciuitas, & quæ sunt primo prima componentia, sicut eleméta sunt primo prima cōponentia cōpositum naturale. De possessione aūt post cōsiderationem primę combinationis, s. domini & serui. ideo immediatè

immediatè & añ ꝓsideratione scdæ & tertię cõbinationis, pertractat Ari. qm̃ declarabitur seruũ esse possessionẽ dñi, & qm̃ iam de possessione loqui incœperat, id est de seruo opportunum iudicauit subiungere vniuersalem considerationem de possessione domestica, quã diuidem⁹ in acquisitiuam pecuniæ & acquisitiuã ciborũ & de vsu vtriusq; Patet ergo ꝙ ordinatè, & vt ordo doctrinæ exquirit, ꝓcedet Aris.

TRACTATVS PRIMVS QVATUOR complexus capitibus.

¶Ad quid instituitur ciuitas, & quomodo se habet ad alias societates.

IN primo tractatu iuxta ordinem ꝓmissum inue stigandum est ad quem finem instituta sit ciuitas: & qũo differt ab alijs cõmunitatib. & continebit quatuor capita.

In primo declarat̃ finis instituẽdi ciuitatẽ.

In secundo comparatur ciuitas ad alias cõitates & assignatur dria inter eas fm quorundã opinionẽ q̃ reprobatur.

In tertio ponitur vera comparatio & differentia ab alijs communitatibus.

In quarto declaratur, ꝙ communitas ciuitatis est naturalis, & quòd homo naturaliter est animal ciuile.

CAPVT I.

Propter quem finem instituta est ciuitas.

IN primo capite declarandus est finis ꝓpter quem instituitur ciuitas, ꝓ cuius euidentia hic tria agenda sunt. Primò ponitur hæc conclusio præuia, ciuitas instituitur gratia alicuius boni. Secundò ponit̃ hæc cõclusio resolutiua⁹, ciuitas instituitur gratia principalissimi boni inter omnia bona humana. Tertiò declarandũ est quodnã sit illud principalissimum bonum, ad quod consequendum ciuitas instituitur.

Ciuitas instituitur gratia alicuius boni.

Prima conclusio sic ꝓbatur, Omnis humana cõitas gratia alicuius veri, aut apparentis boni instituit. Quodcũque em̃ agens humanum est agens per intellectum, & omne agẽs per intellectum agit gratia alicui⁹ veri, aut saltem extimati boni. Vnde ꝓbatũ est in principio primi Ethicorum, ꝙ qd̃cunque agens per artem, aut doctrinam, aut electionem, bonum quoddam appetere vr̃. & sic gratia alicuius boni desiderati ad agendũ ꝓcedit. Sed ciuitas est humana cõitas: nõ em̃ bruta, sed homines societatis gr̃a cõgregantur in ciuitate, & instituitur ab agente humano. Vnus em̃ homo aut plures ex mutuo consensu decernunt de instituenda ciuitate, vt declarabimus in sequentib. ergo gr̃a alicuius boni instituit.

Ciuitas instituitur gratia principalissimi boni.

Scd̃a ꝯclusio sic ꝓbatur. Ciuitas est principalissima inter oẽs cõitates humanas: ergo instituit gr̃a principalissimi boni inter oia bona humana. Consequẽtia patet nam si ꝓ conclusionem ꝓcedẽtem oĩs societas humana instituitur gratia alicuius boni consequens est ꝙ nobilior cõitas instituatur gratia nobilioris boni, & nobilissima ac prĩcipalissima gr̃a nobilissimi boni inter humana bona. Antecedẽs aũt sic ꝓbatur: ciuitas est quoddam totum. In totis aũt talis ordo inuenitur, ꝙ totum includens aliud totum est principali⁹ & melius eo. Nam, quia domus includit parietem, melior est paries: sed ciuitas includit oẽs alias cõitates humanas. Includit em̃ vicum & domũ: ergo est principalissima inter eas: ex cõsequenti ordinatur ad principalissimum bonum humanum quod s. possit homo consequi pro hac prẽsenti vita.

Optimũ bonum ad qđ instituta est ciuitas.

Quod autem sit illud principalissimũ bonũ aduerte, ꝙ Ari. nõ explicat hic, explicabit aũt in principio septimi libri vbi dicet ꝙ optima respublica ordinat̃ ad optimam vitam. Optima autem vita non est in bonis externis, nec in bonis corporis, sed in bonis animę, q̃ sunt habit⁹ morales boni & intellectuales. Ordinat̃ ergo ciuitas ad hoc, ꝙ fiant ciues studiosi, & viuant fm virtutem, & ꝓsequantur eam felicitatem practicam & speculatiuam, de qua pertractauim⁹ diffusè in libro decimo Ethicorũ, trac. 2. c. 2. & 3. & tu vide illic. Et concludemus in lib. septimo. ꝙ bonum optimum hoĩs & reipublicæ optimę est cõsideratio speculatiua, q̃ est de primis entibus, id est, intelligentijs & de primo simplr̃, id est, de Deo benedicto. Patet igitur finis, ꝓpter quem instituit̃ ciuitas & coincidit cum illa cõi oĩum sn̄ia, qua dr̃, Ideo constituendã esse ciuitatem vt homines in ea sanctis rectisq; legib⁹ gubernati, bñ beatęque viuant. Bene autem viuere est fm virtutes morales operari: & beatè viuere est in speculatione diuinarum rerum vitam perfectam ꝓseuerare vt declaratum est in decimo lib. Ethicorum, tractatu secundo, capite secundo Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Quomodo cõitas & regimem ciuitatis à cõitatibus & regimine vici, ac domus, distinguat̃r, ostendit.

IN secundo capite comparanda est ciuitas alijs cõitatibus & assignanda differentia inter eas fm aliquorum opinionem, & hic tria agenda sunt. Primo ponitur eorum opinio. Secundo ponitur ratio opinionis. Tertio declaratur modus tenendus, vt manifestetur huius opinionis falsitas.

Domus ac ciuitas in multitudine consistunt ac cõuenienti regimine.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ aliqui tenent domum & ciuitatem & regimina dom⁹ ac ciuitatis non differre ſpecie, sed tantum fm magis & minus. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ apud oẽs constat tam domum quàm ciuitatẽ includere multitudinem. Non enim vnus homo constituit domum, nec vna domus constituit ciuitatem: differunt ergo primo aspectu, sicut parua & magna multitudo. Vltra hoc ꝙ tam domus quã ciuitas includunt multitudinem, requirunt etiã regimen. Importat em̃ multitudinem non absolutè, sed ordinatam & regulabilem, sicut & exercitus. Duo autem cõi snĩa assignantur regimina ciuitati, s. regale & politicum. Regale quidem est apud eum qui cũ vniuersali & plenaria potestate præsidet ciuibus. Politicum autem est apud eũ vel illos, qui ciuitati præsident, cum limitata ptãte sibi assignata, ex legibus ciuitatis. Duo etiam domui assignantur regimina, s. Despoticum, id est, dominatiuum, & œconomicum, id est, dispensatiuũ. Est enim Græce despota, domin⁹, & œconomus dispensator. Regimen despoticum est, quo dñs regit seruos. Oeconomicum autem est: quo dispensator domus toti familiæ dispensat bona domestica prout vnicuique de familia conuenit. In familia autem nõ solum sunt serui, sed & liberi & vxor. Dicunt ergo isti, ꝙ nec dom⁹ & regimina domus differunt ſpecie à ciuitate nec à regiminibus eius.

Ciuitati dominium duplex assignatur: regale ac politicum Dominium dom⁹ duplex despoticum, & œconomicum.

Quantum ad fm aduerte ꝙ ratio opinionis prędictæ talis erat. Quę differunt solum fm multitudinem & paucitatẽ non differunt ſpecie. Differre enim hoc modo est differre solum secundum magis & minus, quæ non faciunt differre ſpecie, vt declaratum est in li. quinto physicorum: vbi exemplificat̃ de magis albo & minus albo: sed domus & ciuitas differũt solũ secundũ multitudinẽ & paucitatẽ. Arbitramur em̃ ꝙ magna domus sit parua ciuitas & econuerso. Similiter regimen despoticum & regale nõ differunt nisi multitudine & paucitate. Nam tam despoticũ quã regale dicunt vniuersalẽ & plenariam potestatẽ in eo, q̃ ꝓsidet: sed si dominatur paucis in domo, puta solũ seruis dicit̃ despoticũ. Si autem dominatur multis vt in ciuitate dicitur regale: eo dẽ modo differunt œconomicũ & politicũ. Nam vtrũque dicit limitatam potestatem secundũ legem positã, puta dispensator, q̃ dicitur œcõomus dispẽsat familiæ bona dom⁹ nõ ꝓ libito suo, sed secũdũ ordinem, quem statuit q̃ domui legẽ ponit: & gubernator ciuitatis ꝓsidet ciuitati nõ ꝓ libito suo, sed secundum legem & autoritatẽ sibi impensam à superiori. Differũt autẽ qm̃ œconomicũ est tantũ respectu paucorũ, id est solum eorum, q̃ sunt in vna domo: politicũ autem respectu multitudinis, q̃ est in ciuitate: & sic cõcludit hæc opinio, ꝙ nec domus & ciuitas, nec earum regimina differunt ſpecie, quod tamen apparebit falsum.

Domus ac ciuitatis regimina ſpecie differũt.

Quantum ad tertium aduerte quòd ad conuincendã falsitatẽ ꝓdictæ opinionis talis modus doctrinæ seruãdus est. Cum ciuitas sit quoddã totũ diuidenda est in partes suas incipiẽdo à partibus immediate componentibus vsque ad remotissimas & indiuisibiles: quæ s. in hoc genere non cõponuntur ex prioribus, nec resoluuntur in priores. Sic autẽ diuidit̃ ciuitas: primo diuiditur in vicos, ex vicis em̃ immediate componitur: Vicus autẽ diuiditur immediate in domos: domus diuiditur immediate in tres partes: q̃ sunt tres combinationes: quarum vna est domini & serui: secunda patris & filij: tertia viri & & vxoris. Quælibet autem harũ combinationum resoluitur in ꝓsonam & ꝓsonam: puta cõbinatio viri & vxoris in marem & fœminam, & hic est stat⁹ diuidendi ciuitatem. Sic autem diuisa ciuitate incipiemus à consideratione partium indiuisibilium, quæ constituunt prædictas combinationes: deinde deueniemus ad cõsiderationem domus, deinde ad cõsiderationẽ viri, demum ad cõsiderationem ciuitatis: & tunc apparebit quomõ istæ tres cõmunitates, s. domus, & vici, & ciuitates differũt ſpecie: & similiter regimina. Et quidem ꝙ hic modus procedendi sit doctrinalis apparet ex hoc, quod in aliis rebus compositis, ad cognoscendũ totum necesse est ipsum diuidere &

Ciuitas quomõ diuiditur.

Quis ordo ciuitatis seruandus in eius notitia procedentibus.

reſoluere vſque ad minimas & primas partes. vt ad cognitionem orõis, diuidere ipſam vſque ad literas & ad cognitionem corporis animati diuidere ipſum vſque ad elemẽta: & incipere ꝯſideratione à primis. Sic enim in quolibet cõpoſito ſpeculari poterim⁹ veritatem, ſi prius cognouerimus quõ ex ſuis principijs originem trahit. Sicut ergo hic mod⁹ eſt ſeruand⁹ in cognitione aliorum cõpoſitorũ, ſic & in hoc toto, qđ eſt ciuitas, & hunc ordinem conſiderãdi ſeruabim⁹ in capite ſequẽti. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quomodo diſtinguantur ab inuicem domus, ciuitas & vicus & quidnam ſit domus, ac vicus.

IN tertio capite iuxta ordinem ꝓmiſſum, vt appareat differentia inter domum & vicum & ciuitatem, comparanda ſunt adinuicem. Comparatio autem fieri nõ poteſt niſi ꝓcognoſcamus combinationes domus, & domum, & pagum, id eſt, vicum & ciuitatem quatuor ergo agẽda ſunt. Primo cõſiderandum eſt de prima & naturali cõbinatione domus, q̃ eſt maris & fœminæ. Secundo de ſecunda, q̃ eſt domini & ſerui. De tertia autem, q̃ eſt patris & filij, agemus in tractatu ſequenti, vbi diſtincti⁹ de his tribus combinationib. pertractabimus. Nunc em̃ perfunctoriè loquemur, vt appareat falſitas opinionis præmiſſæ de identitate domus & ciuitatis & regiminum. Tertio conſiderandum eſt de domo. Quarto de vico. In capite autem ſequenti conſiderabimus de communitate ciuitatis & qualis ſit.

Maris & fœmina cõiunctio & cõbinatio eſt prima neceſſaria & naturalis pro domus conſtitutione.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ad inſtituendam domũ neceſſe eſt primo combinare eos, qui ſine inuicem eſſe non poſſunt. Iſti autem ſunt mas & fœmina: quorum copula eſt propter generationem: & dicuntur non poſſe eſſe ſine inuicem, quia non poteſt generari mas, neque fœmina, ſine coniunctione maris & fœminæ. Hæc igitur eſt prima combinatio: qm̃ combinatio domini & ſerui, & ea, quæ eſt patris & filij, ſupponit hanc. Remota enim generatione humana, quę eſt ex combinatione maris & fœminæ, neque dominus, neque ſeruus: neque pater, neque filius, ex conſequenti nec domus eſſet. Eſt etiam neceſſaria, quoniam ſine ea ſpecies humana ſeruari non poſſet: cum non permaneat homo perpetuus ſecundum indiuiduum. eſt & naturalis, non em̃ conuenit homini inquantum agit ratione & electione: qm̃ tunc conueniret ſoli homini, cum ſolus inter naturas animalium ſit rationalis. Sed ex eo ꝙ habet potentiam generatiuam & naturale deſiderium generandi ſibi ſimile, vt perpetuet ſaltem ſecundum ſpeciem. Hoc autem eſt cõmune homini & omni viuenti, vt animalibus & plantis. Naturale em̃ habet deſiderium inquit Ariſt. relinquendi poſt ſe tale alterũ. & dicitur in ſecundo de Anima, quòd naturaliſsimũ eſt omni viuenti, generare ſibi ſimile. Cùm igit̃ generare ſibi ſimile ſit appetitus naturalis in homine, vt conuenit cum aliis animalibus in natura vegetatiua & ſenſitiua, dicitur combinatio maris & fœminæ eſſe naturalis. Patet ergo quomõ eſt prima, & neceſſaria & naturalis.

Cur in animalibus eſt diſtinctio ſecundum ſuppoſitum maris & fœminæ, nõ autẽ in plãtis.

Sed aduerte, ꝙ hæc combinatio maris & fœminę aliter ſeruat̃ in homine & in animalibus ꝓpagantibus, & in plantis. Nam in illis ſtat cum diſtinctione ſuppoſitorum & virtutis generatiuæ. Diſtinguuntur em̃ numero, vt patet, mas & fœmina: & virtus maſculina eſt tantum in mari, & fœminina tantũ in fœmina: ſed in plantis nõ ſeruat̃ diſtinctio actualis vniuerſaliter inter ſuppoſita, licet ſeruetur quo ad virtutem generatiuam: qm̃ generatiua maſculina, non põt eſſe idem cũ fœminina, cum ſint oppoſitarum conditionũ. Vnde licet aliquę plantæ dicantur maſculinę, & aliquæ fœminę, vt declarauimus in paruis naturalibus, agentes de vitę longitudine & breuitate, tñ non inconuenit virtutem maſculinam & fœmininam eſſe in eodem indiuiduo, vt in vite, in nuce, in pomo. & ratio huius diuerſitatis, eſt maior perfectio in natura animalis & minor perfectio in natura plantę. Nam vbi eſt maior perfectio, ibi requiritur maior diſtinctio: vbi minor minor ſufficit.

Secunda cõbina tio conſtituens domum, qua ſerui ac domini eſt, neceſſaria ac naturalis eſt

Quantum ad ſecundũ aduerte, quòd ſecunda combinatio naturalis eſt principantis & ſeruientis, Principans dicit̃ dominus, ſeruiens autẽ ſeruus. Sicut igitur prima conbinatio ꝓſonarum conſtitutiua domus eſt maris & fœminę, ſic ſecunda eſt domini & ſerui, & hęc quoq; eſt neceſſaria & naturalis. Neceſſaria quidem qm̃ natura nõ ſolum intendit generare ſibi ſimile, ne ſpecies deficiat, ſed etiam conſeruare genitum in eſſe quantum poteſt. Hæc autem conſeruatio pręcipuè in natura humana, de qua hic intendimus, quoniã ſolus homo facit domum & ciuitatem, ſit per hanc ſecundam combinationẽ. Nam cum videamus inter homines, aliquos vigere mente & intellectu, ſed deficere viribus corporis: aliquos autem econuerſo, naturaliter qui viget intellectu, ꝓuidens vtilia & nociua debet regere deficientem intellectu, ꝓponendo ei vtilia proſequenda, & nociua fugienda. Qui autem deficit intellectu, & viget fortitudine corporis, naturaliter debet obedire vigenti intellectu & ipſum regulanti, ex conſequenti ſeruire. & hęc cõbinatio eſt ad mutuam ſalutem, vt ſ. conſeruentur dominans & ſeruiens. Qđ ſic patet: nam contingit ꝙ vigens intellectu & prævidens aliqua ſibi proficua, vel nociua, ſi caret virtutib. corporis nõ poteſt per ſeipſum proficua præviſa conſequi, & nociua vitare: ergo indiget aliquo vigẽte corpore, qui ſibi deſeruiat: cuius medio illa ꝓſequatur vt nociua vitare valeat. Contingit etiam vt fortes viribus non poſsint conſequi vtilia ſibi & vitare nociua, niſi cõſilio & prudentia vigentis ingenio, à quo regantur: patet ergo quantum neceſſaria ſit hęc ſecũda combinatio. Quomodo autem ſit naturalis declarabim⁹ in tractatu ſequenti.

Maris & fœmina nõ eſt eadem ſocietas cum ea, q̃ eſt ſerui, ac domini.

Facta igitur conſideratione de prima & ſecunda combinatione ꝓſonarum, nunc ex intentione Ari. comparãdę ſunt adinuicem, & primo ſm veritatem, ſecundo excludetur error, quem tenent barbarę nationes. Tu igitur aduerte ꝙ illæ duæ combinationes non coincidunt in idem, ſed ex parte vtriuſque extremi differunt abinuicem. nam fœmina differt à ſeruo, habet enim conditiones oppoſitas: fœmina em̃ deficit in viribus corporis, eiúſque naturale officium eſt generare ex maſculo. Seruus autem habet fortitudinem corporis, eiúſq; naturale officium eſt obedire & ſeruire. Et ſi quęras ꝓpter quid naturaliter fœmina differt à ſeruo: dicit Ari. hoc ideo eſſe q̃ natura non deputat inſtrumẽtum vnũ multis officijs, ſed vnum vni. Sic enim optimè inſtrumenta proficiunt, ſi vnumquodque eorũ non multis officijs, ſed vni deſeruiunt. vnde inquit Ari. ꝙ natura non facit vt ars æraria apud Delphum, q̃ fabricat gladium ꝓ paupere deſeruientem multis officijs, puta ad ꝓforandum, & incidendum, & ſecãdum, & limandum. Nam qm̃ pauper emere non poterat plura inſtrã, ideo fabricabant ærarij gladium ad oſa prædicta officia. Sicut & nos videm⁹ gladios ſic fabricatos, ꝙ in ſummitate habent ſtilum ad ꝓforandum, & partem ſequentem ad incidendum, & ſubſequentem per modum ſerrę & limę ad ſecandum & limãdum ſed non ſic agit nã ſed vnicuique officio ꝓprium deputat inſtrm̃, vt oculum ad videndum, aurem ad audiendum, manum ad accipiendum, &c. Et ſic in ꝓpoſito deputat fœminam ad generãdum, non ad ſeruiendũ: & ſeruum ad ſeruiendum, nõ ad generandum vt fœmina.

Fœmina differt à ſeruo.

Vnum inſtrumentum vni officio naturaliter paratum, ars verò nõ.

Sed contra: videmus linguam ordinatam ad guſtandum & ad loquendum. & manum ad diuerſa artificiata perficienda, vnde ſolet dici organum organorum: quia per manũ fabricamus nobis diuerſa inſtrumenta.

Reſpondetur ꝙ dictum Philoſophi, non eſt intelligendum abſolutè, ſed ſic: qm̃ opera ſunt ſimul exercenda, & vnũ impediret aliud, neceſſe eſt vt eis ſint deputata diſtincta inſtrã: vt quia ſimul poſſum videre, audire, guſtare, ambulare, ideo neceſſe eſt his reſpondere diſtincta organa. Qm̃ autem non ſunt apta ſimul fieri, ſed per diuerſas vices, non inconuenit vnum inſtrumentũ deputari à natura diuerſis officijs. Nam tunc cum illa officia non ſimul fiant, etiam ꝙ ſint ab vno inſtrumento, vnũ non impedit aliud. Intendit ergo Ari. in primo ſenſu & non in ſecundo. & obiectio de lingua & manu ꝓcedit in ſecũdo ſenſu. Non enim ſimul loquimur & comedimus: & ſi habemus cibum in ore volentes loqui interrumpimus comeſtionem: ſic & in his, quę manu opamur, datur de neceſsitate ſucceſsio: & quoniam contingit officium fœminæ & ſerui ſimul exerceri, & per diuerſas corporis diſpoſitiones, ideo dicit Ari. ꝙ natura diſtinguuntur fœmina & ſeruus.

Quãdonam vni officio natura vnũ parauit inſtrumẽtum.

Barbari cũr ſerui.

Hinc dicit Ari. patet error gentis barbaræ, quæ in eodẽ gradu locat fœminam & ſeruum. Vtitur enim fœmina pro ſeruo ac ſi non differret à ſeruo. & cã huius erroris fuit, ꝙ apud Barbaros non eſt naturalis combinatio dominij & ſubiectionis. Nam dictum eſt ꝙ dominium naturaliter ſpectat ad vigentẽ intellectu, ſubiectio autem ad obtuſum ingenio & robuſtum corpore ſed apud Barbaros cõiter non ſunt vigentes intellectu, ſed tãtum robuſti corpore: ideo apud eos ceſſat hæc naturalis combinatio. & propterea cõiter vtuntur fœmina ꝓ ſeruo, & qm̃ apud eos non ſunt vigentes ingenio, iõ non expedit eos dominari alijs, ſed ſubijci & regulari à natione vigente ingenio, vt dixit poëta: quòd Græcos vt ingenioſos oportet Barbaris dominari. Barbarus em̃ natura &

tura & ſeruus idem ſunt. Intendit enim Ari. de barbaro in ſuo propriiſsimo ſignificato, qđ ſignat hominem rudem ſine ratione, quaſi beſtialiter viuẽtem: in quo ſenſu accipitur barbarus in ſeptimo Ethicorum, cum dicit Ariſt. ꝙ barbarus inſequitur beſtiales & inhumanas delectationes, vt comedere humanas carnes, delectari venere contra naturam.

Domus quid ſit.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ domus eſt ſocietas cõſtituta primo ex duabus prædictis combinationibus ꝑſonarũ, vt cõmunicent in quotidianis actibus humanis, ſine q̃ bus homines ſeruari non poſſunt. Dicitur ſocietas: quoniã vnus ſolus non facit domum, ſed neceſſe eſt plures ſimul cohabitare, dicitur cõſtituta ex ꝑdictis cõbinationib⁹: quoniam ad generationẽ neceſſe eſt eſſe marem & fœminam. Vt autẽ debito ordine conſeruetur neceſſe eſt eſſe dominãtem, id eſt regulãtẽ, & ſubditum regulatum. Dicitur primo, quoniã licet in domo tres ſint partes, vt dicemus in tractatu ſequẽti, ſcilicet mas & fœmina: dominus & ſeruus: pater & filius: tamen hæc tertia non eſt primo conſtituẽs, quoniã ſupponit primam, ſcilicet marem & fœminam: ab illa enim cauſatur hęc tertia, vnde eſt ſicut pars ſecũdaria. Dicitur vt cõmunicẽt, &c. Nã hac de cauſa inſtituitur domus, vt prædictæ cõbinationes ſimul habitẽt, ſimul viuãt, ſimul cõedãt, ſe mutuo adiuuent in quotidianis indigentiis. Vnde Ariſto. pro prima inſtitutione domus inducit dictum Heſiodi: qui inquit, Dominũ in primis, mulieremq; & bouem aratorem: & per dominum dat intelligere ſecundam combinationem ſimul cum boue, accipit enim bouem pro ſeruo. Nam in domo pauperis, eſt loco ſerui: & per mulierem dat intelligere primã quæ eſt maris & fœminæ. Pro cauſa autem finali, qua inſtituitur domus, introducit Charũdã, qui habitãres in domo appellat homoſyphices, id eſt cõmunicãtes in vno cibo, vel pulmẽto. Epymenides autẽ Cretẽſis appellat eos, homo capaos quaſi cõicãtes in vno fumo: vt pote ſe calefacientes vno igne. Patet igitur quid ſit domus. & ad quid conſtituit.

Dominus, mulier, & arator, bos, domum conſtituunt, dixit Heſiodus.

Pagus, ſeu vicus quid ſit.

Quãtum ad quartũ aduerte, quòd pagus, id eſt vicus, eſt ſocietas conſtituta ex pluribus domibus primo, non gratia quotidianæ vtilitatis, ſed propter cõicationem actuum exteriorum, quos nõ oportet eſſe quotidianos, & eſt ſocietas pagi ſecundum naturã. Dicitur ſocietas, quoniã ſi vnus homo non conſtituit domum multo minus pagũ. Dicitur conſtituta ex pluribus, &c. quoniã ſicut domus non cõſtituitur ex vna tantũ combinatione perſonarum, de quibus ſupra diximus, ſic nec ex vna ſola domo conſtituitur pagus. Dicitur primò, ad differentiã ciuitatis, quæ non primo ex pluribus domibus, ſed primo ex pluribus pagis conſtituitur, ſumẽdo primo, id eſt immediatè. vt declarabimus infra, & pro nunc ſufficiat tibi ſcire, ꝙ ciuitas conſtituitur primo ex pluribus pagis: & pagus primo ex pluribus domibus, & domus primo ex duabus primis cõbinationibus ꝑſonarũ, ſcilicet maris & fœminæ domini & ſubditi: & hic eſt ſtatus. Dicit non gratia, &c. ad differentiã domus. Non enim cõſtituitur pagus, vt cohabitãtes in eo ſimul comedant, aut calefiant vno igne, ſed vt cõicent in actibus, q̃ fiunt extra domum, puta in artificiis, in mercatura, in pugna. Dicitur & eſt ſocietas ſecundum naturam. Pro quo aduerte ꝙ à principio non conſtituebatur pagus ex ſola habitatione habitantium in pluribus domibus propinquis conſtituentibus vnã viciniam, vt nunc eſt in vſu etiam quòd tales habitãtes non ſint propinqui ſanguine: ſed ideo inſtituebatur, quia naſcẽtes in eadem cognatione cum adeo multiplicati eſſent, ꝙ non poſſent ſimul habitare, fabricantes ſibi domos propinquas & conuicinas inſtituebant pagũ. Inde eſt ꝙ habitãtes in eodẽ pago vocabant collectaneos, & filios, & natorum natos eo quòd eſſent vnius cognationis. Ex hoc autẽ quòd pagus inſtituitur ex pluribus domib⁹ propinquis, & habitantes ſunt vnius cognationis conſtat quòd eſt ſecundum naturã. Nihil enim eſt magis naturale in animalibus, & in homine vt generare ſibi ſimile, quàm propagatio multorum ex vno, & cum talis propagatio multiplicata conſtituat viciniã ſiue pagum, patet quòd eſt ſecundũ naturã in ſenſu, in quo Ariſtote. accipit pagũ. Quod confirmatur duplici ſigno. Primò, quia ſicut à principio ciuitas erat ſub vno rege & ſicut domus ſub patrefamiliãs, qui ſecundũ Homerũ & vxori & filiis dat legẽ, vt rex ciuitati: ſic pagus regebat ab vno⁹, puta antiquiore illius cognationis, ex qua inſtituebat pagus. Secundò ſumitur ſignum ab his, quæ dicunt homines de diis, ꝙ ſcilicet reguntur ab vno rege, quem dicunt Ioue, & appellãt ipſum regem deorum, ita quòd regit eos: ſicut rex ciuitatẽ & pater filios, & ſenior de cognatione pagum. Et ex hoc trahunt homines, regimen & vitas hominum exẽplatas à regimine

Pagus eſt cõmunitas ſecundum naturam.

deorum, ita quòd ſicut illa ſunt naturalia diis, ſic inſtitutio domus & vici & ciuitatis ſit naturalis humano generi.

Tu tamen aduerte quòd quæ dicunt homines de diis, fabuloſa ſunt & erronea. Neque enim humana ſpecies, id eſt forma neque hominum vita competit eis, cum ſint abſtracti ab omni corporeitate: ſed hæc introduxerunt, vt traherent homines vagos, ad ſimul habitandum & ſecundum aliquas leges, perſuadentes eis, quòd dij ſic viuunt, quaſi quòd in hoc eſſent imitandi. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quæ & qualisnam ſit ciuitas, & quæ intentio ac finis fuerit inſtituendi eandem oſtendit.

IN quarto capite poſtquã conſiderauimus de primis partibus domus, & de cõitate domus & de communitate pagi, conſiderandum eſt de communitate ciuitatis, ad quam, vt ad principalem, ordinatur communitas domus & pagi: & hic quatuor agenda ſunt. Primò declarãdum eſt, ex quibus & ad quid inſtituitur ciuitas, & quomodo eſt naturalis. Secundò declarandum eſt ex naturalitate ciuitatis, hominẽ eſſe naturaliter animal ciuile. Tertiò agendũ eſt de prioritate ciuitatis, quid ſcilicet ſit prius an ciuitas, an vnus homo, an domus, an vicus. Quartò declarandũ eſt quid mouit primum conditorem ciuitatis ad inſtituendam ciuitatem.

Ciuitas quid ſit.

Quantum ad primũ aduerte, quòd ciuitas eſt communitas inſtituta ex pluribus pagis, perfecta, ordinata ad bene viuendum, & eſt naturalis. Quòd ſit cõitas patet, quoniam ſi domus eſt cõmunitas, & pagus, multo magis ciuitas. Dicitur inſtituta ex pluribus pagis: quoniã ſicut pagus inſtituit immediatè ex pluribus domibus, ſic ciuitas immediatè ex pluribus pagis. Dicitur perfecta, quoniam ciuitas non ſolũ neceſſaria vitæ, vt victum & habitationẽ, & veſtitum proui det homini, vt domus & pagus: ſed etiam omnia ſufficiẽtia ad vitã: & quæ ſunt ad bene eſſe pro omni ſtatu & ætate & pro ægritudine ac ſalute: & pro pace ſeruãda, ac defenſanda. Inde eſt, ꝙ in ciuitate ſunt diſtincta, vt ſtatus doctorum, mercatorũ artificum, cuſtodum, militum, & in diſtinctis pagis, diſtinctè exercentur artes: eſt igitur cõitas perfecta. Dicitur ordinata ad bene, id eſt moraliter & virtuosè viuendum. Non enim ſolũ procuratur in ciuitate ſufficiẽtia vitæ corporalis, ſed vt homo fiat bonus per obſeruantiã legis, vt plenè declarabimus in libro ſeptimo, & iam diximus in fine libri decimi Ethicorũ. Dicitur, & eſt naturalis: nã declaratum eſt, ꝙ & communitas domus, & communitas vici ſunt naturales: ergo multo magis cõmunitas ciuitatis. Cõparat eñ ciuitas ad domum & ad vicum ſicut finis ad ea, q̃ ſunt ad finem: ordinantur eñ ad ciuitatem, vt ad quid optimum continens ſufficientia ꝑ humana vita, vt diximus: ergo ſi ea, q̃ ſunt ad finem ſunt naturalia, & finis eſt naturalis qñ ordinata ad finem & ipſe finis debent eſſe eiuſdem ordinis: ſed ciuitas eſt finis communitatis domus & cõmunitatis pagi: ergo, cum illæ ſint naturales, & communitas ciuitatis erit naturalis. Patet igitur ex quib⁹ inſtituitur ciuitas, & ad quid & quomodo eſt naturalis.

Ciuitas quo modo ſit cõmunitas perfecta.

Ciuitas eſt naturalis cõmunitas.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ Ariſto. ex eo ꝙ communitas ciuitatis eſt naturalis intendit declarare hominẽ eſſe naturaliter animal ciuile, id eſt naturaliter inclinatum vt habitet in ciuitate. Nec obſtat, ꝙ videmus multos non habitare, nec velle in ciuitate. Hoc eñ non eſt ſecũdum naturam hominis, ſed vel ꝑpter fortunam & Sortem: qa aut ſunt expulſi à ciuitate, aut ꝑpter paupertatem coguntur habitare extra & excolere agros, aut greges cuſtodire: vel eſt ꝑpter deprauatam naturam, vt viri beſtiales & flagitioſi, q̃ neſciunt amicabiliter & pacificè viuere. Sicut Homer⁹ de quodam dicit ꝑ contumeliam, ꝙ erat ſine tribu, qa non poterat cum aliis amicabiliter conuiuere: & ſine iure: quia non viuebat ſecundum legem, & vt flagitioſus non ſequebatur iudiciũ rationis, ſed paſsiones: & erat ſine domo, ex conſequenti vr fera extra homines habitabat: non ſecundũ naturam hominis, ſed qa deprauatam & corruptam naturã habebat, magis feralem q̃ humanam: vel eſt ſupra naturam hominis, vt ſi quis alios homines adeo excelleret, ꝙ ſibi ſoli ſufficeret & nõ indigeret auxilio humano: & hic eſſet pluſquam homo, veluti quidam Deus: vt dicet infra Ariſtot. Conſiderato igitur homine ſecundum naturam hominis remota mala fortuna, & deprauata natura, & excellentia ſupra hominem, ꝑbatur ꝙ ſit naturaliter animal ciuile. Nam ſolus homo à natura habet ſermonem, quo poteſt alteri indicare quod eſt vtile & nociuum, quod eſt iuſtum & iniuſtum: ergo eſt naturaliter animal politicum & ſociale magis quàm apes & omne animal gregarium. Antecedens

Homo naturaliter eſt animal ciuile, deſiderãs habitare ciuitatẽ, remota tamẽ mala fortuna, & deprauata natura, et ſupra hominem excellentia.

Loqui homini tantũ proprium eſt, & cur.

patet:quia & ſi aliquæ aues videantur loqui, non tamen intelligunt quod proferunt. Conſequentia autem ſic manifeſtatur. Cum natura nihil faciat fruſtra, aſsignanda eſt cauſa, propter quam dedit homini & vocem & ſermonem, cęteris autem animalibus tantum vocem: ſed nulla alia cauſa pôt aſsignari: niſi quia fecit hominem naturaliter politicum. Nam ad ſignificandas paſsiones & affectus, & delectationes & triſtitias, ſucceſsiſſet homini vox ſicut & aliis animalibus quæ variis vocibus & garritibus indicant ſibi inuicé affectus ſuos: verum natura intendens magnificare hominé ſuper alia animalia dedit ei ſermonem, vt ex cognitione boni & mali, iuſti & iniuſti, vtilis & nociui, & manifeſtatiões per ſermonem poſſet cum aliis hominibus ſocialiter viuere. Omnis autem ſocietas aut eſt domus, aut ciuitas. Nam pagus in ciuitate aut ſub ciuitate comprehenditur: ergo homo eſt animal naturaliter œconomicum, & politicum.

Ciuitas eſt prior perfectione homine domo, ac vico in ratione communitatis.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ intétio Ari. eſt probare ciuitatem eſſe priorem q̃ domum & quam ſinguli hoíes: ſed antequam ad ꝓbationem deueniamus aduerte ꝙ prioritas ꝓ nunc eſt duplex, ſ. ſecundum naturam: quæ dicitur priori tas ſecundum perfectionem: & ſm ordinem generationis. In primo ſenſu, perfectiora ſunt priora. In ſcdo ſenſu prius genita etiam ꝙ ſint imperfectiora, ſunt priora. Intétio Ariſt. non eſt ꝓbare ciuitatem eſſe priorem generatione domo & ſingulo homine. Conſtat enim hoc eſſe falſum Nam ſicut antequam ſit domus, neceſſe eſt eſſe lapides, & fundamentũ & parietem, & ſic antequam ſit ciuitas, neceſſe eſt eſſe hoíes, qui debẽt ſimul ſociari & domos & vicos. Intendit ergo ꝓ bare de prioritate perfectionis, qua poſteriora generatione ſunt priora ꝓfectione: & priora generatiõe ſunt poſteriora ꝓfectione: vt declaratũ eſt in lib. 9. metaph. Arguit ergo ſic. Totũ eſt prius natura, id eſt perfectione ſuis partibus. Non enim remanent partes ſeparatæ à toto, niſi æquiuocũ: eo ꝙ carent virtute & operatione, quã habent vnitæ in toto. Sicut patet de pede & oculo & aliis mẽbris abſciſsis ab hoíe. Non eñ oculus abſciſſus retinet virtutẽ videndi, neque pes virtutẽ ambulãdi: & ideo ſeparatę à toto nõ ſunt partes niſi æquiuocé. Omné ergo ꝓfectionem habent à toto, ex cõſequenti totũ eſt prius ꝓfectione quã partes ſuę: ſed & domus, & vnuſquiſq; hominũ ſunt partes ciuitatis. Nãvt dicit Ariſt. ſiq̃s hominũ nõ cõmunicat in ſocietate ciuitatis, aut eſt ꝓpter prauitatem: & tunc non eſt reputandus homo, ſed beſtia: aut ꝓpter ſufficientiã quia ſ. nõ indiget aliis ad conuiuendũ: & hic eſt pluſquã homo, ꝙc ſi eſſet quidã de us. loquẽdo ergo de homine ſecundũ naturã hominis, omnis homo eſt pars ciuitatis: ex conſequẽti ciuitas eſt prior ſecundum perfectionem vnoquoque homine.

Homo ſolitarius aut beſtia, aut Deus.

Finis & intentio inſtituentis ciuitatem.

Sed aduerte, ꝙ Ariſt. hic comparat totum ad partes materię, & nõ ad partes ſpeciei. Quę autẽ ſint partes materię, & q̃ ſpeciei, & quomodo partes ſpeciei ſint priores toto, iã reſoluimus in lib. ſeptimo metaph. in quæſtionibus noſtris: & tu vide illic.

Quantũ ad quartũ aduerte ꝙ cauſa mouẽs primũ inſtitutorem ciuitatis, fuit vt reduceret homines ad bonitatem vitæ, moralẽ, & ceſſarẽt eſſe peſsimi. Pro cuí⁹ euidẽtia aduerte ꝙ licet homo naturalẽ habeat inclinationẽ ad virtutes, vt declarauimus in 2. lib. ethicorũ: & naturalẽ appetitũ ad viuendum in ſocietate ciuili: tñ niſi adſit exercitiũ bonorum operũ, nõ acquiret virtutem, ſed ex impetu paſsionũ declinabit ad vicia. Similiter niſi adſit humana induſtria & prudẽtia, qua cõgregent homines ſub vna recta lege, nõ cõpleretur naturalis appetitus hominis viuendi in ciuitate ſociabiliter. Primus igit inſtitutor ciuitatis, id eſt q cõgregauit homines ſub vna lege, vt inquit Ariſt. fuit cauſa maximorũ bonorum, qm̃ ſicut homo viuens ſecundũ legem eſt optimum animaliũ, ita ſine lege eſt peſsimũ. Seuiſsima eñ eſt malitia & iniuſtitia tenens arma, id eſt habens multa deſeruientia malitiæ ſuæ: ſed homo ſine lege habet rationẽ, & prudẽtiã & ingenioſitatẽ: qb⁹ vtit in malũ: ideo eſt maximè nociuus: nã ex inordinata & effręni iraſcibili efficit crudelis, ꝓditor, raptor, & homicida. Si autẽ viuat ſub lege, q̃ docet regulare iraſcibilẽ, efficit clemẽs, mãſuet⁹, miſericors: & ex inordinata cõcupiſcibili efficit vorator ciborũ, fœdiſsim⁹ venere⁹, ex lege autẽ cõponẽte ꝓcupiſcibilẽ, efficitur abſtinẽs, caſt⁹, &c. Vt igit homo viueret ſecundũ iuſtitiã & efficeret optimũ animaliũ, ordo ciuilis inuent⁹ eſt à primo inſtitutore, ſine quo homines eſſent vt immaniſsimæ ferę vt quotidie videmus in his, q montes & ſyluas inhabitant, aggreſſores & expoliatores hominum, & pyratas in mari. Vt igit homines depoſita feritate, humaniter & iuſtè viuerent, primus inſtitutor excogitauit congregationem hominum ſub certa & recta viuendi lege, & talis congregatio, dicitur & eſt ciuitas. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi Finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in primum librum Politicorum, tribus partitus capitibus.

¶ De Combinatione domini & ſerui.

QVoniam dictum eſt in tract. ꝓcedenti, ciuitatem cõſtitui ex pluribus pagis, & pagũ ex pluribus domibus, & domũ ex pluribus cõbinationibus ꝓſonarũ, vt maris & fœminæ, domini & ſerui: & dictũ eſt cognitionẽ totius pẽdere ex cognitione minutiſsimarũ partiũ, ex quibus primo cõponit⁹: ideo vt tradere poſsimus veram doctrinam de ciuitate, immorãdũ eſt prius in ꝓſideratione primarum partiũ domus. Primę autẽ partes domus ſm Ariſt. ſunt tres combinationes. ſ. dominus & ſeruus, maritus & vxor, pater & filij: & hãc tertiã tacuit in tract. ꝓcedenti q̃a vt illic diximus, cõprehenditur cauſaliter in combinatione mariti & vxoris: & ſm aliquos addit pars quarta, quę licet nõ ſit primo cõſtitutiua dom⁹, eſt tamen conſeruatiua, & eſt dicta pecunialis. De his igit quatuor partibus tractabimus in tribus tract. ſequentib⁹ In hoc ſecundo de domino & ſeruo, & hanc partem vocat Ariſt. dominatiuam. In tertio de pecuniali, & hanc vocat poſſeſsionẽ, ſiue quęſtũ. In quarto de marito & vxore, quã vocat coniugalem: & de patre & filiis, quam vocat paternam.

Hunc igitur ſecũdum tract. diſtinguemus in tria capita. In primo inueſtigãda eſt natura & virtus ſerui, & ex his cõcludetur diffinitio ſerui. In ſecundo inueſtigabitur ſi ſeruitus eſt naturalis vel violenta, vel tantum ex lege. In tertio inueſtigabitur, ſi regimen dominatiuum eſt idem cum regimine politico.

CAPVT I.
De Seruo.

IN primo capite vt ſcias naturam ſerui, & eius virtutẽ, & eius officium, id eſt actum ꝓprium, qui eſt conueniens ſeruo, vt ſeruus eſt, elicitur talis diſſinitio Ari. Seruus eſt inſtrumentum domini, animatum actiuum, alterius exiſtens, ſeparatum, & eſt exiſtens homo. Huius diſinitionis particulę ſic declarandæ ſunt ex doctrina Ariſto.

Seruus quid ſit.

Dicitur inſtrumentũ, q̃a omnis poſſeſsio domini domus eſt inſtrumentũ eius: ſed in poſſeſsione non ſolum continentur res exteriores, ꝓputa frumentũ, veſtes, pecunię, ſed etiam ſerui: loco eñ inſtrumẽti intelligitur omne neceſſarium ad vitã. Cõſtat aũt ꝙ ſine rebus exteriorib⁹, & ſine ſeruis miniſtrantibus, non poteſt dominus domus, domũ regere & cõſeruare: ſicut non poteſt artifex, puta faber perficere opus ſuum ſine inſtrumentis: quæ inſtrumenta dicuntur poſſeſsio fabri, ita ꝙ dicere poſſumus fabrum habere duplicem poſſeſsionem, ſ. pecuniam, & inſtrumenta, per quæ operatur: ſic & dominus domus habet duplicem poſſeſsionem, ſ. res exteriores, & ſeruos, quorum officio, id eſt miniſterio domum gubernat. Eſt igitur ſeruus inſtrumentum & poſſeſsio domini, ſicut malleus eſt inſtrumentum & poſſeſsio fabri. Eſt tamen differentia in vno, quod immediatè declarabitur.

Seruus eſt inſtrumentum domini animatum.

Dicitur inſtrumentum domini animatũ: nam inſtrumẽtorũ quędam ſunt inanimata, quędã animata. qđ patet in artibus: puta in arte nauigatoria, gubernaculũ ſiue temo eſt inſtrumẽtũ inanimatũ, homo autẽ mouẽs temonẽ ad imperiũ gubernatoris nauis, eſt inſtrumẽtũ animatũ: ſic & in domo inſtrumenta inanimata ſunt res poſſeſſę, vt cibaria & ſupellectilis & pecunia, & vtẽſilia. Animata autẽ ſunt ſerui dom⁹ q̃ mouent & operantur circa res poſſeſſas, ſicut ꝑcipit dominus domus. & aduerte ꝙ hac de cauſa ſerui dicuntur inſtrumenta inſtrumentorum, q̃a mouent inſtrumenta inanimata, quę ꝑ ſeipſa non poſſunt moueri ad imperiũ domini domus. Vnde aduerte, ꝙ ſicut in artibus puta in fabrili & nauigatoria, principales non indigerent miniſtris, ſi inſtrumenta inanimata cognoſcerent imperium principalis artifi cis, & per ſeipſa pficerent, puta quòd malleus per ſeipſum percuteret, ꝙ pectines per ſeipſos texerent, ſicut dicitur de ſtatua Dedali, quę ſeipſam mouebat: & dicit poëta ꝙ tripodes Vulcani, ſua ſpõte, id eſt ꝑ ſeipſos prodierunt in diuinũ certamen. ſic in gubernatione dom⁹ dominus nõ indigeret ſeruis, ſi res inanimatæ poſſeſſæ à domino dom⁹ per ſeipſas exe-

Dominicum ſeruis indicant.

seipsas exequerentur imperium domini, vt ꝙ frumentum ꝓ seipsum se faceret panem: & cibus per seipsum se præpararet: sic de mensa, sic de lecto, sic de veste, &c. Quia igitur hæc inanimata non possunt agere nec moueri per seipsa ad voluntatem domini domus, mouentur autem per seruum, vt disponit dominus: ideo seruus dicitur instrumentum animatum motiuum instrumentorum inanimatorum.

Seruus est ad vsum domini.

Dicitur actiuum: nam quædam instrumenta sunt factiua, & sunt illa, ex quibus aliquid aliud fit vltra vsum instrumẽti: & talia sunt instrumenta inanimata artium: nam faber nõ solum vtitur malleo, sed per vsum mallei fabricat gladium. quædam autẽ sunt actiua, & sunt illa quę solũ sunt ad vsũ, sicut res possessæ à domino domus: nã à domo, à veste, à lecto, à cibis nõ habet nisi vsum. Inter instrumẽta actiua cõputat seruus. Serui em̃ officium est ministrare & exequi cõmissa à domino, & hoc est vti seruo in cõuersatiõe domestica.

Seruus quic quid est, domini est.

Dicitur alterius existens: nam sicut comparatur res possessa ad possessorem, & pars ad totũ, sic seruus ad dominũ. De re autem possessa verum est dicere, ꝙ non est suiipsius, sed possessoris: & de parte dicitur, quòd nõ est suiipsius, sed totius: sic de seruo verum est dicere, quòd non est suiipsius sed domini. Vnde dicitur seruus domini seruus, & est simpliciter domini: sicut res possessa & acquisita à domino.

Seruus quo distinguatur à famulo.

Et aduerte, ꝙ hic loquimur de seruo vt distinguitur cõtra liberum ministrantem in domo, aut sponte: aut quia mercede cõductus est: quem nos famulum seu seruitorẽ appellamus. Hic nõ est possessio domini, nec pôt dici simpliciter existẽs alterius. Intelligitur ergo de hoie acquisito siue emptiõe, siue bello, siue aliis modis de quib. dicemus infrà. Hic em̃ ita est domini sicut equus aut bos possessus à domino.

Dicitur separatum, vt distinguatur à parte: nam licet sit verum, quòd pars est alterius, quia est totius: tamen non est separata, & si separatur à toto, non remanet nisi æquiuocè, vt diximus supra de manu separata ab homine. Seruus autẽ & dominus distinguuntur numero, ideo dicitur esse alterius, id est domini vt instrumentum separatum.

Dicitur, & est existens homo ad differentiam brutorum, quæ possidentur à domino, quæ sunt instrumenta animata, alteri' separata, sed irrationalia: ideo differũt à seruo. Patet igit̃ tota diffinitio data de seruo, ex qua manifesta est natura & conditio & officiũ eius. Hæc de p̃senti capite dicta sint.

CAPVT II

Num natura, seu legis aliquo decreto statutum fuerit ex hominibus alios aliis inseruire.

IN secundo capite inuestigandum est si seruitus est natura lis, vel non, id est vtrum aliqui sint naturaliter serui, ita ꝙ dignum & iustũ sit vt seruiãt: vel si est ꝓter naturam, ꝙ aliqui sint serui, & hoc dubium habet opiniones oppositas: nã aliqui tenent ꝙ habere hominem in seruum, vt rem possessam, sit ꝓter naturam: & ꝙ sola lege sit decretum quosdam esse liberos, quosdam autem seruos: qui tñ secundum naturam non differunt: q̃m omnes sunt liberi, ex consequenti concludunt iniustum esse habere seruos, q̃m ex violentia aliqui subiiciunt sibi alios in seruos, captiuantes eos, sicut subiiciuntur capti à pyratis. Aliqui autem tenent esse secundum naturam, eo ꝙ aliqui naturaliter sunt regitiui aliorũ, aliqui autem nati ad seruiendum. Vt igitur appareat quid veri aut falsi contineant istæ opiniones primo pertractabitur secunda, deinde prima.

Pro euidentia secundæ opinionis, quam tenet Arist. duo agenda sunt. Primò ꝓbandum est quòd in humano genere aliqui sunt naturaliter principantes & dominatiui, aliq; autem naturaliter subiecti, & nati ad seruiendum. Secundò declarandum est: q; ex hominibus tales sunt & secundum animam & secundum corpus.

Naturaliter ex hominibus quidam dominãtur quidã verò seruiunt.

Quantum ad primum arguitur sic, q̃cunque sunt ex pluribus cõstituta, in his naturaliter est aliquod principans, & aliquod qđ̃ subiicitur: & hoc expedit pro salute illius constituti ex multis. Hæc mãifestabitur infra in multiplici rerũ genere: sed hominum multitudo est constituta ex multis. Dictum est em̃ supra & probatum, ꝙ homo est naturaliter animal politicum & sociale: & ita naturale est, ꝙ ex diuersis hominibus constituatur vna multitudo, q̃ habet simul cõmunicare, vt est domus, siue pagus, siue ciuitas. Ergo est secundum naturam, & nõ solum ex lege, vel violẽtia, quòd ex hominibus quidam principantur & quidã subiiciantur.

In quouis ex multis cõstituto duo sunt, vnum

Quòd autẽ in omnibus constitutis ex pluribus ex q̃bus sit vnum cõmune, sit vnum principans, & aliud subiectum & hoc sit naturale & expediens ad salutẽ cõstituti, siue illa plura sint ſ vno cõiuncta, vt anima & corp' in homine: cor-

poris mẽbra in animali: siue solũ ordinata remanentia abinuicẽ diuisa, vt milites in exercitu, declarat quadrupliciter.

quod principatur, alterum quod subiicitur.

Primò in genere rerum inanimatarum, quasi ꝙ hoc sit cõmune toti naturæ, videmus aliquem principatum, sicut in harmonia. Nam in cõsonantia musicali datur vox principalis, puta altus, cui vt inferiores alię correspõdent. Sic videmus in mixtis ex elementis ꝙ datur vnum elementũ ꝓdominans: alia autem sunt prædominata, vt in grauibus prædominatur terra, in leuibus aër, &c. Sed in his non est immorandum, quoniam vt inquit Aristo. sunt aliena ab hac consideratione. Quomodo enim in mixtis conueniant elementa, & quomodo proportionentur spectat ad Physicum, & nos iam de hoc loquuti sumus in libro Secundo de Generatiõe.

Secundò in partibus principalibus & essentialibus, ex q̃bus componitur animal: quę sunt anima & corpus. Videmus enim ꝙ naturaliter anima dominatur corpori, & corpus obedit. Mouetur em̃ corpus & partes eius ad imperium animæ, & hoc expedit: quoniam anima habet virtutẽ regitiuã & conseruatiuam corporis, cuius signum est ꝙ corpus defluit remota anima. Et quidem licet in omni animali anima dominetur corpori, tamen id clarius patet in hoie: quoniam in eo deprehendimus duos principatus similes principatib⁹ humanis: quorum vnus est despoticus, id est dominatiuus quo dominus principat̃ seruis: & alter est politicus quo rector ciuitatis dominat̃ & præest ciuibus liberis. Differũt autẽ hi duo principatus: q̃m in despotico homo subiectus vt seruus in nullo pôt contradicere domino. Seruus em̃ est totaliter domini, & nihil habet de quo disponere possit, vt dictum est supra. In politico autem homo subiectus, pôt in aliquo contradicere principanti: q̃m liber est, & habet bona, de quibus disponere potest. Quòd autem hi duo principatus sint inter partes hominis declaratur sic. Anima dominat̃ corpori quo ad motum localem principatu despotico. Videmus enim ꝙ membra corporis, nisi sint inualida, aut ligata, puta manus & pedes ad imperiũ animæ statim & sine contradictione mouentur localiter & applicantur ad opus. Ratio autẽ dominatur sensualitati quę est appetitus sensitiu⁹, principatu politico. Pôt em̃ cõtradicere & non sequi imperium rationis, sicut ciuis liber pôt in aliquo cõtradicere rectori ciuitatis & ratio quidẽ huius diuersi regiminis in homine est hęc, corpus non pôt moueri nisi ab anima: declaratum est enim in secundo libro de anima, ꝙ anima se habet ad corpus, vt proprius actus, & vt proprius motor: & quoniã non potest moueri nisi ab anima, ideo quo ad motũ tota liter subiicitur ei, vt seruus domino. Appetitus autem sensitiuus non solũ potest moueri à ratione, sed etiã à sensu: declaratum est em̃ in tertio lib. de anima ꝙ phantasia & intelligentia sunt principia motiua appetitus & ideo non totaliter subiicitur rationi, sicut nec ciuis liber rectori ciuitatis. Patet igitur quo in homine est naturaliter duplex principatus, & ꝙ vtrunq; sit expediens in homine patet hinc, si corpus nõ regeretur ab anima, & quo ad vitã & quo ad motum corrumperetur: & de facto corrũpitur per absentiam animæ dominantis. Si appetitus sensitiuus non regularet̃ ratiõe sẽper esset inordinat⁹, & viueret homo secũdũ hoies vt bestia. Nociuũ ergo esset id, quod debet subiici in homine esset ex equo vel econtrario ei quod debet principari.

In homine duo principatus differentes.

Anima dominatur corpori dominio despotico, sensitiua autem ratio dominio politico.

Num regimẽ, quo anima dominatur corpori sit naturale.

Sed fortè obiiciet aliquis, ꝙ non sit naturale in homine, animam dominari corpori, maximè dominio politico: quod posuimus inter rationem & appetitum sensitiuum: nã quod est naturale in homine ineſt omni homini, vt omnem hominem esse risibilem est naturale. Nõ autem est naturale homini esse album, quia nõ ineſt omni: sed tale regimen animę inter rationem & appetitum non ineſt omni homini: quoniam videmus aliquos, qui nullo modo viuunt secundum rationem, & in eis appetitus & phantasia dominatur rationi: ergo tale regimen non est naturale homini.

Hanc obiectionem remouet Arist. dicens, oportet considerare non in corruptis, sed in his, quę magis se habẽt secũdum naturam, &c. Et intendit, quod naturale ineſt omni, dũ modo non vitiatum & corruptũ sit. Sicut generare sibi simile est naturale omni viuenti, dummodo non sit imperfectũ: vt puer & senex & infirmus: vel non sit inualidum, siue orbatũ, vt eunuchus. Sic in ꝓposito naturale est omni homini, ꝙ anima dominetur corpori, dummodo homo sit bene dispositus secundum corpus, & secundum animam, secundum corpus quidem, ꝙ membra corporis non sint inualida ad motum, vt in claudo, in arido, in paralytico: ſm animam vero, ꝙ non sint deprauati malis habitibus, sicut viri pestiferi & flagitiosi, qui nesciunt nisi vt bestiæ viuere. In his cor-

pus id est appetitus sensitiuus q̃ est corporeus dominatur animæ, id est rationi, q̃a præferunt bonũ corporis bono animæ, & vt dicit Ari. peruersè & p̃ter naturam se habẽt, & iudicandum est de his, sicut de paralytico cuius mẽbra cũ sint præter naturam dispositа, non possunt ordinate ab anima moueri. Patet igitur q̃ propter homines deprauatos, non obstat quin anima dominetur corpori modo quo dictũ est.

Homo dominatur animalibus.

Tertio manifestatur primum ꝓpositum in genere animalium. Nã videmus q̃ homo est aliis animalibus velut princeps & dominus, & id expedit animalibus: & quidem q̃ dominetur animalibus patet ex eo q̃ industria sua & ingenio facit ea mãsuescere, quæ ex natura sua immania sunt: vt leo & vrsus & pardus: & facit ea non solum mansueta, sed & disciplinata, adeo q̃ videntur participare aliquid rationis. Quod autem expediat animalis hominem eis dominari, patet ex eo quòd homo regens ea, conseruat præbens eis cibũ & liberans à multis nociuis per remedia ab homine inuenta, quod per seipsa nescirent agere neque possent.

Fœmina vir naturaliter dominatur.

Quarto patet idẽ in differẽtia sexuũ. Nã in omni specie, in qua est distinctio maris & fœminę, mas est melior, sicut agens est melius patiente: & est regẽs ac principãs fœminę, & hoc videmus naturale esse tam in brutis q̃ volatilibus, & in humana specie in qua apud omnes gentes tenetur vir vt caput mulieris. Cum igitur in omnibus prędictis naturaliter detur principans & subiectum, consequens est, vt in humano genere, nõ solum cõparando virum fœminę, sed etiã homines inter se, aliqui sint natura domini, & aliqui natura serui.

Quosdam hominũ nasci seruos natura voluit, quosdam verò dominos.

Quantũ ad fm videndũ est, q̃ ex hominibus sunt tales. Tu igitur aduerte ex intentione Arist. q̃ illi, qui tantum distant ab aliis, quo ad excellentiam rationis & prudentię & consilij, quantum anima distat à corpore, & homo à bestia secũdum excellentiã naturę, sunt natura domini: & dignũ est vt regant alios, q̃ deficiũt à tali excellentia. Qui autẽ excellũt in vsu corporis, vt pote validi & robusti, sed nõ ratione nec prudẽtia, sunt natura serui: & dignũ est vt seruiant his q̃ ratione excellunt. Sicut & bruta deseruiunt gubernatori suo, vt bos & asinus & canis. Differenter tamen, qm̃ seruus cùm sit homo, est rationis particeps & docibilis, ita q̃ percipit sensum domini p̃cipiẽtis, & cum ratione exequit̃. Bestia autem ratione caret, & nõ seruit nisi passione, puta timore verberũ, aut attracta cibo & blãditiis: & ideo seru⁹ ratiõis particeps, in multis seruire põt, in q̃bus non põt bestia. & ad declarãdã hãc differẽtiã inter natura dominũ, & natura seruũ, non solũ distãt excellẽtia animę & rationis, sed etiã excellentia nobilitatis corporis. Nam dat natura seruo corp⁹ robustũ ad necessarios vsus, & labores corporales sustinẽdos.

Ex corporis dispositione dignoscuntur serui natura, & domini.

Libero autem, q̃ natura est domin⁹, dat corp⁹ rectum, id est aptũ & bene dispositum ad act⁹ intellectuales, & ad ciuilẽ vitã tẽpore pacis & belli: & ꝓut ciuilia negocia exq̃rũt: sed inutile, id est inualidũ ad ferendos seruiles labores: puta ad ferendũ onera, ad exercendũ agriculturã: & hoc declarat eorum delicata cõplexio, de quibus dicit in scdo de anima, q̃ moles carne aptos mente dicimus. Et experientia idem patet, videmus em̃ corpore delicatos, fortissimos & maximè pseuerantes in speculatiuis ineptos aũt aut inualidos in agibilib⁹ laboriosis. Qui autẽ corpore validi sunt, vt in pluribus faciunt oppositum. Et dico vt in pluribus, qm̃ cõtingit aliquãdo, sed raro naturam deficere, sicut deficit aliquãdo in generatione hominis, generãdo hominem cũ sex digitis, aut vno oculo. Sic & in ꝓposito, aliquando accidit q̃ habẽs animam ingenuam & liberam, habet corpus seruile: & aliquando habens animam depressam & seruilem habet corpus liberum & delicatum. Sed ꝓpter huiusmodi rarum defectum, nõ obstatur ꝓposito. Nam vt declaratum est in scdo physicorum ad hoc quòd aliquid sit naturale, non est necesse, vt semper & infallibiliter sit, sed sufficit vt in pluribus: aliter non daretur casus nec fortuna, nec ens per accidens.

Qd̃ autẽ natura differẽtiã naturalẽ statuat inter hominem liberũ, & natura dominum, hominem seruum, ac natura subiectum quantum ad corp⁹ & animã, declarat Ari. tali signo:

Hoc à pulchritudine iudicium verũ vt in pluribus est, cũ natura apta uerit proposse conuenięs ac proprium instrumẽtũ

Consuetum est apud hoies, quando vident aliquẽ elegantis formę, ita q̃ videtur vt quędam diuina imago, dicere talem esse natũ ad imperiũ: & cui omnes parere debeant, quasi arguentes excellentiã animę ex excellentia corporis. Ecõtrario autẽ dicunt, si quem vident in dominio constitutũ corpore deformẽ, quasi reputãtes indignũ parere & subiici deformi. Vñ in primo ethicorũ dixim⁹ pulchritudinẽ decora re felicẽ, turpitudinẽ autẽ infelicere. Qd̃ si vt inquit Arist. id est verũ in pulchritudine corporis, multo iusti⁹ est id putare & in pulchritudine animæ, vt s. si formosi corpore reputantur digni imperio, multo magis formosi anima. Verũ hoies iudicant à corpore, eo quòd animę pulchritudo non potest ita discerni cum non cadat sub sensu. Patet igitur q̃ ex dictis rationabile est, aliquos esse secundum naturam liberos, qui aliis dominentur: & aliquos secundum naturam seruos, quos iustum est aliis seruire. *anime, præcipuè interiora organa capitis.*

Tu tamen aduerte de eo, qd̃ dictum est de corpore libero & dispositо ad actus intellectuales, non est principaliter intelligendum, quo ad mẽbra extrinseca: sed quo ad organa virtutũ vitaliũ & animaliũ, qualia sunt organa sensuum interiorũ: sensus em̃ interiores & p̃cipuè phãtasia maxime deseruit intellectui. Vñ si q̃s habet mẽbra exteriora indispositа & deformata habeat aũt intrinseca optime dispositа, dicẽt habere corpus liberũ & animã liberã, id est eleuatã. Si q̃ aũt habẽt oppositо modo. s. formositatẽ extrinsecã, & deformitatẽ ĩtrinsecã, iudicãdi sunt habere corp⁹ seruile & aĩam depſſam: & de hoc iã loquuti sum⁹ in scdo de anima in cap. de tactu. Iudicare igit̃ de excellentia intellect⁹ ex formosita te extrinseca corporis, est signũ admodũ deceptorium. Probabilius autẽ signum sumitur à bona dispositione organorũ capitis. Hęc pro euidentia secundæ opinionis dicta sint.

Nunc supereſt inuestigare si q̃d veri continet prima opinio, & hic tria agenda sunt. Primo ponit̃ distinctio de seruo. Scdo ponitur dubium de scdo membro distinctionis, id est de seruo & lege. Tertio soluitur dubiũ p̃ distinctionẽ iusti.

Seruus duplex ex natura, & ex legis decreto.

Quantũ ad primum aduerte q̃ est duplex seruus, q̃dam ex natura, sicut & dominus: & de hoc satis dictũ est in p̃cedentibus, q̃dam ex lege. Decretum est em̃ & ꝓmulgatum in regentium, vt qui vincuntur bello sint serui victorũ. De seruo ex natura nõ est dubium, quin iustũ sit, q̃ seruiat natura domino. Decretum est em̃ inferiorẽ fm naturam, subiici superiori: & digniores natura dominari minus dignis. & hũc ordinẽ vidẽmus etiã in naturalib⁹, vt inter animã & corp⁹, inter virũ & mulierẽ. De seruo autẽ ex lege dubiũ est, an sit iustum, vel non: & de hoc proprie loquitur prima opinio.

Num ex lege iustum sit aliquos aliquibus seruire.

Quantum ad fm aduerte, q̃ de seruo ex decreto legis sunt oppositæ opiniones. Quidam enim tenent illud decretum legis esse iniquum & crudele: primo q̃a nõ est introductum nisi in fauorẽ cõmittẽtium bellum, vt scilicet milites acrius pugnarent, sicut & introductæ sunt deuastationes & spolia & depopulationes. Sed ex hoc nõ sequitur esse iustum. Multoties em̃ bellum est iniustum. Secundo potest esse ex infortunio, q̃ quis vincatur ab alio, & non ex probitate & virtute victoris: ergo nõ iuste seruuet ei. Tertio etiã q̃ ex aliqua virtute, puta ex solertia, vel animositate, vel robore corporis quis vinceret alium, ex hoc non sequitur q̃ iuste seruiat ei: q̃a nõ omni virtute & maximè corporali iustũ est aliquẽ dominari, sed potius ex iustitia & vera prudentia, licet igit̃ sit lege cõmuni decretum non tamen sequitur esse iustum.

Quidam vero non solũ vulgares, sed & sapientes, vt inquit Arist. tenẽt esse iustũ, qm̃ finis legis est bon⁹, s. vt pugnatores virilius agant ꝓ defensanda, vel recuperanda patria: & ꝓ accidens est in proposito, q̃ bellum sit iniustum: qm̃ de hoc non intendit lex. Cum igitur finis legis sit bonus & iustus & ipsum decretum de seruitute est iustum.

Iustum duplex simpliciter, et secundũ quid.

Quãtũ ad tertiũ aduerte, q̃ Arist. per distinctionẽ intendit præmissas opiniones concordare p̃ distinctionem hanc. Iustũ est duplex, s. simpliciter & secundũ q̃d. iustũ simpliciter est illud, qd̃ secundũ naturã est iustum, vt iustũ est filium honorare patrẽ: hominẽ subditũ esse deo: nec paria deo sentire. iustũ secundũ q̃d est illud, qd̃ ordinatur ad cõmunem vtilitatem humanam, ad quã lex respicit. Nam, propter hominum cõmunes vtilitates ponũtur leges, etiã q̃ multa per legem decreta essent in detrimentum p̃sonę priuatæ.

Seruitus ex lege non est iusta simpliciter tamen iusta secundum quid.

Stãte hac distinctione dicit̃ ad dubiũ, q̃ seruitus introducta ex lege, non est iusta simpliciter. nã qd̃ prouenire potest ex principio iniusto non est iustũ simpliciter: sed seruit⁹ introducta ex lege, ꝓuenit aliquando ex principio iniusto. Contingit em̃ q̃ quis assumat arma cõtra aliquem ex causa iniusta: ergo seruitus ex lege non est iusta simpliciter. Præterea, nullus dicere põt q̃ ille iuste simpliciter sit seruus, quẽ indignũ est seruire: tũc em̃ accidere q̃nque eos qui sunt de nobilissimo genere, & nobilissimi animi fieri seruos, si capiũtur bello: & si cõtingeret eos vendi, filij eorũ essent serui nati ex seruis. Hoc autẽ est penit⁹ irratiõabile: sed cõtingit vt videm⁹ p̃ bellũ aliquẽ capi & deuinci, quẽ idignũ est ex natura sua seruire: ergo seruitus ex lege non est iusta simpliciter, & in hoc sensu prima opinio & rationes inductę concludunt.

Licet

Licet autem nō ſit iuſta ſimpliciter, eſt tm̄ iuſta ſm̄ quid: qa lex id ſtatuit ad cōmodum humanę vitę. Eſt em̄ vtile & victis & victorib⁹. Victis q̄dem: qm̄ ſeruantur in vita à victoribus, vnde ſm̄ aliquos qui capiuntur in bello, dicūtur ſeruⁱ quaſi ſeruati, quia fortè fuiſſent occiſi. Victoribus autem: quia ex hoc fortius incitantur hoſtes ad pugnandum: & q̄ ſint fortes pugnatores expedit conſeruationi humanæ ad cohibendum aduerſariorum malitias. Iuſta eſt igitur ſm̄ quid, id eſt quantum fuit poſsibile poni à lege, p̄ meliori bono, non tamen eſt iuſtum ſimpliciter, nec ſecundum naturā q̄ quicunq; in bello vincuntur ſint victorum ſerui & ſubiecti, quoniam multoties accidit ſapientem & virtuoſum vinci ab inſipiente & malo: Iniuſtum eſt autem ſecundum naturam ſuperiorem & meliorem ſubiici inferiori & peiori.

Cur humana ſtatuit aliquos ſeruire aliis.

Tu tamen aduerte, q̄ ſi lex humana determinare potuiſſet, q̄ eſſent melioris mētis & excellentioris: illos vtpote ſequens naturam ſicut ars eam imitatur: dominos inſtituiſſet. Verum qa illud cognoſcere non potuit, quia non cadit ſub ſenſu, ſicut etiam diximus de pulchritudine animę, ideo accepit aliud ſignum à ſenſatis, ſ. victoriam, quę communiter iudicatur prouenire ab excellentia virtutis, quæ ſit in victore: licet ſignum hoc, multoties fallat vt diximus. Hac igitur de cauſa ſtatuit lex victos in bello fore vincentium ſeruos: & ſic eſt iuſtum ſecundum quid. Quòd quidem ſtatutum ſeruandum eſt etiam à viro p̄bo, & bonę mentis: qm̄ cum bonum cōmune ſit melius bono particulari, vt declaratū eſt in primo Ethicorum: nō eſt infringendum q̄d ſtatutū eſt p̄ bono cōmuni etiam q̄ eſſet in detrimentum priuatę perſonæ.

Patet igitur ex dictis quomodo & prima & ſecunda opinio poſſunt concordari, vt ſcilicet prima intelligatur de iuſto ſimpliciter, & ſecunda de iuſto ſecundum quid: & q̄d prima intelligenda ſit de iuſto ſimpliciter, q̄ ſcilicet nō eſt iuſtum ſimpliciter, id eſt ſecundum naturam, quòd omnes victi bello ſint victorum ſerui, patet duplici ſigno.

Primò quando nobiles & iugenui, q̄ deberent eſſe natura domini, capiuntur bello, non dicunt homines, q̄ illi ſint facti ſerui, ſed capti, vel detenti. Si autem capiuntur barbari, dicunt q̄ ſunt facti ſerui victorum: innuentes ex ſuo dicto, q̄ qui ſunt natura nobiles, nō poſſunt verè dici ſerui, etiam q̄ vincantur: qui autem ſunt natura ignobiles & depreſſæ mentis, cum ex natura habeant conditionem ſeruilem, non inconuenit eos dici factos ſeruos, quando vincuntur bello cum ſint ex natura ſerui.

Secundò dicunt homines virum nobilem & ingenuū nō ſolum domi ſed vbiq; terrarum eſſe liberum. Barbarum autem dicunt vbiq; extra domum eſſe ſeruum, quia ſ. habet naturam ſeruilem, domi vero eſſe liberum, nō natura: ſed quoniam forte non habet dominatorem, cui ſeruiat. Innuentes ex hoc dicto, q̄ libertas & nobilitas & ſeruitus & ignobilitas, determinantur virtute animę & excellentia mentis, vt ſcilicet virtuoſi & optimi ingenij ſint liberi & nobiles. Prauī autem ſint ſerui & ignobiles. Hinc putant hoſtes, q̄ ſicut ex beſtia generatur beſtia, ſicut homo ex homine: ſic generetur nobilis ex nobili: & bonⁿ ex bono: & hoc natura intēdit, licet vt inquit Ari. plerunq; non poſsit aut ex aduerſo ſiderum influxu, aut mala complexione, aut deprauata educatione, &c. Patet ergo ex communibus dictis hominum, q̄ opinio prima negans ſeruitutem introductam à lege eſſe iuſtam, intendit de iuſto ſimpliciter: & de ſeruitute ſecundum naturam: & in hoc bene dicit: ſecunda etiā bene dicit: intellecta de iuſto ſm̄ quid. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De principatus politici, & familiæ diſcrimine, & de dominorum, ac ſeruorum ſcientia num ea & quomodo dominum ac ſeruum conſtituat, declarat.

IN tertio capite inueſtigādū eſt, ſi regimen dominatiuum differt à regimine politico, vt appareat falſitas opinionis recitatę in primo tractatu, in ſcdo capite, quę negat differē tiam eſſentialem & ſpecificam inter domum & ciuitatē, & inter earum regimina: & hic tria agēda ſunt. Primò p̄batur q̄ principatus dominatiuus, q̄ dicitur deſpoticus: & œconomicus, qui dicitur domi diſpenſatiuus: & politicus qui dicitur ciuilis, differunt eſſentialiter. Secundò quia dicit p̄dicta opinio quòd principatus deſpoticus non eſt niſi ſcire dominari ſeruis, & ſeruitus nō eſt niſi ſeruire dominis: ideo probandum eſt, neutrum eorum eſſe ſcientiam. Tertiò licet neutrum eorum ſit ſcientia, tamen declarandum eſt quæ & qualis ſit ſcientia ſeruilis, & ſimiliter deſpotica.

Quantum ad primum ponuntur tres concluſiones, quarū prima eſt. Principatus deſpoticus nō eſt idem cum principatu politico: nam principatus accipiunt identitatem & diſtinctionē à ſubditis, ſicut & quęlibet actiones à ſuis obiectis: ſed ſubditus principatui deſpotico nō eſt idem cū ſubdito principatui politico. Ille em̄ eſt ſm̄ naturam ſeruus, vt declaratum eſt ſupra: & iſte eſt ſecundum naturam liber: ergo principatus politicus nō ſolum differt à deſpotico, ſed etiā eſt nobilior: qm̄ eius obiectum, ſ. homo ſecundum naturam liber, eſt nobilior homine ſecundum naturam ſeruo.

Principatus deſpoticus nō eſt idē quod principatus politicus.

Secunda concluſio eſt hęc, principatus deſpoticus non eſt idem cum principatu œconomico, id eſt diſpenſatiuo & prouiſiuo domus. Nam deſpoticus eſt tantum circa ſeruos. Oeconomicus autē eſt circa omnes, qui ſunt in domo quorum aliqui ſunt ſerui, aliqui liberi, vt vxor & filij. Nam qui habet curam diſpenſatiuam bonorum domus, curat & prouidet ſeruis ac liberis, vt decet: ergo, &c.

Principatus deſpoticus non eſt idē quod principatus familiæ.

Tertia cōcluſio eſt hęc: principatus œconomicus differt à politico. Nam in œconomico tantum vnus p̄ſidet, ab vno enim regitur omnis domus, qui eſt paterfamilias, vel cui ipſe committit vices ſuas. In politico autem plures principantur, qui à ciuitate eliguntur, vt dicemus in libro quarto: ergo non ſunt idem principatus œconomicus & politicus.

Familia principatus differt à politico.

Et aduerte cum dicit Ari. q̄ principatus œconomicⁱ eſt tantum vnius. Intēdit de optimo & ſupremo regimine domus. Nam, ſi contingat duos fratres regere domū, vel eſt tātum ad tempus: puta donec ſeipſos diuidunt, & ſtituūt diſtinctas domos: vel ſi durat lōgo tempore, non eſt regimen pacificum: quia ſubditi nō poſſunt duobⁱ dominatibⁱ æqualiter ſatisfacere. Dico & de ſupremo: qm̄ licet vir & vxor principent in domo œconomicè, id eſt diſpenſatiuè, tm̄ autoritatē accipit à viro p̄ tanto gradu, q̄ ſi vxor aſſumat ſibi totū regimē, eſt p̄uerſum, vt declarabimus in libro quarto.

Familia principatus quomodo ſit tantum vnius.

Quantum ad ſm̄ ponitur hęc concluſio, non dicitur quis dominus, qa habet ſcientiam dominandi: nec quis ſeruus, quia habet ſcientiam ſeruiendi & obediendi. Nam patet ex dictis ſupra, q̄ dominus ſecundum naturam eſt ille, qui eſt ſic diſpoſitus ſm̄ excellentiam animę, vt ſit aptus regere alios: vel qui à lege accipit poteſtatem dominandi, vt diximus de victore in bello. Seruus autem eſt ille ſecundū naturam, qui eſt depreſſæ mentis, & indiget regulari ex defectu rationis: vel qui inſtituto legis etiam q̄ eſſet nobilis a nimę, ſubiicitur alteri, vt captus in bello efficitur ſeruⁱ victoris. Nō ergo ex ſcientia dominandi, aut ſeruiendi efficitur qs dominus, aut ſeruus: aliter omnes docentes ſcientiam dominatiuam eſſent domini: quod eſt ridiculum.

Seruus non eſt qui ſcit ſeruire, nec dominus qui ſcit dominari.

Quantum ad tertium aduerte, q̄ vt inquit Ari. ſeruilis ſcientia eſt, in qua docentur aliq facere miniſteria ſeruilia, inter q̄ aliqua minⁱ ſunt ignobilia, & aliqua magis neceſſaria, magiſque vilia: & q̄ addiſcunt ac faciūt miniſteria magis vilia ſunt viliores ſerui, q̄ vero minⁱ vilia, ſunt ī cōparatione nobiliores ſerui. Nam, vt in p̄uerbio dicitur, Nō omnes ſerui ſunt æquales, ſicut nec omnes domini: & breuiter ſciētia ſeruilis eſt talis, qualem docebat quidam Siracuſis pretio conductus, q̄ pueros docebat ſeruitutē, id eſt opera ſeruilia: puta coquere cibos, conficere panē, curare equos, &c. Et qm̄ omnia ſimilia ſunt opera ſeruilia, aliqua magis, aliqua minus vilia: ideo omnes ſciētiæ verſantes circa talia dicuntur ſeruiles, ad quarū differentiā aliquæ dicūtur liberales, qa ī eis docent viri liberi & īgenui: & ſolēt dici & appellari artes liberales, vt grāmatica, rhetorica, muſica, &c.

Seruilis ac liberalis ſciētia qua ſit.

Scientia autē dominatiua eſt, qua aliqs ſcit bene vti ſeruis, vt ſint vtiles domui, & non eſt illa, qua aliquis ſcit bene acquirere & poſsidere ſeruos: hæc em̄ diſtinguitur veluti tertia à ſeruili & dominatiua: & eſt multiplex ſicut contingit multipliciter acquirere ſeruos: præcipui tm̄ modi, vt dicit Ariſt. ſunt duo ſ. p̄ bellū & p̄ venationē. Nā ſi quis didicit agere iuſtum bellū & vincat, victos acquirit iuſtè ex lege in ſeruos. Quòd ſi bellum didicit agere iniuſtum & doloſe illa acquiſitio eſt iniqua. Itē ſi qs didicit pitiā venandi feras puta, vrſum, leonem, acquiret eos in ſeruos: ita q̄ primus modus eſt reſpectu hominū, & ſecundⁱ reſpectu beſtiārū. Eſt igitur ſcientia dominatiua: qua quis ſcit bene vti, & nō bene acquirere ſeruos. Et ſi quæras, vtrū hæc ſcientia ſit habēda in parua extimatiōe, ſicut & ſeruilis, vel in magna. Reſpondet Ari. q̄ nō eſt multi pretij, nec venerationis. Nam cum conſiſtat in ſcire bene vti ſeruis, puta ſcire bene p̄ecipere, & vtiliter eos occupare: hoc nō eſt magnum nec glorioſum. Quoniam quæ ſcire oportet ſeruū ſibi operāda: ea dē debet dominus ſcire præcipere. Præterea, videmⁱ viros nobiles & ingenuos quantū poſſunt expedire ſe à cura &

Dominorū ſcientia cōſiſtit in ſcire bene vti ſeruis, & non in ſcire acquirere ſeruos.

regimine ſeruorum & eã alteri,puta curatori domus committere.Ipſi vero dedicãt ſe vitę & negociis ciuilibus,officiis honeſtis,aut philoſophię:ergo ſignũ eſt hanc ſcientiam dominatiuã & regitiuam ſeruorum non eſſe magni pretij, nec dignificare ſcientem.Hęc de preſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi Finis.

TRACTATVS TERTIVS
in primum librum Politicorum, capitibus quatuor diſtinctus.

¶ De poſſeſsione vniuerſali.

QVoniam in tract. p̃cedenti actũ eſt de parte domus, quę eſt in cõbinatione domini & ſerui, & diximus,q̃ ſeruus eſt poſſeſsio domini, ſicut & iumentum quia eſt ſimpliciter domini: & eſt in mera facultate domini & qm̃ ad conſeruationẽ domus non ſufficit poſsidere ſeruos & iumenta, ſed eſt neceſſe acquirere & poſsidere cibos neceſſarios vitę & pecunias vt cõmutent in neceſſariis, quę in domo non habẽtur: ideo ex quo ia incœpimus tractare de poſſeſsione & acquiſitiõe ſeruorũ bene ſe habet vt in hoc tract. p̃ſequamur de omni alia poſſeſsione neceſſaria in domo. Et aduerte,quòd Ari.per poſſeſsionem intendit artẽ & peritiã acquirendi neceſſaria vitę,& quo ad victum & quo ad veſtitũ. Hunc igitur tractatũ intitulabimus de vniuerſali poſſeſsione, id eſt de ſciẽtia,ſiue diſciplina acquirẽdi omnia neceſſaria vitę,p̃ domo cõſeruãda: & diſtinguemus ipſum in quatuor capita. Primo tractandũ eſt de ſciẽtia acq̃rendi & poſsidendi alimẽta.Sc̃do de ſcientia acquirẽdi pecunias, quã dicimus pecuniatiuã,ſiue pecuniariam.Tertio inueſtigabitur,ſi ſciẽtia acquiſitiua pecunię eſt finita vel infinita,laudabilis, vel vituperabilis & ſi eſt deſeruiens œconomicę,vel non.Quarto agendũ eſt de modis,qui ſunt in vſu acquirendi pecunias.

CAPVT I.
De ſcientia acquirendi vitæ, neceſſaria.

IN primo capite agendũ eſt de ſcientia acquirendi & poſſidẽdi alimẽta neceſſaria in domo & hic duo agẽda ſunt. Primo mouetur quæſtio,ſi ſciẽtia acq̃rẽdi neceſſaria in domo.ſiue ſint alimẽta,ſiue pecuniæ,eſt eadem cũ œconomica,id eſt cum arte gubernãdi domũ:vel ſi eſt pars eius, vel ſaltem miniſtra & deſeruiens ei.Secundo ſoluitur quæſtio.

Quantum ad primũ dubitatur q̃ũo ſe habeat ſcientia acquiſitiua & poſſeſsiua ad œconomicam & qm̃ certũ eſt, q̃ eſt neceſſaria œconomicæ,qm̃ impoſsibile eſſet œconomũ diſpẽſare bona in domo,niſi acquireret & poſsideret: ideo q̃ritur,q̃ũo ſe habeat ad œconomicã,vtrum ſit eadẽ omnino,vel pars eius vel deſeruiens illi.Non em̃ eſt idem eſſe partem & eſſe deſeruientem.Nam vna ars dicitur pars alterius artis,quæ facit partem eius:quod facit altera ars: vt ars gladiatoria eſt pars artis ferrariæ,quia gladius eſt vnũ ex his quæ fiunt per artem ferrariam. Ars autẽ deſeruiens eſt,quæ agit aliquid in miniſterium alterius artis,vt ars lateritia ſubminiſtrat ædificatorię. Sed aduerte q̃ ars deſeruiens eſt duplex,quædã eſt præparans inſtrumenta alteri, vt ars pectinaria deſeruit texcoriæ: parat em̃ pectẽ ad texendum,quædam eſt præparans materiam,vt ars fodiens & fundens æs,præparat materiam ſtatuariæ.Dubitatur igit̃,ſi diſciplina acquiſitiua bonorum domeſticorũ ſit eadẽ œconomicæ,vel pars ei⁹,vel ei deſeruiẽs vel omnino extranea.

Artem aliquam eſſe partem alterius,& alteri deſeruiẽtem non idẽ.

Num diſciplina bonorum domus ſit pars œconomicæ vel, ei deſeruiens vel extranea. Non eſt eadem ſcientia acquirẽdi bona familia,& ea diſpenſandi, & gubernandi.

Quantum ad ſecundum pro euidentia dubij propoſiti ponuntur duæ concluſiones.

Prima eſt:ſcientia acquiſitiua & poſſeſsiua bonorũ domeſticorũ,non eſt eadem cum œconomica.Nã ad poſſeſsitiam ſpectat acquirere & præparere bona diſpenſabilia in domo.Ad œconomicam ſpectat vti,id eſt diſpenſare acquiſita. Videmus autem & in aliis artibus, q̃ non eſt eadẽ ars factiua rei,& vtenſiua,niſi p̃ accidens.vt non eſt eadem ars factiua nauis,& gubernatoria.Cũ igitur ſint diſtincti act⁹, erunt diſtinctæ,artes.inſuper cõtingit quòd quis eſt bene acquiſitiuus,ſed malè diſpenſatiuus,& ecõuerſo,ergo cõſtat quòd non ſunt eadem ars neque eadem peritia.

Secunda eſt:ſciẽtia acquiſitiua eſt pars ſubminiſtratiua œconomicę:ſed antequam probetur cõcluſio diuidẽda eſt & ſubdiuidenda ſcientia acquiſitiua. & qualis ſit ea quæ eſt acquiſitiua alimenti,an naturalis,an finita.

Pro diuiſione igitur peritiæ poſſeſsionis & acquiſitiuę aduerte,q̃ primo diuiditur in acquiſitiuã ciborũ, & in acquiſitiuã pecuniarum,de acquiſitiua pecuniarum dicemus in capite ſequenti.

Acquiſitiua ciborũ diuiditur in multas ſpecies, ſicut & multę ſunt ciborũ diuerſicates,& modi viuendi & alimẽtãdi tam in animalibus q̃ in hominibus. nam in genere animalium quædam ſunt gregalia,quędam ſoliuaga,quędam ſunt comedẽtia alia animalia,vt leo,lupus,vulpes,canis: & hæc ſunt pugnantia & rapacia:& non viuunt in magna multitudine:qm̃ cum difficultate cibum inueniunt, ideo vnũquodque prouidet ſibi: quædam comedunt fructus & pabula, tã terreſtria q̃ volatilia & hęc gregaliter viuunt: quoniam de facili cibum inueniunt,& aliqua congragatiua ſunt, vt formicę & apes. Quædam comedunt & animalia & fructus & pabula:& pene de cunctis cibis: quædam comedentia carnes,non delectantur omnibus carnibus,ſed alia aliis, vt leo boue,lupus oue,vulpes gallina,canis lepore. Quoniam igitur in animalibus multi ſunt modi ſe alimẽtandi,multæ ſunt animalium vitę,& multi ſunt modi acquirendi cibos.

Varia ſunt conquirendi cibos & alimenta ſtudia pro varietate animalium.

Et quod dictum eſt de animalibus, ſcilicet quòd in eis multi ſunt modi acquirendi cibos, eodem modo videmus in hominibus.& vt reducamus hos modos ad aliquam,ſummam aduerte,quòd vt in pluribus inuenimus in hominibus tres modos viuendi & procurandi ſibi alimenta.

Primo aliqui procurant ſibi alimenta ſine labore, & ſine prẽda,vt homines pigerrimi: hi ſunt qui paſtoralem vitam ſequuntur. Nam cibum capiunt ab animalibus manſuetis, puta lac & caſeum ab ouibus, quas velut ociosi cuſtodiũt. Parumq̃ laborant,niſi pro quanto neceſſe eſt oues mutare loca pro diuerſo tempore,vt paſcua congrua habeant modo in planicie,modo in monte:& tunc tranſeunt & ipſi cum gregibus,quos colunt & curant velut agrum ſe mouẽtem.

Triplicẽter homines procurant ſibi alimenta.

Sc̃do aliqui acquirunt ſibi cibum ex prẽda,quam acquirunt,vel ex hominibus,quos depredãtur,vt fures,aggreſſores,deuaſtantes loca,piratę,vel ex aq̃s,vt piſcatores vel ex agris & onerib⁹,vt venatores:omnes iſti viuunt ex prœda.

Tertio aliqui acquirunt ſibi cibum ex honeſto labore & ſudore,vt q̃ excolunt terram,ex qua percipiũt fructum, & maxima pars hominum ſic viuit & acquirit cibum. Viuunt enim pro maiori parte homines ex fructibus non ſylueſtribus, quos percipiunt ex cultura terræ & ſerendo arbores. Iſti igitur ſunt tres cõmuniores modi viuẽdi & acquirendi cibos in hominibus,licet aliqui ſint minus cõmunes,de quibus dicemus infra,vt per negociationem, & per cõmutationem,& per commercia.ſed aduerte, quoniam hominũ vita multis indiget,& non in ſolo pane,nec ſolis fructibus terrę viuit homo,ideo multi admiſcent ſimul & exercent plures modos acquirendi cibos.Vt aliqui exercent ſimul vitam vẽnatiuam & agrorum cultiuam,aliqui alias, vt eligunt:& expediens iudicant. Patet igitur qui ſint modi communiores peritiæ poſſeſsiuæ & acquiſitiuæ humani cibi.

Poſtquã vidimus cõmuniores modos acquirendi cibũ humanũ cõſiderandũ eſt qualis ſit hęc acquiſitio an naturalis, an finita.Tu igitur aduerte ex intentione Ari.quod eſt naturalis,id eſt prouiſa homini à natura,& eſt finita.Quod ſit naturalis,declaratur ſic.Natura prouidet nõ ſolũ homini, ſed & omni animali deſconuenienti alimento in prima generatione:ergo poſtquã generatio perfecta eſt, & permanent in eſſe.Cõſequentia patet:quoniã vt inquit Ari.natura nihil imperfectum facit quantũ ſit ex ſe & nõ facit aliquid fruſtra. Sed imperfecta faceret animalia & hominẽ,& fruſtra,ſi ſolum prouideret eis in prima generatione de cõuenienti alimento,deinde genita deſereret.Non enim ad perfectionem ſuam deuenirent,ſed ſtatim orta deficerent, quoniã ſine alimento nullũ animal ſeruatur.Antecedens autẽ patet in animalibus,& in homine.Nam animaliũ quędam ſunt ouantia, & hęc cũ fœtibus tantum de alimento p̃ducũt,quantũ ſufficit ad nutriendũ animal,quod generatur ex ouo,quandiu ex ouo nõ egreditur:hoc videmus in gallina, quę in ouo p̃ducit album & rubrum:ex albo cum ſemine galli generatur pullus, ex rubro nutritur, donec natus fuerit.Idem imaginandum eſt in quolibet animali ouãte ,pportionaliter.Quædam autẽ animalia pariunt animal perfectũ, vt equæ,canes, aſinę,&c.Et hęc in ſeipſis generant conueniens alimentum pro nutriendo genito,donec potens ſit vti ſolidiori cibo,& tale nutrimentum eſt lac:& in numero animaliũ perfectorũ ponitur homo, & ſicut prouidet natura animalibus perfectis de lacte in prima ætate,quę dicitur ætas primę generationis ſic videmus q̃ prouidet homini.Si autem prouidet p̃ prima generatione, conſequente eſt, vt prouideat homini toto tempore ſequenti, ne imperfectus remaneat. Ideo exiſtimare debemus naturam feciſſe plantas & vegetabilia

Peritia,quo homines ſibi cibos parant eſt naturalis, & finita, quãuis poſſit eſſe iniuſta.

Ouum cõ ex albo & rubro eſt.

lia ꝓpter animalia. Animalia autem ꝓpter hominem, vt mã-
ſueta propter cibum & alia commoda: fera autem & ſi non
omnia, plurima tamen propter cibum & veſtes, & alia mul-
ta deſeruientia humanę vitę. Quòd ſi natura hęc fecit pro-
pter hominem: ergo acquiſitio talium eſt naturalis. Nam qñ
quis acquirit id, quod natura propter ipſum fecit, eſt acqui
ſitio ſm intentionem naturæ, ex conſequenti naturalis: ergo
poſſeſſiua, qua acquiruntur neceſſaria vitę humanæ, eſt ho-
mini naturalis, q̃ diuiditur in poſſeſſiuam ꝑdatiuam, qua ac
quiruntur animalia & etiam homines in ſeruos: vt bellum,
quod contra barbaros committitur, cum nolint ſponte inge
nuis ſubijci. Et in agricultiuam qua acquirit homo alimen-
tum ex vegetabilib. vt frumentum, vinum, oleum, fructus.
Patet igitur qũo eſt naturalis: licet poſsit fieri modo iniuſto
puta rapina, dolo, furto, qui ſunt modi iniuſti vt declaratũ
eſt in quinto libro Ethicorum.

Diuitiarum duo ſunt genera: pecunia, & res.

Quòd autem hęc concluſio ſit finita, id eſt habeat aliquẽ
terminum, in quo eſt ſtatus pro indigẽtia humanæ vitæ de-
claratur pręponendo diſtinctionem hanc. Diuitiæ humanæ
ſunt duplices, quædã ſunt aggregatę ex pecunijs & theſau-
ris, quædã ex rebus neceſſarijs & ſufficientib. indigentiæ hu
manę, vt q̃ poſsidentur in animalib. in agris, in terræ naſcen
tibus. Primæ quidem ſunt infinitæ, eo ꝙ non ſatiatur homi-
nis appetitus in cumulandis theſauris: vnde Solon in carmi-
nibus ſuis dixit, Diuitiarum nullus finis, conſtitutus eſt ho-
minib. & de infinitate harum diuitiarũ loquemur in capite
tertio, huius tractatus. Quòd aũt ſecundæ ſint finitę, arguit
ſic. Nullius artis inſtrumẽtum eſt infinitum in magnitudine,
neque in multitudine, aliter nunquã perficeret actus artis,
vt patet ſi ars fabrilis deberet fabricare gladium per infini-
tos malleos, ſed diuitię acquiſitæ ex neceſſarijs vitæ, vt ex
animalibus & ex terrę naſcentib. ſunt inſtra artis œconomi
cæ & etiam politicæ. Vtuntur enim eis ad conſeruationem
domus & ciuitatis: ergo non ſunt infinitæ: ſed habent termi
num, in quo ſufficiunt iuxta qualitatem & quantitatem do-
mus, ac ciuitatis conſeruandæ: & quoniam finitæ ſunt, ideo
ſunt veræ diuitię: qm̃ vt inquit Ari. in tanto termino & men
ſura tollunt indigentiam, & ſufficiunt habenti eas.

Scientia acquiſitiua et poſſeſſiua alimentorũ nõ ſit adminiſtratiua œconomica.

Poſita diuiſione, & manifeſta qualitate artis poſſeſſiuæ &
acquiſitiuæ alimentorum, ꝓbanda eſt concluſio ſecunda ſu
pra poſita, quę fuit hæc, ſcientia acquiſitiua, ſ. bonorum: q̃-
bus indiget humana vita, eſt pars miniſtratiua œconomi-
cę & etiam politicę: probatur. Oportet ad actũ œconomi-
ci, cuius eſt gubernare domum, & ad actum politici, cuius
eſt gubernare ciuitatem, acquirere res illas, quæ cõgregan
tur ad neceſsitatem vitæ. vt declarauimus ſupra, & ad vtili
tatem tam dom' q̃ ciuitatis: ergo ſcientia acquiſitiua taliũ
bonorum eſt pars miniſtratiua œconomicę & politicę. An-
tecedẽs & conſequentia patent ex ſupra declaratis, qm̃ cõ
ſtat ꝙ ſine acquiſitione talium bonorum nõ poteſt cõſerua
ri, nec gubernari domus, nec ciuitas. Sicut ergo ars frę-
factiua eſt miniſtratiua equeſtri & militari, qa ſine frẽno
regulari non poſſunt equi: ſic peritia acquirendi alimenta
humana, ſiue ex terra, ſiue ex aqs, ſiue ex captura animaliũ
comeſtibiliũ eſt miniſtratiua œconomicæ & politicę. Hinc
declaratur ſapientia & prudentia patrisfamiliâs & prin-
cipis, dum ſic prouident, ꝙ nullo tempore neceſſaria ſuis
ſubditis deficiunt. Hęc de primo capite dicta ſint.

Principis ac patris familias prudentia.

CAPVT II

De peritia acquiſitiua pecuniarum.

IN ſecundo capite agendum eſt de peritia acquiſitiua pe-
cunię, quã appellare poſſumus pecuniatiuã, de qua dicit
Ariſt. ꝙ propter ipſam multis videtur nullũ eſſe finẽ acqui
rendi diuitias, qm̃ nullus eſt finis acquirendi pecunias. &
hanc ſcientiã acquiſitiuam pecuniæ extimant eſſe eandẽ cũ
acquiſitiua alimentorũ de qua actũ eſt in cap. ꝓcedent. Sed
in hoc bene dicunt. probatũ eſt em̃ in cap. ꝓcedenti acq
ſitiuã alimentorũ, quę ſunt vitę neceſſaria, eſſe finitã & na-
turalẽ: hęc aũt eſt infinita, vt manifeſtabitur in cap. ſequen-
ti: & non eſt naturalis, qm̃ denarius ſiue numus non eſt in
uent', nec productus à natura, ſed peritia & ingenio huma
no. Tu tñ aduerte ꝙ licet non ſit eadẽ cum acquiſitiua ci-
borũ, eſt tñ illi propinqua: qm̃ poſtquã quis pecũiã acqui
ſiuit, poteſt ex ea acquirere aliméta ꝑ cõmutationem, quę
dicitur emptio. De hac igitur pecuniatiua duo principaliter conſideranda ſunt. Primo ponetur diſtinctio ſua. Secũ-
do tractabimus de vtroque membro diſtinctionis.

Non eſt eadem peritia acquirendi pecunias, & alimẽta, eſt tamen illi propinqua.

Peritia acquirendi diuitias.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ peritia acquiſitiua pecu
niæ eſt duplex quædam eſt vt pecunia acquiſita commute-
tur in alias res neceſſarias per emptionẽ. Quędã aũt eſt vt
commutetur in aliam pecuniam, ita ꝙ fiat lucrum & aug-
mentũ pecuniæ ex pecunia, vt fit via cambij & fœnoris. Pri-
ma dicitur pecuniatiua commutatiua in neceſſaria vitæ. Se
cũda dr̃ pecuniatiua numularia, quam exercent campſores
& fœnerantes. Poteſt enim fieri iuſtè per viam cambij, & in
iniuſtè per vſuram, vt declarabimus infra.

Pecunias duplices, commutatiua & numularia.

Quantum ad fm agendum eſt primo de pecuniatiua cõ-
mutatiua in neceſſaria vitæ, deinde de numularia. De com-
mutatiua quidem duo notanda ſunt. Primo quomodo fuit
introducta commutatio rei in rem. Secundo quomodo fuit
introducta commutatio pecuniæ in res, & econuerſo.

Currei in rẽ & quarõne fuerit inſtituta commutatio.

Tu igitur aduerte, ꝙ ab initio, vt inquit Ari. incœperunt
homines res naturales, puta naſcentia ex terra & animalia,
in alias permutare, eo ꝙ alij plura quàm indigerent, alij ve-
ro minus habebãt: & ſic ꝑmutabant adinuicẽ: puta qui mul
tum fruméti habebat & parum vini cõmutabat cum eo qui
parum frumenti & multum vini habebat, fiebatque hmõi ꝑ-
mutatio quouſq; quilibet haberet quantum ſibi ſufficiens
erat: & hic modus permutãdi adhuc ſeruatur, vt inquit Ari.
apud multas nationes barbaras, q̃ non habent vſum pecunię
& ſic manifeſtum eſt, ꝙ hæc permutatio eſt naturalis: quia
eſt de rebus adminiſtratis à natura, & eſt in ſupplementum
humanæ indigentiæ: q̃ autem fit per numos non eſt natura-
lis, quia numus non eſt ꝑductus à natura, ſed ingenio homi
num. Hæc igitur fuit introductio commutationis rei in rẽ.

Numerum inſtitutio.

Proceſſu vero temporis, cum cœpiſſent homines ciuita-
tes ędificare, & regiones abinuicem plurimum diſtãtes in-
habitare, & in vna aliquarum rerum abundãtia, puta aroma
tum, aliquarum autem rerum priuatio puta frumenti inue-
nirentur, in alia autem oppoſito modo, deſiderãtes hoíes di
uerſarum ciuitatum ac regionum in bonis oĩbus naturalib'
opportunis humanæ vitæ cõicare, & aduertentes difficulta
tem tranſportandi & cõmutandi res in res ꝑpter earum ma
gnitudinem, ingeniarunt inuenire qd paruum in quantitate
& magnũ in valore, de facili deferendũ ęquialenter cõmu
tandum in res magnæ quãtitatis: & hic eſt numus, per quem
ſubſequuta eſt cõmutatio pecuniatiua in res neceſſarias hu
mano vſui, & vt dicem' infra hæc deſeruit œconomicæ. Nõ
autem numularia vt numularia eſt: ſicut declarabimus.

Sed aduerte, vt inquit Ari. homines ingeniantes cõmuta-
tionem pecuniatiuam, non ſtatim inuenerunt numum eo ſi-
gno, quo nunc fit, ſed hoc ordine proceſſerunt primo excogitarũt deportare metalla, puta æs, & argentũ in tanto pon
dere, & tanta quantitate: qm̃ de facili deportari pñt: ſuntq;
pretioſa ꝓpter eorum raritatem ita ꝙ parum de his æquiua
let multo alterius rei: & ſic contentabant ſolo pondere me-
talli ſicut & quædam gentes vtuntur tanto argento, aut au-
ro in maſſa & nõ monetato neque figurato. Poſtea vero de-
ſiderantes homines liberari à neceſsitate menſurandi & põ
derandi metallũ inuenerunt & impreſſerunt ſigna, ſiue cha-
racteres, aut imagines, aut ſuperſcriptiones, ad demonſtran
dum metallum eſſe tantę quantitatis: & ſic denique inuenti
ſunt numi argentei & aurei: qui nunc ſunt in vſu ali commu
tatione in res neceſſarias humanæ vitę. Patet igit quando &
ad quid inuenta eſt pecuniatiua permutatiua in neceſſaria
vitę humanæ.

Nunc ſupeſt loqui de pecuniatiua numularia. & primo
qũo incœpit: ſcdo ad quid tãdem ordinata eſt, & circa quid
verſat': tertio mouendum eſt quoddã dubiũ & reſoluendũ.

Numulariæ quomodo incœpit.

Pro primo aduerte, ꝙ vt inquit Ari. poſtquã repert' fuit
numus ex neceſſaria permutatione rerum, vt ſupra diximus,
alia ſpecies pecuniatiuæ inuenta eſt, qua non ꝑmutatur pri
ma intentione numus in res, ſed numi in numos, & dr̃ numu
laria qua vtutur cãpſores. & vt dicit Ariſ. forte in principio
introducta fuit ſimpliciter, & quaſi incõſiderate, velut à ca-
ſu: puta ꝙ ex aliqua regione aliqui deportauerunt numos,
quos pro maiori pretio expenderunt in alia, & ſic numus ac
quiſiuit numum: puta ſcutum gallicum quod ſit valoris in
Francia centum ſolidorum, ſi expenderetur in Italia pro
centum & viginti, centum acquirerent viginti.

Numularia ars & numerum lucratiua ad quid deuenit.

Pro ſecundo aduerte, ꝙ illud, quod à principio forte in-
conſiderate actum eſt, ꝓceſſu temporis factum eſt artificio-
ſum, & data opera: eo ꝙ conſiderare incœperunt homines,
qũo in diuerſis regionibus numi habent diuerſa pretia, ex
conſequenti poſſunt multũ lucrari tranſmiſsione & correſ-
pondentia numorum in diuerſis regionibus. Propter quod,
vt inquit Ari. vr̃ numularia ars maximè verſari circa acqui-
ſitionem & quæſtum pecuniarum & op' proprium numula
riorum eſt poſſe intelligere, vñ & quibus modis poſsit ſibi
ꝓuenire multitudo pecuniarũ. Ordinata eſt enim ad hunc

finem vt sit effectiua & cumulatiua numorum & diuitiarũ. Patet igitur quomodo fuit introducta & ad quid deuenit.

Num pecunia & diuitiæ idẽ sint.

Pro tertio aduerte, qm̃ dictum est artem numulariam esse effectiuã numorum & diuitiarum, forte dubitabit aliqs, si pecuniæ & diuitiæ omnino sint idem, ita ꝙ diuitiæ non sint aliud quàm pecuniæ, & qui pecunias non habet diuitias nullas habet: & quidem nonnullis vr̃ ꝙ sint omnino idem, eo ꝙ homines plerunque opinantur diuitias non aliud esse quàm multas pecunias sumentes argumentum, ꝙ qui vult cito & multum ditari exercet numulariam artem ordinatã ad multiplicãdas pecunias. Si ergo ditari est multiplicare pecunias sequitur diuitias & pecunias esse idem. Sed hęc opinio reprobatur à multis & sapientib. dicunt em̃ stultitiam esse nõ extimare res naturales, puta frumentum & alia non esse diuitias, & tantũ nummos inuentos & introductos à lege esse diuitias, & ꝙ hoc sit stultum ꝓbatur sic. Non sunt veræ diuitiæ, quæ transmutata hominum dispositione, nullam afferũt dignitatem, nec succurrunt indigentiæ humanæ vitæ, sed tales sunt pecuniæ. Nam si rex aut cõitas mutent ꝓpositum, & velint tales pecunias non amplius valere, nihil proderunt habenti: ergo stultum est dicere diuitias non aliud esse quã multas pecunias.

Prętera, stultum est dicere illum esse diuitem, qui cibo indiget & fame perit: sed contingere potest aliquem habere maximas pecunias, & indigere cibo: puta tempore maximę penuriæ, & perire inedia, vt de Mida traditur in fabulis, cui ꝓpter insatiabile auri desiderium, quicquid apponebat vertebatur in aurum. Non ergo pecuniæ sunt veræ diuitiæ, & ꝓ rei veritate hæc opinio est magis vera, qm̃ verę diuitię extimandæ sunt res naturales ꝓ alimento ꝓductæ, quibus habitis, nullo alio medio succurritur humanę indigentię: & acquisitio earum spectat ad œconomicam. Pecuniæ aũt nisi commutentur in res necessarias vitæ non possunt dici veræ diuitiæ, quia ꝑ seipsas nõ habent rõnem alimenti, & qm̃ ars numularia non intendit principaliter acquirere pecunias nisi vt multiplicentur pecuniæ: ideo verius dr̃ effectiua pecuniarum quàm diuitiarum. Et sic patet, ꝙ ditiores extimandi sunt abundantes rebus naturalib. necessarijs vitæ, quàm abundantes pecunijs. Isti nanque possunt cibo egere: sed non illi. Hæc de secundo capite dicta sint.

Ditiores sunt rebus naturalibus necessarijs vitæ abundantes quam pecunijs.

CAPVT III.

De scientia acquisitiua pecuniarum, num finita, vel infinita, num laudabilis, vel illaudabilis, & qũo deseruiat, vel quomodo œconomicæ.

IN tertio capite inuestigandum est si pecuniatiua est infinita, & si est laudabilis, & hic quatuor agenda sunt. Primò declarabitur quomodo pecuniatiua numularia est infinita, pecuniatiua autem cõmutatiua in necessaria vitę est finita. Secundo quomodo deseruit œconomicæ & politicę. Tertiò quomodo est laudabilis & quomodo nõ. Quarto soluentur duo dubia.

Pecuniarum studium, & numularia ars est infinita, non autẽ pecuniarum cõmutatiua.

Quantum ad primum ponitur hæc conclusio, pecuniatiua numularia est infinita, commutatiua autem in necessaria vitæ est finita. Prima pars sic ꝓbatur, desiderium finis ĩ qualibet arte est in infinitum, sicut patet in medicinali. Desiderat em̃ medicus sanare infirmum tantum quantum potest, & si posset eum sanare sine mensura, & facere eam inalterabilem in perpetuum id faceret: qm̃ sanitas quãto maior est, tãto est melior & magis desiderata. & qui desiderat addiscere scientiam desiderat eam in infinitum: sed pecuniarum cumulatio est finis principaliter intentus, vt diximus supra in pecuniatiua numularia: ergo est infinita ꝓ quanto numularia sine termino & mensura desiderat ex pecunia pecunias acquirere. vnde verificatur illud, crescit amor numi quantum pecunia crescit. Secunda autem pars sic probatur: desiderium eius quod est ad finem non est ad infinitum, sed habet terminum sicut exigit finis: vt in medicinali, medicus nõ desiderat exhibere infirmo tantam medicinam quantam potest, sed in tali pondere & mẽsura, vt expedit infirmo, & nõ vltra. Sed pecuniatiua commutatiua in necessaria vitæ est ordinata vt medium ad finem, id est, vt per ipsam prouideatur domui & ciuitati de necessarijs vitæ: ergo non est infinita, pro quanto dispẽsator domus prudens & discretus contentatur tantam habere pecuniam, quantam sufficiat per emptionem prouidere domui, vt bene gubernetur & pacifice conseruetur. Quare autem dixerim, dispensator prudẽs & discretus, declarabitur in primo dubio: in vltima parte huius capitis.

Crescit amor numi quantum pecunia crescit.

Quantum ad ꝫm ponitur hæc conclusio, pecuniatiua cõmutatiua maximè deseruit œconomicæ & politicæ. Non autem numularia, vt numularia est. Prima pars probatur, pecuniatiua commutatiua est necessaria œconomicę & politicæ, quoniam oportet in domo & ciuitate existere pecunias, vt prouideatur de necessarijs vitę, quando dispensator aut gubernator ciuitatis non habet in regione, aut in domo fructum terrę aut animalium: quibus sustentẽtur habitatores: ergo maximè deseruit. & aduerte, ꝙ vt dicit Ari. non solum pecuniatiua commutatiua deseruit œconomicæ & politicę, sed etiam natura & prius. Nam oportet in domo & in ciuitate esse homines & necessaria vitę, id est, alimenta: cõstat autem ꝙ pecuniatiua non ꝓducit homines nec alimenta: sed natura, per pecuniatiuam autem prouidetur de alimẽtis: ergo etiam natura prius & deinde pecuniatiua commutatiua deseruiunt domui & ciuitati: sicut & arti textoriæ deseruit natura quæ lanam ꝓducit, & ars mercantiua, quæ lanam acquirit. Secunda autem pars probatur: cumulare pecunias, & non commutare in necessaria vitæ, non confert habitatoribus domus & ciuitatis. Non enim nutriuntur pecunia, sed fructibus terræ & animalium: sed numularia vt numularia intendit cumulare pecunias, & non vt commutet in necessaria vitæ, aliter non esset formaliter numularia, nec distingueretur à pecuniatiua commutatiua: ergo non deseruit, sed potius nocet œconomicæ & politicæ: qm̃ numularius raptus auaritia, non sufficienter prouidet domui nec sibiipsi. Vñ diximus in quarto lib. Ethicorum ꝙ nec sibi, nec alijs prodest. Prodigus autem sibi nocet, & alijs prodest.

Quantũ ad tertium præponitur hæc distinctio, pecuniatiua est duplex, s. œconomica, & numularia: œconomica acquirit pecunias ex rebus naturalibus, puta commutando fructus terræ, aut animalia in pecunias & iterum pecunias in necessaria vitę pro victu & vestitu. Numularia acquirit pecunias ex pecunijs, ponens finẽ in cumulatione pecuniarũ, ita ꝙ acquirit pecunias ꝓpter seipsas, & hæc est duplex, s. industriosa siue ingeniosa, & fœneratoria, quam vocamus vsurariam. Ingeniosam exercent campsores via cambij, aut deferendo pecunias, vbi sunt maiores: fœneratoriam exercent mutuantes, & mutuo vltra sortem pecuniam accipientes, ex hac distinctione ponuntur tres conclusiones.

Numularia duplex ingeniosa, & fœneratoria.

Prima est, pecuniatiua œconomica est laudabilis. Nam trahitur ex rebus naturalibus, vt ex venditione fructuum terræ, aut animalium, & ordinatur ad conseruationem domus, aut ciuitatis: ergo merito laudatur.

Secũda est numularia industriosa nõ est laudabilis: quoniam hæc non est secundum naturam, sed potius humana concupiscentia inuenta, nec trahitur ex rebus naturalibus. s. ex fructibus terræ, aut animalibus venditis: nec ordinatur ad supplendam necessitatem naturæ, sed ad insatiabilem pœcuniæ cumulationem: ideo non laudatur, sed merito vituperatur.

Pecuniatiua œconomicæ est laudabilis.

Tertia est, fœneratoria rationabiliſsimè vituperatur & etiam odio habetur. nam fœnerator intendit ꝙ numus augeat seipsum ex seipso: quasi ꝙ habeat in seipso virtutem generatiuam & fructificatiuam, sicut terra & arbores & animalia fructificant, & multiplicant: ideo hoc lucrum appellatur fœnus, quasi quidã fœtus denarij, ac si dẽarius denarium pareret. & seipsum multiplicaret: sed hoc lucrũ est contra naturam, qm̃ secundum naturam est ꝙ denarius acquiratur ex rebus naturalibus, aut ingenio aut artificio, aut labore: & non ꝙ denarius fiat ex denario. vnde sicut est cõtra naturam, sterilem parere, sic est contra naturam nummũ facere nummũ, & ideo merito fœneratoria nequitia habetur odio, vt quoddam monstruosum & apud omnes viuentes secundum rationem reprobatur.

Numularia ex industria non est laudabilis.

Numularia fœneratoria maximè odibilis ẽ, & contra naturam.

Quantum ad quartũ aduerte, ꝙ circa prædicta insurgũt duo dubia. Primum est circa conclusionem, in qua dictum est, quòd pecuniatiua commutatiua in necessaria vitæ, & quæ deseruit œconomicę est finita: contra hoc insurgit dubium, quoniam, vt inquit Arist. videmus contrarium: nam œconomi studentaugere denarios in infinitum volentes eos habere pro necessarijs ad vsum vitæ, & nunquam dicunt sufficit: ergo, &c.

Ad hoc dubium respondens Arist intẽdit quòd studium angendi pecunias in infinitum, non conuenit œconomoinquantum œconomus est: quoniam vt œconomus contentari debet sufficienti quantitate pecuniæ iuxta qualitatẽ domus cui prouidet. Quod autem stndeat augere eam in infinitum id prouenit ex triplici abusione', quæ solet in dispensatoribus domorum inueniri.

Quod studium pecuniarum conueniat œconomo.

Prima

Abusiones tres in domo cum dispensationis.

Prima est,quia homines ꝑ maiori parte volunt ad libitū & sm concupiscētias viuere,& non bene ac virtuosè.Si em viuerent sm virtutem,contenti essent his,quæ sufficiunt ad sustentationem vitæ.Verum,quia viuunt iuxta desideria sua & desideria tendunt in infinitum:ideo studentes habere pecunias in infinitū,vt satisfaciant infinitis concupiscentijs suis. Et aduerte,ꝙ aliqui solent dicere,se velle quęrere pecunias in infinitum,non vt viuant simpliciter, sed vt bene viuant: quasi se excusantes,ꝙ sit officium viri ꝓbi bene viuere, sed interrogati quid sit bñ viuere,respondent,ꝙ est bene & honoratè & delectabiliter se nutrire, & in hoc se decipiunt. Nam bene viuere,est moraliter viuere & virtuosè,& nó bene se pascere.Hoc enim commune est homini & bruto.Non ergo rationabiliter se excusant.

Secunda abusio est,ꝙ dispẽsatores domorum, postquam incœperint acquirere pecunias ꝓ gubernatione & ꝓuisione domus:paulatim attracti amore pecuniæ trãseunt ad numulariam,id est desiderant cumulare pecunias ea intẽtione, qua numularius,s.ꝓpter seipsas:& non principaliter ꝓ prouisione domus:quia igitur pecuniatiuæ œconomicæ cõiungunt intentionaliter numulariam,quam diximus esse in infinitum:ideo non est mirum,si studeant augere pecuniã in infinitum.

Tertia abusio est,qm̃ homines interdum non possunt ex peritia acquirendi pecuniam, tantam acquirere ꝙ satisfaciant concupiscentijs suis, quęrunt diuersis modis & alijs vijs acquirere,abutentes aliqua potentia vel arte, vel officio & ordinantes ad alium finem quàm sint sm naturam ordinata.Sicut si fortis ordinet fortitudiné non ad aggrediendum & sustinendum pericula,quod est eius proprium opus, vt declaratum est in tertio lib.Ethicorum, sed vt congreget diuitias,abutitur fortitudine:& si miles pugnat non propter victoriam,sed ꝓpter rapiendas pecunias,abutitur arte militari,& si medicus exercet artem suam, non principaliter vt sanet,sed vt congreget pecunias,abutitur arte sua:& qm̃ tales abusus tendunt in infinitum,ideo non solum numularij, sed & dispensatores domorum,& alij exercentes varia officia,quærunt pecunias in infinitum.

Dubium secundum insurget circa illud,quod dictū est s. quòd pecuniatiua commutatiua est necessaria œconomicę: ideo œconomus habet cõsiderare circa eam,quæritur igit̃: si ars medicinalis deseruit œconomicæ:& si œconomus habet de ea considerare sicut de pecuniatiua cõmutatiua.

Ad hoc respondet Aristo.ꝙ sic:sed alio modo q̃ medic⁹: nam paterfamilâs habet considerare de arte medicinali vtendo & exequendo cõsilium medici ꝓ salute subditi infirmantis,& nó aliter.Medicus autem habet considerare remedia secundum artem suam,quibus sanetur infirmus. Sic etiam se debet habere paterfamiliâs siue dispensator circa pecunias .Nam ei⁹ est vti pecunia acquisita.Artis autem lucratiuę subseruienti œconomicæ est eam acquirere .Hæc de tertio capite dicta sint.

CAPVT IIII.

De variis acquirendi pecunias modis.

IN quarto capite declarandum est quot sint modi vsitati inter homines,quibus pót acquiri pecunia.Nam quæ hactenus dixim⁹ de peritia pecuniatiua,magis sunt dicta ꝑ speculatiuè,q̃ practicè.nec sufficiunt præsenti ꝓposito: qm̃ necesse est vt homo habeat ĩ particulari experientiam de modis lucrandi,vt possit pecuniam acquirere.Hic igitur duo agenda sunt.Primo ponentur duæ distinctiones de peritia pecuniatiua,ex quibus cognoscentur generales modi acquirendi pecunias.Secundo ponentur exempla & documẽta notanda ab his,qui appetunt pecunias acquirere.

Peritia acquirendi pecunias duplex: quædã necessaria, quædam nõ necessaria

Quantum ad primum sit hæc prima distinctio.Peritia acquirendi pecunias est duplex,quædã necessaria vitæ humanæ,quædam non necessaria.Illa est necessaria,per quam homo pecunias acquirit ex rebus productis à natura ad necessitatẽ vitæ,vt ex tritico,ex vino,ex animalibus,vt equis, ouib⁹,bobus.Illa non est necessaria , ꝑ quam nõ acquiritur pecunia ex rebus ꝑdictis,sed aliis modis inuentis ingenio humano,vt mercatura, nauigatione,fœnore,mercede , arte,&c.Et hanc Aristo. appellat peritiam pecuniatiuam per translationem:quia translata est à rebus naturalibus , per quas acquiruntur pecunię per vẽditionem ad vias prędictas,quę non sunt naturales,sed humano ingenio inuentę.

Secunda distinctio est hęc,peritię pecuniatiuę necessariæ duæ sunt partes generales:& non necessariæ, quæ est ꝑ translationem quatuor sunt partes generales.

Prima pars necessariæ est per emptionem & venditionẽ Nam ex eo ꝙ commutantur res naturales,puta triticum & vinum in pecuniam acquiritur pecunia: & hęc patet quotidiano vsu:secũda est per culturã terrę nudę, vt sunt prata & agri,aut plantatæ,vt vineę,& olueta:& per culturã siue curam animalium terrestrium,vt boum & ouium: & aquatilium,vt piscium & volatilium,vt anserum & anatum. Nam ex eo ꝙ homo terram colit,fructus terræ percipit, ex quorum venditione pecuniam acquirit:& ex eo ꝙ animalia prę dicta curat,illa multiplicat: & per venditionem pecuniam acquirit. Et illæ sunt primæ ac proprijssimæ partes peritiæ pecuniatiuæ , quia ex rebus naturalibus per commutationem incœperunt homines primo acquirere pecuniam,& vt diximus supra,vt posset rerum naturalium adinuicem fieri commutatio inuenta & instituta fuit pecunia.

De emptiõe & venditione.

Mercatura tres sunt partes: nauigatio,vectio & negotiatio.

Prima pars peritiæ pecuniatiuę,per translationem & prę cipua est mercatura.Mercatores em̃ miro mõ pecunias acq runt.Et huius mercaturæ tres sunt partes magis famosæ.Prima est nauigatio,qua ꝑ mare merces cõducuntur. Secunda est deuectio,qua in terra deportantur merces aut curribus, aut iumentis.Tertia est negociatio,qua nec mari, nec terra mercator perducit merces,sed sistens in ciuitate cum mercatoribus cõicationem habet,em̃s ab eis merces deductas & in ciuitate vendens & iterum emens,& iterum vendens: & hoc est negociari,ꝙ vulgo dicitur trafigare:& partes prędictæ in hoc etiam differunt,ꝙ quædam earum est securior sed minus lucrosa:vt deuectio & negociatio: quædam autẽ magis lucrosa,sed minus tuta,vt nauigatio.

Secunda pars principalis peritiæ,&c.est fœneratio,quæ per vsuras pecuniam acquirit,sed quoniam vt diximus supra est contra naturam,& merito habetur odio, ideo relinquenda est.

Mercenaria ars quorum sit, & quæ sit.

Tertia est mercenaria,& est eorum,qui mercede acquirunt pecuniam,vt qui labores suos locant,& opera & ꝑ eis pecuniam accipiant:& in hac multæ sunt dr̃iæ.Nam quædã sunt artificiosæ,quædam autem nõ,vel parum. Artificiosæ sunt illæ,in quib⁹ minimum opatur fortuna. Nã vt dictū est in scdo physicorum,fortuna opatur sine rõne & ꝓter intentionem.Ars autem cum rõne,qm̃ est recta rõ factibilium ex lib.sexto Ethicorum:& iõ operationes fabriles & ędificatorię & statuariç,& pictoriæ & figuratiuæ sunt maximè artificiales,qm̃ fiunt ex ꝓposito & cũ rõne.Non artificiosę sunt illæ vel parum,quarum euentus est multum fallax,vt piscatorię & venatoriæ.Item dr̃ia multa est in artificiosis. Nam quædam sunt abiectæ & viles,& illæ, quibus corpora multum deturpantur,vt coquinaria, cloacaria & similes:quędã sunt maximè seruiles,vt illæ,quibus corpora maximè laborant,& parum de ratione sufficit:vt onerum portatoria,cursoria,pedestris,quædam ignobilissimæ,vt illæ in quibus nec multum virtutis ex parte animi requiritur:nec multum roboris ex parte corporis vt filare,lanam secernere.

Quarta est media inter pecuniatiuam necessariam,& inter pecuniatiuam per translationem:& est illa quæ pecuniã acquirit per incisionem lapidum aut lignorum,aut metallorum.Cõuenit em̃ cum necessaria:qa est circa ea,q̃ natura ex terra ꝓducit,sicut & agricultura.Cõuenit ẽt cum ea,q̃ est ꝑ translationem:qm̃ hmõi lapides,& ligna vt incisa & metalla,non faciunt fructum ad necessitatem vitæ , sed ꝓ sunt ad ædificandas habitationes , & fabricanda vasa deseruientia vsui humano.Continet autem hæc quarta pars multa genera ꝓut diuersa sunt gña lapidum & metallorum species. Patet igitur quot sint modi vniuersales & magis famosi acquirendi pecuniam.Et licet vtile esset his,qui pecunijs acquirẽdis student de his distinctius & particularius tractare,tñ dicit Ari.nimis graue esset in his edocẽdis immorari:qm̃,s. ad maiora pertractanda ꝓperamus,quæ sunt genera politiarũ, donec deueniamus ad optimam.

Quantum ad sm aduerte ꝙ Ari.quatuor proponit documenta his,qui intendunt acquirere pecuniam,& maximè ꝑ emptionem & venditionem.

Quatuor necessaria sunt ditari volentibus.

Primum est,vt legant libros eorum,qui de agricultura & arte serendi arbores:& de cura animalium alendorum tradiderunt:vt apud Græcos scripsit Carites Parius, & Appollodorus Lemnius:sicut & apud Latinos scripsit Palladius. Nam ex hac lectione discẽt multiplicare fructus ex agricultura,& cura animalium: & sic multa vendent , multamque acquirent pecuniam.

Secundum est,oportet eos expertes esse in pretijs diuersarum rerum venalium,quæ & quando & vbi cariores , aut minus carę sunt.

Tertium

Tertium eſt,oportet eos emere vbi res magis abundant, & eo tempore,quo magis abundant: & vendere vbi, & qñ rarius inueniuntur.Abundantia enim facit viliuſ emere, & penuria ac raritas carius vendere.

Quantum eſt itudeant ꝑparare ſibiipſis venditionem, vt ſipſi ſoli vendant res aliquas in ciuitate.Tũc eñ augere poteruntpretia,alijs non vendentib.& multam acquirent pecuniam & id confirmat Ari.duplici exemplo.

Facile eſſe Philoſophis ditari,ſi vellent, oſtẽdit Thales.

Primum eſt Thaletis Mileſij,qui fuit vnus ex ſeptem Græcię ſapientib.de quo refert hic Ari.Traditur ꝙ cum obijceretur Thaleti ſtudium philoſophiæ ſibi eſſe inutile,& infructuoſum,meliúſque ſibi eſſet incumbere alicui negotio, vñ poſſet ditari ꝓſpexit & prægnouit ꝑ aſtrologiam futuro anno vbertatem oliuarum cumque paululum pecunię ꝯgregaſſet,emptionem multam facit olei adhuc exiſtẽte hyeme in Mileto & Chio dans arrhas ꝑ oliuis futuri anni.Qñ ergo tempus olei aduenit multis ſimul quęrentib⁹ oleum emere vendidit tanti pretij,quanti ipſe voluit:& multã inde lucratus pecuniã oſtendit amicis ſuis perfacile eſſe Philoſophis ditari,ſi vellent,ſed hoc non eſſe illis curę.

Scd̃m eſt cuiuſdã in Sicilia,qui emit totũ ferrum foſſum ex mineris,deinde mercatoribus venientib.vendidit ipſe ſolus:non magnũ pretij exceſſum faciens,ſed tñ ita vt ꝑ quin quaginta talentis centum faceret.Quod ſentiens Dionyſius Siciliæ tyrannus,pecunias quidem illi non abſtulit, ſed Siracuſis amplius morari ꝓhibuit,qm̃ tale lucrũ cedebat in detrimentum tyranni. Quod eñ ciues multum ditentur,non placet tyrannis,ne nimis potentes fiant & inſurgant.Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS
in primum librum Politicorum,in tria capita diuiſus.

¶De ſecunda & tertia parte domus.

DIximus ſuprà tres eſſe partes dom⁹, q̃ ſunt tres cõbinationes ꝓſonarum,prima eſt dñi & ſerui: & de hac iam tractatum ſ.n expediuim⁹:& qm̃ ſeruus eſt poſſeſsio dñi,vt docuim⁹, iõ de vniuerſali poſſeſsione domeſtica loquuti ſum⁹ in tractatu tertio.In hoc ergo tractatu quarto ſupeſt agere de ſcd̃a & tertia parte dom⁹,ſcd̃a eſt cõbinatio patris & filij,tertia eſt cõbinatio viri & vxoris:& diuidemus ipſum in tria capita. In primo declarãdũ eſt,ꝙ in ſcd̃a & tertia cõbinatiõe eſt quidam principat⁹ & qualis ſit.In ſcd̃o mouebitur dubium de virtute principantis & ſubditi in prima & ſcd̃a & tertia cõbinatione,q̃ ſ.debeat eſſe virtus vxoris & filij & ſerui.In tertio mouetur dubium de virtute artificum,ſ.vtrum in artifice requiratur virtus moralis vt requiritur in ſeruo.

CAPVT I.
De dominio patris erga filios, & viri erga vxorem.

IN primo capite duo agenda ſunt.Primo declarandum eſt ꝙ ſicut in prima combinatione eſt quidã principatus, ſic & in ſcd̃a & in tertia.Scd̃o videndũ eſt cui principatui vniuerſali aſsimilantur principatus paternus & coniugalis.

Domin⁹ ſeruo,vir vxori pater filijs vt dominentur ixſtum eſt, ed non eodẽ modo

Quantum ad primũ ponit hęc ꝯclusio,ſicut dñs naturaliter dñatur ſeruo,ſic vir vxori, & pater filio, licet nõ eodẽ mõ,ꝑatur.Dictum eſt in ſcd̃o tract.ꝙ eſt principalius ĩ natura & magis ꝑfectum,naturaliter dñatur minus ꝑfecto:qd̃ ẽt conſtat in gñe animaliũ,in quibus aſsignañ rectores, vt in apibus,in auibus,&c.Sed vir eſt naturaliter principalior & ꝑfectior fœmina:niſi q.d accidat ꝑter naturam,vt videm⁹ in homine effœminato:& pater eſt naturaliter principalior filio & ꝑfectior,ſicut antiquior iuniore:ergo naturaliter ꝑ filijs dñatur & vir vxori,ſicut dñs vt ꝑfectior mẽte,dominatur ſeruo deficienti in rõne,vt docuimus in tractatu ſecũdo.Non tñ eodem modo:quia dñs principatur ſeruo deſpoticè,pater autem filijs,& vir vxori dominio liberorum: qd̃ eſt politicum & regale.Nam de dñia horum trium principatuum loquuti ſumus in principio ſecundi tractatus.

Pater filijs dominatur ſicut rex.

Quantum ad ſm aduerte,ꝙ principat⁹ patris ſuper filios aſsimilatur regali,qm̃ pater habet poteſtatem plenariam ſuper filios, ſicut rex in regno: & qm̃ in hoc principatu duo ſunt,q̃ etiam conueniunt regi. Nam pater dñatur filijs per amorem,qm̃ genuit eos,& conſeruat:& pater dominatur ꝑ ſenectutem,ſiue per maiorem ętatem,quaſi habens ex ętate quandam ꝓgatiuam ſupra filios.Hæc ẽt duo ꝙueniunt regi:vñ & rex ſolet ꝑ appellari,ſicut Homer⁹ de Ioue inquit hominum pater,atque deorum ſic appellans oĩa regem. & quidẽ ꝙ rex dñetur ſubditis per amorẽ,patet ex eo ꝙ in hoc diſtinguitur dominium regium à tyrannico.Rex eñ amore, quem habet ad ſubditos,regit eos,tyrãnus aũt ꝓpter ſolum cõmodum ꝓprium,vñ timore coërcet ſubditos. Quod aũt rex naturali ꝑfectione ac bonitate debeat excellere ſubditos rõ eſt,qa non eſſet iuſtum,ſi æqualis bonitatis & virtutis eſſet cum ſubditis,ꝙ ꝑpetuo dñaretur eis, cum plenaria ptãte & maximè qa rex debet eſſe eiuſdẽ generis,imò eiuſdem gẽris cum ſubditis.Oportet ergo ex quo regia ptãs eſt ꝑpetua & plenaria ſuper ſubditos,ꝙ magnitudinebonitatis tã naturalis quã moralis differat à ſubditis.Merito ergo dominium paternum aſsimilatur regali ꝓpter amorem erga filios:& ꝓpter excellentiam bonitatis ac perfectionis naturalis,ſaltem ex maiori ætate ſupra filios.

Rex dominatur ſubditis propter amorem & excellentiam ſuæ bonitatis naturalis,ſaltẽ ætatis ſuper ſubditos.

Vir vxori nõ dominatur ſicut rex,ſed vt politicus & ciuilis dominus.

Principatus aũt viri ſupra vxorem non aſsimilat regali, qm̃ vir non habet plenariã ptãtem ſupra vxorẽ,quo ad oĩa ſed vt requirit lex matrimonij,vt plenius dicem⁹ in œconomica.Aſsimilatur aũt dñio politico,nam ſicut qui præeſt ciuitati electus in rectorem,habet ptãtem ſupra ciues ſm decreta ciuitatis,ſic vir ꝑeſt vxori ſ.n legem matrimonij,q̃ aũt ſit hæc lex declarabim⁹ in lib.7.cum loquemur de matrimonijs,& in œconomica.Sed aduerte,ꝙ licet dñium viri ſupra vxorem aſsimiletur politico in hoc,ꝙ vir non habet plenariam ptãtem ſupra vxorem,ſicut nec rector ſupra ciuitatem tñ differt in hoc.In politico dñio tranſmutantur principantes & ſubditi:nam qui dñantur vno anno altero fiunt ſubditi,& alij ex populo,qui prius erant ſubditi,eliguñ in dños: & hoc quidem decens eſt qm̃ hic principatus eſt inter eos, qui ſunt natura æquales,& æque liberi,ideo non debet eſſe perpetuus ſed temporalis.Vt aũt diſtinguerentur qui principañ ꝓ illo tp̃e à ſubditis,ex quo nõ diſtinguuñ nã,inuenit humana induſtria quæda priuilegia ſeruanda in illis oĩ tempore ſui principatus.Puta ſingulares titulos & veſtes & inſignia,& comitatus,& honores,& reuerentias:& hęc oĩa ceſſant,ſtatim quòd ceſſat eorum principatus.Vnde Ariſtotel. introducit dictum Amaſis poëtæ de lotore pedum, & intendit,ꝙ licet lotor pedum ſit perſona vilis, tñ ſi ei exhiberẽtur prædicta priuilegia,nõ videretur differre à principe ciuitatis.Sed hæc permutatio non contingit in domi nio viri ſupra vxorem.Non eñ vno tempore,vir ſit fœmina,nec econtrario,nec vno tẽpore dominatur vir, alio fœmina:ſed ſemper ex natura rei vir dominatur, & fœmina ſubiicitur:licet aliquando contingat oppoſitum, aut imperfectione viri,aut abuſu humano,aut captiuitate, qua tenet vir à fœmina ex cæcitate concupiſcentiæ.

Hæc igitur dicta ſint de tribus partibus dom⁹, q̃bus ſuperintendit œconomus,ſiue paterfamilias. Tu tñ aduerte, vt dicit Ariſtot.ꝙ principalis intentio debet eſſe magis circa ſecundam & tertiam partem domus,q̃ circa alia. Magis eñ habet intendere circa homines, q̃ circa poſſeſsionem animatorum & inanimatorum:& magis ad virtutem, qua homines bene viuũt,q̃ ad virtutem,qua poſſeſſiones bene curantur & magis ad virtutẽ liberorũ,quales ſunt vxor & filij,q̃ ad virtutem ſeruorũ,& ratio omnium prædictorum eſt hæc.Principalis intentio agentis & regentis eſt de fine. Sed poſſeſsio rerum inanimatarum, vt fructuum terræ & pecuniæ,& animaliũ,vt ouium,bouum,equorum,&c.quæritur propter homines.Omnia eñ hæc, vt diximus ſupra, producũtur propter homines:& ſerui quæruntur propter liberos,vt eis miniſtrent:ergo principalis intentio œconomi debet eſſe propter ſecundam & tertiam partem domus Hæc de prę ſenti capite dicta ſint.

Oeconomum magis decet intendere cura liberorum quam aliarum rerum.

CAPVT II.
Quænam virtutes decent principantes,ac ſubditos.

IN ſecundo capite mouendum & determinandum eſt dubium,qd̃ oritur ex prædictis in fine præcedentis capitis. Dictum eſt eñ quòd oportet œconomum magis attendere virtuti liberorũ,q̃ ſeruorũ.Dubitatur ergo quę debeat eſſe,virtus ſeruo conueniens.Nam conſtat quòd debet habere virtutes & artes ſeruiles,quib⁹ corporaliter domino & liberis deſeruiat,puta quòd ſciat curare equos,conficere panem,diſponere cibos.De his virtutibus nõ eſt dubiũ, quin ſeruo cõueniant:ſed dubitatur de digniori virtute,vt eſt moralis:& eſt dubium:vtrum œconomus debeat intendere quòd non ſolum liberi,ſed ſerui fiant temperati, continentes, veraces, &c. Et quidem ex vna parte videtur quòd

Num ſeruos deceat inſtrui liberales artes ſicut et liberos.

non. Nam si seruis sicut & liberis competunt virtutes morales non differunt à liberis, imò continget seruũ esse digniorem libero, puta si seruus habet virtutes seruiles & morales & liber non habeat nisi morales, ex alia parte videtur q̃ sic. Nam homines sunt sicut & liberi, & ex consequenti rõnales & apti viuere ſm rectam rationem: ergo esset inconueniens quod non instruerentur in moralib. sicut & liberi.

Num eadẽ virtus sit dominantis & subditorum.

Antequam ꝓcedamus ad resolutionem huius dubij aduerte, q̃ eodem modo dubitãdum est, vtrum mulier & puer debeant habere virtutes morales, vt temperantiam, continẽtiam, &c. Similiter dubitandum est, vtrum debeat esse eadẽ virtus in dominante & in subdito. Nam ex vna parte vr̃ q̃ non. Si enim debent conuenire in eadem virtute, & bonitate, nõ poterit assignari ratio quare per totam vitam debeat vnus dominari vt rex plenaria potestate, & alius subijci, si enim fuerint æqualis bonitatis, vnus non habet naturalem superioritatem super alterum. Dico per totam vitam, ad differentiam dominij politici, in quo successiuè aliqui dominantur & subijciuntur, vt declarauimus supra: & in tali dominio temporali, siue annuo non inconuenit æqualem æquali dominari, & deinde subijci, ex alia parte vr̃ q̃ sic. Nam, si dominans non habet virtutes morales, puta sobrietatem, iustitiam, prudentiam nõ rectè & iustè dominabitur: similiter si subditus non habet has virtutes, nõ bene regulabitur, nec subiicietur: qm̃ propter intemperantiam, aut timorem, aut fraudem, non aget, vt dominus disponit: ergo, &c.

Dominum ac seruum: virum & vxorẽ: principẽ ac subditũ decet habere virtutes morales, tamen nõ eadẽ & eisdem cõuenientes.

Pro resolutione huius dubij, ponuntur duæ cõclusiones. Quarum prima est. Oportet omnem principantem, & omnẽ subditum in omni principatu participare virtutem moralẽ. Nam vt ratio vltima concludit, si principans non habet virtutem moralem, non rectè vt conuenit regulabit subditum: & si subditus non habet virtutem moralem, non bene regulabitur: nec deducetur à dominãte, qm̃ vitia obsistunt. Ergo oportet & dominum & seruum & patrem & filium & virũ & vxorem participare in virtute morali.

Secunda conclusio est, non eodem mõ, sed differẽter debent paticipare in virtutib⁹ moralibus principans & subditus. Nam videmus q̃ in partibus animæ, quarum vna est dominans, scilicet rationalis & altera subijcitur, scilicet irrationalis, q̃ est appetitus sensitiuus, sunt differẽtes virtutes. Est em̃ in ratione prudẽtia, vt declaratum est in libro sexto Ethicorum: & in appetitu sensitiuo est tẽperãtia, & fortitudo, & aliæ, vt declaratum est in libro tertio & quarto Ethicorum, similiter in domino debet esse virtus consiliatiua, vt dirigat seruũ in agendis, & in viro super vxorẽ, & in patre siue in pẽdagogo super filiũ minoris ætatis. Non autẽ oportet hanc virtutem consiliatiuam esse in seruo, vt seruus est: qm̃ vt diximus in tertio Ethicorum. Consilium est de his q̃ sunt in potestate nostra, sed seruus vt seruus nihil habet qd̃ sit in potestate sua: qm̃ totus est possessio domini, vt declaratum est in tractatu secundo, huius primi libri: ergo virtus & potestas consiliandi & deliberandi non competit seruo. Fœminæ autem, licet sit libera, & puero, non propriè competit: nam fœmina ꝓpter mollitiẽ naturæ cito vni ꝓposito adhæret, & de facili ab eo recedit, ideo eius consilium inualidũ est. Leui em̃ causa mutatur agitata pas sione amoris, aut timoris, aut odij. Puer autem non potest habere consilium nisi truncatũ & imperfectũ: qm̃ nondum habet firmatum vsum rationis, quo possit singula inquirere, & discutere in consiliis attendenda, de q̃bus loquuti sum⁹ in libro tertio Ethicorum. Cõstat ergo q̃ non est necesse eandem virtutẽ esse in principãte & ĩ subdito. & posito, q̃ inesset, nõ tm̃ æqualiter, nec in eodẽ gradu: qm̃ tunc principatus non esset secũdũ naturam: nam par in parem superioritatem naturalẽ non habet. Debent ergo in principãte esse virtutes illæ & eo gradu, quibus merito principetur: & eas esse in subdito, vt in seruo & vxore & puero & eo gradu, q̃bus apti sint regulari & obedire: & nõ æqualiter, vt putauit Socrates: & qd̃ dictũ est in vniuersali, specialius explicandum est, Nam q̃ de actibus humanis tantũ in vniuersali tractãt, seipsos decipiũt: qm̃ ad plenam veritatẽ peruenire nõ possunt. Cum em̃ actus sint singulariũ ex primo Metaphysicæ: q̃ ad actus pertinẽt, specialiter pertractanda sunt: vnde si quis cõtentatur scire quid sit virtus, & q̃ per ipsam anima bene se habet, & homo bene operatur: & nõ vltra quærere, huius esset inutilis & imperfecta scientia de virtute. Melius ergo dicunt de virtutibus q̃ enumerant eas in specie, q̃ qui solũ in genere loquuntur: & ideo Gorgias bene loquitur, q̃ eas in specie enumerat & cõsiderat. In proposito ergo nostro, si quæras q̃ virtus in speciali mulierẽ decet, & quæ nõ decet virum, respondet Ari. dicto poẽtę. Mulieri dec⁹ affert taciturnitas sed non viro: nam taciturnitas ex verecundia ꝓuenit, quæ oĩ tempore laudabilis est in muliere, vt declaratum est in quarto Ethicorum. Virum autem taciturnitas nõ decet, sed magis vt loquatur vbi & qm̃ oportet. Virtus autẽ pueri, cum sit imperfecta, non est q̃ seipsum regat ſm proprium sensum, sed vt disponatur vt conueniens est ad debitum finem, & ad obediẽdum prædagogo, & virtus serui est in ordine ad dominum. Dictum est enim in tract. 2. q̃ seruus est vtilis ad necessaria vitæ, vt s. ministret liberis in domo. vnde indiget virtute morali puta temperantia & fortitudine in tanto gradũ, q̃ nõ deficiat ab his, quę operarari debet ꝓpter concupiscentias, aut timores. Patet igitur qũo in omni principatu œconomico, tam in principante quàm in subdito oportet esse moralem virtutem, sed differẽter, vt declaratum est. Hęc de secundo capite dicta sint.

Mulierẽ tacere decet nõ autem virum.

CAPVT III.

De virtute artificis.

IN tertio capite soluẽdum est hoc dubium, vtrum artifices debeant habere virtutem moralem, vt sint boni artifices. & hoc dubium oritur ex eo, quod dictum est in capite præcedenti de seruo, s. q̃ indiget virtute morali, ne ꝓpter intẽperantiam, aut alia vicia deficiat ab his quę agere debet ad vtilitatem domus. Dubitatur ergo, si artifex eodem mõ indiget virtute morali, ne deficiat in operib. artis, puta ex negligentia, vel alio vitio. Nam sæpe ꝓpter intemperantiã, & qm̃ alijs intendunt, deficiunt, & errant in operibus artis.

Ad hoc dubium respondens Ari. dicit q̃ non est eadẽ rõ de seruo, & de artifice: qm̃ seruus conuersatur in domo, & communicat liberis in conuersatione, seruiens illis in ministeriis domesticis, vt parare domum, sociare dominum, esse nuncium extra domum, exequi cõmissa à domino. In his autẽ opportuna est virtus moralis, nam si seruus ebriosus, aut iracundus, aut luxuriosus, aut mendax esset, detrimentũ & dedecus ex eo ꝓueniret domui. Artifex autẽ vt artifex remotior est à cõuersatione domus: nec habet immiscere se ministerijs domus: ideo ad hoc q̃ sit artifex bonus, non indiget virtute morali, sed peritia artis. Vñ faber peritus in arte gladiatoria, etiam q̃ negligens aut abutẽs sit arte sua, faciet bonum gladium. Seruus autem malꝰ moraliter, non bene & cũ laude domini ministrabit & conuersatur in domo. Patet ergo, quòd non est eadem ratio de seruo & de artifice.

Artificẽ magis artis peritia decet quã moralis virtus.

Tu tm̃ aduerte, q̃ sunt quidam artifices, qui non exercent artem nisi conuersando in domo, vt medicus & coquus. & isti licet vt artifices non indigeant virtute morali ad hoc, q̃ opus suum faciant bonum, sed peritia artis: tm̃ vt conuersantes indigent. Se habent enim vt serui, inquantum conuersantes ministrant in domo. Dictum ergo Arist. verificatur in eo, qui præcise est artifex, & per artem suam non immiscet se conuersationi domesticæ.

Quoniam igitur oportet seruum esse virtuosum moraliter ꝓpter vtilitatem & laudem dñi sui est officium domini docere bonos mores, punire eum, si viciose agit, bñfacere illi si virtuose operatur & ministrat. Non autem est dñi officium docere ipsum seruilia, puta qũo domum mundet, qũo panem ꝓficiat, & cibos disponat. Sed hæc faciat ipsum addiscere ab expertis in his. Nam, vt diximus in tract. secũdo, alii sunt qui ducti pretio seruiles artes docent, ex his patet, vt inquit Ari. error illorum, qui dicunt non esse vtendum ratione ad seruos, sed imperio & ꝓcepto & pœna, imò dicit Ari. magis admonendi & instruendi sunt serui ad virtutem, quam filij adhuc pueri: qm̃ ex tenera ętate non sunt ita capaces & docibiles, vt serui iam adulti.

Domini seruos suos instruere debent.

De his ergo tribus combinationib. ꝓsonarum, q̃ sunt partes domus sic determinatum sit. Verum qa consideratio de sẽda & tertia parte in hoc trac. videt superficialis & diminuta, ideo intendit Ari. in politijs diffusius pertractare, & id aget in septimo & octauo lib. vbi pertractabit de matrimonijs & de viro & vxore, & de patre & filiis: qũo educãdi & erudiendi. nam vt inquit Ari. multum refert ad rectam institutionem reipublicæ pueros & mulieres esse bene institutos. Nã mulieres media pars liberorum sunt, quæ sunt in ciuitate, ex pueris autem crescunt viri, qui deinde assumũtur ad gubernandam rempublicam, vltra considerationem quã de his facturi sumus in septimo & octauo libro, iterum loquemur de his in œconomica.

Tractatum in librum primum Politicorum finis.

LIBER

LIBER SECVNDVS POLITICORVM.

¶In ſeptem tractatus diuiſus.

IVxta ordinem poſitum in prícipio primi libri intendit Ari.in hoc ſecũdo libro recitare ſnias antiquorum,qui de politia ſcripſerunt, & confiderare leges,quibus aliquę ciuitates videtur bene regi,vt in Lacedæmonia & in Creta & in Carthagine,vt ex conſideratione earum appareat quid rectum & vtile in regenda ciuitate.Nam ex collatione multarum politiarum adinuicem magis cognoſcemus quid meli⁹ & vtilius in regẽdis ciuib.Intendit autem Ari.vt ipſe inquit ſententias antiquorum recitare,deinde ſm ꝓpriam ſententiam tradere doctrinam de optima politia, non ad oſtentationem ſuæ ſapientiæ,ſed qm̃,vt declarabit, in multis nõ bene dixerunt:& ſic hunc ordinem ſeruabit: Primo recitabit opinionem,deinde improbabit in his,quæ non videntur bene inſtituta:vel in quibus defecerunt.Hunc igitur librum diuidemus in ſeptem tractatus.

In primo recitatur & ventilatur ſententia Platonis, quã tradidit in libris ſuis de republica,& de legibus ſub nomine Socratis præceptoris ſui.

In ſecundo pertractatur politia, quam tradidit Phaleas Carthaginenſis.

In tertio pertractatur politia,quam tradidit Hippodam⁹ Mileſius.

In quarto pertractatur politia & lex,quam tempore Ariſtotelis ſeruabant Lacedęmonij.

In quinto pertractatur politia ſeruata à Cretenſibus.

In ſexto pertractatur politia ſeruata à Carthaginenſib⁹.

In ſeptimo recenſentur nominatim primi famoſiores legum conditores.

TRACTATVS PRIMVS TRIbus complexus capitibus.

¶De Republica Platonis.

IN hoc primo tractatu recitanda eſt opinio Platonis ſub noíe Socratis,quã tradidit de repub. & reprobanda,vbi non bñ dixit,vel omiſit:& ꝓtinebit tria capita.In primo cõſideranda eſt cõitas filiorũ & mulierũ,quã Socrates introduxit,vtrũ expediat,vel nõ. In ſcdo cõſideranda eſt cõitas poſſeſsionum & facultatũ,quã Socrates inſtituit,& quo ad fundos,& quo ad fructus.In tertio ꝓſideranda ſunt alia ei⁹ inſtituta,& præcipuè de numero militum,de quãtitate poſſeſsionum,de multitudine gñrationis filiorum, de æqualitate ciuiũ:de diſtinctione ꝓſidentiũ à ſubditis,de duplicatiõe domorũ,de diſtinctiõe ciuitatis,de cõmixtione ſuę politię.

CAPVT I.

Reprobat Socratis ſententiam,quæ opinatus fuit,filios ac mulieres in ciuitate debere eſſe communes.

IN primo capite agendum eſt de cõitate filiorum & mulierum introducta à Socrate,& quinq; agẽda ſunt.Primo ponitur diſtinctio de cõitate inter ciues.Secundo recitat opinio Socratis.Tertio oſtendit cauſam quæ Socratẽ mouit ad ſic ſtatuendum,ꝙ non fuit rationabilis. Quarto oſtendit ꝙ maxima vnitas,quã intendebat Socrates in ciuitate,non ꝓuenit ex tali cõitate.Quinto oſtendit quot moleſtiæ & incõuenientia ſequuntur ex tali communitate.

Cõitas inter ciues tripartita eſt.

Quãtum ad primum ponitur talis diſtinctio.Cum ciuitas ſit quędam cõitas,vt docuimus in primo lib.ſicut & domus & pag⁹,oportet aut oĩa eſſe cõia inter ciues,aut aliqua,aut nulla.Tertium nõ poteſt dici qm̃ eſſet ꝺ rationem ciuitatis. Repugnat em̃ ciuitatem eſſe cõitatem,& ciues in nullo cõmunicare.Prętera,non poteſt negari, quin ſaltem cõicent in vno loco,in quo conſtructa eſt ciuitas. Dicuntur em̃ ciues,qui ſimul in vna ciuitate habitent. Primum autem & ſm remanet in dubio,& habet ſententias oppoſitas. Aliquibus enim videtur melius eſſe,aliqua eſſe cõia,& aliqua non & hanc viam ꝓſequetur Ariſt. Aliquibus autem,vt Platoni ſub nomine Socratis, vꝫ oppoſitum & maximę de filijs, & vxoribus,& poſſeſsionib.Inquit em̃ Plato in libris de repu. ſubperſona Socratis Oportet in ciuitate cões eſſe filios & mulieres facultates. Inquirendum eſt igitur,ſi hæc lex Socratis recta eſt,vel non.

Omnia eſſe cõia Platonici videntur voluiſſe, vt omnia pa ce conſeruarentur.

Quantum ad ſm aduerte,ꝙ Plato vt ſibi imponit Ari.ſtatuit prædictam communitatem ſeruandam in ciuitate:quia ſupponebat hoc vt principium firmiſsimum, optimũ eſt ciuitati,ſi ſit maximè vnita & pacifica.nam ſicut diſcordijs & litibus diſsipatur,ſic vnitate & pace ſeruatur.Videmus aũt ꝙ in ciuitate,vt in pluribus,fiunt lites & diſcordiæ propter ꝓprios filios,& mulieres,& poſſeſsiones, eo ꝙ quilibet intendit curare & defenſare ſua propria. Hac igitur de cauſa ſtatuit filios, & vxores, & facultates cões, vt ciues eſſent maximè vniti.Tunc em̃ oẽs dicent,hoc eſt meum, & vn⁹ nõ dicet alteri,hoc eſt meum, & non eſt tuum: & ſic auferetur occaſio cuiuſcunque litis,& qñ ciues ad hoc deuenerint,ꝙ omnes dicent,hoc eſt meum,vel ꝙ vnus dicet alteri,Omnia mea tua ſunt, & omnia tua mea ſunt, ſignum erit ciuitatis perfectæ vnitę.Hęc fuit opinio Socratis,& cauſa motiua legis de communitate filiorum & mulierum & facultatum.

Non eſt optimum ciuitati eſſe maximè vnitam, vel vnam.

Quantum ad tertium oſtendẽdum eſt principium aſſumptum à Socrate non eſſe verum,ſ optimum eſt ciuitati, ſi ſit máximè vnita,vel vna.Nam ciuitas cõitas eſt, communitas eſt multitudo,multitudo repugnat vnitati:ergo non eſt optimum ciuitati ꝙ ſit abſolutè maximè vna. Hoc enim eſſet deſtruere ciuitaté,ſicut ſi quis reduceret ciuitatem ad pagũ vnum.Et pagum ad domum vnam,& domum ad vnum hominem.Tunc enim conſtat ꝙ & ciuitas & pagus & domus perirent.Non ergo principium Socratis eſt verum.

Meliuseſt in ciuitate eſſe diſsimilium hominum multitudinẽ quam ſimilium.

Forte dices ꝙ Socrates non intendit de vnitate oppoſita multitudini,ſed oppoſita multitudini hominum,qui ſint diſſimiles,& diuerſarum conditionũ,quales ſunt diues & pauper,nobilis & ruſticus,&c.Hęc enim diſsimilitudo parit lites & inuidias,& ſoluit vnitatem ciuitatis, ideo optimum eſt ciuitati eſſe ſic vnam & indiuiſam.

Sed contra ꝓbatur ex intentione Ari.ꝙ melius eſt ciuitati ſi ſit in ea multitudo diſsimilium hominum, quàm tãtum ſimilium.& hoc tripliciter.

Primo ſic,non eſt ciuitas ſicut exercitus,nec ſicut multitudo ordinata ad trahendum quodcunque pondus.In his em̃ ſimilitudo congregatorum melior eſt:qm̃ milites,quãto magis ſimiles,tanto magis ad victoriam intendunt, & illi ad trahandum pondus fortiores ſunt:ſed eſt ciuitas vt totũ quoddam ꝓfectum,Videmus autem in naturalibus & in artificiatis,ꝙ totum ꝓfectum conſtat ex partibus diſsimilib⁹, vt corpus animalis,& imago,& domus & veſtis, &c. Quæ autem ſunt ſimilium partium,vt elementa,ſunt imperfecta: ergo non eſt optimum ciuitati cõſtare ex ſola multitudine perſonarum ſimilium.

Secundo ſic,neceſſe eſt in ciuitate aliquos eſſe principãtes,& alios eſſe ſubditos. Impoſsibile eſt em̃ omnes ſimul principari& omnes ſubiici.ſed non poſſunt eſſe aliqui principãtes ſiue ꝓpetuo,ſiue tẽporaliter, puta viciſsim ꝓ annũ & alios ſubditos,niſi adſit in ciuitate diſsimilitudo hominum. Differt enim ſpecie principans vt principans, & ſubditus vt ſubditus,cum ſint oppoſitarum conditionum: ergo non poteſt conſtare ciuitas ex ſola multitudine hominum ſimilium & eiuſdem conditionis.

Tertio differt ciuitas à domo,vt declaratũ eſt in tractatu primo primi libri,qa licet in domo ſint neceſſaria vitæ, non tñ omnia ſufficiẽtia vitæ.Hæc em̃ habetur ꝓ diuerſa negocia, & officia,quæ exercentur in ciuitate.Sed diuerſa negocia, & officiam,& artificia requirũt diuerſitatem hominum:qui em̃ ſunt doctores non ſunt milites,& mercatores non ſunt fabri,&c.ergo, &c. Patet ergo ꝙ principium aſſumptum à Socrate non eſt verum, ſcilicet quòd optimũ eſt ciuitati eſſe maximè vnam,quoniam oportet eam continere multam diuerſitatem perſonarum & ſtatuum.

Non eſſet maxima vnitas in ciuitate,ſi omnes de omnibus dicere poſſent,Hoc eſt meum, illud eſt meum.

Quantum ad quartum oſtendẽdum eſt ꝙ maxima vnitas & cõſeruatio & bonum ciuitatis non proueniret ex communitate filiorum & mulierum:& ſic Socrates non conſequeretur quod intendebat ꝓ talem legem & id manifeſtatur multiplici ratione.

Primo ex hoc ꝙ dicerẽt omnes,vt inquit Socrates, hoc eſt meum,non ſequitur maxima vnitas in ciuitate. Nãly omnes põt teneri diſtributiuè & collectiuè.Si diſtributiuè, tunc eſſet ſenſus,ꝙ vnuſquiſque ſeparatim poſſet dicere de tali re,hoc eſt meum:& tunc forte eſſet verum,quod Socrates dicit,quia quilibet vnum & eundem filium vt proprium ſuum diligeret:& ſimiliter eandem mulierem vt ſuam propriam,& tandem poſſeſsionem vt ſuam propriam :ſed qui

vtuntur

vtuntur communibus vxoribus & filiis, non dicent omnes distributiuè, hoc est meũ, sed omnes collectiuè dicent hoc est meum, tanquam rem vnam cõmunem possidentes: ita tamen ꝙ nullus separatim dicere poterit hoc est meum, qa nullius est p seipsum propriũ, & sic patet, ꝙ Socrates procedebat ad maximam vnitatem ciuitatis, ꝓbandam ex syllogismo Sophistico, cum hęc propositio, Hoc est meum, possit exponi duplici sensu: & quidem si omnes distributiuè diceret, Hoc est meũ, modo quo diximus, esset bonũ ciuitati: Sed non est possibile, qm̃ implicat contradictionem. Ex hoc enim ꝙ est proprium huius, non est alterius. Si autem non distributiue, sed collectiue accipiatur, nõ erit consentaneũ, nec vtile ciuitati vt statim declarabimus in ratione sequẽti.

Communia minus sunt curæ hominibus.

Secundò si omnes dicerent collectiuè, hoc est meũ, quasi commune possessum, non solũ esset inutile, imò damnosum ciuitati. Quod enim est commune multorũ minus à singulis curatur. Nam de propriis maximè curant homines, & communia relinquunt. Dum enim vnus credit, ꝙ alius curet, omnes negligunt, sicut accidit in seruitiis ministrorum. Nam multi seruitores quandoq; minus seruiunt, dum vnus expectat ꝙ alter seruiat, & sic neuter seruit. Sic in proposito accideret: nam secundum legem Socratis, quilibet ciuis habebit mille filios, & plus: quia vult ꝙ omnes filij ciuitatis sint filij cuiuslibet ciuis: ergo minus curabit de singulis, quàm si vnum totum haberet: & si addamus, ꝙ isti mille filij non sunt proprij cuiuslibet ciuis, Sed incertus est filius incerti patris, multo minus curabuntur. Inducit ergo Socrates ex sua lege, negligentiam circa curam & eruditionem filiorũ, quod est destructiuum ciuitatis: vt declarabimus infra.

Cõmunitas inducit negligentiam curæ singulorum. Si filij essent cõmunes omnis affinitatis & consanguinitatis gradus periret.

Tertiò Socrates inducens communitatem filiorum extinguit gradus consanguinitatis & affinitatis. Si enim oẽs filij sunt filij cuiuslibet ciuis, cessat gradus nepotũ, & nõ dabuntur fratrueles, id est duo nati ex duobus fratribus, nec contribules id est nati in vna tribu, vel societate. Extincta autẽ consanguinitate extinguitur amicitia naturalis, quę vt diximus in libro nono Ethicorum fundatur in propinquitate sanguinis. Hoc autem est maximum detrimentum in ciuitate: ergo lex Socratis est inutilis: & nociua.

Filij ex similitudine dignoscũtur apud quos omnia cõmunia.

Quarto, Socrates etiam quòd statuat, nullũ ciuẽ habere filium aut fratrem, aut patrem, aut matrem propriã, sed omnes communes: & ꝙ sic opinentur & teneant, & seruent, tñ effugere non poterit, quin aliqui suspicentur, hunc esse fratrem suum: & hunc filiũ suum & non illum: & hunc esse matrem suam & non illam Et id quidem suspicabuntur ex similitudine natorum ad parentes. Vnde quidam describentes habitationes & mores diuersarum regionum dicunt, ꝙ in superiori Libya, quidam populi habẽt cõmunes vxores, sed diuidunt filios per similitudinem. Quilibet em̃ accipit illum vt filium proprium, qui sibi similatur. Sunt em̃ mulieres quædam & animalia, vt equæ & vaccæ, quæ ex natura generãt filios simillimos genitoribꝰ, vt dicit de equa pharsalię quæ nuncupata est iusta: qa filios pariebat similes patribus. Patet ergo quòd Socrates ex lege de communitate filiorum & vxorum, non potest remouere priuatos affectꝰ inter ciues, ex consequenti non potest inducere maximam vnitatem, quam intendebat.

Si omnia sint cõmunia se quuntur vulnerationes, & parẽtum homicidia.

Quantum ad quintum ostendendũ est quot inconuenientia & nefanda & absurda sequunt̃ ex hac lege Socratis. Sũt autem hæc præcipua, vulneratio, & homicidium parentũ. Nefanda concupiscentia inter propinquos, impedimentũ cõmunis amicitiæ in ciuitate. Maxima ꝓturbatio ciuitatis: Diminutio amoris & timoris & honoris filiorũ ad parẽtes.

Primum sequitur, qm̃ Socrates ex tali lege non potest vitare plagas & homicidia, & rixas & iurgia, q̃ aliquando fiunt inuoluntarie, & præter propositum, aliquando autem voluntariè & deliberato animo ex ira & odio, & hæc q̃dẽ nefas est cõmittere aduersus parẽtes & propinquos, magis quàm contra extraneos, sed frequentius illa committere in parentes est necesse, quando ignorantur, q̃ quando cognoscuntur. Si em̃ quis sciret hunc esse patrẽ suum non insurgeret in eum. Si autem nescit, aggreditur eũ vt hominẽ inimicum. Dat ergo Socrates occasionem ex lege de cõmunitate filiorũ, ꝙ sæpe filij vulnerabũt & occidẽt patres & fratres, & alios ꝓpiquos, dũ eos ignorãt: qd̃ est impiissimũ.

Si filij sint communes nefanda adesset vtique & incestatem naturalem.

Secundum sequitur, qm̃ si ponũntur filij cõmunes, filius non cognoscet matrem ꝓpriam, nec pater filiam propriã: & sic cõtinget quòd filiꝰ ita coibit cum matre, vt cum alia muliere, & pater cum filia, vt cum alia Hoc autem nefandũ est reputatum apud omnes gentes: quoniam est contra hone-

Sed aduerte ꝙ Socrates volens vitare hunc coitum nefandum statuit vt principes ciuitatis, qui accipiebant pueros à matribus, dabant nutricibus nutriendos ex consequẽti cognoscebant quarum matrum essent filij. Et superintenderent ne filij cum matribus coirẽt. Similiter ne pater cum filia, quando erat coniectura quòd esset eius filia & interrogatus Socrates: quare prohibebat coitũ cum matre, aut cum patre, dixit ne homines fierent nimis intemperati & libidinosi. Dicebat enim cum inter matrem & filium sit amor naturalis, si huic amori adiungeretur amor venereus, filius insaniret in matrem, & filia in patrem & econuerso. *naturalis cõcupiscentia.* *Quid incõmodi contingeret si cum parentibus coirent homines.*

Sed hoc statutum reprobat Arist. & causam quã adduxit. Statutum quidem reprobat vt insufficiens: nam posito ꝙ ꝓhibuerit coitum cum matre & patre, tamen non prohibet inter eos amorem libidinosum, ex consequenti nõ prohibet alios actus inhonestos, vt actus & amplexus & oscula, quæ vt dicit Ari. deformissima sunt inter parentes & filios, & inter fratres, cum & solum amore, s. libidinose fit inter eos absurdum. Causam vero reprobat, quoniam non ex hoc solo debet filius se abstinere à matre, ne fiat nimis intemperatus, sed quoniam mater eius est, erga quam debet seruare reuerentiam & honorem, quę non stant simul cum lasciuia coitus: & quod dicitur de matre intellige de aliis propinqs fuit ergo lex Socratis occasio nefandissimę concupiscẽtię.

Maxima in ciuitate molestia sequitur si filij sint communes.

Tertium sequitur nam si filij tam principum & nobilium q̃ agricolarum & artificum ponantur in communi, contingeret ꝙ filij rusticorum & plebeiorum exaltabuntur, & filij principum ac nobilium erunt subditi cum adulti fuerint. ex hoc autem sequitur ꝙ minuetur amicitia inter magnos & plebeios. Seruatur enim amicitia inter eos quando magni dignè præsunt, & plebei obediunt sed stante lege Socratis, Plebei exaltati insolescent & leuabunt se contra magnos: & sic frangetur amicitia communis in ciuitates.

Quartum sequitur, quoniam secundum ordinationẽ Socratis ne quis filium proprium cognosceret, nec etiam mater oportebat filium natum accipere à matre, & dare alteri ad nutriendum: & econuerso, ne matres filios proprios cognoscerent, ex hoc autem sequitur magna perturbatio. Nã si filij nobilium dantur vxoribus rusticorum nutriendi, & filij rusticorum vxoribus nobilium, nulla esset patientia in vxoribus nobilium. Et omnino id cognoscerent: quoniam qui darent & acciperent filios scirent quibus darent, & à quibus acciperent: & sic continuus tumultus esset.

Quintum sequitur: nam videmus pueros nutritos ab alia q̃ à matre, maiorẽ amorem seruare erga nutricem q̃ erga matrem. Si ergo filij non cognoscent parentes suos, nec fratres, nec propinquos, nec amabunt nec verebũtur eos, magisquam alios homines: ex consequenti Socrates aufert amicitiam naturalem, obedientiam, honorem erga parentes, qd̃ est pessimum. Irrationalis ergo fuit lex Socratis de cõmunitate filiorũ & vxorũ. Hęc de prẽsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Reprobat Socratis existimationem, qua voluit nõ modò filios ac mulieres, sed possessiones & officia esse communia.

IN secundo capite improbanda est lex Socratis de facultatum & possessionum cõmunitate, & hic tria agẽda sunt. Primò declarandum est quæ mala ex hac communitate sequantur. Secundò declarandum est quæ bona ex diuisione & proprietate possessionum sequuntur, quæ tolluntur ex communitate earum. Tertiò declarandum est non esse cõueniens vt mulieres habeant omnia communia officia cum viris, nec quòd semper sint iidem principantes in ciuitate, vt Plato posuit sub nomine Socratis.

Possessiones omnium esse cõmunes tribus modis intelligitur.

Quantum ad primum aduerte, vt inquit Ari. ꝙ communitas possessionum põt intelligi tribus modis. Primò quòd fundi sint diuisi & ꝓprij, sed fructus sint cõmunes: ita ꝙ vnusquisque communicet in fructibus perceptis, & hoc seruatum est apud aliquas nationes. Secundò ꝙ fundi sint cõmunes & cõmuniter curentur, sed fructus diuidantur: & id seruatũ est per aliquos barbaros. Tertiò ꝙ fundi & fructus sint cõmunes: & id statuit Socrates, & idẽ magis irrationabile q̃ duo prima: qd̃ declaratꝰ ex eo ꝙ ad hãc cõmunitatẽ se quũtur cõtinua dissidia & cõtentiones: & tamen Socrates hoc introduxit, vt esset in ciuitate maxima vnitas & cõcordia.

Si possessiones essent cõmunes multa orirentur inter homines lites, ac dissidia.

Equidem ꝙ dicta mala sequantur, declaratur sic. Si possessiones sunt cõmunes, oportet eas colere: aut ergo colentur solum ab extraneis, & hoc difficilimum esset, quoniam pene impossibile esset tot extraneos aduocare: aut ab omnibus ciuibus, & hoc esset impossibile: quoniã oportet maio-

res maioribus officiis intẽdere,puta cõſulere,iudicare,dominari,caſtigare malos,aliter ciuitas confunderetur.Oportet ergo ꝙ colantur ab aliquibus ciuibus & minoribus,qui non ſunt apti maioribus officiis:ſed hinc querelæ & diſsidia ſtatim oriuntur:nam maiores magis de fructibus vellent,eo ꝙ digniore ſunt,& occupantur in officiis maioribus ciuitatis.Sed minores plus vellent quoniam plus laborant colentes agros,& ſic ſequentur lites & diſsidia.

Præterea,videmus ſocios,qui in paucis cõmunicant, de facili lites agere,vt patet de ſimul peregrinantibus,qui expenſas faciunt in communi: quomodo pro leui ad iras & querelas deueniunt in cõputatione expenſarũ, quas de cõmuni fecerunt: ergo multo plures lites inter ciues orirentur,ſi omnia bona & omni tempore haberent communia.

In ſtatu naturæ laſſa hoc ſequitur in cõmodũ.

Præterea,ſæpe iraſcitur dominus ſeruis,quib⁹ indiget ꝓ miniſteriis domus,ꝓpter cõmunẽ conuerſationẽ,quã habẽt in domo: & tamen in bonis non communicant cũ domino. Quid ergo eſſet,ſi omnes ciues non ſolũ conuerſationẽ cõmunẽ,ſed & omnia bona cõmunia haberent,profecto in cõtinuis perturbationibus viuerent, cũ viderent communia inęqualiter diuidi, & ſecundum menſuram & ſecundum bonitatem.Non ergo talis communitas expedit, imò diuiſio:quoniam frequens conuerſatio,& multa communicatio inter homines, diſcordiam parit, & ſeparatio pacem:Hac de cauſa,pater ſeparatur à filiis adultis, & frater à fratre.

Si omnia ſint omnibus diuiſa quæ bona ſe quantur.

Quantũ ad fin aduerte,ꝙ ſi poſſeſsiones & fructus ſunt diuiſi inter ciues, ita tñ ꝙ alteri alter cõicet de bonis ſuis, vt ſolẽt amici ſibi mutuo donare & benefacere &auxiliari, quatuor bona ſequũtur:quę auferuntur poſitione Socratis. Primum eſt,ſeruatur pax & concordia. nam dum vnuſquiſque intromittit ſe de ſuo,& non de eo quod eſt alterius,nõ oriuntur litigia,quæ tamen oriuntur,quando plures rem vnam curant:quoniam vni videtur ſic agendum, alteri autẽ aliter,& ſic altercantur.

Secundum eſt,ꝙ poſſeſsiones fient magis fructuoſę:nam quilibet naturaliter magis inſiſtit circa proprium quam circa commune: & magis perficit & procurat augere. Quod enim commune eſt,nullius eſſe reputatur:ideo negligẽtius curatur,quod ſequitur expoſitione Socratis.

Tertium eſt,conſeruatur delectatio propria quam quilibet habet in ſeipſo de ſuo bono proprio. Nã ſicut naturaliter quilibet amat ſeipſum, & ſeipſo delectatur,nec hoc eſt malum nec vanum,modo amet ſe & delectetur ſeipſo,vt decet,prout declarauimus in libro nono ethicorũ:ſic naturale eſt,vt amet & gaudeat ſuis bonis propriis, tanquam mediis deſeruientibus conſeruationi ſuę. Hanc autẽ naturalẽ delectationẽ aufert Socrates ex communitate bonorũ.Parũ enim amatur,parũq; gaudiũ affert bonũ,quod non eſt in dominio amantis:& tale eſt bonum commune omnibus.

Quartum eſt,cõſeruatur liberalitas inter ciues. Non em̃ eſt actus liberalitatis cõferre alteri cõmunia, ſed propria, ſicut non eſt opus eleemoſynę niſi de proprio.Si igitur omnia:bona ſunt communia,aufertur liberalitas,& conſeruatur diuiſione,melior eſt ergo diuiſio quàm communitas.

Decet quidem in ciuitate eſſe cõmunia ad ciuium amorem concitandum.

Tu tamen aduerte, ꝙ cũ diuiſione facultatũ poteſt eſſe inter ciues cõmunicatio in multis:ſicut inter amicos, & ad cõſeruandã gratioſam facultatẽ,ac vniuerſalẽ beneuolẽtiã: & hęc cõmunicatio introducta fuit in Lacedęmonia: vbi ſeruis & equis & canib⁹,& vehiculis puta curribus & plauſtris viciſsim vtuntur,tanquàm forent vniuſcuiuſque: & in Creta legislator inſtituit quędam cõmunia, ſ.publica conuiuia temporibus determinatis celebranda, vt inter ciues maior familiaritas exiſteret.Patet igitur ꝙ melius eſt vt res & facultates ſint propriæ,quo ad vſum autem communicare cum aliis vt ſolent amici cum amicis.

Voluit Socrates omnium eſſe cõmunia officia,ac perpetua, & cur.

Quãtũ ad tertiũ aduerte,ꝙ Socrates nõ ſolũ inſtituit cõmunitatẽ filiorũ &vxorũ & poſſeſsionũ quo ad fundũ & quo ad fruct⁹,ſed etiã cõitatẽ officiorũ tã viris,quã mulieribus. Voluit em̃ ꝙ omnia officia tam in ciuitate q̃ extra, etiã pugnas & bella,quę exercẽt viri, & exercentes etiã eſſent mulieres.Fũdamentũ poſitionis huius ſumebat ex ſimilitudine brutorũ,in q̃bus quęcunque operantur mares operantur & fœminę.Introduxit etiã ppetuitatem principatus, ſtatuens ꝙ qui ſemel electi eſſent in principes & rectores ciuitatis, eſſent perpetui,& alij ſemper ſubditi.Fũdamentũ autẽ poſitionis huius ſumpſit à naturalibus, dicebat enim ꝙ ſicut in aliqua minera terrę eſt aurũ, & in aliqua argẽtũ,& in aliqua æs,& in aliqua ferrũ,& non permutantur:quia vbi aurũ,ſemper aurũ,& vbi argentũ ſemper argentum,&c.Sic in animabus quorundã hominum genita eſt ſapiẽtia, vt aurũ & eſt perpetua, vt aurũ in minera, & iſti debent eſſe primi & perpetui dominantes. In animabus autẽ quorundã genita eſt virt⁹,puta iuſtitia,ſed cũ minori ſapiẽtia, vt argẽtũ in minera,& iſti debent eſſe ſecũdi ꝓpetui dominantes,aliorũ autẽ animæ ſunt vt mineræ ferri & æris: & iſti debent eſſe perpetuo ſubditi,ſuntq; apti vt ſint agricolæ & artifices.

Officia non ſint communia, nec perpetua.

Sed vt inquit Ari.vtrunque inſtitutũ fuit irrationale: & primo illud mulierũ:qm̃ ſicut natura diſtinguit ſexum, ſic & aptitudinem ad officia, nec eſt ſimile de fœmina in ſpecie humana,& in brutis:qm̃ bruta nihil participant de ratione, nec de vita œconomica, ſed fœminę in ſpecie humana participãt rationẽ,& in vita œconomica, vt declarabimus in œconomica:quędã ſunt ꝓpria mulierũ, quę non decent viros:& quędã ꝓpria virorũ,ad quę nõ ſufficiũt mulieres, vt curare ciuilia.Scdo illud de perpetuis & ſemper iiſdem principantibus fuit irrationale:qm̃ ſemper eſſet cauſa ſeditionis.Homines enim etiã non magni valoris, & multo minus hoĩes animoſi, & bellicoſi nõ poſſunt ferre aliquos ex ſuis quos forte non reputant eſſe maioris virtutis, ꝓpetuo ſibi dominari:& ideo periculoſum fuit inſtitutum tale. Nec valet ſimilitudo ſumpta ex mineris, qm̃ nõ eſt conſtat ſubditis talem eſſe ſapientiam, aut virtutẽ cõgenitam in animabus principantiũ,vt cõſtat de auro & argẽto in mineris. Et ideo pro ſeruanda pace,melius eſt eligere principantes tẽporales quã ꝓpetuos, ſicut dicemus cũ loquemur de politia populari,aut optimatũ.Hęc de præſenti capite dicta ſint

CAPVT III.

Socratis leges in republica adducit,& reprobat.

IN tertio capite recitanda ſunt alia inſtituta Socratis in re pub.ſua ac reprobanda.Aduerte igitur ꝙ Ari. vltra communitatem filiorum & vxorum & poſſeſsionum introductam à Socrate,recitat alia octo inſtituta & reprobat.

Primum eſt de numero bellatorum.

Secundum de quantitate paſsionum.

Tertium de multitudine generationis filiorum.

Quartum de æqualitate ſeruanda inter ciues quo ad diuitias & dignitates.

Quintum de diſtinctione principum à ſubditis.

Sextum de duplicatione domorum.

Septimum de diſtinctione ciuitatis in partes ſuas.

Octauum de commixtione ſuæ politiæ.

Num ſit certus militum ſtatus dus numerus pro ſeruanda ciuitate, vt voluit Socrates.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Socrates inſtituit debere eſſe omni tempore in ciuitate ad minus mille bellatores deferentes arma,& ad plus quatuor millia, qui nutriri tur ære communi.

Hoc reprobat Ariſt.dicens, ꝙ tanta multitudo hominũ occiſorũ,id eſt q̃ nil aliud operanẽ in ciuitate, niſi aduenie te caſu,qui & raro accidit,defenſare ciuitatẽ: & ꝓpulſare hoſtes indigeret Babylonia latiſsima regione,vel alia pene infinita:vt poſſent alimentari,cũ mulierib⁹ & filiis & famulis eorũ,q̃ eſſent in maiori numero quã ipſi bellatores:non ergo determinatio talis numeri in bellatorib⁹ fuit prudenter inſtituta:nã vt inquit Ariſt.prudens legiſlator non habet inſtituere legem prout apprehẽdit aliquid poſsibile.Multa nanque in ſe poſsibilia ſunt,quæ tñ applicata in particulari ſtatuenda non ſunt:puta eſt poſsibile in ſe,ꝙ muri ciuitatis fiant ex ferro,& tñ id non eſt ſtatuẽdum,quia forte ſuperaret facultatẽ ciuium.Antequã ergo legiſlator inſtituat legem tria habet reſpicere:& ad ea ſe applicare, & iuxta illa agere inſtituta.Primo conſideret quantitatẽ regionis, ne ſ.inſtituat amplioré ciuitatem,quã poſsit regio alimentare.ſecundo cõſideret cõditiones hominũ illius regiõis, vt cõuenientes ꝓportionatas eis leges inſtituat.Tertio cõſideret loca vicina,& propinquas ciuitates,qũo poſſit ciuitas inſtituenda ſocietatem inire cũ illis,& tempore pacis, & tẽpore belli.& qũo oportet non ſolũ milites habere in ciuitate,ære publico ſuſtentatos,ſe etiam ciues armatos & bellicoſos eſſe:vt ſint inimicis terribiles & formidabiles aduenientibus & recedentibus à regione.

Legislator ante legis inſtitutionem quæ attẽdere debet.

Quantum ad ſecũdum aduerte,quòd Socrates determinans quantitatẽ poſſeſsionis ciuitatis condendæ,dixit debere tantum eſſe,quòd ex fructibus ex ea percipiẽdis poſſent ciues temperate viuere.

Voluit Socrates tot eſſe in vna ciuita-

Hoc reprobat Ariſt.dicens ,Melius determinaſſet Socrates,ſi non ſolum temperate,ſed & bene,ſiue liberaliter apoſuiſſet.Statuens ergo ꝙ poſſeſsio debet tanta eſſe,quòd ex ea ciues poſsint tẽperatè & liberaliter viuere,ratiõabi-

liter

et comparãdas poſſeßiones quot ne ceſſaria eſſent ciuibus ad temperate viuendũ.

liter ſtatuiſſet:nam neutrum ſeparatim expedit:poteſt enim quis tẽperate viuere in penuria & ſummo labore:& hęc re putatur miſeria, ſi autem dicatur ſolum liberaliter, ſequitur, ꝙ in deliciis ſuperfluis viuant,& ideo melius eſt dicere,temperate & liberaliter,vt ly temperate modificet liberaliter,& ly liberaliter modificet temperate:& aduerte, ꝙ apud nos,hoc totum,temperate & liberaliter viuere,æquipollet huic,modeſte,ſiue honeſte viuere.

Num in infinitũ procreandi ſint filij vt voluit Socrates,an in certo numero.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ Socrates licet determinauerit quantitatem poſſeſsionis ꝓ ciuitate nutrienda, nõ tamen determinauit multitudinẽ ciuium,ſed dixit generationem filiorum non limitandam, ſed quòd tẽdat in infinitum:& tamen ex hoc non exceſsiua erit multitudo hominũ in ciuitate,qm̃ & ſi multę mulieres generant, multę etiam ſunt ſteriles,& ſic ſemper ſeruabitur quaſi eadẽ multitudo in ciuitate,vt videmus communiter euenire.Hac igitur cauſa,nõ curauit Socrates aliq̃d determinare circa generationem in multiplicandis filiis,vſque ad certum numerum.

Hoc reprobat Ari.dicens, Si poſſeſsiones eſſent diuiſæ, forte non oporteret determinare multitudinem filiorum, qm̃ quilibet ſtuderet ꝓuidere & augere ſubſtantiam pro filiis ſuis. Sed quoniam ex lege Socratis poſſeſsiones ſunt communes,ſequitur,ꝙ ignobiles parum percipient de fructibus,ſi multiplicentur:& etiam ſi multiplicantur,potẽtes ciuitatis:nam potentes primo ſibi & ſuis ſi multiplicantur, accipient neceſſaria, & ignobilibus multiplicatis parũ aut nihil remaneret. Oportet ergo magis determinare multitudinẽ circa generationem filiorum,q̃ quantitatem poſſeſsionis : nam ſi permittatur, ꝙ homines indefinite generent filios,ſicut communiter fit in ciuitatibus,ex hoc de neceſsitate ſequitur paupertas in ciuibus & nobilibus. Multi nãque filij nobiliũ & potentũ erunt pauperes,cũ non habuerint plus,q̃ pater eorum diues : ex paupertate autẽ ciuium ſequuntur ſeditiones & delicta:quoniam dũ nõ habẽt vitæ neceſſaria,ſtudent illicite,aut fraude,aut raptu,aut homicidiis acquirere:eſt ergo determinanda multitudo generandorũ filiorũ. In qua tñ determinatione reſpiciendũ eſt, vt inquit Ariſt. ad fortunas, ſi contingat decedere aliquos & ad effectum procreandi : & intendit quòd legiſlator debet reſpicere ad mortes fortuitas,quæ ſunt eorum,q̃ decedunt mox nati,vel antequam ad vſum rationis perueniant:& ad ſterilitatem mulierum,vt ſ.tãtum permittat numerum generatorũ creſcere quòd tales fortuiti defectus ſuppleãtur.

Num æquales diuitiæ debeant in ciuitate eſſe ciuibus.

Quantum ad quartũ aduerte,quòd Socrates nõ diſponit in lege ſua,quomdo ęqualitas ciuium conſeruetur,nec qũo ſint æquales diuitiæ eorum,ſed permittit, vt dicemus infra,quoſdam habere maiores q̃ alij, verum vtrum hæc inæqualitas diuitiarum expediat,declarabimus infra, cum loquemur de politia ex propria ſententia.

Pro nunc Ariſto.reprehendit Socratẽ in hoc ꝙ videtur Phidon Corinthius legiſlator meliꝰ circa hoc dixiſſe,dixit em̃ duo maximè obſeruanda in ciuitate, primo ꝙ domus antiquorum ciuium perſeuerent æquales in diuitiis & dignitatibus:ſi etiã à principio inæquales ſortes habuiſſent, ſ.in prima diuiſione regionis. Qũo autem ad ęqualitatem reduci poſsint,declarabimus infra.Secundò, quòd multitudo ciuium ſemper æqualis perſeueret.

Quomodo diſtinxit Socrates principem à ſubditis.

Quantum ad quintum aduerte ꝙ Socrates dixit aliquã diſtinctionẽ debere eſſe inter principes & ſubditos:qm̃ ſicut ex alia reducitur filum lanæ & ex alia filum lini, ita ex alia hominum conditione oportet aliquos aſſumi ad principatum:& ex alia remanere ſubditos.

Sed dicit Ariſto.omiſit Socrates in ſuis legibus aſsignare qũo differre poſſent præſides à ſubiectis, nec aſsignare potuit ex parte originis: puta ꝙ ingenui & filij nobilium aſſumerentur ad principatum,& filij ignobiliũ & artificũ & agricultorum eſſent ſubditi:nam exquo ſtatuit cõmunitatem vxorum & filiorum,diſtingui nõ potuit ingenuus ab ignobili.In hoc ergo defecit Socrates.

Num expediat ciui habere duasdomus vt voluit Socrates.

Quantum ad ſextum aduerte,quòd Socrates ſtatuit quẽlibet ciuem debere habere duas domos,vt forte in vna habitaret ipſe & vxor,& in alia filij.

Sed vt dicit Ari.hoc fuit in grauamẽ ciuium, & difficile eſt obſeruare:qm̃ non eſt facile quemlibet ciuem habere tã familiã ꝙ poſsit domos duas inhabitare,& præterea dãnoſum illi eſſet in duabus domibus facere expenſas.

Quantum ad ſeptimum aduerte ꝙ Socrates ciuitatem diuiſit in duas partes,ſcilicet in agricolas & ĩ pugnatores.

Non bene diuiſit Socrates ciuitatem in agricolas & pugnatores

Sed dicit Ariſt.ergo tota reſpubli.& ciuitatis gubernatio:neq; erit populi ſiue plebis:neq; paucorũ potentiũ ſed ſolum ex his qui arma ferunt:nam cũ agricolas oporteat in agris habitare:ſoli pugnatores ciuitatẽ inhabitabunt:& ſic ipſi ſoli facient rempubli.ſiue politiam.Sed hęc nõ eſt optima reſpub.imò magis laudatur regimen cõmixtũ ex diuerſis gradibus:nam vnum regimen temperatur ex admixtione alterius:& minus datur ſeditioni cauſa ſi omnes participent in principatu:vt ſi in aliquo dominetur populus:in aliquo potentes,in aliquo rex : & ꝓpterea laudatur reſp. Lacedęmoniorum : quã dicunt conſtare ex paucorum potentia:item ex vnius,ſ.regis gubernatione, & ex populari ſtatu.Habebant enim regem & ſenatum ex maioribus ciuitatis:& Ephoros,id eſt prouiſores electos & aſsũptos de populo:qui intẽdebãt publicis cõuiuiis:victualibꝰ:&venalibꝰ.

Quantum ad octauum aduerte ꝙ Socrates conſiderans politiam commixtam ex diuerſis regiminibus melioré eſſe: vt diximus de Lacedęmoniis:volens politiam ſuam commiſceri:ſtatu ꝙ componeretur ex tyrannide & regimine ſiue ſtatu plebeio:forte vt potentia plebis refrenaretur per potentiam tyranni:& potentia tyranni per potentiam plebis.

Sed dicit Ari.cum regimen plebeium & tyrannis nõ ſint dicendę politiæ:vel ſint deterrimæ:quoniam nõ dominãtur ſecundum rationẽ:ſed pro impetu voluntatis: impoſsibile eſt ex his peſsimis optimam componere politiã qualem credebat Socrates ſe compoſiturũ.Melius ergo dicunt qui ſtatuunt vt Lacedęmonij apud quos eſt rex:& ſenatus:& ſunt prouiſores de populo.Hic terminatur ſumma opinionis Socraticę ſiue Platonicæ:& reprobationis ſuæ.

Tu tamen aduerte ꝙ[vita comite]intendimus in Platonica morali inueſtigare,quę fuerit in hoc ꝓpria ſententia Platonis:& quantum militet aduerſus eum reprobatio, quã fecit hic Ariſt.contra eum.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS

in ſecundum librum Politicorum,in tria capita diuiſus.

¶De Politia Phaleæ Carthaginenſis,& eius reprobatione.

IN hoc ſecũdo tractatu iuxta ordinem poſitũ in principio libri,recitanda ac reprobanda eſt politia inſtituta ꝓ Phaleam Carthaginenſem: nam vltra politiam inſtitutã à Platone ſub nomine Socratis,q̃ plures alię inueniuntur inſtitutæ:& quidẽ aliquæ inuentę ſunt ab idiotis & indoctis, aliquæ à Philoſophis & prudentibꝰ,qui in humanis & in ciuilibus fuerunt experti, ex quibus aliquæ nũquam fuerunt in obſeruantia,aliquæ autem acceptatę, & ſecũdum eas ciuitates aliquæ fuerunt regulatæ. In nullis tamẽ inuenitur inſtituta cõmunitas qualem inſtituit Plato, ſcilicet filiorum, vxorum,facultatum,officiorum, conuerſationum communium viris& mulieribus.Dimiſsis autem aliis immoratur Ariſt.circa eam,q̃ fuit Platonis de qua formauimus tractatum præcedentem,nunc autẽ immorãdum eſt circa politiã Phaleæ:& in tractatu ſequenti circa politiam Hippodami Mileſij:& hunc tractatum diuidemus in tria capita.

In primo recitabuntur quæ Phaleas ordinauit.

In ſecundo declarabitur,ꝙ inſufficienter ea ordinauit.

In tertio declarabitur quæ omiſit,quę tñ inſtituere, & de eis conſiderationem habere oportebat.

CAPVT I.

Quasnam in republica leges ſtatuerit Phaleas,

IN primo capite videndum eſt quæ, & quomodo Phaleas ordinauit,& hic duo agenda ſunt.Primò quæ principaliter inſtituit.Secundò quomodo ea inſtituit.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ, vt inquit Ariſtote.legiſlatores ad illud principaliter intenderũt ordinandũ, ex quo communiter oriuntur ſeditiones deſtructiuæ ciuitatũ, & ꝓ qbus auferẽdis legiſlatores ſtuduerunt. Hac de cauſa vt dictum eſt in primo tractatu, Plato illam communitatẽ inſtituit arbitrans ex ea ciuitatẽ fore vnitiſsimã & cõcordẽ.Phaleas igitur aduertens ꝙ ex poſſeſsionibus & ſubſtãtiis inter ciues niſi bene ordinẽtur, oriuntur ſeditiones,dũ pauperes conqueruntur de diuitibus, ſolent etiam ex artificibus non bene ordinatis tumultꝰ & lites fieri,dũ rixan-

Phaleas voluit in republica nullū esse pauperē sed omnes habere æquales substantias.

tur adinuicē & mutuo inuidēt ꝓpter lucrum. Ideo Phaleas totum studium in politia sua quertit ad ordinādum de substantiis & artificiis. Quantum igit ad substantias & facultates ordinauit, ꝙ omnes ciues haberent substātias æquales, ita ꝙ nullus esset pauper, nullusq; ditior altero, & vt dicit Ari. videt Phaleas in hoc bene excogitasse. nam & quidā ex antiqs legislatorib⁹, aduersērūt, ꝙ bene regulare substātias ciuium, multum confert vnitati & paci ciuitatis. Vnde Solon condens leges Athenien sibus instituit neminem ciuium posse emere terras quantascunq; voluerit, sed vsque ad certū terminū, & hoc idem quędā alię leges obseruant. eadem ratione apud aliquas nationes ꝓ legem obseruatur, ne patrimonia alienentur. vnde apud Locros antiqua lex fuit, ne qs patrimoniū vendat, nisi euidentem calamitatem supuenisse ostenderit. Prēterea nonnullę leges disponunt: vt antiquę ciuium sortes & hereditates illæsæ conseruentur. Quod qm̄ non fuit apud Leucadā obseruatum, ideo ciuitas & resp. facta est valde popularis, id est regimen ciuitatis deuenit ad plebeios & populares, q̄ sine ratione regunt. Nam cum cuilibet ꝓmitteretur tantum emere, & tantum vendere ex possessione, quantū liberet, ad hoc deuentū est ꝙ multi plebei facti sunt diuites & exaltati ad regimen, & multi ex maioribus pauperes & depressi, & ita sequutum est, ꝙ non amplio⁹ eliguntur homines ad regimen ex determinatis dignitatibus maiorum propter confusionem superuenientem in conditionibus ciuium. Bene ergo semper studuerunt prudentes legislatores in regulandis ciuium substantiis, & in hoc bene fecit Phaleas, sed non sufficienter vt dicemus.

Artificum opera erant communia apud antiquos.

Quantum ad artifices, vt cessarēt rixæ inter eos instituit, ꝙ in communi operarentur iuxta artem suam, puta omnes fabri in communi, omnes textores in communi, omnes coriarij in communi: & eorum opera distribuerentur inter ciues iuxta eorum necessitates & indigentias. In his duobus regulandis maximè laborauit Phaleas in politia sua.

Quantum ad secundum, aduerte ꝙ circa communitatē artificum, non aliud dispositum ab eo habemus. Non enim recitat Arist. modum inuentum ab ipso Phalea, quo essent artifices communes; & quomodo operarentur in communi an scilicet in vno loco communi, vel ad expensas communitatis: & ipsi tantum ponerent opera vt serui.

Quomodo Phaleas voluit possessiones vt substantias esse omnium æquales.

Circa adæquationem autem substantiarum & possessionum duos modos inuenit. Primo quidem, quando incipit ciuitas de nouo condita inhabitari possessionum adęquatio fiet, si regio vel territorium totum diuidatur à principio æquis portionibus inter ciues. Sc̄o autem, quando ciuitas iam est habitata & partes ciuiū quo ad facultates sunt inæquales, fiet adæquatio, licet difficilius & tardius, si diuites dederint filias suas pauperibus, & dotes: & si pauperes dederint filias suas diuitibus sine dotibus. Hoc modo putabat Phaleas tandem futuram adæquationem substantiarum ex dotibus inter ciues. Hæc sunt præcipua, quæ ordinauit in politia sua, vt recitat Arist. Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

Legē quam posuit Phaleas, q̄ fuerit irrationabilis ostendit.

IN secundo capite declarādū est q̄ insufficiēter in ꝓdictis ordinandis Phaleas se habuit. & primo quidem circa adę quationem substantiarum. Secundo quantum ad artifices.

Malum est omnium statuisse æqualem esse substantiam.

Quantum ad adæquationem ostenditur quinque viis ꝙ insufficiens fuit eius ordinatio. Primo sic, sicut statuit taxationem & mensuram substantiarum inter ciues, oportebat etiam taxare & ponere regulam circa multitudinem filiorū generandorum, puta ꝙ ciues postquam haberent quatuor filios, aut quinq;, non amplius generarēt, vel ꝙ postquam tot pueri nati essent, puta decē millia, tot ex hominibus exirent ciuitatem, & tenderent ad construendam aliā ciuitatē, sicut videmus in apibus faciendis. Nam si non taxatur regula circa generationem filiorum, necesse est legem Phaleæ in breui abrogari. Si enim ciuis vnus generat quatuor filios, & alter decem, mortuis patribus, quorum substantię erant æquales, filiorū erunt inæquales. Singuli enim quatuor plus habebunt q̄ singuli decem: & sic paulatim filij diuitū fient pauperes: & hoc erit malum: quoniā non expedit paci ciuitatis filios diuitum & nobilium fieri pauperes. Conuertent em̄ sed ad rapinas & oppressiones: & nō assueti paupertati insolescent. Quod si non taxetur per legē quantitas possessionis: malum hoc non accidet: quoniam vnusquisque sicut crescit in numero filiorum, studebit augere diuitias ꝓ futura filiorū hereditate. Patet igitur quòd Phaleas insufficiens fuit: quoniā aut non debuit regulare quantitatem substantiarum: aut simul debuit ordinare de multitudine filiorum.

Secundo sic: licet determinauerit quantitatem facultatū inter ciues: non tñ determinauit quantitatem per comparationem ad pericula quæ possunt ab externis imminere: nam non expedit ita magnas esse ꝙ finitimi quasi inuidentes eas concupiscant: & maximè si sint adeo potentes: ꝙ eis resisti non possit. Nec expedit ita paruas esse ꝙ cum paribus & similibus non possint bellum sustinere, & si quæras: quāta debeat esse facultas totius ciuitatis per respectum ad externa pericula: & maximè ne vicini desiderent obsidere & expugnare eam. Respondet Aris. ꝙ tanta debet esse vt lucrum nō afferat bellantibus: si contingeret eos esse victores: imò potius detrimentum: quia forte magis expensum erit in expugnatione & obsidione: quàm in victoria, & id consonum est exemplo quod recitat Ari. inquiens, Cū Autophardates princeps statuisset obsidere Atharneam vrbem, Eubolus sapiens eius consiliarius consuluit ei, vt prius consideraret, quanto tempore obtinere posset eam: & computaret tāti temporis expensas: ꝙ si inuenerit maiores fore expensas, quàm lucrū postquam vrbem deuicerit, relinquat obsidionem, cui consilio princeps adhæsit, & recessit ab vrbe: quod vtique nō feciſſet, si inueniſſet se magis lucraturum. Cum igitur Phaleas non considerauerit nec aliquid statuerit circa quantitatem facultatum totius ciuitatis per respectum ad externa pericula: patet quòd insufficiens fuit.

Tertio sic: licet sit vtile ciuitati facultates esse ęquales inter ciues ne oriantur seditiones: hæc tñ non est causa sufficiens tollendæ seditionis nisi inter paruos & minores ciues imò maiorib. & virtuosis datur occasio seditionis. Indignabuntur em̄ si æqualia cum minoribus recipiant: cum sint digni maioribus. Sicut em̄ aduersatur iustitiæ ꝙ ęquales inæqualia recipiant: sic si inæquales æqualia. Et hac de causa maiores aduersantur minorib⁹: & seditiones ac fraudes & oppressiones machinantur. Nam sicut iustitia ciuitatem cōcordat, sic oppositum perturbat. Insufficiēter ergo Phaleas de quantitate facultatum statuit.

Quarto, dicit Aris. ꝙ improbitas hominū insatiabilis est: & intendit ꝙ licet humanę necessitati satisfieri possit: tamen malitia repleri non potest. Nam experimur ꝙ homo nihil habens dicit modicum habere, mihi sufficeret: mox vero vt illud acquisierit plura semper appetit: & in infinitum ꝓcedit. Infinita est em̄ humanæ cupiditatis natura: ad quā explendam plurimi intendunt. Oportet igitur vt conditor legis magis studeat ciuium concupiscentiam regulare quàm facultates. Illa em̄ regula facile est facultates regulare, sed non econuerso: sed oportet vt legislator aliter instituat bonos & virtuosos circa hoc: & aliter malos. Bonos quidē sic instituat & doceat ꝙ nolint auarè agere, id est non quęrant habere quæ sibi non competunt: & id quidem faciet assuefaciendo eos ad amorem iustitiæ. Circa prauos autē sic disponat: quòd etiam si velint: non valeant aliena habere. Id autē fiet: si instituerit quòd semper sint inferiores & non exaltentur: ne alijs nocere possint: & eis iniuriæ non irrogentur: nā ex iniurijs illatis indignati nocumenta machinarentur in alios & quòd innocentes essent. Cum igitur Phaleas talem disciplinam circa frænandas concupiscentias non dederit, valde insufficiens fuit institutione adæquandę facultatis.

Quinto sic: vltra facultates immobiles ciues habent bona mobilia, vt seruos, animalia, & pecunias, quę parātur ad vsum vitæ: & appellamus supellectilem: de quorum adęquatione Phaleas nihil dixit: sed oportet ꝙ tam immobiliū quā mobilium fiat dispositio inter ciues aut per adæquationem aut alio modo. Eadem em̄ ratio est de omnibus: qm̄ ex vtrisque nisi bene ordinētur inter ciues oriri possunt seditiones. Patet igitur: quàm insufficiēter ordinauit Phaleas de facultatibus ciuitatis: tam respectu ciuium quàm respectu externorum discriminum.

Quantum ad artifices valde insufficienter dispoſuit. Nā si omnes in communi operentur: & eorum artificiata inter ciues distribuuntur secundum eorum indigentias: ergo Phaleas voluit eos esse vt seruos ciuitatis. Serui autem non sunt pars communitatis ciuilis: sed instrumenta deseruiētia animata rationalia vt declarauimus in primo libro: in secundo tract. ergo artifices non faciunt supplementum neque augmentum ad multitudinem ciuitatis: & sic relinquitur quòd ciuitas ex ordinatione Phaleæ remanet valde parua: quoniam videmus nunc non modicam partem ciuitatis constare ex artificibus. Non ergo fuit sufficiens in hoc dispositio Phaleæ.

Quæ ad principandum aliseligere.

vt dicit Aristot prius sæpe ostenderant. Sed & nuper ostenderunt in causa quam ciuitas habebat contra Andrios. Quidam em̃ ex eis argẽto corrupti quantum fuit ex ipsis totã rempub. in piculo posuerũt. Ideo nõ expedit plebeios pauperes ad talem principatũ assumi. Similiter modus eligendi p sortes malus erat. Nõ em̃ sorte aut fortuna sed inquisitione prius facta, de virtute & qualitate ꝑsonarũ eligendi erant.

Secundum autem fuit peius: qm̃ talis principatus quasi æqualis tyrannidi, ita debilitabat potestatem regis, ꝙ rex cogebatur ꝑmittere populum seipsum regere: & parum legi obedire: & sic corrumpebatur paulatim eorum politia: ita ꝙ ex statu optimatũ degenerabat in statum plebeium.

Tu tñ aduerte, quòd hic principat⁹, vt dicit Arist. vtilis erat ciuitati in hoc ꝙ pacé seruabat. Quiescebat enim populus à seditione qm̃ partem habebat in magno principatu ephororum: & hęc vtilitas sequebatur experimento & in effectu, siue eueniat ex intẽtione legislatoris siue à fortuna.

Tertium vero est contra legé & propositũ ciuitatis. Nã imponebatur eis lex dura forte propter hoc vt non emolliarentur, sed non potentes talem legem sustinere eã occulte transgrediebantur vacantes delectationibus corporalib⁹: & sic eorum vita erat contra intentionem ciuitatis.

Statuta senioru apud Lacedæmones.

Quantum ad secundũ aduerte quòd in principatu seniorum, ad quos spectabant maxima iudicia ciuitatis, legislator duo instituit non recte.

Primum est, ꝙ semel electi & assumpti ad talem principatũ ꝑpetuo manebant in eo: nec quacunq; autoritate poterãt amoueri. Poterant tñ Ephori, quando iudicabãt expedire, sentẽtias seniorũ impedire ne ꝓcederẽt, & nõ aliã habebant autoritate super senatum, nec rex poterat senatoré amouere.

Secundum est ꝙ illi, q̃ videbantur digni principatu seniorũ, peterent ipsum & nisi peterent quantũcũque iudicarẽt digni, nõ possent eligi nec assumi ad talé principatũ.

Non fuit expediens perpetuo remanere senẽs magistratu.

Sed vt dicit Arist. vtrunque horũ non bene se habet. Nõ quidem primũ etiam ꝙ electi & assumpti essent viri optimi, & sufficienter ad virtutem eruditi: qm̃ cum habeant potestaté super magna iudicia ciuitatis, si ꝑ totam vitam debent esse in tali principatu, oportet vt ꝑ totã vitã: & in ipsa vltima senectute vigeant virtute mentis, & viuacitate ingenij ac prudentiæ: sed hoc non contingit: qm̃, vt inquit Arist. sicut est corporis, sic est & mentis senectus: & intẽdit

Senes non multi sunt sensus.

ꝙ sicut ex senectute debilitaẽ corporis virtus & robur, sic & plerunque animi ac mentis virtus. Postquã em̃ senuerit homo, nõ habet illã ingenij viuacitatẽ, nec mẽtis robur q̃d aliqui appellant masculũ sensum, sicut in iuuente, eo ꝙ debilitant sensitiuæ vires deseruiẽtes parti intellectiuæ: istæ autẽ sunt phãtasia, cogitatiua & memoria: q̃ in senectute pigresc̃t & remittũtur: vt declarauim⁹ in Epitomate nostro de memoria & regiminis scientia: non ergo expedit senatores esse ꝑpetuos.

Præterea, tales volunt apud plebem liberales videri: vt acquirant sibi popularem fauorem: & sic absque ciuitatis vtilitate largiuntur ac dispensant bona communia: expediens ergo esset vt si deficientes inuenianẽ quòd amoueri possent, non ergo illud institutum fuit rectum.

Etiam nolentes sunt aliquando ad magistratum compellendi.

Secundum etiam non fuit rectum. qm̃ stante illo statuto null⁹ assumeretur nisi volens. Oportet autẽ vt inquit Arist. & volentẽ & nolentẽ ad magistratũ assumere si dignus sit: nam cõmunis vtilitas propriæ voluntati præferenda est.

Præterea, videtur legislator ex tali statuto facere ciues honoris amatores & cupidos: null⁹ em̃ peteret principatũ nisi volens & amans principari, q̃d importat honorem. Si ergo nullus habet principatum nisi petens, sequitur quòd soli amãtes honoris principãtur, & ita omnes prouocarentur ad amandum & affectandum honores. Hoc autẽ valde periculosum est ciuitati. qm̃, vt inquit Arist. pleraque eorũ, quæ homines iniustè faciunt, vt violentię & rapinæ ꝑ ambitionẽ & auaritiam committuntur. Patet ergo quòd institu-

Cur Lacedæmones nolebant regẽ perpetuo regnare.

ta circa principatum seniorum, non fuerunt recta.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ Lycurgus instituit regẽ non debere esse ꝑpetuum, sed pro tãto tempore: & eo amoto instituere alium. & causa huius legis mouẽs animũ legislatoris fuit. qa extimauit se ex legibus suis nõ posse facere ciues pfectè bonos. Oportet autem regem ꝑpetuum esse pfectè bonũ: & quoniã Lycurg⁹ diffidit se posse facere ciues pfectè bonos ideo Lacedæmones inhærẽtes opinioni Lycurgi: quãdo mittebãt nũcios aut legatos eligebãt duos adinuicẽ inimicos & dissentiẽtes, vt alter alterũ impediret si agere vellet ꝙtra bonũ ciuitatis & similiter putabãt fore in saluté ciuitatis si reges qui sibi inuicẽ succederẽt dissentirent, quoniã sequens emendabat malè acta præcedentis.

Regem per totam vitã regnare vtilius foret.

Sed, vt dicit Arist, magis rationabile fuisset instituere seniorũ principatum temporalé quam regium. Creatur enim rex, vt sua plenaria potestate efficaciter conferuet statũ ciuitatis. Hoc autem agere non poterit nisi per totam vitam regnauerit: nam si temporalis erit, timebit alios offendere, & subditi minus eum timebunt. Secus autem est de senioribus, qui ad consilia vel iudicia ferenda eligebãtur. Patet igitur, ꝙ institutum de regio principatu non fuit rectum: vtrũ autem expediat ciuitati habere regem vel non, declarabimus in libro sequenti. Hæc de secundo capite dicta sint.

CAPVT III.

Lacedæmonum instituta circa publica conuiuia, & circa milites, & illorum stipendia ponit.

IN tertio capite recitanda sunt instituta Lacedæmonũ circa populũ & bellatores: & reprobanda: & hic tria agenda sunt. Primo recitatur institutum datum populo circa cõuiuia publica, & reprobatur. Secundo recitatur institutum circa communiter bellatores & improbatur. Tertio recitatur institutum circa stipendia militum & reprobatur.

Conuiuia cõmuna quam doque fieri voluit Lycurgus in ciuitate ī quæ omnes venirent, ac secum ferrent de suo proprio.

Quantum ad primum aduerte, quòd Lycurgus instituit debere fieri in ciuitate in communi certis temporibus anni publica conuiuia ad vniuersalem recreationem populi, & ad conseruandam vniuersalẽ concordiam: ad quæ tota ciuitas conueniret: ita tamen, ꝙ singuli secum ferrent partem ciborum offerendam in communi conuiuio, & qui non secum ferret non posset habere partem in politia: ita quòd nõ posset assumi ad aliquod regimẽ nec Ephororum, nec seniorum, nec regium: nec vocem habere in eorum electione.

Sed vt dicit Arist. melius fuisset instituere talia conuiuia debere fieri cõmunibus expensis ciuitatis, sicut institutum fuit apud Cretenses, quam ꝙ singuli offerrent. Oportebat enim & pauperes offerre, & hoc erat grauamẽ eis & destructio nõ habentib. modũ expendendi & ex hoc instituto sequebatur oppositum intentionis legislatoris. Instituit enim hæc conuiuia in fauorem populi, & pro communi recreatione: & tamen sequebatur detrimẽtum, eo quòd cum multi essent de populo pauperes, offerre non poterant: & sic sine culpa priuati erant principatu & autoritate eligendi, quamuis essent boni & digni: non ergo fuit institutum rectum, sed melius fuit institutum apud Cretenses.

Lycurgi institutum circa militiam.

Quantum ad secundum aduerte duo instituta vnũ particulare, alterum vciuersale. Particulare quidem fuit quòd instituit ꝑfectos classis & belli naualis omnino distinctos à præfectis belli terrestris, ita quòd nulli maiori autoritati erant subiecti, sed erant sicut omnino distincti reges, cum plenaria potestate.

Sed vt dicit Arist. hoc non erat tutũ, quoniam principatus nauigiorum erat velut alterum regnum: & sic habebant duos reges, scilicet maritimum & terrestrem. Hoc autem erat causa & materia seditionis, ideo statutum iliud nõ fuit rectum.

Vniuersale autem fuit, quòd instituit ciuitatem debere maximè & semper intendere militiæ, vt possent non solum se defendere, sed & aliis dominari, ita quòd totam politiã adhoc vt ad optimum finem ordinabat, quasi quòd virtus bellica, quæ est fortitudo, sit optima virtus beatificans.

Nõ expedit ciuitati semper bellisinsistere.

Sed vt dicit Arist. recte Plato in suis legibus hoc institutum increpat, quoniã Lycurgus nõ ordinauit politiã suam ad omnes virtutes, in quibus debent informari ciues: & maximè in prudentia & iustitia & tẽperantia, sed ordinauit eã totaliter ad vnam virtutem, id est fortitudinem: quæ nõ est maxima virtutũ: & ex hoc statuto sequebatur quòd quoniã in his, quæ ad bellum pertinent se bene habebant. tempore belli bene conseruata erat ciuitas, sed adepta victoria male se habebãt in dispositione status politici: nesciebãt enim in pace viuere, vtpote non exercitati in morali & virtuosa cõuersatione, sed tantũ in furibunda exercitatione bellica: & hoc erat non modicum peccatum: & non aduertit Lycurgus bellum ordinari ad pacem: sicut motum ad quietem & non econuerso: non ergo fuit intẽtio legislatoris in hoc bñ regulata: nec institutum illud vniuersale fuit rationabile.

Cur Lycurgus noluit in republica esse pecunias.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ Lycurgus nõ instituit ciuitatẽ debere habere cõmunes pecunias, vel publicũ ærarium, ex quo tribuerentur stipendia militibus. Sed instituit singulos ciues debere de ꝓprijs ministrare & cõtribuere ꝙ talibus

blicum ærarium: quod quidem irrationabile fuit.

galibus ſtipendijs, nullus tamen cogebatur autoritate ſuperioris tantum, vel tantum tribuere, ſed vt ſibi placitum erat: & rō mouens Lycurgum fuit hæc, qa ciues in poſſeſsionib⁹ erant abundantes, ex quarum fructu poterant ſine grauamine & ſuæ familiæ & militibus ꝓuidere, ideo nō curauit ærarium publicum inſtituere.

Sed, vt dicit Ari. non cōſiderauit Lycurgus ꝙ Lacedęmones coacti erant ſępe bella gerere, oportebatque ſæpe militibus ꝓuidere: & ciues licet raro ſponte tribuerent, non tā crebro niſi cū difficultate nec ad ſufficientiā: qm̄ non niſi ꝓ voluntate, & quantū ſibi placuiſſet: & ſic forte retardabant negocia bellica in detrimentum & periculum ciuitatis.

Prętерea ex hoc ſtatuto reddidit ꝑſonas priuatas & inopes ac viles cupidas & auaras & inhiantes pecunijs: dum nitebantur tantum lucrari, ꝙ poſſent & ſibi & cōitati ꝓ militibus ꝓuidere: non ergo ſtatutū fuit rationabile, meliuſq; fuiſſet ærarium publicum inſtituere. De Lacedæmonum igit̄ republica dictum ſit. Hęc namque ſunt, quæ quis maximè reprehendet. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS
in ſecundum librum politicorum, in duo capita diuiſus.

¶De Republica Cretenſium.

IN hoc quinto tractatu agendum eſt de repub. Cretenſium, & diuidem⁹ ipſum in duo capita. In primo cōparabitur reſpub. Cretenſium rei publicæ Lacedæmonum. In ſecūdo declarabūtur quæ ſunt melius inſtituta apud Cretēſes, quàm apud Lacedæmones, & etiam quę ſunt peius inſtituta.

CAPVT I.
De Cretenſium & Lacedæmonum legibus in quo conueniant, ac differant, oſtendit.

IN primo capite comparanda eſt reſpublica Cretēſium ei, quæ eſt Lacedæmonum: & hæc comparatio eſt quātum ad tria. Primo quantum ad propinquitatem. Secundo quantum ad cauſam propinquitatis. Tertio quantum ad conuenientiam conſtitutorum.

Quantum ad primum aduerte, vt dicit Ariſt. ꝙ Cretenſiū reſpublica finitima, id eſt, propinqua eſt reipublicæ Lacedęmonum: qm̄ in pluribus cum ea conuenit, & in aliquibus differt, vt declarabimus: in quorum paucis melius eſt inſtituta quàm Lacedæmonica: ſed in pluribus deterius ſe habet & minus nitidè, id eſt, quia minus conuenientia ſunt ſtatui ciuitatis, vt manifeſtabimus.

Lacedæmonum ac Cretenſium leges cōes quō fuerunt & ſunt.

Quantum ad fm̄ aduerte, ꝙ cauſa huius propinquitatis fm̄ Ari. fuit prioritas temporis. nam reſpub. Cretenſiū prior & antiquior eſt: & ideo in pluribus rudi⁹ & peius ſe habet. nam inuenta ab antiquis videntur rudiora inuentis à iunioribus, & reſpub. Lacedæmonum ſumpta fuit ab ea quæ erat Cretenſium. Fertur enim vt recitat Ari. ꝙ Lycurgus poſtquā dim: ſit tutelam Carilli regis longo tempore peregrinatus & cōuerſatus eſt in Creta propter amicitiam & cognationem quam habent adinuicem Lacedæmones & Cretenſes: & ideo Lacedæmones, qui cauſa amicitiæ & familiaritatis in Cretam deuenerāt acceperunt legum Cretenſium inſtituta: vnde & incolæ Cretenſes vtunt̄ legibus eodem modo, vt Lacedęmones ſicut eas conſtituerat Minos.

Græcorum leges cur in Creta prius inuętæ ſunt.

Et ſi quæras quare leges quę ſunt inter Græcos primo inuentæ ſunt in Creta.

Reſpondet Ari. hoc ideo fuiſſe, quia inſula Cretæ, vī optime diſpoſita fm̄ ſitum ad dominādum omnibus Gręcis. nā fere omnes Græci habitant circa mare: & inſula Cretæ cuncto mari imminet, & parum diſtat à Peloponneſo: & ſimiliter verſus Aſiam propinqua eſt Peritriopio: & inſulæ Rhodo: & ideo propter talem ſitum Cretę, Minos rex Cretenſis obtinuit principatum maris: & inſulas prius habitatas per vim ſubegit: & alias nō habitatas de nouo habitari inſtituit & ſingulis leges, quas Cretēſibus condiderat, ſeruandas ꝓpoſuit. Hæc fuit cauſa ꝙ leges Græcorum primo inuentæ ſunt in Creta. Tandem Minos Siciliam aggreſſus circa Camerinam defunctus eſt. Eſt autem Camerina circa montem Vulcani vel Aethnę, ex quibus ignis emittitur.

Quantum ad tertium aduerte, vt recitat Ariſto. ꝙ politia Cretenſis & Lacedemonum conueniūt in pluribus in inſtitutis, & præcipuè in his.

Primo in agricultura: quā apud Lacedæmones non exercent Agricolæ, qui ſint per ciuitates, ſed hilotæ ſerui: ſimiliter apud Cretenſes eam exercent Pariethi ſerui.

Fiditia & Andria cōuiuia ſunt apud Cretēſes ac Lacedæmones.

Secundo in conuiuiis publicis: nam & Lycurgus Lacedæmonibus vt viſum eſt ſupra inſtituit publica conuiuia, & Minos Cretenſibus: quæ antiquitus apud Lacedæmones vocabantur Andria, ſicut & apud Cretenſes: nunc autem Lacedæmones vocant ea fiditia.

Tertiò in ordinatione reipub. quoniā Ephori apud Lacedæmones eandem habent poteſtatem: quam apud Cretenſes habent qui vocantur Coſmi, id eſt, oratores. Sed numero differentes ſunt: nā Ephori, id eſt, prouiſores erant quinque. Coſmi vero decem. Similiter Senatores apud Lacedæmones erant in eodem numero: in quo & apud Cretenſes, ſed in Creta principatus ſenatorū dicebatur cōſiliū: ſimiliter conueniebāt in regia poteſtate. nā apud vtroſq; erāt reges. Sed poſt multa tempora Cretenſes abſtulerunt poteſtatem regiam: & imperium bellorum commiſerunt Coſmis: ſimiliter apud vtroſque eſt communicatio, id eſt, adunatio populi, quæ nec in Lacedæmonia nec in Creta aliam habet poteſtatem niſi quòd approbant ſenatorum & Coſmorum ſententias. Hæc ſunt in quibus principaliter vtraque politia conuenit. Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.
Comparātur adinuicem Cretenſium & Lacedæmonum leges circa publica conuiuia ac politiæ diſpoſitionem in dignitatibus ac pro republica magiſtratibus.

IN ſecundo capite videndum eſt quæ ex prædictis inſtitutis, in quibus vtraque politia conuenit, melius aut deterius ſe habeant, & primo circa conuiuia publica, ſecundo circa ordinem politiæ.

Cretenſes inſtituerūt cōuiuia fieri ex publicis bonis, contra Lacedæmones.

Quantum ad cōuiuia aduerte, vt dicit Ariſt. quòd apud Cretas fuerunt melius inſtituta quàm apud Lacedæmones. nam vt diximus in tractatu prædicti apud Lacedæmonas ex inſtituto Lycurgi vnuſquiſque certum quid ſecundum ſingula cap. taxatum ſoluit: quod niſi faciat à republica repellitur, ita quòd non habet partem in ea. Sed in Creta inſtituit Minos, ꝙ de rebus publicis tam de fructibus terræ, quàm de animalib. & de alijs redditibus, quos incolæ reddebant eſſet pars determinata: ex qua fierent ſacrificia & publica conuiuia, vt in talibus conuiuiis & viri & mulieres & paruuli de communi nutrirentur. Vt autem temperā tiam ſeruarent in cibo & potu, quæ ad multa vtilis eſt, inſtituit Minos, multa philoſophicè ſeruanda in huiuſmodi cōuiuiis: quæ autem fuerint illa Ariſto. non explicat.

Diuortia cēſſere Cretenſes, ac maſculorum nefarium vſum contra naturā omni iure prohibitum.

Inſtituit & aliud, ſcilicet quòd viri poſſent ſe ſeparare à mulieribus, ne procrearent tot filios: quot alere & cōſeruare non poſſet tota ciuitatis poſſeſsio, ſiue territoriū: & ne hoc difficile viris videretur conceſsit eis nefarium vſum maſculorum, ſed vt dicit Ariſt. vtrum prauè hoc egerit conſiderabitur poſterius. Sufficit pro nunc quòd manifeſtū eſt inſtitutionem circa conuiuia communia meliorem fuiſſe apud Cretas, quàm apud Lacedæmonas.

Politia Lacedæmonum ac Cretenſium in diſtribuēdis honorib. qua.

Quantum ad ordinationē politiæ peior fuit apud Cretas quàm apud Lacedemonas. & vt ſcias quid boni & quid mali fuerit apud vtroſque: & quid peius apud Cretas, aduerte quòd apud vtroſque hoc fuit malum, quòd, ſcilicet ad principatum Ephororum in Lacedæmonia, & Coſmorū in Creta aſſumebantur indifferenter quicunque, id eſt, tam probi quā nō probi. Sed apud Lacedæmonas hoc erat bonum, ꝙ de quolibet hominū ſtatu poterat fieri aſſumptio ad principatum Ephororum: & ideo populus vtpote habēs partem in maximo principatu contentabatur talē politiā conſeruari. Apud autem Cretēſes hoc bonum non erat: nō enim eligebantur Coſmi ex quolibet hominum ſtatu: ſed tā tum ex aliquibus qui erant ſeniores: aut de familia ſeniorū. ſimiliter ſeniores eligebantur ex aliquibus, qui iam fuerant Coſmi: quibus licebat renūciare principatui in vita ſua, vt dicem⁹, & ſic apud Cretas populus nō participabat in principatu, Coſmorum quod fuit malum: & ideo in tali ordinatione peius ſe habuit Creta quàm Lacedæmonia.

Nec valet ſi dicatur talem ordinationem politiæ fuiſſe bonā: eo ꝙ populus & plebs ſemper ſine ſeditione vixerūt: nā vt dicit Ariſt. quòd populus ſine ſeditione vixerit, non prouenit ex bona ordinatione politiæ, ſed ex eo ꝙ Cretenſis populus inſulam inhabitant & longè diſtant ab aliis, ita ꝙ non habent bella cum propinquis ſicut Lacedæmones: & ſic Coſmi apud Cretenſes non habebāt exigere pecuniā

à populo

à populo ꝓpter expenſas belli: ſicut faciebant Ephori apud Lacedæmones: & ideo populus Cretenſis non multum curabat in principatu Coſmorum participare, ex conſequenti non habebant cauſam mouendæ ſeditionis.

Vltra autem malum prędictum, ſcilicet quòd populus non participabat in principatu Coſmorum & Senatorum: ſunt alia duo mala quę etiam fuerunt in politia Lacædemonum, vt dictum eſt in tractatu præcedenti.

Primum eſt ꝙ Coſmi & Senatores principabãtur per totam vitam: nec poterant amoueri per quancunq; culpá. Sed Cretenſes poſt multa tempora conſiderantes quàm periculoſum eſſet ꝙ nec Coſmi, nec Senatores propter quancunq; culpam & crimẽ eorũ nõ poſſent deponi à magiſtratu, duo inuenerunt remedia. Primum eſt ꝙ ſi qui ex Coſmis inuenirentur mali in regimine eijciebantur per violentiam ab aliquibus principibus, vel priuatis perſonis ſimul coniuratis. Secundum eſt quòd Coſmi poſſent renuntiare principatui.

Sed vt dicit Ariſt. melius fuiſſet vt hæc duo remedia per legem ordinata fuiſſent: & ꝙ hæc non fierent ad voluntatẽ hominum, quę non eſt lex, nec regula: cum frequenter ſit irrationabilis & iniuſta, & impellabatur amore vel odio.

Secundum malum eſt, ꝙ qñ Coſmi habebant iudicare cõtra aliquos potentes, tales potentes cum amicis ſuis conueniebant, & faciebant ceſſare principatum Coſmorum: ita ꝙ per aliquod tẽpus omnino ceſſabat officiũ talis principat'.

Sed vt dicit Ari. hoc deterrimum & peſsimum erat. Erat eñ oppreſsio quædam & via ad tyrannidem. Conſueuerunt eñ aliqui odientes Coſmos, colligare ſibi plebem & alios amicos ſuos, & conantur facere monarchiã: vt ſ. aliquis eorum dominetur in ciuitate loco omnium: quod ſi agere nõ poſſunt, commouent ſeditionem & ciues pugnant adinuicẽ & hoc peſsimum eſt: quoniam pro illo tempore, iam non eſt ciuitas. Non enim eſt ciuitas ſoluta concordia ciuium: & ſic per ſeipſam diſſoluitur. Prẽterea: eo tempore imminet periculum ciuitati ab hoſtibus valentibus inuadere ciuitatem: qñ dum ciues adinuicem pugnant, non conueniunt ad reſiſtendum hoſtibus. Et quandoque vna pars introducit hoſtes ad ſui auxilium. Sed vt dictum eſt libera fuit ab his periculis politica Cretenſis, eo ꝙ inhabitant inſulam, quæ non habet hoſtes propinquos, à quibus inuaderẽtur, & huius duo ſunt ſigna. Primum eſt ꝙ ſtatus incolarũ perſeuerat apud Cretenſes propter conſuetudinem conuerſationis, ſed qui aliunde adueniunt, vt Cretenſibus ſeruiant non poſſunt cũ eis diu cõmanere: quia nullum principatum poſſunt apud eos habere. Nolunt eñ Cretenſes principes habere extraneos. Secũdum ſignum eſt ꝙ nuper bellum extraneorum inuaſit & irrupit in Cretam. Ex quo manifeſtatum eſt ꝙ leges eorum nõ erant ſufficentis virtutis ad conſeruãdum eorũ politiam. Sed conſeruabatur per accidens: quia ſ. non habebant inimicos contra ſe bellantes. Hæc igitur dicta ſint de republi. Cretenſium. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Cretenſes nõ libenter ac diu ſuſcipiunt ſibi extraneos dominari.

Tractatus quinti finis.

TRACTATVS SEXTVS

in ſecundum librum Politicorum, duobus complexus capitibus.

¶De Republica Carthaginenſium.

IN ſexto tractatu agendum eſt de republ. Carthaginenſium: & declarandum, quid bonum & non bonum in ea continetur, & diuidemus ipſum in duo capita.

In primo declarabitur quomodo & in quibus conuenit cum repu. Lacedæmonũ: & quomodo differt.

In ſecundo reprobantur quæ reprobanda ſunt.

CAPVT I.

Carthaginenſium inſtituta quæ & in quo ſimilia fuerint cum Lacedæmonum inſtitutis.

IN primo capite recitanda ſunt ea in qbus reſpub. Carthaginenſis cõcordat & differt à Lacedæmonica, & hîc duo agenda ſunt. Primo cõmendanda eſt ipſa politia. Secundo recitãda ſunt in ſpecie ea, in quibus cõueniunt & differũt.

Laus Carthaginenſium.

Quantum ad primum aduerte, vt dicit Ariſt. ꝙ Carthaginenſis reſpub. videtur bene inſtituta, multóque meli⁹ habere ꝑ aliis: quædam maximè ſimilia reſpub. Lacedæmonũ. Iſtæ nanque tres reſpub. ſcilicet Lacedæmonica', & Cretica, & Carthaginenſis ſunt proximæ inter ſe, multumque diſtant ab alijs, & multa in ipſis rectè fuerunt inſtituta. & ſignum ꝙ reſpublica bene inſtituta fuerit apud Carthaginenſes eſt hoc, ꝙ populus quietus perſeuerabat in tali ordinatione: nec vlla vnquam fuit apud eos ſeditio alicuius momenti, neque declinauit ad tyrannidem. Merito ergo commendatur.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ reſpublica Carthaginenſis conuenit cum Lacedęmonica in his.

Primo apud Carthaginenſes fiunt conuiuia ſocietatum cõia, ſicut & apud Lacedęmones: & conuiuia Lacedęmones vocant fiditias, vt diximus in tractatu præcedenti.

Conuiuia ſocietatum fiebant apud Carthaginẽſes.

Secundo apud eos eſt principatus centum quatuor virorum, ſimilis principatui Ephororũ apud Lacedæmones. Sed in hoc principatu melius ſe habebant Carthaginenſes: qñ ad ipſum non eligebantur nec aſſumebantur niſi viri probi & virtuoſi, apud Lacedęmones autem, etiam viri nõ probati virtute: quoniam ex omni conditione eligebantur vt dictum eſt in tractatu præcedenti.

ſes.

Tertio habent reges ſicut & Lacedæmones.

Quarto habent principatum correſpondentem ſenatui apud Lacedęmones.

Hæc ſunt præcipua, in quibus iſtæ duæ politiæ conueniunt: & ſi aduertis non differunt niſi in numero & in modo eligendi in principatu correſpondente Ephoris. Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Mala Carthaginenſium inſtituta ponit, ac multipliciter reprobat.

IN ſecundo capite habemus reprobare ex intentione Ariſ. quę in dicta repub. merito reprobanda ſunt. & hic duo agenda ſunt. Primo declarandum eſt ꝙ inſtitutum de creãdo rege non erat rectum. Secundo ꝙ inſtituta quę obſeruãtur in tali repub. non concordant cum intentione legiſlatoris: ita ꝙ intendebat vnum, & tamen eius inſtituta tendunt ad aliud, vt declarabimus.

Quantum ad primum aduerte ꝙ apud Carthaginenſes reges creabantur ex vno ſolo genere, nec eligebant̃, ſed per ętatem creati erant. nam primogenitus illius generis ſemper rex erat.

Ex vno tantum genere primogenitum faciebãt Regem Carthaginenſes.

Sed id reprobat Ari. & dicit, ꝙ melius eſſet creare reges ex quibuſcunque virtuoſis quàm ex vno genere tantum: & ſi ex vno genere debent creari, illud non ſit qualecunq;, ſed ex quo vt in pluribus generantur valde boni. Meliuſque eſſet per electionem creare quàm per ætatem, quod ſi aliter fit, continget homines viles peruenire ad regnum. Non eñ inconuenit primogenitum eſſe vilem, & ſecundo aut tertio genitum eſſe virum ſtrenuum & ingenuum. Quod ſi viles & qui nullius ſunt prætij habeant magnam poteſtatem, vt reges admodum periculoſum eſt: multumque læditur ciuitas. & Carthaginenſes ob vtilitatem regum multa paſsi ſunt: nõ ergo inſtitutum illud eſt bonum.

Non bonum eſt ex vno tãtum genere fieri regem, ac ex eo primogenitum.

Statuere nõ nulla Carthaginenſes pro Optimatum politia ſibi valde cõtraria.

Quantum ad ſecundum aduerte quòd intentio legiſlatoris erat ꝙ reſpub. Carthaginenſium eſſet optimatum: & non ſtatus popularis ſiue plebeius: nec paucorum potentia, cui⁹ ſignum eſt, quòd inſtituit, principes eligi abſq; pretio ab eis accepto: & ꝙ non per ſortem, ſed propter virtutem eligerẽtur: quę duo manifeſte indicant ſtatum & rempub. optimatum. Et tamen alia inſtituta ſic erant diſpoſita, ꝙ aliqua, licet pauciora tendebant ad ſtatum popularem & plebeium, quàm plura autem ad potentiam paucorum: non ergo conueniunt inſtituta intentioni legiſlatoris.

Et quidẽ ꝙ aliqua tendãt ad ſtatum popularẽ patet hinc. Primo erat apud eos inſtitutum, ꝙ ſi rex & ſeniores non concordabant in aliquo negocio, erat in eorum poteſtate, deferre ad populum, & manifeſtare ei quomodo in tali negocio non cõcordant: & petere à populo quid ſentiret agẽdum in tali negocio: & populus poteſtatẽ habebat iudicãdi quid agendum eſſet.

Secundo inſtitutum erat ꝙ quando rex & ſeniores, de communi conſenſu aliqua referebant ad populum, nõ ſolũ populus habebat poteſtatẽ audiendi & approbandi, ſed etiã iudicandi an eſſent bona vel non.

Tertio ſi populus volebat poterat contradicere determinatis à rege & à ſenioribus: quod non licebat in politia Lacedæmonica, nec Cretenſi, & ſic populus ſtatuebat principibus quid eſſet faciendum, in quo manifeſte patet ꝙ erat plebeius ſtatus.

Quod

Instituta Carthaginẽsium quæ visa sunt tẽdere ad paucorum principatum.

Quod autem quàm plura instrumenta attendat ad paucorum potentiam patet hic.

Primo erat apud eos quinqueuiratus:qui in magnis reb' ac negocijs ciuitatis potestatem habebat.

Secundo,erat apud eos centumuirat': qui vt diximus supra,correspondebat Ephoris apud Lacedæmones.

Tertio maiores ciuitates longiori tempore principãtur: nam socij erant succedentium,& sic duplicabatur eis tempus in principatu,quod non erat cõcessum minorib.nã completo suo tempore,omnes erant extra principatum.

Quarto magistratus maior iudicabat de omnib.sententijs,& non erant diuersi de diuersis iudicantes,vt apud Lacedæmonas.

Quinto licet non eligerent ad principatum nisi virtuosos nullum tñ virtuosum pauperem,sed diuitem eligebant. Arbitrabãtur enim impossibile esse q̃ virtuosus intẽdat negotijs ciuitatis si sit pauper:qm̃ cogitur quærere sibi victũ. Non enim apud eos statuebatur salarium de communi principibus.Eligere autem principem diuitem est status potentię paucorum.Eligere virtuosum siue pauperem siue diuitẽ, est status optimatum.Cum igitur Carthaginenses non eligerent supremos principes vt reges & duces exercitus,nisi respicientes ad diuitias & virtutes simul, patet q̃ declinabãt partim ad statum potentię paucorum, & partim ad statum optimatum:& tamen intentio legislatoris erat, quòd esset simpliciter status optimatum.

Eligere principem diuitẽ est status potentia paucorum, eligere autẽ virtuosum siue pauperẽ,siue diuitem,est status potentiæ optimatum.

Sexto apud eos vnus obtinet & exercet plures principatus siue plura officia.Hoc autem vt patet,ad statum potentiæ paucorum spectat.

Quod autem status optimatum,quem intendebat legislator declinauerit ad statum paucorum fuit inconsideratio legislatoris,debuit enim à principio considerare,qũo virtuosi pauperes possent operibus virtuosis publicis,& etiam priuatis honestè intẽdere statuendo,s.eis præmia virtutum,ex quibus nutrirentur:& sic non essent coacti indecore quęrere sibi victum,possentq̃ tutò eligi in principes & intendere negotijs communibus.

Mala multa sequuntur si soli diuites virtuosi eligantur principes.

Præterea non aduertit legislator quot sequantur mala ex hoc instituto,s.q̃ soli diuites virtuosi in principes eligantur.Sequuntur autem quinque.

Primo,fecit supremos principatus,s.regnum & ducatum exercitus venales:qm̃ ex tali instituto non dantur, nisi adsit abundantia diuitiarum & pecunię.

Secundo fecit totam ciuitatem magis cupidam & amatiuam diuitiarum quàm virtutis: ex quo vident virtutem non honorari, nisi adsint diuitiæ.

Tertio fuit causa q̃ licet intenderet statum optimatum in ciuitare, tamen nõ potuit firmari nec perseuerare:quoniam, vt dicit Ari.vbi virtus non maximè honoratur,nõ potest perseuerare principatus secundum virtutẽ,qui est principatus optimatum.

Quarto fecit ciues assuescere ad lucra pecuniæ, vt tantum & plus lucrentur quantum expenderint pro assequẽdo principatu.

Quinto fecit ciues intendere super omnia diuitijs,vt possint ad principatus assumi,ex quo vident nullum virtuosum pauperem assumi.& sic fecit ciuitatem auarã,ex consequenti periculosam ad rapinas & fraudes.

Melius ergo fuisset instituere virtuosos debere eligi siue diuites,siue pauperes,ꝓuidere tñ q̃ pauperes virtuosi electi saltem dum principantur possent quietam vitam ducere: ac negotijs ciuitatis intendere.

Ad populi seditionem fugiendã quid obseruarint Carthaginẽses,

Tu tamen aduerte,q̃ vt dicit Arist.Carthaginenses aduertentes rempublicam suam ex prædictis institutis declinare ad statum paucorum,& ex hoc timẽtes populi seditionem, ad quam effugiendam,hoc remedium inuenerunt:q̃ semper aliquos ex populo mittunt ad regenda oppida ciuitati subiecta,vt inde dittent & quiescant.Et ex tali remedio saluabãt rempublicam in pace:& alia oppida non rebellabãt: neque etiam aliæ ciuitates,si quę reipublicæ subiectæ erant.

Sed vt dicit Aristoteles hoc remedium magis profuit à fortuna,quàm ex prudentia legislatoris.nam si infortunium aliquod eueniat Cathaginenfibus , puta quòd magna pars locorum siue ciuitatum subditarum recedat à dominio eorum,nullum erit remedium contra seditiones ex legibus sibi conditis. Hæc de Carthaginensium politia dicta sint,& de præsenti capite.

Tractatus sexti finis.

TRACTATVS SEPTIMVS
in secundum librum Politicorum.

¶De antiquis legum conditoribus.

CAP. VNICVM.
Varios legum conditores nominat,& eorum singula exponit instituta.

IN septimo tractatu agendum est de antiquis legũ conditorib.referendo cuius conditionis fuerunt,& qui,& vñ,& quib' dederunt leges & q̃d vnusquisq; eorum singulariter statuit.

Quantum ad condõnem eorum,aduerte,q̃,vt dicit Ari. aliqui eorum semper vixerunt vita priuata nulli politiæ præsidentes,neque in regimine ciuitatum exercitati: & tñ cõdiderunt leges in scriptis,de quibus dictum est suprà.Isti fuerunt Plato,Phaleas,Hippodam': quorũ politias suprà examinauimus.Aliqui condiderunt leges,& vixerunt vita politica,& instituerũt respub.ordinantes regimina & principatus in ciuitatib.quibus leges imposuerunt: Sicut Lycurgus instituit rẽpub.Lacedæmonicam & Minos Cretensem,& ille,qui instituit Carthaginensem,sed Ari.eum non nominat. Quidam tñ asserunt ipsum fuisse Carundam: & Solon instituit Athenienſem,condiditque leges Athenienſibus.

Priuatilegũ conditores Plato, Phaleas, Hippodamus.

Qui autem fuerint,& vnde,& quibus leges dederint,sic refert Aristo.

In politia virtutes statuere leges.

Vltra prædictos,s.Lycurgum,Minoem,& Solonem, fuerunt infrascripti:

Zeleucus nomine,leges imposuit Locris Occidentalib', fuit autem Locris ciuitas Calabriæ sita ad partem Occidẽtalem Græcię. Calabria autem antiquitus magna Græcia nuncupata fuit.

Lycurg' Lacedæmonib. Minos Cretensibus, Solon,vel Carundas Carthaginẽsib.

Carundas Cathinensis ciuis, ciuib.suis leges instituit:& alijs ciuitatib.Calcidicis,quæ sunt circa Italiam & Ciliciã.

Onomacritus,fm aliquos fuit primus legum ferẽdarum peritus,qui cum esset Locrus,exercitatus fuit circa peritiã ferendarum legum in Creta.Illuc autem accessit arte diuinationis,socius eius fuit Thales. Thaletis autem auditores fuerunt Lycurgus & Carundas.Sed aduerte,q̃ Ari.hoc non recitat ex propria sententia , sed opinione quorundam describentium historias,de quibus dicit Aristot.quòd non bene supputant tempora.

Alij legum conditores.

Zeleuchus. Carũdas Onomacritus.

Philolaus Corinthius leges instituit Thebanis:fuit autẽ Philolaus ex familia & cognatione Bacchiadũ,id est, trahentium originẽ à Baccho:fuit amicus Dioclis victoris in Olympia.Nã postquã Diocles ciuitatẽ Corinthũ,cui' erat ciuis,deseruit,forte expulsus iniuriosè & iniustè ,Philola' cõmotus amore Alcionæ matris Dioclis,q̃fortè Philolaũ cũ Diocle nutrierat,perrexit simul cum Diocle Thebas, atque ambo defuncti sunt.Monstranturque vsque nunc eorũ sepulcra seinuicẽ respiciẽtia,sed sic ordinata sunt secundũ situm,q̃ ex Dioclis sepulcro nõ pót videri Corinthũ quasi nolẽs Diocles posse videri à Corinthiis, ꝓpter iniuriã,quã passus fuerat ab eis.Philolai autẽ sepulcrũ videri poterat, qm̃ à Corinthiis nõ fuerat offensus.hac igit de causa habitarunt apud Thebanos,legẽsque illis Philolaus descripsit.

Philolaus leges instituit Thebanis.

Draco leges condidit,sed respublica iam instituta erat, cui postea leges imposuit.

Draco leges cõdidit, repub. iam instituta.

Pittacus leges condidit,sed politiam non instituit.

Androdam' ciuis Thegin' leges cõdidit Calcidẽsib', q̃ sunt in Thracia.Hi sunt legũ cõditores: quos recitat Arist.

Quid autem vnusquisque eorum singulare & præcipuũ instituerit,sic manifestat Aristoteles.

Pittacus condidit leges, & non instituit politiam.

Solon extimatus ꝑclarus legislator Athenis abstulit statũ potentiæ paucorum,quia nimis intemperans & immoderatus erat:liberauitque plebẽ à tam dura seruitute, & statum popularem instituit,& rempubl. optimè tẽperauit, tribuens aliquam eius partem populo.Nã in Areopago , id est,in vico Martis in Athenis erat institutũ consilium reiminis paucorum:quia cõsiliarij ciuitatis erant ex diuitibus & potentibus.Quod autẽ principes eligerentur, spectabat ad statũ optimatum.Prætorium verò,id est,potestatem iudicãdi dedit Solon hominibus ciuitatis , & hoc spectat ad statum popularẽ.Instituit eñ,q̃ populus eligeret iudices, qui essent homines de populo,qui haberent autoritatem iudicandi in causis ciuitatis.Et sic patet,q̃ Solon nõ omnino abstulit statum potentiæ paucorum , quoniam remanserat cõsilium in Areopago: nec abstulit statum optimatum,quoniam per electionem fiebant principes. Sed illis adiunxit statum

Andromachus condidit legem Calsidensi- Solonis lex.

ſtatum popularem,dum inſtituit ptores & iudices ex homi nibus ciuitatis:& ſic optimè temperauit rempu. vnde iniuſtè nonnulli reprehendunt Solonem vt deſtructoré prioris politiæ,& ex eo,ꝙ inſtituit prætoria popularia:quę tandem obtinuerunt poteſtatem ſuper alios principatus : nam prætores inſtituti ex populo tantum inualuerunt, ꝙ totum regnum ciuitatis ad populum tranſtulerunt,qui tyrannide op primebat maiores.Sicque paulatim deuentum eſt ad inordi natum & durum ſtatum plebeium in Athenis : primò nanq; Ephialtes & Pericles,q inſtituti fuerunt prętores à populo, deſtruxerunt conſilium,qđ ex antiquo erat in Ariopago:& ſic vnuſquiſq; ex rectoribus populi adeò auxit poteſtatem populi, ꝙ tandem deducta fuit reſp. Athenienſis ad ſtatum merè popularem.Hac de cauſa dicunt aliqui Solonem non fuiſſe præclarum legis conditorem,ſed nec temperaſſe,imò deſtruxiſſe rempub.Athenienſem : quoniam deduxit eam in manu populi gubernantis impetu & non ratione, & verſa eſt in tyrānidem contra maiores & digniores ciuitatis.

Prętores Solonis quantam habuerint poteſtatem.

Iniuria accuſabant Solonem vt in ſuis legibus poſuerit de ſtruentem.

Sed,vt inquit Ariſto. iniuſtè Solonem arguunt:non enim prædictus defectus euenit ex intentione Solonis : ſed caſu ſuperueniēte & occaſione data:nam cum rex Medorum inuaderet Athenienſes:& ipſi cogitantes ſe non poſſe defenſare fines ſuos, nec ſuſtinere obſidionē deductis rebus ſuis & filiis & mulieribus in aliis Græciæ ciuitatibus,dimiſſa ciuitate tranſtulerunt bellum ex terra ad mare, & habita victoria contra Medos,populus incœpit inſoleſcere,& aſtutè decreuit totā poteſtatē regendi vſurpare, & ſic accidit ꝙ patroni,id eſt rectores facti à populo,vt viri ſeditioſi ac ſubdoli,ꝓceſſerunt contra bonos & modeſtos ciues q rempub. gubernabant:non ergo Solō accuſandus eſt, ſed mala ſors.

Et quidem ꝙ Solon non intenderet tantum errorem patet ex eo , ꝙ non tribuerat populo poteſtatem niſi maximè neceſſariam,ſ.vt eligeret principes:& corrigeret eorum errores:nam ſi darentur populo principes ſine eius voluntate ſeruitutē ferre nō poſſet,& inſurgeret cōtra principes, nec pax firmari poſſet in ciuitate.Hanc igitur dedit poteſtatem populo & nō vltra,principatus verò ſic ordinauit,vt prim' eſſet ex inſignibus id eſt ex nobilib' & diuitibus:& hic erat primus ordo in ciuitate:ſecundus ex cēſu quingentorū medimnum & iugariis id eſt ex his, qui habēt in bonis quingē tos medimnos & iugarios:& hic erat ſecundus ordo terti' ex equitibus,& hic erat tertius ordo.

Quartus autem ordo erat ex artificibus ſordidis & mercenariis , quibus nullum principatum aſſequendi ius dederat Solon & ſic conſtat ꝙ in principatibus maiorem partē tribuit maioribus quàm populo : non ergo fuit Solonis intentio conſtituere Athenis ſtatum & rempub. popularē:ſed id præter intentionem eius effectum eſt,vt diximus:fuit ergo Solon præclarus legis conditor.

Philolailex.

Philolaus ſpecialiter de filiorum procreatione inſtitutū fecit Thebanis:vt ſcilicet non inſiſterent operi generatiōis, poſtquam certum numerum filiorum haberent,vt conſeruetur numerus hęreditatum,id eſt vt non ſit neceſſe partē poſſeſſionis vnius hoīs diuidere in plures:ſed tot pueri gererentur,quòd ſemper idem numerus ciuium conſeruetur. & Thebani has leges Philolai appellant proletarias.

Carundas lege puniuit falſos teſtes.

Carundas nihil proprium inſtituit, niſi iudicia condemnatoria falſorum teſtium,primus enim de his legem poſuit, maiori diligentia:& claritate etiam elegantior quàm , hi q nunc ſunt legum conditores.

Philolai inſtitutum.

Philolai autē proprium inſtitutum fuit remotio patrimoniorum diſparitatis,id eſt inſtituit modū quo regularentur patrimonia inter ciues.Hunc tamen modū Ari.non recitat.

Plato inſtituit quatuor.

Plato quatuor ꝓpria inſtituit.Primò cōmunitatem mulierum,filiorū,& poſſeſsionum. Secundò communia conuiuia mulierū,ſicut in politia Lacedęmonū & Cretenſium. vt diximus ſupra fiunt conuiuia publica virorum.Tertiò ꝙ ſoli ſobrij poſsint regere conuiuia publica, ne conuiuę inebrię tur.Quartò ꝙ bellatores fierent ambidextri, id eſt ꝙ aſſuescerent pugnare vtraque manu , ita quòd dextra & ſiniſtra ſcirent vti gladio,& arcu,& funda & iaculo,&c.

Draconis lex.

Draconis proprium inſtitutum fuit ꝙ ſæuior pœna infligeretur reo quando damnum maius ſequebatur ex culpa.

Pittaci decretum contra Ebrios.

Pittaci inſtitutum ꝓprium fuit,ebrios ſi quem verberauerint maiori pœna debere dānari quàm ſobrij verberantes.Nā ſæpius ebrij iniurias inferunt quàm ſobrij,& in hoc inſtituto Pittacus magis reſpexit ad vtilitatē:vt ſ. cohiberentur iniuriæ ebriorum,quàm ad veniam:qua videntur digni ebrij,cum non ſint compotes mentis.

Androdamus licet leges multas inſtituerit circa homicidia & ſucceſsiones hæreditatum, nihil tamen eius proprium referri poteſt.

De his ergo rebuſpub.quę principales ſunt,ſ.Lacedęmonum, Cretenſium, Carthaginenſium & Athenienſium & de legibus ab aliquibus ſcriptis,vt à Platone & Phalea,& Hippodamo & Lycurgo & Minoë & Solone & alijs recitatis in hūc modum cognouiſſe & conſideraſſe ſufficiat. Hæc de præſenti tractatu dicta ſint.

Tractatuum in ſecundum librum Politicorum finis.

LIBER TERTIVS POLITICORVM.

¶In tractatus quinque diuiſus.

IN tertio libro Politicorum iuxta ordiné poſitum in principio primi libri, diſtinguendæ ſunt politię in ſpecies ſuas tam bonas quàm malas,& declarandum quis in ciuitate principari debeat,& ſecundū cuius boni excellentiam diſtribuēdi ſint in ciuitate principatus.Poſtremò pertractandum eſt in particulari de optima politia.Super hūc igitur librum formabimus quinque tractatus.

In primo conſiderandum eſt quid ſit ciuitas , & quid ciuis,& quę eius virtus.

In ſecundo ponenda eſt diuiſio politiæ in ſpecies ſuas tā rectas quàm non rectas.

In tertio inueſtigandum eſt quis debeat eſſe dominans in ciuitate,puta ſi expedit multitudinem popularem dominari,an paucos diuites,an paucos virtuoſos,an vnum optimum,qui ſit rex, an vnus peſsimus qui ſit tyrannus.

In quarto inueſtigandum eſt in cuius boni excellētia debet fundari principatus,an in exceſſu diuitiarum,an nobilitatis & libertatis,an virtutis,an potentiæ bellicæ,an in excellentia multitudinis popularis.

In quinto tractandum eſt de optima politia regali,quā dicimus regnum.

TRACTATVS PRIMVS IN tria capita diuiſus.

¶De Ciue,& virtute eius.

IN primo tractatu conſiderandū eſt de ciuitate & de ciue,quid ſint,& quæ ſit virtus ciuis. Nā, vt dicemus,cum politia,quę Latinè dī ciuilitas,non ſit aliud quàm ordo habitantium ciuitatem,ſicut exercitus eſt ordo bellantium,eſſet impoſsibile tradere ſcientiam de politia,nec eam bene diuidere,nec de ſingulis ſpecieb' bene determinare niſi prius ſciamus quid ciuitas & quid ciuis. Et hunc tractatum diuidimus in tria capita.In primo inueſtigandum quid ſit ciuis , & ex conſequenti quid ſit ciuitas.In ſecundo inueſtigandum eſt q̄ eius ſit virtus.vtrum ſit eadem cum virtute boni viri,vel non.In tertio ſoluēdum eſt quoddam dubium,quod orietur ex his, quę determinabuntur de virtute ciuis & boni viri.

CAPVT I.

De ciue ac ciuitate quid ſint,oſtendit.

IN primo capite inueſtigandum eſt quid ſit ciuis, ex conſequenti quid ſit ciuitas:nam niſi prægnoſcamus quid ꝓ ciuem & ciuitatem importetur, impoſsibile eſſet tradere ſcientiam ciuilem,quā Græci politicam vocant:neque plenam notitiam de politia,quę ſignificat inſtitutionem & ordinem eorum,qui ciuitatem inhabitant.

De ciuitate autem quid ſit,multi dubitant dum aliqui dicunt,hoc eſt factum à ciuitate:qñ factum eſt à principe & à potentiorib' ac diuitibus.Aliqui autem dicunt,illud nō eſſe factum à ciuitate,ſed à tyrannno & diuitibus dominantib': & ſic ſtat dubium ,vtrum omnes inhabitantes faciant ciuitatem,an ſoli diuites principantes:vt ergo tractare poſsim' de politia,oportet hoc dubium reſoluere:iuueſtigādo quid ſit ciuitas.Nam politia,vt dicit Ari.ſiue reſpub.eſt inſtitutio ſiue ordinatio degentium in ciuitate.

Sicut aūt eſt dubium,quid ſit ciuitas,ſic etiam q̄d ſit ci-

uis. Nam aliqui dicunt illum tãtum esse ciuem, qui potest in ciuitate principari & regere: & sic in statu potentiæ paucorum soli potentes & diuites regentes ciuitatem dicuntur ciues, aliqui autem dicunt oés de populo inhabitantes ciuitatem esse ciues. Oportet ergo & hoc ꝑdeterminare, & priusquam determinet qd sit ciuitas. Nam ciuitas est totum, est eñ ciuitas ciuium multitudo: cognitio aũt totius pendet à cognitione partium. Cum igitur ciuis sit pars ciuitatis, incipiemus inuestigare qd sit ciuis: quo manifestato statim apparebit qd sit ciuitas. Hic igitur quatuor agẽda sunt. Primo assignãdi sunt diuersi modi, quibus solet dici ciuis, vt deueniamus ad ꝓprium modũ, quo dr ciuis simplr. nam de ciue simpliciter intẽdimꝰ hic inuestigare qd sit: & ponet vera & vniuersalis diffinitio ciuis simplr, quę verificatur in oi politia. Secundo diffinietur ciuitas ꝓpria diffinitione ciuis. Tertio excludetur diffinitio de ciue: quam aliqui consueuerunt assignare. Quarto soluent dubia, quæ orientur ex determinandis de ciue, quid sit.

Ciuis quinquemodis dicitur.

Quantum ad primum aduerte ꝙ quinq; modis solet dici ciuis. Primo qui inhabitat ciuitatẽ dr cõiter ciuis per quandam similitudinẽ: & hoc mõ serui & aduenę dicũtur ciues cõiter. Secundo qui subdunt iurisdictioni ciuitatis, id est q veniunt ad iudicium ciuitatis tam ꝓ se quam ꝺ se, dicuntur ciues largo tñ modo: & sic duo habentes contractum adinuicem in eadem ciuitate, licet non sint illius ciuitatis, & litigantes sub iudice ciuitatis, hoc mõ dicũtur ciues, quia subditi sunt iudicio ciuitatis. Tertio pueri, qui nondum possunt exequi negocia ciuitatis: & senes facti inualidi ad opera cõmunia ciuitatis: dicunt ciues licet imperfecte. Quarto exules à ciuitate & inutiles, & infames, dicunt ciues. Et oés isti modi verificant de ciue dicto fm qd, & diminutè: de quo non intendimus hic. Quinto dr ciuis ille, qui in ciuitate participat ptãte & autoritate publica iudicandi & decernẽdi in negocijs ciuitatis: siue illa potestas sit ad tempus, & interpolata: siue alio modo. nam quarundam ciuitatum mos est, ꝙ qui semel exercuit vnum officium in ciuitate, non possit amplius reassumi ad idem. In aliquibus autem mos est ꝙ potest reassumi: sed post determinatum tẽpus, & hoc mõ vr dici ciuis ꝓprie & simplr, & sine aliquo addito: & fm hũc modum sic diffiniretur, ciuis simplr est ille qui participat principatu, & regimine ciuitatis: & sic omnes inhabitantes ciuitatem non participantes in tali regimine, non sunt ciues simpliciter, sed secundum quid.

Ciuis ꝓprie dicitur qui fungitur, vel fungi põt publica autoritate.

Ciuis quid sit in populari politia.

Sed aduerte ꝙ prędicta diffinitio non verificatur vniuersaliter de ciue ꝓ qualibet politia, sed tantum ꝓ politia populari: in qua quilibet de populo assumit ad regimẽ ciuitatis ꝓ aliquo tempore: & sic est verum, ꝙ ciuis proprie est ille qui participat principatu & regimine ciuitatis, quando, ſciuitas regitur statu populari: sed in politia potentię paucorum, aut in politia optimatum, illa diffinitio nõ verificat: qm̃ est aliqua politia, in qua nullus de populo vel plebeius assumitur ad regimen, sed tantũ potentes & diuites, aut soli virtuosi: & tunc populares nullam habent ptãtem. nec cõgregatio populi aliqd extimatur: sed tantum aliqui spãliter conuocati, sicut in Lacedæmonia ephori iudicant causas cõciuum. Senatores autem, causas criminales & maximè de homicidijs. Et apud Carthaginenses omnes causæ iudicant per aliquos principes: & sic populares ciues non participãt principatu iudicandi: vnde prędicta diffinitio ciuis, non est contenta in talibus politijs.

Ciuis absolute quis sit.

Vt igitur prædicta diffinitio corrigatur & fiat vniuersalis in qualibet politia, dicit Ari. quod non est dicendum illũ tantum esse ciuem, qui participat actu principatu & iudiciaria ptate ciuitatis, sed est ille, qui habilis est participare publicæ ptate deliberatiua & iudiciaria, id est q ex natura sua põt constitui in principatu consiliatiuo & iudiciario ciuitatis. Qui eñ nõ sunt apti ex natura, vt possint assumi ad talia officia, nullo videntur participare politia: & sic nõ sunt ꝓprie ciues, & hęc diffinitio verificatur in oi politia. In populari constat, qa de facto assumuntur. In politia aũt paucorum & optimatum, licet de facto populares non assumant̃, quicunq; sunt apti ingenio & virtute ad regendum, ꝓ assumi, & ex tali aptitudine sunt veri & ꝓprie ciues. Patet igitur ꝙ ex oĩbus habitantibus ciuitatem, ille tantũ est ꝓprie ciuis ciui, vt dicit Ari. est habilitas siue idoneitas publicæ potestatis deliberatiuæ iudiciariæ illius ciuitatis.

Ciuitas quid sit.

Quantum ad tertium aduerte, vt dr Ari. quòd ex diffinitione nunc dicta de ciue proprie dicto potest sic diffiniri ciuitas. Ciuitas est multitudo siue cõgregatio talium ciuium, id est hominum, quibus inest habilitas potentiæ publicæ consiliatiuæ & iudiciariæ, vt sufficienter & simpliciter viuere possint. Nã vt docuimus in primo lib. in tract. primo in cap. quarto ciuitas est cõmunitas pfecta ordinata ad sufficiẽtiã humanæ vitæ: qm̃ non solum necessaria vitæ ciuitas prouidet homini vt domus & pagus, sed etiam omnia sufficiẽtia ad vitam, & quę sunt ad bene esse ꝓ omni statu & ætate ꝓ ægritudine & salute, ꝓ seruanda pace ac defensanda. Inde est ꝙ in ciuitate sunt varij personarum status, &c. Et tu de hoc vide in primo libro in tract. primo capite quarto.

Cur varij hominũ sint in ciuitate status.

Num ad hoc quòd quis dicatur ciuis oporteat ipsum exprogenitoribus ciuibus ortum fuisse.

Quantum ad tertium aduerte, quòd aliqui consueuerũt dicere illum esse ciuem, q ex duobus ciuibus natus est, ſ. ex patre & matre, & non sufficit ex vno tantum: puta ex patre solo, vel matre. Aliqui autem vltra procedunt & dicunt ad ciuem requiritur, quòd habuerit patrem & auum & proauum & attauum ciues: & hũic opinioni videtur deseruire dictum Gorgiæ Leontini qui siue non certus de veritate siue vt ludens & Ironice loquens inquit: sicut mortaria sunt illa, quæ fabricata sunt ab artificibus mortariorum, sic ciues lariſei sunt, qui geniti sunt à ciuibus lariſeis.

Sed hæc opinio, vt inquit Ari. dubitationem multam cõtinet: nam si de ciue necesse est assignare progenitores ciues vsque ad tertiũ & quartum gradum ascendendo, quæretur eodem modo de quarto puta de attauo quomodo sit ciuis: & si oportet assignare eosdem gradus de attauo: iterum quęretur de attauo attaui eodem modo: & sic esset ꝓcessus in infinitum, & impossibile esset assignare certam rationem per quam quis dicatur verè ciuis.

Pręterea secundum opinionem hanc sequitur primos ædificatores ciuitatis, non fuisse ciues: quia non sunt nati ex prioribus ciuibus cum ponamus tales primos instituisse & inhabitasse talem ciuitatem: ex consequenti sequitur ꝙ geniti ex primis ædificantibus ciuitatem non sunt ciues secũdum hanc opinionem: quod vtique est inconueniens.

Melius est ergo hanc opinionẽ relinquere & determinare vt supra, ſ. ꝙ ciuis est ille proprie & simpliciter, qui habitans in ciuitate habilis est ad participandum principatu siue publica potestate ciuitatis in consulendo & iudicando: ꝙ autem sit genitus ex ciuibus, prioribus est per accidens.

Quantum ad quartum aduerte quòd ex determinatis de quidditate ciuis & ciuitatis, quatuor oriuntur dubia.

Primum est, si mutetur respub. puta quæ prius erat optimatum, facta est popularis: & aliqui extranei ac aduentitij adiungũtur populo, & fiant participes principatus popularis, sicut fecit Callisthenes Athenis effectus tyrãnus, qui cõmunicationi ciuitatis, adiunxit q̃ plures extraneos & seruos, vt multiplicato populo in fauorem Callisthenis: nõ possent diuites contra eum insurgere & opprimere: dubitatur si tales adiuncti extranei, sint vere ciues, vel non.

Extranei iuste fiunt ciues aliquando.

Respondet ad hoc Ari. quòd ex quo adiuncti sunt communitati ciuitatis, & effecti participes publicę potestatis ciuitatis, sunt proprie ciues iuxta determinationem premissam de proprio ciue: sed verũ est, ꝙ iniuste facti sunt ciues, vt exemplificatum est de factis à Callisthene.

Secundum dubium est, dubitatur si ex hoc quòd sunt iniustè ciues, sint falsè ciues, an verè, ita quòd idem sit iniustè & falsè, idem sit iustè & verè. Nam si falsè sunt ciues, non sunt ciues, sicut quod falsè est aurum, non est aurum. Hoc autem videtur esse contra responsionem datam primo dubio. Dictum est enim, quòd sunt propriè ciues, licet iniustè: si propriè, ergo verè: ergo non æquipollent iniustè & falsè.

Respondet Arist. ꝙ eadem est ratio de iniusto principe: & iniusto ciue. Stat enim quòd quis sit verus princeps, quia habet realem authoritatem super subditos, & tamen iniustè dominatur: puta non seruans iudicia iusta, & partialiter dominans: sic stat quòd quis sit verè ciuis puta quia particeps est publicæ potestatis: & tamen iniustè eam exercet, puta in fauorem tyranni ad proprium commodum.

Tertium dubium est, quando & quo sit dicenda eadem vel non eadem ciuitas. Nã cum ciuitas sit locus, & multitudo habitantiũ ciuium, dubitatur si quãdiu permanet idẽ locus permaneat eadẽ ciuitas, etiam quòd habitantes trãsmigrarent, & alij conducerentur. Item posito ꝙ idem locus permaneret, & iidem habitantes, sed quòd habitantes non essent vnius generis, sed tantum vnius gentis, in qua continerentur diuersa genera, vtrum dicenda sit vna ciuitas.

Respondet Arist. quòd si seruatur idem locus & nõ iidẽ habitantes, est vna & eadem ratione loci: sed hæc vnitas est materialis diminuta. Non enim vnitate loci, sed vnitate ciuium diffinitur ciuitas.

Si autem

Vna ciuitas quadicatur.

Si autem ſeruetur idem locus,& iidem habitantes q̃ tamen ſint vnius gentis,& non tm̃ vnius generis poſito q̃ cõcluderentur eiſdem mœniis, non eſt dicenda propriè vna ciuitas,ſed potius vna regio.Nam, vt dicit Ari.ſi toti Peloponneſo circunducerentur eadẽ mœnia, & vnus paries,ex hoc non eſſet vna ciuitas,ſed vna regio cõtẽtiua vni⁹ gẽtis: & ita fuit de Babylone,de qua recitat Ari.q̃ magis continebat gentem vnam,ſicut regio,quàm q̃ eſſet ciuitas vna,fertur enim q̃ fuit tantæ amplitudinis circundata mœniis, q̃ cum eſſet hoſtibus capta,partem aliquam eiuſdem nondum aliquid ſenſiſſe de captura aliarum partium tertia die, verũ vtrum expediat tanta amplitudo vni ciuitati determinabimus in lib. ſeptimo:vbi loquemur de regione & de magnitudine ciuitatis.Ad vnitatem ergo ciuitatis ſeruandã requiritur identitas loci & identitas habitantium vnius generis.

Quartum dubium eſt,cum non permaneant iidem habitantes numero,quoniam morientibus prioribus, ſuccedunt alij,dubitatur,ſi propter talem continuam ſucceſsionem habitantium,mutetur ciuitas:& fiat ſemper alia & alia,vel remaneat eadẽ,ſicut dicimus fontes & fluuios remanere eoſdem propter ſucceſsionem aquarum, licet quædam aqua effluat,& alia de nouo adueniat.

Quandõnã alia vel eadem ſit ciuitas.

Reſpondet Ari.q̃ licet remaneat eadem multitudo hominum per continuam ſucceſsionem, ſicut remanet eadem aqua fluuij p æquiualentiam & ſucceſsionem, tm̃ non poteſt dici q̃ remanet eadem ciuitas ſimpliciter, ſicut remanet idem fluuius,ſed ad hoc, q̃ remaneat eadẽ ciuitas duo requiruntur,ſ. eadem multitudo hominum vnius generis p ſucceſsionem,& eadem reſpublica,quæ dicitur politia. Na poſito quòd mutetur politia,& remaneat eadem hominum multitudo,non erit eadem,ſed alia ciuitas.De ratione enim ciuitatis eſt communicatio ciuium, qua mutata neceſſe eſt ciuitatem aliam eſſe,ſicut harmoniam earundem vocum aliam & aliam dicimus,ſi quandoq; ſit dorica & quandoque Phrygia.Quid autem ſint & quomodo differant muſica dorica & Phrygia manifeſtabimus in lib. octauo. Patet ergo, q̃ ciuitas dicenda eſt eadem, vel alia inſpecto ordine politiæ:nam ſi ſtat idem ordo politiæ ſtat eadem ciuitas, ſicut ſi ſtat idem ordo vocum ſtat eadem harmonia.Si autem mutetur ordo politiæ, etiam q̃ remaneat idem locus & eadem multitudo hominum per ſucceſsionem.Non ſtat eadem ciuitas niſi materialiter & velut æquiuocè. Vtrum autem ex hoc q̃ non remanet eadem ciuitas tranſmutata politia, iuſtum ſit conuentiones factas in priori politia adimplere,vel non puta reddere pecuniam mutuo acceptam, determinabimus in ſequentibus.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De optimi viri ac principis virtute,num eadem,vel diuerſa ſit,oſtendit.

IN ſecundo capite inueſtigandum eſt quæ ſit propria virt⁹ ciuis,qua ſit bonus ciuis,& quæritur, vtrum ſit eadem cũ virtute,qua ſit bonus vir,ita q̃ verum ſit dicere, virtus boni ciuis eſt virtus boni viri,& hic tria agenda ſunt. Primo probandum eſt, q̃ vniuerſaliter & ſimpliciter non eſt eadem virtus ciuis inquantum ciuis eſt,& boni viri inquantum eſt bonus vir.Secundò probandum, quòd reſpectu alicuius ciuis,puta eius, qui habet regere & principari aliis, eadem eſt virtus eius & boni viri.Tertiò, quoniam contingit ciuẽ aliquando principari,& aliquando ſubiici, tranſacto tempore ſui regiminis,ideo ſcrutandum eſt ſi eadem debet eſſe diſciplina & virtus ciuis principis,& ciuis ſubiecti.

Nõ eſt eadẽ virtus boni ciuis & boni viri.

Quantum ad primum arguitur,q̃ vniuerſaliter & ſimpliciter non eſt eadem virtus boni ciuis & boni viri. Nam virtus boni ciuis cõſiſtit in hoc,quòd bene& ſolicite operatur p conſeruatione reipub.Virtus autem boni viri conſiſtit in hoc,quòd bene & moraliter viuit,puta prudenter,fortiter, iuſtè,& temperatè.Idem eſt enim bonus vir & virtuoſus:ergo ſtat quòd quis ſit bonus ciuis, qui tamen non eſt bonus vir,ſicut quis eſt bonus nauta, & bonus artifex: qui tamen non eſt bonus vir,id eſt virtuoſus moraliter.

Præterea, in optima repub.quilibet ciuis operatur & intendit conſeruationi reipub.& tamen non omnes ſunt virtuoſi,imò eſt quodãmodo impoſsibile omnes ciues eſſe cõtinentes,liberales,magnanimos, veraces, &c.ergo conſtat non eadem virtute eſſe bonum ciuem & bonum virum.

Præterea, quicunque ſunt boni viri eadẽ virtute morali ſunt boni,puta iuſtitia,tẽperantia aut manſuetudine,ſed nõ oẽs ciues ſunt boni ciues eadẽ virtute.Sicut enim in domeſtica familia alia eſt virtus domini,alia ſerui, alia viri, alia vxoris:ſic,& in ciuitate,alia eſt virtus ciuis regentis,alia ciuis ſubditi,& ſicut in ciuitate diuerſa ſunt officia,ſic diuerſæ ſunt ciuium virtutes,quib⁹ diuerſi ad diuerſa officia ſunt habiles.Patet igitur q̃ vniuerſaliter,& ſimpliciter loquẽdo alia virtute quis eſt bonus ciuis,& alia bonus vir.Stat enim ſuperbum & auarum eſſe bonum ciuem,quia bene conſulit p repub.& tamen non eſt bonus,id eſt virtuoſus moraliter.

Et confirmatur ex eo q̃ communiter dicit,aliam eſſe diſciplinam,qua inſtruendus eſt quis ad principatum, & alia qua inſtruendus eſt ad virtutem moralem. Patet em̃ q̃ filij regum vt poſsint bene præſidere inſtruuntur in adoleſcentia in equeſtri,& bellica diſciplina.Vt autem diſcãt iuſtè & temperate viuere ſicque ſint boni viri,alia diſciplina,ſ.morali Philoſophia erudiuntur.

Et propterea vt recitat Ari. Euripides loquens in p̃ſona principis eleganter inquit non mihi ſpecioſa,ſed quorum ciuitas indiget:quaſi dicat ad me vt principẽ nõ ſpectat ſcire ſpecioſa,id eſt pulchra & ſubtilia vt ſpeculãtur Philoſophi: ſed quæ opportuna ſunt regimini ciuitatis:alia ergo virtute quis eſt bonus ciuis,& alia bonus vir.

Eadem virtute oportet ciuẽ vt principẽ,eſſe bonum principem,& bonum virum.

Quantum ad 5m̃ aduerte,q̃ licet vniuerſaliter non eadẽ virtute ſit quis bonus ciuis & bonus vir:quia ſtat vt dictum eſt,q̃ ſit bonus pro ſeruanda repub.puta animoſitate & audacia & ſolertia ſua,& tamen non ſit bonus moraliter,ſicut ſtat q̃ quis ſit bonus p ſeruanda naui in mari,qui tm̃ non eſt vir p̃bus, tamen reſpectu alicuius ciuis pro aliquo officio in ciuitate,neceſſe eſt q̃ eadem virtute ſit bonus in tali officio,& ſit bonus vir.Hoc autem officium eſt principatus:nã ſi ciuis efficitur princeps,aut rector ciuitatis,neceſſe eſt eſſe prudentem:qm̃ prudentia vt declarauimus in ſexto Ethicorum eſt virtus regitiua,prudẽtia autem de neceſsitate & inſeparabiliter eſt annexa virtutibus moralibus,vt docuim⁹ in ſexto Ethicorum,tractatu quarto capite ſecundo, & tertio,& tu vide illic:ergo neceſſe eſt eadem virtute,ſ. morali, ciuem non vt ciuem,ſed vt principem,eſſe bonum principẽ & bonum virum.Patet ergo q̃ reſpectu alicuius ciuis p aliquo officio,puta principatu,eadem virtute eſt bonus in tali officio,& bonus vir.

Quantũ debeat eſſe diſciplina principis quãdo princeps eſt, & quando ſubiectus eſt.

Quantum ad tertium aduerte quo ad diſciplinam,q̃ ciuis poteſt aliquibus principari,aut principatu dominatiuo, vt dñs ſeruis:& tunc conſtat,q̃ non eſt neceſſe eum addiſcere,neque facere opera ſeruilia,quę addiſcunt & faciunt ſerui: ſed eis vti,vt ſcire ſuere veſtes, parare cibos,diſponere panem.Hæc em̃ non decent rectorem, nec eum qui in repub. verſatur:neque bonum ciuem,niſi fortaſſe quãdoque priua tim ſuijpſius gratia:quando,ſ.deficerent ſibi deſeruiẽtes in huiuſmodi.Tunc enim nõ diſtingueretur dominus à ſeruo, ſi ordinare addiſceret & ageret opera ſeruilia.Aut dominatur dominio politico & ciuili,quo quis dominatur æqualibus & ſimilibus,ſ.liberis:in quo principatu in ciuitatib.nũc iſti ciues, nunc illi aſſumuntur: & hmõi ciuem aſſumptum ad talem principatum,oportet addiſcere dum eſt ſubditus, qualiter debeat principari:verbi gratia,Quis addiſcit principari equitib⁹, quia inter equites ſubditus fuit & quis addiſcit exercitum ducere,eo q̃ ipſe prius in exercitu per inferiores militiæ gradus ductus fuerit:quamobrem rectè in prouerbio dicitur neminem poſſe bene imperare, qui prius ſub imperio non fuerit.

Quantum autem ad virtutem aduerte,vt dicit Ari.quòd ciuis exiſtentis principis eſt diuerſa virtus à virtute eiuſdẽ exiſtentis ſubditi: & oportet bonum ciuem ſcire ac poſſe præeſſe & ſubeſſe:& hæc eſt virtus ciuis,ſcire rectè ſe habere in vtraque parte,& ſic boni ciuis inquantũ eſt potẽs principari,eſt eadem virtus,quæ & boni viri.Tu tamen aduerte, vt diximus,q̃ alia eſt virtus ſubditi,alia principis:puta alia ſpecies temperantię & iuſtitiæ decet principem:alia ſubditum:ſicut & alia eſt temperantia & fortitudo viri, alia mulieris.Vir enim reputaretur timidus ſi eſſet fortis, vt mulier fortis:& mulier videret inhoneſta ſi eſſet honeſta vt vir honeſtus.Similiter virtus œconomica,id eſt adminiſtratiua domus alia eſt viri,alia vxoris.Nã viri eſt bona acquirere:vxoris autem ſeruare:prudẽtia vero eſt virtus p̃priè conueniẽs p̃ſidenti, qm̃ eſt virtus bene conſiliatiua,bene iudicatiua,& bene præceptiua,vt patet in ſexto Ethicorum. Reliquæ autem morales virtutes communes ſunt præſidentibus & ſubditis.Debent tamen ſubditi aliquid prudentiæ habere,vt cõſiderent de agendis iuxta mandatum principis,ſicut artifex faciens fiſtulam,habet eam fabricare iuxta regulam, quam accipit à fiſtulatore.Vnde fiſtulator i hoc caſu eſt ſicut princeps,& faber fiſtulæ,vt ſubditus. Patet igitur ex omnibus

præmiſsis, an ſit eadem vel altera, virtus boni ciuis, & boni viri: & quomodo ſit eadem & quomodo altera: nam eſt eadem inquantum poteſt bene principari, & altera inquantũ poteſt bene ſubiici. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quinam in ciuitate ſint verè ciues, inquirit.

Nũ qui prin c pari in ciuitate non poſſunt, ſint proprie ciues.

IN tertio capite ſoluendum eſt dubiũ, quod oritur ex eo, quod dictum eſt, ciué propriè eſſe illum, q̃ poteſt participare principatu & regimine ciuitatis: & dictum eſt in capite præcedenti q̃ virtus ciuis eſt, vt ſciat rectè ſe habere in principari & ſubiici. Videtur ergo q̃ quicunque inhabitant ciuitatem, & non poſſunt principari, vt artifices & mercenarij, non ſint ciues, quod videtur falſum. Nam ſi nõ ſunt ciues, ſtat dubium, in quo genere hominum habitantium ciuitatem ſint locandi. Non enim ſunt aduenę quaſi aliunde venientes ad habitãdum in ciuitate: q̃ ſupponitur eos natos in ciuitate. Neq; ſunt peregrini, aut viatores: tales em̃ aut trãſitu aut ꝓpter negocia adueniũt, ſed ñ ꝑmanẽt. Artifices autem & mercenarij ciuitatẽ inhabitant & nati ſunt in ea: ergo vel ſunt ciues, vel non inuenietur genus in quo locari poſſunt. Certum eſt em̃ quòd non ſunt ſerui, nec libertini, id eſt ex ſeruis facti liberi. Sunt ergo ciues: & ſic diffinitio data in primo capite de ciue, non eſt vniuerſalis.

Artifices & ad principatum inepti non ſunt ciues.

Ad hoc dubium dupliciter reſpondet Ariſt. Primo, quòd non ſunt ciues: q̃m̃ non omnes illi dicendi ſunt ciues, ſine q̃bus ciuitas eſſe non poteſt, cum neque pueri nati ex ciuib⁹: & viuentes in ciuitate ſint ciues, ſicut viri, id eſt perfectiné viri ſunt perfectè ciues, poſſunt em̃ agere opera ciuis. Pueri autem ciues q̃dem ſunt, ſed imperfecti, ꝓpter ætatem: ſic in propoſito opifices & mercenarij, licet nati & habitãtes ſint in ciuitate, non ſunt ciues: q̃m̃ non poſſunt principari, ſed tãtum ſubiici. & ſi quæras in quo genere habitantium ciuitatem locandi ſint, dico q̃ in genere manifeſtorum: q̃ ſunt veluti ſerui aut priuatarum perſonarum, aut communitatis. nã antiq̃s temporibus viles artifices & mercenarij, & peregrini pretio conducti apud multas ciuitates erant ſerui.

In populari politia artifices ac mercenarij ſunt ciues, nõ autem in politia optimatum vel potentiæ paucorum.

Secundò reſpondet Ariſt. q̃ cum ciuis dicatur in ordine ad politiam, ſicut diuerſæ ſunt politiæ puta popularis, optimatum, & potentię paucorum: ſic diuerſi ſunt ciues. nam in politia populari, in qua ſoli ſerui excluduntur à participatione principatus & regiminis ciuitatis, artifices & mercenarij poſſunt eſſe ciues: q̃a cum habitent in ciuitate & ſint liberi: poſſunt aſſumi ad regimen ciuitatis.

In politia autem optimatum non poſſunt eſſe ciues: quoniam in ea non aſſumuntur niſi viri virtuoſi, & exercitati in virtutibus politicis: conſtat autem q̃ opifices & mercenarij nõ exercentur in talibus virtutibus, ſed in artificiis ſuis mechanicis, & operibus ſeruilibus. ideo cum in tali politia nó poſſint participare principatu & regimine publico, non poſſunt eſſe ciues.

In politia auté quæ eſt ſtatus potentię paucorum difficil limũ eſt mercenarios poſſe eſſe ciues, q̃m̃ in ea non aſſumũtur niſi q̃ fuerunt longo tempore in honoribus conſtituti, & ſunt valde diuites: ideo dicitur politia potentum, ſed mercenarij non ſunt conſtituti in talibus honoribus: q̃m̃ nõ cõducuntur niſi ad officia ſeruilia, vt agricolæ, ſtabularij, famuli domorum, portatores onerum. nec eſt poſsibile, quòd multum ditentur, imò vix congregant ſibi neceſſaria vitæ.

Artifices aliqui fieri poſſunt ciues.

Artifices autem contingit eſſe ciues in tali politia: q̃m̃ in aliq̃bus artibus homines de facili ditantur: vt panifici, aurifices, aromatarij: & q̃m̃ in tali politia magis reſpicitur ad potentiã diuitiarum quàm ad aliud, ideo artifices poſſunt í ea aſſumi ad regimen ciuitatis, ex conſequenti eſſe ciues ſi poſtquam fuerit ditati abſtineant à ſuis artificiis: & ducant vitam honorabilem. vnde vt recitat Ari. apud Thebanos lex fuit, q̃ nemo habilis eſſet ad honores publicos ſuſcipiẽdos,

Nemo ad publicos honores cenſetur dignus aſſumi, qui decẽ annis à mercatura non deſiterit.

niſi decẽ annis a mercatura deſtitiſſet. In multis etiã rebus publicis trahuntur peregrini ad ciuitatem, & eſt lex in aliq̃bus ciuitatibus quòd adhoc quòd q̃s ſit ciuis: ſufficit ipſum eſſe genitum ex matre ciue: & quædam ciuitates acceptant ſpurios quos propter paucitatem legitimorum ciuium faciunt ciues: nam ob paucitatem hominum vtuntur his legibus: quòd ſi paulatim abundent multitudine: excludunt primo libertinos deinde eos: q̃ tantũ ex matre ciue geniti ſunt nec habent pro ciuibus niſi natos ex vtroque parente ciue. Cum igitur multę ſint ſpecies ciuium ſicut & politiarũ patet quomodo & quando opifices & mercenarij dicendi ſint ciues & quomodo & quando non.

Ciuis tantũ eſt verè, qui eſt habilis ad publicos honores.

Tu tñ aduerte vt dicit Ari. q̃ vniuerſaliter & í oĩ politia ille maximè eſt ciuis ceſte Homero, qui habilis eſt ad honores publicos ciuitatis ſuſcipiendos. verum q̃a hæc rõ & diffinitio ciuis ꝓprijſsimè dicti ignorantur à multis: ideo decipiuntur extimantes oẽs cohabitãtes í ciuitate eſſe ciues: q̃d non eſt verum q̃m̃ non participantes honorib. ciuitatis, ſunt vt aduenę in ciuitate: nec poſſunt dici ciues niſi cum additione: puta ſunt ciues q̃a habitant in ciuitate: aut q̃a nati ſunt in ciuitate: aut q̃a miniſtrant in ciuitate. Hęc tñ eſt falſa, q̃ ſint abſolutè ciues, quia eis non competit diffinitio ſuprà poſita de vero & proprio ciue. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS

in tertium librum Politicorum, tribus complexus capitibus.

¶De Diuiſione Politiarum in ſpecies ſuas, tam bonas, quàm malas.

IN hoc ſecundo tract. habemus diuidere ex ſententia Ari. politiã in ſpẽs ſuas, tam bonas quã malas, ſ. in q̃ ſunt in vſu regiminis humani. Impoſsibile em̃ eſſet tradere ſciam politicam, ſi neſciremus modos & ſpẽs politię. & continebit hic tract. tria cap. In primo inueſtigandum eſt q̃d ſit politia: & ꝓpter quem finem inſtituta ſit ciuitas. In ſecũdo ponenda eſt diuiſio & ſubdiuiſio politię in ſpecies ſuas, & apparebit quæ ex eis ſit recta & non recta. In tertio declarandum eſt per quid antiqui determinauerunt politiam potentiæ paucorum, & gubernationis popularis & eorum poſitio reprobanda eſt.

CAPVT I.

Quidnam ſit ciuitas, & propter quem finem ſit inſtituta, oſtendit.

IN primo capite antequam deſcendamus ad diſtinctiones politiæ, declarandum eſt q̃d ſit politia. Sicut em̃ eſſet impoſsibile diuidere ſufficienter animal in genera & ſpecies ſuas niſi ſciremus q̃d ſit animal: ſic accideret in ꝓpoſito. primo igitur declarabitur q̃d ſit politia: ſecũdo q̃a in rõne politię includetur ordo ciuitatis: ordo auté imponitur reſpectu alicuius finis: ſicut ordinantur milites in exercitu propter conſequendam victoriam: declarãdum eſt ad quem finem inſtituta ſit ciuitas.

Politia quid ſit.

Quantum ad primum aduerte, q̃ politia, quam & rem-pub. dicimus, eſt ordinatio ciuitatis quoad oẽs magiſtratus & principatus & regimina vt ſunt í vſu ciuitatis, ita tamen q̃ primò & maximè eſt ordinatio & inſtitutio ſupremi principatus, à cuius autoritate pẽdent inferiora regimina & officia ciuitatis, & ſ. diuerſitatem primi ac maximi principatus, & non iuxta diuerſitatem inferiorum regiminum ſumẽda eſt diſtinctio politiæ í ſpẽs ſuas. puta q̃m̃ in ſtatu optimatum primus & maximus principatus eſt apud virtuoſos electos: & in ſtatu potentię paucorum primus & maximus principatus eſt apud potentes diuites: & in ſtatu plebeio ſiue popular, primus & maximus principatus eſt apud populum: ideo iuxta hos tres maximos principatus diſtinguemus politiam. Reſtringendo ergo rationem politiæ, dicimus q̃ politia ſiue reſpublic. eſt ordinatio ſiue diſpoſitio ciuitatis quo ad primum & ſupremum principatum ciuitatis, ſub quo reguntur ciues & ex cuius autoritate pendent autoritates inferiorum regiminum.

Propter quẽ finẽ inſtituta ſit ciuitas.

Quantum ad ſecundum aduerte, q̃ Ariſt. in primo libro, vt declarauimus in primo tract. in primo capite docuit ciuitatem eſſe inſtitutam propter bonum principaliſsimum ĩter bona humana: ita quòd aſsignauit finem ciuitatis í genere. verum q̃a hæc cognitio generalis non ſufficit præſenti propoſito, ideo intendit hic declarare in particulari ad quem finem ſit inſtituta.

Tu igitur aduerte, q̃ poſſumus imaginari ciuitatem eſſe inſtitutam vt hoĩes poſsint abſolute viuere: quaſi q̃ non poſſint viuere niſi inſtituatur ciuitas: vel vt poſsit hoĩes ſimul pugnare contra hoſtes ſuos: & ſe inuicem defenſare. vel vt poſſint ſimul facere contractus, & negotiari. vel vt hoĩes poſſint ſimul communicare & bene ac ſufficienter viuere: & operari ſecundum perfectam virtutem.

Conſtat

Non eſt ciuitas inſtituta, vt homines abſolutè viuere poſſint, vel inuicem communicare & ſe inuicē.

Conſtat autem quòd non eſt propter primum, quoniam & ſerui & animalia bruta attingunt ipſum viuere: & tamen non participant ciuitatem: ergo non eſt inſtituta propter ipſum viuere abſolutè.

Nec eſt inſtituta ꝓpter fm, & tertiū: aliter Thuſci & Carthaginenſes eſſent eiuſdem ciuitatis, quod eſt falſum. Conſequentia patet: qm̃ Thuſci faciunt adinuicem contractus, & portant adinuicem merces, & inſtrumēta in ſcriptis adinuicem celebrant: & fidem ac pactum inter ſe habēt de nō iniuriando nec agendo iniuſtitiā intra ſe inuicem. Item pactum habent mutuę compugnatiouis & mutuę defenſionis contra hoſtes ſuos: ergo ſi ꝓpter iſta eſſet inſtituta ciuitas, Thuſci & Carthaginenſes, q̃ in prædictis communicant, eſſent ciues eiuſdem ciuitatis: falſitas autem conſequentis ſic manifeſtatur. Thuſci & Carthaginēſes licet ꝙueniant in p̄dictis, tamen ſub alio alio principatu viuunt: ergo, &c. Patet conſequentia: qm̃ diſtincti principatus variant reſpub. ſiue politias, vt dicemus infra: ergo & ciuitates.

Pactum ſolam fidem facit, at non facit ſine, q̃ paciſcentes bonus vel malus ſint.

Præterea, præſidentes vni ciuitati ſtudent facere ciues illius virtuoſos, ſed p̄ſidentes Carthagini, nō contendunt nec laborant in hoc q̃ Thuſci ſint virtuoſi: nam dummodo, ſeruentur fides & pacta mutua de non iniuriando, de non agēdo iniuſtè, de non decipiendo in conuentionibus & mutuis negotiis: de compugnando & defendendo: eſt eis p accidēs q̃ in reliquis ſint boni aut mali: vnde Licophron Sophiſta bene dixit, q̃ pactum habitū inter aliquos eſt fideiuſſor inuicem iuſtorū: ſed non talis vt bonos & iuſtos ciues faciat, & intendit Licophron, quòd pactum inter aliquos facit fidem: quòd non committent adinuicem iniuſta, ſed nō facit fidem, quòd ciues paciſcentes erunt boni & iuſti.

Præterea, ſi q̃s coniūgat duo loca diuerſorum habitantium in vnū, vt loca Megarenſium & Corinthiorum, ita q̃ ſe contingerent mœnibus, & etiam q̃ circundarentur eodem muro, & celebrarent connubia adinuicem, communicarētq̃ ſimul, & leges haberent ac pacta ꝓhibentia ſibi inuicē iniurias, nec alia eis foret communio niſi talium rerum, puta contractuum & fœderationis & compugnationis, nō eſſet vna ciuitas, qm̃ nec vnitas, nec propinquitas loci, nec cōmunio contractuum & negociorum: ſed vnitas reipublic. & identitas principatus conſtituit vnam ciuitatem: ex quibus conſtat quòd ciuitas non eſt communicatio loci: nec iniuriandi ſibiipſis, & commercij gratia: licet hæc quidem ſint neceſſaria ad eſſe, ſi debet eſſe ciuitas, tamē ſi hæc ſola adeſſent, aliis requiſitis non exiſtentibus adhuc nō eſſet ciuitas.

Cùm autem ciuitas non ſit inſtitua propter primum, nec ſecundum, nec tertium, probandum eſt, eā inſtitui propter quartum, & arguitur à ratione ac diffinitiōe ciuitatis: nā ciuitas, vt declaratum eſt, non eſt cōmunicatio ſola loci nec contractuum, ſed eſt communicatio bene viuendi, cōpoſita ex domibus & pagis: & diuerſis habitantium ſtatibus, vt declaratum eſt in primo lib. gratia vitę p̄fectæ & per ſe ſuffi cientis, vt p hoc q̃ dicitur cōmunicatio bene viuendi, tangatur cauſa formalis, p hoc q̃ dicitur cōpoſita ex domib⁹, &c. Tangatur cauſa materialis: p hoc q̃ dicitur gratia vitę, &c. Tangatur cauſa finalis. Quæ cauſa finalis attingi nō poterit, niſi habitantes habitent in eodē loco & ineant connubia ſimul per quæ contrahuntur affinitates: & ex affinitatibus amicitiæ conſeruatiuæ ciuitatis: ex quibus apparet q̃ finis principalis ꝓpter quem inſtituta eſt ciuitas bene ordinata, eſt viuere & operari fm virtutem perfectam & non ſolū ꝓpter conuiuere: viuere autem fm perfectam virtutem: eſt viuere feliciter practicè. Tale autē viuere, docuim⁹ in libro decimo Ethicorum, eſt operari fm optimam virtutem practicā: quā diximus in libro ſexto Ethicorum eſſe prudentiam: & communicatio politica conſiſtit in actionibus prudentiæ. Propter quod, vt dicit Ari. quicunque magis addunt ad talem communicationem plus addunt ad ciuilitatem, pluſquam ciuitatis ad eos pertinet, q̃ ad illos, q̃ aut libertate, aut genere ſunt æquales, aut maiores: ſed virtute ſunt impares, & quantum ad eos, qui diuitiis ſuperant: ſed virtute ſuperant, & inferiores ſunt. Hæc de primo capite dicta ſint.

Ciuitas eſt inſtituta vt homines in ea viuant, et operentur ſecundum virtutem perfectam.

CAPVT II.

Quot & quænam ſint ſpecies politiæ aſſignat.

IN ſecundo capite ordinanda eſt diuiſio & ſubdiuiſio politiæ in ſpecies ſuas, & hic tria agenda ſunt. Primò ponetur prima diuiſio generalis. Secundò ſubdiuidetur vtrunq; mēbrum in ſpecies ſuas. Tertiò obiicietur contra diffinitionē ſtatus popularis & potentiæ paucorum.

Quantum ad primum aduerte, q̃ vt dictum eſt in octauo Ethicorum, & in primo libro Politicorum, principat⁹ politicus correſpōdet principatui domeſtico. In domo autem eſt duplex principatus, ſ. dominatiuus & œconomicus, Principatu primo, dominus principatur ſeruo, ſecundo autem pater familiās dominatur liberis, & vir vxori, pater filijs: & diſtinguuntur in hoc q̃ in primo dominans intendit per ſe vtilitatem propriam, p accidens autem vtilitatem ſubditi. In ſecundo autem eſt econuerſo, quoniam dominans intendit per ſe vtilitatem ſubditorum: & per accidens ſuam propriam, inquantum regimen ipſum cedit etiam in bonum dominantis, ſicut contingit in multis artibus: nam medicus p ſe intendit bonum infirmi, id eſt ipſum ſanare, per accidens autem bonum ſuum, inquantum medēdo proficit in ſcia medicinæ & lucratur pecuniam. Sicut igitur in domo, eſt prædictus duplex principatus: ſic & in ciuitate cōtingit eſſe: nā aliq̃ principes intendunt per ſe vtilitatem ciuium, & ſuam per accidens & hic dr̃ verus, iuſtus, & rectus principatus: in quo princeps ſe habet ad ſubditos, vt pater ad filios, & hic ꝓpriè dicitur principatus politicus, qui eſt ſupra liberos: in quo dignum eſt vt in vna parte temporis aliq̃ ex ciuibus dominentur, ī alia autem parte alij, q̃ extimantur æquales & ſimiles in ſufficientia & bonitate. Si autem aliq̃ ex eis alios multum excederent, ita quòd longè meliores reputarentur dignum vtique eſſet vt illi ſemper principarentur. Tu tamē aduerte quòd, vt dr̃ Ariſtotel. prīcipatus iſte politicus, ex tēporum diuerſitate multam accepit veritatem: nam à principio prīcipātes erant vt ſeruiētes ſubditis, intendentes vtilitati eorum, & relinquentes ꝓpria commoda: pro quibus aliquis ſeruiebat eis, & ſic principatus erat prīcipāti, vt infirmitas, à qua deſiderabat liberari, vt ifirm⁹ à morbo, vt ꝓprijs commodis intenderet. Proceſſu autem temporis hoīes ex vtilitate ſibi ꝓueniente ex bonis communibus, quæ ſibi applicantur, & ex iure prīcipandi, deſiderant perpetuo prīcipari, ac ſi non amplius ægritudo, ſed vt ſalus eſſet prīcipatus: vnde hoīes nunc appetunt prīcipatum ſicut infirmus ſanitatem. Aliquando autem prīcipes intendunt per ſe ꝓpriā vtilitatem, & non ſubditorum: & tunc ſe habent ad ciues, ſicut dñi ad ſeruos. & vtuntur ciuibus vt ſeruis: & talis principatus eſt malus & iniuſtus, & eſt corruptio iuſti prīcipatus politici, & eſt cōtra iuſtitiam: qm̃ ciuitas eſt communitas liberorum. Per hunc autem deſpoticum prīcipatum videtur eſſe communitas ſeruorum.

In domo duplex principatus.

In politia duplex principatus: politicus, & deſpoticus.

Principatus politicus odibilis eſt.

Ex prædictis ergo conſtat, q̃ politia prima diuiſione diuiditur in rectam & non rectam. Recta eſt: in qua prīcipantes per ſe intendunt vtilitatem ſubditorum: non recta eſt in qua prīcipantes intendunt p ſe vtilitatem ꝓpriam & dominantur ac vtuntur ciuibus vt ſeruis, non vt liberis, & vt ſic deſtruunt rationem ciuitatis: conſtat em̃ ciuitas ex ciuibus liberis, & non ex ſeruis: nam vt diximus ī tractatu præcedēti ſeruus non eſt pars ciuitatis ſed potius miniſter.

Quātum ad fm aduerte, q̃ politia recta diuiditur in tres ſpēs, ſ. in regnum: in regimen optimatum, & in rempub. Cuius diuiſionis hæc eſt rō. Cùm politia ſit ordinatio ſupremi prīcipatus in ciuitate, vt diximus in capite præcedenti, quo tuplex eſt ſupremus prīcipatus rectus & iuſtus, tot ſunt ſpecies politię rectæ & iuſtæ. Principatus autem ſupremus eſt triplex: nam aut vnus tantum dominatur intendens vtilitatem ſubditorum, & hęc eſt regia poteſtas: iuxta quā ſumitur regnum. Aut plures vno, qui tamen ſunt pauci electi, vt virtuoſi & meliores intendentes commune bonum ſubditorū: & hoc eſt dñium optimatum iuxta quod ſumitur politia dicta regimen ſiue gubernatio optimatum: vel ex eo q̃ optimi p̄ſunt, vel ex eo q̃ talis politia ordinatur ad optimum & communę bonum oīum ciuium. Aut multitudo dominatur intendens tamen commune bonum & conſeruationem totius ciuitatis, & iuxta tale dñium ſumitur politia, quæ communi nomine ſolet appellari reſpubl. & licet hoc nomen reſpubl. conueniat omni politiæ, tamen rōnabiliter appropriatur politiæ in qua multitudo regit, & non tantum vnus aut pauci: nam, vt dicit Ariſtotel. non eſt difficile ī ciuium multitudine inuenire vnum aut paucos, qui alios ī virtute excedant. Multos autem tales ĩuenire difficilimū eſt. Si tamē inueniuntur, hoc maximè contigit ī virtute bellica, & ideo in tali politia dominantur viri bellatores, & qui arma poſſident. Patet igitur quomodo & ꝓpter quid politia recta diuiditur in tres ſpecies prædictas.

Recta politiæ tres ſunt ſpecies: Regnum, ſtatꝰ optimatum, & reſpublica.

Politia autem non recta & iniuſta, diuiditur ī tres ſpēs: quæ ſunt oppoſitæ & deſtructiuæ ſpecierum politiæ rectæ. Prima dr̃ tyrannis, ſcda potentia paucorum, tertia plebeius ſiue popularis ſtatus. Cuius diuiſionis ratio eſt hæc. Sicut

Nō rectæ politiæ tres ſunt ſpecies: tyrā-

uis, potentia paucorum, ac popularis status.

politia recta eſt ordinatio ſupremi principatus iuſti intendentis bonum commune ſubditorum. ſic politia non recta eſt ordinatio principatus ſupremi iniuſti intendentis bonũ particulare. Talis autem principatus eſt triplex: nam vel vnus tantum dominatur ad proprium commodum vtens ciuibus vt ſeruis, & hoc dominium opponitur regiæ poteſtati, & dicitur tyrannicum: & iuxta ipſum ſumitur politia iniuſta dicta tyrannis quæ tamen non meretur dici politia: & eſt corruptiua regni, vt dicemus infrà: vel pauci dominantur intendentes tantum vtilitatem diuitum, & non commune omnium ciuium bonum: & hoc dominium dicitur potentia paucorum: & iuxta illud ſumitur ſtatus & regimen potentiæ paucorum, quod opponitur regimini & politiæ optimatum: vel dominatur multitudo, id eſt plebs vel populus intendens tantum vtilitatem pauperum, & depreſsionem diuitum, ac potentum, & non communem toti ciuitati vtilitatem, & hoc dominium dicitur ſtatus popularis, & iuxta illud ſumitur politia popularis, quæ eſt deſtructiua reipub. quam diximus eſſe tertiam ſpeciem politiæ rectæ. Patet igitur quot ſint ſpecies politiæ rectæ & non rectæ. & vt breuiter ſcias quomodo diſtinguuntur ſpecies politiæ non rectæ, aduerte vt dicit Ari. quòd tyrannis eſt dominatio vnius tantum præſidentis ciuili communitati vtenti ciuibus vt ſeruis. Paucorum autem potentia eſt quando principantur opulenti & diuites: popularis ſtatus eſt quando egeni gubernant intendentes depreſsionem diuitum & potentum.

Quiſnã ſit ſtatus potentiæ paucorũ, & ſtatus popularis.

Quantum ad tertium aduerte, q̃ ex declaratione immediatè præmiſſa de potentia paucorum, & de ſtatu popolari, inſurgit dubium. Dictum eſt enim q̃ popularis ſtatus eſt qñ pauperes & egeni regunt, ſtatus autem potentiæ paucorũ eſt quando opulenti & diuites regunt. Contra hæc tale oritur dubium. Si in ciuitate plures ſint diuites quàm pauperes, & diuites ſint domini ciuitatis, ſequetur q̃ dominiũ diuitum eſt dominũ multorũ, ſiue gubernatio popularis. ſimiliter ſi pauperes ſint pauciores quã diuites, ſed potentiores ac regentes ciuitatem, ſequitur q̃ ſtatus pauperum ſit ſtatus potentiæ paucorum: & tamen contrarium diffinitum eſt. Dictum eſt enim, q̃ ſtatus diuitũ eſt ſtatus potentiæ paucorum, & ſtatus pauperum eſt ſtatus popularis ergo illę diffinitiones non videntur valere. Adhoc forte dicit aliq̃s, q̃ ſtatui potentię paucorum addendum eſt diuitum, & ſtatui populari ſiue multorum addendum eſt pauperum. vt dicatur ſic ſtatus potentiæ paucorum eſt in quo pauci diuites ciuitatem regunt. Status auté popularis eſt in quo multi pauperes, ciuitatem regunt.

Sed hæc reſponſio, aliam dubitationem mouet: nã ſtante hac reſponſione non poſſumus ſaluare, qũo ſint tatum tres ſpecies politiæ non rectæ: quoniam dubitatur ſub qua ſpecie continuatur politia, in qua plures diuites regunt, & in qua pauciores pauperes dominantur. Patet em̃ q̃ non pót contineri ſub ſtatu potẽtię paucorũ nec ſub ſtatu populari.

Ad p̃dictũ ergo dubiũ dicendũ eſt de mẽte Ari. q̃ ſtatus potentiæ paucorum diſtinguitur p̃ ſe ꝓpter diuitias à ſtatu popolari: ita q̃ opulentia & paupertas ſunt differentiæ per ſe diuiſiuæ harum politiarum: multitudo auté & paucitas ſunt differentiæ per accidens. Vnde accidens eſt, q̃ diuites ſint multi, aut pauci & ſimiliter pauperes: & ſi diceremus q̃ ſtatus potentiæ paucorum eſt ſtatus diuitum, & ſtatus plebeius ſiue popularis eſt ſtatus pauperum, manifeſtior eſſe diſtinctio. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De modo, quo antiqui malè diſtinxerunt politias minus attingentes iuſtum ſimpliciter.

IN tertio cap. declarandum eſt p̃ q̃d antiq̃ diſtinxerũt ſtatum potentię paucorũ, & ſtatum populare. Non em̃ diſtinxerunt p̃ opulentiam & pauptatem, vt diſtinxit Ariſt. nec p̃ paucitatem diuitũ, & multitudinem pauperũ, vt aliq̃ diſtinxerũt. Tu igit̃ aduerte, q̃ antiq̃ arbitrati ſunt has duas politias diſtĩgui p̃ iuſtum ſimpliciter, eo q̃ aliud iuſtum ſimpliciter ſeruatur ĩ ſtatu potentiæ paucorũ, & aliud ĩ ſtatu multitudinis plebeiæ. Pro cuius notitia hic tria agẽda ſunt. Primo declaranda eſt poſitio antiquorũ. Secundo declarandũ eſt, q̃ non attĩgerunt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſecundum q̃d. Tertio quę fuit cauſa huius non attĩgentiæ.

In politia potentia paucorum eſt iuſtum ſimpliciter ſecundum quantitatem diuitiarum, & in politia ſta-

Quantum ad primum aduerte, q̃ antiq̃ arbitrati ſunt politiam potentiæ paucorum diſtĩgui à politia multorum, quę dicitur popularis: quoniam licet in vtraque ſit iuſtum, tamen aliud iuſtum ponitur in vna, & aliud in altera. Nam in politia potentiæ paucorum ponunt iuſtũ ſm̃ diuitias, quod arbitrantur iuſtum ſimp̃r. Dicunt em̃ quòd in politia potẽtiæ paucorum, ſi duo ſint ęquales in diuitijs, debet eis diſtribui ęqualiter de bonis cõibus: ſi autem ſunt inęquales diſtributio de bonis communibus fienda eſt inæqualiter, vt ſ. ditior plus accipiat, & minus diues min⁹. In politia auté multorum ponunt iuſtum ſecundum libertatem: quod ſimiliter putant eſſe iuſtum ſimp̃r. Dicunt em̃ quòd ſi duo in tali politia, ſint æquæ liberi, æqualiter debet eis diſtribui de bonis communibus, ſi inęquales in libertate, inæqualiter. Hęc fuit poſitio antiquorum in aſsignanda diſtinctione inter prædictas duas politias. *tus populꝛis ſecundum libertꝛ ac, apud Ar. tquẽ.*

Antiqui nõ attigerunt iuſtum ſimpliciter in diſtinguẽdo politias ſecundum diuitias & libertatẽ.

Quantum ad ſecundũ aduerte, vt dicit Ari. quòd admiſſo q̃ antiqui attingerent in ſua poſitione aliquo modo iuſtum, non tñ iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſm̃ quid. Nam iuſtum ſimpliciter eſt circa bona ſimpliciter, id eſt quæ ſunt abſolute bona, & iuſtum ſm̃ quid circa bona ſecundum q̃d id eſt quæ non abſolutè, ſed vſque ad talem terminum bona ſunt. ſicut diximus in lib. 9. ethic. de delectationibus corporalibus. Bona autem ſimpliciter, ſunt bona virtutis vt docuimus in primo lib. ethic. Bona verò exteriora, vt diuitiæ, & bona corporis, inter quæ computatur libertas, & c. ſunt bona ſecundum quid. Cum igitur antiqui in dictis politijs, nõ aſsignauerint iuſtum niſi ſecundum diuitias & libertatẽ & non ſecundum bona virtutis, conſtat q̃ non attingunt iuſtũ ſimpliciter.

Iuſtum ſimpliciter in diſtribuitiua conſiſtit.

Prẽterea in iuſtitia diſtributiua, vt docuimus in li. 5. ethi. iuſtum ſimp̃r cõſiſtit in æqualitate non ſolum rerum, quæ diſtribuuntur, ſed etiam perſonarum, quibus fit iuſtitia ſm̃ dignitatem: & eandem oportet ſeruare ꝓportionẽ in rebus quæ diſtribuuntur, ita q̃ ſi perſonę ſint æquales ſecundum virtutem, ęqualiter diſtribuatur eis de bonis communibus. Si autem ſint inęquales ſm̃ virtutem diſtribuatur eis inęqualiter ſm̃ ꝓportionem, vt ſ. quanto vnus excedit alium in virtute, tanto plus diſtribuatur ei de bonis communib. ſed antiqui diſtinguentes de iuſto in prędictis politijs, cõceſſerunt & retigerunt æqualitatem ex parte rerum. Sed prætermiſerunt æqualitatem perſonarum ſecundum virtutem, ideo nõ attingunt iuſtum ſimpliciter.

Præterea, ſi ciuitas eſſet finaliter inſtituta propter diuitias, forte eſſet verus antiquorum ſermo. Iuſtum em̃ eſſet, q̃ qui æqualiter exponunt pro cõi bono, æqualiter recipiant & qui inæqualiter, inęqualiter recipiant. Sed ciuitas non eſt finaliter inſtituta ꝓpter diuitias: qm̃ & diuitiæ ad aliud ordinantur, ſ. ad vitam humanam ſeruandam. Eſt autem inſtituta, vt docuimus in primo cap. ad ſufficientiam vitæ, & ad bene viuendum, ac feliciter operandum ſm̃ optimam virtutẽ practicam quæ eſt prudentia. Patet ergo, q̃ antiqui nõ attingunt iuſtum ſimpliciter.

Antiqui em nõ nouerunt iuſtum ſimpliciter indiſtinguendo politias ſecundum diuitias & libertatem.

Quantum ad tertium aduerte, vt dicit Ari. ideo male iudicauerunt de iuſto, arbitrantes ſe attingere iuſtum ſimpliciter ex conſideratione æqualitatis rerum, dimiſſa conſideratione ęqualitatis pſonarum: q̃a de ſeipſis iudicium fecerũt. Qui aũt de ſeipſis iudicant, vt in plurimum nõ recti ſunt iudices: qm̃ rectum iudicium prudentiam requirit. Prudentia autem ſupponit appetitum regulatum per virtutem moralem. Sed ſicut virtus moralis regulat appetitum, ſic ꝓprius amor, quo q̃s ſeipſum diligit, puertit appetitum, qm̃ homo vt in pluribus nimis ſibijpſi afficitur: puerſus autem appetitus puertit iudiciũ rationis: & ideo vnuſq̃ſque vt in plurib⁹ decipitur in ꝓprio iudicio quo de ſeipſo iudicat. Dicit aũt Ari. vt in plurimum, vt excipiat ſapientes: habent enim prudentiam & appetitũ per virtutes morales regulatum: ideo de ſeipſis nõ praue iudicant, ſicut nec de alijs. Illi igitur antiqui qui fauebant ſtatui potentiæ paucorum, erant in numero eorum, quibus fiebat diſtributio bonorum, cõium: & qm̃ iudicabant de ſeipſis, vt pote extimantes ſe maximè dignos ideo cõceſſerunt æqualitatem ex parte rerum, & non curarunt conſiderare ęqualitatem perſonarum, decepti in proprio iudicio: ex cõſequenti male iudicauerunt de iuſto. Nã, vt declaratum eſt in libr. 5. ethic. iuſtum eſt ęquale & ex parte rerum, & ex parte perſonarum. Melius eſt ergo diſtingere prædictas politias modo quo diſtinximus ſecundum Ari. quam ſecundũ poſitionem antiquorum, qui non attigerunt iuſtum ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

In ꝓprio iudicio quiſq̃ vt in plurib⁹ fallitur.

Tractatus ſecundi finis.

TRAG

TRACTATVS TERTIVS
in tertium librum Politicorum, tribus complexus capitibus.

¶De Dominante in ciuitate.

IN hoc tertio tractatu inuestigādū est, quis debeat dominari in ciuitate: nā, vt dixim⁹ in tractatu prēcedēti, politię distinguuntur secūdū distinctionē principatuum. Principatus autē potest attribui aut multitudini populari, aut paucis diuitibus, aut paucis virtuosis, aut vni optimo, qui sit rex: aut vni pessimo, qui sit tyrannus: & ideo oportet inuestigare, qđ membrum ex dictis expediat, & diuidemus hūc tractatū in tria capita. In primo arguemus ꝙ nullum præmissorum dominari expedit. In secūdo inuestigatur an magis expediat multitudinē, vel paucos virtuosos dominari. In tertio mouebit dubiū & soluetur, qđ erit, vtrū expediat multitudinem eligere & corrigere principes, & dubiū hoc mouebitur cōtra institutū Solonis, qđ dedit Athenien̄sibus.

CAPVT I.

De eo, cui expediat dominari inquirit.

Multitudinē populare dominari nō expedit.

IN primo capite arguendum est ꝙ non expedit aliquod præmissorū dominari, & primo arguitur de multitudine populari: nā, cū vt in plurib⁹ sint egeni, si dominabunt habebunt potentiā simul cū indigentia: & ex potentia, vtpote domini, diripiēt bona diuitū, & diuidēt inter seipsos. Hoc autē nō esset iustū. Oportet autē ciuitatē habere dominiū iustū: ergo non expedit multitudinē popularem dominari.

Secundò arguitur ad idem sic: populus egenus diripiet vt suppleat indigentię suæ: bona autē nō solū sunt diuitū, sed etiā virtuosorum: & hoc esset destruere ciuitatē. Quòd autē est iustum non corrumpit, sed seruat ciuitatem: ergo esset iniustitia populum dominari.

Tertiò ad idem sic. Dominiū tyranni ideo est iniustum, qa per vim rapit subditorum bona. Sed si populus egenus dominabitur, ꝑ vim rapiet diuitū bona: ergo tale dominiū esset tyrannicum: ergo iniustum: ergo, &c.

Pauci diuites non expedit dominari.

Secundò principaliter arguitur de paucis diuitibus: nā sicut dictum est ꝙ multitudo egena raperet bona diuitum, sic pauci diuites ꝑ potentiam raperent bona & possessiōes pauperum: ergo non expedit paucos diuites dominari, sicut nec multitudinem popularem.

Solos virtuosos dominari haud expedit.

Tertiò principaliter arguit̄ de virtuosis siue sint plures, siue pauci: nā si soli dominabunt, omnes alij cū nō habeant partem in dominio inhonorati remanebunt. Honores nanque & dignitates, magistratus & pōtates appellamus, quos si virtuosi & boni semꝑ habeant, necesse est alios excludi. Hoc autē nō expedit ciuitati: nā cū omnes naturaliter honores appetāt, mouerēt seditiōes nolētes pati, ꝙ semꝑ remaneāt inhonorati: ergo nō expedit solos virtuosos dn̄ari.

Optimum virum non expedit dominari, aut legē solam.

Quartò principaliter arguitur de vno optimo: nā si sol⁹ vnus optimus dominatur ipse solus erit honoratus, & alij tā diuites q̄ virtuosi remanerēt inhonorati: & hęc esset causa peioris seditionis & talis politia esset peior quā politia paucorum: qm̄ plures essent inhonorati qđ grauius ac pei⁹ esset: ergo &c. Forte dicet aliquis, verum esse quòd non debet aliquod præmissorum dominari, sed expedit legem dominari, & non hominē, nā homines animi ꝑturbationes patiuntur, q̄ declinare faciunt à recto iudicio rationis, lex autē huiusmodi ꝑturbatiōes nō patitur: ergo lex & nō homo principari debet. Sed contra vt dicit Arist. contingit aliquā legē esse in politia paucorū: & aliquam in politia popularī quæ ordinatur ad finem ipsarū politiarū, qui nō est rectus, vt declarabitur infra. ergo contingit dari legē nō rectam: sed non expedit legem nō rectam dominari, qm̄ accideret prædicta incōuenientia, sicut si homines dominarentur. Stat ergo dubium quis debeat esse dominans, ex quo ad singula præmissa sequuntur inconuenientia.

Et aduerte, ꝙ Arist. licet inter modos dominantium nominauerit tyrānum, tn̄ non arguit ad partem negatiuam de eo, quoniam constat quòd non expedit ipsum dominari. Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

Num magis ad popularem statum, quàm ad statum optimatum principatus spectet.

IN secūdo capite inuestigādū est̄ si expedit multitudinē popularē dominari magis quàm paucos virtuosos, & dimissis omnibus aliis modis præmissis insistēdū est circa hos duos, eo ꝙ videntur esse magis in vsu in regēdis ciuitatib⁹. nam ciuitates pro maiori parte videtur regi, aut statu multorū, q̄ dicitur status popularis: aut statu paucorū virtuosorū q̄ dicitur status optimatū. Arguitur igit primo ad partē affirmatiuā, scđo ad partē negatiuā. Deinde resoluit dubiū.

Quod igitur magis expediat multitudinem dn̄ari quā paucos virtuosos arguitur sic. Supponit, ꝙ si sint multi non simpliciter virtuosi, qñ conuenient in vnum, faciēt aliquid, quod erit simpliciter virtuosum, nō diuisim, sed coniuncti. nam sicut q̄ cōiuiū in cōi faciunt, & singuli quid modicū apponunt, constituunt vnum multū ex illis modicis aggregatū: si multi sint, & singuli habeant aliquid virtutis & prudentiæ quando in vnum cōuenient omnes simul & cōiuncti aliquod virtuosum & laudabile & perfectū facient: qm̄ in quo vnus deficiet, alter satisfaciet: puta, si vnus non inclinatur ad fortitudinē, alter inclinatur: & sic de aliis virtutibus intellectualibus & moralibus: & sic qñ in vnū conueniēt, cōstituēt quasi vnū hominē, non suppositū, sed virtute pfectū: quē possumus appellare hominē vniuersalē mysticū siue ciuilē, qui multos habeat pedes, multas manus, multos sensus, multas virtutes intellectuales & morales: qui opera diuersa virtuosa & perfecta pro regenda ciuitate perficiet quæ nullus ex illis multis per se & diuisim agere posset. Multi em̄ simul qđ melius faciūt, q̄ singuli diuisim: qđ & patet in artibus inuentis & scientiis: nā primo vnus aliquid inuenit, puta in musica: & tradidit alteri & forte inordinate. Deinde alter accepit, & aliquid addidit: & totum tradidit sequenti, & sequens addidit & ordinate: & sic paulatim artes & scientiæ ad perfectionē deuenerunt: & sic cōstat ꝙ aliqui diuisim aliqua inuenerunt. sed omnes simul oīa. Cōstat etiam illud esse maius & perfectius quod omnes inuenerunt: quàm quod quilibet diuisim inuenit.

Multitudinem populare & in quæcā ſu expediat dominari.

Idealis homo ſecundū virtutē ſimpliciter perfectus.

Tu tamen aduerte: ꝙ vir simpliciter virtuosus differt à quolibet illorū multorū quorū nullus per se est simpliciter virtuosus, si tamen in vnū conueniūt aliquod virtuosum faciunt: nam differt sicut bonus à non bono. Quilibet em̄ virtuosus est bon⁹ simpliciter, illi autē diuisim accepti nō sunt boni simpliciter: qa nō sunt singuli virtuosi perfectè. Differt ét sicut differūt picta à veris, pro cuius intelligētia nota, ꝙ pictor intendens hominis imaginē perfectam, & quā pulchram depingere considerat bonā dispositionē oculi in vno puta ī Sorte, & illā imitatur: relinquēs alias particulas, in quib. forte Sortes nō est bene formatus, & in Platone cōsiderat bonā dispositionē manus & illā imitatur reliqua dimittēs: & sic in diuersis diuersa mēbra bene formata cōsiderat: & ex illis aggregatis format pulchrā imaginē, quę vtiq; perfectior est, quā aliqs illorū, à quib. accepit singulas partes: Sic accidit in proposito, qm̄ quilibet illorū multorū aliquid virtutis habet admixtum multis defectib⁹: illud autem qđ est ex oībus collectum relictis defectibus est simpliciter virtuosum: sicut prædicta imago est simpliciter facta pulchra ex particulis pulchris simul congregatis.

Declarato præmisso supposito, sic arguitur. Quod melius ac virtuosius est, magis expedit principari. Sed modo quo declaratū est cōtingit multitudinē in vnū cōuenientē esse meliorem, ac magis virtuosam: quā pauci virtuosi: ergo magis expedit talem multitudinem vt in vnum conuenit dominari quàm paucos virtuosos.

Præterea. Si multitudo popularis nō assumatur ad principatū & regimē ciuitatis, existimabit se inhonoratā & nō appretiatā, & cum sint multi & pauperes, conturbabunt ciuitatem per seditiōes & querelas: hoc autem periculosum est ac timendum: ideo expedit eam principari.

Sed in contrarium arguitur sic, Multitudo popularis nescit iustitiam, & est imprudens: ergo si dominabitur propter ignorātiam iustitiæ inclinabitur ad iniusta, & quia imprudens deficiet à recto iudicio, sicque multa mala fient in eius regimine non ergo expedit eam dominari.

Pro resolutione huius dubij præponendæ sunt duæ distinctiones, ex quibus deueniemus ad resolutionem.

Populariſ multitudo duplex.

Prima est. Multitudo popularis duplex est. quædā em̄ vilis ac bestialis est, quæ solo impetu passionū & phātasia operatur vt bestiæ, parūque rationis habet sicut docuim⁹ in septimo libro ethicorū de quibusdā gentibus quæ nesciunt nisi bestiales appetitus & delectationes: quædā autem est in qua ferè omnes vigent ingenio, & aliquid virtutis habent ex bona educatione: & inclinantur in act virtutis: vt gentes liberæ: quales sunt Græci apud Aristot. & Latini: isti enim distinguuntur à Barbaris: qui non tam legibus quàm

passionibus & feraliter viuunt.

Secunda est,principatus in ciuitate sunt multiplices: q̃dam eñ est supremus,in quo stat prima & vniuersalis autoritas,puta principatus regius:aut Senatorius.Quidã autem est inferior,vt principatus in consulẽdo & decernendo: & prouidendo:quales sunt consules & iudices & quisores.

Quam populare multitudinẽ deceat regnare.

Et hac duplici distinctione dicitur ad dubium q̃ primã multitudinem nõ expedit dominari,neque supremo,neque inferiori principatu,qm̃ cum parum rationis habeat nec inclinatur ad virtutem,sed potius ad vitia,vt bestiæ esset cõstituere ciuitatem in manu furentium bestiarũ: & de hac concludit argumentum in oppositum:& idem concludunt tres primæ ratiões capitis primi.De secunda autẽ multitudine dicendum est,quòd expedit eam dominari saltem dominio consiliatiuo & iudicatiuo:& de hac cõcludunt duæ rationes præmissæ ꝑ parte affirmatiua in præsenti capite.

Et idẽ confirmat Aristot.ex instituto Solonis, & quorundã legislatorũ qui leges condiderunt huiusmodi multitudiné habere potestatem,ad repetendas gestorum rationes, & ad electiones principum. Tamẽ ne talis multitudo in dicta autoritate deficeret,aut erraret constituerunt nullũ de multitudine diuisim habere talẽ autoritatẽ,sed omnes cõiunctim.nam vt dictum est supra,licet quilibet diuisim non habeat sufficientem virtutem pro tali officio tñ tota simul multitudo habet,nã in ea sunt quidam sapiẽtes & virtuosi quidam non.Meliúsque est q̃ omnes simul sumãtur,q̃ soli virtuosi & sapientes.Accidit eñ in hoc proposito sicut de alimento.nã si alimentũ purũ simul admixtũ cum impuro sumatur,magis ꝑficit q̃ si purum solum & paucum: vel si impurum & multum solũ sumatur.Malitia nanque impuri ꝑ bonitatẽ puri corrigitur,& ex eis commixtis fit sufficiẽs in quantitate & qualitate ad nutriendũ.Sic in multitudine constituta ad consulendum & iudicãdum insufficientes quodãmõ rectificãtur & diriguntur à sapientibus, sícque coniuncti sapientibus vtiles sunt reipublicæ.Patet igit quõ magis expedit multitudiné populare principari, q̃ pauci virtuosi & quomodo nõ.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Disputat de Solonis instituto,quòd iure admiserit populare multitudinem ad magistratus gerendos.

IN tertio capite aduerte,qm̃ in præcedenti capite determinauit Aris.qũo expedit multitudinem dominari,& cõfirmauit ꝑ Solonem & aliquos antiquos, qui instituerunt q̃ multitudo potestatem haberet corrigendi & eligendi principes: ideo contra, institutum huiusmodi dupliciter obiicitur,& antequam formetur prima obiectio, pręponuntur ac declarantur duæ propositiones.

Ad eundem artificẽ spectat aliquid agere & iudicare.

Prima est,ad eũdẽ spectat aliquid agere,& iudicare de eodẽ, an sit rectè actum,verbi gratia ad medicum spectat sanare infirmum,& iudicare an sit rectè sanatus & si quid male actũ fuisset corrigere. & ratio huius ꝓpositionis est: qm̃ cuius est agere aliquid ꝑ deductionẽ ex propriis causis,eius est resoluere actum in suas proprias causas:cõsiderando an sit recte factum:& hoc est iudicare:ergo eiusdem est aliquid agere:& de ipso iudicare:atque corrigere.& q̃ dictum est de medico:intellige in aliis artibus.

Medicus triplex.

Sed aduerte vt dicit Aristot.q̃ medicus est triplex:primus quidem est qui non est doctus in arte,sed ab aliis ordinata scit applicare ægritudini:secundus est qui nouit principia & canones medicinæ,& causas ægritudinũ:& hic est principalis quo ad artem,sed non est multum expertus: tertius est,qui nouit causas ægritudinum & medicamina adhibenda imperfectius tñ,q̃ secundus,sed magis expertus.Quando igitur dictũ est q̃ ad eundẽ medicũ spectat sanare, &c. intelligendum est de medico non primo mõ sed secundo & tertio:qm̃ iudicium ad scientem spectat.Medicus autem primo mõ non est sciens:quare,&c.Secunda propositio est hęc.Sicut ad scientem spectat rectè iudicare sic & rectè eligere.nam declarauimus in tertio libro Ethicorũ: quòd electio est appetitus præconsiliati:consilium autem est inquisitio & ratiocinatio de his quæ sunt ad finẽ.Ratiocinari autẽ ad scientem spectat:ergo à primo ad vltimum: rectè eligere ad scientem spectat. Quorum si aliquando idiota rectè eligit & iudicat:hoc non est per se,sed potius à casu. Ex his duabus propositionibus sic arguitur, ad scientẽ & prudentem solum spectat iudicare de opere suo eligere:& corrigere:vt dictũ est de medico.Sed multitudo popularis ignorans & imprudens est:ergo ad eam nõ spectat eligere principes:neque de gestis ab eis iudicare:neque corrigere: ergo institutum Solonis non fuit conueniens.

Eligere ad scientem spectat.

Secundo obiicitur sic.Inconueniens est prauis cõmittere maxima quæ sunt in ciuitate,sed multitudo popularis est praua,quoniã vt docuimus ĩ tertio Ethicorum omnis ignorans malus:multitudo autem popularis & ignorans & imprudens est vt diximus: & de maximis ĩ ciuitate est eligere & iudicare de gestis principum:ergo institutũ Solonis fuit inconueniens:maléque se habent politiæ quarundam ciuitatũ,ĩ quibus populares & inferiores attĩgunt principatum consiliatiuũ & iudicatiuum, etiam quòd sint homines exigui cẽsus:& præsunt diuitibus,& ducũt exercitũ,& principantur maximis principatibus,& magis quàm maiores, vñ manifestum est ordinationes tales esse inconuenientes.

Multitudo popularis nõ est simpliciter ignara, ad quã spectat eligere principes.

Prima obiectio dupliciter soluitur ad mentem Arist. primo negatur minor,quæ fuit hæc.Sed multitudo popularis est ignorãs & imprudẽs.Hæc enim non est vera nisi in multitudine vili & bestiali,quæ passionibus & non ratione operatur:de qua cõcessum est in capite præcedẽti,quòd nõ debet principari,neceligere nec iudicare,nec corrigere principes.De multitudine autem vtente rõne & bene persuasibili sapiẽtibus existentibus ĩ ea:illa minor non est vera:potest enim coniunctim sumpta modo quo exposuimus in capite præcedenti esse sciens & prudens, & virtuosum opus agere,ex consequẽti apta est eligere principes, & iudicare de eorum gestis ac corrigere.

Magis ad vtentẽ quàm ad prudentẽ ac scientẽ artificẽ iudicare operatum spectat.

Secundo negari potest maior,quæ fuit hæc.Ad scientem & prudentẽ tãtum,spectat iudicare de opere suo,&c.Hæc non est vera vniuersaliter,quoniam in multis artibus vtentes magis iudicãt de operato q̃ artifices,vt gubernator nauis magis iudicat de gubernaculo,an sit deseruiens tali naui pro tali nauigatione:quã faber lignarius qui arte sua illud fabricauit:& miles magis iudicat de ense & aliis armis an sibi deseruiant q̃ faber qui fabricauit ea:& sic in proposito dicendũ esset,q̃ multitudo popularis, potest bene iudicare de principatu,qm̃ vtitur eo,& ratio propter quam vtens melius iudicat de operato quàm artifex, est quia dat modum & formam operati ipsi artifici.

Tu tamen aduerte, q̃ si quis sit sciens & operãs aliquid: & eo vtens melius iudicat quàm tantum sciens & operans, & quàm tantum vtens,vt si gubernator nauis fabricat gubernaculum,de eo certius iudicare poterit.Patet igitur q̃ prima obiectio non concludit.

Ad politicũ dominium duo spectãt: recta ratio, ac potentia.

Secunda aũt obiectio soluitur per negationem minoris, quæ fuit hæc,sed multitudo popularis est praua,quia ignorans & imprudẽs:Hæc non est vera nisi de multitudine vili & bestiali,in multitudine autem vtente ratione,licet aliqui essent ignorãtes & imprudẽtes non tñ omnes. Talis enim multitudo dicit vnum aggregatum:ex maioribus & medio cribus sapientibus,& prudentibus,& populo,& hãc multitudinẽ magis expedit dominari quã paucos virtuosos. Nã vt dicit Aristot.id forsan rectè se habet. Dicit autẽ forsan, quoniam in politia vt in regno in quo vnus omnibus excellentior in virtute dominatur,& omnes alij obediũt:nõ expedit talem multitudinem dominari, quoniam ille vnus sufficit. Vbi autem non est monarchia illud expedit, quoniam ad dominium politicum duo requiruntur. Primo ratio recta: & id habet multitudo prædicta per sapientes existẽtes in ea.Secundo potentia qua possit coercere & punire malos,& hoc habet per populum qui consurgit ad punitionẽ malorum.

Lex quomodo est verus princeps.

Tu tamẽ aduerte,quòd siue multitudo popularis siue sapientes & virtuosi siue vnus vt rex dominetur,oportet supponere legem vt primo dominatiuam omnium. Necesse est enim in ciuitate positam esse regulam: per quam princeps dirigatur in actib⁹ regitiuis,& dirigat alios,& iudicet.Hęc autem regula est lex:vnde primum principantem dicimus esse legem,verum quia vt declaratũ est in quito libro Ethicorum lex fertur in vniuersali,& in multis casibus dictim contingentibus habet instantiam. Non enim legislator potest prouidere omnia particularia,ideo vltra legem vniuersalem oportet esse principatum siue ad vnum siue ad plures spectet:vt prouideatur casibus occurrẽtibus & suppleatur legi deficienti:hac de causa oportet in ciuitate esse dominantẽ:qui regulet⁹ & regulet alios vt lex disponit & suppleatur legi in casu singulari qui non potest per legem vniuersalem regulari.Tunc enim princeps sapientia & prudentia sua est loco legis:vt diffusè tractauimus in quinto Ethicorum Hæc de præsenti capite dicta sint.

Tractatus tertij finis.

TRACT

TRACTATVS QVARTVS
in tertium libtū ?Politicorum, tribus distinctus capitibus.

¶De excellentia boni, in quo debet fundari principatus.

IN quarto tractatu agendum est de fundamento principatus: hoc autē fudamentū est bonū: nā principatus dignitas & honor est cum potentia & autoritate. Hæc autē supponunt bonū in ea cui tribuuntur: & nō solum bonū: sed excessum boni: nam iustitia non esset, si decem viri essent æquales in bonis, ꝙ magis vnus q̄ alius dominaretur. Vt ergo iustē distribuatur principatus oportet ꝙ fiat iuxta excellentiā & maioritatē boni: ita ꝙ qui maior est in bono magis participet de principatu, & vsque huc omnes rectè sentiētes ꝯcordes sunt. Videt ēm cōmunis animi cōceptio, ꝙ principatus debet fundari in excellentia alicuius boni: sed dubiū est in cuius boni excellentia debet fundari: vtrū in excellentia cuiuscunq; boni: siue sit corporis, siue animæ siue fortunæ, vel in excellentia determinati boni: & quod sit illud, & hoc inuestigandum ac determinandū est in præsenti tractatu, & continebit tria capita. In primo declarat quid circa hoc senserint antiqui. In secundo inuestigatur & determinatur propositum ad mentem Aristo, In tertio soluetur dubium quod orietur ex determinatis.

CAPVT I.

Cuiusnā boni excessu existimauerint antiqui debere fieri in ciuitate æquam principatuum distributionem, exponit.

IN primo capite declarādū est iuxta cuius boni excessum arbitrati sunt aliqui antiqui debere fieri iustā & æquā distributionē principatuum: & hic duo agēda sunt. Primò ponetur eorū sentētia. Secundò reprobabitur triplici ratiōe.

Crediderē omnes, sed decepti sunt debere fieri in ciuitate principatuū distributionē secundū cuiusq; boni excellentiam & nō secundū excellentiā bonipolitici, vt voluit Aris.

Quantum ad primū aduerte: ꝙ vt dicit Aristot. aliqui opinati sunt secundū omnis boni ꝓeminentiā debere impariter magistrat⁹ distribui, siue illud bonū sit fortunę, siue corporis puta q̄ ditior, qui pulchrior, qui maior corpore: qui robustior, siue animi: puta q̄ magis Philosophus q̄ subtilior artifex: q̄ magis virtuosus, debet habere ꝓ aliis maiorē principatū: ita ꝙ si sint duo q̄ in vno bono differant: & in omnibus aliis sint pares & similes: principatus debet impariter distribui, iuxta excessum illius boni: vel qui excedit debet solus principari: nam differentib⁹ in aliquo bono nō est idem iustum, sed alterū & alterum: ita ꝙ quæ est ꝓportio boni alicuius ad bonū alteri⁹: eadē debet esse ꝓportio eius q̄d distribuitur vni, ad id q̄d distribuitur alteri: & sic iustitia requirit ꝙ qui excellentior est vel excellentiores sunt in aliquo bono, ꝙ solus vel soli principentur: vel obtineāt maiorē principatū. Sicut ēm esset iniustitia q̄ minores in bono, magis principarētur: sic si maiores minus. Hæc fuit positio quorundā ante Aristo. q̄ vtiq; vera est quātū ad hoc ꝙ principatus & dignitates debēt distribui ſm ꝓportionē excellentiæ in bono. Nō ēm iustū est imparib⁹ paria: neque parib⁹ imparia distribuere: vt satis declarauim⁹ ī lib. quinto Ethicorū, sed falsa est quātū ad hoc ꝙ opinat iuxta excellētiā cuiuscunque boni debere fieri distributionē principat⁹: & ideo Arist. merito quantū ad hoc intēdit eā re ꝓbare. Nā vt declarabim⁹ in capite sequēti: nō est attēdēda in hoc ꝓposito excellētia nisi in bono ordinato ad esse & bene esse ciuitatis. Reliquæ autē excellentiæ sunt merè per accidēs.

Quantū ad secundum ꝓbandum est contra prædictam opinionē quòd non secūdū excessum cuiuscūque bonis debent inæqualiter distribui principatus. & primò sic, si ꝓ excessum, &c. ergo si duo sint, quorū vnus sit maior corpore, aut pulchrior: sequitur ꝙ excedēti debetur maior principatus. Hoc autē est est falsum vt patet in aliis sciētiis & artib⁹: nā si sint duo æquales in arte citharizandi & vnus sit nobilior genere ac generosior nō ꝓpter excessum in nobilitate debētur ei plures citharæ vel meliores qm̄ nō dantur nisi ꝓpter actum citharizandi. Maior autē nobilitas nihil ꝙ se confert ad talem actū: sed maior aptitudo & ꝓpitia in tali arte: ergo ꝓpter excessum in nobilitate nō debentur ei plures citharæ, sed ꝓpter maiorē ꝓfectionē in tali arte. sic in ꝓposito si duo sint æquales in virtute puta in iustitia & prudētia: & vn⁹ sit pulchrior altero: cū hoc sit per accidēs in ordine ad principatum: patet quòd non propter talem excessum: debetur vni maior principatus quàm alteri.

Non debetur pulchrio ri principa.

Secundo sic: sicut duo quorū vnus multū excedat alterum in peritia citharizandi: & excedatur adhuc magis ab altero in diuitijs & nobilitate & pulchritudine, ita ꝙ excessus in his trib. bonis reputetur valde maior ac melior quàm excessus in peritia citharizandi: nihilominus plures ac meliores citharæ debent dari excedenti in arte citharizandi q̄ excedenti in ꝓdictis trib. bonis: & excesso in arte citharizandi. nam distributio citharārum non debet fieri nisi in ordine ad actum citharizandi: ergo melius dispositio ad talē actum plures & meliores debentur citharæ. sed ꝓ excessum in diuitijs aut nobilitate aut pulchritudine nō est quis magis dispositus ad talem actum citharizandi: ergo, &c. Sic in proposito: si quis sit melius dispositus secundum virtutem regitiuam quæ est prudētia: excedatur tñ ab alio in diuitiis & nobilitate: distributio principatus magis debet fieri virtuoso prudenti, q̄ diuiti & nobili, nam distributio principatus secundum excessum non debet fieri nisi ei qui magis est aptus ad principandum. Hic autem est ille qui excedit in virtute regitiua: ergo constat ꝙ talis distributio non est fiēda secundum excellentiam vel excessum cuiuscūque boni.

Prudenti ac virtuoso magis, quàm nobili ac diuiti impertiēdus magis est principatus.

Tertio sic: si secundum excessum cuiuscunque boni debet distribui principatus ergo omne bonum omni bono est cōparabile ſm magis & minus & æquale. hoc autē est falsum ergo, &c. Consequentia probatur: si sint duo quorū vnus excedat alterum in nobilitate & pulchritudine, patet quòd hæc bona sunt comparabilia modo prædicto: nā si ab excedente auferatur illud in quo excedit residuum erit æquale. Sicut ét si sit aliqua magnitudo maior altera: si ab ea auferatur id in quo alteram excedit: remanebit ei æqualis, & ex hoc patet ꝙ si isti duo sic se habeant: ꝙ magnitudo boni vnius plus excedat virtutem alterius quàm alius: ecōuerso ſm virtutem si addamus virtutem ampliorem quàm sint bona illius puta diuitiæ aut nobilitas: quòd iste excedet in virtute: & sic sequitur quòd omne bonum omni bono est cōparabile secundum magis & minus & æquale. sicut & omnis magnitudo finita omni magnitudini finitæ.

Non omnia bona inuicē comparabilia sunt.

Quod autē consequens sit falsum: iam probatum est ex fundamēto posito in lib. 7. physic. vbi declaratū est: ꝙ oportet oīa cōparabilia esse eiusdē ſpeciei. Cōstat autem ꝙ non omnia bona sunt eiusdē ſpeciei: sed multa distinguuntur genere: vt bona corporis & bona animæ & virtus moralis & virtus intellectualis: ergo falsum est oīa bona esse adinuicē cōparabilia. Patet igitur quòd nō ꝓpter excessum cuiuscū que boni: debet fieri distributio principatus: sed ꝓpter excessum boni per se cōferentis ad principatū: vñ dicit Arist. si homines sunt tardi: illi autē veloces: nihil oportet ob hoc alios plus, alios min⁹ habere de principatu, qm̄, ſ. velocitas cursus aut tarditas, nihil cōfert ad principatū: sed in gymnasticis certaminib. horum excellentia honorē capit: nā in tali certamine ſm excessum velocitatis, est distributio honoris: ita quòd velocior & agibilior magis honoratur. In principatu verò politico, hic excessus est impertinēs: ideo iuxta excessum bonorum impertinentium ad principatum, non debet fieri eius distributio. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Cuiusnam boni excessus secundum Aristotelis sententiam efficiat hominem dignum principatu.

IN secundo capite inuestigandū est ac determinandū propositum ad mentē Arist. qm̄ igitur satis constat ex rationibus positis in ca. ꝓcedenti: non esse distribuendum principatum iuxta excessum cuiuscunq; boni: inuestigādū est iuxta cuius boni excessum: & qm̄ rōnabile videtur quòd iuxta excessum boni conferentis ciuitati, ideo hic quatuor agenda sunt. Primo numerāda sunt conferētia ciuitati. Secundo arguetur pro parte affirmatiua: quòd iuxta excessum cuiuslibet talium bonorum debet distribui principatus. Tertio arguetur pro parte negatiua. Quarto resoluetur propositum.

Quinq; bona sunt quæ ciuitati maximè conferre videntur.

Quantum ad primum aduerte vt dicit Arist. quòd quinque videntur esse bona ordinata ad ciuitatem. Primo sunt diuitiæ: nā si oēs ciues essent egeni: non possent aliquid cōtribuere pro bono cōi defensando & cōseruādo: non enim posset ciuitas expellere hostes si qui insurgerent contra eā: nec posset manutenere milites: necessarię ergo sunt diuitię. Secundo est nobilitas siue ingenuitas. Tertio est libertas: nā si nullus esset ingenuus neque liber: ciuitas cōstaret ex seruis: hoc autem est impossibile: qm̄ vt declaratum est in primo tracta. huius tertij libri, serui non possunt esse ciues: sed ministri ciuium: nec possunt principari, sed tantum subijci. Ciuis autem aptus est principari & subijci. Quarto iustitia.

Quinto

Quinto virtus ſiue potentia bellica: nã ſine iuſtitia & poté tia bellica: non pôt ciuitas bene & pacifice habitari. Hæc igitur quinque neceſſaria ſunt ciuitati. Sed differéter: quoniam prima neceſſaria ſunt ad eſſe ciuitatis. Iuſtitia autẽ & virtus bellica ad bene eſſe.

Quomodo diuitibus vi detur magis conferẽ d⁹ eſſe principatus.

Quantum ad ſecundum arguitur, ꝙ iuxta exceſſum in ſingulis bonis prædictis debet fieri diſtributio principat⁹: & primo quo ad diuitias ſic. Qui plus habẽt in regiõe ſiue in territorio ciuitatis: magis debent participare in principatu: qm̃ regio cõmune quoddã eſt. Sed diuites magis habẽt in regione. Habent em̃ amplas poſſeſsiones, pauperes vero aut nullas, aut paruas: ergo, &c. Præterea: q̃ fideliores ſunt ciuitati. & magis obſeruant politiã & cõuentiones ac pacta publica: plus debẽt participare in principaptu. Sed ſi deliores ſunt diuites q̃ pauperes: magiſq; obſeruãt politiã & pacta publica. Pauperes nanque ex indigẽtia coguntur infringere pacta: & vt ſic infideles ſunt. Diuites autẽ non: qm̃ non indigent. Præterea diuites propter defectũ diuitiarum non tradent ciuitatẽ in manu alterius, pauperes autẽ ſub ſpe lucri in hoc periculoſi ſunt, ideo minus fideles. Conueniens ergo eſt ſecundum exceſſum diuitiarũ diſtribuere principatum.

Ingenui, ac liberi, quib⁹ videtur deberi principatus, quo different ab inuicem.

Secundo quo ad nobilitatem, ſiue ingenuitatẽ & libertatẽ. ſed prius aduerte quòd ingenuus & liber eſt ille qui mẽte & ingenio prꝙuidere pôt quæ in ciuitate agenda ſunt: & naturaliter ad virtutẽ inclinatur. Differũt tñ in hoc: quòd ingenuus eſt ille qui trahit inclinationẽ ad virtutẽ à parẽtibus: & parẽtes à maioribus ſuis: & ſic ſecundũ antiquã genealogiã. Liber aũt eſt ille qui vndecũq; habet talẽ inclinationem ſiue à parẽtibus ſiue à bona diſpoſitione cauſarum ſuperiorũ: ſiue à morali educatione. Hoc declarato arguit ſic. Illis magis debetur principatus: q̃ magis ſunt ciues: ſed ingenui & liberi magis ſunt ciues: q̃ non generoſi: cuius ſignũ eſt, quòd apud quoſcũque nobilitas & ingenuitas habetur in honore: ergo eis magis debetur principatus.

Prætera melioribus magis debetur principat⁹: ſed liberi & præcipuè ingenui meliores ſunt. Conſentaneum eſt em̃ ex melioribus ortos meliores eſſe. Eſt em̃ generis virtus nobilitas & ingenuitas: ergo debent magis principari.

Melioribus ortos meliores eſſe quo modo intelligatur.

Tu tñ aduerte, quòd iſtæ duæ propoſitiones Ariſt. ſ. ex melioribus ortos eſſe meliores: & generis virtus eſt nobilitas ſiue ingenuitas: poſſunt bene & male intelligi. Nã prima põt habere duplicẽ ſenſum, vnus eſt, ꝙ melior melioré generet ſecũdũ actũ perfectũ: ita ꝙ genit⁹ trahat à generãte virtutẽ perfectã: qua actu fit melior: & ſic non eſt vera. Nã declarauimus in lib. 2. Ethicorũ ꝙ virtutes non inſunt nobis à natura neq; à genitura, ſed eas acquirimus diſcipli na, vt intellectuales: & exercitatione in bonis actibus, vt morales. Alter eſt ꝙ melior melioré generet quo ad inclinationẽ ad ꝓfectã virtutẽ: & ſic eſt vera. Melior em̃ deſiderat & ĩtẽdit generare ſibi ſimilẽ q̃tũ pôt, quo ad omnes diſpoſitiões ſuas: & ꝓpterea inclinatio ad virtutẽ ꝓfectã aliquomõ eſt à parẽtibus. melior igit̃ in hoc ſenſu prꝙſumit̃ q̃ eſt ex melioribus ortus. Quod ſi contrariũ quandoq; accidit: eſt per accidens: & præter intentionem generantis.

Similiter ſecunda habet duplicẽ ſenſum: vnus eſt quòd nobilitas quã dicimus ingenuitatẽ ſit virtus ſecũdũ actũ ꝓfectum: & ſic non eſt vera: qa hæc ingenuitas trahitur à parentibus & antiquis maioribus, vt dicem⁹. Nõ aũt virtus ſecundum actum ꝓfectũ, vt diximus. Alter eſt ꝙ ſit virtus inchoatiuè ſiue inclinatiuè: & hoc mõ eſt vera, ſi talis inclinatio trahitur à parentibus & maioribus, ſecundũ antiquam proſapiam. Si autẽ trahitur ex quacũque alia cauſa, puta ex regione, ex cauſis cœleſtibus, talis inclinatio non facit propriè ingenuum, ſiue nobilem, ſed liberum.

Ex excellẽtia virtutis iudicatur quis dignus principatu.

Tertio arguitur quo ad dignitatẽ virtutis: nã principatus debet diſtribui ſecundũ dignitatẽ & excellentiã illius boni, qd̃ maximè ſaluat ſtatũ ciuitatis: hoc aũt bonũ eſt ipa virt⁹ vt apparet de iuſtitia: nã vt declarauim⁹ in libro quinto Ethicorũ ꝓ ipſam volumus & operamur iuſta, & id maximè ſaluat ciuitatem. Ad iuſtitiam autẽ ſequũtur cœteræ virtutes ꝓpter cõnexionẽ virtutũ adinuicẽ, quæ qũo debeat intelligi iam declarauimus in lib. 6. Ethicorũ in tract. vltimo: & tu vide illic. Cum igit̃ iuſtitia vt cõtẽtiua omnis virtutis: maximè ſaluet ciuitatẽ: ratiõabile eſt ſm̃ dignitatẽ & excellentiam virtutis oportere diſtribui principatum.

Populares multitudinem virtute morali dẽtes.

Quarto arguit̃ quo ad dignitatẽ multitudinis popularis nõ quidẽ viris & beſtialis nõ vtentis ratione: ſed illius, quę cõtinet aliquos diuites & aliquos ſapiẽtes: & aliquos prudẽtes: ꝙ igitur melius ſit hãc multitudinẽ principari: quàm paucos ſiue exceſsiuè diuites: ſiue exceſsiuè virtuoſos arguitur ſic: ſm̃ dignitatẽ meliorũ & ditiorum & valẽtiorum diſtribuendus eſt principatus, ſed prædicta multitudo popularis eſt ditior & melior & valentior, quàm ſint quicunque particulares: nam includit iſtos & alios: pauci autem nõ: ergo ſecundum dignitatem talis multitudinis popularis debet diſtribui principat⁹, ſed forte dubitabit aliquis, poſito, ꝙ omnes prædicti gradus eſſent in vna ciuitate, ſcilicet diuites, liberi, ingenui, virtuoſi, multitudo popularis: vtrum altercarentur de principatu: an non.

praditam decet principatus.

Dicendum ꝙ ſic: q⁹oniã in qualibet ſpecie politiæ determinatũ eſt qui debeãt eſſe dominãtes: vt in politia populari populus, in ea quæ eſt paucorũ: diuites, in ea quæ eſt optimatũ: virtuoſi, & ſic de alijs: nã vt diximus ſupra, politiæ diſtinguũtur iuxta diſtinctionẽ principatuũ, & ideo inter ꝓdictos gradus erit altercatio de principatu: diuites nãq; arguẽt ſe debere prĩcipari: ꝓpter rõnes ſupra poſitas, ſimiliter arguẽt ingenui, vt ſupra: & virtuoſi: vt ſupra: & multitudo vt ſupra.

Tu tamẽ aduerte, vt inquit Ariſt. ꝙ ſi omnes prædicti gradus inſunt eodẽ tẽpore in ciuitate cõſiderandũ eſt, ſecundũ cuius boni ex prædictis exceſſum debeat diſtribui principatus vtrũ ſm̃ exceſſum diuitiarum, an nobilitatis, an virtutis. & poſito ꝙ determinetur debere diſtribui ſecundum excellentiã virtutis: cõſiderandum eſt ſi virtuoſi ſint pauci, qũo determinãdi ſunt: & in quo numero. Neceſſe eſt enim vt tot ſint quot ſufficiũt ad regulãdũ ciuitatẽ, vt poſsit ſufficiẽter & feliciter viuere. item quòd ſint tot virtuoſi principantes quot ſufficiũt ad conſeruandam ciuitatem & conſtituendã.

Nonditiores dominari licet.

Quantum ad tertium arguendum eſt in ꝺrium ꝓ parte negatiua & primo quòd nõ debeat diſtribui principatus ſecundum excellẽtiã diuitiarũ, nã ſi vnus præ oĩbus alijs eſſet ditior: ſequitur ex tali iure, quòd ipſe ſolus vt ditiſsimus deberet omnib. alijs principari, quod tñ eſt incõueniens. nam licet talis eſſet ditiſsimus: forte nõ eſſet virtuoſus, ſed malus, puta ſuperbus & immitis, & tunc nõ tantum regeret alios: quantum iniuriaretur & opprimeret vt tyrannus.

Non liberiores, & magis ingenuos licet dominari.

Secũdo arguitur quòd nec ſm̃ exceſſum libertatis & ingenuitatis. nam ſi vn⁹ ſit magis liber & magis ingenuus inter omnes alios eodẽ iure talis dominaretur omnibus alijs, quod vtique eſſet inconueniens, qm̃ licet vt liber aut ingenuus inclinationẽ habeat ad virtutẽ, non tñ inquantũ liber, aut ingenuus habet actu virtutẽ vt dictũ eſt ſupra, & ſic forte eſſet actu vitioſus: quo poſito regimẽ eius noceret ſubditis. Impoſsibile eſt em̃ malũ bñ dominari: ergo nõ expedit diſtribuere principatũ, ſm̃ exceſsũ libertatis & ĩgenuitatis.

Non magis virtuoſos licet principari in ciuitate.

Tertio arguitur quòd nec ſm̃ exceſſum virtutis. nã ſi cõtingit vnũ eſſe virtuoſiorẽ omnib. alijs eodem iure ipſe ſol⁹ dominabitur alijs hoc autẽ periculoſum eſt: quoniã reliqui virtuoſi videntes ſe inhonoratos ferre nõ poſſent: & ſic mouerent ſeditiones deſtructiuas ciuitatis: ergo, &c.

Quarto arguitur quòd non ſecundũ dignitatẽ vel excellentiam multitudinis popularis. nã ſi propter cauſam ſupra adductam debet dominari quia, ſ. eſt ditior & melior & valentior: ergo ſi vnus vel plures vno pauciores tamen q̃ multitudo ſint potẽtiores alijs: eodẽ iure oporteret eos magis dominari quàm multitudinẽ: quod nõ expediret: quoniã vt diximus alij de multitudine diuites & virtuoſi non poſſent ferre ſe ita inhonoratos viuere: & tunc tumultus ac perturbationes agerent quibus corrumpitur reſpublica: ergo patet quòd nullum prædictorum graduum expedit dominari.

Duo ad optimum ciuitatis regimen ſpectant.

Quãtũ ad tertiũ reſoluẽdum eſt ꝓpoſitum & reſolutio ſtat in hoc: qm̃ omnia arguméta inducta pro parte affirmatiua: aliquid veri cõcludunt, & ſimiliter inducta ꝓ parte negatiua: ideo dicit Ariſt. quòd nullus ſolus ꝓdictorũ graduũ, puta ſolus exceſſus diuitiarũ: nec ſolus exceſſus nobilitatis, &c. debet principari: nam ꝺ affectantes principatũ propter diuitias aut ꝓpter nobilitatẽ, aut ꝓpter virtutem inſurget multitudo popularis: & rationabiliter arguet, quia dignum eſt ditioré & melioré ĩ ciuitate principari, ſed cõtingit multitudinẽ popularẽ vt cõplectitur totũ corpus ciuitatis eſſe ditioré & melioré nõ ꝙ q̃libet de multitudine ſit ditior & melior diuiſim, ſed oẽs cõiunctim. Poſsibile eſt em̃ in multitudine vt eſt totũ vnũ corpus ciuitatis eſſe aliquos ſapiẽtes & prudẽtes & fortes & iuſtos & reliquos eſſe bene pſuaſibiles ſm̃ rõnem, & obediẽtes & tũc expedit vt dictũ eſt ſupra, talẽ multitudinẽ magis prĩcipari, q̃ paucos diuites aut nobiles aut virtuoſos: nã ad cõgruũ regimẽ duo requruntur, ſ. ſcientia bene regendi, & potentia coercendi & hæc duo ĩ ꝓdicta multitudine inueniunt̃. Nã cũ in ea ſint ſapientes & prudentes: eſt ſcia bene regendi, & qm̃ eſt multitudo: habet

potentiam

potentiã coërcendi malos & repellendi hoſtes. Rationabiliter ergo arguit multitudo cõtra ſingulos ꝑdictos gradus: quòd melius eſt eam principari q̃ aliquis ſolus prædictorum graduum. Nã vt diximus multitudo cõtinet in ſe omnes prædictos gradus & potẽtiam populi ad coërcendum malos: & ſic concludimus de mẽte Ariſ. ꝙ vbi talis multitudo inuenitur magis expedit eã dominari: q̃ aliqs prędictorũ graduũ: vtpote cõtentiua omniũ prædictorũ graduũ. Si autẽ multitudo ſit vilis & beſtialis, de qua ſupra dictũ eſt: non expedit eam dominari: ſed magis ſingulum prædictorum graduum.

Diſtribuentẽ principatus multa reſpicere oportet.

Ex quibus omnibus ad mentẽ Ariſt. duo ſequuntur correlaria. Primũ eſt ꝙ in electione & diſtributione principat⁹ nõ oportet ad vnũ tantũ reſpicere: puta ad diuitias tãtum: nec nobilitatẽ tãtũ, &c. ſed ad multa ſimul. Nam ſi princeps aut principes ſint diuites & ingenui: & virtuoſi de neceſsitate bene regent.

Intẽtio politici legiſlatoris.

Secundũ eſt: quòd legiſlator debet condere leges q̃ vtiles ſint & conferant bono multitudinis: qđ eſt bonũ commune: hoc autem eſt: qđ eſt bonũ totius ciuitatis & ciuiũ. Nam leges ſtatuuntur de cõferentibus & ordinatis ad finẽ ciuitatis, finis autẽ ciuitatis eſt bonũ commune: vt declaratũ eſt in primo libro: ergo leges ſunt inſtituẽdæ ī ordine ad cõmune bonum totius ciuitatis & ciuium. Ciuis autẽ vt diximus in tractatu primo huius tertij libri eſt ille q̃ virtutem habet: qua poteſt ꝑ diuerſis temporibus rectè dominari & ſubiici licet ſit alius & alius: ſecũdum quãlibet ſpeciẽ politiæ ſed in optima politia, ille ꝑprie eſt ciuis q̃ eligit & põt ſubiici & principari rectè ꝑpter vitã ſecundũ virtutẽ, id eſt vt virtuoſe viuat. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De excellenti viro ſecundum quoduis bonum in populari multitudine, num ſit dignus principatu.

IN tertio capite determinandũ eſt dubiũ qđ oritur ex determinatis in capite ꝓcedenti. Dictũ eſt enim ꝙ magis expedit multitudinẽ rationabilem, in qua ſunt aliqui diuites: & aliqui prudentes & virtuoſi dominari q̃ vnus aut pauci excedentes alios in diuitiis, aut prudẽtia aut virtute. Dubitaſ igit ſi in tali multitudine inueniaſ vn⁹ adeo excellens in diuitiis, aut ſapientia, aut virtute ꝙ omnes alij ſunt eo valde ĩferiores qd agẽdũ eſt de tali in ciuitate: & idẽ intellige de aliquib⁹ paucis ſi inuenirenſ talis excellentię. Pro reſolutiõe igitur dicti dubij tria agenda ſunt. Primò ꝑbãdũ ꝙ talis vel tales non ſunt nec debent eſſe pars ciuitatis, id eſt ciuis vel ciues ſed quòd ſecundum aliquas leges tales ſunt relegandi à ciuitate. Secundò hoc dictum de relegatione corrigẽdũ eſt: nã primo aſpectu videt durũ & iniuſtũ. Tertiò qd agendũ ſit in ciuitate de viro excedẽte alios in virtute.

In populari multitudine vir alios excedẽs diuitiis, aut virtute nec ciuis, nec ciuitatis pars eſſe debet.

Quantum ad primum ꝑbatur multipliciter ꝙ talis excedens omnes alios in virtute nõ ſit, nec debeat eſſe ciuis, nec pars ciuitatis, & primo ſic: cum iuſtum ſit ꝙ ęquales in virtute æqualiter attingãt principatũ: & inæquales inæqualiter: & iſte talis excedat vt ſupponimus omnes alios in virtute deberet magis q̃ omnes aliis principari: omnes tñ alij ꝑpter multitudinem credunt ſe magis debere principari quã ille ſol⁹: ergo ſi ille ſolus recipiat magis de principatu q̃ omnes alij: videbiſ inferre iniuriam eis: & tunc ſequitur diſſenſio & turbatio in ciuitate: corrumpeturque ꝑportio ciuitatis qđ eſt peſsimũ. ergo talis nõ erit ciuis, nec pars ciuitatis, ſed ſicut dicit Ariſt. erit inter alios, vt quidã Deus. Putandum eſt enim vt dicit Ariſt. talem virum tanquã Deũ in hominibus eſſe. nã vt docuimus in libro ſeptimo Ethicorũ: põt homo attingere ad ꝑfectam virtutem ita ꝙ ſit virtuoſiſsimus dupliciter. Primo ſm cõmunem ſtatum humanum. Secundo vltra cõmunem ſtatum hominum qđ ſit p virtutẽ heroicã. Eſt autem heroica virtus, ſm quam homo attingit ad opus cuiuſlibet virtutis: ſupra cõmunẽ modũ humanũ. Hoc autẽ eſt eſſe & reputatur aliqđ diuinum & de tali virtuoſo heroico intendit hic Ari. cum dicit ipſum eſſe in hominib⁹ vt Deũ: qm̃ eſt ſupra homines: ſuntque rariſſimi. De virtute autem heroica & quomõ inueniri põt in homine: vide in ſeptimo Ethicorum in trac. primo ca. primo.

Secundo ſic: poſitio legis neceſſaria eſt æqualib⁹ genere & virtute: qm̃ nõ omnes ſufficientes ſunt ſeipſos regulare in agendis & vitãdis: ideo indigent lege eos regulãte & tales dicunt ciues: ſed tali excedenti alios in virtute vt cuidã Deo, nõ daſ lex. Ipſe enim eſt ſibiipſi lex: qm̃ ordinationem rationis ſm quã viuit & operaſ habet in ſeipſo: vnde vt inquit Ariſt. deridend⁹ eſſet ꝙ vellet talẽ ſubiicere legi. Cum igitur omnis ciuis ſubiectus ſit legi: ſecundum quã regulatur: patet ꝙ talis excedẽs alios in virtute: vt diuinus hõ: non eſt computãdus inter ciues, ſed magis ſupra ciues.

Leonem in ſocium habere non expedit ex quo viuere volẽtibus.

Tertio ſic, de tali virtuoſo dicit Ariſt. quòd rectè poteſt dici: vt dixit Antiſthenes Philoſoph⁹ de leone & lepuſculis. Dixit enim quòd lepuſculis volentibus eſſe æquales nõ expedit habere leonem in ſocium. Sic in propoſito. In ciuitate in qua ciues volunt quadam æqualitate conuiuere non expedit habere talem virtuoſum conciuem.

Alios excedentes diuitiis virtute, ac potẽtia relegatione dignos cenſet Philoſoph⁹.

Quarto ſic: ciuitates q̃ ſtatu populari reguntur: inueniunt Oſtraciſmum ꝺ talem vel tales. Eſt autẽ Oſtraciſmus exilium vel relegatio. Tales autem ciuitates volunt libertatem habere, quoniã in eis dominatur populus ꝑpter libertatem: & omnes quia liberi ſunt volunt ſm tempora dominari. Hac de cauſa, ne ſ. eorum libertas impediretur: ſtatuerãt viros excedentes alios in diuitiis, in amicis, in alia ciuili potentia debere relegari extra ciuitatem ad tps aliquod determinatum: ex quibus patet quòd tales ciuitates reputabant inconueniens eſſe quòd huiuſmodi potentes eſſent ciues: & quod dicunt de potente in diuitijs & amicis cenſendum eſt de virtuoſo excedente oẽs alios in virtute.

Quinto ſic: dicit Ariſt. ꝙ fabulæ tradunt ob conſimilem cauſam Herculem relictum fuiſſe ab argonautis: nec voluerunt illum cum alijs cõducere nauem vtpote nimis excellẽtem inter nauigantes. Sic in propoſito videtur ꝙ ſi quis excedit alios in virtute & potentia in ciuitate ſicut Hercules excedebat argonautas: non debet eſſe ciuis: nec regulare ciuitatem cum aliis: ſed regulandus eſt.

Relegãdi à ciuitate potentes & alij fortunæ bonis excedẽtes ex Periãdri conſilio.

Sexto ſic: dicit Ariſt. quòd vituperantes tyrannidem, & Periandri conſilium datum Trafibulo: non rectè vituperãt ipſum: nam Trafibulus miſſo nũcio ad Periandũ petiuit ab eo quid agere deberet ꝺ diuites & potentes & alios excellentes perturbantes ciuitatem. Periander autem intellecto nuncio nihil expreſsè reſpondit ei: ſed ſumpto baculo vel gladio videntẽ nũcio demebat ſupereminentes ſpicas in agro: & ſic adæquabat ſegetem: quo peracto nuncius ignorans facti cauſam reuerſus ad Trafibulũ narrauit factũ Periandri: ex quo Trafibulus intellexit ꝙ oportebat excellentiores auferre de ciuitate. Hoc autem vt dicit Ariſt. non vt cõſilium vituperãdum: qm̃ non ſolum id faciunt tyrãni: ſed etiã eſt in caſu in politia paucorum & in ſtatu populari. nã in illis ordinatum fuit ne q̃s ſuper alios ditior & potentior fieret & ſi quem cõtingeret talem inueniri mittendum eſſe in exilium ex quo conſtat quòd nõ expedit talem excedentem alios: ſiue diuitiis, ſiue potentia ciuili, ſiue amicis, ſiue virtute, eſſe ciuem, nec permanere in ciuitate.

Septimo ſic, dicit Ariſt. ꝙ qui dominatur in ciuitatib. & in gentib. id obſeruãt. ſ. ꝙ de primũt excellentiores aut emittunt: aut nõ ſeruãt eis pacta. ſic fecerunt Athenienſes circa Samios: & Chios: & Lesbios: nam quãprimũ Imperium firmiter habuerunt ſuper eos: humiliauerũt excellentiores nõ ſeruatis pactis. Similiter rex Perſarũ & Medos & Aſſyrios ſapientiores ac magis prudentes diſperſit: & ad alias regiones trãſtulit timens ne ſi ſimul manerent cõmouerent populos iã ſibi ſubiectos ad rebellionem: & ſic patet quòd huiuſmodi q̃ſtio ſiue ꝑblema eſt vniuerſaliter circa omnes politias, ſ. ꝙ potentiores & excellentiores in virtute nõ debent eſſe ciues: nec remanere in ciuitate & id quidem ſeruaſ nõ ſolum in politiis nõ rectis: quarum finis eſt ꝑprium cõmodum vt in tyrãnide & in politia paucorum, ſed & in illis, q̃ vident rectę & q̃ intendunt bonum cõe: & pacẽ ſubditorũ.

Octauo ſic, quod excellens alios in potentia, aut virtute nõ debeat eſſe ciuis, ſed nec cum alijs permanere, patet à ſimili in alijs artib. ac ſcientijs. nã videmus pictorem pingentem imaginem, nõ pingere pedem excedentem alias partes & ſi pinxit etiã quòd eſſet pulcherrim⁹: delet ac pingit minorem & cæteris partib. ꝑportionatum, neq; faber fabricãs nauem facit ꝑram maiorem improportionatã toti naui & ſi fecerit abijcit ipſam, & ꝑportionatã fabricat & magiſter chori eum q̃ alt⁹ & im ꝑportionaliter cãtat nõ ſinet cum alijs canere etiã quòd ſuauiorem ac pulchriorem vocem haberet. Sic & legiſlator ſi q̃s ſit in ciuitate excellentior omnibus alijs: nõ debet permittere eum eſſe partem ciuitatis, vtpote im ꝑportionatum alijs, ſed emittere ac relegare.

Tu tamen aduerte vt dicit Ariſt. quòd nõ obſtantib. ſupradictis, ſi quis eſſet monarcha in aliqua ciuitate, & velit cõcordare cum alijs etiã quòd ſit excellentior eis in virtute velitque principari gratia boni cõis ſicut pater dominatur filijs nõ eſt relegandus nec deprimendus. Secus eſſet ſi principari vellet gratia ꝑprij cõmodi. nã in tali caſu vtilis eſt oſtraciſmus, id eſt relegatio, vel interſectio, ſi fiat tyrãn⁹.

Quam

Nõ semper relegandi qui alios in republ. excedũt.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ quæ hactenus dicta ſunt de exilio & relegatione excedentiũ alios: non ſunt ad mẽtẽ Arist. ſed recitat potius vt eſt in vſu in multis politiis: & ideo Ariſt. velut diſcretiſsimus moralis intẽdit talẽ obſeruatiã de exilio moderãdã eſſe. nã vt eſt in vſu in multis politiis: videtur quid durũ & impiũ: & periculoſum ciuitati. nã non relegantur niſi potentes iſti autem indignati nocere poſſunt ciuitati. Melius eſt ergo vt dicit Ariſt. legiſlatorẽ ſic ſtatuere a principio: quando, ſcilicet dat legẽ ciuitati: ꝙ nemini liceret ciuiũ excedere alios in diuitiis & potẽtia vltra talẽ gradũ: ꝙ ſi quis inueniret excedere admoneatur vt ſe tẽperet. Quod ſi admonitus nõ obtẽperauerit: tunc corrigatur ꝑ exiliũ. Tunc em̃ iuſtũ eſſet: qm̃ ſibi imputandũ eſſet. Sed ſic non eſt obſeruatũ in aliquibus ciuitatibus: imò primo loco & ſine admonitione vtebantur exilio: eo ꝙ non reſpicierent ad bonũ cõmune ſed ad ꝓprium commodum: & malitioſe vt pote male affecti ad illos.

Quãtum ad tertiũ aduerte, quòd nõ eſt eadem ratio de excedente alios in diuitiis, aut fortitudine corporali ſicut Hercules excedebat Argonautas: aut potentia amicorũ: & de excedente alios in virtute, vt ſapientia, prudentia, iuſtitia fortitudine clementia, &c. Nã in politiis non rectis: vt in politia populari expedit talem diuitem aut fortiſsimũ, &c. relegare à ciuitate modo quo dictum eſt. In illa em̃ intenditur ęqualitas ciuium: ideo nõ eſt ꝓmittendus talis exceſſus. Similiter in politia paucorũ nõ expedit talẽ eſſe ciuẽ: qm̃ ꝓpter ſui potentiã traheret politiã ad ꝓpriã vtilitatem. Minuſque expedit in tyrannide: qm̃ alios opprimeret: nec in optima politia, puta optimatũ, eſt ꝓmittend⁹ talis vt ciuis: qm̃ ꝓpter diuitias aut amicorum potẽtiam: aut ſuam animoſitatẽ, de facili cõmoueret plebẽ contra optimates regẽtes ciuitatẽ: ideo nõ eſt ꝓmittendus in ciuitate vt ſit ciuis & pars ciuitatis, ſed ſi ſe non tẽperat emittend⁹ eſt. Sed de excedente alios in virtute, maxima dubitatio eſt etiã in optima politia: quid de eo agendum ſit: non em̃ dicendum eſt talẽ virum quaſi diuinũ expellendum à ciuitate: neque trans ferẽdũ ad aliam regionem: nam cũ ſit optimus: non eſt timendũ ꝙ noceret ciuitati: ſicut forte noceret ditiſsimus aut robuſtiſsimus, ꝙ non eſſet virtuoſus: neq; ita aſſumendus eſt ad principatũ ꝙ aliquo tẽpore dominetur, & aliquo non: ſed ſit ſubiectus dominio aliorũ. Simile em̃ eſſet ac ſi vellemus Iouẽ aliquando principari, aliquãdo non: hoc em̃ deriſorium eſſet cũ ſit Deus ſummus. Sic in ꝓpoſito cũ talis vir ſit inter homines vt quidã deus: nõ debet principari vt alij homines, ſ. aliquãdo ſic: aliquando non. Reſtat ergo vt dicit Ariſt. ꝙ cũ talis ſit optimus omnes obediant ei: & conſtituatur in ciuitate ꝓpetuus rex: & ſi plures eſſent tales: ꝙ ſint perpetui reges: ſicut & Iouis nõ temporaliter, ſed ꝓpetuo dominatur: & ſic patet quòd excedens in virtute alios debet eſſe perpetuus dominans: & omnes alios ei ſubiici ac obedire.

Num excedens alios in virtute ſit expellend⁹ à ciuitate ſicut ille qui in aliis corporis ac forſan bonis excedit.

Sed aduerte, ꝙ hoc vltimũ determinatum ab Ariſt. videt eidẽ contrariari: nam in capite prȩcedenti ꝓbatũ eſt, quòd ſi vnus eſſet virtuoſior aliis: nõ debet ſolus principari, quoniam alij videntes ſe inhonoratos, mouerent ſeditionẽ, ergo non debet perpetuo principari vt rex.

Prætereà cõcluſum eſt in cap. ꝓcedenti quòd magis expedit multitudinem non beſtialem principari, q̃ paucos diuites aut nobiles aut virtuoſos: ergo multo magis q̃ vnus ſolus virtuoſiſsimus: eius oppoſitum dicit hic.

Præterea, concluſum eſt in præſenti cap. ꝙ talis non eſt, nec ꝓmittẽdus eſt eſſe ciuis, ſed qui non eſt ciuis non põt nec debet principari: vt declaratum eſt in primo trct. huius tertij libri ex definitiõe ciuis: ergo talis nõ ſolũ debet eſſe rex, ſed nec vllo modo principari, cuius cõtrariũ dicit hic.

Vt igitur auferatur hæc apparens & non vera cõtrarietas aduerte ꝙ aliud eſt loqui in politia ęqualiũ & ſimiliũ: quæ eſt politia multitudinis popularis, & aliud eſt loqui in politia regali, ſiue optima, de qua loquemur in ſequẽtibus: nã in politia multitudinis popularis nõ expedit talẽ excedentẽ in virtute omnes alios principari: eo ꝙ cũ ſit politia ęqualium & ſimiliũ omnes debent pro tẽpore participare principatu: aliter nõ ſeruaretur pax in ciuitate. In politia aũt regali & optimè ordinata, de qua loquemur in libro ſeptimo expedit talem ſolum & ꝓpetuo principari: nã in tali politia illum expedit principari, qui magis accedit ad principatũ naturalẽ, & ad principatũ vniuerſi: vnde videm⁹ ꝙ cor in animali principatur omnib⁹ mẽbris eo ꝙ eſt pars nobiliſsima: à qua fluit virt⁹ ad omnes alias partes: & in vniuerſo dominatur vn⁹ optimus q̃ eſt De⁹ benedict⁹. Sed ille qui alios in virtute excedit eſt talis. Se habet enim ad alios vt cor in animali: & vt Deus in vniuerſo: vnde dixim⁹ ſupra ꝙ eſt vt quidã Deus inter homines: ergo cõſtat ꝙ in optima politia qualis eſt regalis: expedit talẽ ſolũ & perpetuo principari: & de tali politia intẽdit hic Ariſt. cum dicit: ꝙ iuſtũ eſt omnes alios illi parere: talémq; in ciuitate perpetuo eſſe regẽ. Quãdo aũt dicit ꝙ magis expedit multitudinẽ quàm paucos etiã virtuoſos dominari intendit de politia ęqualiũ & ſimilium: & ſic patet ſolutio ad ſecundum obiectum.

Ad primũ negatur ꝙ in politia optimè diſpoſita: omnes alij reputarẽt ſe inhonoratos: nã in tali politia quilibet cõtentatur ſuo proprio ſtatu, & gaudet cõuenienti gradu alterius: nec vult ſibi honorem vltra gradum virtutis ſuæ: & ſi quem viderit ſe virtuoſiorem: voluntariè aſſentit ipſum magis honorari: ex conſequenti ſequitur ꝙ in tali politia ſi ſit vnus excedens omnes alios in virtute: omnes volunt ſibi debitum & ſupremum honorem: & propterea non reputãt ſe inhonoratos, quia cognoſcunt ſe inferiores illo.

Ad tertiũ autem negatur minor: ad probationẽ dicitur quòd non habet veritatẽ niſi in politia populari: in politia autẽ optima, qualis eſt regalis, nõ eſt neceſſe dominantem eſſe ciuem, ſed excedentẽ ciues in virtute, & vt ſic eſt ſupra vel pluſquã ciuis: ideo merito debet principari. Secus autẽ eſſet, ſi non eſſet ciuis nec ſupra ciues ex maxima & optima ſua virtute: patet igitur quomodo in dictis Ariſt. non eſt alia contrarietas. Hæc de preſenti capite dicta ſint.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS IN LIBRVM tertium Politicorum, tribus diſtinctus capitibus.

¶ De politia, ſiue gubernatione regali.

SVoniam in tractatu ſecundo huius tertij libri diſtinximus politiam rectam in tres ſpecies, ſcilicet in regnũ, in regimen optimatum, & in rẽpublicã: ex quibus prima & optima eſt politia regni: ideo de ea in primis conſiderandum eſt. Eſt enim vt regula & menſura omnium politiarum: & ideo de ea expedit in primis tractare. Ad cuius reſolutã notitiã formabimus tria capita. In primo declarabitur quot ſint modi ſiue ſpecies politiæ regalis, quam ſolemus appellare monarchiã. In ſecundo mouẽdæ ſunt dubitationes, q̃ cõmuniter accidunt circa politiam regalem. In tertio determinãda ſunt ipſa dubia ſecundum mentem & propriam ſententiam Ariſtotelis.

CAPVT I.

Quot, & quænam ſint ſpecies monarchiæ, ſiue regalis politię.

IN primo capite diſtinguẽda eſt monarchia ĩ ſpecies ſuas. & hic tria agenda ſunt. Primo aſſignabuntur quinq; ſpecies monarchiæ. Secundo reducentur ad duas principales. Tertio declarabitur quæ ex illis dimittenda eſt à politico: & quæ conſideranda eſt.

Quantum ad primum aduerte, quòd monarchia, quam Latini dicunt vnius principatum, cõtinet quinque ſpecies.

Monarchia, ſiue principatus vnius quinq; ſunt ſpecies.

Prima dicitur ducatus exercitus: & hæc fuit in vſu apud Lacedæmonas: nam apud eos vnus quem appellabant regẽ principatur ſecundum legem & autoritatẽ ſibi datam: non tamẽ erat dominus omnium exiſtẽs in ciuitate: quoniã non poterat ſua voluntate punire homicidã. Sacrificia autẽ & cæremoniæ deorum: & inſtitutio ſacerdotis ei cõmittebantur. Quãdo ad bellũ extra regionem procedebat vniuerſalẽ & omnimodã poteſtatẽ habebat: & autoritatẽ ſuper vitam & necẽ hominis: & virtutẽ cõdendi legem in exercitu: donec permanebat cũ exercitu extra regionẽ: vnde hęc ſpecies conuenienter dicitur ducatus imperialis exercitus: nã huiuſmodi rex vniuerſale imperiũ ac poteſtatẽ habet quo ad ea quæ ad exercitũ ſpectant: ſed nõ quantũ ad ea q̃ ſunt ciuitatis: & hæc monarchia erat ꝓpetua. Dominabatur em̃ talis rex & in ciuitate & in exercitu toto tẽpore vitæ ſuæ.

Ducatus prĩcipatus, eſt vna principatus ſpecies, & ad q̃ ſe extendat.

Quòd autem hæc ſpecies monarchiæ fuerit apud Lacedæmonas declarat Ariſt. ex dicto Homeri: qui dicit de Agamemnone ꝙ cum eſſet in cõcionibus: maledictis & iurgiis vexabatur, ſed cum à concionibus digreſſus erat in prȩlio: occidendi poteſtatem habebat: vnde ſic inquit in perſona Agamemnonis: quem ego procul à pugna fugientem conſpexero: nõ ſibi ſat erit fugere canes & aues: nam penes me poteſtas occidendi. vna igitur monarchiæ ſpecies eſt autoritas

ritas belli perpetua,& huiuſmodi regnum quandoq; obtinetur per ſucceſsionem generis aliquando per electionem.

Dominatus barbaricus. Secunda ſpecies dicitur monarchia dominatiua barbarica:& hac ſpecie aliq; regnant apud barbaros. Pro barbaris autem intendit Ari.vt diximus in primo libro gentes rudes deficientes ratione,quaſi beſtialiter viuẽtes & ideo ſunt natura ſerui & patiuntur vt beſtiæ gubernari regimine dominatiuo & tyrannico:vnde ſpecies hæc ſecunda eſt ꝓxima tyrannidi, & huiuſmodi principantes dominantur ſm leges patrias,id eſt paternas.Sunt autem paternę leges,conſuetudines deſcendentes à parentibus in filios ſucceſsiuè & qm̃ vt inqt Ari.gẽtes barbarę magis ſunt ſeruiles quàm Gręci, eo ꝙ Græci ratione & ingenio vigent, ex conſequenti ſunt natura liberi vt declaratum eſt in primo libro, ideo gentes barbarę quales ſunt in Aſia minori: magis & voluntariè ſuſtinent ſeruile iugum, q̃ habitantes Europam in qua ſunt Gręci & Itali:nam gentes illę barbarę ex depreſsione rationis inclinationem habent ad ſuſtinendum dominiũ tyranni cum,quod autem ſm inclinationem eſt efficitur naturale,& qm̃ tale dominium eſt eis quaſi naturale: ideo eſt perſeuerans & ſecurum:non em̃ timent principantes deiici aut expelli:qm̃ principantur ſecundum generis ſucceſsionem:vnde regnante patre aſſueſcũt paulatim ſubditi parere poſtea filio,principantur etiam ſm conſuetudinem tractam ab antiquo & ſecundum leges patrias:ideo minus diſplicent ſubditis:quibus tale dominium factũ eſt quaſi naturale, & ſignũ quidem perſeuerantię ac ſecuritatis talis dominij apud barbaros ſumitur ex hoc quòd ipſi cuſtodiunt regem ſuum:qđ eſt dilectionis ſignum. Tyranni autem conſtituunt alienos ſuos cuſtodes:quoniam in ſuis non cõfidunt:à quibus ſciũt ſe odio haberi.Veri autem & iuſti reges à propriis ciuibus armis cuſtodiuntur:vt cari & amati,quibus ciues voluntariè obediunt.Patet igitur quomodo ſunt duę ſpecies regalis monarchię, ſ.ducatus Imperialis exercitus, & monarchia dominatiua,velut tyrannis apud barbaras gentes.

Legis paterna quę.

Tyranni cur alienis magis ſeipſos credũt, quã ſuis.

Principatus tyrãnic⁹ per electionem. Tertia ſpecies quę antiquitus fuit apud Grẽcos q̃ dicebãt Eſynetæ,dicitur monarchia tyrãnica ꝑ electionẽ:quæ quidem non eſt ſimpliciter tyrannica:qm̃ tyrannus propriè dictus non per electionem,ſed aut per violentiam, aut ꝑ generis ſucceſsionem ad proprium cõmodum, & non ad bonum ſubditorum, aſſumit principatum. Differt igitur à ſecunda ſpecie,quoniam licet vtraque ſit monarchia tyrannica:illa tamẽ eſt per generis ſucceſsionem & perpetua. Hęc autem eſt ꝑ electionem,& aliquando durabat toto tempore vitę ipſius electi, aliquando terminabatur certo tẽpore: vel rebus geſtis ad quas pficiendas q̃s in principẽ eligebatur,q̃bus perfectis à principatu abſolut⁹ erat. Talis ſpecies monarchię fuit apud Mithileneos,qui vt inquit Ariſt.elegerunt Pittacum in principem vt comprimeret exules à ciuitate q̃ aduerſus ciuitatem inſurrexerãt,q̃bus pręerant vt duces Anthimenides,& Alceus poëta.Quam electionem factã in Pittacum reprehendit Aolcus poëta in poëmate ſuo, vbi reprobat Mithileneos ꝙ Pittacum hominem obſcuri generis & ſine felle laborantẽ,id eſt timidum qui neſciebat iraſci ciuitati præfecerint tyrannũ.Patet igitur quomodo ſunt tres ſpecies monarchię regalis ex quibus ſecunda & tertia ſunt tyrannicæ qm̃ ſunt dominatiuæ ſubditis vt ſeruis, & ſunt regales,inquantum ſunt voluntarię nã in ſecunda barbari volũtariè ſubditi ſunt regib⁹ ſuis:in tertia aũt prĩceps eligitur,electio auté ex tertio Ethicorũ volũtariũ includit.

Heroum principatus. Quarta ſpecies quę fuit tempore heroũ vt tempore Saturni,& Neptuni,& Herculis & Theſei, q̃ Heroes,id eſt diuini dicti ſunt ob excellentiam virtutis vltra cõmunem hominum ſtatum. Videbantur em̃ veluti dij inter hoies. Hæc igitur quarta ſpecies dicta eſt monarchia heroica, q̃a in ea heroes voluntariè,& ſecundum morem & ſecũdum legem principabantur.Nam q̃ ad talem monarchiam aſcẽdebant: aſſumebantur ſponte à populis propter præclara beneficia quæ contulerant multitudini, puta q̃a fuerunt inuentores alicuius artis,ſicut Saturnus in Italia docuit artem ſeminãdi triticum,ideo rex fuit,aut qm̃ præliati ſunt contra inimicos alicuius gentis,& liberauerunt eam,aut quoniam congregarunt homines diſperſos inſtituentes ciuitatem & docentes eos ciuiliter viuere, aut qm̃ regionem acquiſierunt. Hi tales inſtituebantur reges de voluntate populorum, qm̃ grati erant de beneficiis receptis, & dominabantur ſecundum ſucceſsionem generis & patrias leges,quæ per traductionem deſcendebant à parentibus in filios. Et aduerte vt dicit Ariſto. ꝙ huiuſmodi reges habebant vniuerſale imperium belli, & cultum rei diuinæ niſi talia eſſent ſacrificia, quę ſacerdotem requirunt. Iudicabant etiam de litibus & controuerſijs,& hæc quidem aliqui ex eis agebant ac exercebant ſine iureiurando,aliqui autem cum iureiurãdo.Erat autem illis iuſiurandum per electionem ſceptri.

Item aduerte ꝙ antiqui illi reges tẽporib.antiq;s heroica monarchia ciuitates & gentes & nationes externas continue regebant,poſtea vero partim regibus ipſis ſic dimittentibus partim populis detractantib. & ſibi vſurpantibus autoritatem, illud ſolum in aliquibus ciuitatibus relictum eſt regibus vt cæremoniarum erga Deos haberent facultatem, ac duces belli eſſent in regionibus externis.

Species regalis politiæ quæ. Patet igit quatuor eſſe ſpẽs politiæ regię,vna quidẽ quã nunc diximus hæroicã de voluntate populorum & in determinatis rebus,vt ſ.rex eſſet dux belli.Iudex controuerſiarũ & cęremoniarum dominus erga Deos, altera eſt barbarica ex ꝓgenie,ſ.dominatio ſm leges tamen:tertia eſt quam eſy netiam vocarunt,quam nos diximus tyrãnidẽ electiuã ſiue per electionem: quarta eſt Laconica,quæ vt ſimp.r dicatur eſt imperium belli in quodam genere ꝑpetuum. Hoc em̃ imperium perpetuũ erat & ſecundum generis ſucceſsionem.

Poteſtas regia qua & cui ſimilis. Quinta ſpecies eſt in qua vnus habet vniuerſalem & in oĩbus ptãtem,ſupra ſubditos non ad proprium commodũ, ſed ſubditorum,& hęc aſsimilatur gubernationi domeſticę patrisfamilias. Nam ſicut vnaquæq; domus bene diſpoſita habet vnum,qui oĩum curam gerit,& ſuper oẽs ac in oĩbus ptãtem habet quem vocamus patrem ſiue paſtorem familię ita etiam in regno vnus vniuerſaſr dominatur ad vtilitatem ſubditorum:vñ ſicut gubernatio patrisfamiliàs eſt quædam regia ptãs domi:ita regia poteſtas eſt vni⁹ciuitatis aut vni⁹ gentis aut multarum quaſi domeſtica quędam gubernatio: nam vt dicemus infra,verus & iuſtus rex erga ſubditos ſe habet vt pater erga filios & vt paſtor.

Iſtæ igitur ſunt quinque ſpecies monarchię & politię regiæ ex quibus optima eſt quinta.

Laconica poteſtas. Quantum ad ſm aduerte ꝙ licet quinq; ſint dictę ſpecies monarchiæ regiæ,tñ duæ ſunt prĩcipales,ſ.quinta & prima: quam dixim⁹ Laconicam quæ pro veritate non eſt niſi ducatus ſiue vniuerſale imperium belli:aliæ autem ſpẽs ſunt mediæ,& qm̃ cognitio mediorum pendet à cognitione extremorum:iõ prĩcipalis noſtra conſideratio verſari debet, circa primam & quintam.Circa primã quidem quã dixim⁹ Laconicam,q̃ eſt ducatus exercitus conſiderandum eſſet:vtrũ expediat inſtitui ducem exercitus ꝑpetuum,vel temporalẽ: item vtrum expediat ipſum aſſumi per generis ſucceſsionẽ vel per electionem.De quinta autem ſpẽ,quam dicimus regnum,in quo vnus optimus & cum vniuerſali ptãte & perpetuo principatur conſiderandum eſt vtrum expediat eſſe tantum vnum,qui ſic principetur,vel eſſe plures.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ licet prima ſpecies & quinta ſint principales,tñ prima quæ eſt ducatus exercitus dimittenda eſt à Philoſopho politico:nã de tali ducatu magis ſpectat conſiderare ad legiſlatorem quàm ad politicũ: qm̃ in oĩ politia fit diſpoſitio de exercitu & ducatu eius & duce,quem appellamus imperatorem,& ideo de eo conſiderare dimittatur ad præſens,verum cum regnum ſit politię regalis principaliſsima & nobiliſsima ſpecies, ideo de eo exactiſsimè conſiderandum eſt.& dubitationes percurrẽdæ ſunt,q̃ circa ipſum accidũt.Hæc de primo ca.dict.ſint.

CAPVT II.

De rege,& eius poteſtate.

IN ſecundo capite mouendæ ſunt dubitationes quę communiter accidunt circa regnum,& ſunt quinq;.Primò dubitatur an magis expediat ciuitatem regi optimis legib.vel optimo viro.Secundò poſito ꝙ magis expediat optimo viro:an ꝑ aliquo caſu magis expediat eam regi plurib⁹ viris optimis,quàm tantum vno optimo.Tertiò poſito ꝙ remoto illo caſu,magis expediat eam regi ab vno ſolo optimo, dubitatur vtrum ille ſolus debeat dñari per generis ſucceſsionẽ,vel per electionem.Quartò poſito ꝙ dominetur vel per ſucceſsionem generis vel electionem, dubitatur vtrum debeat habere potentiam ꝑpriam vltra illam quam habet à lege.Quinto dubitatur,vtrum ſit naturæ conſonum ꝙ vnus pleniſsima ptãte & volũtate regat omnes alios æquales & conſimiles,ſicut ſolent reges dñari,apud quos eſt pleniſsima poteſtas,ita ꝙ ipſi ſunt lex:nam multum differt vnũ dominari ſecundum poteſtatem ſibi datam ex lege & non vltra,vt imperatori exercitus,& ſecundum pleniſsimam poteſtatem,ita ꝙ pro voluntate ſua cuncta diſponat, ſicut ſacit ille qui abſolutè eſt rex.

Nũ magis expediat ciuitatem regi optimis legib⁹ ac optimo viro.

Quantum ad primum dubium arguitur quòd magis expediat ciuitatem regi optimo viro, cuius ratio & prudentia & virtus maximè iuſtitia, ſint ſicut lex viua:quàm regi optimis legibus datis ciuitati ab aliquo legum conditore. Deinde arguitur in oppoſitum.

Arguitur igitur primo ſic,Melius eſt ciuitatẽ ab eo regi: q̃ poteſt terminare caſus humanos dietim cõtingentes. Sed vir optimus ſuo iudicio ſuaq̃ prudentia hoc poteſt: non autem lex quatũcunque optima:qm̃ non dicit niſi vniuerſale & parum aut nihil de particulari:particularia autẽ cõtingentia in humanis infinita ſunt:& nõ poſſunt certa lege cõpleri,ergo &c. Prꝛeterea lex nõ poteſt ordinare quæ dietim emergunt ſecundũ diuerſas circunſtantias variantur. Hoc aũt poteſt facere vir optimus:eo ꝙ habet rectũ iudicium in agendis:& voluntatẽ rectã per virtutẽ moralẽ: ergo magis expedit optimũ virum regere quã optimas leges ſcriptas. Tunc em̃ nihil fieret in ciuitate: niſi vt lex ſcripta diſponeret:& tũc in ſingularibus curãdis errores multi fierent. Cõfirmatur propoſitũ ex ſimili accepto in artibus:nã videmus in aliquibus artibus & ꝑcipue in medicina ꝙ ſi nihil aliud operatum eſſet in illis: niſi vt ſcriptum inuenitur:defectus ac nocumenta multa contingerent. Recitat em̃ Ariſt. apud Aegyptios fuiſſe hanc legem in medicina ſcriptam.Medicis poſt tertium diem mouere liceat: ꝙ ſi prius periculo id agunt ſuo id eſt.Medicis liceat poſt tertiũ diem à principio ægritudinis adhibere medicinã ægrotanti & non ante: qm̃ ante tertiũ diem difficillimũ eſt cognoſcere naturã & qualitatem ægritudinis:ꝙ ſi moueret ante tertiũ diẽ:erat in periculo medici,id eſt medicus debeat puniri. Hæc q̃dem lex optima eſt in medicina: & tamen ſtultũ eſſet eã in omni ægritudine obſeruare.Sunt em̃ aliquando morbi ita ſæui ꝙ niſi citiſsime ꝓuideatur ꝓuidentia & iudicio prudentis medici:infirmum ad mortem deducunt. Sic in ꝓpoſito nõ expedit in regimine ciuitatis ſemꝑ agere vt in lege ſcripta cõtinetur quoniam lex in multis particularibus deficit:& tũc opus eſt prudentia viri optimi: q̃ ſit loco legis deficientis. Patet igitur quòd melius eſt ciuitatem regi optimo viro, qui ſit viua lex:quàm optimis legibus ſcriptis.

Non ſemper vinẽdum eſt hominibus vt legibus humanis ſcriptum eſt.

Medicis poſt tertium diẽ mouere licet.

Sed in contrarium ſic arguitur.Principãti oportet ineſſe claram & vniuerſalem rationem ac rectum iudicium de agendis.Sed hæc non inſunt viro etiam optimo:nã mens humana ſemper eſt coniuncta paſsionibus:paſsiones autem rectum iudicium rationis peruertunt.lex vero his paſsionib⁹ caret,ergo melius eſt ciuitatẽ regi ab optimis legibus ſcriptis quàm ab optimo viro.

Nec valet ſi q̃s dicat ꝙ licet homo habeat ſemper paſsiones ſibi coniunctas,tamen ſi eſt bonus & optimus cõfilia bitur inquiſitione rationis de ſingularib⁹ dubiis quomodo agenda ſunt:& tunc ſecundum deliberationem habitam:& non ſecundum motum paſsionum recte de eis iudicabit.

Satius eſt ciuitatem regi optimis legibus,quàm optimo viro.

Hoc inquam nõ valet qm̃ oportet principantẽ etiã optimum ſcire leges ciuitatis ſi ſcriptæ ſunt: vel eas ponere & ſecundum eas ciuitatem regere: nec debet ꝓ voluntate & ꝓprio iudicio ciues regere: niſi in his í q̃bus lex nõ poſſet ꝓuidere: & ſic patet quòd omnino oportet virum optimũ reſpicere ad legem ſecundum quam regulanda eſt ciuitas: ex conſequenti melius eſt eam regi optimis legibus:q̃ optimo viro:& ſic remanet dubium pro vtraque parte.

Num vnus optimus vir an plures expediat regiminiciuitatis.

Quantum ad ſecundum dubium:qm̃ dictum eſt in dubio præcedenti: ꝙ quando lex in caſu ſingulari contingenti deficit,tunc expedit ciuitatem in illo caſu regi optimo viro:q̃ iudicio ſuo ac prudentia í tali caſu ſupplet defectui legis: ideo merito dubitatur in tali caſu magis ſit expediẽs ciuitatem regi à plurib⁹ optimis viris quàm ab vno ſolo optimo:& arguitur primo quòd in tali caſu magis expediãt plures optimi quàm vnus ſolus:& hoc triplici ratione.Deinde arguitur in contrarium.

Primo ſic:quando accidit caſus ſingularis:de quo lex nõ determinat:neceſſe eſt ſuper illum diſputare & inq̃rere: & conſilium habere qũo determinandus ſit, & iuxta cõſilium de eo iudicare ſed hæc oĩa melius fient per plures optimos quam per vnum:plures em̃ plura vident quàm vnus ergo iudicium vnius ſemper imperfectius erit quã plurium,ſ. optimorum.Sicut enim ciuitas conſtans ex multis ciuibus pulchrior ac potentior eſt quã conſtans ex paucis, & ſicut conuiuium paratum ex multis ferculis & ad quod plures conferunt:pulchriꝰ eſt quã cœna ſimplex & priuata:ſic iudicia multorum ſæpe meliora ſunt quàm vnius ſolius.Patet ꝙ in caſibus in quibus lex deficit melius eſt ciuitatem regi per plures optimos quàm per vnum ſolum.

Secũdo ſic:plures optimi magis ſunt differentes quo ad paſsiones perturbantes & ſubuertentes iudicium rationis quàm vnus ſolus:nam ſi vnus ſolus habeat iudicare & occupetur aliqua paſsione:iudicium ſuum erit corruptum & malum.Si autem plures habeant iudicare:& vn⁹ ex eis occupetur paſsione: alij nõ occupati reprimẽt eũ:& ſic cũ habeãt ſimul iudicare,nõ corrũpetur eorum iudiciũ:nec facile eſt ꝙ omnes occupentur paſsione,ſicut vnus ſolus:ſicut nõ eſt facile ꝙ aqua multa & ampla defluat tota ad vnum locũ,ſicut facile eſt ſi parua fuerat:ergo í caſu in quo lex nõ determinat melius eſt plures optimos quàm vnum ſolum regere & iudicare.

Tertio ſic:facilius eſt vnum quàm plures peruerti accorrumpi,puta lucro aut alio cõmodo:ergo magis expedit plures bonos quàm vnum regere ac iudicare in caſu prædicto.

Sed in contrarium ſic arguitur:plures de facili poſſunt diſſentire & contendere adinuicem:ex cõſequẽti nõ cõcordare in iudicio:vnus aũt nõ diſſentiet à ſeipſo:vtpatet.ergo meli⁹ eſt in caſu indeterminato à lege vnũ quã plures iudicare & regere & ſic ſtat dubium pro vtraque parte.

Quãtum ad tertium dubium arguitur primo ꝙ non debeat ille ſolus dominari per generis ſucceſsionẽ:ſecundo ꝙ nec per electionem.

Num expediat optimũ virum per ſucceſsionẽ regnare, an per electionem.

Primo igit̃ ſic arguitur.Dubiũ eſt de filijs ſuccedentibus quales futuri ſint:poteſt em̃ contingere ꝙ erunt mali & depraua tæ vitæ:ſi ergo ille vnus aſſumatur ad vniuerſale regimen per generis ſucceſsionem,cõtinget aſſumi malum:quo nil deterius pro ſubditis:eſſent enim vt agni in ore lupi.

Fõrte dicet aliquis id nõ eſſe timendum,qm̃ pater regẽs & exiſtens bonus ſi aduertit filium ſucceſſorem eſſe malum non relinquet illi regnum,ſed eo priuato vt immerito relinquet alteri bono ac ſtudioſo.

Sed vt inquit Ari.nõ eſt de facili hoc credendũ:arduum em̃ ac maioris virtutis eſt quã ſm̃ humanam naturã. Oportet em̃ credere patrẽ relicturũ dñium magis charo magiſq; dilecto ex nã:hic aũt eſt filiꝰ:cũ ſit ei ꝓpinquior ſm̃ naturã: vñ ſicut pater primo & magis amat ſeipſum q̃ filiũ: ſic poſt ſeipſum magis amat filiũ q̃ quemcunq; aliũ:ex conſequenti potius filio quã alij credendum eſt illum relicturũ regnum: nam filius licet malus:eſt naturalis filius:ergo &c. Nõ ergo expedit vnum ſolum regnare per generis ſucceſsionem.

Num rex ſit liam habeat prãtem, quã eam, quam habet à lege

Secundo arguitur ꝙ nõ per electionem:nam inter eligẽtes ſæpius contingunt diſſenſiones ita ꝙ in vnum conuenire non poſſunt.Prætereà contingit eligentes eſſe malos: & malum eligent quo nil deterius.Prꝛeterea:durum vñ ꝙ ille q̃ hodie eſt æqualis & ſimilis alijs,cras ꝑ electionem cõſtituatur ſuꝑ oẽs:ergo nec per electionem expedit vnum ſolum dominari & ſic patet dubium eſſe valde difficile:cùm ex oĩ parte ſequi poſsit inconueniens.

Quantum ad 4.arguitur ꝙ debeat habere potentiã vltra conceſſam ſibi à lege: nã neceſſe eſt ipſum habere potentiã, qua poſsit cõprimere & punire inobedientes:& qua poſsit facere obſeruare leges:aliter ĩualida eſſet hmõi gubernatio ſed ſi nihil poſset ex voluntate ſua ꝓter leges: nõ poſſet inobedientes & malos caſtigare: nec leges tueri: ergo &c. Sed in ↄrium arguitur: qm̃ ſi vltra potentiam acceptã à lege habet maiorem potentiam qua poſsit vltra legem agere: poterit opprimere ciuitatem:aut tradere:& efficietur tyrãnus:ergo non expedit talem habere maiorem autoritatem & potentiam quam accipiat ex lege.

Num inſum ſit vnum ſibi aq lib. dominari ſecundum abſolutã & pleniſſimam poteſtatem.

Quantum ad 5.dubium:arguitur quatuor rõnibus ꝙ non eſt naturæ conſonũ nec iuſtum: vnum pleniſsima poteſtate & ſm̃ voluntatem ſuam dominari alijs ſibi æqualibus & cõ ſimilib.in virtute & diſpoſitione naturali:& qui ſunt æquè liberi:vt omnes ciues eiuſdem ciuitatis.

Prima ratio eſt talis, ſicut videmus in naturalib.ꝙ nõ eſt ꝗuum nec expedit inæquales æquale alimentũ ſumere nec æquales veſtes:quod em̃ ꝑdeſſet vni: noceret alij: propter ætatum & complexionum differentias. Sic contingit circa honores & titulos.Si em̃ inꝗuales in virtute ſumant ꝗuales honores iniuſtũ eſt:& ſi æquales inꝗuales ſimiliter iniuſtum eſt.Sed ſi aliqui ꝗuales & ſimiles ſint in virtute & in diſpoſitionib.naturalibus:& vnus principet pleniſsima poteſtate ac pro voluntate ſua omnibus alijs,patet ꝙ æquales inꝗuale ſuſcipiunt:ergo eſt iniuſtum vnum dominari pleniſsima poteſtate alijs ſibi ꝗualibus,&c.

Aequaliꝰ ciſſim, ſecũ to ordine.

Et ex hac rõne duo ſequuntur correlaria.Primum eſt,ex quo nõ eſt iuſtum vnum pleniſsima ptãte dominari æqualibus:& tñ neceſſe eſt aliquem principari iuſtum eſt ꝙ æquales viciſsim & certo ordine: & terminato tempore dominentur

Tempore, & æquali principatu sibi legibus decreto, institum est vt dominentur.

nentur & æquali principatu, & hoc fiat per legem. Sic enim seruabitur iustitia & pax inter æquales, & q; ꝑ tẽpore dominabuntur erunt vt ministri legis, & eius conseruatores, & id magis expediens est, quàm vnum vel plures plenissima potestate dominari.

Vtilius est legem principari, quã optimum virum secundum suã voluntatem.

Secundũ est, ex quo melius est æquales vicissim dominari: non ꝑ voluntate, sed ꝑ legem, iustius est legẽ dominari q̃ optimum virum iuxta voluntatem suam: nam sicut melius est intellectum purum dominari q̃ intellectum coniunctum appetitui sensitiuo in quo sunt passiones peruertentes iudicium intellectus, sic melius est dominari legem quæ est remota à passione. Est enim sicut mens absque appetitu sensitiuo quàm vir optim⁹ in quo intellect⁹ est adiunctus appetitui, & à quo potest peruerti. Vñ dicit Ari. ꝙ qui legẽ dominari iubent, videntur iubere Deum & leges dominari. Qui autem iubet hominem præesse, adiungit & bestiam sæuam, id est irascibilem & concupiscibilem: quæ peruertere possunt etiã viros optimos. Magis ergo expedit legem q̃ virum optimum ꝑ voluntatem dominari. Lex enim non pôt fieri mala, optimus autem ex passionibus potest peruerti, sicut quotidie videmus in principibus, qui & si à principio iustè & optimè se gerant, tamen processu temporis auaritia concupiscentiis ira agitati & arrogantia efficiuntur pessimi.

Quæ dimittenda sint in voluntate principis eius arbitrio non autem lege disponenda.

Tu tamen aduerte ꝙ vt dicit Arist. licet melius sit legem dominari quàm optimum secundum voluntatem, tamen dominãti secundum legem expedit aliqua dimittere determinanda iuxta iudicium suum, & hæc sunt tria. Primò vbi lex posita deficit in aliquo casu, dimittatur prudentiæ principis. Secundò si quid inueniatur melius secundum rationem quàm lex posita determinet, relinquendum est principi vt illud ipse vel etiam de consensu multitudinis pro lege disponat & instituat. Tertiò vera & rationabilis interpretatio legis, relinquenda est intellectui sapiẽtis & optimi principis. Est enim huiusmodi ratio vt anima legis. In reliquis autem expedit dominantem regere subditos iuxta leges ciuitatis, & non pro voluntate cuncta disponere.

Secunda ratio est hæc, non est facile vnum solum discernere & iudicare multa: ergo oportet vt plures sint sub eo iudicãtes: ergo si à principio fuissent multi ordinati ad principandum & iudicandum in diuersis, melius ordinatũ fuisset, quàm quòd vnus principetur & committat aliis sub eo, qui in multis iudicent. Si ergo vnus non potest rectè & vniuersaliter principari, nisi habeat sub se velut cõmissarios iudicantes, vbi omnes sunt æquales & similes in virtute nullus naturaliter est sub alio: ergo non est naturæ consonum vnum dominari plenissima potestate æqualibus sibi & similibus in virtute & libertate, &c.

Tertia est, dictum est supra ꝙ expedit virtuosum dominari eo ꝙ melior est, sed duo & tres & plures virtuosi meliores sunt vno solo: ergo vbi ciues sunt æquales & similes melius est plures quàm vnum dominari. Hac de causa inqt Homerus, duo simul euntes: quasi dicat, vnus adiuuat aliũ, & in proposito, plures simul principantes se mutuo iuuant in regendo subditos. Et Homerus introducit Agamemnonem desiderantem secum multos habere comprincipantes. Vnde inquit, vtinam tales mihi decem cõsultores adessent. Patet ergo quòd non est naturæ consonum vnum principari aliis sibi æqualibus & similibus in virtute.

Quarta ratio talis est, inconueniens est dicere, vnũ duobus oculis melius videre quam multi multis oculis, quod enim nõ videt vnus, videt alius: idem intellige de auribus & manibus & pedibus: ergo à simili inconueniens est dicere vnum melius iudicare ex sua prudentia quàm multos, & ꝑ pterea principes faciunt sibi multos oculos & aures & manus & pedes. Isti autẽ sunt illi, quos secum assumunt ad regendum alios veluti secum cõprincipantes: qm̃ quod principes per seipsos nõ possunt, agunt per commissarios suos, quos oportet esse amicos & principis & principatus, vt ꝑcurent bonũ principis & principatus. Si ergo expedit principantem habere secum comprincipantes, signũ est ꝙ non est naturale vnum principari pluribus sibi æqualibus in virtute plenissima potestate, sed expedit habere secum comprincipantes, vt rectius cuncta disponat. Hęc igitur sunt, quę dubitationem ingerunt circa regiam potestatem & gubernationem. Hęc de prȩsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De rege, ac eius potestate ex sententia Aristotelis.

IN tertio capite determinãda sunt prȩmissa dubia, & quoniam quintum principalius est, ideo illud primo determinandum est, ex cuius determinatione patebit nobis aditus ad determinationem primi & secundi & tertij & quarti.

Quantum igitur ad determinationem quinti dubij prȩponitur duplex distinctio.

Principatus duplex. Dominatiuus, ac politicus.

Prima est, principatus est duplex, s. dominatiuus & politicus. Dominatiuus est in quo quis principatur alijs, qui naturaliter sunt subiecti, & eo modo principatur dominus seruo. Politicus est in quo quis principatur liberis & æqualib⁹ in virtute & alijs dispositionibus naturalib. & præcipuè ad bonum subditorum.

Multitudo regenda duplex, rudis, & ingenua.

Secunda est, multitudo regulabilis à principe est duplex quædam est rudis & naturaliter deficiens ratione, sicut dixi mus de gente barbarica, quædam autem rationabilis est, in qua cõiter & ferè omnes attingunt aliquem gradum virtutis, sicut diximus supra de Græcis & Italis, & hæc dicitur multitudo æqualium ac similium.

Ex his distinctionibus ponuntur tres conclusiones, quib⁹ totum dubium resoluitur.

Rudi multitudini expedit vnum principari.

Prima est, in multitudine rudi expedit vnũ optimũ principari, qa vt dictum est in tractatu præcedenti, principatus fundatur in excellentia virtutis, sed in multitudine rudi ferè omnes deficiunt à virtute: ergo si in eis inueniatur vnus optimus ille debet esse naturaliter dominus, & omnis multitudo rudis subiecta.

Quòd si de multitudine non inueniẽ aliquis optimus & excellentis virtutis, debet ei principari optimus externus, aliter tota illa multitudo rudis inter se vt bestiæ furerent, & irregulariter ac inhumane viuerent.

In multitudine virorum æqualium nõ expedit vnum principari.

Secunda conclusio est, in multitudine in qua ferè omnes sunt æquales & similes in virtute & prudentia non est iustũ vnum dominari omnibus, neq; pro voluntate & libito suo, si non sint leges scriptæ, neque ꝑ leges si sunt scriptæ, neq; si sit bonus & alij boni neque si sit malus & alij mali, neque si sit ꝑ virtutem ꝑ aliquo gradu melior, nisi ꝑ modũ quẽ dicemus in conclusione sequenti, & hanc quidem cõclusionem sufficienter probant quatuor rationes adductæ ꝑ dubio quinto in capite præcedenti.

In multitudine æqualium ciuium optimus eligẽdus est ad prĩcipatum.

Tertia conclusio est, si in multitudine æqualium & similium inueniatur vnus, qui tanta excellentia virtutis & sapiẽtiæ & prudentiæ excedat oẽs alios virtuosos, vt videat homo diuinus inter alios, iustum est talem esse dominum solũ & perpetuum in tali multitudine, ex consequẽti esse simpl̃r regem cum plenissima potestate & dñium suum esse simpl̃r regnum: nam, vt dictum est supra, est secundum naturam dignius & excellentius in aliquo toto principari, vt patet in animali de corde, in potẽtijs animæ pars intellectiua, in animalibus leo, in volatilib. aquila. Si ergo virtus vni⁹ excedat omnes alios quasi excessu diuino, dignum est ipsum alijs dominari, & id consonum est positioni antiquorũ, qui vt principium habebant oportere illum principari, qui alios in aliquo bono excederet, siue in diuitijs, siue in nobilitate, siue in virtute, &c. Nec talis vir diuinus debet interfici, nec relegari, vt diximus in tractatu quarto in capite vltimo, nec debet ꝑ aliquo tempore tantum, sed perpetuo dominari: qm̃ naturaliter pars non excedit suum totum, sed talis in virtute excedit omnes alios: ergo sunt veluti pars eius: ergo non sunt nati vllo tempore excedere ipsum, ex consequenti talis debet semper principari, qa semper excedet alios in virtute. Patet ergo, ꝙ in tali casu, oẽs huic debent obedire, vt digniori & diuino viro: cui omnes minus virtuosi naturali inclinatione debent esse subiecti. Et hoc est quod conclusim⁹ in tractatu quarto, in capite vltimo, qm̃ soluimus apparentẽ contrarietatem, & sic patet resolutio quinti dubij.

In nonnullis expedit legẽ magis dominari, in aliquibus autẽ optimum vi rum.

Quantum ad resolutionem primi dubij, aduerte ꝙ vtrũque est verum, scilicet ꝙ magis expedit optimum, dominari quàm legem, & legẽ magis quàm virũ optimũ, sed diuersa ratione & in diuersis rebus ac negocijs. Nam inter politicas actiones quædam contingunt quæ non possunt per legẽ determinari, eo ꝙ in vniuersali datur, nec potest legislator omnia singularia contingentia prȩuidere, & hæc sunt relinquenda iudicio & prudẽtiæ boni ac iusti principis, & in his constat, ꝙ melius est optimum principari, qui cõsiderare potest quid expediat vel non in particulari, quod nõ potest lex data in vniuersali. Quædam autem sunt, quę per legem ordinata sunt, & de quibus viuentes sub tali lege, non habent dubitare, vtrum bene per legem ordinata sint, sed ea seruare, & in his principans non habet aliud agere quàm facere seruare legem, & in his melius est legem principari quàm virũ optimum ꝑ voluntate sua, qm̃ vt argutum est, lex est sine passionibus, quæ nunquam seperantur à viro optimo: quoniam

niam ſunt homini naturales: & peruertere poſſunt iudiciũ rationis. In primo ſenſu concludit argumentũ & ꝓfirmatio facta in principio dubij: & argumentũ ī contrariũ non concludit. In ſcḋo ſenſu concludit argumentũ in cõtrarium: & non argumentum factũ in principio dubij nec cõfirmatio.

Quãtũ ad reſolutionẽ ſecũdi dubij dicendũ, ꝙ rõnes tres illic formatæ concludunt verũ: ſed ratio in ꝯrariũ ſic ſolui tur ab Ari. ſi ſint plures optimi erũt in regẽdo vt vnus optimus: & ideo ſicut vn⁹ non põt diſcordare à ſeipſo, ſic nõ eſt timendũ illos abinuicem diſſentire in his, q̃ expediunt iuſto regimini. Aut eñ ī vnũ conuenient, aut alter conſentiet alteri, meli⁹ ſentienti: alioqn nõ eſẽt viri ſtudioſi nec optimi.

Et aduerte, ꝙ ex hac reſolutione ad mentem Ari. ſequuntur duo corollaria. Primum eſt ꝙ cũ ſit melius ciuitatẽ regi ꝑ plures quã ꝑ vnum, niſi ille talis ſit inter homines, vt homo diuinus, aliter melior eſt ſtatus optimatum quã dominium vnius: qḋ eſt vt regnum licet nõ ſit ſimpliciter regnũ ſi ille ſuprà humanum ſtatum non excedit alios in virtute.

Poſt ſtatum regalem deuentum eſt ad ſtatum optimatum.

Secundum eſt ꝙ cum melius ſit ciuitatem regi à plurib⁹, & iudicia tam ciuilia q̃ punitiua dari à plurib⁹ ciuitates à principio ab vno vt rege gubernabantur, aut qm̃ difficile erat viros plures excellentis virtutis inuenire, aut qm̃ ciuitates paruæ erant, aut qm̃ ob beneficia accepta, vt diximus ſuprà, creabant reges, ſed cum in proceſſu temporis multi exercitarent ſe in actibus virtuoſis, non eſſetq; difficile inuenire plures æquales & conſimiles in virtute, non amplius tolerarunt ſtatum monarchiæ, ſed inſtituerunt politiam pluriũ cõſimiliũ in virtute, & hic eſt ſtatus optimatũ, & ſic patet ꝙ poſt ſtatũ regalem deuentum eſt ad ſtatum optimatum.

Quomodo per tempora deſtructi & corrupti ſũt veri principatus.

Verum cum in proceſſu temporis, tales principantes ditati fuiſſent de bonis communibus, recedentes à virtute & recto rationis iudicio, declinauerunt ad voluptates & lucra, & dominari cœperũt vt diuites & potentiores, & hinc creditur exortam fuiſſe politiam, quæ vocatur, potẽtia paucorum. Honorari enim cœperunt diuitiæ magis quàm virtutes vnde credebant ſolos ditiores eſſe dignos principari.

Et quoniam in acquiſitione diuitiarum contingit vnum fieri ditiorem ſuper alios, vt potentiorẽ in amicis, ideo ſub iugauit alios: & ſic ſtatus potentiæ paucorum diuitum trãſiuit ad tyrannidem.

Sed poſt tyrannidẽ deuentũ eſt ad ſtatum popularem & multitudinis plebeię. Nã cum tyrannus opprimeret alios diuites ſpoliãs eos diuitiis, ciues conabãtur deducere politiã ad minores extorſiones, nõ potentes ſuſtinere turpe lucrum tyranni, & vt ad politiã moderatam deuenirent, ꝯcitabant plebẽ ad expulſionem tyranni. Quo expulſo remanſit autoritas dominandi in populo & plebe: & hĩc proceſſit politia multitudinis popularis. & qm̃, vt inqt Ari. ciuitates factę sũt maiores, & popul⁹ multus ac fortior, ideo non eſt facile in huiuſmodi ciuitatib⁹ aliam politiam ĩſtitui q̃ popularem. In qua tñ licet populus dominetur, creatur vnus vt dux ſup alios, quoniam neceſſe eſt omnem multitudinem ad vnum reduci. Hæc pro determinatione ſecundi dubij dicta ſint.

Optimum regem aliquãdo ſucceſſione aliquando electione ad principatum aſcendere expedit.

Quantum ad reſolutionem tertij dubij aduerte, ꝙ per ſe quidem melius eſt talem aſſumi ꝑ electionẽ quam ꝑ generis ſucceſsionem: ꝑ accidens autem eſt econuerſo. & ratio q̃dẽ primi eſt hæc, melius eſt prĩcipantem aſſumi ex eo modo, quo contigit ipſum aſſumi meliorem: ſed ꝑ electionem contingit ipſum aſſumi melioré q̃ per generis ſucceſsionem: quoniam melior vt in pluribus inuenitur in tota vna multitudine, quã in vno genere: ergo, &c. Ratio autem ſecundi eſt hęc nã in electione contingit eligentes diſſentire, & quãdoq; eligentes mali ſunt, & ſic eligunt malũ: & vtrũq; horum malum eſt in ciuitate. Prętereà cõſuetudo dominãdi multũ cõfert ad hoc, ꝙ q̃s ſubiiciatur alteri ſed regnante patre deaſſueſcunt populi ſubiici filio & inclinantur ad illum. Prętereà, vt argumentatum eſt ſuprà, durum videtur ꝙ ille, qui eſt hodie ęqualis mihi, cras electus ſit princeps meus: & ideo ꝑ accidens melius eſt prĩcipantẽ aſſumi ꝑ generis ſucceſsionẽ quã ꝑ electionem. Patet igitur ꝙ vtraq; ratio inducta ꝑ hoc tertio dubio verũ concludit: ſed prima eſt vera ꝑ ſe. Secunda autem concludit verum ꝑ accidens. & qm̃ quæ ſunt per ſe vera ꝓſtant veris ꝑ accidens, ideo abſolute loquendo melius eſt populum regi ꝑ principem electum, q̃ per generis ſucceſsionem: cuius tamen oppoſitũ his noſtris tẽporib⁹ videmus, ideo populi tyrannicè pro maiori parte reguntur.

Regis poteſtas num ſupra legẽ detur.

Quantum ad reſolutionẽ quarti dubij dicẽdum, ꝙ omnino oportet hunc habere maioré poteſtatẽ q̃ ſit ea quæ ſibi datur à lege, aliter vt argumentat⁹ nõ poſſet punire malos, nec defenſare obſeruantiã legũ ꝯ inobediẽtes. ſed ne poſſit opprimere ciuitatẽ & fieri tyrannus danda eſt ſibi talis poteſtas ſub certa menſura: ita ſ. ꝙ non ſit potentior quam totus populus: & id obſeruabant antiqui in aſſignandis militibus principi ꝑ cuſtodia ciuitatis. vnde qñ cõſtituebãt ſibi aliquem in regem, quẽ vocabant Eſynetem, vel tyrannũ, aſſignabant ſibi cuſtodias maioris potentię quã vnius, vel plurium ſimul, minores tñ quã totius ciuitatis: & cum Dionyſius peteret à Syracuſanis, dari ſibi militum cuſtodias, conſuluit quidam Syracuſanis ꝙ tot darent, qui tñ nõ eſſent potentes opprimere populũ. Sed tot quot ſufficerent ꝑ cuſtodienda perſona regis & ciuitate. Hæc de pręſenti capite dicta ſint. *beat eſſe, & maior.*

Tractatuum in librum tertium Politicorum finis.

LIBER QVARTVS POLITICORVM.

¶In tractatus quatuor diuiſus.

IN quarto libro tractãdũ eſt de alijs politijs diſtinctis à regali, de qua ꝓtractatũ eſt in tract. vltimo libri tertij & ſuper hunc librũ formabim⁹ quatuor tractat⁹.

In primo declarandum eſt, ꝙ politiæ ſunt plures: & ꝓpter quã cauſam: & diuidenſ nõ ſolum in genera, ſed & in ſpẽs ſpãliſsimas. nam diſtinctio poſita in lib. tertio in tract. 2. eſt magis in genere, quàm in ſpecies vt declarabitur.

In ſecundo tractabitur de politia, quæ communi nomine appellatur reſpub. & de tyrannide.

In tertio tractabitur de optima repub. & quod gen⁹ reipub. quibus & qualibus ciuitatibus conueniat.

In quarto tractabitur de tribus partib. quas neceſſe eſt eſſe in omni republica quarum prima dr̃ conſiliatiua, ſecunda dr̃ dominatiua, eſt eñ de magiſtratib. tertia dicitur iudicatiua, eſt enim de iudicijs & iudicib⁹ inſtituẽdis: & in his quatuor tract. complectemur totam intentionem Ari. in lib. quarto politicorum.

TRACTATVS PRIMVS IN quartum librum Politicorum, tribus diſtinctus capitibus.

¶De politijs in ſpecies ſpecialiſsimas.

IN primo tract. declarandum eſt, ꝙ politię ſunt plures, & ꝓpter quã cauſam: & diuidẽdę ſunt in genera: & quodlibet genus in ſpẽs ſuas ſpecialiſsimas: & continebit tria cap. In primo ꝑbandum eſt, ꝙ politicus non ſolum habet cõſiderare de politia vt politia eſt, id eſt in vniuerſali, ſed & de quolibet genere & qualibet ſpẽ ſui gñris, & maximè de optima: ſcḋario de alijs declinantib. ab optima. In ſecundo aſſignãda eſt cauſa, ꝓpter quã neceſſe eſt eſſe plures politias. In tertio ponẽdę ſunt omnes diſtinctiones politiarum tam in genere quàm in ſpecie ſecundum intentionem Ariſt.

CAPVT I.

Quòd ad politicum ſpectet omnis politiæ, ac legum notitia, oſtendit.

IN primo ca. ꝑbandum eſt, ꝙ politic⁹ nõ ſolùm habet cõſiderare de politia in vniuerſali, ſed & de quolibet genere & de qualibet ſui generis ſpecie. & hic tria agẽda ſunt. Primo ꝑbandũ, ꝙ politic⁹ habet ꝯſiderare de quolibet gñre & generis ſpẽ politiæ. Scḋo ꝙ principal⁹ habet cõſiderare de optima ſimpl⁹, & de optima ex ſuppoſitione. Tertio ꝙ habet conſiderare de legibus & earum differentijs.

Quãtum ad primum ponię hęc ꝯcluſio, politicus non ſolum habet ꝯſiderare de politia in vniuerſali, ſed & de quolibet eius gñre & ſpẽ. & ſic ꝑbatur. In oĩ arte & ſcĩa ſiue factiua, ſiue actiua, in qua conſideraſ nõ aliquod particulare, ſed aliq̃ commune dictum de plurib. ſm analogiam, ſiue attributionem, non ſufficit conſiderare illud commune ſecundum ſe, ſed oportet cõſiderationem facere de omni modo, quo illud cõe dicitur. Hæc patet in arte medicinę conſiderantis hoc commune, ſ. ſanum, quod de pluribus analogice dicitur. Non enim ſufficit medico ſcire quid ſit ſanum, ſed habet

Politicum oportet contemplariom nẽ modum, ac ſpeciem politiæ in particulari

habet ſpeculari quomodo ſecundum diuerſam rationem dicitur de animali,de medicina,de cibo,de vrina, & circa vnum quodq́ue horum ſpecialem cõſiderationem facere ac diſtinctam,aliter cognitio ſua confuſa eſſet,nihilque proficeret in medendi arte.Sed hæc ſcientia conſiderat de politia, vt de quodam cõmuni dicto de pluribus ſecundũ analogiam,& quodam ordine, vt declarabimus, cum diuidemus eã,& ſub ea aſsignabimus primum, ac optimum modũ & alios ſubſequentes, vt patebit infra. Conſtat ergo quòd politicus vt habeat ſufficientem ſcientiam de politia,habet de ea conſiderare non ſolum in communi, ſed de omnibus eius modis de quibus tractaturi ſumus infra.

Politicum oportet ſpeculari optimam politiam ſimpliciter & optimam ex ſuppoſitione.

Quantum ad ſecundum ponitur hęc concluſio,politicus licet habeat conſiderare de omni politia,maximè tamen de optima ſimpliciter & optima ex ſuppoſitiõe,& ꝓbatur ſic, ſcientia aut ars conſiderans aliquod cõmune analogum,prĩcipaliter verſari debet circa primũ analogatum,in quo magis ſeruatur ratio ipſius analogi,& ad quod reſpiciunt reliqua analogata,vt patet de ſciẽtia medicinæ, quæ maximè verſatur circa ſanum dictum de animali,& ad quod ordinãtur reliq modi,vt ad optimũ,& ars gymnaſtica,licet cõſideret de omni exercitatione,& q̃ & qualis,cui & quali corpori conueniat,tñ maximè conſiderat de optima. Optima autem eſt,quæ optimè diſpoſito & ſecundũ naturam bene ꝓportionato conuenit,& poſito caſu,ꝙ nullus ad illam optimam diſpoſitionem corporis pertingeret, adhuc eſt officiũ magiſtri Gymnaſij de ea pertractare, & quantum in ſe eſt, potentiam naturalem ad illam diſponere,eodem modo fit ĩ arte medicinæ,vt diximus. Et clarius patet ex hoc,ꝙ medicus conſiderat ſanitatẽ,quæ & qualis, cui & quali corpori conueniat & conſiderat diuerſas cõditiones corporum, id eſt cõplexiones, & q̃ inter eas ſit optima & quæ ſanitas ſit optima.Illa autem eſt optima, quę optimæ complexionato conuenit,eodem modo & in fabricatione nauium,& veſtiũ & domorum,& in omni alio artificio videmus hoc contingere,ſ.ꝙ intentio & ſtudium artificis maximè verſatur circa optimum contentum ſub ſuo obiecto:ſed vt diximus politicus verſatur circa hoc cõmune analogum,quod eſt politia:ergo eius eſt maximè cõſiderare quæ ſit optima politia, quam appellamus rempubli.& quæ maximè deſideratur ſecundum voluntatem remoto impedimento, & quæ quibus conueniat.Nam plures aſſequi optimam forſan eſt impoſsibile,ſed ſufficit ꝙ illam attingãt, quæ magis eis cõgrua eſt.

Politia optima ſimpliciter,& optima ex ſuppoſitiõe q̃ſit.

Et notanter dixi optima ſimpliciter, & optima ex ſuppoſitione.Non enim ſunt idem:nam ea eſt optima ſimpliciter, qua perfectior inueniri non poteſt,puta regnum,in quo dominatur homo diuinus,vt declarauimus in libro tertio,tractatu quinto capite vltimo,ea autem eſt optima ex ſuppoſitione,quæ licet detur ea perfectior, tamen magis congruit ciuitati ſuppoſita tali vel tali conditione populi & regionis q̃ illa optima ſimpliciter,verbi gratia, ſi in ciuitate ſint multi excellentes in virtute, & populus naturaliter inclinetur ad virtutem, & vitam moralem,magis q̃ ad arma,aut mercaturas, aut alia exercitia, tali ciuitati optima eſt politia optimatum,id eſt virtuoſorũ,ſuppoſitis ſupradictis, & hãc conſiderationem oportet habere legiſlatorem,vt ſ.animaduertat inclinationem populi & regionis:& à principio talẽ inſtituat politiam,quę ciuibus maximè congruat,& qũo firmanda eſt vt perſeueret,& hęc erit optima ex ſuppoſitione.

Vt ad politicum ſpectat omnis politæ contemplatio, ita ad eundem pertinet legis conſideratio.

Patet igitur, ꝙ oportet politicum conſiderare de omni ſpecie politiæ,& maximè de optima & de omnibus ſuis differentiis,vt poſsit eis auxiliari, ſi quis error eſſet in illis. Id autẽ agere non poſſet ſi ignorat ſpecies & differẽtias ſuas. Auxilium eñ ſupponit notitiam eius,in quo auxiliandũ,eſt nec directio alicuius tendit per ſe,ſed à caſu ſuper incognitum. Oportet igitur politicum non latere differentias omniũ politiarum,& quot ſint, & quotupliciter componãtur.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ ſicut oportet politicum ꝺſiderare ſpecies & differentias politiarum,& q̃ ſit optima ſimpliciter,& q̃ optima ex ſuppoſitione,ita oportet eum ꝺſiderare de legib⁹,& earũ differentiis,ac ſpeciebus,& q̃ ſint optimæ ſimpliciter,& quæ ex ſuppoſitiõe, & quæ & quales cuilibet politiæ ꝺueniunt.Nam omnes leges inſtitui debent in ordine ad politiã & non econuerſo.Diximus enim ſupra politiam eſſe ordinem ad principatum, ſm quem ordinem diſtribuendi ſunt principatus, vt iuſtum eſt, & ſecundum quem attenditur qs debeat eſſe principans in ciuitate,& qs finis ſocietatis ciuilis.Hęc autem determinantur per leges: quoniã leges ſunt enuntiationes de agibilibus ſignificantes prædictum ordinem, & quomodo qui præſunt debent imperare,& tranſgreſſores legũ corrigere ac punire. Patet igitur,ꝙ politicus debet conſiderare leges & earũ differentias,& quæ ac quales,cui ac quali politiæ conueniunt. Non eñ eædem leges vtiles ſunt ſtatui populari,& ſtatui potentiæ paucorum,ſimiſr ſi politia popularis habet multas ſpẽs, ſiue modos,vt dicemus infra,& eodem mõ politia potẽtiæ paucorũ:eædem leges non conueniunt oĩbus modis ꝓdictarum politiarũ:nam ſi ſunt multi earum modi,erunt ẽt diuer ſi fines,ex cõſequenti diuerſæ leges,qñ leges diuerſificãtur ſecundum diuerſitatem finis.Hęc de primo capite dict.ſint.

CAPVT II.

Propter quid plures politias eſſe neceſſarium fuit oſtendit.

IN ſecundo capite aſsignandæ ſunt cauſæ,ꝓpter quas neceſſe eſt eſſe plures politias,& hic duo agẽda ſunt.Primò declarandum eſt iuxta q̃ ſumit̃ pluralitas politiarum. Scd̃ò quot ſunt ſecundũ opinionem aliorum,& reprobandi ſunt.

Propter duo neceſſe fuit plureſeſſe politias.

Quãtum ad primum aduerte,ꝙ Ari.duas aſsignat cauſas pluralitatis politiarum,quarum vna eſt pluralitas partiũ ciuitatis non materialiũ,ſed diſtinctarum ſpecie,ſcd̃a eſt pluralitas ſiue diſtinctio principatuum. Pro euidentia primæ cauſæ declarãda ſunt duo,primò q̃ ſint & quot partes ciuitatis.Secundò quę ſint partes materiales,& q̃ ſpecies,iuxta quas diſtinguuntur & plurificantur politiæ.

Partes ciuitatis quæ.

Quantũ igitur ad partes ciuitatis,q̃ & quot ſint aduerte ꝙ primæ & fundamentales partes ciuitatis ſunt dom⁹, ſiue familię,ex quib⁹ ꝺſtat ciuitas,& multitudo habitantiũ ĩ ea.

Ex hac autẽ multitudine alij ſunt diuites, quos dicimus opulentos,alij egeni,alij medij.

Hominum ſecundũ varia ſtudia diuiſio.

Ex multitudine diuitum & egenorum, quidam exercent artem bellicam,quidam autem ſunt imbelles.

Ex multitudine egenorum,quidam ſunt agricolæ, quidã exercent commutationes rerum venalium,quidam exercẽt miniſteria ſordida,hæc autem ſunt,in quibus maculanť corpora,vt coriarij,fulones,tinctores,piſtores.

Equitum dignitas.

In multitudine diuitum modi & dr̃iæ aſsignantur ſm opulentiam & magnitudinem cenſus,inter quos modos prę-cipui ſunt equites,hanc enim dignitatem nemo ferre poteſt niſi ſit diues valde,vnde & antiquis temporib.quęcunq; ciuitates equeſtri potentia excellebant,in his ſtatus potentię paucorum gubernabat.Equitatu eñ bella gerebant contra vicinos hoſtes,ſicut Eretrienſes,& Chalcidenſes,& Magneſij,qui ſunt ſuper Mæandro flumine,& quàm plures alię ciuitates Aſiaticæ.

In multudine etiam mediorum,qui ſ.nec multum diuites ſunt,nec omnino egeni,ſunt quàm plures modi. Aliqui eñ excedunt alios genere & nobilitate, aliqui vero excedunt virtute,& ſi quæ aliæ ſunt ciuitatis partes, iam dictum eſt, vbi de optimatibus tractauimus.Ibi nanque diſtinximus ex quot partibus neceſſarijs conſtet omnis ciuitas,& aduerte, vt inquit Ari. omnes prędictæ partes aliquãdo ꝯcurrunt ad remp.regendã,ſic in politia populari, vel plebeia,in qua populus dominatur,& oẽs vſque ad infimos participant publicis officijs.Aliqñ autem pauciores, vt in ſtatu potentiæ paucorum,in quo ſoli ditiores & potentiores dominantur, aliqñ plures, vt in ſtatu optimatum, in quo plures virtuoſi principantur.Patet igitur quæ & quot ſint partes ciuitatis.

Ciuitatis partes materiales ac formales.

Quę autem ſint partes ciuitatis materiales, & quę ſpẽs, iuxta quarum diuerſitatem diuerſificantur politiæ aduerte hinc.Sicut in animali ſunt quædam partes, q̃ dicunť partes materiæ,vt declarauimus in lib.ſeptimo Metap. & iſtæ ſunt partes indiuiduales,vt hæc caro,hic neruus,hęc oſſa,q̃ non pertinent ad ſpeciem,qñ poteſt dari animal ſine hac carne, & hoc oſſe.Sunt etiam quædam partes, quæ dicuntur partes ſpeciei:quoniam ſine eis non ſeruatur ſpecies, & ingrediuntur rationem naturę ſpecificæ,vt caro & oſſa & neru⁹, & anima,ſunt partes ſpeciei in homine,quoniã ſine his non ſeruatur,nec datur natura hominis, & ſi diffiniatur homo diffinitione Phyſica,neceſſario ingrediuntur diffinitionem eius.Et ſicut in homine ſunt quædam partes,quæ non attingunt formam ſuam ꝓ gradu ſenſitiuo,ſed tãtum pro gradu vegetatiuo,qui eſt infimus in gradib. animatorum,vt capilli,& pili,& vngues,& oſſa.Quædam autem partes attingũt formã ꝓ gradu ſenſitiuo,vt cor,& hepar,& ſtomach⁹, &c. Sic in ciuitate ſunt quædam partes materiales, & ſunt illæ quæ nõ attingunt ad rempu.regendã,vt agricolę,famuli,artifices ſordidi.Iſti ſe habent in ciuitate, vt pili & vngues in animali:nã ſine iſtis ſtat natura animalis,& ſine illis ſtat ciuitas & regimẽ ciuitatis.Sunt ẽt partes ſpeciei, & ſunt illi, qui ad politiam aſſumuntur,& ſine quibus nõ ſtat ciuilitas,

nec regimen ciuitatis, & iſti ſunt nobiles diuites, virtuoſi. Iſti ſe habent in ciuitate vt cor & hepar, & alia membra principalia in homine. nam ſine iſtis non ſtat natura hominis, & ſine illis non ſtat ciuilitas.

Pluralitas principatuũ & varij hominum gradus in ciuitate plures politias induxerunt.

His ergo declaratis aduerte ſecundum intentionem Ari. q̃ vna ex cauſis, ꝓpter quam plures ſunt politiæ eſt pluralitas partiũ principalium ciuitatis, ſine quibus non ſtat ciuitas. & quæ ſe habent vt pars ſpeciei: nam quia diuites & nobiles, & robuſti, & virtuoſi diſtinguuntur ſpecie, non ratione humanæ naturæ, in qua cõueniunt, ſed ratione diuitiarũ & nobilitatis & virtutis & roboris corporis, ideo diſtiguũtur & plurificantur ſpecie politię: in quarũ vna principatur ſoli diuites, in alia ſoli nobiles, in alia ſoli robuſti bellicoſi, in alia ſoli virtuoſi. Manifeſtum eſt igit̃ q̃ cum p̃dict̃e partes differant & ſint plures ſpecie, erunt plures politię diſtinctæ ſpecie: & tot quot ſunt gradus ſm excellentiam in dictis partibus. Altera cauſa pluralitatis politiarum eſt pluralitas principatuum. Nam vt diximus ſupra, politia eſt ordo principatuum. Si ergo principatus ſunt plures, neceſſe eſt politias eſſe plures: cõſtat autẽ ex his, quę diximus in tertio lib. principatus eſſe plures. nam in aliquibus ciuitatibus ſoli diuites principantur, in aliquibus ſoli virtuoſi, in aliquibus omnes liberi tam diuites quàm egeni. Patet ergo propter quid neceſſe ſit eſſe plures politias.

Duas politias poſuere antiqui principales.

Quantum ad ſm aduerte, q̃ ſm aliorum opinionem politiæ principales ſunt tantum duę, ſ. popularis, & paucorum. & ad has reducunt alias duas, ſ. politiam, quæ vocatur cõmuni nomine reſpub. ad popularem. & politiam optimatum ad eam, quæ eſt paucorum: & hanc diſtinctionem manifeſtant à ſimili de ventis. nam ſicut duo tantum ſunt principales, ſ. Boreas & Auſter & alij duo ad hos reducuntur, vt Zephyrus ad Boream, & Eurus ad Auſtrũ, ſic eſt in politiis. & ſicut in harmoniis duæ ſunt principales ſpecies, vt dorica, quæ eſt conſonantia primi toni, & phrygia, quę eſt conſonãtia tertij toni, vt declarabitur in libro octauo & ad has reducuntur omnes aliæ, ſic dicunt eſſe in politiis.

Et aduerte, quòd popularem dicunt differre ab ea quæ eſt paucorum, eo quòd in ea multitudo & plures dominantur, in ea autem quæ eſt paucorum, pauciores & non multitudo dominatur.

Sed, vt inquit Ari. iſti non bene aſsignant differentiã inter has politias. nam ſi in ciuitate eſſent viri mille trecenti, ex quibus mille ſint diuites, & illi tantũ dominent̃, & trecenti ſint papeures liberi, q̃ nullo modo aſſumant̃ ad principatũ, ſed ſubiecti viuant. nullus diceret hanc politiã eſſe popularem, ſed diuitum potentum: ergo ſtat, q̃ plures dominent̃ & pauciores ſubiiciantur & tã non erit politia popularis. Prę terea, ſi illi trecenti pauperes dominarent̃, vt meliores, & mille diuites viuerent ſubiecti, nullus diceret hanc politiã eſſe paucorum, ſed popularem. Politia em̃ paucorũ eſt politia potentum, non ergo iſtę politiæ diſtinguuntur eſſentialiter per multitudinẽ & paucitatem, ſed melius eſt vt diſtinguantur ſicut nos diſtinximus ſuprà, vt dicamus q̃ politia popularis eſt, quãdo q̃ exiſtunt liberi principant̃. Politia autem paucorum eſt, quando diuites potentes principantur: Sed accidit liberos & ingenuos eſſe plures, diuites autem paucos, vñ tales politiæ diſtinguunt̃ accidentaliter multitudine & paucitate, eſſentialiter autẽ diuitiis & paupertate.

Paucorum ſtatus non terminatur paucitate, nec etiã ſtatus popularis multitudine.

Et quidẽ, q̃ ſtatus paucorum non determinet̃ paucitate patet hinc. nam vt inqt Ariſt. apud Ethiopes conſuetum fuit maiorem corpore & pulchriorẽ principari: ergo ſi ſtat⁹ paucorum determinat̃ paucitate, talis ſtatus in Ethiopia eſſet ſtatus paucorum, q̃m pauci ſunt magni & formoſi. Hoc autem eſt falſum, quoniam ſtatus paucorum eſt ſtatus diuitũ. Stat autem eſſe virum magnum & formoſum, ſed egenum.

Similiter, q̃ ſtatus popularis non determinetur multitudine patet hinc, nam vt inqt Ariſt. antiquitus in Colophone ciuitate erant ꝑ maiori parte diuites, antequam bellum gererent aduerſus Lydos, & diuites ſoli principabantur: & tamen non erat politia popularis: ergo conſtat non diſtingui eſſentialiter ex multitudine & paucitate, ſed diuitiis quibus fiunt homines potentes, & paupertate qua fiunt impotentes.

Si volueris ergo aſsignare differentiam eſſentialẽ & accidentalem inter has politias, dices q̃ popularis politia eſt in qua ingenui & liberi, ſed pauperes exiſtentes multi remp. gubernant. Paucorum autem politia eſt, in qua opulenti potentes, ſeu nobiles pauci exiſtentes gubernant. Patet igitur q̃ licet ſint plures politiæ, tamen antiqui nõ ſufficienter diſtingunt eas. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quomodo diſtinguuntur politiæ ex Ariſtotelis ſententia tam genericæ, quam ſpecificæ.

IN terio capite aſsignandę ſunt omnes diſtinctiones politiarum tam in genere, quàm in ſpẽ ſm intentionem Ari. & hic tria agenda ſunt. Primo declarandum eſt q̃ ab eodem ſumendæ ſunt ſpecies politiarum ꝓportionaliter, à quo ſumũtur ſpecies animalium. Secundo, q̃m̃ declarabitur q̃ à partibus ciuitatis diſtinctis ſpecie ſumendę ſunt ſpecies politiarum, ideo numerandæ ſunt partes diſtinctæ ſpecie, ex quib⁹ componitur ciuitas. Tertio ex numero dictarum partiũ aſsignabuntur ſpecies & modi in politia populari, & in politia paucorũ, & in politia optimatũ nam iſta ſunt tria gña politiarũ: quorũ ſingulũ multas cõtinet ſpẽs, vt manifeſtabitur.

Sicut partes animalis ſũt duplices, materiales indiuiduales & materiales ſpeciei, ſic in ciuitate ſunt ex proportione tales partes, ex quib⁹ diſtinguitur politia.

Quantum ad primum vt ſcias q̃o ꝓportionaliter ex eodem plurificãtur ſpecies animalium & ſpẽs politiarum aduerte ex intentione Ari. q̃ in animali partes cõponẽtes ſunt in duplici differentia: quædam ſunt ſine quibus poteſt inueniri animal, vt hæc caro, hic neruus. nã iſtę ſunt partes materiæ, id eſt indiuiduales, quæ non ſpectant ad naturã ſpeciei, ſed huiꝰ indiuidui, puta Sortis: & ſine his põt inueniri animal & homo, nã remoto Sorte adhuc ſtat q̃ ſit homo, puta Plato: quædã aũt ſunt, ſine quibus non põt eſſe animal, nec ſtat forma animalis, puta cor, quod eſt principiũ vitæ ſenſitiuæ: & os, per quod ſumitur alimẽtum, & venter ꝙ quẽ digeritur, &c. Nõ em̃ ſine his ſeruat̃ animal, vt declarauimus in libro de morte & vita, & iſtæ ſunt partes neceſſariæ: & partes ad naturam animalis ptinentes. Iuxta primas nõ plurificantur ſpẽs animalis, ſed indiuidua. Iuxta aũt ſcãs plurificant̃: ita q̃ ſi plurificant̃ ora & vẽtres & alię partes principales ſm ſpeciem, plurificant̃ ſpẽs animalis: nõ em̃ eadẽ ſpẽs animalis, habet plura ora, nec plures aures, nec plures ventres diuerſos ſpecie: nam ſi animal ſit eiuſdem ſpeciei, oportet partes eius eſſe eiuſdem ſpeciei q̃m̃ per formam ſpecificam determinantur partes. Manifeſtum eſt igitur, q̃ ſi quis voluerit ſcire pluralitatem & quot ſint ſpecies animalium, oportet eum præcognoſcere pluralitatem, & quot ſint partes, ſine quibus nõ põt eſſe animal & quot modis diuerſificantur: nam q̃m̃ videmus os & aures & caput & alia principalia eſſe diuerſarũ rõnum in hoſe & in equo & in cane cognoſcim⁹ q̃ diſtinguunt̃ ſpecie: & q̃m̃ in quolibet homine videmus prędicta eſſe eiuſdem rõnis, ſimiliter in quolibet equo cognoſcimus omnem hominem & omnem equum diſtingui non ſpecie, ſed ſolo numero.

A ſimili inquit Ari. oportet p̃cognoſcere partes neceſſarias, ſine quibus non poteſt eſſe ciuitas: & quę ſunt diuerſarum rationum: & iuxta numerũ earum aſsignare ſpecies politiarum. non enim ex vna tantum, ſed ex pluribus partibus conſtat ciuitas, vt ſæpe diximus.

Octo ſunt principales ciuitatis partes. Agricolæ. Artifices.

Quantum ad ſm aduerte ex intentione Ari. q̃ partes neceſſariæ ciuitati, vt bene & ſufficienter ſe habeat ſunt octo incipiendo ab infimis, vſque ad ſupremam.

Prima eſt multitudo adminiſtrans alimenta, & dicuntur agricolæ.

Scẽa aſt artificũ, ſine quibus ciuitas habitari nõ põt, quales ſunt fullones, coriarij, fabri, ſutores: & harum artiũ quędam ſunt ad neceſsitatem, vt textiua & coriaria, & fabrilis.

Quædã ad ſolatium: vt muſica & chorealis. Quædam autem magis ſunt nociuę quã vtiles, vt aleatoria & taxillaria.

Forenſes Mercenarij.

Tertia eſt forẽſium. & ex eorũ, qui verſant̃ circa emptiones & venditiones & mercaturam & numulariam in foro.

Quarta eſt mercenariorum, & ſunt mercenarij, qui locãt opera ſua, & famuli, vt portatores onerum.

Pugnatores

Quinta eſt pugnatorũ, ꝰ aduerſarios, & hæc quidẽ pars non minus eſt neceſſaria quàm prædictæ, ſi ciues velint libertatẽ ſuam tueri: q̃ ſi non tuẽtur, fiet ciuitas ſerua: q̃m̃ ab hoſtibus ſubiugabitur: & tunc non merebitur dici ciuitas, ſi fiet ſerua: q̃m̃ ciuitas eſt per ſe ſufficiens, ſeruus autem nõ eſt per ſe ſufficiens: q̃m̃ ordinatur ad alterum, ſ. ad dominium vt in primo libro: vt igitur ciuitas permaneat libera, neceſſarij ſunt bellatores: qui faciunt quintam partem in ciuitate.

Iudices.

Sexta eſt iudicantium. Neceſſe eſt em̃ in ciuitate eſſe aliquem, vel aliquos qui ius dicant, id eſt determinent & diffiniant accuſationes, & quærelas, & lites, & iuſtitiam faciãt: nam ſicut anima ſe habet in homine, ſic iudex in ciuitate. Si cut em̃ aſa ratione intellectus inquirit & conſiliatur & iudicat de inuentis & de agibilibus: ſic iudex inquirit & cõſiliatur & determinat de conferentibus & his, quæ expediunt

Iudex eſt ſicut anima in ciuitate.

diunt ſecundum iuſtitiam. Sed anima, vt patet eſt neceſſaria in homine & magis quàm corpus: quoniam regit corpus, & non econuerſo: ergo iudex eſt neceſſarius in ciuitate, & magis quàm partes primæ. Similiter propugnatores ſunt maximè neceſſarij ratione libertatis ſeruandæ.

Et aduerte, q̃ ſub ſexta parte continentur conſultores, quos oportet eſſe in ciuitate ſicut & iudices. Cõſulere em̃ eſt opus prudentiæ ciuilis. Nihil autẽ refert, vtrum idem ſit iudex & conſultor, vel ſit alius & alius, ſicut nõ refert, vtrũ idem ſit agricola & propugnator. Non enim incõuenit eũdem vtrunque officium exercere, ſed ſufficit q̃ qua ratione quis eſt iudex, non eſt conſultor, ſicut non eadem ratione quis eſt agricola & bellator.

Diuites ſunt neceſſarij in ciuitate. Septima eſt diuitũ, quæ reipu. diuitias miniſtrat, & hos vocamus opulentos, & ſunt neceſſarij in ciuitate: nam cũ ciuitas debeat eſſe per ſe ſufficiens, oportet ĩ ea diuitias eſſe, q̃bus ſuccurratur periculis. Sine diuitibus autem hęc nõ poſſunt fieri: ergo hæc ſeptima pars eſt neceſſaria in ciuitate.

Magiſtratus eſt pars ciuitatis. Octaua eſt eorum, qui magiſtratus gerũt, non enim põt eſſe ciuitas ſine magiſtratibus & principãtibus. Plebs enim deficit ratione, & ideo indiget principibus directiuis & regulatiuis populi, ne ſine ratione viuat, & ſuo impetu operetur. Neceſſe eſt ergo eſſe quoſdam, q̃ magiſtrat⁹ gerãt, & hoc vel perpetuo, vel ad tẽpus. Patet igitur qũo ſunt octo partes ciuitatis diſtinctæ ſpecie, ex quibus ſumunturplures politiæ, quàm quæ dictę ſunt ſupra.

Tu tñ aduerte, quòd licet ſupra dixerit Ari. ſex eſſe politias, ſcilicet tres rectas, quę ſunt iſtæ, Regnum, optimatũ, & quæ cõi noĩe appellatur reſpubli. & tres tranſgreſſas ſiue corruptas, quæ ſunt iſtæ, Tyrannis, paucorum potentia, ſtatus popularis, ſiue plebeius: hic aũt dicit eſſe plures quã prædictas, non eſt ſibi contrarius: qm̃ ſupra intendit de generibus politiarum, quæ ſunt tm̃ ſex, hic autem intendit de ſpeciebus: nã, vt declarabimus ſub politia potente paucorum & populari & optimatum continentur multæ ſpecies.

Politia popularis, & potentia paucorum maximè diſtinctæ ſunt. Hęc igitur dicta ſint de numero partium, quæ ſunt neceſſariæ ciuitati, ex intentione Ariſt. inter quas duæ ſunt prĩcipales & maximè oppoſitæ, eo quòd non ſe cõpatiuntur in eodẽ, ſ. diuites & egeni. Impoſſibile eſt enim eundẽ eſſe diuitem & egenum, nõ autẽ eſt impoſſibile eundẽ eſſe agricolam & militem & fabrum, idem intellige de iudice & conſultore. Pręterea, diuites cõiter ſunt pauci, egeni autẽ multi: ergo politiæ, quę determinantur ſecundum has duas partes, ſunt maximè diſtinctæ & contrarię, quales ſunt politia potentiæ paucorum, & politia popularis.

Partes ciuitatis ex Platonis ſententia. Dixi autem ex intentione Ariſto. octo eſſe partes neceſſarias in ciuitate, qm̃ vt recitat Ariſto. Socrates, id eſt, Plato loquens in perſona Socratis, poſuit tm̃ quatuor partes neceſſarias in ciuitate, ſ. Textores, coriarios, agricolas, ædificatores. His autem addidit ad bene eſſe, non autẽ ad neceſſitatem, fabrum ferrarium, piſtorem, negotiatorem, & numularium, & has dixit eſſe completiuas ac perfectiuas primæ ciuitatis. Primam autem ciuitatem vocat vt eſt conſtituta ex quatuor prædictis partibus neceſſarijs.

Sed Plato, vt ſibi attribuit Ariſt. in hoc nõ bene dixit. extimat enim ciuitatem inſtitutam gratia ipſius bene viuere abſolutè, ex cõſequẽti q̃ eius partes ſint æquales, ſicut ſunt agricolæ & coriarij & textores: quod tñ nõ eſt verum: qm̃ vt declarauimus in primo libro, ciuitas eſt inſtituta ꝓpter ipſum bene, ac ſufficiẽter viuere: ad qđ plures quã poſuit Plato ſunt partes neceſſariæ, vt pugnatores, iudices, conſultores: gubernatores, &c. Ex quibus conſtat q̃ ciuitas nõ ſolum indiget partibus æqualibus, ſed inæqualibus, quarũ ſicut vna eſt dignior altera, vt pugnatores digniores ſunt artificibus, & iudices ac conſultores pugnatoribus: & prĩcipes iudicibus. ergo in hoc non bene dixit Plato.

Non æqualibus tantum ſed inæqualibus ciuium gradibus cõſtat ciuitas.

Quantum ad tertiũ aſſignãdę ſunt in particulari ſpecies politię popularis, & politię paucorũ & politiæ optimatũ. ná ſpecies politiæ regalis aſſignauimus in libro tertio in tract. vltimo & declarandę ſunt rationes talium ſpecierũ.

Popularis politia quinque ſunt ſpecies. De politia populari Ari. aſſignat quinq; ſpecies licet quĩtã, vt declarabitur non ſit propriè, ſed dimiuutè popularis.

Prima eſt, in qua oẽs de populo æqualiter principãtur, ita quòd vnus non aſſumitur ad maiorẽ honorem quã alius & hoc declaratẽ ex lege talis politię. Vult enim lex illa diuites & pauperes virtuoſos & nõ virtuoſos pares debere ẽe in honoribus: nec illos magis quã iſtos dñari, eo q̃ maxima libertas eſt in ſtatu populari, & cũ oẽs de populo ſint q̃ liberi, talis q̃ politia fundetur in libertate, & non in diuitiis, nec ĩ alio, cõſequẽs eſt vt oẽs ſint æquales ĩ principatu. & in honoribus: & quidẽ q̃ hæc ſit ſpecies politiæ popularis probat Ariſt. ex eo, q̃ in ea dominatur populus ſiue multitudo, qa ĩ ea omnes ſunt æquè liberi, & ſecũdũ æqualitatem libertatis æqualiter diſtribuitur principatus. ſed vbi multitudo dominatur, eſt politia popularis. Hæc igitur eſt vna ſpecies politiæ popularis.

Secunda ſpecies. Secũda ſpecies eſt, in qua nõ æqualiter, ſed ſecundũ cenſum patrimoniorũ diſtribuuntur principat⁹: & ſic in ea nõ principantur omnes de populo non em̃ egeni, ſed diuites: ſed non exceſsiuè diuites. illi em̃ pauci ſunt & eſſet politia paucorum, ſed cõmuniter ſiue mediocriter diuites, quos contingit eſſe multos in populo.

Tertia ſpecies. Tertia eſt in qua omnes ciues habiles ſunt ad principandum, ſiue diuites, ſiue non: dummõ nõ ſint obnoxij, id eſt, criminoſi tali crimine quòd mereantur priuari ciuilitate, vt falſarij, proditores, parricidę, & ſerui. Sed dominãtes in tali politia dominantur ſecundũ quòd lex diſponit & non aliter, nec pro voluntate. nam cum omnes exceptis criminoſis aſſumantur ad regimen, nec omnes ſint ex ſe ſufficientes ad regendum populum, oportet q̃ in regendo regulent̃ per legem.

Quarta ſpecies. Quarta eſt in qua omnes liberi principantur, modo ſint ciues & dominetur ſecundum legem eadem ratione, vt dictum eſt in tertia ſpecie.

Quinta ſpecies. Quinta eſt in qua dominãtur omnes de populo æqualiter & indifferẽter, ſicut & in prima ſpecie. Sed differt à prima ſpecie in hoc quòd iſti nõ dominantur ſecũdũ legem, ſed ſecundum decreta & ſtatuta populi quæ volunt prætalere legibus. Differt autẽ decretũ à lege in hoc, quòd lex eſt de vniuerſali, decretum autẽ de particularib⁹ operabilibus.

Et aduerte, quòd hic modus dominãdi ſecundũ decreta populi & nõ ſecundũ legem vniuerſalẽ introductus eſt, vt inquit Ariſt. à præpotẽtibus qui ſe faciunt ductores ſeu cõmotores, aut ſuaſores populi. nam cũ multitudo popularis ratiõe & iudicio in agendis deficiat, neceſſe eſt, q̃ ducatur in operãdo, aut lege, aut ſuaſiõe alicuius vigentis ingenio, qui populo ꝓponat ſic & ſic agendũ eſſe, in quo ꝓpoſito populus facit ſibi ſtatutum ſiue decretum, & ſecũdũ illud reguntur. cum igitur in tali politia nõ dominetur lex, ſed decreta populi, neceſſe eſt eſſe aliquos ductores, ſuadentes populo, ſic & ſic ſtatuẽdũ, & iuxta ſtatuta viuendum. Licet autẽ vnus ſit ductor & ſuaſor, tñ non ille ſolus, ſed popul⁹ dominatur, non diuiſim, ſed cõiunctim: ita q̃ totus populus eſt ſicut monarcha. & de hoc principatu dicit Homer⁹, nõ eſſe rectum principatũ, vbi multitudo dominatur. Incertũ tñ eſt, an imtelligat Homer⁹ de multitudine, in qua ſinguli diuiſim dominantur, vel in qua omnes coniunctim. Talis ergo populus, vt habens poteſtatem abſolutã, quærit ſolus dominari: nec vlli legi ſubeſſe, efficiturq; dominator domi nio deſpotico, & in dominio aſsimilatur tyranno. Iidẽ nãque ſunt mores in hoc dominio & in dominio tyrãnico: qa in vtroque deprimuntur meliores, & ductores populi, ſunt velut adulatoes. nam ſicut adulator quærit placere, ſic iſti quærunt placere populo & ꝓponunt ac ſuadent quæ ſunt placẽtia populo, etiã quòd nõ eſſent expediẽtia. Differunt tamen in hoc quòd ductores populi quærunt placere populo: ideo ſunt in pretio apud eum. Adulatores autem quærunt placere tyrannis.

Non rectus eſt principatus vbi multitudo dominatur.

Et huiuſmodi ductores non ſolum ſunt vt adulatores, ſed etiã ſunt cauſa, q̃ populus legem infringat: & dominetur iuxta voluntatẽ ſuam & prout ſuadetur ab eis. Suadẽt em̃ populo omnia debere referri in eũ, & q̃ vnus nõ debet magis dominari q̃ alius, eo q̃ omnes ſunt æquè liberi. Hæc autem placita ſunt populo, ideo dominatur inxta ſententiã & libitũ ſuum. & quoniã populus in omnibus dominatur, ideo tales ductores præpotentes ſunt apud populum. Tacent em̃ & fauent opinionibus populi, ac decretis, ideo amantur à populo: & tenẽtur in multo pretio. Pręterea tales ductores inducunt totum populũ ad dominandũ, ex eo q̃ reprehendunt & dãnant dominium vnius & paucorum. Dicunt em̃, q̃ populus debet dominari: & iudicare ac corrigere quæ fiunt per alios magiſtrat⁹, eo q̃ melius eſt totũ dominari quã parte. Popul⁹ autẽ libẽter hæc audit, & appetit. Omnes em̃ gratioſe audiunt proponentes ad quæ inclinantur. Sicut intẽperatus libenter audit ꝓponentem ſibi voluptuoſa. His igitur ſuaſionib⁹ incitat⁹ populus, aſſumit ſibi principatum & irritat omnes alios magiſtratus. Hæc extimatur quita ſpecies politię popularis. Sed ĩ veritate vt inquit Ariſto. non meretur dici legitima ſpecies reipublicæ nec popularis.

Popularis politia nõest legitima rei pubblicæ spēcies.

Et quòd non sit spēcies legitima reipub. siue politiæ patet ex hoc, qm̃, vt dicit Arist. vbi leges non seruãtur, non est politia. Lex em̃ omnibus dominari debet, in omnibus casibus in quibus prouidet: in singularibus aũt cõtingentibus, in quibus non prouidet supplet prudentia pricipis, quæ est vt lex viua. Sed in tali statu populari lex nõ dominatur, sed sententiæ populi, & decreta sua, ꝑ quæ suadetur à ductoribꝰ suis: ergo non est legitima spēcies politiæ.

Et ꝙ non sit spēcies politiæ popularis patet ex hoc: qm̃ vt dicit Arist. omnis spēcies politiæ popularis est politia: sed ꝓbatũ est hãc non esse politiam: qm̃ in omni politia leges dominantur, hic aũt cuncta efficiuntur sñia & decretis populi: ergo non est propriè spēcies politiæ popularis.

Sed aduerte, ꝙ rõ Arist. fundata super hoc ꝙ in omni politia lex dominatur, nõ videt valere: nã hoc admisso, regnũ non esset spēcies legitimæ politiæ, qm̃ vt declaratum est in tertio libro in tract. vltimo qui est simpliciter rex, plenissimã habet potestatẽ, & ꝑ voluntate cuncta disponit: ita ꝙ non accipit autoritatem à lege, sed ipse est lex: ergo non videtur ratio Arist. valere.

Legem dominari in omni politia quomodo verum.

Ad hoc dicendum, ꝙ in omni politia dominatur lex, sed aliter in monarchia, aliter in politia multorum. nam in monarchia dominatur lex viua, siue intrinseca monarchiæ: quę est sapientia & prudentia sua. Diximus enim, ꝙ Rex debet esse, vt Deus inter homines propter excellentia virtutis, aliter non est verus rex. In multitudine auté populari, quæ cõmuniter deficit iudicio rõnis, & prudentia, oportet esse legem conditã à sapientissimo, & veluti diuino legislatore: & sm illam & non iuxta imprudentiam popularem debent cũcta disponi. Patet ergo quòd nulla est repugnãtia in doctrina Aristot. & quòd ratio adducta valida est. Hæc de spēciebus politiæ popularis dicta sint.

De politia autem paucorum assignat Arist. quatuor spēcies siue modos.

Politiæ paucorum quatuor sunt spēcies.

Prima est, in qua habentes magnũm censum, & ita magnũ, quòd tenues & mediocres, licet plures sint, nõ possunt ad tantum censum pertingere, ad gubernationem reipublicæ recipiuntur, & non aliquis alius.

Secunda est in qua mediocriter diuites principantur, & si qui ex eis deficiant, possent eligere alios in socios ad regimen, & si eligunt ex quibuscunque siue diuitibus, siue egenis, modo sint virtuosi, erit status optimatum. Si autem ex solis diuitibus, aut nobilibus, erit status paucorum.

Tertia est in qua distribuuntur principatus sm maiorem excellentiam diuitiarum, aut generis, sed in principatu filij succedunt patribus.

Quarta est in qua principatus distribuũtur vt i tertia, & filius succedit patri, sed principãtes nõ dominãtur sm legẽ, sed iuxta sñam & voluntatẽ & decreta sua, & hæc spēcies est sicut tyrannis. nam sicut in tyrãnide tyrannꝰ primo & p se dominatur ꝓpter commodum suum, sic in hoc statu principantes dominantur ꝓpter bonum suum: & opprimũt bonos, sicut & tyrannus: & sicut inter monarchias tyrãnis est pessima, sic inter politias paucorũ hæc est pessima, & sicut spēcies quinta politiæ popularis, vt diximus, est pessima inter oẽs illius spēcies, qm̃, vt declarauimus assimilatur tyrãnidi, sic inter politias paucorum hæc est pessima: & hæc est illa, quę solet vocari politia potentię paucorum. Solent em̃ in ea valde potentes, aut diuitiis, aut genere principari: & reliquos quantumcunque bonos subiectos tenere. Istę igitur sunt, spēcies politiæ paucorum.

Postquã numerauimus spēcies politiæ popularis & paucorum assignãdæ sint rõnes singularum spēcierũ, ne videatur Arist. sine ratione hic ꝓcessisse, sed antequã assignemus rõnes dictarũ spēcierum aduerte, vt dicit Arist. ꝙ in multis locis contingit rempub. quæ sm leges non est popularis secũdum consuetudinem & modum regendi esse popularem, & econtrario contingit apud alios rempublicam secundũ leges esse popularem: & tamen consuetudine & modo regendi declinãta ad rempub. paucorum. Id autem maximè contingit post mutationes rerũpub. nã cum vna ciuitas mutatur de vna repub. in aliam non statim secundũ totum mutatur. Sicut enim in medicinalibus repẽtinæ & totales mutationes nociuæ sunt, sic & in ciuilibus. Sed retinens aliqd de repub. priori, paulatim accedit ad aliam: nam ciues amãt quæ sub priori repub. continebantur, vtpote consueti in illa: & ideo retinentes aliquid de prima paulatim tendũt ad aliam, obseruantes aliqd de prima: & aliquid de posteriori: & ita contingit, ꝙ ciuitas retinet leges primæ reip. scẽm aliquid, & transit paulatim ad modũ viuẽdi alterius reipub.

Sed hic est dubium. nam si vna ciuitas viuit secundũ vnã rempub. puta popularẽ, & regitur legibus alterius reipub. puta paucorũ: ergo vna ciuitas simul tendit ad diuersos fines: distincti em̃ modi viuendi ad diuersos fines ordinantur: hoc autem est impossibile: ergo, &c.

Dicẽdum quòd argumentum concluderet, si vna ciuitas simpliciter & omnino viueret secundũ vnam rempub. & simpliciter ac omnino regeretur legibꝰ alterius reipu. Hoc em̃ esset ineuitabiliter ad distinctos fines simul tendere, qđ est impossibile. Non autem incõuenit vnam ciuitatem secundũ quid viuere secundum vnam rempub. & vti legibus in aliquibus alterius reip. nã talis ciuitas haberet regimen mixtum, qđ non inconuenit. sicut non inconuenit vt declarauimus in libro decimo Metaphysicæ cõtraria se compati in eodẽ in gradibus remissis, vt in tepido: & sic accidit in proposito: ideo nõ sequitur aliquod inconueniens: nec hoc est tendere ad distinctos fines simul: ergo, &c.

His declaratis accedendũ est ad assignandum rationes prædictarum spēcierum tã in politia populari, quàm paucorum.

Prima spēcies politiæ popularis est in qua omnes de populo æqualiter principanẽ, cũ sint æque liberi, sed nõ principantur ꝑ voluntate, sed secundum leges: aliter non differret à quinta, vt diximus. Ratio autem propter quã oportet eos principari secundum legem est hæc. cũ agricolæ & mediocriter abundantes, & egeni in hac politia dominẽtur, oportet eos ꝓ opera sua victum quærere, nec ociosi viuere possunt: ergo nõ possunt vacare cõsiliis & cõcionibꝰ: in quibꝰ pertractent de modis regendi ciuitatẽ, sed necesse est vt habeant leges conditas, iuxta quas regatur populus. & hinc est, ꝙ in tali politia principantes scientes legẽ, non intendunt concionibus, nisi in casibus arduis & necessariis, ne retardent eos, quos oportet victũ ex laboribus quærere. Impossibile est em̃ eũ ociari, qui redditus non habet. Patet ergo ratio, propter quam in prima spēcie politiæ popularis est gubernatio secundum legem, & non pro voluntate.

In popolari cur per legẽ principari oportet nõ autẽ pro voluntate.

Secunda spēcies est in qua nõ æqualiter omnes, sed diuites mediocriter principantur, ita tamen ꝙ dominantur secundum legem, & non pro voluntate.

Tertia est in qua dominantur omnes ciues siue diuites siue non, dummodo non sint crimino si, ita tñ qđ dominentur secundum legem & non pro voluntate.

Quarta est in qua omnes liberi dominantur, mõ sint ciues, id est, nati ex vtroque parente ciue, & dominentur secundum legem. Ratio ꝓpter quam in his tribus spēciebus dispositum fuit principantes debere dominari secundũ legem, & non ꝑ voluntate est hæc. Quia tota multitudo non habet sufficientes diuitias, ideo nõ omnes possunt intendere regimini communi, qm̃ oportet multos ex eis quærere sibi victũ: hac de causa multitudo ordinat mediocriter abundantes debere principari, & qm̃ non vult omnino subiici principantibus, nisi vt lege statutum est, ideo ordinat vt principates regant secundum legem & non aliter.

Quod si omnes mõ sint ciues non criminosi possunt principari, tñ multitudo ordinat eos debere dominari secundũ legem, quia non vult in omnibus subiici voluntati alicuius, ne durius aut iniustè regatur.

Quinta spēcies est in qua omnes de populo dominantur non secundũ legẽ, vt prima spēcies, sed secundũ statuta populi, & ꝑ voluntate & ꝑ sternũt legẽ, & hæc spēcies cœpit posteris tẽporibus esse in ciuitatibus. Maioribus em̃ factis ciuitatibus, q̃ essent à principio, maioribusque factis ꝓuentibus & diuitiis, multitudo facta est maior, & magnã adepta est potentiam, & omnes etiam egeni possunt assumi ad principatum & regimini vacare & interesse cõcionibꝰ, qa licet non habeant ꝓprias substantias, accipiũt mercedẽ de bonis cõmunibus. Dũ em̃ sunt in principatu ꝓuidetur eis de cõmuni, & assignãtur stipendia: & sic possunt magis intendere regimini q̃ diuites, qui impediũtur cura & solicitudine rei propriæ familiaris: ex quo ꝓuenit ꝙ multitudo pauperũ dominatur in tali politia non secundũ legẽ, sed secundũ proprias sentẽtias. & est vt diximus pessima, nec meretur computari inter politias, & est sicut tyrannis. Pauperes em̃ studẽt opprimere diuites & nobiles. Species igit popularis politiæ tot sunt propter rationes prædictas.

Prima aute spēcies politiæ paucorum est in qua ditiores qui pauci sunt dominantur & tamen sm legem, ita quòd mediocriter diuites nõ assumuntur ad principatum. Ratio hui⁹ speciei est hæc, qa ditiores sunt putãt se magis dignos principatu, ideo studẽt supergredi alios minus diuites, &

Prima spēcies politiæ paucorum quæ.

assumunt

assumunt sibi potestatem eligendi alios sibi similes, qñ priores deficiunt in principatu, ideo manu tenẽt dominium inter ditiores: verum, quia non sunt adeo potentes, ꝙ excedãt totam multitudinem, ideo oportet eos principari secũdum legem, & non pro voluntate, aliter multitudo non ferret eorum dominium.

Secunda spes politiæ paucorũ.

Secunda species est in qua mediocriter diuites principãtur, & eligunt sibi similes prioribus deficientibus, & dominantur ſm legem. Ratio huius speciei est hæc. Quoniã in ciuitate multi sunt mediocriter diuites, ideo trahũt ad se potestatem dominandi, & eligunt sibi similes, id est mediocriter diuites, & non ditiores: quia non possent cum eis cõuenire, nec egenos: quia non possunt vacare regimini publico coacti quærere sibi victũ, & dominantur ſm legem & nõ ꝓ voluntate: qm̃ cum multi sint principantes multas: & diuersas habent voluntates, nec concordarent in modo regendi, & qm̃ non tam amplas possident diuitias, vt omnino vacare valeant, neque tam exiguas, vt victum habeant à ciuitate de communi, ideo necesse est quòd velint legem dominari, & non eorum voluntates.

Tertia species politiæ paucorum.

Tertia species est in qua distribuũtur principatus ſcdm maioré excessum diuitiarũ, & filij succedũt patribus. Ratio aũt huius speciei est hæc: qm̃ isti potentiores sunt, ideo reputãt se obtinere principatũ in ciuitate ex hæreditate, & ex sua potentia ordinant ac statuunt filios sibi succedere in principatu.

Quarta species.

Quarta species est ĩ qua distribuũtur principatus & succedũt filij, vt in tertia, sed nõ dñantur ſcdm legẽ vt ĩ tertia, sed ꝓ eorũ voluntate. Ratio huius est hęc. Ditiores reputãtes se habere talẽ principatũ ex hæreditate & longa successione, adeo se magnificãt, ꝙ oẽs inferiores paulatim opprimunt, & tẽdunt ad tyrãnidẽ, & tunc nolunt dñari secundũ legẽ. qm̃ ex potẽtia & nõ ex iustitia dñantur, & sic relicta lege ꝓ libito suo, & ꝓ suo cõmodo principantur, & hęc est pessima species, vt diximus, & proportionatur vltimæ speciei popularis politiæ pessimę, & dicitur politia potẽtiæ, siue violentiæ paucorum ditiorũ. Patet igitur quot sunt species politiæ paucorum, & quæ sint earum rationes.

Species politiæ optimatum quæ sunt.

Assignatis speciebus politiæ popularis & paucorũ, suppositum est assignare species politiæ optimatũ. Tu igitur aduerte, ꝙ famosa sunt quatuor genera politiarum, de quibus ẽt Plato pertractat in libris de repub. scilicet Monarchia, paucorum gubernatio, popularis, & optimatũ, quib. additur & quinta quã cõi nomine appellant rempub. Sed qm̃ non sæpe fit, ideo latet homines volentes distinguere genera politiæ, & relicta est sine proprio nomine, & nos de ea tractabimus in tra. seq. Loquendo igitur de politia optimatum, aduerte ꝙ secundum Ari. continet quãtuor species siue modos.

Prima optimatum politia ex optimis est simpliciter.

Prima est, in qua optimi, id est virtuosissimi simpliciter principãtur. In hac eñ assumuntur & eliguntur in principes viri optimi simpliciter, & nõ optimi ex suppositione: nã in hac specie sola est idẽm simpliciter, vir optimus & ciuis optimus. In aliqua aũt alia politia, ille est bonus, qui nõ simpliciter, sed in tali, puta populari aptus est ad principandũ: quitũ non esset aptus in hac specie optimatum: & hæc est perfectissima, ac pura politia optimatum.

Secunda species optimatum est ex virtuosis ac diuitibus viris.

Secunda est in qua eliguntur ad principatũ viri virtuosi, sed diuites. ita ꝙ habetur respectus ad virtutem & diuitias, & hæc differt à politia paucorũ, in qua habẽt respectus solum ad diuitias. Differt etiã à politia appellata cõi nomine respub. qm̃ licet in ea sint aliqui approbati & excellentes viri, quibus principatũ tribuunt, non tñ eliguntur secundũ ꝙ huiusmodi, sed potius vt diuites & apti ad regendũ ĩ tali politia. & hæc species optimatũ est mixta. nam inquantũ habet respectum ad diuitias, videtur sapere aliquantulum naturã politiæ paucorum.

Tertia species.

Tertia est in qua eligentes habent respectũ ad virtutẽ & ad diuitias, & ad populũ: nõ eñ eligũt ad principatũ nisi virtuosos diuites, & q̃ sint de populo. Sicut ẽt obseruatur apud Carthaginenses. & hæc ẽt species est mixta. sapit enim naturam paucorum, quo ad diuitias: & naturam primæ speciei optimatum quo ad virtutem: & naturã politiæ popularis inquantum nullus eligitur nisi sit de populo.

Quarta species.

Quarta est in qua eligẽtes respiciũt ad virtutẽ & populũ, & nõ ad diuitias ita ꝙ nõ eligũt nisi virtuosum de populo, siue sit diues, siue nõ, & hęc é mixta ex prima specie optimatũ, & politia populari: & hęc est ĩ vsu apud Lacedæmonas.

Patet igit qũo sunt quatuor species optimatũ. Sed prima est simplex, aliæ aũt sunt mixtæ. Hæc de ꝑsenti c. dicta sint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS
In quartum librum Politicorum, in tria capita diuisus.

¶ De politia, communi nomine dicta Respublica, & de Tyrannide.

QVoniam in tractatu vltimo tertij libri fecimus considerationem de politia regali, & eius speciebus & in tractatu primo huius quarti libri cõsiderauimus de politia populari & eius speciebus, & de politia paucorum & eius speciebus, & de politia optimatum & eius speciebus: superest, vt tractemus de politia nominata communi nomine respublica & de tyrãnide, ac eius speciebus: & cõtinebit hic tractatus tria capita. In primo declarandum est qũo respublica, componitur ex politia paucorũ, & populari: & qũo differt ab aliquibus speciebus politiæ optimatũ. In secundo qũo fit alia politia ab ea, quæ est paucorum & popularis: licet componatur ex eis, & quomodo instituitur. In tertio agendum est de tyrannide & eius speciebus.

CAPVT I.
Quomodo respublica ex paucorum & populari politia fiat, & quomodo differat à nonnullis politiæ optimatum speciebus, ostendit.

IN primo capite declarandum est qũo politia communi nomine appellata respub. componitur ex politia paucorum, &c. Et hic tria agenda sunt. Primo declarandũ est, ꝙ respub. cõponitur ex politia populari & paucorum, ita ꝙ videtur esse mixtura vtriusq;. Secundo declarandũ est qũo differt à politia optimatũ quãtũ ad aliquas species. Tertio declarandum est, quomodo respub. obseruatur in pluribus ciuitatibus.

Respũb. cur mixta politia est.

Quantũ ad primũ aduerte, quòd politia vocata cõmuni nomine respu. ideo dicitur mixta ex populari & paucorũ, qa virtualiter cõtinet id quod est de ratione vtriusq;: nã ĩ politia populari maximè ꝰsiderãt libertas, vt diximꝰ supra, vnde omnes de populo, cũ sint æquè liberi, participãt principatu: & in politia paucorũ maximè cõsiderantur diuitię. vnde egeni in ea nõ possunt dominari, ex consequẽti secũdũ antiquos in politia paucorũ cõsideratur virtus. Dicunt enim ꝙ disciplinã & nobilitas, & virtus moralis concomitantur diuitias. Disciplina quidẽ, & doctrina siue scientia cõcomitãtur diuitias, qm̃ sunt media ad addiscendũ & studẽdum. nã pauperes coacti acquirere sibi victum, studio literarum vacare nõ possunt. Nobilitas autẽ, ideo cõcomitat diuitias, qa ſm cõmunẽ opinionẽ diuitię antiq; id est longo tẽpore existentes in vna familia videnť reddere ipsam nobilem. Vnde dici consueuit, ꝙ nobilitas est diuitiæ antiquæ. Prætere à nobilitas est inclinatio ad virtutẽ tracta à ꝓgeni toribus antiquis. Sed diuitiæ multũ fauent inclinationi ad virtutem: qm̃ diuites habent penes se ea, ex quorum carentia multi iniuriantur, & nocent aliis: nam diuites nõ habẽt causam furãdi, nec decipiendi, nec occidẽdi, nec periuria, aut alia falsa cõmittendi. sicut multi pauperes faciunt vt acquirant diuitias: ergo diuitię præstant viã ad virtutẽ. & qm̃ in statu paucorũ habeť respectus ad diuitias, & ad eas, vt docuimus, cõcomitantur doctrina nobilitas & virtus, ideo q̃ fauent & laudant politiã paucorũ, dicunt nobiles & insignes & probos in ea dominari. & qm̃ in politia optimatũ ingenui & virtuosi principanť, ideo dicũt politiã paucorũ esse ex bonis & honestis, sicut politia optimatũ. Sed in politia dicta respub. attẽditur libertati, & vt sic sapit naturã politiæ popularis & attenditur diuitiis, & vt sic sapit naturã politiæ paucorum. & qm̃ creditur diuitias esse media ad nobilitatẽ & virtutẽ, vt diximus, ideo videtur ꝓpinquare politiæ optimatum. Patet igitur, quòd respub. est sicut mediũ mixtũ ex extremis, sicut & medij sapores & colores & sicut elementatũ. Vnde cõcludit Arist. quòd respublica vt simpliciter dicamus est mixtura gubernationis popularis & paucorum.

Diuitiarum maxima est vilitas.

Insistentes & intendentes curæ rei publicæ circa tria contẽdũt libertatem, diuitias, & virtutem.

Quantum ad secundũ aduerte quòd quatuor assignauimus species politiæ optimatum in tract. præcedẽti: ex qb⁹ prima est simplex & vera politia optimatum, reliquæ sunt mixtæ, & tu vide illic. Vt autem scias qũo politia dicta respub. differt à secunda & tertia & quarta optimatũ, aduerte, ꝙ vt dicit Aristo. insistentes circa rẽpub. altercanť & cõtendunt adinuicem, quo ad tria. Primo quo ad libertatem. Secundo quo ad diuitias. Tertio quo ad virtutem. aliqui

nunquc

panque dicunt principatum distribuendum in ea secũdum dignitatem libertatis,& qm̃ ciues omnes sunt ꝙualiter liberi:ideo debẽt æqualiter pricipari,sicut fit in politia populari.Alĩ autẽ id negant,& dicunt debere distribui principatum secundũ dignitatẽ & excellentiã diuitiarum.Aliqui vero negant primũ & secundũ,& dicunt debere distribui secundũ excellentiã virtutis.De quarto non est magna contẽtio,id est,de nobilitate: qm̃ qui dicunt debere distribui principatũ secundũ diuitias,dicunt ex consequẽti secũdum nobilitatẽ,qm̃ secundũ eos nobilitas est antiquæ diuitiæ,& vt sic negant egenũ esse nobilem,& qui dicunt debere distribui principatũ secundum virtutẽ dicunt ex consequenti fm nobilitatem,qm̃ tenent nobilitatem esse virtutẽ generis,id est,inclinationẽ ad virtutem quæ descendit à parentibus in filios,& in parentes à ꝓgenitorib⁹ superioribus & antiquis,vt declarauimus in superioribus:ex his cõstat qũo respu.cõmuni nomine appellata differt à prędictis speciebus politiæ optimatũ.Nam respu.est mixtura diuitũ & pauperũ inquãtũ sunt liberi.Sed secũda species optimatũ est mixtura diuitũ & virtuosorũ simul,ita ꝙ necesse est pricipantẽ electũ esse diuitẽ,& virtuosum.In tertia specie est mixtura diuitum & virtuosorũ,& eorum,qui sunt de populo,mõ sint diuites & virtuosi.In quarta specie est mixtura virtuosorũ & corũ qui sunt de populo,mõ sint virtuosi,ꝙ autẽ sint diuites,aut non,est per accidẽs.Patet igit quomodo differt politia dicta resp. à prędictis speciebus politiæ optimatum.

Nobilitas antiquæ diuitiæ sunt.

Respublica in quã plurimis obseruatur ciuitatibus.

Quantum ad tertiũ aduerte,ꝙ hac ratione politia dicta respublica obseruatur in plurimis ciuitatibus.qm̃ vt in plurib⁹ ciuitates mixtæ sunt ex egenis & diuitibus: & hæc mixtio facit coniecturam diuitiarũ & libertatis,& secundum diuitias determinatur politia paucorum.Secundum autem libertatẽ determinatur politia popularis,& apud multos ꝙ existunt diuites,reputantur viri ꝓbi & honesti,ideo in tota regione principãtur:& apud multos dominatẽ populus ꝓpter libertatẽ.Cum igitur politia dicta respublica sit mixta vt declarauimus ex politia paucorũ & ex politia popularis:patet quòd in plurimis ciuitatib⁹ obseruatur.

Obseruationes reipublicæ.

Hæc dicta sunt de mixtura politiæ ꝙ dicitur respublica, ex politia paucorum & ex politia popularis:& qũo differt ab aliquibus speciebus optimatũ & qũo in plurimis ciuitatibus obseruatur.Post quæ aduerte quòd Arist. incidenter ponit quædã notabilia generalia in politicis & sunt lex.

Primũ est,impossibile est ciuitatem à probis & optimis gubernari & non bene gubernari.

Secundũ impossibile est ciuitatẽ non habentem bonas ac rectas leges,gubernari ab optimis & viris probis.

Tertium est,non est bona legis dispositio,vt lex bene instituatur,& non obediatur ei,esset enim lex inutilis.

Legis duæ sunt opportunæ dispositiones.

Quartũ est,duæ videntur esse bonę dispositiones legis: vna est ꝙ obediat eis:altera est ꝙ instituãtur rectè & iustè, nã ex eo ꝙ sunt iustæ seruantur & ꝓmanẽt & eis obeditur. Si autem iniustæ sint:non diu permanent: nec eis obeditur nisi violenter. Ad hoc autẽ quòd sint iustæ,sufficit quòd sint bonæ simpliciter vt in politia regali & optimatum,aut sint bonæ vt congruum est in tali ciuitate,quæ tali politia regitur,puta politia populari aut paucorum.

Quintum est,in statu optimatum: distribuuntur principatus fm dignitatem virtutis:in statu paucorum secundum dignitatem diuitiarum,in statu populari secundum dignitatem libertatis,& de his sępe dictũ est in superioribus.

In omni politia quod pluribus videtur, prævalet, & ratũ habetur.

Sextum est,in omni politia qđ pluribus videtur,illud vigorem habet & prẽualet,qm̃ cõmuniter melius iudicant plures q̃ pauciores.Præterea:potentiores sunt plures,& id ꝙ pluribus videtur:melius iudicatur.Hinc ꝓcessit consuetudo,ꝙ illud in concionibus prævalet & obseruatur qđ maiori parti videtur.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Respublica quomodo distinguatur à paucorum, & populari politia, quanquã ex his mixta sit, & quomodo instituatur.

IN secundo capite declarandum est,qũo politia dicta respublica,est distincta species à politia populari & paucorum,licet ex eis componatur,& qũo instituitur, & hic tria agenda sunt.Primo declaranda sunt ea, quæ instituta fuerunt ex lege in politia paucorum:& ĩ politia popularis:deinde qũo sumendo aliquid ex ipsis institutis: & relinquendo aliquid conflatur tertia species quæ cõmuni nomine dicitur respublica.Secundo declarandum est: qđ sit signum & ratio bonæ mixtionis politiæ paucorum & popularis in politia appellata respublica.Tertio quid maximè obseruãdum est in tali politia.

Quæ nã sint instituta politiæ paucorum,et popularis.

Quantũ ad primũ aduerte,ꝙ in politia paucorũ & popularis sunt quædam determinata per legem spectantia ad actum principandi:quædam spectantia ad personas principantes:quædam spectantia ad modum instituẽdi principes.

In politia paucorum diuites cõpellũtur ad obseruantiã legis, pauperes vero arcẽtur à iudicio secundum leges, econtra in popularipolitia.

Quantum ad actum principandi aduerte,ꝙ ĩ politia paucorum fuit talis lex:si diuites non accedunt ad iudicandũ & disceptandum de his quæ spectant ad regimen ciuitatis recipiunt damnum,id est, in aliquo puniuntur: & si pauperes accedunt:nullam mercedem recipiunt:ex quibus cõstat ꝙ lex huiusmodi introducta fuit in fauorem diuitum & in odium pauperum:nam introducta fuit vt pauperes excluderentur à principatu:quia cum non recipiant aliquam mercedem non accedẽt:sed intendent operibus q̃ib. acquirãt sibi victum:& sic erũt excluſi à principatu.Quòd autem sit in fauorem diuitum patet ex eo quòd si non accedunt puniuntur:ex consequenti coguntur accedere:& sic remanet principatus inter solos diuites.

In politia aũt populari fuit lex ȝrio modo:nã pauperes accedentes ad iudicandum recipiunt mercedem:diuites autem nullum patiuntur damnum.& sic patet huiusmodi legẽ introductam fuisse in fauorem pauperum & in odium diuitum:qm̃ ex quo pauperes accipiunt mercedem quærent retinere principatũ intra seipsos:& diuites dedignati,ex quo non patiuntur damnum:non curabunt accedere,& sic erũt excluſi à principatu.Si igitur ex vtraque lege accipiatur vnum & relinquatur alterum:cõflabitur media politia quæ dr respublica,verbi gratia,ex politia paucorũ sumatur hoc quòd diuites non accedunt puniuntur & relinquatur alterum,scilicet ꝙ pauperes non recipiunt mercedem,ex populari aũt sumatur hoc quòd pauperes recipiunt mercedẽ:& relinquatur alterum,scilicet quòd diuites non puniuntur si nõ accedunt conflatur media politia distincta ab illis extremis in qua erit hæc lex,si diuites non accedunt ad iudicandũ puniuntur & si pauperes accedunt: recipiunt mercedẽ. Et huiusmodi lex est rõnabilis,qa neutrã partem excludit à pricipatu,imò inuitat,& hæc erit politia dicta cõi noĩe respublica.Patet igitur qũo ex actu pricipandi obseruato in politia paucorum & popularis conflatur media respublica,vt media & distincta ab eis.

Respublica quomodo mixta sit ex populari, & paucorum politia, secundum varios earum principãdi actꝰ.

Quantum ad personas pricipantes aduerte,quòd in politia paucorum:fuit talis lex:nullus assumatur in principẽ, nisi sit excessiuè diues.In populari autẽ fuit talis, nullus assumatur ĩ principẽ fm excellentiã aut honorabilitatẽ diuitiarum.ꝙ si assumãt sint eiꝰ paruæ diuitię & valde exiguæ. Medium inter hæc duo extrema est ꝙ assumatur princeps fm moderatas diuitias ita ꝙ nõ sit excessiuè nec exiguè diues:& hæc lex vt media & rõnabilis seruatur in politia dicta respublica,& sic patet quòd quantum ad personas principantes est media conflata ex extremis.

In paucorũ politia nullus nõ dives dignus est principatu, ecõtra in popularipolitia, in respublica mixtio est.

Quantum ad modum instituendi pricipes aduerte,quòd in politia paucorum assumuntur pricipes per electionẽ fm excellentiã diuitiarum.In populari aũt assumunt ꝓ sortem, & non fm magnam honorabilitatem diuitiarũ:vtrũque horum est malum.Nam malum est assumere oẽs ꝓ sortem, qm̃ potest cadere sors super indignum & criminosum: & malũ est assumere omnem excellentiam diuitiarum, qm̃ valde diuites possunt de facili tyrannizare medios & infimos.Si autem à politia paucorum sumatur hoc quòd principes instituantur ꝓ electionẽ:& à popularipolitia quòd nõ instituantur ꝓpter magnas diuitias:erit medium rõnabile: & sic seruatur in politia dicta respublica. Patet igitur quòd secundũ modum instituendi principes, est media conflata ex extremis: vt tertia species ab eis distincta,sapiens quo ad aliquid naturam vtriusque extremi.

In paucorum politia assumuntur ad pricipatum homines per electionẽ, in popularipersortẽ, in republica medio modo.

Quantum ad secundũ aduerte, quòd certissimum signũ prædictæ mixtionis in politia dicta respulica, est qm̃ comparata popularipolitiæ paucorũ videtur esse illa.Hæc est enim natura medij quòd comparatum vtrique extremo:videtur esse vtrunque vt declaratum est in decimo Metaphysicæ,de mediis ȝriorum vt de tepido.Hac de causa politia Lacedęmonũ extimata est respublica,quoniam videtur popularis & politia paucorũ. Popularis quidem quoniam multa obseruat obseruata in popularipolitia:verbi gratia. In nutritione puerorum est sicut popularis : nam apud Lacedęmones: pueri diuitum ac egenorum eodem modo : eisdẽmque alimentis educantur & eodem modo:& in eisdem erudiuntur. Similiter quoque se habẽt facti viri.In nullo enim magis conspicuus dies quã

Lacedemonũ respublica visa est popularis, & paucorum politia.

pauper.

pauper. Cibi quoque ijdē in comeſſationibus: veſtitu etiam tali diuites vtuntur quali etiam pauperum quilibet habere pōt. Præterea duos maximos magiſtratus habent: qui videntur eſſe in politia populari. Nam apud Lacedæmonas ſenatores eliguntur à populo: & Ephori cōſtituuntur ex popularibus. Quod aūt ſit officium & quæ autoritas Senatorum & Ephororū, id eſt prouiſorū: iam diximus in libro ſecundo in tractatu quarto, vbi pertractauimus de politia Lacedæmonum & tu vide illic. Patet igitur ratio propter quā reſpubli. Lacedæmonum videtur popularis.

Videtur etiam politia paucorum: qm̄ in ea multa ſeruantur: ſicut & in politia paucorū: verbi gratia apud Lacedæmonas oēs dignitates per electionem & non per ſortem cōferuntur: & idem ſeruatur in politia paucorum. Item apud paucos eſt autoritas & poteſtas occidendi & relegandi: & cætera huiuſmodi per multa, & hæc eadem ſeruantur in politia paucorum. Manifeſtum eſt ergo quòd politia dicta reſpubli. eſt mixta ex politia paucorum & populari: cū ſapiat in multis naturam earum, & aliquando dicatur popularis, aliquando politia paucorum.

Duo ꝙ quantum ordinate republica ob ſeruāda sūt.

Quantum ad tertium aduerte quòd in politia dicta reſpubli. duo maximè obſeruanda ſunt. Primò quòd videatur eſſe vtrunque extremū ex quib. componitur, ſcilicet populari & paucorum: ſicut tepidum videtur eſſe calidū & frigidum ex quibus componitur: ſed quòd neutrū ſit, ſcilicet ſimpliciter & ſecundū actū. Sicut em̄ hæc eſt falſa: tepidum eſt actu & ſimpliciter frigidum & hæc eſt falſa tepidum eſt actu & ſimpliciter calidum: & hæc eſt vera: tepidum eſt vtriuſliter & ſecundum quid calidum & frigidum. Sic & tu applica in propoſito: & hęc eſt ratio, quia in mixto non manent miſcibilia actu & ſimpliciter: ſed in virtute, vt declarauimus in ſecundo libro de generatione de elemētis qūo remaneat in elementato. Sed ò obſeruandum eſt ꝙ talis reſpublic. poſſit ſe per ſeipſam ſaluare: & non per extraneos qui manu teneant eam nam & politia mala, vt tyrānis, pōt per extraneos ſaluari, ferētes auxiliū tyranno ꝺ ciues. Hæc autem reſp. per ſeipſam ſaluabitur: ſi nulla pars ciuitatis velit aliā rempub. quàm iſtam. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De tyrannide ac tyranno.

IN tertio capite agendum eſt de tyrannide: nō ꝙ multa cōſideratione indigeat: vt dicit Ariſt. cū ſit peſſima politia, ſed vt aliqualem locum habeat ī præſenti tracta. Aſſumpſimus em̄ ꝓuinciam tractandi de omni genere politiæ: tā iuſtæ quàm iniuſtæ, ſed tyrānis computatur inter iniuſtas: ergo de ea aliqualiter & ſuccincte agendum eſt. Poſtquā igitur in tracta vltimo tertij libri actū eſt de regno: cui opponitur tyrannis, & diximus vtrum monarchia expediat ciuitatibus vel nō, & poſito ꝙ expediat: qualis debet eſſe monarcha qui dicitur rex: qm̄ optimus, & ſumptus ex optimis ita, ꝙ videatur vt Deus quidam inter ciues: propter ſupremam eius virtutem, nunc dicturi de ſuo oppoſito, aſſignabimus famoſiores eius ſpecies, & ſunt tres: ſed de duab. primis iam ſermonem fecimus in tertio libro in tractatu vltimo & declarabimus ꝙ ſunt propinquæ monarchiæ regali, ꝓpter potentiam quā hēt princips ſup ſubditos & principatur non pro libito ſed ſecundum leges patrias.

Tyrannidis tres ſunt ſpecies.

Prima igitur ſpecies eſt ſecundum quam in aliquibus ciuitatibus barbarorū inſtituitur monarcha: qui regit ſubditos ſecundū leges & conſuetudinem. Eſt autem apud eos conſuetudo: quòd eligūt monarcham qui regat eos: vel inſtituitur ſucceſſione generis, vt diximus in ſecunda ſpecie politiæ regalis in tertio libro tractatu vltimo.

Secunda ſpecies eſt ſecundum quam aliqui ſibi eligunt principē ad fugandū inimicos & hæc fuit olim apud Græcos: & electi vocati ſunt Eſynetæ, & de hac ſpecie ſatis diximus ī tertio libro tractatu vltimo capite primo, & eſt tertia ſpecies politiæ regalis: & tu vide illic, & inuenies qūo iſtæ duę ſpecies poſſunt dici regiæ & tyrānicæ. Regiæ quidē: qm̄ princips dominatur ſecundū leges, & volentib⁹. Tyrannicę vero, qm̄ in proceſſu tēporis prętermiſſis legib. princips dominari vult pro arbitrio ſuo.

Tertia ſpecies quę propriiſſime eſt tyrannis eo ꝙ directè opponitur regno propriiſſimè dicto eſt in qua dñatur vnus peſſimus, nullis ſubiectus legib. incorrigibilis, opprimens probos ac meliores, dñans pro ſua voluntate ad proprium cōmodum, & non ſubditorum, & omnes iſtę conditiones opponuntur regno. Nam in eo dominatur vnus optimus, & licet non ſit ſubiectus legibus ſcriptis ſed ꝓ voluntate omnia diſponat, tamen voluntas ſua eſt ordinata ſcḋm rationē, & ex prudentia ac aliis virtutibus moralibus eſt viua lex in ſcipſo ſm̄ quā diſponit omnia. Tyrannus autem paſſionibus & voluntate depraua ta cuncta peruerſe gerit, & qm̄ rex prudentia & recto iudicio omnia diſponit, non indigeret correctiōe, ꝙ ſi deficeret ꝓſuaſibilē ſe exhiberet, bonos vero ac ꝓbos eſt cōſeruans ac præmians. Dominans propter cōmodū ſubditorū & non ſuū, eſt em̄ vt pater & paſtor, cuius principalis intētio eſt ſeruare gregē ſibi commiſſum. cū igitur tyranus habeat peſsimas conditiōes oppoſitas optimis diſpoſitiōib⁹ ipſius regis, patet ꝙ tyrannis eſt politia violēta & inuoluntaria, nullⁿ nanq; liber ſponte ſua ſert huiuſmodi deteſtabilē ſeruituré. Species igit tyrannidis tot & tales ſunt. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi finis.

TRACTATVS TERTIVS

In librum quartum Politicorum, quatuor complexus capitibus.

¶ De optima republica: & quod genus reipublicæ quibus & qualibus ciuitatibus conueniat.

IN tractatu præcedenti actū eſt de politia populari & paucorū & optimatū & de earū ſpecieb⁹ & de politia appellata cōmuni nomine reſpubl. q̄ componitur ex politia populari & paucorū, & vltimo de tyrannide & eius ſpeciebus, nunc conſequens eſt vt videamus quæ ex prædictis ſit optima, & qm̄ confeſſum eſt ab omnibus verum regnū eſſe politiam optimam ſimpliciter: qm̄ in ea vir ſimplicit er optimus vt deus quidam vt pater vt paſtor dominatur: confeſſumq́ eſt tyrannidē in tertia ſpecie eſſe peſsimam: qm̄ in ea vir peſsimus vt immanis fera datur: ideo de bonitate regni, & de malitia tyrannidis diſputandum non eſt. Inſiſtemus ergo ad inueſtigādum quæ ex aliis politiis poſt regnū ſit optima & hic tract. continebit quatuor cap. In primo declarādū eſt q̄ ſit optima vita ciuitatis & quæ ſit optima ciuitas. nam ex his pēdet cognitio optimæ reipub. vt manifeſtabimus. In ſecundo ꝓbandum eſt ꝙ politia conſtans ex ciuibus mediis, id eſt qui nec valde diuites, nec omnino egeni ſunt eſt optima. In tertio inueſtigandum eſt, quæ ex dictis politiis quibus & qualibus ciuitatibus conueniat nā aliquibus expedit ea quæ eſt popularis: aliquib⁹ ea quę eſt paucorū aliquibus ea quæ cōmuni nomine dicitur reſpub. In quarto complenda eſt cōſideratio quā fecimus pfuncto riè in tract. prēcedenti de mixtione politię, quæ communi nomine dicitur reſpub. ex politia paucorum & populari.

CAPVT I.

De optima ciuium vita, ac ciuitate, & optimis ciuibus.

IN primo cap. declarandū eſt quæ ſit optima vita: & quæ optima ciuitas. Hæc em̄ ſunt prævia ad cognitionē optimæ reipub. nā ſicut optima vita hominis pficit & ſeruat hominem. Sic optima reſpub. pficit & conſeruat ciuitatem: eſt em̄ optima reſpub. vt optima vita ciuitatis. Hic igitur tria agenda ſunt. Primo declarandū eſt quæ ſit optima vita q̄ poſsibilis ſit à pluribus hominibus pluribusq́ ciuitatibus haberi. Secundo qm̄ optima ciuitas eſt quæ cōſtat ex optimis ciuibus: declarandum eſt q̄ ſint optimi ciues. Tertio declarandum eſt, quæ ſit optima ciuitas.

Vita hominis optima qua ſit.

Quantum ad primum aduerte quòd vt declaratū eſt in libro decimo ethicorū in tract. ſecundo optima vita hominis & felicitas idem ſunt: felicitas autē vt illic declarauim⁹ eſt operatio optima nobiliſſimæ potentiæ & nobiliſſimi obiecti. Operatio autē optima eſt operatio ſecūdū virtutē: procedit em̄ à nobiliſſimo habitu: qualis eſt ſapientia. ergo vita optima hominis eſt operatio ſecundū virtutē non impeditā. Virtus autē vt declaratū eſt in lib. ſecundo ethico. tract. ſecundo cap. ſecundo eſt medietas quædā, vnde illic manifeſtauimus ꝙ virtus eſt habitus electiu⁹ in medietate conſiſtens quo ad nos determinata ratiōe: vt ſapiens determinabit. & huius declarationem vide illic. ergo optima vita hominis eſt vita media, id eſt operatio virtuoſa: q̄ ſinguli poſsūt acquirere: & ſimiliter plurimę ciuitates. Ordinaſ em̄ ciuitas vt declaratum eſt in libro primo, ad optimum bonū humanum: quod eſt bonum virtutis & quod ſolemus appellare beatitudinem.

Quan

Quantum ad ſm vt ſcias qui ſint optimi ciues: aduerte qđ ſecundū Ariſ. in cūctis ciuitatibus ciues diſtinguuntur in tres partes: quidam em̄ ſunt opuléti: quidam egeni: qdā medij: qui, ſ. mediocres poſsident diuitias: ita q̄ nec opulenti nec egeni ſunt: facta hac diſtinctiōe: ponitur affirmatiua concluſio de mediis ex intentione Ariſtotelis, & multipliciter probatur.

Optimi ciues qui.

Medij homines inter diuites & egenos ſunt optimi in rep.

Primo ſic: confeſſum eſt ab omnibus q̄ medium eſt optimum: vnde & vita ſecundum virtutem vt prædiximus eſt optima: qm̄ virt⁹ eſt medium: ergo ciues medij inter opulétos & egenos ſunt optimi: & mediocris eorum poſſeſſio eſt optima.

Secundo ſic: ciues facilius obedientes rationi & viuentes ſecundū dictamē rationis optimi ſunt. Hæc patet: ſed ciues medij ſunt tales: nam extremi puta opulenti: & q̄ excellunt alios aut diuitiis aut fortitudine corporis: aut pulchritudine aut generis nobilitate nó de facili viuunt ſm rationem: qm̄ aut cōtēnunt & vilificant inferiores ſe, aut iniuriantur & nocent, aut declināt ad cōcupiſcentias malas ꝓpter exceſſum diuitiarū aut pulchritudinis, & fiūt mali ac nequā. ſimiliter reliqui extremi, id eſt, egeni fiunt occultè praui, & in rebus exiguis fraudatores ex aſtutia ſua: pro quo aduerte q̄ aſtutia ꝓpriè dicit inclinationē ad inueniēdum varias vias ꝓ conſequendo fine nō recto: & actus ꝓcedens ex tali aſtutia, dicitur dolus val fraus. Dolus quidē ſi ordinatur ad nocendū alteri in ꝑſona vel in fama. Fraus autē ſi ordinatur ad nocendū in rebus. Quoniam igitur egeni ad fugandam inopiā ſolent ex aſtutia diuerſas inuenire vias, quibus aſſequantur diuitias: puta rapinas furta, ſimulationes: occulta homicidia ꝓditiones, falſa teſtimonia, ideo dicit Ariſt. q̄ fiunt nequam & praui & fraudatores: & ſic nō obediūt rationi. Mediocriter autē diuites, & mediocriter fortes aut pulchri, aut nobiles, non habent has occaſiones male viuendi, ideo faciliores ſunt ad viuendū ſecūdum rationem, ex conſequenti ſunt optimi.

Aſtutia qua ſit, cuius actꝰ ſunt dolus, ac fraus.

Tertio ſic: ciues medij amāt principes & afficiuntur rei publicæ, & cōſulunt bono communi. Extremi autē vt opulenti nō amāt principes: qm̄ nollent habere ſuperiores, nec eis obedire, nec curāt de bono reipublicæ imò ex ſua ſuperbia deſpiciunt: & egeni non amant principes: quoniam ſe extimant opprimi ab eis. Hæc autem damnoſa ſunt ciuitatibus: ergo patet quòd medij ciues ſunt optimi.

Quarto ſic: q̄ opuléti ſunt, & habent diuitias multas & amicos, & alia huiuſmodi, nec dominium alicuius pati vōlūt nec didicerunt pati, qm̄ à pueritia in delicijs & ꝓpriis affectibus enutriti nō cōſueuerūt alicui ſubiici & obedire, nec vt inquit Ariſt. præceptoribus in ſcholis obedire conſueuerunt: ex conſequenti nec addiſcunt. Qui autē valde egeni ſunt: adeo humiles & paruos ſe extimant, q̄ neſcirēt principari, ſed tātū ſubiici etiā principatui deſpotico, quo quis dominatur ſeruis. Si igitur ciuitas conſtaret ſolum ex opulentis & egenis, opulenti reputarēt ſe dominos & egeni eſſent ſub eis vt ſerui. Vtrunque autē malū eſt in ciuitate: ergo cōſtat q̄ extremi non ſunt ciues optimi, ſed medij.

Quinto ſic, opulenti contemnunt alios, vtpote habentes excellentiam in bonis fortunæ, quā non habent mediocres nec egeni. Pauperes autē inuident aliis, q̄a non habent vt alij bona fortunæ, nec ſciunt gerere magiſtratum. Medij autē non habent inuidiam, q̄a habent ad ſufficiētiā de bonis fortunæ, & non contemnunt alios: quia non ſunt excedentes in diuitiis. Sed inuidere & contemnere nocent reipublicæ, qm̄ frangunt amicitiam & concordiam, quæ neceſſariæ ſunt ad conſeruandam ciuitatem: vt declaratum eſt in libro octauo Ethicorum. Conſtat ergo q̄ medij ciues & non extremi ſunt optimi.

Ciuitas optima eſt qua ex optimis eſt ciuibus.

Quantū ad tertium ponitur hæc cōcluſio ciuitas eſt optima, q̄ conſtat ex ciuibus mediis, id eſt, in qua vt in pluribꝰ ciues nec valde diuites ſunt, nec valde egeni, ſed medio mō ſe habent: & probatur ſic. Bonitas & malitia totius reſultat ex bonitate & malitia partium, vt patet in naturalibꝰ & artificiatis & in quolibet genere. ergo ciuitas q̄ eſt qđdam totū ſi habet partes optimas erit optima, ſed q̄ habet ciues medios habet partes optimas. Probatum eſt em̄ quòd ciues medij ſunt optimi: ergo illa ciuitas eſt optima quæ conſtat ex ciuibus mediis: ex oppoſito peſsima eſt illa, quę cōſtat ex ſolis opulentis & egenis: vt declarabitur.

Ciuitas in qua viuitur ſine mutua offenſa optima eſt.

Præterea: talis ciuitas optimè ſaluat & pacificè ac ſine mutua offenſa ergo eſt optima. Conſequentia patet, declaratur antecedens: nā medij non concupiſcunt aliena: habent enim ad ſufficientiam, & ideo non inſidiantur aliis. Pauperes autem, quia indigent concupiſcunt & inſidiantur vt rapiant: nec bona ciuium mediorum ita rapiuntur ab egenis, vt bona valde diuitum: & ideo opulenti ſunt in continua ſolicitudine propter cuſtodiam diuitiarum ſuarū. Cū igitur medij non inſidientur alijs: nec alij ipſis, patet q̄ talis ciuitas optimè & pacificè ac ſine mutua offēſa ſaluatur: ergo eſt optima.

offenſa optima eſt.

Præterea: in tali ciuitate viuitur ſine periculo rerum & perſonarum, ergo eſt optima. Conſequētia patet: antecedēs probatur: non alia cauſa viuitur in periculo in ciuitatibus: niſi quia ſunt mutuæ inſidię & offenſæ. Sed vt diximus in tali ciuitate, medij non inſidiantur nec nocent aliis: nec alij ipſis: ergo in ea ſine diſcrimine viuitur, & hac de cauſa vt recitat Ariſt. Phocylides optabat mediis ciuibus optima volens & deſiderans eſſe ciuis medius in ciuitate, vtpote non approbans opulentiam: neque egeſtatem. Patet igitur q̄ ciuitas optima eſt illa: quæ conſtat ex mediis ciuibus.

Ciuitas in qua viuitur abſque re. & perſonarum diſcrimine optima eſt.

Ex his patet corellariè: q̄ optandum eſt vt qui ciuitatē gubernant, & in republica verſantur facultates habeāt ſufficientes, & non exceſſiuas: nam vbi alij nimis multa poſſident alij nihil: erit ibi aut ſtatus popularis, ſiue plebeius: ſi plebs infima cōcorditer inſurgit cōtra diuites: aut erit ſtatus potentiæ paucorū, in quo pauci diuites extreme dominantur ſm voluntatem & pro libito: aut erit tyrannis ꝓpter vtrunque exceſſum: nam ex ſtatu plebeio nimium ſuperbo: & ex paucorum potentia ad tyrannidem deuenitur. Ex mediis autem ciuibus non: quoniam contentantur ſorte, nec quærunt alios opprimere: felix ergo ciuitas quæ ex mediis ciuibus conſtat. Viuunt enim vt fratres & conſocij amicabiliter. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Cautū eſt vt gubernātes ciuitate mediocres diuitias habeāt.

CAPVT II.

De optima republica.

IN ſecundo capite inueſtigandum eſt quæ ſit optima reſpublica, an quæ conflatur ex valde diuitibus & dicitur politia potentiæ paucorū, an quę cōflatur ex plebe infima cōmuniter egena: & dicitur politia popularis & plebeia: an quæ cōflatur ex mediis. & hic duo agenda ſunt. Primò ꝓbandū eſt, q̄ reſpublica media, id eſt, quæ inſtituitur ex ciuibus mediis eſt optima. Secundò declarandum eſt qualiter aliæ politiæ ſe habent ad hanc mediam.

Quantum ad primum ponitur hæc concluſio, reſpublica quæ cōſtituitur ex ciuibus mediis eſt optima. Hęc quidē cōcluſio ſufficienter manifeſta eſt ex prædictis: nā ſi optimam ciuitatē conſtituunt ciues medij: quia ſunt optimi, conſequenter ex illis conſtituitur optima reſpublica. Eſt em̄ reſpublica ordo principatuum in ciuitate: vbi igitur erūt optimi ciues, erūt ordinatiſsimi principatus quib. regitur ciuitas: ad plenioré tamen doctrinā intendit Ariſtot. probare eandem concluſionem duplici ratione & duobus ſignis.

Reſpublica conſtituta ex mediis ciuibus optima eſt.

Prima ratio eſt hæc: pars media ciuitatis, id eſt pars mediocrium ciuium valentior eſt ac potentior, quàm aliæ duę extremæ diuiſim ſumptæ: nam ſi pars vna extrema puta pauperes plebei, velint ꝺ iuſtitiam & rationem inſurgere contra diuites & opprimere: medij iungunt ſe diuitibus, & reprimūt pauperes. Si autem diuites velint opprimere pauperes: medij iungunt ſe pauperibus & reprimūt diuites, & ſic medij obuiant exceſſibus q̄ ſolent oriri inter partes extremas. Sunt enim vt mediatores & curatores: ergo conſtat q̄ reſpublica conflata ex ciuibus mediis eſt optima.

Secunda ratio eſt hæc: ea reputatur optima reſpublica apud omnes, in qua nec ſeditiones nec pertubationes ciuiū oriuntur. Talis autem eſt reſpublica media: nam ciuitates magnæ hac de cauſa minus ſeditionibus ſubiacent: quia ſcilicet in eis magna eſt multitudo mediocrium ciuiū. Paruas autem ciuitates facile eſt ī duas partes extremas diuidi. Diuiſæ nanque ſunt in diuites & egenos: qm̄ ferè omnes ſunt aut opulenti aut inopes & quaſi nulli ſunt medij: ideo ī eis accidunt ſæpe ſeditiones ac perturbationes cum careant medijs obuiantibus huiuſmodi malis. Cum igitur reſpublica media careat ſeditionibus: patet q̄ eſt optima: & ſaluat ciuitatē: & vbi nō ſunt medij ciues in bona multitudine: ne ceſſe eſt rempublicā cito perire. Hac de cauſa gubernationes populares tutiores ac durabiliores ſunt q̄ ſtatus potentiæ paucorū. In populari nanque gubernatione plures ſunt medij: & magis participant principatu q̄ in ſtatu potentiæ paucorū. In illo em̄ ſoli diuites opulenti dominantur. conſtat ergo rempublicam mediam eſſe optimam.

Optima eſt reſpublica ī qua nulla ciuium diſcordia adſunt.

Primum autem ſignum vt inquit Ariſt. ſumitur ex eo, q̄ qui fuere optimarum legum conditores, non opulenti nec

inopes

Rempubli eam ex mediis ciuibus conſtantem optimã eſſe.

inopes:ſed ex mediocribus ciuibus fuerũt,vt Solon,ſicut ipſemet manifeſtat in carminibus ſuis,quę tamen Ari.nõ recitat,ſimiliter Lycurgus apud Lacedęmonas non fuit ex magnis.Non enim fuit rex,neq; Charundas apud Carthaginẽſes fuit ex opulẽtis nec ex egenis:ſed inter mediocres:ergo ſignum eſt, ꝙ mediocriter ſe habere inter diuitias & paupertatem eſt diſpoſitio deſeruiens optimę reipublicæ.

Secundum autem ſignum ſumitur ex hoc ꝙ ideo ſunt plures & frequentes reſpub.populares, & potentię paucorum in ciuitatibus:qm̃ ſępe contingit medios ciues eſſe in parua multitudine & tunc qui prędualent trahunt ad ſe gubernationem & inſtituunt iuxta voluntatem ſuam, verbi gratia,ſi opulenti ſuperant plebem pauperẽ, conuertunt reimp. in potentiam paucorum. Si autem plebs egena prævalet & excedit diuites,trahit ad ſe rempub.& inſtituit ſtatum popularem.Cùm ergo tales politiæ eueniãt, quæ non ſunt rectę,ex deficientia mediorum ciuium,ſignum eſt ꝙ reſpubli. conflata ex ciuibus mediis eſt optima.

Cur frequentius ſiunt in ciuitatibus politia paucorum, aut populares.

Et ſi quæras ꝓpter qd ita frequenter fiunt in ciuitatibus reſpub.populares,aut potentię paucorum cum illę deteriores ſint,& media ſit optima.Reſpõdet Ari.id ex duobus ꝓuenire.Primò qa inter opulentos,& multitudinẽ plebeiam accidunt frequentes ſeditiones ac pugnę, & q victores fuerint, neq; cõmunẽ amplius neq; æqualem volunt remp ſed vt victorię ſuę prędium & honorẽ trahunt rempub.ad voluntatem ſuam,& inſtituunt talem qualem volunt,& ſi opulenti vincunt:inſtituunt ſtatum potentię paucorum: ſubiicientes ſibi plebem. Si autem plebs vicerit,inſtituit politiã popularem,& ſic politia media non inuenitur apud eos.

Secundò qa in Gręcia qui antiquitus principatũ habuerunt,nõ reſpicientes ad commune bonum,ſed ad proprium inſtituerunt rempub. popularem, aut potentiæ paucorum. Qui autem ꝓceſſu temporis ſucceſſerunt iam enutriti & aſſueti ꝑdictis politiis,& aduertentes eas ſibi vtiliores,nõ curarunt aliam,licet meliorem inſtituere, & ita ex his cauſis euenit ꝙ raro vel nunquam conſtituitur optima politia ex mediis ciuibus.Vnus tamẽ vt inquit Ariſto.vir optimus fuit quem in ſingulari non nominat,qui ſolus inter omnes antiquos conſenſit ac ſuaſit conſtituendam politiam mediam, quẽ tñ alij audire noluerunt,nec q in ꝓceſſu temporis ſuccęſſerunt aſſentire volunt,& ĩ ciuitatibus iam conſuetudo obtinuit,qua non quærunt æqualitatem nec æquitatem:ſed aut quęrunt principari,aut magis eligũt ſuſtinere rempub. in qua enutriti ſunt,puta popularem, aut potentiæ paucorum quàm inſtituere meliorem, qualis eſt media. Patet igitur ex dictis,quæ ſit optima politia, & quas ob cauſas non inſtituitur in ciuitatibus.

Quæ politia ex politia paucorum, aut populari nobilior ſit.

Quantum ad ſecundũ aduerte ꝙ vt diximus in tractatu præcedenti ſpecies aliarum politiarum, & pręcipuè politiæ popularis ac potentię paucorum, plures ſunt. Quę autem ex illis ſit melior aut peior ſi comparentur ad optimam quam diximus eſſe mediam non eſt difficile videre:nam cũ reſpub.media ſit optima,& in quolibet genere quod eſt ꝓpinquius optimo ſit melius,quod autem remotius ſit peius, conſtat ꝙ illa ſpecies politiæ popularis & paucorum erit melior quę eſt ꝓpinquior mediæ puta prima ſpecies,& illa eſt peior quæ eſt remotior puta vltima eſt enim vt tyrannis. Quæ autem ſit prima & quæ vltima in politia populari & paucorum iam diximus in tractatu primo, capite tertio huius quarti libri,& tu vide illic.

Sed aduerte ꝙ Ariſt.intẽdit de meliori ſimpliciter & abſolutè,& non de melĩori ex ſuppoſitione.Nam nihil prohibet eam quæ nõ eſt melior ſimpliciter,eſſe meliorem & magis expedientem in aliqua ciuitate,puta ſi in aliqua ciuitate omnes ciues ſint æquales in libertate, tunc omnibus cõſideratis,melius eſt eos regi politia populari quàm media. Patet igitur quomodo aliæ politiæ ſe habent ad mediam. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De ſingulorum ciuitatum politia,quæ ſcilicet cui conueniat.

IN tertio capite inueſtigandum eſt, quæ & qualis politia q bus & qualibus ciuitatibus cõueniat & inueniatur,& hic tria agenda ſunt.Primò præponuntur duo vt principia vniuerſalia deſeruientia his,quę dicentur.Secundò declaratur quibus & qualibus ciuitatibus conuenit vna ex ſpecieb⁹ politię popularis,& quibus ac qualib⁹ ſpecies politiæ paucorum & quibus ac qualibus conuenit reſpubli.communi nomine appellata,de qua pertractauimus in tracta. ꝑcedenti, Tertiò excludemus erroré quorundã circa remp.optimatũ.

Quãtum ad primum præponuntur duo vt principia vniuerſalia deſeruientia propoſito noſtro.

Pars reipublicæ melior eſt,quæ ſalutem illius intendit.

Primum eſt,ea pars reipub.melior ac valentior eſt, quę vult & intendit rempub.ſaluari ac permanere,quàm ea quę tale bonum non intendit,& huius principalis ratio eſt. Qm̃ partes reipub.ordinantur in finem reipubl.finis autem eius eſt ſalus & permanentia:ergo pars volens talem finem melior & valentior eſt parte non volente,nec intendente talẽ finem,& ſi fieri poteſt abſcindẽda eſt à ciuitate vt membrũ corruptiuum totius.

Quæuis ciuitas & quanto,& quali componitur.

Secundum eſt,oĩs ciuitas componitur ex quali & quãto pro cuius notitia aduerte ꝙ Ari.per quale intendit qualitatem,ad quam habet reſpicere legis conditor inſtituens rem pub.& qui habet diſtribuere dignitates ac principat⁹ in ciuitate.Talis autem qualitas eſt vt diuitiæ & libertas, & ingenuitas,& nobilitas,& virtus.Per quantum autem intẽdit multitudinem populi prędualentem,& vt dicit Ari.aliquando contingit ꝙ vni parti ciuitatis ineſt quale:ſed non quantum. Alteri vero econtrario, ita ꝙ vna excedit alteram in qualitate,altera vero excedit in multitudine, verbi gratia, plures ſunt in ciuitate ignobiles quàm nobiles,egeni quàm diuites neque tñ tantum ſuperant quantitate,id eſt multitudine,quantum ſuperantur qualitate,puta diuitijs,nobilitate,&c.Et ideo legiſlator vt ſciat quæ & qualis politia ciuitati conueniat,debet comparare hęc adinuicem, puta defectum in vno,ad ſuperabundantiam in altero.

Quantum ad ſm aduerte,vt dicit Ariſto. ꝙ in ciuitate,in qua ſuperat pauperum multitudo iuxta proportionem dictam ibi competit ſtatus popularis,ac ſingulæ ſpecies eiuſdem ſtatus iuxta multitudinis exuperantiam:nam ſi agricolarum multitudo plus poteſt,competit eam regi prima ſpecie ſtatus popularis.Si autem tenuiorum & mercenariorum multitudo exuperat contingit eam regi vltima ſpecie. Iſti nanque minus ſunt ratione perſuaſibiles, magiſq; inclinant ad auaritiam,ideo conuenit eos regi ea ſpecie ſtatus popularis,per quam magis poſſint ſatisfacere auaritię ſuæ. Hæc autem eſt vltima ſpecies,qm̃ in ea dominatur populus non ſecundum legem,ſed pro voluntate ſua.Vbi autem multitudo eſt intermedia,congruit eam regi aliqua ſpecie interme dia popularis ſtatus.

Reſpublica quò magis mixta eſt & ad æqualitatem accedit, eo durabilior, ac melior eſt.

In ciuitate autem in qua eſt multitudo diuitum & nobilium,q̃ magis ſuperat qualitate quàm deficiat quantitate,id eſt,q̃ magis abundat in diuitijs & nobilitate, quàm deficiat in multitudine,conuenit eſſe ſtatus paucorũ,ac eodem mõ ſingulę eius ſpecies ſm exuperantiam diuerſam talium hominum:nam vbi eſt multitudo diuitũ mediocrium, cõgruit eam regi ſecunda ſpecie ſtatus paucorum in qua vt diximꝰ in tractatu primo ca. tertio huius quarti libri principantur mediocriter diuites,& ſi qui ex eis deficiunt eligunt ſibi cõ ſimiles in ſocios.Vbi autem eſt minor diuitũ multitudo habentium magnas diuitias,& ita magnas quòd mediocriter diuites licet plures ſint,non poſſunt ad tãtum cenſum pertingere,cõgruit eos regi prima ſpecie ſtatus paucorũ iuxta ordinem quem aſsignauimus vbi ſupra. Vbi vero ſunt diuites pauciores quã ꝑdicti,ſed ditiores,expedit eos regi tertia ſpecie.Vbi autem adhuc pauciores ſed ditiores quàm ꝑcedentes,conuenit eos regi vltima ſpecie,quę eſt peſsima, ſicut & vltima ſpecies politiæ popularis eſt peſsima & tyrãnica,vt in eodem loco declarauimus.

In ciuitate vero in qua legiſlator intendit inſtituere politiam,quæ cõi nomine dicitur reſpub.ſtudeat ad eam coaſſumere ciues medios,quos ſupra probauimus eſſe optimos, & hoc ſtudeat facere ſiue ponat leges conuenientes ſtatui potentiæ paucorum,ſiue conuenientes ſtatui populari. Sic enim ordinans rempubl. faciet ipſam ſtabilem nam ſi medij ciues vt pote optimi erunt coaſſumpti,conſeruabunt rempub.& ciuitatem à ſeditionib.& perturbationib.quę ſolent oriri inter pauperes & diuites vt declarauimus in capite ꝑcedenti,erunt enim conciliatores vtriuſque extremi, & ſic reſpub.accipiet ſtabilitatem,nec eſt timẽdum vt inquit Ari. ꝙ diuites conſpirent cum pauperibus contra ciues medios quia nunquam alteri alteris,id eſt diuites pauperibus, nec econuerſo ſeruire vellent,& ideo diuites potius eligẽt medios dominari quàm pauperes. Similiter eligent pauperes. Vnde,ſi communem ac temperatam rempub. quærunt, nullam præter hanc inuenient, in qua ſcilicet ſint coaſſumpti medij ciues:nam per vices gubernare non paterentur:puta quòd vno anno gubernarent diuites,& alio anno pauperes & hoc propter diſſidentiam quæ inter eos exiſtit. In cunctis vero locis arbiter eſt fideliſsimus,arbiter autem eſt me-

dius inter partes oppoſitas. Conſtat ergo ex prędictis, quòd reſpub. quanto magis eſt mixta, & accedens ad æqualitatem & differentiam: tanto durabilior ac melior eſt.

Iniuſtum fuerat pauperes in republica optimatum deſpici & eos non audiri in quibus iuſtum erat eos audiri.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ vt recitat Ariſt. fuerunt aliqui inſtituentes rempub. optimatum, qui non ſolum tribuebant plus diuitibus, quàm oportebat ſed & plebem ac pauperes excludebant nec audiebantur in his, in quibus erat iuſtum & ſecundum rationem eos audiri. Hos igitur reprobat Ariſt. vt errantes. nam ex tali inſtitutione neceſſe eſt procedente tempore ex minori malo, maius euenire: quia ex hoc quòd tribuebant magis diuitibus: & minus pauperibus quàm oportebat: quod vtique malum erat: neceſſe erat ſequi maiorem cupiditatem habendi in diuitibus. Nimia autem cupiditas habendi magis corrumpit rempub. quam exceſſus multitudinis egenæ. Malum ergo eſt in repub. plus tribuere diuitibus: & minus pauperibus quàm conuenit. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De vera Reipublicę conſtitutione.

IN quarto capite habemus complere conſiderationem de mixtione politię quæ cõmuni nomine dicitur reſpub. de qua perfunctoriè diximus in tract præcedenti cap. ſecũdo. Hic igitur plenius declarabimus quomodo dicta reſpub. cõponitur ex politia populari: & politia paucorum: & hic quatuor agenda ſunt. Primo recitanda ſunt inſtituta in politia paucorum contra populum egenum: & quę inſtituta fuerũt in politia populari contra diuites. Secundo quomodo accipiendo aliquod inſtitutum ex politia paucorum & relinquendo alia: Similiter accipiendo aliquod inſtitutum in populari & relinquendo alia, conflatur politia nominata reſp. Tertio ex quibus maximè debet eſſe dicta reſpub. Quarto, quare dictam remp. aliqui vocauerunt politiam populare, aliqui autem politiam paucorum, cùm tamen neutra earum ſit: ſed mixta ex illis.

Inſtituta quinque politiæ paucorum contra pauperes.

Quantum ad primum aduerte ꝙ vt dicit Ariſt. fauentes politiæ paucorum doloſe & ſophiſtice inſtituerunt quinq; quæ in rei veritate erant contra populum pauperem: licet non ita manifeſte: & ſic doloſe excludebant pauperes ciues à principatu. Hæc autem erant cõcio, Magiſtratus, Iudicia, armatura, & exercitatio.

Circa cõcionem inſtitutum fuit, vt ſub pœna diuites conuenirẽt ad publicas conciones pauperibus autẽ nulla pœna erat.

Circa concionem ordinauerunt omnibus tã diuitibus quàm pauperibus venire ad concionem: ſed pœnã appoſuerunt diuitibus ſi non adeſſent: pauperibus autẽ nullam: vel maiorẽ diuitibus pauperibus autẽ paruã: ex qua quidẽ inſtitutione deprehenditur quòd doloſe intendunt excludere pauperes ciues à repub. nam diuites ob aſsignatam pœnam cõpulſi erant accedere: pauperes autem quoniam nullam aut paruam pœnam incurrebant non curabant adeſſe: ſed magis intendebant acquirere ſibi victum aliquo labore: & ſic tacite ſubtrahebant ſe à repub. & remanebat inter ſolos diuites.

In politia paucorum diuites non poterant renũtiare magiſtratui, pauperes autem poterant.

Circa magiſtratum vel principatum inſtituerunt ꝙ & diuites & pauperes poſſent aſſumi ad principatum ſiue regimen ciuitatis. Sed vlterius ordinarũt pauperibus licere renunciare principatui ſibi aſsignato, diuitibus autem non licere. & apud intelligẽtes ꝓſtat hãc inſtitutionẽ ordinatam fuiſſe ad cautam excluſionẽ pauperũ à rep. nam qm̃ pauperes oportet intendere aliis vt habeant vnde vjuant: ex quo licet eis renunciare principatui propter quem nullam mercedem accipiebant, de facili ſubtrahebant ſe à principatu. Diuites autem qm̃ habent vnde viuant: & quoniam renunciare non poterant, ſemper in principatu continuabant.

Inſtitutum in iudicijs decernendis.

Circa iudicia ordinarũt tam diuites quàm pauperes poſſe iudicare & diſcutere diſcutienda. Sed vlterius inſtituerunt pœnam diuitibus ſi non iudicant: pauperibus vero nullam vel modicam, ſicut Charundas inſtituit in legibus ſuis. In aliquibus vero locis omnibus deſcriptis licet intereſſe iudiciis & concionibus. Quod ſi deſcripti non adſint & nõ exerceant officium ſuum: magnas pœnas incurrũt: vt metu pœnæ vitent deſcriptionem: ex conſequenti non exerceãt iudicia: nec adſint concionibus & ſic pauperes ciues recuſabant deſcribi ne pœnas incurrerent: ex conſequenti non exercebant iudicia: nec accedebant ad conciones.

Cautum fuit diuites non carere armis, pauperes autem carere.

Circa arma & exercitationem in armis inſtituerũt ꝙ nõ liceret egenis habere arma: nec ſe in illis exercitare: ſed relinquebant hoc beneplacito ſuo. Diuitibus autem liceret habere arma, & eorum exercitium: & inſtituerunt graues pœnas diuitibus non habentib⁹ arma: & ſe non exercentib⁹ in eis. & id quidem caute inſtituerunt: vt diuites ſoli poſsiderent arma haberentq; vſum & peritiam armorum, ex cõſequenti ſoli ſe conſeruarent in principatu ꝓpter ſuam potentiam. Pauperes verò qm̃ non timebant damnum non curabant arma nec eorum vſum: ex conſequenti non participabant in principatu. Hæc igitur fuerunt ſophiſmata eorũ qui politiam paucorum inſtituerunt: vt excluderent aſtute multitudinem pauperum ciuium à repub.

Inſtituta ꝓ popolari politia.

Sed vt inquit Ari. qui curarunt inſtituere politiam popularem: & contradicere politię paucorum: cõtra prædicta ſapienter inſtituerunt pauperib. ciuibus venientib⁹ ad concionẽs: & iudicantibus mercedem & ſalaria. Diuites vero ſi nõ veniunt nullam pœnam incurrunt: & ſi veniunt nullum ſalarium accipiunt: ex quo inſtituto deprehenditur ꝙ ſapienter diuites excluduntur à principatu. Pauperes enim ſciẽtes ſe accepturos mercedem: libenter & cum deſiderio accedebant. Diuites autem ex quo nec damnum propter non accedere nec mercedem propter accedere referebant non curabant intereſſe: & præcipuè qm̃ reputabant ſe inhonorari reſpectu multitudinis egenæ. & ſic tota principandi poteſtas relinquebatur apud multitudinem popularem.

Reſpublica quomodo ex popolari politia fit.

Quantum ad ſm̃ aduerte vt iam declarauimus in tract. præcedenti in capite ſecundo: & idem breuiter replicat hic Ariſtot. tunc optimè componetur politia nunc pata reſpub. ex populari & paucorum, ſi ab inſtitutis in politia populari ſumitur ꝙ pauperes accedentes recipiant mercedem: & diuites non accedentes incurrant grauem pœnam. Hoc nanq; modo omnes in repub. communicabũt: ſed prędictis modis ſolum altera pars: quia in politia paucorum ſoli diuites: & in populari plebs egena.

Reſpublica conſtare debet ex mediis ciuib. in armis maximè peritis, & exercitatis.

Quantum ad tertium aduerte ex intentione Ari. ꝙ politia dicta reſpub. debet conſtare ex poſsidentib. arma: & qui actu vtuntur ac exercentur in eis: & etiam qui in præterito docti fuere & exercitati in armis: nam talis reſpu. debet eſſe maximè ex ciuibus medjis: qui communiter plures ſunt in ciuitate: & vtuntur armis. Quanta autem debeat eſſe magnitudo cenſus & multitudo habitãtium: nondum eſt determinatum. Determinabimus autem in libro ſeptimo.

Tu tamen aduerte vt dicit Ari. ꝙ conſiderata qualitate ciuitatis: addi debet ad bonitatem reipub. cenſus largiſsimus vt qui participãt reipub. plures ſint quàm non participãtes: & hoc expedit inſtituere, ꝙ ſcilicet plures ſint participãtes reipub. quàm non participantes: nam pauperes & egeni volunt in ciuitate habere vitam quietam nec contumelijs affici nec auferri bona ſua ſi quę habent. Hoc autem non eſt facile obſeruare: quoniam principantes non ſemper ſunt mites & humani: & ideo difficile eſt ſeruare pauperes indemnes. Præterea, qui vtuntur armis, quando bellum eſt gerendum: & aliqui ex eis ſint pauperes, accipere volunt alimenta ab alijs pauperibus: & ſi non accipiunt, moleſtant eos: & ſi per vim accipiunt, pauperes non fuerunt: ſed inſurgunt contra illos. Vt igitur non poſsint inſurgere contra principantes, expedit eſſe plures habentes arma quàm non habentes.

Ex optimè meritis militia viris fit reſpublica.

Quod reſpu. debeat eſſe non ſolum ex his qui actu exercentur in armis ſed etiam ex exercitatis tempore præterito & ſolent dici veterani vel benemeriti bellatores, declarat Ari. exemplo Maſsilienſiũ: apud quos gubernatio reipu. erat ex iſtis: & creabant magiſtratum ex his qui actu militabant. Prima quoque reſpub. apud græcos cõſtituta fuit ex his qui bella gerebant: & à principio quidem ex equitibus: nam robur belli tunc in equitibus tantum habebatur. Peditatus em̃ niſi adſit ordo & diſciplina inutilis eſt. Huiuſmodi autem ordo in peditibus diſponendis & diſciplina antiquitus non peruenerunt ad cognitionem bellantium: & ideo totum robur belli & excellentia exercitus erant in ſolis equitibus.

Equitum laus.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ ideo aliqui vocabant politiam appellatam rempu. politiam popularem: quoniam creſcentibus ciuitatibus: facta eſt multitudo magna tenentium arma & bellantium: & iſti dominabantur. Vbi autem multitudo dominatur: videtur eſſe politia popularis & iõ eam quàm dicimus rempub. quidam popularem extimarũt. Quidam etiam appellarunt eam politiam paucorum: quoniam antiquitus rari erant inhabitantes ciuitatem: ex conſequenti pauci erant ciues medij & quoniam pauci erant qui gubernabant: ideo extimabatur eorum reſpubli. politia paucorum. Verum licet eſſent pauci quoniam reſpubl. erat optimè ordinata ideo ciuitas ſuſtinebat eorum principatum:

Reſpublica aliquãdo popularis, aliquando paucorum politia exiſtimata eſt.

& ſuffi

& ſufficiebant ad regendum ciuitatem. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS
in quartum librum Politicorum, tribus partitus capitibus.

¶De tribus partibus reipub. ſcilicet de publicis cõſiliis, de magiſtratibus, & de publicis iudiciis. Quę dicuntur pars cõſiliatiua, pars dominatiua, pars iudicatiua.

IN hoc tractatu quarto agendum eſt de tribus partibus, quæ ſolent eſſe in omni politia, à quarum bonitate & malitia pendet bonum & malum reipub. & totius ciuitatis, quarũ vna verſatur circa publica cõſilia, altera circa principatus, tertia circa iudices. Nã ſi publici conſultores de agẽdis ꝓ bono cõmuni, & principes, & iudices, prudentes recti ac iuſti fuerint, ciuitas bene ſe habet. Si autẽ imprudentes, obliqui, iniuſti auari fuerint, ciuitas peſsimè ſe habet, & ideo vt inquit Ari. ſtudioſus legis poſitor has maximè conſiderare debet: quoniam his bene ſe habentibus, id eſt bene diſpoſitis ac inſtitutis, neceſſe eſt rempub. bene ſe habere, & gubernandi formas adinuicem differre, eo ꝙ vt dicemus ſingulæ iſtarum differunt. Hic igitur tractatus tria capita continebit. In primo agendum eſt de parte conſiliatiua. In ſecũdo de parte dominatiua. In tertio de parte iudicatiua.

CAPVT I.
De communibus conſiliis circa agenda in ciuitate.

IN primo capite agendũ eſt de parte conſiliatiua, quæ verſatur circa cõmunia cõſilia de agendis in ciuitate, & hic quatuor agenda ſunt. Primò numeranda ſunt ea quæ cõmuniter cadunt ſub publico conſilio. Secundò ponetur diuiſio quadrimẽbris. Tertiò declarabitur in particulari, quis modus dictæ diuiſionis cui reipub. conueniat. Nam aliquis cõuenit politiæ populari, aliquis politiæ paucorũ, aliꝙs politiæ optimatum, &c. Quartò aſsignanda ſunt quædam expedientia & ſeruanda in politia populari & paucorum.

Nouẽ ſunt de quibus in republica cõſulẽdum eſt.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſt. ꝙ nouem ſunt, de quibus expediens eſt haberi conſilium publicum, & iuxta illud deliberanda ac decernenda ſunt.

Primò eſt bellum, pertractandum eſt etiam & inquirendum de conſilio communi ac decernendum, vtrũ expediat gerere bellum talem ciuitatem vel regionem, aut non.

Secũdũ eſt pax: vtrũ, ſ. debeat fieri cum hoſtibus vel non.

Tertium eſt, ſocietas ineunda: vtrum, ſcilicet debeat ciuitas confœderari cum alia, vt ſibi mutuo præſtent auxilia ac defendant contra impugnantes.

Quartum eſt lex, quæ ſcilicet leges aut ſtatuta fienda ſint in ciuitate.

Quintum eſt mors quomodo, ſcilicet & an quis pro tali vel tali delicto occidendus eſt vel non.

Sextum eſt exilium vtrum quis relegandus ſit vel non.

Septimum eſt publicatio ſeu confiſcatio bonorum, quomodo & quando & qua cauſa fienda ſit.

Octauum eſt, rationũ repetitio, quomodo ſcilicet principantes ſyndicandi ſunt.

Nonum eſt, creatio principantium & regentium ciuitatẽ, nã ꝙ commune conſilium creandi ſunt aut electione aut ſorte, & deliberandum quis horum modorum ſit melior.

Hæc ſunt quæ communi conſilio pertractanda ſunt ac determinanda.

Quantum ad ſecundum ponitur diuiſio continens quatuor modos generales.

Quatuor ſeruanda in cõmunibus cõſiliis.

Primus modus eſt, quòd omnes ciues conſulant & determinent de omnibus prædictis, ita quòd omnes congregentur, & congregati inquirant ac decernant de omnibus prædictis, prout contigerint.

Secundus eſt ꝙ non omnes ſed quidã puta principes & rectores ciuitatis de omnibus conſulant & determinent.

Tertius eſt, quòd ex prædictis numeratis, aliqui aliqua pertractent & determinent, puta de bello & pace, & alij alia, puta de ſtatutis ferendis, & alij alia, puta de morte & exilio, & publicatione bonorum.

Quartus eſt, quòd omnes de aliquibus numeratis conſulant & deliberent, puta de ſocietate ineunda cum alia ciuitate, & de bello ac pace, & legibus ferendis. Plures modos generales non poſſumus aſsignare.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ vt dicit Ari. primus modus videtur conueniens politiæ populari, ſ. ꝙ omnes ciues de omnibus conſulant & decernant: nam in ea politia maximè reſpicitur ad æqualitatem libertatis. Cum igitur omnes de populo ſint æqualiter liberi conueniens vſ, vt omnes interſint conſilijs communib. in quibus & quandocunque aliquod prædictorum determinandum eſt. Talem enim æqualitatem deſiderat populus.

In populari politia oẽs ciues de omnibus conſulere oportet.

Sed aduerte ꝙ de intentione Ari. hic primus modus cõpetens politiæ populari ſubdiuiditur in quatuor modos & oẽs inueniuntur ac ſeruantur in diuerſis politijs popularib.

Primus quidem eſt, ꝙ omnes de populo conueniunt ad oĩa conſilia communia, in quibus prædictæ agitãtur & determinantur. Sed non omnes ſimul cõueniunt, ſed prius vna pars puta hodie, cras alia, poſt cras alia, nec prius ſit vltima reſolutio quàm oẽs partes ſucceſsiuè collationes habuerit & inquiſiuerint ſuper cauſam ꝓpoſitam, puta ſuper mortẽ aut exilium alicuius, & hic modus videtur conueniens primæ ſpeciei politiæ popularis de qua diximus ſupra ꝙ agricolæ principantur in ea, & quoniam non habent niſi mediocres & tenues diuitias, ideo oportet eos intendere agriculturę ex qua victum ſumant, & hac de cauſa non poſſunt oẽs ſimul conuenire, ſed pars poſt partem.

In popularĩ politia oẽs ad omnia cõmunia conſilia cõueniũt ſed nõ ſimul ſemper, niſi in arduis tractandis.

Quędam tamen ſunt in quibus oportet omnes ſimul adeſſe, vt qñ aliqua lex ſtatuenda eſt in ciuitate, & quando tractantur quæ ad rempub. ſpectant, puta bellũ aut pax, & qñ debent audiri quæ à principibus & gubernatoribus annuntiantur populo.

Secundus modus eſt, ꝙ omnes ſimul cõueniunt in arduis pertractandis, vt in electione gubernatorum & principum, & ad ferendas leges, & ꝓ bello vel pace & pro correctione principum. Cętera verò vt mors & exilium & confiſcatio bonorum committuntur principibus diſcutienda & determinanda: quia hæc non tangunt vniuerſalem ſtatum ciuitatis, & hic modus videtur conuenire ſecundæ ſpeciei politię popularis, in qua vt diximus ſupra mediocriter abundãtes dominantur, & qm̃ non habent ſufficientes diuitias, nõ poſſunt ſemper intendere oĩbus pertractandis, ideo aliqua committunt aliquibus aut electione aut ſorte ad hęc determinanda deputatis.

Tertius modus eſt, ꝙ oẽs ſimul conueniunt in arduis, vt in creatione principum, in correctione eorundem, in deliberatione belli & pacis. Cætera vero magiſtratꝰ per electionem creati exequuntur. Sed differt hic modus à ſecundo qa magiſtratus in ſecundo creãtur per electionem aut ſortem, & ex quibuſcunque. In hoc autem tertio modo creantur ſolum per electionem, & non ex quibuſcunque, ſed ex ſcientibus propoſita eis commiſſa inueſtigare & determinare.

Quartus modus eſt, ꝙ omnes conuenientes ſimul de omnibus cõſulunt & ſententiant, ita ꝙ nihil committunt prinpantib. determinandum, ſed principantes ſolum habent annuntiare & publicare quod fuit ab omnibꝰ determinatum.

Et hic modus vſ conuenire vltimæ & peſsimę ſpeciei politiæ popularis, de qua diximus ſupra ꝙ proportionatur vltimæ & peſsimæ ſpeciei politię paucorum, quæ eſt tyrannica, & de hac iam loquuti ſumꝰ in tractatu primo, capite tertio huius quarti libri.

Patet igitur quomodo primus modus diuiſionis poſitæ, & quatuor, in quos ſubdiuiditur, conueniunt politiæ populari, & ſpeciebus illius.

Secundus autem modus præmiſſæ diuiſionis, ſ. quod ſolum aliqui, puta principantes conſulant & determinent de omnibus quæ ſupra numerauimus, videtur conuenire politiæ paucorum.

In politia paucorũ conuenit tãtum principantes conſulere de omnibus ac determinare.

Sed & hic modus ſubdiuiditur in quatuor. Primus eſt, qñ de omnibus conſiliantur & decernunt aliqui ex diuitib. mediocribꝰ, & ſunt plures habentes mediocres diuitias, & principantur ſin legem, ita ꝙ legem non poſſunt mutare, nec agere prohibita ex lege, ſed tantum exequi diſpoſita per legem, & quicunque acquirunt mediocrem cenſum poſſunt participare principatum tunc eſt vnus modus politiæ paucorum. Sed aduerte vt dicit Ari. ꝙ hic modus non eſt ſimpliciter & purè politiæ paucorum, ſed mixtus eſt ex politia paucorum, & ex politia quam appellamus rempub. nam mediocriter diuites ſicut ſupra declarauimus ſunt ciues medij & optimi, & ex talibus pręcipuè conflatur politia dicta reſpub. erit igitur hic modus mixtus, & eſt ciuilis propter eiꝰ mediocritatem.

Secundus qui ſimpliciter & pure cõuenit politię paucorum, eſt quãdo non omnes diuites de omnibus conſiliantur

& determinant. Sed quidam ditiores prioribus ad hoc electi: & dominantur ſecundum legem politiæ paucorum.

Tertius q & purè conuenit politiæ paucorum: eſt quãdo aliqui adhuc ditiores & pauciores prioribus principant & de omnibus cõſiliãtur ipſi ſoli: & habẽt poteſtatem eligẽdi alios: quando aliq ex eis deficiũt ex morte: & filij ſuccedũt in principatu vice patrum: & tamen dominantur ſm legem.

Quartus qui & purè conuenit politiæ paucorum ꝓ vltima & peſsima ſpecie: quæ eſt vt tyrannica vt ſuprà docuimus: eſt quando adhuc ditiores prioribus & pauciores principantur non ſecundum legem ſed pro voluntate ſua præualentes legibus: & de omnibus iſti ſoli conſiliantur & determinant: & exequuntur prout eis videtur & hic eſt peſsimus ſtatus oppreſsiuus ciuium mediorum & infimę plebis. Patet igitur quòd ſecundus modus diuiſionis præpoſitæ: & quatuor eius ſpecies conueniunt politiæ paucorum. Inter quas tantum prima ſpecies eſt mixta.

Quis conſiliandi modus mixtæ politiæ conueniat.

Tertius autem modus præmiſſæ diuiſionis, ſ. q̃ non omnes de aliquibus, ſed aliqui de aliquibus: & alij de aliis cõſiliantur ac determinant: ex intentione Ari. videtur conuenire politię mixtę ex politia optimatum & ea quæ appellatur reſpub. nam illic quidam per electionem deputati de aliquibus conſiliãtur & decernunt: puta de magis vniuerſalibus: & magis arduis, vt de bello, de pace, de correctione principum, de legibus ferendis. aliqui autem per ſortem deputati conſiliantur de aliis puta minus vniuerſalibus: vt de morte hominis, de exilio & confiſcatione bonorum.

Eũ ſorte eligere duplex modus.

Tu tamen aduerte q̃ deputare aliquos per electionẽ: videtur conuenire politiæ optimatum. Deputare autem per ſortem videtur conuenire politiæ quæ appellatur reſpubli. Sed deputare per ſortem cõtingit dupliciter, primo aliqui aſſumuntur per ſortem ex quibuſcunque indifferenter: & ſuper quem ſors ceciderit, ille aſſumitur: ſecundo: aliqui aſſumuntur per ſortem non ex quibuſcunque ſed prius facto ſcrutinio: ex quo genere vel ex qua peritia vel ex quo exercitio ſumendi ſunt: & id melius eſt, ne penitus inutiles aut imprudentes aſſumantur ad tantam prouinciam.

Quartus autẽ modus diuiſionis ꝓpoſitę, ſ. q̃ omnes iudicent & cõſilientur de aliquibus: & maximè in arduis: minus vero ardua cõmittentur aliq̃bus ad hoc deputatis: videtur conuenire politię optimatũ: vel ei quæ vocat reſpub. & id q̃dẽ prudentiſsime fit: nam q̃ magis ardua: vt bellum: & pax cũ aduerſariis & correctio principũ: ſecũ trahũt multã inimicitiã atque diſcrimina perſonarum: conueniens eſt vt omnes concurrant ad talia pertractanda: q̃m multitudo potentior eſt ad euitandum pericula & inimicitias quàm pauci deputati. Quæ autem ſunt minus difficilia poſſunt cõmitti aliquibus particularibus: quoniam non ſecum trahunt tãtam inimicitiam: vt punire homicidam expoliare inobediẽtem: relegare ſeditioſum.

Patet igitur qũo quilibet modus diuiſionis præpoſitę alicui ex quatuor rebuſpublicis cõuenit, aut purè, aut mixtè. Quatuor aũt reſp. ſunt politia popularis, paucorũ, optimatum, reſpub. quæ communi nomine ſic appellatur: de qua ad plenum diximus in tract. ſecundo huius quarti libri.

Quantũ ad quartum aduerte q̃m videntur magis in vſu politia popularis & paucorũ: licet imꝑfectiores ſint quã ea quæ eſt optimatũ: & quæ dicitur reſp. ideo Ari. adducit quę dã expedientia & opportuna ꝓ vtraque politia: ex quibus ſeruatis melius ſe habebunt in conſiliis & determinationibus cõmunib⁹: & ꝓ politia populari duo ponit opportuna.

Expedit populari politiæ ſeruare illud quod circa conſilia & iudicia ſeruatur in politia paucorum.

Primũ eſt politię populari & maximè ꝓ vltima ſpecie ĩ qua populus dominatur non ſm legem: ſed ꝓ voluntate: expedit ordinare ac obſeruare illud quod circa conſilia & iudicia in paucorũ ſtatu obſeruatur, ſ. q̃ diuites ſi non acceſſerint ad cõmunia conſilia & iudicia: grauiter mulctentur: ꝓ pauperibus verò ſtatuatur q̃ ſi acceſſerint, mercedem tantam vel tantam recipient: nam ſi omnes conuenerint melius conſilia dabuntur & determinabunt. Quod enim non videbũt diuites: videbunt forte pauperes & econuerſo: & quod cõmuniter deliberabunt, cõmuniter exequẽtur: expedit ergo ſpeciei politię popularis: q̃ populus medius cum diuitibus & nobilioribus: & etiam infima plebs: ad conſilia & iudicia conueniant: facta ordinatione prædicta.

Sed forte dicet aliq̃s: nõ eſſe expediẽs in tali politia ordinare mercedẽ pauperibus: nã cũ ſint coĩter plures quã diuites: tracti ex amore mercedis in tãta copia cõuenięt q̃ cũ fuerint plures q̃ nobiles: oĩa determinabunt pro libito ſuo nec obſeruabũt ſi q̃d cõcluſum fuerit per diuites & nobiles

Non ſemper

Huic periculo Ari. remedium inuenit dicens. Si plebis & pauperum multitudo excedit oẽs ciues medios: & etiã nobiles: tunc ad euitandum periculum p̃dictum non eſt conſtituenda merces omnibus: ſed quantis rñdet numer⁹ nobiliũ: aut oportet ex oĩ multitudine tot ſortiri qui ad conſilia accedant: & illis conſtituenda eſt merces: alij aũt non habeant autoritatẽ accedendi: & ſic euitabitur periculum.

pauperib. ciuibus in republica cõſtituenda eſt merces pro magiſtratu gerendo.

Secundum opportunum eſt hoc: expedit politiæ populari adhoc q̃ conſilia cõia & iudicia fiãt pacifica & efficacia: q̃ ex oĩbus partibus ciuitatis aſſumantur aliqui vel per electionem vel ꝓ ſortem, qui de occurrẽtib. cauſis publicis habeant conferre & deliberare: verbi gratia tot ex nobilibus, tot ex medijs tot ex plebe: vel tot de tali vico: & tot de tali: ita tñ q̃ tot ex vna parte eligantur: quot ex alia: vt ſemp ſeruetur æqualitas: nam ſic erunt magis cõcordes: & efficaciores ad exequendum deliberata.

Conſilium ꝓ popularipotentia.

Pro politia autem paucorum Ari. ponit tria opportuna: quib⁹ ſeruatis conſilia cõia & determinationes ac ſententiæ erunt maioris firmitatis: & efficacius exequentur.

Tria opportuna cõſilia pro cõſeruatione politiæ paucorum.

Primũ eſt, qñ in tali politia debet fieri conſilium & deliberatio de aliquibus ex prænumeratis, puta de bello, aut pace, aut ineunda ſocietate cum alia ciuitate fauentes huic politiæ & principantes, debent vocare aliquos de populo, puta eos, qui aliqualiter ꝑeminẽt populo: veluti duces & cõſules aut conſeruatores populi & legum cuſtodes: & cum eis tractare de conſulendis ac deliberandis: nam ſeruato hoc mõ: multitudo popularis extimabit ſe participare in cõibus cõſilijs ac determinationib. ex eo q̃ præeminentiores de populo vocantur: & conferunt de conſulendis, &c. Et tunc populus non diſſoluet quæ in conſilio deliberata fuerint: ſed exequetur ſimul cum potentia paucorum, id eſt cum diuitib. & nobilibus principantibus.

Ante ſententiam cẽſerẽda ſunt populo quæ agenda ſunt.

Secundum eſt, antequam feratur de aliquo conſulto ſententia, inquirẽda eſt opinio populi ſuper illud. & quidem ſi populus approbat conſultum per paucos principantes: fertur ſententia, ſi non nihil ſententietur ɔrium populo: quoniam inſurget populus contra paucos: & diſſoluet quod cõſultum ac ſententiatum fuerit. Prędicto autem mõ ſeruato & conſilium & ſententia firmabuntur: vel facere q̃ omnes ſint participes in conſultando: deliberandi verò poteſtatem relinquere magiſtratibus.

In paucorum politia non expedit populo committere poteſtatem abſoluendi reos.

Tertium eſt, in ſententia abſolutiua & condemnatiua faciant modo oppoſito reipu. ſiue ſtatus popularis: nã in reipublica: ſoli principantes habent poteſtatẽ abſoluendi aliquẽ. Non autem habent poteſtatem condemnandi, puta ad mortem: vel ad exilium, ſed hęc poteſtas ꝑmanet apud populũ: & ideo quoties ſententiæ condemnatiuæ ferendæ ſunt: recurſus fit ad populum: ſed in politia paucorum, dicit Ariſt. expedit facere oppoſitum, vt ſcilicet populus abſoluat: & pauci principantes condemnent: nam, ſi in abſoluendo aliquem dant poteſtatem populari multitudini: facient eã ſibi beneuolam quę communiter odit ſtatum paucorum. Si autẽ in ꝺdẽnando committunt poteſtatẽ populo erit contrarius eis: nam condemnationes puta ad mortem: vel relegatio vt in pluribus non fiunt niſi contra eos qui commiſerunt delictum contra principes: & quoniã populus inimicatur principantibus in ſtatu paucorum, quoniam deprimitur & male tractatur: ideo ſi dabitur poteſtas condemnandi populo: populus non condemnabit ſed ſtudebit abſoluere: vel condemnabit citra condignum. Non ergo in tali ſtatu expedit committere populo ſententias cõdemnatiuas: ſed ſufficit quòd poſsit abſoluere. De parte igitur reipubl. conſiliatiua & deliberatiua ſic determinatum ſit. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De magiſtratibus & officiis ciuitatis inſtituendis, & eorum munere agit.

IN ſecundo capite agendum de parte reipub. dominatiua, & eſt de magiſtratib. & officijs: quę ſunt neceſſaria vel ad bene eſſe ciuitatis. Eſt enim ciuitas vt nauis: quę diuerſis rectoribus & officialibus regitur & ſeruatur: & hic tria agenda ſunt. Primo aſsignandę ſunt plures ſpẽs ac differentiæ magiſtratuũ ſeu officialium ciuiliũ. Secundo aſsignandi ſunt diuerſi modi inſtituendi ſeu creandi principatus ciuiles. Tertio declarandum eſt quòd diuerſis politijs competunt diuerſi ex illis modis.

Plura eſſe in ciuitate officia, & magiſtratus eſſe oportet.

Quantum ad primum aduerte vt dicit Ari. q̃ differentias principatuum & ſpecies conſtat quidem primo aſpectu eſſe plures: q̃m ciuitas non niſi diuerſis officijs regi poteſt: & quidem q̃ differentiæ ſint multæ patet ex his quæ dicemus.

Primo

Primò in ciuitate ſunt quidam principantes habentes au toritatem ſuper omnia ciuilia, quidam autem habent autoritatem particularem in vno genere tantum, vt intendentes vectigalibus, & prouiſores victualium.

Secundò aliqui principantur per ſex menſes, alij per annum, alij plus.

Tertiò aliqui ſunt perpetui, aliqui temporales, ſed per multum tempus.

Quartò aliqui plures aſſumuntur ad eundem principatum, aliqui tantum ſemel.

Quintò aliqui aſſumuntur per electionem, aliqui perſortem, & de omnibus his debet politicus conſiderare.

Quòd autē in ciuitate plures debeāt eſſe ſpecies principatus & officialium, manifeſtum eſt, qm̄, cum ciuitas componatur ex diuerſis partibus, quales ſunt nobiles, & ciues medij, & artifices, & mercenarij, & bellatores, indiget diuerſis rectoribus & officialibus, quorum prudentia & tota ciuitas, & ſingulæ partes regantur, verum q & quot determinate debeant eſſe difficile eſt diffinire: na licet ciuitas indigeat multis ꝑſidentibus ꝓ diuerſis negociis & cauſis, nō tm̄ omnes ꝓpriè nuncupandi ſunt principatus, aut magiſtratus, licet eligantur vel ſorte aſſumantur, vt prę ſideant tali, vel tali officio, aut negocio, ſicut ſunt omnes infra ſcripti.

Sacerdotes oportet eſſe in ciuitate. Primò, neceſſe eſt in ciuitate eſſe ſacerdotes, qui diuino cultui, & ſacrificiis, & cæremoniis ſuperintendant. Iſti non ſunt extimandi principes, nec domini ciuiles, licet per electionem aſſumantur ad tale officium: quoniam ſacerdotiū aliud quid ponendum eſt à ciuilibus magiſtratibus.

Domini ſuper pompis ſunt̄ oportuni ciuitati & etiam præcones, legati & alij quā plurimi. Secundò ſunt in ciuitate deputati ſuper pōpas, ne q s, ſ. in pompis excedat ſtatum ſuum, ſunt præcones, q communia nunciant, ſunt legati qui ſunt nuncij ad externas regiones & principatus, ſunt q ducūt exercitum, ſunt q de pueris ac mulieribus regulandis inſtituuntur curatores, ſunt q eligūtur ad diſtribuendam annonā, ſunt & alij, quos non principes, ſed miniſtros vocamus, qui tamen eliguntur ad diuerſa ciuitatis officia, & ſi ad ea opuléti eligūt, ſubſtituūt ſibi ſeruos, qui talibus officiis ſuperintendant, & exequāt, oēs ꝑdicę ſpecies nō ꝓpriè principatus, ſed ciuiles curę dicuntur.

Qui propriè ſint principatus. Illi autem ꝓpriè & maximè ſunt principatus ac magiſtratus, quando aſſumpti per electionem, aut ſortem habent autoritatē conſiliandi & deliberandi & ſtatuendi & ꝑcipiēdi ſuper aliqua ſibi commiſſa, ſiue ciuilia ſiue criminalia, ꝑdicti enim actus maximè ſpectant ad principes, inter quos prę cipuū eſt præcipere. Hoc enim imperioſius eſt. Licet autem conſtet hos propriè eſſe principatus, tamen dubitatur, ac difficile eſt determinare, quales & quot ſunt neceſſarij in ciuitate, vel ſaltem vtiles in omni republica, & præſertim in paruis ciuitatibus.

Verum vt habeatur aliqua reſolutio in hoc propoſito, proponuntur de intentione Ariſtot. aliqua dubia, & reſoluentur, ex quorum reſolutione manifeſtabitur diſtinctio & vnitas principatuum, quos expedit eſſe in ciuitate.

Primum igitur dubium eſt hoc, vtrum expediat vnum hominem habere plures principatus, vel ſingulos homines ſingulos principatus.

Num expediat vnum hominē plures in ciuitate habere principatus, vel ſingulos. Ad hoc reſpondetur ex intentione Ariſt. q aliud expedit in magnis ciuitatibus, aliud in paruis: nam in magnis expedit ſingulos ad ſingula dominia deputari. Sufficiens eſt em̄ multitudo ciuiū ad ſingulos magiſtratus ſingulariter gerēdos, & expedit, q aliqui multo tempore in vno principatu permaneant, aut tantū ſemel principentur, nec reaſſumēdi ſunt, qđ non cōtingeret ſi vnus multos teneret principatus.

Præterea, vnumquodque opus melius ꝑficitur ab vno intendente ſolū ſuper illud, quàm ſi circa multa intendens diſtrahatur. Melius eſt ergo in ciuitatibus magnis, vni tantum vnum principatum tribui, quàm vni plures.

In paruis ciuitatibus expedit vniplū tribuere principatus. In ciuitatibus autem paruis, etiam quòd ſecūdum ſe nō multū expediat, tamen neceſſe eſt vni plures tribuere principatus: nam cum pauci ſint ciues in eis, non eſt facile multos inuenire, quibus ſingulariter ſinguli tribuantur principatus: nam poſt eos non eſſent idonei ſucceſſores in ſingulis principatibus: ideo, &c.

Sed dicet aliquis, non expedire paruæ ciuitati, vnum tenere plures principatus, eadem ratione, quæ adducta eſt de magna ciuitate. Dictum eſt enim non expedire, quoniam ſuperintendens pluribus diſtrahitur, & minus curat ſingula, & ratio huius eſt, quia cura circa vnum impedit, aut debilitat curam circa alterū, ſed hęc ratio ita valet in parua, ſicut in magna ciuitate: ergo, &c.

Ad hoc dicen dū, q licet non ſit expediens abſolutè, eſt tamen expediens in parua ciuitate: quoniam cōſiderata ciuium paucitate, non eſt modus melior in tali propoſito, nec eſt verum vniuerſaliter, q cura circa vnum impediat curam circa alterum, niſi quando illa ſunt penitus diſparata, & nullum ordinem habent adinuicem, nec propinquitatem, ſicut regere exercitum, & conſultare in ciuitate ſuper lites ciuium. Si autem illa habeant conformitatem & quandam ꝓximitatem, ita q quaſi eiuſdem rationis eſt curare hoc & illud, non eſt verum q cura vnius impediat curam alterius, quoniam proportionaliter eſt quaſi vna cura vtriuſque, vbi gratia curare honeſtatem circa pueros, & circa mulieres. Quoniam ergo in ciuitate parua, propter paucitatem hominum, qui ſint apti ad principandū, non poſſunt ſinguli ſinguli principatus tribui, nō inconuenit vnum habere plures. Aduertendum tamen, q vni non dentur plures principatus omnino diſparati, ſed ſint ꝓportionati & veluti ꝓximi, tūc enim vnum non impedit alterum, ſed vt inquit Ari. ſe habēt vt plura lumina vni obeliſco impoſita, quorum vnum non impedit aliud ab illuminatione. Hæc dicta ſint ꝓ reſolutione primi dubij.

Vni plures debēt tribui principatus, propinquitatem, non autē diſparati.

Secundum dubium eſt, vtrum principatus debeant diſtingui & plurificari ſm̄ diſtincta loca, & ſecundum diſtinctos principantes. verbi gratia, Contingit alicui committi cura honeſtatis in foro, & alteri cura honeſtatis in alijs partib. ciuitatis, contingit etiam q vni committitur cura honeſtatis in foro, & in omnibus alijs partibus ciuitatis. Dubitatur igitur, vtrum ſit vnus principatus honeſtatis in foro, & in alijs partib⁹ ciuitatis, aut plures, cum ſint diſtincta loca, forū & aliæ ꝑtes ciuitatis, & alius ſit principans in foro ſuperintendens honeſtati, & alius in alijs partibus, & poſito etiam, q ſit vnus præpoſitus honeſtati in foro & in alijs partibus ciuitatis, dubitatur, ſi hmōi principatus ſunt plures ꝓpter diſtincta loca, licet prępoſitus in omnibus locis ſit vnus.

Num ex locis, vel principātibus diſtinguendi ſint principatus.

Pro reſolutione huius dubij & ſequentium aduerte hanc diſtinctionem, ex qua declarabitur propoſitum.

Forma principatus finis eſt autoritatis eius, materia verò ſunt loca diuerſa, ac hominum multitudo regenda.

Sicut entia naturalia diſtinguuntur abinuicem per formam & materiam, puta diſtinguitur homo ab equo, q a habent diſtincta corpora & diſtinctas animas, ſic & principatus diſtinguunt̄ p formam ſuam & materiam. Forma autem principat⁹ eſt aliqua virtus, ſiue ptās ſiue autoritas. Hæc em̄ dat eſſe principatui. Nullus em̄ eſt principatus, ſi non adſit aliqua ptās & autoritas, ſicut nō eſt animal ſi non adeſt anima. Poteſtas autem attenditur in ordine ad finem, propter quem inſtituitur principatus: ergo diſtinctio principatuum ſumenda eſt à fine. Finis autem principatus eſt duplex, ſ. remotus & ꝓpinquus finis remot⁹ eſt ſicut finis totius rēipu. ad quem vltimate ordinantur omnes principatus, & ꝑcipuè principatus primus ac ſupremus. Finis autem ꝓpinquus eſt ad quem immediatè conſequendum ordinatur particularis principatus, verbi gratia finis ꝓximus imperatori in exercitu, eſt victoria, finis ꝓximus principatus iudicum eſt iudicare & ſententiare ſm̄ legem & iuſtitiam. Materia autem principatus eſt illud circa quod verſatur, vt circa loca conſeruāda, & circa aliquam humanam multitudinem regulandam.

Principatus nonnunquā ex pluralitate locorū diſtinguuntur aliquādonū.

Ex hac diſtinctione dico ad dubium, q cum principatus recipiat vnitatem & diſtinctionē ex forma, id eſt ex fine, ad quem ordinatur ptās, & ex materia, vt ex loco & ex multitudine hominum regulanda, poſſunt loca eſſe ita diſtincta abinuicem, q vnus homo non poteſt in omnib⁹ dictis locis dominari, nec regere, & tunc vnus principatus diuiditur in plures, ſicut ſunt plura loca. Prętera, ſi magna ſit ciuiū multitudo, quæ non poſſit per vnum ſolum deputatum regi, neceſſe eſt principatum vnum ſm̄ ſpeciem diuidi in plures. Si autem loca ſint ꝓpinqua, aut parua ſit multitudo regulāda, tunc plures principatus vniuntur in vnum, quia idem homo poteſt eſſe in illo caſu ſufficiens exercere plures principat⁹. Contingit etiam diuerſos principatus ſm̄ materiam coniungi in vnum, & maximè eos, qui ordinantur ad vnum finem, licet diuerſificetur talis finis non ſm̄ rem, ſed ſecundum diuerſum modum ſe habendi ad illum, ſicut contingit eūdem habere curam de habitu & ornatu virorum & puerorum & mulierum, vbi loca ſunt ꝓpinqua, & multitudo regulanda, eſt parua. Quando igitur queritur vtrum principat⁹ debeat plurificari ꝓpter diuerſitatem locorum & principantium. &c. Reſpondendum eſt q aliquando ſic, puta quando loca ſunt multum diſtantia, & hominum regendorum eſt copioſa multitudo, aliquando autem non, quando ſ. eſt oppoſitum, vt diximus.

Num ex negotijs, aut

Tertium dubium eſt, vtrum principatus debeant diſtingui ſm̄ negotia, quæ pertractantur, an ſecundum perſonas, quæ

personis regulandis distinguuntur magistratus.

quæ regulantur in talibus negociis, verbi gratia vtrum sit idem principatus, in quo habetur cura de honestate puerorum, & ille, in quo habetur cura de honestate mulierum.

Ad hoc dicendũ ex intentiõe Ari. ꝙ aliquãdo distinguũt ſm distinctionem negotiorum: qm̃ distincta negotia ad distinctos fines ꝓximos ordinãtur, vt militia ad victoriam, & iudicare ad iudicia, ideo alius est principatus militaris, aliꝰ iudicialis. aliquãdo aũt distinguuntur ex distinctione pſonarum: q̃ regulantur: licet negotium & finis ad quem ordinant, videantur esse idẽ. Distinguitur auté in tali casu principatus, qm̃ licet sit idẽ finis ſm rem, tñ personæ regulandæ non eodem modo, sed diuersimode se habent ad illum. sicut exẽplificatũ est de honestate siue de ornatu virorũ & puerorũ & mulierũ. Nam licet debitus & honestus ornatus sit vnꝰ finis talis principatus, tamen qm̃ ad talẽ finem aliter se habet vir, aliter puer, aliter mulier, qm̃ alio modo ornãdus est vir, alio modo puer, alio modo mulier, ideo alius est principatus per quem curatur honestus ornatus adultorũ, & aliꝰ ꝙ quẽ ille, q̃ est puerorũ & alius, per quẽ ille, q̃ est mulierũ. Patet igitur quid dicendum sit ad tertium dubium.

Quartum dubiũ est, vtrũ distinguant principatus ſm distinctionem politiarum. verbi gra, vtrum in politia populari & paucorũ, & optimatũ, & in monarchia regali sint iidẽ principatus habentes potestatem: licet non existant ex ęqualibus, vel similibus sed potius ex dissimilibus: qm̃ in statu optimatum principantes sunt virtuosi ac docti, in statu paucorum, opulenti: in statu populari, liberi. vel ingenui.

Principatus distinguuntur ex variis politiis.

Ad hoc dicendum est ex intentione Ari. ꝙ sic: qm̃, vt dictũ est in distinctiõe ꝓmissa, principatus nõ solum distinguunt, ſm materiã, sed & ſm formã: forma aũt in pricipatu est potestas, potestas aũt ordinat ad finem: quæ auté sunt ad finẽ distinctionem sumunt à fine: finis vero principatus, vt diximus, est duplex, scilicet remotus & propinquus: principatus igitur diuersarum politiarum distinguunt ad distinctionem earum, qm̃ ordinantur ad diuersos fines. Alius em̃ finis intẽditur in monarchia, alius in statu optimatum, alius in statu paucorũ, vt declarabimus in lib. 5. & 6. Tu tñ aduerte, ꝙ sicut oẽs politiæ habent attributionem ad vnam primã & optimã, & tanto ꝑfectiores sunt, quanto magis propinquant ad illã, & imperfectiores quanto magis distant. est em̃ politia analogũ quoddã, vt diximus in primo tract. cap. 1. huius quarti libri sic principatus politiarũ posteriorum habent attributionem ad principatum primę & optimæ politię, ita ꝙ quanto magis ꝓpinquant aut distãt ab illo, tãto ꝑfectiores vel imperfectiores, sunt. Patet igitur ꝙ simpliciter tenendũ est principatus distingui ad distinctionem diuersarum politiarum, quoniam ordinantur ad diuersos fines.

Principatus aliqui proprij sunt nõ nullis politiis, non autem aliis, vt deliberatiuum, & consiliatiuum.

Hæc dicta sint de distinctione & vnitate principatuũ cõmuniũ. Vltra auté istos, vt dicit Ari. sunt quidã principatus ꝓprij quibusdã politiis, & nõ aliis. vt in politia paucorũ est principatꝰ deliberantiũ siue determinantiũ de negociis ciuitatis. Principatus auté cõsiliantiũ inuenit in politia populari. nã cum populꝰ siue plebs deficiat ratiõe & scientia & prudentia, indiget aliqbus consultantibꝰ: quorum prudentia dirigatur, ne insoleſcat, & temere operetur. In aliquibus autem est principatus deliberatiuus & principatus consiliatiuus: sed deliberatiuus est supra consiliatiuum.

Tu tñ aduerte, ꝙ in aliqua politia populari non est determinatus principatus cõsultantiũ, qm̃ totus populꝰ ꝯueniens pertractat de omnibus agendis cõmunibꝰ: & hoc maximè fit: qm̃ non venientibus statuitur pœna, & venientibus merces. Tunc enim omnes accedunt aut timore pœnæ aut mercedis amore: & conferunt ac determinant de omnibus, ideo non instituunt aliquos determinatos consultores.

In politia autem optimatum, siue in ea quę dicitur resp. est particularis principatus sup̃ curam habendã de pueris, ꝙ honeste nutriantur & erudiantur: & ne insurgant contra ꝓgenitores: & de mulieribus: circa ornatum & pudicitiam suam. Hic autem principatus nõ est in politia populari, aut plebeia: quoniam cum pro maiori parte sint pauperes: non prohibent mulieres suas ire ad negociationes, imò præcipiunt: nec est in statu potentiæ paucorum: qm̃ mulieres diuitum nutritę in deliciis nolunt viuere ſm motum rationis, sed concupiſcentiæ: ideo superfluus & inhonestus ornatus, & luxuria illic abundat. Hæc de institutione & pluralitate principatuum ciuilium dicta sint.

Quantũ ad secundum assignandi sunt modi instituendi principatꝰ & gubernatores ciuitatis. & vt summariè ꝓpositum resoluatur, ponemus infrascriptas distinctiones.

In primis

Prima est in institutione principum siue gubernatorum tria consideranda sunt. Primo qui debeant esse instituentes & creantes. Secundo ex quibus vel ex quo genere debent principes assumi. Tertio quibus modis debent institui.

Principum creatione tria seruanda sunt.

Scda est, Instituentes possunt esse in duplici differentia qm̃ aut omnes conueniunt ad instituendum principes: aut tantum aliqui determinati præter quos nullus alius habet auctoritatem instituendi.

Instituentes prĩcipes sũt in duplici differentia.

Tertia est, qui instituuntur & assumunt in principes, possunt assumi dupliciter. qm̃ vel ex omnibus indifferenter: ita ꝙ quilibet ciuis cuiuscunque generis, aut cõditionis sit potest assumi in principem, vel ex aliquib. tantum: puta ex diuitibꝰ: vel ex virtuosis & doctis: vel ex tali gñre: vel ex aliquo alio: sicut accedit apud Megarẽses apud quos assumũtur in principes illi, qui fauent populo: & adhærẽt illi, ac adiuuãt tempore necessitatis: puta pugnantes cum populo ꝯ aduersantes, aut grauantes & opprimentes eos: vt contingit in ciuitatib. in quibus sunt aliq̃ multũ nobiles ex gñre, & valde diuites. Tales em̃ conant̃ subijcere multitudinẽ populare & grauare, aut rapiendo bona, aut onerando laboribus duris.

Duo eligendi modi.

Quarta est qui instituuntur in principes: siue instituãtur ex omnib. siue ex aliquibus determinate, duobus modis possunt institui, quoniam aut electione, aut sorte.

Et aduerte ꝙ ex secunda & tertia & quarta distinctione possunt trahi duodecim modi instituendi principes, quorũ ordo est iste.

Modi instituendi duodecim sunt.

Si omnes instituunt, aut ex omnib. aut ex quibusdã: si ex omnibus, aut sorte, & sic habemus primum modum: aut electione, & sic habemus ſm aut diuisim, puta per tribus & cõuentus & societates, quousq; fiat transitus per omnes ciues, & sic habemus tertium: aut coniũctim, ita ꝙ semper ex omnibus ciuib simul sumptis instituantur, & sic habemus quartum: aut partim hoc modo, s. ex omnibus diuisim: & sic habemus quintum: aut partim illo modo, s. ex omnibus coniunctim & sic habemus sextum. Si non oẽs, sed quidã instituũt. hoc põt contingere sex alijs modis: nam aut instituunt ex omnibus, aut ex quibusdam: si ex omnibus, aut electione, & sic habemus primum modum: aut sorte, & sic habemus ſm: si ex quibusdam aut electione, & sic habemus tertium. aut sorte, & sic habemus quartum: aut quosdam instituũt ex oĩbus sorte, & sic habemus quintum, aut quosdam alios instituũt ex omnib. electione, & sic habemꝰ sextum. Patet igitur qũo ex prædictis distinctionibus possunt extrahi duodecim modi instituendi principes & magistratus ciuiles.

Nõ est idem in omni politia eligendi principes modus.

Quantũ ad tertium declarandũ est ꝙ alij & alij politiæ competit alius & alius modus ex prędictis duodecim instituendi principes.

Tu igitur aduerte ex intentione Ari. ꝙ politiæ populari conueniũt isti modi, s. ꝙ omnes instituant ex omnibus electiõe, vel sorte: vel partim sorte, partim electione: & isti modi videntur rationabiles in politia populari, in qua multitudo dominatur: & omnes se extimant æquales & similes in libertate: in qua fundatur talis politia. ideo vẽ rationabile, ꝙ omnes instituant, & instituti assumantur ex omnibus, siue diuisim, siue coniunctim.

Modus eligendi principes in republica.

Politię autem, quæ appellatur resp. conueniũt isti modi, s. non oẽs simul debent ex omnibꝰ simul constituere principes: sed omnes diuisim per tribus, & societates, & officia ex oĩbus diuisim ꝓ sortem vel electionem: vel vtroque modo: ita ꝙ aliqui eligant, aliqui assumant ꝑ sorte, & aliqui ex omnib. aliqui ex quibusdam: & id est rationabile in politia dicta respub. qm̃, vt declarauimꝰ supra, componitur ex politia paucorum, & ex politia popularis: eligere autem principes tantũ ex quibusdam. s. ex opulentis cõuenit politiæ paucorum: eligere verò ex oĩbus conuenit politię populari, eligere ergo aliquos principes ex oĩbus, & aliquos ꝓ alio principatu ex quibusdam, est medium, & id cõuenit reipublicæ.

Politiæ verò paucorũ conueniunt isti modi, s. instituere quosdam ex quibusdam siue sorte siue election: & instituere quosdam ex quibusdam vtroque modo, scilicet sorte & electione: ita ꝙ instituentes eligant aliquos & alios puta in alio principatu instituãt per sortem: & id est rationabile in tali politia: qm̃ soli diuites principantur in ea, & ideo non omnes instituunt, sed aliqui, scilicet diuites: nec saltem in maiori principatu instituuntur ex omnibꝰ, sed ex diuitibus: ideo, &c.

Politiæ vero optimatum & reipub. vt est coniũcta statui optimatũ conueniunt isti modi, s. aliquos instituere aliquos ex omnibus, & aliquos instituere ex quibusdam, sed illos ꝓ sortem, s. ex omnibus: illos per electionem. s. ex quibusdam. nam aliquos instituere ex omnibus, inule est. Aliquos auté

per

per electionem ex aliquib⁹,puta ex virtuoſis, optimatū eſt. Patet igitur qui & quot ſint modi inſtituendi principatus, & qui ex illis diuerſis politiis conueniant,quā autē & quātam autoritatem debeant habere inſtituti principatus dicemus infra.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De iudicibus inſtituendis,ac iudiciis fiendis in quauis politia.

IN tertio capite agendum eſt de parte reipub. iudicatiua, & eſt de iudicibus & iudiciis,& hic tria agenda ſunt.Primò declarandū eſt quot ſunt in vniuerſali ſpecies iudiciorum.Secundò qui ſint modi inſtituēdi iudices,& qui habēt iudicare.Tertiò qui ex illis modis cui politiæ conueniant.

Iudicierum ſpecies octo ſunt.

Quantum ad primum aduerte quòd Ariſto.ſpecies iudiciorum vniuerſalium reducit in ſumma ad octo.

Prima ſpecies eſt correctiua, qua puniūtur tranſgrediētes vel agentes contra legem.

Secunda eſt punitiua pecantis cōtra aliquod cōiū,puta ſi quis iniuriatur aut nocet perſonæ publicæ, ſicut ptori.

Tertia eſt punitiua eorū,qui peccant ꝺ totam rempubl.ſicut ſunt cōmouentes populum ad ſeditionem, vel procurantes tradere alteri ciuitatem.

Quarta eſt iudicatiua iniuriarum,& damnorum,quæ inferuntur quibuſcunque,ſiue ſint perſonæ cōes, ſiue priuatæ, ſiue idiotæ,ſiuenobiles,ſiue ignobiles,& de quibus inter eis ac damnisfiunt lites & altercationes inter partes.

Quinta eſt iudicatiua de priuatis contractibus magnis, vt de venditione & emptione bonorum immobilium.

Triplex iudicium autē dēdum circa homicidas.

Sexta eſt de homicidiis,& hæc ſubdiuiditur in tres ſpecies,prima eſt iudicatiua homicidij inſidioſè & deliberato animo,ac cū ꝓmeditatione ꝓpetrato,ſecūda eſt iudicatiua homicidij perpetrati & cōfeſſi,ſed allegatur iuſtè factū,& ſuper hoc fit altercatio inter partes,vna allegāte ꝙ iuſtè altera ꝺdicente,tertia eſt iudicatiua eorū, quibus imponunt homicidia ab aliquibus, ſed illi negant & imponentes non poſſunt ad plenum probare.Talibus ſolet à iudicibus imponi duellū,aut purgatio per iudicium ignis, aut aquæ,vt puta ꝙ accuſatus manu accipiat ferrum ignitum,& ſi non vritur,abſoluitur,vt innocens,ſi vritur,condemnatur vt homicida,aut ligatus mittatur in puteum profundæ aquæ, & ſi ſubmergitur,condēnatur,ſi non,abſoluitur.ſic dicitur feciſſe iudex quidā Athenis de vno accuſato vt ſe de homicidio impoſito purgaret.Sed vt dicit Ariſt.licet talia poſſint omni tēpore contingere,non tñ frequenter contingunt.& minus in magnis ciuitatibus,vbi ſunt ſapientes multi,potētes huiuſmodi determinare,& non cōmittere accuſatū in manu fortunæ:nā talia iudicia periculoſa ſunt & irrōnabilia.

Pœna homicida, & modus conuincendi ipſum.

Septima eſt iudicatiua eorum,quæ ſpectāt ad peregrinos, & hęc ſubdiuiditur in duas, prima eſt iudicatiua cōtrouerſię,quę vertitur inter peregrinū & peregrinum, ſecūda eſt iudicatiua controuerſiæ inter peregrinum & ciuem.

Octaua eſt iudicatiua & cognoſcitiua de rebus paruis, puta quę nō trāſcendūt valorē quinque drachmarū. Di his ēt oportet fieri iudiciū, qm̄ cōiter accidunt inter pauperes & plebeios,verum propter eorum paruitatem non eſt neceſſe ꝙ ad multos iudices congregatos ſpectet tale iudiciū ſed ſufficit vnum ſuper his deputare.

Quæ iudicia inſtituere oportet politicus.

Patet igitur,ꝙ octo ſunt vniuerſales ſpecies iudiciorū.verum vt dicit Ariſt.ſpecies de homicidis & de peregrinis omittēdæ ſunt à politico,ſed ad ipſum ſpectat ptractare de illis iudiciis verſantib.circa ciuilia:qm̄ ſi hæc nō rectè iudicātur,generātur ſeditiōes ī ciuitate: & fiūt cōmotiōes ī politiis:vñ de prima & ſcda &tertia & quarta & quīta ſpecie oportet politicū ſolicitū eſſe vt cōſeruet pax,& bonū cōe.

Quantū ac ſm aduerte ex intentiōe Ari.ꝙ eadē via,ſeiſdēque diſtinctionibus aſſignādi ſunt modi inſtituendi iudices in diuerſis ſpecieb.iudiciorū,ſicut in ca.præcedēti diximus de modis & numero modorū inſt tuendi principatus.nā neceſſe eſt oēs ciues eſſe iudices,aut aliquos tm̄.Si oēs,aut iudicāt de oībus,aut de aliquibus:ſi de oībus,aut ꝓ ſorte, aut per electionē:aut de oībus,ita ꝙ hæc quidē iudicant ſorte, hæc autē electiōe.Si vero oēs iudicāt de aliquib. aut de aliquibus ſorte,aut de aliquibus electione, aut de aliquibus, ita tñ ꝙ hæc iudicantur ſorte,hæc autē electiōe. Præterea, ſi iudices ſunt tm̄ aliqui ciues, & non oēs, aut iudicant de omnibus,aut de aliquibus:ſi de oībus,aut ſorte aut electione aut de oībus,ita tñ, quòd hęc iudicantur ſortē, & hæc electione:ſi de aliquibus,aut ſorte,aut electione,aut aliqua ſorte & aliqua electione. Iſti ergo ſunt modi inſtituendi iudices,qbus Ariſ.addit alios quatuor ꝓ ꝯplicationē, q ꝓſenti ꝓpoſito noſtro nō multū deſeruiūt,ideo eos ptrāſeo.

Quantum ad tertium aduerte ex intentione Ariſt.ꝙ politiæ populari conueniunt primi quatuor modi,in qbus omnes ciues ſint iudices & iudicent de omnibus ſorte, aut electione.Politiæ autē paucorū cōueniunt modi:in quibus aliqui iudicāt de omnibus.nā in ea ſoli diuites ſunt iudices, & de omnibus iudicant.Politiæ autē optimatum & ei,q̄ dicē reſpub.cōueniūt tertij modi,q ſunt cōplicati:vt ſ. de aliquibus omnes iudicāt,& de aliquibus aliqui:nā quædā referunt ad iudiciū populi,& tūc omnes ſunt iudices, q̄dam autē ad iudiciū optimorū,& tunc ſoli virtuoſi aſſumpti in iudices habent officium iudicandi.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatuum in quartum librum Politicorum finis.

LIBER QVINTVS POLITICORVM,

In tractatus quinque diuiſus.

IN quinto libro intēdit Ariſt. ptractare de principiis & cauſis tam in generali q̄ in ſpeciali,qbus corrumpuntur & ſaluātur politiæ,tranſmutantur & firmātur & ex quibus oriuntur ſeditiones. & q̄etantur:& ſuper hunc librū formabim⁹ quinq; tract.In primo aſsignandæ ſunt cauſæ corruptionis & ſeditionis & tranſmutationis politiarū, in quibus plures dominantur:& hoc in generali,& nō deſcendendo in ſpecie ad aliquam politiam, ſed intelligendo de omnibus in cōmuni.In ſecūdo eſt agendum de cauſis corrumpentibus in ſpeciali politiam populare,& politiā paucorū,& politiam optimatum:& politiā q̄ cōmuni nomine dicitur reſpub.In tertio eſt agēdum de cauſis conſeruantibus politias, in quibus plures dominantur, quales ſunt politia popularis, & paucorum & optimatum & ea,quæ communi nomine dicitur reſpublica & hoc tam in genera quàm in ſpeciali.In quarto eſt agendum de cauſis corrumpentibus monarchias,ſ.regnum & tyrannidem. In 5. agendum eſt de cauſis ſaluantibus monarchias,ſ.regnum & tyrannidē:& in his quinque tractatibus comprehendem⁹ totam ſententiam Ariſt.in hoc quinto libro Politicorum.

TRACTATVS PRIMVS
in quintum librum Politicorum, in tria capita diuiſus.

De cauſis in generali corruptionis & tranſmutationis Politiarum,in quibus plures dominantur.

IN primo agendū de cauſis ac principiis generalibus corruptiuis & tranſmutatiuis politiarum in quibus plures dominantur.nā de cauſis & principiis corruptiuis monarchiæ,vt regni & tyrannidis faciemus infrà ſpecialē cōſideratione,& continebit tria capita.In primo manifeſtabitur primū & cōmuniſsimū principiū corruptionis & ſeditionis in politiis,& quot modis generalibus cōtingit politias tranſmutari.In ſecūdo declarabitur,q̄ & quot ſint diſponentia homines ad cōmouendum ſeditiones in politiis. In tertio declarabitur,qūo & propter quid multoties ſediciones à paruis rebus inchoatæ,multum inualeſcunt.

CAPVT I.

De corrumpentibus in communi omnem politiam, & quibuſnam modis accidat politiam mutari in aliam.

IN primo cap.manifeſtandum eſt primū & cōmuniſsimū principium corruptionis & ſeditionis in politiis,& quot modis generalibus contingit tranſmutatio in illis, & hic duo agēda ſunt.Primo declarandum eſt communiſsimum principiū ſeditionis.Secundo declarandum eſt quot modis contingit politiam tranſmutari.

Cur ſeditiones oriantur in republica.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſt.quòd communiſsimum principium & fons omnis ſeditionis eſt nō recipere tantū de bono,vel de honore,vel de dignitate quantum quis ſe dignum extimat.Pro cui⁹ notitia aduerte vt dicit Ariſtot.quòd licet multæ ſint politiæ,& aliquę rectæ ac bene ordinatæ, aliquę autem malæ, vt ſuprà diximus,ſicut popularis & paucorum, tamen omnes in hoc

conueniunt,ꝙ intendunt aliquod iustum & æquale:nam omnes intendunt suâ politiam seruari:non pôt aût seruari sine cõicatione ciuiũ:cõicatio non perseuerat sine æquali secundum proportionẽ:ita scilicet quòd vnusquisque tantũ habeat de bonis cõibus,quantũ debet habere:& tale æquale est iustum,vt declarauimus in libro quinto Ethicorũ, sed in huiusmodi æquali errât fauẽtes politiæ populari,& paucorum:nã si sunt æquales in aliquo, aut inæquales extimât se simpliciter æquales,aut inæquales,verbi gratia. Quia in politia populari oẽs sunt æqualiter liberi, ex æqualitate libertatis reputant se absolutè æquales:& suadent sibi ꝙ oẽs dñt,æqualiter participare in bonis cõibus,& in honoribus & in lucris,&c.Hinc prouenit,ꝙ si oẽs æqualiter tractãtur, quiescunt,si aût inæqualiter,qui min⁹ accipiunt inuidẽt accipiẽtibus maiora:&cõtendunt & seditiões cõmouẽt:quia posito ꝙ fm ré nõ esset ęqualiter digni,se tñ extimãt ęqualiter dignos,ꝓpter æqualẽ libertatẽ:& qm̃ in politia paucorum diuites & nobiles,& q videtur ex genere ingenui & illustres reputât se inæquales.i. maiores ꝓpter diuitias & nobilitatẽ & genus:ideo volunt magis recipere de bonis cõibus & honoribus: qa ex diuitiis & nobilitate se magis dignos simpliciter extimãt: ex quo ꝓuenit ꝙ si non accipiũt maiora bona q̃ alij,seditiones cõmouẽt:qm̃ reputãt se pati iniustũ & cõtẽi.Qui tñ vt dicit Arist. non habẽt iustã cãm seditiõis:qm̃ licet sint maiores in diuitiis,aut ex genere: nõ tñ sunt maiores simpliciter.Illi eñ sunt maiores simpliciter qui hñt maiora bona:quæ sunt bona simpliciter,qualia sunt bona animi,vt virtutes:bona autem fortunæ, aut corporis sunt bona secundum qd,vt declaratũ est in primo Ethicorũ vnde,virtuosi sunt simpliciter inæquales, quia maiores aliis non virtuosis, quãtũcunque sint diuites & ex nobili genere:& iõ,si virtuosi nõ accipiunt magis q̃ alij bonis cõibus & honoribus iustissimè possent seditionẽ agere,qm̃ nõ tractantur vt digni sunt: & tñ hoc non faciunt, qm̃ seditio in periculo ponit bonũ cõe Sed sapiens & virtuosus prẽponit bonum cõe bono proprio.Præterea,qui debet seditionem agere oportet eum habere potentiã ad huiusmodi perpetranda. Potentia aût talis consistit in diuitiis & amicis & conspirationib⁹,sed raro hęc insunt virtuoso:ideo licet habeat cãm iustã seditionẽ nõ cõmouet.Patet igitur, ꝙ æqualitas & inęqualitas modis quibus declaratum est sunt fons & origo oĩum seditionum:quæ in ciuitatibus cõtinguntur:ex quibus declaratis inferuntur duo corollaria.

Omnes politiæ v lpaucorum vel populares esse videtur.

Primũ est ex eo ꝙ fauẽtes politiæ populari volunt recipere æqualia bona,qa se reputãt æquales simpliciter ꝓp̃ solam libertatẽ:& fauentes politiæ paucorũ volunt recipere inæqualia.i.maiora bona,quia se extimãt inæquales simpliciter ꝓpter diuitias & nobilitatẽ generis:sequitur ꝙ politia popularis:& politia paucorũ sunt duæ politię maximè distinctę.nã vt inqt Ari.nobilitatẽ & virtutẽ ĩ verbis qdẽ oẽs ferè vsurpãt.Sed q re vera nobiles ac boni sint,nusquã cẽtũ reperiunt.Diuites aût multi ĩ locis multis: & similiter pauperes:& iõ vt in plurib.politiæ vel sunt paucorũ i. bonorũ: vel populares .i. multorũ, quales sunt diuites & pauperes.

Tam popularis, quã paucorũ politia male ordinata est, & facile labilis.

Scẽm est ꝙ vtraq; politia,s.popularis in qua est respectus ad solã æqualitatẽ libertatis:& paucorũ,in qua est respect⁹ ad solã inæqualitatẽ ꝓpter diuitias,est malè ordinata,cuius signũ est,ꝙ neutra est stabilis & ꝑmansiua, sed de facili & ĩ breui ꝑmutatur:cuius ꝑmutationis hæc est cã.qm̃,vt inquit Arist.impossibile est ex primo errore in principio cõmisso, nõ euenire tandẽ aliquid mali.Istæ auté in prĩcipio fuerunt pessimè ordinatæ, Malũ nanque fuit ĩ populari ordinare ꝙ oẽs acciperẽt æqualiter de bonis cõibus & honoribus ꝓp̃ æqualitatẽ libertatis:& ĩ politia paucorũ, ꝙ oẽs diuites ac nobiles acciperent inęqualiter,id est,magis de bonis prędictis q̃ alij ciues medij& egeni, ꝓpter maiores diuitias & propter nobilitatẽ:& iõ propter huiusmodi malas institutiones frequẽtes in eis accidũt seditiones,propter quas nũt instabiles,& euertunt.Magis tñ instabilis est & facilius perturbatur politia paucorum q̃ popularis, qm̃ in ea, quæ est paucorum,plures accidunt seditiones quàm in popularí.In illa enim insurgunt diuites contra se inuicem,& insurgunt pauperes contra diuites.Sed in popularí,insurgunt pauperes contra diuites,non aût iusurgunt pauperes cõtra se inuicem,quoniam simul conueniunt,& magis q̃ cũ diuitibus. Præterea,politia popularis est propinquior politiæ mediæ quam in libro quarto in tractatu tertio,dixim⁹ constare ex medijs ciuibus,ex consequenti esse optimam: & stabilissimam.Politia autem paucorum distantior est ab ea,ideo popularis est magis tuta ac stabilis.

Politia paucorum longe instabilior e politia popularí.

Quantum ad secundum aduerte quòd ex intẽtione Arist. modi quibus contingit ꝓpter seditiones transmutari rempublicam,generaliter reducuntur ad quatuor.

Quatuor modi sunt quibus fere omnis mutatur respublica

Primo aliquando fit transmutatio vnius reipub.in aliã distinctam specie,vt aliquando transmutatur popularis in eam,quæ est paucorũ & ecõuerso,aliquando istæ duę trãsmutãtur in eam,quæ cõi nomine dicitur resp.vel in eã,quæ est optimatum:& econuerso.

Secundo fit transmutatio in repub.non fm seipsam, q̃m ipsa permanet,sed quo ad principantes & regentes. Contingit eñ quòd priores principantes mutanẽ, & assumũtur alij loco ipsorum,qui tamen gubernant ciuitatẽ eadem republica,& eisdem legibus vt præcedentes.

Tertio fit transmutatio in repub.non fm seipsam, ita ꝙ mutetur in aliã,vt in primo modo:nec quo ad principates, vt in secũdo modo:sed fm augmentũ & decrementum,siue fm intentionẽ & remissionẽ.verbi gratia.Si ciuitas regulata ꝑ politiã politiã populare ordinet aliqua & instituat,ꝓpter quæ politia ipsa fiat perfectior, & per quã perfectius regatur ciuitas,dicitur talis politia trãsmutata fm intentionem,qm̃ in melius.Si auté auferantur aliqua,quæ expediebãt regimini ciuitatis,dicetur transmutata fm remissionem:quoniam in deteri⁹:sicut dum transmutatur Socrates à sanitate,vt quatuor,ad sanitatem vt duo.

Quarto fit transmutatio reipub.non fm se totam in aliã, sed fm partem.vt quando destruitur vnus principatus, q̃ est pars reipub.& instituitur alius omnino distinct⁹ ab eo. Sicut apud Lacedæmonas, Lisander conatus est auferre principatũ regalẽ,& Pausanias rex tentauit destruere principatum ephororũ,id est,ꝓuisorũ:& in ciuitate Epidamni principatus prætectorũ tribuũ mutatus est in principatum senatorũ,& apud Elienses erat respub.ꝓaucorum:& vnus solus ad magistratum assumebatur. Hic autem principatus mutatus est,& decretũ fuit,ꝙ omnes principatus eligerentur ĩ cõmuni.vnde necesse erat omnes habẽtes potestatẽ & dignitatẽ in repub.cõuenire ad creationem magistratus ꝓpter vitandas fraudes.Isti sunt quatuor generales modi,q̃bus contingit politias transmutari,nec est facile inuenire plures.Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

De his agit,quæ politias corrumpunt in particulari,& illas mutant.

IN secundo capite inuestigandũ est q̃ & quot sint ciusæ, & ex q̃bus vt in pluribus oriuntur dissensiones & seditiones,siue occultè,siue manifestè in ciuitatibus.nã nõ sufficit allegare cõmunissimum principium & fontem ommũ seditionum,de quo loquuti sumus in capite ꝓcedenti,sed doctrina politica exigit,vt magis inspecie descendamus. Hic igit tria agẽda sunt.Primo declarandũ est qualiter se habẽt homines tentantes seditionẽ.Secũdo ꝓpter quę finẽ tentãt eã. Tertiò ex quot causis mouentur & incitantur ad illam.

Homines seditionẽ tẽtantes qualiter se habeant.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ,vt dictum est in præcedenti cap.homines mouent seditionem aut ꝓpter æquale,aut ꝓpter plus:nã aliqui appetũt se recipere æquale bonum,& si nõ sperant se recipere æquale,sed minus:cum tñ extimẽt se æquales,id est,æque dignos,sicut extimãt se illi, q̃ plus accipiũt,tentãt seditionẽ.Aliqui aût appetunt habere plusqua alij,eo ꝙ se extimant inæquales,id est, maiores illis:& si non recipiunt plus, seditionem commouent.

Æquale appetere, iustũ etiniustũ esse potest.

Tu vero aduerte ꝙ vt dicit Arist.appetere ęquale, aut plus,pôt esse iustum & iniustũ.Iustum quidẽ,si ita sunt digni,vt se extimant.Iniustum autem,si non ita sunt digni,vt extimant seipsos.præterea,si qs excellit alios in his, q̃ sunt bona simpliciter,iustè appetit plus:& si est æqualis aliis in huiusmodi bonis,iuste appetit æquale.Si autem non excellit alios in bonis simpliciter,sed in bonis fm qd iniustè appetit plus,& si non est æqualis aliis in bonis simpliciter,sed in bonis fm quid,iniustè appetit æquale. Pro quorũ maiori notitia aduerte,ꝙ talis ęqualitas & inæqualitas,vt sit iusta, debet attẽdi penes dignitatẽ & excellẽtiã illius boni:quod est bonũ hominis,vt homo est.Bonũ autẽ hominis,vt diffuse ꝓtractatũ est in primo Ethicorũ &in decimo est duplex, s.intrinsecũ,qđ diuiditur in bonũ corporis,vt sanitas, agilitas,pulchritudo robur,& in bonũ animę,vt habitus boni morales & intellectuales:& extrinsecũ:qđ dicit bonũ fortunę:vt diuitię honor,laus,fama bona.Bona intrinseca animę,sunt bona hominis simpliciter:qm̃ simpliciter perficiũt ipsum,vt homo est.i.vt intellectualis est.Bona aut ẽ corporis & fortunæ,sunt bona hominis fm quid, qa nõ ꝑficiunt hominem nisi fm quid.Dignitas ergo hominis, non debet

Hominis dignitas ĩ quo consistit.

attendi

attendi penes dignitatem bonorum ſecundum quid, ſed bonorũ ſimpliciter: vnde, ſi ſint duo, quorũ vnus ſit ditior aut nobilior genere altero: ſed min⁹ virtuoſus. Si appetit bonũ maius quã virtuoſus, aut æquale, & propter hoc q̃ nõ plus aut æquale accipit, ſeditionem mouet, iniuſtè appetit & iniuſtè agit. Si aũt magis virtuoſus & minus diues, plus appetit aut æquale, iuſtè appetit: q̃a eſt ſimpliciter magis dign⁹, & ſi ſeditionẽ moueret, iuſtè moueret, licet nõ moueat ꝓpter cauſas aſſignatas in præcedenti capi. Patet igitur qũo ſe habent homines tẽtantes ſeditionẽ: qm̃, ſcilicet appetũt plus, aut æquale, aliquando iuſtè, aliquando iniuſtè.

Quantum ad 5m aduerte ex intentione Ariſt. q̃ vt in pluribus mouentes ſeditionẽ mouent propter lucrũ, & ſub lucro comprehenditur acquiſitio cuiuſlibet boni ſpectantis ad corpus, aut ꝓpter honorem, vt ſub honore cõprehendãtur oĩa bona ſpectantia ad animã, quæ dicuntur bona ſpiritualia, aut ꝓpter fugam damni. Videntur enim eiuſdem rõnis lucrum & fuga damni: nã qui dãnum vitat, extimat ſe lucrari. Aut propter fugam inhonorationis, aliqui enim ſeditionẽ mouent ne confundantur, & patiantur vituperium, aut reputententur viles. Propter hæc quatuor, vt ꝓpter finẽ cõiter in humanis oriuntur diſcordiæ & ſeditiones: verum q̃a amicus eſt alter idẽ, ideo homines ꝓpter prędicta quatuor mouẽt ſeditiões. aut ꝓpter ſeipſos, aut ꝓpter amicos: nam quod pro amicis agunt, pro ſeipſis agere extimãt.

Ob quatuor mouent homines inceptate ſeditionis.

Quantum ad tertium aduerte q̃ Ariſt. reddit cauſas mouentes & incitantes homines ad diſſenſiones & diſcordias & ſeditiones propter quas ſequitur perturbatio & multoties mutatio in politiis adinuicem.

Primę duæ cũ ſuis oppoſitis, ſunt lucrũ & honor, damnum & inhonoratio, alio tñ modo q̃ ſupra dictum ſit: nam ſupra poſuimus eas in genere cauſæ finalis, hic autem ideo ponuntur, qm̃ ꝓpter lucrũ & honorẽ irritantur inuicẽ homines, nõ quia velint, aut acquirant ſibiipſis, ſed qm̃ vident alios partim iuſtè partim iniuſtè pl⁹ habere, & de hoc triſtãtur, & non potentes ferre, murmurant & ſeditionẽ tentãt, & quidem quantã vim habeant honor & lucrum vt diſponant homines ad ſeditiones, patet ex eo quòd cõtingit principantes iniuriari ciuibus, & eoſdem excellere honoribus vel lucro, propter quæ ciues mouent ſeditionem cõtra principantes, & contra rempubl. Contra principantẽ quidẽ, qm̃ iniuriam facit ciuibus in duobus, primo quia multoties ciues excellit iniuſtè, ſecundo qm̃ magis rapit de bonis cõibus, q̃ iuſtum ſit, & qm̃ accipit bona ſubditorum, & licet in hoc faciat ſibi lucrum, tñ alteri facit iniuriam: nã quod eſt lucrum reſpectu accipiẽtis, eſt iniuria reſpectu illius à quo indebite accipit. Similiter mouent ſeditionem 3 rempubli. quæ patitur prĩcipẽ iniuriari ciuibus. patet igitur q̃ lucrũ & maximè admixtũ iniuriæ alterius multum diſponit ad ſeditiones. Similiter honor magnam vim habet ad idem: nã ciues inhonorati cernẽtes alios honoratos, quibns ſe pares extimant & æquè dignos, & fortè digniores exeſperati tali inæqualitate, ſeditionem aggrediuntur, & hæc quidem iniuſtè fiunt, cum præter dignitatẽ & merita honorãtur quidam aut inhonorantur. Iuſte autem ſi fiant 5m dignitatẽ & merita. Patet igitur quomodo lucrum & honor diſponunt homines ad ſeditiones.

Quantam vim habeat honor & lucrum in mouendis ſeditionibus.

Potentia & poteſtatis v nimexceſſus facile cõmouet ſeditionem.

Tertia cã diſpoſitiua ad ſeditionem eſt prępotentia ſiue exceſſus põtatis vni⁹, aut plurium in ciuitate ſupra alios. nã qñ in ciuitate eſt aliquis maior in diuitiis & amicis, & fauẽtibus ei, appetens aliis præeſſe & omnes ſibi ſupponere vt inferiores ex ſuperbia ſua, ſeditionẽ cõmouet, & conatur rempub. mutare in monarchiã, vt ipſe ſolus ſit dñs. Quod ſi tales potentes ſint plures, conãtur euertere rempub. & inſtituere potentatũ, id eſt, dñium in quo ipſi ſoli potentes dominentur 5m voluntates ſuas, & non 5m iuſtitiã legis: & ſic inſtituunt dominiũ violentũ: & propterea adhoc euitandũ aliquibus in locis vtuntur Oſtraciſmo, id eſt, exilio. Tales enim præpotentes mittunt in exiliũ, ſicut fit in Argis & Athenis: ne mutent remp. & vſurpent ſibi dominiũ. verũ vt dicit Ari. melius fuiſſet à principio prouidere ne permitteretur in ciuitate quis ad tantã potentiã peruenire, quàm poſt quam peruenerit remedium quærere per exilium: quod nõ fit niſi cum magna inimicitia & periculo vt ſupra manifeſtatum eſt. Patet igitur qũo prępotentia diſponit ad ſeditionem & mutationem reipublicæ.

Timor mali, aut pœna ſuſpenorum.

Quarta eſt timor. nã qui timent puniri propter maleficia cõmiſſa, cõgregãt ſibi multos fauentes, & cõſpirantes ſeditionẽ mouẽt vt pœnas euadant & non puniantur. Similiter qui timent ſe paſſuros aliquod malũ, aut dãnum, aut priuari aliquo honore, ſiue autoritate, quaſi præuenientes, ne huiuſmodi malũ patiantur, ſeditionẽ mouent, vt cõtingit in Rhodo vbi diuites cõuenerunt 3 populũ, & turbauerũt rẽ publ. timẽtes ſentẽtias & iudicia populi dãdas 3 eos: populus em̃ iudicabat & ſyndicabat principes de bene, aut malè actis in principatu: vnde populus erat corrector eorum.

ſeditionem commouet.

Contemptus cauſa eſt ſeditionis.

Quinta eſt contẽptus. nulli ſunt em̃ adeo viles, q̃ non ſe reputant aliquid eſſe: ideo nolunt contẽni, q̃ ſi aduertãt ſe haberi contẽptui irati ſeditionem mouent 3 deſpectores ſuos. Sicut accidit in politia paucorũ & populari. nam in politia paucorũ, qm̃ pauci principãtur, ſ. diuites, & multi excluduntur à principatu, q̃ non principantur aduertẽtes ſe deſpici à paucis diuitibus principãtibus, incitãt alios ad diſſenſiões: & quærunt agere ſeditionẽ 3 diuites principãtes, & ꝓmutãt politiã paucorũ in popularẽ. Similiter in politia populari, qm̃ ditiores videntur contẽnere infimos in plebe, velut homines ſine ratione & ordine, & ineptos ad principatum: ideo plebei indignati ex contemptu incitanẽ ad ſeditionẽ 3 ditiores & maiores in populo. Hac de cauſa mutantur politiæ ex vna in aliam. Sicut Thebis. nã poſt prælium q̃ Thebani habuerũt cũ Heriophytis, cũ populus dominaretur, maleq; gubernaret, diuites ſeditionẽ fecerũt & defecit politia popularis: mutataque fuit in politiã paucorũ. Idẽ accidit Megarenſib⁹, & Syracuſanis ante Gelonis tyrannidẽ, & Rhodi, qm̃ diuites contẽnebãt populares, inſurrexerũt 3 eos & mutauerũt rẽpub. Patet igitur qũo cõtẽpt⁹ diſponit homines ad ſeditiões & mutationẽ reipub.

Notabilis excreſcẽtia vnius partis ciuitatis ſuper aliã, cauſa eſt ſeditionis.

Sexta eſt excreſcẽtia improportionata vnius partis ciuitatis ſupra aliam. ſiue talis excreſcẽtia ſit 5m quantitatem, id eſt 5m multitudinẽ: ſiue ſecundũ qualitatem, id eſt 5m diuitias & virtutẽ. nam ſicut corpus animalis conſtat ex partibus ſuis, ſic & ciuitas ex partibus ſuis: de q̃bus actum eſt in lib. 4. & ſicut oportet corpus animalis 5m omnes partes ꝓportionaliter augeri, vt ꝓſeueret debita mẽbrorũ cõmẽſuratio. Quod ſi partes nõ augeãtur ꝓportionaliter, verbi gratia ſi pes augeatur ad quatuor cubitos, & totũ reſiduũ corporis ſit duarũ palmarũ, corrũpitur debita ꝓportio inter partes: & ſi vnũ animal creſcat improportionaliter & 5m quantitatẽ dimenſiuã, & 5m qualitatẽ, id eſt 5m potentiã & virtutẽ, tranſmutabitur in figurã alterius animalis. Sic accidit in ciuitate: q̃ ſ. debent partes proportionaliter creſcere in quantitate & virtute, vt poſſit ſaluari. Quod ſi improportionaliter excreſcat, non ſaluabitur ciuitas: nec politia permanebit, ſed ĩ aliam mutabitur, ſicut diximus de animali. Aliquãdo autẽ improportionaliter excreſcit multitudo popularis: ita q̃ ſine ꝓportiõe excedit diuites & nobiles & virtuoſos ſiue ꝓbos: & tũc multitudo magna popularium commouet ſeditionem, & mutãt politiam paucorum in politiam popularem. Aliquãdo autem fit excreſcentia vnius partis improportionaliter ſecundũ qualitatẽ, putà fiunt aliqui exceſſiuè diuites, & ex potentia diuitiarum, ſubiugant ſibi plebẽ & mutant politiam popularẽ in politiam paucorum. Patet igitur quomodo excreſcentia vnius partis ſine proportione diſponit ad ſeditionem & tranſmutationem reipub.

Tu tñ aduerte q̃ huiuſmodi excreſcẽtia vt dicit Ariſt. nõ ſemp̃ fit ex ꝓpoſito, ſed aliquando à fortuna, ſ. aliquo caſu cõtingente. verbi gratia apud Tarentũ, cũ Tarẽtini ſuperati fuiſſent in prælio à Iapingẽtibus magna pars nobiliũ corruit (fuit autẽ prælĩũ illud paulo poſt illud tẽpus, quo Medi Græciã inuaſerunt) & politia paucorum quæ erat diuitũ & nobiliũ mutata eſt in popularem: & apud Argiuos, cum fuiſſent interfecti ciues, q̃ erãt in ciuitate Eudonia à Cleomone Spartiata coacti ſunt inquilinos aliquos in rempub. recipere, q̃ poſtmodum adeo excreuerunt, q̃ facta fuit reſpub. popularis. & Athenis idem accidit, cum Athenienſes, em̃ pugnarent aduerſus Lacedæmonios nobiles multi occubuerunt, & nobilitas ipſa multum attenuata eſt, cũ ex deſcripto cogeretur ſubmittere in prælium: & populus tantũ exceſſit nobiles debilitatos, q̃ traxit ad ſe rempub. Contingit etiam quòd populares politiæ tranſmutantur in politiam paucorum, ſed rarius. Pluribus em̃ exiſtentibus diuitibus, aut diuitiis aliquorum multum auctis, mutatio fit politiæ popularis in ſtatum politiæ paucorum.

Verecũdia, ac dehõeſtatio facta alicuibus cauſat ſeditionem.

Septima eſt verecundia. nã aliquando verecundia ſiue dehoneſtatio facta aliquibus eſt diſpoſitio ſiue occaſio q̃ politia mutetur, aut in alteram, aut ſaltem quo ad modum inſtituendi principantes. & hic caſus quo ad modũ accidit in ciuitate Herea: nã vt recitat Ariſt. Cum aliqui paſsi fuiſſent verecundiam & confuſionem propter turpia quædam

commiſſa, poſt iſtam cõfuſionem electi fuerunt in principes ab aliquibus: alij vero ęgrè ferentes ꝙ infames & turpes & pudendi dominarentur in ciuitate, inſurrexerunt & cõgregati decreuerunt, ꝙ de cętero non inſtituerentur principãtes per ſortem, ſicut antè, ſed eligerentur: qm̃ ſors aliquãdo cadebat ſuper turpes & infames perſonas, vt in exemplo dicto. Patet igitur quomodo verecundia eſt diſpoſitio mutationis reipublicæ ſaltem quemadmodum dictum.

Negligentia ſonteptus principatus parit diſſidiũ et mutat politiam.

Octaua eſt negligentia, vel paruipenſio. nam ſi accidat ꝙ quis fiat princeps in ſupremo prĩcipatu alicuius politiæ, & non diligat talem principatum, imò negligat & paruipẽdat: quia forte ſibi diſplicet talis forma regendi. tũç mouebit ſeditionem, & quæret mutare politiam, in qua eſt ſupremus princeps vt mutetur ſupremus prĩcipatus: ſic accidit, vt recitat Ariſt. apud Orcũ ciuitatẽ, in qua electꝰ fuerat Heraclodorus in principalem dominum, qui qm̃ nõ diligebat, imò negligebat quaſi dedignans politiã populare, cui præſidebat, mutauit cum fauore diuitum in politiam paucorũ.

Minimis neglectis oriuntur nõnunquã in republica ſeditiones.

Nona eſt puſillitas, & intendit Ariſt. per puſillitatẽ negligentiam circa minima & parua: quæ tñ curare oportet: ne ex multis paruis neglectis, fiat defluxus ad maiora & deteriora. Intendit igitur Ariſt. quòd qñ in repub. parui exceſſus negliguntur, intm̃ multiplicantur ꝙ in fine magna fit tranſgreſſio & mutatio in tota repub. ita quòd ruit & mutatur in aliam. Caſus accidit apud Ambraciotas, de quibus recitat Ariſt. quòd apud eos erat politia paucorũ, in qua non eliguntur in principatũ, niſi viri honorabiles, aut ex diuitiis, aut ex nobilitate. & qm̃ incœperunt eligere viros parui cẽſus, & nõ multæ nobilitatis, paulatim ad hoc deuenerunt, ꝙ eligebãtur viri non honorabiles neque ex diuitiis, neque ingenui: & ſic tandẽ politia paucorum mutata eſt in popularem & plebeiam. Quod vtique non accidiſſet, ſi in principio pro hibuiſſent virum inhonorabilem eligi in principem quòd ſi electus fuiſſet, electio ipſa nulla eſſet. Patet giẽ quõ puſillitas, id eſt, non curare parua inconuenientia eſt diſpoſitio ad mutationem reipublicæ.

Morum diſſimilitudo ex commerſatione, & lẽgo in ciuitate peregrinorum conuictu parat reipublicæ ſeditionem.

Decima eſt morum diſſimilitudo, quæ prouenit ex eo ꝙ peregrini veniunt ad habitandum in ciuitate. nam ciues & peregrini cum ſint alterius regionis cõmuniter diſcordant in moribus & conſuetudine viuendi, ex conſequẽti tendũt ad diuerſos: & ex hoc ſequitur diuiſio voluntatum: à diuerſis autem voluntatibus procedit diſſenſio & ſeditio, & diſcordia. & ideo talis ciuitas propter diſſimilitudinẽ morũ ſtat in periculo, ne ciues & peregrini ad ſeditionẽ veniant, & mutetur politia: durat autem hoc periculũ, donec ciues & peregrini multo tempore ſimul vixerint. Vnus enim paulatim trahet alium, & in fine erunt eorundem morum, nec mutabitur nec pe tubabitur politia.

Et quidẽ ꝙ diſſimilitudo morũ procedens ex receptiõe peregrinorũ, ſit cã ſeditionis & mutationis reipub. ſumitur euidens ſignum ab exemplis, vt infra quæ recitat Ariſt.

Sibari. In ciuitate Sibari ſimul cũ Trœzeniis habitauerũt Achei, poſtea multũ augmentati Achei, Trœzenios pepulerunt.

Bxantij. In Bizantio recepti fuerunt plurimi extranei, qui conſpiranerunt cõtra ciues: propterea coacti fuere ciues armis & prælio ipſos expellere.

Anteſſei. Anteſſei receperunt exules ex Chio, & tandẽ facta ſeditiones inter ciues & exules receptos coacti fuerunt ciues armis expellere exules.

Zanclei. Zanclei Samios in ciuitate receperunt, & mox Samij de propria ciuitate Zancleos eiecerunt.

Apolloniatæ Syracuſani. Amphipolita. Apolloniatæ, qui iuxta Pontũ inhabitãt incolis receptis, ſeditione agitati fuere.

Syracuſani poſt expulſos tyrannos, cũ hoſpites & cõductos milites feciſſent: ciues in ſeditionem & prælium inciderunt contra hoſpites & conductos milites.

Amphipolitę cum recepiſſent Chalcidẽſiũ colonos: tandem facta ſeditione pulſi ſunt fere omnes ab illis.

Patet ergo quot ſeditiones & politiarũ deſtructiones ꝓueniunt ex diſſimilitudine inhabitantiũ in eadem ciuitate.

Loci diuerſitas, diſponit ciuitatẽ ad mutationem.

Vndecima eſt diſpotio loci. nam qñ locus non eſt aptus ad vnam gubernationem & ſit vna ciuitas, ſed quaſi alia & alia, imminet periculum ſeditionis. Quod accidit vt recitat Ari. Clazemoniis qui in Crito habitant ɔ eos, qui habitant in inſula: & Colophonij paſſi ſunt ſeditionem contra Notios ꝓpter talem diſpoſitionem loci: & Athenis non ſunt omnes bene diſpoſiti ad eandem rempub. ſeruandum. nã qui Pyrrheum inhabitant magis fauent & inclinantur ad rẽp. popularem quàm inhabitãtes vrbem. Sic igitur patet, quòd diuerſitas loci, & diſſimilitudo diſponit ciuitatẽ ad ſeditionem & diuiſionem. nã, vt inquit Ariſt. ſicut in prælijs paruꝰ foſſarum tranſitus, mediaque apertura interrumpunt militum ordinem, ſic omnis diuerſitas ac diſſimilitudo ſcindit ordinem & vnitatem ciuitatis.

Tu tñ aduerte, vt inquit Ariſt. ꝙ diſſimilitudo maximè cauſatiua ſeditiõis eſt diſſimilitudo virtutis & malitiæ. Inclinant emm̃ ad diuerſos fines. Deinde diſſimilitudo pauperatis & diuitiarum. Hinc eſt quòd in politia paucorũ. populus ſeditionẽ mouet ɔ opulentos principantes: qm̃ cum ſint pares in libertate, licet non in bonis fortunæ, non pariter honorantur. In politia aũt populari, diuites & nobiles ſeditionem faciunt ɔ populares & plebeios qm̃ pares fiunt eis, cum tñ ipſi ſint præſtantiores. Prædictæ igitur vndecim cauſæ ſunt communiter diſpoſitiuæ ſeditionum & mutationum in politiis. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quonammodo, & propter quid ſæpenumero à paruis rebus inchoatæ ſeditiones ita inualeſcent quòd politias commouent, ac deſtruunt.

IN tertio capite declarandum eſt, qũo & quando ſeditiones à paruis rebus inchoatæ multum inualeſcunt. Licet emm̃, vt dicit Ariſt. non fiant cõmuniter de paruis rebus, tñ ad ſenſum videmus, ꝙ multoties incipiunt à minimis, & ex ceſſiuè inualeſcũt, ſicut ignis incipit à fauilla, & creſcit in incẽdium. Hic igitur tria agenda ſunt. Primo declarandum eſt, quæ ſint illæ ſeditiones, quę dato ꝙ incipiant à paruis tñ nimis inualeſcunt. Secundo reuertemur ad declarandũ magis diſtinctè id quod incœpimus in primo capite huius tract. de modis, ꝙbus tranſmutantur politiæ: & manifeſtabimus propter quã cauſam & in quid tranſmutentur deſcendendo ad politiam popularem: & paucorum: & ad eam, q̃ cõmuni nomine appellatur reſpublica. Tertio manifeſtabimus quando maximè tranſmutantur, & quomodo aliquando per vim, aliquando per dolum, & aſtutias.

Parua diſſidia inter magnos et potentes, cito creſcunt.

Quantum ad primũ aduerte ex intentione Ariſt. quando ſeditiones fiunt inter dominos & principales ciuitatis, & inter inſignes ac nobiles, etiam ꝙ paruæ ſint à principio, nimis roborantur. & quidem ꝙ de principalibus verum ſit, declarat Ariſt. ex caſu accidente Syracuſis. nã cũ illic duo iuuenes eſſent conſtituti in magiſtratu, diſcordiam habuerunt adinuicẽ cauſa amoris venerei. Alter emm̃ puerum adamabat, & contigit illo abſente alterum conciliare ſibi dictum puerũ: Reuerſus alter & id intelligens indignatus eſt: & ſtuduit habere vxorem alterius: qui ſ. puerũ ſibi conciliauerat: qđ ille intelligens maximè iratus eſt motáque fuit diſſenſio inter illos, & ꝓpter illos tota ciuitas ſeditionem fecit. nam vnus traxit ad ſe partem ſibi fauentem, & alter alteram: & adeo creuit talis ſeditio, ꝙ mutatus fuit ſtatus ciuitatis. Patet igitur quòd licet incœperit à re leui, qualis eſt amor illicitus vnius pueri, tñ incredibiliter creuit: quoniam erat inter dominos ciuitatis, quod vtique non accidiſſet ſi fuiſſent perſonę priuatæ & de plebe.

Nota exemplum contra libidinoſos principes

Quamobrem, vt inquit Ariſt. ab his principiis cauendũ eſt: & quando accidunt, ſtudeant ſubditi q̃ citius diſcordãtes dominos ad concordiam trahere. nã diſſenſio cadẽs inter maiores & dominos eſt peccatum in principio, qđ eſt peſſimum: qm̃ principium eſt pluſquam dimidium totius: cõtinet emm̃ ſe & virtualiter principatum. & ideo ſtatim reſiſtendum eſt peccato, quod accidit in principio. Se habet emm̃ peccatũ in principe & in maioribus, ſicut defectus & diuerſitas in partibus principalibus animalis. Videmus emm̃ quòd modica facta immutatione & alteratione in corde, immutatur totum animal: & ex modica alteratione in ſemine generat monſtrũ & ex modica tranſpoſitione gubernaculi in naui, tota nauis multum tranſmutatur. Sic euenit in republica, & tota ciuitate ex parua ſeditione inter principales, ideo ſtatim extinguenda eſt per bonos ſubditos, quales ſunt ciues mediocres & virtuoſi.

Peccata in principio cum euadunt, &c.

Quod etiã verum ſit de inſignibus & nobilibꝰ: patet ex eo ꝙ diſcordãtes ſumpta occaſiõe à re parua, trahunt ciuitatem poſt ſe: & fit diuiſio in tota ciuitate, & id quidẽ multis exemplis, quæ recitat Ariſt. comprobandum eſt.

Exemplum ſeditionis inter nobiles.

In ciuitate Eſtica contigit duos fratres nobiles contendere de hæreditate paterna, qm̃ vnus non tantũ habuerat de diuitiis, nec de theſauro, quẽ pater inuenerat ſicut alter & qui minꝰ habuerat trahit in ſuũ fauorẽ populares. Alter vero, qui locupletior erat, diuites ſibi copulauit: & ſic ex duobus fratribus nobilibus tota ciuitas diuiſa fuit.

In Delphis accidit quendam eſſe curatorẽ vnius puellæ pupillæ,

pupillæ,quæ quidem cura principium fuit oĩum ſeditionũ quæ poſt cõtigerunt.Vnus enim puellam deſpõſauit,deinde conſuluit augurem, an deberet eam ĩ vxorem accipere. Qui conſuluit quòd non,& ille timens infortuniũ ſi ageret ⁊ conſilium auguris, relicta ſponſa receſſit. Parentes vero puellę veluti ſpreti & cõtempti indignati ſunt,& illo ſacrificante,ſacrum aliquod olam iniecerunt,id eſt occulte miſcuerunt ſacrificio aliquod non ſacrandũ,quaſi polluens ſacrificium,Deinde eum ꝙ malè ſacra tractaſſet,& vt ſacrilegum accuſantes capite damnari fecerunt.Mithilenæ quoq; ſeditio ex hæreditate cuiuſdam opulenti orta, magnorũ malorum origo fuit,& inde ſuſceptum fuit bellũ ab Athenienſibus ⁊ Mithilenęos,in quo vrbs eorum à Paihitę duce capta fuit.Defuncto enim Timophane viro opulento, duæ filię ſuperſtites fuerunt.Quidam Doxandrus noĩe eas filiis ſuis in matrimoniũ concupiuit.Quod cum conſequinõ potuiſſet,dolẽs alios ſibi & filiis ſuis fuiſſe præpoſitos,res nouas moliri aggreſſus eſt,& Atheniẽſibus,intra quos publicè erat hoſpes ſuaſit bellũ prædictũ ſuſcipere ⁊ Mithileneos.

Apud Phocẽſes ſeditio orta eſtex hære ditate inter Mnaſiam patrẽ Mnaſonis,& inter Euthicratem patrem Onomarchi & hæc ſeditio initium fuit Phocenſibus illius belli, qđ ſacrum appellarunt.

Exemplum ſeditionis ob nuptias.

In ciuitate Epidamni reſpublic.mutata eſt ex ſeditiõe facta propter nuptias.Deſponſauit enim quidam puellã, qua deſponſata aliqui iniuriati ſunt ſponſo. Cùm pater ſponſi aſſumptus fuiſſet ad magiſtratũ, decreuit vindicare iniuriã filio illatam,& aſſociauit ſibi alios exiſtentes extra rẽpubli. &infenſos ſtatui qui tunc erat & eorũ fauore rẽp.mutauit. Patet igitur qũo ſeditiones inter nobiles & diuites exortę à quibuſdam rebus paruis,& cauſis priuatis in tantũ inuale ſcũt,ꝙ reſultãt in detrimentũ & deſtructionẽ boni publici.

Excellentia partis in ciuitate creſcẽs ſuper aliã aut famę aut potẽtiæ aut pulchritudinis.

Quantũ ad ſm aduerte ꝙ contingit rempu. popularem mutari in ſtatum paucorum, & econuerſo & aliquando in politia dicta communi noĩe reſpubli. & id maximè prouenit,quãdo aliquod collegium, aut pars ciuitatis ex aliquo præclaro geſto magnam conſequitur famam & potentiam. Tunc enim contingit,quòd ſi illa pars regebat,famoſior & potentior facta magis intendit & firmat ſtatum ſuum,mutatúrque ſtat⁹ ille ex debili in firmiorem, ac fortiorem,ꝙ ſi non regebat,ꝓpter famam ac potentiam acquiſitam,trahit rempubli.ad ſe,& dominari incipit:mutans rempublc.alteram,& ad comprobationem propoſiti Ariſto. exempla quã plura recitat,vt infra.

Cum Athenis tempore belli Perſarum,Conſiliũ quod fiebat in Ariopago,vt pote in excellentiori parte ciuitatis,famam ingentẽ conſecutũ fuiſſet:qm̃ iuxta illud conſiliũ habita eſt victoria contra Perſas,propter quod principes illi⁹ conſilij ſeueriorem ac robuſtiorem fecerunt in ciuitate gubernandi formam.

Iterum Athenis cũ multitudo naualis fuiſſet cauſa victoriæ in bello nauali ⁊ Salaminenſes, & ob illã victoriã principatum magis fuiſſet ciuitati acquiſitũ, in tantam famã ac potẽtiam multitudo illa naualis creuit,ꝙ ſtatum popularẽ fortiorem fecit in ciuitate Athenienſium.

Apud Argiuos cum nobiles & potentes eligerentur ad præliũ cõmiſſum ⁊ Mantineam vrbem,& victoriam habuiſſent,tantam conſecuti ſunt potentiam & famã, quòd tentauerunt delere ſtatum popularem, & conuertere in paucorum potentiam.

Apud Syracuſanos cum factũ fuiſſet præliũ ⁊ Athenienſes,in quo populus Syracuſanus victoriam fecit,tãtam ſibi populus famam acquiſiuit quòd traxit rempublicã ad ſtatũ popularem.

Apud Chalcidenſes cum plebs ſimul cũ nobilibus ad opprimendum Phoxum tyrãnum inſurrexiſſet, ſtatim poſt interfectionem tyranni regimen reipublicæ ſuſcepit.

Apud Ambraciã,cum populus ſimul cum nobilibus ac diuitibus aggreſſoribus Periãdrum tyrannũ expuliſſet, expulſo tyranno in ſeipſum gubernationem ſuſcepit: & mutauit priorem ſtatum in politiam popularem.

patet igitur,qũo ex augmento famæ & potentiæ, quam acquirit vna pars ciuitatis ſequitur mutatio reipublicę aut in fortiorem,aut in aliam.

Regula pro dignoſcẽdis hĩ,quæ diſſenſiones cõ mouent.

Et vt habeas veluti regulam generalem,aduerte,vt dicit Ariſt.quòd quicunque aliquod præclarũ in ciuitate, aut ꝓ ciuitate agũt,ſiue ſint priuati homines,ſiue collegia publica,ſiue trib⁹,ſiue pars aliqua ciuitatis, ſiue quæcunq; multitudo de facili & cõmuniter ſeditionem mouent aut eã illi qui inuident eis,ex eo ꝙ honorãtur & laudantur,ſeditionẽ mouent:aut præclarũ quid fecerunt,ꝓ ciuitate, nolunt permanere cum æqualibus,nec eis cõformari: qm̃ ex præclaro ab eis geſto,inclinãtur ad magna,extimantq; ſe digniores: vnde ſi potentiã habent cõmouent ſeditionẽ ⁊ æquales,ſtudentes ſe maiores facere,& dominium ad ſe trahere.

Quando maximè oriũtur in politia ſeditiones.

Quantũ ad tertium aduerte ex intentione Ariſt. ꝙ tunc maximè fiunt ſeditiões & mutãtur politię,quãdo duæ partes ciuitatis naturaliter oppoſitæ, vt diuites & popul⁹ ſiue plebs,adæquantur in potẽtia,vel fere:& medij ciues:qui ſ. nec multum diuites,nec egeni ſunt pene nulli aut pauci.nã ſi eſſent multi,vt diximus in libro quarto: cõſtituerent ſe mediatores ac conciliatores inter prædictas partes ⁊rias. Quando igitur prædictæ partes adæquantur:& medij ſunt pauci,vna ſe reputat fortioré alia,& conatur eam repellere:& ſi cõtingat partem vnã ſuperare aliã pars vincens inſtituit rempub.vt ſibi videtur:& eã mutat quæ ſibi non placet,vel ſuam fortificat.Si autẽ pars vna notabiliter excedit aliam,quæ exceditur ne deſtruatur à potẽtiori,ſupponit ſe illi:nec audet aggredi ſeditionẽ ⁊ potentioré:& ex hoc habere poſſumus,ꝙ viri probi & virtuoſi non mouent ſeditionem ⁊ diuites,ne cõtra plebem:qm̃ vbique reſpectu eorum rari ſunt.Stat em̃ virtus in arduo,vt declaratum eſt in ſecundo Ethicorum:ideo pauci amplectuntur eam.

Aſtutia nonnunquã, aliquando vimutantur reſpublica.

Quomodo autẽ diſſidentes mutent rempub. & manuteneant aliquando ꝓ violentiam,aliquãdo ꝓ aſtutiam & dolum,aduerte ꝙ ſic faciunt.Aliquando in principio quando incipiunt inſtituere rempub.ſuo modo,violentiam inferunt ciuibus,vt acceptent & ſeruent rempub, quam inſtituunt. Aliquando in principio aſtute ſuadent ciuibus talẽ politiã fore vtilẽ ciuitati,& ſic ciues dolosè pſuaſi voluntariè eã acceptant.Quod ſi poſtquã acceptauerint aduertant ſe fuiſſe deceptos,& velint repugnare,tunc inſtituentes cogunt vi ciues pſeuerare in politia iam inſtituta,& quam iam acceptauerunt nec eis ꝓdeſt querela de aſtutia & dolo.& vt recitat Ariſt.hoc accidit Athenis:nã quadringẽti Athenienſes in vnum cõuenientes decreuerunt trahere rẽpub. ad ſe, & eam inſtituere modo,ac iudicio ſuo.Aduertentes autem populũ nõ daturũ aſſenſum niſi aliquo vtili ꝓpoſito ſuadentur imaginati ſunt hanc fallaciã,dicentes populo ꝙ Per ſarũ rex tribuere volebat eis pecunias ad pugnandũ ⁊ Lacedæmonios:quo audito populus credidit: & hac fallacia pſuaſus acceptauit rẽpub.vt quadringẽti inſtituerant,verũ poſt aduertens populus quadringẽtos fuiſſe eis mentitos, repugnare voluerunt nec ſeruare dictã rẽpub.ſed eis nõ ꝓ fuit,qm̃ quadringenti cum adherentib⁹ ſuis coegerunt populum pſeuerare in ea repub. q̃ iã acceptauerat. Patet igit qũo aliquando violentia,aliquando aſtutia mutantur reſpublicæ.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi Finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in quintum librum Politicorum, in tria capita diuiſus.

¶ De cauſis corrumpentibus in ſpeciali rempub. popularem,& eam,quæ eſt paucorum, & eam quæ eſt optimatum,& eam quæ communi nomine dici conſueuit reſpub. participat enim de ea quæ eſt popularis,paucorum,& optimatum,vt declaratũ eſt in libro quarto.

IN ſecundo tract.deſcendendum eſt ad cauſas corruptiuas politiarũ in particulari,& diuidemus ipſum in tria capita.In primo aſſignanda eſt cauſa,propter quam communiter tranſmutatur politia popularis in aliam.In ſecũdo aſſignandi ſunt modi & cauſæ,ꝓpter quas tranſmutatur politia paucorum.In tertio aſſignandæ ſunt cauſæ ꝓpter quas tranſmutatur politia optimatũ,& ea quæ dicitur reſpub.

CAPVT I.
Quomodo popularis politia corrumpatur,& in aliam mutetur.

IN primo cap.aſſignãda eſt prẽcipua cauſa,ꝓpter quã,vt in pluribus,corrũpitur politia popularis,& mutãtin aliã: & hic tria agenda ſunt.Primo declarabitur q̃ ſit huiuſmodi cauſa.Secundo declarabitur in quam antiquitus politia popularis ſæpiſsimè tranſmutabatur, nempe in tyranniđ.Tertio declarabitur quomodo politia popularis vnius ſpeciẽi

ſpeciei mutatur in aliam ſpeciem eiuſdem politiæ.

Popularis politia corrumpitur ex perfidia & malitia ducũ & conſulũ populi.

Quantũ ad primum aduerte ex intentione Ari. q̃ politia popularis maximè corrumpitur ex perfidia & malitia ducũ & conſulum populi. Illi em̃ aliquando calumniantur diuites & nobiles. Eſt aũt calũnia falſa criminis impoſitio. Quãdo igitur prędicti duces diuitibus & nobilibus imponunt crimina falſò, coadunantur calumniati inter ſe: & licet forte eſſent diuiſi & inimici adinuicem conueniunt ad repellendum cõem calumniam. Cogit em̃, vt inquit Ariſt. cõis timor futuri mali, in vnum cõuenire eos qui ante inimiciſſimi erant. Nam timor eſt apprehenſio imminentis mali, & facit timentem excogitare vias, quibus poſſit vitare malum: q̃ ſi apprehendit non eſſe tutiorem viam, quã aſſociare ſibi inimicos ſuos, hanc eliget, ẽt q̃ ſenſui diſpliceat, & cõciliabit ſibi inimicos, vt adunati repellãt impoſitã calumniã. Diuites igitur & nobiles adunati ad repellendam calumniam ſibi impoſitã à ducibus plebis inſurgunt contra plebem, & eam opprimentes mutant politiam popularem. Aliquando aũt irritant plebem contra diuites & nobiles, allegãtes plebi quòd nimis grauatur à diuitibus, quib⁹ ſermonib⁹ plebs cõmota, q̃m naturaliter inimicatur diuitibus, inſurgit contra diuites: qui timentes opprimi à plebeia multitudine cõgregantur & inſurgentes contra eã: deuincunt & humiliãt, auferũntque ab ea rempub. & dominium: & trahunt ad ſe, mutantes in politiã paucorũ. Aliquando prædicti duces cõmouent plebem ad inſurgendum contra diuites, ſperãtes q̃ ſi diuites fuerĩt ſuperati, plebs auferet poſſeſſiones ſuas ab eis, & diſtribuet inter ſe, & partem dabit ducibus ſuis, vel intendentes q̃ bona diuitum quæ ſolent eſſe libera, ſupponantur cõibus oneribus. Calumniã vero faciunt diuitibus, vt plebs deuincens diuites calumniatos ponant ad fiſcum eorum bona, quorum partem accipiant ipſi duces. Patet igitur qũo malitia & perfidia ducum ac cõſulum populi eſt præcipua cauſa corruptionis politiæ popularis. Quod comprobatur ab Ariſt. per exempla vt infra.

Popularis politia q̃m apud Chium perit, & in Rhodo.

Apud Chium ciuitatẽ, popularis ſtatus interiit propter prauitatẽ eorũ qui populũ ducebant & conſulebant. Nobiles enim conſpiratione facta oppreſſerunt populum & ciuitatis regimen arripuerunt.

In Rhodo cũ diſpoſitæ eſſent pecuniæ quæ cõductis militibus ſoluerentur: & potentes quidam in populo p̃ ſe eas retinebant. Præfecti aũt claſſis cum pecunias non haberẽt: & tamen ex lege nauigare cogerentur: veriti pœnã iudicij ſi non nauigaſſent, & irritati ex eo q̃ pecunias non receperunt: conſpirationẽ inierunt ad rempub. popularẽ euertendam. Apud Heracleam eadem cauſa populus fuit à nobilioppreſſus, & ſtatus popularis mutat⁹: nam potentes quidã in populo veluti duces populi: iniuriati ſunt diuitib⁹ & nobilib⁹: & propter iniurias illatas receſſerũt à ciuitate. Poſtmodum conſpirantes & in vnum conuenientes reuerſi ſunt in vrbem & populum oppreſſerunt: & rempublicam traxerunt ad ſe.

Popularis politia quo modo perit apud Megarenſes.

Simili cauſa apud Megarenſes ſtatus popularis interiit. Potentes em̃ & duces populi vt pecunias haberent: hortati ſunt populum vt mitterent in exiliũ multos diuites ac nobiles: & eorum bona confiſcarent: vt ipſi partem ipſorũ bonorum acciperent: quo peracto cum diuites & nobiles eſſent multi in exilio: conuenerunt in vnũ: accedentéſque p̃liati ſunt contra ciuitatem: & ſuperarunt: oppreſſóque populo rempublicam popularem deſtruxerunt: & ſtatum paucorum inſtituerunt.

Cõtingit idẽ apud Cumas. Duces enim populi cũ populo eiecerũt de ciuitate ditiorẽ & nobiliorẽ Thraſimachũ, nomine: q̃ reuerſus multo comitatu & fauore inſurrexit contra populum & deuicit: & ſtatum popularem mutauit.

His igitur exemplis conſtat perfidiam & militiam ducũ ac conſulum populi: eſſe præcipuam cauſam euerſionis politiæ popularis.

Popularis politia conuerſa fuit in tyrannidem, cum dux populi in popu lari ſtatu duxexercitũ fuit quod triplici ex cauſa euenit certum eſt.

Quantum ad ſm aduerte ex intentione Ariſt. q̃ antiquitus q̃ dux populi erat ẽt dux exercit⁹ ĩ ſtatu popularĩ: vt ĩ pluribus politia popularis conuertebatur in tyrannidem: nam plurimi antiquorum tyrannorum facti ſunt ex hominibus popularibus: & huius quidem apud antiquos triplex cauſa fuit: quæ vt dicit Ariſt. nunc ceſſat.

Prima fuit quòd antiquitus duces populi aſſumebantur ex viris bellicoſis: & in peritia armorũ exercitatis: eo q̃ erãt prudẽtiores & façũdi. Nondũ em̃ populares peritiã dicendi habebãt & p̃pterea magis facundũ ac diſcretũ & in armis exercitatũ eligebant ſibi in ducem. Ille autem ſolus principans cõfidens ĩ armorũ peritia paulatim tyrãnizabat: & opprimens populum conuertebat popularem ſtatum in tyrannidem. Nunc autem q̃m rhetorica augmentata eſt: multique nouerunt eam: ideo tales eliguntur in duces populi: verũ q̃a non ſunt in armis exercitati: non audent inuadere principatum ita q̃ vnus ſolus ſtet principans: niſi cõtingat aliquem ſic electum eſſe prudentiorem & facundiorem præ aliis & in armis exercitatum.

Secũda fuit quòd antiquitus vni de populo cõmittebantur multi & magni principatus: & ille dominiũ ad ſe trahebat paulatim tyrannizans: ſic accidit Mileti. nã vni datus eſt conſulatus: conſul autem multarum ac magnarum rerum poteſtatem habebat: & ſe tyrannum fecit.

Tertia fuit, q̃ antiquitus vrbes non erãt magnę nec populoſæ. Homines em̃ in rure habitabant occupati in agricultura ideo parum de bono publico curabant. Eos autẽ q̃ magis ſagaces apparebãt & exercitati in bello præficiebãt in duces: & iſti paulatim tyrannicè principabantur. Tyranizabant autem: q̃m populus in eis fidem habebat: & cauſa huiꝰ fidei erat: q̃a videbantur fauere ac perſuadere egenis cõtra diuites. Efficax autẽ erat perſuaſio propter inimicitiã quã ipſi duces prætendebãt contra diuites: & propter benę uolentiã quã oſtendebãt egenis. Nam habere odio inimicũ alicuius facit ipſum bene credibilẽ illi, & id accidit Athenis: nam Piſiſtratus acquiſiuit ſibi tyrannidẽ propter factionẽ ſuſceptã contra Pediacos: & Megaris, Theogenes factꝰ eſt beneuolus populo q̃m iuxta fluuiũ occidit pecora diuitum paſcentia: & Syracuſis, Dionyſius accuſans Daphęum & aliquos diuites factus eſt amicus populo: ſibique ex hoc fidem præſtabat, & q̃m popularis erat ideo reputatus fuit dignus principari & ſic tyrannidem promeruit. Patet qũo & ex quibus cauſis antiquitus ſtatꝰ popularis vertebatur in tyrannidem.

Quonam modo popularis politia deuenit in tyrãnidem. cũ hominum multitudo dominatur ſua pro libito, & non ſecundum legem.

Quantum ad tertiũ aduerte ex intentione Ariſt. quòd contingit vnam ſpeciẽ politię popularis mutari in aliã ſpeciem & maximè in vltimã quã in libro quarto tract. primo cap. tertio declarauimꝰ eſſe peſsimã ac p̃pinquã tyrannidi: & qũo deueniatur ad talem ſpeciẽ illic declarauimus diffuſè vt videre poteris. & nunc Ariſt. ſub breuibus repetit. Et intendit q̃ tunc vna ſpecies mutatur in hanc peſsimam quando tota multitudo popularis dominatur pro volũtate & non ſecundum legẽ: nec quis in ea dominatur ſm aliquã honorabilitatẽ: puta ex diuitiis aut ex nobilitate: aut ex virtute: ſed q̃m liber eſt: in qua libertate tota multitudo popularis eſt æqualis. Deuenitur autem ad hanc peſsimã ſpeciẽ hoc modo: cum populus in tali repub. poteſtatem habeat in electione principũ: duces populi qui principari appetunt: aſſutè proponunt toti populo, q̃ multitudo debet dominari: & non tantum aliqui de multitudine q̃m melior & potentior eſt tota multitudo q̃ aliqui de multitudine: ergo melius eſt totam multitudinẽ dominari: & q̃m popularis multitudo libẽter hos ſermones acceptat: ideo inſtituitur quòd tota multitudo dominetur, & non ſecundũ leges, ſed pro voluntate ac ſententia ſua & ſic deuenitur ad peſsimũ regimen populare. Nam aliæ ſpecies politiæ popularis de quibus ſermonẽ fecimus in libro quarto tract. primo capite tertio, tolerabiles ſunt: hęc autem peſsima.

Quid ſeruandum ne popularis politia conuertatur in tyrannidem.

Sed aduerte, quòd Ariſt. remedium excogitauit: ne ad talem ſpeciem peſsimam deueniatur: & eſt hoc. Quando eligendi ſunt principes non debet tota multitudo eligere ſed modo vna tribus puta hoc anno: & alio, alia tribus: & alio, alia: & ſic ſucceſsiuè vſque ad vltimam, deinde reincipere à prima, & hoc modo tota multitudo popularis eliget ſucceſsiuè & diuiſim. Non autem coniunctim. Non eſt autem piculum deueniendi ad prædictam peſsimam ſpeciem ſi tota multitudo ſimul non eligit: nec dominatur. His igitur cauſis vt in pluribus tranſmutatur politia popularis aut in politiam paucorũ: aut in tyrannidem: aut in peſsimam ſpeciem eiuſdem politiæ. Hæc de pręſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quibus ex cauſis mutari eueniat tam per accidens quàm per ſe ſtatum paucorum in popularem.

IN ſecũdo capite declarandæ ſunt cauſę p̃pter quas corrumpitur ac tranſmutatur politia paucorum: & hic quatuor agenda ſunt. Primo declarandi ſunt duo modi generales q̃bus vt in pluribus fit talis tranſmutatio. Secundo ſubdiuidendus eſt alter duorum modorum generalium in ſeptem. Tertio declarandum eſt quando & qualiter maximè mutatur politia paucorum. Quarto quando contingit eam per accidens tranſmutari.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſtotelis, duabus

Tribus ex causis paucorum politia deficit, & in popularem conuertit.

duabus de causis generalibus vt in pluribus transmutari & destrui politiam paucorum.

Prima est dissentio inter pauperes populares & diuites principantes: nam si huiusmodi diuites grauãt multitudinẽ popularem, iniusta agẽdo, aut grauamina & onera excessiua imponendo, multitudo ipsa insurgit contra diuites dominantes & occidit aut expellit eos, & trahit politiam paucorum ad politiam popularem. Tunc autem precipuè prænalet multitudo popularis contra diuites, si instituat & eligat sibi ducem vnum ex numero diuitũ, factus eñ dux populi, fagacitate sua conducto populo contra diuites, sufficiens est eiicere eos, & mutare statum. Sic accidit in Naxo, vbi Ligdamus qui erat vnus de numero paucorum electus fuit à populo dux populi, & simul cum populo eiecit diuites dominantes, & postea tyrannizauit super Naxeos.

Secunda dissensionis causa.

Secunda est dissensio diuitũ inter se. Nã sicut accidit dissensio inter diuites & multitudinẽ plebeiam ex causa dicta, sic accidit inter ipsos diuites ꝓpter inuidiã & alias causas vt dicemus, & tũc eorũ ex diuisione dominium suũ destrui tur, qđ quot modis fiat dicemus in immediatè sequentib⁹.

Inter diuites dissensio septem modis oriri potest, quibus facile paucorum politia in popularẽ conuertitur, & mutatur.

Quantum igitur ad fm aduerte ex intentione Aristo. ꝙ dissensio diuitum inter se potest fieri septem modis, ex quo rum quolibet contingit statum paucorum transmutari.

Primò contingit dissensio inter diuites: qñ aliquibus in locis vt in Massilienſib⁹ & in Histro & in Heraclea, pauciſſimi principantur. Cæteri ergo diuites qui vident se inhonoratos & exclusos à regimine, res nouas meliori non cessant, donec & ipsi & honorentur, & ad principatum deueniant. Nã in locis quibusdam, & maximè vbi est politia paucorum ciuilior non simul assumuntur ad gubernandam remp. pater & filius, nec oẽs fratres, sed tantum senior & iunior. Et his causis accidit in Histro ꝙ dissensio facta est inter diuites, & mutatus fuit status paucorum in politiàm popularem & in Heraclea mutatus est à paucioribus ad sexcentos: nam diuites inhonorati & exclusi à principatu adhærebant populo, qui simul congregati eiiciebant paucos principantes.

Secũdò ꝯtingit dissensio inter diuites vt in Gnido. Cùm eñ pauci ex diuitibus dominarent, & plures essent exclusi, ita ꝙ pater impediebat filium, & frater senior alios fratres præter iuniorem filiꝰ mouebat seditionem contra patrem, & alij fratres contra seniorem, & ipsis sic dissentientibus multitudo popularis vt pote grauata ac malè recta propter eorum dissensiones insurrexit cõtra diuites & obtinuit: qñ fecit sibi ducem vnum ex illis diuitibus, & quoniam diuites diuisi erant deuicti fuerunt: nam diuisum per seditionem de bile est. Virtus eñ vnita fortior est seipla diuisa, mutauitq; populus politiam paucorum in politiam popularem. Et apud Erithrienses cum esset status paucorum in vrbibus regiis antiqs temporibus: quoniam principantes pauci erant, licet remp. bene regerent, tamen indignatus populus, vt pote indignum existimans per tam paucos gubernari, insurrexit, & politiam paucorum in popularem transmutauit.

Tertiò cõtingit dissensio inter diuites, quando aliq ex eis cupiunt potẽtiores fieri supra alios, & adiungunt sibi alios de numero diuitũ & nobiliũ, vel faciunt sibi plebem fauorabilem, sic Athenis adiunxit sibi triginta Calicles, & Phirmeꝰ adiunxit sibi quadringẽtos & in Lariſſa ciuitate nobiles colebant plebem, eo ꝙ plebs eligebat diuites ac nobiles ad magistratũ, q̃ custodia reip. vocabatur: electi enim erant conseruatores & procuratores reip. & similiter in quibuscunq; gubernationibus paucorum, potentes & diuites apti ad regimen non eligunt ad magistratus, sed plebs eligit, ita tamẽ quòd electio fiat ex determinato censu, vel tali nobili genere vt Abidi, & vbi iudicia non fiunt per gubernatores reip. sed plebs est illa quę iudicat, in omnibus his locis diuites & nobiles colunt plebem conanturq; eam sibi beneuolam tenere, vt per eam eligantur in principes, & non iudicẽtur seuerè ab ea, & vt plebis suffragia promereri possent, cum vt dictum est electio & iudicia spectent ad plebem, nimis fauẽtes plebi rempub. paucorum mutant, & instituunt popularẽ in qua desiderãt honorari & hæc mutatio accidit apud Heracleam quæ est in Ponto.

Quartò accidit dissensio inter diuites qñ in statu paucorum pauci sunt principantes, & illi pauci reducunt pricipatum ad pauciores, excludentes aliquos q̃ solebant aut sperabant principari. Tunc exclusi quoniam videntur contemni, eligunt potius esse cum aliis æquales, quàm illis paucis subesse. & sic indignati adhibent sibi populum in auxilium, & transmutant statum paucorum in popularem.

Quintò contingit dissensio inter diuites, qñ sunt pauci principantes, & sunt in ciuitate quàm plures diuites & insignes, qui non participant principatib. Videntes eñ se non assumi ad principatum, veluti contempti indignãtur & seditionem mouent contra paucos principantes, & reducunt statum paucorum, ad statum cõiorem, in quo plures ex diuitibus & insignibus principantur. Hac de causa accidit transmutatio politiæ paucorum in vrbe Elide: nam cum in ea esset politia paucorum, valde pauci eorum ad ordinem senatorium, quę erat perpetua dignitas, peruenire poterant: qm̃ hic ordo erat potẽtiorum, & persimilis senatui Lacedæmoniorum de quo pertractanimus supra in secundo libro, in tractatu quarto, alij igitur videntes se nõ honorari, nec assumi ad ꝓdictum principatum, indignati mouerunt seditionem, & mutauerũt statum paucorum ad statum magis communem, in quo & ipsi principari poterant.

Cõtingit inter diuites nonnunquã dissensio politia corrupti ua ex nuptijs, & variis iudicijs.

Sextò cõtingit dissensio inter diuites, aliqñ ex nuptijs, aliqñ ex iudicijs & condemnationib. ex nuptijs quidem vt dixim us supra in hoc libro, in tract. primo, in capite tertio, & in Eretria, paucorum statꝰ, qui erat equitum, sublatus est per Diagoram cui iniuriatum fuerat ex nuptijs. Propter iudicia autem seditio facta est in Heraclea, & in Thebis: nam sententia data fuit cõtra adulterum, ex qua orta est seditio inter diuites: nam licet in vtroq; loco accusatio contra adulterum non iniusta esset, tamen per factionem pœna nimis exasperata fuit. Apud Heracleam quidẽ aduersus Euectionem. Apud Thebas vero aduersus Archinum, quem inimici sui peruincentes in foro ligari ac ceruicem eius anulo ferreo includi fecerunt.

Septimò contingit seditio inter diuites & mutatur statꝰ paucorũ ꝓpter nimis asperã dñationem, quã nonnulli principantes vtuntur. Alij eñ vtpote humaniores non approbãt talem rigorem, & commoti quasi pietate subditorũ quos vident vt seruos tractari, nolentes talem iniustitiam sustinere insurgunt ꝯ duros principantes, & auferentes ab eis dominium, magis temperatam rempu. instituũt & hoc accidit his qui dure in Gnido & in Chio rempub. regebant.

Patet igitur quomodo septem modis accidit dissensio inter diuites, propter quam status paucorum mutatur.

Patrimonij consumptio ac vita luxuriosa principantium facit paucorũ politiam in tyrannidem.

Quantum ad tertium aduerte ex intentione Ari. causa propter quam maximè contingit transmutatio politiæ paucorum est consumptio patrimonij, & vita luxuriosa ac ꝓdigalis: nam qui principantur in tali politia, & viuunt delicio se ac ꝓdigaliter & in luxurijs, cito consumunt patrimonia, quibus consumptis cum non habeant alias ꝓprias diuitias, nec abstinere se velint à victu consueto appetunt & quęrũt causas inueniendi diuitias vndecunq;. Nullum autem commodiorem sibi inueniũt quàm rempu. pertubare, & seditionem facere, in qua cum amicis fauentib. (qui eñ prodigaliter viuit multos sibi comparat vulgares amicos) quærunt vsurpare dominiũ & se tyrannos cõstituere, vt bona subditorum rapiant, quibus valeant plusquam prius luxuriosè viuere, & sic cõuertunt politiam paucorum in tyrannidem. Quòd si nequeunt dñium ad se trahere, ꝓcurant pro alio, vt saltem illius medio diuitias habeant rapiẽdo bona cõia, & hoc accidit Syracusis: nam Hipparmꝰ postquam consumpserat bona sua, & aduertẽs se non posse dominari, curauit ꝙ Dionysius tyrannizaret vt illiꝰ fauore diuitias inueniret, & in ciuitate Amphiboli Cleotimꝰ Chalcidenses colonos superinduxit, & mouit seditionem contra diuites, vt tyrannizaret, & in ciuitate Aegina, quidã mouit causam cõtra Carithem Athenienſem, & cũ cõsumpsiſſet sua, res nouas molitus est, ꝓpter eandem causam, vt s. diuitias alienas raperet, quibus posset luxuriosè viuere. Hi ergo hoïes consumptis patrimonijs, aut res nouas cõmouent, aut rempu. furtis expilant, & sic seditiones fiunt aut ab ipsis, aut ab illis qui eorum furta non tolerant, vt accidit in Apolonia q̃ est ciuitas in Ponto. Illic eñ cum quidam ex prĩcipantib. consumpsiſſet bona ꝓpria, & non posset se tyrannũ constituere, nec alium, qui sibi faueret, conuertit se ad rapinas & furta bonorum communium, & tunc orta est in ciuitate seditio.

Tu tñ aduerte vt dicit Ari. si diuites & nobiles prĩcipantes ĩ statu paucorum sint bñ concordes, & bene se habeant erga vnumquemque eorum qui subsunt reipu. iuxta gradũ suũ, non de facili talis status corrumpitur, & signũ huius est apud Pharsum vrbem. Qui eñ ibi dominabantur pauci admodum erant, & multorum dñi, verum quoniam bene se habebant erga omnes tribuentes vnicuiq; proportionaliter vt decens erat eorum status non potuit immutari.

Patet igitur quòd prĩcipua causa seditionũ & mutationis status paucorum quando non sunt bene concordes, nec

iusti erga subditos, est ꝺsuptio patrimonij & vita delicioſa.

Tempore belli ac pacis quomodo facile ſibi inuicem diſſidentibus principantibus diuitibus delicioſe viuẽtibus mutatur paucorũ politia in populũ arem.

Fit autem huiuſmodi ſtatus tranſmutatio & tẽpore belli & tempore pacis. Tempore quidem belli: quoniam diuites principantes non ſunt confidentes de populo. Populus em̃ quia videt ſe non honorari: nec recipi ad regimen ciuitatis odit eos tm̃ vt aliqñ reſiſtant hoſtibus coguntur vti populo ꝓ militibus q̃bus aliquis præficitur, & ille efficitur tyrannus trahens ad ſe dominium: & deſtruens ſtatum paucorũ: & id accidit Corinthi: vbi multitudo præliatura fecit ſibi principem Timophanem qui ſe tyrannum fecit. Quod ſi plures præficiuntur populo militaturo: illi adhuc potentiores erunt contra diuites: & facilius ad ſe dominiũ trahent: & ideo diuites id formidantes aliquando trahunt dominium reip. multitudini populari: quoniam neceſsitas cogit vti populo contra hoſtes: poſſet enim contingere ꝙ niſi populus reſiſteret, hoſtes prꝙualerent: & diuites amitterent non ſolum dominium: ſed etiam bona & poſſeſsiones ſuas: vñ magis eligunt carere dominio: quàm totum perdere.

Tempore autẽ pacis contingit talis ſtatus mutatio: qm̃ diuites principantes non confidunt de ſe inuicem: & qm̃ vnus de altero timet parant ſibi militum cuſtodiam & munitionẽ ꝺ ſe inuicẽ: ex qua cuſtodia populus grauatus inſurgit. Aliquando diuites prꝑficiunt cuſtodiꝫ militũ virũ aliquẽ mediũ: q ſ. ad neutram partem videtur declinare: q̃ ſagacitate ſua & cũ intelligentia militũ fit dominus vtriuſq; partis: ſicut accidit in vrbe Lariſſa: Aleuadẽſibus tenẽtibus rempublicam, & apud Abidum tempore ſocietatum: quarũ vna erat Ephiadi, forte ſic dicta à loco vel regione.

Quomodo per accidẽs cõtingit mutari paucorum ſtatum in populare.

Quantũ ad quartũ aduerte: ꝙ ab omnibus cauſis & modis prædictis contingit tranſmutari per ſe ſtatũ paucorũ in ſtatum populare: vltra autem prędictas cauſas per ſe, cõtingit etiã veluti à fortuna & per accidens tranſmutari & fieri popularis: nam quando determinatum eſt per legem aut decretum, ꝙ in politia paucorum nullus poſsit aſſumi ad principatum: niſi habeat diuitias in tanta vel tanta quãtitate: & quicunque tantã quantitatẽ ꝑ tempore habuerit poſsit aſſumi: continget ꝙ multi & multi ciues q̃ ante erant mediocriter diuites, nec poterant aſſumi ad principatũ, adeo ditabũtur vel ex longa pace vel alia bona fortuna: ꝙ ditiores euadent, q̃ ſit ſtatuta quantitas ex decreto. Tunc omnes tales poterunt eligi in principantes: & non remanebit amplius paucorum ſtatus, ſed fiet plurium. Vbi autem plures dominantur: dicitur popularis ſtatus. Patet ergo quomodo per accidens ex prædicto modo, mutatur paucorum ſtatus. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Ob quas cauſas fiant in optimatum politia, ac republica diſſenſiones & mutationes ſtatus vnius in alium.

IN tertio capite aſsignandæ ſunt cauſæ, ꝑpter, quas fiunt ſeditiones & tranſmutatiões in politia optimatũ, & in ea quæ communi nomine appellatur reſp. & hic quatuor agenda ſunt. In primo declarabuntur cauſæ ſeditionis & tranſmutationis in prima ſpecie politiꝫ optimatum, quæ eſt mera & pura politia optimatum. In ſecundo declarabunt cauſæ eiuſdem effectus in ſpecie mixta politiæ optimatum: & in rep. ſic dicta. In tertio declarabitur quomodo aliquando latenter & paulatim fit tranſmutatio in politia optimatum & in ea quæ dicitur reſpub. In quarto declarabitur quędam vniuerſalis cauſa: propter quam communiter omnes politiꝫ in ſuas oppoſitas tranſmutantur.

Quãtum ad primũ aduerte vt docuimus in primo tract. capite tertio quarti libri. ſpecies politiꝫ optimatũ ſunt quatuor ex quibus prima eſt ſimplex & mera optimatum: quoniam in ea habetur reſpectus ad ſolã virtutem: aliæ autem tres ſunt mixtæ: quoniam vt illic videre poteris ſecunda videtur aliquantulum ſapere politiam paucorum: & tertia ſapit naturam politiæ paucorum & popularis: & quarta ſapit naturam politiæ popularis: & hæc eſt in vſu apud Lacedæmonas: & tu vide illic: ne ꝺfundaris in ſequentibus. Loquẽdo igitur de prima ſpecie in qua ſoli virtuoſi dominantur: & non eliguntur ad principatum niſi propter eminentiam virtutis: ideo pauci in ea dominantur: ſicut & pauci in politia paucorum: quoniam ſicut pauci ſunt diuites in ciuitate reſpectu plebis egenæ & ciuium mediorum: ſic pauci ſunt virtuoſi: & pauciores q̃ diuites: quoniam virtus ſtat in arduo: ad quod pauci pertingunt. In hac igitur ſpecie ponit Ariſt. quinque modos: quibus conſueuit fieri ſeditio.

Ex optima

Primus eſt: quãdo in ciuitate multi ſunt aſtuti videturq; virtuoſi in exteriorib⁹: licet in veritate non ſint: & non pſit tolerare ꝙ non aſſumantur ad principatum cum videantur virtuoſi ſicut & illi pauci qui aſſumuntur. Tales igitur ex aſtutia inueniunt vias: quibus turbent ſtatum paucorum optimatum: & ꝓueniant etiam ipſi ad principatum: & hoc accidit in Lacedæmonia: Ibi enim quidam nuncupati Partheniæ, id eſt honeſti ac compoſiti in exterioribus veluti virgines intrinſecus autem ſimulatores: cum non aſſumerentur ad principatum, ꝓcurarunt ſeditionem: quod alij aduertentes relegauerunt eos: & miſerunt in coloniam Tharentum.

tem politia, vbi tum virtuoſi dominantur, quinque modis ſeditiones ac ſtatus mutatio contingunt.

Secundus eſt: qñ in ciuitate aliqui ſunt magni ac virtuoſi: & non inferiores principantibus & tamen inhonorantur ac vilipenduntur à principantibus: indignati ſeditionẽ mouent: ſicut Liſander cum eſſet magnus: & virtute non inferior principantib. cum eſſet inhonoratus ab eis mouit cõtra eos ſeditionem.

Tertius eſt: qñ vir ſtrenuus ac magni animi non honorat in repu. vt ſe dignum extimat: ſeditiones parat vt ſe magnũ faciat ſicut Cynadon qui coniuratione facta tempore Ageſilai, Spartiatas tentauit opprimere.

Quartus eſt: qñ alij nimia paupertate ꝓmuntur: alij multis abundant diuitijs. Tunc em̃ pauperes exaſperati propter inopiam & inuidentes opulentis: ſeditionem mouent cõtra diuites vt rapiant de bonis eorum: & id maximè contingit tempore belli: ſicut accidit in Lacedæmonia tempore belli Meſsinẽſis. Pauperes em̃, ꝓpter bellum afflicti mouerunt ſeditionem contra opulentos: & cenſebant æqua portione agros diuidendos eſſe ciuib. cuius rei poëta Thire⁹ meminit in carmine quod inſcribitur bona diuiſio.

Quintus eſt: qñ quis eſt magnus, & potens fieri maior: & appetit ſolus dominari: mouet ſeditionem, vt ſe principem faciat. Cum em̃ ſit magnus, & potens ſe maiorem alijs reputet ferre non poteſt ꝙ ſit ſubditus: ideo per ſeditionem dominium tentat: ſicut accidit apud Lacedæmones de Pauſania: qui cum fuiſſet dux belli aduerſus Medos egrè ferebat ꝙ non principaretur: & Hanno apud Carthaginenſes iõ mouerunt ſeditionem: vt principatum acquirerent. Iſti igitur ſunt modi, quibus contingit ſeditio in prima ſpecie politiæ optimatum.

Quãtum ad fm aduerte vt docuimus in lib. quarto trac. primo capite tertio: in ſecũda & tertia & quarta ſpecie optimatum: qñ aſſumuntur aliqui ad principatum: non hꝫ reſpectus ſolum ad virtutem vt in prima ſpecie: ſed etiã ad diuitias ſimul cum virtute: & ad populum: & ideo dicunt mixtæ ſtatu paucorum inquantum eſt reſpectus ad diuitias: & ex ſtatu populari inquantum hꝫ reſpectus ad populum: ſimiliter politia quæ appellatur cõi nomine reſpu. componitur ex ſtatu paucorum & populari: vt docuimus in libro quarto tract. ſecundo capite primo: & tu vide illic. In his igitur politijs ex intentione Ari. duabus de cauſis accidit ſeditio & diſſolutio.

In politijs mixtis ex ſtatu paucorũ, & populari cũmodo ſint optimatum, duabus ex cauſis ſeditiones oriuntur.

Prima eſt defectus iuſtitiæ in eis: nam ſicut iuſtitia qua conſeruatur mutua cõicatio inter ciues: firmat & ſaluat repu. ſic oppoſitum deſtruit: & diſſoluit. Principium autem & origo defectus ſiue tranſgreſſionis iuſtitiꝫ in illis eſt nõ debita mixtio ex politia paucorum & popularis: nam qñ prædictæ ſpecies politiæ optimatum & reſpu. ſunt melius cõpoſitæ ex politia paucorũ & populari magis durabiles ſunt. Si autem male aut inſufficienter componuntur: de facili diſſoluuntur. Aſsimilantur em̃ mixtis & compoſitis naturalib. nã in quibus elementa ſubtilia⁹ & magis ꝓportionaliter miſcẽtur, illa nobiliora ac durabiliora ſunt vt homo. In quib⁹ aũt minus ſubtiliter: & cum minori ꝓportione ac contemperãtia miſcentur: ignobiliora & min⁹ durabiliora ſunt: vt aquatica: in quibus ſuperabundat humidum aqueum: ſed de his ad plenum diximus in libro ſecundo perygeneos: & in Epitome de cauſis longitudinis & breuitatis vitę. ſic in propoſito accidit in mixtione prędictarum politiarum: & ſicut accidit in mixtis naturalib. ꝙ denominantur ab elemento prę dominante, vt piſces dicuntur aquei: & volatilia aërea & quadrupedia terrea & ſicca calida ignea, vt aromatica: ſic illas reſpu. mixtas, quę declinant ad ſtatum paucorum, aliqui vocant politiam optimatũ. In vtraque enim fit diſtributio principatus ſecũdum excellentiam & dignitatem aliquam virtutis & nobilitatis & in vtraque pauci principantur. Reſpublicas autem quæ declinant ad multitudinem appellam⁹ communi nomine reſpub. Quapropter ea quę communi nomine dicitur reſpubli. tutior eſt quàm ſtatus optimatum & popularis: nam in ea multitudo dominatur. In ſtatu autem optimatum pauci virtuoſi: & in ſtatu paucorum

pauci

Reſpublica optimatum durabilior eſt, quam alia omnes.

pauci diuites: ſed plus poteſt multitudo & fortior eſt quam pauci, ideo reſp. tutior eſt, ac magis conſeruari poteſt. Præterea in rep. fit diſtributio principatuum & bonorum communium & honorum, magis ſecundum æqualitatem q̃ in aliis: nam in ſtatu optimatum fit diſtributio ſecundũ excellentiam virtutis. In ſtatu paucorum ſecuudum excellentiã diuitiarum. Homines autem communiter magis amãt æquale: qa aufertur inuidiæ, & contentionis occaſio, & ideo magis amant eam, quę dicitur reſpu. qnàm alias politias, ex cõ ſequenti tutior eſt, qui vero diuitiis abundant ſi reſpub. excellentiam eis tribuant cõtumelia & iniuriis alios afficiũt, dũ volunt cæteros ſuperare, & tunc fit tranſgreſsio iuſtitiæ quæ eſt cauſa diſſenſionis & diſſolutionis reip. & ſtatus optimatum quando eſt mixtus. Diſſoluuntur autem & tranſmutantur in eam, ad quam magis declinant, vt ſi reſpub. magis declinat ad ſtatum popularem tranſmutatur in illum. Si autem ad ſtatum paucorum tranſmutatur in ipſum. Similiter ſi ſtatus optimatum mixtus declinet magis ad ſtatũ paucorum, tranſmutatur in illum: nam ſi in ſtatu optimatũ mixto diuites excedant, & fiat diſtributio principatuum ſecundum excellentiam diuitiarum, fiet ſtatus paucorum. Quandoq; autem tranſmutantur in contrarium, ita ꝙ reſp. tranſmutatur in ſtatum paucorum & ſtatus optimatum mixtus i ſtatum popularem. Cùm enim ſtatus optimatum mixtus declinet ad ſtatum paucorum, ſi diuites excedant tunc pauperes grauati iniuſta ſuſtinentes inſurgunt, & trãſmutant ſtatum optimatum in ſtatum popularem. Similiter reſp. aliquãdo tranſmutatur in ſtatum paucorum: nam ſi in ea plus tribuatur pauperibus q̃ diuitibus, & non tribuatur eis iuxta dignitatem ſuam, inſurgunt diuites cõtra remp. & tranſmutant eam in ſtatum paucorum: vnde vt diximus ſupra, ſola illa reſp. tuta eſt ac permanet, in qua obſeruatur æqualitas ſecundum dignitatem, & traditur vnicuique quòd ſuũ eſt.

Et quidem ꝙ reſp. tranſmutetur in eam ad quam magis declinat, declarat Ariſt. exemplo accepto à ciuitate particulari, & dicit ꝙ in Thuriis fiebat diſtributio principatuum ſecundum magnam excellentiam diuitiarum & nobilitatis, ita ꝙ magis diuites ac inſignes magis dominabantur. Poſtmodum, mutata fuit hæc lex, & diſtribuebantur principat⁹ in minorem excellentiam diuitiarum & nobilitatis, ita ꝙ mediocriter diuites & nobiles aſſumebantur ad principatum, & ſic paulatim reſpub. cœpit declinare ad populares, & in proceſſu temporis populus exercitatus in bello factus eſt potentior, & inſurrexit cõtra ditiores & magis inſignes & compellens relinquere agros ac religionem, traxit remp. ad ſtatum popularem. Patet igitur quomodo tranſgreſsio iuſtitiæ eſt cauſa ſeditionis & diſſolutionis in ſtatu mixto optimatũ, & in ea q̃ cõmuni nomine appellatur reſpublica.

Iuſtitiæ tranſgreſsio euertit reſpublicas.

Secunda cauſa ꝓpter quam accidit ſeditio & tranſmutatio in ſtatu optimatum mixto, & in rep. eſt vt dicit Ariſt. qm̃ diuites & nobiles plus habent de bonis communibus quàm pauperes, & ratio huius eſt, quia in tali ſtatu fi. honorum diſtributio ſecundum dignitatem virtutis, ita ꝙ qui plus de virtute habent, aut reputantur habere plus recipiunt de bonis ac honoribus publicis. Sed apud homines extimantur diuites magis virtuoſi q̃ pauperes. Habent enim diuites illud cuius defectu videtur pauperes iniuriari multis, & ideo diuites in ſtatu optimatum mixto plus recipiunt de bonis ac honoribus publicis q̃ pauperes. Velut apud Lacedæmones: nam illic opes & diuitię in paucis ſunt, & iſti communiter ad principatum aſſumuntur, magnamq; licentiam nobiles illic habent agendi quod volunt, & cui velint gratificandi, quod egenis non licet, ex hoc igitur ꝙ egeni vident diuites plus recipere de bonis cõmunibus, inuident & triſtantur, & inſurgunt contra eos, & conantur trahere ſtatũ mixtum optimatum, ſiue eam quæ dicitur reſp. ad politiã popularẽ.

Periculoſũ eſt in optimatum politia ac republica diuites, ac nobiles plus quam pauperes gaudere bonis communibus.

Status rei publicæ quo modo paulatim, ac latẽter euertitur.

Hac de cauſa ciuitas Locrorũ interiit: nã qa diuites pl⁹ recipiebant q̃ pauperes inſurrexit multitudo popularis, & aſſumens ſibi in principem Dionyſium trãſmutauit ſtatum optimatum. Poſtmodũ Dionyſius tyrannizauit, ꝓpter qđ ci uitas ipſa fuit deſtructa. Quod vtique non contigiſſet, ſi ſtatus optimatum, & reſp. eſſet bene mixta ac temperata, & nõ tantum declinaſſet ad beneficia diuitum. Patet igitur quomodo corrumpitur ſtatus optimatum mixtus & reſp. ex eo quòd diuites plus recipiunt quàm pauperes.

Quantum ad tertium aduerte vt dicit Ariſt. ꝙ diſſolutiones ſtatus optimatum & reipub. multoties fiunt latenter & paulatim, ita quòd huiuſmodi diſſolutio non deprehenditur niſi in fine. quando ſcilicet amplius ſuſtineri nec ſeruari põt, & huius quidẽ latentis diſſolutionis cauſa eſt ea quam aſsignauimus in primo tractatu capite ſecundo, huius quinti libri, vbi aſsignauimus vndecim cauſas corruptiuas politiarum in communi, & eſt nona in ordine, & dicitur puſillitas, id eſt negligentia, vide illic, & inuenies ꝙ quando tranſgreſsio ſecundũ modicum ab eo quod ad rempub. exigitur, & illud non curatur, & iterum fit tranſgreſsio ab aliquo maiori, & iterũ ab aliquo adhuc maiori, & ſic ꝓcedendo paulatim tandem tota reipu. forma mutatur. Sicut eñ in moralibus vt declaratum eſt in ſecundo lib. Ethicorum, vn⁹ act⁹ inclinat ad conſimilem, tam in bonum quàm in malum, ſic in ciuilib. qñ prętermittitur illud quod eſt opportunum reipu. etiam ꝙ ſit modicum, inclinat talis prætermiſſio ad contrarium reipuo. & ſic tandem per continuum proceſſum inducitur tanta inclinatio ad contrarium reipu. ꝙ tota diſſoluitur. Quoniam igitur talis diſſolutio fit per multa modica q̃ videntur nullius ponderis, etiam ꝙ prętermittãtur, dicitur diſſolutio ſtatus optimatum & reipub. fieri latenter & paulatim.

Et id confirmatur exemplo eius quod accidit in Thurijs, nam vt recitat Ari. apud Thurios lex erat, ꝙ nulli licebat ꝑturam gerere niſi per quinquennium. Sed iuniores quidam rei militaris periti, & famam ac beneuolentiam habentes apud mutitudinem popularem, q̃ deputata erat cuſtodiæ ciuitatis, cum cęteros qui in rebus gerendis verſabañ ſperne rent, & crederent ſe cum fauore multitudinis conſequi vota ſua, fuaſerunt multitudini bonum eſſe ꝙ prætura ſiue ducatum exercitus per totam vitam & non ſolũ per quinquennium tenerent. Sed magiſtratus qui præerãt inſtitutioni ac diſtructioni legum, & dicebantur cõſultores, moti ſunt ad ꝺdicendum. Sed tandem deſtiterũt perſuaſi ꝙ illud permitterent, proponentes tñ alias leges omnino inuiolatas cõſeruare. Poſtea vero, & aliam legem prædicti iuniores fauore multitudinis mutare aggreſſi ſunt, & conſultores prohibere non potuerunt: quoniam permiſerant mutationem legis de prætura, & ſic tandem mutata fuit tota eorum reſpub. in potentiam eorum qui conati fuerunt inſoleſcere, & leges mutare. Quod vtique non contigiſſet, ſi conſultores non cõſenſiſſent mutationi ſiue abrogationi prædictæ legis de quinquennio præfectore.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ Ari. vniuerſalẽ cauſam adducit, ꝓpter quam omnes reſpu. mutantur & diſſoluũtur & dicit ꝙ interdum per ſeipſas, ſ. ex diſſenſione ciuium, interdum per cauſam extrinſecam. Hanc autem cauſam extrinſecam dicit eſſe rempu. contrariam alterius ciuitatis, ſiue ſit longè, ſiue proximè, qñ talis ciuitas potens eſt, & dominium obtinet alterius ciuitatis in qua fit reſpu. cõtraria, & id manifeſtatur duplici exemplo.

Ex vicinis ciuitatibus euertuntur reſpublicæ.

Primò qa Athenienſes habebant remp. popularem, quando deuincebant aliquam ciuitatem, ſi in ea inueniſſent politiam paucorum deſtruebant eam, & inſtituebant popularẽ.

Secundò quia Lacedæmones habebant politiam paucorum, qñ aliquam ciuitatem deuincebant, ſi in ea fuiſſet politia popularis deſtruebant eam, & inſtituebant politiam paucorum. Hæc de præſenti capite dicta ſint. Patetq; ex quibus cauſis ſeditiones & mutationes politiarum oriantur.

Tractatus ſecundi finis.

TRACTATVS TERTIVS
in quintum librum Politicorum, ſex capitibus complexus.

¶ De cauſis conſeruantibus politias in quibus plures dominãtur, quales ſunt politia popularis, & paucorum, & optimatum, & hoc tam in generali quàm in ſpecie.

IN tertio tractatu agendũ eſt de documẽtis & remedijs quibus ſaluari poſsint politiæ à corruptionib. quarũ cãs aſſignanim⁹ in tractatu ꝓcedẽti. Sic eñ doctrinæ ordo exigit: nam ſicut in medicina poſtquã ꝺ ſiderata ſunt cauſæ ægritudinum, neceſſe eſt inueſtigare canones & remedia ſanatiua & ꝓſerua tiua: Sic in ꝓſenti ꝓpoſito. Illud autem oportet ante oĩa cognoſcere, ꝙ ſi ſcimus ꝑ quę politiæ corrumpunt̃, ſciem⁹ etiã ꝑ quæ ſaluant̃: qm̃ per contraria: nã corruptio & cõſeruatio ꝺriantur. Cõtrariorum aũt cõtrariaſunt principia. Hoc igit̃ præmiſſo, accedentes ad propoſitum reſoluendum, diuidemus præſentem trac. in ſex ca. In primo pręponentur documenta, per quæ ſaluantur politiæ à corruptione remota, &

quoniã possunt corrũpi corruptione non solum remota, sed etiam ꝓpinqua multis de causis: vt ex honoribus & excessu potentiæ: & ꝓpter insolentias & elationes ciuium: & ꝓpter dãnum ac lucrum: & ꝓpter impotẽtiã ac recessum à medio: & ꝓpter ineruditionẽ ac inassuefactionem in reip. disciplina. Ideo in secundo cap. ponentur documenta: ꝑ quæ saluãtur à corruptione quæ contingit fieri propter honores & excessum potentiæ. In tertio ponentur documenta per quæ saluantur à corruptione quę fit ꝓpter insolentias & elationes ciuium. In quarto ponentur documenta, ꝑ quę saluant à corruptione, quæ fit ꝓter dãnum & lucrum. In 5. ponẽtur documenta, per quæ saluantur à corruptione, q̃ fit propter impotentiam & recessum à medio. In sexto ponentur documenta, per quæ saluantur à corruptione, quæ fit ꝓpter ineruditionem & inassuefactionem in reip. disciplina.

CAPVT I.

Quædam cõmunia documenta proponit quibus seruari potest respublica, ab his, quæ eam latenter corrumpere possent.

IN primo capite assignanda sunt documenta generalia cõ seruatiua reip. ne corrumpatur corruptione remota. Dicitur autẽ corrũpi corruptione remota: qñ corrũpit à principiis & causis: à quibus videtur multũ distare: ita ꝙ nõ aduertunt talia principia vt periculosa ex sui distãtia: nisi ab effectu: & tunc solemus dicere: q̃s cogitasset politiã posse destrui à tali vel tali causa latente & distãte. Corrũpitur verò corruptione propinqua: qñ pericula corruptiua sunt ꝓpinqua: & quodã modo intrinseca: sicut sunt honores, insolentiæ ciuiũ, dãnũ & lucrũ, &c. In hoc igit̃ cap. assignãda sunt documẽta, ꝑ quę saluatur omnis politia in qua plures dominantur à corruptione remota: & sunt tria ex intẽtione Ari.

Minima legis si nõ seruentur faciũt ruinã resp.

Primo cauendũ est ne fiat trãsgressio alicuius constituti & ordinati in lege: nec negligatur talis prętermissio etiã ꝙ fit in modico. nam si huiusmodi trãsgressiones paruę negligantur, adeo paulatim multiplicabuntur ꝙ in fine tota politia destruetur. Talis autem destructio sępius latet: quia non fit simul & in magna, sed paulatim & in modicis. Sicut & paruæ expensæ inordinatè frequentatæ latenter dissipant totam hominis substantiam: q̃a non curantur. Non curantur autẽ huiusmodi modica quia mens in seipsa paralogizãs decipitur. Solet enim sic arguere quælibet transgressio alicuius modici in lege parua est: ergo omnes paruę sunt, ergonõ possunt nocere. Illud quidẽ antecedens est verum & falsũ. Verum quidẽ diuisim: falsum autem coniunctim: nam licet omnes figillatim acceptę sint q̃d parum & parum noceant. Si tamen omnes simul sumãtur: sunt quid magni, & sufficiẽtes sunt vt totam politiam corrumpant. Primum ergo documentũ est vt manuteneatur obseruãtia legis etiã in minimis.

Adulatoribus fides nulla est adhibẽda in republica.

Secundo cauendum ne fides detur adulatoribus coniungẽtibus se multitudini. Solent em̃ suadere quæ placent vulgo, non gratia communis boni: sed propter proprium commodum: licet loquantur apparenter gratia boni publici: sed decipere intendunt vt Sophistæ: & quidem ꝙ illis credendum non sit declarat Ari. ex eo ꝙ eorũ opera contraria sunt sermonibus. In moralibus aũt vt dictum est in lib. 10. ethico. sermonibus non consentaneis operibus credendum nõ est: secundum ergo documentum est non audire nec approbare deceptorias adulatorum suasiones.

Parum durare debent in republica principatus.

Tertio in politiis in q̃bus plures principãtur expedit ordinare & constituere principatus breuis tẽporis: puta semestres: vt oẽs qui similes sunt & apti ad principãdum, possint successiuè principari: & hoc expedit maximè ī politia optimatum & paucorum. q̃m vbi multi sunt similes puta virtute aut in diuitiis aut in nobilitate: decens est vt omnes ęqualiter recipiant honores & dignitates. Sed si statuantur principatus semestres omnes similes ad eos ptingẽt successiuè: ergo expedit illud statuere & obseruare. Prętera: si principatus sint breuis durationis, politię erunt magis tutæ ac firmę nec facile erit eas transmutare in aliã q̃m non est ita facile aliquem breui tempore maligari sicut longo: nam in politia paucorum & popularii ideo fiunt tyrannides: q̃m hi qui maximi sunt in vtraq; politia, vt duces populi in populari, & ditiores ac potẽtiores in statu populorũ, vel ꝙ maximos gerunt magistratus quando longo tẽpore durant, tyrannidem inuadunt. vt igitur hęc mala vitent̃, expedit principatus esse breues, tertiũ ergo documentum est parua duratio principatuum, & q̃m id obseruatur in aliquibus politiis etiam malè ordinatis, quales aliquando sunt politiæ paucorum & optimatum & multitudinis popularis, ideo persęuerant, quoniam principantes breui tẽpore bene se gerunt tã erga eos qui sunt subiecti reipu. quàm erga illos qui in regimine reipu. versantur. Illos nanq; qui non sunt actu participes gubernationis: non afficiunt iniurijs: & pręstantiores eorum ad reipu. regimen tempore congruo recipiunt. Amatores honoris modò non insolescant, non deprimunt nec inhonorant, multitudinem popularem suis cõmodis nõ priuãt. Ideo ꝓdictæ politiæ permansiuæ sunt: non vt diximus quia sint rectè ordinatæ: sed qm̃ principantes pro tempore breui bene se gerunt. Hęc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Tradit ea, quæ rempublicam seruare possunt, ne ob honores, & potentiæ excessum, pereat.

IN secundo ca. assignanda sunt documẽta, quæ conseruãt politias tam in generali, quàm in specie, à corruptione q̃ solet euenire ꝓpter honores & ꝓpter excessum potentiæ. Tu igitur aduerte ꝙ occasione sumpta ab honorib. solẽt tripliciter corrumpti politiæ primo ꝓpter cõtentiones factas à ciuibus contendentib. super honores: secundo ꝓpter inordinatam & indebitam distributionem honorũ. tertio ꝓpter incrementum honoris præter proportionem. Contra igitur hęc tria corruptiua assignantur ab Ari. tria documenta: veluti remedia salutifera. Sed prius assignat cõe remedium in omni politia seruandum: & dr̃ formido siue timor: nã vt inqui Ari. hoĩes formidantes vigilantius ad reipu. custodiam intendunt: & ideo expedit principantes & custodes reipu. ordinare ac præparare quosdã timores: ponerẽq; ante oculos ciuium, ac si picula q̃ timentur, de facto imminerent: puta ordinare custodiam ciuitatis in nocte: ꝙ ciues parati sint ad arma: & præfingere periculũ, quod est distãs, propinquũ. Ciues em̃ & populares has dispositiones videntes timebũt: magisq́ue vigilabunt super custodiam & salutem status.

Ob honores trifariam cõtinguns dissensiones in ciuitate.

Aliquid in ciuitate statuendum est contra ciuium contẽtiones circa honores.

Primum aũt speciale documentum est ꝙ per leges & statuta ꝓhibeantur contentiones & seditiones inter insignes ac nobiles: qui solent de honorib. ac dignitatib. publicis cõtendere: & si ortæ fuerint: curandum est vt quàm citius cessent. Aliter de facili inualescunt etiam ꝙ incipiant à paruis: & redundant in destructionem reipu. vt docuimus in tract. primo in ca. tertio huius quinti libri. Similiter lege cauendũ est: ne si contentio inter aliquos orta fuerit: qui sunt extra eam: non se implicent in illa. Ad bonos autem & mediocres ciues spectat cognoscere cõtẽtiones exortas inter insignes & pro posse illas sedare vt declarauimus: vbi supra.

In honorum distributiõe seruandum summopere est quod seruatum fuit à condita republica.

Secundum est: ꝙ consideretur quid in principio institutionis reipu. dispositum & ordinatum ac obseruatum fuerit. Quod si deprehensum fuerit transgressum fuisse siue in magnis principatib. siue in paruis: fiat reparatio in obseruãtia: vt in principio institutum fuit: nam si transgressio multiplicata in paruis ac modicis vt docuim⁹ supra, paulatim & latenter corrumpit rempu. multo magis transgressio in magnis. In distributione igitur honorum ac principatuũ obseruandum est quod à principio fuit lege dispositum. Sic enim præseruabitur respu. à corruptione quæ euenire solet ex inordinata ac indebita distributione honorũ ac dignitatũ & maximè quando immeriti recipiunt, & digni priuantur.

Nulli vnquã conferẽdus in republica est honor qui sibi excedat ꝓportionem.

Tertium est ꝙ non permittatur quis crescere in honore & dignitate præter ꝓportionẽ suam ac virtutem: nã si dentur honores alicui præter ꝓportionem ad alios ciues: puta ꝙ vni soli dentur multi & magni & pro longo tempore honores & præcipuè homini non virtuoso, grauabit alios & paulatim destruet ciuitatem: non em̃ tales sciunt se bene habere ac moderate vti bona fortuna sed insolescunt. Dixim⁹ enim in quarto ethicorum ꝙ sine virtute difficile est bene ferre ac temperate vti vtraque fortuna. Quod si multi & simul honores vni dati sunt aut casu aut inaduertẽtia aut aliqua causa ꝑ aliquo tempore & sic expediente: ne forte euenirent maiora mala: non repente & simul omnes auferendi sunt: sed paulatim incipiendo à minoribus: ne indignetur & machinetur mala contra ciuitatem.

Occasione autem sumpta ab excessu potentiæ solẽt corrumpi politiæ: q̃n quis permittitur assumere sibi autoritatẽ & potentiam excessiuè supra alios aut ex diuitijs aut ex pecunia: aut ex amicis & fautorib. Huic ergo periculo obuiandum est ex intentione Ari. tali documento.

Statuẽdum est in republica terminus aliquis ciuibus pecuniarum ac potentiæ.

Lege instituẽdum est: ꝙ nemini sit excessiua potẽtia neq; amicorũ neque pecuniarum. Si autem contingat aliquẽ vel aliquos excedere omnes ciues in p̃dictis: tunc instituendũ est vt habitent extra ciuitatem: & extra rempu. ne in ciuitate videantur domini super alios: & ne amicorum aut pecuniarum potentia freti, moliantur malum in ciuitate. Hæc igitur

igitur ſunt documenta conſeruatiua reip. à corruptiõe quæ fieri poſſet ex indebita diſtributione honorum & exceſsiua potentia. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quomodo ſeruanda ſit ciuitas ne pereat ex inſolentiis & elationibus ciuium.

IN tertio capite aſsignanda ſunt documenta præſeruatiua reip. à corruptione quæ euenit ꝑpter inſolentias & elationes ciuium, & contra hæc duo ponuntur documenta.

Inſtituẽdus eſt in ciuitate magiſtratus qui corrigat ciuiũ mores.

Primum eſt contra inſolentias ciuiũ, & eſt tale, inſtituẽdus eſt in ciuitate particularis magiſtratus, q̃ ſit quaſi ſpeculator ad intuendos & obſeruandos ciuiũ mores & priuatã eorum vitam, ne q̃s ita viuat q̃ reip. nocere poſsit, verbi gratia aliqui ſunt multum & exceſsiuè expendentes, in pompis & victu & neſcitur vnde habeant, ſuper hos intẽdere oportet ne detrimentum afferant ciuitati: nam ſi ita inſolenter permittantur & licentiosè viuere, poſtquam ſubſtantiam ſuam conſumpſerint iniuriabuntur & nocebũt aliis aut furtis aut rapinis, aut falſis inuentionibus, vt habeant vñ viuãt.

Sociandæ ſunt in ciuitate oppoſitæ ciuium partes, qui tamẽ mediocres ſint.

Secundum eſt contra elationes ciuium. Contingit enim q̃ vna pars ciuitatis conatur eleuare ſe ſupra aliam, vt eam excedat & deprimat, & ex hoc ſequitur ſeditio ac diſſolutio reip. contra hoc igitur tale aſsignatur documentum, ne vna pars eleuetur, ſupra aliã, ſemper partes oppoſitę ſociandæ ſunt ſimul vt virtuoſi & multitudo popularis: nã virtuoſi ꝑpter virtutem & prudentiam ſuam repriment multitudinẽ, ſi quẽ exceſſum tentaret, & diuites ac pauperes ſimul ſociandi ſunt, vt ſi diuites tentauerint exceſſum, reprimantur ꝑ pauperes, q̃ cõmuniter ſunt plebs & vulgus inops, & ſi pauperes tentauerint exceſſum, reprimant̃ per diuites, q̃d ſi pauperes & diuites ꝯ ſe inuicem inſurgerent, adiungendi ſunt ciues mediocres, q̃ nec diuites nec pauperes ſunt. Tales em̃ vt diximus ſupra ſunt optimi conſiliatores inter diuites & pauperes, & eorum prudentia ſedantur tumultus orti inter partes extremas, ꝑput vna quærit eleuare ſe ſuper aliã. Optimũ ergo remediũ eſt q̃ partes oppoſitę ſimul ponantur, inſtituanturq̃; ciues medij vt cõciliatores inter partes extremas tumultuantes. Hęc de tertio capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quænam fieri oporteat ne propter damnum & lucrum corrumpantur reſpublicę.

IN quarto capite aſsignanda ſunt documenta, per quæ ſaluantur politiæ à corruptione quæ euenit ꝑpter damnum & lucrum, & hic tria agenda ſunt. Primò ponetur generale documentũ circa hoc, quod declarabitur eſſe vtile in omni politia, & ꝑcipuè in ea quæ eſt paucorũ, & in populari, & in ſtatu optimatum. Secundò ponentur ſpecifica documẽta circa hoc in ſtatu populari & paucorum. Tertò declarabũ tur quaſi incidenter conditiões quas debent habere principantes in principatu maiori & ſoluẽt duo dubia circa hoc.

Statuẽdum eſt in republica, ne principatus ſit lucratiuꝰ, præcipuè in paucorum politia.

Quantum ad primum ne politia corrumpatur ex damno aut lucro, ponitur documentum tale, in omni rep. tota diligentia conſtituendum eſt ꝑ legem, ne principatus ſit lucratiuus. Quod dupliciter intelligere poſſumus, primo q̃ non ſit lucratiuus, id eſt q̃ non vendatur, nec alicui detur q̃ tantam pecuniam pro eo habendo exponit. Sic enim eſſet occaſio omnis iniuſtitiæ, & indigni qui magis in pecunia abũ darent, magis principarentur quo nil deterius, ſecundò q̃ non ſit lucratiuus. id eſt quòd principans ex eo quod dominatur non accipiat lucrum, & licet vterque ſenſus ſit rationabilis tamen ſecundus eſt ꝑpriè ad mentem Ari. Intendit enim quòd ex magiſtratibus lucra non proueniant.

Et quantum expediat hoc ſtatuere declarat Ariſt. primo in politia paucorum in qua ſoli diuites & inſignes principãtur. Populares vero ad principatũ nõ admittunt: nã ſi in ſtatu paucorũ diuites principantes nõ lucrant̃, populares leuiꝰ ferent q̃ non admittant̃ ad dominiũ, imò gaudebũt: q̃m ꝑpriis negociis ex quibus ſibi victũ quærunt incũbere poſſunt, verum ſi crederent & agnoſcerent principantes ditari ex bonis publicis, dupliciter triſtarentur nec ferre poſſent, ſed ſeditionẽ tentarent, primo triſtarentur videntes ſe exclulos ab honoribus reip. ſecundo q̃m cum ſint indigentes nollent pati diuites lucrari ex principatu, ipſos autem lucro priuari. Maximè ergo expediens eſt in politia paucorũ ſtatuere, quòd ex magiſtratibus lucra non proueniant.

Quantum autem tale ſtatutum politię populari & optimatum expediat, patet ex eo q̃ vtrique habebunt vota ſua: nã licet in tali politia populares poſsint aſsumi ad principatum ſicut & inſignes ac diuites, tamen nõ curabunt ſi eis nõ ꝓuenit lucrum, ſed volunt curare propria negocia, vt inde viuant. Inſignes autem q̃m non indigent cum ſint diuites multum curabunt lucrum, nec retrahent ſe à principatu q̃a non lucrantur, ſed potius volunt principari vt videãtur honorari. Bene ergo vtrique parti prædictum documentum expedit.

Præterea, ſi ſic inſtitutum fuerit proderit egenis: q̃m occupati circa propria negotia, & non impediti propter principatum, ditari poterunt ſuis laboribꝰ. Inſignes vero ex quo ſoli principabuntur, non ſubijcientur ſuis inferioribus, & id appetunt, & ſic ex tali ſtatuto ſeruabitur pax & concordia ciuitatis.

Sed dices, qũo obuiari poterit q̃ inſignes principantes, etiam facto prædicto conſtituto non rapiant & diuidant inter ſe pecunias & bona communitatis: nam cum ſoli fuerint principantes concordari poterunt in hoc, & ſecretè rapiẽt, nec ſciri poterit eos agere contra conſtitutum de principatu non lucratiuo.

Aptum cõſilium contra lucrum ciuiũ principantium, ne rapiant cõmunia bona.

Ad hoc Ariſto. duplex inuenit remedium, primo q̃ communis pecunia, deponatur præſentib. ciuibus apud aliquod collegium, ſiue tribuum, fiantq̃; ſcripta de depoſito, ita q̃ fideliter ſeruetur, donec expẽſæ publicę acciderint, ita q̃ nõ relinquantur in manu, nec in arbitrio principantium, & ſic rapere non poterunt, ſecundo q̃ loco lucri ordinentur publici honores & reuerentiæ in ciuitate, quibus honorentur qui bene ſe geſſerint in ciuitate. Puta ſolennia dona, ſolennes receptiones, ſolennes comitatus, publicę orationes in laudem perſonæ ac familiæ. Similia em̃ magis appetunt generoſi viri, quàm lucra.

In populari politia ſtatuendum eſt ne diuites dãnificentur.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ Ari. deſcendens ſpecificè ad politiam popularem & paucorum contra corruptionem, quę euenire contingit ex damno & lucro tria aſsignat documenta.

Primum ꝑ politia populari eſt hoc, oportet diuites non damnificare, ſed erga eos debitum ſeruare reſpectum, & nõ ſolum eorum poſſeſſiones non auferre, ſed nec earum fructus, quod in aliquibus ciuitatib. imprudenter fit: q̃m diuites læſi ſeditionem tentant. Illud autem eſt potius inſtituẽdum, q̃ nullꝰ ex diuitib. exceſsiuas faciat expẽſas præcipuè inutiles, vt in ludis, in choreis, & alijs ſuperfluis, quæ potius ſunt diſtractiuæ & conſumptiuæ propriæ ſubſtantiæ quàm vtiles & laudabiles.

Politia paucorum quomodo vtile ſit ſeruari.

Secundum quod expedit politiæ paucorũ eſt hoc. Oportet erga pauperum curam dominantes non eſſe negligẽtes, & officia quibus ſunt ſalaria conſtituta, pauperibus ciuibus tradere, & ſi quis diuitum pauperi iniuriam fecerit, maiori pœna mulctetur quã ſi diuiti iniuriatus fuiſſet, & ſucceſsio in hæreditatibus fiat ſuper cognationem, & nõ per donationem extra cognationem, nec poſsit quiſquã plures hæreditates capere, ſed vnam tantum. Per hunc em̃ modum facultates erunt magis æquales, & multi inopes & abundantiam eorum quę ad victum ſpectant pertingere poterũt: nam his inſtitutis politia paucorum firmior & magis pacifica erit & conſeruabitur, & ſuis oppoſitis deſtrueretur.

Tertium quod expedit vtrique ex dictis politijs eſt hoc, ſi bona in cõi deſtribuenda ſunt aut officia, tribuenda ſunt his, qui minus participant reipu. id eſt qui non ſe intromittunt in regimine ciuitatis, vt in ſtatu plebeio, tribuẽda ſunt diuitibus. In ſtatu autem paucorum, egenis, exceptis tamen his magiſtratibus, in quibus ius & autoritas reipu. conſiſtit. Hi em̃ ſolis his qui ſunt de corpore reipu. committi debẽt. Sic enim optime vtraque reſpu. ſaluabitur.

Tria potiſſimum habere debet qui rectè principatum vult gerere.

Quantum ad tertium, aduerte ex intẽtione Ari. q̃ ſi quis debet rectè principari, indiget tribus conditionibꝰ perfecti uis. Primò q̃ amet principatum cui præeſt. Amor em̃ faciet ipſum bene prꝙuidere de medijs ad finem, & ea efficaciter exequi. Sublato amore, de nullo prorſus opportuno medio curabit, & omnia ruent. Secundò vt habeat autoritatem & potentiam omnino ſufficientem ad ea maxima operanda, q̃ magiſtratus requirit. Oportet enim principem ſubditos bene regulare, vt pacifice & iuſtè viuant ſecundum legem ciuitatis. Ex ſubditis autem quidam ſunt ratione ducibiles ac perſuaſibiles, hos nõ oportet tam potentia quàm prudẽtia regere, quidam aũt ſunt natura duri & imperſuaſibiles: hos oportet potentia cogere, aliter bonos offenderent, ciuitatẽ perturbarent: ergo principanti talis ac tanta potẽtia neceſſaria eſt, aliter inefficax eſſet eius principatus. Tertiò vt habeat virtutem & iuſtitiam, qualis ſeruanda eſt in vnaquaq; republic. Inter virtutes autem cum iuſtitia maximè indiget prudentia: quoniam eius actus ſunt, bene conſiliare, bene iudica-

iudicare,bene præcipere:vt declarauimus in libro sexto ethicorum. Sine his autem actibus impossibile est aliquem bene principari.

Sed hic sunt duo dubia. Primum est quòd videntur duo sufficere,scilicet amor principatus & potentia nec videtur necessaria virtus moralis: nam posito ꝙ principans non sit in se virtuosus,puta temperatus,fortis,liberalis, magnanimus: adhuc per amorem & potentiam potest bene exequi quæ ad principatum spectant:ergo non est necessaria virtus moralis excepta iustitia.

Oportet principē esse probitum virtute morali.

Ad hoc respondet Ari. ꝙ duo non sufficiunt: sed necessaria est virtus moralis:qua seipsum bene regat,qm̃ si seipsū regere nescit:nec alios:erit enim idē iudicium de tali principante sicut de incontinente, de quo diximus in septimo ethicorū, ꝙ licet habeat rectū iudiciū & sciat id quod debet agere:& amet seipsum, tm̃ prosequitur concupiscētias impetus passionum relinquens rectum iudicium rationis, & sic nihil ꝓficit ei habere scientiam de eo qđ debet agere. Sic erit in ꝓposito de principante amante principatum: & habente omnino sufficientē potentiam & authoritatē ad ea operanda quæ principatus requirit:& tm̃ non habet virtutem moralem:nam sine virtute morali, non pōt habere appetitum & voluntatem rectam ac bene dispositam.Sed sine bona voluntate non potest nec quo ad seipsum, nec quo ad alios bene regulare operationes suas: ergo sine virtute nō potest bene principari, & quanto maiorem potentiam sup subditos habuerit, tanto periculosior erit:nam talis potentia erit sicut gladius in manu male dispositi.

Cui nū principatus expediat scientia ac virtus.

Secundum dubiū est,posito ꝙ duo sint: & in neutro sint illa tria sed in vno sit potētia,qua sciat & possit cogere inobedientes,sed non sit virtuosus imò improbus:& rei.amator.In altero autem sit virtus & amor rei.& tamen non sit potens ad reprimendum inobedientes: quoniam forte non est peritus in armis,nec virilis animi sicut primus, dubitatur cui ex his duobus tribuendus est principatus.

Ad hoc respondet Ari.& intendit ꝙ cum duplex sit principatus:vnus quo regitur exercitus:& dicitur ducatus exercitus:alter quo regitur ciuitas & dicitur principatus ciuilis:aliud considerandum est in primo: & aliud in secundo: nam in re militari magis ad peritiā & experientia armis respiciendum est quàm ad virtutem & ꝓbitatem.nam pauciores sunt in re militari periti, q̃ virtuosi: imò vt in pluribus viri virtuosi,sunt in armis inexpertes:licet ratione virtutis meliores sint.In regimine autem & custodia ciuitatis & inadministratione publici ærarij magis ad virtutem & probitatem respiciendum est.In tali nanque principatu:magis est necessaria probitas q̃ experientia, quam multi habent:sed ꝓbitas etiam maior requiritur q̃ sit in multis.Scientia autē in vtroque principatu necessaria est:nam nisi dux exercitus sciat quomodo regendus sit exercitus:& nisi rector ciuitatis sciat quomodo regulandi sunt ciues:dirigere non poterunt sibi subditos ad debitum & intentum finem: puta dux milites ad victoriam cōtra hostes: & princeps ciues ad pacificam & quietam vitam.Hæc de quarto cap.dicta sint.

CAPVT V.

Quomodo saluari possit respublica ne pereat ob impotentiam ciuium,ac recessum à medio.

IN quinto capite assignanda sunt documenta cōseruantia remp.à corruptione,quæ euenit propter impotentiam & recessum à medio. & hic tria agenda sunt. Primo ponetur documentum contra impotentiam. Secūdo cōtra recessum à medio. Tertio assignabitur speciale documentum opportunum in politia populari:& in ea quæ est paucorum.

Quomodo saluanda sit respublica contra odientes principatum.

Quantum ad primum aduerte ꝙ contingit in ciuitate duas esse partes:quarum vna diligit & desiderat cōseruari remp.& statum præsentem siue sit popularis, siue paucorū: siue optimatum:altera autem odit:& desiderat eam mutari. Contra has oppositas voluntates & pro vitando periculo mutationis status:dicit Ari. prouidendum est vt pars amans ac volens præsentem statum sit potentior &opposita impotentior: vt si opposita insurrexerit comprimatur ab altera. Sic enim saluabitur status contra nolentes.

Recessus à medio corrūpit rem, accessus autē saluat.

Quantum ad secundum aduerte quòd sicut medium est saluatiuū sic recessus à medio & propinquare extremo est corruptiuum & imperficit.Quod patet in naturalibus:nam si humores sint contemperati veluti tenēres medium iuxta mixti complexionem stat sanitas & saluatur animal.Si autē notabiliter recedant à medio:infirmatur animal & tēdit ad corruptionem.Simile contingit in partibus corporis humani:nam vt inquit Ari.si nasus paulisper recedat à rectitudine & tendat ad alterum extremum puta aquilinum vel simum adhuc stat pulchritudo & gratia eius.At si quis magis trahat ad extremum puta ad aquilinum:& iterum magis:& iterum magis:non solum deperdet debita mensura nasi sed tandem ita disponetur ꝙ non seruabitur forma nasi. Patet igitur ꝙ consistentia in medio saluat & recessus corrumpit. Sic accidit in politijs.nam cōtingit,verbi gratia, in politia populari:& in ea quæ est paucorum,esse optimum ordinem qualis potest esse in illis:& si aliquis intendat ac de facto tēt ꝙ dictæ respu.declinent ab optimo illo ordine:qui se habet vt medium,declinent autem aut per intensionem, s.addendo:aut per remissionem,s.minuēdo disponet eas ad corruptionem.Quapropter oportet legis cōditorem nō ignorare,quæ saluant & destruūt politiam popularem: similiter eam quę est paucorum.Nam neutra earum stare potest sine diuitibus & multitudine.Sunt enim de politiæ integritate diuitię & multitudo:si igitur quis voluerit substantias adæquare,vt omnes sint diuites,corrumpet rempu.& transmutabit:& sic patet ꝙ dissoluentes leges quę fiunt circa excellentiam:& inæquilitatem facultatum:dissoluunt respu.Optimum est ergo non recedere à medio ex dispositione legis vt conseruetur respub.

Non recedere à medio oportet si debet saluari respub.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Ari.assignat speciale documentum,quo auferuntur duo errores corruptiui politiæ popularis & paucorum.In populari est hic error, ꝙ ductores & consules populi suadent adulatorię multitudini: vt trahat dominium ad se auferens de manu diuitum: & ꝙ fit domina legum,id est ꝙ dominetur non fm leges sed iuxta sententiam & voluntatem suam: & hac suasione faciunt multitudinem opulentis repugnantem:sed vt inquit Ari.nō sic agendum est:imò licet multitudo id appeteret, suadendum est ei ꝙ ōrium ostendat:& ꝙ videatur loqui ꝓ diuitib. Sic enim saluabunt politiam & non erit periculum: ꝙ opprimatur à diuitibus.Ipsi enim credent multitudinem velle vt loquitur:etiam ꝙ in veritate nollet: vnde in hoc optimum remedium est dissimulare pro bono & conseruatione multitudinis popularis.

In populari politia error.

In politia autem paucorum in qua soli diuites& nobiles dominantur est hic error, ꝙ quādo quis ad principatum eligitur iurat contra popularem & plebeiam multitudinē hoc modo.Iuro ꝙ populum odio habebo,& in cōsilijs conabor contra populum:quod quidem iuramentum est occasio ꝓpetuæ indignationis:& data opportunitate populus insurgit contra dominantes,vt contra hostes suos. Non ergo sic iurandum est,sed oppositio modo,s.ꝙ dominantes agent cum populi,& nihil contra iustitiam tentabunt cōtra eum: & populus iurabit se non acturum cōtra diuites:ita ꝙ oportet vt dicit Ari.vtranque partem fingere ac simulare contrarium:vt conseruentur respubli.Hæc de quinto capite dicta sint.

In paucorū politia error.

CAPVT VI.

Quæ oporteat statui in republica:ne ex ineruditione legis pereat.

IN sexto capite assignanda sunt documenta saluatiua reipu.à corruptione quæ euenit ꝓpter ineruditionem & inassuefactionem in disciplina legis. & hic duo agenda sunt. Primo assignabitur documentum ꝺ prędictam ineruditionem & inassuefactionem quod expedit omni politiæ.Secūdo assignabitur speciale documentum:quo auferetur error quidam exiſtens in politia populari.

Eruditi maximè inlegē homines debent,& eius obseruantiā assuefieri.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ari.ꝙ inter omnia documenta saluatiua reipub.est illud quod ferè oēs paruifaciunt & non curant,s.erudiri in legibus:& assuefieri obseruantiæ eorum quæ in legibus disponuntur: nam ea in quibus erudimur & assuescimus paulatim nobis delectabilia fiunt & amantur:& magis ac diutius conseruantur. Si igitur viuentes sub vna lege eruditi fuerint in ea: scientes quę agenda:& quæ vitanda:& assueti fuerint sic obseruare: rempu.quæ tali lege regulatur diligent & manutenebunt. Quod si homines in ea nec eruditi nec assuefacti morib.fuerint:etiam ꝙ sit glorioſa ac diuina lex inutilis erit eis,accidetq; illis sicut homini intēperato & incontinēti de quo diximus in lib.septimo Ethicorū: ꝙ licet sciat in vniuersali q̃ agere debet,& quæ non:tñ quoniam sequitur concupiscentias & inclinationes passionum: inutilis est ei talis scientia,sic in proposito accidit ciuitati habēti optimas leges:in

quibus

quibus ciues nec erudiuntur nec assuescũt viuere,sed & parum proderit in eis erudiri,nisi assuefiant obseruãtię. Optimum ergo documentum est ad salutem reipub.erudiri in legibus,& assuefieri his quæ disponuntur agenda & vitanda. Nunc autem oppositũ fit,pauci nanque in legibus instruuntur,quo ad mores autem,oppositio modo se habent: nã disponitur legibus,quòd filij diuitum exerceantur in laborib⁹ gymnasticis & in agonibus,filij autem pauperũ in laborib⁹ lucratiuis,& tamẽ filij diuitũ viuunt in deliciis & ocio,filij autem pauperũ in gymnasiis & laboribus exercentur.Hinc prouenit,ꝙ filij diuitum & pauperum insolenter & extra obseruantiam legis viuũt,& volunt & possunt res nouas in ciuitate moliri,quibus respubl.perturbatur.

Ex popularis politiæ tyrãnica error detestabilis.

Quantum ad secundum aduerte,quòd in politia popularis,& maximè in vltima & pessima specie, de qua actũ est in libro quarto,in tractatu primo,in capite tertio,est hic error,ꝙ vult vnusquisque agere & viuere vt sibi placuerit,& suadet sibi id licere,qm̃ politia popularis fundatur in libertate.Libero autem non cõuenit ponere se in seruitute,qualis est ille,qui subiicitur legi,ita ꝙ arbitratur libertatẽ non stare simul cum subiectione legis,& in tali politia nulla lex seruatur,sed principes dominantur pro sententia & volũtate sua.

Non seruus putãdus est qui legibus obtemperat.

Cõtra hunc erroré Ari. adducit salutiferum documentũ,& dicit,ꝙ non est putandũ esseseruituté viuere ſm legẽ, sed salutem,& intendit ꝙ obligare se optimæ legi,nõ repugnat libertati:qm̃ seruare legẽ nõ est seruire,imò nobilissimo mõ est libere agere.Nã vt declaratũ est in primo libro, liberũ est illud,quod est gratia sui & nõ alteri⁹, & dictũ est in libro decimo Ethicorũ,ꝙ vnũquodque est illud quod est principale in eo.Vnde dicitur aliquando homo intellectus, & tunc maximè operatur vt homo,qm̃ operatur ſm intellectũ.Tunc igitur homo maximè est liber & libere operat̃,& propter seipsum qm̃ viuit & agit ſm quòd intellectus & ratio dictat,sed qui viuit secundum optimam legem,viuit secundũ rationem, nullum enim irrationabile est in optima lege:ergo viuere ſm legẽ nõ est esse in seruitute, sed in pulchra & digna libertate.Hæc de præsenti capi.dicta sint.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS
in quintum librum Politicorum,quatuor distinctus capitibus.

De causis corrumpentibus duas monarchias,scilicet,regnum & tyrannidem.

IN hoc quarto tractatu agendum est de principiis & causis corrumpẽtibus politias, in quib⁹ tm̃ vnus dominatur,quas Græci vocãt monarchias, inter quas famosiores sunt principatus regius,& tyrannicus,quorũ alter optimus, & alter pessimus,& diuidemus eum in quatuor capita.In primo assignabimus differentias inter regnũ & tyrannidẽ. In scdo declarabuntur principia & causæ generales, propter quas corrumpuntur. In tertio declarabuntur principia & causæ particulares,propter quas corrumpitur tyrannis. In quarto declarabũtur principia,siue modi, quibus corrumpitur regnum.

CAPVT I.
Quonam differat regnum à tyrannide.

IN primo capite vt possimus inuestigare causas corruptiuas & conseruatiuas regni & tyrannidis,præcognoscendæ sunt eorũ differẽtiæ.& hic tria agẽda sunt. Primo declaratur differentia sumpta ex parte politiarũ,quibus regnũ& tyrannis similantur & propinquant.Secundo declarabitur differentia sumpta ex conditionibus personæ principantis in regno & principantis in tyrannide. Tertio declarabitur differentia sumpta ex parte finis,quem intendit rex & quẽ intendit tyrannus.

Regia potestas similis est politiæ optimatum.

Quantũ ad primũ aduerte,vt dicit Arist.quòd regia potestas similatur & correspondet politiæ optimatũ. nã sicut in politia optimatum nullus assumitur ad principatum nisi propter virtutem & probitatem, sic in vero regno nullus assumitur in regem nisi ob excellẽtiam virtutis supra oẽs alios.Cuius signum sumitur ex eo quòd antiquitus assumebãtur à populis in reges,qui maxima beneficia in ciuitates genteſque contulerunt:vel qui eam facultatem & virtutẽ habebant,qua potentes extimabantur posse huiusmodi beneficia conferre,honore regio potiti sunt.

Quomodo multis effectis sunt reges ob ingenij ac virtutis præstãtiam,& varia populis beneficia exhibita.

Alij bello populis cõseruatis,ne in seruituté hostiũ deuenirent.hoc beneficio Codrus creatus fuit rex: qm̃ præliat⁹ est ꝺ hostes ciuitatis:qui decreuerant subiicere sibi ciues in seruos. Alij liberatis populis à seruitute. Hac de causa Cyrus effectus fuit rex Persarũ qm̃ liberauit eos de manu & seruitute regis Chaldæorum Alij quoniã ciuitatem condiderunt. Alij quoniam regionem acquisierunt:sicut reges Lacedæmonum & Macedonum & Molossorum. Patet igit ꝙ quicunque assumitur in verum regem,assumitur propter virtutem,sicut & princeps in statu optimatum: vnde regis officium est esse iustitiæ custodem:& recursus ad regem est recursus ad iustitiam viuam & animatã.& hoc apparet ex eo quòd rex intendit bonum publicum:& studet illud conseruare:quod agere non posset,nisi esset iustitiæ custos,ficque disponere,vt qui diuitias habent nihil iniustum patiantur,nec etiam populus afficiatur iniuriis,aut offensis.

Tyrannidis malitia.

Tyrannis autẽ similatur & correspondet vltimæ & pessimæ speciei politiæ popularis, vltimæ ac pessimę speciei politiæ paucorum,de quibus iam diximus & de earum malitia in libro quarto,tractatu primo capite tertio,& tu vide illic,& qm̃ conuenit cum prædictis politiis malis, ideo est pessima pro subditis:& in ea inueniuntur omnia mala: quæ solẽt esse ac inueniri in prædictis politiis & primo in ea quæ est vltima species politiæ paucorum,in qua quinq; inueniuntur mala.

In paucorũ politia tyrãnica quinque mala sunt.

Primo finis illius speciei vltimæ paucorum sunt diuitię, sic & tyrannidis:nam sicut principantes in illa specie intendunt finaliter diuitias,sic & tyrannus.

Secundo tyrãnus est sine amicis:ita ꝙ est sicut solus : sic & dominantes in illa specie.Tales enim,qm̃ opprimũt populum,odio habentur à toto populo:& sic se priuant amicis,sic & tyrannus quoniam opprimit omnes ciues.

Tyranni mala.

Tertio sicut necesse est dominantibus in illa specie fortem habere custodiam propter multitudinem inimicorum, sic & tyrannum oportet conducere custodes.

Quarto sicut dominãtes in illa specie nõ possunt credere,nec cõsidere in populo,quoniam inimicatur eis, stultum que est confidere in manu inimicorum:sic nec tyrann⁹ pót in ciuibus confidere.

Quinto sicut dominantes in illa specie accipiunt arma à ciuibus,ne insurgant ꝺ eos:cõculcãt multitudinẽ popularé,& pellunt ex vrbe,& attenuãt ciuitatẽ propriis habitatoribus,& conducunt extraneos,sic hæc omnia mala agit tyrannus.

Popularis politiæ mala tyrãnicæ.

In vltima vero specie politiæ popularis sunt hæc mala, quæ & in tyranno inueniuntur.

Primo multitudo plebeia dominans in tali specie nõ ſm leges,sed iuxta voluntatem suam vexat & impugnat diuites ac insignes:sic tyrãnus impugnat diuites, rapiens eorũ bona & mãifeste ac occulte interficit nobiles ac insignes.

Secundo in illa specie dominantes plebei relegant & expellunt diuites,tanquã insidiantes principatui populari. Sic tyrann⁹ damnat exilio & pellit diuites ac insignes velut aduersarios & machinatores ꝺ potẽtia suam.nam solẽt nobiles inire consilia aduersus tyrannos:cupientes trahere ad se dominiũ,uel tradere alteri expulso tyranno : & ideo vt firmet tyrannidẽ,conatur destruere diuites & insignes, iuxta consilium Periandri datum Trasibulo,s.oportere spicas supereminentes decernere:qm̃ opportunum est tyrãno eminentiores ciues de medio tollere,& de hoc cõsilio aptius loquuti sumus in libro tertio:in trac.quarto:in cap.tertio vt videre poteris.Ista igitur sunt differẽtiæ inter regnũ & tyrannidẽ,sumptæ ex politiis,qbus similãtur & ꝙueniũt,

Cur & qua de causa aliqui effecti sunt Tyranni.

Quantum ad ſm aduerte,vt inquit Arist. qm̃ regnum repertũ est propter tutelam præstantiũ & bonorũ viroruni; ꝺ plebeiã multitudinẽ,quę naturaliter studet bonos & virtuosos grauare,vtpote illi dissimiles: ideo in regẽ instituitur præstantissimus ac virtuosissimus aliquis, qui sit inter alios ꝓbos,veluti deus quidã inter homines:sicut plene declarauimus in libro tertio tracta.quarto capite tertio.Et in tract.vltimo,capite secundo:& qm̃ tyrannis reperta est in auxilium multitudinis popularis cõtra diuites & insignes, ne infestaretur ac opprimeretur ab eis, idco ꝯmuniter tyrannus non sumitur ex optimis & ꝓbatissimis,sed ex populari multitudine.Populus enim volens se defendere cõtra opulentos & insignes eligit sibi in ducem vnũ de populo, vtpote audacem & inimicum diuitum ac nobilium. cuius signum est quòd plurimi tyranni facti sunt ex ducib⁹

populorum,quibus populi maximè cedebant vtpote imponẽtibus calumnias & crimina diuitibus,ac nobilibus:& huiusmodi tyrannides augmentatis ciuitatibus factæ sunt. Nã postquam ductores populi creati erant,licet in principio vt derẽtur & agerent,vt defensores populi:tñ paulatim tantã sibi vsurpabant potentiam,quòd populum in seruitutẽ trahebant:& sic incipiebant tyrannizare.& sic patet q̃ ex occasione sumpta à fauore,& fide populi multi effecti sunt tyranni.Hoc modo Panætius effectus est tyrannus in Leontinis:Cypsellus ĩ Corintho,Pisistratus Athenis,Dionysius Siracusis:& alij multi ex fauore populorum,apud quos multum poterant.

Tu tñ aduerte,quòd vt inquit Ari.licet vt in pluribus tyranni effecti fuerint ex ductoribus populorũ,tñ antiquitus aliqui facti sunt ex regibus,qui leges ac consuetudines paternas transgrediebantur: & affectabant magis dominari: quàm iustum esset.Isti incipiebãt dominari principatu despotico,vtebanturq́ subditis vt seruis, & sic se tyrannos constituebant.Aliquando autem principabantur in Potẽtia paucorum,in qua vnus ex eis eligebatur in supremum principem,qui postea tyrannizabat subiiciens sibi & diuites & nobiles,& populum.& exemplificat Ari.de Phidone,qui tyrannizauit apud Argos. Quocunque autem modo quis fiat tyrannus patet quòd est pessimus hominum, & velut crudelis fera habens oẽs conditiones oppositas regi. Rex enim est pater & pastor & seruator subditorum , & virtute diuinus. Patent igitur differentiæ inter regnum & tyrannidem sumptæ ex persona principantis.

Regis intẽtio ac finis est, seruare cõmune bonum, & augere.

Quantum ad tertium aduerte quòd regis est cõseruare & procurare bonum commune.Est enim vt pater. Officium aũt & intentio patris est cõseruare bonum domesticũ, siue familiæ.Rex autem vt pater vniuersalis intendit conseruare & procurare bonum vniuersale totius ciuitatis siue regiõis.& ita oportet ipsum esse virtuosum & maximè iustũ, ne iniuriet subditis:& oportet ipsum esse diuitẽ,ne coactus sit rapere bona subditorũ. Debet tñ magis excellere in honoribus quàm in pecuniis,quoniã honor propriè debetur virtuti:vt declaratum est in primo & in quarto Ethicorum: & quoniam est vt pater,& filiorum est habere custodiã patris,ideo ciues custodiunt regem suum.

Rex magis honore quã diuitijs alios debet ante cellere.

Finis tyranni.

Omnia vero opposita verificantur de tyranno.nã finis eius non est cõe bonũ,sed proprium , puta cõgregare pecunias. Intendit enim delectationes sensuales:quales sunt gulæ & veneris.Tales autem habentur per pecunias:& ió illas maximè intendit,non ad beneficiũ subditorum,sed suum,& sicut rex maximè intendit honores in testimonium virtutis, sic tyrannus magis curat pecunias quàm honores,vt satisfaciat voluptatibus suis:& sicut rex vt pater custoditur à ꝑpriis ciuibus vti filiis:sic oppositio modo tyrannus custodit ab extraneis conductis:qm̃ cum sit vt lupus in ciuitate , est odio omnibus : ideo non potest personam suã fidere in custodia ciuium.Patent igitur differentiæ inter regnum & tyrannidem sumptæ ex parte finis,siue ex intentione regis & tyranni.Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

Ponit ea,propter quæ communiter corrumpantur monarchiæ.

IN secundo capite ponendæ sunt causæ generales, ꝑpter quas cõiter corrumpũt monarchiæ.Tu igitur aduerte vt dicit Ari.q̃ oẽs causæ generales , quas supra assignauimus corruptiuas politiarũ,in quib.plures dofiantur, sunt ét corruptiuæ monarchiarum:puta,Contumelia,timor,contẽpt⁹. ꝑpter hæc enim plerique subditorum insurgũt ɔ̃ dñantes. Maximè vero iniuriæ aliq̃ fiunt per contumeliam,aliquando per rerũ ablationem.Similiter tales sunt fines in illis politiis,quales sunt in regno & in tyrãnide.Sicut enim in illis intenditur magnitudo diuitiarũ & honoris, sic in regno & in tyrannide.In regno quidẽ magnitudo honoris, in tyrannide autem magnitudo diuitiarum. Vt autem habeas huius propositi resolutionem hic sex agenda sunt.Primo declarãdum est qũo per contumeliam factam in personam coniunctam,siue cognatione,siue affinitate,siue amicitia,fit impetus & insurrectio contra personam monarchæ. Secundo quomodo fit consimilis insurrectio , propter contumeliam illatam personæ propriæ. Tertio quomodo fit insurrectio consimilis propter afflictionem illatã corpori.Quarto qũo fit propter metum.Quinto qũo propter contemptum. Sexto propter celebrandam apud posteros sui memoriam.

Insurgunt homines cõ-

Quantũ ad primum aduerte,vt dicit Arist,quòd aliquando insurgitur in personam dominantis,aliquando in ipsum dominium,vt destruatur.nã quãdo homines incitantur ad iusurgendum propter contumeliã aut opprobriũ receptũ, impetus fit in personã vulnerando & occidẽdo. Contumelia em̃ ad iram concitat ex secundo rhetoricæ Irati vero magis insurgunt ꝑpter vlciscendam contumeliam , quàm ꝑpter destructionem principatus:& ideo magis fit insurrectio in personã principantis,quando alicui facit contumeliam,aut permittit fieri ab alio sibi coniuncto, vel subdito: & non punit eum,quam ad destruendum principatum. Insurgit autem aliquis in personam monarchæ , q̃a non solũ facit,aut permittit fieri contumeliam insurgenti,sed & alteri sibi coniuncto,puta patri,aut fratri,aut sorori, aut amico , & de hoc exempla multa refert Aristot.vt infra.

Contra personã monarchæ, siue ex,siue tyranni,cũ non vlciscẽtur iniurias illatas personis quomodocũq; coniunctis.

Cum filij Pisistrati tyranni cõtumelia intulissent sorori Armodij,& ipsum Armodium compellassent, Armodius ꝑpter sororis contumeliam vlciscendam , & Aristogiton ꝑpter Armodium,insurrexerunt & impetũ fecerunt in eos.

Periandro Ambraciæ tyranno factæ sunt insidiæ à parẽtibus cuiusdam pueri inhonestè amati ab eo: nam cum Periãder in potu dixisset puero amato assistentibus parẽtib⁹, an adhuc esset ex eo prægnans ex hoc innuens,q̃ puero impudice abutebatur,parentes non ferentes iniuriam & opprobrium illatum puero,insidiati sunt tyranno, & insurrexerunt contra eum.

Pausanias occidit Philippum regem Macedonũ patrem Alexandri,quoniam noluit punire ac castigare Attalum, q̃ contumeliam intulerat Pausaniæ.

Amintas paruus occisus est ã Darda,quia iactabat se in illius ætatem & deridebat eum.

Eunuchus occisus est ab Euagora Cyprio,quoniam eius filiam in mulierem,id est,in fœminam siue concubinã elegerat.Patet igitur qũo fit impet⁹ in personã monarchæ ꝑpter vlciscendam contumeliam illatam personæ cõiunctæ.

Insurgitur in monarchã ob illatam iniuriã ipsi personã inuadentẽ.

Quantum ad secundum declarat Aristot.quòd plurimæ fiunt inuasiones in personam monarchę ꝑpter contumeliam,aut verecundiam illatam in personam inuadentem.& hoc per exempla vt infra.

Crateus inuasit Archelaũ,qm̃ inducebat eum ad concubitum ɔ̃ naturam:quod ipse pro maximo opprobrio habebat:licet aliqui dicant hanc inuasionem ortum habuisse ex eo quòd Archelaus vnam ex filiabus suis Crateo promisisset,& promissionem non seruauit:nam primam occupat⁹ bello ɔ̃ Syriam & Arabiam tradidit regi Cleuiæ , quoniam forte erat sibi in prælio adiutor.Alteram autem dedit in cõiugium Amintæ filio credens quòd cum ille esset filius Cleopatræ,minimè sibi esset aduersaturus. sed posito quòd hoc verum fuerit,tñ,vt dicit Arist.principium indignationis fuit,quoniã ferebat se ad libidinis gratiam haberi. Nolebat enim eum sustinere ad cõcubitum contra naturam ꝑpter confusionem & verecundiam.

Ellamocrates Larisseus insurrexit ɔ̃ eundem Archelaũ propter eandem causam. nam cum promisisset sibi aliqua sub specie amoris,& alliceret eum vt abuteretur ei⁹ ætate, Ellamocrates ratus id fieri,id est,talia promitti nõ ob amorem,sed ob contumeliam & in verecundiam suam , iratus insurrexit contra Archelaum.

Paron & Heraclides insurrexerunt contra Enij Cotym: & inferentes supplicium patri interfecerunt eum : & id euenit propter contumeliam eis illatam à filio illius.

Adamas à Coto recessit,ac rebellauit,quasi contumelia affectus ab eo.nã cum esset puer castratus fuit ab eo , quod pro maxima iniuria & verecundia accepit:& factus vir rebellauit ab eo.Patet igitur,quomodo fiunt inuasiones in ꝑsonam monarchæ causa vlciscendi cõtumeliam illatam in propriam personam.

Insurrexerunt multi cõtra reges læsi à imb. magistratũ grauatibus.

Quantum ad tertium aduerte q̃ vt inquit Arist . ex ira commoti ꝑpter afflictionem corporis, puta qm̃ cæsi , aut vulnerati fuerunt,quasi contumelia affecti cõtra homines existentes in potestate,& contra reges insurrexerũt & interfecerunt eos vt patet per exempla vt infra.

Mithilene,qm̃ Megades à quibusdam circumuicinis & circunstantibus captus fuit & caluis pulsatus ac verberat⁹, cũ amicis suis insurrexit contra eos & interfecit:& illi erãt in magistratu constituti ac potentes.

Cum Sinerdes à Pentilone cæsus ac vulneratus fuisset, euasisséque tractus ab vxore,insurrexit postmodum cõtra eum & interfecit.

Archelaum Decamnic. cur interfecit.

Archelai necis princeps fuit Decamnicus ipse enim primus cæteros aggressores commouit:causa vero iratũ Decamnici

camnici fuit ꝙ Archelaus Euripidi poëtæ tradidit eum verberandum, Euripides autem cõtra Decamnicum, infremuit, & acriter verberauit, eo quòd ei aliquã dixisset, quòd habebat os fœtidum, & propter hoc Euripides Decãnicum flagellauit, & hæc fuit causa Decamnico irascendi, ꝺ Archelaũ, & insurrexit contra eum, Multiq́ue alij propter consimiles causas aut interfecti, aut insidias graues passi sunt.

Ob metum nonnunquã interfecti sunt principes aut reges.

Quantum ad quartum aduerte, vt dicit Arist. quòd propter metũ fit inuasio contra Monarcham. Sicut enim metus est vna ex causis, vt declarauimus supra, insurgendi contra rempublic. in qua plures dominãtur, sic est causa insurgendi contra monarchiam, quod sic declarat exemplo.

Artaphernes conatus est repellere Xerxem à pricipatu monarchico, qm̃ timebat ipsum ꝓpter crimen commissum contra Darium. Suspẽderat enim quẽdam nothum eius, licet Xerxes non ꝓcepisset, sed credebat ꝙ ei ignosceret, non memorans factum post cœnam, sed cum recoluisset, vellerq́ue eum punire, timés pœnã conat⁹ est insurgere cõtra eũ.

Quantum ad quintum aduerte vt dicit Arist. ꝙ insurrectio fit contra monarcham ét propter contemptum, vt qñ apud omnes est in despectum, nilque agit dignum pricipe, quod declarat duplici exemplo.

Principes cõtemptibiles nonnunquã à suis occisi, & aliis suis.

Quidam videns Sardanapalum regẽ inter mulieres pensa diuidentem, nunquã ad prælia exeuntem, nec in venationibus se exercentem (si modo hæc fabula vera fuit. Quod si non de illo, potuit esse verum de alio) insurrexit contra illum, & interfecit vt pœnitus despectibilem.

Dion inuasit Dionysium posteriorem, qm̃ despexit eum videns ipsum semper ebrium & voluptuosum, & similiter Syracusani ciues contemnebant eum.

Et aduerte vt dicit Arist. ꝙ non solum æmuli monarcharum insurgunt contra eos ꝓpter contemptum, sed etiã aliquando amici insurgunt cõtra monarchas amicos, eo ꝙ nõ extimant eos, & ex familiaritate nimium præsumunt insurgere ac dominationem obtinere: nam tanquam potentes & cõtemnentes periculum insurgunt, vt duces quidã exercitus aduersus pricipes suos, qđ declaratur exẽplis vt infra.

Cirrus insurrexit contra Astiagem, qm̃ eius vitam & potentiam contemnebat, cernens copias eius iam senuisse, & ipsum in deliciis vitam agere.

Seuthis cũ esset dux exercitus Amadoci regis in Thracia, contempsit, & insurrexit contra eum.

Sunt & alij qui propter plura istorum insurgũt, vt ꝓpter contemptum & propter lucrum, sicut insurrexit Mithridates contra Hariobarzanem.

Insurgunt homines contra principes ob potentiam inuidiosam.

Et aduerte vt dicit Arist. quòd ꝓpter causam prædictã, scilicet quia non extimant principes, nec potentiam eorũ, maximè insurgunt hi qui sunt natura superbi, & honorẽ habent ex rebus bellicis apud dominantes, fortitudo enim potentiam habens, superbia est, & sumitur fortitudo pro audacia, & propter vtrunque quasi faciliter superaturi insurgunt contra principes suos.

Laus manifesta eorum est, qui contra tyrannos insurgunt.

Quantũ ad sextum aduerte, vt inquit Arist. quidã insurgunt contra monarchas & præcipuè contra tyrannos non propter lucrum, nec propter cupiditatẽ honoris, quasi velit ad se trahere dominium, & dominari vt honorentur, sed vt ex re gesta memorabili acegregia, qualis est liberare patriã ac ciues de durissima seruitate tyranni: famam ac nominis celebritatẽ ꝓ futuris seculis consequantur. Sunt tñ perpauci, qui hac de causa insurgant contra tyrannos: extimandũ est enim ab eis, se non supra victuros nisi præualuerint, & rem perfecerint, sic fecit & constituit Dion deliberans insurgere & occidere Dionysium. Sed hoc propositum nõ de facili reperitur in multis: qm̃ mors pœnæ omnibus pauorẽ incutit. Quæ tamen Dionem à proposito reuocare non potuit. nam cum paucis militibus Dionysium inuasit dicens, modo terram & Dionysium inuadam, mihi sufficit & pulchrum mihi erit mori. Verum vt diximus pauciſſimi sunt ita conténentes mortẽ, ideo raro inuenitur, qui ex causa dicta insurgat contra tyrannũ. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Ob quas causas euertantur tyrannorum politiæ in particulari.

IN tertio capite assignãdæ sunt cãæ particulares corrupti uæ tyrannidis. & hic duo agenda sunt. Primo assignandæ sunt duæ cãæ, ꝓpter quas communiter dissoluitur tyrãnis. quarũ vna est extrinseca, & altera intrinseca. Secundo assignandæ sunt duæ causæ, ꝓpter quas maximè corrumpitur, quarum vna est odium & ita, altera est contemptus.

Tyrannis corrũpitur extrinsecè à politia propinqua sibi & cõtraria.

Quantum ad primum aduerte tyrannis potest corrũpi à causa extrinseca & intrinseca: sicut & quælibet alia politia, vt declaratum est supra. A causa quidem extrinseca, vt ab alia politia ꝓpinqua, & quæ forte fuit in ciuitate ante tyrãnidem & ei ꝺria mõ sit potentior. nam sicut in naturalibus vnum ꝺrius prævalens supra aliud corrumpit ipsum, sic & in politicis. Contrariatur autẽ vltima & pessima species politiæ popularis tyrannidi, sed ꝓ accidens, sicut dicit Hesiodus figulus ꝺriatur figulo per accidens. Non em̃ figulus ꝓ se ꝺriatur figulo, cum sint similes in arte, sed ꝓ accidens, inquantum vnus impedit lucrum alterius. sic & species vltima politiæ popularis non ꝺriatur per se tyrannidi, qm̃ & ipsa est tyrannica, vt declarauimus in quarto libro: tractatu primo capite tertio: sed qm̃ tyrannis impedit ipsam, qm̃ qui sunt in tali specie ipsi soli vellent tyrãnizare. Regnum autẽ & optimatum, per se contrariantur tyrannidi: quoniam intendunt diuersos fines. Tyrannis em̃ intendit commodum proprium: & vt subditis vt seruis. Regnum & politia optimatum intendunt bonum commune & seruare subditos, vt pater filios. Et ideo regnum & politiæ multorum bene ordinata semper intẽdunt corruptionẽ tyrãnidis: & de facto corrumpunt, si prævalere possunt. vnde Lacedæmones multas euerterunt tyrannides. & Syracusani eo tempore, quo respub. eorum rectè gubernabatur. Patet igitur qũo corrumpitur tyrannis à causa extrinseca, scilicet à politia potentiori contraria per se, vel per accidens: modo sit potentior & ꝓpinqua. Contrarium enim non agit in contrarium nisi approximatum, vt declaratum est in septimo Physicorum: & in primo de Generatione.

Corrumpitur Tyrannis ob seditionẽ à familiaribus facta, tãquam ab intrinseca causa.

A causa autẽ intrinseca corrũpitur tyrannis, qm̃ per seditionẽ, quæ cõtingit quando tyrannus aliquos habet familiares: qui attingunt aliquo modo ad principatũ: & participãt honoribus. Tales igitur si mouent seditionẽ, causant euersionẽ tyrannidis, quemadmodum circa Geloné prius, & postmodũ circa Dionysium contigit. nam familiares Gelonis ꝺ ipsum insurrexerunt, & expulerunt eũ. similiter & quidã ꝺ Dionysium. Seditionẽ quidé contra Geloné mouit Trasibulus frater Hieronis: qui Gelonis filiũ per voluptates & illecebras traducebat vt contẽptibilis fieret populo: & repelleretur à principatu, & frater eius Trasibulus principaretur. Cum igitur Trasibulus familiares suos congregasset, nacto opportuno tẽpore Geloné & omnes eius amicos eiecerũt: & Trasibulus solus dominari cœpit tyrannizans. Contra Dionysium autẽ Dion insurrexit, q familiaris erat Dionysio. curamq́; habebat reipu. & assumẽs sibi fidelissimos acceptoq́; populo ꝺ auxiliũ Dionysiũ expulit. Patet igitur qũo à causa intrinseca, s. per seditionem factam à familiaribus tyrannorum, corrumpitur tyrannis.

Ira & odium causæ sunt insurgendi cõtra tyrãnos.

Quantum ad fm aduerte, vt inquit Arist. quòd maximè & præcipuè causæ euertendi & insurgendi ꝺ tyrãnos, sunt odium & contemptus. Nã ꝙ tyrannus habeatur odio satis constat ex eo, quòd dominatur melioribus se, s. probis & virtuosis: & non intendit bonum subditorum, sed proprium, imò studet deprimere subditos & auferre bona eorũ. vnde necesse est vt habeatur odio: & data opportunitate fiat insurrectio contra eum vt contra hostem. Sicut autem odium concitat subditos contra tyrannum, sic & ira. Est enim ira pars odij, & est appetitus reddendi malum pro malo: appetere autem malum alicui ad odium pertinet: vnde ira ad odium non sunt causæ condistinctæ: quoniam ira est quodammodo causa earundem actionum, quarum & odium.

Ira potior est quàm odium,

Tu tamen aduerte ꝙ vt dicit Arist. ira frequenter est efficacior ad agendum: puta ad insurgendum: & nocendũ ei, ꝺ quem est ira quã odium. Vehementius enim insurgũt irati dum agitantur ira q̃ odientes. Talis enim perturbatio nõ vtitur ratione, & fm impetũ fertur iratus in vindictam, vt declaratum est in Ethicis. Maximè verò ira feruntur, qui sunt cõtumelia affecti, propter quam causam Pisistratidarũ fuit deleta tyrannis & plures aliæ. Causa autem propter quam iratus non ratiocinatur, sed repente & furiosè insurgit in vindictam, est qm̃ ira est cum tristitia & amaritudine & animi inquietudine ex malo illato, & illa inquietudo nõ permittit hominem ratiocinari, sed incitat ad insurgendũ sine mora. Odium autem non est cũ huiusmodi actuali amaritudine, ideo põt ratiocinari & cogitare quomodo & quã do sit agenda vindicta: vnde odiens tardius quidem insurgit, sed magis nocet quàm iratus: operatur enim ex proposito & præmeditatione. Patet igitur quomodo odium & ira sunt causa insurgendi contra tyrannos.

Iratus cum non ex ratione operetur, sicut qui ex odio operatur.

Quod

Ex contemptu opprimũtur Tyrãni.

Quod autẽ ex contemptu plurimæ fiant deſtructiones tyrannidum, ſignum ſumitur ex hoc.qm̃,vt dicit Ariſ.primi qui tyrannidem acquiſierunt, per virtutem & induſtriã ad ipſam deuenerunt,erant enim viri magnanimi & bellicoſi: & eam vſque ad extremũ vitæ conſeruauerunt.Sed qui ſuc ceſſerunt eis in tyrannide breuiſſimo tempore amiſerũt eã, qm̃ aut expulſi,aut occiſi fuerunt. In voluptatibus enim vi uentes,ſe contemptibiles reddiderunt,præbueruntque occaſiones multis inſurgendi contra ſe.Primi autem, qm̃ honorabiles ſe exhibebant ex præclaris geſtis,potius formida biles q̃, contemptibiles erãt: & ideo in tyrannide perſeuerabant.Patet igitur quomodo contemptus eſt cã præcipua inſurgendi contra tyrãnum,& vt ſummatim dicamus,quæcunque cauſæ ſunt corruptiuæ vltimę ſpeciei politiæ popularis,& vltimæ ſpeciei politiæ paucorũ, de quibus ſuperius pertractauimus,ſunt ét corruptiuæ tyrannidis.nã & illę tyrannicæ ſunt,vt docuimus in primo tractatu capite tertio quarti libri,&differũt ſolũ in hoc,q̃ illic plures tyrãnizãt, hic autem tantum vnus.Hæc de tertio capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quæ in particulari euertere regnum conſueuerint: & cur plura regna non inueniantur modo ſicut olim.

IN quarto capite aſſignandæ ſunt cauſæ , ſiue modi particulares,quibus contingit corrumpi regnũ.& hic duo agẽda ſunt.Primo declarandũ eſt quot modis corrumpitur regnum.Secundo declarandum eſt, quare nunc non fiunt multa regna ſicut antiquitus.

Regnum nõ corrumpi ab extrinſeco cur dicatur.

Quantũ ad primũ aduerte,quòd non oportet in corruptione regni aſſignare cãm extrinſecam, vt in tyrannide. Rex enim bonus,ac virtuoſus eſt, & dominatur ſubditis vt pater filiis,& ipſis volentibus.In tyrannide autem eſt totũ oppoſitũ,vt docuimus ſupra,&ideo non corrũpitur ab his, quæ extra ſunt,quapropter eſt diuturnius.cuius oppoſitum eſt de tyrannide.qm̃ non eſt principatus voluntarius ex parte ſubditorum,ſed violẽtus:ſufficit ergo aſſignare modos, quibus ex ſeipſo euerti cõtingit. Tu igitur aduerte ꝙ Ariſt. tres modos aſſignat.

Tribus modis diſſoluitur quoduis regnum.

Primo,qm̃ illi qui ſunt participes in regno, puta baroni mouent ſeditionem inter ſe:& his ſeditionem facientibus, contingit regem expelli à principatu propter potentiã,quã habent,& mutatur monarchia in aliam rempub.

Secundo qm̃ reges non vt paſtores,ſed vt tyranni gubernare volunt ſubditos:volẽtes eſſe domini pluriũ q̃ debeãt, nolentibus ſubditis,& contra legem.

Tertio:qm̃ in regno ſucceditur per genus,vt qm̃ patri ſuccedit filius,& filius filij, &c.Contingit corrumpi regnum, quoniã ſucceſſores ſe reddunt ſæpius cõtemptibiles.Cõtingit enim patri virtuoſo ſuccedere filium malum inhoneſtũ & voluptuoſum:& tunc indignati ſubditi inſurgunt cõtra tales,& expellunt:& regnum in aliam rempublicam mutãt: vel quia ſucceſſores ſuperbiũt non cõtenti poteſtate regia, ſed volunt habere tyrannicam , & tunc eſt facilis deiectio regis. Subditis enim nolentibus ipſum principari:non amplius eſt rex,ſed tyrannus. Tyrannus enim eſt,qui nolentibus dominatur.Iſti igitur ſunt modi , quibus contingit regnum diſſolui.

Pauca cur inueniantur regna.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ modo non fiunt nec inueniunt multa regna,qnæ in veritate ſint regna , & ſi qua fiunt,magis monarchiæ tyrannicæ, quàm regiæ cenſendæ ſunt.nam regnum eſt principatus volũtarius ex parte ſubditorum,& oportet regem eſſe dominum omnium maiorum, & potentũ,qui ſunt in regno.Sed difficile eſt inuenire vnũ, qui pluribus volentibus dãetur,& qui in veritate ſit digꝰ, ac benemeritus omnium maiorum,qui ſunt in regno.

Præterea,qualis eſt ꝓportio dignitatis & honoris regij ad dignitatem & honorem ſubditorum,talis debet eſſe ꝓportio virtutis principantis ad virtutem ſubditorũ.Sed difficiliſſimum & rariſſimum eſt inuenire virum , cuius virtus tantum ſuperet virtutem ſubditorum , quantum honor regius ſuperat honorem ſubditorum: & ideo cum plurimi pares ſint in virtute , neque ſint adeo præcellẽtes , vt ad magnitudinem & honorem regium ſe poſſint attollere , rariſſimi ſunt veri reges. Quod ſi per deceptionẽ aut vim , quis aſſumatur in regem,iam non rex,ſed tyrannus erit : quoniã nolentibus ſubditis principabitur. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS
In quintum librum Politicorum, in tria capita diuiſus.

¶ De cauſis ſaluantibus regnum & tyrannidem.

IN quinto tractatu mãifeſtandæ ſunt cauſæ ſaluatiuæ regni & tyrannidis,ſicut & ſupra manifeſtauimus cauſas ſaluatiuas politiarũ,in quibus plures dominãtur. & diuidemus ipſum in quinq; capita.In primo declarabimus cauſam ſaluatiuam regni.In ſecũdo declarabimꝰ cauſas ſaluatiuas tyrannidis intendendo eã.In tertio cauſas ſaluatiuas eiuſdem remittendo eam.In quarto declarabimus quę ex illis fuerunt longioris,aut breuioris durationis.In quinto recitanda eſt opinio Platonis de cauſis corruptiuis politiarũ, & reprobanda in his,in quibus aut malè dixit,vt ſibi imputat Ariſtotel.aut inſufficienter dixit.

CAPVT I.

Quænam cauſa ſaluare regnum diu poſſit.

Regnum cur ad ſui conſeruationẽ paucoribus indigeat,quàm ty rannis.

IN primo capite aſſignanda eſt vnica cauſa ex intentione Ariſt.ſaluatiua regni,faciẽſque illud firmius & durabilius.nã,cũ regnũ ſit optima politia & optimè ordinata paucis indiget ad ſui cõſeruationem: qm̃ ex optima ſui diſpoſitione ſaluabile eſt.Eſt em̃ vt corpus optimè organizatum, in quo humores ſunt optimè contemperati : quod paucis, aut nullis remediis indiget pro ſanitate conſeruanda.Oppoſito modo ſe habet tyraunis. Eſt em̃ vt corpus irregulatum plenũmque malis humoribus:qđ pene infinitis remediis indiget,ne ad corruptionem deueniat:& ideo Ariſt.vt apparebit infra quã plura & varia adducet remedia ac documenta ꝓ conſeruatiõe tyrannidis.Cauſa igitur,quę videtur maximè conſeruatiua regni,vt dicit Ariſt.eſt deducere regiam poteſtatem ad quãdam mediocritatẽ:ne ſ.velit rex omnia ꝓ ſeipſum agere,& in omnibus dominari.Sed partẽ poteſtatis ſuæ debet aliis impartiri:puta ſenatui: nã omnis poteſtas quanto magis reſtringitur, tanto magis durabilis eſt:& ſi reges ſic facient,minus ſuperbient , magiſque moderati erunt,qm̃ minus grauabunt ſubditos,& tunc ſubditi minus inuidebunt ei, erũntque voluntariè ſubiecti. Quod ſi per ſeipſum diſponit omnia rex,exponit ſe infinitis calũniis,& debilitat regnum ſuum.Subditis em̃ non volentibus dominabitur,& capta occaſiõe inſurgent ɔ eum.Vt igitur regnum durabiliꝰ ſit expedit regem moderari ac aliis partiri partem autoritatis regiæ.

Omnium in regno mediocritas ipſum ſolum ſeruare poteſt.

Hac de cauſa, vt recitat Ariſt.apud Moloſſos longo tempore durauerunt reges,& apud Lacedæmones:nam à principio regiam poteſtatem diuiſerunt in duas partes , & ſic ad mediocritatem deducta fuit: Theopompus , qui poſtea regnauit apud Lacedæmones,adhuc ad maiorem mediocritatẽ deduxit:nã cũ eſſet rex,poſſẽtque ꝓ amplius dominari inſtituit principatum ephororum,id eſt , prouiſorum, tradiditque ipſum aliis ciuibus:quaſi auferens ipſum à poteſtate regia ꝓpter quod fecit regnum ſuum firmius ac durabilius,ex conſequenti melius.Vnde,cũ eius vxor argueret eũ dicens,non ne erubeſcis minorem poteſtatẽ regiam filiis tuis relinquere,q̃ à parentibus ipſe acceperis?ſic ei reſpondit.Profecto non ſic eſt.nam relinquo eis multo durabiliorem,ex conſequenti maiorem:quod em̃ durabiliꝰ eſt maius reputandum eſt.Patet igitur, ꝙ cauſa diuturnæ conſeruationis in regno eſt moderatio regiæ poteſtatis,& hęc ſufficit.Hæc de primo capite dicta ſint.

Bona,non quoplura , ſed quo durabiliora tres filijs relinquerim , poſſeſſa cenſenda ſunt.

CAPVT II.

Quę facere oporteat tyrannum vt diu ſeruetur in regno, quod augere intendat,& apparere faciat tyrannidem.

IN ſecundo capite aſſignandæ ſunt cauſæ conſeruatiuæ tyrannidis,intendendo & augendo eius ſeuritatẽ,vt ſ. tyranni magis opprimant ſubditos,& auferant omnia, per quæ ſubditi poſſent in tyrannos machinari.& hic duo agenda ſunt.Primo ponendæ ſunt cauſæ ſingulæ,per quas videtur conſeruari tyrannis ꝓ intentionem. Secundo reducendæ ſunt omnes in ſumma ad tres.

Quatuordecim ſeruare tyrannos oportet ſi diu regnare volunt.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ vt recitat Ariſt. Periander Corinthius multa inſtituit & docuit cõſeruatiua tyrãnidis.Multa etiã aſſumere poſſumus ex gubernatione Perſarũ,quæ antiquitus,vt in plurib⁹ fuit tyrannica. Quæ autẽ antiquitus

antiquitus obſeruabantur ꝓ cõſeruãda tyrãnide ſunt hæc.

Primò excellẽtes in diuitiis & nobilitate oportet interimere: nam ex potentia, quã habent, aut ex genere, aut ex diuitiis, aut ex amicis, poſſent inſurgere contra tyrannum.

Secundò oportet interficere ſapientes, quoniã ex ſapiẽtia & prudẽtia ſua, poſſunt inuenire media & vias ad expulſionem tyranni.

Tertiò non oportet permittere conuiuia ſolẽnia, nec ſocietates inter ciues, ne per contractam amicitiam vniantur & conſpirent contra tyrannum.

Quartò oportet ꝓhibere omnia, ex quibus poſſunt fieri ſapientes ciues. tam practicè quàm ſpeculatiuè, & ex quib⁹ poſſunt fieri bene perſuadentes, vt ex arte dicẽdi & rhetorica, & ideo oportet ꝓhibere ſcholas: & oẽs cõuẽtus ſcholaſticos. Sapientes enim & rethorici ad magna inclinãtur, fiuntq́ magnanimi, & ex magnanimitate de facili inſurgunt.

Quintò oportet præcauere ne ciues poſſint ſe mutuo cognoſcere in ſecretis, cognitio em̃ fidem generat, ex fide autem & mutua notitia, facilius vniuntur & inſurgunt. Quòd ſi ſe mutuo non poſſunt intelligere, non vnientur, quoniam vnuſquiſque timebit ſibi.

Sextò ordinare oportet quòd ſatellites & ſeruitores tyrãni ſemper verſent & diſcurrãt in locis publicis, vbi cõiter congregantur ciues, & circa ianuas ciuitatis, & domorum, vt videant & audiant quid tractãt & dicunt ciues. Sic enim minus poterunt cõſpirare contra tyrannum.

Septimo ordinare oportet, q̃ ſi ſubditi in aliquo mallefaciunt, aut inſoleſcunt, aut non obſeruant ordinata per tyrãnum ẽt in modico, comprehendantur à ſatellitibus adhoc ordinatis, vt cæteri paueant.

Octauò ſtudeãt tyranni oĩa ſcire, quæ dicũt aut agũt ciues, & vt ſcire poſſint ordinandi ſunt exploratores, quẽadmodum Syracuſis fecit Hieron. Ipſe enim inſtituit quoſdã, qui deductores nuncupabantur & auricularij, quos ſubmittebat vbicunque foret ciuium congregatio. Minus em̃ audent, qui talia formidant, ſcilicet ne reuelentur, & ſi audẽt, minus poſſunt latere,

Diuide & regnare capis.

Nonò procuret tyrannus q̃ ſubditi ſibi inuicẽ imponãt calumnias, & ſeipſos perturbent, ita quòd diſſentiat amic⁹ ab amico, & plebs à diuitibus, Sic enim poterunt minus inſurgere ſi diuiſiones & ſchiſmata fuerint inter eos. Inde ꝓceſſit illud, Si vis regnare diuide.

Tyrannus quatuor modis poteſt ciues ad inopiam deducere.

Decimò ſtudeat tyrannus ſubditos ad paupertatẽ deducere: nã oppreſſi paupertate minus potẽtes erũt, vt inſurgat ꝺ tyrannũ. Quatuor aũt modis facile deducet eos ad inopiam. Primò q̃ non ſoluat ſtipendia, nec faciat expenſas cum ſtodibus ciuitatis de bonis cõibus, ſed cogat ſubditos ad ſoluendũ ex toto de bonis ꝓpriis. Secundò q̃ occupet ſubditos inoperibus quotidianis laborioſis & duris, vt nõ poſſint intendere conſiliis ineundis ꝺ tyrannum. Quemadmodũ fecerunt tyranni in Aegypto, qui cõpellebant ſubditos ædificare pyramides illas toto orbe famoſas, exemplo etiã ſunt donaria Cypſellidarum, & ædificatio olympia Pyſiſtratidę facta, & Polycratis opera magnifica circa Samum. Oĩa prædicta ędificarunt ſubditi coacti per tyrannos, vt ſic occupati nõ haberẽt ocium, nec opportunitatẽ machinãdi, & vt paulatim ad paupertatẽ deducerentur. nam ex quo erant in his occupati, neceſſe erat eis propria lucra deſerere, & poſſeſſiones ſuas curare non poterant. tertio q̃ eis imponat graues & multiplices exactiones, & tributa, & nunquã ceſſet. Sicut fecit Dionyſius Syracuſis. Ipſe nanque adeo onerauit tributis Syracuſanos, q̃ in quinque annorũ ſpacio, oẽs facultates in perſoluẽdis tributis cõſumpſerũt: quarto ſtudeat ꝓcurare bella inter ciues, vt ſe inuicẽ conſumãt, & ẽt ꝺ extraneos, vt indigeant præſide: & tunc ꝓ ſuſtinendo bello, poterit ab eis multo plura exigere. His igitur modis ad paupertatem ſubditos deducet, & impotentes faciet.

Vndecimo non confidat in amicis. nã ſicut amici ſaluant regnũ & adiuuãt regem, q̃m volentibus dominatur: ſic ex oppoſito amici potentes ſunt ad ſubuertendũ tyrannidem.

Duodecimo ſeruet ea, quæ ſeruãtur in vltima ſpecie & peſſima, vtpote tyrãnica, politiæ popularis, vt ſ. mulieres potentes ſint in domo, quaſi non ſubditæ viris: vt virorũ ſecreta reuelent, & ſerui manumittantur. nã ſerui & mulieres nõ inſidiantur tyranno, imò ſi proſpere & in libertate viuere permittantur, neceſſe eſt beneuolos fore erga tyrannos.

Decimotertio tyrannus non delectetur nec cõgaudeat in cõuerſatiõe liberis & venerabilib⁹ viris, id eſt, virtuoſis & honeſtis. Se em̃ ſolũ eſſe talem putat tyrannus. Qui aũté ſunt liberi & virtuoſi, contrarij ſunt illi: nec ferre poſſunt potentiam eius violentam ſupra ſubditos. Hac de cauſa tyrannioderunt eos veluti aduerſantes poteſtati ſuæ, & euerſores ſui principatus tyrannici.

Decimo quarto tyranni magis recipiant ad conuiuia & familiaritatem extraneos & peregrinos q̃, proprios ciues: quaſi quòd ciues eis aduerſentur, extranei aũté nõ. Hæc omnia prædicta tyranni ſeruant, ꝓ retinenda tyrannide: nec quicquam prauitatis omittunt.

Tryrannus ſummopere ſtudere debet ne inter ſe confidãt ciues, quod ſint impotẽtes, ac ex ignorãtia puſillanimes.

Quantum ad ſm aduerte, quòd licet prædicti modi ſigillatim conſiderati tot ſint, vt præmiſimus: tñ in ſumma ſub tribus ſpeciebus cõprehenduntur. Tria em̃ præcipuè coniectat tyrannus, vnum, vt animos ciuium imminuat id eſt, reddat eos timidos & puſillanimes: & ideo procurat q̃ ſint ignorantes & pauca ſcientes. Ignorantia em̃ puſillanimes facit: ſcientia vero & peritia magnanimos ſicut & ars ac experientia militaris audaces. Magnanimus autem ad magna & arduа & decẽtia ipſa inclinatur: puſillanimis vero ad nullum excellens & arduũ inclinatur: & ideo tyrãnus coniectat facere ciues ignorantes ac puſillanimes, ne præſumant inſurgere ꝺ ipſum. Secundum, vt ciues inter ſe diffidentes reddat, non em̃ euertitur tyrannus, niſi ciues inter ſe fidem habeãt, & bonos viros quaſi peſtiferos & domi nio ſuo aduerſantes perſequũtur: non ſolum qa non acquieſcunt in tam miſera ſeruitute viuere, ſed q̃m fides eis & inter ſe & ab aliis plurima adhibetur, neque accuſant alios, neque ipſi inter ſe accuſantur. Tertium, q̃ reddat eos impotentes ex paupertate, nemo em̃ ſibi impoſsibilia, vel quæ impoſsibilia ſibi reputat aggredietur: ergo neque tyrãnidẽ tollere, ſi potentia deſit. Ad has ergo ſuppoſitiones velut principia, redigi poſſunt vniuerſa ſtudia tyrannica, ſ. ne cõfidant inter ſe ciues, q̃ ſint impotentes: q̃ efficiantur puſillanimes ex ignorantia. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT III.

Quænam tyrannidem ſeruent, & minus tyrannidem apparere faciant.

IN tertio cap. aſsignãdi ſunt modi ſaluatiui tyrannidis remittẽdo eam, etſi non ſm veritatẽ, tñ ſm apparentiam. nã ſicut modi ꝓpoſiti in præcedenti cap. ſeruant tyrãnum, & faciunt ipſum manifeſte tyrannũ, ſic modi aſsignandi nũc, faciẽt ipſum apparere magis regẽ, & principem bonũ, quã tyrannũ, licet in veritate ſit tyrãnus. & ideo iſti modi dicũtur ſaluatiui tyrãnidis ꝓ remiſsionẽ, qa minuũt apparentiã tyrãnidis, licet in veritate ꝓmaneat in malitia ſua. & hîc quinq; agenda ſunt. Primo ponendi ſunt modi minuentes apparentiã tyrãnidis quo ad pecunias. Secũdo quo ad cõuerſari debet vt potius videatur rex quã tyrãnus. Tertio quo ad diſtributionem horũ, & cõmiſsionem autoritatis. Quarto quo ad depoſitionẽ à principatu, vt caueantur iniuriæ. Quinto quid agere debeat, ſi ciuitas ſit diuiſa & partialis.

Quamodo tyrannus ſe debeat gere rẽ pecũiã, vt non appeat tyrãn⁹.

Quantũ ad primũ aduerte, vt dicit Ariſ. q̃ ſicut corrũpitur regnũ: quãdo videtur accedere ad tyranidẽ, declinans à iuſto & vtili dominio ꝓ ſubditis, ſic conſeruatur tyrãnis, quando videtur accedere ad ſimilitudinem & apparentia regni, etiã q̃ in ſe remaneat tyrannis. Expedit igitur ad ſaluandũ tyrannidẽ, minuere ipſam quo ad exteriora, & accedere ad apparentiam regni, ſeruando tñ principatũ vnius vt ſ. ipſe ſolus principetur, non quidem ſubditis volentib. Tunc em̃ verè & apparenter eſſet rex, & defineret realiter eſſe tyrannus: & hoc ſ. quòd ipſe ſolus principetur, ſumendũ eſt vt ſuppoſito aliorũ. Vt igitur tyrannis remittatur quo ad apparentiam & videatur eſſe vt regia gubernatio, circa pecunias iſti modi ſeruandi ſunt.

Primo caueat ne expendat pecunias, quas accepit à ſubditis in ſuperfluos, inutiles & inhoneſtos vſus, ſed ꝓ communi bono ſubditorum, & ꝓ ſeipſo ac ſuis honeſte. ſic em̃ videbitur curam habere de cõmuni bono, vt rex & pater, etiam q̃ nõ ſit: nam ſi pecuniam extrahit à ſubditis, quam laboribus, & ſudore multo acquirunt, videãntque q̃ in ſuperfluis, & illicitis expendat, vt in Scortis & peregrinis, & hiſtrionibus, & adulatoribus, amaro animo ferent, & inuenta opportunitate inſurgent contra ipſum.

Secũdo rationẽ reddat de acceptis & expenſis, ſicut iã factũ eſt à quibuſdã tyrannis. ſic em̃ videbitur curator cõmunis boni, & non extimabitur tyrannus, ſed legitimus gubernator. Nec eſt timẽdũ ei, q̃ pecuniæ ſibi deficiãt, cũ ſit dominus ciuitatis, & ex conſequenti quodãmõ dñs omniũ bonorũ ſubditorũ inquãtũ ordinãtur ad cõe bonũ & ꝺſeruationẽ ciuitatis. vñ ſi ei defuerit pecũia: poterit accipere à ſubditis,

ſubdtis,& exponere pro bono cõi. nam pro tali fine oĩa bona ſubditorũ ſunt in manu principis. Magis autẽ timeat,ſi accipiat ex domibus ſubditorũ pro ſuo proprio cõmodo, & ꝺ rõnem. Odium enim ſibi congregat. Magis autẽ eſt tyranno expediens, vt pecunias pro cõi bono expendendas ponat in domo bonorum ciuium, quàm in propria domo congregare: cum enim apud ciues fuerit pecunia,& tyrannus non extraxerit eam,minus inſilient in eum.

Tertio debet redditus & oblationes ẽt gratis factas fideliter colligere,ita ꝙ appareat ipſa collectio tum gratia diligentis adminiſtrationis,tum ẽt,vt ſi qñ opus foret poſſit illis vti ad belli neceſſitatem. debẽtque ſe exhibere cuſtodem & quæſtorem ciuitatis & bonorum cõium,& nõ ſicut propriorum. Sic enim minus odio habebitur,& ſubditi magis contenti exiſtent.

Tyrannus quomodo ſe gerat in conuerſatione.

Quantum ad ſecundum,ſcilicet qualiter tyrannus conuerſari debeat aduerte modos ſingulares, vt infra.

Tyrannum oportet virtutẽ maximè politicã ſimulare.

Primo non appetat videri à ſubditis ſæuus, neque dur⁹, ſed cũ grauitate honeſtus: & talis,ꝙ eũ non timeãt obuiãtes,ſed potius reuereãtur. Hoc tñ non eſt facile, ſcilicet ꝙ eum non timeant,& ꝙ quòd non conẽnant nã ſi non timetur,de facili cõtemnetur. Timor ẽm præſeruat à contẽptu. Vt igitur non timeatur, & cum hoc non deſpectui habeat, oportet ipſum oſtendere excellentiam virtutis,& ſi non poteſt omnium virtutũ,ſaltem virtutis politiæ,id eſt,bene regitiuæ,quæ conſiſtit in ſapientia & prudentia,vt declaratũ eſt in ſexto libro Ethicorũ: & poſito quòd nõ habeat, ſaltẽ ſic in exterioribus ſe gerat,quòd opinẽtur ſubditi ſe eã habere,& hæc quidẽ ſimulatio,& ſi ex ſe nõ ſit bona, ꝓfert tñ ad hoc vt non ſit contemptibilis,ſed potius reuerendus.

Secundo egregios ac inſignes ciuitatis ſibi in familiaritatẽ iungat. Plebem aũt per fauorem & gratiã in obſequio retineat,ex hoc ẽm dñatio ſua pulchrior & amabilior erit: eo quòd melioribus & non ſolũ deſpectis videbitur dñari: & ex eo quòd non erit odio neque timori principatus eius firmior ac durabilior erit.

Tertio in moribꝰ ita ſe diſponat, quòd videatur prĩcipari ẽm virtutẽ & bonos mores: & non vi. Studeátque ſeipſũ facere magis ſemibonũ q̃ malignũ, & magis ſemimalignum quàm abſolutè malum: etſi non ẽm veritatem, ſaltem ſecundum apparentiam.

Tyrannus quæ circa ſuam vxorẽ inſtituere debeat.

Quarto prouideat,quòd vxor ſua familiaris ac affabilis ſit vxoribus ciuiũ,& prĕcipuè magnorũ,& quòd nulli earũ iniuriã inferat. Hoc enim modo ad ſe trahet medietatẽ ciuitatis. Mulieres nanque cum pueris ſunt ferè medietas ciuitatis,quod ſi oppoſitum fecerit,non carebit periculo: nam per contumelias mulierum, multæ iam tyrannides cueríæ ſunt.

Tyranni tẽperãtia,quã profit.

Quinto circa corporis voluptates ꝺrium eius faciat,qd tunc faciunt aliqui ex tyrannis. non ſolum enim dies conſumũt in huiuſmodi voluptatibus, verum ẽt volunt videri ab aliis,quòd ſic viuant,vt ex hoc felices admirẽtur. Sed in talibus maxima eſt moderatio adhibenda, vel ſaltẽ videri illa fugere. Non ẽm faciliter poteſt inuadi,qui ſobrius eſt, neq; contemnitur,ſed ebrius,neque vigilans,ſed dormiens.

Sexto ꝓparet & fortificet & ornet ciuitatẽ mœniis,turribus, ædibus, ſine tñ oppreſſiõe & grauamine immoderato ſubditorum. Sic enim vt curator & non vt tyrannus ciuitatis reputabitur,& benevolus erit,auferétque lamentatiões populi contra ſeipſum.

Tyrannus relig. ejus in deorũ cultu eſſe debet, vel apparere.

Septimo,erga religionẽ & deorum cultũ,reuerenter ſe habeat: & tanto magis quanto maior eſt aliis. nã ſi ſubditi extimant principẽ religioſum ac deicolam, non timebũt pati mala ab eo,qm̃ à diuino viro nullus expectat malũ. Minúſq; contra illum inſurgere audebunt, putantes deos ſibi fore propitios ac defenſores,ac propugnatores pro eo.

Quantũ ad tertiũ vt ſcias qũo ſe debet habere tyrannus in diſtributione honorum, & cõmiſſione autoritatis inſtituendo aliquos in regimine,aduerte modos vt infra.

Quæ ſeruare oporteat tyrãnum in honorum diſtributione, ac autoritatis ſuæ commiſſione.

Primo oportet tyrãnum eſſe,vel ſaltem ſapientẽ videri,& ſine improbitate. & illos viros ac ciues,qui in aliqua re laudabiliter ſe geſſerint honorare,adeo quòd putent ſe magis honorari ab eo, quã à ciuibus propriis. Sic ẽm ſe reddet beneolum ſubditis,cum viderint ipſum viros probos honorare,& non malos,ac immeritos.

Secundo debet tyrannus ipſemet,& nõ per alium honores ac dignitates tribuere. Pœnas vero & ſupplicia nõ per ſeipſum,ſed per alios officiales & iudicia infligere. Sic ẽm magis beneuolus,minúſque ſæuus apparebit.

Tertio quantum ad cõmiſſionem autoritatis & exaltationẽ,caueat ne vnum ſolum præ cęteris magnum faciat in diuitiis,aut poteſtate. Talis ẽm poſſet cõſpirare ꝺ eũ. Quod ſi oportet,melius eſt vt plures exaltet: illiſque tantam aut tantam autoritatem cõmittat. nam vnus obſeruabit alterũ, & vix poterunt eſſe vnanimes ꝺ tyrannum.

Quarto ſi quẽ exaltare oportet,caueat ne audacẽ ex ſua cõſuetudine exaltet: huiuſmodi ẽm homines aptiſsimi ſunt ad inuadendum circa res omnes,& de facili inſurgunt.

Tyrannum quæ oporteat ſeruare in deponendo aliquem à principatu.

Quãtũ ad quartũ vt ſcias qũo ſe gerere debeat tyrãnus in deponẽdo aliquẽ à principatu, vel officio magno ſibi cõmiſſo: & in præcauendis iuriis aduerte modos vt infra.

Primo, ſi expedit aliquem à potentatu deponere gradatim deponatur, ita ꝙ paulatim ab eo auferatur poteſtas, & non vno impetu tota. Minꝰ ẽm triſtabitur, nec ita inſurget, aut machinabitur malum contra tyrannum.

Secundo ab omni cõtumelia,& iniuria ſe abſtineat,& ꝑcipue à tribus. prima cõmittitur ꝑ flagellationẽ corporis. Talis ẽm flagellatio videtur cõpetere ſeruis. Ciues autem ſunt liberi,& ideo ſi flagellantur, maximè indignantur ex tali contumelia ſeruili. Potius ẽm carcerem q̃ flagella ſuſtinent: ideo tyrannus ab ea ſe abſtineat. ſecunda committitur ꝑ inhonorationem & dehoneſtationẽ ætatis. Puta verecundiam in deferendo ſenibus & virtuoſis: qui ex ætate & virtute appetũt honorari. vnde ſi inhonorãtur moleſtiſsime ferunt. nam ſi ab auaris auferatur pecunia, ferre non poſſunt: multo minꝰ ſi ab honorũ cupidis auferatur honor. Quapropter, ſi ſenes, aut virtuoſi indigerẽt ꝙ aliquo caſu aliqua punitiõe & correctiõe, id fiendũ eſt paterno more, vt videatur tyrannꝰ magis nutrire bono pacis q̃ ex potẽtia ſua. nec id agẽdũ cõtumeliis & opprobriis, ſed verbis grauibus & admonitoriis. Quod ſi in huiuſmodi correctione aliqua fieret iniuria, poſtmodum exhibendi ſunt maiores honores, vt animi forte exaſperati mitigentur.

Tertia pót committi ꝺ audaces qui de facili inſurgerẽt ꝺ perſonam tyranni. Hanc maximè debet cauere. Tales enim formidãdi ſunt qm̃ ita ſunt diſpoſiti vt amplius viuere nõ curẽt, dummodo aduerſariũ ꝓmant. Quapropter maximè cauendum eſt ab his, qui vel ſeipſos, vel ſibi coniunctos & caros contumelia affectos putant. nam ſine vlla cura ꝓpriæ vitæ irruũt qui per iram & indignationem aggrediuntur. Sicut ẽm, inquit Heraclitꝰ, difficile eſt contra iram pugnare, furioſus enim vitam pro paruo exponit.

Quid agere expediat tyrãno ſi ciuitas diuiſa, & partita fuerit iduas contrarias partes.

Quantum ad quintum vt ſcias ꝺ quo ſe debet gerere tyrannus quãdo ciuitas eſt diuiſa in duas partes ꝺrias, aduerte, vt dicit Ariſt. quòd oportet tyrannum de vtriuſque partis ſalute cogitare: & neutri iniuriari, caueátque ne inuicẽ iniurientur. Meliores autem aſſumere debet ad principatũ. Quod ſi ita factũ fuerit, nõ cõpellet tyrannꝰ ꝓ ſui cõſeruatione, liberos facere ſeruos: nec arma à ſubditis auferre, qm̃ altera pars adiuncta potẽtiæ tyranni, ſufficiens erit ad ſuperandum eos, qui contra ſe inſurgere vellent.

Hæc dicta ſint pro conſeruatione tyrannidis, nec eſt ad particularia magis deſcendendum. Conſtat enim vt dicit Ariſt. ꝙ oportet non tyrannum, ſed tanquam patrem familiãs & regem putari ab his, quibus dominatur: & ꝙ non ꝓpter proprium commodum, ſed pro communis vtilitatis cura ac defenſione velit principari, & mediocritates in vita ſequi, non exceſſus. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quæ tyrannides longiori, & quæ breuiori tempore durauerint.

IN quarto capite manifeſtandum eſt, quæ tyrannis fuerit lõgioris, aut breuioris durationis. & hic duo agẽda ſunt Primo videndũ quæ & quot fuerũt longioris durationis. Secundo quæ & quot breuioris.

Quantum ad primum aduerte, vt dicit Ariſt. ꝙ inter omnes reſpub. vltima ſpecies politiæ paucorũ, quæ eſt peſsima tyrannica, vt declaratum eſt in libro quarto, tractatu primo, capite tertio, & tyrannis ſunt breuis durationis, qm̃ violentæ ſunt: nullum autem violentum durabile: licet autẽ omnes breues ſint ex natura ſua, tñ aliquæ longiores fuerunt aliis, eo ꝙ tyrannizantes ſeruabant multa ex his, quæ poſuimus in capite prĕcedenti: quibus ſe minus infenſos reddebant ſubditis. In particulari autem tres fuerunt ſatis longę durationis.

Tyrannis Orthagoræ cur longiſſimo tẽpore duraſſe.

Prima fuit Orthagorę & filiorum eius: qui apud Sicyonios tyrannidem habuerunt. Hęc vſque ad centeſimum annum peruenit, cuius durationis cauſa fuit, ꝙ quadam modeſtia & mediocritate erga ſubditos vtebant, & multa nõ

propria

Pro dur. apud Sicyonios. propia voluntate, ſed legibus ſeruientes agebant, & Calliſthenes Orthagoræ filius ſuccedens in tyrannide, aptus rei militari fuit, ideo non fuit contemptibilis, regebatq; populum cum fauore in multis. Hic adeo temperauit tyrannidē vtens legibus & ordinatione ſapientum, ꝙ quandoq; in ꝓpriis negociis & actis ſubibat iudicium ſeniorum, ſicut & alij ciues, & ſententias contra ſe datas obſeruabat, fertur enim, quòd Calliſthenes iudicem illum coronauit, qui eius victoriæ contradixerat, & aiunt quidam huius iudicis ſtatuam eſſe illam, quę in foro ſedet, fertur etiam ꝙ Piſiſtratus aliquando apud conſilium Ariopagi in Athenis citatus, iudicium ſubiuit, ex eo igitur ꝙ prędicti tyrannidem moderarunt longæ durationis fuit.

Tyrannis Corinthiorū 75. annis durauit, ac ſex menſibus. Secunda fuit apud Corinthum, quę dicta eſt Cypſellidarum, hæc durauit annis ſeptuaginta tribus & méſibus ſex: nā Cypſellus tyrannidem tenuit annis triginta, Periander verò annis quadraginta tribus, & anno imperfecto, id eſt ſex menſibus. Cauſæ aūt ꝓpter quas tantū durauit ſunt eædem cum prędictis in tyrannide p̄cedēti: nā Cypſellus erat vir de populo, & creatus dux ac rector populi, & gratia apud populū præualebat, & ſine vlla cuſtodia armorū corporis ſui in dominatione pſeuerabat. Periander autem eius filius magis tyrannice ſe geſsit, ſed vir erat bello egregius.

Piſiſtrati tyrannis & filiorum eius duravit Athenis annis 35. Tertia fuit Piſiſtratidarum Athenis. Hęc aūt nō fuit cōtinua. Piſiſtratus em̄ bis fuit tyrannide pulſus. Itaq; ex annis triginta tribus, ſolum annis decē & ſeptē tyrannidē tenuit, filij vero eius annis decē & octo, atq; ita anni omnes ſimul triginta quinque fuerunt. Iſtę fuerunt longioris durationis.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ aliæ tyrannides penè omnes breues fuerunt, eo ꝙ tyrannizantes potius augebant quàm minuebant violentum & oppreſsiuum dominium ſupra ſubditos, ex his autem fuit ea famoſiſsima apud Syracuſas in qua dominati ſunt Gelon & Hieron. & Traſibulus: ſed quàm breui tempore: nam Gelon cum ſeptem annis tyrannidem exercuiſſet, octauo defunctus eſt. Hieron autem decem. Traſibulus vero menſe decimo excidit. Cæteræ vero breui tempore duraverunt omnes. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

Opinio Platonis circa corruptionem omniū politiarū examinatur ab Ari. in quonam bene, vel malè opinatus fuerit.

IN quinto capite recitanda eſt opinio Platonis de cauſis corruptionis politiarum, & declarabimus ad mentē Ari. in quo bene & in quo malè, & in quo inſufficienter dixit, & quid p̄termiſit, de quo tamē tractare debuerat, & hic duo agenda ſunt. Primò recitanda eſt eius opinio. Secundò examinanda eſt vtrum vera vel falſa ſit, &c.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſumma opinionis Platonis, vt ei imponit Ariſtote. ſtat in quinque.

Plato quæ exiſtimauerit corrumpere & ſaluare reſpublicas, ad quinque reducuntur. Primò dicit Plato ꝙ reſp. in his inferioribus, ſicut & alia entia naturalia, cauſatur ab aliqua figura cœleſti, in qua cōiunguntur per motum diuerſæ ſtellæ, & ſtante tali figura, ſtat reſp. ceſſante aūt tali figura, ceſſat & corrumpitur in alia ꝓ receſſum à tali figura in aliquo determinato tempore.

Secundò dicit ꝙ cum ſint plures reſp. ſ. regnum, optimatum, multitudinis popularis, potentiæ paucorum, & tyrannis, ea quæ eſt prima & optima non eſt ſecundum ſe tranſmutabilis, nec corruptibilis in aliam: quoniam eſt maximè vna, quod autem eſt maximè vnum, eſt minimè corruptibile. Dicit tamen eſſe corruptibilem per ſubtractionem cauſæ extrinſecæ ſuperioris, à qua cauſatur & conſeruatur, nullū enim eorum, quæ ſunt hic compoſita ex pluribus, natum eſt permanere perpetuum: ſed neceſſe eſt ipſum tranſmutari in aliqua determinata periodo, id eſt in aliqua quantitate motus cœleſtis menſurantis eius durationem.

Regnum, ſi corrūpitur, ex celeſti tātum cauſa corrūpitur. Tertiò dicit optimam remp. tranſmutari ex cauſa cœleſti, in eam, quæ fuit Lacedæmonum, quæ fuit vna ſpecies politiæ optimatum.

Quartò de tyrannide non dixit ſi corrumpitur vel non, & ſi corrumpitur quomodo corrumpitur.

Quintò dicit, quòd in ſtatum paucorum fiebat tranſmutatio ex ſtatu optimatum, vel populari, vel ex aliis: qm̄ principantes erant pecuniarū amatores, & facti pecunioſi principabantur aliis propter pecuniam cogentes eos ſeruire ad proprium commodum. Hæc eſt ſumma opinionis ſuæ vt recitat Ariſtotel.

Quantum valeant cœleſtia corpora Quantum ad ſecundum aduerte, quòd ex intentione Ariſtotel. Plato non malè dixit in eo ꝙ poſuit aliquas reſp. eſſe maioris durationis, aliquas minoris propter cauſam cœleſtem, ac ſi natura ꝓducens eas in eſſe, ꝓduceret quoſdam prauos & quoſdam meliores diſciplina. Contingit em̄ eſſe aliquos gubernātes, quos ex natiuitate & figura cæleſti difficile eſt fieri bonos & ſtudioſos. Nam, vt diximus, in ſecūdo libro Ethicorum, ſunt aliqui, qui ex diſpoſitione naturali, quam acquirunt ex figura cœleſti in principio natiuitatis ſuæ inclinant ad turpia & vitioſa. Alij vero inclinantur ad honeſta & ad ea, q̄ ſunt ſm rōnem. Talem enim inclinationē ad honeſta & inhoneſta cauſari ex conſtellatione & tali vel tali figura cœleſti, neceſſe eſt dicere, quamuis neceſsitatem non imponat in his, qui operentur ſm intellectum. Si igitur Plato intendit hac de cauſa, aliquas reſpu. eſſe maioris durationis, aliquas autem minoris: qm̄ in aliqua homines bene inclinati dominantur, in aliqua vero homines malè inclinati, bene dixit.

in duratione reipublicæ.

Quantum vero ad mutationem, ſiue corruptionem primę & optimæ reipub. non bene dixit, nec ſufficienter dixit. Dixit em̄ ꝙ cum ſit maximè vna, non eſt ex ſe corruptibilis: ſed ſi corrumpitur, corrumpitur ex cā cæleſti. Hoc inquit Ariſt. non ſatisfacit ꝓpoſito: nam ſm hæc non foret propria corruptio illius optimæ reipubli. nec magis quàm aliorum omnium, & vniuerſorum, quæ fiunt ex tempore. Oportebat ergo non ſolum communem, ſed propriam cauſam aſsignare.

Pręterea, quærendum eſt à Platone, quam ob cauſam optima reſpu. tranſmutatur in eam, quæ eſt Lacedæmonū, quæ eſt optimatum, cum videamus rempu. ſæpe mutari in cōtrariam, ſicut & in propinquam, vt regnum in tyrannidem, ſimiliter quā ob cauſam ſm ipſum ea, quæ eſt Lacedęmoniorum mutatur in ſtatum paucorum, vt in propinquiorem, & ex iſta in popularem, & ex populari in tyrannidem, vt in peſſimam, cum videamus ſępe fieri oppoſitum, ſ. tranſmutationem ſtatus popularis tàm in ſtatum paucorum, quàm in tyrannidem.

Nō fuit Platoni facile determinare de tyrannide. Præterea, Defecit Plato quia de tyrānide nō dixit ſi corrumpitur, vel non, & ſi ſic, ꝓpter quam cauſam, & in quam politiam tranſmutatur: ſed nec facile fuit ei de hoc determinare: nam ſm ipſum oporteret ꝙ tyrannis tranſmutaretur in politiam optimam quaſi per circulum: nam, ſi vult ꝙ optima tranſmutetur in eam, quæ eſt optimatum, & hęc in eā, quæ eſt paucorum, & hæc in eam, quę eſt popularis, & hæc in tyrannidem, neceſſe erit per circulum tyrannidem tranſmutari in optimam. Sed non videmus ſic fieri, imò quandoque mutatur tyrānis in tyrānidem, vt apud Sicyonios facta eſt trāſmutatio ex tyrannide Mironis in tyrānidem Cliſthenis. Aliquando in ſtatum paucorum, vt tyrānis Anticleontis, quæ fuit in Chalcide, mutata fuit in potentiam paucorum. Aliqn̄ in ſtatum populare, vt Syracuſis tyrānis Gelonis trāſiuit in ſtatum popularem. Aliqn̄ in ſtatū optimatum, vt apud Lacedæmones tyrannis Charolai tranſiuit ad ſtatum optimatum & aliqn̄ ſtatus paucorum mutatur in tyrannidem, vt in Sicilia plurimæ antiquæ politiæ paucorum mutatæ ſunt in tyrannidem, vt politia paucorū in Leontinis, mutata fuit in tyrannidem Panetij, & politia paucorum, q̄ fuit in Gela ciuitate, tranſiuit in tyrānidem Cleādri, & politia paucorū quæ fuit in Rhegio ciuitate Calabriæ, mutata fuit in tyrāni dem Anaxali, & in alijs ciuitatib. eodem modo. Non ergo ſeruatur circulus in prędictis corruptionibus.

Præterea, de eo quod dicit in ſtatum paucorum fieri trāſitum ex ſtatu optimatum vel populari vel ex alijs politijs: qm̄ principantes fiunt amatores pecuniarum, & facti pecunioſi principantur alijs ꝓpter pecunias, cogentes eos ſeruire ꝓpter proprium commodum, nó videtur hęc eſſe cauſa, ſed potius hæc, quia ditiores non reputant iuſtū eſſe, ꝙ ipſi & pauperes, qui parum, aut nihil habent recipiant æquale de honoribus & bonis cōibus, ſed ꝙ ipſi debent plus habere ſm proportionem propriarum diuitiarū ad diuitias pauperum, & ideo quęrunt trahere ſtatum optimatum & popularem ad ſtatum paucorum, vt ſoli diuites dominentur, & attribuant ſibi de honoribus & publicis bonis & voluntate ſuam.

Præterea, ꝙ illa non ſit cauſa patet ex hoc, ꝙ in multis paucorum politijs non licet exceſſiuas diuitias quærere, & leges hoc ꝓhibent. & apud Carthaginem, quæ populariter gubernatur efficiuntur multi pecunioſi, & tñ non tranſmutatur ſtatus popularis in paucorum ſtatum: ergo cā allegata à Platone non eſt proxima cauſa mutationis ſtatus popularis in ſtatum paucorum: ſed magis ea quę dicta eſt.

Præterea, abſurdū & irrationabile eſt dicere duas eſſe ciuitates, ſiue cōmunicationes, ſcilicet opulentorum & pauperum

perum ſub ſtatu & potentia paucorum. Non enim eſt maior ratio, ꝙ in iſta inueniatur, quàm in politia Lacedæmonum, quæ fuit optimatum, vel in quacũque alia politia, in qua nõ omnes habent æquales diuitias, nec ſunt æqualiter boni: & ideo ſi in vna non eſt principium corruptionis, nec in aliis. Videmus autẽ ꝙ nullo facto pauperiore quàm prius eſſet, ex paucorum ſtatu fit tranſitus ad ſtatum popularẽ: ſi pauperes ſint plures & potentiores, & per oppoſitũ videmus nullo facto ditiore ſtatum popularem tranſmutari in ſtatũ paucorum, ſi diuites ſint potẽtiores quàm plebs egena, & ſi intendãt trãſmutationi politię popularis in politiã paucorũ, & alij negligant, id eſt ſi populus non vigilat ſup hoc. Non igitur cauſa ꝓxima tranſitus politiæ popularis in ſtatũ paucorũ eſt, quia principantes facti ſunt ditiores & pecunioſi.

Præterea, cũ multę ſint cauſæ tranſmutationis ſtatus popularis in ſtatum paucorum & econuerſo, tm̃ vnam dicit ſ. ꝙ diuites prodigaliter viuentes conſumunt ꝓpria & tunc volentes iterum ditari, corrumpũt remp. vt vndecunque ditentur. ſed hęc ratio ſupponit ꝙ omnes à principio fuerint diuites æqualiter: qđ eſt falſum: immò videtur vna ex cauſis eſſe magis hęc, ſ. quando aliqui magni & præſidentes in ciuitate perdunt ſubſtantias proprias, etiam ꝙ prodigaliter non vixerint, & ſtudent eas innouare, trahunt ad ſe remp. vt ditentur, tranſmutantes eam nõ magis in popularem quam in aliam ſpeciem gubernationis, dummodo habeãt cauſam ditandi. Quando autem alij, puta aliqui ex popularibus ditantur, nihil graue accidit, per quod reſpub. tranſmutetur, quoniam non ſunt adeo magnanimi. Pręterea, ſi diuites reputant ſe dignos honoribus, & non recipiunt, & ſi reputant iniuſtum, quòd patiantur nocumenta in rebus, aut iniurias in perſonis, quęrunt ſeditiones, & mutationem reipub. Pręterea, etiam ꝙ non perdiderint propriam ſubſtantiam, aliquando tranſmutant rempublicam, quaſi quòd liceat eis facere quicquid volunt, cuius rei cauſam dicunt eſſe nimiam libertatem. Non ergo vna tantũ cauſa eſt trãſmutationis ꝓdictę, vt extimauit Plato, ſed plures: ergo inſufficiẽter dixit.

Pręterea, cũ plures ſint ſpecies politię popularis & paucorum & optimatum, vt declaratũ eſt in libro quarto, tract. primo cap. tertio, Plato aſsignauit cauſas corruptionis earum ac ſi non diſtinguerentur in plures ſpecies, ideo inſufficiens fuit. Hæc eſt reprobatio Ariſt. contra Platonem, quæ vtrum ſit valida & militet contra ſenſum Platonis, deo propitio manifeſtabimus, in ſcientia politica Academica. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatuum in quintum librum Politicorum finis.

LIBER SEXTVS POLITICCORVM.

¶ In tractatus tres diuiſus.

IN tertio libro tract. ſecundo cap. ſecundo diuiſimus politiam in rectam & nõ rectã. Rectam diuidimus in tres, quæ ſunt regnũ, politia optimatum, & politia, quę cõmuni nomine dicitur reſpub. Non rectã diuidimus in tres, quę ſunt tyrannis, politia paucorum, & politia popularis: quomodo & quibus cauſis ſingulæ tam rectæ, quam non rectę corrũpantur & ſaluentur, dictum eſt in lib. 5. nunc ſupereſt cõſiderare quomodo & ex quibus conſtituendæ ſunt: & incipiendo ab imperfectioribus, vt conſumemus conſiderationem noſtram in inſtitutionem optimę politiæ, in hoc libro 6. agemus de modo inſtituendi politias non rectas, quæ tamen non ſunt penitus malæ vt excludamus tyrannidem, de cuius inſtitutione non eſt à politico conſiderandum: ſed potius quomodo debeat deſtrui cum ſit inhumana, & peſsima. nam ſicut non eſt phyſici ſolicitari circa modum generandi monſtrum, ſed potius circa modũ prouidendi ne generetur, ſic politicus non debet ſolicitari quomodo & ex quibus ſit inſtituenda tyrannis, ſed potius quomodo prohibenda & deſtruenda. Relicta igitur tyrannide agẽdũ eſt de inſtitutione politiæ popularis & paucorũ. In 7. aũt lib. agemus de inſtitutione politię rectæ & optimę, vt ſub ſe cõprehendit regnũ & eã, quę eſt optimatũ, & eã, quę cõmuni nomine dicitur reſp. & ſuper hũc librũ formabimus tres trac. In primo agẽdũ eſt de inſtitutiõe popularis politię, quomodo & qualiter & ex quibus inſtituenda ſit. In ſecundo agendum eſt de inſtitutione politię paucorũ, & maximè de inſtitutione vltimæ ac peſsimę ſpeciei. In tertio agendum eſt de principatibus, qui ſunt neceſſarij, & ad bene eſſe in prędictis politijs.

TRACTATVS PRIMVS
in ſextum librum Politicorum, quatuor complexus capitibus.

¶ De Modo inſtituendi politias, quæ ſunt minus bonæ, ac minus rectæ: & iſtæ ſunt duę, ſcilicet, popularis & paucorũ.

IN primo tracta. conſiderandum eſt qũo, & ex quibus inſtituenda eſt politia popularis, & diuidemus ipſum in 4. cap. In primo declarandũ eſt primum fundamentum, ſuper quod fundatur politia popularis, & eſt vt primum ſuppoſitum in ſcĩa, & quæ ſint ꝓprietates eiuſdem politiæ. In ſcđo ſoluetur dubium, quod ortum habet ab his, q̃ dicentur in primo cap. In tertio declarabĩt modus inſtituendi primã ſpeciem politiæ popularis, q̃ quidem ſpecies minus mala eſt in comparatione aliarum ſpecierũ, de quibus diximus in lib. quarto, tract. primo cap. 3. & eſt velut optima. In quarto declarabit mod⁹ inſtituendi alias ſpecies eiuſdem politiæ, & præcipuè vltima, quæ eſt peſsima & propinqua tyrannidi.

CAPVT I.

Quidnam in popolari politia primum homines, vti præcipuum eius fundamentum intendant: & quæ propriè in ea ſeruanda ſint.

IN primo ca. declarandum eſt primum ſuppoſitum in politia popolari, & quæ conditiones ſiue ꝓprietates debeant in ea obſeruari. & ſic ibi duo agenda ſunt. Primo agendum eſt de primo ſuppoſito. Secũdo de conditionib. vel ꝓprietatibus in illa ſeruandis.

In popolari politia primum intentum eſt ipſa libertas inordine ad ipſã rẽpublicam.

Quantum ad primum aduerte ex intentione Ariſ. primũ fundamentum, & quod primo ſupponitur, ac quæriť in politia popolari eſt libertas. Quod declarať cõi dicto & oĩum ſententia. Nam vt dicit Ariſt. omnes conſueuerunt dicere, ꝙ exiſtentes in hac politia omnes intendunt libertatem. Ad hanc em̃ reſpicit ſtatus popularis, quaſi ꝙ libertas ſit quoddam ꝓprium & principaliter intẽtum in hac politia, magis quàm in quacunq; alia. Si igitur commune dictum communiſq; ſententia eſt vera, primum ſuppoſitum & intentum in politia popolari eſt libertas.

Libertas dupliciter ſumitur.

Vt autem ſcias q̃d hic ſignificetur ꝑ libertatem & in quo ſenſu ſumitur, ne tranſeamus ꝑ ignorata, aduerte ꝙ libertas conſueuit in moralibus dupliciter ſumi. Primo dr̃ libertas qua quis põt operari ex ꝓpria voluntate ad finem ꝓpoſitũ, & apprehenſum vt bonum. nã liber eſt ille in doctrina Ariſ. (vt declaratum eſt in primo lib. politicorum, qui eſt ſuiipſi⁹ cauſa, ad dr̃iam ſerui qui eſt gratia alterius id eſt domini. & dico ꝙ eſt cauſa ſuijpſi⁹, vel in ratione cauſæ mouentis: inquantum ex propria voluntate & ꝓpria apprehenſione mouetur ad operandum ꝓpter ꝓprium finem, & non propter finem intentum ab altero, ſicut ſeruus mouetur ad operandum à domino, propter finem domini.

Liber eſt qui gratia ſui eſt & ſecũdum ſe & ſuo modo omnia facit.

Secundo ſolet accipi libertas ꝑ ipſa operatione vel actu quo quis dr̃ à ſe moueri vel agere ꝓpter finem ꝓpriũ cõſequendum. Hanc aũt libertatẽ ſiue primo ſiue ſecũdo modo ſumptã, aliqui habẽt ex naturali diſpoſitione, vt dictum eſt in primo libro: & iſti ſunt natura dñi: ſicut & aliqui naturali diſpoſitione habẽt ſeruitutem, oppoſitam libertati: & iſti ſunt natura ſerui. Aliqui autem habent eam non tam ex diſpoſitione naturali, quàm ex ordine reipub. in qua oẽs volũt poſſe principari. & ſi ꝑ aliquo tẽpore ſunt ſubiecti, pro alio volunt principari: & hoc mõ eſt ſuppoſitũ in politia popolari, & eam ſibi appropriant fautores & ſectatores talis politiæ.

Et quidem ꝙ hæc libertas ex ordine ad rempu. intendatur in politia popolari declaratur duplici ſigno. Primo oẽs exiſtentes in ſtatu popolari volunt per vices dominari & parere: ita ꝙ nulli ſunt ſimpliciter dominantes, nec ſimpliciter ſubiecti: ſed quicunq; ꝑ vno tẽpore dominant, ꝑ alio ſunt ſubiecti, & ecõuerſo: ex quo fit vt ſ.n iuſtitiã popolarẽ de neceſsitate multitudo popularis dr̃etur, & quicqd decreuerit popul⁹ illud eſſe ratũ & iuſtũ. Dicũt em̃ oportere

vt vnuſ

vt vnuſquiſque ciuium habeat æquale, & inde contingit in politia populari, ꝙ plus poſſunt pauperes q̃ diuites: quoniã plures ſunt, & id obtinent quod pluribus videtur. Secundò vnuſquiſque viuit in ea prout vult. Hoc enim dicunt eſſe opus libertatis, quod apparet ex ſuo oppoſito, ſ. ex opere ſeruitutis: nam opus ſeruitutis eſt viuere vel operari nõ ſecũdum propriam voluntatem, ſed ad voluntatem & placitum alterius, & moueri non ad finem proprium conſequendum: ſed ad finem alterius: ergo ex oppoſito opus libertatis eſt operari & viuere ſecundum propriam voluntatem & propter finem proprium. Cùm igitur hæc duo ſigna ſint præcipuè inter ta in politia populari conſtat ꝙ in ea ſupponitur & intenditur libertas in ordine ad remp.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ cum politia ſit ordo principatus, vt declaratum eſt in principio tertij libri, Omnes conditiones ſiue proprietates ſeruandæ in politia populari, habent reſpectum ad principatum, quædã enim ſunt circa aſſumptionem ad principatum, quædam circa durationem, quędam circa potentiam, quædam circa mercedẽ ſiue retributionem fiendam principantibus.

Circa aſſumptionem ad principatum & regimen ciuitatis quatuor obſeruanda ſunt.

In populari politia quatuor ſũt ſeruãda in aſſumendis hominibus ad principatus.

Primò, ꝙ ad omnes principatus & magiſtratus ſiue maiores ſiue minores aſſumantur ex omnibus, ita ꝙ ex omni genere poſſint aſſumi, non reſpiciendo ad aliquam excellẽtiam, neque dignitatem diuitiarum, aut nobilitatis, aut virtutis, ita quòd omnes cuiuſcunque conditionis poſſint aſſumi ad regimen ciuitatis. Sic enim omnes magis habebunt æquale, quod eſt iuſtum in politia populari.

Scdò, ꝙ oẽs principentur, & oẽs ſubiiciantur viciſsim, ita ꝙ qui ꝑ aliquo tempore dominati fuerint, pro alio ſint ſubiecti, & eꝙerſo, & ab hac viciſsitudine, null⁹ ſit exẽpt⁹.

Tertiò, ꝙ aſſumendi ad principatum aſſumantur omnes per ſortem in omni principatu, vel ſaltẽ in illis, in quib⁹ nó eſt opus multa ſapientia, neque prudentia. Nã in principatu, in quo neceſſe eſt principantẽ vigere ſapientia & prudẽtia, non eſt tutum fieri aſſumptionẽ per ſortem, ſed per electionẽ, vt in ducatu exercit⁹, & in principatu cõſiliatiuo ac iudicatiuo cauſarum: nam ſi ꝑ ſorté aſſumerent cõtingeret aſſumi idiotã & imprudentẽ, quo nil peius in tali prĩcipatu.

Quartò, ꝙ qui aſſumuntur non aſſumantur propter aliquam dignitatem, quam habeant, puta q̃a diuites, aut nobiles, ꝙ ſi ob aliquam dignitatem aſſumuntur, illa ſit minima, & hoc dicit Ariſt. propter illam ſpeciem politię popularis, de qua dictum eſt in libro quarto, tractatu primo, capite tertio ꝙ non omnes de populo aſſumuntur ad principatum, q̃a non egeni, ſed diuites, non tamen valde, ſed mediocriter: nã ſi valde diuites aſſumerentur, iam non popularis, ſed pauco rum eſſet politia. Propter igitur hanc ſpeciem dicit Ariſto. vel ſaltem à minima, ita quòd ſi aſſumendus debet eſſe diues, ſaltem ſit minimè & non multum diues.

In populari politia quid ſeruandum pro durationẽ principatuum.

Circa durationem in principatu duo obſeruanda ſunt, primo ꝙ nullus pluries ad eundem principatum in vita ſua aſſumatur vel rariſsimè, ita ꝙ inter primam & ſecundam vicem cadat multum temporis, & dominetur in paucis, excepto ducatu exercitus in quo periculoſa eſt mutatio frequens propter lõgam experientiam requiſitam in eo, & difficile eſt eam in multis inueniri.

Secundò, ꝙ omnes principantes principentur breui tẽpore, & maximè in principatibus maioribus, vt ſunt illi, qui iudicare habẽt de cauſis omnibus & negociis inter ciues, & q̃ corrigere habẽt alios principatus, & q̃ ꝓſident ordini rei pub. & qui intendunt commutationibus, quæ fiunt per contractus, & regulandę ſunt ſm legem iuſtitiæ. Omnes hos expedit breui tempore principari, nec expedit in tali politia eſſe aliquem principatũ perpetuum, qm̃ pauciores aſſumerentur, & minus ſeruaretur æqualitas, & forte ſiquis perpetuum haberet principatum, ditari poſſet ſupra alios, & tũc ex diuitiis & potentia efficeretur tyrãnus, & ſi aliqs principatus deuiat à primo inſtituto legis, auferatur ab eo potẽtia vel reducatur ad primam legis ordinationẽ, & ſi fuerint aliqui principatus, in quibus fit aſſumptio per electionem expedit electionem ad ſorté deducere. Sic enim magis aſſumentur ex quibuſcunque, dũmodo in tali principatu nó ſit opus multa ſapientia & prudentia: quoniam, vt diximus, tunc melius eſt per electionẽ procedere quàm per ſortem.

In populari politia duo ſeruãda ſunt circa potentiam.

Circa potentiam duo ſeruanda ſunt. Primò ꝙ in politia populari, concio ſiue congregatio multitudinis ſit domina omniũ, principatus autẽ & magiſtratus nullius habeat dominiũ, vel ſaltem concio ſit domina in magnis & maximis, principatus vero in paruis. Sic em̃ magis ſeruabitur ęqualitas multitudinis: nam ſi magiſtratus dominaretur in oĩbus, aut in magnis excederet alios importionabiꝑr, numero ſeruaretur æqualitas, quæ in tali politia maximè intenditur.

Secundò, ꝙ in politia populari ſit principatus, qui dr̃ cõſilium, quod ptãtem habet deliberandi & diffiniendi de magnis & arduis. Hic em̃ maximè neceſſarius eſt in politia populari: qm̃ multitudo popularis, quæ in ea dominatur, vt in pluribus imprudens & ignorans eſt, & in operando non rõne, ſed impetu fertur, vt igitur rectè agat indiget reguláte Hoc autem eſt conſilium, ad qd̃ aſſumuntur ſcientes & prudentes, & ideo in tali politia eſt maximè neceſſarium.

In populari politia quid ſeruandum circa mercedis retributionem.

Circa mercedem hoc eſt obſeruandum, ꝙ oẽs venientes ad concionem accipiant aliquã mercedem, vt libentius veniant. Similiter qui ad iudicia conueniunt, vt firmior & fidelior ſit ſnía, magiſq̃ ꝓ bono publico laborent. Quòd ſi ciuitas non poteſt oĩbus mercedem tribuere, ſaltẽ tribuat magiſtratibus, & iudicijs, & conſilijs & concionib. principalibus, vel illis magiſtratibus, cum quibus neceſſe eſt alios plures cõiuare. Huiuſmodi nanq; magiſtratus nullus acceptaret ꝓpter magnitudinem expenſarum, niſi aſſignaretur merces & præmium ꝓ ſuſtinendo onere, ſicut eſt dux in exercitu. Hęc igitur ſunt quæ obſeruari debent in politia popularí tanquam ſibi propria. Hoc em̃ modo maximè ſeruabitur æqualitas & libertas in ea, quæ duo, vt diximus ſupra, ſunt ibi maximè intenta. Hęc de preſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo accipiendum ſit in politijs popularibus, & paucorum æquale, ac iuſtum in principatuum, ac bonorum communium diſtributione.

IN hoc capite ſoluendũ eſt dubiũ, qd̃ oritur ex dictis. Dictum eſt em̃ in primo capite, ꝙ circa aſſumptionẽ ad principatum hoc primo ſeruandũ eſt, ꝙ oẽs aſſumant̃ non habito reſpectu ad aliquã dignitatem, puta diuitiarum, aut nobilitatis, aut virtutis, ita ꝙ tam pauperes quàm diuitẽs, tã nobiles quã ignobiles aſſumant̃. Sic em̃ oẽs habebũt ſm̃ ęqualitatem & libertatem, & ſic ſeruabitur iuſtum in tali politia. ſed ex hoc dicto inſurgit tale dubium, ſi ex eo ꝙ omnes aſſumuntur ad principatum, & participant in honoribus publicis, ſeruatur æquale & iuſtum, dubitatur quis modus tenendus eſt in diſtributione honorum vt ſeruetur ęquale & iuſtum: nam poſſumus imaginari id fieri tribus modis.

Triplicitẽ in popularí politia ſeruari põt æqualitas & iuſtitia in principatuum & cõium bonorum diſtributione.

Primò cum in omni ciuitate, in qua eſt politia popularis ſint diuites & pauperes, multoq; plures pauperes quã diuites, vt ſeruetur æquale iuſtum inter pauperes & diuites poſſet dari tãtum de honorib. mille pauperib. quantum quingẽtis diuitibus, & ꝙ ipſi mille tantã habeant potentiam in tractatibus communibus, quantam habent quingenti diuites.

Secundò, ꝙ non ſic, ſed acceptis mille pauperib⁹ ex vna parte, & quingẽtis diuitibus ex alia, vlterius per electionẽ accipere ex mille pauperib. ducentum, & ex quingẽtis diuitibus centum, & iſti electi ex vtraq; parte, & ſimul congregati ſint domini in diuidendo bona communia & iudicãdo & conſulendo in negocijs & cauſis publicis.

Tertiò, ꝙ non ſic, ſed ꝙ omnis autoritas & potentia attribuatur maiori multitudini populari, ita ꝙ maior multitudo & non ſolum mille pauperes & quingẽti diuites, aut tot ex his electi ſint dñi omnium. Dubitatur igitur quod horum trium ſeruandum ſit in politia populari, pro ſeruanda æqualitate & iuſtitia & libertate inter omnes.

Pro rñſione igitur duo agenda ſunt. Primò recitanda eſt reſponſio eorum, qui fauent politiæ populari, & eorũ qui fauent politiæ potentiæ paucorum, quã reprobabimus. Sedò determinabitur dubium ad mentem Ariſt. & ſm veritatem.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ fauentes politiæ popularí, dicunt illud eſſe iuſtum & æquale ſimpl̃r, quod vr̃ pluribus, & qm̃ in politia populari multitudo dominatur, ideo iuſtum & ęquale attẽditur per comparationem ad multitudinem. Fauentes autem politię potentiæ paucorum dicunt illud eſſe æquale & iuſtum ſimpliciter, quod vr̃ ditioríb. Dicunt em̃, ꝙ oportet omnia determinare & ſtatuere per habitudinẽ ad diuitias, quæ ſunt principale in tali politia, ſicut libertas eſt principale in politia populari.

In populari politia non iuſtũ eſt ſimpliciter quod pluribus vi-

Sed, vt dicit Ari. neutra reſponſio valet: qm̃ ad vtranque ſequitur inæqualitas, & iniuſtitia: nam, ſi reſponſio fauentiũ politiæ paucorum eſt vera, ſequitur rempub. de facili cõuerti in tyrannidem, in qua nulla eſt ęqualitas & nulla iuſtitia, ſed ſuprema iniuſtitia, & probatur ſic conſequentia, ſi illud eſt iuſtum & æquale quod ditioribus videtur, & quòd oĩa

detur, neque in ea quæ paucorum eſt, illud quod dicitur apparet.

ſint determinanda iuxta quantitatem diuitiarum: ergo ſi vnus præ omnibus ſit ditior, illud erit iuſtũ, qđ hic videbitur: & oportebit omnia determinari ſecundum iudicium & voluntatem eius: & is ſolus erit dignus principari ſm ſuã voluntatem. Hæc autem eſt tyrannis vt declaratum eſt in lib. 5. patet ergo quomodo de facili politia paucorum conuerteretur in tyrannidem ſtante illa reſponſione. ſimiliter ſi reſponſio fauentiũ politiæ populari eſſet vera ſequũtur multæ iniuſtitię. nam ſi illud eſt iuſtum qđ pluribus videtur: & ſi oportet ſequi iudicium plurium, puta multitudinis popularis: cum plures habeant etiã maiorem potentiam qm̃ multitudo in tale politia dominatur, ſequentur impetũ voluntatis in iudicando: & iudicabunt bona diuitum eſſe diripiéda tanquam rem iuſtam: quod tamen eſt opus iuſtitię. Non ergo illud eſt iuſtum ſimpliciter quod pluribus videtur: nec omnia ſunt determinanda, nec ſtatuenda ꝓut plures iudicant. Patet igitur quomodo neutra reſponſio valet.

Quantum ad ſecundum vt habeas reſolutionem veram, ſupponatur, vt dicit Ariſt. illud quod vtrique diffiniunt circa iuſtum. Dicunt enim quòd iuſtum eſt illud quod maiori parti ciuium videtur. Hoc igitur ſupponatur vt verum non ſimpliciter, ſed cum determinatione, vt dicemus.

Iuſtum quomodo ſit illud quod maiori parti ciuium videtur.

Pro quo notandum eſt, ꝙ in ciuitate duæ ſunt partes cõponentes ciuitatem, licet non æquales in numero, ſ. diuites & pauperes: & cõmuniter pauperes ſunt plures. Quod igitur iſtis partibus ſimul conſentientibus vel pluribus vtriuſque partis videbitur illud vt iuſtum & ratum habendũ eſt: & fiendum in tota republica. Dico pluribus vtriuſq; partis: qm̃ non ſufficit ꝙ videatur pluribus vnius partis tantum, quoniam reſp. popularis non conſtat tantum ex vna parte, puta ex ſolis pauperibus: nec ex ſolis diuitibus, ſed ex vtriuſque: ideo conueniens eſt, vt illud ſit iuſtum & fiendum, qđ approbatur ſaltem à pluribus vtriuſque partis. Si autem cõtingat, ꝙ nec omnes, nec plures vtriuſq; partis concordẽt, ſed aliquibus diuitibus videatur vnum, & ſimiliter aliquibus pauperibus, aliis autem vĩdeatur oppoſitum: verbi gratia, ſint diuites decẽ, ſint pauperes viginti, & ſex diuitibus ac quinque pauperibus videatur vnum, oppoſitum autem videatur quatuor diuitibus & quindecim pauperibus, tunc non eſt determinandum iuſtum ex eo præciſe quod videtur pluribus, ſed ſecundum aliquam excellentiam virtutis, aut meriti in ordine ad remp. & tunc illud quod videbitur parti excellẽtiori & virtuoſiori accipietur ꝓ iuſto. Si autem in partes æquales ſe diuiſerint, ita ꝙ non inueniatur maior excellentia virtutis, neque meriti in vna parte quàm in altera, tunc quoniam dubium erit, quorum ſententiæ ſtandum ſit, determinandum eſt per ſortem: cuius partis ſententię ad hærendum ſit: aut per aliquem alium modum.

Sed forte dicet aliquis, quòd aſſumptio ad principatum, & diſtributio communium honorum ſint quoddam maximum in ciuitate, non eſt tutum committere ſorti, per quam contingit aliquando accipere deteriorem & immeritum, & ideo poſito quòd diuiderent ſe in partes æquales, adhuc negotium non eſt determinandum ſorte.

Reſpondetur ex intentione Ariſt. quòd cum difficillimũ ſit inuenire in caſibus prædictis quid iuſtum & æquale ſit, licetque difficillimum ſit in huiuſmodi determinare ſecundum rationem rectam, tamen minus malum eſt per ſortem dirimere controuerſias, quàm permittere ꝙ in politia populari ſoli diuites dominentur. nam ex duobus malis minus eſt eligendum. malum quidem eſt hæc committere ſorti & malum eſt ſolos diuites principari: ſed minus malũ eſt primum quàm ſecundum. nam pauperes, quos contingit aliquando per ſortem principari, communiter magis curant & conſeruant iuſtitiam & æqualitatem quàm diuites. Diuites enim ex abundantia diuitiarum inclinantur ad contumelias, & ad alia iniurioſa, parumque curant de iuſtitia: & ideo magis expedit ſe committere ſorti quàm permittere ſolos diuites dominari in politia populari. nã de facili trãſmutarent eam in ſtatum paucorum. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

De optima popularis politię ſpecie, & de legibus in ea inſtituendis.

IN tertio capite tractandum eſt quomodo & quibus legibus inſtituẽda eſt optima ſpecies politiæ popularis. & hic tria agenda ſunt primo declarandũ eſt ex qua multitudine populari cõſtat. Secundò qbus legibus debeat vti ad ſui inſtitutionem. Tertio in quo loco contingit fieri optimã politiam popularem.

Popularis politia tres multitudines ſunt.

Quãtum ad primum aduerte, ꝙ Ari. allegat tres multitudines populares: quarum vna eſt terræ cultiua, ſecunda eſt paſtoralis, tertia eſt mercenaria & forenſis. Mercenaria quidem conſtat ex illis, qui mercede locant opera ſua: & cõiter ſunt viles perſonę. forenſis autem eſt ex illis, qui verſantur circa forum, intendentes venalib. & ſic ordinantur in bonitate, tertia eſt minus bona quam ſcda, & prima: & põt dici deterior, qm̃ vt inquit Ari. eorum vita eſt vilis, quoniam parum de rõne participant, & pene nullum virtutis op' habẽt. Præterea, tale hominum genus circa forum vrbemque aſsiduè moratur: inclinaturque ad colligationes & cõſpirationes malas: & ſunt peruerſæ ac obſtinatæ ſnię ex ignorantia ſua. ſecunda eſt melior quã tertia, ꝓpinquat eñ primæ quã probabimus eſſe optimam. Sicut enim multitudo agricultiua neceſſariò habitat extra ciuitatem ꝓpter excolendos agros, ſic & paſtoralis propter cuſtodiam & curam animalium. Præterea eſt magis exercitata in pugna: qm̃ ſępe habet congredi cum feris & latronibus, ne diripiant greges. Præterea, corpora habet bene diſpoſita, & ſunt multi roboris: aſſueſcit enim frigoribus & æſtui & venationib' & tales ſunt apti rebus bellicis, vtpote potentes ſub dio conſiſtere. Prima autem eſt optima, quod manifeſtat Ariſtoteles triplici ratione.

Multitudo popularis politia agris excolẽdis intẽta optima politia eſt.

Primo, quoniam non abundat diuitijs oportet eam non vacare ab opere exteriori laborioſo: quo terram colit: & qm̃ non poteſt vacare à tali opere, non appetit conciones & conſpirationes facere, ex conſequenti minus poteſt mutua collocutione, mutuaque confidentia modos & vias inuenire inſurgendi contra diuites & nobiles & principantes & quoniam minus machinatiua eſt, ideo eſt magis apta ciuitati.

Secũdo ex eo ꝙ habitat extra ciuitatem, & aſsiduè intẽdit agriculturæ: vt ex ea victum percipiat, minus concupiſcit aliena. nam habitantes extra & continuè occupati min' conſiderant & ſcrutantur bona diuitum, ac principantium: ex conſequenti minus ea deſiderant. Dulciuſq; eſt illis op' ſuum exercere, quàm in republica verſari, niſi ex ea magna ſuſcipiant emolumenta. Plerique enim eorum magis lucrũ quàm honorem appetunt & ſignum huius, ꝙ antiquitus tyrannides ſuſtinuerunt, & nunc potentiam ac ſtatum paucorum ſuſtinent ac ferunt, modo non prohibeantur ab operib. proprijs, nec ab eis rapiãtur bona, quæ multo ſudore acquirunt. Sic enim multi ex eis cito ditantur, alij vero non egẽt. Quoniam igitur multitudò popularis agricultiua, non concupiſcit aliena, nõ rapit, non furatur, ſed ſuo ſuſtentatur labore, ideo melior eſt.

Tertio, nõ eſt ambitoſa. nam ſi quæ cupido honoris ineſt ei quoniam neutralis eſt omni homini vtenti ratione, de facili adimpletur. Contentatur enim habere poteſtatem eligẽdi magiſtratus, & corrigendi delicta. nam in quibuſdam ciuitatibus & ſi populus non eligit magiſtratus, ſed quidam p partes deputati vt apud Mãtineam, tñ ſatis ſibi eſſe putant, ꝙ conſulendi deliberandique de publicis habent poteſtatẽ: & putandum eſt hunc eſſe vt quendam ornatum politiæ popularis, ſ. ꝙ habeant poteſtatem conſulendi & deliberandi de publicis: & maximè in puniendis malis vt fuit aliquando apud Mantineam ex quo ſequitur, quòd vtile eſt prædictę politiæ populari, & ita fuit conſuetudo, eligere quidem magiſtratus: & corrigere & iudicare omnes. Magiſtratus autẽ maximos geri per eos qui electi fuerint ex eis qui magis honorabiles ſunt aut ꝓpter diuitias, aut ꝓpter virtutem, aut propter nobilitatem, aut qui intendere poſſunt reipublicæ, qui ſcilicet non ſunt coacti propter indigentiam vacare circa neceſſaria domus propriæ: nam ſi ſic obſeruatum fuerit, reſpub. bene gubernabitur: quoniam magiſtratus per meliores gerentur, ita volente populo, & populus non inſurget, nec inuidebit: & hic gradus ſufficiet nobilibus & inſignib' qm̃ non ſubijcientur deteriorib. ipſis. non enim deteriores principabuntur, & qui principabuntur iuſtè ac rectè ſe habebunt: pœnam formidantes. Conſiderabunt enim alios eſſe in repub. qui eorum delicta corrigere poſſunt: & id expedit in tali ſtatu populari, ſ. corrigere principantes, ita ꝙ eis non liceat quicquid videbitur agere. Habens eñ licentiam agendi quodcunque ei videtur, cuſtodire non poteſt ſecundum rationem rectam exceſſus & prauitatem, quæ eſt in vnoquoque hominum.

Declarata triplici multitudine populari, ex quibus probatum eſt primam, ſ. agricultiuam eſſe optimam, conſtat

quòd

Optimā popularis politiæ ſpeciem oportet conſtituam eſſe ex agrorum cultoribus.

quòd neceſſe eſt optimam ſpeciem politiæ popularis cõponi ex prima multitudine: nam optimum compoſitum tam in naturalibus quàm in aliis non poteſt cõſtari niſi ex materia optimè diſpoſita, & in caſu propoſito, multitudo agriculti ua eſt populus optimè diſpoſitus ꝓpter rationes ſupradictas: ergo rationabiliter optima ſpecies politiæ popularis conſtituenda eſt ex multitudine agricultiua.

Qua in politia agricultorum præcipienda ſint.

Quantum ad ſecundũ aduerte ex intentione Ariſto. ꝙ in conſtitutione prædictæ politiæ oportet quatuor legibus vti, quę antiquitus apud multos vt valde vtiles latę fuerunt.

Prima eſt, ꝙ nulli de multitudine agricultiua liceat habere quantamcunque voluerit menſuram terræ, ſed determinatam & non plus: nam ſi liceret illi pro voluntate acquirere agros & poſſeſsiones, quàm plurimi multum ditarent, nec remaneret populus agricola, & ſic ſolueretur talis reſpublic. Quòd ſi permittatur habere quantamcunque menſuram terræ, non tamen in loco propinquo ciuitati, ſed remoto. Hoc enim modo neceſsitabitur magis habitare in tali loco remoto, quàm in ciuitate, ex conſequenti minus machinari ac nocere poterit.

Secũda eſt, ſicut antiquitus in multis ciuitatib⁹ lege cautum fuit, ꝙ non liceat alicui ſimpliciter & abſolutè alienare primas hęreditates, id eſt bona relicta ſibi à progenitoribus: nam ſicut per primam legem nulli efficientur exceſsiuè diuites, ſic nec per ſecundam efficientur omnino egeni.

Tertia eſt, ꝙ non liceat alicui mutuò accipere aliq̃d ſup portionem terræ quam habet, nec eam obligare, & hanc legem dicunt fuiſſe Oryli legiſlatoris, & eſt veluti reſtrictiua præcedentis: nã præcedens non prohibet niſi alienationem abſolutam, qua transfertur dominium. Hęc autem prohibet obligationem etiam dominio retento, & fundatur vtraq; in eadẽ ratione, ne ſ. quis ad omnimodam inopiam deueniret.

Quarta eſt illa quam dicũt eſſe & obſeruari apud Aphytalas gentes, & eſt tali politiæ admodum vtilis. Dicit igitur Ari. ꝙ licet Aphytalæ eſſent multi, poſsiderentq́; exiguam regionem, tamen omnes erant agricolæ. Quoniam ſi qui ex eis poſsidebant maiorem quantitatẽ terrę quàm eſſet lege determinatum, dabant ad pretium vel cenſum pauperibus vel minus habentibus, non quidem totã, ſed aliquas partes. Sibi vero reſeruabant tantum quãtum in lege determinatũ erat, & hoc modo pauperes ex terra accepta vel ad ꝓtium, vel ad cenſum ad bonam fortunam peruenire poterant, ita ꝙ nullus cogebatur mẽdicè viuere. Iſtæ igitur ſunt præcipuæ leges quas purat Ari. obſeruandas in optima ſpecie politiæ popularis conſtituta ex multitudine agricultiua.

Quantum ad tertium aduerte ex intentiõe Ari. ꝙ vbi cõtingit regionis ſitum talẽ eſſe, ꝙ multitudo agricultiua per habitationẽ longè diſtat ab vrbe, ibi facile eſt laudabilẽ ſtatum populare & remp. iuxta optimam ſpeciem cõſtituere: nã in tali ſitu cogitur dicta multitudo ædificare à remotis à ciuitate, & illic habitare, ex cõſequenti raro veniet ad congregationẽ in ciuitate, & contra principantes non machinabuntur & ipſi principãtes pacificè dominabuntur. Quòd ſi turba mercenaria & forenſis, q̃ in ciuitate habitant, vellẽt frequentes conciones facere, non ꝓſentibus agricolis, lege diſponendũ eſt aut per conſuetudinẽ ſeruandũ, non licere fieri conciones aliquas in pertractãdis negociis magni põderis, niſi prius vocatis illis, q̃ in regiõe extra ciuitatẽ habitant, & ex hoc duo ſequentur cõmoda. Primò conciones rariores erũt, agricolæ nanque raro veniẽt, ꝓpter locũ remotũ à ciuitate, & q̃m cõtinuè intendunt agriculturæ, nec expedit eã impediri. Secũdò agricolę minus mali ſunt, vt ſuprà docuimus q̃ mercenarij & foreſes, ideo expedit eos eſſe ꝓſentes: nã ex bonitate ſua reprimẽt malitiã & aſtutiam mercenariorũ & forenſium. Hæc de tertio capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quomodo inſtitui oporteat politiam popularem quæ tyrannica eſt.

IN quarto capite declarandus eſt modus, quo debẽt inſtitui aliæ ſpecies politiæ popularis, & quidẽ de intermediis inter optimã, de qua actum eſt in capite præcedenti, & interpeſsimam, quæ eſt vltima & tyrannica, ſatis conſtat quo modo ſint inſtituendæ: nã ſi vt diximus, optima eſt inſtituẽda ex optima multitudine, & ſecundum ordinationẽ legum optimam, cum mediꝫ deficiant ab optima, quędã minus vt minus diſtant ab ea, quędam magis, vt magis diſtant, cõſtat ꝙ oportet dimiſſa bona & optima multitudine, quę agricultiua eſt, accipere deteriorem, & prętermiſſa bona legũ ordinatione, accipere de ordinatione ſecundum plus & minus, ita ꝙ reſpu. popularis minus inordinata poſt prædictã optimam, conſtituenda eſt ex multitudine minus inordinata, & magis inordinata, ex multitudine. magis inordinata, & maximè inordinata, quæ eſt vltima & peſsima, ex multitudine maximè inordinata. Relictis igitur ſpeciebus medijs, inſiſtendum eſt circa vltimam, quæ eſt peſsima, & hic duo agenda ſunt. Primò ponenda ſunt documenta ad conſtituẽdum & firmandum talem politiam per intenſionem. Secundò ponenda ſunt documẽta ad idem per remiſsionem: nam volẽtes eam inſtituere & roborare oportet aliqua in ea augere, & aliqua minuere, vt declarabimus.

Quæ oportet in popularipolitia tyrãnica ſeruare pro eius conſeruatione.

Quantum ad primum aduerte, vt dicit Ariſ. ꝙ talis politia non de facili ſuſtinetur à quacunque ciuitate, nec ex natura ſua eſt multum duratiua: q̃m in ea tota multitudo ciuitatis dominatur, ſicut vnus princeps, & non dominatur ſm legem, ſed ſecundum propriam voluntatem, vt videre poteris in libro quarto, tractatu primo, capite tertio. Modo talis multitudo vt in pluribus eſt ignorans & imprudens, & agẽs non agit ſm rectum rationis iudicium, ſed ſecundum impetum, ꝓpterea opprimunt maiores & meliores ac magis inſignes & peruertunt iudicia, & hęc omnia corrumpunt rempub. vt declaratum eſt in libro quinto, tam in generali quã in ſpeciali. Cùm igitur ex natura ſua non ſit bene permanſiua, imò de facili diſſolubilis, niſi aliquibus legibus & cõſuetudinibus roboretur augendo & minuendo, ideo ad ſui ſtabilitatem & perſeuerantiam indiget documentis per intenſionem vt infra.

Primò conſueuerunt præſidentes tali peſsimę reipu. pro ipſius corroboratione plurimos extraneos cõiungere multitudini plebeiæ exiſtenti in ciuitate, & aliquando aliquos non legitimos ciues, ſicut ſunt ſpurij, qui ſunt ex altero ciue, ſ. vel ex patre vel ex matre, & hoc quidem vt̃ expediens firmitati talis politiæ: nam quanto plures ei adiunguntẽ, tanto fortior efficitur multitudo plebeia dominans in ea, quãto autem fortior fuerit, tanto magis poterit diuitum exceſsus reprimere, & volentium tyrannidem exercere.

Sed aduerte, vt dicit Ari. ꝙ prædictum documentum aliquando eſt obſeruandum, aliquando non: nam quandiu potentia diuitum & nobilium & mediocrium ciuium excedit potentiam totius multitudinis plebeiæ, quæ ſola in hac peſsima politia vult dominari, expedit documentum ſeruare, donec potentia multitudinis plebeiæ ſuperet potentiã prædictorum. Cùm autem ſuperat, non amplius expedit: quoniã ſi numerus extraneorum multus ſit magis deordinatur reſpu. & ſubiacet maiori periculo diſſolutionis: nam extranei adiuncti, aut pro maiori parte ſunt imprudentes & indiſcreti, aut nõ aſſuefacti ordinib. talis politiæ. Ipſis igitur additis additur quidẽ ad potentiam, & ad indiſcretionẽ. Sed exceſsus potentię ſine diſcretione eſt occaſio euertendi rempub.

Pręterea, ex multa additione extraneorum ad rẽpu. turbantur inſignes & nobiles, magis em̃ ęgrè ferunt extraneos vocari ad dominium ciuitatis, ſe autem excludi, & propter hoc facta fuit ſeditio apud Cyrenem. Si enim pauci adiũcti fuiſſent, non ita notaſſent nobiles & inſignes: quoniam paruum inconueniens conuiuendo ſolet tranſire, magnũ verò in oculis hæret. Primum igitur documentum eſt multos extraneos adiungere multitudini plebeiæ pro diſponenda tali repu. donec ipſa multitudo potentior ſit quàm nobiles & inſignes, & mediocres ciues.

Vniendus eſt populus per nouas tribꝰ ac ſodalitates, vel ſocietates quaſi vna familia in popularipolitia tyrãnica.

Secundò talia inſtituta, qualia Calliſthenes fecit Athenis, actaq́ue fuerunt apud Cyrenem, ꝓ corroboranda tali politia populari, vtilia ſunt ꝓſenti, ꝓpoſito. Duo autẽ pręcipuè inſtituit Calliſthenes. Primò ꝙ aliquę tribus de nouo inſtituendæ ſunt in ciuitate per receptionem aliquarum eiuſdẽ generis, & quę ꝓxiſtunt augmentandę ſunt per mutua coniugia. Secundò ꝙ ſocietates, quæ curant aliqua priuata negocia, ſi multæ ſunt ad pauciores ſecundum numerum reducantur, fiantq́ue magis vniuerſales, ita quòd licet minuãtur ſecundum numerum, puta ꝙ decem ſocietates tales reducãtur ad ſex, non tamen minuantur quo ad numerum contentorum, imò augeantur, puta ſi in decem ſodalitatibus continebantur centum homines, in ſex contineantur ducenti, & ſic cuncta excogitanda ſunt, vt omnes adinuicem in ciuitate ſint aliquo mó permixti & coniuncti, vel ſecundum tribꝰ quod fit per coniugia, vel ſm ſodalitates, quod fit per conuerſationes & congregationes communes. Sic enim multitudo popularis erit magis vnita per mutuam dilectionem, ex cõſequenti fortior erit: quoniam virtus vnita fortior eſt diuiſa. Cùm prædictis tamen obſeruandum eſt, ꝙ eodem leges & conſuetudines ſicut prius obſeruẽtur: nam ſi mutatis

tribubus & ſocietatibus mutarent leges ac conſuetudines, mutaretur & ipſa reſp. leges nanque & conſuetudines in aliqua repu. inſtituendæ ſunt ordine ad remp. quoniã diuerſæ leges requiruntur in diuerſis politiis, vt declarauimus in tertio lib. Secundum igitur documentum eſt quòd omni diligentia vniatur populus, ita ꝙ ſit quaſi vna familia, & hoc per nouas tribus, nouasque ſodalitates.

In populari tyrãnica politia ſeruanda ſunt iura tyrãnorum.

Tertio inſtituta tyrannorũ videntur deſeruire huic peſsimæ politiæ populari: quoniam & ipſa eſt ꝓxima tyrannidi, vt declarauimus in lib. quarto, trac. primo cap. tertio. Huiuſmodi autem ſtatuta verſantur circa licentiam ſeruorum & mulierum & puerorum. nam tyranni vt acquirerent ſibi beneuolentiam prędictorum quorum multitudo eſt magna pars ciuitatis, inſtituerunt principatus, coram quibus competeret actio ſeruis contra dominos: & actio mulierũ contra viros: & actio puerorum contra parentes, & eadem ratione hęc inſtituta vtilia ſunt huic peſsimæ politiæ popularis, cum ſit tyrannica: & non quęrat pacem communem neque bonum publicum, ſed proprium commodum.

Iudices non nunquã malam ſubditorum vitam diſſimulare conuenit.

Quarto quòd principantes in ea diſsimulent & fingãt ſe neſcire vitã ſubditorũ, vt ſubditi viuant vt volunt, ſine metu pœnę: & hoc plurimũ corroborat hãc peſsimã politiã. nam permulti amabunt huiuſmodi ſtatũ ciuitatis, cum pleriſque dulcius & delectabilius ſit diſſolute quàm modeſte viuere: & ideo magis diligent remp. in qua permittuntur in concupiſcentiis & ſecundum proprios appetitus viuere: quam eam in qua mali & vitioſi acriter puniuntur.

Tu tamen aduerte ꝙ Ariſt. non dicit in tali politia etiam peſsima, pręcipiendum eſſe à principãtibus ꝙ ſubditi viuãt vt velint, nec dicit eſſe permittendum abſolutè, & maximè quando cognouerint malas ſubditorum actiones, ſed dicit diſsimulandum, & hoc minus malum eſt: nam quandoque præſidenti diſsimulare licet ꝓpter qualitatem perſonæ, aut ꝓpter aliquam ex circunſtantiis: puta quoniam locus non eſt aptus punitioni: aut quoniã tempus hoc nõ requirit: ſed tardandum eſt: & hoc non eſt malum. Malũ autem & peſsimum eſſet pręcipere, aut vniuerſaliter impune permittere, ꝙ quilibet ſuo appetitu viueret. vnde Cõmentator in ſepti mo Ethicorum dicit illum non eſſe verum legiſlatorem, ſed potius corruptorẽ, qui lege ſtatuit delectationes corporis eſſe ſequendas: vel vniuerſaliter permittit, ſicut fecit illę fœ diſsimus Machumetus. & ideo penè infiniti populi illi adhæſerunt, quoniam delectabilius eſt illis ſenſualiter quàm temperate viuere. Hæc igitur ſunt documenta, per quæ non ſolum inſtitui, ſed firmari poteſt per intenſionem hęc peſsima politia popularis.

Tria ſeruare oportet vt remiſſiua ſeruetur popularis tyrannica politia.

Quantum ad ſecundũ aduerte ꝙ ſicut in tyrãnide oportet aliqua obſeruare quaſi remiſsiua eius, vt conſeruetur & magis firmetur, vt declarauimus in lib. 5. tract. 5. in cap. tertio. Sic cum hæc ſpecies peſsima politię popularis ſit velut tyrannis, oportet ſeruare quędam documenta quaſi remiſsiua vt magis roboretur, & ex intentione Ariſt. ſunt tria.

Primum ſumitur ex diſtributione bonorum, quę proueniunt ex cõdemnationibus. vnde aduerte, ꝙ potẽtes in multitudine populari, q̃ ſunt doctores & velut capita populi, vt acquirant ſibi gratiã, & populus eis credat multa inſtituunt in tali politia agenda, quę videntur cedere in euidentẽ vtilitatem pauperum & in dãnũ diuitũ: ex quibus vnum eſt, ꝙ ea bona, quę obueniunt ex condẽnatiõe aliquorũ diſtribuãtur multitudini pauperũ. ex quo ſtatuto ꝓuenit ꝙ multitudo aliquando iniuſte ſententiat ſententia condẽnatiua ſub ſpecie & intuitu accipiendi pecuniam ex cõdẽnatione taxatam: verũ, qui intendunt permanentiam & firmitatem huius peſsimæ politiæ, derogare debent ꝑdicto ſtatuto: & lege diſponere ꝙ nullum bonum ex condẽnationibus ꝓueniens diſtribuat, multitudini, ſed dedicetur deo, & in ſacrum refera tur puta in ſacrificia, vel alio modo in cultum diuinum. nã ex hoc contingit ꝙ volentes iniurias, aut nocumenta inferre eodem modo timebunt: ſcientes ꝙ ſi iniuriabuntur aut nocebunt cogentur ſoluere pœnam, etiã ꝙ non detur multitudini: & multitudo minus iniuſtè iudicabit, ſciens ꝙ ex iniuſto iudicio non eſt aliquid lucratura, ſed dedicandum diuino cultui.

Pœna ex condemnatione iniuſtè pecuniaria non populo diſtribuenda, ſed Deo dicãda imponi debent.

Secundum ſumitur ex eo quod obſeruandũ eſt circa publicas pœnas & caſtigationes. Pro cui⁹ notitia aduerte ꝙ iuſtitia requirit pœna & quantitatẽ & qualitatẽ eius debere correſpondere delicto iuxta quantitatem & qualitatem eius ita ſcilicet ꝙ magno delicto correſpondeat magna: & paruo parua & ſecreto ſecreta: & publico publica. quòd ſi pro magno parua vel econuerſo, & pro occulto publica, vel econuerſo, iniuſtitia eſt. Contingit autem in tali politia, ꝙ multitudo ignorans impetu ducta, iniuſtitiam prędictam in ſententijs punitiuis committit ex quo ꝓueniunt inimicitiæ & diſſenſiones inter ciues, quæ ſunt occaſiones euertẽdi politiam, vt dictum eſt in libro quinto, & maximè, ꝙ in tali politia inclinatur multitudo ad ſententiandum contra diuites & nobiles, grauando eos pluſquàm decet. Cõtra igitur talẽ obſeruantiam dicit Ari. ꝙ publicæ vindictæ & notabiles fugiendæ ſunt ꝓ firmanda tali politia: & pœna conſtituenda his qui contra fecerint. Attento ꝙ populus nõ conſueuit in iudicium vocare nec publicè condẽnare viros populares, ſed nobiles, vt deprimat eos & ſupponat: & ſic faciunt ſibi nobiles inimicos, quod non expedit: imò vt talis politia firmetur q̃ ex natura ſua non eſt durabilis, oportet quantũ fieri poteſt omnes reddere beneuolos: quod ſi id fieri non põt ſaltem conari ne qui regunt reputentur hoſtes.

Raro cõciones habendæ ſunt in politia tyrãnica.

Tertium ſumitur ex his, quæ accidunt circa cõciones & iudicia. Pro quo aduerte, vt dicit Ari. ꝙ talis politia popularis, de qua nunc loquimur, cõſiſtit in magna hominum multitudine. Oẽs em̃ populares in tali politia cõicant: ſed difficile eſt oẽs etiã pauperes ſine mercede cõgregare, q̃m pauperes intendunt victui lucrando. Omnibus aũt mercedem ſtatuere, vbi nõ ſunt publici redditus, fieri nõ poteſt ſine grauamine diuitum. Neceſſe enim erit mercedem tribuere pauperibus venientibus ad concionem ex ablatis à diuitibus, vel acceptis ab eis: vel ex his, quę ꝓueniunt ex malis & peruerſis iudicijs, quo nil peius: nam propter hoc multæ populares politiæ iam euerſę ſunt. Oportet ergo pro firmãda tali politia ſtatuere, vbi non ſunt cões reditus, cõciones perraras facere: & iudicia de rebus magnis ſed paucis diebus duratura: ex hoc enim pauciora expendentur in mercedem pauperum, qui vocantur ad concionem, & diuites non multum grauabuntur. Non enim timebunt paruas expẽſas, quãuis ipſi mercedem non accipiant, ſed tantùm pauperes.

Si autem in ciuitate ſint aliqui cões reditus, alio modo agendum eſt. Tunc enim non oportet mercedem dandã pauperibus accipere ex bonis diuitum, ſed ex illis publicis reditibus. In quibus tñ diſtribuendis non eſt agendum, vt quidam ductores & procuratores populi agere conſueuerunt. nam quæ diuerſis temporibus obueniunt ꝓut eueniunt ſtatim diſtribuunt pauperib. & ipſi ſimul partes ſuas accipiunt: ita ꝙ totum ꝓuentum illius temporis diſtribuunt, & q̃m nõ multus eſt ideo in breui conſumitur: & iterum pauperes indigent, eſtq́ue hoc auxilium eis ſicut vas perforatũ, quod recipiens aquam ex vna parte emittit per aliam: & ſic nunquã impletur. ſic in propoſito pauperes recipientes puta ſingulis menſibus decem ſolidos ſemper indigent, quoniam cito conſumuntur. Non igitur ſic agendum, ſed qui prędident politiæ populari in illa ſpecie, de qua nunc intendimus, ſic habent de reditib. publicis pauperi multitudinẽ ꝓuidere, ꝙ nimia egeſtate non prematur. Egeſtas enim prauam reddit popularem gubernationem: q̃m, vt dicitur primo Ethicorum, difficile eſt indigentem bene operari. Conandum eſt igitur ingenioſè ſic agere ꝙ multitudo pauperum nullo tempore indigeat, & hoc fiet prudenti reditum communium diſtributione, quæ fieri poterit duobus modis.

Cões reditus quomodo gubernandi in populari tyrannica.

Primo ꝙ ꝓuentus reditum cõium congregentur in magna quãtitate, & deinde diſtribuantur pauperib. ita ꝙ quilibet aliquam notabilem ſummã accipiat, q̃ ſufficiat ad agelli emptionem, ex cuius cultura ſaltem in parte victum ſibi acquiret. Quod ſi non poterit agellum emere: ſaltem negotiabitur ex pecunia accepta: aut alterius agros colet.

Secundo ſi tota quãtitas ꝓuentuum ſimul cõgregata & diſtributa vt diximus in pauperes nõ ſufficit eorũ indigentiæ, debent diuites contribuere, & ſi ſigillatim oẽs nõ pñt: ſaltem ſm tribus, aut ſocietates, aut alias cõgregationes fiat talis contributio diſpenſanda in pauperes, & vt facilius id fiat, & nemo diuitũ in particulari grauetur, auferendæ ſunt vanę & inutiles expẽſæ, quas ſolẽt diuites ad põpam & delectationes facere, vt in cõuiuijs & ludis aliq̃n obſcœnis.

Et quidem ꝙ quæ diximus expediant: confirmat Ari. exẽplo Carthaginenſium & Tarentinorum.

Nam Carthaginenſes diuites & inſignes ſumebant aliquos ex pauperib. deſtinãtes eos ad domorum ſuarũ negocia ꝓcuranda, & mercedem eis vltra expenſas aſsignantes, paulatim diuites faciebant. Magis autem gratioſi inter inſignes, & magis ingenio ac mente vigentes, ſuſcipiebant egenos in curam, dantes eis occaſiones, quibus excitabantur ad res gerendas: vnde poterant lucrari & ditari.

Tarentini verò iumenta faciunt communia ad vſum pau

perum

perum,& ſic beneuolam reddunt ſibi plebem.Inſuper magiſtratus omnes duplices faciunt, qm̃ aliqui aſſumuntur per ſortem,aliqui per electionem,per ſortem quidem,vt paupe res poſſent principari,per electionem vero,vt meliores acciperentur,qui melius rempubl.regerent.Poteſt autem hoc obſeruari in eodem principatu,& in diuerſis,q̃ ſcilicet aliqui electione,aliqui ſorte aſſumãtur. Quemadmodũ igitur oporteat ſpecies popularis politiæ inſtituere & maximè optimã & peſſimã dictũ ſit.Hæc de præſenti capite ſufficiãt

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS IN ſextum librum Politicorum,vnico complexus capite.

CAPVT VNICVM.

¶ De modo inſtituendi & firmandi politiam potentiæ paucorum.

IN ſecundo tractatu agendum eſt de modo inſtituendi & firmãdi politiã potẽtiæ paucorũ, & qm̃,vt docuim⁹ in libro quarto,tractatu primo,ca.tertio,habet multas ſpecies, ſicut & politia popularis,inter quas vna eſt optima in genere ſuo,vltima vero eſt peſſima & tyrãnica,ſicut & vltima popularis.Mediæ vero medio mõ ſe habẽt:nã quę magis ꝓpinquat optimæ,minus mala eſt,quæ aũt magis diſtat & magis ꝓpinquat peſſimę,peior eſt,& ſm ordinẽ,quẽ poſuimus in libro quarto, tractatu primo,cap.tertio, ſpecies ſcda eſt velut optima,quarta eſt peſſima,prima & tertia medio mõ ſe habent,vt illic cõprehendere poteris, vt igitur reſolutè habeas modũ inſtituendi dictas ſpecies ſine diuiſiõe ꝓ capita,agẽda ſunt quatuor.Primò declarandũ eſt in gñali qũo inſtituendæ ſunt.Secundò qũo inſtituenda & firmanda eſt optima. Tertiò qũo mediæ, Quartò quomodo peſſima.

Quomodo generaliter inſtituendæ ſint politiæ paucorum.

Quantũ ad primũ aduerte,q̃ vt declaratum eſt in libro quarto politia popularis ȝriat politiæ paucorũ,& ſpecies ſpeciebus cõtrariantur. Contraria aũt ex ȝriis & mõ ȝrio inſtituuntur.Tu igitur cõſidera in tractatu ꝓcedẽti ex quib. inſtituuntur ſpecies politiæ popularis,& quo mõ,& aſſume ȝria illis,& modũ contrariũ,& tunc manifeſta tibi erũt ea, ex qbus inſtitui debẽt ſpecies politiæ paucorũ, & quo mõ.

Optima paucorum politia quæ ſit.

Quantũ ad ſm aduerte,q̃ optima ſpecies politiæ paucorum,eſt propinqua politiæ,quæ cõi nomine dicitur reſpublic.de qua in libro quarto,tractatu ſecundo, diffuſè actũ eſt,& in ea principantur habentes arma, & diuitias,ita q̃ nullus inops illic principari poteſt,& in qua diuidere oportet diuitias in maiores & minores.Similiter ĩ ea diuidũtur pricipat⁹:nam quidã ſunt magis neceſſarij,ſed minores,quidam autem ꝓprincipaliores.Magis neceſſariis & minoribus præſunt habentes minores diuitias. Principaliorib⁹ autem habentes maiores diuitias,& in ea licet ad principatum aſſumere quemcunque habẽtem aliquem gradum diuitiarũ, nullum vero egenum. Ad inſtituendum igitur & firmandũ hanc rempub.oportet de populo tantam multitudinem aſſumere,quæ tñ tantã & determinatam diuitiarum dignitatem habeat, & quæ ſimul cum gubernantibus rempubl. potentior ſit quàm multitudo non participans in rempub. Inſuper oportet hanc multitudinem aſſumi ex meliori populo.nam ſicut in aliis rebus ſemper melius ex melioribus inſtituitur.

Quomodo inſtituenda ſit optima paucorum politia.

Politiæ paucorũ ſpecies qũo ordinentur.

Quantũ ad tertium aduerte,q̃ ſpecies politiæ paucorũ ſic ordinantur.ea quæ eſt optima conſtituitur ex ampliori multitudine,ſed minori excellentia diuitiarum,& eſt ſecũdum legem,ac rationem magis ordinata.Sequens aũt conſtat ex minori multitudine,ſed maiori abundãtia diuitiarũ, quoniã ſoli opulenti dominãtur in ea,& minus vtitur legibus.Tertia vero ꝓſtat ex adhuc minori multitudine,ſed adhuc maiori abũdantia diuitiarum:quoniã ditiores,q̃ pauci ſunt,dominantur in ea:& adhuc minus vtitur legibus.Vltima vero,quæ eſt peſſima,cõſtat ex pauciſſima multitudine & maxima abundãtia diuitiarũ:& nullis vtit legib⁹,ſed prĩcipãtes vtũtur volũtate ꝓ lege.Sic ordinatis ꝑdictis ſpeciebus aduerte,vt dicit Ari.q̃ ſpecies ſequentes optimã, vſq; ad vltimam peſſimam oportet conſtituere per reſpectũ ad illud quod obſeruatur in ꝓcedenti. verbi gratia, ſi optima ex magna multitudine,ſed ex minori excellentia diuitiarũ inſtituitur:quoniã mediocriter diuites qui multi ſunt domi nantur in ea ſequens ex minori multitudine & maiori excellentia diuitiarum inſtituatur,& ſic ꝓcedendum eſt vſq; ad vltimam peſsimam ſemper minuendo multitudinem & augendo excellentiam diuitiarum.

Quomodo ſpecies mediæ politiæ paucorum ſunt inſtituẽdæ.

Quantum ad quartum aduerte,qm̃ vt dicit Ariſt.vltima ſpecies politię paucorũ deterrima eſt & ꝑſimilis tyrãnidi ſicut & vltima ſpecies politiæ popularis:ideo ad ſui firmitatem & inſtitutionem indiget maiori cuſtodia, multiſque cautelis,ac remediis.Sicut em̃ corpora bene diſpoſita ſm ſanitatem,& nauigia bene conſtructa & compaginata ad nauigandum plures & ingentes ſuſtinent errores,id eſt,ict⁹ & percuſsiones tempeſtatum & non ſuccũbunt: corpora autem valetudinaria:& nauis parum firma,& imperitis inſtructa nautis,nec paruos ſuſtinẽt errores,qm̃ admodicum exceſſum,aut impetum ſuccumbunt.Sic reſpub.rectè & optimè diſpoſitæ ſunt ex ſe durabiles:& fortes ferunt impulſus nec corrumpũtur:male vero odinatę,de facili euertuntur,ſicut nauis debilis & antiqua : & ideo indigent multa cuſtodia & remediis multis:ſicut corp⁹ ad multiplices ægritudines diſpoſitum.

Tu igitur aduerte q̃ ſicut peſsima ſpecies politię popularis firmatur ex multitudine principantium in ea, qm̃, vt diximus in tractatu præcedenti,tota multitudo popularis participare poteſt principatum.Tanta autẽ multitudo potentiam habet ſuperandi diuites inſurgẽtes, ſic & peſsima ſpecies politiæ paucorum indiget remedio quo firmetur. Hoc autẽ non poteſt eſſe multitudo principantium,quoniã ſoli ditiſsimi dominantur in ea,qui ſunt perpauci.Oportet ergo loco multitudinis,q̃ firmitatem aſſequatur per rectã ordinationem,& conſeruationem iuſti.

Recta autem ordinatio fienda eſt circa ea,ex quibus poteſt fortior ac potentior fieri,& circa ea,ex qbus poteſt magis firmari ac ſtabiliri.

Quatuor hominũ genera maximè vtilia ſunt ad bellum.

Fortior autem & potentior fiet ſi pauci ditiſsimi principantes in ea aſſumant in ſui cuſtodiam & ȝ plebeios inſurgere forte tentãtes,multitudinẽ robuſtã: & ad arma bene diſpoſitã.Hæc autẽ eſt quadruplex:nam ſicut in ciuitate eſt quadruplex multitudo popularis ſ.agricolæ,artifices,negociatores,mercenarij.Sed & quatuor ſunt vtiles ad bellum, ſ.equites,pedites grauis armaturæ,expediti leues, & turba naualis.Vbi ergo eſt regio in qua ſunt multi bellantes in equis,contingit fortificari ſuppremũ ſtatum paucorũ ꝓ cuſtodiam equitũ,& maximè ſi fuerint vnanimes : nã tali ſtatui inimicat & inſidiatur multitudo popularis.Sed multitudo equitũ potẽs eſt præualere cõtra illã,& defenſare principantes in tali ſtatu.Vbi vero eſt regio apta ad peditatũ, fortificari poteſt altera ſpecie politiæ paucorum propter cuſtodiã ſumptã à peditibus grauis armaturæ:nam habere multitudinem huiuſmodi armatorũ magis ſpectat ad diuites quã ad egenos.In omni autem ſpecie politiæ paucorum dominãtur diuites.Multitudo autẽ, q̃ dicit expediti leues & naualis turba,non eſt apta ad fortificandum ſtatum paucorũ,ſed potius ſtatũ popularem:nã tales ꝓpter virtutis & rõnis defectũ ſequuuntur impetum & furorem, & vbi eſt multa talium multitudo,ſi diſſentiant à ſuperioribus cõtendunt ȝ eos & pugnant:& ideo nõ ſunt apti ſtatui paucorũ. Quod ſi aſſumantur ad fortificandũ ſtatum paucorũ,oportet contra eorum impetum & malitiam inueniri remediũ.

Paucorum ſtatus qũo muniri poſſit.

Quod erit hoc vt ſ.duces exercitus cõiungãt eos equitib⁹, non tñ aſſumatur tanta multitudo q̃ ſit potẽtior & maior equitibus.Sed quanta neceſſaria eſt ſimul cũ equitibus ad cuſtodiã & defenſionẽ ſtatus paucorum. & ratio propter quã expedit talẽ multitudinẽ bene in exercitu ordinare eſt hęc.Videmus q̃ multitudo plebeia,quando diſſentit à diuitibus,præualet contra diuites propter virtutẽ & impetum expeditorũ leuium:nã de facili inſurgunt cõtra equeſtres & ȝ grauis armaturę pedites:qa diuites ſunt oppreſsiui multitudinis plebeię,& ideo expedit ſtatui paucorũ retinere ĩ ſui fauorẽ hãc potẽtiã expeditorũ leuiũ ȝ multitudinẽ plebeiã,& eos ſic ordinare in exercitu cũ equitibus & peditibus armatis,quòd ex beneuolentia & bona ordinatione eorum præualeant contra multitudinem popularem.

Ad bonam autẽ eorum ordinationẽ,oportet eos diſtinguere ſm ætates,puta in iuniores & ſeniores : & iuniores exercere ad curſum,ad ſaltum,ad aſcenſum.& ad alias expeditas operationes.Prouectos autem conſtituere athletas & ad fortiora opera peragẽda,puta ad ferẽda onera,duellũ,& alia grauia.Hoc nanque modo principantes facient ſibi beneuolos expeditos leues:vtpote qui videntur de eis curam & ſolicitudinem ſpecialem habere: & ipſi iuuenes

magis

magis exercitati erunt :n his quæ deſeruiunt ſtatui paucorum.Sic igitur fortificabitur paucorum ſtatus.

Vt autem firmitatem accipiat aduerte ex Ariſt.tria documenta obſeruanda.

Quomodo poſſit paucorum ſtatus firmari.

Primo expedit aliquos de popularibus aſſumi ad regendam rempublicam ſimul cũ ditioribus.Iſti aũt erunt aut mediocriter diuites,vel ſicut fiebat Thebis,vbi null' de popularibus aſſumebat ad répub.niſi abſtinuiſſet à foro venaliũ ꝑ aliquod tẽpus,puta ꝑ decenniũ,vt dictũ fuit in lib.quarto,vel ſicut fiebat in Maſſilia: vbi inquirebãt & iudicabãt q̃ ex popularib.eſſent digni & apti ad regendũ,& qui non:& iudicatos dignos aſſumebãt,alios aũt non:& id plurimũ firmat ſtatũ paucorũ:nã q̃ ex popularibus aſſumunt videntes ſe honorari diligũt ſtatũ illũ,ex conſequenti nituñ ipſum conſeruare.Obſeruandũ tñ,ne tanta populariũ multitudo aſſumatur q̃ potentior ſit q̃ ditiores principantes.Sic enim capta occaſione euertere poſſent ſtatum illum.

Secundo expedit inſtituere q̃ oés,qui ad maiores principatus in tali ſtatu aſſumuntur ſoluant quantitatẽ magnã pecuniæ cõitati, ita quòd videantur pretio magno emere tales principatus.Sic enim populares & plebei non affectabunt principari,retracti à magnitudine pretij tunc magis quiete viuent & non tumultuabunt. Inſuper cõpatientur principantibus, videntes quanta expendant vt principentur.Pauperes enim,ſummum bonum reputant,diuitias.

Tertio expedit quòd aſſumpti ad magiſtratus facrificia magna faciant,& conuiuia publica toti ciuitati,& ædificia magnifica ad ornatũ ciuitatis.Tunc enim populares cernẽtes vrbẽ ornari muneribus erga deos,& ædibus ad publicũ vſum,libenter aſpicient talem ſtatũ.Inſuper magnitudo talium expenſarum decorat memoriam inſignium: & famam eorum diffundit.Nam ex quarto libro Ethicorum, amantur & celebrantur maximè liberales.Sed vt inquit Ari.hoc documentum non ſeruant nunc,qui magni ſunt in ſtatu paucorũ,ſed contrarium.Non enim quærunt honorari,aut ſuã famam diffundi,ſed magis extorſiones pecuniarum etiam calumnioſe & ex quacunque cauſa.Vnde vt dicit Ariſt. modernæ politiæ paucorum magis reputandæ ſunt paruæ politiæ populares quàm paucorum.Nunc enim magis ſtudent lucro quàm honori.Hæc de inſtitutione politiæ paucorum dicta ſint.

Tractatus ſecundi finis.

TRACTATVS TERTIVS IN ſextum librum Politicorum, duobus partitus capitibus.

¶ De principatibus in politia populari & paucorum.

IN hoc tertio tractatu agendum eſt de principatibus,qui debẽt eſſe in politia populari & paucorũ,& aduerte,quòd licet Ari. in libro quarto,in tractatu quarto,in capite ſcdo,pertractauerit de parte dominatiua,non tñ eodẽ modo, vt hic,nam illic immoratur in conſideratione quaſi vniuerſali.Non enim deſcendit ad ſingulas ſpecies principatuum, vt hic,ſed immoratur ad declarãdum & ſoluendũ quatuor dubia,vt illic videre poteris, & quibus modis inſtituendi ſunt.Hic autem intendit manifeſtare in ſpecie qui, & quot, & quales principatus debeant eſſe in politia populari,& in ea,quæ eſt paucorum:ex quibus aliq̃i ſunt neceſſarij, aliq̃ aũt ad bene eſſe & ornatum ciuitatis: & neceſſarij quidem ex intentione Ariſt.ſunt numero nouem.Qui autẽ ad ornatum ſunt.Primo igitur agendum eſt de neceſſariis, de quib' formabimus primum caput. In ſecundo autem capite agemus de his,qui ad ornatum & bene eſſe inſtituendi ſunt.

CAPVT I.

Quot & qui nam ſint in omni politia principatus.

IN primo capite numerãdi ſunt principatus,quos oportet de neceſſitate eſſe in ciuitate:& hic duo agenda ſunt.Primo probãdum eſt,q̃ neceſſe eſt Politico ꝯſiderationẽ particularẽ facere de principatib. opportunis ciuitati,vt bene regatur.Secundo agendum eſt de ſingulis principatibus.

Oportet politicum conſiderare quot & qui

Quantum ad primum ponitur hęc concluſio,neceſſe eſt politico conſiderationem facere de principatibus neceſſariis & de his,qui ſunt ad bene eſſe ciuitatis. Probatur, de illis,ſine quibus ciuitas ſtare non poteſt,vel eſt impoſsibile eam bene & decenter habitari,oportet politicum conſiderare:hæc reputatur manifeſta.ſed ſine principatibus ciuitas non poteſt ſtare nec bene & decenter habitari. Sunt em̃ vt declarabimus quidam principatus adeo neceſſarij, quòd ſine eis ciuitas eſſe non poteſt,puta ducatus exercitus, & principatus iudicialis,tam in criminalibus q̃ in ciuilibus. Quidam autem ſunt ad ornatum,ſicut illi, qui ſuperintendunt ornatui virorum,honeſtati mulierũ,diſciplinæ puerorum:ergo conſtat quòd ad politicum ſpectat talem cõſiderationem facere.

Nam ſint res priuatæ reipub. principatus.

Præterea,neceſſe eſt in paruis quidẽ ciuitatibus,pauciores eſſe principatus:in magnis vero plures,& in paruis ciuitatibus oportet plures principatus vni tribuere: qm̃ in eis pauci ſufficientes inueniũtur.In magnis vero oportet vnũ diuidi & tribuere pluribus, vt iam declarauimus in libro quarto,tract.4.c.ſecundo:ergo oportet politicum ſcire q̃ principatus vniendi ſunt:& q̃ diuidendi in plures.Hoc aũt ſcire nõ poterit niſi ꝑcognoſcat & præcõſideret q̃ & quot & quales debeant eſſe in ciuitate principatus:ergo,&c.

Principatus circa venalia.

Quantum ad ſm aduerte ex intentione Ariſt.quòd in ciuitate primo oportet eſſe principatum quẽdam circa forum,q̃ ſuperintendat contractibus rerũ venalium, vt iuſtè & legitimè fiant: nam cunctis fere ciuitatibus neceſſe eſt fieri emptiones & venditiones inter ciues & extraneos: & inter ciues adinuicem pro rebus neceſſariis vitæ. Difficile autem & forte impoſsibile eſſet iuſtitiam in huiuſmodi cõmutationibus ſeruare,niſi eſſent aliqui dirigentes & reducentes inæquale ad æqualitatem,per ſapientiã ſuã & publicam autoritatem ac poteſtatem. Tales autem faciunt principatum,neceſſe eſt igitur in ciuitate eſſe principatum ſuperintendentem contractibus in foro rerum venalium pro ſeruanda iuſtitia commutatiua.

Aedilium magiſtratus neceſſarius eſt ciuitati.

Secundo oportet eſſe princpatũ ſuperintendentẽ in ciuitate iuribus ædificiorum,ſiue ædificia ſint publica, ſiue priuata & conſeruationi ac directioni viarũ,& finibus ac terminis ſeruandis,vt auferãtur lites & querelę de cõtermi nis ædificiorum.Vocant autẽ plurimi huiuſmodi magiſtratum ædilitatẽ:& huius partes ſunt plures præcipue in magnis ciuitatibus.nã alij ſuperintendunt mœnibus ędificandis,aut reficiendis & dicuntur mœnium prędecti : alij fontibus curandis & dicuntur fontiũ curatores:alij pontibus manutenendis,& dicuntur pontium conſeruatores.

Cõſimilis principatus eſt neceſſarius extra ciuitatem in territorio,vt ſuperintẽdat caſtris & ædificiis & aquæductibus,& confinibns agrorum,& aliis curandis, q̃ ſunt extra ciuitatem.Quidam vocant tales ſuperintendentes diffinitores.Quidam vero vocant eos cuſtodes agrorum.

Quæſtorum magiſtratus.

Tertio oportet eſſe principatum ſuperintendentem reditibus publicis:& iſti habent recipere publicos redditus, & receptos conſeruare:& cõſeruatos diſtribuere ad ſingulas opportunitates iuxta ordinationẽ ciuitatis vel ſuperiorum.Quidam vocant eos receptores & quęſtores.

Memoraliũ magiſtratus.

Quarto oportet eſſe principatum,ad quem referantur omnia reſcripta circa contractus & iudicia:vt habeant autoritatem ꝑ ſigni eius appoſitionem,& apud talem principatum oportet remanere regiſtrum cum reſcripto cõtractuũ & ſententiarum:& etiam apud tales principantes oportet poſtulationes vocationéſque in ius præſcribi. Quibuſdam in locis huiuſmodi magiſtratus in plures partes diuiditur: ſed vnum oportet eſſe principalem omnium.Sicut videmus in curia magnorum principum,in qua vnus eſt principalis cancellarius,& plures ſub eo, puta notarij & regiſtrarij. Quidam vocant eos qui hunc magiſtratum gerunt præfectos vel memoriales,quoniã apud eos ſeruatur memoria in ſcriptis eorum,quę fiunt in ciuitate.

Magiſtratus officialium exigentiũ cõdemnatorias ſententias.

Quinto oportet eſſe principatum ſuperintendentẽ executionibus eorum,qui condemnati ſunt,vel ad mortẽ vel ad exilium ſm accuſationes inſcriptas:& circa eorũ cuſtodiam antequam condemnentur,aut proſcribantur : & hic quidem principatus perdifficilis ac grauis eſt, ſed ſummè neceſſarius:& quoniã grauis ac periculoſus eſt indiget documentis pro euitandis periculis.

Difficilis quidem & grauis eſt propter inimicitias inde ꝓuenientes:nam amici cõdemnandorum odio habent condemnates,qui em̃ diligunt aliquos,oderunt eorum inimicos,ſiue iudices contra eos: & ꝓpter huiuſmodi inimicitias,niſi magna ex tali principatu capiantur emolumenta,

omnes

oés illum recuſant,& ſi qui acceptant pauciſſimi ex eis ꝓcedunt in eo ſm legis rigorem,t mentes inimicitias & nocumentum ꝓprium. Timor nanque & amor ſæpe peruertũt principantis iudicium. Inſuper propter eius difficultatẽ viri boni maximè vitant talem principatum, nec eſt tutũ cõmittere malis:qm̃ illi potius indigent regulari & cuſtodiri quàm alios regere & cuſtodire & condemnare.

Summè tñ neceſſarius eſt,qm̃ nihil prodeſſet ſententiæ, neque iudicia condemnatiua,niſi forent qui executioni de mandarent,quod ſi executio deſit,communio ciuium inter ſe permanere non poterit.

Et qm̃ neceſſarius eſt & tñ grauis ac periculoſus, vtile eſt aliqua obſeruare pro eius ſuſtentatione.

Primò expedit talem magiſtratum non eſſe tm̃ vnum,ſed partiri in plures,vt alij de alijs exequantur, & in proceſſu cauſæ ſint alij,qui accuſationes audiant,& alij inquirãt,& per ſententiam determinent. Similiter eos,qui circa reſcripta occupantur,expedit diuidere,puta ꝙ vnus accuſationẽ ſcribat,alius inquiſitionẽ,alius ſnïam. Expedit ẽt aliquos ex iſtis aliqua agere,& aliquos alia,puta eos,qui minus fuerũt in principatu,agere minus periculoſa,& nouos noua,& veteres magis periculoſa,& ex præſidentibus vno condemnãte alij exequantur. Ceu prætores vrbani, ædilium condemnationes & rurſus iſtorum alij:nam quãto minor erit in his principatibus inimicitia, tanto magis ſnïæ & executiones ſortientur finem ſuum. Quòd ſi ijdem ſint ſententiantes & exequentes magnam ſibi comparabunt inimicitiam,tum qa condemnant,tum quia exequuntur condemnationẽ. Si autẽ diuidantur,ita ꝙ alij ſententient,alij exequantur,diuidetur ẽt inimicitia,quia minor erit ad ſingulos,& ſentẽtiæ & executiones efficacius accipient finem ſuum.

Secundò expedit alios eſſe,qui cuſtodiunt reum,& alios qui animaduertunt in eos. Sicut obſeruatur Athenis de vndecim viris:vñ melius eſt & hunc quoque magiſtratum diuidere,& quaſi adumbrare ac mitigare vt minor adſit inimicitia,minúſque grauis. Eſt enim in ciuitate neceſſarius non minus quàm prædictus.

Tertiò ſicut expedit ad minuendum eius grauitatem nõ eſſe tm̃ vnum prícipantem in negociis criminalibus, ſic expedit ꝙ non continuæ ſint ijdem principantes: ſed mõ iſti, mõ illi deputandi ſunt pro tempore,ſicut ẽt ſolet ſeruari in ordine cuſtodiarum ciuitatum & principatuum. Hos ergo magiſtratus vt ſummæ neceſſarios oportet eſſe primos in ciuitate.

Principum belli magiſtratus.

Sextò oportet eſſe in ciuitate alium principatum nõ minus neceſſarium prẽcedente,ſed maioris dignitatis,quoniã plurima indiget experientia & prudentia & fide. Talis autẽ inſtituendus eſt circa cuſtodiam ciuitatis, & circa illa oĩa, quæ ordinari ſolent ad bellicas expeditiones. Oportet eñ ciuitatem pro ſui ſalute ꝺ inimicos curatores habere tẽpore pacis & belli,ad quos ſpectat & portas & mœnia cuſtodire & exquirere inſidias,& ciuium deſcriptiões agere,& ideo oportet hos ſummæ prudentiæ & fidei eſſe viros: qm̃ imprudentia & temeritas & infidelitas de facili cauſarent deſtructionẽ ciuitatis. Sed aduerte ꝙ alicubi circa ea, quæ ad bellum & cuſtodiã ciuitatis ſpectent, plures inſtituunt principatus:puta in magnis rectéque ordinatis ciuitatibus. Alicubi vero pauciores,veluti in paruis vrbibus, vbi vnus ſolus præficitur oĩbus cui vt capiti eſt commiſſa tota cura belli & cuſtodiæ ciuitatis, & vocãtur tales principatus ducatus exercit⁹,vel principes belli. Inſuper, ſi in ciuitate inueniãtur equites,pedites,ſagittarij,turba naualis, ſuper vnoquoque gradu ſtatuuntur præfecti,& appellantur præfecti equitum,præfecti peditum,præfecti ſagittariorum,præfecti nauales & ſub vnoquoque horum ſunt magis particulares,puta præfectus triremis, præfectus cohortis, tribun⁹ militum, & alia huiuſmodi particularia:oés tamen iſti vnã habent communem curam, ſcilicet curam belli:ex conſequenti principatum vnum ſupremum,ad quem omnes inferiores ordinantur.

Septimo oportet eſſe in ciuitate principatum intendentem ſup tractãtes & ſeruãtes & diſpenſantes redditus ſiue bona cõia:cuius officium erit facere reddere rationem de receptis & diſpenſatis,& vbi inuenerit delinquentes corrigere. Aliter continget diſtractio,& iniuſtitia in bonis communibus. Difficile eſt eñ talia bona pertractare ſine appropriatione eo quòd fere oés appetunt huiuſmodi bona: niſi ſint viri virtuoſi,ac fideliſſimi:& ideo neceſſe eſt ad cõſeruationem bonorum cõmunium inſtituere in ciuitate talẽ principatũ. Ipſe vero de bonis cõmunibus nihil pertractet, vt careat omni calumnia:& qui in tali principatu dominant vocãtur ab aliquibus correctores, eo quòd delinquentes in tractando bona communia corrigunt & puniunt ab aliis dicuntur rationales quoniam rationem audiunt de adminiſtratis bonis:ab aliis dicuntur ſcrutatores:ab aliis vero bonorum communium procuratores.

Præconſulatorum, ſiue cõſilij principatus.

Octauo oportet in ciuitate vltra omnes prædictos principatus eſſe ſupremum & maximum principatum, q dominium habeat ſuper omnes,à quo alij recipiunt autoritatẽ & rationem & modum agendi:& ad quem finaliter reducũtur omnes operationes ciuitatis:& oportet talem principatum ſummam habere in republica autoritatem & virtutẽ coactiuam:& principantes in eo appellantur aliquibus in locis præconſultores,eo ꝙ ante deliberant: vbi vero multitudo popularis dominatur,appellatur conſilium,

Principatus ſpiritualis.

Ciuiles igitur magiſtratus neceſſarij in ciuitate tot ſunt. Præter ſupradictos ciuiles magiſtratus, neceſſe eſt in ciuitate eſſe alium principatum ordinatum ad diuinũ cultũ,quales ſunt ſacerdotes,q ſacrificiis & ceremoniis ſupintendant:quos vt diximus in libro quarto,tractatu quarto,capite ſecundo,nõ oportet appellare principes,nec dominos ciuiles,ſed diuinos: licet ꝓ electionem aſſumantur ad huiuſmodi officium. Nam ſacerdotium eſt alterius generis à principatu & officio ciuili. Ad hos ſpectat cũrare ſacra,& ſacrarum domuum ædificia,vt ſalua permaneant,& ſi quæ ruinoſa ſunt reparentur,& cætera omnia q̃ ſpectant ad diuinum cultum.

Sed aduerte,vt inquit Ariſtoteles ꝙ in paruis ciuitatibus hic principatus eſt tm̃ vnus,qui omnia curat & tractat ſpectantia ad diuinum cultum. Alicubi autem multi & ſeparati ſunt huiuſmodi principatus:puta ſacerdotes ſacrificia offerentes. Templorum cuſtodes,& ſacrarũ pecuniarũ cuſtodes,& conſequenter eſt alius principatus, q ordinat ad diſpenſandas cõmunes immolationes, quas nõ aſſignat lex ipſis ſacerdotibus,ſed eas recipiũt ex publico. nã apud gentiles,ſacerdotes quædã immolabant accepta ex ꝓpriis & à priuatis ꝓſonis, quædam autem miniſtrabantur eis à communi. Vocant autem eos, qui iſtis præſunt ſacrorum reges,alij autẽ pontifices maximos. Hæc igitur dicta ſint de principatibus neceſſariis in ciuitate,& in ſumma repetentes ſunt circa cultum diuinum:& rem bellicã, & publicos redditus & impenſas circa forum,circa vrbem & portus & regionem circa iudicia & contractus:poſtulationes: & executiones & cuſtodias:& inquiſitiones & rationes & correctiones circa cõſilia communia,&c. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De Magiſtratibus,qui ad ornatum potius,& bene eſſe ciuitatis,quàm ad neceſſitatem inſtituendi ſunt.

IN ſecundo capite agendum eſt de principatibus, q licet nõ ſint neceſſarij,tñ ſunt ad ornatum & bene eſſe ciuitatis. Tu igitur aduerte ex intentione Ariſt. ꝙ in ciuitate, vt bene diſponatur,expedit eſſe principatum, q ſuperintẽdat ornatui ciuitatis & ciuium:& eum,qui ſuperintendat diſciplinæ mulierũ,& eum,q ſuperintendat diſciplinę puerorũ, & eũ,q ſuperintendat obſeruãtiæ legum: & Gymnaſiis, & ludis Gymnaſticis,& muſicis,& ſi qua alia cõtingit ſpectacula fieri:ſed ex his principatibus quidã nõ cõueniunt politiæ populari,vt principatus de diſciplina mulierũ & puerorũ nã in tali politia eſt multitudo pauperũ: Pauperibus aũt neceſſe eſt vti mulieribus & pueris tanquã miniſtris & famulis:qm̃ ſeruos non habent. Politiæ autem optimatũ cõuenit principatus cõſeruatorum legum,politiæ vero paucorum conuenit principatus præconſultorum. Politiæ autem populari cõuenit conſilium. Sic igitur figuraliter de magiſtratibus fere omnibus dictum eſt. Hęc de prẽſenti capite dicta ſint.

Tractatuum in ſextum librum Politicorum finis.

LIBER SEPTIMVS POLITICORVM,

¶In tractatus nouem diuiſus.

IN tertio libro,tractatu ſcdo, capi. ſcdo, diuiſim⁹ politiã prima diuiſione in recta & nõ rectã:& rectã diuiſimus in tres, ſ.in regnum,& in politiã optimatũ, & in politiam,quę cõi noïe dicitur reſpublica,& qm̃ iſtæ tres rectè,ac bene ordinatę ſunt, dicũtur optimæ:ita quod politia optima ſicut & recta de his tribus prædicatur: & de regno conſiderationẽ fecimus in libro tertio,in tractatu quinto.De politia optimatũ & eius ſpeciebus diximus in libro quarto, tractatu primo.capite tertio.De politia cõi noïe appellata reſpu.diximus in libro quarto,tractatu ſecundo.Politiã aũt nõ rectã diſtinximus in tres,ſ.in tyrannidẽ, de qua diximus in libro quarto,tractatu ſecundo,capite tertio. In politiam populareˊ:& in politiã paucorũ:de quib.dixim⁹ ĩ libro quarto,tractatu primo,cap.tertio.In libro aũt ſexto cõſiderationem fecimus de mõ inſtituendi politias non rectas, ſ.populareˊ & paucorum.De mõ autem inſtituendi tyrannidẽ,nullam fecimus conſiderationem,qm̃ potius laborãdum eſt,vt deſtruatur,q̃ inſtituatur:& qm̃ politiæ non rectæ non ſunt laudabiles,nec ꝓ eas bene ac iuſtè regitur ciuitas niſi ſecũdum quid,qm̃ nec in eis ſeruatur iuſtitia ſimpliciter,ſed tm̃ ſm quid:inde de eis Ari.cõpendioſam ac ſuccinctam cõſiderationẽ fecit in libro præcedenti ,ſm politias aũt rectas bene & iuſtè regitur ciuitas expedienſq; eſſet vt ĩ toto orbe inſtitueréturˊ& ideo dignũ eſt Politicũ immorari in cõſideratione earum,& in modo inſtituendi. Sicut & medicꝰ circa optima ac valida remedia maximè cõſiderat. Hac de cauſa Ari.totum librum ſeptimum & octauũ compoſuit de conſideratione & inſtitutione rectarum politiarũ,quas cõprehendit ſub noïe optimæ politiæ:nã ſiue regno ſiue ſtatu optimatum:ſiue politia appellata reſpu.regatur ciuitas: optimè & iuſtè regitur.In hoc igitur libro ſeptimo agendũ eſt de inſtitutione optimæ,quæ quidẽ inſtitutio deſeruit regno,& ſtatui optimatũ,&reipu.Oẽs enim cõprehenduntur vt diximus ſub optima politia.In octauo autem libro pertractabimus de eruditione & diſciplina puerorũ, ac iuuẽtutis,quæ obſeruandæ ſunt in optima politia,tanq̃ primũ fundamentum,à quo pendet bonũ & malũ totiꝰ ciuitatis. Pro reſolutione aũt eorum,quæ ꝓtractat Ari.in hoc libro ſeptimo,formabimus nouẽ tractatus.In primo manifeſtãdus eſt finis,propter quẽ conſequendũ inſtituenda eſt optima politia.Finis enim eſt primũ motiuum agentis per intellectũ ad aliquid agẽdum,vel inſtituẽdum,vel deſtruendum. Secũdꝰ erit de magnitudine ciuitatis.Tertiꝰ erit de regiõe, ſiue territorio:vbi ædificanda eſt optima ciuitas. Quartus erit de naturali diſpoſitiõe,quã habere oportet prĩcipaturos in optima ciuitate.Quintus erit de partibus ciuitatis, quæ dñt in optima politia participare:nõ em̃ oẽs habitantes ciuitatẽ ſunt pars ciuitatis.Sextus erit de partitiõe regiõis, ſiue territorij.Septimus erit de fine, ꝓpter quẽ inſtituiẽ optima politia.Octauꝰ eſt quales debeat eſſe optima ciuitas & eiꝰ ciues,ĩ qua iſtituẽda eſt optima politia.Nonꝰ eſt de diſpoſitiõe corporis eiꝰ,q̃ futurꝰ eſt ſtudioſus ciuis:& ĩ his nouem tractatib.cõplectemur totã intẽtionẽ Ari.ĩ hoc ſeptimo lib.

TRACTATVS PRIMVS IN ſeptimum librum Politicorum tribus complexus capitibus.

De fine optimæ politiæ.

IN primo tractatu agendum eſt de fine, ꝓpter quẽ conſequendum inſtituẽda eſt optima politia,& diuidemus ipſum in tria capita. In primo declarãdum eſt optimã rempub.eſſe inſtituendã ꝓpter optimum finẽ hominis & ciuitatis:& in quo cõſiſtat hic optimus finis.In ſecundo, qm̃ dicemus optimum finẽ hominis & ciuitatis conſiſtere in vita meliori & magis eligibili,inueſtigãdum eſt quæ vita ſit melior eligibilior:an practica,quæ dicit vita ciuilis: an ſpeculatiua,quæ dicitur vita abſoluta.In tertio inueſtigãdũ eſt, quæ ſit optima diſpoſitio ciuitatis, ex conſequenti quæ ſit optima reſpublica.Non em̃ eſt aliud reſpublica quàm ordinatio & diſpoſitio ciuitatis,& tam ſecundum quàm tertiũ caput pertractabitur ſub forma dubij.

CAPVT I.

Omnem optimam politiam inſtituendam fuiſſe ad hominis ac ciuitatis optimum finem oſtendit.

IN primo capite declarandum eſt optimam politiã inſtituendam eſſe ꝓpter optimum finem hominis & ciuitatis,& in quo talis finis conſtat.& hic quatuor agenda ſunt. Primo ꝓbandum eſt ꝙ optima reſpubl.inſtituenda eſt propter optimum finem hominis & ciuitatis conſequendum. Secundo ꝙ hic optimus finis,eſt optima vita, id eſt, actio hominis & eius ſummũ bonum,quod dicitur felicitas.Tertio ꝙ hæc optima vita & felicitas,licet requirat bona fortunę & corporis & animæ,tm̃ principaliter & eſſentialiter conſiſtit in bonis animæ.Quarto ꝙ in eodẽ cõſiſtit optima vita,ſeu felicitas hominis priuati & totius ciuitatis.Ex cõſequẽti optima politia inſtituenda eſt,vt cõſequãtur ciues illum optimũ finẽ,q̃ eſt optima vita & ſummum bonum,& felicitas ciuſlibet hominis viuẽtis ſm rationẽ ꝓ hac mortali vita.Nam,vt diximus in primo & in decimo libro Ethicorũ,Ariſt.in tota ſua philoſophia morali non intendit niſi de felicitate præſentis vitæ,qualiſcunque poſsit haberi.

Quantũ ad primũ aduerte ꝙ in primo libro in tract.primo cap.primo duas concluſiones ꝓbauimus, quarũ prima fuit,ꝙ ciuitas inſtituitur gratia alicuiꝰ boni cõſequẽdi.ſecunda aũt fuit,ꝙ ciuitas inſtituitur gratia cõſequẽdi principaliſsimum bonũ inter omnia bona humana.& tu vide illic.In tertio aũt lib.in trac.ſecũdo,in cap.primo, ꝓbauimus ex intẽtiõe Ariſt.ꝙ ciuitas nõ inſtituit vt homines poſſint abſolute viuere,nec vt poſsint pugnare ac defenſare ſe ↄ hoſtes,nec vt poſsint ſimul negotiari & ↄctus facere, ſed vt poſsint ſimul cõmunicare & bene ac ſufficienter viuere & operari ſm̃ perfectam virtutẽ.Viuere autẽ & operari ſm̃ ꝓfectam virtutẽ eſt viuere feliciter practicè.Tale aũt viuere,vt declarauimus in libro decimo Ethicorũ eſt operari ſm optimam virtutẽ practicã,quã in ſexto Ethicorũ docuimus eſſe prudentiã:& ſic ciuitas inſtituitur vt homines cõgregati bene ac feliciter viuant.Bene autẽ & feliciter viuere eſt optimus finis hominis & ciuitatis:ergo ciuitas inſtituitur ꝓpter optimũ finẽ hominis conſequendũ. Cũ igitur politia,vt docuimus in libro tertio,in tract.ſecũdo,capite primo,ſit ordinatio ciuitatis,quo ad omnes magiſtratus,vt ſunt in vſu ciuitatis:cõſtat ꝙ ſi ciuitas inſtituiẽ ꝓpter optimũ finem hominis,etiã politia optima inſtituenda eſt ꝓpter eundẽ finem.Hac enim ratione inſtituũtur ordinati principatus,vt ciuitas ſuũ finẽ optimum conſequat. Ad eundem ergo finẽ optimũ inſtituuntur ciuitas & optima politia.Eſt em̃ optima politia medium conſequendi optimum finem,ad quem inſtituta eſt ciuitas.

Inſtituta eſt ciuitas vt homo in illa optimũ finẽ conſequatur.

Ex quo ſequiẽ correlarie,ꝙ oportet politicũ priꝰ determinare q̃s ſit optimus finis hominis,& quæ ſit vita maximè expetenda:nã ſi id ignoratum fuerit , neceſſe eſt optimam politiam,& qũo inſtituenda ſit ignorare:nam quæ ſunt ad finem ſupponunt cognitionẽ finis.Cum igitur optima politia ordinetur ad optimum finẽ hominis , ſicut & ciuitas, neceſſe eſt præconſiderare de tali optimo fine.

Politicum oportet non ignorare optimum finem.

Quantũ ad ſm aduerte,vt docuimus in primo Ethicorum tract.ſecũdo.cap.ſecũdo & tertio,optimꝰ finis hominis eſt propria operatio hominis ſm optimã vitã perfectã: quę operatio eſt optima vita & ſummũ bonũ & felicitas. & hæc tibi manifeſta erunt,ſi legeris quæ docuimus in primo Ethicorũ,tract.ſecũdo,cap.ſecundo & tertio. Diffuſius autẽ & particularius idẽ pertractauimus in lib.decimo Ethicorũ tract.ſecũdo cap.ſecũdo,vbi actũ eſt de felicitate hominis ſpeculatiua,& cap.tertio:vbi actũ eſt de felicitate hominis practica,q̃ dicitur felicitas politica.Vide igiẽ illic, quoniã Ariſt.in principio huiꝰ ſeptimi libri Politicorũ: ſuperũ cialiter trãſit remittẽs ſe ad ꝓtractata ĩ Ethicis de optimo fine humano,q̃ eſt optiua vita & felicitas.vnde inquit,(Putamus nos multa dicta fuiſſe de optima vita in externis ſermonibus,) id eſt,in Ethicis: (& nũc illis vtendũ cenſemus.) Appellat aũt libros Ethicorũ externos ſermones,qm̃ ſunt diſtincti à libris Politicorum, & qm̃ vt diximus illic ad ſufficientiã dictum eſt ideo non eſt opus hic replicare.

Quisoptimꝰ hominis finis.

Quantũ ad tertiũ ꝙ felicitas reqrat bona corporis, puta ſanitatẽ,ſenſuum exteriorum & interiorũ integritatẽ,& bona fortunæ,vt organa deſeruientia felici: iã docuimꝰ in primo Ethicorũ tractatu ſ.cũdo capite tertio & indecimo

Quæ bona ad felicitatẽ hominis requirãtur.

Ethicorũ

Ethicorum tractatu ſecũdo capite tertio, & tu vide illic, & q̃ requirat bona animæ, quæ ſunt virtutes morales, de quibus actum eſt in libro tertio, quarto, quinto Ethicorum, & virtutes intellectuales, inter quas præcipuę ſunt ſapiẽtia & prudẽtia, de quibus actũ eſt in libro ſexto Ethicorũ, ſic declarat Ari. nullus, ſ. ſanæ mẽtis & bene diſpoſitus ſm intellectũ diceret eum eſſe felicem, qui nullam partem fortitudinis habet, neque tẽperantiæ, neque iuſtitię, neque prudẽtię. ſed formidat ẽt volantes muſcas, & pauet ad ſonitum folij, & tremit ad apparitionem vmbræ, & quo ad vſum cibo rum aut venereorum, à nullo deſiderio ſe temperat, & nullam habet iuſtitiæ æquitatem, ſed gr̃a quadrantis vnius ẽt dilectiſſimos interficeret, & mẽte tam ſtultus & ignarus & imprudens. vt puer & inſan⁹ nullum habẽs rõnis vſum, hũc profecto nemo felicem diceret: ergo ſignũ eſt q̃ ad felicitatem requiruntur bona animæ. Nemo igitur refragabitur, vt dicit Ari. q̃ cum tria ſint bonorum genera, ſ. externa, corporis, & animi, iſta omnia adeſſe felici homini oportet, & in hoc vt dictum eſt, quaſi oẽs homines cõueniunt, dico quaſi propter aliquos homines, qui magis ſylueſtrẽ quàm humanam videntur habere naturam, & de vera felicitate nil penitus concipunt. Iſti non aliá homini q̃ pecori, ſciunt attribuere felicitatem: hos vocat Ari. in primo Ethicorũ beſtiales, qui de bonis animæ nullam penitus ſcientiam habẽt. Relictis ergo iſtis, vt inhumanis, cæteri ratiõe vtẽtes in hoc cõcordant, quòd ad felicitatem tria p̃dicta bona requirũtur.

Sed aduerte, vt dicit Ari. q̃ diſcordant in quãto & in exceſſu, id eſt in quo magis conſiſtat felicitas, an in bonis fortunæ, & corporis, an in bonis animæ. Quidã nanq; dicũt q̃ ad felicitatẽ ſufficit eis quantũcunque modicũ virtutis, diuitiarũ vero & pecuniarum & potẽtiæ & roboris & famæ & huiuſmodi oĩum infinitũ exceſſum ſequuntur, ita q̃ felicioré putant non magis virtuoſum, ſed magis prædictis bonis abundantẽ, ex conſequenti principaliter & eſſentialiter ſecundũ eos cõſiſtit felicitas in bonis corporis & fortunæ.

In animo potius, quam corporis, vel fortunæ bonis conſiſtit felicitas.

Cõtra ſic loquẽtes ponitur hæc cõcluſio de mente Ariſ. licet ad felicitatẽ prædicta tria bona concurrant, tñ principalius & eſſentialius cõſiſtit in bonis animæ. Cuius cõcluſionis fidẽ nobis faciunt opera nobis magis manifeſta: quoniã videmus q̃ homines acquirunt & cõſeruãt virtutes nõ exterioribus bonis, ſed bona externa virtutibus, ita q̃ beatitudo ſiue in delectatione non corporali ſed intellectuali, ſiue in virtute poſita ſit ſiue in vtroque vt declarauimus in libro decimo Ethicorũ: qm̃ delectatio felicitatem perficit, vt decor iuuentutẽ magis & principalius exiſtit in morib⁹, id eſt in conſuetis operationibus bonis moralibus, & in intellectualibus ſupremæ excellentiæ, quales ſunt actiones ſapientiæ & prudẽtiæ, cũ moderata poſſeſſione bonorũ exteriorum q̃ in abundantia bonorũ exteriorũ & in paruitate virtutis moralis & intellectualis, & probatur ꝓpoſitũ ſic. In eo bono principalius ac magis cõſiſtit felicitas, quo acquiruntur, cõſeruanf, q̃ńque diſpenſantur alia bona, q̃ in illis, quæ acquiruntur & conſeruantur & bene ordinantur ꝓ alia bona. Id enim, quo aliquid dirigitur & ordinatur videt prĩcipalius: ſicũt regula eſt potior regulato: ſed ad ſenſum videmus aliqua bona corporis, puta q̃ ſanitas & integritas ſenſuum acquirũtur & cõſeruantur per virtutẽ puta tẽperantiam, & non econuerſo, & bona fortunæ rectè acquirun tur & conſeruantur & diſpẽſantur ꝓ virtutẽ moralem, puta ꝓ liberalitatẽ & magnificentiã & veracitatẽ & iuſtitiam cõmutatiuam, & non econuerſo. Vñ dixit Ari. in libro quarto Ethicorũ, q̃ ſine virtute non eſt facile homini bene vti bona fortuna. Diuitiarum enim affluentia facit hominẽ inſoleſcere, & inclinat ad vitia: & in ſecundo rhetoricorũ dicit Ariſtotel. quòd diuites niſi adſit virtus moralis & prudentia ſunt contumelioſi, elati, & iactatores. Signum eſt ergo q̃ felicitas principalius conſiſtit in operationibus virtutum moralium & intellectualium, quã in excellentia & magnitudine bonorum corporis & fortunæ.

Præterea, in illo bono per ſe & principalius conſiſtit felicitas, cuius appetitus & deſiderĩ nullo termino claudit, ita q̃ quanto magis habetur, tanto melius eſt q̃ in eo quod habet appetitum determinatum, ita q̃ ſi excedit, vel nocet, vel non prodeſt: hęc eſt manifeſta. Sed appetitus bonorum animę non habet terminum: appetitus autem bonorum exteriorum habet terminum. Quæruntur enim ſicut inſtrumẽtum quoddam. Omne autem inſtrumentum habet rationem boni vtilis: quoniam nõ propter ſe. ſed propter aliud quæritur. ſed omne inſtrumentum & vtile, talis naturæ eſt q̃ ſi excedit, aut nocet, aut nihil proficit, ſicut patet de medicina, quæ ſi ſit maioris quantitatis q̃ requirat infirmitas, potius nocet q̃ proficiat. Cum igitur bona exteriora quærantur, vt inſtrumenta neceſſaria humanæ vitæ, ſub certo termino & non vltra quæruntur: & q̃ ſine termino quærunt, non habent appetitum regulatum, ſed peruerſum. Extimãt eñ ordinatum ad finem eſſe finem q̃d penit⁹ irrationabile eſt. Bona autem animæ non appetuntur, nec quæruntur ſub certo termino: qm̃ quanto magis habentur tanto meliora ſunt, & magis proſunt. Cum ergo ſint ſimpliciter bona, & illa non ſint bona niſi ſm quid, & ad certam menſuram, cõſtat quòd in bonis animæ per ſe & principalius conſiſtit felicitas.

Bona animæ in infinitum appetũtur, nõ autẽ alia externa bona.

Felicitas humana eſt optima inter omnia bona humana

Præterea, ſicut ſe habet anima ad corpus, ſic felicitas, q̃ eſt optima diſpoſitio & perfectio animæ ad bona corporis & bona exteriora, q̃ corpus ꝓficiunt: ſed anima prætioſior eſt corpore & poſſeſſionibus, & pecunia, & ſimpliciter & quo ad nos: qm̃ viuificat & ſeruat corpus, & eſt actus eius, ex ſecundo de Anima: ergo felicitas eſt ꝓtioſior & melior bonis corporis & fortunæ: ergo ĩ aliquo meliori bono principalius cõſiſtit q̃ in bonis corporis & fortunæ: ſed præter illa non ſunt alia bona niſi bona animę: ergo principalius cõſiſtit ĩ bonis animæ. Propoſitio quidã maior verificatur, ex eo q̃ vnaquæque diſpoſitio & ꝑfectio alicuius naturæ ꝓportionatur illi: ergo ſicut ſe habet natura ad naturã, ſic diſpoſitio ad diſpoſitionem: ſicut igitur ſe habet anima ad corpus in nobilitate, ſic felicitas ad bona corporis.

Præterea, oés rectè ſentiẽtes quærũt bona corporis gratia ipſius animæ, & bona animæ, vt ſ. deſeruiant actionibus animę, & bona animæ non quæruntur gratia corporis, ſed ꝓpter ſeipſa: ergo in bonis animæ principaliter conſiſtit felicitas. Cõſequentia patet: qm̃ vt declaratum eſt in primo Ethicorum, felicitas, q̃ habet rationẽ vltimi finis, cõſiſtit in eo bono, cuius gratia quæruntur alia: & nõ econtrario. Cõſtat igitur q̃ vnuſquiſq; tantũ de felicitate participat, quantum ſibi ineſt de virtutibus moralibus, & de intellectualibus præcipue de ſapientia & prudentia: & operatur ſecundum eas, & non quia abundat bonis corporis & fortunæ.

Teſtatur Deꝰ in animæ bonis cõſiſtere hominum felicitatem.

Non ſolum autem prędictis rationibus cõſtat felicitatẽ nõ ꝓſiſtere principaliꝰ in bonis corporis & externis, ſed in bonis animæ: ſed & id cõſtat teſtimonio accepto à Deo benedicto, & ex diuerſitate inter bonã fortunam & felicitatem.

Deus per ſuã eſſentiã beatus eſt.

Ex deo quidem: qm̃ deus non ꝓ aliquod externum, ſed per ſeipſum felix ac beatus eſt: talis eſt enim ſm naturã ſuã, & non per aliquod ſibi ſupra additum. nã ſi deus felix eſſet propter aliquod bonum externũ, cum felicitas ſit finis optimus, haberet finẽ à ſeipſo diuiſum, & meliorẽ ipſo deo qm̃ finis melior eſt his, quę ſunt ad finẽ. Hoc autẽ eſt nefas dicere, nã deo nil melius eſſe poteſt. Prętereà, ſi deus nõ eſſet felix ſm naturã ſuam, ſed ꝓ aliquid additũ naturę & eſſentię diuinę, ergo in eo caderet compoſitio: & ſic non eſſet actus puriſsimus: cuius oppoſitũ demonſtrauimus in libro duodecimo metaph. Deus igitur ſeipſo & nullo alio beatꝰ eſt, & natura ſua eſt beatitudo eius. Cum igitur, vt diximus in libro decimo Ethicorum, felicitas humana ſit veluti q̃dã imperfecta ſimilitudo felicitatis diuinę, conſtat quòd ſicut beatitudo diuina nõ cõſiſtit in bonis externis, ſic nec humana: ſed in bonis intellectualibus, in quibus aſsimilatur deo modo quo poteſt.

Eadem eſt optima hominis & ciuitatis diſpoſitio.

Ex diuerſitate autẽ, quę eſt inter bonã fortunã & ipſam felicitatem, conſtat idem. Nã vt docuimus in tract. noſtro de bona fortuna in paruis naturalibus, externorũ bonorũ cauſa & domina eſt bona fortuna. Nemo autẽ fit iuſtus aut tẽperatus ꝓ bona fortuna, ſed ꝓ cõſuetudinẽ & rectã rationem vt docuimꝰ in libro ſecundo Ethicorum, ergo; &c.

Quantùm ad quartum, vt ſcias q̃ in eodem conſiſtit vita optima & felicitas ciuitatis & cuiuſlibet hominis, aduerte q̃ ſicut dicimus illum eſſe beatum ex rationibus ꝓceden tibus nõ ex abundãtia bonorũ externorũ: ſed qm̃ ſm virtutes morales & intellectuales operatur, ideo optimè & felicitẽr viuit: ſic illam ciuitatem, id eſt ciuium multitudinem dicimus beatam, quę ſit optima & bene agat. Impoſsibile eſt aũt eos bene agere, q̃ bona nõ agũt: nulla vero eſt actio bona, neque priuati viri, neque ciuitatis, ſine virtute morali & prudẽtia: ergo ſicut nullꝰ eſt beatꝰ ſine virtute & prudẽtia, ſic nec ciuitas. Conſtat igitur q̃ ciuitas & quilibet homo per ſe acceptus eiſdem bonis animę felicitantur, & virtutes ciuitatis, puta fortitudo ſimiliter iuſtitia & prudentia ſunt eiuſdem naturę, & eandem vim habent ad bene operandũ, ſicut & virtutes exiſtẽtes in vnoquoque homine:

nec

nec differunt nisi sicut totum à parte, aut sicut vniuersale à particulari. Virtus enim moralis toti⁹ ciuitatis aggregatur ex virtutibus, quæ sunt in ciuib⁹, & ideo sicut risibilitas est eiusdé naturæ in vno singulari homine & in tota specie humana, sic eadem est virtus ex consequenti eadé felicitas in quolibet singulari ciue & in tota ciuitate. Hæc igitur præmissa sufficiãt, supponaturq; ꝙ vita optima, quæ & felicitas dicitur tam priuatæ personæ, q̃ ciuitatis est cum virtute externis facultatibus adiuta, vt felix actiones virtuosas cõficere possit. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Quæ nam sit hominis, ac ciuitatis vita eligibilior, practica, seu ciuilis an speculatiua.

IN secundo cap. resoluendũ est vnũ dubium quod ortũ habet ex dictis in præcedenti capite. Dictũ est enim ꝙ optimus finis, id est, felicitas cuiuslibet hominis & totius ciuitatis consistit in optima vita & maximè expetenda. Cum igitur duæ sint vitæ intellectuales, scilicet practica & speculatiua dubitatur quæ ex his sit melior ac eligibilior. & per vitã practicã intendit viuere in republica & in cõi societate versari: per speculatiuã aũt intendit vitã absolutã & remotã à ciuili societate: qm̃ principaliter consistit in applicatione intellectus ad nobilissimũ & optimũ obiectum, qd̃ est ens diuinũ vt docuimus in libro decimo Ethicorum tractatu secundo capite secundo. Talis autem applicatio indiget sedatione motuum & perturbationũ, quę intellectũ distrahant: quibus necessario est admixta vita ciuilis: & iõ oportet contemplatiuam vitã esse absolutam & liberam à cõi societate, quã & Arist. vocat peregrinam. id est, solitariam & separatam, qm̃, vt inquit Eustratius in primo Ethicorũ, speculatiuus est separatus à corpore & à sensibilibus voluntate & electione, non autem secundum rem. Pro resolutione igitur huius dubij tria agenda sunt. Primo probandum est, quòd ad sapiẽtem spectat hoc dubium pertractare & resoluere. Secundo arguitur ad partes. Tertio resoluetur totum dubium, & respondebitur rationi in oppositum.

Politicum oportet cognoscere quanã vitã melior sit, ciuilis, an speculatiua.

Quantum ad primũ aduerte, qm̃ vt dicit Ari. viri præstãtissimi, qui nos præcesserunt, & præsentes, & qui nos sequẽtur videntur præ aliis viris has duas præeligere pro maiori parte: qm̃ aut ciuiliter, aut speculatiuè viuunt: ideo nõ parum refert scire quæ earum sit melior ac eligibilior. Oportet enim sapiẽtem & virum optimum, & ciuitatem optimè instituta ad meliorem earum intentionem suam dirigere vt finem optimum, de quo supra diximus consequantur. Nõ possunt autem ad meliorem suam intentionem dirigere, nisi præcognoscant quæ sit melior: necesse est ergo sapientẽ inuestigare quæ sit veritas in dubio proposito, qm̃ pro vtraque parte videntur rationes adesse. Et aduerte quòd notãter diximus homines pro maiori parte ciuiliter, aut speculatiuè viuere, vt excludamus nonnullos viuentes sine vsu rationis more pecudum eligentes solam vitam voluptuosam, de quibus diximus in libro septimo Ethicorum Isti neque ciuiliter neque speculatiuè viuunt, ideo vt animales relinquendi sunt.

Speculatiua vita nemĩ ladit.

Quantum ad secundũ arguitur quòd speculatiua sit optima. nã videtur carere omni iniustitia & iniuria, quibus nõ caret vita ciuilis. qui enim speculatur diuina entia & philosophiæ siue sapientiæ incũbit nemini nocet, nec iniustũ facit: qui aũt versatur in republica de facili iniuriatur & iniustitiam facit: quoniam, vt dicit Arist. putant aliqui in gubernando alios pricipatu dominatiuo, cæterosq; ciuiles actus exercendo, non posse esse sine iniustitia & iniuria ergo videtur speculatiua vita melior ac eligibilior esse quàm practica ciuilis.

Vita speculatiua maximè iuuẽda.

Præterea, posito quòd ciuilis careat iniustitia & iniuria nõ tñ animi perturbatione, qm̃ impedit de necessitate tranquillitatem & delectationem mentis. Vita aũt speculatiua caret iniustitia & iniuria, & fouet ac seruat animi quietudinem & delectationes optimas: qm̃ vt docuimus in libro decimo Ethicorum tractatu secundo, capite tertio purissimas & diuturnas delectationes philosophia possidet: ergo speculatiua vita optima est respectu practicę ciuilis.

Ciuilis vita ad optimum spectat viũ

In oppositum autem arguitur sic, sola vita practica ciuilis spectat ad virum optimũ: ergo est optima. Patet consequentia: qm̃ optimus est ille qui optima viuit vita. Antecedens autem sic manifestatur: ea vita ad optimum virum pertinet, in qua plures & excellentiores exercentur virtutes: sed in vita actiua ciuili plures exercẽtur virtutes & excellẽtiores q̃ in vita speculatiua. Nam ducentes vitam ciuilem, & publica tractantes, exercent se in fortitudine, & liberalitate, & magnanimitate, & iustitia, & ptudentia. In his autem se exercere non multum oportet ducentes vitam speculatiuam peregrinam, imò vacant ab istis, vtpote abstracti à sensibilibus: ergo ciuilis vita magis spectat ad virũ optimum, ex consequenti est optima: & sic remanet dubium ꝓ vtraque parte.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ Aristot. antequam ad ꝓpriam solutionem deueniat, pertractat solutionem aliorum. nam aliqui determinauerunt dubiũ ꝓ vita actiua ciuili, aliqui autem ꝓ contemplatiua solitaria. & ideo prius videndum est in quo vtrique bene, aut malè dixerunt deinde deueniemus ad verã solutionem secundum mentem Arist.

Propter quid existimant aliqui vitam contemplatiuã esse optimã

Tu igitur aduerte, quòd aliqui simpliciter tenent ac determinant vitam contemplatiuam esse optimam despicientes magistratus, & curã ciuitatis, quasi ꝙ ciuilis vita sit seruilis & non libera: & ꝙ omnis principatus sit dominatiuus, qualis est domini super seruos, in quo & iniustitiæ & iniuriæ, & inhumanitates quamplures accidũt, & ideo putant aliam vitam & omnibus præferendam decere virum ingenuum: quam dicunt esse speculatiuã abomni seruitute absolutam.

Aliqui cur ciuilem actiuã vitã optimam putarint.

Aliqui vero simpliciter determinãt ꝓ vita actiua ciuili innitentes huic rationi. Vita cõtemplatiua in vacatione cõsistit. Vacare autem est non agere: ergo contemplatiuus nõ agit, sed qui nihil agit, non bene agit: ergo contemplatiuus non bene agit: ergo non potest esse felix: qm̃ bona actio & felicitas sunt idem. Declaratum est enim in libro decimo Ethicorum, quòd felicitas est actio optimæ ac nobilissimæ virtutis: ergo est bona & optima actio. sed actiuus ciuilis virtuosus, ac excellentes actiones habet, quales sunt actiones fortitudinis & iustitiæ & prudentiæ in regenda republica: ergo ciuilis vita melior ac eligibilior est quàm vita contemplatiua.

Sed aduerte, vt dicit Arist. ꝙ vtrique aliquid rectè, & aliquid non rectè dicunt. Nam q̃ præponunt vitam contemplatiuam actiuæ ciuili in hoc bene sentiunt, ꝙ contemplatiua est vita hominis liberi. Liber autem est q̃ maximè ſm intellectum operatur, & gratia sui. Constat autem, ꝙ contemplans maximè operatur ſm intellectum, & propter seipsum. vnde & in procemio Metaphysicæ Arist. appellat Metaphysicam sciẽtiam maximè liberam, quoniam versatur circa maximè intellectualia: & est gratia sui. nõ em̃ ordinat ad alias scientias, sed econuerso: & ideo vt sic bene dicunt vitam contemplatiuam esse meliorem, vtpote quæ est hominis liberi, & operantis gratia sui: q̃ vita ciuilis qua quis occupatur in dominando. Talis enim non gratia sui, sed alterius, id est, subditorum operatur, ex consequenti non caret seruitute. Seruus em̃ est ille, q̃ non propter proprium, sed ꝓpter alterũ operatur: sicut diximu⁹ in primo libro, ꝙ seru⁹ non gratia sui, sed domini operatur: vnde principari vt sic quoddam seruire est. & ex hac parte vita actiua ciuilis inferior est ac minus eligibilis q̃ contemplatiua. In hoc autem male sentiunt ꝙ volentes concludere vitam contemplatiuam esse optimam ex eo quòd est hominis liberi, despiciũt & damnant absolute principatus & magistratus quasi putãtes omnem principatum esse dominatiuum, quo reguntur serui, quẽ Græci appellant despoticum. Hoc enim non est verum: qm̃ vt docuimus in primo libro, sicut differt homo natura liber, ab homine natura seruo, sic differt principatus, quo reguntur liberi, & quo reguntur serui: ná quo reguntur liberi dicitur principatus ciuilis & quo reguntur serui dicit despoticus. nec damnandi sunt huiusmodi principatus ſm se, nisi forte propter abusum puta si quis dominari velit liberis principatu despotico, sicut faciunt tyranni, qui se habent erga ciues sicut domini erga seruos.

Qui autem præponunt vitam ciuilem actiuam vitæ cõtemplatiuæ in hoc bene sentiunt, quòd occupati in republica res præclaras & pulchras agunt ex virtutibus moralib⁹, pura ex fortitudine, defensando patriam: ex magnificentia ex iustitia ex prudentia: suntq; maximè vtiles, vtpote ꝓtractantes ac curantes bonum publicum in quo assimilantur primo omnium rerum rectori: vnde & principari dicitur esse quoddam diuinum.

In hoc autem malè sentiunt, ꝙ volentes concludere vitam ciuilem esse optimam, reprobant vitam contemplatiuam vt ociosam & sine actionibus bonis, ex eo ꝙ videtur in vacatione consistere. Hoc inquam non est verum: quoniã licet cõsistat in vacatione ab actionib⁹ circa sensibilia

& exteriora curanda,non tamen ab actionibus maximè intellectualibus,quoniam in ſpeculatione diuinorum detinetur,vt docuimus in decimo Ethicorum.Patet igitur quomodo vtrique quid rectè & quid non rectè dicunt.

Num bonū ſit vnū quē que domina ri ſi princi pari optimū eſt.

Sed forte dicet aliquis, ſi principari eſt plurima & pulchra bene agere & in virtutibus ſe exercere, & ſit velut quoddā diuinū:ergo oēs,q̄ domini eſſe poſſunt,hāc facultatē aliis dimittere non debēt,ſed ſibi arripere & in hoc non debet pater deferre filio,nec filius patri,nec amicus amico. Nā qđ optimū eſt nobis ipſis procurare debemus. Optimū autem eſt bene agere:ergo ſi principari eſt bene agere,conā dū eſt omnibus vt principentur omni poſtpoſito reſpectu.

Adhoc reſpondens Ariſt.inquit quòd forſitā rectè id diceretur,ſi omnes volentes principari, & priuando alios iure ſuo,ac inclinatione naturali,& inferendo violentiam haberent in ſe maximam diſpoſitionem & aptitudinem ad regendum cæteros,ita q̄ eſſent meritiſsimi tantumq̄; diſtarēt in virtutibus & actionibus bonis,quantum diſtat quo ad p̄fectionem naturæ pater à filio, ſcilicet paruo , vir à muliere,natura dominus à natura ſeruo. Quòd ſi talis diſtātia nō adſit,ſed omnes ſint ſimiles,aut æquales,non eſt dignum, q̄ vnus,aut aliqui ſemper dominentur cęteris,ſed in parte, vt diximus in libro quarto,id eſt q̄ pro vno tempore dominētur aliqui,& pro alio pareant,& aliqui dominētur,& ſic viciſsim.Non ergo bonum eſt vnumquenque dominari, quocunque modo & quacunque cauſa poſsit. Si autem in ciuitate vnus ſit,qui cæteris omnibus ſit maioris virtutis , maioris ſapientiæ,ac prudentiæ,hunc dignū eſt omnibus principari,omnesq̄; illi parere & ſubeſſe, ſe habet enim ad alios vt paſtor & regula bene viuendi , verſaturq̄ue inter homines,vt quidam deus,& hic dignus eſt regno,& de hoc ſatis loquuti ſumus in libro tertio,tractatu vltimo.

Poſtquam vidimus aliorum ſententias circa propoſitum dubium,& quid bene,ac non rectè dixerunt.Nunc reſoluēdum eſt ad mentem Ariſt.& ſecundum veritatem.Pro cuius notitia præponuntur quædam diſtinctiones,ex quibus reſoluemus totum dubium.

In humano intellectu duplex operatio conſideratur.

Prima eſt,in intellectu humano poſſumus cōſiderare operationem ſpeculatiuam finis cuius eſt cognitio veritatis, & illic ſiſtit,& operationem practicam, cuius finis nō eſt ſola cognitio veritatis,ſed veritatem cognitam ordinat ad opus,& hanc diſtinctionem plenè declarauimus in lib. 3. de anima,& in lib.2.Metaphyſicæ, & ex hac diſtinctione apud Ariſt.docuimus in lib.10.Ethicorum,tractatu ſecundo, cap. 2. & tertio aſsignatur duplex felicitas , ſcilicet ſpeculatiua,quæ eſt operatio hominis ſecundum perfectiſsimum habitum intellectualem ſpeculatiuum , & de ea plene tractauimus in decimo Ethicorum,tractatu ſecundo,capite ſecūdo,& tu vide illic,& practica,quæ eſt operatio hominis ſecundum perfectiſsimum habitum intellectualem practicū, qui eſt prudentia,vt docuimus in libro ſexto Ethicorum,& de hac etiam ad plenum diximus in libro decimo Ethicorū,tractatu ſecundo , capite tertio , & tu vide illic ne idem repetamus inutiliter.

Felicitas ſpeculatiua, vel practica duplex,priuati hominis, & totius ciuitatis.

Secunda eſt,felicitas ſpeculatiua & practica eſt duplex: qm̄ quædam eſt in homine reſpectu ſuiipſius tantum , & dicitur felicitas ſpeculatiua & practica priuati hominis,quę dā autē conuenit toti ciuitati, vt in qua ciues p̄ maiori parte incumbunt operationibus ſapientiæ,& ſpeculationi diuinorum,aut operationibus virtutum moralium & præcipuè prudentiæ in ordine ad remp.& dicitur felicitas ſpeculatiua & practica communis ſiue publica & vniuerſalis.

Ex his diſtinctionibus reſoluitur dubium propoſitū per tres concluſiones.

Contemplatiua vita priuata eligibilior eſt practica priuata.

Prima eſt,vita contemplatiua priuata eſt melior & eligibilior quàm practica priuata ,probatur : nam operationes intellectuales ſicut & ſcientia nobilitatē ſumunt ab obiecto. Cōſtat aūt q̄ vita contemplatiua verſatur circa nobiliora obiecta,q̄ ſunt diuina entia,& practica verſatur circa humana agibilia,quæ ſunt longè imperfectiora:ergo,&c.

Prēterea,vita contemplatiua innititur habitui ſapiētiæ, & practica habitui prudentiæ,vt declaratum eſt in decimo Ethicorum,ſed probatum eſt in ſexto libro Ethicorum , ſapientiam excellentiorem eſſe prudentia:ergo,&c.

Prēterea,iuxta vitam contemplatiuam ſumitur felicitas ſpeculatiua & iuxta vitam practicam ſumitur felicitas practica,ſed in decimo Ethicorum,tractatu ſecundo,capite tertio,probauimus ad mentem Ariſt.quatuor rationibus felicitatem ſpeculatiuam eſſe perfectiorem,ac potiorem practica,& tu vide illic:ergo,&c.

Secunda eſt,vita contemplatiua & practica cōmunis, id eſt totius ciuitatis,melior ac pfectior eſt quàm vita cōtemplatiua & practica priuata, p̄batur:qm̄ illa comparatur ad iſtam,vt totum ad partem,vt vniuerſalis perfectio ad ſingularem perfectionem.Conſtat autem q̄ totum habet rationē magis perfecti & maioris boni quàm pars:ergo,&c. Et pro huius confirmatione dixit Ari.in primo Ethicorum, q̄ ſi idē ſit bonum vni & ciuitati,maius & perfectius eſt quod ciuitati.Amabile enim bonum quod vni,melius vero & diuini', quod genti & ciuitati.

Vita cōtemplatiua cōis & practica eligibilior eſt vtraque priuata.

Tertia eſt,vita contemplatiua cōis,id eſt quæ toti ineſt ciuitati,melior ac perfectior & excellentior eſt, quàm vita actiua cōis,quæ dicitur actiua ciuilis,probatur:nam declaratum eſt in capite præcedenti, q̄ eadem eſt optima vita & felicitas vniuſcuiuſq; hominis priuati,& toti' ciuitatis, cuius ratio eſt,qm̄ quorum eſt vna natura ſpecifica,eorum eſt vna optima vita,& optimus finis.Vnus autem homo,& oēs ciues vnius ciuitatis ſunt vnius naturæ ſpecificæ : ergo vni' hominis & totius ciuitatis eſt eadem optima vita & felicitas:ſed per primam concluſionem,vita contemplatiua priuata eſt melior & excellentior quā practica priuata : ergo vita contemplatiua cōis,melior eſt practica communi,quæ dicitur actiua ciuilis,quę præcipuè conuenit curantibus & regentibus ciuitatem.

Contemplatiua vita cōmunis præſtat actiuæ communi.

Præterea,optima vita hoīs & ciuitatis,eſt optima actio. Optima autem actio eſt ſm̄ quā homo & ciuitas maximè & principaliſſimè agere dicunt:ſed maximè & principaliſsimè dicuntur agere p̄ intellectum ſpeculatiuū. Sic em̄ agentes, dñium habent oīum extrinſecarum operationum, tanq̄ rōnem & regulā agendi imponētes,velut ſapiētes architecti: nam intellectus practicus directiuus extrinſecarum operationum ſupponit vt principiū,rectum appetitū finis , & rectus appetitus finis ſupponit voluntatē rectam,& voluntas recta ſupponit rectū intellectum offerentē voluntati bonū & malum.Voluntas em̄ non fertur niſi in præintellectū.Talis autem intellectus eſt ſpeculatiuus,& non practicus : ergo prima regula & rō optimè agendi eſt intellectus ſpeculatiuus,igitur maximè & principaliſſimè dicuntur homo & ciuitas agere p̄ intellectum eundē,ex quo ſequitur, q̄ optima actio & vita & optimus finis,non eſt meditatio de agibilibus,q̄ eſt actio practica,ſed cōſideratio ſpeculatiua , & maximè,q̄ eſt de primis entibus,& de primo principio.Illū igitur hominem,& eam ciuitatem dicimus optimè & beatè viuere,dum vitæ ſpeculatiuę iugiter incumbūt,& ſic patet quid dicendum ſit ad dubium p̄poſitum:qm̄ ſimpliciter & abſolutè tenēdum eſt vitam ſpeculatiuam eſſe meliorem & expetibiliorem tam in priuato ciue quā in tota ciuitate.

Tametſi contemplatiua ſit actiuaexcellētior, nō tamen vtilior.

Tu tñ aduerte, q̄ licet vita contemplatiua ſit nobilior,tñ actiua & maximè politica eſt vtilior:qm̄ vt docuimus in libro decimo Ethicorum,in tractatu ſcdo,in fine tertij capitis,ciuitati magis prodeſt princeps prudens iuſtus fortis tēperatus & liberalis & verax,quàm princeps ſapiens ſolum intellectualia & ſupercœleſtia conſiderans, quod ſi in eodē coniungantur habitus ſapientiæ & prudentiæ cum cæteris virtutib.moralibus,& talis ciuitatē regat,ille optimè viuit, & ciuitas optimè regitur,& hic erit meritiſſim' rex, vt declarauimus in libro tertio,tractatu vltimo.

Nec ratio arguentium, q̄ vita contemplatiua nō ſit optima,ex eo q̄ vē in vacatione conſiſtere,quaſi q̄ ſpeculans nihil agat,concludit:qm̄,vt dicit hic Ari.licet homo priuatus & ciuitas viuentes vita contemplatiua,non habeant actiones extrinſecas & ad alterum,quales habent actiui & ciuiles,tñ habent alias & pulchras & perfectas actiones in ſpeculando,quæ ſunt operationes puri intellectus circa nobiliſſima obiecta:nam & tales operationes De' habet,qui maximè perfectus & feliciſsimus eſt.Quòd ſi nullus viueret vita optima,nec bene ſe haberet, niſi operaretur operatione externa,neque Deus,neque mundus totus bene ſe haberet. Deus em̄ non habet operationē externam, quæ ſit alia à ſua propria operatione,neque mūdus habet operationes circa aliquod extrinſecum ab eo,prēter illas , quæ ſunt partium ſuarum adinuicem:nam extra mundum nihil eſt,circa quod operandum ſit.Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quanam ſit optima vita ciuitatis inquirit.

IN tertio capite reſoluendum eſt hoc dubium.Cùm videam' diuerſas ciuitates diuerſimodè diſponi,& diuerſas politias ad diuerſos fines ordinari:qm̄ aliquæ ad dominium tyrannicum,aliquæ ad bellum,aliquæ ad mercaturam, aliquæ

ad moralem vitam, aliquæ ad ſapientię ſtudium: dubitatur quę ex his ſit optima, quoniam in hoc varię ſunt ſententiæ, vt dicemus. Pro reſolutione igitur huius dubij duo agenda ſunt. Primo arguendum eſt ad partes. Secundo reſoluemus ſecundum veritatem totum propoſitum.

Qua ratiõe putauerint quidam politiam tyrannorum optimam eſſe.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ aliqui, vt dicit Ari. putãt ciuitatem eſſe optimè diſpoſitam ac inſtitutam, & rempub. eſſe optimam, quæ ordinatur ad dominiũ tyrannicum id eſt vt principetur aliis gentibus, eaſq; vi ſibi ſubiiciat. & hunc modum ſolum putant eſſe beatũ. & tunc ciuitatem ac remp. fore beatam, quando externas gentes ſibi ſubiugauerit, & id quidem tribus rationibus probare contendunt.

Primo ſic, ille videtur optimus modus & optimus finis reip. ad quem reſp. & leges ordinantur, quoniam reſp. & leges rationem ac bonitatem ſumunt à fine, ad quem ordinãtur. Sed, vt in pluribus reſp. & leges ad hoc ordinantur, ꝙ ciuitas externis quantum poteſt principetur deſpotico principatu, & id maximè apparet in legibus Lacedæmonum & Gretenſium. Illic enim fere tota iuuentutis diſciplina, & legum multitudo, videtur ad bellum ordinata, quod nõ feciſſent legiſlatores, niſi cognouiſſent optimum finem ac felicitatem reip. in hoc conſiſtere.

Secundo ſic, ille eſt optimus modus reip. quo homines maximè honorantur. Honor enim ex primo Ethicorum & quarto fundatur in excellenti bono. Sed apud omnes gentes illi maximè honorantur, qui externas gentes ſubiugant, & prævalentes dominantur eis tyrannicè. Sicut patet apud Scythas, & Perſas, Thraces & Gallos.

Tertio ſic, ille eſt optimus modus reip. ad quem legiſlatores ſtudent prouocare ciues: eſt enim legiſlatoris illud ꝑcipuè intendere, quo ciues famoſiſſimi & honoratiſſimi fiant. Sed ad talem modum reip. ſcilicet ad ſuperandum extraneos plures legiſlatores prouocant ciues, quod declarat Ariſt. quatuor exemplis.

Legiſlatores intendũt ciues prouocare ad ſubiugandũ, & ſubiiciẽdum ſibi extraneos.

Apud Carthaginenſes lex fuit, quòd ille tot ornatus ex anulis acciperet quot militiis militaſſet, & aduerſariũ deuiciſſet.

Apud Lacedæmonas lex fuit eum qui nullum hoſtẽ occidiſſet, debere cingi cap.ſtro.

Apud Scythas lex fuit, nulli licere in conuiuiis ſolennibus pateram, quæ circunferebatur accipere ad bibendum, qui nullum occidiſſet hoſtem.

Apud Hyberos, qui gentes pugnaces fuerunt, mos fuit tot obeliſcos, circa ſepulchrum defuncti erigere, quot homines ex numero hoſtiũ necauerit: & alia huiuſmodi apud alias gentes inſtituta ſunt: vt prouocarentur ciues ad bellãdum & principandum externis, ex quibus ſumitur ſignum, ꝙ optima reſpub. eſt illa, quæ ad dilatandum principatum ſuum ordinata eſt.

Non eſt optima reſpublica in qua ciues patiſſimum ſtudẽt ceteris dominari tyrannicè.

Sed contrarium alij ſentiunt, & arguunt triplici ratiõe, ꝙ prędictus modus non ſit optimus reip. ſ. ordinare eam ad hoc quòd ſtudeat ſubiugare externos & illis principari. ſiue iuſte, ſiue iniuſte more tyrannico.

Primo ſic, quod eſt illegitimum, non eſt optimum, nec lege ordinandũ: nã lex vera & recta condit̃ de legitimis & legalibus, aliter non meretur dici lex ſed humanum inuentũ iniquum. Sed ſubiugare externos, ſiue iuſte ſiue iniuſte, & illis principari deſpoticè, eſt illegitimum & irrationabile, vt conſtat omni rectè ſentienti: ergo non eſt lege ordinãdum: ergo talis modus non conuenit optimæ reip. ſed potius peſſimæ, quæ eſt tyrannica. & confirmatur per ſimile in aliis artibus operatiuis, puta in medicinali, & in nauigatiua, nam non eſt opus medici ſuadere ægroto quòd ſanetur, ſed debet ipſum ſanare, nec eſt opus gubernatoris in naui, ſanare nautas ab infirmitate, ſed dirigere eos ad gubernandã nauim: ergo & ſcientia legis poſitiua non eſt opus legiſlatoris ordinare illegitima, ſed ciuilia & legalia. & ꝙ principandũ eſt his qui debent eſſe ſubiecti. & principatu eis conueniẽti & nõ aliter, & tamen vt dicit Ari. quod nunc cõcluſum eſt, verum ſit & rationabile, plures extimant modum optimum reip. eſſe dñatiuum quocũque modo, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè, & nõ verecũdantur id inſtituere veluti iuſtũ & expediens cõtra extraneos. Quod tam en nolent ſibiipſis fieri ab extraneis. Volunt enim, ꝙ ſibiipſis iuſtè principetur, & ordinentur expedientia ac rationabilia pro eis, ꝙ autem iniuſtè principentur extraneis modo poſſint illos ſubiugare nõ curant: & hoc eſt verecũdum, quoniam turpe eſt: nam turpe eſt homini vt homo eſt agere præter rationem rectã. Recta autem ratio dictat, vt dicit Ariſt. quod ſibiipſis nollent fieri, hoc aliis non facere.

Secundo ſic, inconuen iens eſt illis principari deſpoticè vt ſeruis, qui non ſunt nati vt tali principatu regantur. Hoc em̃ eſt contra naturam, ex conſequẽti non eſt ſm̃ rationem. Sed inter homines multi ſunt, qui non ſunt nati ſic regi, puta qui ſunt natura liberi: nam ſicut in humana ſpecie, vt docuim⁹ in primo libro, quidam ſunt natura liberi, & quidam natura ſerui: ſic diuerſo principatu regendi ſunt. velle ergo & per legem ordinare ꝙ omnibus principandum eſt deſpoticè, eſt facere oẽs homines natura ſeruos, quod eſt abſurdum. Quapropter ſic veritas ſe habet vt dictum eſt, nõ eſt rationabile tentare dominari omnibus quocunque modo. Sicut nec eſt conueniens ꝙ homines venentur pro menſa, aut ſacrificio, quodcunque animal. Sed quod ſylueſtre fuerit & mundum, & eſui aptum.

Tertio ſic, poteſt fieri vt ſit ciuitas ab alijs ſeparata & diſtans, ita ꝙ non habeat vicinos, quibus velit, nec poſsit dominari: & tñ laudabilib. legibus ſit recta & omne bonum ſibi ſufficiens habeat in ſeipſa. Quo poſito certum eſt, ꝙ inſtitutio reipu. in tali ciuitate non eſt ordinata ad bellum, nec ad ſuperandum hoſtes: ergo optimus modus reipu. non conſiſtit in principando dominariue extraneis, & eos deuincere bello, ſiue iuſte ſiue iniuſtè. Patet igitur ꝙ propoſitum dubium rationes habet ad vtranque partem.

Optima reſpub. eſt quæ maxime vitat iniuſtiſſimis vtitur legibus.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ ſolutio huius ſecundi dubij pendet ex ſolutione precedentis, quam manifeſtauimus in capite præcedenti. nam ex eo ꝙ determinauimus quæ ſit abſolute & ſimpliciter optima & eligibiliſſima vita, tam priuati hominis quàm totius ciuitatis, conſtare poteſt rectè intelligenti quæ ſit optima reſpublica & quis ſit optimus modus, ac finis eius. Illam nanque oportet extimare optimam rempubl. quæ eſt vnitiſsima & iuſtiſsimis legibus vtitur, illumque eſſe optimum modum ac finem in ea, in qua intenditur optima vita. Si igitur bello ſubiugare extraneos & illis deſpotice ſine diſtinctione principari ſiue iuſtè ſiue iniuſtè eſt optima vita, reſpu. ad hoc ordinaria erit optima. Declarandum eſt igitur, quomodo vita bellica & principatiua eſt bona vel non bona vt ſcias ſi ſecundũ eam, vel aliã determinandum eſt dari optimam rempu. & optimum in ea modum.

Bellicæ actiones ad duo inſtituuntur in ciuitate.

Tu igitur aduerte, ꝙ in ciuitate præparationes & actiõnes bellicæ ordinantur per ſe ad duo. Primo ad repellendũ oppugnantes & iniuriantes, ne ſubijciantur illis & ſeruiant iniuſtè, & hoc modo bene ac laudabiles ſunt. Defenſio em̃ contra iniuſtè iniuriantem eſt de lege naturæ. Secundo ad conſtringendum eos, qui apti ſunt & debent ſeruire ciuitati, vt ſeruiant, nam ſi inſurgunt aut ſeditionem commouent aut quęrunt alteri domino ſeruire, iniuſtè debellandi ſunt: ſicut ſi caſtrum aliquod iure ſubiectum ciuitati, recedere tentaret à dominio ciuitatis, & hoc etiã modo bonæ ac laudabiles ſunt.

Contingit etiam, ꝙ ad alia duo ordinantur ſed per accidens. Primo ad repugnandum & rebellãdum eis, quibus nati ſunt ac debent ſeruire. ſicut ſi ciuitas aliqua iuſtè ſuppoſita tali regno, repugnaret ac rebellionem tentaret. Secundo ad impugnandum & ſubiugandum eos, contra quos non habetur iuſta cauſa: ſicut agere ſolent tyranni ad dilatandum principatum ſuum: & vtroque modo malæ, ac violentæ & iniuſtæ ſunt: & per nullam legem ordinandę ſunt: & ſi in aliqua republica ſeruantur illa, non optima, ſed tyrannica putanda eſt.

Quod ſi ſeruantur & quæruntur per duos primos modos, non ſunt quærendæ, vt finis vltimus ſed ſicut ea, q̃ ſunt ad finem, id eſt ad pacem & libertatem ciuitatis: & ſic in eis conſiſtere non poteſt optima vita nec optimus finis, nec felicitas ciuitatis. nec poteſt dici optima reſpublic. quę ad illas, vt ad vltimum finem ordinatur: cum propter alia & nõ ꝓpter ſeipſas quęrãtur. nam vt docuimus in libro decimo ethicorum, nullus eligit præparationem belli: neque bellum gratia belli, aliter, vt dicit Ariſtotel. videtur quis occiſor ipſius & violentus: ſi amicos milites faceret propter pugnas & occiſiones, & nõ intenderet aliud. Ad ſtudioſum ergo legiſlatorem non ſpectat ordinare rempublic. ad bellum & ad principandum extraneis. Sed etiam conſiderare oportet vrbem, quo ad ſitus fortitudinem & naturam hominum, qui vrbem inhabitaturi ſunt, ad quam, ſcilicet vitam ordinabiles ſunt: & tunc ſiue vita, ad quam ex natura ordinantur ſit optima ſimpliciter, vel optima in reſpectu ad illos diſponere ac ſic inſtituere leges ac decreta quòd poſsint ad optimam illam vitam ac felicitatem attingere illis conuenientem. Oportet tamen in huiuſmodi legibus

ac ſta

ac ſtatutis diuerſitatem ſeruare ſecundum q̃ diuerſificãtur vitæ humanæ & fines intenti: quoniam ad aliam vitam puta actiuam,& ad aliam,puta contemplatiuã neceſſe eſt alias & alias inſtituere leges.Præterea,aliæ leges inſtituẽdę ſunt de his, quę immediatè ordinant ad finem conſequendum, & aliæ de his,quæ ordinãtur mediatè ad finẽ,& alię de his, quæ ordinãtur ad remouendũ prohibentia finem. Præterea ad legis conditorem ſpectat conſiderare, ſi ciuitas habeat vicinos,quales ſint eorũ diſpoſitiones,an viriles, an ſicut ef fœminati,& quemadmodũ cum ſingulis conuerſandum ſit. Patet igitur,q̃ reſp.optima non eſt illa,quæ ad bellum ordinatur,& ad principandum tyrannicè extraneis, ſed ea, quæ ordinatur ad optimam vitam ſimpliciter, qualis eſt vita ſpeculatiua, vel optima ad ciuitatem ſic ſituatam, & ad ciues ſic vel ſic inclinatos,ac diſpoſitos ex eorum natura. Hæc p̃ nunc in reſolutione præpoſiti dubij dixerimus: nam poſtea ſuo loco conſiderabimus ad quem finem debeat optima rei publicæ inſtitutio tendere.Hæc de præſenti capi. dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS

in ſeptimum librum Politicorum, vnico complexus capite.

CAPVT VNICVM.

¶ De magnitudine ciuitatis.

PRiuſquam deueniamus ad modum inſtituendi optimam rempublic.pertractanda ſunt ea, quæ vt materia & inſtrumenta deſeruiunt optimæ reipublicæ,& ſine quibus ſuppoſitis, ac prę paratis vanum eſſet tentare eam inſtituere,niſi forte abſtractè, & velut Mathematicè: nam ſicut non poteſt conſtrui domus realiter niſi in tali vel tali materia, ſic nec optima reſpub.niſi in materia,de qua dicturi ſumus Tu igitur aduerte quòd ſupponenda & quæ debent præparari ad inſtitutionem optimæ politię ſunt quinque.

Primò eſt magnitudo ciuitatis.

Secundò eſt qualitas & quantitas regionis.

Tertiò eſt qualitas & diſpoſitio naturalis,quę debet eſſe in his,qui regere habent ciuitatem.

Quartò ſunt partes ciuitatis, quæ debent communicare in politia.

Quintò eſt debita partitio regionis in partem cultiuam, & partem pro ſitu ciuitatis, & pro munitionibus, & partẽ pro ædificiis publicis & priuatis, & de ſingulis prædictis, ſingulos formabimus tractatus.

Magnitudo ciuitatis in quo cõſiſtat.

In ſecundo igitur tractatu agendum eſt de magnitudine ciuitatis, & per magnitudinem non intendit magna & ampla mœnia, nec magnam latitudinem circuitus tantum, ſed magnitudinem quo ad multitudinem ciuium:nam ſi ciuitas eſſet magni circuitus,pauci autem eſſent ciues inhabitantes apud politicum parua & non magna eſſet ciuitas, q̃ ſi circuitus ſit ſtrictus ſed numeroſa ciuium multitudo,magna & non parua exiſtimabitur.Pro euidentia igitur propoſiti tria agenda ſunt.Primò probandum eſt q̃ antequam deſcendamus ad modum inſtituendi optimam remp.pertractare debemus quę ſupponenda ſunt pro inſtituenda optima repu.vt intendimus. Secundò quoniam prim.ũ ſupponendũ eſt quantitas ſiue magnitudo ciuitatis,ideo de ea pertractabitur ſecundum opinionem aliorũ, & reprobabitur.Tertiò pertractabitur ſecundum opinionem Ariſt.quę videtur magis conſona rationi.

Inſtituenda ciuitati non multa ſupponere oportet, & quæ ſint.

Quantum ad primum ponitur hęc concluſio, ante inſtitutionem optimæ reip.oportet multa ſupponere, vt materiã & organa eius inſtitutioni deſeruientia, p̃batur. Ad inſtituendam optimam remp. ita q̃ ſit vel poſsit eſſe in & ex natura, & non ſolum fabricata per intellectum vt domus imaginata,oportet ſupponere ea ſine quibus non poteſt inſtitui nec eſſe.Hęc eſt manifeſta, ſed non eſt poſsibile eam inſtitui nec eſſe ſine moderata pexiſtentia multorum, puta ſine debita multitudine ciuiũ,ſine debita quantitate & qualitate regionis, &c.ergo de his ſupponẽdis prętractãdũ eſt.

Pręterea,ſicut eſt in reliquis artificibus, ſic & in rep.ſed illos oportet pręcognoſcere ac præparare materiam ſubiectam,puta textorem,fila, & alia texendi organa,& naui factorem,ligna,ferram,ferrũ, & alia requiſita ad artificiatũ, & quanto melius materia ac inſtrumẽta præparata fuerint, tanto perfectius ac præclariꝰ erit,quod ſit ex arte,ſic & politicum,ac legis poſitorem,qui inſtituere intendit optimam politiam,oportet pręcognoſcere ac prępparare quæ ad illiꝰ inſtitutionem ſupponuntur.Inter reliqua autem præexigit ciuium multitudo,& qui & quales & quot debeant eſſe, de regione quoq; ſupponere oportet quanta & qualis debeat eſſe,&c.

Quantum ad ſm,ſ.quo ad magnitudinẽ ciuitatis,non quo ad circuitum,ſed quo ad multitudinem ciuium inhabitantium aduerte,vt dicit Ari.q̃ plerique antiquorum arbitrant ciuitatem debere eſſe magnam,ſi debet eſſe beata,id eſt perfecta & per ſe ſufficiens,per magnam autem intendunt quo ad multitudinem ciuium,& licet id verum ſit, tñ videntur ignorare quomodo debeat eſſe magna,& quomõ parua, id eñ non determinant.Nam non ſufficit dicere,q̃ in ciuitate debet eſſe magna multitudo ciuium,ſed determinare numerum,ſicut nõ ſufficit dicere,q̃ magna multitudo militũ debet eſſe in exercitu,ſed oportet determinare numerum:non ergo ſufficienter dixerunt antiqui.Quòd igitur magnitudo ciuitatis apud politicum non conſiſtat in magna multitudine ciuium abſolutè,ſed cum determinatione, p̃batur ſic ex intentione Ariſto.

Ciuitatis magnitudo non cõſiſtit abſolutè in ciuium multitudine.

Primò multitudo ciuium ſumenda eſt ex fine. Finis autẽ ciuitatis eſt ſua p̃pria operatio:ergo debet eſſe tanta determinatè quanta ſufficit p̃ illa operatione:ſed magna multitudo ſimpliciter accepta non poteſt ſciri an ſit ſufficiẽs & expediens p̃ tali operatione:nã põt eſſe adeo magna,q̃ potius impediret operationem,& adeo parua,licet extimaret magna,q̃ non eſſet potens ad talem operationem.Cùm igitur finis requirat non ſolum media,ſed talia & tanta ex conſequenti determinata,neceſſe eſt conſiderare magnitudinẽ ciuitatis non abſolutè,ſed determinatè, quę determinatio fiat per reſpectum ad potentiam ciuitatis:nam dicimus ciuitatem eſſe magnam,quę poteſt opus ſuũ efficere,ſicut Hyppocratem non hominem,ſed medicum,quis diceret eſſe maiorem quàm alium, qui magnitudine corporis eũ excedat.

Non eſt idẽ ciuitatẽ eſſe magnam & populoſam.

Secundò,non eſt idem dicere ciuitatẽ eſſe populoſam,& ciuitatem eſſe magnam:nam ſtat eam eſſe populoſam, & tñ eſſe paruam:quoniam non omnes habitantes in ea ſunt partes eius, vt ſerui & mercenarij & hoſpites:ſed partes eius ſunt liberi & bellantes & conſiliantes, ex his eñ ciuitas cõſtat:vnde,ſi ſufficiens taliũ multitudo adſit,extimabitur ciuitas magna.Si autem ſeruorum & hoſpitũ & mercenariorum ingens ſit numerus,& pauci liberi ac alij ex quibus p̃priè ciuitas conſtat,erit parua.Non ergo magna multitudo hominum habitantium ciuitatem abſolutè ſumpta facit ciuitatem magnam,ſed oportet quòd determinetur.

Tertiò difficile eſt & forſan impoſſibile,ciuitatem exceſſiuè populoſam bene regulari, & ad ſenſum videmus nullã earum,quæ bene regi dicuntur quantacunque, ſed determinata multitudine eſſe diffuſam,cuius oratio eſt,qñ lex ordinatio quædam eſt,& bona legis poſitio eſt bona ordinatio: ſed multitudo exceſsiuè magna,ſicut & in exercitu,non poteſt recipere ordinationem prudentia humana. Hoc eſt eñ opus diuinæ potentię,vt dicit Ari.quę totum vniuerſum cõtinet & ordinat ergo ad hoc q̃ ciuitas dicatur magna,& bene regatur ordinatione legis non oportet q̃ ſit quantęcunque,ſed determinatæ multitudinis hominum.Non igitur antiqui bene dixerunt de magnitudine ciuitatis.

Oportet ĩ ciuitate eſſe determinatã ciuium multitudinẽ & in maius & in minus.

Quantum ad tertium aduerte de mente Ari.q̃ ciuitas dicitur magna,quæ determinatè tantam habet multitudinem ciuium,qui ſunt partes per ſe componentes ciuitatem,q̃ poteſt legibus bene regulari,& ſufficiens eſt ad communicationem ciuilem,& poteſt attingere p̃priam operationẽ, ad quam vt ad finẽ ordinata eſt,& ſic neceſſe eſt vt habeat determinatam multitudinem & in maius,vt non ſit nimis excedens,& in minus,vt non ſit multum deficiens nam ſicut in quolibet ente naturali videmus determinatam menſuram magnitudinis ita neceſſe eſt eſſe in ciuitate. In naturalibus enim videmus,quòd ſi parua nimium aut exceſsiuè magna fuerint,ſuam virtutem non retinebunt:ſed aut deſtituta omnino erunt à natura,aut malè ſe habebunt,ſicut nauis vnius palmi,aut duorum ſtadiorum,nullo modo retinebit naturã nauis:quoniam erit penitus inepta ad nauigandum. Si autem habeat aliquam determinatam magnitudinem, non tamen condecentem omnino,puta qñ aliquantum minor,aut maior eſt quàm conueniat,erit quidam apta ad nauigandũ, ſed malè & imperfectè propter defectum aut exceſſum magnitudinis, ſic in propoſito dicendum eſt de ciuitate: nam.ſi exnimium paucis fuerit, non eſt per ſe ſufficiens ſi-

cut nec vnus pagus. Si autem ex nimium multis, erit quidē in necessariis vitæ sufficiens, sicut regio aliqua, aut gēs, sed non vt ciuitas. Oportet em̄ ciuitatem habere ordinem ciuilem, & ablato ordine à ciuitate non stat amplius ciuitas, sicut nec stat exercitus sine ordine, sed confusa multitudo. Multitudinē aūt excelsiuam habere ordinem ciuilem & in ea instituire remp. aut est penitus difficile, aut impossibile: ergo ciuitas constans ex nimium multis, non habet rationem ciuitatis, sed potius inordinatę multitudinis. nam quis dux esset regulans tam excelsiuam multitudinem. Patet ergo ꝙ necesse est ciuitatem habere determinatā magnitudinem, sicut & cætera entia naturalia, & in maius & in minus.

Quanta debeat esse ciuium multitudo tam in maiꝰ, quàm in minus.

Et si quæras quāta debeat esse multitudo determinata in minus, ita quòd si esset minor non esset ciuitas. Dico de mente Ari. ꝙ debet esse tanta, quanta sit per seipsam sufficiens ad bene viuendum, & communicandum in ciuili societate, & exercendum diuersa officia & artificia opportuna in ciuitate, & qua minor non per se sufficeret.

Si autem quęras quanta debeat esse determinata ad maius ita ꝙ si esset maior: nō haberet rationem ciuitatis. Dico ad mentem Arist. ꝙ debet esse tanta ad plus quanta possit à principāte cognosci & regulari. Pro cuius euidentia aduerte, ꝙ ciuitatis sicut & cuiuslibet entis naturalis ac artificiati, est aliqua propria virtus & operatio, in quam cū potest, meretur dici ciuitas, cum non potest, amittit rationem ciuitatis. Eius autē duæ sunt operationes, vna est principantiū, altera est subditorū. Operatio subditorū est obedire, principantium autē est iubere, ac iudicare: & principatus ac officia rectè & iustè distribuere. Hæc autem principantibus conueniunt propter prudentiam, quæ est virtus bene regitiua, vt docuimus in sexto ethicorū: & ꝙst ꝓpria principātiū, aliter non sunt principantes nisi æquiuoce. Ad hoc verò ꝙ iuste princeps iudicet & distribuat officia & bona cōmunia necesse est vt ciues cognoscant quales sint secundum virtutem, qūo inter se differunt: vt secundum exigentiam virtutis ac differentiā dignitatis distribuat officia, & bona cōmunia: & vbi talis cognitio non pōt haberi, necesse est res male procedere circa magistratus demandandos & circa iudicia, ac distributionem bonorum communium. Hoc autem necesse est ī ciuitate accidere, in qua est excelsiua multitudo, quoniam tunc est impossibile principantem omnes ciues cognoscere, tantam ergo oportet esse multitudinem in ciuitate ad plus, quæ debet recte regulari & operari, quanta possit à principante cognosci.

Et confirmatur, nam si in ciuitate sit excelsiua multitudo, contingit esse quāmplurimos aduenas & extraneos forte non diligentes remp. ciuitatis, quibus vt pote non diligentibus remp. nō est difficile insurgere & rapere aut transmutare remp. Non em̄ difficile est eorum dolos latere in tāta multitudine. qm̄ mali magis latent in maiori quàm in minori multitudine. Hoc autem non expedit ciuitati cū sit cōtra sui conseruationem: ergo non expedit in ea contineri excelsiuam multitudinem, sed determinatam in maius & in minus, vt diximus. Patet igitur ex dictis ꝙ optimus terminus magnitudinis ciuitatis in minus, sumendus est à per se sufficientia ad bene viuendum & ciuiliter conuersandū, in maius autē sumendus est à bona ordinatione, quę fundatur in cognitione ciuium modo quo dictum est. De magnitudine igitur ciuitatis, sic determinatum sit.

Tractatus secundi finis.

TRACTATVS TERTIVS
in librum septimum Politicorum, vnico complexus capite.
CAPVT VNICVM.

¶ De regione, siue territorio, in quo construenda sit ciuitas, in qua debet institui optima politia, de qua hic intendit.

IN tertio tract. iuxta ordinem positū in principio huius libri septimi pertractandū est de regione apta constructioni optimæ ciuitatis. & hic quatuor agenda sunt primo qualis & quāta debeat esse regio. Secundo cuius formæ ac dispositionis. Tertio in quo situ ædificanda sit ciuitas, per respectum ad firmam terram, quam dicimus aridam & ad mare. Quarto, posito ꝙ expediat eam situm habere propinquum mari, quantam debeat habere potentiam nauale & turbam nauticam.

Qualis ac quāta regio debeat esse.

Quantum ad primum aduerte circa qualitatem & naturam regionis, ꝙ cum quęratur propter salubrem vitam ciuium, & vsum ac victum eorum, oportet quo ad primum ꝙ sit temperata iuxta quatuor primas qualitates: vt sit temperate calida & frigida, humida & sicca, & id ei cōuenit ꝓ bonam habitudinem ad figuram cælestem, & per dispositionē situs. puta ꝙ non sit omnino montuosa, neque multū depressa, vt solent esse loci paludales. quo ad ſm oportet eam esse fertilem omnium, quibus indiget in cibo & potu & vestitu natura hominum. Hanc em̄ cōmuniter laudant omnes, vt ꝓ se sufficientem. nam omnia in seipsa habere & nullius indigere sufficientiam arguit. Talem igitur oportet esse regionem pro construenda optima ciuitate.

Tanta debet esse ciuitatis vbertas, quæ sufficiat ad nutriendū ciues: vt temperate & liberaliter viuant.

Quantum ad magnitudinem aduerte, ꝙ oportet esse tantam quanta sufficiat ad nutriendum oēs habitatores viuentes temperate & liberaliter. Temperate quidem non declinantes ad superfluas delicias: liberaliter vero nō retracti tenacitate. Vtrum autem hmōi terminus magnitudinis regionis sit congruè assignatus vel non, considerandū erit infrà, cum loquemur de possessione & abundātia substātiæ. Quātam em̄ oporteat eam esse, & qūo ad humanum vsum ordinanda sit, multas continet dubitationes, ꝓpter cōtrarias hominum naturales inclinationes ad vtranq; partem, dum aliqui ad delicias & intemperātiam, aliqui ad tenacitatem & parcitatem inclinantur. Solent em̄ homines in agibilibus: sicut & in speculabilibꝰ formare sibi opiniones ſm naturales inclinationes, puta qui inclinantur ad delicias, & vitam voluptuosam opinantur in ipsis esse summū bonum, vt docuimus in primo Ethicorum & diuitias, quærēdas non tantum pro necessitate vitæ, sed pro voluptate. Id autē accidit eis propter intellectus debilitatem, qui non potest supergredi sensum, nec discutere veritatem propter naturam vitiatam ex mala consuetudine & inclinatione.

Cuius formæ ac dispositionis debeat esse regio, ac ciuitas.

Quantum ad ſm, ſ. qualis figuræ ac dispositionis debeat esse ipsa regio, aduerte, vt dicit Ari. ꝙ in hoc credendum est peritis & expertis in re militari asserentibus talē esse oportere, ꝙ ab hostibus non de facili inuadi possit: ciuibus autē sit facilis exitus in aliena. nam si esset hostibus facilis aditꝰ, cito destrueretur: & si ciuibus esset difficilis exitus non possent propulsare aduersarios suos. Hæc autem dispositio inerit regioni per respectum ad mōtes, vel loca prærupta, vel flumina. Insuper oportet multitudinem habitantium in ciuitate esse prouidam ac bene conspicacem, ita ꝙ quælibet pars cuilibet parti cum opus fuerit possit auxiliari. nam sicut animal est quid ex partibus diuersis compositū, & operatio vnius partis ad bonum alterius ordinatur & econuerso, puta oculus dirigit pedem, & per oculū portat, sic & ciuitas est ex partibꝰ suis composita, quarū operationes sunt ad mutuum bonum ordinabiles: saltem ſm ꝙ sunt partes ciuitatis. similiter oportet regionem sic esse compositā ex diuersis partibus, ꝙ quælibet pars ciuitatis possit alteri auxiliari quantum ad defensionem ab hostibus, & ad vitæ necessaria ministranda: hoc autem habebit, vt dictum est ex cōuenienti situ & figura.

Situs ciuitatis quis debeat esse.

Quantum ad tertium, ſ. in quo situ ædificanda sit optima ciuitas per respectum ad aridam, & mare, aduerte ex intentione Ari. ꝙ expedit eam in tali situ cōstruere ꝙ & terræ & mari adiaceat. Oportet em̄ vt dictum est ciuitatem de facili esse auxiliabilem, & subsidium habere cōtra hostes: quod vtique habere poterit si terræ & mari adiaceat, quoniam ex vtroque subsidia recipere poterit. Præterea, si ciuitas alimēta sufficientia ex propria regione habere non posset, oportet ex alia deferre: facilius autem deferrentur si communis fuerit ſm situm terrę & mari. Prętereà, si ligna & lapides ad ædificia necessaria ciuitati nō inueniātur in regione ꝓpria expedit ꝙ de facili ad eam deferri possint. Hoc aūt erit si terrę & mari adiaceat. Talis ergo situs expedit pro ædificanda optima ciuitate.

Nam expediat ciuitatem mari esse vicinā.

Sed aduerte, ꝙ de propinquitate ciuitatis ad mare, vtrū expediat, vel non, sunt cōtrarię plurimorū sentētiæ. Arguūt enim aliqui ꝙ non expediat: qm̄ si ciuitas est proxima mari, contingit aduenas quā plures aduenire æducatos sub aliis legibus, & assuetos aliis moribus: quod nō expedit ciuitati, nam distrahunt ciues ab obseruātia propriarum legum, & consuetudinum patriæ, dum simul conuiuunt: qm̄ conuictꝰ mores format: hoc autem non expedit ciuitati, qm̄ vt docuimus in libro quinto, est corruptiuum reipub.

Preterea in ciuitate propinqua mari necesse est congregari multitudinem mercatorum. Propter opportunitatem enim maris ciues emittunt ea, quibus superabundant: & recipiunt

cipiunt ab extra ea,quibus indigent.Id autem fieri non poteſt niſi multitudo mercatorum aduenientium recipiatur: ſed huiuſmodi viri nocent ac contrariantur bonæ guberna tioni.Lex enim ipſorum facit diuitias pretioſiores virtute, quo nil peius in recta repub. nam vbi diuitiæ ſupra virtutẽ extimantur,impoſsibile eſt conſeruari optimam remp. non ergo expedit ciuitatem eſſe mari propinquam.

Alij vero arguunt ꝙ expediat,eo quòd maiorem neceſſariorum ad vitam abundantiam obtinebit: quoniam mari adducũtur, & ſecurior erit contra hoſtes:quoniam mari & terra auxilium recipere poterit,&c.

Et quoniam tenentes partem affirmatiuam rationabilius loquuntur,ideo Ariſtote.declinat ad eorum ſententiam,ſen tiens eſſe melius abſolutè quòd ſit proxima mari.

Verum quia inconuenientia adducta ab his q tenẽt partẽ negatiuam,videntur aliquam habere apparentiam, ideo Ari.adiuenit documẽta, quibus ſeruatis facile eſt ea vitare.

Vt igitur vitentur prædicta inconuenientia,quæ licet vi deantur duo,ſ.quòd ciues erunt diſtracti ab obſeruantia patriarum legum,& quòd multitudo mercatorum eſt periculoſa reip. tamen tendunt in vnum, ſ.inquantum diſtrahunt ciues ab ordine ciuili,ideo Ariſt.duplici documento docet vtrunque ſimul vitare.

Ciuitatem mari propinquam expedit pro ſe tã tum mercaturam exercere.

Primum eſt,ꝙ optima ciuitas, quam intendimus ædificãdam,& quam expedit eſſe propinquam mari,ſit ſibiipſi tantum mercatiua,id eſt exerceat mercaturam pro quanto ſufficit ciuibus pro habendis neceſſariis vitæ, quæ in regione non producuntur,vel non ad ſufficientiam vitæ totius ciuitatis, & non quærat mercaturam ad beneficium principaliter aliarum ciuitatum & regionum. Qui enim exhibent ſe negociatiuos ad omnes,quaſi habentes forum omniũ in ꝓpria ciuitate,id faciunt cupiditate queſtus,& propter diuitias cumulandas,nimis pretioſas extimantes diuitias & ſupra virtutem,& hi tales nocent reip. & ſic ciuitati optimæ, cui ſufficit moderata abundantia diuitiarum, & quę virtutem diuitiis pręponit,non erit neceſſe tantam aduenarũ & negotiatorum multitudinem recipere, quæ ciues diſtrahat ab obſeruantia legum patriæ, aut reipubli.noceat:ſed quãta ſufficit pro vitæ neceſſariis habendis.

Secundum eſt,poſito ꝙ ingens aduenarum & negotiatorum multitudo aduenireț,ſeruandum eſt id quod in multis regionibus ac ciuitatibus adiacentibus mari, ſeruari videmus.In illis nanque municipium ciuitatis diſtantiam quandã habet à mari,ita quòd ſtationes & portus, in quibus recipiuntur negociatores,ſunt aptè diſpoſitæ, inter ciuitatẽ & mare,vt neq; intra vrbẽ ſint,nec multũ diſtantes. Conſimili modo agendũ eſt in optima ciuitate ædificanda, de qua intendimus.Clarum eſt enim, quòd ſi ſtationes & portus ita ſe habuerint,mareq; ciuitati debite propinquũ fuerit,& ex tali propinquitate aliquod bonum contingere potuerit, illud inerit ciuitati ſic ſituatæ. Si autem q̃d nociuũ euenire poſſet,illud cauẽdum eſt cõdendo leges determinãtes quos oportet aut non oportet recipere,& adinuicem miſceri.

Nec remotã nec valde ꝓpinquã mari oportet eſſe ciuitatẽ, ſed medio modo ſituatam.

Ex quibus omnibus conſtat ꝙ ciuitatem eſſe omnino cõtiguam mari non expedit propter nocumenta quę recitat Ariſt.& etiam quoniam magis ægrotatiua eſſet:nec expedit eam eſſe valde remotam,quoniam vt diximus multa recipit commoda ex mari. Medio igitur modo expedit eam ſituari vt commoda recipiat,& nociua vitare poſsit.

Quantum ad quartum aduerte, vt dicit Ariſt. ꝙ clarum eſt expedire ciuitati propinquæ mari,habere potentiam naualem ordinatam ad bellum maritimum, ſicut expedit eam habere potentiam terreſtrem ordinatam ad bellum in terram.Nõ ſolum enim ſibiipſis ciuibus,ſed etiam finitimis ac vicinis ſuis oportet auxiliari poſſe, ſed etiã eſſe terrori inſurgentibus hoſtibus terra & mari. Magnitudo autem & multitudo talis potentię, quanta ſcilicet expediat ciuitati accommodanda eſt ad mores ciuitatis:nam,ſi ea ſit ciuitas, quæ magnam præſtantiam & autoritatem habere conſueuerit,neceſſe erit hanc potentiam rebus & honorabilitati ciuitatis eſſe commenſuratam.

Naualẽ burbam non expedit partẽ eſſe ciuitatis.

Cauendũ tamen ne turba naualis ſit pars ciuitatis.Oportet eñ eos,qui pars ciuitatis eſſe debent,nõ eſſe iniuriioſos, ſed paratos parere & ſubiici cũ expediẽs fuerit,& ordinabiles ad virtutẽ.Sed naualis turba iniurioſa eſt,& nõ vult ſubiici & deficit ratione,vt in pluribus videmus:ergo nõ expedit eã eſſe partẽ ciuitatis.Eſt tamen neceſſaria,ciuitati,ſicut & multitudo ſeruorum & agricolarũ vt habeat multitudinem nautarũ.Sic enim videmus in ciuitatibus bene diſpoſitis,& præcipuè apud Heracleotas,qui licet vrbem habeant magis exiguam quàm cæteri, tamen multas implent triremes:de regione igitur ſic determinatum ſit.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS
in librum ſeptimum Politicorum,vnico complexus capite.

CAPVT VNICVM.

¶De naturali diſpoſitione principantium.

IN quarto tractatu inueſtigandũ eſt qualis debeat eſſe natura,ac diſpoſitio eorum,qui dñari habent in optima ciuitate,in qua inſtituẽda eſt optima politia:nam cum principãtes ſe habeant ad ciues,vt caput ad membra,ab eis pendet totũ bonum & malum ciuitatis.Pro notitia igitur ꝓpoſiti agenda ſunt tria.Primò declarabitur,qũo homines diuerſas regiones inhabitantes cõtrahunt diuerſas diſpoſitiones & qualitates ſm corpus & animam.Secundò declarabit quales diſpoſitiones cõueniant his, qui ciuitatẽ optimã recturi ſunt. Tertiò ſoluetur dubium,quod orietur ex dictis.

Geniti in regione frigida fortes & audaces ſunt & parũ prudentes.

Quantum ad primum aduerte,vt dicit Ari.ꝙ gẽtes inhabitantes regionem frigidam,qualis eſt Europa pro ea parte qua declinat ad Aquilonem,animoſi quidem ſunt & robuſti corpore,ſed ingenij & ſapientiæ & prudentiæ parum habẽt.Tales ſunt Scythę,& Sauromatę,& quos vocamus Tartaros,& rõ quidem eius eſt, qm̃ ſm diuerſitatem ſpirituum in groſsitie & ſubtilitate,& alijs hmõi diuerſimodè diſponitur intellectus ad intelligendum dum per phantaſma ea intelligit:vnde qui habent ſpiritus claros & ſubtiles bñ repræſentatiuos formarum ſenſibiliũ,ſunt bene nati ad intelligendũ,ſuntque ingenioſi & natura prudentes. Qui autem habent ſpiritus groſſos & turbidos, parũ ſunt intellectiui, multitudo etiam ſpirituum & ſanguinis ex conſequenti cali ditatis:qm̃ ſanguis eſt calidus ſpirituoſus,ſicut & vinum,facit homines robuſtos & animoſos:qm̃ calidum maximè actiuum eſt inter qualitates primas,vt declaratur ex igne & Sole,propter ea fœminæ ſunt naturaliter timidę,& ſenes: qm̃ deficiunt in calido.Qui igitur habitant regionem frigidam vt aquilonarem, ꝓpter frigiditatem extrinſecam porros cõſtringentem,habent calidum interius fortificatum, ex quo fiunt fortis digeſtionis & indigent multo cibo.Spiritus aũt multos habent propter multitudinem cibi, & propter paruam exhalationem,quam ꝓhibet frigidum extrinſecũ. Hac de cauſa ex multitudine caloris robuſti & animoſi ſunt,ſed ex groſsitie & tenebroſitate ſpirituũ minus intellectiui & ingenioſi.

Incolentes Aſiam ac regionem calidam minus fortes ſunt, ſed ingenio praualent.

Quę autem gentes Aſiam incolunt regionem ſ.calidam, eo ꝙ ad meridiem declinat,quæ eſt via ſolis verſus antarcti cum ingenio & prudentia valent,ſed in robore & animoſitate deficiunt,cuius ratio eſt,qm̃ caliditas regionis porros aperit, quibus apertis exhalat humidum trahens ſecum calidum intrinſecum, ex conſequenti ſunt pauci ſanguinis & ſpiritus & caloris,ex quibus omnibus efficiunt debiles corpore,pauci cibi,& remiſſæ digeſtionis,& animo timidi, verum,quia ſpiritus habent claros & ſubtiles,ſunt naturaliter ingenioſi & ſapientes,cuius ſignum eſt, ꝙ artes & ſcientiæ ſpeculatiuæ & præcipuè Mathematicæ ortum habuerũt ab Aegyptijs & in Arabia,quæ ſunt regiones ad Auſtrũ calidę.

Qui autem regionem mediam & temperatam inhabitãt, medio modo ſunt robuſti & ingenioſi.

Aquilonares nemini ſunt ſubiecti ſed liberi.

Et qm̃ aquilonares robuſti ſunt corpore & animoſi,libere viuunt in regionibus ꝓprijs nemini ſubiecti.Audent eñ & poſſunt repellere inſurgentes,ac tentantes eos ſubiugare verum quia deficiũt intellectu & prudentia neſciũt ſeipſos bene ac ciuiliter regere,nec vicinis bene principari.

Meridionales verò,qm̃ non ſunt animoſi,nec robuſti corpore ex cauſis dictis, licet ſint ingenioſi, non audent, nec poſſunt repugnare debellantibus,ideo perſeuerantes, obedientes & ſeruientes dominantibus, niſi fortes quandoque prędualeant ingenio & aſtutia & dolo,quibus vias inueniant excutiendi iugum ſeruitutis.

Graci curtò buſti corpore & ingenioſi.

Et quoniũm Gręcorum genus,vt dicit Ariſtote.medium locum tenet.Eſt enim Græcia media inter Europam & Aſiã ex conſequenti temperata inter calidum & frigidum, ideo vtranque diſpoſitionẽ participat.Sunt eñ Græci robuſti & animo

sint ac liberi in suis regionibus viuant.

animosi,sed minus quàm aquilonares, & vigãtes intellectu ac sapientia,sed minus quàm meridionales.In tota etiã græcia cõparando gentẽ vnã,puta Lacedęmones, ad aliam puta Athenienses,inuenitur differẽtia consimilis, qualis est inter habitantes Europã & Asiam.nã in aliqua eius parte habitantes videntur tenere naturam & dispositionẽ, qualẽ habent habitantes in Europa,verbi gratia illa pars græcię,quę magis declinat ad Aquilonem continet habitantes robustiores & animosiores,sed minus,intellectiuos.Pars autem magis declinans ad meridem se habet oppositio modo.

Et quoniam græci sunt conuenienter robusti & animosi & intellectu vigentes, ideo liberi viuũt in regione sua, qm̃ audent & possunt resistere impugnantibus, & qm̃ intellectu ac prudentia vigẽt, ideo reip.disciplinam optimè recipiũt inter se,& aliis bene principari possunt.Patet igit,quo modo in toto orbe habitantes ex diuersa dispositione regionum,diuersas cõtrahunt corporis & animi dispositiões.

Ingenio magis, quàm corporis robore sunt homines apti ad principatum.

Quantum ad secundũ aduerte, ꝙ oportet eos,q̃ recturi ac principaturi sunt, esse bene intellectiuos & vigorẽ animi in se veraciter habere,ita ꝙ sint excitati intellectu ac ratione:& natura prudentes & animosi, magis q̃ robusti. Ingenium enim vires superat, & animositas virtutẽ ac potentiã subministrat. Et id patet ex dictis: nã ideo septentrionales non habent inter se optimam remp. nec bene principantur aliis quia licet animosi & robusti, nõ vigent ratione, nec prudentia.Meridionales aũt licet vigeant ratione & sapiẽtia,tamen nec liberi viuunt,sed subiecti,nec principãtur aliis:quoniam nec robusti,nec animosi sunt. Qui autẽ ingeniosi sunt & animosi,vt græci,sunt natura dispositi ad bene regendũ,& in ciuitate propria & in alia.Constat ergo,ꝙ oportet intelligentiam & animi vigorem illis existere, q̃ futuri sunt idonei ad principandum.

Et quidem ꝙ oporteat principantes esse intellectiuos & excitatæ rationis ac prudẽtiæ.Patet ex his, quæ diximus in libro primo,quòd vigentes intellectu sunt natura domini, & in libro sexto Ethicorum docuimus prudẽtiam esse virtutem regitiuam,quoniam per ipsam bene cõsulimus,& iudicamus & imperamus.Imperare autem propriè ad principantem spectat.

Animi vigor quomodo conueniat principãtibus.

Quod autem necesse sit animosos esse,declarat Ari.quodam cõmuni dicto.Dicunt enim de custodibus,id est gubernatoribus ciuitatũ,ꝙ oportet eos esse beneuolos erga notos & familiares: & infestos ac duros erga ignotos. Cuius quidẽ dicti prima pars est vera,secunda est falsa.Et ꝙ prima sit vera,patet ex hoc vt dicit Ari.ꝙ vigor animi est qui bene volentiam facit:nam potentia per quã amamus & beneuoli sumus est potentia animæ.Est enim voluntas, qm̃ amare est velle bonum:& confirmatur,quoniam magis irritatur animus contra ignotos & familiares si se contemptum pateat, quã contra ignotos. Quapropter Archilocus rectè cũ amicos incusaret,ad animũ loquit dicens.Non tu quidẽ ab amicis lanceis trãsfixus es. Patet igitur ꝙ animus est quo amamus,sed & animus est quo principamur & libertatem seruamus:quoniam dominus & inuictus est animus ergo principantibus & custodibus sicut competit beneuolentia erga notos:sic & vigor animi,qui animositas dicitur.

Quod autẽ secũda pars illius dicti sit falsa declarat Ari. ex eo ꝙ aduersus neminẽ decet esse durum & infestum.nam neque sunt magnanimi qui ex natura infesti sunt, nisi cõtra sibi iniuriantes.cuius signum est:ꝙ magnanimi non sunt duri,neq; infesti nisi contra familiares & notos,quando se putant ab eis offensos. Quod q̃dẽ nõ sine ratione est.nã à quibus deberi sibi beneficiũ expectant, ab eisdem nõ solũ priuari beneficio,sed lædi se putant:ideo nõ immerito contra notos & familiares vtpote iniuriati se duros & infestos ostendunt.Hinc prouerbio dicitur fratrum cõtẽtiones & irę acerbissimę sunt,& qui nimiũ amant,nimiũ oderunt. Patet ergo quomodo secunda pars illius dicti: non est vera simpliciter,sed tantum causa receptæ iniuriæ.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ non videtur verum ꝙ græci naturaliter viuant liberi,& ꝙ sint apti dominari aliis magis q̃ seruire.nam cum naturalia semper aut in pluribus eodem modo se habeant,si græci sunt ex natura apti dominari aliis,& nõ qui Europam septentrionalẽ, nec qui Asiam inhabitant,ergo græci semper vel vt in pluribus dominarẽtur aliis,& non alij græcis. Sed huius cõtrarium ad sensum videmus.Nam & Persæ & Chaldæi,& Romani multo tẽpore dominati sunt Græcis:& nunc tota Gręcia misere seruit turcarum principi. ergo dictum Arist.nullã habet veritatis apparentiam.

Ad hoc rñdetur ꝙ naturalis aptitudo dominandi: alijs non solum ab vna,sed à pluribus causis ,puenire potest, ex quibus Ari.tantum vnam tetigit.

Prima & communis est propinquatio vel remotio solis, qui maximè hæc inferiora mouet ad diuersas regiones, fm quam inhabitantes fiunt naturaliter calidi, aut frigidi, aut temperati:& inclinantur ad ea ad quæ primę qualitates inclinant.

Secunda & particularis est dispositio cælestis,quæ attenditur penes figuram stellarum erraticarum,& aspectum ad seinuicem,& ad stellas fixas:& in ordine ad ea,quę fiunt in hoc mundo inferiori:& huiusmodi aspectus siue figura cõtinuè est alia & alia aliquo mõ:licet sensibiliter nõappareat & non solum in cęlo est alia & alia,sed ét respectu alterius & alterius regionis,ita ꝙ si respectu huius regionis sit nũc talis vel talis figura & aspectus cælestis,tempore præterito vel futuro fuit & erit alia,ex quo sequitur,ꝙ si aliqua dispositio insit alicui ciuitati vel regioni ex figura cęlesti durãte tali figura, durabit:& mutata figura,mutabitur.

Tertia est ex dispositione partium regionis per respectũ ad montes,ad mare,ad loca paludosa,vel munda.Virtus em̃ cælestis non recipitur in contentis particularibus,vt in mineralibus & plãtis & animalibus,& hominibus,nisi mediãte proximo continente,quod est aër,aut aqua:& fm hoc potest contingere,ꝙ licet ciuitas vel regio sit naturaliter frigida,& inclinetur ad ea,ad quæ disponit frigidum,iuxta primã cãm : & ad quæ disponit aspectus & figura cælestis nũc existens iuxta secundam causam:tamen ex dispositione regionis,quam habet ad montes,vel mare,vel alio modo,continget eam esse calidam,aut frigidam excellenter,aut temperatam:ex quo sequitur ꝙ licet existentes in aliqua regione,non sint ex prima,nec secũda causa naturaliter bene gubernatiui,tamen ex speciali dispositione regionis id potest eis competere.

Quarta est ex electione, qua intenditur studio sapientiæ & exercitio virtutum moralium.nam cum virtus cęlestis sit materialis,& intellectus immaterialis,nõ agit in intellectũ per se,sed tantum per accidens,inquantũ dependet ex sensu:& ideo nec intellectus,nec voluntas necessitãtur in ope re suo à virtute cælesti,vnde contingere põt,ꝙ aliqui, quãuis ex virtute cęlesti, nec ex naturali dispositione apti sint ad bene principandum,nec ad operationes habituum intellectualium,nec moralium,si tñ eligunt & firmiter statuunt intendere studio sapientiæ & exercitio virtutum moralium contingeт eos esse bene intellectiuos & probatissimos reipub.gubernatores tam in propria,quam in alia regione, & econtrario,si qui ex virtute cęlesti & dispositione regionis iuxta primam & secundam & tertiam causam sint naturaliter dispositi ad bene principandum,& tamen vacent ocio, quo ad studium intellectualium,& moralium:& exerceant se in operibus malis vt in concupiscentijs , & immoderata cumulatione diuitiarum,efficientur insipientes, male principantes:& tandem aliorum serui.

Græci qui olim dominabantur alijs, modo ferè oĩbus subiecti sunt.

Ex his dicitur primo ad dubium,ꝙ quantum sit de naturali inclinatione gręcorum iuxta primã causam, eo ꝙ sunt in regione temperata apti sunt ad animositatem & bonitatem intellectus:ex consequenti ad bene principandum magis quàm septentrionales & Asiani:& iuxta hãc cãm præcise loquitur Arist.verum quia aspectus & figura illa cælestis, qua existente apti erant ad principandum alijs, iam mutata est,& forte eis tempore Chaldęorum ac Romanorũ dominabatur opposita figura,ideo non inconuenit ꝙ seruiant illis quibus prius dominabantur.Præterea licet regionem aquilonarem aut asiaticam inhabitantes nõ sint dispositi ex figura cælesti ad bene principandum,tñ ex speciali dispositione regionis, quoniam forte est in montibus,aut ad mare, &c. id potest eis conuenire.

Præterea posito quòd græci omnibus causis supra dictis essent apti ad principandum alijs regionibus,non inconuenit quòd nunc defecerint,& se ineptos ex propria electione fecerint,quoniam sicut & Romani tenẽtes monarchiam quietam,dederunt se ocio & voluptatibus & auaritiæ: & quoniam reliquerunt sapientię studium,ac exercitium bonorũ morũ effecti sunt minus intellectiui,minusq̃ prudẽtes,non exercitati in rebus ciuilibus, ac bellicis , vt patres eorum,ex consequenti cessarunt bene principari inter se,& externis regionibus.Ideo qui subiecti erant eis rebellarunt & veluti impotentes ac imprudentes effecti,rebellantes cõprimere non valuerunt, & sic qui prius seruiebant dominati sunt eis, & putatur quòd hæc fuerit potissima causa

euersionis

euersionis regni Græcorum & Romanorum. Patet igitur, qũo dictum Arist. verificari põt pro prima causa, de qua solum mẽtionẽ fecimus, & tñ quòd nunc sit oppositum ex aliis causis vt declarauim⁹. De his igitur q in optima politia dominaturi sunt, quales ex natura esse oporteat dictũ sit.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS
in septimum librum Politicorum, vnico complexus capite.

CAPVT VNICVM.

¶ De partibus ciuitatis, quæ debent in politia participare, non enim omnes habitantes sunt pars ciuitatis.

IN quinto tractatu prẽcõsiderandũ est quæ debeant esse partes ciuitatis, in qua optima politia instituẽda est, & hic quinque agenda sunt. Primò declarandũ est, ꝙ multa de necessitate sunt in ciuitate & sine quibus ciuitas nó cõsisteret, & tñ non sunt partes ꝑ se ciuitatis, &c. Scd'ò declarãdum est quot sint necessaria ad consistentiam ciuitatis. Tertiò declarandum est quot ex his nõ sunt partes ciuitatis, & quot ex his sunt. Quartò declarandum est quibus cõmittẽda sunt ea, quæ sunt præcipua in ciuitate, vt bellum, consiliũ, & sacerdotium, & quorum debeant esse possessiões ciuitatis. Quinto declarandũ est, ꝙ quæ nunc dicimus obseruanda in ciuitate, fuerunt etiam ab antiquis inuenta.

Non omn⁹ ac omnia existentia in ciuitate sunt pars ciuitatis.

Quantum ad primũ aduerte, vt dicit Arist. ꝙ sicut in entibus naturalibus multa sunt quæ non sunt partes, sed poti⁹ vt organa deseruiẽtia ad aliquam vtilitatẽ, sicut in animali sunt cornua & vngues & dẽtes & pili, sic & in ciuitate, quę ratione humana instituitur, multi sunt inhabitantes necessarij ad ad commoditatem ciuium, vt declarabimus, quos tñ nõ expedit esse de corpore ciuitatis, nec participare ĩ republi. Præterea, ea, quorũ vnũ est gr̃a alterius, non sunt partes vni⁹, sed poti⁹ possessio ei⁹, sed multa sunt ĩ ciuitate, quorũ vnũ est gr̃a alterius, sicut iumenta, & serui', qui sunt possessio ciuiũ: ergo ꝓstat, ꝙ multa sunt necessaria ciuitati, quę nõ sunt eius partes: nã ciuitas est cõitas ex pluribus & similibus cõposita gratia per se sufficientis & optimæ vitæ. In optima autẽ vita, quæ est fm virtutẽ, non oẽs habitãtes in ea, sunt apti participare, vt declarabimus infra: ergo, &c.

Sex hominum genera necessaria sunt ciuitati.

Quantum ad fm aduerte, ꝙ sex hominum genera necessaria sunt ciuitati: nam cum ciuitas sit multitudo non quæcunque, sed quæ sibi ad vitã sufficiens sit, vt docuimus in libro primo, si aliquod eorum deficiat, impossibile est simpliciter per se esse sufficientem talem multitudinẽ in vnũ congregatã. Sunt autẽ hæc genera, agricolæ, artifices, sub quibus comprehendũtur mercatores, pugnatores, diuites, iudices, sub quibus cõprehenduntur cõsultores, sacerdotes, & quidem ꝙ singula hæc hominum genera, necessaria sint ad consistentiam ciuitatis sic declaratur.

Tot sunt necessaria hominũ genera ciuitati, quot & operationes. Vnumquodque em̃ eorũ, quæ sunt à natura, vel ab arte, determinatur sua ꝓpria operatione, qm̃ propter illam quæritur: vñ dicitur in secundo de Cœlo ꝙ qui aufert propriam operationem, aufert & naturã rei: sed sex operatiões quarum singulæ singulis dictorũ generum conueniunt, sunt necessariæ in ciuitate.

Agricolæ sunt necessarij.

Primo necessaria est operatio agriculturę, qua prępараtur alimentũ: sine quo ciues seruari in vita nõ possunt. Huic deputantur agricolæ.

Secundo necessaria est operatio diuersarum artium, quibus parantur ea: quibus indigent ciues, vt vestes & domus & vtensilia domus. Huic deputantur artifices.

Tertio necessaria est defensio ciuita is ꝺ hostes: & impugnatio. Huic deputantur pugnatores, qui exercent arma.

Quarto necessaria est facultas quædam habendarũ pecuniarum, ad proprias indigentias & ad bellum. Huic deputãtur diuites & opulenti. nam si oẽs essent egeni, nec ciuitas sibi sufficeret, nec defensari posset.

Quinto necessaria est omnino recta deliberatio de cõsẽrentibus & nociuis, fiatq́ue de eis iustum iudicium, quæ veniunt in disceptatione, & pro iustitia contrahentium. Huic deputantur iudices & consultores.

Sexto necessarius est, vt præcipuus & principalis diuin⁹ cultus: quo honoratur, supplicatur, sacrificatur Deo. Huic deputantur sacerdotes, vel sacrifici. Cum igitur omnes ꝑdictæ operationes necessariæ sint ciuitati, vt bene ac felicit er viuat: oportet etiã in ea esse sex prædicta hominũ genera: quorum singulum suæ propriæ operationi intendat.

Quantum ad tertiũ aduerte, vt scias quæ ex prædictis generibus, debeant esse partes ciuitatis, & quæ nõ, ꝙ ratio partis sumenda est ex ratione totius, cum sit nõ gratia sui, sed gratia totius, & ratio totius sumẽda est ex fine, ad quẽ ordinatur. In ꝓposito igitur: ratio partiũ ciuitatis sumẽda est ex ratione reipub. & ratio reipub. sumẽda est ex felicitate, & optima vita, ad quam ordinatur, vt ad vltimum finẽ, sicut declarauimus in primo tract. huius libri septimi. felicitas autẽ sine virtute esse nõ potest. qm̃ vt docuim⁹ in primo & in decimo Ethicorũ est operatio secũdũ perfectam virtutem. Oportet ergo rationẽ partium ciuitatis optimę determinare ꝑ virtutẽ, ita ꝙ ex prædictis generibus illi homines tantũ sunt partes ciuitatis, qui possunt esse ciues: & illi tantum possunt esse ciues in optima ciuitate quæ regenda est optima politia, quoniam de hac solum intẽdimus in hoc libro septimo ꝙ possunt esse simpliciter boni. Boni autem simpliciter sunt, ꝙ operantur ad felicitatem cõsequendã, de qua locuti sumus supra, & ꝙ habere possunt vitam ordinatam ad felicitatem: hæc autẽ est vita virtuosa secundum virtutes morales & intellectuales, & præcipuè secundum sapientiam & prudentiam.

Nec artifices, nec mercatores sunt pars ciuitatis optimæ.

Ex his igitur ponuntur duę conclusiones: quarũ prima est, ꝙ nec artifices nec mercatores, nec agricolæ ponendi sunt partes optimæ ciuitatis. nã nõ oportet eos esse ciues ergo nec partes ciuitatis, consequentia nota. Antecedens ꝓbatur quo ad artifices & mercatores: qm̃ eorum vita est vilis, & non dirigit ad felicitatẽ: nec ordinatur ad virtutẽ, præcipuè ad sapientiam & prudentiam, imò videtur aduersa virtuti, qm̃ lucro simpliciter intẽdunt, nec in alio studẽt. Quo ad agricolas ꝓbatur: qm̃ ciuibus necessaria est vacatio ab operibus vilibus, & intẽdere studio sapientiæ aliquãdo, & operationibus liberalib⁹ ad acquirendũ virtutes morales, & actionibus ciuilibus, vt apti sint ꝓ repub regenda. Tale autem ocium nõ possunt agricultores habere, vtpote assiduè occupati in cultura terræ & laboribus extrinsecis. Patet igitur ꝙ in politia optimè ordinata, nec artifices, nec mercatores, nec agricolæ, debent esse partes ciuitatis. Sec⁹ est in politia populari, de qua supra in libro sexto, determinatum est. Sed illa est minus recta.

Milites, consultores, iudices, diuites ac sacerdotes ciues sunt & pars ciuitatis.

Secunda est bellatores, & cõsultores, & iudices & diuites & sacerdotes, ponendi sunt partes ꝑ se optimæ ciuitatis. nã omnes isti apti sunt ad felicitatem, & virtutes morales, ac intellectuales: ergo oportet eos esse ciues: ex consequẽti partes ciuitatis. & antecedẽs quo ad singulas partes manifestatur. nã bellatores oportet habere fortitudinẽ animi: & nõ solũ robur corporis, vt sint aggressiui terribiliũ, sed nõ absolute: verũ vt oportet & quando & gratia boni: ideo oportet esse prudẽtes & ingeniosos: & aliqualiter alias morales virtutes habere. vnde dixit Arist. ꝙ vita vere militaris, multas habet virtutis partes. ergo merito ponẽdi sunt pars optimę ciuitatis. De cõsultorib⁹ autẽ & iudicibus adhuc magis cõstat: nã, vt docuim⁹ in libro sexto Ethicorũ, homines sunt boni cõsultores, ac iudices ꝑ prudentiã. Prudentiã autẽ cõcomitantur aliæ morales virtutes, præcipuè iustitia, vt docuimus in eodẽ lib. sexto ethicorũ, vbi ꝓbauimus necessariã cõnexionẽ virtutũ: ergo apti sunt ad virtuosam vitam: ex cõsequenti ad felicitatẽ cõsequendam, ergo merito sunt ciues, & partes ciuitatis. De diuitibus constat ex eo ꝙ apti sunt esse ciues, nã vt dicemus possessiones ꝓpriè nõ cõueniunt agricolis, neque artificibus, sed ciuibus: si ergo diuites q. possessiones habent debent esse ciues, ex cõsequenti debent esse pars ciuitatis. De sacerdotibus adhuc magis clarum est. nã sacerdotẽ oportet ab actionibus exterioribus vacare & omnibus exemplum virtutis exhibere, & diuinorum contẽplationi intendere, vt dicem⁹: ergo merito sunt ciues & pars ciuitatis. Patet igit q. ex ꝑdictis generib⁹ sint partes ciuitatis, & quæ nõ, & quã ob causam.

Quantũ ad quartũ aduerte ex intentione Arist. ꝙ nõ est necesse in ciuitate optima tribuere aliis & aliis negocium bellicũ: & cõsilium, & iudicium, & sacerdotium. Potest em̃ idẽ homo puta Sortes, omnia prędicta exercere, sed nõ pro eadẽ ętate. nã negociũ bellicũ cõuenit iuuẽtuti, eo, ꝙ virib. corporis viget, & potẽs est ad ferendũ labores & ęstũ & frigiditatẽ & famẽ, &c. qb⁹ oportet milites assuefieri. Cõsiliũ autẽ & iudiciũ cõuenit ætati ꝓuectę, eò ꝙ sapientia &

prudentia & iuſtitia,quę in conſultando & iudicando maximè neceſſariæ ſunt,vigent in ſenectute,vñ dicit Ari. ꝙ iuuenibus vires inſunt,ſenibus aũt prudentia.Sacerdotiũ vero illis cõmittendum eſt,quibus danda eſt requies à laboribus bellicis:& conſultandi & iudicandi.nam poſtquam ꝑ tempore in his laborauerũt,& iã defeſſi ſunt,videntur idonei,quibus cura ſacrorũ demandetur,& vt id tibi manifeſtius ſit aduerte vt dicit Ari.ꝙ neque agricola, neque artifex,neque quiſquam vilium exercitiorum deputãdus eſt ſacerdos.Sacerdos enim ad cultum diuinum celebrãdum, & honorem Deo exhibendũ inſtituitur.Sed congruũ ac decẽs eſt cultum ac honorem Deo exhiberi per excellẽtiores, ac meliores ciues.Omnia nanq; excellentiora Deo exhibenda ſunt propter eius infinitam excellẽtiam, ac bonitaté à qua eſt omnis bonitas.Cum igitur agricolæ & artifices nõ ſint ciues,vt probatũ eſt, non eſt eis ſacerdotium cõmittẽdum, ſed ciuibus:verum quia,vt diximus, ciues in duas partes diſtincti ſunt,ſcilicet in bellatores,& in conſultores ac iudices:& qm̃ aliqñ contingit aliquos eorũ abdicatos eſſe propter intolerantiã laboris,& qm̃ ſunt emeriti propter laudatum exercitium præteritum in bellando, ſiue in conſultando & iudicando:ideo congruũ eſt ipſos requieſcere,& vacare ſpeculatiuis: cum motus paſſionum ſenſibilium vt in pluribus ſint in eis ſedati:& qm̃ eis qui intendunt cultui ac diuino honori,conuenit requieſcere à laboribus corporis, & vacare ſpeculationi diuinorũ, ideo tales emeritos ciues dignũ eſt ſacerdotes deputare in ſanctificationẽ populi. & id quidẽ rationabiliſſimũ eſt,qm̃ ſicut natura id,quod eſt ꝑfectius,in tempore perfectionis ſuæ,ad opus perfectius ordinat,ſic & ars,quæ imitatur naturã.Sed homines in tẽpore iuuentutis perfecti ſunt in robore corporis, ſed imperfecti quo ad prudentiã ꝓp inexperientiã, & multos paſſionũ motus,ideo cõuenienter deputãtur negotio militari,& nõ conſultationi neque iudicio,Procedente auté ætate & aduenięte ſenectute,deficit robur:& ꝑficitur prudẽtia: ideo tũc remouẽtur à militia & deputãtur conſiliis & iudiciis. Procedente adhuc ætate,magis remittit calidũ,& mortificatis paſſionibus ac moderatis ꝓp longũ exercitiũ morale ferè ex toto deficit robur corporis, & maximè viget intellectus & tũc danda eſt requies à laborib⁹, nõ ſolũ bellicis, ſed ẽt ab his,quos ferre ſolent conſultãtes & iudices inter partes diſceptantes, & tũc huiuſmodi homines deputandi ſunt ſacerdotes,quos oportet vacare ab actionib⁹ exterioribus,& intendere ſpeculationi rerũ diuinarũ,in qua terminare debent vitã ſuam,qm̃ in ea vt docuimus in libro decimo Ethicorũ conſiſtat præcipua felicitas poſſibilis haberi pro hac vita.patet igitur, qũo ſacerdotium cõmittendum eſt ciuibus poſtquã exercitati fuerint in virtuoſa & laudabili militia,& in ciuilibus, maximè in publicis conſiliis & iudiciis,& iá peruenerint ad ſeniorem ætatem,quæ virtutibus ornata eſt naturaliter reuerenda.

Nullus agricola, neque artifex,neque quiſquã vilium exercitiorũ deputandus eſt ſacerdos.

Quinam digni ſint ſacerdotio.

Poſſeſſiones autem debẽtur ciuibus,nã hanc propriè deſenſare hñt ciuitaté,& pro ea facultatem exponere:& inté dere habent actionibus ciuilibus:ergo non conuenit eis laborioſe quærere ſibi victum,ſed ex propriis poſſeſſionibus accipere.Turbæ autem vrbanæ,& artificibus, & agricolis, cũ non ſint partes ciuitatis cõuenit ex labore & nõ ex poſſeſſionib⁹ quęrere ſibi victũ:imò in ciuitate optima oportet agricolas eſſe ſeruos aut barbaros,aut miniſtros aliũde venientes:& ſic non oportet eos poſſeſſiones proprias habere,ſed nutriri labore manuum ſuarum.

Nõ decet agricolas habere poſſeſſiones,ſed tãtum ciues.

Quot igitur ſint hominũ genera ciuitati optimæ neceſſaria,& quot ex illis ſint partes ciuitatis, & quibus præcipua officia committenda ſint,dictum eſt.

Quantum ad quintum aduerte,ꝙ vt dicit Ariſ.quę nunc diximus obſeruãda in optima ciuitate, ſ. ciuitatem diſtinguendam per genera,vt alij ſint bellatores,alij agricolæ,alij artifices, alij conſultores & iudices, alij ſacerdotes,nõ ſunt nuper inuenta.ſed ẽt ab antiquis inſtituta. nam in Aegypto & in Creta id obſeruatum eſt.In Aegypto quidẽ per legem cõditam à Seſoſtre. In Creta aũt Minos ſic inſtituit: & alia ciuilia credendum eſt eodẽ mõ inuẽta fuiſſe multoti es in longo tempore,imò infinities,ꝓpter mundi æternitatem,quam opinatus eſt Ari.nã quæ ſunt ad vſum vitæ neceſſaria,ipſa indigẽtia docuit,& illis primis neceſſariis inuentis,additamenta poſtmodum facta ſunt, ad expolitioré viuendi formam. Quod eodem mõ in inſtitutione rerumpublicarum accidiſſe credendum eſt nam quæ fuit ad conſiſtuendum abſolutè neceſſaria,prius inuenta eſſe creditur. Quæ autem ad optimè & virtuoſè conſiſtuendum ordinatur poſterius inuenta eſt,procedẽdo ab imperfecto ad perfectũ,ſicut & natura ꝓcedit. Non ſolum autem diſtinctio ciuitatis in genera eſt ab antiquis inuenta,ſed etiã cõſiſtuio rum communium inſtitutio.nam in Creta Minoë regnãte inſtituta fuere,ſed multo priꝰ in Italia. Tradunt enim ꝓiti homines fuiſſe Italum quendã nomine Oenotrię regem:à quo mutato nomine ꝓ Oenotris vocati ſunt Itali: orámq; illam maritimam Europæ,quæ eſt inter Scyllaticum & Lamedicum ſinum Italiæ nomẽ primo accepiſſe.Diſtant vero hæc loca abinuicem itinere mediæ diei.Hunc ergo Italum tradunt agriculturam docuiſſe Oenotrios: ꝙ priꝰ paſtores erant vagi,illiſque leges dediſſe,& conuiuia publica inſtituiſſe primũ:vnde & nũc quidã ex illis populis huiuſmodi conuiuiis vtũtur & legibus ab Italo datis. Opici autem ꝙ nunc Auſonij nominantnr incolebant eam Italiæ partem q̃ ad Thyreniam verſa eſt:Iapygiá auté & Ioniũ q̃ ſunt alia pars Italiæ vocata prius Syrtes,Chaones incolebant: ꝙ & ab Oenotriis genus duxerunt.Inuentio igitur cõſiſtuiorum hinc primum extitit:Diuiſio auté ciuitatis ꝑ genera apud Aegyptũ incœpit.Seſoſtris eñ multis tẽporibus ante fuit q̃ Minos in Creta regnaret:& quidẽ quòd cũcta prædicta non noua,ſed vetuſta ſint,ſignum eſt quòd Aegyptij,ꝙ anti quiſſimi fuerunt,leges habuerunt & ciuilem inſtitutionẽ. Quapropter vti debemus his,quæ ab antiquis inuẽta ſunt & recte tradita.Quæ autem deficiunt,reperire conandum, nobis eſt.

Italia origo.

Tractatus quinti finis.

TRACTATVS SEXTVS
in ſeptimum librum Politicorum, in quatuor capita partitus.

¶ De partitione regionis.

IN ſexto tractatu agendũ eſt de partitione regionis,qualis debeat fieri in ciuitate optima. nam partem oportet aſsignare ꝓ poſſeſsionibus,partem ꝓ ſitu ciuitatis,& in ciuitate partem pro habitationibus publicis,partem pro priuatis,parté ꝓ munitionibus & muris,partem pro ſacris ædibus,& extra ciuitaté parté pro habitationibus magiſtratuum ruſticalium,ꝓ tẽplis ædificãdis. Vt igitur omnia prædicta reſoluamus diuidemus hunc tractatũ in quatuor capita.In primo agendũ eſt de prima partitione regionis, quo ad poſſeſsiones,& quales debeant eſſe earũ cultores. In ſecundo agendũ eſt de ſitu ciuitatis,ſcilicet ad quã partem reſpectu orbis,poſitionem habere debeat.In tertio de diſpoſitione munitionum totiꝰ ciuitatis.In quarto de diſpoſitione priuatarum & publicarum habitationum tam in ciuitate quàm extra.

CAPVT I.
De regionis partitione quo ad poſſeſſiones,& de illarum cultoribus.

IN primo capite agendũ eſt de prima partitiõe regionis, quo ad poſſeſsiones: & ꝙ & quales debeant eſſe earum cultores:& hic tria agẽda ſunt.Primo declaranda ſunt tria ſupponenda:vnum quidem ex parte poſſeſsionum,ſecundũ ex parte conuiuiorum communium,tertiũ ex parte diuini cultus & ſacrificiorũ.Secundo ponenda eſt diuiſio regionis in poſſeſsiones. Tertio declarabimus quales debeant eſſe terræ cultores.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ ex parte poſſeſsionum ſupponendum eſt,nõ expedire eas eſſe communes quo ad ꝓprietates in ciuitate optima,licet oppoſitum ſenſerit Plato,vt ſibi Ariſ.imponit:& reprobauit in ſecũdo libro.Talis eñ communitas occaſio eſſet negligendi eas: quoniã cum homines naturaliter magis diligant commodũ proprium quàm commune,magis curant ſua, & relinquunt communia.Expedit ergo eas appropriatas eſſe ſingulis ciuiũ quo ad dominium & curam.Quantum autem ad vſum,fructuũ & fructuum,decens eſt eſſe communẽ per actum liberalitatis.nã in ciuitate optima ciues ſunt vt fratres & amici: fratrum vero & amicorũ eſt ſibi inuicẽ donare & contribuere de perceptis fructibus.Supponendũ eſt etiam quòd nõ decet in ciuitate optima,in qua virtus præponitur diuitiis,aliter non eſſet optima,aliquem ex ciuibus omnino egenum & inopem eſſe:quoniam ciuitas optima debet eſſe ſecundum ſe totam,& ſecundum omnem eius partem ꝓ ſe ſufficiens.Quilibet auté ciuis eſt pars ciuitatis, vt diximus ſupra.

Non expedit poſſeſſiones optimæ ciuitatis eſſe cõmunes.

Indecens eſt ciuem eſſe egenum.

ſupra. Vbi ergo videris ciuem mendicanté alimenta, argue eam non eſſe ciuitatem optimã, nec in ea inſtitui poſſe optimam politiam.

In optima politia ſunt inſtituenda communia ad communia ad conciliãdos ciuium animos.

Ex parte conuiuiorũ cõium ſupponẽdum eſt opportunum eſſe inſtitui & obſeruari in optima ciuitate propter vniuerſalem amicitiã & concordiam ſeruandam inter oẽs ciues, ita tñ ꝙ oẽs ad ea conueniant, & ꝙ nullus aſſtrict⁹ ſit ex bonis propriis ad huiuſmodi conuiuia celebranda deferre, ne minus diuites & quaſi egeni grauentur: nam cum exiguam habeant ſubſtantiam, non ſufficeret eis ad expenſas propriæ familiæ, & communium conuiuiorum, quomodo igitur in communibus conuiuiis expenſæ fiendæ ſint dicemus infra.

Pro diuinis expenſæ debent eſſe cõmunes.

Ex parte diuini cultus & ſacrificiorum ſupponendũ eſt ꝙ expenſæ illis applicãdæ dñt eſſe cões toti ciuitati, qm̃ talis cultus eſt cõis: vnde oportet facere oblationes cões, aut poſſeſſiones à tota ciuitate pro illis dedicari.

Quomodo ſint primo dividendæ ciuitates ſecundum poſſeſſiones.

Quantũ ad ſm, vt ſeruentur prædicta ſuppoſita, & præcipuè ne vllus ciuis ſit egenus, & vt ſeruentur cõia quiuia, ac deorũ ſacrificia, eſt neceſſariũ regionẽ in duas partes diuidere, quarum altera ſit cõis ad cões expenſas, puta cõiuiorum cõium, & ſacrificiorum & ſacerdotũ, altera ſit ꝑpria ſiue priuatorum ciuium pro ſingularibus neceſſitatib⁹ ac opportunitatibus, cuius fructus applicandi ſunt partim ad ſingulares neceſſitates, partim ad beneficia cõia ciuitatis, vt ad munitiones & cuſtodiam & ornatum & defenſionem, & quidem quòd hæc diuiſio ſit rationabilis patet ex eo, quòd omnes ciues participabunt & communi & priuatæ, communi ſaltem quo ad communia conuiuia, ad quæ omnes conueniunt & gaudent communibus expenſis. Priuatæ autem conſtat: quoniam cum non debeat in ciuitate optima aliquis ciuium eſſe omnino inops, omnes partem agri poſſidebunt. Rationabiliter igitur & iuſtum eſt regionẽ ſic diuidere prima diuiſione.

Præterea, ꝙ ſic diuidere poſſeſſiones ſit expediens ſumitur ſignũ ex eo, ꝙ vbi ſunt cões, ciues paruipendũt inimicitiam vicinorũ, non enim curant ſi vicini partem poſſeſſiõis ciuitatis occupent. Solet enim dolor minor eſſe ex amiſſione cõium q̃ propriorum. Vbi autem poſſeſſiones ſunt diuiſæ & appropriatæ ſingulis, maximè curant, ne à vicinis læ dantur: qm̃ vt bona propria magis diligunt: vnde & apud aliquos lex eſt, vt qui agros habent vicinos, non admittantur ad conſilium ſuſcipiendi bellum aduerſus illos, quaſi ob priuatam ſui cauſã rectè conſulere non valentes. Patet igitur quàm rationabile ſit regionem & agros ſic partiri.

Poſſeſſiones cultores vrgebit eſſe ſeruos diuerſi generis, robuſtos, ingenio hebetes, puſillanimes.

Quantũ ad tertium vt ſcias quales debent eſſe regionis ſic partitæ cultores aduerte ex intentione Ariſt. ꝙ ſi poſſibile eſt curandum eſt vt ſint ſerui, qui tñ non ſint oes vni⁹ generis, aut tribus, qm̃ ſi vnirentur & conſpirarent, poſſent eſſe ciuibus fortiores, & ab eis poſſeſſiones violenter auferre, expedit igitur eos eſſe diuerſi generis, ne concordẽt adinuicem contra dominos. Debent autem robuſti eſſe, vt labores agriculturæ ferre valeant, & puſillanimes & parui ingenij, vt nõ audeant nec ſciant inſoleſcere contra dominos. Quod ſi ſerui haberi nõ poſſunt, expedit ex alia regiõe conducere barbaros, qui ſunt natura ſerui, deficientes intellectu, corpore robuſti. In hoc enim ſimiles ſunt ſeruis. Sic autem diſponantur, quòd cultores agrorum cõium ſint ſerui aut miniſtri cõmunitatis, cultores autem agrorum priuatorum, ſerui aut miniſtri ſint eorum, quorũ ſunt agri. Quomodo autem ſeruis vtendum ſit, & qũo libertatis præmiũ eis proponendum eſt, vt diligentius laborent ac fidelius, dicemus infra. Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quiſnam ſitus eſſe debeat ædificandæ ciuitatis vt ſit ſalubris, ac rebus bellicis & ciuilibus apta.

IN ſecundo capite pertractandũ eſt in ſpeciali, quem ſitũ habere debeat optima ciuitas ædificanda, & maximè reſpectu oriẽtis, & occidẽtis, aquilonis, & meridiei. Nõ enim ſufficit determinaſſe ꝙ debet eſſe particeps terræ & maris. Hoc enim valde commune eſt. Hic igitur duo agenda ſunt. Primo quem ſitum ſortiri debeat vt ſit ſalubris. Secundo qs ſitus ſit illi expediens propter res ciuiles & bellicas.

Expedit ad orientẽ ædificari ciuitatem, non

Quantũ ad primum aduerte, ex intentione Ariſ. quòd ꝓ ſanitate habitantium tria ſeruanda ſunt. Primo, quòd reſpiciat & ſit patens ad orientem & ventos ab ortu ſolis flantes. Illi enim ſalubres ſunt, quoniam plurima eorum materia, plus morat ſub radiis ſolaribus. ideo calidiores ſunt ex ſecundo libro Meteororum: & propter caliditatẽ nubes reſoluunt, aerem ſubtiliant & depurãt. Aër autem huiuſmodi ſaluberrimus eſt, ſicut ex oppoſito aër paludoſus, & nubiloſus, & turbidus, ac denſus, ægrotatiu⁹ eſt. & ſicut expedit ciuitatem ædificare ad orientẽ ex cauſis dictis, ſic nocuum eſt eam ędificare ad occidentem. Ventus em̃ occidentalis frigidus eſt, eo ꝙ parum moratur eius materia ſub radiis ſolis, nec vt frequentius fortiter ſpirat, & ideo ꝓpter frigiditatem vapores congregat, aërem cõdenſat, & ꝓpter debilitatem ſpiritus, nubes nec reſoluere, nec ꝓpellere poteſt. Hæc autem non conferunt ſanitati habitantium, ideo nõ expedit ciuitatem ædificari ad occidentem. Secundo ſi non poteſt ad orientẽ ædificari ædificetur ſaltẽ ad aquilonem, qm̃ ventus aquilonaris eſt ſalubrior meridionali: eſt enim frigidiſſimus & vehementiſſimè ac rectè ſpirat: & ratione vehementis ſpiritus nubes reſoluit ac diſſipat, vapores groſſos ab aëre propellit, & ipſum mundificat: ratione aũt frigiditatis, calidum intrinſecum cõgregat porros cõſtringens & claudens: & ꝓpter primum ciuitas recentior erit: & à putrefactione diſtantior, & propter ſecundũ digeſtionem adiuuat & fortiorẽ reddit: ecõtrario ventus meridionalis calidus eſt & tortuoſi ſpiritus, & ex caliditate vapores eleuat, & poros aperit, & ex tortuoſo ſpiritu nubes congregat: ex conſequenti aërem cõdenſat & ad pluuiã ac putrefactionẽ diſponit, & corporis vires minuit, & digeſtionẽ debilitat: ideo eſt peſtifer & inſalubris: ꝓpter quod inexpediens eſt ædificare optimam ciuitatẽ ad meridiem: expedit ergo eam ædificari ad orientem vel ad boream: & non ad occidentem: & min⁹ ad meridiem, quod ſi vis ſcire proprietates & à qua regiõe ſpirãt venti, vide in Epitome noſtra in libro ſecundo Meteororum, in tract. de ventis.

Ædificãda eſt ciuitas vbi ſalubrium aquarũ copia non deſit.

Tertio ita ſituanda eſt ciuitas ſalubris: ꝙ copiã habeat aquarum fontium & fluuiorum cõueniẽtium ſanitati habitantium, & munitioni ciuitatis, qđ ſi id fieri non poteſt, ſaltẽ præparentur vaſa ampla cõtentiua multarum aquarum, vt foſſæ & putei & ciſternæ, ne aquæ interius deficiant etiã quòd extrinſecus ab hoſtibus ꝓhiberẽtur. Oportet igitur politicum intendentem optimam ciuitatẽ ædificare, maximã curam de ciuiũ ſanitate habere, cui primo deſeruit bona ſitus diſpoſitio, vt docuimus, ſecundo aquarũ ſalubriũ vſus, & ideo de his ſicut & de aëre diligentia merito habẽda eſt: ea nanque plurimum ſanitati conferunt, quibus aſſiduæ vtimur ad vitã corporis conſeruandã. Hæc auté ſunt natura aëris. & aquę. Aqua em̃ vtimur in cibo & potu. Aëre aũt ad reſpirandũ: oportet ergo politicũ multum curare de bona aëris & aquarũ diſpoſitione: & forte magis de aëre, qm̃ eo vtimur ad refrigerium cordis, ſine quo non viuit homo: & ꝙ de aquarum qualitate oporteat politicum eſſe ſolicitum, ſignum ex eo ſumitur: ꝙ in ciuitatibus bene regulatis ſi non omnes aquæ ſunt ſimilis bonitatis, ꝓuidetur quòd aliæ deputentur ad cibũ & potum, puta puriores, aliæ autem puta minus purę ad alias indigentias. Quæ auté ex aquis ſint ſalubres & quæ nociuæ iã docuimus in Epitome noſtra in ſecũdo libro Meteororum in tract. de impreſſionibus humidis.

Expedit ciuitatem ædificari inter montes.

Quantum ad ſecundũ aduerte vt dicit Ariſt. ꝙ propter res ciuiles & bellicas opportunitates oportet ciuitatẽ optimã ſic ſituari, quòd ſit ciuibus bonus & facilis exitus in aliena: difficilis autem & arduus acceſſus hoſtibus & difficilis circundatio. ex cõſequenti, ꝙ cũ difficultate deuinci poſſit & apprehẽdi. Id autẽ fieri oporter per naturalem diſpoſitionẽ & qualitatem ſitus: puta propter montes vel rupes vel flumina magna, vel per artificioſam puta parietum & turrium & aliarum manitionum, vt dicemus infra. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

De ciuitatis munitionibus, ac fortalitiis.

INtertio cap. agendũ eſt de diſpoſitione munitionũ totius ciuitatis, quo ad arces & foſſas & muros & turres & alia. Oportet enim ædificare ciuitatem non de facili ab hoſtib⁹ inuaſibilem, aut penetrabilem. Cũ igitur ex præmiſſis reddatur fortior & ſecurior oportet ea ſic diſponere vt etiam ſint ad eius ornatum & reddatur delectabilior ciuibus & amicis aduenientibus, hoſtibus autẽ terribilis. Hic igitur duo agẽda ſunt. Primo inueſtigandũ eſt, ſi loca munita ſunt pariter omnibus ciuitatibus vtilia. Secundo ſi ciuitas optima eſt muris & turribus circundanda.

Quantum ad primum aduerte ex intẽtiõe Ariſt. ꝙ aliter

dicen

Arces nõ in omni politia faciendæ.

dicẽdum eſt de ciuitate,in qua eſt politia paucorũ,aut monarchia:& aliter ĩ qua eſt politia popularis:& aliter,in qua eſt politia optimatum. nã in politia paucorum, & monarchia,expedit partem ciuitatis ſuperiorem munitiſſimã eſſe & fortiſſimam per arcẽ:in qua dominantes & monarchæ ordinariè habitantes defenſare ſe valeant,ſi multitudo inſurgeret impetuoſè & ex improuiſo contra eos.In politia aũt populari huiuſmodi loca munita non expediunt ſed potius æqualia ædificia,ne aliquis de populo ꝓpter munitiõis fortitudinẽ,& amicorũ fauorem ſe dominũ ſuper alios faciat, & tyrannidẽ exerceat. In ſtatu autẽ optimatũ neque arces munitiſſimæ expediunt,neq; æqualia ædificia, ſed magis loca plura ardua & difficilia acceſſu: & ex quib⁹ ciuitas cõiter defendi poſſit contra inuadentes: & quoniam politia optimatum eſt recta,& computatur inter optimas:ideo ciuitas,in qua eſt optima politia inſtituenda, & de qua nunc intendimus,debet habere non arcem, nõ omnia ædificia æqualia,ſed loca plura fortiſſima ad tutelam & defenſionẽ totius ciuitatis.

Quantum ad fm aduerte,ꝙ vt dicit Ari. aliqui opinãtur mœnia,vt muros & turres, non debere adeſſe ciuitati, in qua ſunt viri fortes vnanimes virtuoſi,& in copioſa multitudine: quoniam tales ſua virtute & propriis corporibus potentes ſunt ad ciuitatis defenſionem. vnde dicunt indecorum eſſe virtuoſis tẽtare defenſionem alio medio quàm propria virtute:ergo ſecundum horum ſententiam optima ciuitas in virtute & probitate ciuium fundata,non eſt mœniis circundata.

Optimã ciuitatẽ, quãuis ciuium virtute ac probitate fundatam,oportet mœniis eſſe circundatã.

Sed contra hos vtpote nimis antiquè ac ruditer loquentes arguendum eſt.

Primo videmus ad ſenſum multas ciuitates à viris fortiſſimis & maximè virtutis habitatas & populoſas,quæ tñ ex carentia munitionum & murorum fortium hoſtibus ſuccubuerunt,& captæ deſolatæ ſunt:ergo & in ciuitate optima populoſa neceſſaria ſunt fortia mœnia.

Secundo contingere poteſt ꝙ multo maior hominũ multitudo & maioris virtutis,quàm tota multitudo inhabitãs ciuitatem optimã adueniet & contra eam pugnabit: ergo, ſi ciuitas ſaluari debet & non perire, neque iniuriis & detrimẽtis affici,oportet muros fortiſſimos adeſſe, præſertim hoc tẽpore,in quo tormẽta & machinæ ad obſidiões vrbiũ omni ſubtilitate & ingenio ſunt inuenta, & quib⁹ humana corpora etiam robuſtiſſima reſiſtere non poſſunt.

Tertio ſimile videtur cenſere optimã ciuitatẽ non circũdandã mœniis,& facere regionẽ penetrabilẽ hoſtib.& loca mõtuoſa,quibus ciuitas & regio fortior eſt, velle deiicere: & ꝓprias domos non circũdare muris, ex conſequẽti exponere eas furibus,& raptoribus,quaſi viles futuri ſint habitatores.Sed ſtultũ eſt regionẽ dehabitare,& ꝓprias domos nõ circũdare parietibus,ergo magis ſtultũ eſt cenſere optimam ciuitatem non circundandam fortiſſimis mœniis.

Quarto,ſi ciuitas habẽs viros fortes circundat mœniis, poſſunt inſultũ hoſtiũ & muris & ꝓpria virtute repellere. Si aũt non circundatur muris,poſſunt altero mõ tantũ.Sed melius eſt pluribus modis poſſe hoſtibus reſiſtere quã vno tm,qm̃ ſi in vno deficiunt in altero præualebunt,ergo ſemper expediens eſt optimã ciuitatem circundari fortiſſimis munitionib⁹,& ad ornatũ & ad bellicas oportunitates hoſtium repellendas nunc inuentas & inueniẽdas, & ad eos impugnandũ. Sicut enim hoſtes inuadẽtes ſtudent quibus modis ſuperent inuaſos,ſic & inuaſis ſtudendũ eſt, qũo ſe defenſare valeat,vtẽdo mediis & inſtrumẽtis inuentis & quærendo alia,ſecreta tñ via,ne hoſtes aduertant.Nã, ſi inuadentes intelligerent inuadẽdos bene eſſe munitos & ꝓuiſos,non curarent à principio eos inuadere.Nemo em̃ conatur ad id:quod ſibi difficillimum, aut impoſſibile credit. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De domibus ac priuatis habitationibus ciuitatis.

IN quarto capite agendum eſt de diſpoſitione priuatarum habitationum & publicarum tam in ciuitate q̃ extra: & hic tria agenda ſunt.Primo quales debeant eſſe priuatæ ciuium habitationes.Secundo quales & in qua parte ciuitatis debeãt eſſe ædes cões.Tertio quomodo diſponẽdę ſunt extra ciuitatem ædes & habitationes communes.

Quantũ ad primũ aduerte, quòd ſub alia forma ædificabant antiqui domos proprias,& ſub alia moderni: nã vt dicit Ari.antiqui domos ædificabant fortiores propter rerũ ſecuritatem ne raperentur ab alienis: ſed ruſtiores,id eſt, cum minori ingenio:qm̃ inexperti erant in arte ædificandi: moderni vero magis delectabiles & vtiliores & ſubtiliores,id eſt,cũ maiori ingenio:vtpote magis experti in arte ædificatoria:ſed minus fortes.In ciuitate igit optima expedit ædificare vtroque modo,vt ſ.ex mõ antiquo ſint fortes & tutæ ad rerũ & habitãtiũ ſecuritatẽ:ex more aũt moderno ſint delectabiles & cõmodę: & ad ornatũ ciuitatis.

Tria publica loca in ciuitate eſſe debent.

Quantum ad fm aduerte, ex intentione Ariſtotel. quòd in ciuitate optima debent eſſe tria loca publica: primus ꝓ diuino cultu & conuiuiis publicis celebrandis determinato tempore ſacrificiorum, ant ſolennitatum, ſecundus eſt pro rebus venalibus, & appellatur forum, tertius eſt pro magiſtratibus & ſacerdotibus.

Primus & præcipuus ac ſolenniſsimus eſt ædificãdus ꝓ diuino cultu & appellatur tẽplum,ſiue ædes deorũ. & hac præcipue ratiõe eſt ædificãdus:qm̃ quęcũq; ſunt in mundo inferiori,& nos & omnia noſtra ex diuina bonitate cauſantur:& ideo reuerẽtiã & honorẽ & gratiarũ actiões ei exhibere tenemur:qm̃ aliud magis accepti retribuere nõ poſſumus:ſed reuerẽtia & honor ꝓ cultũ exhibẽtur.Cultũ aũt in aliquo determinato loco fieri oportet.Cõuenit ergo optimæ ciuitati ſpecialem locum ad hoc ædificare.Et qm̃ apud antiquos conuiuia publica celebrabantur diebus ſtatutis pro cultu & ſolẽnitatibus deorum,ideo habitationes ad huiuſmodi conuiuia erant eædem cum ædibus deorum:fiebãt enim in tẽplis tempore ſacrificiorum. Oportet igitur in primis templum ædificare pro colẽdo Deo, & celebrãdis publicis cõuiuiis.Quem quidem locum vt dicit Ariſtot.decet eſſe excellentis ſummitatis vt eius diſpoſitio excellentiam & celſitudinem eius oſtendat qui in eo colitur: & magnificẽtiã ciuiũ colentiũ,ſitque eminentior reſpectu partium ciuitatis qm̃ ex eminentia ſitus declaratur ſublimitas eius qui colitur: & ex apparentia ciuiũ colentiũ virtus.Sit etiam vnicus in tota ciuitate:neſit occaſio diuidẽdi ciuitatẽ,ſi plures eſſent:niſi forte lege diſponat eſſe aliqua particularia tẽpla in diſtinctis locis ciuitatis ꝓpter cultum alicuius particularis numinis: aut ꝓpter oraculũ reſponſiũ puta Apollinis:ita tñ ꝙ ſingularia tẽpla reſpiciãt vnũ vt vniuerſale & præcipuũ ad qđ populus cõueniat ſtatutis tẽporibus.Non ſolũ aũt decet locũ in quo tẽplũ principale ædificatur:eſſe eminentioré cæteris partibus ciuitatis: ſed etiã talẽ qualẽ dicũt eſſe in Theſſalia,ſ.liberũ: vel qa debet eſſe purus ab omni ſorde & immũditia:vel qm̃ confugientes ad ipſum captiuari non poſſunt:vel ꝓpter vtrũque. Oportet etiã ſegregatũ eſſe ab omni mercatu. Eſt em̃ locus orationis & contẽplationis:ideo oportet eſſe remotum à tumultu.Mercatus aũté non caret tumultu. Neque decet opifices neque mercenarios neque agricolas:neque huiuſmodi viles illi appropinquare niſi à magiſtratibus vocarẽtur:locus nanq; iſte totaliter ordinatus eſt ad virtutũ exercitia:& vt talis locus gratioſior ac cõuenientior ſit diuino cultui:expedit vnã partem deputare Gymnaſiis ſeniorum, aliã autem diuinis actibus:& tẽpore diuini cultus, quo populus in tẽplo cõgregatur,expedit iuniores reſidere apud principantes ſiue preſidentes.Si em̃ min⁹ prẽter rationem iuuenes agẽt ex feruore iuuentutis.Præſentia em̃ magiſtratuum & ſeniorum ante oculos poſita, veram reuerentiam gignit & liberalem pudorem.

Templum ædificãdum in ciuitate qualenã eſſe debeat.

De fori, ſeu venalium locis ædificatione

Secũdus & maximè neceſſarius dicitur forũ rerũ venaliũ,& ędificari debet diſtãs à tẽplo.Eſt em̃ tumultuoſus: locũ autem templi oportet eſſe quietũ:ne pturbẽtur qui diuino cultui vacãt.In foro autem expedit eſſe diſtincta loca particularia,vt ſint receptacula diuerſarũ rerum venaliũ: & in vno quidẽ reponantur quę deferuntur ex mari: & in aliquo quæ deferuntur ex regione & vlterius ac magis diſtinctius oportet eſſe locum ꝓ fruméto:alium ꝓ vino: aliũ ꝓ panno:alium pro calceamentis.Si enim quiſque ſciuerit determinatum locum ad diſtincta venalia:facilius & commodius commutationes fient.

Sacerdotibus,ac magiſtratum gerentibus ædificanda ſunt ꝓpria domus.

Tertius eſt locus habitationũ ꝓ ſacerdotibus & principantibus ſiue regentibus ſtatum ciuitatis:nam cum ſint ꝑſonæ publicę:& deſeruientes toti ciuitati,decens eſt vt eis ꝓuideatur à tota ciuitate:& communibus expenſis ędificẽtur eorum habitationes in quibus habitent qui pro tempore inſtituuntur ſacerdotes & rectores ciuitatis. Oportet autem domos ſacerdotum eſſe iuxta templum vt locum habeant à tumultu & artibus ſeruilibus remotum ſicut ſupra dixim⁹ de templo.Debet em̃ ſacerdotum vita eſſe cõtemplatiua vt diximus.Contemplationi autem opportuna eſt quies & ſolitudo:inſuper cum habeant diuinum cultum in templo

templo exercere,expedit eos esse propinquos.

Habitationes aũt magistratuum & gubernãtium, & eorum qui de ꝯctibus ius dicunt,& qui de accusationibus cognoscunt,& q̃ circa vocatiões in ius,& alias huiusmodi administrationes intendunt. insuper eorum qui ædilitatis & rerum vrbanarum curã gerunt, iuxta forum in loco cõi & celebri ædificãdi sunt.Tale aũt est forũ rerũ venaliũ. Iuxta igitur illud,& nõ iuxta forũ siue plateam templi instituẽdę sunt:nã forũ templi oportet esse ociosum. Hoc aũt ad rerũ necessarariũ negotia ideo expedit magistratus esse ꝓpinquos ne alicui fiat iniuria aut iniustitia.

Sicut auté oportet in ciuitate optima ædificare ædes publicas pro magistratibus ciuitatis & pro sacerdotib',sic & extra in regione siue territorio.Nam vt dicit Ari. Sũt enim extra ciuitatem magistrat' quidam,quos alij custodes, alij rectores vocãt,quos oportet habitationes oportunas habere & ad ornatũ & ad eorũ defensionẽ. Insuper oportet in regione ædes cões in diuersis partibus regionis habere ꝓ custodia redditꝰ & bonorũ cõium, quæ extra colliguntur dispẽsanda in cõibus expensis ciuitatis.Templa quoque per agros distributa esse debent,aliqua quidẽ ad cultũ deorum,aliqua vero ad cultum heroum,& id dicit de more gẽtilium qui diuinum cultum & honorem & sacrificia exhibebãt animabus eorum qui excelluerunt in virtute heroica de qua satis diximus in libro septimo Ethicorum.

Hæc & tãta de his dicta sint,nec est circa ea diutius immorandũ cũ nõ sit difficile ea cognoscere,sed exequi: nam dicere & ea considerare subest voluntati nostræ, sed ea facere multũ pendet ex fortuna:q̃m bona ciuium dispositio, & abundãtia bonorum exteriorum quæ necessaria sunt ad prædictorum executionem pendent à fortuna quæ est rerũ exteriorum domina.Et ideo circa talia insistere omittamus ad præsens.Hæc de præsenti capite dicta sint.

Tractatus sexti finis.

TRACTATVS SEPTIMVS

in septimum librum Politicorum, tribus distinctus capitibus.

¶ De fine,ad quem instituitur optima politia.

POstquam in tractatibus præcedentibus considerationẽ fecimus de cõibus,quæ supponenda sunt & necessaria ad institutionẽ optimæ politiæ qualia sunt magnitudo ciuitatis, qualitas & quãtitas regionis, naturalis dispositio principãtiũ,partes ciuitatis debitę,debita partitio regiõis,&c. Consequens est vt accedam' ad cõsiderandũ modũ & vias, quib' instituẽda est optima ciuitas,& optima respublica in ea,& q̃m optima ciuitas & optimapolitia est quoddam totum, & ad aliquem finem consequendũ instituẽda est vt diximus in primo tractatu huius septimi libri,ideo inuestigãdum est in particulari ad quem finem instituenda est,& q̃m componitur ex ciuibus qui propriè sunt partes ciuitatis vt docuimus in tractatu quinto huius libri septimi:ideo declarãdum est qualem oportet esse ciuitatem optimã: & quales ciues,& q̃m determinabitur quòd oportet esse optimos ac studiosos:ideo inuestigandum est quibus viis & adiuẽtionibus fient optimi & studiosi ac bene disciplinati:ideo hãc cõsiderationem totalem distinguemus in tres tractatus. In primo agemus de fine optimæ politiæ.& licet de eodẽ pertractatũ sit in primo tract.huius libri septimi: tñ hic specialius & diligentius est dicendum:vt optimi ciues ad illũ cõsequendum magis excitentur.In secundo inuestigabit quales debeant esse ciuitas optima & eius ciues.In tertio ponẽtur vię ac documenta quibus possunt effici ciues optimi & studiosi ac bene disciplinati:& sic constituetur ex eis optima ciuitas & optima ac regulatissima politia. nam ex optimis partibus necesse est constitui optimum totum.

In primo tractatu,q̃ in ordine est septim' huius septimi libri agendũ est de fine,ad quẽ ordinãda est optima ciuitas: in qua intendimus instituere optimã politiam. nam vt inquit Arist.duo sunt propter quæ fiunt & sunt homines boni:primum est finis debitus & rectus intentus vt terminus operationis humanæ:secundum sunt actiones & mediainuenta ad illius consecutionẽ:& contingit aliquando quòd finis & actiones & alia media dissonant abinuicem aliquãdo autem consonant & hoc ita in bono sicut in malo: dissonant quidem, q̃m finis intentus est rectus aliquando, & intentio subest recta:sed in actionibus ac mediis per quæ tendimus ad finẽ est error.Aliquando autẽ econtrario: q̃m actiones & media rectè diriguntur in finem: sed finis prauè positus. Quandoque tam finis quàm media consonant: sed in vtroq; est error & malũ:sicut accidit in medicina:nã aliquando medicus nõ rectè iudicat quale oprteat esse corpus sanum neque ad finẽ intentum rectè dirigit opera sua. Aliquando autem consonant in bonũ: vt quando medicus rectè iudicat corpus ad talem sanitatis terminum deducẽdum:& omnia media rectè ordinat ad propositum finem. Homines vero in omnibus artib' & scientiis & vniuersaliter in omnibus virtutibus intendunt optimũ in illis & ideo vt fiant optimi: oportet vt attingant finẽ rectum & debitè ordinent actiones & alia media ad ipsum consequendũ:& sic constat q̃ in omni arte, scientia, siue speculatiua siue practica homines fiunt optimi per optimum finem & ꝑ rectè ordinata ad ipsum,vt igitur instituere posſim' optimã ciuitatẽ ac politiam oportet considerare quis sit eius optimus finis & optima media nã ex cõsecutione illius optimi finis:& ꝑ optima media efficientur optimi.Hũc igitur tractatum diuidemus in tria capita. In primo declarãdum est qũo omnes communiter sentiunt optimum finẽ esse felicitatem,& eam desiderant:sed non omnes sunt æquè apti ad illam consequendam. In secundo inuestigandum est quid sit huiusmodi felicitas. In tertio reprobabitur opinio tenentium contra quædam determinata in secundo capite.

Homines quo pacto optimi fiãt.

CAPVT I.

Quomodo optimus hominis finis sit ipsa felicitas, ad quam non æquè omnes homines dispositi sunt,etsi eam desiderent.

IN primo cap.declarãdũ est qũo omnes in hoc conueniũt quòd optimus finis hominis est felicitas & omnes eam cupiunt:sed non omnes sunt æquè apti ad illam.& quidem ꝙ omnes in hoc conueniant,iam docuimus in primo ethicorum:tract.primo,vbi communiter homines & sapientes dicũt optimum bonum rerũ humanarũ esse summũ bonũ: & ꝙ hæc tria reputantur esse idem,scilicet bene viuere, bene operari,& felicẽ esse:& in primo tract.huius libri septimi docuimus optimã vitã & felicitatẽ esse idẽ: Conueniũt igitur omnes in hoc ꝙ finis optimus & bene viuere & esse felicẽ sunt idem.Quod autẽ vt inquit Arist.omnes cupiant bene viuere & esse felices, manifestum est,nã omnes naturaliter appetunt suam ꝑfectionem:perfectio autem humana maximè consistit in felicitate.Docuimus enim in primo ethicorũ,tract.secũdo,cap.2.ꝙ felicitas est bonũ perfectũ & ꝑ se sufficiens:ergo naturaliter omnes eam desiderant. Quod autem nõ omnes sint æquè habiles ad eã consequẽdam,patet ex eo ꝙ quidã sunt naturaliter bene dispositi ad eã,& dicuntur bene nati,de quibus satis diximus in paruis naturalibus,in tract.de bona fortuna & sunt illi q̃ naturaliter ad virtutes inclinãtur q̃ vt media ad felicitatẽ ordinantur vt dicemus infra,ꝙ ciues non possunt felicitari nisi habeant omnes virtutes.Quidã autem sunt indispositi aut ꝑpter malam complexionem & inclinationẽ:qua inclinãtur ad vitia & deprauatas actiones:quæ sunt via ad miseriã.sicut virtutes ad beatitudinẽ:aut ꝓpter aduersam fortunã: q̃m bona exteriora & si non absolute, tñ pro aliqua mensura felici necessaria eis deficiunt.Quod autẽ nemo felicitari possit sine bonis externis:iã docuimus in primo ethicorum:tract.secũdo cap.tertio,& in libro decimo,tract.secũdo cap.secundo.Sed aduerte quòd q̃ melius ex natura dispositi sunt ad felicitatẽ,minori successu & adiumento bonorũ fortunæ indigent.Qui autẽ minus dispositi sunt ampliori fortuna indigent.Aliqui autẽ ita sunt ex mala cõsuetudine deprauati:vel ex alio,ꝙ licet ex natura ad felicitatẽ inclinentur:& ad bene operandum: non tñ recta via quærunt eam cum possint:& sic ꝙ aliqui non felicitentur non solum potest contingere ex mala inclinatione,aut ex mala fortuna,qua carent bonis externis:sed quoniam non rectè sentiunt in quo bono vera felicitas consistat, aut quoniam nõ quærũt media ad ipsam ordinata,id est virtuosas operationes aut ꝓpter vtrunque:Cum igitur nõ omnes sint habiles & dispositi ad felicitatẽ tã speculatiuã quàm politicã, consequens est ꝙ non omnes sunt apti ad componendum optimam ciuitatem:nec optimam rempublicam,nam vt dicemus infra,soli ciues optimi,ex cõsequenti dispositi per virtutumopera,apti sunt ad componendam optimam ciuitatem.Quomodo autem differant felicitas speculatiua

Non omnes æquè ad felicitatẽ sunt dispositi.

Boni sunt homines propter duo.

& practica:quam politicam vocant:iam docuimus in libro decimo Ethicorum,tractatu ſecundo,capite tertio.Hæc de preſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quidnam ſit humana felicitas, & in qua animi parte.

IN ſecundo capite declarandum eſt quid ſit felicitas,ad q̃ conſequendã ordinari debet optima ciuitas. nã vt dicit Ari. cũ propoſitũ noſtrũ in hoc libro ſeptimo ſit rẽpub. optimã in optima ciuitate videre:& ea ſit per quã ciuitas optimè gubernatur,optimè autẽ gubernatur,ſi felicitatẽ maximè recipiat:cõſtat igit̃ ꝙ oportet nõ latere quid ſit felicitas.Vt igitur ſcias q̃d ſit felicitas humana:quæ poſſit ꝓ hac vita haberi(de hac em̃ ſola intendit Ari.)aduerte ꝙ duplici ter eã notificat:primo per diffinitionẽ aſſignatam in primo Ethicorum,quam hic replicat : ſecundo per ſubiectum ſuũ: declarando in qua animæ potentia exiſtat ſubiectiuè.

Felicitas quid ſit.

Quantũ ad primũ aduerte,ꝙ Ari.in primo libro Ethicorũ vt docuimus in tractatu ſecundo,capite ſecundo,ſic diffinit eam:felicitas eſt propria operatio hominis producta ſm optimam virtutẽ in vita perfecta: & hanc diffinitionem quo ad ſingulas partes illic declarauimus nec hic eſt repetendum:vide tu.Illius igitur diffinitiõis memor hic Ari.inquit.Diximus in Ethicis:ſi modo illorũ librorum vtilitas vlla eſt felicitatẽ eſſe operationẽ & vſum virtutis perfectũ:& hunc non ex ſuppoſitione:ſed ſimpliciter,Quæ quidem diffinitio virtualiter coincidit cum ea quæ poſita eſt in primo Ethicorum:excepta vltima particula,ſcilicet & hunc nõ ex ſuppoſitione,ſed ſimpliciter : nã per ly vſum virtutis perfectum intendit exercitium continuum in operationibus optimæ virtutis:& coincidit cum ea particula in primo Ethicorum:in vita perfecta,id eſt, continuata per totam vitam. Nam vt illic declarauimus:vna operatio pfectiſſimæ virtutis non facit hominem felicem,ſed multæ & cõtinuatæ.Hic autẽ addit hanc particulam:& hunc non ex ſuppoſitiõe ſed ſimpliciter;& intẽdit talem diſtinctionẽ , bona quæ ſunt ad finem duplicia ſunt: quędã ſunt fm ſe eligibilia & in ordine ad finem,& dicũntur bona ſimpliciter & ſecundũ ſe:Quædam autem non ſunt fm ſe eligibilia , imò ſunt triſtabilia: ſunt tamen eligibilia ſolum in ordine ad finem , & hæc dicuntur bona non ſimpliciter, ſed neceſſaria , quia ſine ipſis non poteſt haberi intentus finis,& in primo modo locãtur, omnia bona,quę ex natura ſui trahũt appetitum:vt ſanitas, pulchritudo,honor,diuitiæ,ſcientia,virtus , In ſecundo locantũr omnia quæ licet in ſe ſint triſtabilia & pœnalia, tamen ſunt neceſſaria media ad conſequendum finẽ : vt apud medicũ medicina fœtida,aduſtio ferri,cauterium : & apud politicũ,ſupplicia,ſuſpẽſiones,exilia,carceres,quæ licet in ſe nõ ſint eligibilia,ſunt tñ neceſſaria pro conſeruanda ciuitate.Niſi enim mali punirentur,boni ſeruari non poſſent. Intendit igitur Ariſtoteles ꝙ vſus virtutis perfectus , qui eſt circa bona per ſe eligibilia,& maximè bona, eſt propriè & principaliſſimè de ratione felicitatis:& non vſus quiverſatur circa bona neceſſaria modo quo expoſuimus. Illa em̃ non faciunt ciuitatem fm ſe meliorem.Melior nanque eſſet ciuitas ſi non eſſent fures ſuſpendendi,nec homicidæ occidendi,nec mali relegandi aut incarcerandi ex quibus conſtat ꝙ licet vir ſtudioſus & paupertate & ægritudine; & aliis fortunæ aduerſitatibus bene ac laudabiliter vtatur q̃m vt docuimus in primo Ethicorum tractatu tertio, capite ſecundo:virtuoſus in omni fortuna bene ac prudenter ſe habet , & eſt vt corpus tetragonum : & tu vide illic, tñ in his aduerſis nõ felicitat felicitate pſentis vitæ,ſed i contrariis, ſcilicet diuitiis ſanitate honore. Hæc em̃ propriè deſeruiũt felici quoniam vt docuimus in decimo libro Ethicorum, ſtudioſus eſt talis , cui per virtutem bona ſunt ſimpliciter bona,id eſt,qui per virtutem omnibus bonis bene vtitur: & omnia ſiue eligibilia , ſiue triſtabilia cooperantur ei in bonum. Patet igitur quòd apud virtuoſum vſus bonorum exteriorum eſt bonus quoniam per virtutem bene vtitur proſpera fortuna , & quoniam plerique vident ſtudioſum bene vti bonis externis,ideo putant quòd ſint magis cauſa felicitatis quàm virtutis:in quo tamen non bene ſentiunt: nam eſt ac ſi quis diceret quòd lyra eſt magis cauſa bene citharizandi quàm ars.Quod vtique non eſt verum:quoniam ars eſt cauſa formalis : ſiue principium primum citharizandi. Lyra autem eſt tantum organum motum ab arte : ſic in ꝓpoſito virtus eſt ratio ſeu principium felicitatis , vt vnde principium,ſeu ratio motus.Bona autem exteriora ſunt vt materia ſeu organa per virtutẽ ordinata ad eam. Patet igitur quid ſit felicitas.In qua autẽ operatione ſpecialiter cõſiſtat,& cui⁹ ſit habitus,& qũo diſtinguitur in ſpeculatiuã & politicã,& qũo ſpeculatiua ſit à ſapientia,politica autẽ à prudentia : iam docuimus in libro decimo Ethicorum, tractatu ſecundo,capite ſecundo & tertio : & in tractatu primo huius libri ſeptimi.

Bona ad optimũ finem ordinata duplicia ſunt.

Quantum ad fm,vt ſcias in qua parte animæ ſit felicitas ſubiectiuè,aduerte ꝙ Ariſt.breuibus replicat diuiſionẽ potẽtiarum animæ per rationales & irrationales :quam aſſignauit in primo libro Ethicorũ in tractatu quarto , capite ſecundo,vt videre poteris:cuius ſumma ſic Ariſt.hic replicat:diuiſæ ſunt duæ partes animæ:quarum altera rationem ꝓ ſe habet:& hæc eſt pars intellectiua rationalis per ſe,id eſt,per eſſentiam quæ diuiditur in practicam & intellectuam.Altera non habet quidẽ ꝓ ſe,ſed apta eſt obtẽperare rationi,& hæc eſt pars appetitiua:diuiſa in volũtatẽ & appetitum ſenſitiuum.In vtraque harum partiũ ſunt aliquæ virtutes & habitus:nã in rationali per eſſentiam ſunt habitus intellectuales,vt ſcientia prudẽtia ſapientia intellect⁹, qui eſt habitus primorum principiorum & ars:ita tñ ꝙ prudentia & ars ſunt in parte rationali practica:ſapientia autẽ & ſcientia & intellectus in parte ſpeculatiua:& de omnib⁹ his diffuſẽ pertractauimus in libro ſexto Ethicorũ ꝓ totum. In rationali autẽ per participationẽ ſunt virtutes morales, quibus efficitur vir bonus:vt in voluntate eſt iuſtitia,in appetitu cõcupiſcibili temperantia,liberalitas,magnificentia magnanimitas .In appetitu iraſcibili eſt fortitudo & manſuetudo.& de his diffuſẽ pertractauimus in libro tertio & quarto & quinto Ethicorum.

Felicitas in qua animæ parte ſit.

His ſuppoſitis,vt ſcias in quo ſubiectiue eſt finis vltim⁹ hominis qui dicitur felicitas:aduerte ex intentione Ariſt. manifeſtũ eſſe ꝙ nõ eſt ſubiectiue in corpore. Corpus em̃ & perfectiones ſuæ ſunt ad aliud,id eſt, propter animam: felicitas autẽ nõ eſt ꝓpter aliud,aliter nõ eſſet vltimus finis .Itẽ nõ eſt in parte animę omnino irrationali qualis eſt parsvegetatiua:q̃m nõ eſt ꝓpria homini,ſedcõmunis nobis & brutis.Felicitas autem,vt declaratũ eſt in primo Ethicorum,tractatu ſecundo,capite ſecundo,eſt propria homini: neceſſe eſt ergo vt ſit in parte rationali aut per participationem,aut per eſſentiam:ſed cõſtat quòd non eſt ſubiectiuè in rationali per participationem:q̃m cum felicitas hominis ſit optima & nobiliſsima operatio:vt declaratum eſt in decimo Ethicorum,tractatu ſecundo,capite ſecũdo, oportet eam eſſe in optima parte animæ.Hæc autẽ non eſt rationalis per participationẽ:ſed ea quæ eſt ꝓ eſſentiam. Quod em̃ eſt tale per participationem reducitur ad tale per eſſentiam:& quodcunque minus perfectum eſt gratia magis ꝓfecti:vt patet in artificiatis & naturalibus: & quodcunque regulatum deterius eſt ſuo regulante:cũ igitur pars rationalis per participationem ſit apta obedire ac regulari : & pars rationalis per eſſentiam ſit apta dirigere ac regulare: cõſtat quòd eſt perfectior. Oportet ergo ſelicitatem eſſe ſubiectiue in parte rationali per eſſentiam.

Felicitas nõ eſt in corpore vt in ſubiecto,ſed in parte rationali per eſſentiam.

Sed q̃m hæc pars diuiditur in practicam & ſpeculatiuã: & ſpeculatiua eſt dignior practica , cõſtat quòd oportet eam eſſe ſubiectiue in parte ſpeculatiua:cum em̃ ſit nobiliſſima operatio:& potẽtia ac operatio correſpondeãt adinuicem proportionaliter : ita quòd nobilior eſt nobilioris:patet ꝙ erit in ea quæ eſt nobilior:& quidẽ ꝙ pars ſpeculatiua ſit nobilior ac perfectior patet ratione. Nam ea pars animæ pfectior eſt:cuius obiectũ perfectius & altius eſt.Graduatur em̃ nobilitas potentiæ ex nobilitate obiecti: vt declarauimus in primo de Anima: & in decimo Ethicorum:ſed partis ſpeculatiuæ pfectius eſt obiectum.Nã obiectũ intellectus tanto pfecti⁹ eſt:quanto magis intelligibile eſt:conſtat autẽ obiectum partis ſpeculatiuæ eſſe perfecti⁹ intelligibile:q̃ obiectum partis practicæ :nam hui⁹ obiectũ eſt ens agibile,quod poteſt aliter ſe habere:quæ autẽ poſſunt aliter ſe habere minus intelligibilia ſunt,eo ꝙ ſunt cõiuncta motui & potentię paſsiuæ: quæ obſiſtunt intelligibilitati,vt declarauim⁹ in nono libro Metaphyſicæ.Obiectũ autem partis ſpeculatiuæ eſt natura entiũ intranſmutabilium:aut nõ ſecundũ quòd tranſmutabilia:quæ vt ſit magis intelligibilia ſunt:vtpote remota à motu & à materia & à potẽtialitate:ergo pars animæ ſpeculatiua nobilior ac pfectior eſt q̃ practica:& ex conſequenti operatio eius eſt nobilior. Cũ igit̃ felicitas ſit nobiliſsima & optima operatio,ſequitur ꝙ ſit in parte animę ſpeculatiua:ſumendo ſuprema & principaliſsimã felicitatẽ.Quod dico ꝓpterea quã,de qua locuti ſum⁹ in decimo libro Ethicorũ : tract.

ſecundo.

ſcdo,cap.3.quæ dicitur felicitas politica, quę eſt in intellectu practico,& eſt operatio prudentiæ ſicut ſpeculatiua eſt operatio ſapientię.Ex dictis autē tria ſequuntur correlaria.

Primum eſt ꝙ cum tota vita humana,quę eſt partis rationalis animæ, diuiſa ſit in negocium & otium,id eſt in exercitium virtutum moralium,quę ad practicam ſiue actiuam vitam ſpectant,& in otium id eſt in ſtudium ſpeculatiuum quod indiget otio & quiete ab exterioribus,& cū agibilia ab homine diuiſa ſint in neceſſaria & in vtilia & in honeſta, oportet circa ea eandem eſſe optionem ſicut circa partes animæ,vt ſ.ſicut pars animæ rationalis per participationem eſt gratia partis rationalis per eſſentiam & pars practica partis rationalis per eſſentiā eſt gratia ſpeculatiuæ,ſic bellum quærendum eſt propter pacem & exercitium virtutum moralium,propter ſpeculationem, & bona neceſſaria vitæ corporali ac vtilia propter bona honeſta,quæ ſunt ſecundū ſe bona & hic eſt ordo naturalis quoniam minus bonū ſem per querendum eſt gratia perfectioris & melioris.

Prudentem legislatorē quæ attendere oporteat in legum institutione.

Secundum eſt, ꝙ legiſlator intendens facere ciues bonos ac felices,aſpicere debet ad partes rationales ꝑdictas, & inſtituere leges,per quas perficiantur ciues pro vtraque parte,ſ.per exercitium virtutum moralium perficiantur ꝑ parte rationali ſecundum participationem, & per ſtudium ſpeculatiuum ac practicum perficiantur pro parte rationali per eſſentiam, ita tamen quòd magis reſpiciat ad meliora,quæ ſunt vt finis,puta quòd magis intendat ad inſtituendum leges,quibus perficiantur ſecundum partem ſpeculatiuam,quoniam ad ipſam ordinādæ ſunt actiones partis practicæ & non econuerſo. Sic enim videmus & naturā magis ſolicitari circa nobiliora,eodem modo oportet ipſum reſpicere circa vitas & rerum diuiſionem,& ſic per leges diſponat ꝙ ciues ſciant & poſsint bene verſari in negociis & bello,in pace & otio,ita tamen ꝙ præferant pacem bello,& otium negocio,id eſt ſpeculatiuam vitam vitæ actiuæ,ſimiliter quòd ſciant & poſsint agere & curare neceſſaria & vtilia & honeſta,ita tamen ꝙ præferant honeſta neceſſariis & vtilibus.Ad omnia autem hæc indigent ciues bonis habitibus,ac cōſuetudinibus & optimis legibus,ideo oportet legiſlatorem prudentiſsimum eſſe in ferendis legibus.

Tertium eſt,cum ex ſimilibus operationibus, conſimiles generētur habitus,vt docuimus in ſecundo lib.Ethicorum, & cum ex legibus regulentur humanæ & operatiōes, & cū nō parum differat à pueritia ſic vel ſic aſſuefieri,expedit in ciuitate optima pueros & iuniores ad intenti onem legum eruditi & aſſuefieri eis obedire, ac ſecundum eas operari, ſimiliter & aliæ ætates,q̄ indigēt eruditiōe, per diſciplinā vt indigent,ſunt dirigēdæ.Hęc de ſecūdo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quorundam legislatorum arguit abuſus,qui malè viſi ſunt rempublicam legibus inſtituiſſe.

IN tertio capite reprobanda eſt opinio quorundam legiſlatorum apud Grēcos,qui in inſtituēdis legibus declinauerunt à determinatione facta in prēcedēti capite in duobus. Primò quia non inſtituerunt reſp.ad optimum hominis finē conſequendum.Secundò quia non condiderunt leges dirigentes ciues in actionibus optimarum virtutum, ſed magis declinauerunt ad ea quę videntur vtilia & faciunt plus habere in diuitiis & dominio ſuper alios, ſimiliter quidā poſterius ſcribentes de republi.ad eandem viā declinauerunt: vnde extollunt & admirantur Lacedæmonum remp. & cōmendant Lycurgi legiſlatoris propoſitum, quòd omnia ad bellum & potentiam dominandi direxerit. Hāc igitur opinionem Ariſtote.reprobare intendit quinque modis.

Primò,quia ſi ordo ciuilis Lacedęmonum & leges eorū eſſent optimæ,tunc ex virtute earū dominarentur aliis,ſed hoc non videmus:nam Tybron & quilibet alius ſcribens de rep.Lacedæmonum,laudant legiſlatorem, non quia multis principantur propter ordinem eorum ciuilem, ſed quoniā exercitati erant ad bellorum diſcrimina, licet etiam manifeſtum ſit,ꝙ nunc non principantur multis,& ſic non eſſent amplius felices,nec legiſlator eorum bonus.

Secundò,deriſorium videtur ꝙ ſi Lacedęmoñes perſeuerant in eiſdem legibus vt prius,& nullus eos prohibet viuere ſecundum eas,nunc omiſerint bene ac feliciter viuere.Irrationabile enim eſt ſi leges eorum ſunt optimæ,quòd viuētes ſecundum eas non rectè viuant. Palam autem eſt ꝙ ipſi tenentes eaſdem leges datas à Lycurgo, non rectè viuunt: ergo ſignum eſt quòd non ſunt optimæ, nec ad optimū finē ordinatę.

Tertiò legiſlator eorum nō bene ſenſit de ſupremo principatu,quem iudicant homines eſſe maximè honorandum: nam inſtituit ꝙ Lacedæmones curarent vicinos ſubiugare, & illis principari deſpoticè,vt principatur dñs ſeruis. Sed hic non eſt ſupremus nec melior nec honorabilior principatus:nam imperium liberorum,id eſt dominium quo reguntur liberi,& dī dominium politicum,melius eſt & magis ſecundum virtutem,ex conſequenti honorabilius:ergo leges eorum quo ad modum principandi non ſunt optimæ.

Quartò,non ꝓpter hoc ciuitas exiſtimanda eſt felix,nec eius legiſlator laudandus,ꝙ vincere docuerit & vicinis dominari quocunque modo ſiue iuſtè ſiue iniuſtè.Hæc ēm doctrina magnum continet nocumentum & periculum cōtra propriam ciuitatem:nam & aduerſus conciues id aget quicunque poterit,& ciuitati ſuæ dominari quæret, excitatus ex tali doctrina:vnde Lacedęmones Pauſaniam increpant, licet in tanta dignitate cōſtitutum:nam cum eſſet rex apud eos,& diuitias & poſſeſſiones maximas haberet,voluit ꝓpriæ ciuitati ſolus dominari.Quare,&c.

Legum finis ac principatus an bellum vel pax ſit.

Quintò ea,quæ ad ſenſum patent teſtificantur ꝙ oportet legiſlatorem magis intendere qūo ciues bene viuant & operentur in tempore pacis quàm in tempore belli,aut qūo bellari debeant:nam plurimæ ciuitates quandiu verſantur in bello ſaluantur.Cum autem obtinuerint victoriam viuentes in pace & otio corrumpitur earum reſpu.nam bellantes multas virtutes habent vt ſupra diximus.Veri ēm militātes pro patria & temperantiam, & fortitudinem,& liberalitatem,& religionem ſeruant,nec ſunt adinuicem iniuriofi.Pace autem adepta,& occaſionem non habent exercendi ſe in hmōi virtutib.ſed incumbunt voluptatibus & diuitijs cōgregādis,vt voluptuoſe & ſuperbe viuant,ꝓpter quod fiūt adinuicem iniuriofi & ſeditioſi.Delicatam ēm & arrogantem vitam ex diuitijs in pace agentes,quaſi rubiginem ſup bonos habitus & conſuetudines inducunt,exercentes autē ſe in bellicis clarificantur per virtutum actus.Sicut ferrum non elaboratum de facili rubiginem contrahit,elaboratum autem licet vſu conſumatur,tamen clarificatur.Sic & iſti vt dicit Ari.in bello ſplendent,in pace autem ſplendorē amittunt,& cauſa huius eſt legiſlator eorum,qui nō inſtituit eis honeſtas occupationes,quibus iucūbant ceſſante bello. Defecit igitur legiſlator Lacedæmonum qui totam rempub.& leges ad bellum & dominium inſtituit,vt ad vltimum & optimum finem,qūo autem tempore pacis & otij ſe haberent non ſuperintendit,cum deberet oppoſito modo agere.

Ex prædictis igitur rōnibus conſtat, ꝙ nulla prædictarū legum,quarum finis eſt bellum & principatus,bene ac optimè ordinata eſt,nec vtilis ciuitatibus,nec ꝓpriè ciuilis,nec vera in ſe:qm̄ ad optimum finem non ordinatur, eadem ēm optima & priuatim & publice oportet prudentem legiſlatorem inducere in animos hominum, neque exercitatio in rebus bellicis excogitanda eſt nec ordinanda,vt in ſeruitutem redigantur,qui non debent ſeruire.Talis enim principatus,cū ſit contra naturalē inclinationem,nō pōt eſſe diuturnus nec amicabilis,ſed primum ne ipſi alijs immerite ſeruire compellantur.Deinde vt principatum quærant gratia vtilitatis ſubditorum,& non propter ꝓpriam,nec vt eis dominentur tyrannice.Tertiò vt eis dominentur, qui debent eis eſſe ſubiecti.Contra quos ſi rebelles fuerint,iniuſtum aſſumitur bellum.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſeptimi finis.

TRACTATVS OCTAVVS
in ſeptimum librum Politicorum,tribus complexus capitibus.

¶Qualis debeat eſſe optima ciuitas,& eius ciues,in qua optima reſpublica inſtituenda eſt.

IN hoc tractatu,qui eſt octauꝰ,in ordine ſupra ſeptimum librum politicorum, inueſtigādum eſt qualis debeat eſſe ciuitas optima:& quales eius ciues,& diuidemus ipſum in tria capita. In primo declarabitur qualis debeat eſſe ciuitas optima. In ſecundo quales debeant eſſe ciues,quo ad principari & ſubijci.In tertio quales debeant eſſe quo ad virtutes,vt aſſequātur felicitatem,quam diximus eſſe vltimū finem optimæ ciuitatis,& optimæ reipub.

CAPVT I.

De optima ciuitate.

IN primo capite vt ſcias qualis debeat eſſe ciuitas optima aduerte q̃ cum ſit inſtituenda gratia felicitatis conſequẽdæ, eas cõditiones requirit quibus ſit bene diſpoſita ad felicitatẽ. Iſtæ aũt ſunt maximè duę, prima eſt q̃ ſufficientiam habeat bonorum exterior um, quorum fortuna dicitur eſſe domina: nam ſicut homo priuatus indiget bonis externis vt inſtrumentis ad felicitatem ſicut docuimus in decimo libro ethicorum, tract. 2. cap. ſecundo: ſic & tota ciuitas aliter digna operari non poſſet oppreſſa paupertate: ſecunda eſt, q̃ ſit ſtudioſa, id eſt occupata in vſu & exercitio bonorũ operum, quorum principia ſunt virtutes morales, quoniam ſunt media ad felicitatem ſicut medicina ad ſanitatẽ: vnde nullus rectè ſapiens eam dicet ciuitatem optimã in qua ciues & opera mala ſunt: vt bella iniuſta, fraudes, & doli, & homicidia. Ad legislatorem prudẽtem igit ſpectat aduertere qũo ciuitas bonorum fortunæ ſufficientiam habitura eſt, & quomodo ſtudioſa fiet, non enim eadem cauſa vtrunque habere poterit: nam primum eſt opus fortunæ, vt videre poteris in tract. noſtro de bona fortuna in paruis naturalibus. ſecundum autem non eſt opus fortunæ, vt illic docuimus: ſed eſt opus diſciplinæ dirigentis in bonos actus & naturæ inclinantis vt dicemus: & ideo ad legislatorem ſpectat bonas & laudabiles inſtituere diſciplinas, quibus non ſolũ ciues in particulari, ſed & tota ciuitas ſtudioſa fiat. Quod erit ſi opera publica, id eſt quæ à tota ciuitate fiunt, ſint iuſta & laudabilia quo ad regimẽ ciuium: & quo ad peregrinos & conuicinos, vt ſcilicet nemini iniuria, aut violentia, aut iniuſtitia fiat. Hæc de primo capite dicta ſunt.

Oportet ciuitatem eſſe diuitẽ & ſtudioſam.

CAPVT II.

De optimis ciuibus in optima ciuitate, & eorum diſciplina.

IN ſecundo capite declarandũ eſt quales oportet eſſe ciues optimę ciuitatis: & præcipè quo ad præcipari & ſubiici. & hic tria agenda ſunt. Primo declarandũ eſt q̃ ſicut oportet ciuitatem eſſe ſtudioſam ad hoc q̃ felicitetur: ſic & omnes eius ciues. Secundo declarandum eſt quot viis fieri poſſunt ſtudioſi. Tertio inquirendum eſt quomodo ſtudioſi erunt in eo quod eſt in principari & ſubiici.

Ciues oportet eſſe ſtudioſos.

Quantum ad primum aduerte q̃ ciuitas non poteſt eſſe ſtudioſa niſi quia ciues eius ſunt ſtudioſi. Virtus enim & bonitas totius dependet à virtute & bonitate partiũ: cũ igitur ciuitas non ſit aliud quàm cõgregatio ciuiũ ordinata: ſicut exercitus eſt ordinata militum & congregatio, ſi debet eſſe ſtudioſa oportet eius ciues eſſe ſtudioſos: tu tñ aduerte q̃ ciues poſſunt eſſe ſtudioſi dupliciter, ſ. diuiſim & cõiunctim: & licet vtrunq; ſit bonũ & eligibile tamẽ melius ac eligibili⁹ eſt, ſi fuerint cõiunctim ſiue collectim ſtudioſi, nã in bonis qđ eſt poſterius fm viam generationis melius eſt vt declaratum eſt in lib. 9. metaph. ſicut & actus bonus melior eſt quàm potentia ad ipſum. Sed omnes ciues eſſe collectim ſtudioſos, ſequitur via generationis ad eſſe ſingulum diuiſim ſtudioſum: nam ad ſingulos eſſe, ſequitur omnes eſſe: ergo melius eſt omnes eſſe collectim quàm diuiſim ſtudioſos.

Ciues ſtudioſi fiunt natura, more ac ratione.

Quantum ad ſecundum aduerte ex intentione Ariſto. q̃ tribus de cauſis poſſunt ciues effici ſtudioſi, ſ. natura, more, & ratione, & per naturam intendit naturalem diſpoſitionẽ & aptitudinẽ ad virtutem: per morem intendit cõſuetudinem in bene operando: per rationem intendit perſuaſiuam rationem formatam ab aliquo, qua quis dirigitur ad bonũ, & auertitur à malo.

Quomodo ſit homo ſtudioſus per naturã.

Quod aũté fiat homo ſtudioſus per naturã declaratẽ ſic. In omnibus quę arte aut natura fiũt, oportet ſupponi materiã & bonam eius aptitudinem eo q̃ omne quod recipitur in alio recipitur per modũ recipientis, id eſt fm q̃ eſt aptum recipere: ergo ſiquis debet fieri ſtudioſus, id eſt acquirere virtutem, à qua dicitur ſtudioſus, oportet ipſum eſſe bene natum adhoc, puta vt dicit Ari. q̃ ſit homo potens vti intellectu & ratione, & non ſit brutum, & vlterius, quòd ſit homo ſecundum corpus bene diſpoſitus, ex conſequenti fm animam: nam vt in pluribus bene nati ſecundum corpus, ſunt bene & naturaliter diſpoſiti ſecundum animam, vnde vt docuimus in ſecundo de anima, molles carne ſunt aptimente. Licet enim anima humana ſit vnius rationis ac ſpeciei fm ſe in omnibus hominibus, nec recipiat intenſionem aut remiſſionem, vt docuimus in octauo lib. metaph. in quę ſtionibus, tamen non inconuenit q̃ diuerſificetur in operationibus & proprietatibus, ita quòd hæc ſit perfectior illa propter diuerſitatem corporum, quæ informant.

Quomodo fiat homo conſuetudine ſtudioſus.

Quod verò fiat ſtudioſus ex conſuetudine ſic declaratur ex intentione Ari. quidam à natiuitate non ſunt ad bonũ diſpoſiti, id eſt ad opera virtuoſa moralia, nec ad opus intellectus: & tñ per conſuetudinem tranſmutantur. nam aliquos videmus per naturam indifferenter ſe habentes ad virtutes, & ad contraria: & per conſuetudinem operandi determinãtur ad alterum oppoſitorum. nam ſi frequentant bonos act⁹ efficiuntur boni, ſi malos, mali, ex quo ſequitur, q̃ qui ſunt à natura diſpoſiti ad virtutẽ, indigent ſola operatione vt fiãt actu virtuoſi: neque eñ talis diſpoſitio ſufficit, vt docuim⁹ in lib. 2. ethic. Qui autem ad vtrunq; indifferenter nati ſunt, indigent ampliori operatione bona vt determinentur ad bonum. Qui verò à natura inclinantur ad malum: non niſi ſumma diligentia, & longa cõſuetudine: & cũ extrema difficultate fiunt boni. Patet igitur, qũo quis ex conſuetudine ét contra inclinationem naturalem fiat ſtudioſus.

Similiter q̃ quis ex ratione ſuaſiua fiat bonus ſic declaratur ex intentione Ariſt. cætera animalia viuunt & agunt fm naturam id eſt inſtinctu naturæ memorijs & imaginationibus: parum autem fm conſuetudinem & mores vt quædam pauca ſicut canis & ſimia & equus. Homo autem fm rõnem agit: qm̃ ſolus rõnem habet: & ratione dirigitur vnde dixit Ari. in ꝓœmio Metaph. q̃ hominũ genus arte & rationibus viuit. Oportet igitur hæc ſimul cõcordare. ſ. naturam cõſuetudinem, & rõnem, & videre qũo homines quędam agunt à natura, quædam à conſuetudine præter naturam, quędam à rõne præter naturam, & cõſuetudinem, vt qñ eis ꝑſuadetur oppoſitum melius eſſe adducta rõne. Sicut dixim⁹ in 7. ethi. q̃ incontinens licet inclinetur ad ꝓſequendum paſsiones tñ abſtinet rõne ſuadente ꝺrium. Patet igitur qũo tres ſunt vię quibus cõtingit hominem fieri ſtudioſum, ſ. natura: conſuetudine: & ratione. Sed aduerte quòd qualiter fiant ſtudioſi ex nã principantes, & ciues in optima ciuitate iam docuimus in trac. quarto huius libri ſeptimi: nunc aũt opus eſt cõſiderare quales fiant ꝑ diſciplinam, ſub qua continentur cõſuetudo & ratio: nam aliqua addiſcimus per cõſuetudinem aliqua per rationem adductam à ratiocinante & ſuadente.

Quantum ad tertium, vt ſcias qũo per diſciplinam cõtingit fieri ciues ſtudioſos quantum ad principari & parere diſcutiẽdum nobis eſt, ſi debeat eſſe eadem diſciplina principantium & ſubditorum vel diuerſa. Sed antequam id reſoluamus prius inueſtigãdum eſt, ſi in ciuitate optima expedit aliquem, vel aliquos eſſe per totam eorum vitam principantes, & cæteros ſemper ſubditos, vel ſi magis expedit omnes principari & oẽs ſubijci, & qũo & quo principatu: nam hoc reſoluto de facili conſtare poterit de diuerſitate aut identitate diſciplinæ principantium & ſubditorum.

Quantum igitur ad identitatem principantium & ſubditorum aduerte, vt dictũ eſt in libro tertio q̃ ſi in optima ciuitate inuenirentur aliqui qui tantũ differrent ab alijs quãtum differunt dij & heroes ab hominib. in perfectione corporis, vt in robore & pulchritudine ac elegantia, & excellẽtia animi vt in ſapientia ac prudentia cęteriſq; virtutib. manifeſtatum eſſet hos ſolos debere ſemper principari & cęteros oẽs obedire: excellentius eñ quandiu excellẽtius eſt natum eſt principari deficiẽti in reſpectu ad ipſum: & tunc cõſtat quòd principantes ſemper eſſent diuerſi.

Ideo expedit in optima ciuit. ſemper aliquos eſſe principes, & nunquã ſubditos.

Verum quia vt dicit Ari. non eſt facile inuenire inter ciues aliquos prædictæ excellentię, nec inueniunt reges tantũ differre in virtute à ſubditis quãtum dij & heroes ab hominib⁹: ſicut Scilax dixit eſſe inter Indos, apud quos rex vt Deus reputatur, ideo melius eſt vt oẽs ſimiliter participes viciſsim ſint imperij & ſubiectionis, nam qui ſimiles ſunt fm naturam & virtutẽ, æqualiter debent honorari: ergo æqualiter principari & qm̃ non poſſunt omnes ſimul: ergo viciſſim. Præterea, ſi aliqui ſoli ſemper principarentur, difficile eſſet talem rempu. perſeuerare: nec optima eſſet imò iniuſta: nam cum excluſis ab autoritate dominandi concurrerent omnes qui in regione ſunt: & ſtatum mutare cupiunt vt ipſi dominari valeant: nec valerent pauci principantes tãtam multitudinem comprimere: qm̃ inſolentes in regione multi ſunt numero, & audacia & potentia: expedit ergo ad conſeruationem optimæ politię omnes ciues viciſsim principari & ſubijci in dominio politico: quo reguntur liberi & ingenui: vt excludamus à præſenti propoſito imperium deſpoticum, in quo natura dominus principatur natura ſeruo vt declarauimus in libro primo. In illo nanque nunquam licet dominũ natura ſubijci natura ſeruo, nec natura ſeruũ principari natura domino. Hoc enim eſſet contra naturæ ordinem.

Patet

Patet ergo ꝙ in optima ciuitate iidem ſunt principãtes & ſubditi quo ad ſuppoſita: qm̃ qui vno tempore principãtur, alio obediunt. Tu tamen aduerte vt dicit Ariſto. quòd licet ſint iidem ſuppoſito, non tamẽ ætate: nam qui obediũt in iuuentute, nõ debent in iuuentute principari. Natura em̃ oſtendit qũo hæc diſtinguenda ſunt: nam cum faciat hos iuuenes & illos ſenes palam eſt quòd iuuenes vtpote imperfecti & minus experti ac minus prudentes obedire debent. Seniores autem imperare, quoniam ętate & experientia magis venerandi ſunt ac prudentiores. Sunt igitur iidem ſuppoſito, ſed alteri ætate, nec eſt timendum quòd iuuenes indignẽtur ſi in iuuentute nõ principantur, vel ſi ſeniores eis præponuntur. Sciunt enim id fieri non quia ſint natura inferiores, ſed ratione ætatis minus apti ad principatũ, & ideo non indignabuntur & præſertim cum & ipſi quando ad illã peruenerint ætatem eoſdem ſint honores recepturi. Erunt ergo & iidem ſuppoſito & diuerſi ætate.

Non eſt eadem diſciplina principãtium, ac ſubditorum.

Viſo quomodo principantes & ſubditi in optima ciuitate debent eſſe iidem & diuerſi, nunc declarandũ eſt primũ propoſitum, ſ. vtrum diſciplina eadem an diuerſa debeat eſſe principãtiũ & ſubditorum. Tu igitur aduerte, quòd ſicut principantes & ſubditi ſunt iidem & diuerſi modo quo diximus, ſic & diſciplina eorũ debet eſſe ꝓportionaliter eadẽ & diuerſa: nã principans & ſubditus in ciuitate optima determinantur ꝑ diſciplinam, puta ꝑ prudentiã & virtutẽ, per quas ſubditus rectè ac ſtũdiosè obedit, & principans rectè ac prudenter imperat, & ideo ſicut principantes & ſubditi debẽt eſſe iidẽ & alteri modo quo diximꝰ, ſic vtriuſq; diſciplina debet eſſe eadẽ ꝓportionaliter & altera vt puta ꝙ ſubditus ea prudentia & virtute qua didicit obedire poſtea faciꝰ princeps ſciat ꝑcipere: nã vt ꝓuerbio dicitur. Qui imperare vult rectè, oportet ipſum priꝰ ſub imperio fuiſſe. Dictũ eſt in tertio libro, ꝙ nemo bene principatur q̃ aliq̃n ſub prĩcipe nõ fuit. Patet ergo quales oportet eſſe ciues in optima ciuitate quo ad principari & ſubiici, vtrum iidem aut diuerſi, & qualis diſciplina principantis & ſubditi, vtrum eadem vtriuſque, an altera. Hæc de ſecundo capite dicta ſufficiant.

CAPVT III.

De ciuium virtutibus.

IN tertio capite declarãdum eſt quales debeant eſſe ciues quo ad virtutes, vt conſequantur felicitatẽ. Pro reſolutione igitur propoſiti ponitur hæc concluſio, neceſſe eſt ciues optimæ ciuitatis ad hoc ꝙ felicitentur præhabere in ſe omnes virtutes, & ſecundum eas operari, probatur. Quicunque rectè intẽdit finẽ, neceſſario quærit ꝑhabere media ad finem. Vanum enim eſſet velle finem & nõ curare de mediis ſine quibus non datur finis: vnde ſtulta eſſet infirmantis voliꝰ tio circa ſanitatẽ, ſi remedia negligeret, ſed omnes virtutes neceſſarię ſunt vt media ad felicitatẽ: nam cum ipſa conſiſtat in ſpeculatione alicuius primi ac ſummę intelligibilis vt ſæpe docuimus in libro decimo Ethicorũ, tractatu ſecũdo cap. 3. & in tractatu primo ac ſeptimo huius ſeptimi libri, ad ipſam primo requiritur virtus prima ac nobiliſsima intellectualis quam dicimus ſapientiã: qm̃ ex decimo Ethicorum, vbi ſupra, ſpeculatio primi intelligibilis eſt actus ſapientiæ, ſecundo requiritur habitus ſcientiæ naturalis, quo dirigitur in cognitionem entium naturaliũ, quorum notitia manu ducimur in contemplationem entium diuinorum, vt docuimus in octauo libro Phyſicorum, & in duodecimo Metaphyſicæ, tertio requiruntur habitus regulantes appetitum ſenſitiuum circa paſsiones & motus concupiſcibilis & iraſcibilis ne ex paſsionibus ſordinatis retrahatur homo à ſpeculatione diuinorum, & conuertatur ꝓter rationem ad ſenſibilia illisq; ſolis vt vltimo ſuo fini inhęreat vt brutum. Tales autem habitus ſunt ꝑcipuè temperantia, & fortitudo, & manſuetudo, quarto requiruntur habitus per quos exteriora bona neceſſaria humanæ vitæ acquirere valeat: qm̃ vt docuimus ſupra, ſine bonis fortunę nemo ꝓ hac vita felicitari poteſt. Neceſſe eſt igitur & ciuibus ſingulis, & optimę ciuitati vt felicitentur omnes in ſe ꝑhabere virtutes, q̃ & otio & negociis deſeruiunt. Vnde dicit Ariſtot. ꝙ cum ſit idem finis vltimus publicè & priuatim hominibus neceſſe eſt ad illum conſequendum viro optimo, & reipub. optimę ineſſe eas virtutes, quę ad otium ſpectant, finis enim vt ſępe iam diximus belli eſt pax, & negocij otium, & virtutes quarum opus eſt in otio & quarum opus eſt in negocio, vtiles ſunt ad otiũ & quietẽ. Oportet em̃ multa negocia nobis ꝑ exiſtere, vt liceat in otio eſſe. Quapropter oportet optimam ciuitatem temperatam & fortem & patientem eſſe quantum ſpectat ad ciues, qui ꝓpriè cõponunt ciuitatem vt diximus ſupra, & id dr̃ vt excludantur ſerui qui nunquam debent ab actionib. exterioribus ceſſare: vnde & ꝓuerbio dr̃, nullum otium ſeruis. Fortitudine igitur & conſtantia opus eſt in negocio puta in bello, Philoſophia vero in otio. Temperãtia aũt & iuſtitia in vtroq; tempore, ſed magis in pace & otio nam bellum quidem cogit homines eſſe iuſtos ac tẽperatos. Militaris em̃ vita, q̃ verè militaris eſt & nõ deprauata, multas habet virtutis partes, vt docuimus in lib. ſcõdo. Fruitio autem fortunæ ꝓſperæ & otium cũ pace magis petulantes hoſtes facit. Credentes em̃ omnia ꝓpter diuitias habere efferuntur per elationem, & fiunt aliorũ deſpectores. Multa igitur iuſtitia, & temperãtia indigent qui in optimo ſtatu conſtituti videntur, & in fruitione oĩum rerum, q̃ vidẽtur homines facere felices, veluti ſi qui ſunt, vt poẽtæ tradunt, in beatorum inſulis, in quibus dicunt animas eorũ qui in vita bene vixerunt, poſt mortem feliciter perſeuerare. Talis autem maximè neceſſaria eſt Philoſophia, id eſt ſapiẽtia, in cuius actu ſtat felicitas ſpeculatiua, & temperantia vt regulentur concupiſcentiæ, & iuſtitia vt regulentur operationes ad alterum, & tanto magis his virtutib. indigent quanto magis otioſi ſunt in abundãtia bonorum exteriorũ. Qua igitur de cauſa beata & ſtudioſa futura ciuitas his virtutib. indigeat & in negocijs & in otio manifeſtum eſt. Turpe eſt em̃ in negocijs & in bello, viros ꝓbos videri, in otio autem & pace, ſeruilem & opprobrioſam vitã ducere. Quapropter oportet optimos ciues nõ quemadmodũ Lacedęmones virtutes exercere. Illi em̃ non differunt ab alijs in hoc ꝙ non credant eadem eſſe maxima bona hominis, quę alij, ſ. virtutum opera, ſed potius in hoc ꝙ id opinabãtur fieri per vnã virtutem, alij aũt per aliã. Ipſi nanq; credebant hoſtem beatificari per actum fortitudinis in bello, alij aũt potius in actu ſapiẽtiæ. Cõſtat igit̃ ex dictis aliqua eſſe maiora bona hoſis, quàm ea, quæ ex bello ꝓueniũt, & illa magis in actu quã in habitu conſiſtunt, & quę gratia ſui quęruntur potiora ſunt, quàm quæ propter alia. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Bellum vtilius eſt ciuitati, quam pax.

Ciues oportet omnes habere virtutes.

Serui ſunt ab otio remouendi.

Tractatus octaui finis.

TRACTATVS NONVS IN ſeptimum librum Politicorum, tribus diuiſus capitibus.

¶De optima diſpoſitione corporis ſtudioſi ciuis.

IN hoc tractatu cõſiderandum eſt quibꝰ modis ac documentis diſponendi ſunt ſm corpus & appetitum ſenſitiuum ciues optimæ ciuitatis, quos diximus in cap. præcedenti oportere fieri ſtudioſos, aut naturali inclinatione, aut cõſuetudine bene operandi, aut rõne inducente ad bonum, & auertente à cõtrario: nam cum eorum & optimæ ciuitatis finis vltimus ſit felicitas cõſiſtens eſſentialiter in actu intellectꝰ, vt iam declarauimus, & intellectui corpus deſeruiat & appetitus ſenſitiuus ordinetur ad mentem modo quo declarabimꝰ, oportet prius documenta afferre quibus corpus & ipſe appetitꝰ bene diſponantur gratia intellectus & animæ. Hunc igitur tractatum diſtinguemus in tria capita. In primo ꝓbabitur ꝙ ſunt bene diſponẽdi ſm corpus & ſecundum appetitum ſenſitiuum. In ſcõdo tractabitur de optima diſpoſitione corporum, vt deſeruiãt actibus moralib. & intellectualibus. In tertio declarabitur qũo pueri tranſacto primo quinquennio, paulatim ſunt diſponendi ac curandi ſm appetitum ſenſitiuum, in quo ſunt paſsiones cõcupiſcentiæ & iraſcibilis, vt cum ad pfectiorẽ deuenerint ętatẽ, ſciant bene ac moraliter viuere, & per morales virtutes euadant ſtudioſi ciues.

CAPVT I.

Quomodo ciues ſint prius per leges bene diſponendi quo ad corpus, & appetitum ſenſitiuum.

IN primo capite declarandum eſt ad hoc, ꝙ ciues optimæ ciuitatis in qua optima politia inſtituẽda eſt fiant optimi ſm intellectum, prius bene diſponendi ſunt ſecundum corpus & partem rationalem ſecũdum participationem, quam ſupra diximus eſſe appetitum ſenſitiuum. Iſte igitur erit ordo, probabitur primo, quòd ſunt bene diſponendi ſecundum corpus, vt habeant corpus deſeruiens operationibus virtutum moralium ac intellectualium, ſecundo probabitur

bitur quòd diſponendi ſunt ſecundum appetitum ſenſitiuũ, ne ex motu paſsionum exiſtentium in eo, impediatur intellectualis operatio,& pręcipuè ſpeculatiua.

Hominem politicũ ac ciuem quomodo oporteat eſſe bene prius diſpoſitũ quo ad corpus.

Quantũ ad primũ ponitur hæc concluſio:Apud politicũ prius curãdũ eſt ꝙ corpus bene diſponatur quã anima, ſiue intellectus probatur.In omnibus in quibus eſt aliquis finis, prius præordinanda & ꝓdiſponenda ſunt quæ ſunt ad finẽ. Id patet in naturalibus.nam agens naturalis fruſtra ageret, niſi prędiſponeret materiam ad formã,vt ad finem generationis,& in artificiatis:vanè laboraret faber in fabricando, gladio niſi prædiſponeret ferrum.Sed homo vt ſupra docuimus ad finẽ ordinatur:qui eſt perfectio intellectus:& corpus ꝓp hac vita deſeruit vt materia intellectui.ergo ad politicum ſpectat & ad legiſlatorẽ priꝰ curare & leges inſtituere,quibus per generationem : & educationẽ corpus humanum bene diſponatur:vt ſit aptiſsimum organum animæ,& optimæ intellectui vt fini & perfectiori deſeruiat.Id autem fiet ſi documenta quæ infra aſsignabimus circa generationem & matrimonia ſeruata fuerint.

Ciuem oportet prius bene diſpoſitũ eſſe quo ad appetitũ ſenſitiuũ,quàm quo ad intellectum.

Quantum aũ ſm ponitur hæc concluſio. Ad politicum ſpectat curare qũo prius bene diſponẽdus eſt appetitus ſenſitiuus qui eſt pars animę participans rõnẽ quã intellectꝰ ꝓbatur.Sicut partes hominis ſunt duę.ſ.corpus vt materia,& anima vt forma,ſic duæ ſunt partes animę intellectiuę.ſ.rationalis participatiuè,cuiꝰ habitus & perfectiones ſunt virtutes morales:& rationalis per eſſentiã , cuius habitus perfectiui virtutes intellectuales & altera pars dicitur appetitus,altera intellectus ſiue ratio.Sed ſicut corpus ꝓcedit animam via generationis:ſic pars rationalis participatiuè ꝓcedit partem rationalem per eſſentiam quãtum ad actũ:cuius ſignum eſt quòd pueris ſtatim inſunt ira & concupiſcentiæ ſed ratio & mens quantum ad actum intelligendi nõ inſunt niſi procedente ætate. Sicut igitur prius eſt diſponendũ & curandum corpus,q̃ anima ex præcedẽti concluſione:ſic & appetitus quàm intellectus:niſi enim bene regulẽtur paſsiones appetitus,adeo inſurgerent quòd iudicium rationis penitus obſcurarent.Diſponendus eſt ergo prius,ne impediat actum intellectus : quoniam concupiſcentiæ & iræ non regulatæ trahunt hominem ad mores animæ brutalis.

Sed hic eſt dubiũ, qm̃ cũ ratio moueat & regulet appetitum,aliter non eſſet aptus obedire rationi,videtur ꝙ ſit poſterior ratione:motum enim & regulatum ſupponit regulãs & mouens,ergo eſt poſterius mouente & regulante ; & ſic non videtur verum quòd pars rationalis participatiuè pręcedat partem rationalem per eſſentiam.

Ratio quomodo appetitum præcedat.

Ad hoc dicitur ex lib.9. metaph. quòd. aliquid eſt prius altero dupliciter , ſ. perfectione & generatione:perfectione quidem anima eſt prior corpore , ſed poſteior generatione.Corpus autem eſt prius anima generatione ſed poſterius perfectiõe.Sic in propoſito:ratio quo ad actũ eſt prior appetitu perfectione:ſed eſt poſterior generatione.Appetitus autem eſt generatione prior quo ad actum:& poſterior perfectione reſpectu rationis & intellectus:nam prius tempore concupiſcimus & iraſcimur quàm intelligamus. Argumentum autem procedit de prioritate perfectionis , & Ari. intendit appetitum eſſe quo ad actum priorem generatione quàm ſit ratio & intellectus quo ad actum intelligendi , & ſic nulla eſt repugnantia.

Patet igitur ex dictis adhoc quòd ciues fiant ſtudioſi & felices curandum eſſe prius corpus quàm animam. Deinde appetitus curandus eſt ſed gratia intellectus : ſicut & corpus gratia animæ.Hæc de primo capite dicta ſunt.

CAPVT II.

De ciuium optima quòd ad corpus diſpoſitione,quo idonei ſint ad opera intellectus tam practici, quàm ſpeculatiui.

IN hoc ſecundo cap.iuxta ordinem pręmiſſum tractandũ eſt de optima diſpoſitione corporum , vt inueniantur cõuenientia ad ſeruiendum animæ in actibus intellectualibus practicis & ſpeculatiuis. Hęc autem optima diſpoſitio ex intentione Ariſt.pendet ex bona diſpoſitione parentum generantium in actu generationis,& ex bona diſpoſitione matrum pręgnãtiũ:& ex prima alimentatione & cura poſt natiuitatem pro prima ætate.Hic igitur tria agenda ſunt.Primo conſiderabimus ea quæ obſeruanda ſunt à generantibꝰ. Secundo quæ à matribus pręgnãtibus. Tertio quæ à nutricibus in educatione & regimine pueri nati.

Quantum ad generantes oportet legiſlatorẽ determinare tempus & ætatem determinatam pro nuptiis & cõiugiis celebrandiis,vt ſeruetur pax & amor inter coniuges:nam ſi non cõueniunt in generandi potentia,lites ac diſcordiæ inter eos oriuntur.Viro enim generare adhuc potente,ſi mulier ipſa concipere non poſſit:vel muliere quidẽ ad cõcipiẽdum apta,ſi vir generare non poſſit nullã ſeruabunt animorum quietem:ſed nec forte mutuæ fidei integritatem.

Expedit cõiugia non protrahere vſque ad ſenectutẽ,nec illa anticipare nimis in iuuentute.

Præterea,ſi coniugia ad ipſam vſque ſenectutẽ vel proximè prolongẽtur:filij nimis diſtabunt ab ætate parentũ , ita ꝙ nec ipſi vt paruuli parentibus in neceſſitate conſtitutis & iam ſenibus ſubuenire poterunt:nec parentes ſenes filijs adhuc paruulis adiumenta præſtare.

Prętereaſi coniugia in iuniori ætate celebrantur:filij vi debuntur quaſi coæui parentũ:quod non expedit:cũ neque tanta ſit reuerẽtia huiuſmodi filiis erga genitores iuniores: & circa domus gubernationẽ,querelę ex hac quaſi paritate ſoleant euenire,cum ſint ſimul æquè potentes vel impotentes:nam cũ filius à patre adhuc iuuene petierit auxiliũ, aut ſubſidium:pater reſpõdere conſueuit:vales tu ſicut & ego. Sic & filius reſpõdere poterit patri quęrenti auxiliũ à filio: Hinc prouenit diſpendiũ & nocumentũ domus:expedit ergo non protrahere coniugia ad ſenectutem,nec nimis accelerare in iuuentute.Sed pro tali ętate fieri debent in quanatorum corpora ſint ad virtutem bene diſpoſita iuxta voluntatem legiſlatoris.

Vt autem eligatur pro generatione filiorum congrua & ſufficiens ętas.aduerte ex intentione Ari. ꝙ finis generandi viris eſt ſeptuageſimus annus vt in pluribus , qm̃ tunc debilitatum eſt calidum naturale, aliquibus tñ hic terminus eſt longior.ſed paucis:& aliquibus breuior propter variã corporum diſpoſitionem & complexionem. Mulieribꝰ autem, quinquageſimus annꝰ,qm̃ naturaliter minoris ſunt virtutis & caloris:ita igitur cõiugandi ſunt & in tali ętate,vt in vtraque ſimul deſinat generandi potentia : cõmenſuratis tẽporibus dictis,ſcilicet quinquaginta annis pro muliere & ſeptuaginta pro viris.

Ex his ſequitur ꝙ non expedit in adoleſcentia connubia celebrare.Adoleſcentiũ enim coniunctio ad filios procreãdos reprobanda eſt à legiſlatore,quoniam in cunctis animalibus iuuenles partꝰ imperfecti ſunt,& fœminæ frequẽtius quàm mares gignũtur:& nõ debita corporis forma ac quãtitate,cuius rõ eſt hæc.Quando virtus actiua ſeminis digerere non põt menſtruum mulieris propter defectum caliditatis,non deducit ad ſimilitudinem generãtis ſm omnes diſpoſitiones ipſum fœtum:ſed magis vitiatur & alteratur,ꝓpter abundantiam humidi frigidi menſtrualis:& tunc tranſmutat in contrarium ſexus maſculini& generatur fœmina. Huius autem diſpoſitionis ſunt ſemina iuniorum : quoniam nondum ſolidata eſt virtus generatiua ex teneriori ætate, ex eadem cauſa prouenit ꝙ geniti non ſunt conuenientis figuræ nec magnitudinis,extẽſio enim prouenit à calido:cuius eſt mouere ſurſum:& augmentũ facere.Calidum autem imperfectum eſt & non ſolidũ in adoleſcentibus,& ideo geniti ab eis ſunt ſtatura puſilli.Cuius ſignum eſt vt inquit Ariſt.ꝙ in quibuſcunque ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcẽtes mares puellãſque coniugare,in eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtunt.

Cur ex inuenibus coniugibus ſemina frequẽtius generentur quã mares monſtroſa,ac puſilla.

Præterea,puellæ in ætate immatura cõcipientes in partu magis laborãt doloręſque vehemẽtiores ſuſtinẽt, ac peunt plures.vnde quidã exiſtimant reſpõſum oraculi datũ fuiſſe Trizœniis interrogantibus Apollinem:cur tot parturientes perirent,ob ſcilicet nuptiarum immaturitatem.

Ob nuptiarum immaturitatem multæ parturientes pereunt.

Præterea,ad continentiam conferunt nuptiæ in ætate iã matura celebratæ.Intemperantiores enim videantur fieri puellæ,cum ita iuuenculæ veneri aſſueſcunt: & hinc multiplicantur adulteria.

Præterea,corpora adoleſcentium coeuntium dũ ſunt in augmento,ad debitam magnitudinẽ non proueniũt , impediuntur eñ emiſſione ſeminis.Nam vt docuimus in ſecũdo de anima alimentum digeſtum principium eſt nutritiõis & augmenti & generationis.Ipſis autem adoleſcentibus fere totum alimentum digeſtum neceſſarium eſt pro nutritione & augmento:parũmq; ſupereſt generationi ordinatum:& ideo ſi multum coeant id,quod tranſire debuerat in nutritionẽ & augmentum, cõuertitur in ſemẽ, & ſic deficiunt à debita nutritione,& conuenienti augmento.Eſt enim in animalibus determinatum tẽpus pro augmento,quo penè finito incipit tẽpus generationi aptum.Tunc enim pars aliméti digeſti quod prius ordinatum erat pro augmento tranſit in ſemen pro conſeruanda ſpecie.

Non

Frequens coitus nocet augmento.

Non ſolum autem immaturus & frequentatus coitus nocet augmento, ſed etiam complexioni propter infrigidationem & exſiccationem: qm̃ cum emiſſione ſeminis ſimul educitur calidum humidum quæ ſunt principia vitę, vt docuimus in libro de morte & vita: vnde vt docet Ari. in lib. de cauſis longitudinis & breuitatis vitę, animalia coitiua & multiſpermia citius ſeneſcunt, qm̃ ſperma crebrius emiſſum deſiccat & infrigidat, quæ ſunt cauſę accelerandi ſenectutem & mortẽ, & ideo mulus eſt longioris vitę, quàm equus, aut aſinus, ex quibus generatur: quoniam minus ſpermatizat. Paſſeres autem maſculi, breuis ſunt vitæ: quoniam coitui ſunt, ſed de his diffusè pertractauimus in Epitomatibus noſtris in paruis naturalibus, in tractatu de cauſis mortis & vitæ, & in tractatu de cauſis longæ, & breuis vitæ, & tu vide illic. Conſtat igitur quòd non expedit in ætate creſcentiæ celebrare connubia ex cauſis dictis.

Senioribus non expedit nubere ſicut nec iunioribus.

Sicut autẽ adoleſcentulis non expedit nubere ſic nec ſenioribus. Seniorum enim fœtus ſicut & iuniorum imperfecti ſunt & corporibus & intellectibus propter debilitatem virtutis. Quapter illud tempus probandũ eſt, ad generationem, in quo maximè virtus generatiua & intelligentia vigent in nobis. Id autẽ eſt vt in pluribus vſque ad annum quinquageſimum vt poëtæ quidã dixerunt, determinantes humanas ętates per ſeptenarium numerum: nã ſepties ſeptẽ ſunt quadraginta nouem. Qui ergo quatuor aut quinq; annis, quinquageſimum annum exceſſerint derelinquere debent in aperto procreandi ſtudium, ne de cętero filij ſint imperfecti & imbecilles, & vt vitetur eorum ſuperflua multitudo, ne ſi facultas paterna in quàm plures diuiſa fuerit, nulli eorum ſufficiat, & paulatim cadant à ſtatu ſuo ex inopia ſuperueniente.

Quòd ſi coniugati poſt prædictum ætatis terminum cõmiſceri voluerint, id permittitur nõ gratia prolis generãdę, ſed gratia ſanitatis. vel alia cauſa. Contingit enim aliquãdo ꝙ in vaſis ſeminalibus congregatur ſpermatis multitudo, quæ naturam grauat, ac indiſpoſitam reddit, & per coitum emiſſa naturam alleuiat, meliusq; diſponit ad ſanitatem.

Coitus verò omnis poſt coniugium alterius quàm cõiugis, ſit penitus interdictus: quoniam eſt & appellatur conjunx, ideo ſi fiat cum alia eſt iniuſtitia, & maximè tẽpore ac ætate, qua idonei ſunt ad procreandũ, qđ ſiquis contra facere deprehendatur per tẽpus procreationis, dignam pro delicto pœnam reportet, ex quibus conſtat ꝙ Ariſt. hic prohibet commixtionem vxorati cum aliena, etiam quòd ſit libera, magis autem cum vxore alterius eo quòd & malũ per ſe eſt, & contra iuſtitiam. Conſtat igitur ex cauſis adductis, ꝙ non expedit ſenioribus ſicut nec iunioribus nubere.

Cùm igitur durante augmento, & poſt quinquageſimũ quintum non expediat nubere, reliquum eſt vt manifeſtemus cõgruum temporis ſpatium pro connubiis tam in maribus, quàm in fœminis.

Expedit fœminas decẽ & octo annorum ætate nubere: homines, ſeu maſculos in trigeſimo ſexto ætatis ſuæ anno.

Tu igitur aduerte ex intentione Ari. ꝙ puellas circa ætatem annorum decem & octo, nuptui tradere congruit. Maſculos autem circa ætatem annorũ ſex & triginta. Sic enim coniungentur vigentibus & iam perfectis corporibus, & maturo tempore ad procreationem, & filij ad maturam ac perfectam ætatem deuenient cum parentes generare deſinent, puta cum mater quinquageſimum annum, & pater ſeptuageſimum attingerint, filij erunt triginta annorũ & vltra, ſicq; parentum iam ſenum curam agere quàm maximè poterunt, firmiorq; & dulcior perſeuerabit inter coniugatos iam ſenes matrimonialis amor: nam tranſacto procreationis tempore, coniugalis amor in fraternum & amicabilem tranſibit ac ſodalitium.

Sed aduerte quòd Ariſt. prædictas ætates deputat matrimonio, non quin poſsit ante fieri: nam poſt annum duodecimum ſecundum leges mulier cõtrahere poteſt, & maſculus incipiente pubertate, ſcilicet poſt annum quartumdecimũ, ſed quoniam non poteſt optimè fieri, reſpectu ciuitatis, & reſpectu generantium, & reſpectu generandorum. Nã ſi generandi futuri ſunt optimi & ſtudioſi ciues oportet eos eſſe optimè diſpoſitos ſecundum corpus, quod vtique erit ſi à perfectis ac bene diſpoſitis parentibus procreantur, ex cõſequenti & ſecundum animam: quoniam vt diximus ſupra bona diſpoſitio corporis plurimũ confert bonæ diſpoſitioni animæ, per accidens tamen aliquando contingit id fieri tardius aut citius in aliq bus: puta ſi tardius aut citius eorũ corpora perficiuntur, vel ſi timeatur fornicatio cũ alienis. Patet igitur quo tempore determinate expedit optima celebrare connubia.

Quę autẽ pars anni ſit conuenientior ad copulam mari talem dicit Ari. ꝙ exiſtimatur hyemis, vt multi obſeruant, tunc eñ frigiditate continentis clauduntur porri, & fortificatur calidum interius, ex quo virtus generatiua congregata efficitur fortior. In ęſtate autem porris apertis exhalat calidum interius, & ipſa virtus debilitatur. Ideo magis expedit in hyeme quàm in æſtate nubere. Ad optimam aũt liberorum ꝓcreationem expedit cõſiderare quæ à medicis & Phyſicis traduntur. Medici eñ tempora oportuna & importuna ꝓ corporibus oſtendunt. Phyſici autem ea quæ de ventis & ſpiritibus, boreales magis quàm auſtrales laudantes. Illi eñ frigidi ac ſicci ſunt, & calidũ naturale cõgregãt & fortificãt, & ex cõſequenti corpora robuſtiora ſeruant. Auſtrales vero calidi ac humidi reſoluunt ac debilitant.

Magis hyeme quã æſtate nubere expedit.

Quę autem hominum corpora ad procreationem filiorũ magis idonea ſint dicendum eſſet vbi de liberorum diſciplina tractatur. Nunc autem ſummatim dicamus, ꝙ non expedit ea eſſe admodum magna, veluti corpora athletarum: qm̃ in tanta protenſione membrorum debilitatur virtus ſpiritus calidi, neque humilia & imbecilla propter defectum virtutis, ſed media. In omnibus enim medium laudatur tam in naturalibus quã in alijs. Media igitur hominum corpora procreationi filiorum aptiora ſunt.

Corpora nõ multum magna, nec parua, ſed media ſunt ꝓcreationi filiorum aptiora.

Sed aduerte vt dicit Ari. ad procreationem liberorũ non ſufficit generantes eſſe mediæ ſtaturę, ſed oportet eos exercitari, exercitijs honeſtis temperatis & non violentis: nam per motum temperatum excitatur virtus, ꝙ laborioſum autem & violentum ſpiritus exhalant & debilitantur. Exercitium ergo expedit generantibus: qm̃ otio marceſcit virtus corporis & motu ſeruatur. Non autem expedit eos tantum in vno exerceri quo modo faciunt athletæ, ſed ad diuerſa liberalia opera, vt facilius delectabiliuſque ſe exerceant. Diuerſitas nanque operabilium perſeuerantiam ſubminiſtrat, & hoc eſt naturale hominũ generi, vt docuimus in lib. octauo Ethicorum. Oportet aũt & viros & mulieres exercitari ꝓut eis cõuenit. Patẽt igit diſpoſitiones requiſitæ ex parte gñrantiũ vt ꝓcreandi ſint optimè diſpoſiti ſecundũ corp⁹.

Optima matrum prægnãtium diſpoſitio.

Quantum ad ſm declarandum eſt qualiter ſe habere debeant matres dum prægnantes ſunt, ne impediatur optima diſpoſitio fœtus. Oportet igitur legiſlatorem ſuperintendere curæ matrum prægnantium. Fœtus eñ nutrimẽtum aſſumit à matre per venas & porros ad hoc à natura diſpoſitos & diſponitur iuxta diſpoſitionem & qualitatẽ nutrimenti ſibi à matre miniſtrati, ita ꝙ eodem nutrimẽto nutritur mater & fœtus. Super duo aũt præcipuè diligens ſit prægnãs. Primò ꝙ non pigreſcat vacans ab omni immoderato motu & greſſu, ſed diebus ſingulis iter quoddam agat non laborioſum, puta ad templa deorum, vt gratias agat de honore concipiendi, opprobrium eñ exiſtimatur in muliere ſterilitas apud politicum, & deos ꝓpitios in partu habeat. Ratio autem ꝓpter quam prægnãtes pigreſcere nõ debẽt eſt hęc: qm̃ deficiunt in calido & abundant humido groſſo indigeſto, & ideo indigẽt motu, quo excitetur calor, & digeratur ac ſubtilietur humidum groſſum, aliter fœtus contrahet naturalem ſegnitiem & torporem. Secundò ꝙ nõ vtatur ſubtili alimonia: qm̃ cum facilis ſit digeſtionis aſſumitur in membris matris eo ꝙ eſt fortioris virtutis, & cedit ferè in totũ in nutrimentum matris, ita ꝙ admodum parum relinquitur ꝓ nutriendo fœtu. Expedit ergo prægnantem aſſumere cibum medium inter groſſum & ſubtilem. Licet autem quo ad corpus pręgnans non debeat à motu moderato ceſſare, expedit tñ quo ad mentem & animum in tranquilitate viuere & à triſtitijs afflictiuis cauere, faciunt eñ fœtum ſicut & matrem tabeſcere & inducunt in fœtu diſpoſitiones ad peſſimas ægritudines corporis & mentis, ideo vir caueat ne prægnantem affligat.

Cur prægnãtes non oportet pigreſcere.

Prægnantib. cibus.

Quantũ ad tertiũ declarandũ eſt quid obſeruare debeãt nutrientes puerum natum pro prima ętate, quę ſecundum Ari. complectitur primum triennium, ſed antequam ad ꝓpoſiti reſolutionem deueniamus aduerte ex intentione Ariſto. ꝙ pueri aliquando naſcuntur orbati, id eſt carentes aliquo ſenſu vel membro, & de his inquit Ariſ. inſtituatur lex, nullum orbatum natura fore educandum. Qui autem perfectis & integris ſenſibus ac membris naſcuntur exponendi ſunt educationi iuxta mores & inſtituta ciuitatis, qđ dicit: quoniam ſm aliquas nationes, quando ciuis tot habebat filios, quot ſufficiebant pro facultate & ſtatu ſuo ſi qui alij poſtea naſcebantur, ſtatutum erat eos non educandos ſed relinquendos aut proijciendos ſicut catulos quos mater lactare non poteſt, ſed id vt inhumanum & ferum reprobat

Caueãt viri ne triſtitia afficiãt prægnantes.

Quid agendum de filijs orbatis.

Ari. & dicit q̄ ſi alicui multitudo prolis adſit: vt duplicatus ſit filiorum numerus (nam determinatus eſſe debet ad multitudinem nimiam euitandā) præuenire oportet ne fœt⁹ cōcipiatur id eſt procurandus eſt abortus ante formationē & animationem fœtus: nā poſtquam conceptus eſt & ſenſum habet: nefas eſt attingere eum id eſt occidere.

Et tu aduerte q̄ ex hac Ariſt. ſententia tria elicitur quæ ſunt ad mentē ſuam, & non vt recitatiua alterius opinonis.

Primo q̄ cum ciuitas debeat eſt communitas per ſe ſufficiens ad ea quę opportuna ſunt humanæ vitæ cauenda ſunt omnia que inopiam inducunt: inter quæ precipua eſt exceſſiua filiorum multitudo debentium ſuccedere in paterna & progenitorum facultate: nam ſi magna ſit progenitorū hęreditas, ſi in quā plures filios partita fuerit, cuilibet tenuis ac modica portio concinget, & in quartam aut quintam generationem ſicut ad ſenſum videmus ſucceſſores inopes erunt, quorum anteceſſores diuites fuerunt.

Secūdo quoniā poſſet quis dicere, primogenitū ſolū debere inſtitui hęredē, & ſic ſtat⁹ domus nō deficiet: poſteriores autem filij ex induſtria quærāt ſibi facultates. hoc non cōſonat vitæ politicæ, qm̄ vt dixim⁹ ſupra: qui poſſeſsiones habēt debēt eſſe pars ciuitatis & participare in rep. ac regimine ciuitatis, & iſti ſunt propriè ciues, quorum pro tempore eſt dominari & ſubiici, vnde ſi poſteriores filij nō ſuccederent p̄ parte ſua in facultate paterna aut maiorū, ſed ſolus primogenitus, nō poſſent eſſe ciues nec participare in repub. qđ maximę diſſenſionis cauſa eſſet. Prēterea poſteriores filij poſſunt eſſe bene ac forte melius nati ad virtutē & p̄bitatē quā primogenitus, ergo iniuſtè priuarentur hęreditate paterna. Præterea: dat eis occaſio depdandi, & occidēdi multaq̄ p̄fina perpetrandi: nā cum viderint ſe ad maiora progenitos ex naturali & benigna ſuperiorū cauſarum diſpoſitione: paupertatem ferre non poterunt, qua à magnis operibus reuocatur, ideo conuertent ſe ad rapinas ad homicidia ad lites iniuſtas: quib⁹ nil peius in optima ciuitate cōtingere poteſt. Vt igitur huiuſmodi enormia euitētur: expedit omnes legitimos in hæreditate paterna ſuccedere.

Expedit omnes legitimos filios, in hæreditate paternæ ſuccedere

Tertio quoniam exceſsiua filiorū multitudo etiā huic p̄poſito obuiare poſſent, nā licet hęreditas paterna in ſingulos diuideretur, poſſent adeo multi eſſe, q̄ nulli ſufficeret, nec filiorum filiis, ideo Ariſt. cōtra hoc documentū inuenit: nō quidem approbatū in vera & chriſtiana moralitate: ſed vt minus nefarium: quàm iuſtitutum gentium quarundam, quas penitus inhumanas iudicare poſſumus. Illę nāq; vt diximus iudicabant filium natum poſt ſufficientem priorum numerum, non reſeruandum, ſed proiiciendum vt catulum moriturum. Ari. autem remedium minus inhumanum inuenit, vt ſcilicet quando quis ſufficientem filiorum numerum habuerit & contigerit vxorem de vno concipere: procuretur ante vitam & ſenſum fœtus abortus. Hoc enim & ſi abſolute non liceat, tamen minus malum videtur quàm poſt natiuitatem exterminare: vnde Ari. id approbat & eligit nō vt bonum in ſe, ſed vt minus malum cum vtrumq; ſit malū, ſed illud maius & inhumanius.

De filiorum nutritione.

Viſo igitur quid obſeruandū ſit circa filios orbatos: & circa eos, q̄ cōcipiuntur poſt ſufficientē filiorum multitudinē, antequā animētur in vtero. Nunc declarandū eſt quid ſit obſeruandū in educatione pueri nati non orbati reſeruādi p̄ primo triēnio. Tu igitur aduerte q̄ nutritio debita pueri nati vſque ad tres annos conſiſtit in tribus, ſ. in alimento conuenienti, in exercitio & in tolerantia difficilium prout illi ætati conuenit. Alimentum quidem cōueniens & primū poſt natiuitatē eſt lac. Nam vt inquit Ari. apparet ex cæteris animalibus & ex illis gentibus quibus eſt aſsidua cura bellicæ habitudinis, id eſt qui intēdūt pueros educare aptos & robuſtos ad bellum, nutrimētū lactis eſſe maximè p̄priū corporibus in prima nutritione. Cuius ratio eſt, quoniam vt dicit Ari. in 2. lib. de generatione ex eiſdem ſumus & nutrimur. Nutrimentum enim cōuertitur in ſubſtantiā nutriti, & eiuſdem ſubſtātię ac formæ oportet eſſe naturā vnā & ideo quanto alimentū ſimilius eſt ei ex quo nutritū generat tanto cōuenētius eſt. Lac autē valde eſt ſimile mēſtruo: ex quo generatur puer, nā ſuperfluū alimenti deriuatū à natura ad matricem menſtruum eſt, deriuatum autem ad māmillas & & dealbatum ex decoctione eſt lac, propterea cōueniens alimentum puero nato eſt lac. Magis autem cōueniens eſt lac humanum quàm beſtiæ, quoniam naturā lactis ſapit naturam & qualita em eius à quo generatur: vnde qui nutriū tur lacte beſtiarum aut ferarum imbibunt mores beſtiales: & ferinos. Sicut autem magis conueniens eſt puero lac humanum quàm beſtiæ, ſic adhuc magis conueniens eſt lac p̄priæ matris quàm alienum. Melius em̄ diſponitur infans in naturam. Vnde Auicenna exiſtimauit q̄ extremum māmillæ matris proprię poſitum in ore infantis confert ad remouendum quodcunque nocumentum. Tu tamē aduerte lac proprię matris poſt partum ſtatim non conuenire puero donec complexio parientis per partum diſtemperata contempere tur. Aduerte inſuper quòd quandiu puer lacte nutrietur, ei non confert vinum propter ægritudines ex eo prouenientes. Nam vinum multum vaporoſum eſt propter calidum & humidum ſuum: & in puero nutrimentum multum aſcendit ad partes ſuperiores. Propterea in puero bibente vinum vinum, multus fit à capite vaporationes deſcenſus. Vnde contingit qñque coarctatio reſpirationis, & cauſantur Epyleſia: & alię ęgritudines. Nec etiam nutricib⁹ expedit vinum bibere niſi parum aut debile aut aqua mixtum: quoniam vt inquit Ariſto. in libro de ſomno & vigilia: parū differt puerum aut nutricem bibere vinum. Patet igitur quomodo primum & conueniens alimentum pueri ſtatim nati eſt lac & quale lac.

Nutricibus non expedit vinum bibere vel parum ſeu aqua mixtum.

Quantum ad exercitium & motum aduerte vt dicit Ari. q̄ poſt natiuitatem expedit aſſueſcere puerum ad motus tāctillos & paruos: puta manuum & pedum & aliarum partiū, quoniam motu tali excitatur calor in eo naturalis, & conſumit ac exhalare facit humidum ſuperfluum quod traxit à corpore matris: & exſiccans corpus reddit ipſum fortius. Auicenna autem adiunxit quòd motui adiungendæ ſunt cantilenæ & conſonatiæ muſicales ad delectandum puerum.

Quo motu & exercitio aptādi ſunt pueri.

Inſuper vltra motum dicit Ari. quòd cum pueri nati mēbra ſint fluxibilia ob humiditatem & teneritudinem ne diſtorta fiant: gentes aliquę quibuſdam inſtrumentis vtūtur quę corpus à talibus illæſum conſeruant. Apud nos aūt nutrices vtuntur cunabulo: & faſcia & pileo. Oportet em̄ in tali ætate nutrices ſuauiter membra infantis tractare: & quod dilatandum eſt dilatare: & ſubtiliandum ſubtiliare: & vnumquodque ad decentem formam ac figuram deducere: manus & brachia ad genua deducere: tibias & crura faſcia circumligara: caput bireto rotundo conſtringere: tunc em̄ membra ſunt bene ducibilia ac figurabilia ad inſtar cerę mollis: vnde bona & mala membrorum diſpoſitio non ſolum eſt à natura ſed à prudentia aut imprudentia nutricis

Quantū ad tolerantiam difficilium aduerte vt dicit Ari. q̄ pueris cōfert ſtatim frigori aſſueſcere. Hoc em̄ ad ſanitatem & res bellicas vtile eſt: nam cum aſſueti fuerint frigori à pueritia, non ita læduntur in ſuperueniente ętate aſperitate frigoris: quam neceſſe eſt ſæpe tolerare in bello, & alijs negocijs terra & mari: nec ita patiuntur ægritudines quæ ab ipſo proueniunt, vt dolores & conſtrictiones viſcerum ac extremitatum, & calidum ad intra magis fortificat, fiūtque robuſtiores: vnde apud multos barbaros cōſuetudo eſt infantes in gelido fluuio immergere, vel parua ac leui veſte amicire vt faciunt Galli habitātes partē occidentalem. Ad cuncta enim ad quæ poſsibile eſt ſtatim ab initio melius eſt aſſueſcere, qm̄ ſunt magis conducibiles: eſt autem puerorum natura propter calorem apta frigori aſſuefieri, gradatim tñ: vt primo aſſuefiant tolerantiæ tēperati frigoris: deinde magis & magis ſecundum q̄ virtus & complexio gradatim fortificatur, cauendo ſemper ne nimis grauetur natura exceſſu frigidi cui exponitur. Similiter autē ſe habet de aſſuefactione in alijs. Natura enim puerorum propter teneritudinem & mollitiem apta eſt aſſueſci ad quæcunque nō dura nec naturam grauantia. Tunc em̄ debilis eorum virt⁹ ſuccumberet. Patet igitur quomodo educandi curandique ſunt pueri prima ætate, quę eſt à principio ſui ortus vſque in finem tertij anni.

Aſſuefaciēdi ſunt pueri in primo ſeptennio frigori.

Puero infanti conuenit nutrimentum eſt lac & magis humanum quā beſtiæ.

Sequenti vero ætate, quę ſecundum Ariſt. incipit à tertio anno vſque in finem quinti nondum ſunt ad diſciplinam aliquam admouendi quia nondum excitatur intellectus: nec cogendi ſunt labores perferre ne creſcere impediantur. Eſt enim labor in ætate tenera liquitatiuus & reſolutiuus virtutis ac ſpiritum. In motibus paruis ac delectabilibus exercendi ſunt vt in ludis puerilibus vt per motum excitata caliditas reſoluat humidum ſuperfluum: & expellat inertiam: ludi vero ipſi neque illiberales, id eſt indecentes: neque laborioſi ſint: ne virtus grauetur: neque remiſsi ſint: ne deſidia torpeſcant.

Quę vegētū ſunt pueris à triennio vſque ad quin tumannum.

Quas autem narrationes & ſermones audire debeāt, cura ſit his qui pueris publicè pręficiuntur. Manifeſtum eſt tamen

men q̃ prius audire dñt loquelã & idioma patrium, vt paulatim loqui ac terminos rectè formare discãt: vniuersaliter aũt illud obseruandũ est, vt in hac ætate oĩa in quibus assuefiunt puta motus operationes ludi sermones fabulæ quas audiunt, & quæcunque vident fint imagines & imitationes eorum in quibus postea cũ adoleuerint serio conuersari debent ita vt sint præuia illis in quibus pro vita sua studere ac intendere debent. Ad illa nãque in quibus à prima ætate assuescunt magis in posterum inclinantur: quoniam assueta delectabiliora sunt.

Vtile est pueros à ploratu cohibere.

Cohibere vero infantes ne plorent, non rectè faciunt, q̃ detestãtur in reb. publicis aut ordinationibus hmõi cohibitiones. Sunt em̃ ad augmentũ vtiles, cũ sint quodãmodo exercitationes corporũ. Nã dum cohibentur à ploratu fit retentio spiritus interius, & dum plorãt diffunditur ad extra. Retentio aũt spiritus robur facit laborantibus: q̃m propter congregationẽ ipsius fortificãtur. Virtus enim vnita est fortior seipsa dispersa: fortitudo vero spiritus ad augmentum & alia multa ꝓfert. Vtiles sunt ergo cohibitiões & interruptiones ploratus in pueris. Hæc de ꝓsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De puerorum institutione, & eorum conuenientibus disciplinis.

IN tertio capite declarandũ est quomodo trãsacto primo quinquennio disponendi ac curandi sunt paulatim pueri quo ad appetitum sensitiuum, in quo sunt passiones cõcupiscentiæ & irascibilis, vt cũ ad perfectam deuenerint ætatem, optimè ac moraliter viuant, & q̃ virtutes morales euadant studiosi ciues. Hic igitur duo agenda sunt. Primò ꝓponentur obseruanda à pædagogis vt pueri ſm appetitũ sensitiuum bene disponantur ad virtutes, & declinant à contrariis. Secundò diuidentur ætates, vt sciamus quæ disciplina & eruditio cui ætati conueniat, non enim omnis ætas omni disciplinę apta est.

Pædagogi sunt pueris deputandi.

Quantum ad primum aduerte, q̃ pueris deputantur pædagogi vt regula & norma viuendi. Ipsi enim debent pueros regulare, sicut in homine rõ habet regulare vires inferiores & sicut oĩs deordinatio virium inferiorum ratiõi imputatur, Sic deordinatio vitæ in pueris imputãda est pędagogis. Ea aũté quæ præcipuè pædagogos circa pueros obseruare oportet sunt quatuor.

Pædagogi quatuor ergã pueros seruare debent.

Primũ aduertãt vt quàm minimè cũ seruis versentur. In ætate enim puerili necesse est eos ĩ paterna domo viuere & in ea educari in qua & serui habitãt seruilia opera agẽtes. Si igitur pueri cũ seruis versantur inclinationem accipiẽt ad opera seruilia & indecẽtia, quæ ingenuos & liberos nõ decent. Contrahent autem inclinationem huiusmodi ex his quæ audiunt à seruis, non enim dicunt nisi vilia & indecora, & ex his quæ vident eos operantes. Non enim operantur nisi seruilia & rusticalia, quæ potius deprimũt q̃ excitẽt intellectũ. Ratio aũt propter quam talem accipiẽt inclinationem est, q̃m cum sint parui & teneri, sunt bene formabiles ad vnumquodque vt assuescunt: sicut cera pertractata recipit cuiuscunque figilli magines. Insuper in primis annis delectantur omnibus in quibus assuescunt: delectatio autem animum flectit & inclinat, & cũ difficultate retrahitur. Nõ ergo expedit puerum ingenuum futurum studiosum ciuem cum seruis vilibusq́ue personis versari.

Pueri non decent cum seruis conuersari.

Cauenda sunt pueris verba obscœna.

Secundo caueant ne pueri obscœna & turpia verba audiant. nam per legislatorem verborum obscœnitas extermi nanda est à ciuitate: q̃m lex turpiter loquendi licẽtia sequit & turpe facere: si quis enim sæpe turpia dixerit, sæpe ea meditatur, ex frequẽti aũt meditatione sequitur inclinatio, ex inclinatione opus, potissimum igitur pueri neque audiant neque dicant aliquod turpe: quæcunque enim pueri audiũt aut vident aut operantur: admirantur vt eis noua, & ea melius memorantur: vt docuimus in epitome nostra ĩ libro de memoria & reminiscentia. Ex eorum autem memoria delectantur: ex delectatione inclinantur: ergo non audiãt nec locquantur obscœna. Quod si quis contra agere ꝓsumpserit scilicet dicere turpia publicè & audientibus pueris, si liber sit, sed nondum dignus assumi ad honorem cõmunis ac publici conuiuij: priuetur ne tali potiatur honore in vita sua & verberibus castigetur veluti corruptor bonorum morũ: si aũtẽ sit maioris ętatis: seruili infamia afficiatur, id est, castigetur ĩhonorationibus ac vituperiis: quibus solẽt serui castigari, vt declaretur vilitas operis sui: quo se velut ser-

Pueri arceãdi sunt ne videãt picturas, vel ac audiãt obscœnos.

uum & scurram ostendit.

Tertio si çauendi sunt pueri ne audiant aut dicant turpia: multo magis ne videant picturas aut actus obscœnos & turpes: ex visione em̃ tali excitatur imaginatio & memoria, & maximè in iunioribus ꝓpter admirationem. Ad intẽsam aũt imaginationem consurgit concupiscentia ac si res imaginatæ præsentes existerent vt docuimus in epitome nostra in tractatu de motu animalium. Sit igitur cura magistratibus nullã picturam neque statuam esse in ciuitate rerũ turpium repræsentatricẽ nisi apud quosdam deos: quibus etiam lasciuiã mos tribuit: vt Priapo & Veneri. Apud hos dicit Aristo. lex permittet homines ꝓ se & filiis & vxoribus sacra facere: licet esset stultitia & cæcitas gentiũ: quã Arist. transire permittit. Iunioribus autem non permittant magistratꝰ inspicere neque spectare iambos aut tragœdias in quib. multa obscœna repræsentantur & recitantur: donec ad eã peruenerint ætatem: vt in publicis cõuiuiis vnæ cum aliis sedeant. Tunc em̃ ratio vigere incipit: & imperare viribus inferioribus. Donec igitur ad illam perueniant ætatem prohibendi sunt ab inhonestorum inspectione & ebrietate: vt omni disciplina viuant insontes ab huiusmodi labe.

Audita à principio de lectabilia nobis valde sunt.

Et quidem q̃ ea quæ à principio audimus & cognoscimus: fiant nobis delectabilia: & in eis ꝓfiſtamus declarat Arist. ex sententia Theodori tragœdiarum actoris: qui nulli vnquam concedere voluit: q̃ prius quàm ipse tragœdiam faceret: qualiscunque etiã vilis esset histrio: quasi quòd magis faueant auditores & inspectores illis quos prius audierint, ex quibus constat quòd naturaliter amamus ea quæ primo cognoscimus, & eis assuescimus. Contingit hoc idẽ in conuersationibus hominum, & in aliis negociis quòd omnia prima nos magis delectant: puta in prima ætate magis diligimus, quoniam magis delectamur in eis admirantes vt noua: quæ autem magis diligimus magis cupimus agere: quare si pueri in prima ætate tragœdias audirent & inspicerent, magis inclinarentur ad turpia per eas repręsentata, & facti adulti inhonesta perpetrarent. Quapropter oportet à pueris omnia turpia ꝓcul remouere vel per assuefactionem: vel afflictionẽ pœnæ. Et maximè quæcũque habent obscœnitatem & improbitatem vt venerea illicita: & crapulæ & ebrietates, & inhonesti sermones. Concupiscentia enim talium est quasi nobis innata ex secundo Ethicorum: ideo non est excitanda pessimis exemplis.

Quarto sicut pueris prohibendæ sunt auditiones & inspectiones comœdiarũ & tragœdiarũ ne ad illicita & obscœna prouocentur, sic ex oppositꝰ ꝓponendæ sunt eis inspectiones earum disciplinarum & artium, quas addiscere eos oportet & in vita sua exercere: puta si erudiẽdi, sunt in arte equestri, sint inspectores equestriũ: si in musica, audiant musicalia: vt per auditum & inspectionem talium magis inclinentur & delectentur in eis.

Hæc igitur obseruanda ꝓcipuè sunt à pædagogis, vt pueri studiosi ac bonorum morum sectatores fiant, discantq́ue non secundum appetitum more animalium, sed secundum rationem viuere. sicq́ue euadent studiosi ciues in optima ciuitate & in optima politia. De eruditiõe igitur puerorum sic cursim dictum sit. Posterius autem inuestigabimus scilicet in libro sequenti: si oportet puerorum esse aliquam propriam disciplinam: & qualiter in ea instruendi sunt.

Hominis ętates.

Quantum ad secundum antequam deueniamus ad disciplinas, in quibus futuri studiosi ciues erudiendi sunt: diuidendæ sunt ætates vt sciamus quæ disciplinæ quibus ętatibus conueniant. Tu igitur aduerte ex intentione Aristotel. quòd duæ sunt ętates, secundum quas oportet disciplinas diuidere conuenientes vnicuique earum. Prima quidem incipit à fine primi septennij vsque ad pubescentiam: quę incipit cõmuniter in anno quartodecimo. Secũda est à pubescenti vsque ad annum vigesimum primum. Sed aduerte q̃ licet duę istæ ætates diuidantur per septennium non tamẽ omnes alię sunt per septennium diuidendę: vt quidam diuersificant. sequenda est enim naturalis distinctio: & ideo secundum diuersitatem status & cõuersationis & dispositionis: prout diuersificantur secundum naturã, oportet diuersificari ętates: sed status & cõditio hominis aliquando diuersificantur in minori tẽpore quã in septennio, aliquãdo in maiori. Alius est em̃ status nãturalis pueri vt docuimꝰ supra in primis tribus annis: alius à tribus ad quinque. alius à quinque ad septem. Et ideo primam ætatẽ ponimꝰ in tribus primis annis, secundam in duobus immediate sequentibus. tertiã in duobus iterum immediate sequentibus, ita q̃ tres

Ętates hominis non sunt distinguẽdæ per septenia.

primæ ætates terminantur per totum primum ſeptennium. Deinde alius ſtatus & modus viuendi eſt in ſecundo ſeptẽnio,& aliusin tertio,ſic aſſignãtur duæ ętates quarũ vna eſt ab anno ſeptimo ad quartumdecimũ:altera eſt à quartodecimo ad vigeſimũprimũ:ſtatus aũt & modus viuẽdi ſequẽs annũ vigeſimũprimũ nõ ſolũ protẽditur vſq; ad vigeſimũoctauũ,ſed ẽt vſq; ad trigeſimũ ſeptimũ, vel circa,& ideo non oẽs ætates diuidendæ ſunt per ſeptennia: ſed oportet eas accõmodare diſtinctioni naturali:& qm̃ oĩs ars ac diſciplina eſt apta ſupplere defectũ naturæ,ideo pueri erudiendi ſunt ad vnãquanque diſciplinã,ad quã ſunt apti. Oportet igitur conſiderare primo,ſi inſtitutio quædã circa pueros faciẽda ſit,ſ.qualiter & in quib. diſciplinis erudiendi ſunt. Deinde,ſi vtile ſit publicè curã eorum ſuſcipere, vel magis priuatim,& nunc ſit in pluribus ciuitatibus. Demũ qualem hanc curam oporteat eſſe:& de his cõſiderabimus in libro octauo.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatuum in ſeptimum librum Politicorum finis.

LIBER OCTAVVS POLITICORVM,

¶ In tractatus duos diuiſus.

IN libro octauo iuxta ea, quæ ꝓpoſuimus in fine libri ſeptimi, pertractãdum eſt de cura habenda circa pueros,vt ꝓ diſciplinas ꝓficiant ſm̃ animã in ſecũdo & tertio ſeptennio:vt euadant in ſtudioſos & optimos ciues ĩ optima republica: de qua hic intẽdimus inſtituenda:& cõplectemur to tã intentionẽ Ari.in duobus tractatibus. In primo declarãdum eſt in quibus diſciplinis communiter erudiendi ſunt. In ſecundo inſiſtemus circa eruditionem in muſica,circa quam multa contingunt dubia.

TRACTATVS PRIMVS IN octauum librum Politicorum,in quatuor capita partitus.

¶ De diſciplinis, in quibus vniuerſaliter erudiendi ſunt pueri & iuniores vſque ad vigeſimum primum annum.

IN hoc primo tract.declarãdæ ſunt diſciplinæ,ĩ quib.erudiendi ſunt pueri & iuniores in ſecũdo & tertio ſeptẽnio: & diuidem⁹ ipſum ĩ quatuor capita.In primo ꝓbandũ eſt ꝙ in optima ciuitatcinſtituẽda eſt cura de eruditiõe puerorũ in diſciplinis acquirẽdis.In ſcõo manifeſtãdę ſunt ĩ vniuerſali & ĩ ſpecie diſciplinę,in ꝙb⁹ cõiter erudiẽdi ſunt. In tertio declarãdũ cui⁹gra in ſingulis diſciplinis enumeratis erudiẽdi ſunt.In quarto reprobabitur mos & vſus Lacedæmonum.

CAPVT I.

In optima ciuitate curam eſſe habendam & communem vt bonis diſciplinis pueri inſtruentur,oſtendit.

IN primo capite ꝓbandũ eſt in optima ciuitate inſtituendã eſſe curam habendam circa pueros & iuniores:vt laudabiles diſciplinas addiſcãt:& hic duæ cõcluſiones ponũt.

Optimũ legislatorem oportet intẽdere vt pueri bonis diſciplinis eruditentur.

Prima eſt,legiſlator maximè debet intendere circa diſciplinã bonãque diſpoſitionẽ puerorũ ac iuuẽtutis. Probat: de eo maximè curare dẽt legiſlator:quo nõ curato:vel quo neglecto læditur & corrũpitur reſpu.nã ſi ad ipſum ſpectat ſuperintendere bono cõi:ergo ad ea quibus curatis ſaluat reſpub.& quibus prætermiſſis deſtruitur, maximè vigilare debet:ſed non curare de bona puerorũ ac iuuentutis eruditione: ſed permittere eos viuere ac aſſueſcere vt volunt & appetitus feruntur:corrũpit rempub.Nam oportet aſſueſcere & diſponere futuros ciues ad vnãquanque rempu.modo conueniẽti ſingulæ reipu.ſicut oportet materiã ꝓ forma recipienda diſponere. Sicut enim bona materiæ præparatio ad formam eſt principium educendi formam in eſſe & illã conſeruandi,ſic conſuetudo bene erudiẽdi primas ætates, eſt principiũ optimę reipu.& cauſa ſuę ſalutis:ſicut videm⁹ conſuetudines populares eſſe principium inſtituendi ſtatũ popularem idem intellige de ſtatu paucorũ: & optimatum,&c.Et videmus meliores cõſuetudines ac eruditiones eſſe principium inſtituẽdi ac cõſeruandi meliores reſpub. Sicut & excellentiores diſpoſitiões materiæ ꝓficiunt excellentiori generationi ac ꝓductiõi rerũ naturaliũ.Cõſtat igitur ꝙ bona puerorũ ac iuuẽtutis diſpoſitio & eruditio quàm maximè conferit inſtitutioni & ſaluti optimę reipub. & per oppoſitũ indiſpoſitio & mala eorũ eruditio obſiſtat inſtitutioni & conſeruationi eiuſdem.De bona ergo diſciplina & eruditione iuuentutis oportet legiſlatorem maximè curare.

Præterea,ſicut eſt in aliis potentiis & artib⁹ tã ſpeculatiuis q̃ practicis ſic & in ſcientia politica & regitiua, quo ad actiones politicas:ſed ad ſenſum expedimur ꝙ in illis præexigitur aliqua diſpoſitio materiæ:aut eruditio:aut aſſuefactio.nam in ſpeculatiuis oĩs ars & doctrina fit ex præexiſtenti cognitione ex primo Poſteriorum.Idem videmus in operatiuis.nam ſi quis rectè citharizare intẽdit,oportet ipſum aſſueſcere in quibuſdã præludiis ac rudimentis:ſimiliter & in aliis:qm̃ oportet materiã bene diſponi ad actũ. Ergo & in virtutibus moralib & in ſcientia politica oportet legiſlatorem inſtituere quomodo erudiendi ſunt pueri & iuniores & diſponendi ſunt ad futuras rectas actiões ꝓ ſalute optimæ reipublicę.

Vna ac communis debet eſſe in ciuitate puerorũ diſciplina.

Secunda cõcluſio eſt,talis cura debet eſſe vna & cõmunis in ciuitate,ita quòd omnes pueri ad eaſdem erudiantur diſciplinas:nam quorumcũque eſt vn⁹ finis ꝓ ſe eorũ debet eſſe diſciplina vna de his quæ ad finẽ eundem ordinantur. Quę enim ſunt ad finem:vnitatem & diuerſitatẽ ſumunt à fine:ſed omnium puerorum & iuniorum eiuſdem ciuitatis eſt vn⁹ finis,ſicut eſt vna reſpublica,& quælibet reſpublica ad determinatũ finem ordinatur: ergo oportet omniũ eorum eſſe vnam diſciplinam.

Quod autẽ expediat curam illam eſſe cõmunem & publicam non priuatam, vt nunc eſt in vſu in pluribus ciuitatibus in quibus vnuſquiſque de propriis filiis curat ſeorſum & ſeparatim erudiens aut faciens eos erudire in ea diſciplina,quæ ſibi placuerit,& vtilis iudicatur,ita ꝙ alius & alius in alia & alia,ꝓbatur ſic,quorũ eſt diſciplina vna cõis expedit inſtituere curã & ſtudiũ cõmune, vt cura correſpondeat diſciplinæ,ſed omnium viuentium in eadẽ ciuitate eſt vna diſciplina ſicut vna reſpublica,& vnus finis vt diximus:ergo expedit curam illam eſſe communẽ & publicam & non priuatam.

Præterea,cura & diſpoſitio partiũ debent reſpicere totum:qm̃ pars habet eſſe ꝓ totum & nõ eſt ſolũ gratia ipſi⁹, ſed gratia totius:ſed quilibet ciuis eſt pars ciuitatis,vt docuimus in libro ſeptimo,ex conſequẽti non eſt gratia ſui ipſi⁹ ſolũ,ſed gratia ciuitatis.ergo cura & diſpoſitio cuiuſlibet ciuis facienda eſt in reſpectu ad totã ciuitatem: ergo ſm̃ eundẽ modum curandi ſunt pueri ac iuniores,ꝙ futuri ſunt ciues:ſm̃ quẽ tota ciuitas curatur & diſponitur ad bonũ cõmune,ſed ad bonũ cõmune inſtituitur cura & regimẽ cõmune:ergo de pueris & iunioribus inſtituenda eſt cura cõmunis & nõ priuata,vnde laudari poſſunt in hoc Lacedæmones,ꝙ plurimã & publicam circa pueros diligentiã faciunt.Exiſtimant enim bonã & cõmunem puerorũ curã multum cõferre ad reipubl.bonitatẽ & ſalutem.Patet igitur,ꝙ ad legiſlatorẽ ſpectat inſtituere leges de diſciplina iuuẽtutis & pueritię,& ꝙ huiuſmodi cura ac diſciplina ſit cõmunis:& nõ ſolum priuata.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quænam ſint optimæ diſciplinæ,quibus pueri inſtrui debẽt.

IN ſecũdo capite declarandæ ſunt diſciplinæ,in ꝙbus vniuerſaliter omnes pueri & iuniores erudiendi ſunt.& hic duo agenda ſunt.Primo recitabunt diuerſæ circa hoc ſententiæ.Secũdo aſsignabũtur ad mentẽ Ariſt.tã in vniuerſali quã particulari quæ & quot ſint laudabiles diſciplinæ, in quibus pueros ingenuos & futuros optimos ciues expedit erudiri.

Varia ſunt virorum ſenſa de tentia puerorũ diſciplinis.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ licet clarum ſit oportere pueros erudire in aliqua cõmuni diſciplina, quam omnes ad vtilitatem ciuitatis & ꝓpriam debeant addiſcere: tamẽ non conſtat quænam ſit hæc communis diſciplina: quoniã multi de ea dubitant vt apparet ex diuerſis modis operandi & viuendi:& ex diuerſis hominum ſententiis ac opinionibus.Non enim omnes conſentiunt debere pueros in eiſdem diſciplinis erudiri.Neque per reſpectum ad virtutẽ: neque per reſpectum ad idem optimum, id eſt, neque per reſpectum

reſpectum ad vnum finem, quem oēs exiſtiment quid optimū, ſed quidam in vna puta in rhetorica, ſeu iudicatiua, q̄dā in alia puta in medicatiua, q̄dam in alia, puta in militari, neque concordant an oporteat eos magis erudiri in diſciplinis intellectualibus, quales ſunt ſciētia ſapientia ars, &c. Quæ perficiunt partē animæ intellectiuam, vel magis in habitibus moralibus, quæ perficiunt partē animæ appetitiuæ. Inſuper conſideratio de diſciplina ordinata ad vitam actiuam multas continet ambiguitates quæ ſ. inter eas ſit optima, & cui magis intendendum ſit. Diuerſi nanque diuerſas eligunt & præponunt ſm̄ quòd in negociis humanis diuerſos ſibi fines conſtituunt. Præterea, non cōſtat vtrum magis intendendum ſit circa operatiōes vitæ moralis quæ eſt vita actiua, vel circa ſuperflua, id eſt circa delectationes ſenſibiles non neceſſarias. Diuerſi enim circa hæc diuerſa opinantur, & hæc omnia diuerſos habent iudices. Præterea circa principalitatem virtutū non concordant, id eſt quæ ſit principalis & magis honorabilis. Non em̄ oēs honorant eandē & dignificant vt principalem, ſed alius prudentiā, alius fortitudinem, alius magnificētiam, &c. Quoniam igitur de his diuerſi diuerſa ſentiunt, & ſecūdum diuerſas ſentētias ſunt diuerſa ſtudia, ideo rationabiliter diuerſificantur in ſtudiis diſciplinabilibus. Quilibet enim ſtudet & intendit circa id quod vtilius ac melius ſibiipſi exiſtimat. Cùm igitur tāta ſit in hoc ꝓpoſito opinionū diuerſitas, merito inueſtigandum nobis eſt, quæ nā ſint cōes diſciplinæ in quibus pueri & iuniores erudiendi ſunt.

Quibuſnā diſciplinis oportet puer. erudiri.

Quantū ad ſecundū aſſignandæ ſunt communes diſciplinæ ex intentione Ariſto. in quibus pueri & iuniores futuri optimi ciues erudiendi ſunt, & primo in vniuerſali, ſecundo in ſpecie.

In vniuerſali quidem dicit Ari. q̄ clarum eſt eos debere inſtrui in diſciplinis vtilibus, ſuſpiſs & ciuitati, & non in vanis ac ſuperfluis, vt forte ſunt diuinatoriæ, aut incātatoriæ, quæ poti⁹ ſunt ad maleficium quàm ad beneficium, ſed nec in omnibus vtilibus erudiendi ſunt. Diſtinguūtur enim per liberas & ſeruiles, diſciplinæ liberæ dicūtur, quib. homo diſponitur ſm̄ ītellectum ad proprium finē, quę eſt felicitas, & quoniam liberum faciunt intellectum vt ſe eleuet ad intellectualia. Seruiles autē ſunt quibus ordinatur homo & diſponitur ad bona corporis & bona exteriora, & dicūtur ſeruiles, quia ordinantur ad bonum partis ſeruilis, id eſt corporis quod debet vt inſtrumentū ſeruire intellectui, & non econuerſo, vel quia potius deprimunt ac in ſeruitutem ducunt intellectum quàm eleuent & perficiāt, ideo dici ſolēt mechanicæ: q̄m mechari quodammodo faciunt intellectū & occupari circa hæc corporea vilia. Dicit igitur Ariſto. in illis vtilibus diſciplinis pueros ingenuos erudiendos, quæ cum ſint vtiles non faciunt habentem eſſe operatorem vilis exercitij. Vile autem exercitium putandū eſt & ars & diſciplina quæcunque corpus aut animum aut mētem liberi ac ingenui hominis ad vſum & opera virtutis inutile reddunt. Artes igitur & diſciplinæ quæ corpus deterius diſponunt & mentem occupatam ac vilē faciunt, quas ſeruiles appellamus, quales ſunt artes mercenarię & forenſes, & ſordidę quibus maculantur corpora, procul ſint à pueris & iuniori quibus liberis ac ingenuis.

Liberæ ac ſeruiles diſciplinæ, quæ.

Pueros inter nos nō decent artes ac diſciplinæ ſeruiles.

Sed aduerte, vt dicit Ari. q̄ nec in omnibus diſciplinis liberi ſunt eodem mō erudiendi nam in aliquibus ſine termino erudiendi ſunt, q̄m quanto magis eas habuerint, tanto perfectiores ſunt: ſicut eſt ſcientia regitiua: & ſciētia entiū naturalium ac diuinorum, In aliquibus autem vſque ad certum terminum & non vltra: q̄m penitus ſeſe illis tradere, & vſque ad extremum ꝓſequi velle potius nocerent quàm ꝓdeſſent addiſcenti: faciēt em̄ intellectū deprimi ad bona exteriora: ſicut eſt ars medicatiua & aduocatorū & ꝓcuratorū, quarū vſus ſolet eſſe ad lucrum. In illis igitur immorari vſque ad certum terminum liberale & ingenuum eſt, abſq; termino autem illiberale & ſeruile eſt.

Licet autem huiuſmodi diſciplinis intendere vſque ad certū terminū ſit liberale & honeſtum, tñ vt dicit Ar. multū refert gratia cuius quis eas addiſcat. Nam ſi gratia ſui vel amicorum vel virtutis non eſt liberale: q̄ vero ꝓpter alios & ſæpe, videbitur illiberaliter agere. Et intendit q̄ ſi quis eas addiſcat & in eis exerceatur, propter temperatum cōmodum ſuum, aut ꝓpter amicos: quorū bonum vt ſuum diligit, aut propter actum virtutis excellentioris ad qué prædictas diſciplinas ordinat liberale & honeſtū eſt. Si autem propter alios & ſæpe, vt ſcilicet inde recipiat lucrum & acquirat ac cumulet bona exteriora, vt multi iuriſtarum & medicorum faciunt non exercentes, nec operantes in diſciplinis ſuis niſi gratia extorquendi lucrū: eſt opera eorū mercenaria & ſeruilis: nec vlla digna laude. Diximus enim eam eſſe ſeruilem diſciplinam, quæ ad corpus & exteriora bona cum depreſsione intellectus ordinatur. Dicemus autem ſæpe propter alios, q̄m & ſi non ſæpe, tamé aliquando laudabile ac bonum eſt vti præfatis diſciplinis ad alios: quandoque quidem propter bonum aliorum remota omni propria vtilitate, vt quando indigent ſuffragio, nec à ſeipſis nec ab aliis ſubleuantur: ſicut quādo aduocatus aduocat ꝓ paupere, pupillo, aut vidua: & medicus pauperē curat ſine pretio, aut lucro: aliquando ꝓpter vtilitatem propriam: q̄m pauper & indigens eſt, dummodo lucrum non ſit intemperatum: nec principale intentum ſed ſecundario & ad finem bonū: ex quibus patet q̄ premiſſæ diſciplinæ liberales vſque ad certum finem addiſcendæ, ad vtrunque ſe habent: q̄m poſſumus eis liberaliter & ſeruiliter vti: & ideo aduertendum eſt quomodo pueri in eis erudiantur vſque ad finem ſeptennij tertij, & quomō in vita ſua exerceant ſe in eis: ne ex libero & ingenuo ſtudio tranſeant ad mechanicum & ſeruile.

Quatuor diſciplinis eruditi oportet iuuenes, muſica, literaria, figuratiua, ac gymnaſtica.

In ſpecie vero erudiēdi ſunt ex intentione Ariſt. in quatuor famoſis diſciplinis. vnde dicit Ariſt. Sūt autē ferē quatuor, quas diſcere iuuenes diſciplinas cōſueuerūt, ſ. literas ſub q̄bus comprehenduntur ſcientiæ rationales: vt grammatica, rhetorica, poēſis, logica, gymnaſtica, ſub qua cōprehenduntur artes certandi pugillatoria, gladiatoria, equeſtris, militaris ac pedeſtris: figurandi peritia ſub qua cōprehenduntur ars ſcriptoria, & figurarum ac machinarum operatiua, quā aliqui vocant ingeniоſam qualem habent architecti: muſica, ſub qua cōprehenditur muſica vocalis & inſtrumentalis: vt citharæ, fiſtulę, organa, &c. Sed licet literas ac artē figurandi, vt vtiles & expedientes ad vitā, & Gymnaſtica vt ꝓtinentē ad fortitudinē omnes cōmuniter cōcedunt, tñ de muſica multi ambigunt vtrū ſit expediens pueris ac iunioribus, eo q̄ nunc quidē eā addiſcūt multi gratia voluptatis & laſciuiæ tm̄, & non ad virtutem: ſed de hoc diligentius docuimus in ſequentibus. Hæc de præſenti capite dicta ſunt.

CAPVT III.

Propter quid pueri erudiēdi ſint in literaria, Muſica, Figuratiua, ac gymnaſtica diſciplinis.

IN tertio capite declarandū eſt ꝓpter quē finē pueri erudiendi ſunt in prædictis quatuor diſciplinis. Et primo ꝓpter q̄d in muſica. Secundo ꝓpter q̄d in literis. Tertio propter q̄d in arte figurandi. Quarto ꝓpter q̄d in gymnaſtica.

Voluerunt aliqui in muſica fore erudiendos pueros ob ſolam ſenſus delectationem.

Quantum ad primum aduerte, q̄ de fine, ꝓpter quem addiſcēda eſt muſica à pueris triplex eſt opinio. Quidā em̄ dicunt eam addiſcendā ꝓpter delectationē audit⁹ quæ eſt delectatio ſenſibilis. Sonus em̄ muſicalis proportionat⁹ delectabiliter mouet auditum: ſic pulchrum viſibile delectat viſum. Vt igitur perficiatur auditus dicūt addiſcendā muſicā & ea vti debemus: & hæc eſt opinio hominū vulgarium qui nō intendūt niſi his ſenſibilibus, nec ſciunt nec experiūtur aliam delectationē niſi ſenſibilē, vt docuimus in lib. 7. & decimo ethicorū. ſed circa hanc opinionem vtpote irrationalem, non expedit politicū immorari. Alij vero vt vetes dixerunt eam addiſcendam q̄m collocauerūt eam inter diſciplinas liberales, in quibus, vt diximus ſupra exercendi ſunt pueri ingenui. nam ꝓ illam cognoſcet intellectus naturā proportionū muſicaliū: & ſpeculabitur diuerſas harmoniarū ſpecies: & hæc quidē opinio verū dicit, ſed nō tangit ſufficienter finem ꝓpter quem, nā addiſcēs muſicam non ſolum intendit ꝓfectionem intellectus ex cognitione ꝓportionum muſicalium, ſed & aliud. vt dicemus ſtatim, Alia igitur eſt opinio & ad mentem Ariſt. quæ dicit muſicā eſſe addiſcendam vt ſciat homo in ocio, id eſt quando vacat ab actionibus exterioribus rectè ac laudabiliter viuere. Natura enim humana ſi ratione regitur non ſolum in negociis, ſed etiam in ocio quærit rectè ac laudabiliter verſari. Hac igitur de cauſa addiſcenda eſt: & merito antiqui eam inter diſciplinas laudabiles collocarunt: non tamen tanquam neceſſariam, aut vtilem ad acquirendū bona extrinſeca: nihil em̄ habet tale: neque vtilem vt iliteræ ad lucrum & ad rem domeſticam & ad ſtudia: & ad quàm plurimas actiones politicas: neque vtilis eſt vt peritia figurandi. Illa enim ꝓdeſt ad melius iudicandum artificū opera, neque vtilis eſt

Muſica addiſcenda eſt ad fugandū ocium.

vt gym

vt gymnaſtica quæ confert ſanitati & robori & militiæ: reſtat ergo q̃ addiſcatur ad rectè viuendum in ocio, ne dum vacamus ab exteriorib. in torpore viuamus & ad hoc antiqui eã ordinarũt: vt ingenui in ocio laudabiliter viuerẽt: licet & ad alia pulcherrimè ac virtuoſe nos deducant vt dicemus in tractatu ſequenti cum loquemur de harmoniis.

Muſica ad quid inuenta fuerit.

Et quidẽ quòd nõ ſit inuenta nec ordinata ad vtilitatem extrinſecam: ſed vt vacantes ab extrinſecis operationibus delectabiliter & rectè viuãt, cõfirmat Ari. triplici dicto Homeri: ſed metra integra non recitat. Primũ eſt: quale eſt vocari ad menſam opipare paratam, quaſi dicat. Contingit in muſica delectari: ſicut vocari ad epulas delicioſas. Secundũ eſt, Citharœdum qui oẽs demulceat, quaſi dicat. Muſica animos demulcet: vt apparet in citharœdo qui auditores oẽs demulceat. Tertium eſt, Ait Vlyſſes optimam eſſe degendi rationem: q̃n lætis hominibus conuiuæ audiunt citharœdũ ſedentes in ordine.

Patet igitur eſſe quandã diſciplinã, ſ. muſicam quã neque vt vtilem, neque vt neceſſariã docendi ſunt filij, ſed vt liberalem & honeſtam. Vtrum aũt ſit vna numero vel plures: & quæ ſint: & qũo addiſcendæ, dicemus in tractatu ſequẽti, nunc aũt ſufficit præmiſiſſe quòd ab antiquis teſtimoniũ habemus eſſe quaſdam diſciplinas in quibus erudiendi ſunt pueri: & muſica inter eas computatur. Cõſtat igitur ꝓ nũc ſuperficialiter propter quem finem diſcere debent muſicã pueri & iuniores.

Erudiendi ſunt pueri in diſciplina literaria, ſeu Grãmatica.

Quantũ ad ſm aduerte, vt dicit Ari. q̃ expedit pueros erudiri in aliquib. diſciplinis vtilibus, ſed liberalib. non ſolũ ꝓpter vtilitatẽ & acquiſitionẽ bonorũ exteriorũ ꝓuenientem ex eis, ſed ét q̃n nobis deſeruiunt ad alias ſcientias acquirẽdas: & hæc ꝑcipuè eſt diſciplina literaria prima quæ dr̃ grãmatica: quæ eſt prima ianua ad alias ſciẽtias. Tradit em̃ & ordinat voces ſignificatiuas, & modũ ſignificandi: igitur gratia acquirendi alias ſcientias erudiẽdi ſunt pueri in diſciplina literaria.

Cur pueri in peritia figurandi erudiendi ſint.

Quantũ ad tertiũ aduerte, q̃ finis ꝓpter quẽ erudiendi ſunt pueri in pueritia figuratiua, quæ ſub ſe cõtinet ſcribendi artẽ & pingẽdi & ſculpẽdi, nõ eſt ſolũ vt in vendẽdo aut emendo vaſa nõ decipiãtur, ſed vt per ipſam magis ꝑſidera re valeãt corporũ pulchritudinẽ, quæ in debita ꝓportione cõſiſtit quãtitatis & mẽbrorũ adinuicẽ & ad totũ: & in debito colore: & hoc eſt ſm ſe delectabile viſu: ét remota oĩ vtilitate. & gratia huiuſmodi honeſtę delectationis erudiẽdi ſunt in p̃dicta diſciplina pueri liberi & ingenui, & nõ gr̃a alicuius vtilitatis principaliter. Q̃m vt dicit Ari. quęrere in oĩbus & vbique vtilitatẽ non decet homines magnanimos & ingenuos. Hoc enim eſt ꝓprium viliũ & naturã ſeruorũ. & huius ratio eſt: quia ingenui magis vigent intellectu quã corpore: ideo magis intendunt ac diligũt bonũ ſm intellectũ quàm ſm corpus & quàm exteriora bona. Viles aũté & natura ſerui ſunt oppoſito mõ: ideo in oĩbus curant bona corporis & exteriora: minimè vero bona perfectiua intellectus, q̃m illa ſola vtilia, hæc autem vt vana reputãt. Magnanimi ét vt docuimus in quarto libro Ethicorum, ex inclinatione naturæ: & ex habitu virtutis ſtudent in maximis & honorabilibus bonis quæ ſunt bona perfectiua intellectus, & ideo reſpectu iſtorũ reſpiciũt corporis & fortunę bona vñ dicit Ari. in quarto Ethicorũ q̃ magnanimus, noq; bene fortunatus gaudioſus eſt, neque infortunatus triſtis.

Patet igitur cuius gratia erudiendi ſunt pueri ingenui in peritia figurandi.

Pueri ſunt erudiẽdi in gymnaſtica.

Quantũ ad quartum aduerte, vt dicit Ari. q̃ pueri ingenui erudiẽdi ſunt in gymnaſtica ſiue lucratiua, vt acquirãt bonam corporis habitudinem ad robur, & vſum armorũ: & vt ſint agiles ac expediti in operando: & ꝓ hoc ſcd̃o dicit Ari. pueros tradẽdos eſſe, pedotriuicæ arti: quę bene diſponit corpus ad operationes: puta ad equitandum & ſaltãdũ & currendum & ſaliendum, &c. Hęc enim decent iuuentutem ingenuam.

Patet igitur cuius gratia ſingulæ dictarum quatuor diſciplinarũ addiſcendæ ſint ĩ pueritia & iuuẽtute in ciuitate optima: ac optima republic. Hæc de tertio capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Arguitur Lacedæmonum conſuetudo circa puerorum minus ſufficientem eruditionem.

IN quarto capite reprobãdus eſt mos quarundã ciuitatũ, & præcipuè Lacedæmonũ: qui licet inſtituerint bonam eruditionem puerorum ac iuuentutis, tamen in duobus peccauerunt manifeſtè. Primo in mõ erudiẽdi pueros in gymnaſtica. Secundo in eo q̃ exiſtimarunt pueros erudiendos in ſola gymnaſtica, relictis aliis diſciplinis: quaſi q̃ illa ſufficeret: quoniam eorum ſtudium erat circa bellum, vt vicinis & aliis gentibus dominari poſſent.

Quantum ad primum aduerte, vt dicit Ariſt. q̃ ciuitates quæ nunc curam maximè videntur habere puerorum, ſtudent eos deducere ad habitudinẽ athletarũ, id eſt, ad hoc q̃ acquirãt robur corporis, ſicut athletæ, & ideo exercent eos in actibus laboriofis: q̃ tollũt corporis pulchritudinẽ: & augmentum debitum impediunt ꝓpter exceſſum & violentiam laboris: & in hoc aperte peccant Lacedæmones, q̃ cõfractos laboribus reddunt adoleſcẽtes, arbitrãtes id maximè conferre ad fortitudinem bellicam. Quod vtiq; non eſt verum, imò oportet à ſeptimo anno vſque ad pubertatẽ leuiores exercitationes abſque violento labore pueris adhibere, ne corpora creſcere impediantur: q̃m per labores immoderatos debilitantur virtutes & cõplexio: & fit maxima ſpirituum reſolutio: & in ꝓcedente ætate non apparent robuſtiores, imò debiliores q̃ in pueritia immoderatis cõfracti fuere laboribus. Cuius ſignũ habemus in certaminibus olympiacis: nam ſi ſit vir exercitatus à iuuentute in laboribus moderatis: ſint etiã duo vel tres q̃ à pueritia violentis laboribus aſſueti fuerint, ille hos deuincet: eo q̃ per exercitationes eis exiſtentibus pueris adhibitas, ſublata ſit vis & robur ex violentis laboribus. Poſt pubertatẽ vero & annis ſequentibus exercitandi ſunt in magis laborioſis: ꝓportionatis tñ ætati: q̃m ſicut natura magis ac magis perfi citur, ſic congruum eſt addere laborem labori: & ardua arduis. Tunc etiã expedit miniſtrare illis ampliorem cibum: & declinantem ad ſiccitatem: q̃m magis confert ad robur & fortitudinem. Cauendũ autẽ eſt ne ſimul exerceantur in his quæ ſpectãt ad bonam intellectus diſpoſitionem, & ad bonam corporis habitudinem. Contrariantur em̃ ſibiinuicẽ: & contraria operantur: nam laborare circa ea quæ ſunt corporis, impedit & diſtrahit intellectum: & laborare circa ea quæ ſunt intellect⁹, puta ſpeculari difficilia, impedit bonã diſpoſitionem corporis: q̃m ſubtilis ſpeculatio ſpirit⁹ reſoluit: & actum virtutum naturalium debilitat: & præcipuè in iuuene. vnde dicit Ariſtoteles, quòd labor corporis mentem impedit & labor mentis corp⁹. Patet igitur quòd pueri & iuuenes exercendi ſunt in gymnaſtica modo quo diximus: & non modo quem obſeruant Lacedæmones.

Nimius corporis labor mentem impedit, labor autẽ mentis corp⁹ debilitat.

Quantum ad ſm aduerte, quòd multæ ciuitates: & præcipuè Lacedæmones, non curabant erudire filios in quatuor p̃dictis diſciplinis ſed tm̃ in gymnaſtica & cõflictiua: vt acquirerent fortitudinem corporis: qua poſſent ſtrenuè pugnare in deuincendis aliis. Sed etiã in hoc peccauerũt: q̃m vt ſæpe diximus non ſolum indigemus vna virtute ad felicitatem conſequendam, ſed omnibus: & dato quòd ſufficeret exerceri in vna ad felicitatem, oporteret illam eſſe maximam & præcipuam. Hęc autem non eſt fortitudo corporis: quæ communis eſt bonis & malis: ſed aut iuſtitia aut prudentia: ergo non rectè ſe habent Lacedęmones in hoc propoſito.

Pręterea poſito quòd inter cętera exercitia pręcipuè & maximè exercenda eſſet iuuent⁹ in gymnaſtica: tñ Lacedęmones nec rectos nec laudabiles agones, nec mõs pugnãdi ordinatos ad veram fortitudinẽ inuenerunt. Exercebant em̃ iuuentutem in actibus impiis & ſine miſericordia: puta in homicidiis & rapinis & incẽdiis: quę nõ declarant verã fortitudinem, ſed feritatem & inhumanitatẽ. Cuius ſignũ eſt, quòd neque animalia ſylueſtria quæ ſe exercent in his feritatibus vt lupus & draco: & vulpes & miluus: non dicũtur fortes ſed crudeles. Quæ autem mitiores mores ac leoninos habent vt leo fortiſsimus animaliũ, qui & quarundam virtutum videtur proprietates habere: & canes quidã, qui nobiles dicuntur: & equi regij: fortitudinem maiorem indicant. Similiter gentes, quæ magis inhumanę ſunt & crudeliores, minus habent de vera fortitudine. Multæ nanque nationes inueniuntur, quę non ex fortitudine, ſed ex natura corrupta & ferali conſuetudine inclinantur ad homicidia, & comeſtionem humanę carnis, vt circa pontum Euxinum Achæi, & Aginochi: & quædam aliæ gentes ex mediterraneis. Quę quidem gentes clanculum per inſidias latrocinantur, ad bellica tamen opera parum aut nihil valent. Ex quibus patet quòd exerceri in huiuſmodi impiis non eſt ad veram fortitudinem, ſed ad feritatem: nam vera fortitudo eſt habitus in mediocritate conſiſtens: & circa timores ac audacias diſcriminum

& præcipuè mortis gratia veri boni versatur, & fm quã oportet aliqñ ali quos aggredi,al:qñ diffugere,aliqñ occidere,aliq ñ parere, exercentes autem opera impia, vt ferę crudeles,licet sint animosi & aggressiui,non tñ gratia veri boni,nec considerant qñ & vbi oportet,sed impetu ferino inuadunt,ideo non sunt dicendi fortes, sed violenti & impij,in quorum numero locandi sunt Lacedæmones.

Præterea,Lacedęmones quandiu exercitarunt se in laboriosis & feralibus actibus,prȩualuerũt vicinis prœliãtes cõtra eos.Nunc autẽ deficiunt,& superantur ab aliis,eo ꝙ nõ habeant verum præliandi modum .sicut alij habẽt, & ideo sunt illis inferiores.Non em̃ ob id præstabunt aliis,quia iuuentutẽ exercebãt ad actus ferales & impios, sed quia ipsi sic exercitati ꝺ nullo modo exercitatos pugnabant.Præualent enim aliqui ꝺ alios,aut quia isti exercitati sunt rectè & studiosè in prœlio,illi vero non,aut ꝓpter inexperientiam & inexercitium respectu eorum,qui præualent,ẽt ꝙ præualentes non habeant veram pugnandi & militandi artẽ.Nũc autem,ideo prœualent eis,qm̃ nescierunt se exercere nisi in prædictis actibus feralibus.Sed ingenium præualet.Cùm igitur prædictæ ciuitates & Lacedæmones non rectè instruant iuuentutem in gymnastica ex eo ꝙ instruunt eos in feralibus & impiis patet quòd melius est pueros & iuuentutem erudire in agonibus humanis & ordinatis ad veram fortitudinem quàm in feralibus,neq; em̃ lupus nec alia fera ẽt crudelissima bene se haberent in experiendo discrimina honesta,similiter nec vir exercitatus in solis actibus feralibus,eo ꝙ nescit operari fm rõnem rectã, sed impetu nõ regulato rõne vt bestia.Vir aũt bonus fm rõnem agens experietur honestè & vt decet discrimina quantumcunque arduа.Qui vero iuuenes in huiusmodi exercitati nimis permittunt & in necessariis pro bono corporis absque conuenienti disciplina & magistro,reddũt eos viles & sordidos, ac depressos fm intellectum.Disponunt tñ eos ad vnũ admodum vtile reipub.ad robur corporis, licet vtilius esset, si ad oĩa vel plura reipub.opportuna disponerentur. Insup ad robur corporis non mõ laudabili disponunt:qm̃ non nisi exercitio ferali vt diximus,& licet forte antiquitus exercitatio in actibus feralibus videret ĩ pugna magis expediẽs, qm̃ in ea Lacedæmones multos deuicerunt, nec apud antiquos erat alia ars pugnandi,tñ nunc non oportet iudicare quid sit expediẽs,iudicio sumpto ex antiquis,sed ex eo qđ nũc est.Antiqui enim pugnabant cõtra omnino inexercitatos ad arma,contra quos quocũque modo exercitatos prȩualere poterant.Nunc autẽ homines & ingenio magis exercitati sunt,subtilémque habent armorum militiam,ideo nõ sufficit eruditio in actibus feralibus,sed ingenioso pugnãdi genere indigent exerceri: quoniam autem talem artem non didicerunt Lacedæmones,ideo nunc de facili superãtur.Hæc de præsenti capite dicta sint.

Quã fortitudinem erudiendi sunt iuuenes.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in octauum librum Politicorum,in quatuor capita partitus.

¶ De eruditione puerorum in musica.

IN secundo tractatu insistendũ est in eruditiõe puerorum in musica:circa quam multa oriuntur dubia.Nam dubitant multi,& non est facile demonstrare,vtrum addiscenda sit propter delectationem & quietem: sicut vtimur ludo & potu & somno.nam vt ĩquit Euripides,hæc fecũda sunt, & simul curas cessare faciunt,& inter ista multi computãt musicam & saltationes,quas nos dicimus choreas.Hæc oĩa iudicantur ab hominibus delectabilia,& causa delectationis quærendæ.Somnus quidem delectabilis est propter requiem & cessationem à labore.Potus autem,id est,ebrietas propter spirituum multiplicationem:& cessare faciunt curas ac tristitias:qm̃ tam somnus quã ebrietas auferũt vsum rationis & considerationem.Remota autem consideratione & actuali apprehensione,homo non tristatur de malo superuenienti.Musica autem & saltatio iudicantur delectabiles,quoniam sunt ex natura sua lętificatiuę & dilatiuæ cordis.Alij vero dubitant vtrũ sit musica addiscenda propter formãdos mores,& regulãdas passiones concupiscibilis & irascibilis,vt dicemus infra.Alij vero dubitãt vtrũ sit addiscenda ad perfectionẽ intellectus,vt scilicet intellectꝰ cognoscat ꝓportiones musicales harmoniarũ.vt igitur huius propositi resolutionem habeamus, sciamusque secundum veritatem propter quem finẽ erudiendi sunt pueri in musica,diuidemus hunc tractatũ in quatuor capita.In primo argumentandum est quòd nec propter solatium nec propter formãdos mores,nec ꝓpter perfectionem intellectus addiscenda est:ex cõsequenti nõ videtur expediens in ciuitate optima erudire pueros in musica.In secũdo determinabitur ꝓpositum & declarabitur quòd ꝓpter prædicta tria addiscenda est.In tertio declarabitur:si pueri exercẽdi sunt in musica instrumẽtali:& quibus instrumẽtis decẽs est vti & qbus indecens.In quarto declarabitur si in musica vocali exercendi sunt,& in quibus harmoniis & rithmis.

CAPVT I.

Qua ratione nonnulli putauerint musicam nõ fore à pueris addiscendam solatij causa, vel ad formandos mores, vel propter intellectus perfectionem.

IN primo capite argumentandum est ꝙ musica non potest addisci à pueris. Primo propter delectationem & solatium.Secundo quòd nec propter formandos mores.Tertio quòd nec ad perfectionem intellectus.

Quantũ ad primũ arguitur sic.illud non est quærendum ꝓpter solatium,qđ non est quærenti delectabile,sed laboriosum & contristatiuum:sed addiscere nõ est delectabile pueris,imò laboriosum:vnde dicit Aristot,ꝙ non solantur addiscentes:nam cum labore addiscũt.Insuper pueri nondum apprehendunt bonum in arte aut scientia quã addiscunt,ergo delectari nõ possunt dum addiscunt musicam: falsum ergo est dicere ꝙ erudiẽdi sunt pueri in musica causa solatij & delectationis.

Sed hæc ratio nõ videtur valere.dicet em̃ aliquis, quòd pueri non sunt erudiendi in musica ꝓpter solatiũ,qđ percipiant dum addiscũt,tunc em̃ laborant vt ratio concludit, sed quod percipient in futurum cũ perfectę erunt ętatis, & bene habituati in peritia musicæ:& ideo non est vanum erudire eos dum pueri sunt gratia futuri solatij.

Sed ſtãte hac responsione arguitur ꝙ nõ est necesse eos exerceri in pueritia in musica. Nam dum erunt viri pfecti ita delectari poterunt audientes alios cantãtes & citharizantes,sicur si ipsi à pueritia eruditi essent in musica. Vnde Reges Persarum & Medorũ non addiscunt musicam, sed audisit delectabiliter musicã & harmonias ab aliis,ac si eã didicissent & exercent.Præterea si causa solatij futuri exercitãdi sunt in pueritia in musica:ergo eadem ratiõe & in arte pulmentaria,vt melius ipsimet viri facti operẽtur in ea & delectẽtur in cibis deliciosè ꝑ ipsos prȩparatis.Hoc aũt est obseruandũ:ergo idẽ dicendũ est de musica.Præterea:ꝙ si possumus delectari audita musica ꝑ alios exercitatos in ea nõ sit decorum & liberale eã nos addiscere: cõfirmatur vt dicit Arist.ex opinione quã habemus de diis.Iupiter em̃ non cantat,nec citharam pulsat secundũ poẽtas,imò eos ꝙ talia exercent viles appellamus.Et opus illud non viri ꝓbi, neque sobrij,sed iocantis videtur.Constat igitur ꝙ non est necesse pueros erudiri in musica gratia solatij præsentis, qm̃ illud non habent,nec gratia futuri: quoniam delectari possunt per alios in ea exercitatos.

Quanquam in acquirendo laboriosa sit musica, ea tamẽ habita valde iucunda est.

Quantũ ad fm arguitur sic:si exercere opera musicalia non est opus viri ꝓbi,nec sobrij,sed iocantis, vt dictum est:constat quòd musica nõ format mores sed magis deformat, eo ꝙ vt in pluribus ad lasciuiam exercetur.

Quantum ad tertium arguitur sic:pueris non potest attribui pfectio intellectus,eo quòd talis perfectio consistit in cognitiõe veritatis & habet rationẽ finis & boni. Pueri autẽ sunt imperfecti ætate & actu intellectus:ergo nõ possunt erudiri in musica ꝓpter perfectionẽ intellectus in speculando proportiones musicales.

Præterea,ad intelligendum & recte iudicandum de ꝓportionibus ac cõsonantiis musicalibus non oportet eosmet addiscere,sed audire ab aliis cãtantibꝰ, aut sonantibꝰ, sicut & Lacedæmones:ipsi em̃ licet musicam non addiscãt, tñ dicunt se posse cognoscere audientes: quæ sit bona vel non bona melodia: ergo ꝓpter perfectionem intellectus nõ oportet pueros erudiri in musica sed sufficit auscultare ab aliis,& sic videtur ꝙ nec gratia solatij nec propter formandos mores,nec ꝓpter perfectionem intellectus in cognoscendo musicalia,oporteat pueros & iuuentutem erudiri in musica.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT. II.

Ostendit musicam esse à iuuenibus addiscendam solatij, ac perfectionis intellectus causa, necnon formandi mores, & animum disponendi gratia.

IN secundo capite determinabitur propositum: & declarabitur ꝙ propter tria prædicta pueri sunt erudiẽdi in musica, ita ꝙ non sufficit eam audire ab aliis. Et primo declarabitur eam addiscendam esse gratia solatij & perfectiõis intellectus simul. Secundo quòd gratia formandi mores & disponendi animum ad virtutes morales.

Ludus ac solatium in cunda sunt.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ludus, & solatium quærũtur propter requiem. Requies autẽ de se delectabilis est. Est em̃ vt inquit Ari. medicina molestiæ & tristitiæ inductæ per laborem præcedentem. Per ipsam enim remittitur laborioſus & fatigatiuus motus, & tristitiæ inductiuus. Remissio autem & cessatio à motu laborioso & contristatiuo delectabilis est, vt ad sensum experimur: ergo requies de se delectabilis est: & cum solatiuum ac ludus quærantur ꝓpter requiem: sequitur ꝙ delectabiles sunt. similiter operatio intellectualis perfectiua intellectus non solum bona & eligibilis est, sedẽt delectabilis: qm̃ operatio cõnaturalis vnicuiq; delectabilis est, patet aũt ꝙ operatio ĩtellect⁹ est homini inquãtum homo connaturalis, & ideo est sibi vere delectabilis, cuius signum est, ꝙ felicitas quę est delectabilissima vt docuimus in libro decimo Ethicorũ, consistit essentialiter in nobilissima operatione intellectus essentialiter: & in delectatione concomitante illam nobilissimam operationem: & perficiẽte felicitatem, vt decor perficit iuuentutem. His declaratis probatur ꝙ musica addiscenda est gratia solatij & ludi honesti, & gratia deductionis, id est, perfectionis intellectus. & arguitur sic: ex quo ludus & solatium delectationem habent: & deductio, id est, perfectio intellectus bonum intellectuale est ac delectabile, quicquid est bonum fm intellectum, & secundum se delectabile, quærendum & acquirendum est, gratia ludi & solatij, & gratia deductionis intellectus: sed musica fm se delectabilissima est: siue sit nuda, siue cum modulatione: vnde bene inquit Musæus: carmẽ dulcissimam rem esse mortalibus. quapropter & ad cœtus amicorum & ad vitam in ocio degendam rõnabiliter musicam exercent vt potentem lætitiam afferre: sunt & in musica theoremata, id est, speculationes, in quarum consideratione perficitur intellectus, sicut & in aliis disciplinis sciẽtificis: & ibi est iocunda ac pura delectatio: ergo constat ꝙ musica & gratia solatij & gratia ꝑficiendi intellectus quærenda est: ideo expedit pueros & iuniores in ea erudiri & assuefieri. Quæcũque em̃ delectabilia honesta sunt: & sine nocumẽto exercentis & alteri⁹ acquirẽda sunt, nõ solũ ꝙa conuenientia sunt ad finẽ, & operantis actũ perficiunt, sed vt leuiantia tristitias humanas: quæ dietim nobis cõtingũt.

Musica ad discenda est gratia solatij ac ludi honesti, ac perfectionis intellectus.

Musica & ludus maximẽ delectabilia sunt.

Et aduerte vt dicit Arist. quòd musica adeo delectabilis est & ludus, ꝙ cũ pauci ex hominibus & raro attingant finem vltimũ humanæ vitæ, quæ est felicitas, vt de ea docuimus in libro decimo Ethicorum: tñ propter impedimẽtũ naturæ, aut malæ consuetudinis, aut propter defectũ bonorũ exteriorum, multi ac libenter quærunt sibi requiem: & disfugiunt contristatiua per ea quæ tristitiam minuunt ac obliuisci faciunt. Hæc autẽ sunt qæ fm se delectabilia sunt, inter quæ & ludus & musica obtinent principatũ, ideo q̃ plurimi hominum maximè quærunt ludos & musicam, vt si felicitatem delectabilissimam acquirere non possunt, saltem attingant illius vmbram, ac qualemcunque similitudinem, quæ in ludis, ac musicalibus deprehenditur. Sicut em̃ felix nulla afficitur tristitia sic nec ludens nec musicus dum cantat aut pulsat videtur tristari. hac de causa videntur homines vulgares constituisse finẽ vltimũ in ludis & musica: habent enim similitudinẽ quandã cũ fine vltimo: nam finis vltimus nullius futuri gratia expetitur: & tales voluptates, quę sunt in ludis & musica non expetuntur gratia alicuius futuri, sed gratia laboris, aut tristitiæ quæ præfuerunt: vt s. remittantur vel ex toto deleantur. Causa igitur per quã nonnulli quęrunt sibi felicitatem in his delectationib. licet nõ sit vera felicitas hæc est: & hanc rationabiliter existimabit aliquis. Patet igitur quomodo gratia solatij & gratia perficiendi intellectum, expedit pueros in musica erudiri.

Ex his patet quid dicendum sit ad argumenta formata in præcedenti capite quib. probatur, ꝙ musica nõ est à pueris addiscenda gratia solatij, neque præsentis: quoniam qui addiscunt laborant, ergo non delectantur: neque futuri. quoniam in ætate perfecta ita possunt delectari audientes alios exercitatos in musica, sicut si ipsi cantarent aut pulsarent. Ad hoc dicitur ꝙ & gratia præsentis, & gratia futuri solatij: & cum arguitur, qm̃ qui addiscunt laborant: ergo non delectantur. Consequentia non valet nisi in hoc sensu, ergo non delectantur delectatione inadmixta tristitiæ: cũ hoc tamen stat quòd pro aliquo gradu delectantur. & cum arguitur, quòd in ætate perfecta ita possunt, &c. hoc negandum est, qm̃ exercitato in opere secundum naturam suam delectabilis, delectabilius est sibi operari, quàm alium audire operantem. nam inter causam & effectum natura delectabilem est amor intensus, ex consequenti intensa delectatio.

Maior est delectatio in cantando, quàm in audiendo cantus.

Ad aliud cum dicitur: ꝙ eadem ratione & in arte pulmẽtaria essent pueri instruendi, &c. Respondetur ꝙ non est eadem ratio: nam musica & operatio in ea liberales sunt, & decent ingenuos: ars autem pulmentaria & eius exercitiũ seruilia sunt, & ad seruos spectant.

Ad aliud de diis & Ioue, ꝙ non cantat & ꝙ opus musicæ, non est opus viri probi, sed iocantis, &c. Respondebimus in capite sequenti, cũ declarabimus ætates conuenientes exercitio musicæ.

Ad argumentũ autẽ, quo probatur in capite præcendenti ꝙ pueris non conuenit perfectio intellectus, cum sint in ætate imperfecta: ergo nõ debẽt erudiri in musica gratia perficiendi intellectus: negatur consequentia. nã licet dum sunt pueri, non perficiantur intellectu, qm̃ nondũ apti sunt speculari proportiones musicales tñ facti viri & à pueritia in musicalibus exercitati perficientur intelligentes naturã & proprietates musicales. Nec est verum quod dicunt Lacedæmones. Nullus em̃ rectè iudicat quæ nõ nouit: sed nõ nouit nisi addiscendo ab alio, aut per se inueniendo, ergo si Lacedæmones non nouerint melodias, iudicare non possunt quæ sint bonę & non bonæ. Patet ergo quòd prædicta argumenta non concludunt.

Quantum ad secundum aduerte vt dicit Arist. ꝙ non solum oportet nos quærere musicã ꝓpter voluptatem, quam omnes percipiunt fm auditum: habet em̃ musica naturalẽ voluptatem per quam illius vsus cunctis ætatibus est acceptus & desideratus: sed etiã videre oportet si quomodo ad moralem virtutem & ad animam confert. Et id quidẽ manifestũ erit, si per illam efficiamur dispositi ad bonos mores & reuocemur à malis. & quidem ꝙ per vsum musicæ disponatur animus ad mores, & immutetur secundum diuersas passiones, & ad diuersas virtutes morales, puta ad irã, ad amorem, ad pietatem, ad affectum rerum diuinarum, ad mansuetudinem, &c. declarat Aristotel. exemplo & rationibus.

Quomodo per musicã animus disponatur ad virtutes morales.

Exemplum sumit ex modulatione olympi: ea nanque vt dicit Arist. abstrahit animam & quodammodo rapit. Raptꝰ vero & abstractio animæ circa morem affectio est. Pro huius dicti euidentia declaranda sunt duo. Primo quæ sit modulatio olympi. Secundo quid sit & propter quam causam fit raptus, & cuius partis animæ sit, an appetitiuæ, an intellectiuę.

Oblympimelodiæ quæ.

Quantum ad primum aduerte, quòd modulatio olympi sunt melodiæ, ꝗbus vtebantur sacerdotes Iouis olympi, id est, Iouis, ꝙ colebatur in monte olympo: dum sacrificabant ad excitandam colentium deuotionem. Erant autem huiusmodi melodiæ, tantę virtutis quòd hominum animę rapiebantur: & abstracti à sensibus efficiebantur immobiles ꝓpter vehementissimam intentionem animæ ad aliquod intrinsecum repręsentatum. ex hoc igitur vt ex euidenti signo, constat quod melodię dispositiuæ sunt hominum ad mores: sed clarius id patebit infra.

Quantum ad secundũ aduerte, quòd raptus alio modo sumitur à Philosopho naturali, & alio à morali: nam à naturali sumitur pro motu qui dicitur tractus. Tractus aũt vt declarauimus in libro septimo Physicorũ est motus ab alio ad se, vel ad alterum: & communiter est violentus. Violentum autem vt docuimus in libro tertio Ethicorũ est illud, cuius principium est extra, nõ cõferente vim passo. Et ideo raptus in naturalibus est motus alicui⁹ præter eius inclinationem naturalem à principio extrinseco. Huiusmodi autẽ violentia motus potest fieri duobus modis. Primo quo ad terminum ad quem, & quo ad modum mouendi simul. vt quãdo ignis trahitur & rapitur deorsum ab aliquo mouente extrinseco. Secundo quantum ad modum mouendi tantum, & nõ quo ad terminũ ad quẽ: vt quando ignis impellitur sursum velocius quã natus sit ascendere. A Philosopho autẽ morali sumitur raptus per similitudinem ad raptum physicum

Raptus quomodo fiat.

Raptꝰ apud moralẽm.

phyſicum: vnde apud ipſum ſignificat motũ hominis ſm animam ad aliquod ad quod ſm ſe non habet inclinationem, ita ꝙ eſt ſupra naturam ſuam, vel non habet illo modo quo mouetur, ſed alio: verbi gratia, cum naturale ſit homini pro præſenti vita intelligere ex phantaſmatibus, & ſenſibus exterioribus ſolutis ac exiſtentibus in actu, tranſlatum eſt hoc nomen raptus ad ſignificandum operationem intellectualem, qua homo pro præſenti vita fertur in aliquod intellectuale, ſiue ſit ſibi connaturale, vel ſupra naturam, ſed modo non naturali ꝓ præſenti vita, ſ. per diuerſionem ſenſuum ad interiora, & eorum immobilitationem, ac ſi opprimeretur ſomno, & in hoc ſenſu ſic diffinitur, Raptus eſt operatio intellectualis animæ, ſm quam ab aliquo extrinſeco fertur in aliquod ſupernaturale, vel naturale ſpeculandum modo non naturali, id eſt per ligationem & immobilitationem ſenſuum, & raptus hoc modo ſpectat ad parte intellectiuam. Sicut autem homo trahitur ſecundum intellectum ad ſpeculandũ obiectum ſupernaturale, vel naturale nõ modo naturali, ſic aliquando trahitur ſm partem appetitiuam tam intellectualẽ quæ eſt voluntas, quàm ſenſitiuam, quæ eſt appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis ad aliquod amatum, ſiue naturale, ſiue ſupernaturale, qualis ſunt diuina entia, ſed modo non naturali, id eſt per abſtractionem à ſenſibilibus exterioribus, & per immobilitationem ſenſuũ, & hic raptus videtur eſſe vehemens intentio & applicatio animæ cauſata ex intenſo deſiderio circa aliquid, vt attingat & cõſequatur illud, tanquã bonum deſideratiſsimum, vel fugiat vt malum abhorrendum, vel eſt vehemẽs adhæſio anime alicui caro per dilectionem, vel eſt maxima delectatio circa aliquod maximè delectatiuũ, per immobilitationẽ ſenſuũ. Ex hoc enim quòd homo vehementer circa aliquod carum & amatum & delectatiuum ſiue ſecundum intellectum, vt ſunt bona ſpiritualia, ſiue ſecundum ſenſum, vt ſunt bona ſenſualia, anima reuocat ſpiritus vtpote prima inſtrumẽta ſenſus & motus, ad ſenſus interiores, ꝙ pro tunc magis laborant prẽcipuè imaginatiua & cogitatiua. Hoc enim eſt ꝓprium naturæ, mittere ſpiritus ad locũ, vbi magis indiget, ſicut mittit humores ad membra magis debilia, vnde tempore timoris & formidinis mittit ſpiritus ad cor, & palleſcit facies, ac extrema tremunt, vt depauperata ſpiritibus. Reuocatis ſpiritibus ad interiora, ſenſus exteriores & mẽbra immobilitantur, & efficitur homo vt mortuus ſine omni ſenſu exteriori in actu, & tunc anima quaſi libera à labore ſenſuũ exteriorum, & motu corporis vigoratur in deſiderio, & amore & delectatione obiecti amati, in quod tota totiſq; viribus fertur, vel cui vt ſummo bono inhæret, & tũc dicitur rapta frui, & amore languere. Sed aduerte ꝙ in humana ſpecie quidam paucos & debiles & bene mobiles ſpiritus habẽt, & iſti cũ minori intentione animæ circa aliquod obiectũ amatum rapiuntur extra ſenſus & immobilitantur. Non enim pauci & debiles ſpiritus ſufficiunt ad cauſandũ motũ fortem interiorum & exteriorum, & ideo de facili tendunt in ectaſim, & id maximè accidit in mulieribus. Qui autẽ abundantes & vigoroſos ſpiritus habent, non patiuntur raptũ niſi ex vehementiſsima intẽtione & applicatiõe animæ ad obiectum ſpeculabile, vel maximè amatũ & deſideratũ, & quoniã in viris cõmuniter ſunt ſpiritus abundantiores & fortiores, qui ſufficiunt ad cauſandum motum in ſenſu exteriori & in corpore & in ſenſibus interioribus, ideo rarius & difficilius rapiuntur q̃ fœminæ. Vehemens autẽ deſiderium, aut dilectio, aut delectatio, q̃ cauſant raptũ per vehementem intentionem animę ad obiectum deſideratum, amatum, delectatiuum, cauſatur à vehementi cogitatione circa illud, vel vehementi conſideratione intellectus, vel ab aliqua ſuperiori cauſa, puta à Deo, vt aliàs declarabit. Patet igitur quid ſit raptus ꝓpriè & Metaphoricè, & qũo poteſt eſſe in parte intellectiua & appetitiua, & à qũo cauſatur. Tu tamen aduerte, quòd Ariſt. in texru prędicto intendit de raptũ in parte appetitiua. Dicit enim ꝙ raptus animæ eſt affectio, quaſi dicat, ex eo ꝙ anima vehementer afficitur circa aliquod obiectum rapitur. Patet autẽ, quòd affectus ſpectat ad partem appetitiuam. Inſuper aduerte, quòd de raptu ſupra ſe & infra ſe iam docuimus in Epitome noſtra in tractatu, de ſomno & vigilia, ĩ paruis naturalibus, & tu vide illic. Conſtat igitur exemplo accepto à muſica olympiaca, quomodo virtutem habet immutandi animam audientis ad amorem & deſiderium & delectationem, ex conſequẽti ad virtutes morales verſantes circa paſsiones, puta ad temperantiam ad fortitudinem, &c.

Ratione autem idem manifeſtat Ariſt. & primo ſic, nuda verba puta verſus & carmĩna, quibus recitantur acta maiorum, puta Herculis aut Hectoris commouent animum audientis ad diuerſas animi paſſiones: ergo multo magis ſi ꝓferuntur cum cantu, aut ſono muſicali. Conſequentia nuda patet, qm̃ minus videtur ꝙ verba nuda, ſ. ſine melodia, moueant animum quàm cũ melodia: qm̃ melodia habet maiorem vim ad commouendum ꝓpter conformitatem ſuam ad animam & potentiam auditus, vnde dicit Ariſ. ꝙ audientes repræſentationes, afficiuntur etiam ſine melodijs, quaſi dicat, ergo multo magis cum melodijs.

Secundò ſic, aſſuefieri in his, q̃ ſunt ſimilia alicui, eſt quodammodo aſſuefieri in illo, verbi gratia, ſi q̃s reſpiciẽs imaginem alicuius puta Herculis delectatur in ipſa vt eſt ſimilis Herculi, delectabitur & fortius in aſpectu Herculis, ſed melodiæ muſicales ſimiles ſunt paſsionib⁹ animæ, puta iræ & timori & audaciæ, & habitibus, moralibus vt fortitudini & temperantiæ & liberalitati & alijs: nã melodiæ & rithmi in quibuſdam determinatis ꝓportionibus numeralibus circa ſonos conſiſtunt, ſimiliter paſsiones animæ in quadã determinata ꝓportione agentes ad paſſum conſiſtunt, & cõſequuntur aliquam determinatam ꝓportionem calidi & frigidi humidi & ſicci. Ira nanque eſt accenſio ſanguinis circa cor, & timor eſt eiuſdem infrigidatio. ſimiliter virtutes morales in quadam mediocritate reſpectu extremorum conſiſtunt vt declaratum eſt in ſecundo Ethicorũ, ita ꝙ ſicut voces extremæ per contemperantiam reducuntur ad conſonãtiam, ſic reducendo extrema ad mediocritatem, cauſantur virtutes morales. Cõſtat ergo ꝙ aſſuefieri melodijs muſicalib⁹ eſt aſſuefieri & diſponi ad diuerſas paſsiones animæ & habitus morales, & hoc etiam manifeſtatur à ſenſu: nam audientes melodias & rithmos, ſentiunt ſe tranſmutari ſm animum, aliq̃ ad amorem, aliquando ad iram, aliquãdo ad audaciam, &c. Quod vtique nõ ꝓuenit niſi ex ſimilitudine inter huiuſmodi paſsiones animæ, & melodias.

Muſicales melodiæ quo animi conſonãtis ac paſſionibus vel virtutib⁹ ſimiles ſint.

Tertiò idẽ manifeſtatur ab effectu, quem cauſant diſtinctæ ſpecies harmoniæ & rithmorum. Nam vt inquit Ari. harmoniarum diſtincta eſt vis & natura, ita vt qui diuerſas audiunt diuerſimodè & non eodem mõ diſponãtur ſm paſsiones & motus corporis, vt videmus in ſaltantibus & ducentibus choreas. In particulari autem quędam harmonia appellata Lydia mixta efficit audientes flebiles & contractos per retractionem ſpirituum ad cor, ita ꝙ concitat lacrymas & gemitus. Eſt autem Lydia mixta harmonia vel cantilena ſeptimi toni, quæ ꝓpter acumen vocũ, fortiter percutit ſpiritus, & retrahit ad interiora, ideo ꝺhit audientem in ſeipſo & compaſſionẽ cauſat in eo, ex cõpaſsione cauſatur fletus. Qui autem audiunt harmonias magis remiſſas diſponũtur ad quandã mollitiem & animi teneritudinem, cuiuſmodi forte ſunt harmoniæ dictæ Lydia ſimplex & hipolydia, Lydia ſimplex eſt quĩti toni, & hipolydia eſt ſexti toni. Iſtæ ideo mouent & diſponũt audientes ad animi teneritudinẽ: qm̃ in eis voces ſunt remiſſæ & motus debiles maximè propter ſemitonia, quæ in eis frequentantur.

Quõ nõnullæ harmoniæ ad fletum, quadam vero ad animi mollitiem & animi teneritudinem efficiunt.

Qui verò eam quę dr̃ Dorica audiunt mediocriter & cõpoſitè ac grauiter ſe habent in actibus. Hæc enim eſt valde moralis, & eſt primi toni.

Dorica quid efficiat.

Qui eam quę dr̃ Phrygia audiunt, diſponuntur ad raptũ. Eſt enim tertij toni, & fortiſsimarum vocum, & propter vocum fortitudinem ſpiritus ab exteriorib. ad interiora reuocat, & hęc reuocatio vt ſupra diximus diſponit ad raptum. Patet igitur ab effectibus qũo melodię diuerſæ diuerſimodè immutant animum ſm diuerſas paſsiones, & habitus morales, & quæcunq; nunc diximus accepta ſunt ab his qui in ludo muſicæ philoſophantur, & ſumunt teſtimonium rationum ſuarum ex ipſis operibus.

Quadã harmonia ad raptum diſponat.

Et aduerte ꝙ oẽs prędicti effectus cauſantur per diuerſas harmonias, eo ꝙ cũ ſpiritus ſit primum organum oĩum virtutũ aĩæ tam ſenſitiuarũ quã motiuarũ, diuerſus motus ſpirituũ ſiue per alterationẽ ſiue per motũ localẽ, ex quib⁹ motibus contingit aliquando contractio ſpirituũ, aliquando ebullitio, aliquando expanſio, diuerſimodè diſponit hominẽ ad paſsiones & actiones. Hoc autẽ modo harmoniæ muſicales mouere poſſunt diuerſimodè ſpiritus ſecundum diuerſitatem earum.

Prędictos aũt effectus nõ ſolum cauſant harmoniæ, ſed ẽt rithmi: nam dum recitantur aut leguntur intente aliqui ex eis continent hominem in morum grauitate, aliqui cõcitãt ad leuiores, aliqui violentiores afferunt motus, quaſi ꝓuocantes ad pugnam, aliqui mouent ad liberalia & delectabilia, ex quibus patet quòd muſica poteſt animi paſsiones

Rithmorum efficacia in hominum animo.

& mores immutare, & diuersimode disponere, vnde clarũ est, ꝙ ad puerorum disciplinam est adhibẽda & in ea pueri instituendi, vt discant cum adoleuerint, bene ac moraliter viuere secũdum passiones, & regulari per habit⁹ morales.

Musica valde conueniens est puerili ætati.

Non solũ autem ꝓpter formãdos mores est à pueris addiscenda, sed etiam vt dicit Arist. qm̃ naturæ puerili conuenit. Pueri enim propter teneritudinem ætatis nil sponte ferunt quod non habeat in se iucunditatem. Musica vero ex se iucunda est, ideo congruit puerili ætati, quæ nescit nisi in ludis & iucundis detineri. Præterea videtur hominũ natura cognitionem quandam cum harmoniis & rithmis habere: vnde & multi sapientum dixerunt animam humanam esse harmoniam: alij vero, ꝙ in se continet harmoniã, inter quos est Plato cuius sententiam recitat Arist. in primo lib. de anima, & nos in Epitome nostra illic declarauimus, quæ potuerit esse mens Platonis. Certum est enim quòd Arist. non reprobat eum nisi vt verba sonant.

Expedit igitur & propter formandos mores, & propter delectationes puerilis ætatis, propter cognitionem quã habere videmur cum harmoniis instituere ꝙ pueri & iuniores erudiantur in musica. Hæc de secundo capite dicta sint.

CAPVT III.

Quomodo, & in quibus musicis instrumentis oporteat pueros, & in qua ætate erudiri.

IN tertio capite inuestigandum est, si pueri erudiendi sunt in musica instrumẽtali, siue organica ad formandum mores: & quibus instrumentis decens sit vti, & quibus indecẽs & hic quatuor agenda sunt. Primo probandum est ꝙ nõ sufficeret pueris erudiri in musica: nisi postea in ea se exercerent siue cantando, siue manibus tangendo. Secundo declarandum est quibus ætatibus cõuenit vsus musicæ. Tertio declarandum est qualia debeant esse instrumenta quibus vtẽdum est ad compositionem morum: & quibus non: Quarto nõ est approbanda à politico musica: cuius vsus est in certaminibus & theatris: quoniam non est ad mores formandos.

Non modo discere musicam oportet sed sem illa summopere exercere.

Quantum ad primum aduerte ꝙ vt dicit Arist. ad hoc ꝙ per musicam disponamur ad mores & bonos habitus morales non sufficit eam addiscere, sed per vsum in ea exercitari. nam studiosum iudicium de moralibus, & de eorum similibus, quales sunt harmoniæ musicæ, vt diximus supra, multum confert ad disponendum nos ad mores, sed ex hoc ꝙ quis exercet se in harmoniis musicalibus studiosius iudicat de moralibus & de eorum similibus: ergo vt bene disponamur ꝓ musicam ad mores, oportet nos per vsum in ea exercitari. Præterea, ad rectitudinẽ iudicij exigitur certitudo, q̃ in agibilibus maximè causatur ex frequẽtatis actibus: ergo oportet non solum addiscere, sed exerceri musica, vt recte iudicemus de moralibus ac disponamur ꝓmusicã ad ea. Præterea, opus est vt pueri aliquod habeãt delectabile exercitiũ. Nescit em̃ ætas illa ꝓpter multitudinẽ motuũ in ea existentiũ quiescere. Delectabili⁹ autẽ exercitiũ nõ possunt habere q̃ per musicã: vñ & Architæ tabella recte inuẽta est: vt puta paruũ timpanũ in quo pueri iocũdè ludũt & pulsant: vt sic occupari nõ frangant q̃ sunt domi, & ꝓpter hoc illius tabellę ludus, quã Archita inuenit, conueniens est pueris saltem ad occupationem. Disciplinæ autem musicalis rectus vsus perfectis ætate reseruandus est: quoniã tunc potentes sunt nõ solũ delectari auditu harmoniæ, sed discernere possunt quid sit secundum artem & quid non. Quod igitur expediat iuuentutẽ erudiri in musica & ea vti manifestũ est.

Tabella Architæ iudus pro pueris.

Quidnã ex musicis deceat iuuenes ac senes.

Quantum ad secundum aduerte vt dicit Arist. ꝙ non est sapienti difficile terminare, quid in vsu musicæ diuersas deceat ætates, & quid non. Aliquid em̃ decet musicum in iuuentute quod non in senectute: & econuerso, nec etiam est difficile soluere rationẽ positam in primo capite huius tracta. qua opinantur nonnulli vsum musicæ non decere ingenuum neque liberum, sed sordidum & seruilem hominem.

Tu igitur aduerte ꝙ à pueritia perdiscẽda est musica & cantu & instrumentis pulsandis manu. Sunt enim pueri ex teneritudine bene docibiles. In iuuentute autẽ exercenda est, eo ꝙ iuuentus potentior est & vigorosior voce & manu ad laborem sustinendum musicalem. Debet vero iuuentus exercere se musica, vt honeste delectetur & disponatur ad mores. Non est autem omnino apta iudicare & intelligere rationes ac proprietates harmoniarũ ad perficiendum intellectum: quoniam plurimi motus in iuuene existunt & in experientia: rectitudo vero iudicij indiget quiete & experiẽtia: senioribus vero magis cõuenit audire harmonias q̃ exercere ꝓpter debilitatas vires: quibus nec cantui nec pulsationi instrumentorum sufficiunt: si audiũt satis est, qm̃ ex auditu recte iudicare possunt rationes & proprietates harmoniarum ꝓpter virtutem & perfectionem intellectus & ex consequenti possunt honeste delectari supponendo ꝙ in his à iuuẽtute eruditi fuerint. Patet igitur quod quid in vsu musicæ deceat iuuentutem & senectutem.

Ex his patet, ꝙ ratio opinantium vsum musicę non decere ingenuos, sed sordidos, & seruiles, non concludit. Reꝓbant em̃ vsum musicæ absolute & ꝓ omni ętate. & non distinguunt de musica. & tñ distinguendum est, qm̃ quædam est plebeia & sordida, cuius vsus non est ad formandos mores, nec ad perfectionem intellectus, sed ad lasciuias & indecoras voluptates: & talis non est addiscenda nec exercẽda ꝓ aliqua ætate ab ingenuis, & qui futuri sunt studiosi ciues, & de tali musica tantum concludit ratio supra posita. Quædam autem computatur inter veras disciplinas ordinata ad formandos mores & decore delectandum: qualẽ exercebant sacerdotes Olympiaci in sacris: & Pythagoras instituit ad bonos mores: præcipuè ad temperandum concupiscentias & iras & vindictas: ad cantandum diuinas laudes: ad excitandũ intellectum, vt diuinitus illuminetur: qũo vtebantur prophetæ, & hæc est addiscenda à iuuẽtute, & exercenda à iuuene: & audienda à senioribus, & in hoc sensu ratio ꝓpposita non concludit: & quod allegant de Ioue non cantante nec citharam pulsante, non concludit vsum musicæ esse sordidum, sed non conuenire senectuti vt diximus. Iupiter autem cum ponatur pater deorum, designatur pro senioribus.

Musica plebeia ad diuina.

Quanã musicalis instrumenta cuiq; erudiendo conueniant.

Quantum ad tertium aduerte ex intentione Ari. ꝙ vsus musicæ instrumentalis fieri oportet ab ingenuis & futuris studiosis ciuibus per instrumenta moderata non admodum laboriosa, vt non impediant hominem in actionibus ciuilibus exercendis neque reddant corpus indispositũ ad actiones intellectuales, neque inutile & debilitatũ ad operationes bellicas. nam quæ circa iuniores instituenda sunt commensurari ac determinari debent iuxta eorum facultatẽ: & sm̃ ꝙ sunt vtilia optimę reipub. cuius gratia erudiendi sunt in supradictis disciplinis. Sicut igitur incipientes ire ad agones & certamina exercitãdi sunt in principio in faciliorib⁹, ac moderatis laboribus, sic incipientes exercere musicã instrumentalem, oportet vt ab instrumentis caueant, in quib⁹ mouendis siue pulsandis corpus immoderate grauatur, & quæ vehementer spiritus concitant, sed vtantur moderatis & conferentibus ad mores formãdos, & recte delectari valeant in musicali harmonia honesta & disciplinari, & nõ in plebeia & cõi, qua omnes sensum auditus habentes delectãtur: sicut & quædam animalia bruta, & multitudo puerorũ ac vulgarium seniorum.

Que musicalia instrumẽta cauere oportet.

Sed aduerte ꝙ Ari. in specie non declarat quęnam sint instrumenta apta & moderata pro exercẽda musica, vt disponamur ad bonos mores. De instrumentis autem, à quibus cauendum est dicit in specie ꝙ cauendum est à fistula siue tibia, & à cithara, & à petadibus & barbitis, & eptagonis, & trigonis & sambucis: verum quid intelligat Arist. per huiusmodi instrumẽta, difficillimum est imaginari, eo ꝙ musicalia sunt in continua variatione, & ꝛpius mutãtur quo ad formam & nomina & parum concordant moderna cũ anti quis: tamen dicendum est quod occurrit pro nũc saluo meliori iudicio.

Fistula qui sit.

Per fistulam & tibiam intendit vniuersaliter instrumentum sonans ex sufflatione multi spiritus, vt est tuba, & cornumusa & quæ vulgariter dicuntur piffera.

Cithara quid.

Per citharam intendit instrm̃ chordis metallicis dispositum, quod manu tangitur & calamo reddens sonum acutũ cum stridore & eo vtuntur rurales in choreis.

Petadibꝫ biti.

Quid autẽ per petades & barbitos intendat nobis penitus est occultum, qm̃ aut non sunt in vsu moderno, aut nomina penitus mutata.

Eptagonũ

Per eptagona intendit instrm̃ dispositum figura septem angulorum & forte in eo sunt septem protractę chordæ.

Trigonũ.

Per trigona intendit instrumentum dispositum figura trium angulorũ: & forte in eo sunt tres chordæ protractæ.

Sambuca

Per sambucam intendit instrumentum in quo sunt duæ longe chordę protractę, reddens sonum profundum & tremebundum.

Ratio propter quam Ari. hæc instrumenta in musica ingenua ac nobili reprobat est, quoniam & si causent ludũ ac solatium audientibus, & vtentibus, non tamen disponũt animum ad mores inter prędicta instrumenta, præ omnibus reprobat fistulas & tibias, sub quibus continentur tuba & cornu

cornu & primo ratione, ſecundo duplici exemplo.

Quammaxime cauere debent pueri ſonum fiſtulæ ac tibiarum.

Ratio quidem eſt hæc, ex ſufflatione multi & laborioſi ſpiritus, grauant corpus, deformant faciem, ſonum vehemẽtem immoderatum reddunt, ex quo perturbantur & cõcitantur ſpiritus, ideo nõ diſponunt ad moderationẽ morũ, ſed poti⁹ ꝯcitãt paſsiões timoris & audacię & irę & faciũt atrã bilẽ ebulire. Cuius ſignũ eſt, ꝙ huiuſmodi inſtrumentis vtunt̃ principes in exercitu, in ꝯflictu, vt q aggrediũtur cõcitent̃ ad irã & furorẽ, fiantq; audaciores, & aduerſariis immittant formidinem. Cùm igitur non conferant ad moderationem morum, relinquenda ſunt à muſico ingenuo.

Fiſtula actibiarum ſonum abiecerunt Graci.

Primum exemplũ ſumitur ab antiquis Græcis, qui vſum fiſtulæ & tibiæ reprobarunt aduertentes non ſolum nõ conferre diſciplinæ morum, ſed etiã contrarium eſſe. Et tamen prius eis vti ſolebant, facti enim ſtudioſiores propter diuitias & animoſiores ꝓpter victoriam ꝺ Medos habitam, & aliis pręclaris geſtis de ſe magna opinantes omnem diſcipli nam amplexati ſunt, non tam iudicantes q̃ expediri volentes, quæ nam eſſent bonæ & quæ non. Quapropter fiſtulæ & tibiarum quoq; vſus tunc receptus eſt. Nam apud Lacedæmones quidam ioculator & ludens publicè tibiis modulatus eſt. Et Athenis intantum huiuſmodi vſus inualuit ꝙ ferè omnes ingenui i eo ſe exercebant. Quòd patet ex tabula à Thraſippo tyranno poſita, cum ludos ꝓ tribu ſua dedit. Proceſſu vero temporis improbari cœpit cum iam melius per experientiam iudicare poſſent, quę diſciplina & quis vſus ad virtutem conferret, & quę non. Eodem modo inquit Ariſt. permulta inſtrumẽtorum antiquorum reprobata ſunt, vt petades & barbiti & quæ ad voluptatem audientium intendebant, vt eptagona trigona & ſambucæ, & cuncta quæ indigent perita manuum geſticulatione, forte ex hoc impedientia omnino conſiderationem intellectus.

Minerua reprobauit ea muſica inſtrumenta, quæ flatu ſonant, vt tibias, & fiſtulas.

Secundum ſumitur à dea Pallade ſiue Minerua de qua aiunt antiqui, ꝙ cũ fiſtulas inueniſſet conſideraſſetq; vſum earum, ex quo propter multam ſpiritus inſufflationẽ neceſſe erat genas tumeſcere abiecit eas vtpote offenſa ex oris deformitate. Verum vt dicit Ari. licet quod dicunt antiqui ſit verum, ſ. deam abieciſſe tibias deformitati oris infenſam tamen multo magis ob id quia tibiarum vſus nihil confert ad mentem & intelligentiam, cum ſcientia & ars Mineruæ ſit attributa. Ex quibus ſequitur quòd rationabiliter Pallas, id eſt recta ratio & ars rectè iudicans reprobat vſum fiſtulę & tibiæ: quoniam corpus debilitat, os deformat ad perfectionem intellectus non diſponit, ſed potius ad contrariũ, nimis enim commouet & confundit ſpiritus.

Quantum ad quartum aduerte ex intentione Ariſt. quòd politicus non ſolum debet ea inſtrumẽta muſicę reprobare quorum vſus non eſt ad mores & virtutes, ſed etiã muſicã qua vtuntur ludẽtes & chorizãtes in theatris & aliis locis, quibuſcunq; modis & inſtrumentis eã exerceant. Non enim id agunt gratia virtutis, ſed vt audientes delectent delectatione ſordida & ſeruili, q̃ non conuenit liberis & ingenuis, ſed ſeruis & intellectu depreſsis. Quapropter non cenſem⁹ id eſſe opus hominis ingenui, ſ. ſe exercere in tali muſica, ſed per viles ac ſordidos contingit illud fieri: finis em̃ cuius gratia faciunt improbus ac reprehenſibilis eſt. Non enim intendunt virtutem, ſed lucrum proprium & delectationes non decoras. Patet igitur quibus inſtrumentis muſicalibus vti debeant muſici ingenui & quibus non, & quæ muſica ſit approbanda & quæ non. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De harmoniis muſicalibus, & quænam vnicuique in quauis ætate conueniat oſtendit.

IN quarto capite declarandum eſt ſi pueri & iuuenes & futuri ſtudioſi ciues, poſtquã muſicam diſpoſitiuam ad mores didicerint, ſunt exercendi in ea, quę eſt vocalis, & ſi vti debẽt omnib⁹ harmoniis & rithmis. Et hic quatuor agenda ſunt. Primò ponẽda eſt diſtinctio de harmoniis, & rithmis. Scdò declarabit̃ ex diſtinctione data quib⁹ vtẽdũ, & qbus nõ vtendũ ſit. Tertiò declarabitur ꝙ diuerſis ętatib⁹ conuenit vti diuerſis harmoniis. Quartò reprobabit̃ opinio Platonis de harmonia dorica & Phrygia & de harmoniis remiſsis.

Modorũ ſeu melodiarũ muſicalium varia genera.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Ari. non intendit diſtinguere in ſingulari omnes melodiarum modos & differentias, ſed tantum in vniuerſali. Dicit enim: quoniam de his multa dicta ſunt à muſicis modernis & à Philoſophis q huius diſciplinæ peritiam habent, diſcuſsionem & examẽ ſingularum partium dimittemus eis. Nos autem ſolummodo ĩ genere de ipſis dicemus. Aduerte igitur ꝙ ex melodiis quæ dam ſunt rigidæ, ac veluti diſtortæ, quales ſunt cãtilenę ruralium, quædam molles & gratioſæ ac in optima vocum ꝓportione. Et ex his quędam ſunt morales, id eſt diſponẽtes ad mores, & virtuoſas operationes, quædam ſunt effectiuæ, id eſt cauſatiuæ paſſionũ, puta iræ, timoris, audaciæ, clemẽtiæ & miſerationis, quędam ſunt abſtractiuę, id eſt cauſant raptum & immobilitatẽ ſenſuum in audiente vt diximus ſupra de modulatione olympiaca. Et philoſophantes in muſica ponunt naturam earũ ad ſingula iſtarũ ꝓpriam. Nã Phrygiam dicunt raptus factiuam, Lydiam mixtam diſponẽtem ad fletum & miſerationem. Doricam autem ad mores.

Item aduerte vt dicit Ari. ꝙ nõ eſt vtendum vocali muſica gratia vnius vtilitatis tãtum, ſed etiam pluriũ: qm̃ & gratia plurificationis, id eſt gratia corruptionis vni⁹ paſsionis & gñationis oppoſitę, verbi gratia, vt iratus ceſſet iraſci & inducatur ad manſuetudinem, & timens ad audaciã, & incõtinens ad continentiam, & impius ad miſerationẽ, & gratia doctrinæ vt ꝓficiatur intellectus in cognitione ꝓportionum muſicalium, ſicut & Geometria in cognitione figurarũ, & gratia quietis ac otij laudabilis, & gratia remittendi ac obliuiſcendi triſtitię & doloris. Eſt enim muſica triſtitiæ lenitiua, ſicut & cordialis amici viſitatio, ſed ad doctrinam vtendum eſt moralibus harmonijs, ad auditionem vero alio pulſante vtendum eſt effectiuis & abſtractiuis, id eſt efficiẽtibus paſsiones oppoſitas & cauſantibus raptum.

Sed dices: vnde cognoſcere poſſumus aliquas melodias eſſe purificatiuas, id eſt mortificatiuas præſentis paſſionis, puta iræ & ſuſcitatiuas oppoſitæ, id eſt manſuetudinis.

Quomõ & quæ harmoniæ diſponãt homines ad moderationem paſsionum.

Ad hoc dr̃ vt intendit Ari. ꝙ omnes animi paſsiones cum ſubiectiuè ſint in appetitu ſenſitiuo corporeo & organico, conſiſtunt in quadam ꝓportione calidi & frigidi humidi & ſicci, diſpoſitiuè & materialiter, ita tñ ꝙ in ſingula paſsione ſingulum ſuperabundat, vt in ira calidum humidum, qđ eſt cauſa ebullitionis, in timore frigidum ſiccum, quod eſt cauſa conſtrictionis ſpirituum. Et oẽs ſunt cum delectatione & triſtitia: qm̃ aut ꝓueniunt cum apprehenſione boni veri, vel apparentis conuenientis, & ſic ſunt cum delectatione, aut cum apprehenſione mali diſconuenientis, & ſic ſunt cũ triſtitia, ſimiliter harmoniæ in quadam media ſonorum rõne conſiſtunt, quę aliquando ſimiles ſunt ꝓportioni, in qua & paſsio aliqua conſiſtit, aliquando autem ſunt diſſimiles, & qm̃ delectatur omnis homo in eo quod eſt ei cõueniens & ꝓportionale ſm̃ naturam, & ſecundum ꝙ affectus eſt, & triſtatur ſuo contrario, ideo ſi quis exiſtat in paſsione aliqua ſiue cum delectatione ſiue cum triſtitia, & audiat melodiã in conſimili ꝓportione, paſſio illa magis intenditur, ꝙ ſi audiat melodiam conſiſtentem in diſſimili ꝓportione, paſſio illa remittetur & generabitur contraria, & tunc talis melodia dr̃ purificare à paſsione audientem per corruptionem eius, & generationem cõtrariæ, verbi gratia, ſiquis ſit vexatus paſsione, quæ eſt cum triſtitia & accenſione ſanguinis, qualis eſt ira, & audiat melodiam in ꝓportione ꝺria, & continentem delectationem, ceſſabit ira, & generabitur mãſuetudo, eodem modo contingit in alijs paſsionib⁹, & propter hoc exercentes muſicam vti debent harmonijs talibus, quæ ſint ad ſedandum exceſſus paſſionum. Patet igitur qũo ad ſenſum cognoſcere poſſumus aliquas harmonias eſſe purificatiuas in ſenſu dicto.

Rigida ac triſtia muſica ruſticos ac viles homines nõ ant̃ ingenuos decet.

Quantum ad fm̃ aduerte ex intentione Ariſt. ꝙ ingenuos non decet vti harmonijs rigidis & diſtortis, ſed ſeruiles ꝑſonas & depreſſas intellectu ac aſſuetas operib⁹ ſeruilibus, quales ſunt in ciuitate ſerui & mercenarij & ruſtici extra ciuitatem: nam ſicut auditor muſicę eſt duplex ſ. liber & ingenuus, ac bene diſciplinatus, & vilis ac ſeruus & indoctus ex opificibus & ex turba vrbana, ſic correſpondẽter duplex debet eſſe muſica his accommodata, vt ſcilicet ingenuis cõueniat muſica gratioſa ac nobilis, vilibus autem & ruſticis rigida ac diſtorta, & id quidem rationabile eſt, quoniam ſicut eorum animæ diſtortæ ſunt, & vt ita dicã curuæ in moribus & depreſſæ in rebus virib⁹ ac terrenis, ſic & muſica rigida ac diſtorta & diſſonans conuenit eis, & delectabilior eſt illis: qm̃ delectat ſingulos, quod ſuę naturę eſt aptum: vñ cõiter videmus ruſticos magis delectari ſono fiſtulæ quàm cuiuſcunque alterius ſuauiſſimi inſtrumenti, magiſque lætantur cantantes ruralia, quàm audientes ſuauiſſimas melodias. Concedenda eſt igitur huiuſmodi rigida & inſuauis muſica ſeruis, vilibus & ruſticis cã ſolatij poſt labores, ſed omnino prohibenda ingenuis, ipſi vero vtantur gratioſa ac cõſonantiſſima muſica. Sed ad diuerſa diuerſis harmoniarũ ſpeciebus: nam ad doctrinam vti debent moralib. melodijs,

Dorica muſica eſt ma-

ximè ad mo ces conduc cens.

id eſt quæ conferunt ad virtutem & bonos mores,qualis eſt Dorica & quæcunque alia quàm nobis ſuadẽt hi qui in muſicæ philoſophia verſantur:& quidem ꝙ Dorica inter alias ſit maximè moralis conſtat ex eo,ꝙ omnes confitentur eam eſſe conſtantem ac firmam:& morẽ cõtinere virilem. Quod & ratione apparet.nam medium inter exceſſum & defectũ laudamus,vt docuimus in libro ſecundo Ethic. & hoc tam in naturalibus,quàm in artificiatis.vnde complexionem tẽperate calidam magis approbamus,quàm exceſsiue calidã: & in moralibus vituperamus extrema:puta anaritiam & ꝓ digalitatem,& laudamus medium quod eſt virtus, ſed melodia dorica habet rationem medij reſpectu aliarum. Non enim eſt excellenter acuta,nec excellenter remiſſa, vt tradunt in muſicæ diſciplina periti. Et ideo magis laudãda eſt, ac decens iuniores ingenuos,& in ea ſunt maximè exercẽdi,vtpote diſpoſitiua ad virtutem.Ad ſedandas vero paſsiones vtantur melodia purificatiua, ad raptum & ecſtaſim vtantur melodia abſtractiua, quæ autem in particulari ſint purificatiuæ & abſtractiuæ, & remiſsiuæ triſtitiæ ac laboris, interrogandi ſunt qui in muſica philoſophantur, nobis ſufficit hęc in genere dixiſſe.

Quanã harmonia cuique & cui ætati conueniant.

Quantum ad tertium aduerte,ꝙ non quæcunque harmoniæ decent omnem ætatem.Nam cum quędam ſint acutę,& quædam remiſſæ, conſiderandum eſt quid vtens poſsit & quid eum deceat,nam quiſque debet aggredi poſsibilia & conuenientia ſibi.Et quoniam iuuentus ac ſenectus ſunt valde diſtinctę,defeſsis iam tempore non facile eſt alti ſpiritus cantilenas canere,talibus deputandę ſunt cãtilenę remiſſæ: vnde ad futuram ætatem ſeniorũ opus eſt huiuſcemodi harmonias addiſcere & exercere. Quantum ad pueros aũt conſiderandũ eſt q̃ ex harmoniis ſit media diſponẽs ad mores, & quę ſit decens & ad ornatum eius, & qua poſsint vti, & illi ætati determinanda eſt. Inter omnes autem videtur Lydia eſſe magis expediẽs:eſt enim delectans ratione optimæ ꝯſonantię,& diſponit ad mores:& ad diſciplinã intellectuale. Iuuentuti vero & viris perfectis attribuendę ſunt harmonię acutæ,qualis eſt phrygia:ſunt enim ex ipſa ætate robuſti & fortis ſpiritus quo indigẽt harmonię ac melodię acutę.

Lydia muſica iuuenibus conuenit, phrygia ſenibus.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ Ari.in prędictis harmoniis in duobus taxat Platonem ſub nomine Socratis.Primo quia in libris de rep.non recte dicit ſolam phrygiam melodiam cum dorica recipiendam eſſe in ciuitate, ad diſciplinam & mores iuuenum,& cum hoc reprobat fiſtulam vt inconuenientem ad diſciplinam & mores iuuentutis.nam eãdem vim habet phrygia inter harmonias, quã habet fiſtula ſiue tibia inter inſtrumenta,nã ſicut tibia ex fortitudine ſoni & percuſsionis excitat caloré intrinſecus & ſpiritus naturales,quibus concitatis ꝓuocatur homo ad irã & audaciam,ſic & harmonia phrygia,q̃ eſt accutiſsimarum vocum in eaſdem paſsiones impellit, Quod & teſtimonio accepto à poẽſi amplius manifeſtatur,nã in poẽſi rota bacchatio & omnis vinolẽtia,cõcitatio ac motus in homine inter omnia inſtrumenta attribuuntur tibię,& inter harmonias attribuũtur Phrygię.vnde & dityrãbus manifeſte videtur eſſe phrygius,cuius rei plura adducunt argumenta,q̃ circa huiuſmodi rerũ intelligentiã vacant.Et inter cætera eſt illud,ꝙ Phyloxenus conatus eſt dorice dityrambos facere in fabulis ſed non potuit,ſed ex vi illi⁹ naturę incidit in Phrygiam,& in illam dityrambos fecit. Hoc autem non eſſet niſi Dityrambus,de quo manifeſtum eſt ꝙ conuenit cum fiſtula & tibia propter fortitudinem motus eſſet factiuus iræ & alterius fortis paſsionis:& niſi per conſequens harmonia Phrygia & fiſtula ac tibia conuenirent. Patet ergo ꝙ Plato non bene ſenſit in hoc ſic enim ſibi Ari.imponit.

Dityrãbus.

Secundo quia remiſſas harmonias inter quas eſt Dorica, quam diximus maximè conferre ad diſciplinam & mores, reprobauit quaſi non deſeruientes doctrinæ, nec moribus, & locauit eas inter harmonias vinolentas,quaſi hominum inebriatiuas:ex conſequenti non decent ætatem ſeniorum ſecundum Platonem.Non autem poſuit eas inter vinolẽtas ex natura debacchationis,quaſi ꝙ concitent ad impetuoſitatem & audaciam , vt facit vinum in ebrio, hoc eñ magis conueniret acutis harmonijs,vt dixim⁹ de Phrygia,ſed qñ declinant ab æqualitate & medio ſicut extremæ.Et ideo ſicut ebrius declinat à rectitudine & temperantia, ſic melodiæ remiſſæ: hac de cauſa iudicat Plato has harmonias remiſſas vt vinolentas , vtpote declinantes à rectitudine & æqualitate,& quoniam ætatem ſenilẽ nihil decet niſi æquale rectum & temperatum:ideo non approbantur apud Platonem pro ætate ſenili.

Duo in remiſſa harmonia conſideranda.

Sed vt dicit Ari.duo ſunt in huiuſmodi harmonia remiſſa conſideranda.Primo ꝙ declinant ab rectitudine , & mediocritate vocum, & vt ſic non videntur laudabiles , ſicut nec quodcunque declinans à medio in moralib.ſecundo ꝙ indigent paruo ſpiritu ratione primi non decent ſenilẽ ætatem,ſed ratione ſecundi,qñ ætas ſenilis eſt debilis inſpirationis & expirationis ꝓpter craſsitudinem pulmonis,vt docuimus in Epitome noſtra in tract.de cauſa longitudinis & breuitatis vitæ.Plato quidem recte diceret,ſi omnes homines in eodem ſtatu ac robore ſemper permanerẽt. Nulli eñ conueniret vti harmonijs remiſſis,quę videntur potius inertiam & ſomnolentiam,& muliebrem mollitiem generare, quàm delectari,& ad mores conferre:nullam enim virilem excitationem habent neque ad bonum neque ad malum.verum,quia ſenilis ætas iam debilitata eſt, & ſi in muſicis aliquo modo appetit delectari,congruum eſt vt delectetur in harmonijs ſibi conuenientibus ac naturæ debilitati ꝓportionatis.Tales autem ſunt remiſſæ : & propterea ad futurã ætatem ſeniorum opus eſt huiuſmodi harmonias ac melodias attingere.Hæc de ꝑſenti capite dicta ſufficiant:in quo terminamus epitomen noſtram in octo libris politicorum Ari.ad laudem Dei benedicti per quem reges regnant,& legum conditores iuſta decernunt.

Remiſſa melodiæ ſenib⁹ conueniunt.

Feliciter abſoluta eſt epitome in octo Politicorum Ariſt. libros,ſcitè docteque ordinata per Chryſoſtomum Iauellũ Canapicium,Philoſophię & Theologiæ profeſſorem.Anno ętatis ſuæ,63.1535.die ſecunda Ianuarij, Cremonæ. Deinde quęcunque hic ſcripta ſunt manu propria reuidit & emendauit ne alicui ſit dubium hanc fuiſſe mentem ſuam. Et ſic hęc Epitome in octo lib.Politicorum ſcripta & concinnata per eũdem,emiſſa eſt in lucem:ſtuduitq̃; talem ſeruare ſtilũ vt non ſolum philoſophis,ſed & his,quos dicunt Humaniſtas,& Oratoribus.& Iuriſperitis intelligibilis foret. Laus & honor Deo optimo maximo & ſemper glorioſo.

EPIT

EPITOME
CHRISOSTOMI IAVELLI CANAPICII,
IN ARISTOTELIS OECONOMICA,

¶ Vnico complexa tractatu, qui quatuor partitus est capitibus.

Proœmium.

COmpleturus Aristoteles totum negotiũ sciẽtię & disciplinę regitiuę multitudinis, postquàm determinauit de disciplina, reipublicę in octo libris Politicorũ, hic intendit determinare de disciplina regitiua rei familiaris, siue domesticæ. Nã sicut ciuitas indiget regulante & imperante, sic & domus: vnde dominiũ reipublicę, & dominium domus, siue familiæ, se habent vt dominiũ publicũ & priuatũ. Vt igitur resolutè habeas intentionẽ Aristot. in œconomicis suis, complectemur quęcunq; dixit, tam in Politicis, quàm hic de cura & regimine dom⁹, in vnico tractatu, quem diuidemus in quatuor capita.

In primo rememorabimus quæ dicta sunt de domo, & regimine eius in Politicis.

In secundo manifestabimus differentiam, & conuenientiam inter disciplinam reipublicæ, & disciplinam rei familiaris, & ordinem earum secundum prius & posterius.

In tertio agẽdum est de partibus domus, quarum prima est maris & fœminæ, sub qua comprehenditur secunda quę est patris & filij: nã secũda pẽdet ex prima per generationẽ.

In quarto agendum est de tertia parte, quæ dicitur possessio, quæ distinguitur in seruos, & facultates exteriores.

CAPVT I.

Pertractata ab Aristotele in Politicis de domo & eius regimine hic recitantur.

IN primo capite aduerte, ꝙ Ari. plura supponit iam pertractata in Politicis, vt fundamenta disciplinæ rei familiaris, sine quibus impossibile esset tibi constare totam intentionem suam in libris œconomicorum. Et nos ꝓ euidentia sub sequentium succinctè resumemus ea, sunt autem quatuor. Primò, quid sit domus, & pagus, & ciuitas. Secundò, quę & quot sunt partes domus. Tertiò, quale sit regimen domestici. Quartò, quo tempore fienda est cõiunctio maris, & fœminę ꝓ matrimonium, & qũo educandi ac erudiendi filij.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ ex intentione Arist. vt docuimus in primo lib. Politicorum, tractatu primo capite tertio. Domus est societas constituta primo ex duabus combinationibus personarum, s. ex mare & fœmina, ex qua prouenit combinatio parentum, & filiorum, & ex dominante & subdito, vt communicent in quotidianis actibus humanis, sine quibus homines seruari non possunt. Hæc definitio declaratur illic quò ad singulas eius particulas.

Domus definitio.

Pagi definitio.

Pag⁹ aũt, siue vic⁹ in eodẽ capite, sic definit: Pag⁹ est societas ꝯstituta ex plurib⁹ domib⁹, primò nõ gr̃a quotidianę vtilitatis, sed ꝓpter cõicationẽ actuũ exteriorũ, quos nõ oportet esse quotidianos, & est societas ẽ naturã. Hęc definitio illic declaratur quò ad singulas particulas: & tu vide illic.

Ciuitatis definitio.

Ciuitas verò in eodẽ tractatu, in capite quarto sic definitur: Ciuitas est cõmunitas instituta ex pluribus pagis, pfectè ordinata ad bene viuendũ, & est naturalis. Hæc manifestatur quò ad omnes particulas in eodẽ capite, & tu vide illic. In œconomicis autem primo capite, sic eam definit. Ciuitas est multitudo domorum, agro, & pecunijs sufficiẽter abundans ad bene viuendum. Et quidem ꝙ sit multitudo domorum ꝓ manifesto habetur. Quòd autẽ debeat esse abundans agro, id est, possessionib. fructiferis, & pecunijs, declarat ex hoc: qm̃ si ista non adsint, societas dissoluitur, id est, ciuitas stare non potest. Quòd verò sit ad bene viuendum, id est, ad sufficientiam vitæ humanæ, vt ad finẽ, patet ex eo, quòd gratia huius homines eligunt simul * conuenire ac in vnum habitare, vt diffuse docuimus in primo Politicorum, tractatu primo, capite quarto. Et aduerte, quod hæc diffinitio non discordat ab ea, quam posuimus in primo Politicorum, licet in hac dicatur, ꝙ est multitudo domorũ, & in illa ꝙ est ex plurib. pagis: nã ex plurib⁹ pagis immediatè, siue primò: & est multitudo domorũ: qm̃ Pagus cõponitur ex multis domibus: ex consequẽti ẽt ciuitas, quæ Pagum includit.

* *Aliàs, conuenire.*

Quantum ad fin aduerte, ꝙ in primo Politicorũ de mente Arist. assignauimus quatuor partes in domo, vt videre poteris in principio secũdi tractatus, tres quidem cõstitutiuas s. combinationem maris & fœminæ, combinationem domini & serui, combinationem patris & filij, & quartam conseruatiuam domus, quæ cõi nomine pecuniatiua, siue possessio dr̃. Et in secundo tractatu, actum est de parte, quæ est combinatio dñi & serui. Et in tertio tract. actũ est de parte conseruatiua, id est, de possessione vniuersali, & de scientia acquirendi alimenta, & de peritia pecuniatiua, & de modis suis. Et in quarto tractatu actum est de parte dom⁹, q̃ est combinatio patris & filij, & de parte, quę est combinatio viri & vxoris, & hęc oĩa resolutè digesta videbis illic, sine quibus de re familiari disciplinam consequi non poteris. Nam Ari. in œconomicis ea videtur supponere, cuius signum est, qđ in capite secũdo, primi Politicorũ, assignans partes domus quasi perfunctoriè transiens dicit hoc solum: Domus quidẽ partes sunt, homo, & possessio: & per hominem, intendit liberos homines, ex quibus domus constituitur, quos in primo Politicorum, vbi suprà, nominat, virum & vxorem; patrem & filium, dominum & seruum. Et per possessionem, intendit seruos, iumenta, agros, pecuniam, & omnia acquisita ꝓ necessitate domus. Et declarans Ari. quomodo partes domus sunt, homo, s. liber, & possessio, citat Hesiodum dicentem, Adesse conuenit Domicilium in primis, mulierémque, & bouem aratorem. Alterum quidem, id est domicilium, & bos arator, est primum in victu, id est, necessarium pro conseruatione vitę. Alterum autem, id est, mulier, est primum in liberis: qm̃ ex propagatione, quæ non fit sine muliere prouenient filij: vnde mulier se habet ad virum, sicut terra ad bouem aratorem. Et qm̃ mulier est primum in liberis, sicut terra in possessione, ideo inquit Ari. ea: Itaq; oportet, s. in disciplina rei familiaris, q̃ ad vxorẽ spectãt, rectè disp̃oere, sicut nos infrà disponem⁹. Et qm̃ in primo Politicorum, tra. 3. de possessione vniuersali, & de specieb. eius diffusè ꝑtractatũ est iõ Ari. ea supponẽs nõ ĩmoratur ĩ œconomicis circa eã, sed in scđo capite primi libri, sup oẽs modos approbat possessionẽ, id est, acquisitionem victus per agriculturam, & di-

Quæ, & quot sunt partes domus.

cit:Poſſeſsionis autē prima cura eſt ea quæ ſm naturā eſt.Secundum naturā vero potiſsima eſt agricultura. Deinde omnia quę ſunt à terra,vt metalla,&cętera mineralia,& ligna, & venatitia,& piſcatoria,de q̄bus diffusè diximus in primo Polit.tract.3.Sed,vt inquit Ari.præcipua , & naturalis eſt agricultura:q̄m iuſta,mitis & humana eſt:non em̄ ab hominibus,neque à volentibus,vt cauponaria, & mercenaria:neq; ab inuitis quæritur quemadmodū quærunt artes bellicæ,ſ. per rapinam,& depopulationes , & agricultura acquiſitiua earum rerū,q̄ naturaliter ſunt humani generis nutritiua. Et ꝓptereà ſicut naturaliter in omni ſpecie animalis educatio eſt à matre,ſic educatio hominum naturaliter eſt à terra:vñ dicitur prima,& vniuerſalis hominum mater:q̄m producūtur ex terra,reſoluūtur in terram,& nutrimentum ſumūt à terra,mediatè,vel immediatè.Prætereà , agricultura ꝓdeſt plurimū hōi non ſolū ad educationem,ſed ēt ad fortitudinem & robur corporis. Non em̄ vt viles artes, quāles ſunt forenſes,vt ſutoria, & alię, in q̄bus eſt muliebris ſedulitas: ſed null⁹ virilis labor,corpora eneruat,ſed talia facit,ac diſponit vt ſub dio ꝑſiſtere,& laboré tolerare valeāt,& aduerſus hoſtes pericula aſſumere:Soli em̄ tales,res ſuas extra munitiōes habēt,vt frumētū in agro,vuas in vinea,& arborum fruct⁹:Ideo oportet eos eſſe in cōtinua cuſtodia ꝺ raptores.

Quantum ad tertium aduerte, quod cùm domus conſtituatur ex triplici combinatione perſonarum , quarum vna eſt domini & ſerui.Secunda patris & filij.Tertia viri & vxoris.In ſingula cōbinatione eſt principatus naturalis,ſed diuerſus.Nam in prima eſt principatus deſpoticus , in ſecunda regalis, in tertia politicus, Et omnia reſoluta videbis in primo Polit.tract.4.capite primo.Et tu vide illic.

Quantū ad quartū aduerte,q̄ in lib.7. Polit.tract.9. cap. 2.pertractauimus de tempore celebrandi debita connubia, & diſpoſitione viri generantis,& matris p̄gnātis,& de prima educatione pueri nati , & de prima eruditione poſt primum quinquenniū.Et in lib.8.tract.1.ca.2.& 3. agitur de eruditione filiorum in ſecundo & tertio ſeptennio in quatuor diſciplinis,ſ.literaria,figuratiua,gymnaſtica, & muſica , & tu omnia illic reſoluta videbis,quæ non fuit neceſſe Ariſto. in œconomicis repetere. Hæc igitur ſuperponantur diſciplinæ rei familiaris,quam Ariſt. compendiosè tradere intēdit in œconomicis.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Differentiam,conuenientiam , & ordinem inter diſciplinam publicæ,& diſciplinam rei familiaris oſtendit.

IN ſecundo capite manifeſtabimus differentiam,conuenięntiam,& ordinem de mente Ariſt.in primo œconomicorū, inter diſciplinam reipublicæ, de qua actum eſt in Politicis: & diſciplinam rei familiaris,de qua hic intendimus.

Diſciplina reipublicæ q̄ūo materia & vnitate principātis differrat à rei familiaris diſciplina.

Quantū igitur ad differētiam aduerte , quòd in duobus differunt.Primò,quò ad materiam,ſiue ſubiectum circa q̄d. Nam diſciplina reip.verſatur circa ciuitatem regulandam, Diſciplina autem rei familiaris verſatur circa domū,ſiue familiam domus bene diſponendā.Secundo differunt quantū ad vnitatē,& pluralitatem dominantium,ſiue regulantium. Nam vt declaratum eſt in Politicis,in omni ſtatu ciuili,ſiue recto,ſiue nō recto,ꝓterquàm in Monarchiis, plures dominantur,vt patet in ſtatu populari,& paucorū,& optimatum & in politia,quę communi nomine dicitur reſpublica.Et de his omnibus ſatis dictū eſt in quarto,quinto,& ſexto Politicorum.In re autē familiari eſt tantum vnus imperator,& rector,cui omnes obediunt,ſ.ſerui,vxor,& filij:& dicitur paterfamilias,ſicut rex dicitur pater ciuium & paſtor , vt docuimus in ſexto Politicorum.Conſueuit etiā curator & rector familiæ appellari œconomus.

Quomodo in eodem genere artium cōueniunt.

Quantum ad conuenientiam aduerte , q̄ in diſciplinis pract. cis,quas poſſumus appellare artes,inuenitur hęc diſtinctio q̄ quædam faciunt , & producunt , ſiue inſtituunt aliquod vtendū,ſed eius vſus ad illam ſpectat artem:vt ars fabrilis facit lyram,ſed non faber,imò muſicus vtitur ea:& faber fabricat arma , & miles vtit eis.Quædā autē faciūt vtēdū,& vtunt eo,ſicut dux ordinat exercitū,& eo vtit. Diſciplina igit reipublicæ & rei familiaris cōueniunt in ſcdo genere artiū.Nā ſpectat ad diſciplinam reipublicę , vt inquit Ari.ciuitatē ab initio conſtituere,& cōſtituta bene vti. Eodem modo diſciplinæ rei familiaris eſt parare , & ordinare domū & ſic inſtituta bene vti.Patet igitur qūo conueniunt.

Quomodo res familiares priores ſint generatione reipublicæ.

Quantum ad ordinem dicit Ariſto. q̄ patet priorem eſſe generatione rem familiarem quàm rempublicam. Nam domus,circa quā eſt diſciplina rei familiaris,eſt pars ciuitatis Conſtituitur em̄ ciuitas ex domib⁹,vt ſupra dixim⁹. Partes autem ſunt generatione priores toto:ergo,&c. Et aduerte, q̄ dicit,Priorem generatione,ne contradicat ſibi ipſi in primo Politicorum,vbi inquit , Et certè ſm naturam prius eſt ciuitas,quàm domus,& quàm ſinguli noſtrum : nam totum prius eſſe,quā partem,neceſſarium eſt. Perempto em̄ toto, non eſt pes,neque manus,niſi æquiuocè,&c. Quomomodo igitur nulla ſit cōtradictio declarauimus in 1.li.Politi.tra.1. cap.4.& tu vide illic.Signatis igitur differentia , & conuenientia & ordine inter diſciplinam reipublicę,& rei familiaris,conſiderandum eſt de re familiari , & quod ſit illius opus.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

lirise prior eſt generatiōe quam reſ publica.

CAPVT III.

Leges inter virum & vxorem ſeruandas oſtendit.

IN tertio capite agendum eſt de legibus inſtituēdis inter virum & vxorem:q̄m cùm ſit prima pars domus impoſſibile eſſet,rem familiarem bene diſponere,& domū regere, niſi vir & vxor bene conueniant.Vnde inquit Sapiens,Stabilimentum domus,eſt vir & mulier bene conſentiens.Vt igit per virum & vxorem domus ipſa bene diſponatur,& nō de facili corrumpatur,hic ſex agenda ſunt. Primò declarandū eſt,qualis debeat eſſe,& ad quem finem , ſocietas maris & fœminę in ſpecie humana.Secundò ponētur leges & documenta ſeruanda à viro erga vxorē.Tertio ea, quæ ſeruanda ſunt ab vxore erga virum.Quartò ea,quæ ſeruanda ſunt ab vtroq; erga filios.Quintò ea,q̄ ſeruāda ſunt ab vtroq; erga parentes,& quò ad cōſeruationē dom⁹ ac facultatis ꝓ hæreditate filiorū.Sextò ea,q̄ ſeruāda ſūt à filijs erga parētes.

Societas maris & fœminę in ſpecie humana, qualis & ad quem finem.

Quantū ad primū aduerte,q̄d ſocietas maris & fœminę in ſpecie humana , ſicut in alijs animalibus eſt maximè de inſtitutione naturæ:q̄m,vt dixim⁹ in ſecundo de Anima , & in ſecundo de generatione,in reb⁹ corruptibilib⁹,in quibus nullum eſt individuum perpetuum,natura deſiderat producere multa ſimilia generanti,ſicut videmus in quolibet animalium,vt tali ꝓpagatione ſeruetur æternitas ſm ſpeciem, ex quo ſm idem individuum numero ſeruari non poteſt:talis autem propagatio fieri non poteſt per marem ſine fœmina,neque per fœminam ſine mare:ergo eorum ſocietas eſt maximè ſm naturam:& ſic ex diuina ꝓuidentia,vtriuſq; natura.ſ.maris & fœminæ ordinata eſt.Verùm q̄a humana ſpecies nobiliſſima eſt inter inferiora,& rōne vtitur:iō ſocietas viri & mulieris nō ſolum eſt ꝓpter ꝓpagationem filiorum,vt in pleriſque animalium,vt tributum naturę ſerāt,id eſt vt conſeruent ſpeciem, ſed ꝓpter duas cauſas.Primo,vt ſe mutuo adiuuent,ſibiq; inuicem ſeruiant in neceſſitatib⁹ vitæ.Secundo,vt filios ꝓcreant, nō ſolum ad perpetuandā ſpeciem,vt cætera animaliū,ſed vt ex eis cōmoda ſuſcipiāt: nā parētes filios paruos & imbecillos ſub labore tuent & alūt facti verò imbecilli ꝓpter ſenīū,à filijs adultis & valētib⁹ eadem cōmoda reportāt:Igitur ꝓpter mutuam vtilitatem,& reciprocum auxilium ſociantur,ac ſimul habitant.

Sed dices,ſi vir & mulier ſociāt,vt nō ſolū ꝓcreāt filios ſed vt mutuo ſint auxilio,& ſimul habitēt,ex conſequēti vt domū cōſtituant,quare natura ſunt oppoſitarū cōditionū: nā vir reſpectu mulieris robuſt⁹ eſt,mulier aūt imbecillior.

Rñdetur ex intētione Ari.id quidē ſapiētiſſimè actū fuiſſe diuina diſpoſitione ꝓpter inſtituendā ſeruandāq; domū & bonum ꝓlis:nam q̄m oportet pro inſtituenda ac ſeruāda domo facultates parare & acquirere in quarum acquiſitione multiplices requiruntur labores & motus extra domū, ideo natura fecit virum robuſtū,cui⁹ eſt labore & induſtria parare neceſſaria vitę, & ea defenſare ꝺ diripientes. Hæc autē fieri ſine robore eſſet impoſſibile:Sicut aūt viri eſt parare extra domum neceſſaria vitæ,ſic mulieris eſt ea domi conſeruare.Conſeruationi verò confert imbecillitas:nā ad eam ſequitur timor,ad timorem ſedulitas & cautio.

Prætereà ad opera domeſtica,q̄ mulierem decent,nō eſt opus multa fortitudine.Ad opera autem externa & peruagationes,quę ad virum ſpectāt,opus eſt oppoſito.Præterea mulierem ob honeſtatē decet domi reſidere:q̄ ſi adeo robuſta eſſet,vt vir,impatiens vtique eſſet clauſa intra limina viuere,bene ergo ad inſtitutionē dom⁹ natura fecit virū fortem & mulierē imbecilliorem.Quò ad bonū ꝓlis id quoque expedit: q̄m licet generatio ſit ꝓpria viri & vtilitas prolis ſit cōis: tamen mulieris eſt nutrire,& viri erudire:non poſſet aūt mulier filij infantis moleſtias in nutriendo ferre,niſi mollioris,ac tenuioris eſſet naturę,qua filio compateretur. Nec vir erudire poſſet,niſi maioris eſſet autoritatis & roboris.Inde videmus filios enutritos ac eruditos à matre vidua vt plurimum,indiſciplinatos eſſe.Sapienter ergo natura ꝓuidit

uidit ꝓ instituēda ac seruāda domo, & ꝓ enutriēda ac erudienda prole, virū fore robustū, & mulierē imbecilliorem.

Leges viri ad vxorem. Prima lex.

Quantum ad secundū aduerte, ꝙ omnes leges ac documenta obseruanda à viro erga vxorem, prout tradit Arist. in œconomicis, ad sex reducuntur. Prima est, ꝙ, iuxta Hesiodum, puellam ducat, vt gratis moribus eam imbuere possit: nam ætas puellaris ex teneritudine bene docibilis est, vt declarauimus in libro octauo Politicorum. Et aduerte, ꝙ per puellam intendit fœminā talis ætatis, quòd sit apta pro creationi, & debito matrimonio. Aetatem autem huiusmodi deputauit Ari. decimooctauo anno vsque ad finē augmēti, vt docuimus in libro septimo Politicorū, tractatu nono, capite secundo, & tu vide illic. Et ratio quidē huius legis est qm̄ si grandiorem duxeris fœminam, non facilè in tuos mores illam traduces, præcipuè si alium habuerit virū. Permanebit ergo dissimilitudo morum qua stante, nec paxtibi domestica erit, nec amor coniugalis persistet: quoniam, vt inquit Ari. morum diuersitates nequaquā sunt ad dilectionem aptæ, imò amorem impediunt, & cōtractum soluunt.

Secunda lex.

Secunda est, ꝙ vxorem non permittat ficto vti ornatu: quoniā, quemadmodum in moribus fictionem esse non decet, si simul appropinquare debent, id est, simul pacificè & amicabiliter cōuiuere debēt, sic nec in corpore Nā illa, quę per ornatū, scilicet fucosum fiunt, nihil differunt ab histrionum vsu tragœdias in scena agentium. Nā sicut histriones. dum scenico ornatu prodeunt, apparēt vt reges, cùm tamē re vera sint despectæ vilesque personæ, sic & mulier capite crine, facieq; fucis, & aliis ad apparētiā inuentis delibata & ornata prodiens, videri appetit specioſa, cū re vera nō sit sed est, vt histrio. Et aduerte, ꝙ non solùm Ari. ex hac lege damnat fictum ac fucatum ornatum mulieris ad ostentationē, & nō ad veritatem inuentum. Sed & Xenophon in œconomico suo, & Plato in Gorgia penitus reprobant cēientque esse ingeneroſā & fallacē veri decoris permutationē.

Tertia lex.

Tertia est, quod vir vxori iniuriam non inferat, inferē autē sibi iniuria, si vir cum externa coëat. Sunt verò omnes externæ præter suam vxorē. Eandem legē habes in libro septimo Politicorū, vbi inquit Ari. Concubitus omnis alterius, quàm cōiugis, sit penitus interdictus, quoniā quidem sit & appelletur maritus. Quòd si quis deprehendatur cōtraface re per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnā reportet. Hæc Ari. Et huius quidē legis multiplex assignatur ratio in œconomicis. Primò quidem vt esset iniuria vxoris cōtra virum: nam si aduertit vxor virum suū adulterari, & ipsi datur occasio iniuriādi viro per adulterium. Secundò ꝙa, vt Pythagorici dicunt, est lex cōmunis. Quòd qui ad larem tuū cōfugerit, nō est afficiendus iniuria, etiā ꝙ tu' esset inimicus. Quam legem adeo seruarunt antiqui, quòd si inimicus pulsus ad inimici domum confugisset, nefariū erat ei iniuriari. Exemplum habetur in Themistocle, de quo scribitur, ꝙ Athenis pulsus domū inimici sui ingressus est, qui à Themistocle maximè offensus erat: apud quem inuiolatus, & sine iniuria seruatus est. Si ergo cōmuni lege nullus, qui ad domū tuā declinat, iniuriandus est: multomin⁹ vxor tua quę ad domū tuā, nō vt seruus, nō vt inimicus, nō vt aliena, sed vt tua, & domestica, & socia deuenit: maior aūt iniuria ei nō potest fieri, nec iniustitia: ergo, &c. Tertiò non decet hominē sanæ mentis, vbicunque cōtingerit, semē exponere ne de vilibus & iniquis mulieribus filij similes legitimis liberis procreentur: ex quo & vxor honore suo priuat, & filiis iniuria fit, & sibi ꝓ omnib⁹ dedec' incūbit. Quartò maximus honor est obseruatiua huius legis, sobriæ & ꝓbatissimę vxori: Nā si cernit virū iuū obseruātē, sibi castitatē, nec de vlla muliere magis cogitātē, sed prę cęteris omnib⁹ se vt suā & fidelē sibi existimantē: tantò magis studebit & ipsa se talē præstare viro, quātò se cognouerit fideliter & iustè diligi. Prudentē ergo virū nō ignorare decet, ꝙ honores paretib⁹ ꝙueniāt, ꝙ vxori, ꝙ filiis. vt tribuēs cuilibet quę sua sunt iustus & sanct⁹ habeatur. Aegrè nāque & pergrauiter vnusquisq; fert honore suo priuari: nec si sua sibi auferant, cōtentus erit, etiā ꝙ ꝙs eidē permulta aliena tribuat: nihil aūt magis suū est vxori, quā sancta & intemerata societas, nec ꝙd aliud est magis à viro vxori præstandū, si quidē huius gratia cōueniūt & cohabitāt. Sed dicet aliquis: Si viro nō cōuenit alienā mulierē cognoscere, ne iniuria fiat vxori, & ecōuersō, qūo cōtinere poterūt, dum absentes sunt, puta dū vir lōgo tēpore peregrinatur aut mare, aut terrā? Respōdit Arist. ꝙ de coit⁹ vsu lex sit, vt neq; desit prę sentib⁹, nec absentib⁹ impotens sit abstinere, sed ita assuefieri, vt sufficienter se habeant in præsentia, & absentia: quasi dicat, Cōiuges, dū sūt præsentes, ita moderatè se habeāt in copulā maritali: & ita assuescant, quòd in absentia nō sit eis molestū, & pdificile abstinere, & id optimum est documentū contra adulteriū.

Quarta lex.

Quarta lex est, vir nihil prætermittat qđ ad vxoris ꝓtineat disciplinā & eruditionē, vt ex ea q̄ optimos generet filios: nā agricola nihil omittit, quo semē i optima terra, ac maximè exculta seminet, sperans ita domū se optimos fructus ex ea ꝓcepturum: Quòd si qua ꝙ imineat sibi periculum contra raptores, & hostes, magis eligit præliando mori, q̄ illius vastationē pati: & huiusmodi mortes laudari solēt maximè. Cùm ergo tanta adhibeatur cura ꝓ corporis esca, qd ꝓ liberis, & matre educatrice? Nōne omne studiū hīc adhibendum? qm̄ hoc solo hominū conditio mortalis existens ꝓ successionē, sempiternalem consequitur. Et omnia parētum ac ꝓgenitorum vota huc tendūt, ꝓpter quod q̄ hanc vxoris curā & disciplinā negligit, deos ipsos negligere videtur, q̄bus præsentibus sacrauit, & vxorem duxit, & vxori se tradidit ad honorem post parentes, quos prim⁹ honor decet. Vt igitur vir ex optima & ꝓbata vxore optimos recipiat filios, sicut ex optima terra delicatissimos fructus, illius disciplinæ & curæ maximè insistat.

Quinta lex.

Quinta lex est, Vir appropinquet vxori, s. quò ad actum maritalē cū magna tēperantia ac modestia, sitque pudor in verbis, in opere honestas, in conuersatione fides, & moderatio. Parum q̄dē peccat, si per voluptatē fecerit, ignoscendo: si q̄d verò ꝓ ignorantiā deliquerit vxor cōmonefaciendo, id est, eam leniter admoneat, remota omni asperitatē.

Sext alex.

Sexta lex est, Vir non incutiat metū vxori sine verecundia & pudore, id est, sine omni respectu reuerēti ę. Hæc em̄ meretrices & mœchos pati decet. At cum verecūdia & pudore, iusq́ amore ingenua mulier regēda est à viro: & huius quidem legis ratio est hæc. Si vir absque respectu me ū vxori incutiat, ipsa vt seruam se extimabit haberi à viro suo & tunc odio concepto erga virū, extincto amore, nec domum, nec filiū, nec virū, nec honorē ꝓpriū indignata curabit. sed vt desperatione ducta quodcunque malū attentabit etiam in ꝑsonam viri, tūncque implebitur Sapiētis dictū, Melius est habitare i terra deserta, q̄ cū muliere rixosa & odiēte. Ex his ergo omnibus vir prudens meliora eligens vxorē sibi cōciliet, ac fidelē sibi, ꝓpitiamque efficiat: vt siue præsens sit, siue absens, nō minus vtilis sit, quasi semper adesset, tanquā rerum cōmuniū curator: sic em̄ optim⁹ toti⁹ vitæ rector existet, & vxorē sic viuere, talibúsq; vti docebit. Sūt igit ꝑdictæ leges à viro seruandę erga vxorē ex q̄b. Arist, sexta & primā vt ꝑcipuas cōfirmāt ex Home. Nā ꝙ vir vxorē iter timorē & amorē regere debeat, delcarat dicto Homeri introducēris Helenā Priamū sic alloquētem:

O ..et uende mihi semper sempérque tremendę,
Care ſocer. Vbi inquit Arist. Neque amorē, neque timorem absque pudore laudauit Homer⁹, sed vbique amare ꝑcepit cū modestia & pudore, nihilque aliud intēdit Helena dicēs, O metuēde, &c. quā ꝙ Priamū cum pudore & reuerētia diligebat. Quòd aūt vir vxori iniuriā inferre nō debeat alienæ mulieri adhærēdo, sed qđ pace & castitate cōiuāt eò ꝙ hinc pendet cōe bonū vtriusq; & filiorū, & toti⁹ dom⁹. Cōfirmat Arist. multiplici exēplo ex Homero. Et primo, Vlysses licet multo tēpore absens hūc animū erga Penelopē, s. nō sibi iniuriādi sem ꝓ seruauit: nilque deliquit. s. quò ad fidē matrimonij Nā rogāte eū Atlātis filia, vt secū maneret, & ꝓmittente sibi ꝑpetuitatē: nec ob id quidē violare voluit castæ vxoris affectū, & amorē, & fidē maximū sibi deberi suppliciū arbitrat⁹, si effect⁹ mal⁹ & ꝓditor pudicissimæ Penelopis immortalitē haberet. Cū Circe etiā manere noluit, licet sociorū suorum pollicēte salutē: imò rādit, nil sibi dulce videri posse, quā patriā incultā & asperā, magisq; optauit mortalē vxorē filiúmq; videre, quā ꝙ ipse immortalis fieret: sic ille firmā stabilémq; vxori fidē seruabat ꝓ q̄bus merito ab vxore eadē reportabat. In oratiōe quoq; illa, quā habuit ad Nausicā poëta Homer⁹ maximè ꝓbat & laudat viri & vxoris pudicā societatē. Precat⁹ est em̄ deos, vt Nausicæ darēt virū, & familiā & vnanimitatē cū viro, non quālibet sed honestā. Inquit em̄ nil meli⁹ esse posse hominib⁹ q̄ si cōcordi voluntate domū regerent. Hinc igit, vt patet laudat Poëta vnanimitatē viri & vxoris, nō eā q̄dem, q̄ est circa improba & obscœna obseq̄a, sed eam, q̄ animo & prudētia iustè cōiuncta est. nā voluntate domū regere hoc designat inquit insu ꝓ Poëta, ꝙ cūm huiusmodi iter virū & vxorē cōcordia viget, inimici q̄dē eorū angūtur, plurimū, amici verò ꝓmagna recipiūt gaudia. Nā viro & vxore circa res optimas cōcordi studio vacantib⁹, necesse est vtriusque

amicus idem ſentire:Deinde propter concordiam potétes facti,inimicis ſpé auferunt,& amicis proſunt,q̃ ſi ipſi diſſideant,amici quoq; diſſidebunt,& ipſi infirmiores fient.Itaque manifeſtè Poëta præcepit virũ & vxoré in his,quæ impꝫba & impudica ſunt,ſibiinuicé cõſentire non debere.Patet igitur multiplici Homeri teſtimonio inter virũ & vxoré inuiolatã caſtitatis fidé animorumq; cõcordiã in bonis ac honeſtis ſeruandã.Et quoniã Agamemnon iniuriatus eſt Clytęmneſtrę vxori propter Chryſeidé,teſte Homero:ideo Ari.ſicut Vlyſſem laudat,ſic Agamemnoné reprehendit,in quiẽs. Agamemnon autẽ propter Chryſeida erga propriã peccauit vxoré,auſus dicere in concioné Græcorum,captiuam mulierem,nec natura præſtãtem, imò (vt planè dixerim)barbaram,in nullo Clytæmneſtra deteriorem eſſe, ex qua cùm liberos haberet,non rectè ſe gerere viſus eſt:quomodo enim rectè:qui antequàm ſciret qualis erga ſe foret vt ducta,ſibi illã coniunxerat.Hæc Ari.Pro cuius euidentia aduerte,teſte Homero in primo Iliados.Chryſeis Agamemnonis ancilla captiua fuit,propter quam inter Agamemnonem & Achillem diſcordia orta eſt.Nam cùm Achilles ſuaderet etiã reſtituendam patri Chryſæ ſacerdoti Apollinis, Agamemnon iratus in maledicta prorupit,atque in Græcorum concione dixit ſe nunquã dimiſſurum Chryſeidé quoniã Clytæmneſtræ vxori illam præferabat,nec certe vlla ſin re ſuperioré Clytæmneſtra,nec corpore,nec decore, nec ingenio,nec opera:Propterea ab Ari.reprobat,quaſi de vxoris honore parũ cogitãs,ex qua iam liberos habebat.Quomodo rectè,inquit Ari.id eſt quomodo potuit rectè & vere Agamẽnon præferre Chryſeidé,nõ natura præſtantẽ,ſed barbarã,nobiliſsimæ vxori.Nã primò illã ſibi cõiunxit quã ſciret,qualis foret erga ſe.Dũ eñ eſſet in bello, & per vim capta,& ſtatim ſibi cõiuncta non potuit antea ſcire qualis eſſet,ideo immerito excitatus cõcupiſcentia prępoſuit eã, & iniuriatus eſt Clytæmneſtræ,quæ hac de cauſa indignata & Agamẽnoni cõſimilé reddidit iniuriam,& in eius perſonam machinata eſt,exemploq́ue fuit viris, ne caſtis iniurienturvxoribus.Hęc de legibus erga vxorem dicta ſint.

Quæ leges ſeruandæ ſint ab vxore erga virum &c.

Quantũ ad tertiũ aduerte,quod leges ſeruandæ ab vxore proba,ex intentione Ari.in ſecundo Oeconomico ũ ad ſeptem reducuntur.Prima eſt,probã mulierẽ omnibus rebꝰ quæ intus ſunt,ſcilicet in domo dominari oportet,curamq́ue habere omniũ ſecundũ præſcriptas ſibi leges,ſcilicet,à viro ſuo,& ex inſtitutione naturæ.Nã,vt diximus ſupra,natura inſtituit virũ robuſtum,vt paret & acquirat foris, mulierẽaũt imbecilliorem,vt parta domi cõſeruet.Pergat igitur proba vxor laudabiliter domeſticis rebus præeſſe:nam viro quidé indecens eſſe videt eaſcire,quę intra ædes fiunt, ſitq; dominą impenſarũ ad dies feſtos quos vir permiſerit: in cæteris verò parere viro mulier caueat:Secũda eſt,& nõ permittat quenquã domũ ingredi ſine viri præcepto, verita maximè verba,quæ de mulierũ corruptela circunferuntur:& ſi quid intus accidat,ſcilicet,ſiniſtri aut turbationis ſoli viro notũ ſit:& ſi qđ malũ ab ingredientibꝰ cõmittatur, penes virũ ſit culpa.Tertia eſt,ſumptu & veſtitu & apparatũ,& ornatu minori vtatur,quàm leges permiſerint ciuitatis,cõſiderans,q̃ nec veſtimentorum nitor,nec excellentia formæ,nec auri magnitudo,tantũ valeat ad mulieris laudẽ quantũ modeſtia in rebus,ac ſtudiũ honeſtè decoréq; viuendi. Etẽm oĩs huiuſmodi ornatus animi optabilis eſt,multóq; potẽtior vſq; ad ſenectutẽ & ſibi & natis laudes afferre.

Vxor non loquatur de republica, aut de ſpectantibus ad connubia.

Quarta eſt,non audiat non inquirat quicquã de republica nec tractet quicquam eorum,quæ ad connubia ſpectare videntur,ſed cũ tẽpus aduenerit filias tradere nuptui: aut nurus accipere obediat in his penitꝰ viro atque ſic vna deliberet vt ſententiam viri ſequatur,intelligens non ita viro turpe eſſe quicquã eorum,quæ domi ſunt facere, ſicut mulieri quæ foris ſunt perquirere.

Quinta eſt,exiſtimet mulier verè cõpoſita & proba mores viri eſſe legem vitæ ſuæ,à Deo ſibi impoſitã per coniunctionem matrimonij atque cõſortij.Quos ſi æquo ferat animo, per facile domum reget.ſin contra difficilius.

Vxor magni faciat viri mores, & eñ timore amoris reuerentur.

Sexta:diſcat proba vxor ab initio matrimonij ac cõſortij ẽt quòd puella ſit & in talibus noua virum ſuum cum verecũdia & pudore iuſte diligere & timere nõ quidé ſeruorum,ſed filiorum timore.Duplex eſt enim timoris ſpecies vt inquit Ari. vna cum reuerentia & pudore:qua vtuntur filij modeſti ad patres:& ciues bene morati ad beneuolos gubernatores,& hunc appellare conſueuimus filialem timorẽ,quo filius patrem non ex pœna,ſed ex amore offendere timet.Altera eſt cũ inimicitia & odio,ſicut ſerui ad domi nos:& ciues ad tyrãnos iniuſtos & iniquos. Primo igitur & nõ ſecundo timore diſcat vxor virum timere,qđ ſi ſic fecerit,ſiue ſit vir præſens,ſiue abſens,nõ minus vtilis,cauſque ſibi erit, quaſi ſemper adeſſet tanquam rerũ omnium curator,& quando vir abſens fuerit,exiſtimabit mulier ꝓba nullum ſibi neque melioré,neque vtilioré,neque cariorem,neque magis ſuum q̃ virum eſſe:& hoc quidé,vt diximus oſtendat ab initio,quamuis puella ſit & in talibꝰ noua.

Vxor in vtraque fortuna virũ ſuſtinere debet.

Septima eſt,decet vxorem ꝓbam non ſolum in ſecundis rebus proſperaq́ue fortuna,cõcordem ſe viro præſtare, & ſeruire,verum etiã in aduerſis,& ſi accidat in rebus defectus,aut corporis ægritudo,vel mentis alienatio æquo ferat animo & obſequatur,niſi forte turpe quid vel indignũ iuſſerit,nec ſi vir animi perturbatione in aliquo cõtra ipſam deliquerit memoriter ſeruet,ſed ægritudini ignorantiæq́ue aſcribat:nam quanto in his diligentius obſequetur, tanto ſibi maioré habebit gratiã cum ab ægritudine liberatus fuerit:& ſi iubenti aliquid turpe nõ paruerit, melius recognoſcet ad ſalutem reuerſus. A turpibus eñ & illicitis etiã iubente viro cauere debet mulier. In aliis autẽ multo magis obtẽperare,q̃ ſi empta veniſſet in domũ. Magno eñ pretio empta fuit ſocietate vitę cum viro,& ꝓcreatione liberorum:quibus nec maius quicquã,nec ſanctius mulieri eſſe poteſt.Præterea,ſi cum fortunato viro ſemper viueret, non vſque adeo virtus eius illuſtraretur,non eſt ſanè parũ ſecũdis rebus bene ac virtuoſè vti,attamẽ aduerſas moderatè perferre,multo magis exiſtimandum eſt. nã in magnis calamitatibꝰ & iniuriis, nihil abiecti facere celſi eſt animi. Precandum eſt igitur ne quid tale accidat viro: q̃ ſi quid aduerſi illi acciderit,putare debet mulier hinc optimã ſibi laudem,ſi rectè ſe geſſerit prouenturam, ſecum cogitãs q̃ nec Alceſte tãtã gloriã ſibi comparaſſet, nec Penelopetot tãtaſq́ue laudes ꝓmeruiſſet,ſi cũ fortunatis viris vixiſſent. verum Adameti & Vlyſsis aduerſitates parauerũt illis memoriam ſempiternam.In aduerſitatibus enim virorum ſuorum fidem ac iuſtitiam erga illos ſeruantes,gloriam nõ immerito ſunt conſecutæ nam ꝓſperitatis quidem facile eſt reperire participes,aduerſitatis vero niſi optimæ ſint mulieres participes eſſe renuunt.Ob quæ omnia mulierem ꝓbam decet in omni fortura virum in honoré habere nunquamq́ue illum cõtemnere.Mulier igitur erga virũ huiuſmodi ſeſe moribus ac legibus cuſtodire debet.

Quatuor ſunt leges ob ſeruandæ à parentibus erga filios.

Quantum ad quartũ aduerte,ex intẽtione Ariſt.in ſeptimo libro,& octauo Politicorũ,& in œconomicis,quatuor leges à parentibus ſeruandas erga filios.Prima eſt in generatione.Secũda eſt in educatione.Tertia eſt in eruditione. Quarta eſt in exemplo vitæ.Prima ſpectat ad virũ. Secũda ad vxorem. Tertia ad virum.Quarta ad vtrunque.

Quid patres in filiorum generatione ſeruare debeant.

Prima igitur talis eſt,qm̃ vir mulierem in vxorem ſumpſit,in domumque propriam traduxit,vt vitæ ſociam,vt natos relicturam genitorum viri ſuiq́ue nomina habituros, q̃ bus nil ſanctius eſſe poteſt:ſtudeat vir ſanę mentis ex optima laudatiſsimaque muliere filios ꝓcreare:ſenectutis paſtores:futuros optimos ac reuerentes:patris matriſque cuſtodes ac totius domꝰ ſeruatores.

Quæ matres vel nutrices eorum vice erga pueros infantes ſeruare debẽt.

Secundo,quę ad vxorem,aut nutricẽ, vice matris ſpectat,& habetur ſeptimo libro Politicorũ eſt hæc,iuxta textum Ariſt.ſuſceptis filiis multum referre putãdũ eſt ad corporis robur quali victu nutriant.Apparet autem ex cæteris animalibus,& ex gentibus,quę bellica curant illiſque intẽdunt nutrimẽtum lactis maximè proprium eſſe corporib. Pręcipuum autem eſt ꝓpriè genitricis lac,ne vero infantis membra ꝓpter teneritudinem diſtorta fiant, vtuntur gentes aliquę inſtrumẽtis quibuſdã quę corpus à talibus illæſum cõſeruant.Confert etiã ſtatim à pueritia frigori aſſuescere.Hoc eñ & ad ſanitatem & ad res bellicas vtile eſt: quapropter apud multos barbarorum conſuetudo eſt: vel gelido amne natos immergere:vel parua veſte amicire, vt faciũt galli:ad cũcta eñ poſsibilia,melius eſt ſtatim ab initio aſſuefcere.Eſt autẽ apta puerorum natura ob eorum calorem,ad frigus exerceri. Circa primã igitur ętatẽ,quæ ſ.eſt in primo triennio huiuſmodi diligentia erga filios à matre adhibenda eſt, ſequenti vero ætate vſque ad annos quinque,quia nondum ad aliquam diſciplinã admouendi ſunt,nec labores perferre cogẽdi,ne creſcere impediãtur: motus ſolummodo quoſdã ſuſcipere debẽt, vt corporis pigritiã euitent:q; motus ꝓparandi ſunt illis ꝓ ludos liberales placidos nõ laborioſos,neque remiſſos.Talis igitur ſit filiorum educatio à principio ortus vſque in finem primi quinquennij eritq́ue lex à genitrice ſeruanda.

ertia

Quid ſeruare debeant patres in filiorum educatione.

Tertia quæ adgenitorem propriè ſpectat, quoniã ſicut ſupra diximus, matris eſt educare, patris autẽ erudire) talis eſt, & trahitur ab Ariſto. ex ſeptimo libro Politicorum. Pro erudiendis filiis tranſacto primo quinquennio vſque ad annum vigeſimũ primũ, talis ordo ſeruandus eſt, prouideat in primis prudẽs & ingenuus pater, ne filij cũ ſeruis verſentẽ vt ab auditu & viſu rerum ſeruilium ſint procul. Hæc enim ætas vſque ad annos ſeptẽ neceſſe eſt vt domi alatur. Rationabile eſt ergo præcipere ac diſponere in hac ætate, vt ab auditu & viſu rerũ ſeruilium abſint. Prouideat ſecundo ne pueri dicant, aut audiant quicquã turpe, ex turpiter enim loquendi licentia, ſequitur & in poſterũ turpiter operari.

Prouideat tertio ne picturas, aut imagines aut actus deformes & obſcœnos aſpiciant, nam ſi interdiximus ne quid turpe dicant, aut audiant, iõgè amplius ne videant. Nõ igit̃ expedit iuniores ſpectatores eſſe iamborũ, neq; tragœdiarũ. Omnia em̃ primo viſa & audita nos magis delectãt, quapꝓpter oportet à pueris oĩa turpia procul remouere, & maximè quęcunq; in ſe cõtinent obſcœnitatẽ & improbitatẽ.

Prouideat quarto vt tranſacto primo ſeptennio erudiãtur filij cõmunibus diſciplinis quibꝫ ſolẽt ingenui erudiri, duæ vero ſunt ętates, in quas neceſſe eſt diſciplinas diuidere, vna poſt primũ ſeptenniũ vſq; ad pubertatẽ, altera à pubertate vſque ad annũ vigeſimũ primum. Sunt autem ex doctrina Ariſto. in libro octauo Politicorum, quatuor diſciplinæ quas filij ingenui diſcere conſueuerunt, ſcilicet literaria, id eſt grãmatica, & figuratiua, & gymnaſtica, & muſica, literariã quidẽ non ſolum vt vtilẽ ad vitam, ſed & quoniam per ipſam diſciplinæ multæ addiſcuntur, figuranti vero peritiam, non vt in vendendo emendoq; vaſa nõ decipiẽtur, ſed potius quoniã contemplari facit corporũ pulchritudinem. Gymnaſticam tanquã pertinentem ad corporis fortitudinem, muſicam ad mores animi componendos, & perfectionem intellectus, & honeſtam delectationem in otio, ſicut diffusè pertractauimus in libro octauo Politicorum tractatu ſecundo, capite ſecundo, & tu vide illic.

Qua tam matri quam patri ſeruare erga filios debeant.

Quarta ad vtrunq; parentẽ ſpectat & eſt talis. Præbeãt ſe parentes filiis in exemplũ virtuoſæ ac honeſtæ vitæ, educati ſi quidẽ rectè à parentibus bonis & iuſtis per ſanctos & optimos mores, quos in parentibus vt in viręſpeculis cõtemplati fuerint, boni merito euadent, quod ſi oppoſitum fiet parentes in poſterũ detrimentũ ſentient. Niſi em̃ in exẽplum vitæ filiis ſe exhibuerint euidentẽ excuſationis cauſã erga ſe illis relinquunt, ſcilicet ſi boni nõ euadent. Ac timẽdum eſt, ne contẽpti à filiis quaſi non bene vixerint, in ſenectute relinquantur. Prædictæ igitur leges ab vtroque parẽte erga filios ſeruãdæ ſunt, vt bene educant ac erudiantur.

Qua à viro & vxore ſeruanda erga parentes.

Quantum ad quintum aduerte ex doctrina Ari. in œconomicis, ꝙ vir & vxor erga parentes ſuos, & in adminiſtratione domus, tales ſe exhibere debent vt primo quidem curam omnem parentibus exhibeant. Vir quidem vxoris parentibus non minus quàm propriis, vxorq́ parentibꝫ viri deinde filiorum, & amicorũ, & rerũ & totius domus tanquam communis boni curam habeant, ſeinuicem ſtudio ac diligentia ſuperare certantes, vt vterque plurimorum bonorũ ſit autor & cauſa, melioręque exiſtat & iuſtior. Depoſita q́ue ſuperbia omni induſtria benignitate & modeſtia cũcta regentes, vt cum ad ſenectã peruenerint depoſito adminiſtrationis onere, & à concupiſcentiis liberati, poſſint & ſibiinuicẽ & filiis rationem reddere, vter eorum magis profecerit in familiæ gubernatione. In quibꝫ qui ſuperauerit maximum in primis à diis præmium conſequetur, vt Pindarus inquit, Dulce enim ſibi cor, & ſpes mortaliũ ſibi multiplicem alit voluptatem. & intendit Pindarus ꝙ qui bene viuit rectę́que domum regit habet cor ſibi dulce, id eſt, in ſeipſo gaudens: & ſpes mortalium, &c. id eſt, & bene ſperat à diis poſt mortem. ſicut ex oppoſito malè viuens & iniquè agens inſeipſo triſtatur ac metuit, & hæc eſt pœna à diis illata peccanti. Secundũ vero præmiũ à filiis in ſenectute recipiet, quod eſt feliciter & piè educari: quapropter decet cũ qui vitã agit ſiue priuatim, ſiue publicè, ad omnes deos hominęſque reſpicere, multũ etiam ad vxorẽ & filios & parentes. Sic igitur ſe gerant vir & vxor erga ſeinuicem, & vtriuſque parentes & in adminiſtranda domo.

Filij erga parentes quatuor ſeruare debẽt.

Quantũ ad ſextũ aduerte ex doctrina Ari. in libro 8. Ethicorũ, quatuor à filiis ſeruãda erga parẽtes. Primo ſeruãdus eſt amor. Secũdo honor. Tertio obedięntia. Quarto ſubſidium.

Cur filij parentibus amorem debẽt.

Ratio qua filij ex natura rei parentes diligere tenentur ſecundũ Ariſt. eſt: quoniam aliquid ſunt exiſtentes ab eis, ꝓut recipiũt eſſe: & nõ ſolum eſſe, ſed & educationem & eruditionem, vt ſupra diximus. Ideo amicitia filij ad parentes aſſimilatur rectæ amicitiæ hominis ad Deum. Recipit em̃ homo eſſe à Deo, vt à cauſa prima omnium eſſendi: recipit filius eſſe à parentibus, vt à cauſis ſecundis: recipit homo à Deo alimenta & neceſſaria vitæ, producit em̃ animalia & vegetabilia propter hominẽ ex motu cœli: vnde dixit Ariſt. in ſecundo Phyſicorũ hominẽ eſſe cauſam finalẽ quodãmodo omnium: recipit & filius à parentibus victũ & alia corpori neceſſaria: recipit homo à Deo diſciplinã & eruditionẽ, quoniã animã humanã creat: cui naturalẽ primorum principiorũ cognitionẽ indidit: in quibus omnis ſciẽtia & ars & diſciplina & vera eruditio fundantur, vt declaratũ eſt in quarto Metaphyſicæ: recipit filius à patre eruditionẽ morũ & diſciplinas intellectuales: vt declaratũ eſt ſupra: ergo exiſtimandi ſunt parẽtes à filiis, vt dij eorũ, ſecundi. Et ſic Deũ optimũ vt primũ omnium bonorũ donatorem, primo diligere tenentur ſic dictante ratiõe recta poſt Deũ optimum, parentes vt deos ſuos diligere tenentur.

Filij cur parentibus debeãt honorem.

Ratio qua parentibus à filiis exhibendus eſt honor eſt. naturæ perfectio. Omnis nanque verus honor in alicui⁹ ꝓfectionis excellentia fundatur. vnde principes & ſeniores & ſapientes naturaliter honoramus. Parẽtes autẽ & ætate & cognitione, & regimine & beneficentia excellentiores ſunt filiis: vnde apud Ariſt. amicitia paterna in octauo Ethicorũ regię amicitię comparatur: verꝫ em̃ rex ſubditos amat, eis bene facit, illos curat, in bonũ dirigit, à malis ſeruat & defẽdit: ſic & pater ꝓ viribus curat ac prouidet bona filiis nõ ſolũ ꝓ præſenti, ſed & ꝓ futuro: regit ſeruat & ꝓtegit: ac ſtudet vt q̃ virtuoſi fiant. Sicut ergo regi & dño vt excellẽtiori debetur honor à ſuditis ſic & parẽtibus à filiis, vnde & Pythagoras in verſibus aureis primo inſtituto ſic inquit. Im primis venerare deos vt lege diſpoſiti ſunt immortales deinde parentes.

Tu tñ aduerte, vt inquit Ariſt. in octauo Ethic. non omnis honor parentibus eſt exhibendus. Alius em̃ honor debetur patri, alius matri, alius ſapienti, alius principi, alius ſeni ex ætate. Diuerſæ nanque ſunt eorum excellentiæ, ergo & diſtincti honores.

Debent ſe filij parentib. obedięntiam & cur.

Ratio qua parentibus à filiis debetur obedientia, & ſuperioritas. Videmus em̃ ad ſenſum & in naturalibus & in artificiatis & in politicis quòd ſuperiorũ ac maiorũ eſt imperare, & inferiorũ obedire. Nã pars rationalis animæ, vt ſuperior præcipit appetitui ſenſitiuo. & ipſe aptus eſt obedire vt declaratum eſt in fine primi libri ethi. Et ars architectõica præcipit arti inferiori eiuſq́; eſt obedire, vt patet de militari & fręnefactiua & in politicis. Principis eſt imperare & ſubditorũ obedire. Cũ igit̃ pater ſuperior ſit ad filios, veluti rex ad ſubditos, Paſtor ad oues, regulans ad regulatum oportet filios obedientiam exhibere parentibus.

Tu tñ aduerte ex ſententia Ariſto. in libro nono ethic. quòd non in omnibus abſolute magis eſt obediendũ patri quàm cuicunque alteri. Nã ſi filius infirmatur, medicúſque præcipiat vnũ pro ſanitate, præcipiat & pater oppoſitum, obediendũ erit medico & nõ patri. In tali nanque propoſito medicus & nõ pater ſuperior eſt ad filiũ, & miles in exercitu obedire habet duci & nõ patri in expeditiõe belli. Quãtum autẽ ad ea quæ ſunt ꝓpria patri, vt pater eſt, magis ipſi quàm cuicunque alteri obediendum eſt.

Filij cur parẽtib. ſubſidium debeant.

Ratio qua filij, ſcilicet poſtquã fuerint adulti & parentes impotentes viderint aut mala fortuna, aut agritudine, aut ſenio, obligãtur eis ſubminiſtrare neceſſaria, omnéſque ferre labores ꝓ eorũ ſubſidio eſt hęc. Parentes filiis eſſe deſiderunt, & in eſſe per educationẽ ſeruarunt in minori ac debili conſtitutis ætate, ergo ex vi naturæ tenentur beneficiũ rependere modo quo poſſunt, & ſi nõ ad æquale. Cũ igitur à parentibus duo acceperint, ſcilicet eſſe, & cõſeruationẽ in eſſe per educationẽ ſi non valent parentibus dare eſſe, vt ab eis acceperunt, ſaltem alterum rependant, ſcilicet conſeruationem in eſſe, exhibitione neceſſariorum vitæ.

Deo & parentib⁹ æquũ reddere nequimus.

Diximus autem modo, quo poſſunt, q̃m amicitia nõ ſemper requirit retributionis æqualitatem ſed poſsibilitatem. Nã vt habetur libro nono ethic. quædam dantur amicitiæ in quibus paria rependere nõ poſſumus, vthomo erga deũ: & filij erga parentes. Quantumcunque enim homo deum honoret amet & colat: & filius parentibus bene facit: adhuc amplius tenentur, q̃m totum eſſe noſtrum à deo & parentibus accepimus & eorum gratia ſeruati ſumus: ideo æquiualentia retribuere nõ poſſumus. Verũtamẽ vt inquit Ariſto. homo famulans deo & parentibus ſecundum potentiã ac virtutem ſuam, videtur eſſe virtuoſus bonus & iuſt⁹.

Ex qui

Ex quibus de mente Arist.correlariè sequitur nunquam licere filio patrem abnegare,id est,deserere, de eo non curando,nec ei benefaciendo.Potest tamen pater filium adultũ relinquere,neque quis recedit à patre abnegando ipsũ nisi propter superabũdantẽ malitiam & prauitatem . quod si filius sit malus ac deprauatus, expedit patri fugare à se filium & abnegare

Nunquam filio licet patrem abnegare.

Ratio,qua non licet filio abnegare patrem est,quoniam, vt diximus quantumcunque benefaciat patri,semper remanet eius debitor:ergo nunquam licet ei abnegare patrem. Consequentia quidem patet,quoniam nunquam licet debitori non reddere debitum.Antecedens etiam constat,quoniam filius reddere nõ potest patri quid æquiualens esse & educationi & disciplinæ:quæ tria recipit ab eo.ergo semp remanet eius debitor.

Ratio qua pater potestatem habet dimittendi à se filiũ adultum est hęc,quoniam quilibet dimittere potest debitũ debitori suo:nec de ingratitudine potest argui:sicut arguretur debitor negans cui debet:sed pater est ille , cui filius semp debet,& non econuerso,præcipuè postquã adult⁹ est ergo potest pater abnegare ac emittere filium:& aliquãdo expedit vt industrior fiat.

Quod si filius abnegat patrem,arguit superabundantem malitiam: ratio est hæc,quia inhumanum est abnegare eum à quo recepit beneficium irredibile quale est.Inhumanitas autem superabundantem malitiam ostendit,ergo,&c.

Quod patri expediat aliquando à se emittere filium malum,nec illi prouidere ratio est hæc:quoniam forte retent⁹ ac enutritus à patre postquam adult⁹ est,fieret peior.Multi enim sunt,vt inquit Ari.qui bona recipere volunt, sed non aliis benefacere:reputantes quidem primum sibi vtile,secũdũ autẽ inutile.Patet igitur quæ & quot seruanda sint a filiis erga parentes.Hæc de tertio capite dicta sint.

CAPVT IIII.

De munere ac officio œconomi.

IN quarto capite agendum est de cura & superintendẽtia œconomi,quem dicimus patrem familiãs super possessionem.nam cum idem homo sit in domo vir respectu vxoris, & pater respectu filiorum, & dominus ac dispensator facultatis domesticę:ordo doctrinæ requirit vt post leges seruandas inter virum & vxorem,& inter parentes ac filios,postremo tractemus de legibus ac documentis ab œconomo seruandis in cura possessionis,& quoniã ex primo Politicorum & vt inquit Arist.duplex est pars possessionis:quarum prima & principalissima est homo,qui dicitur & est seruus secũda est pecunia:sub qua more Philosophi cõprehendũtur quæcunque in pecuniam commutari possunt,vt agri & fructus & domicilia & animalia & merces:ideo præsens caput in duas diuidemus partes .Primo nanque proponentur leges ab œconomo seruandæ in cura & regimine seruorũ secundo leges in cura & solicitudine facultatis exterioris.

Duo sunt seruorum genera.

Quantum ad primum aduerte vt inquit Aristo. in œconomicis duo sunt seruorum species,scilicet curator & opifex:curatorẽ appellat seruũ,qué œconomus negociis præficit,& eorum curam habere iubet,quem nos negociorum gestorem dicimus.Opificem vero vocat eum, qui manibus opus facit,vt fodere,arare,serere,&c.

Quæ œconomus erga seruos tam curatores, quã opifices ob seruare debet.

Prima lex obseruãda ab œconomo erga seruos vtriusq; speciei est vt paret sibi,id est , acquirat seruos studiosos,id est industrios & cognitionẽ habentes eorũ, quæ sibi operãda mandantur:aliter magis dispendio quàm commodo essent in domo:quod si dum acquirantur & domum deducũtur:in operandis imbuti non fuerint doceat eos œconom⁹ dum iuuenes sunt,vel doceri faciat,illos quidem quos proponit curatores esse in primis,deinde & opifices , vt vnusquisque œconomi mandata rectè & vtiliter perficiat.

Secunda est,œconomus cum seruis ita versetur vt neq; superbos eos sinat,neque abiectos,id est , nõ patiat eos superbire,neque ita deprimat quòd vilissimi efficiantur.

Tertia est,œconomus seruis liberalioribus,id est,curatoribus negociorum,honorem eis conuenientẽ tribuat:quoniam cum sint vicarij ipsius œconomi, si viderint se despici neque fideles,neque soliciti erunt in negociis,quib⁹ præficiuntur.Opificibus vero,id est,seruis manu operatorib⁹, non tam honorem quàm cibum abundè tribuat : nam cum operi seruili & laborioso incumbant , magis cibum quo in laboribus firmantur curant quàm honorem.

Quarta,œconomus seruis nihil aut parum vini & raro tribuat,quoniã vini potus etiam liberos ad insolentiam impellit:& apud nationes multas ingenui quoque ab illo se abstinent,& exemplificat Aristot.de Carthaginensibus, qui dum militant à vino se abstinent.Xenophon autem in libro de Cyri infantia de Persis idem scribit.

Quinta œconomus tria maximè attendat in curandis regendisque seruis,scilicet opus,cibũ, castigationem. Opus quidem ad cõmoditatem domus: cibum ad victum & conseruationem serui.Castigationem autem ad correptionẽ: ne aut malus aut inutilis fiat:& aduertat œconomus ne cibum abunde tribuat sine opere & castigatione. Nam seru⁹ bene nutritus & ociosus & non castigatus, si deliquerit,petulans efficitur:nec seruum laboriosè operari faciat , & cũ castigatione sine competẽti cibo.Erit enim res violenta,& infirmũ ac eneruatũ viribus faciet seruũ. Restat igitur vt opus illi tribuat & cibum sufficientẽ,& castigationẽ,vt oportet:nã opus fieri non potest sine cibo deficientibus viribus:nec cibus abundans sine opere expedit:quoniam cibus & ocium petulantiam gignit:nec castigari debet sine exhibitiõe cibi:quoniam penitus inhumanum esset,nec si exhibeatur cibus sufficiens,& non imponatur opus: castigari se permittet:efficietur enim ex cibo & ocio petulans , nec domini imperium feret,sed vt equus impinguatus recalcitrabit.

Sexta,œconomus melioribus seruis plus tribuat & indulgeat,id est,relaxet aliquid de seueriori disciplina ,& in laborib⁹ & in cibo,& in castigatione Deterioribus aũt minus.nam si præmia tollantur virtutum,pœnæ vitiorum ,deteriores efficientur.Quapropter oportet œconomum cõsiderationem in his habere,ac indulgere & permittere secũdum singulorum merita & cibum & vestem & quietem : & castigationem verbo & opere.Medicorũ artẽ sic immitans, q remedia ,pportionaliter exhibent,iuxta infirmantium dispositiones,aliquibus quidẽ leuia,aliquibus autẽ grauiora.

Septima,quæ ad seruos opifices spectat est hæc,Oeconomus ea genera seruorũ ad opera faciẽda sibi parare debet, quæ neque timida sint,neque nimis fortia.Timidi enim ,pter naturæ imbecillitatem labores ferre nequeunt. Nimis vero fortes,feroces exiſtunt,ferocibus non commodè imperatur.Sunt enim audaces & contẽptores mandati,ac de facili in dominum insurgerent.

Octaua,œconomus finem ac terminũ seruitutis annunciet,puta per decennium,quo trãsacto si bene se gesserint, libertatem promittat.Est enim iustum & vtile. Iustum quidem,quoniam ratio dictat remunerandum esse bene agentem.Vtile vero,quoniam præmio proposito, scilicet libertatis,& cum tempus diffinitum seruiendi conspexerint: labores libentius ac expeditè magis & maiori fide subibunt.

Nona,œconomus vt seruos fideles ac stabiles possideat non suspectos de fuga,filios procreare patiatur.Illis em̃ filiis perinde obligatos habebit seruos,quasi obsidibus quibusdam:nam filiorum amore seruitutem ad tempus diffinitum ab œconomo patientur:nec fugam arripient timentes filios in perpetua detinendos seruitute.

Decima,œconomo non expedit plures habere seruos eiusdem generis,puta Dalmatas aut Alamanos.Sectas enim faciunt in familia,diuisiones inducunt , sua lingua qua ab aliis non intelliguntur colloquuntur, & malorum inter se conscij coniurant.

Vndecima,œconomus sacra & largiores epulas faciat magis gratia seruorum,quàm liberorum. Plura enim ipsi habent quàm illi,quorum gratia instituta sunt, & intendit Arist.quòd œconomus faciat sacrificia deorum mactatione iumentorum & aliorum animalium cõmestibilium more gentilium,quibus postea vescuntur & largiores epulas puta propter amicos inuitatos,aut hospites:vt serui ,p illis diebus bene epulenturr & gaudeant:fiantque domino magis amicabiles,& seruitutis iugum leuius ferant.Nam licet principium instituendi sacrificia ,pcessisse videatur ex deorum honore,& largiora conuiuia fiant ,ppter amicos & hospites,tñ finis & terminus est cõmodum seruorũ.Ipsi em̃ plura accipiunt & deuorant ex illa ciborũ copia quàm inuitati & liberi.Parum nanque est quod mensis consumitur, multum vero & forte pretiosius quod seruis remanet.

Duodecima,quæ non in œconomicis sed in primo Politicorũ traditur ab Arist.est hæc. Oeconomus studeat seruũ imbuere bonis moribus & virtuosum reddere,ne p intemperantiam,aut alia vitia deficiat in agendis ad honorem & vtilitatem domus.Nam seruus versatur in domo,& cõmunicat liberis deseruiens in ministeriis domesticis, vt parare domum,sociare dominũ,esse nunciũ extra domum, exequi

commissa

commissa ac mandata à domino. In his autem vt bene se gerat, necessaria est moralis virtus. Nam si seruus ebriosꝰ, aut iracundus, aut luxuriosus aut mendax, aut raptor fuerit, detrimentum & dedecus ex eo domui proueniet. Quoniã igitur seruus si malus moraliter fuerit, non rectè & cum laude domini ministrabit & cõuersabitur in domo, ideo oportet œconomũ solicitari vt bonis moribus seruus assuescat siue adhortationibꝰ siue castigatione. Patet igit leges ac documenta seruãda ab œconomo erga seruos, qui sunt prꝛcipua pars possessionis œconomi, eo quòd instrumenta animata & homines sunt.

Quæ nam œconomus seruare debeat circa facultates domus.

Quantum ad secundum aduerte ex intentione Aristo. in œconomicis quatuor debere intendi ab œconomo. Primò vt sit pecuniæ acquisitor, & vt diximus appellatione pecuniæ intẽdit omnia, quæ nũmo extimari possunt, & in nũmos commutari. Secundò sit acquisitorũ seruator. Tertiò vt per acquisita sciat ornari & honorari. Quartò vt acquisitis fruatur.

Oeconomus studiosus de bene ssem ac quirendo & nudus in conseruando, ac fruendo.

Debet quidé primo œconomus esse pecuniæ acquisitor, nisi eñ prouideat sibi & familiæ alimenta & alia necessaria vitæ, domꝰ nec eius partes cõsistere possent, sit igitur solers & promptus acquisitor, primo quidẽ si fieri potest ex agricultura, quæ vt naturalis omnibus aliis modis præponenda. Est enim iusta vt diximus supra, & ab inuitis non extorquetur, & eius exercitatio ad virtutẽ prodest. Quòd si ex agricultura non potest quęrat aliis modis, qui iustè & honestè & sine proximi iniuria fieri possunt, de quibus satis egimus in primo Politicorũ, tractatu tertio, capite primo. Modus eñ ampliandi patrimonium dũmodo nulli noceat, semper laudandus est.

Debet secundo esse acquisitorum conseruator. Parũ eñ acquirere prodesset, nisi acquisitum seruaret: nã cribro haurire aquam nil prodest: quoniam cribrum haustam non seruat: vnde & Ouidius inquit, Non minor est virtus quàm quę rere parta tueri.

Debet tertio esse talis vt ex diuitiis acquisitis ornari ac honorari possit. Erunt autẽ honori & ornatui, si sumptꝰ cũ decore & opportunè fecerit, cuius partes sunt, ædes honorificas fabricare, familiã honestã habere, vestium decentẽ apparatum, beneficientia in amicos, magnificentia in rebꝰ publicis, vt publica conuiuia publici ludi, sed honesti. Quę tamen omnia agenda sunt iuxta diuitiarum quantitatẽ statusque ac conditionis decentiã. Et de his omnibus iam pertractauimus in quarto Ethicorum, in tractatu de liberalitate & magnificentia.

Debet quarto scire fruui diuitiis acquisitis, fruetur autẽ si quæ ad victum & commoditatẽ propriã totiusque familiæ spectant, inde susceperit. Stultũ est enim parare diuitias, & in abundantia egere, vt peruersè quàm plures agunt, puta qui vinũ bibunt acerbum, aut putridum, maturum autem & sanum vendunt, qui in ædibus habitant sordidis, & splendidas ac magnificas locant, & multa huiusmodi. Quatuor igit prædicta dominus domus attendat, ex quibus duo ad rei familiaris amplificationẽ spectant, scilicet acquirere & seruare, & duo ad vsum, scilicet conuertere diuitias in ornatum & honorem nostrum, & illis frui.

Positis his quatuor, circa quæ versari debet œconomi intentio, assignandæ sunt leges & documenta seruanda ab eo in acquisitione & conseruatione rei familiaris: nam quomodo ad ornatum & honorem & sui, ac familię victũ diuitiis vti debeat, viro sanę mentis constare potest: ideo Ari. in his non immoratur. Primo igitur ponentur leges circa acqsitionẽ. Secundo circa conseruationem.

Quantum ad acquisitionem aduerte, quòd Arist. in œconomicis cito se expedit: & solũ tres leges generales tribuit: eo quòd in primo Politicorum, vt diffuse pertractauimus in tractatu tertio, capite quarto, assignat omnes modos & præcipuè famosiores acquisitiuos diuitiarũ & pecunię: dat que specifica documenta cupientibus lucrari per emptionẽ & venditionem. Et tu vide illic ne inutili vtamur repetitione.

Oeconomus in acquirendo non debet sua confundere negotia.

Prima autem & generalis lex ĩ œconomicis est hęc. Aduertat œconomus ne negotia sua in acquirendo cõfundat, sed singula distinguat, & ordinatè pertractet: Nam si plura simul miscere voluerit, puta agriculturam, animaliũ societates, mercaturam terrestrem & maritimam, vnum aliud impediet: & si in vno iacturam, patietur: detrimentum sentiet in omnibus.

Oeconomus plura fructuosa conari debet acquirere.

Secũda est. Curet plura fructuosa acquirere quàm infructuosa. verbi gratia, plures agros quàm plures domos. Plures merces quàm plures vestes. Stultus nanq; reputabitur: si quis habens aureos mille, sexcentos expẽdit in emptione aut structura domus & quatuor centum in emendo agro sed agendum est oppositum, quoniã necessitas victus præponenda est commoditati habitationis.

Cauere debet œconomus ne omnia sua vnotantium negotio ponat.

Tertia est. Caueat ne in solo vno negocio quicquid habet periculo exponat. puta mercaturæ maritimæ: vt nonnulli imprudentes, qui in sola vna nauigatióe, vnaque naui totũ exponunt patrimoniũ, imò expedit in diuersis negociari, vt si pro vno negocio patitur, p alio acquirat. In diuersisque fitibus diuersos possidere agros, ne aut siccitate aut grãdine, aut sterilitate terræ penuriã & vniuersalẽ fructuũ priuationẽ patiatur. Hæc sunt documenta ab Aristot. tradita œconomo pro acquisitione. Specifica autẽ quære in primo Politicorũ, vbi supra: & in libris eorũ, qui de re rustica tractarunt, inter quos Aristotel. in primo Politicorum, citat apud Græcos Carité Parium & Apollodorum Lemnium. Sicut apud Latinos habetur Palladius.

Quantum ad conseruationẽ acquisitorũ, & augmentũ ac profectũ in futuro Aristoteles in œconomicis proponit imitandum modũ administrationis rei familiaris seruari consuetum apud Atticos: & modum seruatũ apud Persas, & modum seruatum apud Laconicos.

Pericles Athenienſis quõ domum regebat.

Pro euidentia modi Attici aduerte quòd Pericles Athenensis vir præclarꝰ in administratione rei familiaris solertissimus sic domũ regebat. Singulis annis fructus prædiorum suorũ perceptos vendebat. Et quęcunque ad victum familię necessaria seorsum emebat, & sic redituũ prædiorũ extabat ratio ex illis redacta pecunia: & sumptuũ domesticorũ quantitas non latebat, quæ duo ad maximam diligentiã & frugalitatẽ pertinere videbantur. Hunc administrandi modũ non solum Pericles sed & cæteri Athenienses obseruarunt: quoniã vt dicit Arist. vendentes emunt, id est vẽdentes fructus ex prædiis collectos emunt necessaria ad victum familiæ. Et huius quidẽ modi administrandi ratio fuit securior fructuum perceptorũ tuitio. Si eñ venduntur, nullus per annũ surripit, nullus furatur, nullus decipit. Nec tã facile consumitur emptũ quàm quod prouenit ex prædiis nostris: maiori nanque ac subtiliori computo exponditur emptũ. Et quoniã Attici domum sic ministrant & regunt: ideo penoris institutio nõ est apud eos. Cũ eñ venderent prædicta omnia non instituebant penus sed dietim victui necessaria emebant. Est autẽ penꝰ frumenti vini olei casei prouisio & congregatio pro alimentis familię pro notabili tẽporis spatio vt pro anno vel dimidio. Hic est igitur modus administrandi atticus, quẽ Aristo. partim extimat obseruandũ, partim nõ. Et dicit quod in paruis administrationibus regula attica circa fructus vtendũ est. In magnis vero distinctio facienda est eorũ quæ in anno & quæ in singulos menses consumere oportet. Eodemque modo & in instrumentis separanda sunt quorũ vsus quotidianus est ab his qui raro sunt vsui. Hæc tradenda sunt his quib. negocia cõmiseris. At certo tẽpore inspectio eorũ faciẽda erit vt non lateat quod saluũ sit: quódve perierit. Hæc Arist. Et intendit, quòd in paruis administrationibus attica regula est seruanda, scilicet dietim emere, quæ minuta sunt, & quę diu seruari non possunt, sed in magnis, puta in venditione omnium fructuũ quotidiana alimentorum emptione non esse seruandam, sed sequestrationẽ fiendam eorum, quæ in anno, & quæ in singulo mense consumenda sunt, quæ enim quotidie consumenda sunt ponantur ad manus, quæ autem non in præsenti deponantur extra manum ad tẽpus. Et sic idẽ fere erit effectus, vt in regula attica, & cessabit institutio penoris in exilioribus administrationibus. Eodẽ modo agendũ est de instrumentis: nã quæ raro sunt vsui, sequestranda sunt: quæ autẽ quotidiano sunt vsui ponantur ad manus eorũ, quibus eorum vsum cõmiseris, sæpe tamẽ reuidenda, ne infidelitate vtentiũ aut incuria pereant. Patet igitur ex sentẽtia Aristotelis quomodo in administratione Atticus modus seruandus est: & quomodo non.

Penus quid.

Mos Laconicus in domo.

De modo seruato apud Laconicos Aristoteles tantum vnum refert dicens. Ad rectum vero instrumentorũ vsum illud laconicum valet: singula suo loco iacere. sic enim parata non requiruntur: quod vtique dictum non solum ad vsum instrumentorum valet, sed ad alia: nam in domo quælibet diuersa in diuersis locis disponenda sunt, vt sic ordinata bene seruentur. Promptusque & ad manus sit eorum vsus, cum oportuerit.

Modus Persicus

De modo autẽ Persico Arist. tria maximè recitat œconomo imitanda, quorũ primum est vt domũ & omnia, quæ in

domo

Tria imitanda ab œcono mo indicit.

domo ſunt videat & omni diligẽtia diſcutiat,ac iubeat: vñ inquit Ari,eſt autem perfica regula œconomum omnia iubere,omniaque inſpicere.Nullus enim parem curam habet alienorum & ſuorum.Et hoc idem inquit Dion Syracuſanus de Dionyſio.Itaque quæcũque per œconomum geri poſſunt,circa illa cum diligentia intendat. In quo dictum Perſæ ſimul & Lybici rectè ſe habet.Perſa enim interrogatus quid equum maximè pinguem faceret,reſpondit:Oculus domini:Lybicus vero interrogatus quod ſterquiliniũ agro foret optimum:domini inquit veſtigia. Sũt igitur hæc domus negocia diligenter à viro inſpicienda : illa vero ab vxore:prout inter eos diſtinctæ ſunt adminiſtrationis curę. nam vt diximus ſupra,alia ſunt à viro curanda,alia ab vxore.Vxor enim pannos,ſupellectilem,& alia, quæ intra limẽ ſunt,curare debet,vir autẽ circa agricultũram & alia, quæ foris ſunt virilia officia ſuperintendat.Et id agendum eſt in exilioribus quidem adminiſtrationibus raro, in grandioribus autem quarum cura aliis cõmittitur,ſæpe,niſi enim œconomus bonum ſoliçitudinis exemplum de ſe præbuerit, non exiſtimet imitatorem diligentiæ ſe habiturũ :neque in re familiari pertractanda , neque in his, quo aliorum curæ committuntur:quaſi impoſſibile ſit dominum non diligentem diligentes ac ſolicitos inuenire viçarios, id eſt,rerum ſuarum curatores.

Oculus domini impinguat equum & eius veſtigia agrũ optimũ reddunt.

Secundum eſt q̃ ſit œconomus maximè vigilans.vnde inquit Ari.Cum hæc & ad virtutem honeſta ſint, & ad rem familiarem ſeruandam vtilia,expergiſci decet prius dominum quàm ſeruum:& cubitum ire poſterius ; nec vnquã incuſtoditam eſſe domum,quemadmodum nec vrbem,neque die neque noctu,& ante lucem ſurgere : quod & ad ſanitatem:& ad curam rei familiaris, & ad philoſophiæ ſtudium prodeſt quamplurimum,ſitque in domibus magnis ianitor, qui ſit ad cætera inhabilis pro obſeruatiõe importatorũ & exportatorum.Et intendit Ari.ianitorẽ debere eſſe ad cætera inutilem,puta claudum,aut mancum,aut ſenẽ.In hoc em minor iactura fiet domui:quoniam minus laborare poteſt: & robuſtiores in aliis magis laboriofis occupantur: & ille in obſeruatione eorum, quæ importantur & exportantur magis ſedulus erit propter corporis impotentiam.

Ianitorem domus expedit eſſe ſenẽ, claudum aut mancum.

Tertium eſt œconomus in ædibus parandis & conſtruẽdis ad tria maximè reſpiciat.Primo vt ſint vtiles pro rebus ſeruandis,Secundo vt ſint cõmodæ pro habitatoribus.Tertio vt ſint ſalubres pro conſeruatione rerum & corporũ. vnde inquit Ari. Aedes quoque parandæ ſunt, vt & rerum poſſeſſarum: & ſalubritatis & commoditatis rationem habeamus. Rerum poſſeſſarum dico, ceu fructuum & veſtium, quales his conducant, & fructuum quales aridis: quales liquidis:& aliarum rerum quales animatis, quales inanimatis:ſeruiſque & liberis:maribus & fœminis : ciuibus & peregrinis.Commoditatis vero & ſalubritatis,vt çſtate quidem ventorum bonum afflatum, hyeme autem ſolem recipiant:E. unt autem tales: ſi verſus Boream fuerint, nec æqualiter latæ.Hæc Ariſt.Et aduerte q̃ dicit verſus boream & nec æqualiter latæ. Nam ſi ex vna parte ſpectant boream:ex alia verſæ erunt ad meridiem:Et ſic in æſtate & vmbram & frigiditatem habebũt à parte boreali. Et in hyeme ſolem hybernum à parte meridonali. Præterea oportet eas non eſſe æque latas:quoniam æqualiter verſæ eſſent ad quatuor ſitus mundi,ſcilicet ad ortum & occaſum,ſeptentrionem & meridiem:ſi autem fuerint oblongę ſupradictas cõmoditates ſolis,& venti borealis & vmbræ cõtinebunt. Nã ſol in æſtate altius ſupra nos incedens domos ad meridiem verſas non ingreditur.In hyeme vero quoniã demiſſius & remotius incedit à nobis,to.us p feneſtras infunditur.Et ſic æſtate vmbram & ventum habebunt.In hyeme ſolem & à ventis quietem.Propter quod & cõmodæ & ſalubres erunt.Hæc eſt igitur tota cura,quã oportet œconomum habere in tuitione rei familiaris.Et ſic patet,quomodo ſe gerere debeat œconomus erga vxorem:& vxor erga virum,& erga filios:& filij erga parentes:& erga ſeruos & econuerſo:& quomodo curare externa debeat , quomodo acquirere,quomodo acquiſita cõſeruare, quomodo acquiſitis ad honorem & victum vti debeat.

Domus ſitus.

Tu tñ aduerte vt docuimus in primo Politicorum tractatu quarto,capite primo,quòd præcipua œconomi cura & intentio,ferri debet ſuper ſecundam & tertiam partem domus. Magis enim intendere habet circa homines quàm circa poſſeſſionem tam animatorum quàm inanimatorum: magiſque ad virtutem,qua homines bene viuunt, quàm ad peritiam acquiſitiuam,& qua poſſeſſiones curantur.Inſup magis ad virtutem liberorũ,quales ſunt vxor & filij quàm ad virtutem ſeruorum.Quorum quidem omnium ratio eſt hæc.Principalis intentio agentis & regentis feréda eſt ſup finẽ:ſed poſſeſsio fructuum terræ & pecunię & animaliũ quæritur ,ppter homines:vt enim ſupra diximus: hæc producũtur ,ppter homines:& ſerui quæruntur ,ppter liberos vt eorum miniſtri: ergo principalis cura & ſolicitudo œconomi ferenda eſt ſuper vxorẽ & filios:& nõ ſuper agros & ſeruos:aliter inordinata & innaturalis erit eius adminiſtratio in re familiari.Et hic terminatur diſciplina ac pitia regitiua domus iuxta ſententiam Ariſtot.quã ordinauimus ex his quæ tradidit in Politicis & Oeconomicis.Ad laudẽ Dei benedicti:cui honor in ſecula.

Epitomes in Oeconomica Ariſtotelis finis.

EPITOME
CHRISOSTOMI IAVELLI
CANAPICII,
IN ETHICEN, HOC EST, MORALEM PLATONIS PHILOSOPHIAM.

¶Septem complexa tractatibus.

Proœmium.

ANimaduertens diuinus Plato Academicorum princeps quamplures ex antiquis, qui ſe Philoſophiæ ſtudio aſcripſerant, in diuinis quidem indagandis parum ſolicitos, in naturalibus vero perſcrutandis diligentiſſimos extitiſſe, quales fuere Mileſius Thales, Empedocles, Democritus, Heraclytus, quibus & annumerare poſſumus Ariſtotelem: quoniam & apud Græcos dæmon appellari conſueuit, vtpote naturalium quàm maximus ſcrutator, nec ad diuina inueſtiganda ſe erexit, niſi ſenſuum adminiſtratione ſuffultus, vt conſtat ex octauo de Phyſico auditu, & ex duodecimo primæ Philoſophiæ. Aduertes inſuper nonnullos ſapientum quaſi ex toto naturalium ſtudium poſtpoſuiſſe, & in diuinorum ſpeculatione pro omni vita deſudaſſe, ideoque ſummos extitiſſe ſui temporis Theologos, moribuſque diuinos, & humanæ conuerſationis præcipuos moderatores, quales fuere Pherecydes & Pythagoras & Socrates, hos in omni ſua doctrina Plato imitari conatuseſt, apertiſſimeque cognouit curioſum nimis rerum naturalium ſtudium, animum noſtrum ſæpiſſimè à diuinis auertere, illudque eſſe infructuoſam occupationem, ac miſeros, qui dies ſuos in eo conſumpſerint, ideo nõ immerito Socrates in Phędone eos deteſtatur, qui naturalium effectuũ cauſas in quaſdam duntaxat elementares qualitates & agentia corporea referentes, in huiuſmodi principiis ac fine ſui ſtudij quieſcunt, nec ſummum vniuerſi principiũ exquirunt. At econtra diuinus Plato omne humanum ſtudium à terrenis ad cœleſtia, à mutabilibus ad immobilia, à ſenſibilibus ad maximè intellectualia conuertendum pro viribus cenſuit, & docuit, & opere compleuit. Hinc aduertens vniuerſi molem vnam eſſe, mirabiliterque diſpoſitam, neque tamen ex ſeipſa poſſe conſiſtere, cum ex diuerſis conflata ſit, & aſſiduè tranſmutetur, euidentiſſimè cognouit eam ab vno ſapientiſſimo potentiſſimoque pendere, qui hoc opus ſuum ingens ac multiplex perpetuo motu reuoluit, qui ſingula ſuauiter ſapientiſſimeque regit, & ad bonum admirabili cõmoditate certiſſimiſque mediis deducit, quem communi conſenſu omnes, qui rectè philoſophantur, Deum nuncupant, vniuerſi regem, ſapientem, potentem atque clementem. Et quoniam intellexit Plato quicquid boni mens noſtra in ſe continet à Deo maximo & optimo ſuſcepiſſe, ideo ad ipſum omne noſtrum ſtudium referendum arbitratur, ita quòd ſi rerum cauſas perſcrutamur, cauſas ideo quærendas eſſe, vt tandem omnium cauſam inueniamus, inuentamque veneremur. Si circa formandos hominum mores intendimus, animum in primis à paſſionum perturbatione & errorum caligine purgandum eſſe, vt demum ſerenior effectus, virtutibúſque illuſtratus diuinum lumen percipiat, & Deum colat, ſummúmque bonum intelligentia & affectu complectatur. Hic eſt ſcopus & finis, ad quẽ Plato omnem humanã ſapientiam & ſpeculationẽ, totúmque morale negocium dirigit: vnde non immeritò dici cõſueuit Platonicam Philoſophiam non aliud eſſe quã doctã pietatẽ ac religionem. Quo iacto fundaméto diſpoſiturus ego ac ordinaturus totam moralem Platonis doctrinam, tã in moribus quàm in ciuilibus vt iam ante pmiſeram, vita comite: & Deo optimo aſpirante, aduerti vniuerſam & rectã humanę vitæ inſtitutionẽ ad mentem Platonis hoc ordine tradendam: vt ſ. homo in primis de Deo optimè ſentiat, & deinde ſe ipſum cognoſcat, &c. Diuidemus igitur totã intẽtionem noſtram in ſeptem tractatib. in quibus compẽdiosè mentem Platonis in moralibus complectemur.

In primo pertractandum eſt de cognitione Dei.
In ſecundo de cognitione ſui ipſius.
In tertio de dilectione ſui.
In quarto de diuino cultu.
In quinto de cultu humani animi & proprij corporis.
In ſexto de conuictu humano.
In 7. de conſecutione ſummi boni ad qđ natus eſt homo.

TRACTATVS PRIMVS IN Ethicen Platonis, tribus diuiſus capitibus.

¶De cognoſcendo Deo.

IN hoc quidẽ primo tractatu agendũ eſt de cognitione ac fide habenda erga Deũ. Hinc emẽpendet, vt à primo principio, oium noſtrũ recta ac depraua vita. Nã ex decimo libro de legib. qui Deũ eſſe putat, ac de eo rectè ſentit, nec facit vnquã ſponte quicquã impiũ nec loquitur, faciunt autẽ & dicunt impium qđ in Deo, & ſceleſtè viuunt, qui Deũ eſſe negant, vel ſi putant Deum eſſe, nõ tñ humana curare, vel ſi humana curat, facilè tñ votis, orationib. ac ſacrificijs placari, vt igitur homo rectè ac virtuosè viuat, oportet ex doctrina Platonis, vt de Deo glorioſo, tria firmiſſimè ſentiat. Primò, ꝙ in rerum natura Deus eſt. Scđò, ꝙ vniuerſa humana & magna & parua curat, nihilq; ſubterfugit eius ſapientiſsimã ꝓuidentiam & ſolicitudinẽ. Tertiò, ꝙ nõ flagitioſorũ hoim ac malorũ votis & ꝓcationib. & ſacris flectitur, nec placat, iuxta igit hæc tria, præſenté tractatũ in tria capita diuidimus. In quorũ primo ꝓbandũ eſt quantum cõuenit Philoſopho morali Deũ optimum in rerum natura exiſtere. Scđò, ꝙ humana oĩa curat. Tertiò, ꝙ malorũ precationib. nec ſacris placatur, ſed puro animo ac ſanctitate vitę.

CAPVT I.

Quomodo ex Platonicis probari poſſit Deum eſſe.

IN primo capite laborandum nobis eſt ꝺ impios, qui vt impunè peccare ſibi & alijs perſuadeant, negant Deum eſſe,

nos autem imitantes ꝓ nunc ſolam Platonis doctrinam, ne peripateticam commiſceamus academicę ꝓbare conabimur oppoſitum. Et hic tria acturi ſumus primo declarandū eſt, cur dixerimus quantū ſpectat morali philoſopho, ſecundo cur dictum ſit Deum optimum in rerum natura exiſtere, tertio probabimus Deum optimum exiſtere aſſumentes ſententiam Platonis in 10. lib. de legibus.

Tripliciter proceſſit Plato ad probādum Deum eſſe.

Quantū ad primū aduerte Platonē noſtrū triplici ſemita ꝓceſsiſſe in doctrina ſua ad concludendū Deum vnum eſſe à quo pendēt omnia & mouent & ſeruantur & ad ipſum referuntur ac tendunt vt optimum ac vniuerſalem finem.

Deum eſſe quomodonā motus probarit Plato.

Prima quidē fuit ſemita motus q̄ ad phyſicum ſpectat: qua & Ari. proceſsit ex 8. phyſicorū. Hanc aggreſſus eſt diuinus Plato in lib. 10. de legibus. Vbi arguens ꝺ negantes Deum eſſe ſic incipit. Stant ne oīa nihilque mouēt: an cōtra, ſtat nihil, ſed cuncta mouentur: vel aliqua quidem mouent, aliqua permanent, &c. Demum ad vnū primū & ſemper mouens aſcendit quo ad vniuerſum ſe habet vt ānima ad corpus: conſueuitq̄ue Plato mouens illud primū nūcupare vniuerſi ſiue mundi animam: qm̄ totam rerum ſuperiorum naturam & inferiorum adminiſtrat: ſicut anima corpus. Sed hanc ſemitam vt pote philoſopho morali impertinētem relinquamus ne phyſicam ſimul & ethicam confundamus.

Ex entium multitudine quomodo Plato ad Deum proceſſit.

Secūda fuit ſemita metaphyſica: qua ꝓceſsit in Parmenide ad ꝯcludendū vnū omniū rerū principiū primū, quod eſt ſuper oīa, & omnia ab illo & eſt extra omnia: & in omnib⁹: & omnia per ipſum & ad ipſum. Ad huius autem intelligentiam ꝓceſsit illic Plato ex ꝓprietatibus vnius & multitudinis, ſiue numeri. nā ſicut ablato vno multitudo ſiue numerus nō eſt, nec opinari nec cogitari pōt: ſic remoto vno primo entium multorū principio, entia alia nō eſſent. Sicut ergo ex poſitione numeri & multitudinis concludim⁹ neceſsitatē vnitatis, ſic ex poſitiōe multorū, entiū q̄ ad ſenſum videmus ꝯcludendum eſt eſſe vnum omniū entiū principiū: ſed & hanc ſemitam vt impertinentem huic ꝓpoſito noſtro relinquamus ſicut & præcedētē. Ad Theologū naque illa ſpectat nec vt aſſerit Plato, humanus intellectus ad eā contendat: nec aggredi, audeat: niſi homo prius animi ſobrietate, & libertate & affectiuę partis puritate ſe præparet: potius enim myſterio quām humanis viribus, & participatione diuini luminis quam naturali diſcurſu procedendum eſt.

Ex ordine Vniuerſi oſtendit Plato Deū eſſe.

Tertia ſumpta videtur ab vniuerſi ordine & ab innata humano generi religione, & hac ꝓceſsit Plato in lib. 10. de legibus: vt pote cōuenientiori negocio morali, & notiori cuilibet ratione vtēti. nullⁿ eſt em̄ adeo ignauus ac rudis q̄ rōnes ꝓſentes non capiat. Tu igitur aduerte vt inquit Plato in 10. de legibus: ꝙ terra, Sol & ſidera & totius vniuerſi ordo, Tēporū quoque ornatiſsima varietas, annis mēſibusq̄; diſtincta, Deū eſſe oſtēdunt: nā cōperim⁹ ꝓ certo ordiné vbicūq; inueniatur ab aliqua & ſapienti mente ꝓcedere ſapientis enim eſt ordinem rebus imponere, quēadmodum & prudentiſsimi ducis in exercitu & ingenioſi gubernatoris in naui: ergo ordiné vbique & ſemper interruptū & commodiſsimū neceſsē eſt à ſapienti ſima mente & potentiſsima ꝓcedere. Cum igitur ſenſu nobis conſtet Vniuerſi diſpoſitionē ac ꝓgreſsionem ordinatiſsimā & cōmodiſsimā exiſtere vbique & ſemper, fateri neceſsē eſt mundum ab optima & potentiſsima mente diſponi, ſeruari, & moueri. Et qm̄ Vniuerſum vnum eſt, vnum vero ex diuerſis conflatum nō fit niſi ab vno: ꝙſequens eſt optimā illā ac ſummam mentē eſſe vnam. Hanc autem Deum dicimus: congrue ergo Plato ex ipſo Vniuerſi miro ac indeficienti ordine Deum eſſe concludit.

Innata hominibus religio oſtēdit Deum eſſe.

Nō ſolum autē ab ipſo vniuerſi ordine, ſed ab innata homini religiōe ꝙſtat Deum eſſe: nā vt inqt Plato in 10. lib. de legib⁹: Grēcorum atque Barbarorū cōis omniū ꝙſens⁹ idē teſtari videt. Nā pueri vbique terrarum dū lacte nutriuntur à matrib⁹ ſeu ipſis nutricib⁹, multa de diis ſerio dicta decātataq̄ue i orationib⁹ audiūt, & in ſacrificiis ꝙſentanea ac digna diis fieris, q̄ ſuauiſsime ac delectabiliʳ pueri videt & audiūt: dū eorū parētes sūmo ſtudio ꝓ ſua ac liberorū ſalute ſacrificare ſupplicesq̄; orare Deos vidēt, quaſi quā maximè dij ſint. ꝓterea, quotidie in ortu ac ſolis occaſu & lunę Grēcos & Barbaros oēs, tā in aduerſis reb⁹ q̄ ſecundis cōſpicimus deo ſupplices orare & adorare, atq; ex hoc nō ſuſpicioné ꝙ dij ſīt, ſed verū & ſtabile teſtīm afferūt, aʳ nō ineſſet inſtinctu naturę hoīm generi hmōi perpetuo religio.

Quidam exiſtimāt Deos nō differre.

Verū aduerte vt Plato refert in lib. 10. de legib⁹ q̄ plures inueniri mēte ac iudicio ita deprauatos, vt q̄ ſupradixim⁹, omnino deſpiciāt quaſi nulla rōne firmata. Nec aſtruere verentur ac iuniores docere, ꝙ in rerū natura dij nihil ſūt, ſed arte id eſt, humano cogitatu inuenti ſunt, ac lege firmati, vt hoīes ad virtutem ex præmio Deorū inducerent & ſupplicijs à malo arcerent: & hui⁹ peſſimæ ac impię ſnię hoīes ſignum ab eo ſumunt, ꝙ alijs gentibus alij ſunt dij, ꝓut ſinguli ſecum ꝙſentientes legib. ſanxerunt. Idem de iuſtis affirmant: inquiūt em̄ iuſta ex natura minime eſſe, imo homines de rebus iuſtis ſemꝑ inuicē diſceptare, & noua cōtinue cōſtituere & q̄ nuꝑ ſtatuerūt quatenus illos placet ea eſſe iuſta, nō natura quidem, ſed arte & legib. firmata: tradūtq̄; iuniorib. eam eſſe poſſeſſioné iuſtā q̄ vi & victoria cōparatur. Ab his igitur in iuniorū mentib. impietas naſcitur vt credāt non eſſe in rerum natura Deos quales credere leges iubent. Hinc ét ſeditiones oriuntur, per quas ad eam homines vitā trahuntur quaſi ex natura, vt ſ. ita viuant ꝙ alios vincāt, nec ſecundum leges alijs ſeruiant. *ab hominibus.*

Hæc eſt peſſima hominum peſtis, quos ad mentem Platonis ſic redarguimus. Cuiuſcunq; ſpeciei naturalis inſtinctus inanis & vanus eſſe non poteſt: ergo perfectiſſimæ ſpeciei animaliū inſtinct⁹ & naturale iudiciū oīno falſum eſſe non debet. Cū igitur humana ſpēs ſub animaliū gñre pfectiſſima ſit, & in oībus & vbiq; & inceſſabiliter ad religioné cultúmque diuinū feratur, neceſſe eſt in rerū natura eſſe ſuperos & nō ſolū hoīm cogitatu & poſitione legis, q religione colant. Præterea vt Plato affirmat in Prothagora, hoīes antequam ꝙuenirent ſimulq̄; cōuiuerent, vel cōem adinuicem inſtituerent ſermonem, vel artificia exercerent ſtatim ab initio ob naturalem cognitionem deum adorarūt eiq; aras & ſacra dicarunt. Et in Critia Plato loquens de inſula atlantica deſcribit gentē illic habitaſſe antenoué annorū milliare gnúmque potentiſſimū ac feliciſsimā tenuiſſe ex ꝓcipua religione, qua Deū colebant, & ex iuſtis ſanctiſque legib. quibus obtēperabant. Verū poſtquā vt inquit Plato, diuina ſors in eis lōgo abuſu crebríſque mortalium rerum affectib⁹ inquinata euanuit, móſque humanus ꝓualuit, tunc primū dedecori ſuccubuerunt. Tūc ſane Deus deorum Iupiter q regit oīa legib. cū deprauari generoſam ſtirpē aduerteret, homines illos punire voluit, vt rurſum adepti tēperantiā modeſtiores melioréſque euaderēt. Hęc Plato in Critia. Cū igitur à primis ſeculis dei cult⁹ apud hoīes fuerit ac ꝓfeueret, nō extimādū eſt talē cultū ſolo humano inuētu & ꝓ legum cōditores duntaxat inſtitutum ad coercendos malos vt peſſima ſceleſtium opinio ꝓdicat, ſed exiſtimare debem⁹ cōem ipſam oīum gentium religionem ex ea diuinam naturam humano gñri eſſe admodum naturalem, & Deum ipſum vt vniuerſale principiū reaʳ, & nō ſola apprehēſione exiſtere in rerū nā, qm̄ vt iam dixim⁹ ante familias & ciuiles cōgregationes viguit in orbe religio, & hoīes ſparſi deū coluerunt: & legum conditores numina timuerunt & obſecrati ſunt. *Cultus diuinus immutabilis quomodo ſit.*

Nec obſtat ꝓpoſito noſtro, ꝙ apud diuerſas gētes diuerſi ſunt ritus & religionis inſtituta, & apud eandem gentē ꝓ diuerſo tpe mutanť leges de colēdo Deo & nouæ creſcūt: eſt em̄ apud hoīes diuinus cultus ſicut ſermo & cibus & veſtitus. Naturale nanque eſt homini loqui & comedere & veſtiri. Quod autem ſic vel ſic loquať comedat veſtiatur, non eſt naturale, ſed voluntarium, naturalia em̄ nō mutātur ſed ſemper permanent. Illa igitur naturalia ſunt homini & permanent, modi autem loquēdi & comedendi variationem à rōne humana & voluntate ſuſcipiunt. Sic & diuinus cultus homini quidem naturalis eſt: modi autem & ritus & cæremoniæ ſub ratione & voluntate ſunt, ideo ille ſemꝑ ꝓmanet, modi autem & ritus ſæpe mutati ſunt & mutabuntur. Stultum eſt igitur & impium negare Deum eſſe in rerū natura, & qui huius ſunt ſententiæ, ex hominum cœtu delēdi ſunt, vt corrupti & abominabiles in ſtudijs ſuis, & totius humanę moralitatis deſtructores. Quod autem iuſta nō ſolum decreto & lege humana, ſed natura iuſta ſint, determinandum à nobis eſt cum de iuſtitia & iuſto ſermonem facimus. Nunc autem ſatis nobis ſit ꝙ Deum exiſtere in rerum natura & ꝓbatum & defenſatum fuerit quantū ſpectat morali negocio. Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Deum de omnibus curam habere oſtendit.

IN ſcḋo capite manifeſtandū nobis eſt, nō ſolum Deum in rerum natura exiſtere, ſed & humana oīa curare. nam vt inquit Plato inter hoīes quidem impie aliqui negarunt deū exiſtere: nonnulli autē conceſſere Deos eſſe, de rebus tñ curare humanis, minimè arbitrantur: quos in hoc capite redarguere conabimur. Primo igitur quod fuerit eorum falſum fundamentum aperiemus: ſecundo contra eos gratia

ſuſten

ſuſtentandę veritatis arguemus, tertio ſoluemus eorum falſam rationem ſuper quam fabricati ſunt iniquitatem ſuam.

Quę ratiõe quidam abſolerint à Deo omniũ curam.

Quantum ad primum aduerte vt refert Plato ſecũdo de repu. & in decimo, de legibus, qui Deum eſſe cõcedũt ideo negant ipſum humana curare, qm̃ vident audiuntq́ impiorum ac iniuſtorum hominum publicè & priuatim ſucceſſus bene ac feliciter ſe habere, & licet re vera felices non ſint, vulgo tñ felices habentur & carminibus multiſq; laudibus extolluntur. Hoc eodemq; ſigno vident ſceleſtos homines ad ſenĩũ vſque deuenire, vt filios atq; nepotes in maximis relinquant honoribus. Audiunt etiã & ſępe nos vidimus nonnullos quamuis iniuſtè ac impiè multa geſſerint, ꝓpter ipſa tamen ſcelera ex re parua in magnã, ex infimo gradu ad tyrannidem peruenisſe, ꝓpterea cum Deum, quem optimum eſſe contendunt vt harũ rerum autorem incuſare nolint, nec aduerſus eum peccare, ad hanc deducuntur ſua abſurditate ſententiam, vt licet Deum credant, ab eo tamen res humanas negligi arbitrentur, neque illi curam eſſe ſiue bonus, ſiue nequam fueris, nec ꝓ virtute prędmium, nec pro flagitio ſupplicium tibi à Deo præparatum eſſe.

Quantum ad ſecundũ aduerſus eos hanc proponit Plato concluſionem, quam in decimo de legibus ſic deducere conatur. Qui Deum in rerum natura verè eſſe concedunt, hũc conſequenter potentiſsimum, optimũ, ſapientiſsimumq́ eſſe aſſerunt. Sunt enim huiuſmodi diuinæ ꝓprietates apud omnem ratione vtentem, ſi potentiſsimus: ergo poteſt quęcunque mortales & immortales poſſunt: ergo non eſt ex impotentia ꝙ humana nõ curet, cum vtique facilius ſit humana vtpote minora curare, quàm cęleſtia corpora eorumq́ motus perpetuo regere, & inferiorum generationem cœlorum motibus adminiſtrare, ſi optimus eſt: ergo neque pigritia, neque molitie, neque otio carpitur, neque voluptate, neque dolore frangitur: Hæc enim ſummę bonitati aduerſantur. Deus ergo vt optimus nihil negligit, nec humana cõtẽnit, præcipuè cum homo inter cætera animalia ſit Dei diligentiſsimus cultor, ſit ſapientiſsimus: ergo ſic videt auditq́; omnia nihilq́ue ipſum effugere põt, quod ſenſu aut intellectu percipitur. Ergo ſi humanis non ꝓuidet, nec ea curat, id ex ignorantia prouenire non poteſt, forte dices id non ex ignorãtia eſſe ſed cũ parua & vilia ſint hęc humana reſpectu ſuperiorum, licet ea ſciat tñ negligenda iudicat vtpote indigna tanto curatore. Sed cauendũ tibi eſt q ſic dicis, ne Deum maximum & optimum mortalibus opificibus vilioré facias. Nam medicus totũ corpus curare volens, ſi magnis ꝓuiderit, & parua contemperit nunquam ipſum totũ bene ſe habebit, ſed nec gubernatores, nec imperatores, nec patres familias, nec vlli omnino tales paucis paruisq́ue neglectis rectè multa & ingẽtia gubernabũt. Nã lapides magnos ſine paruis bene ſtrui negant architecti. Caueamus ergo ne Deum mortalibus opificib⁹ vilioré putemus, iſti ſane quãto peritiores ſunt, tanto arte vna in ꝓpriis eorũ operib⁹ & parua ſimul & magna exquiſitius perficiunt. Deus ergo q ſapientiſsimus eſt, & curare poteſt vt potentiſsimus & vult vt decet ſummã ei⁹ bonitatẽ, magnis quidem prouidebit ſolũ, parua autem quæ facilius curari poſſunt, propter pigritiam & ignauiam negliget? Nullo igitur modo hanc de Deo opinionem admittendam puramus: quoniam falſa & penitus nefaria eſt hæc cogitatio, ſentiendum eſt igitur & omnino confitendum Deum eſſe, & humana omnia curare.

Impiũ eſt aſſerere Deũ non humana curare vel ex ignorantia aut ex eius excellentia.

Deus omnib⁹ prouidet & iuſtiſsimè omnes regit.

Quantum ad tertium aduerte, vt liquido ſcias adductã rationem nullius eſſe roboris quàm ꝙ de Deo ſupponenda ſunt duo, primo ꝙ toti vniuerſo prudentiſsimè prouidet, ſecundo ꝙ iuſtiſsimus eſt hominum iudex. Pro notitia primi aduerte vt inquit Plato in decimo de legibus, quòd Deus toti vniuerſo prouidet, ad virtutem ſalutemq́ue totius omnia ordinat, cuius quælibet pars vt poteſt & conuenit agit & patitur, atque his ſingulis propoſiti ſunt principes, qui minimarum etiam actionum & paſsionum ſingularum partium curam habent. Quarum vna tua ô miſer (inquit Plato) particula eſt quæ & ad totum ſemper reſpicit quamuis minima ſit. Tu vero ignoras omnẽ ſingulorũ operationem & generationem illius gratia fieri, vt ipſius vniuerſi beata vita ſit, eiuſq́ue ſubſtantia non tui gratia eſt, ſed tu illius gratia factus. Medic⁹ enim & omnis artificioſus opifex, totius gratia omnia facit, & ad cõmunem perfectionem dirigit ſingula, non totũ ad partẽ, ſed partes ſingulas ad totum referẽs. Tu autę qui ſic arguis turbaris ac moleſtè fers ſceleſtos ꝓſpere viuere ſi Deus humana curat: quoniã ignoras quo pacto quod vniuerſo optimũ eſt. Deo ipſi vt vniuerſali principi tolerare cõuenit, exigit em̃ omnimoda vniuerſi pfectio, vt & boni & mali exiſtãt, ſed boni quidẽ ꝓmia ſuſcipiẽt, mali vero ſupplicia non euadẽt, vt paulo poſt declarandũ nobis erit.

Non iõ Deꝰ iniuſtus eſt q mali proſperè ſe habent, boni verò malis quàm plurimis afficiuntur.

Pro notitia igit ſcđi aduerte, ꝙ cum cõcedentes Deum eſſe cõcedant ipſum optimũ, concedere neceſſe habent ipſum eſſe iuſtiſsimum, neq; em̃ ſtat iniuſtitia cum ſumma bonitate, proprium aũt iuſtitiæ eſt bñ meritos ꝓmiare, & malè meritos punire: ergo iuſtiſſimo Deo conuenit bonos remunerare & malos dãnare (vt inquit Plato) ĩ decimo de legib. tu ſ. ſceleſte ne cõfidas te adeo felicem fore, vt iudiciũ hoc deorũ effugias. Nunquã em̃ à Deo negligeris, nec ſi ita paruus ſis vt in terrę ꝓfundũ ingrediaris, nec ſi adeo ſublimis fias vt pẽnis eleuat⁹ in cœlum cõuoles, ſed cõuenientia ſupplicia dabis, ſiue hic manẽs, ſiue ad inferos ꝓfectus, ſiue ad remotiorem aut inacceſſibilẽ locum trãſlat⁹, eadẽ quoq; de illis rõ erit, quos ꝓ nefaria ſcelera ex paruis in magnos viros euaſiſſe intuit⁹, putaſti ad felicitatẽ ex miſeria pueniſſe, in quorũ opationib. velut in ſpeculo Deũ ad oĩa negligentẽ & humana nõ curantem inſpexiſſe te exiſtimaſti. Deciperis certe, qm̃ Dei maximi iuſtitia requirit, vt hui⁹ vitę ꝓſperitas in malis via ſit ad poſt hanc vitã, miſeriã & iuſtorũ labores ac ærumnæ ad felicitatem, & id quidẽ rõni cõſonum eſt, nã ſi aliter eſſet ex ſnĩa Platonis in decimo de republica, iuſtitia ipſa, q excellentiſſimũ iudicat bonum, iuſtis hominib. foret mala ob amorẽ iuſtitiæ cõtinuè laborantib, ſæpéque affectis iniuria, nec iniuriã vlciſcentib⁹ & bona pñtia æternorũ deſiderio cõtemnentib. neque apud hoĩes iuſtitiæ ꝓmium, imò verò ꝓ iuſtitia iniuſtũ ſæpe ꝓmium reportantib. Quãobrẽ ne bonũ bonis noceat, & iuſtitia ꝓmio careat, & Deꝰ optimꝰ de iniuſtitia arguatur credendũ eſt ꝙ iniuſti, qui viuentes pœnas iniuſtitiæ nõ dederunt ſaltem defuncti ꝓſoluant & iuſti inter mortales ſpreti ac oppreſſi apud ſuperos coronanẽ. Cõſtat ergo nõ negandã eſſe à Deo humanarum rerũ curam, ex eo ꝙ ꝓ hac vita ſceleſtos videmus ꝓſperè ſe habere, iuſtos autẽ ecõtra: nã vt inquit Plato in decimo de repu. Cùm Deꝰ ſapientiſſimꝰ ſit, qualis ſit iuſtꝰ, qualiſq́ue iniuſtus, ipſum nõ latet: ergo alter amatur, alter odio hẽ, vtpote Deo diſſimilis, Dei autem amico oĩa, quo ad fieri põtà Deo optima tribuunẽ, niſi qd mali ex priori delicto ei immineat: ergo de viro iuſto exiſtimandũ eſt ſiue in pauperie ſiue morbis, ſiue quibuſuis malis ex his, q̃ mala videnẽ cõſtitutꝰ fuerit, huic demum vel viuenti vel vita functo ad bonum aliqđ iſta cõducere. Neque em̃ à Deo optimo & iuſtiſſimo vnquã negligit, q conari voluerit iuſtꝰ euadere, & virtutis officijs quãtum homini licet Deo ſimilis fieri. De iniuſto autẽ econtra ſentiendum eſt, nã callidi & iniqui ꝓinde faciunt, vt curſores illi, qui ab inferiorib. quã bñ currũt, à ſuperioribꝰ minimè. Nã primo celeriter currunt, deinde tardiꝰ, tandẽ riſum à ſpectantib reportant, & ſine corona diſcedunt. Veri autẽ curſores ad finem ↄſtanter pueniunt, adeptiq́ue ꝓmium coronanẽ. Viris iuſtis ſimiliꝫ idẽ euenit, nempe in fine cuiuſque bonæ actionis ſuæ, ↄſuetudinis & vitæ ꝓbanẽ, muneraq́ue nõ ſolum à Deo, ſed & ab hominib. tãdem referunt, iuſti em̃ cum ad maturã ętatem puenerint, ciuitatis munerib. ꝓ arbitrio funguntur, matrimonia cum quibus voluerint dando & accipiendo viciſſim ineunt. De iniuſtis autem aſſero (inquit Plato) ꝙ plerique ipſorum, quãuis ad tempꝰ ſua vitia celẽt tandem quales ſint deprehenduntẽ, & in ſenio miſeri à peregrinis & ciuib. obiurgantẽ, eaq́ue aſpera patiuntur, q̃ re vera aſpera ſunt. Hęc igitẽ ſunt ꝓmia, q̃ iuſti ꝓ hac vita, & quæ mali à dijs & hominib. recipiunt. Verum (vt inquit Plato) hæc & numero & magnitudine nihil ſunt, ſi ad ea comparentur quę vtrunque defectum expectant. Hæc igitur eſt ſententia Platonis noſtri de cura & ꝓuidentia diuina circa humana, quæ vtique Chriſtianæ veritati cõſonat, vt tempore ſuo manifeſtabimus. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Deus, impiorum votis & obſecrationibus non flectitur.

IN tertio capite reprobanda eſt eorum inſania ex ſnĩa Platonis, qui etſi Deum exiſtere, & humana curare ↄcedant, tamen hominibus ſuadere contendunt, Deum munerib. orationib⁹, ſacrificiiſq́ue impiorum flecti & exorari. Hic igitur duo agenda ſunt, primo à quibus hic peſsimus error proceſſerit, ſecundo reprobandus eſt.

Opinio eorũ qui putant impiorum obſeruationẽ

Quantum ad primum aduerte ex ſnĩa Platonis ex ſecundo de repu. errorem hunc ſuaſum fuiſſe hominib. ex vatib⁹ & arioli & poẽtis. Vnde inquit Plato in ſecundo de repu. Vates & Arioli ad diuitũ ianuas accedentes perſuadent ſe à dijs hãc virtutem ſacrificijs & oblationibus acceptã, pur

bus ac ſacrificiis omnia purgari ac deleri.

gandi ꝑ celebritates & oblectamenta quædam ſi quod ab eis aut eorum maiorib⁹ ſcelus ꝓpetratum fuerit: nocēdi etiā cuicunque velint inimicorum ſuorū iuſto pariter & iniuſto. Aſſerunt q̄ppe tum blandimentis q̄buſdam, tum vinculis id eſt incantationib. ſe deos īducere, vt ſibi in his omnibus obſequant. Ad hæc oīa afferūt & poëtarum teſtimonia, quibus partim ꝓbant, ꝙ facile in vitium labimur, partim quòd Deus precibus noſtris muneribuſq̄ flectatur. Quo ad primum poëtæ carmina inducunt ſic decantantis. Mortales vitium penitus labunt̄ i omne Prȩcipites: qm̄ facilis via duxit ad ipſum. Virtutē ante ipſam dij poſuere laborem, Difficilesq̄ vias cunctis adeuntibus illam. Quo ad ſecundū Homerum inducunt in teſtem, q̄ inquit exorabiles conuertibilesq̄ Dei ſunt, & hos q̄dē ſacrificiis, votis libationibus & hōies cum peccauerint precantes vertunt. Sunt faciles ſuperi ꝑcib⁹ flectuntur, & iidē Sacrorum nidore pio placant ab ipſis: Nimium, votis hominum q̄ ſi q̄s in illos Errarit veniā rogitans concipit in aris, vltra poëtarum teſtimonia: ꝑdicti vates & Arioli libros circunferunt Muſei & Orphei: ſm quos ſacra celebrant, ꝓſuadentes non modo priuatis hominibus, ſed & ciuitatibus ſolutiones & purgatiões ſcelerum ꝑ ſacrificia fieri viuentib⁹ & defunctis: quas q̄dem Teletas, id eſt expiationes vocant, q̄ nos ab illis q̄ illic ſunt, ſ. apud inferos liberant, ſacrificiis autem intermiſsis, grauia ſupplicia nos manent. His igit̄ & ſimiljbus ſuadent huius erroris autores ſceleſtis & malis, ne de deorum indulgentia diffidant, qm̄ modo ſacrificent votaq̄ diis faciant, & de raptis ac iniuſtè partis offerant ꝓſeuerantes in malo Deum ſibi ꝓpitium faciunt, ſunt̄q̄ cauſa huius erroris doctores, vt mali & impij à malitia nō ceſſent, falſo ſibi perſuadentes victimis, votis & oblationib⁹ & muneribus etiā impiorū Deum placari, & bona largiri malis ipſum obſecrantibus. Verum quantum iſti aberrent declarandum nobis eſt in ſequētib⁹.

Non placatur Deus ſacrificiis impiorum ſed animi potiꝰ pœnitudine, ac puritate.

Quantum igit̄ ad ē, aduerte Platonem ꝯ hunc nefandiſſimum errorem hanc concluſionem ꝓponere. Qui hac opinione laborat impiorum omnium iure peſſimus iudicat̄, neq̄ enī impiorum victimis & ſacris, ſed pœnitudine & animi puritate ac vitę ſanctitate Deus placat̄, & iuſtorum p̄cātum vota exaudit, & q̄dē q̄ impiorum victimas & oblationes nō reſpiciat Deus: nec illis flectat̄: ific deducit Plato i 10. de legibus neceſſe eſt eum q̄ credit Deos iniuſtis hominibus veniam ꝓbere, ſi q̄s iniuſtus eis rapinæ particulam ꝓbuerit dicere eos eſſe veluti canes, q̄bus ſupi rapinę particulā concedant, & illi muneribus his placati greges diripi patiant.

Præterea, Aſsimilabunt dij gubernatorib⁹, qui libatione vini & nidore carnium deuoluti & crapulantes nauem nautasq̄ ſimul euertunt. Præterea erunt veluti aurigę: q̄ dum certant corrupti muneribus, curribus aduerſariorum victoriam ipſam concedunt, præterea, cum dij totum cælum gubernaturi ſint ac optimarum rerum cuſtodes: & in virtute cuſtodiæ maximè excellentes, ſi impiorum & ſceleſtorum munera ſuſcipiunt deteriores eos facimus q̄ canes & mediocres homines probos, qui nunquam muneribus ab iniuſtis hominibus impie acceptis iuſtitiam proderent. Nequaquam ergo hic ſermo ferendus eſt, & qui hac opinione laborat vt peſtis inter mortales exterminandus eſt.

Quod aūt Deus optimus ad animi puritatem reſpiciat & nō ad ſacrificia orationeſq̄ ac petitiões iniuſtorum, egregiè Plato in Alcibiade ſecūdo: ex Ammonis oraculo manifeſtat. Sic enī refert in ꝑſona Socratis dum Alcibiadē erudiret. Volo inſuper aliud ô Alcibiades tibi referre q̄d à ſenioribus accepi. Dicebant enī accidiſſe vt quoties bellum Athenienſes cum Lacedæmonijs gererent, noſtri & terra & mari infortunati eſſent, nec victores vnquā redirent: Quare turbatos Athenienſes, cum nō haberent q̄bus machinamentis tantā vitarent calamitatem decreuiſſe Ammonem cōſulere, quā ob cauſam dij Lacedęmonijs potiuſquā Athenienſibus victoriam largirent̄, cum tñ ipſi ſacrificia tum plura tum decentiora quā cęteri Græci offerrēt: ſimulachris donisq̄ templa ornāt̄s: & Lacedęmonijs nulla eſſet illorum cura adeo circa diuinū cultū parcis, vt animalia mutilata paſsim macta.et, & in aliis omnibus cęremonijs lōge admodū parcioribus quā Athenienſes. Poſtquā hęc dixiſſet nūcius interrogans quo pacto à pręſenti calamitate liberari poſſent, non multa reſpōdit ꝓpheta, id eſt Ammonis ſacerdos: Deus enī non ꝓmiſit. Vocans vero Athenienſium nuncium, ſic eum alloquit. Hæc dicit Ammon: placet mihi magis Lacedæmonū benedictio, q̄ reliquorum cuncta Græcorum ſacra. Nec plura reſpondit. Benedictionum vero nullam aliam prorſus Deus mihi (inquit Plato) dixiſſe videtur quàm Lacedæmonum orationem: per multum em̄ illa à cæteris differt. Reliq̄ nanque Græci partim auratis cornib. boues ſacrificātes, partim donarijs egregijs templa ornantes quæcunque occurrunt ſiue bona ſeu mala à dijs petūt. Dij vero cum illos male ꝑcantes audiunt ditiſsimas eorum pōpas & ſacrificia nō acceptant: Diligenter igitur aduertendū eſt q̄d orandum quidve nō orādum ſit. inuenies quoque apud Homerum horum ſimilia: inquit em̄ Troianos cum ſuburbanum ædificiū molirent̄, dicare dijs immortalib. ꝓtioſa ſacrificia boum: nidorem vero ex littore ſuauem ad cęlum vſque ventis extolli, ſed beatos deos illo minimè veſci, quippe quibus Ilion & Priamus & Priami popul⁹ odio ſint. Itaque Troianis nil ꝓderat ſacra ac munera illis temere offerre: cū aduerſos deos haberent. Neque em̄ talis eſt dei natura vt ducatur muneribus: quemadmodum improbus fœnerator, ſed & nos nimium deliram⁹: ſi qm̄ nos Lacedęmonijs ꝓpter munera acceptiores eſſe Deo credimus: etem̄ graue eſſet ſi De⁹ ad donaria & ſacrificia nr̄a potius reſpiceret quam ad animum: vtrum iuſtus ſanctúſque ſit, ad quem Deum arbitror multo magis attendere q̄ ad multi ſumptus pompas atque ſacra: quæ nihil ꝓhibet eum qui multa in Deum & hoſes peccauerit ſiue priuatus ſit, ſiue reipublicę ꝑfectus ſingulis annis offerre: Deus autē vtpote à munerib. incorrupt⁹ ſpernit hæc oīa vt ipſe & eius ꝓpheta prędixit. Vnde perſpicuum eſt & apud Deum & apud homines ſanæ mentis iuſtitiam & prudentiam præcipuè honorari: prudentes autem iuſtíque ſunt qui ſciunt quæ erga Deum & homines dicere & agere deceat: ficque ꝓ omni eorum vita ſe habent. Conſtat igitur & ratione & exemplo quàm peſtifera ſit eorum ſnīa: qui deos credunt impiorum orationibus & ſacris flecti ac placari: & eorum vota exaudiri.

Tria nobis ſaluberrima de Deo credenda ſunt.

Vt igitur humanæ moralitatis primum ac ſolidiſsimum Plato ꝛiceret fundamentū: tria nobis prudentiſsimè de Deo credenda ꝓpoſuit: primo quidem fateri neceſſe eſt: ꝙ non ſua ſponte mouetur mundus ſine vita. Neque tandiu & regulariter voluitur ſine potentiſsima vita. Neque tanto ordine ſine ſapientiſsima mente: neque tam optimè & cōmodiſsimè ſine mente ſummè bona, & hic eſt Deus mundi autor, motor adminiſtrator & finis. ſecundo fatendum eſt hanc ſapientiſsimam & optimā mentē totius ſui operis curam habere: nulliq̄ ſque illius partes negligere quantumcunque minimas, ex ſingulis em̄ cōſtat optimus totius ſtatus & perfectio. Tu tñ aduerte vt iam ꝓdiximus qm̄ totius mundi compagno grā diuinæ bonitatis manifeſtandæ inſtituta eſt, & mundi partes grā ipſius cōpagis appoſitæ ſunt, nō eſt in toto hoc opere ſumma & infinita ꝑfectio requirenda, ſed quanta ſufficit ad ſublimiorem Dei autoris bonitatem pro viribus indicandam, neque exigenda eſt in qualibet huius mundi parte quęcunque partis illius, ꝑfectio ſed q̄ cæteris partib. concinnat, totique conducat, & ſic licet nonnunquā aliqua alicuius partis cōditio videatur per ſe conſiderata eſſe culpanda: ſi tñ ad totius ſtatum comparetur, inueniem⁹ non aliter poſſe mundum ipſum bene diſponi: vniuerſi ſiquidem conditor, non totum ad partes: ſed ecōtra refert. Hinc eſt ꝙ quę alicubi circa partes vel mala vel deformia videnī denique in totius mundi ornamentum & bonum euadunt, curat igitur Deus ſingula: & vt inquit Plato in 4. de legibus Deus omnium principia media & fines continet. Ambit cuncta: & ſingula recte diſponit: eius autem ꝓuidentia erga homines eſt vt inquit Orpheus velut humani generis nutrix, Bonis em̄ ac pijs ꝓpitius, ſuperbos autem & impios punit. Sicque nobis ꝓuidet vt non auferat arbitrij libertatem, vt optimè ſentit ac docet Plato in 10. de repu. in lib. de regno: & in Critia. Sic em̄ Deus eſt omnium rerum moderator, ꝙ cuiuſque rei naturam non ſubtrahit ſed ſeruat quam dedit, vnde & elementa ſic regit ac curat, ꝙ leuibus aſcendentib⁹ conducit ad aſcenſum: grauibus autem ad deſcenſum. qm̄ regit animalium motum ꝓgreſsiuum: eis ad gradiendum confert: Qm̄ cælos ducit, qm̄ ob rotunditatem volubiles natura ſunt, cōfert ad circuitus ambitum. Quando humanos pulſat animos, qm̄ illi ſurſum deorſúmque libere volubiles ſunt: pulſat ſed libere: nō enim cogit, ſed allicit & ſuadet: ficque omni naturę cooperatur: vt natura ipſa exigit. Tertio fatendum nobis eſt ſi boni eſſe volumus ac demum beate viuere: deum iuſtiſsimum eſſe, neque placari precibus impiorum ſed reuertentium ad cor. Nec eorum ſententiam attendere de quibus inquit Plato in decimo de legibus: quòd profitentur ſe deos cantibus ſacrificijs votiiſque mulcere: & hoc lenocinio conantur domos & vniuerſas ciuitates pecuniarum gratia perdere. Hæc de primo tractatu

Oratio Lacedæmonum Deo acceptiſſima.

dicta

dicta ſint,in quo ad mentem Platonis perſtrinximus, quam de Deo ſententiam habere debeat homo & quam fidem, vt bonus ac ſtudioſus euadat.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in Ethicen Platonis,quinque cõplexus capitibus.

¶ De cognitione ſuiipſius.

POſt cognitionem & fidem,quã de Deo glorioſo habere neceſſe eſt,& boni efficiamur,arbitratur Plato cognitionem,qua ſeipſum cognoſcat homo omnino fore nobis neceſſariã:qm̃, vt inquit in primo libro Alcibiadis, nunquam ſcimus qua arte & diſciplina meliores effici poſſumus, quandiu nos ignorauerimus, ſicut noſce non valemus qua arte pedes,aut manus,aut caput ornentur,niſi prius pedẽ & manũ & caput nouerimus.Neq; medicorum aliquis corpus humanum curare,& ad melius deducere poterit,niſi corporis cõplexionem nouerit. Decipiunturq́ pleriq; mortalium, dum externa bona ſibi parant, & corporis ſui ſaluti intendunt,ſeipſos curare opinant̃,neq; em̃ arte, qua noſtrorũ aliq̃d meli⁹ efficimus nos curamus, ſed qua nos ipſos ad melioré frugé ducim⁹,cuicũq; ergo pecuniæ ſup oía curę sũt, nec ſe,nec ſua,ſed ꝓcul ab eo ſunt, & in manu fortunæ curat,& q̃cunque corporis ſui curam habet,ſua q̃dem,non tñ ſeipſum curat,licet em̃ corpus ſit quid hominis,non tñ homo,vt aperiemus,vt igit̃ in primis nos curare valeamus,deinde noſtra,& tertio loco externa, quibus ꝓ huius vitæ ſalute aſsiduè indigemus, oportet omne noſtrum ſtudium ad hoc conuertere,vt nos ipſos cognoſcamus,& hac de cauſa (vt inqt Plato in primo Alcibiadis,) in Delphico Apollinis oraculo inſcriptum eſt,Noſce te ipſum,vt ſ.te ipſum curare valeas.De cognitiõe igitur ſui ipſius in præſenti tractatu acturi ad mentem duntaxat Platonis, diuidemus ipſum in quinque capita.Primò, quidem aperiendum eſt in doctrina Platonis quid ſit homo.Scdò à quo ſit. Tertiò quod ſit eius officium.Quartò q̃ ſint ad hominẽ ordinata, & ad quid ordinatus ipſe.Quintò qm̃ dicemus ex ſententia Platonis hominem eſſe animam,ex conſequenti cognoſcente ſe anima, cognoſcit homo ſeipſum,manifeſtandum erit in quo præcipuè velut in ſpeculo & in ſuo exemplo cognoſcit ſe anima.

Suã notitia quam neceſſaria ſit hominibus.

CAPVT I.
Quid ſit homo.

IN primo capite diffiniendum nobis eſt de mente Platonis quid ſit homo.Tu igitur aduerte ex his,quæ ſparſim in ei⁹ doctrina annotauimus,ſic diffiniendum eſſe. Homo eſt anima rationalis,mentis particeps,immortalis,vtens corpore, ſingulas particulas manifeſtabimus.

Homo eſt anima.

Et primo quidem ꝓ homo ſit anima,Plato in primo Alcibiadis ſic deducit. Homo vtitur toto corpore:ergo non eſt ipſum corpus ſemper enim aliud eſt vtens, & quo vtitur, vt aliud eſt citharœdus,& aliud cithara quã pulſat.Sed corpore non vtitur niſi anima,ergo homo eſt anima. Antecedens quidem ſic declarat,illud vtitur corpore q̃d corpori imperat,ſed anima duntaxat corpori imperat,quandoquidẽ aut corpus imperat corpori,aut anima & corpus imperant corpori,aut anima tm̃ imperat corpori,non primum:qm̃ ꝓpriũ eſt corporis ſubiici & eſſe ſubiectũ animę:ergo corpus non imperat,ſed deſeruit.Non ſm:qm̃ altero non dominãte:nulla coniectura eſt vt ſimul vtrunque domineť. Cùm igit̃ nec corpus,nec anima,& corpus, ſimul imperent, reſtat vt ſola anima imperet corpori,& vtatur corpore,ex cõſequenti ipſa anima ſit homo, & aduerte ꝙ Plato in primo Alcibiadis hac ratiõe inducta ſic ad Alcibiadẽ in perſona Socratis inquit. Adhuc ne liquidius monſtrari tibi oportet animã eſſe hominem?Cui Alcibiades,non per Iouem,hæc enim ſuffice re mihi videntur Cui Socrates,& ſi non in integrũ hæc diſcuſſa ſunt,mediocriter tamẽ inducta,in præſentia ſufficiũt.

Homo eſt anima rationalis ac mẽtis parti cips.

Secundò ꝙ humana anima,quam concluſit Platoeſſe hominem,ſit rationalis,id eſt diſcurſu & ratiocinatione vtens dum intelligit corporea hæc & naturalia, velut cuilibet noſtrum patens experientia,nõ aliter in Alcibiade aperit,experimur enim animam noſtram in ſeipſam circulo quodam ratiocinationis ſe ſe animaduertẽdo reflectí:ergo rõnalis eſt.

Tertiò ꝙ ſit mentis particeps,id eſt ꝙ apta ſit Deum maximum,quem primam mentem appellat Plato, aliquasq́ intellectuales ac diuinas ſubſtantias, quas & mentes vocat intelligere,deducit ex hoc ꝙ ipſa eſt diuinę mẽtis imago & ſimilis effect⁹,& à ſeipſa vt ab imagine & effectu ad diuinã mentem,quę eſt animæ exemplar & cauſa intellectuali intuitu cõuertitur,ſimile nanque ſimili cognoſcitur.Verũ aduerte apud Platonem,ꝙ aĩa humana non tam diſcurſu & ratiocinatione à ſenſatis ad diuina ſpeculanda conſcendit,vt voluit Ari.ſed ſuſceptione diuini luminis, quo illuſtrata in diuinam mentem velut riuulus in fontem refluit.Quo ſupra ſe rapta ipſum diuinum bonum,ipſum pulchrum,ipſumq́ iuſtum intelligit,quorum cõtemplatione vt inquit Plato in Phędro nectar,& ambroſiã optima anima Deo ſimilis effecta Deumq́; ſecura deguſtat,& hæc eſt deorum vita. Verũ de his copioſè acturi ſumus cum de hominis vera felicitate ad mentem Platonis loquemur.

Quartò ꝙ ſit immortalis,Plato in Phædonæ & Phædro & Timæo ex ꝓpoſito pertractat,in Phædone quidem longa & multiplici diſputatione,quam Socrates habuit cum amicis conſolatoribus in carcere,inter quos Cebes ſic ꝓpoſuerat.Valde ambigunt hoíes ó Socrates,ne aĩa à corpore ſeparata nuſquam ſit vlterius,ſed eadem die, qua homo morté obierit intereat,nec vſquam vlterius ſit aliq̃d, ꝓfecto ſi eſſet alicubi collecta in ſemetipſam, & ab his malis liberata, multa nimirum & bona nobis ſpes eſſet ó Socrates, ſed ad id ꝓſuaſione & fide non parua opus eſt,vt credatur ſupereſſe animam poſt hominis interitum,& aliquã vim intelligẽtiámq; hãe.Cui Socrates ſic rñdit, anima mortem quidẽ vt in ſuperiorib.conſtat non recipiet,quéadmodum ternarius nunquã par erit,neque par erit impar,neque ignis frigidus neque calor frigiditas,imminente igitur homini morte, q̃d mortale quidem eſt interit,quod vero immortale incorruptum ſoſpéſque morti ſe ſubtrahit.Itaque maximè omnium ô Cebes aĩa immortalis incorruptibiliſque eſt,ſic Socrates cõcluſit,quã quidem concluſionem ſparſim in doctrina ſua multiplici ratione fi mare conatus eſt,& nos pro nunc tres referemus.Reliquas tu vide ad placitum in Tractatu noſtro quem de aĩę humanæ indeficientia diſpoſuim⁹, in quo quadruplici via ad intentum noſtrũ ꝓceſsimus,ſ.via Peripatetica,via Academica,via naturali,via Chriſtiana.

Socrates quãcũ ſocijs ſuis rõcinatus fuit animæ immortalitatem.

Prima igitur rõ ad mentẽ Platonis eſt hæc.Anima rationalis in operatione ſua nõ pendet à corpore : ergo immortalis eſt,conſequentia vtique nota:qm̃ modus operandi ſub ſequitur modum eſſendi:ergo ſi poteſt operari ſine corpore poteſt exiſtere ſine corpore. Antecedens autẽ ſic manifeſtũ fiet.Si anima in operando penderet à corpore:ergo quanto magis inhæreret corpori corporeíſque naturis,tãto in operando ꝓfectior appareret:qm̃ vnũquodque perfectionẽ ſumit à principio,à quo pendet,tantóque magis quãto illi copulatur.Sed in aĩa,quo ad intellectum & voluntatẽ ꝺrium experimur:nã qñ intellectus circa corporea occupatur aut nihil cernit omnino,aut non ſyncere diſcernit ſenſib.& phãtaſia diſtractus,atque deceptus,voluntas inſuper affligitur dum varijs & multis propter corpus vexatur curis. Qñ vero corporea deſerit,& ſopitis ſenſibus aut reſtrictis ne multiplici ſenſibilium perceptione diſtractionem patiatur, & expulſis phantaſmatum nubibus aĩa per ſe aliquid ſpeculaſ, tunc intellectus in ſuo conſtitutus vigore,ſyncere diſcernit & clare penetrat omne in quod intenderit. Cuius rei ſignũ ex eo ſumitur(inquit Plato in Phædone)quod ꝓ dormitionis quietem,aut per aliam à corpore ectaſim,vt in pluribus vaticinia ſumunt̃.Ideo nonnulli cum ſunt prope mortem futura ꝓdicunt,quaſi tunc illa videant in ſupernis numinibus deſcripta,quibus ex ſui natura iungitur animus mõ nõ deprimatur à corpore.Quòd & Socratis ꝓbatur exemplo,qui à falſis iudicib.tractus in iudicium,prædixit iudicib.pœnitentiã,accuſatorib.ruinã,ciuitati ſeditionem.Deinde in carcere detentus,mortis ſuæ diem ꝓſignauit demonſtratum ſibi à numine ꝓ ſomni quietem.Si ergo oía vt intellectiua ex ſeparatione corporis ꝓficit in operatione ſua, & quãto magis igitur in corpore tanto magis deficit, ita vt penè nihil differat homo à bruto,ꝓ conſtanti habemus aĩam non pendere à corpore.Ex his de mente Platonis ſequitur,ꝙ ſi quãto magis mẽs in hoc corpore demergitur tanto magis à ſua intellectuali ꝓfectione deficit,& quanto diſcedit longius, eo magis proficit,tunc fore perfectiſsimam mentem,quãdo penitus ab hoc corpore euolauerit.Stultum eſt enim arbitrari inde eſſe animæ interitum,vnde eſt eius ſumma perfectio integra vita & perpetua.Hæc ſit prima propoſiti ratio apud Platonem.

Quomodo ꝓbetur Peripatetice anima immortalis.

Animam magis à proprio opere impeditur per cõiunctionem ad corpus.

Anima propꝑe mortẽ ratiocinatur.

Secunda eſt,nulla res principio & cauſæ à quib⁹ pẽdet, repugnare,aut aduerſari poteſt.Aĩa humana vt rõalisquãtum poteſt & proprio corpori & oíbus corporibus nititur repugnare:ergo nec à proprio corpore, nec ab vllo cibo

Nihil ſuopri cipio aduerſatur, vel repugnat.

pendet:ex conſequenti immortalis eſt. Maior quidem de facili conſtat quoniã ſi res principio à quo pendet repugnat, ſuæ ſeruationi non intendit,ſed deſtructioni,quod naturali deſiderio obſiſtit: innatum eſt enim cuilibet enti deſideriũ ex natura ſeruare ſe in eſſe quantum poteſt. Præterea, nihil ſibiipſi naturaliter & ex intento ſiue à propoſito nocere põt.Sed ſi res principio,à quo pẽdet aduerſatur, ſibi ipſi ex ꝓpoſito noceret. Quicquid enim agit, agit auxilio cauſæ à qua pendet: ergo in operando ſibiipſi impedimentum ꝓſtaret.Nihil ergo in rerũ natura principio,à quo pendet repugnat ſed ſe ad illud conuertit,illi ſe coniungit quantũ põt, vt ex eo ſit operetur & perficiatur.Minor aũt ſic declaratur ex Platonis doctrina. Animæ humanæ, vt intellectiuæ, duo præcipuè conueniunt,ſpeculari ſ. & conſultare,in ſpeculatione niſi corpori aduerſaretur veritatem non attingeret, ſed monſtruoſis inuolueretur erroribus. Quod vtique experiri poſſumus in ſpeculatione ſummæ,ac primæ cauſæ,cæterarumq; ſubſtantiarũ immaterialiũ.nã ſi ea q̃ nobis offeruntur à ſenſibus exterioribus huius noſtri corporis & ab intrĩ ſeca imaginatiua illis attribuere voluerimus, Deũ & alias diuinas mentes concludemus non aliud eſſe quàm quid corporeum dimenſionatum,figuratum,coloratum loco ſituq́ue circunſcriptum,quæ omnia ab illis ſimplicibus indiuiſibilibusq́ue ſubſtantiis neganda ſunt.Sic nanque Plato in Sympoſio nos docuit ſpeculari primũ ſummũq́ue bonũ & pulchrum,quem Deum nominamus & colimus,vt ſ.contemplemur ipſum ſincerum integrum purum ſimplex:non humanis carnibus non coloribus nõ aliis mortalibus nugis contaminatum,ſed ipſum ſecundum ſe pulchrum diuinũ. Has autẽ diuinas excellentias & proprietates non à corpore, nec à corporis ſenſu nec ab imaginatiua accipit anima, ſed ex eo quòd quæcunque ſibi oblata diffugit eisq́ue offerentibus aduerſatur:repugnat ergo quantum poteſt anima dum ſpeculatur corpori proprio & omni corporeę naturę.

Anima quo modo ſemꝑ in ſpeculando corpori aduerſetur.

Ex conſultationis opere apparet animam parti corporeæ repugnare.

Quod autẽ in conſultatione anima vt rationalis repugnet corpori,de mente Platonis ſic declaraẽ.Corporea virtus appetitiua,quam concupiſcibilem dicimus,ad laſciuos amores,ad gulam,ad oblectamenta inhoneſta, ad omnes deniq; intemperantias nos impellit.Sed ratio,id eſt anima vt intellectiua contemplationis & virtutis gratia abſtinendum iudicat:& vt imperat ſæpenumero abſtinemus:ſubire pericula,cor trepidat,ſed ratio tutandæ patriæ aut defenſandę fame gratia ſubire pericula iubet, illata iniuria aut contumelia,ſanguis ad vindictam circa cor accenditur.Sed ratio & pacis & ocij cauſa ſiſtere iubet & cohibet.Patet ergo,ꝙ cõtinuè anima vt intellectiua corpori aduerſatur, vt bene ac virtuosè viuamus:quod vtique nõ ageret ſi pẽderet ex corpore.Nam ſi nulla in nobis eſſet natura alia q̃ corporea & pendens ex corpore:ſtatim cum corporis affectio nos traheret aut retraheret prorueremus vt bruta, nullo cõſilio nullaq́ue deliberatione habita.Eſt igitur aliquid in nobis ſupra corpus inquit Plato:& ab ipſius ſtirpe ſemotum.

Quomodo anima intelligendo non dependet à corporeo inſtrumento, ſicut in cæteris eius operibus.

Tertia eſt,anima vt intellectiua operaẽ ſine corpore:ergo poteſt exiſtere ſine corpore.cõſequentia quidem cõſtat ex eo ꝙ modus operandi conſequitur modum eſſendi:ſi ergo operatur ſine corpore,exiſtere põt ſine corpore. Antecedens vero in Platonis doctrina ſic manifeſtabitur. Quando anima corpus vegetat nutritione & augmento, & generatione,qua ſibi ſimile in ſpecie ꝓducit, ꝙ corpus operarur, ſunt enim determinata organa,per quæ ſic operatur, vt ſtomachus & hepar & genitalia.Quando anima exteriori ſenſu ſenſibile attingit,ꝙ corpus operatur:ſunt enim manifeſta nobis organa,quibus ſenſitiuæ vires alligantur, vt vſus oculo,auditus auri,guſtus linguæ. Quãdo imaginatur aut cogitat aut memoratur ꝙ corpus operatur:interiores nãq; ſenſus in capite certis ac diſtinctis locis ſituãtur,& phantaſia ꝙ imagines ac idola reuoluitur, q̃ ſingula referunt corpora. Qñ vero ꝙ intellectum ſpeculatur ſine corpore operatur.nã intellectus ſeipſum intelligit.& ſe intelligere: & obiectum vniuerſale ab omni cõditione materiali ac indiuidua depuratũ,vt ꝙ ſe hoĩem ꝙ ſe lapidem,qđ quidem vniuerſale Plato appellat ſpeciẽ ſiue ideã. Hãc autẽ operationem exercet anima ſine organo.qm̃ vt experimur nulla vis animæ organo alligata attingit niſi ſingulare, conſtat ergo ꝙ licet anima vt vegetat & ſentit operetur per corpus tñ vt intelligit & ſpeculatur operatur ſine corpore, quoniam ſine organo, ergo vt intellectiua exiſtere põt ſine corpore,ex conſequẽti non pendet à corpore,nec deficit deficiente corpore,ergo pro certo cenſenda eſt immortalis.His rationibus addẽ dũ eſt,quod inquit Plato ſcribens in Epiſtolis ad Syracuſanos,ſic eũ inquit,credendũ eſt ſemꝑ priſcis & ſacris oraculis aſſerentib.aĩam hominis eſſe immortalẽ:iudicémque hãc pœnas pati maximas, cũ à corpore ſeparata fuerit.Quapropter minus malum exiſtimandum eſt ꝓpeti grauiſsimas iniurias quã inferre:quãquam auarus homo mentiſq́; inops aut non audiat aut deridere ſoleat,voluptatibuſq́ue dedit' quaſi cæcus non cernat,quã maximum ſemper malum viuẽtem impie ſequatur.Et poſt mortem quàm miſera demigratio eum maneat.Hęc Plato,Pro manifeſtanda igitur animæ noſtræ immortalitate apud Platonem hęc dixerimus. Ampliora autẽ inuenies in tractatu prædicto,quem edim' de indeficientia animæ humanæ in quadruplici via quarum ſecunda eſt via platonica:& tu ad placitum vide illic.

Quinto eſt vtens corpore, & id quidem qm̃ ſenſu patet non aliter manifeſtandum eſt.rõ tñ inueſtiganda quare indiget corpore vt inſtro & quali corpore.Tu igitur aduerte,cũ Deus optimus, hominem inſtituerit inter diuina ac ſuperiora entia & inferora medium,ei conuenit actio, qua cõicat cum diuinis,& hęc eſt ſpeculatio,quę eſt ſolius mentis, quę eminentiſsimè Deo maximo conuenit,ſeipſum eñ cõtemplatur & ſe contemplando,ſuam videt potentiã, & hãc intuens quęcunque à ſe ꝓducibilia diſcernit,& vno ac ſimpliciſsimo intelligendi actu ſeipſum.ſuã virtutem atq; potẽtiã,& vniuerſum opꝰ ſuum ꝓtemplaẽ.Sic & alię diuinæ mẽtes,quas intelligẽtias dicimus,ſeipſas & opera ſua Deũ & diuina eius opera ſpeculanẽ:& hæc eſt oĩum operationum pfectiſsima,in hac exercenda:ſicut nec Deus:nec intelligẽtia,ſic nec rõnalis aĩa ad mẽtem Platonis indiget corpore: non eñ externa indiget materia,vt fabricatio, neq; corporali organo,vt ſenſus,neque figurat alienã materiã:ſed ſeipſam ornat & ꝓficit,neq; cito fatigatur,vt in alijs opationibus,neque moleſta aut triſtis aut indiga eſt,ſed facilis quieta & gaudio ꝓfuſa incõparabili.ex hac igiẽ contemplatione aĩa cũ ſupernis numinib.cõuenit,pro qua non vtitur corpore,imò vt ſuprà diximus,quãto magis abſtrahitur à corpore & corporeis naturis,tãto in ea magis ꝓficit.cõuenit inſuper illi actio cõis brutis cęteriſq; animãtib.inferioribꝰ. Homo eñ cũ beſtijs ĩ nutritiõe ſenſu & ſenſuali affectu ꝙuenit ſed nutriẽdi ac ſentiendi & appetẽdi ſenſuaĩr opatio,nõ niſi corpore exerceẽ,iõ vt hmõi opationes nobis non deficiãt neceſſario anima rationalis pro hac vita corpore vtitur.

Quæ ratione indigeat anima corpore vt inſtrumẽto, & quali corpore.

Corporum tria ſunt genera apud Platonem.

Vt vero ſcias quali corpore eget aĩa rõnalis pro exercẽdo actu vegetandi ac ſentiendi & appetendi, aduerte ꝙ in doctrina Platonis corporum tria genera annotauimꝰ. Sunt eñ corpora aliqua ab omni penitꝰ corruptione ſemota: vt cæli quorum neque ſphæra,neque particula aliqua corrumpitur.Sunt & corpora his penitus oppoſita:vtpote omnino caduca,veluti ligna & lapides cęteráque ex quatuor elemẽtis compoſita.Sunt & corpora media:vt elementorum quatuor ſphæræ, partim corruptibilia,partim ĩcorruptibilia,ipſa nãque totiꝰ elemẽti ſphęra,ſuã ſeruat ſpeciẽ,ſuũ ſitũ,ſuã q̃ virtutẽ,particulæ vero eiꝰ in vno ſitu orbis deperdunẽ in alio reſtaurantur:vt plurimum aquæ corrũpitur in meridie,ꝓpter regionis caliditatem:& plurimũ generatur in ſeptentrione propter loci frigiditatem.

Tria animarum genera ex Platone.

Sicut autem tria ſunt corporum gñra,ſic & apud Platonẽ tria ſunt aĩarum genera.Nam aliquæ ſunt animæ penitus immortales,vt mentes cęlis mouendis ordinatæ, quarum nec ſubſtantia,nec motus deficit,nec vlla quę ſit in eis virtus & potentia.Aliquę aũt ſunt oĩno mortales,vt brutorũ quarum & ſubſtantia & potentia & virtus & operatio deficit poſt aliqđ tẽps.Aliquæ vero ſunt intermediæ,vt vnꝰ ſit abſque intermiſsione totius naturæ contextus.Tales ſunt animæ noſtræ quarũ ſubſtantia nõ deficit,virtutum vero aliquæ deficiunt,aliquæ nõ,ſic & opationes.Nam intellectiua virtꝰ & contemplatio cum ſit cõis nobis & diuinis cælorum aĩabus immortalis eſt,potentias vero alias & operationes quãdoque ceſſaturas indicat illa communis nobis & brutis operatio,quę curando humano corpori eſt mancipata.

Tria animalium genera ex Platone.

Et quẽadmodũ apud Platonẽ tria ſunt aĩarũ & corporũ gñra,ſic & tria ſunt animalium.nam quoddam eſt animal ex anima & corpore immortale ac ſempiternũ vt mũdi ſphęrę & aſtra,quę Plato cenſet animata in Timęo.quoddam rurſum eſt animal corpore & anima,mortale vt brutum,quoddam aũt mediũ aĩa.ſ.immortale,& corpore caducũ vt homo.& id quidẽ rõni cõgruit,cum ſit medius hõ inter cæleſtia & bruta:eſt igitur anima rationalis immortalis vtẽs corpore mortali:vt illas poſsit exercere operationes quibus cõmunicamus cum brutis,vt autem exercere valeat feliciſsimam operationem,qua cõmunicat diuinis ſubſtãtijs ſortita eſt ſub

est substantiam & virtutem intellectiuam incõsumptibilẽ.

Anima duplici corpore vtitur.

Tu tamen aduerte, quòd apud Platonẽ anima rationalis duplici vtitur corpore, scilicet æthereo & elemẽtari ęthereo nunquã spoliatur, quo descendens è cœlo fuit & pmanet semper induta, in terris vero mutabili & multipliciter alterabili elemẽtari corpore vestit, & velut in carcere claditur, sed hæc pro nunc missa faciamus, sufficit eñ ostendisse quid sit homo ad mentẽ Platonis, vt valeat seipsum cognoscere. Hæc de primo capite dicta sint.

CAP. II. *De causa effectiua hominis.*

IN secundo capite aperiendum est ex doctrina Platonis, à quo effectiuè sit homo. Nam licet censeat Plato Deũ optimũ principium esse omnium entium & naturarum productiuum vniuersale, & finem ad quem referuntur omnia, diuersa tamen ratione. Nam quorundã est immediatũ principium effectiuum & finale, quorundam autẽ per medias causas, vt declarabimus ex doctrina Platonis in Timæo. Tu igitur aduerte qꝺ entium extra Deum maximũ quædam sunt huius vniuersi partes principaliores, vt intelligentiæ & cœli & eorum animæ cœlorũ motrices, quæ apud Platonicos, cœlites nominãtur, & quatuor elemẽtorũ sphæræ, & quibꝰ intelligẽtię & cœli, & cœlites penitus incorruptibiles sunt elementorum aũt sphærę secundum totũ incorruptibiles sunt, secundum partes autem corrũpuntur, aliter generatio in mundo hoc inferiori continue seruari nõ posset. Quędã vero sunt secundariæ partes multis partitæ gradibꝰ, vt mixta mineralia, & inanimata composita, & animata vegetatiua, & animata sensitiua, & animata intellectiua, quales nos sumus. Omnes huius vniuersi primæ partes à Deo maximo & ad Deum sunt immediatè, est eñ principiũ apud Platonem ꝙ quicquid incorruptibile & æternum est, à Deo maximo immediatè prodiit in esse, vt diuinus effectus suæ primæ causæ quàm maximè assimiletur. Omnes huius vniuersi secundariæ partes quæ secundũ se totas corruptioni subiectæ exiſtunt à Deo quidẽ mediatè, sed ab animabus cœlorũ motu ac influxu immediatè ꝓducuntur. Nãsi à Deo immediatè producerentur æternæ ac incorruptibiles pmanerẽt: qm̃ vt diximus apud Platonẽ principium est. Quicquid à Deo immediatè efficitur, illud indeficiẽs est, si qua igitur est rerũ naturalium species quæ partim mortalis, partimq; immortalis sit, hæc vtiq; ex ea parte, qua immortalis à Deo immediate erit, vt mortalis autem à diis secundis per cœlorũ motũ & influxum, & qm̃ vt in præcedenti capite docuimus homo vt est anima rationalis morti non subiicitur, vt aũt corpore vtitur mortalis est: ideo Plato in Timæo sentit hominẽ secundũ animã à Deo & ad Deũ esse immediatè, secundum corpus autem à Diis secundis. Quod vt euidentius tibi sit, referemus Platonis verba in Timæo. Vbi hominis generationẽ describens introducit Deũ maximũ deos secundos, id est cœlites sic alloquentem. Dij deorum, quorum ego opifex & pater sum, hæc attendite. Quæ à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vinctum est, solui potest. Sed mali est scilicet opificis, quod pulchrè compositum est, & bene se habet, velle dissoluere. Quapropter quia generati estis, immortales quidem & indissolubiles omnino non estis. Nec tamen vnquã dissoluemini, nec mortis fatum subibitis· nam voluntas mea, maior ac potentios est ad vitæ vestræ custodiam: quàm nexus illi quibus estis cum gignebamini colligati. Sed nunciã qꝺ iubeã cognoscite. Tria adhuc genera mortaliũ nobis generãda sunt. Absque horũ generatione cælum, id est, mundus imperfectus erit. Omnia eñ animalium genera suo ambitu non continebit. Hæc vero si à me, scilicet immediatè fiant, vitaq́ue donentur diis adæquabuntur, id est, incorruptibilia & æterna sicut dij erũt: qui à me immediatè geniti sunt. Quaꝓpter accedite vos ad animaliũ generationẽ secundũ eorum naturã: ita vt virtutẽ imitemini meam: qua in ortu vestro sum vsus. Atque eius quidẽ animalis, id est; hominis quod inter ipsa animalia tale futurũ est, vt cum immortalibus appellatione cõueniat, diuinumq́; vocetur, & principatum super ea teneat: & iustitiã vt vos colat. Ego vobis semẽ & initium tradã (& id est, anima rationalis) vos cætera exequipar est, & infra. Post huiusmodi se mẽtẽ: qꝺ reliquũ erat diis iuniorib⁹ agendũ mandauit, vt scilicet humana corpora mortalia fingerent: quantúmque esset qꝺ humanæ animę deberet accedere, id omne & quæ cõsequẽtia essent, adiungerẽt regerẽntq; & quã pulchre ac optime fieri posset, mortalis animalis, id est, hominis naturã gubernarẽt: nisi ipsum sibimet esset causa malorũ: & infra. Itaq; accepto ab illo, s. primo opifice & patre mortalis animantis immortali principio, id est, anima ratiõali, sui effectorẽ imitati, ignis, aẽris, aquæ, terræ particulas, quas rursus redderẽt, à mũdo mutuabantur: ealq́; inter se copulabãt: nõ iisdẽ vinculis indissolubilibus quibus ipsi fuerãt colligati: sed talibus quæ ꝓpter paruitatẽ cerni nõ possent: crebrisque huiusmodi clauis cõiunctis vnũ ex omnibus corpus efficiebãt. atque in hoc ipsum tum influente tum effluente corpore animæ diuinæ circuitus illigabãt. Hæc Plato de hominis ꝓductione, ex qbus cõstat animã immortalẽ à Deo immediatè effici, corpꝰ vero mortale à causis secũdis, s. ab intelligẽtiis mouẽtibus cœlos accedente tñ agente naturali vniuoco, q; est homo generãs. Est igit solꝰ homo inter oẽs huius mundi terreni naturas ac species animatas, à Deo solo fm animã: & hinc oritur nobilitas ac excellentia & principatꝰ hominis sup cuncta viuentia aërea & terrena & aquatica, vt infra demonstrabimus. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Vniuersi partes duplices sunt.

Primæ vniuersi partes à Deo immediatè procedẽtes, cætera verò mediatè.

Animam secundum corpus à Diis processisse secundis volunt Plato.

CAPVT III.

De munere & officio hominis quatenus homo est.

IN tertio capite dignum est vt cõsideremus qꝺ & quale de mẽte Platonis debeat esse hominis officium. Tu igitur aduerte qꝺ hic nõ intendimꝰ de hominis officio siue opere vt viuẽs & animal est. Constat eñ ꝙ vt sic non differt nec præstantior est bruto. Vnde sicut brutũ nõ nouit aliud operari nisi nutrire se vt cõseruetur in esse: & generare sibi simile ꝓ speciei suæ ꝓpetuitate. Sic & homo vt animal est nescit indulgere nisi gulæ & veneri: vt experimur in his qui brutali vita viuunt: nec vllis moribus aut bonis habitibus studẽt. Intendimus ergo hic de hominis officio vt homo est, id est, vt rationalis & mentis particeps. Est igit de mẽte Platonis triplex eius officiũ. Primũ est vt naturã suã animaduertat. Danda est eñ omnis opera ex sentẽtia Platonis in Timæo, vt seipsum cognoscat homo, memineritq́; omnia infra lunã fuisse nobis subiecta Dei dispositione: ne aliquãdo nos ipsos ꝯ dignitatẽ nostrã inferiorib⁹ nobis vicissim subiiciamus: sed semper his inferioribus dominemur: Deo autẽ & cælestibus mẽtibus semper subiecti. Secũdũ est vt à seipso cognito, velut à Dei imagine & effectu, ad diuinam mentẽ quæ est eius admirabile exemplar & causa, se cõuertat. A qua humanus animus illustratus, qꝺ sit ipsum ꝓ se bonũ & ꝓ se pulchrũ, & ꝓ se vtile, & ꝓ se iustũ intelliget. Deinde qꝺ sit ipsi homini bonum & pulchrũ & vtile & iustũ cõprehendet, postremo qꝺ sit aliis cũ quibus viuit & versatur bonũ & vtile & pulchrum & iustũ agnoscet. Tertium est vt cum ipsum ꝓ se bonum & ꝓ se pulchrum & ꝓ se iustum: & sui ac aliorum cum qbus versatur bonum & vtile & iustum cognouerit, ad Deum maximũ colendum, ad seipsum & alium vnumquenq; ꝓut sibi comissum ac demandatũ fuerit curandum iuxta boni cogniti normã accedere debet. Tria aũt hęc officia exercere nõ poterit ad mẽtẽ Platonis nisi ad diuinæ sapiẽtiæ studiũ, id est ad theologiã: & ad moralẽ disciplinã ac mathematicã se trãsferat. Nã theologia animũ nostrũ supra se rapit & attollit ĩ Deũ. Moralis vero disciplina & mathematica, animũ in corpꝰ mersum in seipsum restituit. Mẽtis diuinæ & ꝓ se boni ac ꝓ se pulchri, & ꝓ se iusti cognitio, quã ꝓ theologiã acquirimꝰ: sapientia nuncupatur: notitia boni sui ipsiꝰ & aliorũ q regendi sunt, & pulchri & vtilis & iusti: prudẽtia appellatur. Nã prudentia vt bonũ intelligit, humanas actiões & publicas & priuatas ad finem optimũ refert. Vt vero vtile intelligit: ꝓ commoda media ꝓpriáq; vias qbus ad finẽ ꝓueniant dirigit, vt pulchrũ intelligit, qꝫ modus & ordo in tali ꝓgressu seruandꝰ sit: instituit vt aũt iustũ intelligit, q̃ distinctio debeat esse singulorũ operum, q̃ obseruãtia impositi ordinis: quę pœna trãsgredientis: qꝺ ꝓmium legẽ obseruantis: ꝓscribit, vt autẽ in humanis homo seipsum bene curet, & domũ & ciuitatẽ: & nõ solum regãtur sed & cõseruentur domus ac ciuitas, tria nobis necessaria fore docuit Plato s. prudentiã: amicitiã publicã, publicámque iustitiã. Nam ꝓ prudentiã, q̃ vt magistra vitę disciplinam sui, & cuiusque rei familiaris, & reipub. tribuit. homo seipsum & domũ & ciuitatẽ regere nouit. ꝓ amicitiã vero publicam & iustitiam publicam, domus ciuitatésque seruantur. Est autem publica amicitia ad mentem Platonis illa consensio, qua cuncti sub eadẽ lege & principe conueniunt libero animo: & ad eundem finem respiciunt. Iustitia vero publica est legitima distinctio qua singuli licet sub eodem principe: & ad eundem finem, id est ad vnum commune bonum, diuerso tamen tramite proficiscuntur: variámque officiorum distributionẽ ꝓ natura & dignitate cuiusque legibus assignatã

Triplex hominis est officium.

Quam necessaria sit homini bonarum artiũ disciplina ad proprium munꝰ obeundum.

Tria opportuna sunt ad domꝰ & ciuitatis cõseruationẽ.

Publica amicitia qꝺ.

Iustitia publica.

ſeruãt: & ꝓprio mũnere ſine vſurpatione alieni fungũtur. Hæc igitur ſunt officia homini propria, in quibus Plato cẽ ſet vnum quenque mentis compoté & ratione vtenté exercitandum eſſe: alioquin non vt homo, ſed vt depreſſum animal viuet. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quænam ad hominem ſint ordinata, & ad quid homo ipſe ordinetur.

IN quarto capite inueſtigandum nobis eſt ex doctrina Platonis: quæ fuerint ad hominẽ ordinata: & ad quid ordinatus fuerit ipſe. Tu igitur aduerte ꝙ ex diſputatione, quã Platoegitĩ Timæo, de ꝓductione mũdi, cõſtat Platoné ſentire

Cuncta propter hominẽ facta ſunt, ipſi vero ꝓpter Deum colendum.

oĩa inferiora ſiue inanimata ſiue animata gratia hominis producta fuiſſe: eſſéque hominem huius mundi terreni dominũ & rectorem. Ipſum aũt propter dominum maximum colendum & cõtemplandũ creatum fuiſſe. & quidé ꝙ homo creatus ſit vt finis: & gratia eius cuncta inferiora diſpoſita fuerint: patet ex progreſſu diſputationis de productione mundi in Timæo. Nam in ipſo diſputationis exordio decernitur de vniuerſi productione tractãdum fore, vſque ad ipſam hominis geniturã. vtpote finẽ, in quo vniuerſi ꝓductionẽ Deus optimus cõplet: & in medio diſputationis curſu, diis à primo opifice & patre præcipitur humanũ corpus & elementorum particulis cõfingere: cui infunditur anima rationalis vt principiũ vitalium operationũ: quæ à Deo ſolo exiuit in eſſe: vt iam declarauim⁹ in ſecundo capite hui⁹ tractatus. Sicque fiat homo dominus animaliũ: quẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam velit eſſe: atque illis præeſſe. Demum in diſputationis extremo reſumitur quod in exordio fuerat decretum, ſcilicet de vniuerſi productione vſque ad hominis geniturã tractandũ eſſe: ex quibus omnibus cõſtat illic manifeſtari more Moſayco hominẽ, in hoc diuino opificio in primis ꝓponi, & poſtremũ fieri vt finẽ: & id quidé rationabiliter. Nã Deus maximus diis iã prędixerat ſolũ in terris hominẽ iuſtitiã & ſuperos fore cultorũ: ideo cõgruũ erat in illius genitura mundi huius terreni ꝓductionẽ cõplere. Ad hominẽ igiť Deus optim⁹ cuncta inferiora ordinauit: vt ad naturã inter oẽs naturas inferiores excellentioré.

Quod autem homo ipſe ad Deum colendum cõtemplãdũque creatus ſit pro nunc ſufficit dictũ Platonis in Timæo vbi affirmat hominẽ eſſe natum ad cœleſtia contemplanda, imò ad ipſum cœli motorẽ & o´um ſummum parentem pro viribus colendum & imitandum. De hoc diffuſius dicturi ſumus in tractatu vltimo: cum loquemur de hominis vera beatitudine. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

Quonam ipſe homo ſeipſum cognoſcere poteſt.

IN quinto capite manifeſtandum nobis eſt in quo velut in ſpeculo putauerit Plato hominẽ ſe debere cognoſcere. & hic duo agenda ſunt. Primo quòd optima pueritiæ educatio ac eruditio & virtuoſi generis nobilitas ad ſui ipſius cognitionẽ diſponit. Sublimitas aũté honorum: & diuitiarum amplitudo, & populi fauor, & iuuenilis ac laſciua ętas formoſitas & robur corporis: ab huiuſmodi cognitione nos maximè retrahunt. Secundo ꝙ homo vt eſt anima rationalis mentis particeps, non in alio quàm in ſuo ſimili, qui eſt Deus optimus, ſe cognoſcere poteſt.

Quantum ad primum aduerte, quòd Plato in Alcibiade primo intendens Alcibiadẽ ad ſui cognitionem diſponere:

Optima educatio, & eruditio ad ſui cognitionẽ diſponit.

proponit ei in primis nobiliſsimã regum Perſarum geniturã & probatiſsimam educationem, ac eruditionem. Deinde virtuoſiſsimum genus Lacedæmonum. De Perſis quidé ſic refert. Perſarum rex adeo excellit, vt nemo ſuſpicetur regem ex alio quàm ex ipſo genitum eſſe. Quamobré regis vxor non ab alio quàm metu cuſtoditur. Poſtquam vero natus, eſt primogenitus qui ſuccedit in regno: Primo quidem diem illum omnes qui ſub regno ſunt celebrãt: atque ita in poſterum quotannis natalem regis diem ſacris ac feſtis colunt. Cum vero apud nos ô Alcibiades quis naſcitur, ne vicini quidem vt ait Comœdus multum ſentiunt. Deinde nutritur regis primogenitus nõ à quauis nutrice, ſed ab enunchis, qui inter reliquos circa regẽ optimi videantur: quib⁹ & alia quæ ad pueri curam ſpectant demandantur. Ac præcipuè vt natum quàm pulcherrimum reddant, mẽbra eius componentes. ac dirigentes Sicque facientes magno in honore habent. Cum aũtem puer ſeptimum ætatis annum impleuerit, ad equeſtris artis magiſtros proficiſcitur, deinde in venationem tendit. Anno vero quartodecimo puerum ſuſcipiunt hi, quos regios pædagogos appellãt. Sunt ij ꝓfecto electi ex omnibus Perſis ſua ætate præcipui quatuor: ſapientiſsimus: iuſtiſsimus, tẽperatiſsimus: atque fortiſsim⁹. Quorũ primus, magiã Zoroaſtris Oromaſij filij docet (eſt aũté illa deorum cultus:) atque idé tradit inſtituta regia. Secũdus admonet, vt in omni vita ſit verax. Tertius ne vlla cupidine ac obſcœna voluptate ſuperetur: vt liber viuere conſueſcat: ac re vera rex imperans primũ iis quę in ſeipſo ſunt paſſionibus, nulli ſeruiat. Quartus denique impauidũ illum & intrepidum reddit, nequando quippiã metuẽs ſeruus fiat. Tibi aũté ô Alcibiades: Pericles inſtituit pædagogũ Zopyrum Thracem ſeruorum omnium ſeruorum inutiliſsimum. Narrarem præterea tibi reliquã eorũ educationem & diſciplinã niſi prolixitatem vererer. Sed hæc ſatis ſint ad cætera, quæ ſequunẽ oſtendenda. Tuæ vero aliorũque Athenięſium generationis educationis ac diſciplinæ nullli vt ita dicã ꝓpinquorum cura eſt, niſi forte amici id curent. Propterea ad cognoſcendum ſeipſos ex neglecta educatione ac eruditione, q̃ maximè indiſpoſiti ſunt. De Lacedæmoniis aũté refert Plato: ꝙ regum ſuorũ tanta ſit dignitas, vt eorũ vxores publice obſeruentur ad ephoris, id eſt, à præfectis vt quantum fieri põt rex nõ ex alio latéter q̃ heraclidarum genere oriatur. Rurſus ſi reſpicere velis ô Alcibiades, ad Lacedæmoniorum tẽperãtiam, modeſtiam, facilitatem, manſuetudinẽ, magnanimitatem, compoſitionem, fortitudinem, cõſtantiã, tolerantiam, victoriæ cupiditatem, & amorem gloriæ: puerũ te in iis omnib⁹ reſpectu eorum iudicabis. Hęc quidé omnia retulit Plato Alcibiadi in perſona Socratis: vt eum ad ſui cognitionem q̃ maximè diſponeret: fierétque optimus. Ne remoueret ab illa vulgi ſentẽtia qua plerique mortaliũ beatos & optimos ſe fore exiſtimant. Si ampliſsimas nouerint ſibi cumulare diuitias, ad primos aſſumi ciuitatis honores: populares ſibi comparare fauores corporis robur agilitaté pulchritudiné acquirere: & longo tẽporis interuallo conſeruare: verum hæc omnia animum noſtrum nõ cognitorẽ ſui nec prudẽtem nec optimũ reddunt, ſed potius ad ſui penitus ignorantiã & prauitaté deducunt. Propterea Plato Alcibiadem admonens inquit. Nonne ſatis à nobis in ſuperioribus diffinitũ eſt. Quod eñ ſimus conuenientes ſupra cõcluſim⁹, ꝙ ſ. ſumus anima rationalis mentis particeps immortalis. Timebamus eñ ne in hoc decepti nos ipſos laterem⁹, alicui⁹ alterius nõ noſtri curã habentes. Cõceſſúmque eſt animæ curam habendã: ſempérque ad eam reſpiciendum: corporum vero & pecuniarum curam aliis relinquendam.

Quænam hominẽ retrahũt à ſui cognitione.

Quantum ad fin aduerte ſententiam eſſe Platonis in primo Alcibiade, in nullo ſe poſſe animam rationalem cognoſcere, quã Plato reputat eſſe hominẽ, niſi in Deo maximo, cui ſimilis & ad eius imaginẽ creata eſt, vt iam ſupra diximus. Pro cuius euidentia Plato huiuſmodi refert ſimilitudinem. Si oraculum delphicum conſulẽs homini, cognoſce te ipſum, cõſuluiſſet & oculo: vide te ipſum. Nonne admonuiſſet & intẽdiſſet vt illud inſpiceret ocul⁹ ex cuius intuitu ſeipſum viſurus eſſet? Conſideremus itaque in quid potiſsimũ oculus intuens ſeipſum vidẽret. Nonne in ſpeculo? Sed & oculus oculi eſt ſpeculum. Nã facies hominis in oculum intuẽtis in oppoſito viſu velut in ſpeculo relucet. Oculus igitur ſe ipſum videt cũ in oculũ oppoſitũ inſpicit. Quod ſi in aliud hominis membrum reſpexerit ꝓter q̃ in oculũ cui ſimilis eſt nequaquã ſeipſum ꝓcipiet. Oculus ergo cũ ſe ipſum viſur⁹ eſt, in oculũ reſpicere debet: atque in eũ oculi locum, in quo virtus eſt oculi. Is aũté viſus atque pupillę acies eſt. Eodé pacto inquit Plato, ô Alcibiades, & anima ſi ſeipſam noſcere vult, in animã intueatur: & in eũ ꝓcipuè locũ animę, ĩ quo eſt virt⁹ animę: q̃ eſt ipſa ſapiẽtia. Illud eñ ſimile eſt animæ in qđ ſane quis intuens: & omne diuinũ. ſ. Deũ & ſapiẽtiã cernẽs ſic ſeipſum ꝓrs⁹ agnoſcet.

Nullo alio melius, ſe homo cognoſcere poteſt quam Deo.

Sed dices: cum omnis cognitio per aliquod lumen fiat, quo lumine anima in Deum & ſapientiam cernendam conſcendet, vt ſeipſam in Deo cognoſcat?

Reſpondetur ꝙ Plato vt diuinus arbitratur animam humanã ex Deo immediatè genitam: naturali quodam inſtinctu in Deum vtpote parẽté ſuum cõuerti: quemadmodum & ignis in terra genit⁹, cõfeſtim naturæ impetu ad ſuperiora tẽdit: niſi aliquo ſe impediẽte in inferiorib⁹ detineatur. Conuerſa aũté in Deum anima, diuinis illuſtratur radiis & diuino fulgore. Sed primus hic fulgor in animæ ſubſtantia ſm ſe quidem prius informi receptus, fit obſcurior, atque ad ipſi⁹ animæ capacitaté ꝺctus: fit illi ꝓprius & naturalis, atque per eum vtpote ſibi ꝓportionatum: quæ infra ſe ſunt, id eſt, corporea videt: videt & ſeipſam vt corporiminiſtrat per vires vegetatiuas atque ſenſuales & appetitiuas & motiuas:

tiuas, seipsã vero vt metis particeps est nec superiora entia nec Deum cognoscit. Sed cum per primũ lumen naturale & proprium sibi effectum, Deo facta est propinquior aliud iterum clarius à primo parente recipit lumen, quo & seipsam mentis participem & superna cognoscit, lumen igitur geminum, vt censet Plato, habet anima. Vnum quidé ingenitum quod sit ei naturale. Alterũ diuinum & infusum velut solis radius in speculo. Quibus simul coniunctis velut duabus alis per vniuersi animа valeat peruolare regiones inferiores ac superiores. Et si anima diuino illo lumine infuso semper vti posset & vteretur, diuinis semper hæreret, & tãtũ in cœlestibus versaretur. Verum diuina prouidentia decretũ est, vt anima rationalis sui ipsi⁹ sit domina, posítque tũ altero, tum vtroq; simul lumine vti. Hinc fit q̃ anima natura duce ad propriũ & sibi naturale lumen conuersa prætermisso diuino illo lumine infuso, seipsa viresque suas, quę ad corpus regendũ spectãt, animaduertat, cupiátque vires huiusmodi in regendis fabricandísque corporibus exequi. Hac aũt cupiditate excitata, corpori intendit, vbi nutriẽdi augendi generandi sentiendi appetendi mouẽdi vires exercet. Et nisi seipsã toto nixu excitauerit, adeo assuescit hoc solo lumine naturali & ingenito vti q̃ prætermisso diuino lumine, sui vt rationalis & summi boni particeps esse obliuiscitur, nec ad seipsam & Deũ & diuina contẽplanda conuertit, sed in extraneis occupata seipsa neglecta, tantũ externa curat. Hinc mala omnia in humanis ꝓueniunt, sicut & bona omnia ex sui cognitione & cura. Quòd vtique Plato egregiè in primo Alcibiade deducit hoc modo, Seipsũ cognoscere, prudẽtiã esse cẽsem⁹: ergo si nos ipsos ignoram⁹, prudentes esse nõ possum⁹, & si nos ipsos ignoram⁹ ac prudentes nõ sumus, neque nostra siue bona siue mala sint cognoscere, nec disponere possumus, nec si nostra sint nostra cognoscere valemus, si nos ipsos ignoram⁹, impossibile est ẽm aliqué nõ cognoscentẽ Alcibiadẽ, cognoscere quæ bona sint Alcibiadis, aut quę mala: tunc vltra, si nos ipsos & nostra ignoram⁹, nec ea quę nostrorũ sunt intelligem⁹, vni⁹ ẽm & eiusdẽ artis est, seipsũ & quæ sua sunt & suorum cognoscere: ergo qui seipsũ ignorat, nec bene ac studiosè viuet, nec familiã nec ciuitatẽ regere prudenter ac sapienter poterit. Sicque ignorans seipsum, nec bonus moralis, nec œconomicus, nec ciuilis erit. Necesse est ergo ignorantem seipsũ errare. Qui aũt errat malè agit & priuatim & publice. Et qui malè agit, miser est, nemo ergo felix, nisi sapiẽs & bonus, sequitúrque vt mali homines miseri sint. Nõ ergo q̃ diues & potens & honoratus, & princeps, & fortis & pulcher sed qui prudens & sapiens & bonus, miseriã vitat. Sed ex prædictis prudentia & sapientia & bonitas non stat cũ ignorantia sui: ergo omnis humana miseria & prauitas & malitia priuata & publica prouenit ex eo q̃ homo seipsum ignorat, sapientissime ergo delphicũ oraculũ dixit, cognosce te ipsum. Patet ergo ad mentẽ Platonis, si q̃ est veritas q̃ omnis moralitas & recta aliorum gubernatio siue familiæ siue ciuitatis à sui cognitione procedit: igitur post cognitionẽ fidemque habendam de Deo glorioso rectè dispo suimus de cognitione suiipsius tractatum.

Tractatus secundi finis.

TRACTATVS TERTIVS IN Ethicen Platonis, septem partitus capitibus.

¶ De recta & obliqua sui dilectione.

IN tertio hoc tractatu, agendum est de recta & obliqua dilectione sui: quam reputat Plato tertium totius humanę moralitatis fundamẽtum. Sicut enim in primis boni efficimur, si de Deo maximo bene sentimus: illíque vt decet indubia fide inhæremus: & si nos ipsos cognoscere ac curare studemus: sic tertio loco oportet nosmetipsos rectè, & vt ratio dictat amare. At econtra, mali efficimur si Deũ negam⁹: vel de eo male sentimus, vel fide firma nõ inhæremus, & si nos ipsos ignoramus: & tertio loco nosmetipsos peruersè diligimus. Vnde sapiẽtissimè Plato inquit in libro quinto, de legib. nimius in seipsum amor, oĩum peccatorũ, omnib⁹ semper est causa. Vt igitur homo discat quo & quali se diligere debeat amore, hic de amore vniuersalẽ considerationẽ ad mentẽ Platonis, oportunum est facere. Deseruiet ẽm nõ solum præsenti proposito, sed & sequentibus, præsertim cum de humano conuictu, ac de concordia ciuili agendum erit. Hunc igitur tractatum in septem capita diuidemus.

Duplex animæ lumen.

In primo inuestigandũ est quid sit amor, hominũ generi insertus à primo omnium conditore ad mentem Platonis.

In secũdo diuidendus est amor, quo ferimur in pulchrũ fruendum.

In tertio agendũ est de virtutibus veri ac recti amoris.

In quarto manifestanda sunt munera ac pulcherrima dona, quæ ad mentẽ Platonis ex puro ac integerrimo amore nobis proueniunt.

In quinto agendũ est de vulgari ac lasciuo amore, quo perditi & impudici amantes vexantur.

In sexto manifestandæ sunt vulgaris & impudici amoris qualitates: quas in perditis & furiosis amantib⁹ causatur.

In septimo declarandum est ad mentẽ Platonis, qũo q̃s rectè & laudabiliter potest esse sui amator: & qũo obliquè.

CAPVT I.

Amor quid sit ad mentem Platonis, & in qua animi parte.

IN primo capite inuestigãdum est in primis q̃d sit amor, hominũ generi insertus à primo omnium conditore ad mentẽ Platonis. Tu igitur aduerte ex doctrina quã tradit Plato in Sympoſio amorẽ sic diffiniendum esse. Amor est bonitatis & pulchritudinis fruendæ desiderium. Pro cuius euidentia duo hic agenda sunt. Primo quid intersit inter bonitatẽ ac pulchritudinẽ. Secundo quos sensus propriè respicit amor, siue quas animæ vires.

Amor quid.

Quantũ ad primum aduerte bonitatẽ & pulchritudinẽ perfectionẽ quandã esse. Quod ẽm bonum & pulchrum est, id ex omni parte perfectum iudicatur. Perfectio autem duplex est. vna quidẽ interior, altera exterior quæ sensui patet sensúmque delectat. Interioré dicimus bonitatẽ, exterioré vero pulchritudinẽ. verbi gratia, in animalibus salubris & cõtẽperata humorũ cõplexio est bonitas in eis. Iocunda autẽ lineamentorũ & colorũ species exterior pulchritudo est in illis. in herbis atque arboribus fœcunditas innata radicibus atque medullis bonitas est: florũ vero & foliorũ varietas quibus vestiuntur pulchritudo est. In gẽmis tẽperatissima elemẽtorũ cõpositio, & virtuosa qualitas à superioribus causis infusa bonitas est: gratus aũt color & nitor siue rubeus, siue alurgus, siue aureus, siue argenteus, siue niueus, vt in variis gẽmarum naturis fulgẽt, pulchritudo est. In cælestibus substãtia & eius naturales virtutes bonitas est. lux aũt pulchritudo est. Patet igit qũo interna pfectio, bonitas est & externa, pulchritudo, & qm̃ externa ab interna ꝓcedit, sicut fructus à semine, ideo nõ immerito pulchritudo dicit flos & germẽ bonitas. & qm̃ pulchritudo sensui patet, ideo ex pulchritudine augere soleⁿ⁹ rei bonitatẽ: & qm̃ nostra cognitio incipit a sensu: & amor cognitionẽ cõcomitatur: ideo amabile primũ, est ipsum pulchrũ & ex pulchro trahimur ad affectũ boni. Vnde satis nobis cõstat tm̃ inter bonitatẽ & pulchritudinẽ intercesse, quãtũ inter semẽ & florẽ ex semine ortum: & sicut flores ex semine orti, semina quoque ipsi producunt sic & pulchritudo ex bonitate orta, ad bonitatẽ amandã deducit amãtes. Hic autẽ de rei bonitate naturali intendim⁹, nullus ẽm fructum speciosum appeteret nisi & bonum extimaret: neque amans amati pulchritudine alliceretur, nisi amatum bonum sibi ac delectabilem suaderet. cum igitur motiuum primum ad amorem sit pulchritudo, & ex pulchritudine deducamur ad bonitatẽ, rectè diffinitum est apud Platonẽ amorem esse bonitatis ac pulchritudinis fruendę desiderium.

Bonũ est res interior. interior perfectio. pulchrũ vero exterior perfectio.

Quãtũ ad fm aduerte, q̃ ad mẽtẽ Platonis, Amor verus, cui ꝓpriè cõuenit prædicta diffinitio, respicit mentẽ & visum & auditum, nõ autem gustum, odoratũ, & tactum. nam cum amor sit fruendæ bonitatis & pulchritudinis desiderium quot animę viribus pulchritudinẽ apprehendimus, tot respicit amor eisque cõtentatur. sed tm̃ mente & visu & auditu apprehendimus pulchritudinem. nam triplex est pulchritudo s. animi, corporis, & vocũ. Animi pulchritudo est gratia, quę ex plurium virtutum moralium laudabilium que aliorũ habituum concinnitate conflatur. Corporis pulchritudo est gratia, quæ in corpore ex plurium colorum & linearum cõcordia ac debita proportione oritur. Vocũ pulchritudo est gratia, quæ ex maxima vocum consonãtia nascitur. Sed animi pulchritudinem sola mente, corporis pulchritudinem solo visu, vocum pulchritudinem solo auditu apprehendimus, ergo amor, qui circa has tres pulchritudines fruendas versatur, contentatur ac determinatur mente, id est, intellectu visu & auditu.

Amor tantum mentẽ visum & auditũ respicit.

Ex quibus dictis trahimus ad mentẽ castissimi Platonis

tria correlaria.

Amor quid non sit. Primũ est,quòd cupido,quæ reliquos sequitur sensus,vt odoratum,gustum & tactum,non propriè & vere amor,sed libido rabiésque vocanda est.nã vt diffiniuimus amor proprie versatur circa bonum & pulchrum. Sed hi tres sensus rei pulchritudiné non apprehendunt,sed tantũ odores,sapores & tãgibiles qualitates:ergo,&c.Præterea vt diximus humani corporis pulchritudo in quadã colorũ & lineamẽtorum cõcinitate consistit.Concinnitas autem temperantia est:ergo ver⁹ amor quæ tẽperata ac decora sunt,illa exigit:sed voluptates gustus & tactus non tẽperatæ sunt & decoræ:imò adeo vehementes & furiosæ & obscœnæ, ꝙ nisi comprimantur,mentem ac totum hominem perturbãt: nõ ergo circa eas est verus amor,sed rabies & insania.

Verus amor honestus est. Secundum est,omnis verus amor honestus est, & omnis verus amator iustus ac pudicus,pulchre enim ac decore diligit,sed cum decoro non stat inhonestũ & impudicũ:ergo &c.Cum igitur turbulentus ardor,qui vulgares animos ad lasciuiã rapit,ad deformitatem & turpitudiné trahat,vero aduersatur amori:nec amor dici dignandus est.

Tertium est,cum amor circa pulchritudiné versetur tãtus sit amor,quãta pulchritudo:vbi ergo corp⁹ est pulchrũ animus vero vitio ac malitia deformis, tanquam vmbram veræ pulchritudinis & fluxiuam imaginé leuiter diligam⁹, & si solus animus sit pulcher,stabilem hunc animi decorẽ, stabiliter amemus,& si in vtroque pulchritudinem contẽplamur.tunc vehementius amare admiraríque debem⁹.Sic Plato amare nos docuit:vnde in Symposio sic inquit,prau⁹ amator est ille vulgaris, qui corpus magis quàm animũ amat,neque stabilis est,cum rem sequatur instabilẽ : nam cũ primum corporis species concupita decrescit,abit nihil eorum quæ promiserat seruãs,bonorum vero amator morum per omnem vitam amat: vtpote quia rẽ stabilẽ sectabatur: istos vtique lex nostra diligenter examinare præcipit & his morem gerere.Illos autem fugere, diiudicans & examinãs quæ quis amet:& quæ in quouis amentur: hæc Plato. Hæc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

De amore,& illius variis generibus in cunctis viuentibus.

Duo in nobis amores ex duplici Venere ortos posuit Plato, alterum diuinũ atque cœlestem alterum vulgarem, atque terrenum. IN secundo capite diuidẽdus est amor,quo ferimur in pulchrum fruendum,& ad mentem Platonis duas quidẽ assignabimus diuisiones amoris in nobis:vnam quidem generi cam,alteram magis specificã.& harũ diuisionum ratio est apud Platonẽ,vt quis amor sectandus laudandúsque sit, & quis propter eius abusum vituperandus,dignoscere valeas.

Quantũ ad primũ aduerte ex doctrina Platonis in Symposio,duplicem esse in nobis amorem:qui est ex duplici Venere ortus.Quod autem duæ sint Veneres,sic exprimit Plato in Symposio geminam esse Venerem,quis neget? Nonne vna quidem antiquior,sine matre è cœlo nata? Quam cœlestem huncupamus Venerem.Altera vero iunior è Ioue & Dione progenita,quam vulgarem communéque vocam⁹. Necessarium itaque & amorem è cœlesti Venere ortũ,cœlestem diuinumque vocari.Amorẽ autem ex vulgari & cõmuni Venere ortũ ,vulgarẽ & communem dici Amorem. Duo ergo in nobis amoris genera sunt amor scilicet diuin⁹ atque vulgaris, diuinus atque cœlestis semp bonus ac beatificus est:quoniã eo accendimur ad diuinã pulchritudinẽ peruidendam ac fruendam:& huius gratia philosophiæ studia:& iustitiæ ac pietatis officia sequimur. Vulgaris atque cõmunis ex se quidẽ bonus est,nam est appetitus atque naturalis stimulus ad sobolem similẽ in specie procreandã.Verũ propter humanũ abusum sæpius efficitur malus, vt quãdo quis gratia generationis effectus auidior , contẽplationem deserit,aut generandi actũ præter modũ cũ fœminis, aut contra naturæ ordiné cũ maribus prosequitur:aut corporis pulchritudinem animi pulchritudini præfert.Is vtiq; dignitatis amore abutitur , hunc amoris abusum vituperat Plato.Abusum talem diximus non amorem sed rabiem atq; furoré appellãdũ.Qui aũt amore cõmuni rectè vtitur,corporis quidẽ formã ac venustatem laudat,eaque honeste delectat:sed per illã animi mentisq; ac Dei excellentioré pulchritudiné admiratur & colit:generationis vero officio in tm vtit⁹, ꝙ quãto naturalis ordo,& castę leges à prudẽtib⁹ institutę diffiniũt.Hęc ꝙ amoris diuisiõe generica dicta sint.

Plato quinque in nobis posuit amores. Quantũ ad secundum aduerte,quòd ad mentem Platonis quinque in nobis deprehendimus amores.duos quidem perpetuos & extremos:& tres medios , quos non ꝑpetuos & firmos,sed aliquando incipere,aliquando desinere, aliquando crescere & decrescere experimur.

Primus quidé amor,quẽ diuinũ & cœlestẽ appellat Plato,est nixus & conatus quidã nostræ menti insertus ad diuinam pulchritudiné fruendam,ab aspectu corporalis pulchritudinis excitatus.nã contẽplãtes humani corporis pulchritudiné,veluti diuinæ & summæ pulchritudinis similitudinem,suspiramus ad illam infinitè maiorem.

Secundus,quẽ generatiuũ appellat Plato:est stimulus q dam occultus,quo assidue incitatur homo ad sobolem ꝓcreandã:vt illius supmæ ac diuinæ pulchritudinis similitudiné in ꝓcreãdæ sobolis effigie figuremus.Hi duo in nobis amores à primo opifice,qui bonitate sua & amore cuncta disponit fuerunt inserti, sũtque ꝑpetui quos dicit Plato duos esse dæmones,animis nostris semper assistẽtes:quorũ primus calodemõ,id est,bonus demõ est: qm̃ ad superiora contẽplanda nos erigit. Secũdus aũt ꝓpter frequẽtissimũ abusum cacodemõ existimatur,qm̃ ad inferiora mentẽ deprimit. Tu tñ aduerte & primum & fin bonũ esse ex sui natura:& inquantũ ab autore naturæ nobis sunt inserti. Nam & sobolis ꝓcreatio ꝓ immortalitate humani generis conseruãda,& veritatis indagatio,necessaria nobis ac honesta cẽsetur.at secũdus ideo malus demõ dictus est, qm̃ ꝓpter abusum nostrum sæpe nos ꝑturbat,& mentem à præcipuo eius bono,quod in veritatis speculatione cõsistit,quàm maximè euertit,& ad officia viliora detorquet.

Duos in nobis dæmones asserit Plato, qui duo sunt amores.

Inter hos duos amores,quos diximus in nobis esse extremos ac ꝑpetuos,eo ꝙ cuilibet nostrûm inserti , & semper adsunt:licet nõ semper eis vtamur:experimur in nobis tres medios,quos magis affectus q̃ amores appellare possumus: incipiunt em̃ & desinunt,crescunt & decrescunt:quorũ prim⁹ dicitur cõtẽplatiuus,secundus actiu⁹,tertius voluptuosus,quam inter homines ꝓ maiori parte geniti ac procliues sunt & educati aliqui ad cõtẽplatiuã vitã,aliqui ad actiuã & moralẽ,aliqui ad voluptuosam.si ad contẽplatiuã , adeo ingenioſi euadunt,ꝙ statim à formæ corporalis aspectu ad illi⁹ summę ac diuinę formæ cõtẽplationẽ ascẽdũt. Sicque ab aspectu ad mentẽ cõscendunt.Si ad voluptuosam, adeo hebetes existunt ꝙ statim deprimũtur ad infima ex aspectu corporalis pulchritudinis:qm̃ à visu formosi ac decori humani corporis ad obscœnã & incõcessam tangẽdi cõcupiscentiã veluti bruta descendunt.si ad actiuã atque moralẽ, in sola illa videndi atque cõuersandi oblectatiõe honesta ac decora ꝑseuerant,diffugiúntque & detestãtur turpia & obscœna:tales sunt veri ac pulchri amatores in hominũ genere:qm̃ si duo se mutuo sic diligunt,mutuo se obseruant: placere sibi inuicem q̃ honeste conantur:ab omni turpitudine se abstinent.Magnifica aggrediuntur, ne contemptui fiant amatis,sed amoris vicissitudine digni habeantur.

Patet igitur qũo in nobis quinque sunt amores:duo quidẽ extremi ac ꝑpetui:quorũ primus diuinus, alter generatiu⁹ cõmunis dicitur.Tres aũt intermedij:quorũ prim⁹ cõtẽplatiu⁹,secũdus actiuus,q & human⁹ appellat̃ tertiu⁹ voluptuosus,q rectius ferinus affectus,quam amor dicẽdus est.

Sed aduerte,apud Platonẽ in Symposio , amorẽ illum, quẽ diximus generatiuũ,q ad seruandã in rebus mortalib⁹ immortalitatem ex successione institutus est geminũ esse, vnum q̃dem cunctis animalibus hominibúsque cõmunem, alterum hominibus ꝓpriũ:cõmunem illũ dicimus : quo & homo & cętera animãtia gratia immortalitatis modo quo possunt cõsequẽdæ,generare sibi simile affectãt: tantoque desiderio & ardore feruntur,vt videas omnia animãtia & q̃ gradiuntur & quæ volãt,cum ad generationem filiorum incitãtur,amoris ardore insanire.deinde vides ĩquit Plato quantũ circa natorum alimenta laborent,& horũ causa imbecilla etiã animalia aduersus robustissima subeunt ꝑlia:& ꝓ illis occumbere parata sunt,famẽque deficere : & aliud q̃cunque arduum aggrediũtur,mõ caros enutriãt filios: vtpote instinctu naturę cognoscentis se in illis victura.Procui⁹ euidẽtia aduerte vt egregie docuit Plato in Symposio: ꝙ natura animãtium inferiorum mortalis atque corruptibilis,semp ad immortalitatẽ & æternitatem ꝓ viribus nititur.Hoc autem sola generatiõe assequitur:qm̃ alterum iuuenem,loco veteris substituit.Nã ꝓ eo tempore, quo viuit animal,nunq̃ in eodem ꝑmanet statu,sed nouum semp efficit:& vetera exuit fm pilos & carnem & ossa & sanguinem & corpus vniuersum:& hoc pacto omnes mortale seruatur,nõ ꝙ omnino idem sit vt sit diuinum & cœleste corpus,sed qm̃ q̃ tabescit & abit,nouum & simile sibi relinquit:& hoc vnico remedio,s. generatiõe quod mortale est siue corp⁹ sit siue q̃libet aliud, particeps immortalitatis euadit. Quamobrẽ mirãdum nõ est: si omnia germen suum

Quomodo omnia asserit Plato immortalia.

ex

ex natura cariſsimum habeant. Nã viuunt in illo, & immortalitatis gratia nixus huiuſmodi atque amor cuilibet ineſt.

Amorem generatiuũ humano generi propriũ exiſtimat Plato, non aliud eſſe quàm conſequendæ apud poſteros immortalis memoriæ deſiderium: cuius gratia quàm præclara etiam arduà operantur homines, alios in virtutibus variiſque doctrinis erudiunt, ſcientiã ſuã literis ac ſcriptis cõmendant, reipũb. leges condunt: Regna & dominia omni prudẽtia atque iuſtitia moderantur. Hæc omnia ſimiliaque effice re cõtendunt, vt immortales ex fama & opinione apud poſteros perſeuerent, cernes inquit Plato in Sympoſio, quàm vehementer exoptẽt huius ꝓpoſiti homines notos ſeſe omnibus exhibere, & in futurũ immortalẽ conſequi gloriam. Nam huius gratia magiſquã pro filiis pericula ſubeunt, pecunias erogant, labores nullos reſpuunt, ac denique morti ſe exponunt, vt immortalẽ fama ſibi generent ac pariãt ꝓ futuris ſeculis. An cẽſes Alceſtẽ ꝓ Adameto mori voluiſſe, & Achillem in vltione Patrocli occũbere, & Codrũ pro filiorum regno perire, niſi immortalẽ virtutis memoriam, cõſecuturos ſe præſagiſſent? Pro immortali igitur virtute & honeſta opinione ſibi cõparanda, cũcta hæc agunt, & quo meliores homines ſunt, eo magis ad iſta contendunt, vtpote immortalitatis vehementiſsimi amatores.

Sed dices qui nam ſint illi in genere hominũ, qui generatiuũ amorẽ nobis & brutis cõmunẽ proſequũtur, & q ꝓ priũ nobis ſeruare, iuxtaq; illũ cõcipere ac parare conãtur? Reſpondet in Sympoſio Plato, q ex hominibus quidã ſunt corpore fœcũdi, ſed animo ſteriles & vacui. Hi ad fœminas ſe magis conuertunt. Atque ita amant vt filiorum ꝓ creatione immortalitatẽ memoriam felicitatem per omne tẽpus aſſequi ſperent. Sunt & alij & ſi quàm rari, qui animã grauidam atque fœcundam magiſquã corpus habeant. Hi profecto concipiunt ac pariunt feliciſsimos animi natos, ac præclariſsima pignora, vt animo conuenit. Animi natos dicimus virtutes vt tẽperantiã, iuſtitiam, & omnium præſtantiſsimã prudentiã, qua ciuilia & domeſtica regũtur. Quiſquis ergo inquit Plato harũ virtutũ plenus & grauidus eſt, ſicq; diuinus & optimus ętate debita imminente, iam generare atq; parere affectat, alios, ſcilicet hortans & eruditus vt quã boni ac virtute præclari fieri cõtendãt. Vt igitur pulchrè generet ac pariat in animo alterius ex doctrina, paſſim vagaẽ & pulchrũ quęrit in quo pariat. Qua ꝓpter corporib⁹ ſpecioſis magis quã deformib⁹ gratulaẽ, vtpote animo prægnãs. Quod ſi animã in corpore ſpecioſo pulchram generoſam docilémque reperiat, vtraque cõcurrente pulchritudine mirificè delectaẽ, & corã homine tali cõfeſtim de virtute loquẽdo facundia pollet ediſſerẽs qualis eſſe debeat, ſcilicet vir bon⁹, & omni virtute decorus, quódve ſit eius officiũ, & hac doctrina imbuere illũ ſtudet, & eo familiariter vtens, quod quondã conceperat in illius animo parit ac generat, ſcilicet virtutis ac diſciplinæ habitum veluti intellectuales natos, & qđ inde naſcitur cõiter cum illo nutrit & educat, & inde nobiliorẽ firmioremque adinuenicem amicitiã cõtrahunt, quàm mortaliũ filiorum parentes, vtpote qui in natis pulchrioribus & immortalibus quales ſunt virtutũ atque præclariſsimarum ſcientiarum habitus, ſimul cõmunicant. Nam huiuſmodi mẽtales filios quilibet rectè ſentiens, potius quàm humanos eligeret: præſertim q Homerũ Heſiodúmque cõſideret: & poëtas alios atque diuinos æmulatur, dũ cernit quales poſteris filios reliquerũt, ſcilicet diuina poëmata ſua qui cum immortales ſint, immortalem quoque gloriã & memoriã autorib. parẽtib. ſuis præbuerunt. Cernis & quales filios Lycurgus Lacedæmoniis reliquit, id eſt, ſanctiſsimas leges: quibus penè tota Græcia ſeruatur. Honoratur & apud Athenienſes ꝓpter legũ generationẽ Solon: aliique permulti alibi apud Græcos & Barbaros: qui multa ac præclara opera geſſerunt: virtutémque omnẽ, quib⁹ ſacra ac multa tẽpla ob tales eorũ & immortales filios dicata fuere. Ob humanos vero filios alicui nunquã, patet igitur in nobis duos eſſe gignitiuos amores, alterũ mortaliũ filiorũ, alterũ immortalium: & vtriuſque ratio eſt ipſa immortalitatis conſequendæ cupiditas. Nõ enim vt inquit Plato in Sympoſio mortalitas & trãſmutatio continua in ſolo hoc noſtro corpore, ſed in anima cõtingit. Nam mores & cõſuetudines, & opiniones, & cupidines, & voluptates, & dolores atque timores, cõtinuè ꝓmutantur: nec quicquã ex iſtis idem perſeuerat: Sed priora qdẽ abolentur, & noua, ſuccedunt. Quin etiã quod mirabili⁹ eſt ſcientiæ quoque non ſolum aliæ euaneſcunt aliæ ſurgũt neque ſẽper ſecundum ſcientias iidem ſumus: verum etiã quæuis vna ſcientiarum tranſmutationẽ ac mortalitatem patitur. Quod eñ dicitur meditari, quaſi ſcientia exierit à mente dicitur. Obliuio eñ ſciẽtiæ exitus eſt. Meditatio verò nouã memoriã loco abeuntis reſtituens, ſcientiã ſeruat: vt eſſe eadẽ videatur. Hoc vtiq; pacto vt iã diximus, omne mortale ſeruatur, nõ qa ſemp omnino idem ſit: ſed qñ qđ antiquatur, ex generatione nouũ & ſibi ſimile reliquit, & hoc remedio qđ mortale eſt ſiue corp⁹ ſit ſiue aliud, particeps immortalitatis euadit. Hęc de ꝓſenti capite dicta ſint.

Animi nati qui.

Dus in nobis gignitiui amores

CAPVT III.

De virtutibus veri ac recti amoris.

IN hoc tertio capite agendũ ſupereſt de veri, ac recti amoris virtutibus ad mentẽ Platonis in Sympoſio. Tu igtur aduerte q verus ac rectus amor iuſtus, temperatus, fortis, ſapiens, ac omnis præclari operis autor, & ſeruator, & incitator prædicatur.

Amor ver⁹ iuſtus eſt.

Primo quidem iuſtus affirmatur: qñ vbi eſt integer ac verus amor, ibi eſt beneuolentiæ viciſsitudo, à qua procul abeſt omnis contumelia & iniuria. Nõ eñ vt Plato inquit, Amor ſincerus Deo vel homini iniuriam infert, nec à Deo vel homine iniuriam patitur. Nam ſi qd amor patitur, non vi, ſed ſponte patitur: qñ violentia non tangit amorem: neque vi operatur ſi qd operatur. Quilibet eñ ſponte amori in ſingulis paret: & quæcunque qs volens cũ volente ſponte contrahit: iuſta exiſtimantur: vt regiæ ciuitatis leges dederunt. Iuſtus igitur eſt verus amor, eiúſque iuſtitiæ tanta eſt vis: vt ea ſola valeat hominum gen⁹ pacificè viuere ſi múlq; verſari. Quod neq; prudẽtia neq; fortitudo, armorũ & legũ & eloquẽtię robur ſine beneuolẽtia efficere poſſ⁹t.

Verus amor temperans eſt.

Secundo tẽperans eſt. ſincerus nanq; amor libidinib⁹ & voluptatib⁹ dominatur. nullaq; voluptas eſt integro amore potentior. Quod ſi voluptates omnes amore imbecilliores, ſunt, ab illo vtique ſuperantur, & dominatur ille. Amor itaque qñ libidinib⁹ & voluptatibus dominatur profecto mirum in modũ tẽperans eſt: & huius quidẽ tẽperãtiæ ac modeſtiæ ratio eſt, qñ cum integere amor verã quærat pulchritudinẽ, animiq; decorẽ: & morũ venuſtatẽ, viles & immoderatas aſpernatur cõcupiſcentias, & à turpibus geſtis ſemper abhorret. In hoc eñ diſtinguitur verus amor ab adulterino & ſophiſticato affectu vt aperiemus infra.

Rect⁹ amor fortiſsimus eſt.

Tertio fortis eſt. nã vt inquit Plato in ſympoſio, neque Mars amori reſiſtit, nõ eñ Mars amorem, ſed amor Martẽ detinet, potentior eſt aũt detinens detento. Qui igitur omnium fortiſsimo, id eſt Marti dominatur, abſq; dubio fortiſsimus iudicandus eſt. Cuius quidẽ fortitudinis illud maximũ eſt argumentũ, q amori omnia parent & cedunt: & ille nulli & in omnibus dominatur atque regnat. Nã & cæleſtes mentes & Deus amat, & animalia & creata omnia: nullúſque mortaliũ ab amore ſecernitur, fortes & ſapientes, diuites & principes, ac reges maximi amorẽ ſequuntur & colunt. Amor aũt nulli horum ſubiicitur. Neque eñ diuitum muneribus emitur amor. Neque potentũ violentiæ & minæ vt amemus vel deſiſtamus cogere nos poſſunt. Amor eñ liber eſt, ac in libera libere oritur voluntate, quam nec Deus maxim⁹ cogit qui liberã ad eſſe deduxit: liberamque fore decreuit. Hinc prouenit q amor verus, qui omnia vincit, omniũ effugit violentiã: cuius tãta eſt libertas, vt cum cæterę animi affectiones vel artes, atque operationes præmium aliquod à ſe diuerſum exoptent, amor ſeipſo vtpote ſuiipſius prędio contentatur, quaſi q aliud nõ ſit prędiũ ꝓter amorẽ: qđ amore ſit dignũ. Nã qui vere amat aliud non q̃rit niſi reamari, & ſi amatũ interroget amantẽ, quid ab eo potiſsimũ requirat, confeſtim reſpondet, amari volo ſicut & ego amo: hęc merces mea.

Amor ver⁹ ſapiens ac peritiſſimus eſt.

Quarto ſapiens atque omnis pitiæ ac facũdię autor eſt. Nã vt Plato in Sympoſio demonſtrat, quilibet licet antea rudis, poëta & facundus & ingenioſus euadit, cũ primũ amor ipſum afflauerit: ex quo perſpicue coniecturare licet, amorẽ ſapientiſsimũ eſſe atque poëtã, omnéſque muſicos ac poëſis numeros continere. Nã quæ quis non habet, nec agnoſcit, alteri tribuere vel demonſtrare non poterit. Quis autem per amoris ſapientiam non aduertit animalia cuncta gigni & oriri & educari. Artiũ præterea & diſciplinarũ facultates ab amore proueniunt. Nã quẽ amor docuerit & excitauerit, hic prẽclarus in arte euadet: econtra vero qui amore non tangitur, non proficit, ſed in obſcuro iacet. Omnium ergo artium ac diſciplinarum magiſter ſapientiſſimus eſt amor. experientia enim didicimus neminem vnquã artem aliquam aut inuenire aut addiſcere poſſe niſi

inuestigationis oblectatio,aut inueniẽdi desideriũ & amor excitent:& qui docet,addiscẽtes diligat, & addiscẽtes eã doctrinã auidissimè sitiant,&artis operasolo amore diligẽter peragunt artifices atque perficiunt,sagittandi prẽterea & medendi & diuinandi peritiã, duce amore inuenit Apollo.Musicã similiter Musæ,fabricam ærariam Vulcanus: Texendi artificium Minerua:Iupiter deorum hominũq; gubernationem ac vniuersi dispositionem.Res enim interueniẽte deorum amore dispositæ sunt,amore inquam pulchritudinis ac diuinæ bonitatis manifestandæ.

Amor omnia efficit ac cõseruat.

Quinto est omnis præclari operis autor & seruator & incitator.& quidẽ q primũ verum sit,hinc patet q non solum homines ex amore præclara operãtur,sed & Deus maximus quæcũque produxit & producit,solo amore cõmunicandi diuinam illam bonitatem lacessitus est ac benigna volũtate sic decreuit,vt testatur Plato in Timæo idem ꝓpagationis amor:omnib⁹ ab illo primo autore inditus est.Propter amorem mouent illæ beatæ substantiæ cœlestia corpora:& inferioribus munera sua largiuntur:per hunc sydera lumen suum in elementa diffundunt:per hunc herbæ & arbores cupidæ sui seminis propagãdi,sibi similia gignũt.Animalia quoque bruta & homines eodem amore ad propagãdam sobolem rapiuntur.Vniuersa ergo efficit amor.Quod si efficit,etiã cõseruat.Nam similia similibus seruantur.Sed amor simile ad simile trahit:ergo & effector & cõseruator est omnium:cuius rei euidentissimum:sumitur signũ:q̃ singulæ terræ partes & tota ipsa terra ad centrũ mundi vt ad sibi simile toto nixu descendit:atq; partes ad sese inuicem & ad locum vnum,quem oceanum dicimus perferuntur.Idem aëris & ignis partes efficiunt,duoq; hæc elemẽta ad superiorẽ regionẽ naturaliter sibi cõgruam & similem illi⁹ amore trahuntur.cœlũ quoque vt Plato inquit in libro de regno innato mouetur amore.Adde quoque quòd partium vnitate cũcta seruantur,& dispersione ac diuisione partiũ pereũt.Partium autẽ vnitatẽ seruat & efficit amor.Quod in humani corporis humoribus,mundique elemẽtis intueri licet,quorum concordia & mundus & corpus nostrũ constant,discordia vero dissipantur. Concordiam vero in illis pacis & amoris præstat vicissitudo:est igitur amor omniũ effector ac seruator.

Liquid præclarũ ab hominibus fieri possit hoc efficit ac perficit amor.

Quod aũt ad præclarum quodcunque opus solus incitet,& vt ita dicã cõpellat verus & integer amor, conatur Plato in Symposio nobis sic suadere:sic igitur incipit, duo q̃dem sunt,quæ à pueritia per omnem vitam ducere illũ debent,qui sit egregiè præclareq; victurus : in rebus quidẽ turpibus verecundia,in honestis aũt studium ac solicitudo. Hęc autem duo,neque genus,neque diuitię neque honores nobis citius & melius quàm amor prẽstare possunt. Neque absque his duobus aut ciuitas aut priuatus vnquã præclarum quid & magnificum perficere poterit. Nam si amator turpe aliquid agere vel pati ab aliquo, & propter ignauiã non repugnare nec vlcisci deprehendatur siue à patre, siue à fratre siue à quo vis alio,nõ tã vehemẽter tristatur,quàm si ab amato deprehendatur.Similiter adolescentẽ tunc maximè erubescere cernimus,cum eius amator atque benefactor aliquid turpe committentẽ offenderit, & si quo pacto ciuitas aut exercitus fieri posset partim ex amantib⁹,& partim ex amatis:supra quàm dici possit, fortiter singula agerent atq; ministrarent:dum per verecundiã à turpibus abstinerent,& ad honesta ac præclara , quasi æmulatione quadã cõtenderẽt talesq; homines etiam numero pauci, vniuersos vt ita dicam homines prælio superarent.Nã amator amato spectante ordinem deserere vel arma abiicere:vehementius quàm coram cunctis aliis hominibus erubesceret. Quin & obire sæpenumero mallet,quàm amatum derelinquere,& in periculis non succurrere.Neque vllus est adeo ignauus,quem amor non inflammet,& ad virtutem diuinũ reddat,vt viro fortissimo par euadat.Nam quod Homerus inquit vim furoremq; a Deo quibusdam heroum fuisse immissum,hoc amor in amantibus efficit.Quin etiam pro alio mori soli amantes eligunt, & non tantũ viri, sed & mulieres:cuius testimonium Alcestę Pelię filia Gręcis manifestissimum reliquit:quæ sola elegit pro viro suo perire : cum tamen & pater & mater illi adessent:quos illa propter viri amorem,caritate adeo superauit,vt eos extraneos:& nomine duntaxat filio suo cõiunctos esse monstraret.Quod quidem facinus adeo præclarum non tam ab hominibus quàm à diis iudicatũ est;vt cum ex multis qui præclara gesserant paucissimis admodum & præstantissimis reuiuiscendi munus tribuissent:hanc ab inferis continuo suscitarint,tã egregio facinore delectati.Tanti extimant dij circa virtutẽ & amorẽ studium.Orpheum vero Iagri filium voti sui impotem ex inferis emiserunt.Neque em̃ fœminam Euridicem, cuius gratia descenderat illi restituerunt: sed illius phantasma monstrarunt,cum nõ auderet vt Alcestæ amoris gratia mori,sed vtpote citharœdus mollitie quadã exterreretur:& machinamenta quædã excogitaret: q̃bus viuens ad inferna descenderet : cuius delicti ac simulationis pœnas dij eũ pẽdere decreuerũt,iusseruntq; à fœminis lacerari. Achillem autẽ Thetidis filium honorarunt & in beatorum insulas miserũt:qm̃ cũ accepisset à matre Thetide,si Hectorem occidisset,statim sibi moriendum fore:si non, in patriã se redditurum,& senẽ denique moriturum:Audacter elegit pro Patroclo amatore suo pugnare eiusq; mortem vlcisci.Nec solũ ꝓ illo mori,sed & perẽpto illo interfici.Quod quidem magnopere approbantes dij,insigni eum gloria decorarunt : quoniã tanti amatorem suum fecisset. ex his omnibus assero,inquit Plato , verum integrúmque amorem summopere venerandum atque sectandum:eo q̃ ad virtutẽ & beatitudinem consequendam hominibus tam viuis quã defunctis maximè cõducit. Cõstat igitur quo pacto verus amor est cuiuscũque præclari operis autor & seruator:ad illúdque incitat & cõpellit.Hęc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT IIII.

Quæ nobis bona ex optimo amore proueniant.

IN quarto capite manifestanda sunt ad mentem Platonis præclarissima munera ac dona,quæ ex puro & integerrimo amore nobis ꝓueniunt.Hæc igitur sunt apud Platonẽ in Symposio:Vbi sic cecinit in egregij Agathonis persona, Hic est,q̃ pacem largitur hominibus,qui mari tranquillitatem,qui ventis requiem,viuentibus cubile securũ, hic rusti citatẽ à nobis amouet,hic nos familiaritate cõciliat,cœtus humanos omnes cõgregans, In solennib⁹ festisque diebus, in choris,in sacrificiis,dux nobis & pręsidens,mansuetudinem quidem porrigens,feritatem exterminans: beneuolentię largitor,malitiæ omnis expulsor,propitius , beneficus, spectandus sapientibus,Diis placidus,exoptandus expertibus,participantibus possidendus,atque tenendus gratiarũ dulcisque ꝓsuasionis ac desiderij pater, bonorũ studiosus, malorum spretor,in labore in timore,in desiderio,in sermone gubernator,ꝓfectus adiutor & seruator præcipu⁹, Deorum atque hominũ decus ,& dux pulcherrimus atque optimus,mentem deorum hominúmque demulcens,quem profecto sectari debet præclarisque hymnis venerari vir quisque Hæc Plato & aduerte huiusmodi dona nobis ꝓuenire præcipuè ex mutuo & solidissimo amore, quẽ Peripatetici veram dicunt amicitiam:super virtutis bonum radicatam:de qua diffuse legimus in octauo libro Ethicorum in epitomatibus nostris moralibus. Nã vbi est hic mutuus & integer amor ibi viuendi securitas propulsis omnibus piculis:ibi concordia:remota omni seditione:ibi externa facultas,vitata miseria,ibi nullæ insidiæ ibi cõmunia omnia, ibi lites,furta,homicidia,prælia,adulteria, &c. mala atque calamitates cessant:quibus assidue vexari experimur hominum genus ex carentia mutui & integri amoris.Hæc de ꝓsenti capite dicta sint.

CAPVT V.

De amore impudico,& illius cura.

POstquàm de vero ac integro amore locuti sumus,eiúsque virtutibus ac præclarissimis,donis, cõsequẽs est vt de eius oppositio tractemus,quem dicimus amorem lasciuum,impudicum,adulterinũ,quo miseri adamantes vulgares illaqueantur,qui vt supra iam diximus,potius rabies & furor quàm amor dicendus est,verum vt à communiter loquentibus non recedamus,de eo sub amoris nomine ꝓtractabim⁹,vt scias quàm malus ac noxius sit omnique ex parte fugiendus ac reprobandus,vt pessima omnium pestis,vt pote hominem inficiens,& vertens in brutum,in hoc igitur capite manifestandum est miseris adamantibus,quid sit hic vulgaris & ferin⁹ amor,& hic quatuor agẽda sunt. Primo q̃d sit ex parte amãtis.Secundo quid sit ex parte amati.Tertio qui præcipuè hac peste inficiuntur:& qui inficiunt siue capiunt amantes.Quarto qũo hic morbus curandus est.

Amor impudicus insaniæ quædam species est.

Quantum ad primũ aduerte,quòd ex mente Platonis in Phædro,amor hic impudic⁹,quo rapiũtur vulgares amãtes est insaniæ species & anxia solicitudo : qua die noctúque adamãtes vexantur:durantéque ipso amore,bilis incendio

primum

primum,deinde atra bili vexati & afflicti,in furias ruunt,& veluti cæci quo præcipitentur ignorant.

Vt autem ſcias,quæ nam,ſit inſanię ſpecies impudicus amor,aduerte ꝙ apud Platoné in Phędro. Omnis inſania eſt mentis humanę alienatio. Huius autē alienationis duo ſunt genera apud Platonem,vnam quidem exiſtimat à Deo ꝓuenire,quam diuinum furorem appellat,quam Theologi diuinam ectaſim ſiue raptum ad diuina vocant, de qua diffusè egimus in epitomatibus noſtris in libro decimo Politicorū Ariſtotelis,Alteram autem dicit Plato à morbis humanis ꝓuenire,ex prima efficitur homo diuinus,eleuaturque ſupra hominum ſpecię,ex ſecunda deiicitur homo infra hominis ſpecię,& ex homine veluti brutum redditur,& hęc propriè inſania nuncupatur:qm̃ facit hominem ſecundum mentem non ſanum.Huius inſanię duo ſunt genera,vnum quidem ex defectu cerebri, alterum ex defectu cordis prouenit. Nam aliquando aduſtabilis, aut atra, aut aduſtus ſanguis caput petunt & opprimunt,Aliquando detinentur in corde & ipſum conſtringunt & comprimunt,ſi caput petunt, id tribus modis fieri contingit. Nam ſi aduſtabilis caput petit & cerebrum opprimit,tunc fit vna inſaniæ ſpecies, qua vexantur homines,& à nemine laceſsiti vehementiſsime iraſcuntur, alteque vociferant vt canes latrantes,in obuios irruūt,alios & ſeipſos cædunt, efficiunturq; vt immanes ferę,ſi aūt aduſtus ſanguis caput petit & cerebrum lædit, ꝓuenit alia inſaniæ ſpecies,qua homines in effuſos riſus cachinnosq; ꝓrumpunt,maximè ſe iactant,miranda de ſe pollicentur,catu geſtiunt,tripudioque exultant,ſi atra bilis caput petit & cerebrum lædit,alia prouenit inſaniæ ſpecies,qua homines ſemper mœrent ac triſtantur,nullaque ſolatia ſumunt, ſibi ipſis imaginationes veluti ſomnia fingunt,quibus adhęrentes ꝓſentia expaueſcunt,& futura formidant. Hos cōmuni fama melancholicos dicimus,& ſic patet tres eſſe inſanię ſpecies ex cerebri defectu prouenientes,& q̃ in eis laborant demētes ac ſtulti dicuntur,ſi autem non petunt caput ſed in corde detinentur, continuam anguſtiam & ſolicitudinem pariunt,omni quiete priuant patientem, inſtabilem reddunt, nec eſt ſani conſilij compos. Hic non demens ꝓriè & ſtultus,ſed amens efficitur & hac inſaniæ ſpecie,quæ ex cordis morbo naſcitur laborant qui perditè amant,& affliguntur, cuius ſignum eſt ꝙ palent & attenuantur, vt diffuſius infra loquemur in capite ſequenti.Pręterea,alterna requie carēt ex quo argumentum trahitur hanc eſſe paſsionem ex melācholico ſanguine cor comprimente prouenientem: nam apud Phyſicos,continua febris in ſanguine locatur, quæ aūt horas ſex quieti relinquit in pituita,quæ diem vnum in bili,q̃ duos in atra bili,cum igitur hic perditi amoris æſtus amantes inquietos continue reddat,non immerito in ſanguine veluti continua febris locatur, in ſanguine inquam melancholico,cuius contagionem ſemper afflictio concomitatur.Patet igitur quid ſit hic perditus amor ex parte amātis.

Quantum ad fm̃ aduerte, quòd ex doctrina Platonis,vt etiam in ſequenti capite aperiemus, perditus amor magus eſt & faſcinator: vnde ex parte amati faſcinatio quædā eſt, eſt autem faſcinatio incantationis ac ligationis genus, quo ita liganturhomines,vt liberi non ſint nec mentis cōpotes, & ſæpe ad extremā maciem deueniunt, vt autē ſcias quomodo perditus amor ex parte amati faſcinatio ſit, & quot modis contingat,aduerte ꝙ ꝑcipuè ſit per oculos, Pro cui' euidentia ſcito ſanguinem in adoleſcentia atque iuuentute ſubtilem eſſe & clarum,calidum & dulcem, ꝓcedente vero ætate ſubtilioribus partibus reſolutis,craſsior fit & obſcurior.Qualis aūt eſt in hac iuuenili ætate ſanguis, tales ſunt & ſpiritus ſ.ſubtiles clari,calidi,atq; dulces:nam cū à cordis calore generent ex puriori ſanguine,tales in nobis ſemper ſunt qualis eſt ſanguinis humor,quales verò ſunt in nobis ſpiritus,tales per oculos vt per vitrea vaſa radios emittunt.Radij igit adoleſcētis ac iunioris puri ac perlucidi & gratioſi ſunt,& ſicut ſol lumen ac virtutes ſuas ꝓ radios ad inferiora & terrę & ſecreta demittit, quibus agitant̄ mouē turque & elemēta & elementata, ſic radij ꝓlucidi ex oculis amati prodeuntes, amantis prędordia penetrant commouent & trahunt vt magnes ferrum, ſicque immobilitant ac vinciunt amantem,vt nō amplius ſui ſit iuris,ſed in poteſtatem tranſit amati,& hęc eſt faſcinatio, qua perditi illaqueantur adamantes,quā prędipuè fieri ꝓ oculos diximus,quoniam ſi frequentiſsimo intuitu aciem viſus ad aciē dirigūt, & lumina luminibus iūgunt,radij prodeuntes intrinſeca penetrant,& ſic miſeri longum combibunt hauriuntque amorem,quo veluti catena conſtricti tenentur,& quidem quòd hmōi faſcinatio præcipuè ꝓ oculos fiat ſignum ex eo ſumit ꝙ ſi quis oculorum nitore polleat,licet in reliquis corporis partibus minus cōpoſitus atque formoſus ſit ſæpius intuētes illaqueat,& in ſui trahit affectum,atque inſanire facit, qui vero toto corpore formoſus eſt,ſed in oculorum decore deficit,ad moderatam quandam beneuolentiam potiuſquam ad perditum amoré trahit,reliquarum em̃ partiū præter oculorū cōcinnitas non vim cauſæ ſed occaſionis habet in hmōi faſcinatione,patet igit ꝙ perditus amor eſt ex parte amati faſcinatio,& quomodo,& qua præcipuè corporis parte fiat,quàm per oculos.

Hæc autem faſcinatio aliq̃n eſt mutua, aliquando non, mutua quidem erit,ſi duo fuerint in adoleſcentia,aut iuuētute conſtituti conformes:nam cum in vtroque ſanguis ſit ſubtilis & clarus & calidus & dulcis,& conſimiles ſpiritus & conſimiles radij ꝓdeant ex oculis, ſi frequenti intuitu ſe mutuo aſpexerint,mutuo ſe illaqueant, & cōem incurrunt incantationem penè inſolubilem,non mutua aūt erit,ſi ętate & cōplexione ſimul difformes extiterint:vt ꝓtingit inter iuuenculam & ſeniorem:nam ſpiritus & radij clari iuuenculæ ſenioris ꝓcordia penetrant & trahunt,cum autē in ſeniore ſanguis craſsior & obſcurior effectus nō generet ſpiritus,niſi vt ita dicā hebetes & obſcuros & non dulces,nec ex eius oculis ꝓdeant ſcintillantes ac lucidi radij, vim non habent iunioris præcordia penetrandi,ideo iunior aut nulla aut leuiſsima irretię ſenioris faſcinatione,& tunc iunior ſeniorem grauiſsimè illaqueat,& non econuerſo,difficileque eſt iuniori ſenioris ferre congreſſum atque familiaritatem,niſi aut munerib', aut honore, aut ſenioris humanitate atque vrbanitate deuincatur.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ fœminæ de facili maſculos irretiunt & faſcinant,inter fœminas autem illæ præciuè,quæ maſculā quandam viuacitatem ac indolem præ ſe ferunt, & tanto facilius quanto ſanguinem & ſpiritus clariores ac puriores habent,& oculorum radios lucidiores: qm̃ vt diximus in hac re prędipuè conſiſtit adamatoria faſcinatio,ex marib' autem illi velociſsimè mulieres faſcināt qui præcipuè ſanguinei ſunt & quadā ex parte cholerici, q̃ amplos glaucos nitentes habent oculos, ac prędertim ſi caſte viuant,neque per coitum claris humorib. exhauſtis, ſerenos ſedauerint vultus,phlegmaticus autem ſeu melācholicus propter ſanguinis & ſpirituum craſsitudinem neminē vel leuiter faſcinat.

Cito verò illaqueantur & mutuo,qui eiuſdē fuerint cōplexionis,verum phlegmatici,in quibus pituita,id eſt phlegma dominatur,nunquā aut inconſtanter captantur propter phlegmatis pigritiem & inconſtantiam,ſunt em̃ phlegmatici natura inſtabiles,& in nullo cōſtant,melācholici, in quibus atra dominatur bilis, ſumma quidem difficultate & ſero captantur ꝓpter humoris terreſtris groſsitię & frigiditatem.Sed ſi irretiti fuerint nunquā aut quā longiſsimo tēporis interuallo liberantur.Aſsimilantur em̃ quartana laborantib.à qua nō niſi temporis longitudine vt in plurib.abſoluuntur. Sanguineus de facili deuincitur,ꝙ ſi à ſanguineo captatur,leue eſt amoris iugum,& ſuaue vinculum, ſimilis namque complexio,mutuum creat amorem,& clari ac dulcis ſanguinis ſuauitas fiduciam ac ſpem præſtat amanti, ſi cholericus cholericum deuincat,intolerabilior ſeruitus eſt licet em̃ cōplexionis ſimilitudo,nonnullā inter eos beneuolentiæ viciſsitudinem cauſet,igneus tn̄ ille bilis humor crebra eos iracundia turbat.Hinc inter eos frequētes lites ſed cito finem capiunt,& pacis fœdera innouant, cum quibus innouatur & amor,verificaturque illud inter amantes cholericos,irę amantium reintegratio amoris eſt,ſi ſanguineus cholerico vniatur,aut econtra,ꝓpter ſanguinis ſuauitatem & cholerę acritudinem ſimul mixtas,quædam peruenit iracundiæ & gratiæ,voluptatis & triſtitię alternatio,ſi ſanguineus melancholicū ligat,nodus quidē perpetu',ſed non miſer: qm̃ ſanguinis dulcedo,melancholię amaritudinem tēperat,ſi cholericus melancholicū illaqueat,peſtis oīum pniciоſiſsima eſt,Acutiſsimus em̃ cholerici humor melancholici viſcera & ꝓcordia illabitur,ꝑcipuè ſi cholericus iunior & melancholibus ſenior extiterit.Nā cholera ad iracundiā & cædes ꝓuocat.Melancholia ad merorem & querelas ꝓpetuas,iſti nōnunquam ſeipſos perimunt ex amoris perditi furore,vt Phyllis,& Dido atque inſanus Lucreti'.Patet igit qui præcipuè hoc perdito amore inficiuntur,& qui inficiūt faſcinantque amantes,& qui non.

Quantum ad quartum aduerte morbum hunc ꝓditi amoris ex doctrina Platonica curandū eſſe ſicut & cæteras humani

Mentis alienatio duplex.

Inſania quid ſit, & eius multæ ſpecies, & quō fiat.

Cur ſeniores non ita amātur ſicut amant.

Fœmina quanam facile & quos capiant amātes.

Qui facile amore capiāt cuius cōplexionis potiſsimū ſint.

Inordinat' amor faſcinatio quadam eſt, & quid nā ſit faſcinatio.

Introeunt mors per ſe noſtras,deſit per oculos.

Corporis morb' duplex curatur.

mani corporis ægritudines. illæ autem duplici via, vt est cómunis physicorum sententia, curandæ sunt, quarum prima est via naturæ, altera est via humanæ diligentiæ ac solicitudinis: quam medicinæ ars adinuenit. naturalis est, qua certis temporum interuallis, materia peccans vtpote ægritudinis fomentum paulatim purgatur: virtute naturæ obtinentis supra peccantem materiam: & tandiu ægritudo permanet, quandiu naturæ virtus peccantem materiam non correxerit; correcta autem & expurgata materia, terminatur ægritudo, verbi gratia. Pruritus in cute & maculæ, vt in scabie, tandiu permanent quandiu infecti sanguinis fex est in venis, aut salsum phlegma viget in membris. Depurato autem sanguine, & euacuato phlegmate salso, desinit pruritus: & sordidæ cutis maculæ abolentur. via autem humanæ diligentiæ est qua diuersis medicaminibus adiuuamus naturæ virtutem ad euacuationem peccantis materię, qua prudens medicinę artifex procedit maturo tempore, & gradatim: pcauens immaturas & repentinas euacuationes ac violétas, ne dum ad subitam & fortem euacuationem festinat, morbum irritet & naturæ virtutem deprimat. Hinc experimur prudentem medicum in morbo contingente ex salso phlegmate, qualis est curis vlceratio, repentinas euacuationes, & acutas vnctiones reprobare, sicut igitur corporis ægritudines duplici vt diximus via curantur, sic & perditi amoris morbus. Nam tandiu adamátium inquietudo ac febris perseuerat, quandiu infectio illa sanguinis per fascinationem amati affecta, & amantis pręcordiis immissa permanet, & graui cor premit cura: & vulnus alit in venis: & cęcis flammis membra adurit & exsiccat, à corde nanque ad venas, à venis ad membra transit. Quod si virtute naturæ huiusmodi infectio expurgata fuerit, tunc adamátium, quos rectius amentes appellare possumus, cessat inquietudo & angustia. verum hęc naturę curatio longum in omnibus his amentibus requirit téporis spatium: ęgrotant enim diutissimè hoc morbo secundum astronomos illi in quorum natiuitate Venus in domo Saturni fuerit, vel Saturnum & lunam vehemẽter aspexerit, ęgrotant & miserabiliter melancholici, si semel & tenaciter fascinati fuerint, præsertim si Saturni influxu illaqueati fuerint: & infelicius, si Saturno retrogrado, vel Marti coniuncto, vel soli oppositio, in huiusmodi amoris seruitutem & captiuitatem redacti fuerint, isti vt in pluribus vsque ad senium ægrotant: & non nisi morte absoluũtur. Propterea si natura in tali curatione non prœualet, adenda est sicut & in reliquis morbis curandis diligentissima artis industria: sunt autem pro curanda hac peste talia remedia apponenda.

Naturali remedio curare amoris morbum, ferè impossibile est.

Consilia necessaria contra inordinatum amorẽ.

1 Intermittenda est consuetudinis, & conuersationis & visitationis & colloquiorum frequentia.

2 Cauendum est ne oculorum lumina luminibus coniungantur.

3 Si quid vitij est in amati animo aut corpore diligẽter mẽte reuoluendum est.

4 Pluribus & variis & grauibus negociis animus applicandus est.

5 Frequenti exercitio & vsque ad sudores vtendum est, vt corporis meatus ad expurgationem faciendam aperiantur.

6 Sępe minuendus est sanguis, vinumque clarum & subtile sumendum: vt veteri ac fascinato sanguine euacuato nouus sanguis adueniat: ex quo & noui generentur spiritus.

7 Solitudo vitanda, & rei amatoriç studium & lectio interdicenda, ne amati imago imaginationi semper assistat.

8 Ea omnia, quæ physici ad cordis prçsidium, & cerebri cõfortationem adhibent, huic morbo quàm maximè prosunt, ne miser amator amentiam aut dementiam incurrat. Hęc de prçsenti capite dicta sint.

CAPVT VI.

De variis amoris obscœni effectibus in amantibus.

Ex matre Inopia quas traxerit inordinatus amor qualitates.

IN hoc sexto capite aperiendę sunt perditis amãtibus qualitates illę, quas ferus in eis causat amor ad mentem Platonis in Symposio: tu igitur aduerte quòd Plato illic Diothimam fatidicam inducit describẽtem perditũ amoré, pgenitum fuisse ex inopia matre, & ex copia patre à matre has miseras qualitates trahit, & tales reddit amãtes: est enim Aridus, macilentus, squalidus, Nudus, humilis, sine domicilio, sine tegmine. Ad fores in via sub diuo dormiens. & semper egenus. à patre autem qui fingitur copia, has trahit & tales reddit amantes. est ẽ callidus, astutus, sagax, venator, virilis, & audax, facundus, per omnem vitam philosophans, sophista & magus, mortalis, immortalis, nunquam mendicus omnino, nunquam opulentus, sapiẽs & insipiens. prius igitur de qualitatibus quas trahit à matre, deinde de his quas trahit a patre agendum est.

Sordidus amor aridum macilentum pallidum, & squalidũ cur reddat amãtem.

Quantum ad primum aduerte quòd perditus amor hac de causa aridum & macilentum & pallidum siue squalidum facit amantem, quoniam omnium animantium vitã in calido humidóq; bene temperato fundatur, calidum autem & humidum attribuitur sanguini, vbi ergo deficit sanguineus humor hic ariditas & macies & pallor & squalor apparet: sed qui diuturno amore perdito vexantur, & sanguine & spiritibus depauperantur. Quoniam ad duo simul opera, virtus naturæ non sufficit. Nam amantis intentio in assidua amati cõtemplatione ac meditatione tota se versat: qua meditatione nutritiua virtus debilior redditur in opere: tunc neque cibus in stomacho perfectè decoquitur, sed maior pars in superfluas reliquias emittitur: minor autem & male digesta trahitur ad iecur, & eadem ratione illic male decoquitur: ideo sanguis modicus & male decoctus inde per venas diffunditur, & sic membra omnia paucitate & cruditate alimenti extenuantur & pallent. Præterea, spiritus in corde ex subtilioribus sanguinis particulis generantur, & quocunque animi assidua fertur intẽtio, illuc & spiritus qui sunt animi instrumenta pro regendo corpore aduolant, sed continuè in amati imaginem phantasiæ infixam, & in ipsum amatum, adamantis animus rapitur: ergo & illuc spiritus euolantes trahuntur: atque resoluuntur, quapropter frequẽ tato puri sanguinis fomite opus est ad consumptos spiritus recreandos, vbi subtiliores & lucidiores sanguinis partes quotidie exhalantur: puro autem & claro sanguine resoluto, maculosus & crassus & ater sanguis remanet: propter quem corpus amantis exsiccatur & pallet & squalidum efficitur. Hinc & amantes melancholici euadunt, quoniam ex sicco atro & crasso sanguine melancholia, quæ est atrabilis adgeneratur, quæ suis vaporibus caput replet, cerebrũ exsiccat, animum obscuris horrendisque imaginib. die noctuque vexare non cessat. Merito igitur perditus amor, aridus pallidus & squalidus fingitur: quoniam tales reddit sectatores & captiuos suos.

Inordinati amor nudis & humilis.

Nudus ideo dicitur, quoniam perditus amator, adeo in illecebris amoris occupatur, vt in cęteris vitæ officijs tam priuatis quàm publicis, non cautè vt decet, incedat: sed absque vlla discriminum prouidentia, temerarius quocunque feratur & tanquam impudens, inuerecundus, incultus infamis habeatur, ideo in suis progressibus crebra incurrit pericula, sicut & qui nudis pedibus ambulat sentibus calculis aliisque obstaculis offenditur.

Humilis ideo dicitur, quoniam humo & infimis ac vilib hęret, nilque altum ac magnificum cogitat: sed leuibus curis sinit magna perire bona, inermis penitus ac mollis & effœminatus effectꝰ flagitioſę succumbit voluptati, efficitur & iners ac adeo hebes, vt quo amor eum trahat penitus nõ aduertat.

Amor sine domicilio.

Sine domicilio dicitur, qm cogitationum nostrarum domicilium est animus: & animi domicilium est corpus: congruúmque est vt vniuscuiusque nostrum cogitatus ad animi disciplinam & tranquilitatem ordinentur: propriumq; curetur corpus vt animo deseruiat: at miser ac perditus amans omnem suum cogitatum nõ ad animi sui disciplinam & tranquillitatem, sed ad amati obsequia & complacentiã vertit: & sui corporis curam ac ministerium negligit: nilque aliud exoptat quàm in personę amatę corpus transilire: pprio ergo domicilio, & cogitatu, & corporis cura, imò & rerum suarum ac facultatis regimine se priuat miser amãs, & vt peregrinus huc illúcque vagatur omnium suorũm immemor factus: quam peregrinationem insania, inquietudo, & debilitas, mortis periculum, timor, & pauor & suspiria concomitantur.

Amor sine tegmine.

Sine tegmine dicitur, quoniam miser amans suum nescit, nec valet amorem celare, nam sicut in sole & igne lux & radij calorem demonstrant: sic intimum amoris ardorem externa quędam declarant indicia: à quibus miseri amantes se abstinere nequeunt. sunt autem hęc, fixus & immotus intuitus: interceptus sermo: rubor pallorque vultus: crebra suspiria: membrorum iactatio: querelæ perpetuæ: indignationes subitæ: laudationes importunę: iactantia: petulantia: vana, vt suspicio: zelus vt vilissima exhibita obsequia.

Amantis indicia.

Ad fores

Amans sub diuo dormit.

Ad fores in via ſub diuo dormit, fores amantium ſunt oculi & aures, & in facie amati ſpectanda, voceq; audienda, vt plurimũ occupantur, raroque illorum mens ſe in ſeipſam colligit, ſed penè continuè p oculos auréſq; vagatur, ideo ad fores procumbere dicitur: in via iacet: quoniã ad laudabilem vitæ terminũ tendere neſcit: nam qa perditus amans, turpibus libidinibus ſe pſternit, & in aſpectu vltra quàm de cet detinetur amati, in via reſtare videtur, nec ad terminum proficiſcitur, & ſub diuo dormit: quoniam in re vna tantum occupatus, nil in reliquis agendis conſiderat, ita q; caſu vitam agens, omnibus fortunæ periculis tanquã qui nudus eſt ſub diuo vitã ducit & dormit, omnib⁹ tẽpeſtatib⁹ expoſitus.

Amor ſemper egenus.

Et ſemper egenus, quoniam impudicus amator in amatũ ſemper inhiat, ſemper ieiunum & ſitientem ſe exiſtimat, & quandiu quod ſibi deeſt non conſequitur ab amato, flagrat amoris æſtus, quod ſi totum deſideratum poſſederit, ceſſante indigentia definit ardor, ideo egeſtate viuit, & opulentia moritur. Hæc de amoris perditi qualitatibus, quas trahit à matre, quę fingitur inopia.

Quas trahat qualitates à patre copia inordinatus amor.

Quantum ad ſecundum aduerte, q; amor perditus, à patre qui copia fingitur, efficitur callidus, aſtutus, & ſagax, venator, quoniam huiuſmodi amor, qui in reliquis & honeſtis negociis incurioſum inertem & penitus inutilem reddit amantem, in rebus amatoriis impudicis, aſtutum facit & callidum ac ſagacem venatorem, dum miris modis amatæ perſonæ gratiã quærit & aucupatur, ſeu dolis implicet, ſeu obſequiis & donis, & promiſsis captet, milléque inuenit artes & retia, quibus amatum capiat, ideo prouerbium eſt, q; amor & indigentia induſtriam & ſagacitatem pariunt.

Amor eſt virilis & audax.

Virilis & audax efficitur quoniam idem amor, qui in obſequiis erga amatum beneuolum & humanum reddit amãtem, furorem & iram excitat in amata defenſione, arma cõtra impedientes, aut oppugnantes miniſtrat. Pro amato pugnantibus ſecuritatem exhibet & robur inuictum.

Amor facũdus.

Facundus & per omnem vitam philoſophans: quoniam non eſt tam rudis, quem ſi amor afflauerit ingenioſum non videamus, noua ſemper machinamenta pro amati captione contexentem, & mirum eſt quomodo eloquio demulcere, & cantu delinire nouerit amatum, qui ante rudis incompoſitus & penè elinguis apparebat.

Amor ſophiſta quomodo eſt.

Sophiſta dicitur, pro cuius euidentia aduerte q; Plato libro qui inſcribitur Sophiſta de ente, diffinit Sophiſtam eſſe ſubdolum & gloriæ cupidum diſputatorem, qui captionum verſutiis falſum pro veris nobis oſtendit, cogitéque ſecum diſputantes ſæpius ſibi ipſis contradicere. Hoc idem amantes & amatæ ſepius patiuntur, ideo amor ſophiſta merito vocitatur. Nam perditi amantes amoris nebulis excæcati, falſa pro veris ſæpe excipiũt, dum perſonam dilectam formoſiorem virtuoſiorem atque illuſtriorem quàm ſit arbitrantur, ſibimet contradicunt. Aliud enim recta ſuadet ratio, aliud concupiſcentia ſequitur. Conſilia ſua & animi decreta ad imperium dilectæ mutant. Vt illi morem gerant aliis aduerſantur, ſępe etiam formoſi amantes, amatarum de formium aſtutia irretiuntur, & qui antea pertinaces ac duri fuerant poſtea faciles & leuiter in amorem ruunt. Merito ergo Sophiſta nuncupatur.

Amor eſt magus.

Magus non ſine cauſa dicitur, quoniam tota vis magicæ in amore conſiſtit, & magicæ opus, attractio eſt vnius rei ab alia ex quadam conformitate & cognatione naturæ. Quam quidem attractionem in mundi partibus ſpeculamur, & in animalium membris & conſimiliter in re amatoria. Nam in mundi partibus videmus, q; ab orbis lunę concauitate propter naturæ ſecretam cognationem trahitur ſurſum ignis, ab ignis concauo aër, à mundi centro deorſum terra trahitur & ad magnetem ferrum, ad ambram palea, ad ſulphurẽ ignis, ſol multos ad ſe vertit flores, Luna aquas maris trahit, & hæc eſt vniuerſalis & naturalis mũdi magia, videm⁹ & in nobis quomodo membra ſibi inuicem communicant, ſe mutuo iuuant, mutuo compatiuntur, cerebrũ cor pulmo & hepar, ſtomachus & caput & relinqua membra à ſe inuicẽ aliquid trahunt, ſibiq; inuicem mutant & iuuant & defendũt, quod vtique ex communi cognatione quam adinuicem habent prouenire deprehẽdimus, & communi cognatione cõmunis inter ea naſcitur amor, ex communi amore prouenit cõmunis attractio, quæ animalis magia nũcupatur, eſt cõſimiliter in nobis quo ad partem affectiuam magia quædã, id eſt attractio. Trahit em̃ quéque ſua voluptas. Trahit quiſque formoſus incipientẽ ad ſui amores. Trahunt & ſagaces amatores licet non formoſi, formoſas ad ſe, viribus eloquentiæ, carminum & rithmorũ modulis, ſuauiſsimis literis quaſi quibuſdam incantationib. deliniũt eas, ſibiq; cõciliant cultu & mnnerib⁹ nõ aliter quàm quibuſdam veneficijs & faſcinationib. ideo meritiſsimè Plato, perditum amorem nõ ſolum Sophiſtam ſed etiam magum vocat.

Magiamundi.

Mortalis eſt & immortalis, mortalis quidem: qm̃ non ad idem ſemper incumbit, ſed ex rei amatæ mutatione, aut ex diuturna eiuſdẽ rei frequẽtatione orta ſocietate noua quęrit oblectaméta. Immortalis vero, qa nunquã ex toto extinguit. Nã ſi in vna re prius amata definit, in noua quodãmodo, & aliqñ ardentius reuiuiſcit, & qm̃ de alteratione in ſingulis vt ita dicam amentib. amatoribus amor areſcit & reuiuiſcit, ideo mortalis & immortalis reputatur.

Amor mortalis & immortalis reputatur.

Tu tñ aduerte q; non ſolum pditus amor mortalis & immortalis eſſe deprehenditur vt expoſuim⁹, ſed & ille nobis ingenitus ac naturalis amor, quẽ in tres medios amores diuiſimus in capite ſecundo huius tractatus. Nam à principio humanæ vitæ in hominum appetitu innatus eſt inextinguibilis affectus, & ſtimulus, qui animum quieſcere non permittit, ſed impellit vt ad certum quid ſtudioſè ac omni diligentia ſe applicet, & qñ varia ſunt hominum ingenia, nec voto viuitur vno, ideo continuus ille & nobiſcum genitus cõcupiſcitiuæ feruor, qui naturalis eſt amor, alios ad ſtudia literarum, alios ad figuras & numeros, alios ad muſicam, alios ad titulos & honores, alios ad morum venuſtatem & diuinum cultum, alios ad diuitias & pecunias cumulãdas, alios & pleroſque ad gulæ & ventris luxuriã impellit, & ad alia quã plura. Eundémque hoĩem p diuerſa ætate ad diuerſa impellit. Hac igit de cã & hic naturalis amor mortalis & immortalis dicitur. Immortalis qm̃ nũquam extinguitur, licet amandi obiecta & mentem mutet. Mortalis: qm̃ non ad idẽ ſemper incumbit.

Amor nunquam ex toto mendicus vel opulentus.

Nunquam mendicus omnino, nũquam opulentus exiſtit. Ideo nũquam mendicus oĩno: qm̃ perditus amans ſub ſpe, licet fallaci, p miſsiſque dubijs viuit, hiſque accidẽtalib⁹ oblectamentis vt aliquantula mendicata eſca, ſuã depaſcit amẽ tiam ac ſuſtentat. Ideo vero nunquam opulentus: qm̃ quicquid amans ab amato recipit, ſiue viſu ſiue aure, ſiue tactu totum ſubterfluit, nilque remanet niſi animi inquietudo, ad quam & miſera pœnitudo ſequitur, & ſic ſemp relinquitur inanis & miſer, nunquam ergo opulentus.

Amor ſapiẽs vel inſipiẽs.

Sapiens & inſipiens. Medius eſt em̃ ex cõcupiſcẽtia amator inter ſciam & ignorantiã. Cognoſcit em̃ rõnis dictami ne libidini non indulgendum. Verũ cõcupiſcentia attract⁹ & obcæcatus, à priori notitia recedit, & veluti clauſis oculis in pfanas voluptates ruit. Sicque contingit vt qui extra cõcupiſcentiam ſapiens extiterat, inſurgente concupiſcentia inſipiens & ignorans fiat. Verũ qũo incõtinens ſciens & ignorans deprehendatur, diffusè ac reſolute iam ptractauimus in ſeptimo Ethicorum Ari. in Epitomatibus noſtris moralibus. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VII.

Quonammodo quis ſeipſum diligere bene & malè poſſit.

QVoniã cõſiderationem de amore vniuerſalẽ fecimus, vt ſciat vnuſquiſq; nr̃m quam & qualem de ſeipſo dilectionem hr̃e debeat, opportunũ eſt poſtquã manifeſtauim⁹, quid ſit amor, quotuplex in nobis amor, quæ ſint veri amoris virtutes & dona, q̃ pditi & impudici amoris qualitates omnino diffugiendæ, atque vitãdę, vt declaremus qũo quis rectè & obliquè diligere ſe poſſit. Tu igitur aduerte q; ſeipſum diligere eſt ſibi ipſi velle ac pcurare bonum. Bona aũt noſtra vt ſæpe diximus tria ſunt, ſ. externa, & corporis & animi. Externa ſunt diuitię pecunia honores fama claritas generis & ſimilia, corporis ſunt ſanitas robur pulchritudo voluptates cõcupiſcibilis & ſenſuum. Animi ſunt, intellectuales habitus, vt ſcía ſapientia prudẽtia, atque morales, vt fortitudo tẽperantia iuſtitia cõtinentia, &c. Hæc q;dem ſic ordinantur, externa ſunt gr̃a bonorum corporis & animi. Bona aũt corporis gratia bonorum animi. Qui igit ſibi vult, & modeſtè ac iuſtè parat bona externa, nõ quidẽ abſque termino, ſed certa menſura, nõ ppter ipſa, ſed gratia cõſeruandi corporis, & vt corp⁹ ipſum animo q̃ optimè in opando deſeruiat, hic rectè ſe diligit. Qui bona corporis ſibi vult & ſeruare ſtudet, ſi nõ habet, oĩ laudabili ſtudio acquirere cõtendit, nõ gratia ſui, ſed ad animi decorem, hic rectè ſe diligit. Qui in primis vult ſibi animi bona, ṕque illis aſſequẽdis atque ſeruandis p oĩ vita ſua laborat, non proſternens ſe libidinib. ſed illas paruipendens, in alio non ſtudens quàm iuſtitiam, prudentiam, fortitudinẽ cæteráſque ſectari virtutes

quibus à paſsionum turbine & caligine depuratur animus hic rectè ſe diligit:& hæc eſt ſuiipſius laudabilis atque approbata dilectio,non ſolum ad mentem Platonis,ſicut aperte demonſtrabimus in tractatu de colẽdo animo:ſed ex Ariſtotelis ſententia in libro nono ethicorum, vbi inquit Ariſtoteles.Bonum quidem virum oportet philautum,id eſt amatorem ſui eſſe.Nam & ſibiipſi & cæteris proderit agendo honeſta. At malum virum non oportet philautum eſſe, nocebit enim ſibi & proximis prauas ſequendo cupiditates.

Vt autem non ignores quæ ſit praua & obliqua ſui dilectio:aduerte ad mentem Platonis in Phœdone quòd quiſquis honores,diuitias,voluptatesque magis ſibi exoptat q̃ animi bona,hic malus eſt ſui amator:eumque reprehenſibiliter appellare poſſumus Philocrimatum & Philotizum : id eſt pecuniarum honorumque cupidum.Qui corporis bona, animi ſui bonis præpoſuerit,hic eſt malus ſui amator,quem Plato in Phœdone deteſtando philoſomatum , id eſt amatorẽ corporis appellat.Hic eſt prauus ac deteſtabilis ſui amor,quem vt in pluribus vulgares homines ſectantur, ideo non immerito arguuntur in libro nono ethicorum ab Ariſtotele , vbi inquit. Qui igitur amorem ſui reprehendendum eſſe exiſtimant:eos amatores ſui appellant,qui ſibi plus tribuunt in pecuniis & honoribus & voluptatibus corporis. Hęc enim ipſa multitudo,ſcilicet hominum affectat,& ipſis vt optimis omni ſtudio incumbit.Ergo iuſte reprehenduntur qui ita ſe amant:hęc Ariſtoteles. Apud Platonem autem ſcito quod ſicut recta ſui dilectio , omnis honeſti ac bene viuendi modi cauſa eſt & origo. Sic oppoſitum omnis prauitatis atque malitiæ. Vnde in libro quinto de legibus ſic inquit,omnium vero maximum quoddam malum:in multorum hominum animis innatum eſt:cuius quidem cum facile ſibi ignoſcant remedium nullum excogitant. Eſt autem hoc quod dicere ſolent , quòd naturaliter ſibiipſi quilibet amicus eſt,rectęq; eſt id ita ſe habere.Sed reꝑvera nimius in ſeipſum amor , omnium peccatorum omnibus ſemper eſt cauſa. Obcęcatur enim circa amatum amans. Quapropter qui ſe nimis amat,cum ſeipſum magis quàm veritatẽ honorandum putet,quid iuſtum , quid bonum,quidve pulchrum ſit,male iudicat. Decet ſane qui vir magnus futurus eſt,neque ſeipſum nimis neque ſua diligere:ſed iuſta ſemper ſiue à ſeipſo, ſiue à quovis alio gerantur.Ex hoc ipſo delicto,ſ. ex inordinato ſui amore accidit omnibus , vt ignorantiam ſuam ſapientiam eſſe opinentur. Hinc fit vt quamuis vt ita dicam nihil ſciamus,ſcire tamen omnia arbitremur. Cũ vero nec aliis committamus agẽdi facultatem,quæ ipſi facere ignoramus facientes ipſi errare compellimur.Quamobrem nimium ſui amorem fugere quiſque debet , & meliores ſequi nullo verecundiæ rubore impeditus.Hæc Plato.ex quibus conſtat quàm noxius ſit obliquus & inordinatus ſuiipſius amor.Vt ergo homo bene viuat ac moraliter,ſicut de Deo optimè ſentire debet , & ſeipſum cognoſcere , ſic ordinate ac rectè ſeipſum diligere ſintque hæc tria totius humanæ moralitatis ſtabile fundamentum ſuper quod ædificandum eſt quicquid Plato ipſe ſeruandum nos docuit , vt bene beatęque viuamus. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS

in Ethicen Platonis, quinque partitus capitibus.

¶ De diuino cultu,ſiue de colendo Deo.

¶ Prima lex de deo colẽdo eſſe debet.

IRmatis primis totius humanæ inſtitutiõis fundamentis ad mentem Platonis , agendũ eſt de eo,quo præcipuè efficimur boni:præparamuſque nos ipſos ad ſummum bonum conſequendum.Hic autem eſt verus Dei cultus:cuius argumentum eſt:quòd omnes legum conditores , primam inſtituunt legem de Deo optimo colendo. Vnde & Pythagoras in verſibus aureis incipit , in primis venerare deos. lex Moſis prima eſt. Dominũ Deum tuum adorabis. Ariſtoteles in ſeptimo politicorũ inter ciuitatis officia ac magiſtratus primum & præcipuum locat ſacerdotium : quod circa deorũ ſacra & honores verſatur.Plato in quinto de legibus legis conditorẽ admonet,vt in primis de diuino cultu & ſacris & feſtis ciues bene inſtituat. Deſiderans igitur diuinus Plato hominum genus bene ac optimè inſtituere , tradit in primis ſanctiſſimã de Deo colendo doctrinam,quam in hoc quarto tractatu cõplectemur:diuidemúſque ipſum in quinque capita.

In primo declarandum nobis eſt,quomodo Deus optimus humilitate & modeſtia colẽdus eſt,fugiendáq; eſt omnis ſuperbia,vt Deo inimica.

In ſecundo manifeſtandum eſt, quomodo & quali amore Deus à nobis colendus eſt , ſi boni ac beati eſſe volumus.

In tertio aperiendum eſt quomodo Plato exiſtimat Deũ ſanctitate colendum eſſe.

In quarto oſtendendum eſt ad mentem Platonis quomodo Deus adoratione voto & oratione , ſiue deprecatione colendus eſt.

In quinto declarandum eſt , quomodo Plato exiſtimat Deum deóſque cultu exteriori venerandos : vt templis aris ſacrificijs,imaginibus,quas potius ornandas quàm adorandas cenſet.

CAPVT I.

Deum ipſum eſſe à nobis omni humiditate,temperantia,ac modeſtia colendum, oſtendit.

Deus omni humilitate à nobis colendus eſt.

IN primo capite declarandũ eſt ad mentem Platonis Deũ colendũ eſſe humilitate,atque modeſtia:omnémque vitãdam ſuperbiã,vt Deo inimicã:quã qui ſectatus fuerit à Deo abſque dubio deſeritur. Quod igitur hæc fuerit mens diui Platonis,monſtrat apertiſſimè in libro quarto de legibꝰ:vbi ſic inquit,Deus ô viri ſicut antiquus teſtatur ſermo,principium,finem & recta oĩum rerum continens media , peragit ſm naturam circuiens.Deum ipſum ſemper iudicium comitatur:eos puniens qui à diuina lege deſciuerint. Cui quidẽ iudicio quicunque felix futurus eſt adhęret,& humilis ſubſequitur atque compoſitus.Qui autem ſuperbia elatus eſt, eo ꝙ pecunia vel honorib.alios antecellat,vel corporis forma polleat,qua iuuenilis animus dementia ſimul & petulantia ardet,quaſi ꝙ nec principe nec duce vllo egeat,ſed aliorum ipſe ductor ſufficiens ſit,is vt ſuperbꝰ à Deo deſeritur. Deſertus autem & alios ſibi ſimiles inueniẽs exultat,& oĩa ſi mul perturbat,atq; ſuperbia ſua vꝫ multis non contẽnendus.Breui tm poſtea inculpabili ac iuſto Dei iudicio punitus:ſeipſum domum ſuã, totámque ciuitatem ſimul euertit. Quæ cum ita ſe habeant prudentem cogitare oportet quid facere,quídve cauere debeat,& nemini quidem dubiũ:quin cogitare quiſque debeat,quo nã pacto poſſit eſſe ex eorum numero,qui Deum optimũ ſequantur.Hoc autem & pręcipuo & probato atque antiquo pacto , & firmiſſima ratione Deũ ſequimur,ſi ei amici fuerimus.Dei autẽ amicus eſt,qui Deo ſimilis fuerit.Simile nanque ſimili amicum. Deus autẽ moderatiſſimus eſt.Qui ergo moderatus ac tẽperatus eſt, hic Dei amicus,immoderatus autem & intemperatus inimicus eſt.Cũ igitur Deus rerũ oĩum nobis ſit menſura,multoque magis quàm quiuis vt ferunt,homo, qui modeſtiam & temperantiam in cunctis ſeruat,hic quã maximè talis,id eſt Deo ſimilis & amicus conſtituitur.Qui aũt intẽperatus eſt, id eſt ſine menſura & ratione in cunctis ſe gerit,hic diſſimilis eſt Deo,& differens,& iniuſtus. Hæc eſt mens Platonis: & aduerte ꝙ per humilitatẽ intendit Deo optimo debitam ſubiectionem,nec de ſeipſo alta ſentire,nec quocũque alio ſe meliorem exiſtimare,nec appetere videri ſe quid magni eſſe cũ forte nihil ſit:nec quid dignius exiſtimare quàm virtutẽ. Hoc nanque eſſe præcipuũ & maximum : quo Deũ in nobis colimus,futuríque ſumus boni,conſtat ex Socratis dicto in apologia,vbi in carcere detentus iudices ſuos ſic alloquitur declarans qualem de filijs ſuis curã aſſumere debeant,vt bene ac virtuoſè viuant.Sic igitur inquit,vos præcor ô viri vt meos quoq; filios cũ adoleuerint,ſi ipſi ſimiliter vt ego moleſti fuerint,pœnis ſimilibus afficiatis.Præſertim ſi videantur vobis vel pecuniarum vel cuiuſquam alterius rei maiorẽ quã virtutis curã habere atque ſi videri velint,aut putent ſe alicuius pretij eſſe cum nullius ſint , illos obiurgetis vt ego vos:quòd non illis incumbant quibus incumbendum eſt:ac cum nullius ſint pretij,exiſtiment ſe aliquid eſſe.quod ſi hęc feceritis,iuſta à vobis paſſus fuero egóque & filij.Hæc Socrates.per modeſtiam autem & temperantiam

perantiam qua redditur homo ſimilis Deo & amicus, intendit Plato ꝙ ſicut Deus nil ſine ratione & ordine & menſura agit,ſic homo futurus bonus & felix quicquid agit, cum recto rationis dictamine,& iuxta legem ſibi à Deo prępoſitam,atque iuſtis conditoribus agat & viuat. Hoc eſt enim humilitate & modeſtia atque temperantia Deum maximũ colere.Nec aliud intendit oraculum, cum dixit,ne quid nimis,quaſi dixerit,tunc bene ac beatè viues,& Deum coles, ſi nequid nimis aut dixeris, aut feceris , aut præſumpſeris, ſed in omnibus quadam mediocritate ac menſura te geſſeris.Hæc de primo capite dicta ſint.

Ne quid nimis adagiũ.

CAPVT II.

Quali amore à nobis Deus colendus eſt.

IN ſecundo capite manifeſtandum nobis eſt,qũo amore & quali Deus optimus à nobis colendus eſt , ſi boni ac beati eſſe volumus.Cognouit enim diuinus Plato,neminem felicitari poſſe vt in vltimo tractatu tibi conſtabit, niſi Dei amicus euadat, amicus autẽ nõ erit niſi amet & ametur à Deo, tu igitur aduerte mentem fuiſſe Platonis in tota doctrina ſua,quæ,vt diximus alias,non aliud videtur eſſe q̃ docta religio , ꝙ licet Deum maximum vt patrem beneficum ſacris & hymnis & precibus honorare debeamus, in primis tamẽ corde per amorem capeſſendus eſt. Non enim cœlum vnde animi noſtri originem trahunt repetere poſſunt, niſi cœlorum regi placere ſtudeant,placent autem qui eum ſummopere diligũt,& eius amori magis quàm cognitioni inſiſtũt, cognoſcere nanque illum ſicut eſt,pro hoc præſenti tẽpore reputat Plato impoſsibile in Parmenide , & ſic veritas eſt, cũ ſit ſupra omnem ſenſum , omnemq; cogitarum humanũ, amore vero nõ impoſsibile,ſed voluntati ſubeſt, qui Deum cognoſcunt & ſpeculantur,non illi placent,niſi cognitũ diligant,& qui cognoſcunt ac diligunt nõ ꝙa cognoſcũt,ſed quoniam diligunt,cari ſunt Deo:nam & nos nõ eos , q̃ nos cognoſcunt diligimus,ſed diligentes diligimus. Contingit em̃ nobis multos inimicari,qui nos vtique cognoſcunt, reſtituimus ergo nos cœlo, & Deum optimũ colimus nõ Dei cognitione,ſed amore.Nihil em̃ prohibet cognoſcẽtẽ Deũ, blaſphemum eſſe , quod nõ continget amanti Deũ. Præterea,qui Deũ excellentius diligunt, potiorẽ felicitatem conſequentur,& q̃ per opera fortitudinis, Dei fortitudinẽ coluerint,diuina ipſa fortitudine fruentur, qui iuſtitiam & tẽperantiam & Dei prudentiam atque ſapientiam dilexerint, eis ꝑ vario amoris raptu atque gradu fruuntur,toto autem Deo fruuntur,qui totum Deum amore poſsident & cõplectuntur.Quilibet vero ea Dei virtute atque perfectione lętatur ac fruitur quam dilexerit. Hac de cauſa vt Plato inqt in Phædro liuor abeſt à diuino choro:vnde cũ omnibus iocundiſsimũ ſit re amata frui,quilibet in eo fruẽdo qđ amat lætus contentusque viuit.Hinc videmus duos amatores , ſi deliciarum ſuarum compotes fiant,vtrunq; in ſui amati poſſeſsione quieſcere,nullaq; cura aut animi amaritudine, aut inuidia torqueri.Optimo ergo vitæ ſtatu viuit, & profecto ſummum conſequetur bonum , qui Deum glorioſum toto mentis affectu,atque dilectione coluerit,eiusque diuino amore beatus erit:nam diuina bonitas ſui amorem in animo ſemper accendit,cum ſit infinita & infinitè amabilis vñ omni expulſo faſtidio,nullaq; adueniente ſatietate, ſuo quodã ardore oblectamentum quaſi nouum iugiter in animo accẽdit,redderque illum blanda & dulci fruitione beatum , qđ vtrum ſit homini pro hac vita poſsibile,an tantum poſt mortem ad mentem Platonis, in vltimo tractatu manifeſtũ tibi erit.Pro nunc tibi ſufficiat declaraſſe Deum optimum amore colendum,magisque in amore quàm cognitione pro præſenti ſtatu inſiſtendum eſſe.

Non cognitione , ſed Dei amore, reſtituimus nos cœlo.

Qualis autem debeat eſſe amor noſter erga Deum declarat Plato in Sympoſio ex ſententia Diotimę fatidicę.Profecto talis debet eſſe, qualis eſt lux & pulchritudo & bonitas Dei amabilis.Hæc autem puriſsima eſt, & ab omnibus aliis abſoluta omninoque infinita, infinita autem pulchritudo& bonitas,immẽſo & interminato digna eſt amore:ergo licet certo & terminato amore cætera vtpote finitæ bonitatis exiſtẽtia diligẽda ſint,diuino tamen amori nullus eſt apponẽdus modus,nullaq; mẽſura,verum non ſolum ſine modo & termino,ſed & ſolum Deum exiſtimat Plato diligendum eſſe,eſt enim Deus ipſa ſumma & per ſe bonitas,reliquę vero in creatis bonitates,illi⁹ participatiões & ſimilitudines sũt, nil ergo in ſe à ſe ex ſe continẽt quo amari dignę ſint , ſicut igitur oculus non ſolum præ cęteris lumen,ſed & ſolum appetit lumen,eoq; oblectatur , ſic mẽs humana ſolum Deum vt ſolum bonum appetere,atq; vnice diligere debet. Quòd ſi corpora,ſi animos,ſi cœleſtes mentes diligat nõ hæc quidem in ſe,ſed Deus in his diligendus eſt,& corpora quidem vt diuinæ bonitatis vmbrã,Animos vt Dei ſimilitudines,cœleſtes mẽtes vt claras Dei imagines diligere oportet,& hoc quidẽ modo Deum ad præſens in omnibus diligemus, vt in Deo tandem omnia diligamus.Nã ita viuẽtes illuc ꝑficiſcimur vt in Phædone Plato tradit, & in Sympoſio , vbi per ſe pulchrum & per ſe bonum & in ipſo cętera pulchra & bona videbimus & amabimus, quiſquis igitur dum viuit tali amore ſe Deo deuouerit,ꝑ verũ cultum recuperat ſeDeo,à quo dum viuit in terris ſeparatus eſt,ſic igitur Deus amore colendus eſt.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Deum q̃ũ in omnib.& qua rone diligamus.

CAPVT III.

Quonammodo Deus à nobis ſanctitate, pietate, ac religione colendus eſt.

IN tertio capite aperiendum nobis eſt,qũo ſanctitate exiſtimat Plato Deum colendum eſſe,ſed prius quid per ſanctitatem intelligat,& quid inter ſanctitatem & pietatem & religionem interſit declarandum eſt.Deinde propoſitum reſoluemus.

Vt igitur ſcias ſanctitate Deũ colere ad mentẽ Platonis aduerte,ꝙ in Euthiphrone & Borgia ꝑ ſanctitatẽ eam intẽdit iuſtitiæ partem,qua reddimus q̃ ſunt Dei Deo,ea aũt ꝑpriè ſunt Dei,q̃ à ſolo Deo ſine cauſa intermedia accepim⁹. Hæc aũt ſunt rõnalis aĩa,eiuſque vires,ſ.intellectus voluntas,memoria,eiuſque bona.Nã vt Plato in Timæo diſputat, corpus hoc nr̃m,& cõplexionem,viréſque organicas, vegetatiuas,ſenſitiuas,appetitiuas,motiuas,cũ hęc oĩa corrupti bilia ſint,nõ à Deo immediatè ꝑ creationẽ;ſed à cauſis ſuperioribꝰ eſt, ab intelligentijs ꝑ motũ cæleſtem accepim⁹ ex varia quatuor elementorum mixtione,aĩam aũt rationalem eiuſq; vires & bona,vtpote indefectibilẽ cũ viribus ac bonis ſuis,à Deo penitus immortali ꝑ creationẽ accepim⁹, vt iam tibi declarauimus in tractatu ſecundo. Hanc igitur quã Plato rationem & mentem appellat,& Dei imaginẽ & diuinũ ſemen,Deo reddendam exiſtimat:qm̃ Dei autoris & opificis eſt,cætera vero noſtra,elementis reddẽda ſunt:qm̃ ex eis conſtant & in ea reſoluenda ſunt. Hanc vero animæ rationalis Deo autori reſtitutionem Plato ſanctitatem appellat,qua Deum colere iubet.

Sanctitas quid ſit apud Platonem.

Qui Deo animam reddunt ſancti ſunt,ait Plato.

Prętera,Plato in Euthiphrone ſanctitatẽ appellat curã Dei miniſtrã. Miniſtrat em̃ ac ſeruit Deo in opere Dei erga animam.Nã Deus optimus,aĩam creat,illuminat,ꝑficit,conuertit,& in hoc quarto ſanctitas eſt Dei miniſtra.Nam cum Deus,vt pater pijſsimus inſpiratione incipit aĩam ad ſe cõuertere,ſi inſpirationi illapſæ aĩa cooperatur,ſ.aſſentiendo, aſſenſio ipſa qua ſeſe libenter in Deũ conuertentem anima ipſa reſtituit,ſanctitas à Platone nuncupatur.

Anima diuinacõſentiens motioni ſancta eſt.

Prætera,in eodem Plato ſanctitatem appellat ſcientiã illam,qua nouit homo quid vouendũ,quid orandũ,quid petendum à Deo,& quid ſacrificandũ:vnde qui nouit ſeipſum in primis vouere,ac ſacrificare Deo,à Deo petere Deũ,ſ.vt ſeipſum nobis exhibeat in patrem & ſeruatorem, Deũ orare vt Socrates orabat.ſic em̃ in Alcibiade ſecũdo laudat orantem,Iupiter rerum optima quidem vouentib.& non vouentibus nobis tribue.Mala autẽ etiã poſcentibus abeſſe iube,& in Phædro Socrates ſic orat , O amice Pan,& omnes dij,qui hunc incolitis locum,date mihi vt intus pulcher efficiar,& quæcunque extrinſecus habeo intrinſecis ſint amica.Diuitem autẽ ſolum ſapientem exiſtimem.Tantum vero auri mihi ſit,quantum nec ferre,nec ducere queat alius,niſi vir temperans.Hanc igitur orandi vouendi petendi ſacrificandi ſcientiã,merito Plato ſanctitatem vocat, & qm̃ à ſanctitate prouenit ſanctus,Plato ſanctum dicit amatũ à Deo, qui ergo animam ſuam Deo reſtituit ſanctus eſt,qui ad Deũ ſe cõuertit ſanctus eſt,qui iuſtè ac rationabiliter vouet orat & ſacrificat Deo ſanctus eſt,& qm̃ profanum ſancto opponitur,qui animam ſuam non Deo,ſed corpori & libidinibus & terrenis dedicat,profanus eſt,qui à Deo ſe auertit profanus eſt,qui malè vouet iniuſtè orat & petit,impiéque ſacrificat profanus eſt,& ſicut ſanctus Deum ſanctitate colit,ſic profanus malitia ac iniquitate inhonorat.Patet igitur quid Plato per ſanctitatem intelligat.

Socratis oratio.

Sancti homines qui.

Quomodo autem pietas & ſanctitas & religio apud Platonẽ differant ſic accipe.Pietas ſanctitatẽ prędit, religio autem eam ſubſequitur,eſt autem pietas Dei ſummi cogni-

Pietas, ſanctitas religio quid inuicẽ diſtent.

tio,ſanctitas vero eius,quod Dei eſt Deo cognito redditio: religio autem eſt eius, quod Deo redditum eſt aſsidua meditatione iuſtisque operibus cum ipſo Deo indiſſolubilis religatio.reddimus autem Deo animam noſtram eiusque vires & bona:ex qua redditione vinculo indiſſolubili Deo copulemur,& hęc eſt vera religio.Hac vero ratiõe pietas ſanctitatem præcedit religio eam ſubſequitur, quoniam oportet virum futurum bonũ prius indubia ſide cogitare ac ſentire,Deum eſſe vnum omnium noſtrum parentem:quũ quidem cogitationem ac ſententiam pietatem dicimus. Deinde cum quis de Deo ſententiam hanc atque fidem indubiã tenuerit mox omnẽ mentis ac rationis intentionem in Deũ cognoſcendum amandumque figit. Hanc mentis in Deum cognoſcendum amandumque fixionẽ,ſanctitatem eſſe Platonici diffiniunt. Poſtremo ex hac flagranti in Deum intentione,mentisque ardore prouenit, vt omnia Dei opera & inſtituta & mandata meditemur,exerceamúſq; nos ipſos aſsiduo ſtudio in eius veneratione,& hęc eſt perfecta ac immaculata religio,qua religioſi efficimur,& Deo optimo ſtrictiſsimè religamur.patet igitur quid ſit pietas, & ſanctitas, religio & qũo differunt,quomodo quoque ordinantur.

Sanctus Dei amor.

His iam præmiſsis,de facili tibi conſtare poteſt quomodo ſanctitate Deus maximus colendus eſt. nam oportet in primis verã de Deo ſententiam,ac indubiã fidem tenere: q animæ noſtræ immortalis ſolus autor eſt eiúſq; ſummũ bonũ ac beatiſsimus finis,propter quod iuſtũ eſt animã ipſam ſoli Deo reſtituere ac dedicare:eleuantes eã cognitione & affectu ab omnibus huius mundi illecebris ad ſummi patris ſpeculationẽ & amorẽ: omnémque actionẽ, curã & ſolicitudinẽ noſtrã reducentes in eũ,ſic enim colligati ſummæ illius bonitati pietate & ſanctitate ac religione Deũ optimũ quàm digne venerabimur:eruntque illi & vota noſtra & orationes & petitiones & ſacrificia acceptiſsima. Hæc de p̃ſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quonammodo Deus optimus adoratione,voto,ac oratione à nobis colendus eſt.

IN quarto ca.declarandũ nobis eſt ad mentẽ Platonis qũo Deus optimus adoratione, voto , & oratione ſiue precatione colendus eſt.Adoratione quidem colendus eſt , quoniã vt in primo docuimus tractatu , cum Deus optimus de humanis ſolicitudinẽ gerat,resq; noſtrę aliter & aliter ſe habere poſsint:Deũ ipſum adorare oportet:vt res noſtræ bene feliciterque ſuccedant , & nos boni ſimus, ſic enim Deo proprius coniungemur,in qua quidẽ coniunctione tota adorationis virtus conſiſtat.Præterea cũ Dei ſimus eiusque imagines,vt patet in Timæo , & ab eo in hoc inferiori mũdo veluti in exilio & carcere ſegregati, ſuppliciter Deũ adorare nos oportet, vt hinc liberati ad patrẽ reuertamur,

Finis diuinæ adorationis.

ſinauté ſimiles eis erim⁹,qui parentũ patrocinio ſunt orbati. Huius verò adorationis quæ ſine intermiſsione facienda eſt, finis ſupremus eſt animę cum diuina vnitate vnio & conuerſio atque redditio,& ideo ſola adoratio recta , animas beatæ reddit patriæ : quoniã vt inquit Plato in quarto de legibus,ſolus vir bonus & legis obſeruator, Deum recte adorare nouit. Profani igitur & flagitioſi ab huiuſmodi adoratione alieni ſunt & ſegregandi : puri autẽ decenter ad adorandũ accedunt fide & veritate ac diuino amore comitati. His circunfulti ſpem firmã bonorum concipiunt, atque extra ſeipſos poſiti diuinæ luci ſe totos immergũt.Deũ ſolũ quærunt,ipſique ſoli adhærent:fruſtra enim Deũ quęrerent ſi ſe ſolos ſoli,& immobiles immobili , & ſimplices ſimpliciſsimo nõ adhiberent. nã ſicut nõ poſſumus enti per nõ ens & bono per malũ coniungi , ſic nec vnitati diuinæ p multitudinem:& ſtabilitati per motũ,ſummę & ſimplicitati per mixtionem:ſed potius in oppoſitũ relabimur. Patet igitur quomodo Deus adorandus , & quis huius adoratio nis finis,qualéſque debeant eſſe veri adoratores.

Veri Dei adoratores.

Non ſolũ adoratione,ſed & votis colendum Deũ Plato tradit in Alcibiade ſecũdo,qui de voto inſcribitur, ſed prius quid votum ſit ad Platonis mentem aperiendum eſt, & quibus faciendum ſit,quidve petendum voto. Tu igitur aduerte q ex ſententia Platonis, votum eſt caſti animi ardens affectus, Deo deditus,& quod bonum videtur exoptans.Primo quidem eſt caſti animi ardens affectus , qm vt votum ſit eſſi cax & eo gratum , neceſſaria eſt vouenti aſsimilatio quędam humanę vitę ad vitam diuinam , puritate & caſtitate atque ſanctimonia & diſciplina,alioquin vouens infructuoſe inſulſe & irrationabiliter vouet,nec exaudit à Deo, qm indignum ſe Deo reddit,vnde flagitioſorum hominum, vacua & infructuoſa ſunt eorum vota.Secundo Deo deditus ſit hic ardens affectus.Multi nanque ardentem ſuum reponunt affectum non in Deo cui vouent,ſed in his,pro quibus vota emittunt,puta p ſalute ægrotantis filij:aut recuperatione perditæ facultatis,magiſque his quàm Deo afficiũtur.Hi non rectè vouent,quoniã non ea ſpe & Dei dilectione vt voti efficia expedit vouent:ideo non audiuntur.ſit ergo Deo in primis hic ardens deditus affectus. Tertio quod bonum videtur exoptans:cognouit em̃ Plato quod bonum ſimpliciter eſſe videtur, nullique obeſſe,ſed omni prodeſſe poteſt, voto petendum, qualia ſunt animi bona vt virtutes & virtutum opera quibus ad felicitatẽ veram prępara mur. Bona autem ſecundũ quid, qualia ſunt fortunę & corporis bona , non abſolute ſed cum prudentia exiſtimat Plato voto petenda eſſe , quatenus ſcilicet nobis ad melius proueniãt.Quod ſi aduertimus ea nobis forte non p futura,peten da voto non ſunt : votum ergo ſemper ſit de ſimpliciter & abſolute bono.Hinc deridendi ſunt, qui vouere conſueuerunt vt proſperentur in malo,vel puerilia,aut deriſoria vouendo petunt.Hęc igitur ſit voti diffinitio ſic ad mentẽ Platonis expoſita.

Votorũ impiorum abſus.

Quid voto petere liceat.

Vota aũt ſuperiori ac diuinæ naturę exiſtimat Plato faciẽda eſſe,ſed aliter Deo optimo,cuius natura ſimpliciter eſſen tialitérque diuina eſt:aliter dijs ſecundis,quos nos mentes angelicas,beatáſque hominũ animas,ac participatione diuinas appellamus : nam vota Deo maximo emiſſa omnibus externis cæremonijs relictis,ſola animi puri fragrantia,omni ſuauiſſimo ſacrificij odore Deo acceptabiliora,exiſtimat Plato Mercurij doctrinam imitatus celebrari debere.Quæ autem dijs ſecundis emittuntur,oblationib⁹ characteribus, ſiue imaginibus fumigationibuſque manifeſtanda ſunt. conſtat igitur ad mentem Platonis:quid votum ſit,quibúsve faciendum: & quid voto petendum.

Ratio vero,qua Plato Deum votis colendum cenſet,hęc eſt.cum oĩa ita ex Deo ſint,vt nuſquam etiam minima ab eo deſerantur,quoniam vbique virtus diuina viget,quares oẽs conſtituunt:ac perpetuo quodam circulo ad Deum à quo & in quo ſunt reuoluantur,alioquin in nihilum ſtatim defluerent:à diuina vnitate ſic prodeunt, q vnitatem quandam ipſis impreſſam retinent,diuinæ vnitatis imaginem,qua in eãdem reuocantur,& reuocata perficiuntur.Hæc ipſa diuina vnitas animas rapit ad emittenda vota,quibus Deo maximè vniantur.vt igitur mortales ad ſuperos ſe vertant, ſicut & ſolaria ad ſolem,& lunaria humida ad lunam:multoque magis ad animarum patrem,qui in ipſis virtutem intelligendi amandique ipſum impreſſit, congruum eſt vt votis Deũ quàm rectè colat vouere nanque apud ſanæ mentis integrę que vitæ homines,aliud non eſt, quàm ſpretis relictiſque omnibus vtpote vanis,aut certe deficientibus humanis præſidijs , ad diuinam illam vim bonitatemque ſe conuertere: totóque mentis affectu & in dubia ſpe illius opem implorare,qui bonos & viuos & vita functos vtpote ſibi ſimiles & amicos nunquam deſerit,vt in vltimo tractatu tibi manifeſtabitur.

Qua rõne exiſtimauerit Plato Deum eſſe colendum.

Poſt Vota exiſtimat Plato Deum oratione & precatione colendum eſſe.idigemus enim ſemper diuinæ bonitatis ac perfectionis largitione:quoniam ex nobis & in nobis nil boni nilque perfecti poſſidemus comparemurque ad Deũ glorioſum,vt penitus egentes ad omni ex parte diuitem:vt infirmi ad medicum,vt filij ad patrem,vt ſerui ad regem at egenus non vi,non præcepto, ſed humili prece & oratione, opem petit à diuite,ſic infirmus à medico:filius à patre, ſeruus à rege, cum igitur nos mortales pro hoc vitę ſtatu varijs tum bonis malis ſucceſſibus agitemur, Deum patrẽ ac regem,in cuius manu ſunt omnium noſtrũ felices ac miſerę ſortes oratione & precibus colere neceſſe eſt, vt bona nobis tribuens,mala cuncta & animi & corporis clementer auertat.

Quõ oratione Deus colendus ſit.

Suadet autem Plato in Alcibiade ſecũdo veluti pius ac ſapiens medicus,ne homines miſeri ignorantéſque quid eis expediens aut damnoſum futurum ſit , temporalia bona, honores, principatus,tyrannides ,filios , diuitias abſolute ſibi præſtari Deum orent,atque precentur: continget enim quòd ſi eis conceſſa fuerint non in bonum aliquando , ſed forte & ſæpiſſimè in ruinam potentium cedent: ſicut & febricitanti ſi medicus exoratus , vini ſatietatem conceſſerit. orandus eſt igitur Deus optimus pro temporalibus

Temporalia quõ petenda conſuluerit Plato.

Votum eſt caſti animi ardens affectus.

bonis

bonis omni prudentia,atque ſapientia,& quoniam ignorat homo,an corporis & fortunæ bona à Deo poſtulata ſibi expediant,ideo Plato non niſi conditione petenda admonet, ne ſi in malum nobis ceſſerint, temere Deum incuſemus, quaſi mali noſtri cauſam & autorem,& non proteruiam ac inſipientiam noſtram.

Tu igitur aduerte,qua cura ac paterna ſolicitudine Plato Alcibiadem ſuum admoneat,quo nam pacto Deũ pro tẽporalib⁹ bonis precari debeat, ſic enim inquit in Alcibiade ſecundo,qui de voto inſcribitur.Cernis non eſſe tutum,aut quæ offeruntur temere acceptare,aut optare,ſi quis ꝓpter illa incommoda ſubiturus ſit,aut vitam protinus amiſſur⁹. Multos quidem referre poſſemus,qui cum tyrannidem ardenti ſtudio contendiſſent,vtpote ex ea bonũ aliquod adepturi,propter tyrannidem inſidiis circũuenti periere.Puto etiam te audiuiſſe nonnulla heri ac nuperrimè geſta, cum Archelaum Macedonum tyrannũ tyrannidis delicias amantem,quidam huiuſmodi delicias non minus quàm ille ſitiẽs interfecit,vt tyrannus& ipſe beatus futurus eſſet cum vero triduum,aut quatriduum tyrannide potitus eſſet,rurſus ab aliis ex inſidiis oppreſſus interiit.Vt autem referamus quæ nõ ex auditu percepimus,ſed ipſi nos præſentes inſpexim⁹, vides ex ciuibus noſtris quicunque præfecturam exercitus exoptantes,nacti ſunt illam,partim his temporibus exules aberrare, partim morte damnatos eſſe, & ſi qui forſitan in extremis periculis & timorib⁹ ſtrenue rẽ geſſiſſe viſi ſunt, nõ modo in exercitu,verũ etiã poſtquam in vrbẽ rediere, non minoribus calumniis ab inſidiatoribus ciuibus quàm à militib⁹ affecti ſunt,ita vt plerique illorũ optauerint ſe priuatos vixiſſe potius quàm in publico munere.Quòd ſi pericula & labores huiuſmodi,aliquã nobis vtilitatẽ afferrent, profecto hoc ſtudiũ nonnihil rationis haberet. Nunc vero longè aliter res ipſa ſe habet,inuenies præterea nonnullos homines,qui filios votis exoptant,at cum filios adepti ſunt in dolores & maximas incidunt calamitates. Nã plerique nati per omnẽ vitã improbi perſeuerant,vniuerſámque parentum vitã mœrore conficiunt, qui vero probos natu filios aduerſo aliquo ſiniſtróque caſu illis orbantur,non minus quàm ſuperiores miſeri ſunt,ita vt prorſus eligerent ſe filios nunquã genuiſſe,& quãuis hæc & alia huiuſcemodi multa manifeſta nobis ſint,raro tamen inueniretur,qui à datis abſtineret,vel ſi orando impetraturus eſſet,totũ omitteret,permulti etiam neque ab acquiſita tyrannide, neque à parta prætura, neque ab aliis innumeris, quæ cum poſſidentur,lædunt magis quàm proſint diſcederent,quin poti⁹ orarent ſibi illa concedi,ſi quando non haberent. Interdũ poſt breue tẽpus præterita vota & precationes dãnant, ad contraria recurrentes.Quamobrẽ vereor equidẽ ne homines temere deos incuſent,quaſi mala ab iis inferantur, ſed profecto homines ſic orantes ſeu proternitate quadã, ſiue inſipientia ſibi ipſis dolores morte acriores pariunt. Quã de re prudens mihi videtur Poëta ille,qui amicis inſipientibus vſus,dũ eos videret & agentes & orantes,quæ illis minimè conducebant,cũ tamẽ eis vtilia viderentur,pro omnibus orans ſic ait.Iupiter rex,optima quidẽ nobis & vouenti b⁹ & non vouentibus tribue, mala autẽ poſcentibus quoq; abeſſe iube.Rectè igitur & caute loqui poëta mihi videtur. Hæc Plato,ex quibus conſtat tẽporalia bona non abſolutè petenda à Deo,ſed quatenus nobis in bonum & non in malũ cedant.Quod ſi ex ignorantia noſtra hæc petimus,orandus eſt Deus,ne petita concedat ſi ex eis malum paſſuri ſumus.Sic & prudens infirmus petens quid à medico, quòd forte dubitat futurũ ſibi damnoſum,medici ſapientiæ ſe cõmittit.Patet igitur quomodo ad mentẽ Platonis Deus benedictus adoratione voto & oratione colendus eſt.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Canta ac prudens oratio.

CAPVT V.

De Dei exteriori cultu.

IN quinto cap.declarandũ ſupereſt ad mentem Platonis Deum deoſque exteriori cultu honorandos.ſtat autẽ exterior cultus in ſacrificiis,aris, & templis,deorumque imaginibus:quas tamen magis ornandas quàm honorãdas aut colendas Plato decernit.Prius igitur declarandũ eſt, quomodo huiuſmodi exteriorem cultum Plato inſtituit.Deinde quo ordine deus benedictus cæteríque dij colendi ſunt.

Plato quam curam dixerit exterioris cultus

Quantum ad primum aduerte,diuinum Platonem,adeo religioſum fuiſſe,vt in primis legislatorem monuerit,de inſtituendo & firmando & non innouando diuino cultu. Sic enim inquit in libro quinto de legibus, Dicendum eſt illi qui ciuitatẽ condit,ſiue de nouo fundet,ſeu veterem diſſipatámque reſtituat,quòd ſacra circa deos innouare nõ conetur: quæ ex Delphis, aut Dodone, aut Hamone accepta ſunt vel priſca quadã ratione per viſiones inſpirationéſq; deorũ aſſerta ſunt,quibus approbatis veteres ſacra ſolennitatib⁹ mixta cõſtituerunt:ſiue ab indigenis orta:ſiue Tyrrena dicãtur:ſiue Cypria:ſiue vndecunque volueris: & his ſermonibus famã traditã,ſimulacráque conſecrarunt: aras quoque & templa,ſacroſque horum ſingulis agros ſtatuerunt:in his omnibus, nec minimum quid legum conditor innouabit,ſed Deum partib⁹ ſingulis,aut bonum dæmonẽ, aut heroem aliquem tribuet: & in agrorum diſtributione primis lucos agroſque eximios & conuenientia omnia eis dedicabit:vt ſingularum partium cœtus ſtatutis facti temporibus,facultatem ſui facilius ad quoſlibet vſus exhibeant,& ſacrificando alter alterum benigne ſuſcipiat: vnde & domeſtici fiant inuicem,ſéque cognoſcant.vbi enim inter ciues non eſt lux in eorũ moribus, ſed tenebræ, ibi nec honores pro dignitate,nec principat⁹ rectè dabuntur, nec ius ſuũ cuique tribui poterit.Hæc Plato. ex quibus habes quantũ curare debeat ciuitatis cõditor,aut reſtaurator, & legislator de exteriori deorũ cultu,aris,tẽplis, ſacrificiis, in quibus ciues ad conuiuandũ conueniant certis ſtatiſque diebus feſtis vt mutuas contrahant amicitias,& ſe inuicem cognoſcant.Tunc enim pacifice & iuſtè viuent, procúlque aberunt diſſidiæ & violentiæ atque omnis prorſus iniuſtitia diſtributiua.

Veri Dei cultores.

Quantũ ad ſecundum aduerte,quòd Plato in quarto de legibus,talem intendit in exteriori deorum cultu ſeruãdũ ordinem,vt primo Deum ſummũ deorum omnium parentem,qui omnium rerum principia, media & fines continet omni ſtudio veneremur oratione, ſacrificiis, muneribus, alioque condecenti cultu, ſecundo cæleſtes omnes deos, illos præcipuè,quibus patria, vt patronis & ſeruatoribus eſt dedicata. per cæleſtes autem deos Plato ſuperiores ac diuinas mentes,quas nos angelos dicimus, & cœlorum animas intendit.Tertio terreſtres ſub cœlo deos, per quos intendit bonos dæmones humanæ cuſtodiæ deputatos. nã vt in Phædone inquit Plato,vnuſquiſque noſtrum dæmonẽ ſortitur vitę & animæ cuſtodem. Hos igitur bonos dæmones vtpote ducẽes ac ſeruatores noſtros intendit Plato tertio loco eſſe à nobis colendos.Quarto heroas,per quos intendit hominum animas qui pie ſanctéque vixerunt, & ſunt à corpore ſeparatæ.Has nos ſanctorum animas appellamus. His gradibus ita præcipit Plato cultum exteriorem impartiri:vt maioribus numinibus maiora, minoribus minora, æqualibus æqualia munera conferantur. Quinto ornari potius quàm coli & adorari deorum patriorum ſtatuas:cultus nãque & honor & adoratio naturæ intellectuali debentur, & ideo prudentiſſimè cenſuit, Plato,Deum deoſque ac bonos dæmones & heroas vtpote intellectuales ſubſtantias coli & honorari, eorum vero ſtatuas ſicut & aras & templa ornari. Hunc igitur ordinem ſeruandum ſuadet Plato in deorum cultu exteriori.& quoniam hic ordo vnum primum ſupponit,quod ſequentia reſpiciunt,vt ſummum & perfectiſsimum,à quo eſt omnium deorum & bonorum dæmonum & heroum bonitas, ac perfectio,ideo intendit Plato in primis & ſuper omnia,colendum eſſe vnum Deum, cætera vero numina, neque per ſe ſed participatione primi dici debere deos neque propter ſeipſa,ſed illius ſummi Dei gratia eſſe colenda: præſertim cum Plato dicat totum deorum cultum ſuſcipiendum eſſe, vt illi ſummo placeamus,à quo pendet omnis noſtra bonitas & beatitudo.

Sed aduerte ad mentem Platonis, ſolos bonos decere honorare ac munera diis offerre: Profani autem & mali in hoc vane laborant,vnde in quarto de legibus ſic inquit,Bonum virum decet ſacrificare diis & intereſſe diuinis. Nam deos honorare orationibus muneribus alioque diuino cultu optimum eſt & commodiſsimum ad beatam vitam,quaſi dicat:Diuino cultu præparamur ad felicitatem.Malo autem viro econtra contingunt omnia:boni nanque viri animus purus eſt,mali vero impurus.Ab impuro autem capere munera neque virum bonum neque Deum decet: fruſtra itaque circa deos colendos profani laborant, quod opportune faciunt omnes ſancti. Patet igitur quomodo deorum cultum exteriorem,& quibus gradibus diuinus Plato inſtituit.Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS IN ETHICEN Platonis, quatuor diuiſus capitibus.

De cultu animi noſtri, & proprij corporis.

QVoniam Plato, vt docuimus in tractatu ſecundo, arbitratus eſt hominem eſſe animam rationalem, mentis participem & immortalem humano corpore vtétem, ex conſequenti ipſam animam eſſe in hoc inferiori mundo, vt diuinum quoddam: ideo ſapienter poſt doctrinam de colendo Deo, methodum facit de colendo & curando animo & ꝓprio corpore vtpote eius ſingulariſsimo inſtrumento. Cõplectentes igitur eius admirabilẽ in hoc propoſito doctrinam in preſenti tractatu, ipſum in quatuor capita diuidemus.

In primo capite declarandũ eſt, quòd poſt deos animus noſter colendus eſt, & tertio loco corpus.

In ſecundo declarandũ eſt, quomodo & quibus modis arbitrantur quamplures animum ſuum & corpus colere: cũ tamen re vera magis inhonorent, ac turpioré reddant.

In tertio declarandum eſt, quomodo in primis animus à malis quibus admixtus eſt purgari debet: deinde bonis habitibus exornari.

In quarto agendum eſt, de bonis habitibus quibus animus noſter colendus eſt: & ſunt ad mentẽ Platonis quinq;, Temperantia, Fortitudo, Iuſtitia, Prudentia, Scientia, Sapientia.

Poſt hæc agendum eſt de continentia & amicitia, & vera ac honeſta voluptate.

CAPVT I.

Poſt deos animum noſtrum eſſe colendum oſtendit, deinde corpus.

IN primo capite declarandum quàm rationabiliter Plato ſuadeat animum noſtrum poſt deos colendũ eſſe. cognouit enim animum ipſum ſpeculũ imaginémque eſſe diuinorum, & ideo poſt deorum cultum, merito iubet animum noſtrum coli. & in hoc Pythagoram in aureis verſibus imitatus eſt: ſic em̃ apud Pythagorã legimus. Poſt deos maximè omnium reuerere te ipſum. Plato autem in principio libri quinti legum ſic inquit: Audiat iam reliqua quicunque paulo ante de diis: ſcilicet colendis cariſsimiſque genitoribus audiebat: cuiuſque enim animus omnium ſuarum rerum poſt deos, cum ſit maximè ſuus, diuiniſsimus eſt. Quæ vero ſua ſunt bifariam diuiduntur: quoniam quædam potentiora melioraque ſunt, quædam autem imbecilliora ac deteriora. Quæ autem potentiora ac meliora dominantur: & quæ imbecilliora ac deteriora deſeruiunt. Quæ autem dominantur merito colenda & honoranda ſunt: ſed poſt deos dominantes vniuerſo, dominatur & animus noſter proprio corpori omnibuſque huius mundi naturis: ergo poſt deorum dominantium honorem: animum ſecundo loco coli iubeo: & tertio loco corpus: hæc Plato.

Præterea: cõſiderauit Plato, quàm vtilis ſit animi noſtri reuerentia ad legis obſeruantiam. Nam quiſquis animi ſui quaſi cuiuſdam numinis conſpectum aſsiduum colit & reueretur: iudicem habet intra ſeipſum dictanté quid rectũ: quid iuſtum: quid agendum: quid non: cuius dictamen & ſententiam ſi audierit, abſque ſcriptis legibus vitam ſuam optime dirigetac tandem de facili naturalis legis amore faciet quæ cæteri legum ſcriptarum formidine & impulſu vix & ſumma difficultate faciunt: prudẽtiſsimè ergo iubet Plato animum noſtrum poſt deos coli.

Animi cultus quam cõferat ad leges ſeruandas.

Præterea, dicit Plato in Timæo animam rationalem cuique noſtrum à Deo vt dæmonem quendam tributam fuiſſe quam in ſumma corporis arce ſedem habere iuſsit: atq; ad cæli cognationem à terra nos tollere: tanquam animalia cœleſti potius quam terreno ſeminenata. qui igitur diuinũ hunc dæmonem ſemper coluerit: & in ſe ornatiſsimum habuerit: præcipuè beatus & immortalis euadet: At econtra qui concupiſcentiæ & ambitioſæ iracundiæ affectibus explendis incumbit, neceſſe eſt in eo opiniones oẽs mortales fieri: & eum quàm maximè mortalem euadere: cum mortalem naturam pro viribus auxerit atque curauerit: & ſecũdum eam vixerit. At eum, qui totus diſcendæ veritatis cupiditate flagrauerit, atque omnem eius operam in hoc vno præcipuè impenderit: neceſſe eſt omnino, ſi quidem veritatem attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatem aſſequi poteſt, eatenus hunc penitus immortalem euadere. Nulla videlicet immortalitatis parte quæ in ipſo ſit dimiſſa. vt igitur immortales beatiſque efficiamur ſuadet Plato animum noſtrum poſt deos eſſe colendũ, atque honorandum, & tertio loco corpus proprium: quoniam ſine eo non operatur animus pro hac mortali vita. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo quidam viſi ſunt animum ac corpus colere, qui reuera minimè colunt.

IN ſecundo capite declarabitur tibi ad mentem Platonis, quot & quibus modis quamplurimi hominum arbitrantur ſe animum & corpus proprium colere, cum tamen verius dedecorent & turpiorem reddant.

Sex modis quidam putant animũ ſuũ colere.

Quantũ ſpectat ad animi cultũ aduerte q Plato in quinto de legibus ſex numerat modos q̃bus falſo credunt vulgares ſe animũ colere, atque ꝓficere: & ſingulos reprobat.

Primo putant nonnulli animũ ſuum colere atque extollere ſermonibus quibuſdã ſe laudando, muneribus & obſequiis ſe magnificando: ꝓmittendo ſibi quicquid libuerit agere, non tamen meliorem ex deteriori reddere.

Nos autẽ dicimus (inquit Plato) hos non animum ſuũ honorare, ſed lędere: quẽ tamen poſt deos ſecundo loco dicimus honorandum. nam bonum diuinum eſt honor: ſolum ergo bonũ honorandum: & nullum malorum: ſed tales propter prædicta non bonum ex malo reddunt animũ ſuũ, imò deteriorem faciunt: ergo non verè animum ſuum honorant, ſed lædunt.

Secundo: qui plurima committunt peccata & maxima ſcelera, putant animũ ſuum colere: ſi negantes ſe huiuſmodi crimina perpetraſſe, alios accuſant vt prædictorũ criminum cauſas & autores.

Sed vt inquit Plato: q ſeipſum falſo ſemp excuſat, alios iniuſtè accuſans nõ ſolum nõ colit animum, ſed obeſt: qm̃ ſcilicet erga proximum innocentem iniuſtè ſe habet.

Tertio qui præter rationẽ & laudem legislatoris eſt voluptatib⁹ indulgens: & q labores lege laudatos, metúſque ac dolores ferendos non ſuſcipit: ſuadet ſibi ipſi animum ſuum colere: & ex tali indulgentia illius optimam curam habere.

Sed vt inquit Plato, hoc nõ eſt honorare ſed deiicere animum: cum ipſum malis & pœnitentia repleat: nam poſt libidines & noxas voluptates, mala quàm plura ſequũtur: pœnitétq; voluptuoſum ſic vixiſſe: & ex eo quòd laudatis laboribus cedit ac ſuccumbit, animum nõ honorat, ſed vilitate dedecorat.

Quarto, qui hanc vitam ſummũ bonum cenſet, putat animum ſuum colere, exiſtimans apud manes omnia eſſe mala, & qui virtuti corporis formam atque decorem anteponit: arbitratur animum ſuum honorare.

Verum quammaximè errat, exiſtimans enim vitam hanc ſummum eſſe bonum, animum ſuum vituperat: quoniam vt declarabitur in tractatu vltimo: non niſi poſt mortem ſummum bonum conſequi poſſumus: & qui corporis formam atque decoré virtuti præponit turpiſsimè errat: quoniã corpus anima venerabilius arbitratur, in quo certe vehementer decipitur: nullum em̃ terrenũ, quale eſt corpus, rebus cœleſtibus, qualis eſt & anima & virtus, venerabilius eſt: & qui de animo aliter ſentit, prorſus ignorat quàm mirabilem rem negligat.

Quintò qui pecuniã iniuſtè cupit, aut iniuſtè poſsidens non dolet: ſuadet ſibi muneribus ac diuitiis animum ſuum colere.

Sed vt inquit Plato: longe abeſt. Quod enim venerabile in animo eſt atque pulchrum paruo ꝓ auro ꝓdit: cum totũ quod ſupra & infra terram eſt aurum, virtuti & animæ dignitati compenſari non poſsit.

Sexto quicũque ea, quæ legiſlator mala & turpia putat eſſe, omni ſtudio nõ fugit: nec pro viribus ſequitur ea quæ bona & pulchra ſtatuit: fingit ſibi animum colere.

Sed non videt, inquit Plato, q̃ turpiter & abſurde diuiniſsimum animum ſuum afficiat: Maximam enim & iuſtã vltionem malè agendi non animaduertit. Maxima vero vltio eſt, vt quis malis hominibus ſimilis efficiatur: factúſque ſimilis bonos viros & ſermones fugiat: ſéque ipſum ab eis ſeiungat, improbis autem adhæreat: & eorum conſuetudinem amplectatur. in quam quidem vltionem qui inciderit malus miſérque eſt: non ergo animum ſuũ colit, ſed miſe-

rum

rum penitus atque contemptibilem reddit. honoraret autē si meliora sectaretur, & ex peiorib⁹ quæcunque meliora fieri possunt ad melius quàm optimè reduceret. Homini vero nihil animo aptius atque sagacius est ad fugiendum malū, ad inuestigandum eligendúmque quod optimum, eíque p omnem vitam adhærendum, idcirco illi post deos secundo loco statutus est honor.

Falsus corporis cultus. Quantum ad corporis cultum aduerte ex doctrina Platonis in quinto legū, quòd quàm plurimi credunt se ꝓpriū corpus colere, si curent ipsum quàm pulchrum & formosum, & robustum, & velox & magnū & sanum seruare, non nulli autem corpus affectant contrariis modis dispositum.

Verum vtrique quàm maximè aberrant, conandum est enim corpus ita colere talémque de eo curá gerere, quòd animo nullum præstet impedimentum, quin bonus & pulcher atque virtuosus euadat, sed si vtrique prædictis extremis & cōtrariis modis corpus colere cōtenderint, animos nō vtique bonos, quin malos & deformes efficient, corpora nanque formosa & robusta & magna & sana, audaces & inflatos animos reddunt, corpora vero econtrario disposita illiberales & obiectos animos faciūt, quamobrē Plato sapientissimè docuit ꝙ corpora, quæ medium tangunt horum omniū habitū atque qualitatum, puta quæ media sūt inter pulchrū & deforme, inter robustū & debile, inter magnum & paruum, inter sanum & infirmum, longè moderatiora atque tutiora censenda sunt, se habent enim ad animū sicut edomitus equus ad assessorē, cui tute & absq; discrimine famulatur. Patet igitur quot & quib⁹ modis vulgares homines falso colunt animum & proprium corpus. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De vero animi cultu.

Animi cultus similis quomodo sit culturæ agri. POstquam tibi declarauimus quot & quibus modis falso sibi suadent quàm plurimi hominum & certe vulgarium, animū suū colere, nunc supereſt inuestigare ad mentē diui Platonis, quomodo & verè colēdus sit, tu igitur aduerte humanum animū apud Platonē agro excolendo assimilandum esse, quem prudens agricola vt quàm dignè & fructuosè excolat, duo præcipuè intendit, sine quibus in vanū tenderet omnis eius labor & impensa. Primò quidem toto conatur studio agrum ipsum à nociuis plantis herbisque vt spinis tribulis vrticis graminibusque purgare. Quòd si omnino eradicare nō poterit, studebit saltē ne adeo pullulēt, ꝙ fructuosis plantis atque iactis seminibus præualeant. Secundò postquā agrum ipsum expurgauerit, terram sulcando electis diuersi generis seminibus replet, & speciosas & ex fructibus desideratissimas arbores plantat & serit, dilectissimas vites eligit & vineā instruit vt ex his omnibus vitæ necessarios fructus percipiat, quib⁹ ipse totáque ei⁹ cara familia nutriri possit atque seruari, sic quicunque animū suū qui est intellectualis naturæ & mentis particeps, veraciter excolere & honorare desiderat, primo studēt ipsum à malis expurgare quib⁹ admixtus est, donec terrenū inhabitat corpus. Deinde optimis habitibus exornare, quibus vt electissimis seminibus & principiis sic operetur: ꝙ eis vtpote tutissimis mediis summū bonum ad quod nati sumus cō sequi possit.

Quæ mala animis insideāt nostris ex anima vegetatiua. Ex malis autem quibus admixtus est diuinus animus noster censet Plato quædam prouenire ex vegetatiua virtute quædam ex appetitiua, quædam ex sensitiua, quædam ex ignorantia. ex vegetatiua quidem tres proueniunt homini bus cupiditates, scilicet cibi, potus, & veneris siue generationis. de quibus Plato in sexto de legibus sic inquit: ex trina quadā indigentia atque cupiditate, oīa hominibus depēdere perspicio: in quibus si homines rectè ducantur atq; regantur virtus, sin contra vitium nascitur. Harum duæ sunt in animalibus statim natis, scilicet cibi potusque cupiditates: ad quæ cum omne animal innatum habeat appetitū impetu rapitur, nec verba auscultat alicuius admonētis aliud agendum esse quàm huiusmodi cupiditates expellere, dolore ſque contrarios deuitare. Tertia vero indigentia atque cupiditas ingens & acutissima, quæ ad generis propagationem inest: nobis quidem posterius innascitur, sed ardentissimo furore atque petulantia maxima homines vrit & agitat. Hij tres morbi, quibus animus noster admixtus est, (inquit Plato) tribus rebus curādi sunt: ne scilicet animum inficiant atque deprauent, curādi sunt inquit timore, & lege, & ratione: timore quidem pœnæ: lege sanciente: & ratione admonente ac suadente his cupiditatibus nō esse nisi ad naturæ necessitatem indulgendū, alioquin animum deprimunt: & hominē vertunt in brutum: quod soli gulæ & ventri & veneri inseruit. Ab his ergo velut à pessimo gramine, purgandus est animi nostri ac excolendus ager.

Remedia cōtra humanas necessitates.

Mala ex appetitu nobis prouenientia. In parte vero appetitiua duo sunt affectus: quibus non moderatis captiuus tenetur animus noster: quorum alterū vocat Plato in libro nono, de legibus iracundiā: & nos dicimus irascibilem: quam Plato dicit contentiosam atque difficilem: quæ inconsiderata vi multa euertit: alterum voluptatem appellat: & nos concupiscibilem: quæ vtique non est eadem cum iracundia: quoniam vt inquit Plato contraria vi nobis dominatur: quadā nanque persuasione ac deceptione, & nō impetu, vt iracundia te compellit: vt agas quicquid ipsa velit. Hi sunt duo illi equi, de quib⁹ figuratè loquitur Plato in Phædro: propter quos difficilis sit & dura aurigatio nostra: vt alias exponemus: cū de tēperantia erit nobis sermo. Ab his igitur curandus est animus regula, quā à Diuo Platone accepimus in septimo de legibus: vbi inquit, mea quidem ratio rectam vitam censet, nec voluptates omnino sequi: nec dolores penitus fugere debere: sed illum potius medium habitū tenere, quem tranquillitatem vocabam: & omnes diuino quodam oraculo coniicientes propriū esse Dei fatemur. Hunc habitum sequi debet quisquis hominum diuinus & optimus est futurus: adeo vt nec ipse ad voluptates omnino procliuis sit, alioquin procul à dolore non erit: nec aliū quemquam siue senem siue iuuenem, aut masculum, aut fœminam indulgere voluptatibus patitur, sed nec ipsos præcipuè natos infantes, firmissimi enim tunc omnibus mores omnes propter consuetudinem innascūtur, ego vero nisi vererer ne forte iocari videar, dicerem grauidas mulieres illo anno ita regendas esse vt nec ad voluptates multas furiosas ferantur, neque doloribus agitentur sed tranquillam pacatámque & mitem vitam pagant. Hæc Plato, vt igitur ab his malis curetur animus, meræ voluptatis meríque doloris vita fugienda est, & media quædam semper tenenda.

Quanam mala ex sensib⁹ anima suscipiat, & illorū cura. In parte sensitiua exteriōri, puta in visu & auditu & reliquis, atque interiori puta imaginatiua & phantasia, quot mala & impedimenta patiatur animus noster præcipuè dum ad aliquid intelligendum speculandúmque se cōuertit, diuinus Plato in Phædone sic manifestat. Animo nostro circa sapientiæ ipsius acquisitionem, impedimento est corpus si quis ipsum ad inuestigandum socium assumpserit. Neque enim visus neque auditus in hominibus veritatem aliquam habent: nam & poëtæ semper canunt: nihil nos audire nihílque videre sincerum, sed ij sensus corporis sinceri, certíque non sunt. Verum nec etiam alij vt guttus odoratúsque cū visu auditúque quodammodo deteriores sint. Quando igitur animus cum corpore inuestigare aliquid tentat à corpore decipitur. ratiocinatur vero optimè, quando neque visus, neque auditus, neque voluptas neque dolor eum perturbant, sed seipsum in se recipiens deserit corpus, neque quicquam quo ad fieri potest cum illo cōmunicat. Curabitur igitur animus, dum speculatur, ab his malis, si in ipsa mentis excogitatione, neque visum in excogitādo adhibuerit, neque sensum prorsus vllum ratiocinationi cō iunxerit: sed ipsa mentis cogitatione sincera vtens, ipsum per se quodlibet sincerum existens, venari studuerit, ab auribus ab oculis & vt summatim dicam, à toto corpore liber: vtpote animum perturbante, neque permittente veritatem sapientiámque assequi, si quando in communionem recipiatur: Hęc Plato.

Mala quanam anima proueniant ex ignorātia. Quæ vero mala ex ignorantia proueniant quandiu animus illi admixtus fuerit declarat Plato in libro nono de legibus vbi inquit, Tertiam delinquendi causam quisquis ignorantiam posuerit non errabit: sed qui hanc bipartitus fuerit legum lator melior erit. Alteram quippe simplicem ponet alteram duplicem & simplicē quidem leuium peccatorum causam arbitrabitur: Duplicem vero vocabit: quando non ignoratione solum quispiam detinetur: sed etiam sapientię opinione inflatus, quę omnino ignorat ea prorsus se scire existimat. Hanc si vires robúrque consecuta fuerit ingentium turpissimorúmque scelerum causam esse censebit: si autē imbecillitate prematur: peccata puerorum & seniorum, quę hinc proueniunt: peccata quidē cō sebit, & illis tanquā peccantib⁹ leges præscribet: sed mitissimas plurimáq; venia ac īdulgētia plenas. Hęc Plato. dāda vero est omnis opera, vt ab hac graui ignorātię peste curet animus

animus. Sicut enim cæcitas ad viſum, ſic ignorantia ad animũ. Patent igitur mala, quibus admixtus eſt animus noſter corruptibile corpus inhabitans: à quibus vtique curandus eſt, ſi eũ digne excolere veluti diuinũ agrũ atque exornare & beatũ facere volumꝰ. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De optimis animi habitibus, quibus laudabiliter excolendus eſt animus.

IN hoc quarto capite de habitibꝰ bonis atque laudabilibꝰ agendum eſt: quibus ſeminandus & ſerendus eſt animus noſter, vt diuinus ager ad mentem Platonis, vt ex eorum optimis fructibus, id eſt, ſtudioſis actibus, ad ſummum illud proficiſcamur bonum ad quod nati ſumus: ſemina quidem hæc ſunt virtutum habitus, de quorum ſingulis ad mentem Platonis agendum eſt: vt ſcias animum colere eorum acquiſitione & vſu: & hanc quidem conſiderationẽ in vndecim partes diſtinguemus.

In prima, declarandum eſt quàm diuerſa ratione Ariſt. & Plato de virtutibus tractarunt.

In ſecunda, quid ſit virtus ad mentem Platonis & quotuplex ſit: & quomodo diuerſo modo à nobis habeatur.

In tertia, de temperantia.

In quarta, de fortitudine.

In quinta, de iuſtitia.

In ſexta, de prudentia.

In ſeptima, de ſcientia.

In octaua, de ſapientia.

In noua, de continentia.

In decima, de amicitia.

In vndecima, de pura & honeſta voluptate.

PRIMA PARS,

Quàm diuerſa ratione Ariſtoteles & Plato de virtutibus docuerint, oſtendit.

Quàm diuerſa fuerit Ari. & platonis de virtutibus tractãdi ratio.

IN hac parte prima, declarandum nobis eſt quàm diuerſa ratione Ariſtote. & Plato de virtutibus docuerunt. tu igitur aduerte Ariſtotelem de virtutibus non alia intentione tractaſſe niſi vt perficiunt hominem pro hac præſenti vita: diſponũntque ipſum ac præparant ad felicitatem ſpeculatiuam ac practicam, poſsibilem pro hac vita acquiri, & non vltra: nam vt docuimus in Epitomatibus noſtris in decem libris Ethicorum: Ariſtote. de felicitate & miſeria poſt mortem verbum non fecit: quoſcunque igitur laudabiles virtutum habitus, laudabiléſque paſsiones hominem pro hac vita perficiẽtes tam in ſeipſo quàm in humano conuictu, conſiderauit Ariſtote: & hic fuit ſuæ intentionis terminus. & ideo non ſolum de quatuor, quas dicimus cardinales, conſiderationem fecit, vt de fortitudine, temperantia, iuſtitia, & prudentia: ſed etiam de liberalitate & magnificentia & magnanimitate, & manſuetudine & affabilitate & veritate & eutropelia de verecundia & cõtinentia vt laudabilibus paſsionibus, de amicitia & delectatione & ſuo oppoſito, Hæc fuit ſumma eorum, de quibus tractat Ariſtoteles à tertio Ethicorum, vſque ad decimum excluſiue: adiuncta ſpeculatione quam fecit in libro ſexto de habitibꝰ intellectualibꝰ: qui apud ipſum ſunt, ſcientia, ars, prudentia, ſapientia, intellectus, opinio: De quibus omnibus diffusè pertractauimus in Epitomatibus noſtris in decem libris Ethicorum, ad mẽtem præciſè Ariſtotelis.

Plato verò vt ſolicitiſsimus animorũ cultor & medicus aduertens vt liquido probabimus nullam pro hac vita vel minimam, & id à rariſsimis felicitatẽ poſſe haberi, ſed ſperandam, optandámque poſtquam animꝰ à corpore vt à carcere liber extiterit: de habitibus tantũ illis principalem conſiderationem fecit, ac laudabilibus paſsionibus, prout animum noſtrum à terrenis extollunt, & ad felicitatem alterius vitę nos præparant: & animum ipſum in ſeipſo quàm maximè perficiunt: & ad Dei maximi cognitionem dilectionemque inducunt. Huiuſmodi autem ſunt, temperantia, fortitudo, iuſtitia, prudentia, ſcientia, ſapientia, continentia, amicitia, & puraac honeſta voluptas. De reliquis autem vt de liberalitate, magnificentia, magnanimitate, affabilitate, veritate, eutropelia, verecundia, arte, opinione, perfunctoriè tranſit vtpote hominem perficientibus magis in humanis quàm in diuinis. & quoniam vt iam tibi diximus in principio primi tractatus, Platonis ſcopus fuit totum morale ſtudium à terrenis ad cœleſtia, à mobilibus ad immobilia, à ſenſibilibus ad diuina cõuertere: ideo in prædictis principaliter ad eius intentionem immorabitur: ſtruentes ſolidiſſimum fundamentum ad futuram in nobis felicitatem de qua acturi ſumus in vltimo tractatu: & longè ampliꝰ ac excellentius quàm docuerit Ariſtoteles: defenſabimúſque diuinum Platonem contra leues Ariſtotelis obiectiones.

SECVNDA PARS.

Quid ſit virtus, quotuplex, & quomodo diuerſæ virtutes diuerſo modo acquiruntur, probat.

IN ſecunda parte inueſtigandum eſt ad mentem Platonis antequam ad ſingularẽ cuiuſcunque virtutis conſiderationẽ, deueniamus, quid ſit virtus, & quotuplex ſit: & quomodo diuerſæ virtutes diuerſo modo acquiruntur. nã in quacunque ſcientia conſideratio vniuerſalis particularem præcedit: & hunc ordinẽ tenuit Ariſtoteles, qui in ſecundo Ethicorũ & in parte prima tertij de virtute: prius in communi pertractans, docuit virtutem moralem non ineſſe nobis à natura, ſed ex actibus noſtris generari. Docuit quid ſit moralis virtus, diffiniénſque inquit quòd eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens quo ad nos determinata ratione, vt ſapiens determinabit. Docuit quot ſint morales virtutes & vitia oppoſita: & paſsiones laudabiles, atque vituperabiles. Docuit quæ ſint actus virtuoſi principia: agens de voluntario & inuoluntario: de electione & conſilio & voluntate. Docuit virtutes morales & vitia eſſe voluntaria: ita quòd in bonis ſtat, ſi boni eſſe volumus aut mali: & hæc omnia vide ad placitũ in Epitomatibus noſtris moralibus, in ſecundo & tertio Ethicorũ: conſimili igitur ſeruata doctrina in vita Platonis: prius diffinienda eſt virtus, deinde diuidenda: & poſtremo quomodo diuerſæ diuerſo modo à nobis habentur.

Duæ apud Platonẽ de virtute definitiones.

Quantum ad primum aduerte, apud Platonem duas de virtute diffinitiones haberi. vna quidem omni virtuti & intellectuali ſiue cognoſcitiuæ & morali competit: Altera autem propriè morali: qua redditur homo bonus, eiúſque opus bonum. ea, quæ omni virtuti conuenit, ex libris de republica & ex Memnone ſic habetur. Virtus eſt animę habitus: quo potẽtia animæ ſiue cognoſcitiua opus ſuum quàm optimè & perfectè exercet, ipſáque anima & eius bona perficitur. Pro cuius notitia aduerte, quòd cuiuſlibet potentiæ animę tã cognoſcitiuæ quàm appetitiuæ, tunc optimè exercetur quando ad debitum ſuum finem dirigitur atque ordinatur. Quod autem ad debitum finem ordinatur, vtile dicitur: eſt ergo de virtutis ratione q nobis vtilis ſit, eiúſque opus vtile. Quod autem vtile eſt perfectiuum eſt: ergo virtus eſt habitus animæ & potẽtiæ ſuæ & operis ſui perfectiuus: e contra vitium eſt habitus animę & potentiæ ſuæ ac operis deprauatiuus, atque nociuꝰ: vt patet de ignorantia & ſcientia: de ſapientia & inſipientia de prudẽtia & imprudentia: quorum alterum perficit & decorat animam: alterum vero deprauat & deturpat.

Illa vero, quę virtuti proprie morali conuenit, qua dicitur quod ſit homo bonus, eiúſque opus bonũ, extrahitur ex quarto libro de republica, ſícque formatur. Moralis virtus eſt animi ſanitas pulchritudo & robur. Vitium autem morbus eſt animi turpitudo & imbecillitas. Nã moralis virtus vt ſtatuit naturę autor animã eiuſque vires rectè diſponit ac ſeruat: & in actione rectam fortitudinẽ cõſtantiã atque facilitatẽ præſtat: ideo & ſanitas & decor & robur dicitur animi: vitiũ vero morbus: ideo eſt animi deformitas & debilitas: quoniam animum contra naturę ordinem perturbat in opere atque confundit. Quamobrem ſicut laboranti cõtinua & inſanabili ęgritudine præſtat magis mori quàm viuere: etiam ſi externa nobis bona abundè ſufficiant: ſic illius vita (inquit Plato) tanquã miſera ab omnibus eſt fugienda: cuius anima vitio eſt deprauata: etiam quòd ſit in omni epularum poculorúmque affluentia: & totius orbis habeat imperium.

Virtutũ & viriũ animæ diuiſio ex Platone.

Quantum ad ſecundum aduerte, q apud Platonem diſtinguũtur virtutes ſicut & animę vires, quę aptæ ſunt virtutibus ornari, cum autem apud ipſum animarum vires diſtinguãtur in vegetatiuas, & motiuas, & ſenſitiuas exteriores, & ĩ cognoſcitiuas ĩteriores: & appetitiuas, vegetatiuis motiuis

motiuis atque ſenſitiuis exterioribus nullã aſsignat virtutem, neque cognoſcitiuam, neque moralem. Omnẽ autem virtutem parti cognoſcitiuæ interiori attribuit, atq; appetitiuæ. Cognoſcitiuam vero animæ partem in tres diſtinguit, ſcilicet in mentem & rationem & phantaſiã, quibus & tres aſsignat habitus cognoſcitiuos. Menti aſsignat ſapientiã, rationi ſcientiã & prudentiã, phantaſiæ ſagacitatẽ, ſiue opinionem rectam, & hi quidem habitus apud Platonẽ prædictarum virium actus perficiunt. Nam mẽtis actus eſt perpetuæ veritatis contemplatio. Hunc ſapientia perficit. Rationis actus eſt veritatis per diſcurſũ inueſtigatio. Hunc ſciẽtia perficit in naturalibus. Dirigit eñ ſciẽtia rationis diſcurſũ in his, quæ natura fecit, prudẽtia vero dirigit rationis cõſultationẽ in his, quæ nos agimꝰ: vnde & apud Ariſtotelẽ vt in ſexto Ethicorũ docuimꝰ prudẽtia eſt agibiliũ à nobis recta ratio. Appetitiuã aũt animæ partẽ in tres diſtinguit, ſcilicet in voluntatẽ, & vim iraſcendi, vimq; concupiſcẽdi, quibus & tres aſsignat habitus appetitiuos, quos morales dicimus, qui prædictarũ virium actus perficiunt: nam voluntatis actus eſt appetere, quæ ei offerũt mẽs & ratio. Hũc iuſtitia pficit & liberalitas iuſtitiæ comes, iraſcibilis actꝰ eſt aggredi difficilia, quæ ratio aut phantaſia ꝓponit. Hunc fortitudo perficit. Concupiſcibilis actus eſt placita ſequi quæ phãtaſia & ſenſus obiiciunt. Hunc cõtinẽtia atque tẽperãtia perficiunt, hæc eſt vir tutũ ſumma, de quibus Plato ptractat, & quibus id eſt cõmune, quòd vnaquæque earum eſt habitus actum potẽtiæ animæ ſiue cognoſcitiuæ ſiue appetitiuæ perficiens, dũm ipſum decorũ reddit atque vtilẽ ad finem noſtrũ vltimum conſequendum. Vnde & nonnulli Platonici virtutem diffinierunt quòd ſit habitus animi, electione ad beatitudinem conferens.

Virtutes morales & intellectuales quomodo ꝓgenerentur in nobis ex Platonis ſententia.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ cum apud Platonem, vt in prædictis docuimus duo ſint virtutũ genera: quoniam aliæ quidem in intellectu, aliæ aũtẽ in appetitu ſiue rationali, quæ eſt volũtas, ſiue irrationali per eſſentiã, rationali vero per participationẽ, vt iraſcibilis, & cõcupiſcibilis, quæ ſunt in intellectu intellectuales vocantur, quæ in appetitu morales, quę intellectuales ſunt vario modo à nobis habentur: nã cum ſint ſapientia & ſcientia, prudẽtia recta opinio & ars, Plato exiſtimat ſapientiã ſpeculatione diuinorũ acq̃ri, & acquiſitã circa diuina ſpeculanda verſari, ſcientiã autem per Philoſophiæ doctrinã, quæ reminiſcentiã præſtat. Nam vt diſputat in Phædro, ratio pennas & alas, quæ olim abiecerat ad mentem. conuerſa reminiſcendo iterum recuperat, prudentiam vero, quæ eſt notitia rerum priuatim & publicè rectè agendarũ, doctrina & longo rerum vſu. Rectam opinionẽ exemplis, autoritate atque inductione. Artem denique, quæ eſt recta efficiendorũ operum regula, doctrina & experimento. Morales vero quæ partem appetitiuã perficiunt, vt fortitudo, quæ ad opera honeſta prõptior abiicit à nobis timoris, atque formidinis impedimentũ, & tẽperantia quæ libidinũ mollitiem, vt alterum honeſtorũ operum impedimentũ repellit, & iuſtitia, quæ ſponte ſuũ vnicuique tribuit, & eius comites liberalitas atque magnificẽtia, prudentia & recta opinione atq; legitima exercitatione acquiruntur: vnde Plato duo hæc moralium virtutum principia poſuit, ſcilicet prudentiã & opinionem rectam: quapropter prudentia apud Platonem ſæpenumero totius virtutis moralis nomen vſurpat, dum virtutes morales, prudentias appellat: eo quòd prudentia acquiruntur, & recta opinione, id eſt, recto rationis dictamine.

Sed aduerte, quòd Plato in Theage, atque in Memnone, virtutem quandam aliam inuenit ad rectam opinionem attinentem, quam ciuilem peritiam nominat: qua veri ac legitimi principes & ciues, honeſti in agendo, expertes ſpeculationis, ac ſapientiæ cultores, publicum bonum curant. Hanc Plato in Memnone non aliter quàm diuina ſorte dari ciuilibus hominibus, id eſt, reipublicæ moderatoribus diſputat: vnde in fine Memnonis ſic inquit. Non ergo ſapientia quadam, neque vt ſapientes ipſi ciuiles homines rempublicã adminiſtrant: cuiuſmodi extiterunt Themiſtoclis tẽporibus, & quos paulo ante Anitus retulit: vnde nec cętero tales quales ipſi ſunt reddere poſſunt, vtpote qui ſcientia nulla ſint tales. Quod ſi non ſcientia, reſtat vt opinione recta vtentes ciuiles viri ciuitates gubernent: non ſecus ad prudentiã ſe habentes, quàm vates diuinoq́ furore correpti: quamobrem diuinos merito vocabimus, quos modo prædiximus, ciuiſque homines non minus quàm reliquos diuinos exiſtimabimus diuino afflatos numine: Deoq́ penitus occupatos quoniam rempublicam dirigunt & maxima dicunt, quę nequaquam intelligunt. Mulieres quoque bonos viros diuinos nuncupant: & Laconici quotiens bonum laudant virum, diuinus hic vir aiunt. Si autẽ nos in omni hac diſputatione rectè ſcrutati ſumus, virtus vtique hæc neq; doctrina neque natura nobis aderit: ſed diuina ſorte abſq; mente in eũ q eã ſortitus fuerit influet: niſi forte quis ex ciuilibus talis exiſtat, vt aliũ quoque ciuilẽ efficere poſsit. Qui ſi extiterit, talis hic inter viuẽtes erit, qualem inquit Homerus Tireſiã inter mortuos eſſe: ſic dicens, ſapientia præſtat ſolus iis qui apud inferos, cæteri vero vmbræ volitant: ſimiliter & ciuis iſte ad alios, vt ad vmbras ſe haberet. Hæc Plato. Patet igitur ad mentem Platonis, quid ſit virtus, quotuplex ſit, & quomodo acquiritur. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

TERTIA PARS.

De temperantia ad mentem Platonis agit.

IN tertia parte vt iam ad virtutes in ſpecie deſcendamus: agẽdum eſt de temperantia ad mentẽ Platonis: Nam quæ de ea pertractauerit Ariſtoteles, ſcire poteris ex Epitomatibus noſtris in tertio Ethicorum: vbi tria præcipuè inuenies Ariſtotelem de temperantia docuiſſe. Primo quòd non eſt circa omnium ſenſuum exteriorum delectationes: ſed circa eas, quæ ſunt guſtus & tactus. Secundo quòd tẽperatus medio modo & debita menſura ſe habet ad delectationes & cõcupiſcentias guſtus & tactus: vt decet. Tertio ꝙ vitium ei oppoſitum, id eſt, intemperantia, eſt vitium maximẽ reprehenſibile ingenti indigens caſtigatione. Ad mentem autem Platonis tractaturi de temperantia inuenimus ſparſim in tota eius doctrina ꝙ dupliciter ſumi conſueuit, ſcilicet ꝓpriè & vniuerſaliter. Propriè quidem ſumpta eſt ſpecifica virtus, à quacunque alia diſtincta: quæ circa cohibendas frænandaſque vehemẽtes gulæ & veneris libidines atque voluptates verſatur vnde qui ſobrio vtuntur cibo & potu atque ſalubri, & determinata hora certiſque diebus, temperati nũcupantur. Qui caſtè viuunt, aut matrimonij leges ſeruant, tẽperati dicuntur. At econtra, crapulantes & ebrioſos, & impudica ac inconceſſa venere vtentes intemperatos appellamus. Temperantiam ſic propriè ſumptam diuinus Plato in Charmide adoleſcentibus nobilibus & pulchris, vt ſalutiferam tribuit medicinam. Adoleſcentibus quidem quoniam citatum morbis adhibendum eſt remedium, ne vehementius increſcant fiántque ex mora incurabiles. nobilibus vero, vt innuat in virtute nobilitatem veram locari. & quoniam adoleſcentes nobilium filij plerunque aliis exemplo ſunt, & ad rempub. admittuntur qui ſimali & intemperati fuerint, toti ciuitati grauiſsimo erunt detrimento. pulchris autem: quoniam ij flagitioſorum hominum ſæpeſsimè mala conſuetudine atque familiaritate deprauantur ideo magis indigent medicina: inſuper vt formoſi ſtudeant atque animaduertant, quòd quemadmodum natura corpori breuem tradidit pulchritudinem, ſic viciſsim per temperantiam Deo naturę autori ſempiternam animi reſtituant pulchritudinem, neque enim decet exteriora noſtra multis ſua pulchritudine placere: interiora autem diſplicere. His igitur de cauſis Plato vt animorum medicus adoleſcentię atque iuuentũti vt in pluribus intemperantia atque laſciuia ægrotanti temperantiam propriè dictam veluti incantationem & ſaluberrimam tribuit medicinam. Hac ſtuduit Socrates famoſiſsimum illum adoleſcentem Charmidem in primis curare cum dolore capitis grauaretur, ſic enim ſcribit Plato in Charmide, Ille igitur cum medelam incantationeſque doceret, iuſſit vt contra capitis dolorem, remedium adhiberem niſi prius animam incantationibus ipſis purgandam commiſerit, & hunc ſane noſtrorum temporum errorem eſſe dicebat, quòd pleriſque abſque temperantiæ ſtudio, medici eſſe contendunt.

Tria docuit Ariſt. de tẽperantia.

Temperantia Platoni ea bifariam ſumitur, ꝓprie, & improprie.

Plato tribuit temperãtiã medicinã adoleſcentibꝰ nobilibus, ac pulchris.

Vniuerſaliter autẽ ſumpta idẽ eſt quòd moderatio quædam, vnde quęcunque moderate fiunt, in doctrina Platonis temperate fieri dicuntur, atque decẽter, & huic ſenſui diffinitionem Charmidis de temperantia accommodandam eſſe cẽſemus. nã in Charmide interrogatus à Socrate Charmides, quidnam exiſtimaret tẽperantia eſſe, ſic reſpondit, tẽperãtia eſſe duco, decenter agere ſingula, ac ſummatim quiete omniã facere, & vt breui complectar. Temperantia quietudo quędam eſſe mihi videtur: & hoc quidem modo

vniuerſali

Ciuilis peritia.

vniuerſali ſumpta non eſt ſpecifica virtus:ſed omnib⁹ cupiditatibus,atque affectibus moderandis applicatur:omni actui cuiuſcunque virtutis,omni arti,corporis ſaluti:animi ornatui,& denique toti Vniuerſo.

Temperantia omnibus applicatur affectibus,

Applicatur quidem omnibus cupiditatibus atque affectibus:quoniã licet vt diximus propriè ſumpta circa gulæ veneriſque voluptates moderandas verſetur, tamẽ ſimilitudine quadam ad omnes cupiditates temperandas trãsfertur. Sicut eñ ſobriè comedendum bibendumq; eſt,vt ratio dictat:ſic decenter odorandum videndum audiendum loquẽdum:ſemperque ſeruandum illud nequid nimis: & præceptum pythagoricum,ſcilicet,Menſura omnium optima.

Temperantia applicatur cuique actui virtutis.

Applicatur & omni actui cuiuſcunque virtutis. nã fortitudinis officium in audaciæ timoriſque moderatione verſatur;& iuſtitiæ officium in pœnarum præmiorúmque ac cõmutationum moderatione:liberalitatis quoque ac magnificẽtiæ officium in ſumptuum expenſarúmque modo. Tantáq; eſt temperantiæ ſic ſumptæ excellẽtia,vt ea poſita ſtet virtus,ea remota,inſurgat vitiũ.vnde non immerito Pythagoras dixit temperantiam eſſe omnium virtutũ, totiúſque humanæ ſocietatis publicæ & priuatæ conſeruatricem.

Temperãtia omni adeſt arti.

Applicatur & omni arti.Nam omnes elegantes artifices adeo eam in operibus ſuis obſeruant:quòd nunquã ſuadẽt ſibi rectè feciſſe:niſi poſtquã iudicant ac deprehendunt artificiatum moderatè,id eſt,neque in plus neque in min⁹ ſed vt decet elaboratum fuiſſe:tunc inquiũt,bene ſe habet.Stat ergo cuiuſcunque artificiati bonitas in tẽperantia: quam Ariſtoteles mediocritatẽ & nos in philoſophia morali chriſtiana,modeſtiam & ſuauitatem nuncupabimus.

Cuique corporis bono applicatur temperantia.

Applicatur & corporis ſaluti atque perfectioni:Neque eñ datur corpus ſanum ſine humorum temperantia:quam medici adæquationẽ,ſiue commenſurationem vocant: neque corpus perfectum ſine quantitatis debitæ ac omnium membrorum integritate ac temperantia: neque corpus formoſum ſine linearum colorúmque temperantia: Denique nullum datur laudabile mixtum,ſine miſcibilium temperãtia in mixto.Non ſolum ergo corpori humano,ſed & omni mixto ad ſui ſalutem & perfectionem atque decorem neceſſaria eſt temperantia.

Tẽperantia quàm neceſſaria ſit ad animi ornatum.

Applicat & animi ornetui atque perfectioni.neceſſe eſt enim appetitiuæ partis motiones atque paſſiones temperare:vt expulſa perturbantiũ paſſionũ caligine, ſedatóque earum tumultu ac impetu mens & ratio facta ſerenior atq; tranquilla, ſcientiam,ſapientiam,atque prudentiam adipiſcatur.Arbitratur eñ Plato ſine temperantia non inueniri ſapientiam neque prudentiam.Sapiens nanque ſine moderatione neque diſponere neque ordinare poteſt quæ ordinanda ac diſponenda ſunt.Neque prudentem videbis qui in agendis modum & decentiam:quam temperantiam diximus non ſeruet,& ideo rationabiliter Plato in Cratylo exponens Sophroſynem:quod nomen Græcum temperantiã ſignificat inquit:Sophroſyne,id eſt,tẽperantia Phroneſeos, id eſt,prudentiæ ſalus & conſeruatio eſt. Neceſſe eſt & in parte cognoſcitiua tẽperantiam ipſam ſeruare:quæ in quadam intelligenti a cum rebus quæ intelliguntur, concinna congruitate atque cõmenſuratione conſiſtit.vnde & veritas aliud non eſt quàm cõmenſuratio atque conformitas inter intellectum rémque intellectam:erit ergo veritas temperantia,falſitas vero intemperantia:congrue ergo applicatur ornatui ipſius animæ,atque perfectioni.

Veritas quædam temperantia eſt.

Et aduerte ex doctrina Platonis, quã tradit in Charmide.quòd corporis noſtri temperantia,quæ eſt eius ſanitas, & intẽperantia,quæ eſt eiuſdẽ ægritudo à temperantia atque intemperantia animæ pendent. Animo nanque bene compoſito atque temperato modo,quo diximus, quęcunque nobis circa corpus accidunt aduerſa,prudenter diſponuntur:æquo animo tolerantur:vt nihil tandẽ euadat in malum.incompoſito vero & intemperato animo nihil bene & ſalubriter in corpore,nec extra cõponi atque ordinari poteſt,vnde Plato in Carmide Zamolxidis doctrinã corporis curatiuam introducens inquit.Cæterum Zamolxis ait:rex noſter ac Deus tradit quemadmodum oculos ſine capite curare non decet:neque ſine reliquo corpore caput:ita neque ſine anima corpus:eáque cauſa eſt:cur medicos Græcos multi corporum morbi lateant:quia totum ipſum ignorant:quod in primis curare oportet.Quo male affecto impoſsibile eſt partem aliquam bene valere: omnia nanq; vel bona vel mala,ab anima in corpus & in totũ hominem emanant Animam igitur primum & maximè curari iubet, ſi caput & vniuerſum corpus valere debet. Anima vero tẽpantia curatur:qua præſente atque inſerta,facile eſt capiti totique corpori ſanitatem tradere.Hæc fuit Zamolxidis medicinalis doctrina.Ex qua conſtat quàm improbãdi ſint, qui minima curantes maxima negligunt:ſicut qui equis & canibus ægrotantibus medicamina tota ſolicitudine quæruntin ſui vero corporis & animi morbis, medicos minime conſulunt.Minima quoque ſupellectilia rectè componunt,ipſi vero & animo & corpore permanent incompoſiti,atq; intemperati:& intemperato animo citharam tẽperant.Quotidie aliena tractant,& propria deſerunt. Omnia vero præter animum noſtrum nobis ſunt aliena:ergo in primis curandus tẽperandúſque eſt animus:deinde corpus & exteriora bona.& vt ſignaret Socrates in Charmide,quãrũ excellere debeat animi medicina,corporis male ſe habẽtis remedia,corporis medelam ſolium appellat:vtpote rem leuem atque omnino mutabilem & floccipendendam.

Temperan. tia confert ad vitam.

Aduerte inſuper ex doctrina Platonis in Timæo: quòd ex animi temperantia nõ mõ ſanitas,ſed & longiſsima vita corporis pendet.vnde & quidam ex Pythagoricis, ſi animꝰ prudenter motiões ſingulas. tum ſui,tum corporis moderetur,perpetuam vtriſque ſanitatem: & corpori diuturnam vitam pollicẽtur.Quod quidẽ pleriſque ſapientibus iuſtiſque viris prouenisſe comperimus:& ad eandẽ cauſam aut cõſimilem diuturnas priſcorum patrum vitas referre poſſumus:vt tibi declarabitur in Philoſophia morali chriſtiana:quam Deo optimo aſpirante ordinare decreuimus poſt academicam.

Toti vniuerſo applicatur temperãtia.

Applicatur & toti vniuerſo.nã ipſius virtute nõ ſolum corpus omne ſub luna,verum etiam cœlum ipſum & vniuerſum conſeruatur.Quod Plato in Gorgia ſapientum teſtimonio comprobat.vbi inquit cõtra Callicles ſophiſtam intemperantiã approbantem: ſuúmque oppoſitum reprobantem,id eſt,temperantiam. Traduut ſapientes ô Callicles:cœlum & terram deoſque & homines,ſocietate quadam & amicitia,modeſtoque ornatu & temperantia cõtineri:atque hoc vniuerſum:præterea mundum ornatúmque nominant: non autem immunditiam neque intemperantiam.Hæc Plato patet igitur quid ſit temperantia ,ppriè, quídve vniuerſaliter dicta & quibus applicatur,& quomõ in primis in animo ſeruanda eſt.

Duo inſuper reſtant ad mentem Platonis de temperãtia pertractanda.Primum quidem eſt cur in Charmide Socrates ſentit temperantiã diffiniri atque acquiri ſummè difficile,ac pene impoſsibile eſſe niſi quadã cœleſti atque diuina virtute animo infuſa fuerit.Secundum autem eſt vt defendamus temperantiam propriè dictã eſſe ex ſui natura virtutem:intemperantiam vero vitium. nam in Gorgia Callicles Sophiſta cum Socrate contendens, probare nititur, temperantiam non eſſe virtutem niſi hominum inuentu atque opinione : q voluptatibus ſuis ſatisfacere nõ poſſunt, intemperantiam vero eſſe virtutem atque ſectandam: nos igitur tanto errori obuiare conabimur contra Sophiſtam: concludentes eá eſſe non ex ſola hominum opinione virtutem ſed ex ipſa rei natura.

Difficile eſt non modò tẽperãtiam cognoſcere, ſed acquirere.

Quantum ad primũ aduerte, quod ex tribus prouenit difficultas diffiniendi tẽperantiã atque acquirendi. Primo quoniã vix à cæteris virtutibus diſcerni poteſt. Videntur enim virtutes omnes prout in medio conſiſtunt, tẽperantiã includere.Secundo quia tanto difficilius cognoſcitur,verbiſque exprimitur,quanto difficilius in animo poſitꝰ detur.Nam cũ ipſius corporis commercio maximè ad voluptatem intemperantiámque procliues ſimus, in eáque ab infantia nutriamur,difficillimè temperantiam adipiſci valemus.Tertio,quoniam primi noſtri motus cæteris virtutibꝰ acquirendis aliquando cõferunt:vt ira & audacia fortitudini,Timor prudentiæ,dolor patientiæ, amor iuſtitiæ atque liberalitati:Temperantiæ vero ſemper omnis impetus opponitur.Nam cum in ſumma quadam tranquillitate locanda ſit,à quouis impetuoſo affectu impeditur:vnde ſicut in corpore omnimodam humorum tẽperiem, ſic in animo conſonantia omnium motionum inuenire difficillimum eſt:ideo Socrates admonet vt ſtudeamus potius legitimis inſtitutis temperantiã acquirere,quàm dialecticis rationibus de ea diſputare:nã niſi re ipſa poſsideatur, cognoſci non poteſt.Impuro enim & incompoſito animo,puriſsimam temperantiam cognitione attingere non licet.Probet ergo ſeipſum homo, an temperate viuat:ſícque de temperantia.& eius oppoſito diſputare, rationémque reddere poterit.

Quantum ad ſecũdũ aduerte, vt patet in Gorgia, quòd Callicles

Quomodo Callicles tẽperantiã nõ esse virtutẽ suadebat.

Callicles ſophiſta cum Socrate contendens modo rhetorico ſuadere conatur intemperantiam luxuriamq; virtutem eſſe atque felicitatem. Temperantiam vero ſolo inuentu hominum, qui voluptates ſuas explere non valent, extimari virtutem. Sic igitur loquitur Callicles. Oportet illũ qui rectè vitam acturus eſt permittere cupiditates ſuas ſummopere augeri, nec eas vllo modo cohibere, & quamlibet prorſus explere. Quod quidem quoniam multi conſequi nequeunt eos vituperant, q id aſſequuntur, abſcondentes ob verecũdiam impotentiam ſuam, feruntq; intemperantiã eſſe turpem, & in ſeruilem habitum deducunt melioris naturæ homines. Ipſique cum libidines ſuas explere nequeant, temperantiam approbant propter ignauiam. Verum ſi his à principio contigiſſet, vt vel regum eſſent filij vel ipſis natura ſufficeret ad imperium aut tyrãnidem aut poteſtatem aliquam ſibi ipſis acquirendam, ꝓfecto turpius peiusq; eſſet, ſi huiuſmodi temperantia vterentur: quoniã cũ liceret ipſis frui bonis, nec impedirentur ab vllo, ipſi ſibi dominam præficerent multitudinis, ſcilicet popularis legem, ſermonémque & vituperationem. Quo enim modo non miſeri eſſent? Siquidem propter quãdam. iuſtitiæ temperantiæq; honeſtatem, nil plus amicis tribuerent quàm inimicis, etiam dum in ciuitate ſua dominarentur. Cæterum ô Socrates veritas ipſa ita ſe habet, q luxuria, intẽperantia, liberalitas modo facultas ſuppetat & potentia, virtus eſt atque felicitas. Cętera verò iſthæc ſpecioſa, id eſt quæ dicuntur pulchra & laudabilia, vt temperantia & continentia, præter naturam adinuenta ſunt hominum deliramenta, & nugæ penitus contemnẽdæ. Hæc fuit Calliclis pompoſa atque fucata & ſine ratione inuectio contra temperantiam.

Laudabilem eſſe temperantiam bifariam ſuaderi poteſt.

Quem Socrates redarguere conat⁹ eſt duplici via, vt patet in Gorgia. Prima quidẽ ex ſimilitudine procedit, ſecunda autem aperta ratione, primam Socrates cõtra Calliclem in Gorgia ſic introducit. Illa, quam tu dicis, ſ. intemperati, grauis eſt vita, neque admirarer, ſi in ea vera dicat Euripides dicens, Quis nouit, vtrum viuere quidem mori ſit, mori autem viuere, & nunc forte re vera mortui ſumus. Audiui iã eq̃dem à ſapiente quodã, nos nunc mortuos eſſe, corpusq; noſtrũ ſepulchrum eſſe nobis, partémq; illã animæ, in qua cupiditates ſunt, perinde ſe habere ac ſi perſuadẽdo, viciſsimque diſſuadẽdo ſurſum deorſumque agitet. Itaque elegans quidem vir Sicul⁹ fortaſſe vel Italus in his confabulatus, hanc animi partem ꝓſuaſionem credulitatémque lubricam alludens nomini, dolium appellauit. Dementes vero ꝓfanos atque damnatos. Horum autem animi partem, quæ libidinibus agitatur, tanquam futilem & ꝓpter incontinentiam inexplebilem, perforatum eſſe dolium inquit. Attende igitur ô Callicles vtrum ſic cenſeas de vtriuſque vita, ſ. temperati & intemperati, ſicut, ſi duo viri multa haberent dolia, ſed vnus quidem integra atque plena partim vini partim mellis partim lactis, alliaque ſimiliter aliorum, ſint vero ſinguli hi liquores rari, & inuentu difficiles multiſque & grauibus laborib⁹ acquiſiti. Iſte ergo, cui plena ſunt vaſa, nihil ſuperinfundere curet, ſed quantum ad hæc attinet quietem agat. Alteri vero ſint ɔſimiles liquores ſicut & prȩcedenti, q acquiri quidẽ, ſed cum difficultate poſsit, & vaſa habeat ſed fracta atque perforata, ac die noctuque ea implere cogat, aut extremis moleſtiis agitet. Cùm talis igitur ſit temperati vita, ſicut habentis vaſa integra plenaq; pretioſis liquoribus, intemperati autem ſicut habentis vaſa perforata, in quibus ſi pretioſi reponantur liquores ɔtinuè fluunt & ſi multum influit, multum viciſsim effluit, aſsne vitam intemperati beatiorem eſſe quàm temperati, an ꝑſuadeo tibi his verbis, vt vitam hominis moderati meliorem eſſe q̃ immoderati concedas, vel non tibi perſuadeo? At quoniã Socrati Callicles ſic reſpondit. Nequaquam ô Socrates id mihi ꝑ ſuadebis, nam illi cui plena ſunt omnia vaſa, nulla amplius eſt voluptas, ſed quemadmodum dicebam quaſi lapis viuit poſtquã ſemel impleuerit, nullámque voluptatem aut moleſtiam ſentit: Dulcedo autem vitæ in multa cõtinuáque infuſione conſiſtit, ideo Socrates clariſsimè arguit ɔ Calliclẽ ꝙ qui dolia implet, ex conſequenti temperatus optima voluptate gaudet, vtpote non admixta indigentiæ atque triſtitiæ. At qui dolia perforata implet, ex conſequenti intemperatus non niſi voluptate admixta indigentiæ & labori & triſtitię gaudet, ſicut famelicus dũ famem, & ſitiens dum ſitim patitur, ſi comedit & bibit lætatur voluptate mixta triſtitiæ, ſ. fami & ſiti, voluptas ergo tẽperati optima eſt eiuſque vita melior, intemperati autem mala, & vita miſera.

Poſtquã prædicta ſimilitudine atque deductione ſic cõtra Calliclem inſurrexit Socrates, ratiocinatione eum ſic iterum aggreditur.

Temperãtia ad felicitatẽ conducit.

Audi me igitur ô Callicles, diſputationé ab initio repetentem. Non eſt idem voluptas & bonum, confeſſus es enim voluptatem aliquam bonam, aliquam malam, voluptatem autem gratia boni, & non bonũ gratia voluptatis ſequi debemus, eſt autem voluptas, qua præſente gaudemus, bonum vero, quo præſente boni ſum⁹, boni vero ſumus nos & quæcunque alia ſunt bona, ob virtutem aliquam, quæ adſit, virtus em̃ bonũ facit habentem. Sed virtus cuiuſque ſiue inſtrumenti ſiue corporis ſiue animæ, non temere adeſt, ſed ordine atque rectitudine & arte, quæ horum cuique tradita ſit: ergo ordinatum ornatumque eſſe eſt cuiuſque virtus, igitur ornatus quidam ꝓprius cuique inſitus efficit ipſum bonum ergo anima quæ ꝓprium habet ornatum, melior eſt ea, quæ ornatus eſt expers. Quę autem habet ornatum, ornata eſt atque modeſta. Quę vero ornata eſt atque modeſta, temperãs eſt, ergo quæ temperãs eſt bona eſt. Dico igitur, ſi tẽperatus animus bonus eſt, qui econtra affectus eſt, id eſt intẽperatus malus eſt. Temperatus autem agit decentia erga deos & homines. Non em̃ temperatus eſſet niſi decorũ ſeruaret. Proinde decentia agens circa hoĩes, iuſtè agit, & decentia agens circa deos, pie agit, eũ vero, qui iuſta & pia agit, neceſſe eſt iuſtũ & pium eſſe. Prȩterea neceſſe eſt temperatum eſſe fortem. Non enim temperati eſt vel ꝓſequi vel fugere aliter q̃ decet, imò oportet & res ſingulas, & ipſos homines, & voluptates & moleſtias, tum fugere, tum ꝓſequi tum etiam tolerare vbi ſit opus. Quãobrem omnino neceſſe eſt tẽperatum virum, cum, vt diximus, ſit iuſtus & pius & fortis, eſſe perfectè bonum. Bonum vero bene honeſtéque agere, quicquid agat, eũ aũt, qui bene agit, felicem eſſe atque beatũ, improbum vero ac malè agentem eſſe miſerum. Talis autẽ eſt qui econtra ſe habet quàm tẽperatus, ſ. qui intẽperatus eſt, quẽ tu Callicles laudabas, ego igitur hæc ita pono, dicóque vera eſſe. Si autem vera ſunt, quicunque optat ſe beatum fore, temperantiam ſequi atque exercere debet, intemperantiam vero fugere quantum cuiuſque noſtrũ pedes valent, atq; ita ſe gerere, vt non indigeat caſtigatione atque pœna. Si vero ipſe indigeat vel alius quiuis familiarium, adhibita pœna coercendus eſt, ſi mõ futurus ſit beatus. Hoc mihi vẽ eſſe ſignũ ad quod reſpicientes dirigere vitam debemus, omnia tam publica quàm priuata ad hoc referentes, vt iuſtitia & temperantia illi adſit, qui futurus eſt felix. Non autẽ cupiditatibus omnia permittenda ſunt, quas explere conari, inexplebile malum eſt, & latronis more vitam agere. Neque enim cui quam hominũ neque Deo, qui hmõi eſt, carus eſſe potes. Sic igitur Socrates ſophiſtam Calliclem concluſit, atque optimè tutatus eſt temperantiam veram eſſe virtutem, intemperantiam malã atque fugiendam, adeóque deuictus fuit ſuperbus Callicles, quòd Socrati forte inuitus atque ratione coactus ſic reſpondit, eſto tibi id ita ô Socrates, vt diſputationem hanc concludas. Hęc de temperantia ad mentẽ Platonis dixiſſe ſufficiat.

QVARTA PARS.

¶De fortitudine tractat.

Ariſtot. quatuor de fortitudine determinauit.

IN parte quarta de fortitudine agendum eſt ad mentẽ Platonis: nam quid de ea Ariſt. in tertio Ethicorum docuerit, in epitomatibus noſtris moralibus in tertio Ethicorũ videre poteris, vbi quatuor ex Ariſtotelis doctrina determinata ſunt. Primò ꝙ eſt circa maxima diſcrimina, prȩcipuè circa mortem & in bello. Secundò quòd fortitudinis proprius actus eſt audere timere & ſuſtinere terribilia, quę & q̃n oportet & gratia boni ac honeſti finis. Tertiò, ꝙ quinq; ſunt ſpecies apparentis, ſed non veræ fortitudinis, ſ. fortitudo politica, & militaris & ea, quæ eſt ex furore, & ea, quæ eſt ex ſpe victoriæ, & ea, quę eſt ex ignorãtia periculi. Quartò ex omnibus prędictis ſic diffinitur, fortitudo eſt virt⁹ medio mõ ſe habens, vt ratio dictat inter timores & audacias, propter bonum honeſtum, quod quanto cõius tanto diuinius. Apud Platonem autem partim in Lachete, partim in Menexeno & in libris de repub. ac de legib⁹ quatuor pertractãtur de fortitudine. Primò quadrupliciter ſumitur, q̃m aliquando propriè, aliquando vniuerſaliter. Secundò quid ſit propriè & vniuerſaliter ſumpta, & circa quæ verſatur. Tertiò circa q̃ præcipuè eſt fortitudo propriè dicta. Quartò vtrum ſit temperantia dignior.

Opinio Platonis de fortitudine.

Quantum ad primum aduerte, quòd ſicut temperantia in via Platonis, vt tibi declaratum eſt in parte præcedenti, dupliciter ſumi conſueuit, ſcilicet propriè, & vt ſic eſt virtus ſpecifica, quæ circa voluptates libidinéſque vehementes gulæ & veneris cohibendas verſatur, & vniuerſaliter, quę vt ſic eſt moderatio quędam, & non eſt particularis virtus, ſed omnibus cupiditatibus moderãdis applicatur: omníque actui virtutis vt ſupra docuimus. Conſimiliter fortitudo dupliciter ſumi conſueuit, ſcilicet propriè, & vt ſic eſt ſpecifica virtus: quæ circa audacias timoréſque moderandos verſatur. De qua intendit Homerus cum dicit, fortis eſt, qui opportunè audere ſcit atque timere. Vniuerſaliter autem ſumitur pro quadam animi conſtantia, qua non ſolũ formidines & terribilia diſcrimina deuincimus, ſed & dolores & quæque aduerſa, & ipſas libidines atque voluptates exſuperamus: & vt ſic omnem concomitatur virtutem, omnémque honeſtum habitum. eſt enim de ratione habitus immobilitas quædam, quam firmitatem & conſtãtiam appellare poſſumus: & in hoc ſenſu temperatus & iuſtus & magnanimus fortis eſt.

Fortitudo bifariam ſumitur.

Fortitudo quid ſit.

Quantum ad ſecundum aduerte quòd Plato in Lachete duas recitat de propria fortitudine deſcrptiones: vnam quidem à Lachete propoſitam: alteram à Nitia. Interrogatur ergo Laches à Socrate, quid nam ſit fortitudo propriè ſumpta: reſpondit, eſt virtus qua quis non deſerens exercitus ordinem expugnat hoſtem. Verum huiuſmodi deſcriptionem confutat Socrates: quoniam quis ſcytharum more poteſt non minus fugiendo, quàm in ordine exercitus permanendo hoſtem deuincere, & æquè fortis eſſe. vnde Socrates magis approbat Homeri deſcriptionem, qui eum fortem appellat, qui opportunè ſcit audere in periculis, opportunéque timere. Nam ſimpliciter audere temerarij & audacis eſt, ſimplicitérque timere vilis & timidi. Audere autem & timere oportunè, id eſt quando oportet, fortis eſt.

Nitiæ deſcriptio.

Relicta igitur Lachetis inſufficienti deſcriptione, Nitias eam ſic deſcribit, fortitudo eſt habitus quidam cum prudentia circa metuenda inuadendaque conſtans: cum prudentia quidem, id eſt cum ſcientia & ratione: qua ſciat homo in periculis conſtitutus quomodo & quatenus metuere & non metuere debeat. Nam ſi ſine prudentia periculum aggreditur, iam non fortitudo, ſed audacia erit, quam Plato ferocitatem appellat. Fortitudo enim, vt inquit Plato quid pulchrum & conferens eſt. Audacia vero imprudens, id eſt ſine ratione turpis eſt & noxia. Nam ad illa quiſque bonus eſt, ad quæ eſt ſapiens, & ad illa malus, ad quæ eſt ignorans. Nam quemadmodum errores omnes, tum manus in apprehendendo, tum pedis in ambulando, ab ipſo videndi defectu procedunt: ſic hominum errata tum in eligendo, tum in agendo, ex defectu intelligentiæ proficiſci Plato arbitratur. videmus enim vbi dux cæcus vel cæcutiens eſt, omnia labuntur in præceps. Hæc fuit Nitiæ deſcriptio, quæ vtique rationabilior eſt quam illa Lachetis, ex Nitię nanque deſcriptione vt Plato introducit in Lachete, ſequitur neque bruta fortia eſſe: neque aliud quicquam terribilia propter ignorantiam non formidans, ſed intrepidum & fatuum. An pueros fortes vocare me putas, qui ob inſcitiam nihil metuunt, equidem arbitror intrepidum non idem eſſe & fortem Nam fortitudinem & prudentiam in paucis admodum reperiri exiſtimo: ferocitatem vero audaciam & intrepiditatem abſque prudentia in multis & fœminis & viris & pueris & feris. Quæ igitur tu & multi alij fortia nominatis, ego ferocia nuncupo: fortia vero, quę prudenter diſcernunt, quæ audacia & quæ metu ſint digna, hęc Plato in Lachete. Patet igitur quid ſit fortitudo propriè dicta. fortitudo vero vniuerſaliter dicta apud Platonem in Lachete: eſt quædam animi tolerantia cum prudentia: qua non ſolum formidines, ſed & dolores & libidines, ac voluptates impetuoſas exſuperamus. Cum prudentia quidem, id eſt ſicut recta ratio dictat. Nam huiuſmodi tolerantiam oportet eſſe honeſtam atque conferentem, quod vtique non erit niſi prudenter fiat.

Fortitudo vniuerſalis quæ ſit.

Fortitudo circa quid & priè ſit.

Quantum ad tertium aduerte, quòd licet fortitudo propriè dicta, circa quæcunque diſcrimina ac terribilia ſuſtinenda verſetur præcipuè tamen & maximè circa mortem in bello pro patria ſeruanda atque ſuſtinenda. vnde qui in bello occubuerint vt fortiſsimi prædicantur atque extolluntur, vt elegantiſsimè Plato in Menexeno deſcribit: vbi inquit: videtur Menexeno apud plurimas gentes præclarum eſſe in bello occumbere: etem qui ſic è vita migrat funere & ſepulcro magnificentiſsimo honoratus & ſiue pauper quis ita decedat, laudatione non caret, ſiue vilis quiſpiam rurſus à ſapientibus viris extollitur: qui non fruſtra ac temere, ſed maturè compoſita oratione, tam egregiè laudat vt dum & quę adſunt & quæ non adſunt de aliquo prędicant verborum elegantia, auditoribus animos quaſi præſtigijs veneficijſque quibuſdam ſurripiant, atque ſubducant: ciuitatem quoque vt lubet exornant, & eos qui in armis occubuerunt. Maiorum quoque noſtrorum retexunt originem & ipſos adhuc viuentes extollunt. Hæc Plato. & vt ſcias quanta elegantia extollantur apud græcos, qui vt fortiſſimi ciues pro patria defenſanda in bello occubuerunt, recitat Plato in Menexeno Aſpaſię mileſiæ orationem, in qua admirabili facũdia in bello defunctos introducit ad filios ſuperſtites ſic loquentes.

Oratio ad animi fortitudinem & conſtantiam pro patria ex Menexeno.

Quod ex præclaris parentibus orti eſtis ô filij præſentia vobis teſtantur: profecto cum nobis liceret turpiter viuere, honeſtè mori maluimus quàm vos cæteróſque poſteros infamiæ ſubijcere, ac parentibus noſtris ſuperioribúſque dedecori eſſe putantes homini ſuos dedecoranti, non eſſe viuendum, ei nanque neque in vita, neque poſt mortem amicus eſt aliquis hominum, vel deorum. Oportet igitur vos verborum noſtrorum memores, ſi quid exercetis, cum virtute exercere: ſcientes abſque virtute exercitationes omnes & poſſeſſiones turpes eſſe atque malas. Diuitiæ nanque ſplendorem nullum afferunt eas cum ignauia poſſidenti. Hic enim non ſibi ſed alteri diuitias parat: ne que forma corporis neque robur timido aut prauo decorem afferunt. Præterea, ſcientia quælibet remota iuſtitia aliáque virtute, non ſapientia, ſed calliditas & aſtutia quædam eſſe videtur. Quamobrem omni ſtudio diligentiaque contendite, vt & nos & maiores noſtros virtutis gloria ſuperetis, alioquin ſcitote ſi vobis virtute præſtemus, victoriam hanc nobis dedecus: ſinautem à vobis ſuperemur, felicitatem allaturam. ita vero vos ſuperabitis nos, ſi ea ratione vitam inſtituetis, vt maiorum gloria non abutamini, ſcientes viro ſe exiſtimanti aliquid eſſe, nil turpius poſſe accidere quàm ſeipſum honorandum præbere, non ob propriam virtutem, ſed propter ſuperiorum gloriam. Nam parentum gloria, natis eſt præclarus magnificúſque theſaurus: vti vero pecuniarum honorumque theſauro, & hunc ad poſteros non transfundere defectu propriæ poſſeſſionis & gloriæ, eſt turpe & à viri generoſitate penitus alienum. Si igitur hęc exercueritis, vitæ demum fatis exactis, ſari filij ad nos caros parentes proficiſcemini: ſinautem neglexeritis, nemo noſtrûm vos libenter ſuſcipiet. Natis quidem noſtris, hæc ſint dicta: patres autem noſtros ac matres, ſi cui ſuperſunt: atque conſolatione indigent: conſolari oportet, quia deceat æquo animo quę acciderint ferre. Neque ſimul cum illis deplorandus eſt caſus noſter. Lamentationibus enim aliorum non indigent. Satis enim triſtitiæ ſors inferret illis. Mederi profecto, linireque oportet, & in primis illud commemorare, quòd maxima eorum, quæ exoptare ſolent, dij exaudientes iam illis tribuerunt. Neque enim immortales, ſed bonos atque illuſtres ſibi dari filios exoptabant, cuius quidem voti compotes facti ſunt, quod maximum exiſtimandum eſt bonum. omnia vero mortali viro ad vota ſuccedere, haud facile eſt, ſed ſi fortem forti animo tolerabunt, videbuntur re vera fortium filiorum fortes extitiſſe parentes. Quod ſi dolori ſuccumbent, ſuſpicionem hominibus inferent, quòd forte parentes noſtri non ſunt, vel quòd qui nos laudibus efferunt mentiuntur. Oramus quoque patres noſtros ac matres, vt ſimiliter affecti vitam futuram agant, ſcientes quòd non lamentationibus eiulationibúſque maximè nobis gratificabuntur: verum ſi quis eſt viuentium ſenſus, his qui defuncti ſunt, ita maximè nobis moleſti futuri ſunt, ſi ſeipſos perdiderint, & inique ſortem tulerint ſinautem moderate ac leniter, nobis ſummopere obſequentur. Noſtra porro eum finem habebunt, qui hominibus eſt pulcherrimus: potius igitur laudanda ſunt quam deflenda. & profecto ſi vxores noſtras & filios tuebuntur & nutrient híſque incumbent, caſus noſtros ita maximè obliuioni mandabunt, pulchriúſque ac rectius, & nobis gratius vitam agent. Hæc igitur noſtro nomine noſtris prædicare ſufficiet. ciuitati vero mãdamus, vt parentum noſtrorum ac filiorum curam habeat, & filios quidem honeſte erudiat, illorum autem ſenium digne foueat, cognoſcimus certe vos etiam ſi hæc non præceperimus, optimè curaturos. Hęc igitur ô filij defunctorum

atque

atque parentes,vt moneremus illi mandarũt,ego vero quãtũ poſſum moneo & obſecro iuniores quidem,vt præclaras ſuorum res imitentur,ſeniores autẽ,vt de ſe optimè ſperẽt. Nempe ſenectutem veſtram priuatim publicéq; alemus, & quemcunque ex illorũ progenie nacti fuerimus,ſumma beneuolentia cõplectemur,ciuitatis vero prouidentiam mini mè ignoratis,quæ ſtatutis legibus parentes & filios eorum, q in bello occubuerunt tutatur, & ante alios ciues ſummo magiſtratui talium curam cõmittit, ne vlla ꝓrſus iniuria, horum parẽtes afficiantur,filios autem ipſa ciuitas educat, ſtudeátq; vt illis ignota ſit orbitas:nam ipſa parentis gerit vicem,dum pueri ſunt,& cum ad maturam ætatem venerit, ad officia ſua tranſmittit,omni armatura fulcit & ornat,patris oſtendit ſtudia & memorat, dũ paternę virtutis tribuit inſtrumenta.Ac ſimul hoſpitij gratia iubet tunc primũ domũ paternam ingredi filium, quaſi imperaturũ, & armis cũ robore fultum,eos ꝓterea, qui deceſſerunt è vita honorat, cæremonias quotannis lege decretas communiter cunctis inſtaurans,q̃ priuatim vnicuiq; peragi ſolent. Gymnica ité equeſtria,quæ certamina inſtituit, & varios muſicæ ludos adhibet. Ac profecto quo ad defunctos ſpectat, hęredis & filij ſubit conditionem,quo ad filios, patris:quo ad parẽtes cęteroſq; huiuſmodi,curatoris,omni diligentia ſemper omnibus ꝓuidens.Quarum rerum animaduerſione, q̃ acciderunt æquo animo ferre debetis. Nam hoc pacto & mortuis à viuentibus eritis gratiores,faciléque curabitis,& facile curabimini.Nunc vero vos ac cęteri omnes,q̃ communiter ſm legem,eos qui naturę ceſſerunt iam lugubribus expiationibus proſecuti eſtis,abite.Hic eſt ô Menexene Aſpaſię Miletię ſermo. Hæc in Menexeno, quę recitanda cenſui, vt ſcias propriam fortitudinem circa mortem in bello pro patria aſſumpto præcipuè verſari.Neque enim occũbentes in bello laudibus celebrati fuiſſent,niſi viri fortiſsimi communi ſententia apud omnes gentes haberentur,quod & clarius expoſituri ſumus in ſcientia morali chriſtiana.

Socratis fortitudo.

Poſt celebratiſsimam eorum fortitudinem,q̃ in bello ꝓdefenſa patria morti ſe exponunt, ſequitur apud Platonem illorum fortitudo,qui ob virtutem iuſtitiamque ſeruandã, & propter legis patriæ obſeruantiam, mortem non refugiunt,etiam quòd amicorum ſuffragiis,vel fuga,vel exilio, mortẽ euitare poſſent. Talem fuiſſe in Socrate fortitudinem aperte demonſtrat Plato in Critone,vbi damnatus ad mortem Socrates à iudicibus Athenienſibus,Critoni aſſentire noluit,pecunia amicorũ redimi,neque fugam arripere, ſed conſtanti animo reſpondit.Non eſt multi faciendum viuere,ſed bene honeſtè ac iuſtè viuere, & iterum, Manſuetè ſubire decet,& mortem & quoduis aliud periculum, atque ſupplicium, priuſquam quicquam agamus inique,& iterũ, leges patrias inducit Socratem ipſum his verbis admonentẽ. Tu ô Socrates, qui re vera virtutis curã habere profiteris,an ſic es ſapiẽs,vt te latuerit & patri & matri & progẽitoribus omnibus patriam eſſe anteponendam,coleréque eã oportere,eíque obedire, & patientiſsimè ſuſtinere quicq̃d iuſſerit patiendũ,ac ſiue mandauerit verberari te,vel in vincula coniici,ſiue in prælium miſerit ad vulnera excipienda mortémque ſubeundam,obediendum eſt omnino. Ius enim ita dictat,& neque tergiuerſandum,neque fugiendũ,ne ordinem deſerẽdũ,ſed & in bello & in iudicio, & ꝓrſus vbique ea ſunt facienda,quæ reſp. patriáque iuſſerit. Cæterum ô Socrates,neque filios tuos,neque vitam neque aliud quicquam pluri facias quàm iuſtitiam, vt cum in vitam alteram tranſmigraueris,valeas illic iudicibus horum omnium reddere rationem.Hæc Plato de fortiſsimo Socrate in Critone recitat,qui vt in Phædone patet,in carcere veneno ſumpto, mortem licet iniuſtè damnatus, iuſtitiæ & virtutis ac veræ Philoſophiæ amore ſuſtinuit,prębuítque ſeipſum exemplar iuſtitię & incõparabilis fortitudinis. Docuit res mortales contemnere,æterna concupiſcere,vulgi opinionem contẽnendam,ſolius ſapientis ſententiam, ipſamque veritatẽ colendam,inimicis nunquam malefaciendum,nec de eis vlciſcendum,potius moriendũ quàm peccandũ, patet igitur ex omnibus prædictis circa quę pręcipuè fortitudo propriè ſumpta verſatur,ad mentem diui Platonis.

Fortitudo ſit dignior eſt quam tẽperantia.

Quantum ad quartum aduerte fortitudinem proculdubio ad mentẽ Platonis longè dignioré eſſe quàm temperantia.Pro cuius euidentia ſcito, ꝙ Plato in Phędro & in Sympoſio arbitratus eſt diuinam prouidentiã ſtatuiſſe nos à turpib⁹ reuocare,& ad honeſta inuitare,& hac de cauſa pudorem nobis & magnanimitatem inſeruiſſe, vt animus noſter, qui in nobis eſt velut auriga,pudore quidem quaſi fræno affectus noſtros quaſi equos à turpib.licet ſuauib⁹ atque delectabilibus cohiberet,magnanimitatis vero calcaribus ad honeſta & pręclara quamuis ardua ſtimularet. Nam malus quidam dæmon nos ad turpia allicit lenocinijs voluptatis, & doloris ac difficultatis amaritudine ab honeſtis deterret.Qua ꝓpter temperantia pudoris vtens frenis efficit,vt à turpibus ẽt inuita voluptate abſtineamus,& fortitudo magnanimitatis freta calcaribus dat operam vt ad honeſta viriliter cõtendamus ſpreta doloris difficultatiſque formidine,& q̃m difficilius eſt dolores triſtitiáſque ſupare,ac maximè nociua ſuſtinere,quã à voluptatib.abſtinere, ideo nõ immerito tẽperantiæ anteponitur fortitudo.Pręterea,temperantia quidem efficit,ne ex hoíe præcipitemur in brutum, vnde intemperãtia beſtiale vitium nuncupatur,eo ꝙ intẽperatus ad brutalem vitam declinat,fortitudo autem non ſolum id efficit,ſed & per eam in Deum quodãmodo transferimur,eſt em̃ Deus oía ſuperans.Præterea,ad oſtendendum fortitudinis eminentiã,omnis antiquitas Herculẽ in deorũ retulit numerũ,dum terrę victor cæleſtes ſcanderet gradus cõſtat ergo fortitudiné excellentiorem eſſe ipſa temperantia.Hæc de fortitudine ad mentem Platonis dicta ſint.

QVINTA PARS.

¶De iuſtitia ediſſerit.

IN parte quinta de inſtitia agendum eſt ad mentem Platonis:nam quæ & quanta de ea pertractauerit Ariſt.iam edocuimus in epitomatibus noſtris moralibus in quíto Ethicorum,vbi de iuſtitia quatuor formauimus tractat⁹. In primo actum eſt de iuſtitia.In ſecundo de iuſto, quod dicitur ius. In tertio de epeieiceia. In quarto de iuſtitia Metaphorica, in tractatu primo tria habes de iuſtitia, primo ꝙ eſt habitus quo apti ſumus iuſta operari,& per eam volumus ac operamur iuſta,in iuſtitia autem oppoſito mõ ſe habet,ſcḋo ꝙ iuſtitia duplex eſt, ſ. vniuerſalis & particularis, vniuerſalis, duobus dr̃ modis,ſ.legalitas & æqualitas,legalitas eſt legis obſeruantia,à qua iuſtus legalis dicitur, & eſt ille qui legis mandata ſeruat, & ſm legem viuit,æqualitas eſt à qua iuſtus æqualis dicitur,& eſt ille,qui in cõitate viuens æqualiter vult & eligit de commodis & incommodis participare, nec quærit,ꝙ onus ſuum ſuſtineat alius,particularis autem in cõmutatiuam & diſtributiuam diuiditur.Tertiò ꝙ in cõmutatiua medium ſumitur ſm Arithmeticam proportionalitatem, in diſtributiua autem ſecundum proportionalitatem Geometricam.Quartò quòd in vtraque iuſtitia mediũ non eſt accipiendum per ecntrapaſſum, vt arbitrati ſunt Pythagorici.

Iuſtitiæ ſumma in ethicis tractata continens.

In tractatu ſecundo habes quatuor.Primò ꝙ iuſtũ Politicum,quod idem eſt quod ius ciuile,ius ſeruãdi debitos ordines inter ciues libertate ęquales,& ſub vno principatu viuentes,& ꝙ diſtert à iure vxorio & paterno & dñatiuo.Secundò ꝙ ius politicum diuiditur in ius naturale & ius legale.Tertiò ꝙ ex hoc ꝙ homo ex opere ſuo fiat iuſtus vel iniuſtus,non ſufficit ipſum operari iuſtum volũtariè ſed ex præmeditatione & electione,& non agitatus ira aut alia paſſione.Quartò,ꝙ nullus volens per ſe patitur iniuſtũ,poteſt autem volens per accidens pati iniuſtum.

In tertio tractatu,agitur de epeieiceia,id eſt,de æquitate de qua docet Ari. eam eſſe virtutem directiuã in legib. quibus contingit bene & malè vti,éſtque media inter iuſtum legale ſm ſenſum literalem,& iuſtum legale ſm piam legiſlatoris intentionem, & eſt in puniendo declinatiua ad veniam, & mediat inter nimium rigorem, nimiámque remiſsionem adhærendo rationi rectę,arbitrio boni & prudentis viri interpretantis intentionem legis.

In quarto tractatu habes tria.Primò ꝙ interficiens ſeipſum non ſibi ipſi,ſed ciuitati iniuriã facit.Secundò ꝙ nullus ſibiipſi iniuſtitiam particularem facit.Tertiò ꝙ iniuſtum facere & iniuſtũ pati eſt malum,ſed peius primum quàm ſm,licet per accidens,aliqñ peius ſit iniuſtum pati, quã iniuſtum agere.Hæc eſt ſumma eorum,quæ ab Ari.traduntur de iuſtitia & iuſto & ſuo oppoſito.

Plato autem adeo iuſtitiam magnificat ꝙ in libris decẽ de republ.& in libris duodecim de legibus,de nullo magis quã de iuſtitia diſputare videtur,atque vt ſæpe in his libris de republ.declarat,præcipuè autem in ſecundo, totam diſputationem mauult inſcribi de iuſtitia & iuſto,quàm de republi. docens vt arbitror omnem rem noſtram, omnémque

actionem & publicam & priuatam, non ad rerum temporalium copiã, non ad potentiam, non ad victoriã, sed ad ipsam iustitiam esse referendã, iustitia nanque inter homines seruata, omni sublata perturbatione expulsisque contentionũ impedimentis, nos reddit ad verum inuestigandũ & ad omnem virtutis actum, deumque colendũ expeditissimos. Igitur Plato de iustitia, quantum valui ex eius doctrina colligere quatuor pertractat. Primo quid sit ex aliquorum sentẽtia, quos reprobat. Secundo quotuplex & quid sit ex ꝓpria intentione. Tertio quomodo vnicuique iuxta suam professionem proprium assignat & decernit officium. Quarto quod & quale & quando sit iustitiæ præmium apud deos & homines.

Plato quatuor de iustitia tractat.

Iustitiæ definitio Simonidi ascripta.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Plato in primo de rep. duas recitat de iustitia diffinitiones. quarum primam Simonidi, secundam Thrasymacho attribuit & reprobat. Simonides igitur arbitratus est iustitiam esse cuilibet verum fateri, ac debitum reddere. Quam quidem diffinitionem nonnulli sic exposuere, iustitia est simpliciter verum cuilibet aperire, & quod acceperis restituere.

Non est iustitia cuique verum dicere, ac quod suum est restituere.

Verum Plato diffinitionem sic expositam reprobat, quoniam insano neque verum est aperiendum, neque arma, quæ dum sanæ mentis esset apud aliquem deposuerat, sunt ei restituenda, ne in sui, aut alterius detrimẽtum vertat: ergo nõ est iustitia cuilibet absolute, id est nullo excepto, verum dicere ac debitum reddere.

Nonnulli verò sic exponunt, iustitia est verum dicere, & cuilibet debitum reddere. puta amicis bonum & commodum, inimicis verò malum & damnum. Debitum est enim amicis benefacere, & inimicis nocere.

Non est iustum inimicos ladere.

Sed & id reprobat Plato, quoniam neminem lædere decet, neque, vlli iniuriam inferre: quoniam vt tibi manifestabitur infra, turpius est iniuriam referre: & quicũque aliquẽ lædit ipsum ad opus suum & propriam virtutem deteriorem & ineptiorem reddit vt qui canem lædit, ad propriam virtutem ineptum reddit. sed iustitia est hominis virtus, ergo qui hominem lædit, ad iustitiam ipsum deteriorem facit, sed iustitia iustitiam nunquam minuit, imo perficit sicut nec musica destruit opus musicæ: sed perficit. Non ergo iustum est aliquem etiam inimicum lædere.

Vt igitur diffinitio ipsa, veritatem contineat sic interpretanda videtur, iustitia est verum vnicuique dicere, & non mentiri, ac debitũ reddere quoties & quãdo & gratia cui' oportet. nam stantibus his circunstantiis de quibus diffuse pertractauimus in libro tertio ethicorum, vera vtique erit prædicta diffinitio, vnde arbitrandũ est Simonidẽ non ineptè diffinisse, sed alios indocte exposuisse, ideo Plato nõ rationabiliter diffinitionem in se, sed sic & sic expositam reprobauit.

Inerudita et inepta Thrasymachi iustitiæ definitio.

Post Simonidem accedit Thrasymachus qui vt tyrannis de iustitia pessime sentit eamque ineptissime diffinit.

De iustitia quidem concordans cum superbo Callicle in Gorgia, arbitratus est eam locandam in genere insipientiæ & malitiæ iniustitiã in genere sapientiæ & boni. Quod quidem nulla apparenti ratione probat, sed tantum arroganti quodam & tyrannis solito discursu sic inquiens.

Iniustitiæ Thrasymachi defensio.

Considerare quidem oportet ô ignauissimè Socrates iustum virum iniusto minus habere. Primo quidem, si in commerciis simul contrahunt, in finiẽda societate iustus minus quàm iniustus reportat. Cum vero tributa publica persoluẽda sunt, iustus plus, iniustus minus persoluit. Qñ vero ex bonis publicis aliquid accipiendum est iniustus multa, iustus nihil reportat. Si vterque magistratu fungitur etiam si nulla alia iusta sit iactura, hęc saltem illi nõ deest, ꝙ res suæ domesticę per negligentiam deterius disponuntur: ex publico autem nihil propterea ꝙ iustus sit lucratur. Domestici & familiares suos sibi infensos reddit, cum illis in nullã re vltra iustum velit: iniusto vero omnia econtra eueniunt: quoniam præ cæteris in omnibus vbique lucratur. Hoc ergo cõfidera si vis iudicare quanto magis cõferat priuatim sibi iustum esse quàm iustum: facilimè autem disces, si ad extremã peruenieris iniustitiam, quæ iniustè agentem felicissimũ efficit, eos autem qui iniuria afficiuntur, ac neminem lædere volunt infelicissimos: est autem extrema iniustitia tyrannis, quæ non paulatim, sed simul omnia vsurpat aliena & clam & vi & sacra & sancta, & priuata & publica. Si quis vero in aliqua istorũ parte deliquerit, deprehensúsque fuerit, mulctatur, & maximo subiacet opprobrio. Nam sacrilegi, fures, latrones, surreptores ab huiusmodi criminibus nominãtur. Sed postquam aliquis vltra huiusmodi rapinas, etiam ciues in seruitutem suam redegerit, non iã tam probrosis notatur vocabulis, sed beatus & felix vocatur nõ à ciuibus tantum, sed & ab omnib', qui eum audiunt omnẽ nequitiam adimplesse. Nam qui iniustitiam vituperant, non ideo vituperant quia eam facere metuunt, sed qm̃ eam perpeti formidant. Hoc igitur pacto ô Socrates iniustitia omnibus suis partibus absoluta, est quid robustius & liberalius & regalius quã iustitia. Hęc fuit elata pessimi Thrasymachi pro iniustitia defensio.

Iniustitia quã malasit iustitia autẽ bona.

At Plato in persona Socratis multiplici rõne profanam Thrasymachi sententiam reprobare contendit, quarum præcipuè hæ sunt.

Prima iniustitia omnia infirmat ac demũ destruit. Nam in quolibet cœtu odium & discordiam pariens, infirmissimum primo cœtum reddit, deinde penitus dissoluit, sed tãdiu cœtus saluatur quamdiu nonnihil iustæ distributionis, atque commutationis seruatum fuerit, per iustitiã ergo saluatur, per iniustitiam deperditur: ergo iustitia bona est, & iniustitia mala.

Secunda est, per iustitiam vnusquisque sibi & alijs amic' est, per iniustitiam autem & sibi & alijs inimicus, nam quod faciunt iustitia & iniustitia in cœtu, hoc & in quolibet animo, vt iustus quidem secum ipse consentiat, amicusque sibi sit & hominib. & superis, superi nanque iustissimi sunt, ideo iusto vt sibi simili gaudent, iniustus autem in his omnib. econtra se habet: ergo iustitia quid optimum & diuinum est: iniustitia autem pessima

Tertia est, vnaquæque natura opus aliquod proprium habet, requiritq; propriam virtutem, qua valeat in opus proprium. Non enim posset ignis sine calore calefacere ergo & anima proprium habet opus, quod est dirigere, cõsultare & regere, ergo propriam virtutẽ requirit, qua valeat hæc exercere. Dirigit autem & consultat & regit per iustitiam, nam sublata iustitia, impossibile est animã bene & perfectè hęc exercere, neque feliciter viuere: ergo iustitia virt' est bona, iniustitia autem vitium & mala. Hæ fuerunt potiores Socratis rationes contra Thrasymachum, post quas concluſit Socrates, dicens, iustus itaque nobis bonus sapiensque esse apparuit, iniustus autem indoctus & malus. Hęc omnia inquit Plato concessit Thrasymachus, multo sudore pertractus.

Non solum autem Thrasymachus de iustitia pessimè sentit locans eam in genere mali, sed & ineptissimè diffiniuit sicut & superbus Callicles Sophista in Gorgia. inquit em̃ vt vt patet in primo de repub. Iustum est, quod potentiori est vtile. Quam quidem diffinitionem Thrasymachus sic declarare contendit. Quisque principatus ad suam semper vtilitatem condit leges, popularis quidem gubernatio populares. Tyrannica vero tyrannicas, in cæterisque similiter accidit. Ponentes autem legem declarant subditis illud esse iustum quod potentibus vtile. cuius signum est, quòd transgredientem legem puniunt tanquam iniustum. Hoc igitur est quod ego dico in cunctis ciuitatib. id esse iustum, quod illi principatui confert. principatus autem vbique vtpote potentior dominatur, ergo constat vbique illud esse iustum, quod potentiori est vtile.

Iustum non est quod potentiori vtile.

Verum Plato superbum Thrasymachum in hoc sub persona Socratis dupliciter reprobat.

Primo ad contradictionem deducit cogens ipsum cõcedere, ꝙ potentior nonnunquam ex ignorãtia præcipit quid agendum à subdito, quod præcipienti erit inutile & dãnosum. Tunc sic Socrates arguit. Mandet potentior subdito, aliquid agendum, quod vtique futurum sit detrimento ipsi potentiori. Quod si subditus egerit iustus erit, quoniam potentiori mandanti obedit, sed & iniustus apud Thrasymachum erit, qm̃ contra potentioris mandantis vtile & commodum agit. Idem ergo erit iustum & iniustum.

Secũdo ratione sic arguit, quęlibet ars libera, & minimè indigens, in tractandis rebus circa quas versatur, non suæ, sed rerum sibi commendatarum vtilitati consulit. Quod si aliter fieri contingat, abusus erit in arte, atque iniustitia. Nã verus tutor non suũ, sed pupilli cõmodum quærit. Medicus ægri, Gubernator eorũ, qui sunt in naui, Magister, discipulorum. Quod si qua ars veluti medicina mercedem exigit, id non agit quatenus medicina, cuius finis est morbum curare sed quatenus cum mercenaria admiscetur. Cum ergo ciuilis ars, quę ciuium est regitiua, sit perfectissima, ideoque minimè indigens atque seruilis: eius est non gratia propriæ vtilitatis, sed subditorum regere atque gubernare. Quod si oppositũ fiat, abusus atque iniustitia erit in ciuili arte. Non

ergo

ergo iuſtum eſt,quod potentiori dominanti confert,ſed qđ ſubditis dummodo rectis legibus gubernentur. Patet ergo q̃ inepta fuerit Thraſymachi deffinitio,contra quę Plato in primo de repu.concludit his verbis. Nonne igitur ô Thraſymache iam manifeſtum eſt, quòd nulla ars nullusq; magiſtratus,ſibi quidem vtilitatem parit,ſed quod ſubiecto confert, & qui ex arte rectè acturus eſt,nunquam in ſuum agit commodum,ſed ad inferioris vtilitatem.Hac ergo de cauſa neque pecunia,neque honore ducti boni homines imperare volunt. Neque enim pecuniam aperte quaſi magiſtratus p̃mium accipientes,mercenarij vocari volunt, neque clanculum fures,neque rurſus honoris cauſa. Non enim ambitioſi ſunt.Vnde,ſi ex bonis viris extaret ciuitas,in ea vt arbitror nõ aliter pugnaretur gratia nõ imperandi, quàm nunc certetur dominandi cupiditate, ibiq; pateret re vera legitimũ principem non ſui ipſius,ſed eius,qui ſub ipſo eſt cõmoditatem reſpicere.Quare vnuſquiſq;, qui non amens ſit, potius eliget alium ei prodeſſe,quàm dum aliis ipſe conſulit, ſeſe negociis implicare,nullo igitur modo concedo Thraſymacho iuſtum quidem eſſe potentioris vtilitatem.

Iuſtitię diuiſio ex Platone.

Quantum ad ſecundum aduerte,q̃ in Platonis doctrina iuſtitia ſic diuiditur.Alia vtiliſsima,alia in genere,que in genere,diuiditur in publicam & priuatam,quę priuata diuiditur,quoniam alia eſt hominis ad hominem, alia hominis ad ſeipſum,ſiue in ſeipſo.

Vtiliſſima iuſtitia qua ſit.

Iuſtitia vtiliſsimè ſumpta eſt voluntatis humanę habitus ſic recta ratione directus atque firmatus, quòd minis illecebriſque contemptis nõ aliter agere ſtatuit, quàm Deus ipſe & natura,& ciuilitas dictauerit.Deus aũt dictat, vt in Deũ à quo omnia noſtra pendent & proueniunt,omnem cogitationis aciem,voluntatis motum,operationis vim, operatorũ merita referamus,ſicque Deum vt patrem & dominum, qua valemus pietate colamus,vt in tractatu quarto manifeſtatũ fuit. Natura vero docet vt pecuniam ac fortunę bona corpori,corpus animæ,animã rationi,rationę Deo ſubiicimus,ciuilitas aũt monet & exigit,vt ciues ſinguli eſſe ſe ciuitatis membra meminerint, ideoque oportere patriã quidem tanquam totum eorum proprium corpus, & ciues vt eiuſdem corporis membra diligere.Ab hac vniuerſali iuſtitia dicitur homo vniuerſaliter iuſtus, q̃ Deum in primis vt decet veneratur, affectus motuſque ſuos omni diligentia moderatur. Homines germano diligit amore, & ſui ipſius non niſi rectus & laudatus eſt amator. Cuius iuſtitiæ apud Platonem tanta eſt virtus,vt neque domus,neq; ciuitas, neque exercitus,neque vllum hominum collegium abſque ea diu conſiſtere poſsit:nam ſi deſit hominibus,ſiue congregẽtur in vnũ,à ſeipſis inuicem perduntur, ſiue ſegregati vixerint,à feris paſsim lacerabunt. Quamobrem non immerito hæc iuſtitia perpetuum humani generis vinculum prædicatur,& ſalubris morborum noſtrorum medicina,& ciuitatis anima,beatæ ac cœleſtis vitæ mater,aurei ſeculi regina.

Ciuilis iuſtitia quæ ſit.

Iuſtitiam in genere publicam, quam Plato ciuilẽ vocat, in quarto de rep. aſſerit eſſe ſolidum ciuitatis fundamentũ atque ſalutem,ſicut oppoſitum eſt deteſtabile ciuitatis exitium,eſt autem huiuſmodi iuſtitia apud Platonem in quarto de rep.qua ſuum quiſque opus & munus exequitur tam publicè q̃ priuatè, ad quod natura & ſtudio aptus fuerit, potius cõmunis quàm proprij commodi gratia, neque quiſquam ſibi vindicat alienũ. Cuius oppoſitũ efficit iniuſtitia, dum aliena ſinguli vſurpant, omnia perturbant atque confundunt.Hęc ciuilis iuſtitia in quarto de rep.quoniam in q̃qualitate conſiſtit Platonis ſententia per octonarium numerum deſcribitur.Hic enim numerus primus eſt inter numeros ſolidos primusq; in numeros reſoluit pariter pares, id eſt in bis quaternos,& bis binos:nã bis duo ſũt quatuor,& bis quatuor octo.Deinde qua q̃qualitate reſoluitur eadẽ cõponitur.Nam bini bis octonarium conſtituunt,veluti q̃qualitatis exemplum,& in hoc quidem Plato Orpheũ imitatus eſt,qui quandocunque diuinam iuſtitiam obteſtari volebat per octo numina iurabat,ſcilicet per ignem,aquam,terram cœlum,lunam,ſolem,diem,& noctem.

Orphei iuramentum.

Priuata iuſtitia inter hominem et hominem.

Iuſtitia priuata inter hominem & hominem eſt, quando vnuſquique ita ſe gerit erga proximum ſibi & conſimilẽ vt decens ac debitum eſt,& recta ratio dictat,vt pater erga filios & ecõtra, vir erga vxorẽ & econtra,frater erga fratrẽ, conſanguineus erga conſanguineum,ciuis erga ciuẽ, peregrinus erga peregrinum.Mercator erga mercatorẽ, artifex erga coartificem.Iuſtitia hæc eſt humani cõuictus, conſeruatrix qua ſtante,pace gaudent ſinguli prędicti gradus,qua ſublata,nulla quies, perturbantur atque ſubuertunt omnia: qm̃ mutuæ iniuriæ,querelæ,calumniæ,oppreſſiones,&c.mala nunquam deficiunt,ſed de his latius agendum eſt in tractatu de humano conuictu.

Iuſtitia priuata in ſeipſo qua.

Iuſtitia priuata in ſeipſo apud Platonem in quarto de repu.eſt legitima trium virium in animo cõſenſio,atque ordinatio,ſ.iraſcibilis,concupiſcibilis, atque rationis,& ecõtra iniuſtitia priuata in ſeipſo eſt illegitima trium virium in animo diſſenſio,atque deordinatio.Pro cui' euidentia aduerte Platonem in quarto de repu.in primis tres in animo aſſignare vires,ſ.iraſcendi vim,& concupiſcendi, & rationem, ꝓbatque earum abinuicem diſtinctionẽ realem.Deinde quomodo & quando per eas in vnoquoq; noſtrũm iuſtitia ſeruatur atque iniuſtitia.

Tres in animo inſident vires inuicẽ diſtinctæ.

Quòd igitur in nobis tres ſint prędictæ animi vires ſic Plato inquit.Tria quædam habemus in nobis,quorum ſingulis ſingula operamur,vno quidẽ diſcimus,hæc eſt ratio,alio iraſcimur,tertio concupiſcimus eas voluptates,quæ ad nutritionem generationemque,&c.huiuſmodi pertinent.

Quòd autem abinuicem diſtinctæ ſint ſic arguit.Cũ nequeat anima per eãdem ſui vim circa idem ſimul oppoſita agere,neceſſe eſt eam tres ſaltem vires diſtinctas habere.Nã cũ homo per libidinem trahatur ad voluptatem , & eodem in tẽpore per rationem oppoſitum dictantẽ reuocetur. Itẽ cum per libidinem,quam nos concupiſcibilem dicimus, retrahatur à prælio,& per iracundiam prouocetur ad pugnã, patet ex primo rationem à concupiſcibili differre,& ex ſecundo eandem concupiſcibilem à vi iraſcendi alteram eſſe. Quòd aũt ratio à vi iraſcendi differens ſit hinc patet:qm̃ in pueris ratione nondum vtentib.videmus iram ebullire,videmus & adultos multa prẽter rationis legem perpetrare, ꝓpinquiorem tñ eſſe rationi vim iraſcendi quam concupiſcẽdi probat Plato ex eo q̃ indignatio ſæpe rationi opitulatur contra libidinem.Patet igitur has tres vires in anima eſſe, atque abinuicem diſtinctas.

Iuſtitiæ qñ adſit nob.s per animæ vires.

Quomodo autem & quando per has vires adſit nobis iuſtitia & iniuſtitia,aduerte q̃ Plato nos docuit in quarto de repu.tunc vnumquemque noſtrum in ſeipſo iuſtum eſſe, qñ ſingulæ animę partes quod ſuum eſt peragunt.Officium autem rationalis virtutis eſt imperare gereręq; totius animæ prouidentiam. Iraſcendi autem vis rationi obſequi & pro illa pugnare.Ardori concupiſcentiæ ratio pręſidebit, cauebitque ne corporalium voluptate expletione adaucta robuſtior grandiórque euadat,nolítque ſuo dũtaxat officio fungi,ſed ſubijcere ſibi illa cõtendat,quibus ex natura impera re non debet,atque ita vniuerſam vitã peruertat.Iuſtus itaque in ſeipſo ſic quiſque erit,& talis quidem iuſtitia non eſt circa exteriorem,imò circa interiorem ſuarum partium actionem ad animum ipſum & ad ſua,dum nihil ex ſuis permittit aliena tentare,neque ſinit animæ vires per plura opera inuicem confundentia vagari ,ſed re vera propria rectè digerit,ſuique eſt dominus & ſeipſum exornat.Amicus ſibi ipſi effectus in ſe tria ipſa,ſ.rationem , concupiſcentiam, & iracundiam contemperans tanquam tres terminos harmoniæ,neatis,hypatis & mediæ,hoc eſt octauæ vocis & grauis & quintæ,ſeu quæuis alia media fuerit. Itaque vir in ſeipſo iuſtus hęc omnia nectens,ipſéque vnus effectus ex multis tẽperans atque concinnens,ita iuſtè agit,ſi quid agit vel circa pecunias acquirendas,vel corporis cultum,vel etiam circa ciuilia aut priuata commercia,in his omnibus actionem illam iuſtam & prędaram exiſtimans,quæ habitum hunc peragit,atque ſeruat.Hoc igitur modo de mẽte Platonis adeſt in nobis ipſis iuſtitia.

Quomodo vero & quando oppoſitũ ineſt nobis ſic Plato declarat in quarto de republ.ſeditionem quidem harum trium virium iniuſtitiam appellare decet,& inſolentem partis cuiuſdam præuaricationem aduerſus totam animam rebellantis & inſurgentis ad imperandum regio animi genti id eſt,rationi,cui ſerùire eam natura iubet.Horum igitur ꝓturbationem & errorem iniuſtitiam eſſe dicemus & intemperantiam & ignauiam & inſipientiam,& vniuerſam deniq; prauitatem.

Iuſtitia quædam ſanitas eſt ſicut iniuſtitia morbꝰ.

Et aduerte vt Plato inquit animi iuſtitiam atque iniuſtitiã,nihil à ſalubribus & inſalubrib.differre.Nam vt hęc circa corpus,ſic circa animum ſe habent illa.Sicut em̃ ſalubria ſanitatem inducunt.& inſalubria morbum,ſic iuſta agere,iuſtitiam agit in animo,iniuſta facere,iniuſtitiam,eſt autẽ ſanitatem in corpore inducere,ea,quę in corpore ſunt,ita diſponere,vt ſm naturæ ordinem inuicem ſuperent,& ſuperẽtur.Morbum autem inducere,eſt adeo partes corporis inficere,vt contra naturę legẽ dominentur inter ſe ſubijcianturque

Vtrque,eadem ratione,inquit Plato,iuſtitiam prẽſtare cuiquam nil aliud eſt quàm animi partes in ordinem ſuũ digerere vt ſecundum naturæ normam pareant atque imperent, iniuſtitiam verò,vt contra naturam exſuperent inuicem ac ſuccumbãt.iuſtitia igitur ſanitas quædã eſt & pulchritudo, & robuſtus animi vigor,iniuſtitia ecõtra,morbus, turpitudo, imbecillitas.Hęc de iuſtitia ad mẽtem Platonis quid & quotuplex ſit dicta ſint. De diſtinctione autem in diſtributiuam & commutatiuam : agendum erit in politica Platonis.

Quantum ad tertium aduerte,q̃ iuſtitiam humani generis fideliſsimam rectricem atque ducem vbique prædicat,à qua pro ſingulo hominum ſtatu ſeruando atque regendo leges emanant,iuxta quas omnium officia deſcribuntur, eſt autem officium actio vniuſcuiuſque propria,decorum honeſtumque ſeruans,prout res perſona, locus & tempus expoſtulant.Conditiones autem & ſtatus,quibus præcipuè iuſtitia,leges & officia deſignat, vt præclari ſcripſerunt autores ex Platonis doctrina hi ſunt.

Officium quid ſit.

Status homi nis.

Sacerdos,
Princeps,
Magiſtratus,
Priuatus,
Ciuis,
Eques,
Mercator & artifex,
Agricola,
Dominus,
Seruus,
Maritus,
Vxor,
Pater,
Filius,
Frater,
Conſanguineus,
Affinis,
Amicus,
Magiſter,
Diſcipulus,
Iuriſconſultus,
Medicus,
Curator,
Vir,
Mulier,
Senex,
Adoleſcens,
Indigena,
Incola,
Fortunatus.
Infortunatus.

Sacerdotis iuſtitia. Sacerdotis lex & officiũ ex iuſtitia eſt vt ſit bonę ac ſincerę vitæ ſpecimen,pietate feruens, & vera ſapientia lucens.

Principi quid iuſtitia mandet. Principi iuſtitia mandat vt ſit prouidentia circũſpectus, in iudiciis verax & clemens,in ſublimitate humilis,in humilitate ſublimis.

Magiſtratui quid iuſtitia præcipiat. Magiſtratui iuſtitia prẽcipit vt meminerit ſe non eſſe legis dominum,ſed miniſtrum,tutorem ciuitatis publicum,ſe à Deo iudicandum dum homines iudicat.

Priuati hominis officium. Priuati officium & lex eſt, tam libenti animo magiſtratuum parere mandatis vt non legis neceſsitate compulſus, ſed propria videatur voluntate adductus.

Ciuis officium. Ciuis ſiue in magiſtratu ſit,ſiue priuatus viuat officium eſt,vt tam diligens ſit ei publici boni cura, quàm ingens amor proprij.

Equitis officium.

Mercatoris officium. Equitis offitium eſt, vt in bello ſit conſtans & fortis : in pace vero modeſtus atque magnificus.

Artificis officium. Mercatoris officium eſt,verídica fide atque ſolicitudine externis alimentis ciuitatem atque ſeipſum ſuique familiã alere.

Artificis officium eſt ſimul & mercatoris & opificis ita pecunias quærere,vt nemini noceant,neque calumniam inferant,& acquiſitas ita ſeruare,vt neque videantur fruſtra, neque ſolum ſeruandi gratia quæſiuiſſe : ſed ſic expendat vt diu poſsint expendere,atque honeſte & vtiliter expendiſſe probentur.

Agricolæ munus. Agricolæ officiũ eſt,de agriculturę opportunitate ſenores agricolas conſulere,tantaq́; fide ac liberalitate hoſpitibus ſuis agri fructus offerre, quanto ei fœnore illos reddit ager.

Domini officium. Domini officium eſt ſecundum legem ac rationem viuere,quo poſsit ſeruis legitimè ac rationabiliter dominari, ſiderare & ſeruum & dominum hominem eſſe.Humanitatẽ conſemper cum dominio miſcere.

Serui officium. Serui officium eſt exiſtimare vitam ſuam & quicquid habet domini eſſe,cum ſit domini poſſeſsio, rationémque domini rationem ſuam eſſe.

Mariti officium. Mariti officium eſt vxorem quaſi corpus ſuum ſenſúmq; diligere,ac diligentiſſimè curare & regere.

Vxoris officium. Vxoris officium eſt,prudentem maritum veluti animum ſuum,atque rationem & legem ſuam honorare,atque libentiſſimè obtemperare.

Patris officium. Patris officium eſt,filios excolere quaſi propriæ vitis ꝑpagines,atque optimo ſui exemplo regere & erudire.

Filij officiũ. Filij officium eſt,progenitorẽ ſequi quaſi radicem & caput,& tanquam Deum ſecundum venerari.

Fratris officium. Fratris officium eſt,erga fratrem ceu erga alterum ipſum affici.

Cõſanguineorum officium. Conſanguineorum officium eſt,ſe inuicem tanquã eiuſdem corporis membra diligere atque mutuo ſeruare.

Affinium munus. Affinium officium eſt,vt meminerint ſe lege quaſi naturaquadam ita coniunctos eſſe,vt rem operámque ſuã ſibi inuicem communicare debeant.

Amicorum munus. Amicorum officium eſt mutuo gaudere & compati, cõmuni inter ſe conſilio quærere verum,communi auxilio ſequi bonum.

Magiſtrimunus. Magiſtri officiũ eſt,doctrina & bonitate morum diſcipulum doctum atque ꝑbum quaſi mentis ſuæ filiũ procreare.

Diſcipuli munus. Diſcipuli officium eſt,præceptorẽ quaſi intelligentiæ patrem honorare:cauere tamen ne magiſtri vitia,ſi qua ſunt latenter ebibat.

Iuriſcõſulti munus. Iuriſconſulti officiũ eſt,vt omniũ ponderatus atque grauiſsimus ſit,atque ſciat qui ſacram iuſtámque adulterat legem,ceu ſacrilegum ſeueriori cenſura plectendum eſſe quã qui numos.

Medici officium. Medici officium eſt cogitare quando ad infirmum accedit agi de vita,vt nihil ratione digeſtóque conſilio tentare audeat.

Oratoris officium. Oratoris officium eſt,quæ alijs ſuaſurus eſt,ſiue in proſequendo bono,ſiue in euitando malo,ſiue in aduerſis ęquo animo ferendis,ſibi etiam ipſi perſuaſiſſe.

Viri munus. Viri officium eſt vt nullo pacto muliebris fiat.

Mulieris officium. Mulieris officium eſt,vt ſtudeat quodã modo ſit virilis, maximè verò pudica, qm̃ quantum magnanimitas virum tantum pudicitia mulierem decet.

Senis munꝰ. Senis officium eſt,conſilio prudentiáque vigere,ſtudeat ne puerilis fiat,recordeturque ſe iuuenem fuiſſe.

Adoleſcẽtis munus. Adoleſcentis officiũ eſt inordinatos acutoſque cohibere affectus, ad honeſta ſtudia ſe accingere, ſeniores honorare,credátque ſe poſſe ſeneſcere.

Indigenæ officium. Indigenę officium eſt,patriam vt patrem matrémque colere,& ſi cum peregrinis quid agendum eſt,ſe aliquando peregrinaturum exiſtimare.

Incolæ officium. Incolæ officium eſt,ſimul & peregrini,ſcire ſe ſolũ eſſe, & extra propriam patriam,honorare omnes: aliena, vix attingere,non tractare.

Fortunati officium. Fortunati officiũ eſt,conſiderare bonã fortunã ſoli viro bono eſſe bonã,qm̃ bonus ea bene vtitur:malo autem cedit in malum:memineritque ſereno aëri pluuias ſuccedere.

Infortunati officium. Infortunati officiũ eſt quo ferre aío, & cogitare fortunæ mala ſoli malo eſſe mala:nã boni virtutem,fortuna mala probat.Verum poſt dies pluuios ſerenum ſperet.Nã & arboribus ver folia reddit quæ abſtulit hyems.

Hominis officium. Hominis demũ officiũ eſt,vt cogitet cũ nunquã in terris contentus viuat ſe cæli ciuem natum eſſe,incolam vero terræ,vt ſtudeat nil cogitare,loqui vel agere, quod minus deceat cæleſtis patrię ciuem.Ad hoc em̃ natus cõdituſque eſt homo de mente Platonis,vt tibi iam manifeſtatum eſt ſupra in tractatu ſecundo.

Hæc ſunt rectiſſimæ iuſtitię officia,ſaluberrimáque inſtituta hominum generi demandata:quę ſi ſeruarentur,ineſſet nobis cæleſtis vita,aurei temporis regnũ, neque in dies ꝑlaberemur in ferreum ſeculũ ac in deplorandas animi corporis & fortunę calamitates, quoniã iuſtitia deſeruiſſe videtur terrenas ſedes,& ſublimes atque ſydereos inhabitare thronos.

Iuſtitia cu piosa mer ces. Quantum ad quartum aduerte Platonem noſtrum in fine decimi de republic.quanta ſolicitudine ſtudeat mortalibus ſuadere quam iuſtitia mercedem à dijs & hominibus referat:qua ſui particeps decorat atque beatos reddit.Neq; em̃ eos decipit, qui vere eam poſsident. & primum quidem

prẽmium

præmium eſt quòd iuſtitia efficit iuſtum Deo carum & amicum, ex conſequenti dij iuſto vt amico optima tribuũt. Vnde inquit Plato, Qualis ſit iuſtus & iniuſtus deos nõ latet. Si id deos nõ latet, vnus quidé à Deo amabitur, alter odio habebitur. Deorũ auté amico omnia quo ad fieri poteſt optima tribuuntur, niſi quid mali ex priori delicto, ei neceſſitate quadã immineat, ſic certe de viro iuſto exiſtimandum ſiue in pauperie, ſeu morbis, ſiue quibuſuis aliis ex iis, quæ mala videntur, fuerit conſtitutus. huic demum vel viuenti, vel mortuo ad bonũ aliquod iſta cõducere. Neq; eñ à diis vnquã negligitur, quicunque conari voluerit iuſtus euadere, virtutiſque officiis quantũ homini licet Deo ſimilis fieri. De iniuſto auté contra omnino ſentiendum eſt.

Iuſtitia Deo amicum hominem reddit

Secundũ præmium eſt, quòd etiam pro hac vita iuſti dũ probati fuerint & cogniti ab hominibus munera & beneficia, atque honores in fine ſuſcipiunt, iniuſti demum cõtemptui habentur & relinquuntur. Vnde inquit Plato, iuſti cũ ad maturam ętatem peruenerint, ciuitatis muneribus pro arbitrio funguntur. Matrimonia cum quibus voluerint, dãdo & accipiendo viciſsim ineunt. De iniuſtis autem hominibus aſſero, quòd plerique ipſorũ quamuis ad tẽpus vitia celent, tandem in curriculi calce, quales ſiunt, deprehendũtur, ridiculi prorſus euadunt, & in ſenio miſeri à ciuibus & peregrinis obiurgantur, eaque omnia patiuntur, quæ re vera aſperaſunt. Torquebuntur eñ & intus vrentur. Callidi q dé homines & iniqui perinde faciunt ac curſores illi, qui ab inferioribus bene currunt, à ſuperioribus minimè. Nam primo celeriter exiliunt, tandé vero riſum reportant auribꝰ demiſsis & ſine corona diſcedẽtes, veri aũt curſores ad finé perueniunt, adeptiq; præmiũ coronantur, viris iuſtis ſimiliter idé vt plurimũ accidit. Nempe in fine omnis actionis & conſuetudinis & vitæ probantur, muneraque ab hominibus referunt.

Iuſtitia hominum maximis proſequitur honoribus ac muneribus.

Tertium præmium eſt poſt hanc mortalem vitã, de quo inquit Plato. Hæc itaque ſunt præmia mercedes & munera, quæ iuſto viro præterea bona quæ ipſa in ſe continet iuſtitia, à diis & hominibus. ſ. pro hac vita tribuuntur. At hæc & numero & magnitudine nihil ſunt, quæ vtrunque ſ. iuſtũ & iniuſtum defunctum expectant, & ſapientiſſimè quidem diuinus Plato condignum iuſtitiæ præmium, viro iuſto poſt huius vitæ decurſum à Deo conſtitutum fuiſſe arbitratus eſt, conſiderauit enim propriũ iuſtitiæ præmium maius eſſe quàm cuncta, quæ inter homines poſſunt præmia reportari: quoniã & ipſe iuſtitiæ ſplendor atque ſublimitas, ſupra modum hæc omnia ſuperat, & in rebus mobilibus ac breuibus, quales pro hac vita poſsidemus, reperiri non poteſt præmium iuſtitiæ immutabili & ſempiternæ cõueniẽs. Rationabiliter igitur poſt mortalis vitæ decurſum iuſtitiæ præmiũ à Deo repoſitum eſt. Alioquin iuſtitia ipſa, quæ excellentiſsimum iudicatur bonum, iuſtis hominibus damnoſa atque detrimento foret ob amores iuſtitiæ aſsidue laborantibus, & ſæpenumero iniuria affectis, neq; iniuriã vlci ſcentibus, inſuper bona præſentia iuſti nõ magnifaciunt, cũ nouerint eorũ paruitatem, neque præmiũ pro iuſtitia apud homines, imò aliquando ſuppliciũ reportant. Quapropter ne bonũ bonis noceat, & iuſtitia condigno præmio careat, & Deus vel minus ſibi amico & ſimili prouideat, vel pro meritis non rependat, cenſendũ eſt iuſtum in perpetuũ victurũ, & eius mercedẽ apud Deũ repoſitã eſſe. Et hanc fuiſſe diui Platonis mẽtẽ conſtat ex fine decimi de republica. Vbi inquit, Quamobrem, ſi meis ſermonibꝰ obtemperabimus immortalem fore animã arbitrantes, talemq; vt & mala & bona poſsit ſuſtinere, viam ſemper ad ſuperiora ducentẽ ſequemur. Iuſtitiámque cum prudentia omni ratione colemus, vt & nobis ipſis & diis amici ſimus, dum hanc ducimus vitã, & poſtquã virtutis præmia reportaueri mus, tanquã potiti victoria & triũphis hinc feliciter abeamus, in quo autẽ conſiſtat poſt hanc vitam iuſtitię præmiũ ad mentem Platonis in vltimo tractatu: in quo de felicitate acturi ſumus: tibi manifeſtũ erit. Hæc de iuſtitia dicta ſint.

Iuſtitia hominis poſt hanc vitam præmium reponit.

SEXTA PARS.

¶De prudentia docet.

IN parte ſexta de prudentia agendum ad eſt mentem Platonis. Nam in ſexto Ethicorum in epitom. noſtris moralibus iam manifeſtauimus quæ & quot de prudentia Ariſtoteles docuerit: vbi quinque præcipuè de ea determinauit.

Primo, qnòd prudentia eſt habitus verus actiuus in particulari & in actu: pro omni occurrente caſu circa humana bona & mala.

Ariſtot. quinque de prudentia determinauit.

Secundo, quòd quicũque omni vtitur ingenio ad malũ perpetrandũ nõ prudens, ſed aſtutus & callidus dicendus eſt. Nam prũdentia ſemper coniuncta eſt virtuti morali: eiúſque vſus ſemper bonus eſt: quod non ſic eſt de arte, cõtingit enim ea bene & male vti.

Tertio, quòd circa factibilia poteſt quis cum additione prudẽs appellari, puta prudens ædificator, prudens nauta, non autem abſolutè: qm̃ prudentia ſimpliciter dicta eſt bene meditatiua & conſiliatiua de his, quæ homini conferũt ad totam eius vitam rectè diſponendam.

Quarto, q̃ prudentia eſt præcipua inter omnes habitus intellectuales pro cognoſcendis ac dirigẽdis rebus humanis.

Quinto, q̃ prudentia adeo eſt connexa virtutibus moralibus, quòd in nullo fine illis pôt eſſe, neque illæ ſine prudentia.

Plato vero vt ex eius doctrina & p̃cipuè ex tertio libro de legibus excipere valui, quatuor docuit de prudẽtia. Primo quid ſit. Secundo quotuplex ſit. Tertio quanta ſit eius nobilitas p̃fectio & neceſsitas. Quarto quòd ſoli prudenti ſpectat imperare & regere, cæteris vero parere.

Sententia Platonis de prudẽtia in quatuor cõſiſtit.

Quantum ad primum aduerte, quòd Plato in tertio de legibus notificaturus q̃d prudentia ſit, prius oppoſitũ manifeſtat docens imprudentiam eſſe ignorantiã: non quidem literarum, aut alicuius propriæ artis, aut bonorũ externorum, ſed neſcientiam boni proſequendi & mali vitãdi. vnde imprudens ille dicendus eſt, qui bonum à malo diſcernere neſcit, imprudentior, qui rationem recte viuendi inuenire neſcit imprudentiſsimus, qui dicit bonum malum, & malum bonum. Quicunque igitur eiuſmodi ignorantia excecantur, etiã quòd ingenioſiſsimi ſint, atque literatiſſimi, ignorantes atque imprudẽtes à Platone cenſentur, & quoniam oppoſita per oppoſita diffinienda ſunt, ideo ſicut imprudentia eſt boni & mali vt expoſuimus ignorantia, ſic prudẽtia eſt boni proſequendi & mali fugiendi notitia ſiue ſcientia. vnde prudens eſt, cui ineſt facultas diſcernẽdi bonum à malo, quí ſcit malum reprobare & eligere bonum, qui nouit ſecundum rectam rationem vitã ſuam diſponere: actioneſque ſuas in debitum finem dirigere, tales apud Platonem ſcientes ſapientes temperatos & prudentes appellari inuenimus, etiam quòd literas & quamcunque aliã ignorent artem.

Prudentia quid ſit ſecundũ Platonem.

Et aduerte idem eſſe apud Platonẽ ſcientiam boni & apud Ariſtotelẽ in ſexto Ethicorum rationem rectam agibilium in humanis. Nam ſicut apud Ariſtotelem prudentia eſt recta ratio directiua hominis in bonis agẽdis maliſque vitandis pro tota vita ſua, ſic apud Platonẽ eſt notitia ſiue ſcientia diſcretiua boni & mali, vt expoſuimus.

Scientia boni, & recta agibilũ ratio idem.

Quantum ad ſecundũ aduerte apud Platonẽ eſſe duplicem prudentiam, ſcilicet priuatam & publicã, ſicut & duplex eſt imprudẽtia eodem modo. imprudentia quidé priuata apud Platonẽ eſt perniciоſiſsima ignorantia, qua quis neſcit animum ſuum ita temperare vt ſenſus quaſi populus legitimè ac ſtudioſe educatus legibus rationis vt reginæ obediat, adeo vt nõ alia proſequatur & fugiat, nec aliis & aliter gaudeat aut doleat q̃ rationis inſtituta præſcribunt.

Prudentia duplex, priuata & publica.

Prudẽtia igitur priuata econtra eſt ſcientia, qua q̃s ſcit & vult, vt ſenſus quaſi populus, &c.

Imprudentia publica, eſt ignorãtia deſtructiua ciuitatis qua princeps & rector neſcit populũ debitis mediis ad debitũ dirigere finé, vt ſ. virtuoſè viuant, iuſtitiã ad ſe inuicé ſeruent, pacificè & decorè in omni actione ſe gerant.

Prudentia igitur publica econtra eſt ſcientia cum efficaci voluntate, qua princeps nouit populũ debitis mediis ad debitum, &c.

Quantum ad tertium aduerte apud Platonem tantam eſſe nobilitatis prudentiam: vt ſit maxima & dux aliarum virtutum, ducuntur enim & regulantur à prudentia, ſicut à capite membra. Vnde Plato conſueuit cæteras appellare prudentias, quoniam ſine prudentia nihil ſunt. Neceſſe eſt enim omnẽ virtutis actum recta ratione fieri. Recta ratio autem ad prudentiam ſpectat, ideo non immerito cæteras virtutes Plato prudentias nominat. Quid enim eſt fortitudo ſine prudentia niſi temeritas? quid temperantia niſi fatuitas? Quid iuſtitia niſi confuſio. Prudentiæ vero tãta eſt, perfectio, vt ſola doceat vere optanda optare & acquirere, & acquiſitis ea potiſsimũ ratione vti qua verè proſint.

Prudẽtia quanta ſit apud Platonẽ dignitas.

Omnes virtutes prudẽtiæ nominãtur.

Prudentia docet vana & noxia vota hominum euitare, quę cœleſtis pater quotidie deteſtatur: dum homines imprudẽter temporalia bona à Deo precantur, quę proculdubio in malũ verturtur & interitum precantis, vt docuimus in tractatu quarto, capite quarto ex Platonis ſentẽtia in Alcibia de ſecundo. Quanta autem ſit prudentiæ neceſſitas hominum generi, confirmat Plato in tertio de legibus ex eo ꝙ omnes communi voto id optãt in primis, vt humana oĩa pro ſui deſiderio ſuccedant atque gerantur: & illũ cui ad vota cuncta ſuccedunt beatiſimũ fore arbitrantur. At Plato contra infert miſerrimum fore illum, cuius cupiditates quotidie ſequantur euentus, niſi tanta ſit prudentia prædĩtus, tantáque moderatione animũ per prudentiam regat, vt vera bona diſcernat: & quæ vt vera ac ſimpliciter ſibi bona ex ratione ſecreuerit, illa aliis neglectis appetat. Vnde admonet Plato nõ eſſe optandũ nec orandum vt omnia cupiditatẽ noſtrã ſequantur, ſed vt cupiditas rationem & prudentiã. Nullum enim eſt nobis refugium ad euitanda fallacia vota excepta prudentia.

Prudentia quàm neceſſaria ſit.

Præterea, quanta ſit priuatæ, ac publicæ prudẽtię neceſſitas, declarat Plato in Alcibiade ſecundo vbi eam ſcientiã optimi appellat: quoniam per prudentiam vera ac ſimplici ter bona ſcimus. Sic igitur inquit, Oportet itaque ciuitatẽ & animam, quæ rectè victura ſit, hanc proculdubio cõplecti ſcientiam, quemadmodum ægrotantem medicum: & q̃ proſpere nauigare velit gubernatorem. Nam quo magis animus circa diuitias aut robur corporis, aut aliud tale ſine hac ſcientia verſabitur eo maiora ex iis: cõmitti peccata neceſſe eſt. Qui etiã multis ac variis ſcientiis & artibus ornat⁹ fuerit: ſit aũt hui⁹ ſciẽtiæ expers, duct⁹ à ſingulis aliis, nõ ne merito multa tempeſtate iactabitur? Quippe cũ abſque gubernatore oberret in pelago, breui tempore moriturus. Huic certe cõuenire videtur illud poẽtę carmẽ, in quo quẽdam vituperans inquit, Multa quidem nouerat, ſed male nouerat omnia, quaſi dicat, ſine diſcretionis iudicio. Patet ergo quãta ſit nobis prudentiæ neceſſitas, quantáque eius p̃fectio & nobilitas.

Septem ſũt imperandi, ac regendi alios ratiões quarum præcipua eſt prudentia.

Quantum ad quartum, vt ſcias quantum expediat ſolos prudentes imperare & regere, aduerte quòd Plato in tertio de legibus ſeptem numerat rationes: quæ ad imperandi dignitatem in ciuitate ſiue magna ſiue parua, & priuatim in familiis & domibus ſpectare videntur: inter quas præcipuã exiſtimat prudentiã. Prima quidem imperandi ratio apud Platonem eſt paternitas. Recta nanque ratio dictat vt pater & mater & ſimpliciter genitores, natis vbique imperent. Secunda eſt nobilitas: vt ſcilicet ignobilib⁹ generoſi. Tertia ſenectus: vt ſ. iunioribus ſeniores. Quarta eſt dominium, vt ſcilicet ſeruis imperent domini. Quinta eſt potentia, vt ſcilicet potentiores dominentur, & imbecilliores pareant. Sexta eſt prudentia, de qua inquit Plato, Maxima verò dignitas ſexto collocanda eſt: qua ignorantes quidẽ, id eſt, imprudentes ſequi iubentur, prudẽtes autem ducere ac dominari. Quod ego quidẽ imperium ô ſapientiſſime Pyndare nõ præter naturam, ſed ſecundum legis naturam & ſponte ſuſceptum non violenter, fieri affirmarem. Septima eſt ſors, de qua inquit Plato, ſeptimum principatum ad Sortem aliquam producamus: aſſerentes eum Dei gratia & felicitate quadã obtingere: & iuſtiſsimum eſſe ducamus, vt is quẽ ſors delegerit imperet, ille vero, quem repulerit, pareat, inter has ſeptem dominandi rationes Plato rationabiliter exiſtimat præcipuam & maximã eſſe prudentiam. Primo q̃m prudentia eſt ſicut lumen oculi: vnde ſicut oculi officiũ eſt pedes & manus ducere ac dirigere: manũ autẽ & pedũ miniſteriũ peragere, ſic decens eſt prudentiores vbiq; imperare & imprudentes parere. Secundo ſicut in qualibet arte præcipuè nauali militari & medicinali, eius, qui pl⁹ ac perfectius intelligit eſt præcipere, qui vero minus in ea re cognoſcit exequi, ita & in arte ciuili illi maximè oẽs parere debent, qui prę cęteris q̃d potiſsimũ humanæ ſaluti conferat intelligit: Hic autem vere prudens eſt. Tertio, prudentia rectorum vbique & in plurimum vidimus ciuitates & regna ſeruari: imprudẽtia aũt deſtrui atque diſſolui. Quod Plato in tertio de legib⁹ lõga patefecit diſputatione hiſtoriã adducens rerum geſtarũ apud Argos: & Meſſenẽ: & Lacedæmona, & ibidẽ de tripartito exercitu, tribúſque regibus. Nam Argorũ quidem rex Temenus factus eſt: Meſſenæ vero Creſphontes: Lacedæmonis autem Euryſthenes. Quæ tamen omnia vt inquit Plato: & ſi maxima fore exiſtimabantur, breui tamen vt videtur euanuerunt & diſſoluta ſunt, non timiditatis cauſa, nec rei militaris ignorantia, ſed ꝓpter vniuerſam reliquam prauitatem: & præſertim circa humanarum rerum maximam ignorantiam, quam diximus eſſe imprudentiã. Propter hanc igitur male agentes atque dominantes Argorũ Meſſenæque reges, ſeipſos & Græcorum potentiam quæ tunc mira erat euerterunt. Propterea ſapientiſsimè Heſiodus huius euerſionis cauſam aſsignans inquit. Quia ignorarunt. Ac ſi diceret: q̃m reges imprudentes extiterunt. Huius autem imprudentiæ cauſas in regibus duas Plato in tertio de legibus numerat. Primo ꝓpter delicias vitæ: ꝓbabile eſt enim (inquit Plato) regũ maximè hunc eſſe morbum, id eſt, imprudẽtiam, qui ſuperbe propter delicias viuunt. Secundo quoniam plus poſſe volunt, quàm leges poſitæ cõcedant. Vnde inquit Plato, Perſpicuũ igitur eſt hoc primum eos reges habuiſſe, ſ. imprudentiam, quonia m plus quàm poſitæ leges poſſe voluerũt, nec in eo concorditer permanſerunt: quod verbis & iureiurando lau dauerant: ſed diſſenſio, quæ cum maxima ignorantia ſit: ſapientia tamen apparet: ea omnia propter errorem & amarã inconcinnitatem euertit. Cum igitur principum prudentia ciuitatem ſeruet, & imprudentia euertat inquit Plato. Hoc itaque ratum habeatur quòd ciuibus, qui hoc modo ignorant, id eſt, imprudentes ſunt, nihil ad principatũ pertinens committendum ſit: imò vt ignorantes prætermittendi ſunt: etiam ſi acutiſsimi & diſertiſsimi ſint: & quæ ad ornamentum & acmen ingenij ſpectant cuncta complexi. Qui vero contra affecti ſunt, ſapientes habendi, etiam ſi literas vt dicitur non nouerint, neque natare ſciant, magiſtratus quoque iſtis quaſi prudentibus committendi ſunt. Quomodo vero ô amici vel minima prudentiæ ſpecies, ſine conſenſu conſiſtere poterit? At vero pulcherrim⁹ & maximus cõſenſuum omnium, maxima merito ſapientia dicetur: cuius quidem neceſſe eſt vt ſit particeps, qui ſecundũ rationem viuere debet, quiſquis autẽ expers eſt, & ſuæ domus euerſor erit, & ciuitatis nunquã ſeruator. Patet igitur quantum in principatu prudentia valeat, quantum oppoſitũ noceat. Hæc de prudentia ad mentem Platonis dicta ſint.

Imprudentiæ duæ extitere cauſæ.

SEPTIMA PARS.

¶ De ſcientia agit.

IN parte ſeptima de ſcientia ad mentẽ Platonis agendum eſt. Quæ autem de ea pertractauerit Ariſtoteles in ſexto Ethicorum, videre poteris in epitomatibus noſtris moralibus ſuper ſextũ Ethicorum. vbi tria inuenies. Primo quòd ſcientia eſt tantũ de re, quæ non contingit aliter ſe habere: ex cõſequenti omne verè ſcibile eſt incorruptibile & æternum. Secundò ꝙ omnis ſcientia eſt docibilis & addiſcibilis & fit ex præcognitis inductione & ſyllogiſmo. Tertio q̃d ſcientia eſt habitus per demonſtrationẽ: quę fit ex principiis prius & magis notis ſcienti quàm concluſio.

Tria de ſcientia tradidit Ariſtot.

Plato vero in Theeteto de ſcientia diſputans, duo de ea præcipuè docuit: primo in qua animę potentia exiſtat, ſecũdo quid ſit.

Qua Plato de ſcientia differuerit.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ cum ſcientia in cognitione conſiſtat, omnes in hoc conueniunt, eam in aliqua virtutum cognoſcitiuarum exiſtere. Differunt autem in quadum vnus in vna, alter in alia eã locat vt tibi declarabitur. vt autem ſcias veram Platonis mentem defenſare, & alios non bene ſentientes arguere, enumerandæ ſunt in Platonis doctrina potentiæ cognoſcitiuę: quibus enumeratis varię recitabuntur aliorũ ſentẽtię de ſcientia in qua potentia animę cognoſcitiua ſit, & quid ſit, & reprobandæ ſunt.

Scientia in qua animæ parte ſit ſecundũ Platonem.

Tu igitur aduerte, quòd apud Platonẽ prima animæ vis cognoſcitiua non eſt ſenſus exterior, qui i cõmuni ſententia in quinque diuiditur, ſcilicet in viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum: ſed eſt primus interior ſenſus, quẽ ſenſum communem appellamus. Nam quos alij quinque ſenſus extrinſecos nominant, Plato nõ ſenſus, ſed quinque ſenſus organa appellari vult: nihilque his organis ſentiri, ſed ꝓ hæc quaſi per meatus quoſdam ab vna quadam animæ vi ſenturi ſingula: quam ſenſum cõmunem appellat: in quem vndique à q̃nque extrinſecis organis variæ paſsiones paſsibiléſque qualitates influunt: vt colores per oculos ꝓ aures ſoni per nares odores: per linguam ſapores: per totum corpus calor frigiditas: humidum, ſiccum, graue, leue, molle, durum, aſperum, lene, rarum denſum, acutum obtuſum, & quidẽ quòd anima omnia hæc vna & non multis potentiis ſentiat, conſtat ex eo quòd ſentiendo colorem dicimus nõ eſſe ſonum: & ſonum non eſſe odorem, &c. nõ poteſt autẽ

Communis ſenſus vera ſenſus eſt.

aliud

aliud ab alio diſtinguere, qui vtrumque non cognoſcit, ſed nullum ex dictis organis eadem quæ aliud organum ad ſenſum cõmunẽ tranſmittit, vel ſaltem non eodẽ modo: ergo eorum, quæ ſentiuntur diſtinctio non in organis eſt, ſed in vna animæ vi, ſingula percipiente, & ſingula à ſingulis diſtinguente. & hic eſt ſenſus, quẽ etiã Peripatetici cõmunẽ vocãt, & Ariſtoteles in libro, de Sõno & vigilia primũ ſenſitiuum nominat, omnibuſque animalib⁹ ſtatim natis ineſt.

Officium phantaſiæ ſecundũ Platonẽ.

Præter ſenſum cõmunem apud Platonem eſt alia vis cognoſcitiua, quã phantaſiam & opinionẽ nominat. Cuius officium eſt apud Platonem de ſenſatis per ſenſum communem ex quinq; organis exterioribus iudicare non ſolũ qualia ſunt. Id emẽ ſenſus communis iudicat, ſed & quid ſunt, & ꝙ vnumquodque eorum eſt ſibi ipſi idẽ, & aliud ab alio, & quòd ſunt ſimilia vel diſſimilia bona vel mala, turpia vel pulchra, noxia vel vtilia, & ab vno in aliud ratiocinãdo diſcurrit, & vnum alteri applicat præterita & futura cum præſentibus applicat, & ſic hac virtute quæ vtiq; altior eſt quã ſenſus cõmunis, eſſentiam rei & vnitatem & numerũ, idem alterum, ſimilitudinẽ diſſimilitudinem, bonum malum, vtile noxium, pulchrũ deforme iudicamus. Patet inſuper hãc vim diſtingui à ſenſu communi quoniam ille mox nato animali ineſt ſecundum actum, iudicium autem & actus huius virtutis, quam diximus phantaſiam apud Platonem & opinionem & cogitationẽ, vel vt more aliorũ loquamur opinatiuam & cogitatiuam, non ſtatim ineſt nato animali, ſed longo poſt tempore, nec omnibus ſed perfectis animalibus & præcipuè hominibus.

Phantaſia quo modo diſtinguitur à ſenſu communi.

Ratio vniuerſalis quæ pars animæ ſit.

Præter phantaſiam, quæ in nobis apud Platonem non differt à cogitatiua, neceſſaria eſt alia & ſuperior ac vniuerſalis virtus, qua vniuerſale apprehendimus. Nã experimur ꝙ phantaſia & cogitatiua non iudicat niſi de re ſingulari: qm̃ apprehendit rem modo determinato, puta certo loco, certo tempore, aliiſque indiuiduãtibus circunſtantiis. Nos aũt nouimus de hiſdem in genere, & in vniuerſali iudicare puta quid homo, vt homo, quid bonũ, quid malum, quid vnũ, quid idẽ, quid ſimile, &c. ergo neceſſe eſt ſupra phantaſiam & cogitatiuã, aliã in nobis dari virtutẽ, quæ vniuerſales rerũ naturas ac rationes percipiens, ex vna in aliã diſcurrat, & argumentetur. Quòd quidẽ in nobis fieri experimur dum ſyllogizamus, virtutem hanc rationẽ vniuerſalẽ nuncupamus, ſicut cogitatiuam rationem particularem.

Mens eſt animæ pars, idearũ perceptiua.

Præter rationẽ vniuerſalem arbitratur Plato in anima dari mentẽ ſuperiorẽ perfectioremque ratione vniuerſali, qua rerum rationes, quas Plato ideas vocat, non diſcurſu, ſed ſimplici ſtabili que intuitu percipit. Nã ſupra motum & tẽpus ſtat⁹ & æternitas eſſe debet, motus quidẽ & temp⁹ in ratione eſt propter diſcurſum, ſtatus autẽ & æternitas in mente ꝓpter ſimplicẽ intelligentiã. Supra mentẽ ponit Plato animæ vnitatem, qua non rerum creatarum idẽ is, ſed primo rerum principio, quod eſt ipſum per ſe vnum. coniungitur. Apud Platonem igitur virtutes animæ cognoſcitiuæ ſic diſponuntur:

Vnitas eſt animæ pars.

Senſus communis.
Phantaſia, quæ & opinio & cogitatio dicitur.
Ratio vniuerſalis.
Mens.
Vnitas animæ

Enumeratis virtutibus cognoſcitiuis ad mentẽ Platonis inueſtigandum eſt in qua ſcientia locanda ſit, & per quam ſcire præcipuè dicamur. Tu igitur. aduerte Platonẽ in Theeteto tres recitare ſententias, quarũ ſingulæ reprobãdæ ſunt.

Scientia nõ eſt idẽ quod ſenſus vt voluit Pythagoras.

Prima eſt Prothagoræ. hic dicit ſcientiam eſſe in ſenſu, & ſcire eſt ſentire. Quã quidem ſententiam Plato in Theeteto multipliciter reprobare conatus eſt: ſed his præcipuè rationibus. Nam ſentire cõmune eſt omni animali, ſcire autẽ propriũ eſt homini. Præterea, multa ex brutis magis vigent ſenſibus quàm homo, vt canes odoratu, aquila viſu: ergo, ſi ſcientia eſt ipſe ſenſus, multa ex brutis hominẽ ſcientia præſtabunt: quòd penitus irrationabile eſt.

Præterea ſenſus communis, ad quem quinque extrinſeca organa ſenſilia tranſmittunt: vt ſupra docuimus rerũ ſubſtantias non percipit, ſed ſolas corporũ qualitates: vt colorem, odorem, ſaporem, & tangibiles qualitates: ſentim⁹ ergo ſolas qualitates, ſed non ſcimus ſolas rerũ qualitates. imò & eſſentias atque ſubſtantias: vt quid homo, quid leo, quid terra, quid cœlum, &c. Non ergo ſcientia eſt in ſenſu: ſed in quadam altiori potentia perceptiua ſubſtantiæ & nõ ſolum qualitatis.

Secunda fuit Theeteti, qui aduertens ſenſum ſolas rerũ qualitates percipere, ſcientiam autem eſſe de rerũ ſubſtantiis, & nõ tantũ de accidentibus, dixit ſcientiã eſſe in phãtaſia, quæ vt ſupra dixim⁹ ad mentẽ Platonis rei ſubſtantiã percipit. Dixit autẽ ſcientiam idẽ eſſe cũ opinione nõ abſolute, ſed vera: nã opinio falſa ſecundũ ipſum ignorãtia eſt, vnde apud Theetetũ noſtrum ſcire nõ eſt aliud quã vere opinari. verũ Plato in Socratis perſona id reprobat hac præcipuè ratione quòd oratoria facultas perſuadet: nõ docet. Qui aũt perſuadet opinionẽ inducit & vera cũ verãrefert, non tamen in audientis animo ſcientiã inducit: qm̃ de his, quę in motu ſunt, aliterque ſe habere poſſunt, nunquam eſt certa ſcientia. Importat emẽ ſcientia cognitionis certitudinẽ, ſed humana negocia, de qbus oratores agũt, talia ſunt, ſ. mutabilia & incerta, & oratores ſæpe ad ea credenda auditores inducũt, de qbus ipſi dubitãt, & quibus nũquam interfuerunt. Cõſtat ergo ꝙ de multis opinionẽ verã habemus & nõ ſcientiã: Non ergo idẽ ſunt opinio vera & ſcientia, nec in phantaſia locanda eſt.

S cientia nõ eſt in phãtaſia, vt Theetetes voluit.

Tertia fuit Leucippi, & Cirenei Theodori: q dicunt ſciẽtiam eſſe opinionẽ veram cum ratione. vnde quæ rationem habẽt ſciri poſſunt. quæ aũt ratione carent, minimè. Sed cõtra ſic arguit Plato: ꝓ rationẽ tria ſignificari poſſunt. Primo oratio ſiue ſermo. Secundo diſcurſus per rei elementa. Tertio diffinitio. Tunc ſic ſi Leucippus intendit ſcientiam eſſe verã opinionẽ cũ ratione id eſt cum oratione: ergo omnis opinio & vera & falſa erit ſcientia: nã ſiue opinemur vera, ſiue falſa, oratione & ſermone enuntiare poſſumus: ſi ꝓ rationem diſcurſum per rei elementa ſiue principia intendit: ergo quoties quis per elementa diſcurrit ſcire dicetur. Id autẽ falſum eſt, quoniã quis per elementa diſcurrens, trãſponere poteſt & ordinẽ peruertere, & vnius rei elementũ in aliam rem transferre, & vni rei elementũ alterius applicare & attribuere. Cùm igitur hoc ſit cõfundere, non eſt dicendũ ſic diſcurrentem ſcire, ſed potius errare. ſi per rationem intendit diffinitionem, contra eũ ſic arguitur, Diffinitio eſt ꝓpriæ differentiæ rei declaratio. Nã quicunque rectè diffinit, præter rei cõmunia differentiam propriam aſſignat. Tunc ſic, qui de igne & aëre verè opinatur, aut eorũ differentias percipit, aut non, ſi ſic, ergo nõ eſt addendũ cũ ratione id eſt, cũ diffinitione, ex quo vera opinio propriæ differentiæ notitiam includit: ſi non, ergo nec vere opinat, nunquã emẽ alterum ab altero verè diſtinguerẽ, niſi vtriuſque proprias dignoſcerẽ differẽtias. nõ eſt ergo opus veræ opinioni addere cum ratione, id eſt diffinitione, ſiue cũ ꝓpriæ differentiæ notitia. Patet igitur ſcientiam non eſſe idẽ cum ſenſu, vt arbitratus eſt Prothagoras neque idẽ cũ opinione vera, vt dixit Theetetus, neque idem cũ opinione vera cum ratione, vt exiſtimauit Leucippus & Theodor⁹ Cireneus.

Sciẽtia non eſt vera cũ ratione opinio.

Quantum ad mentẽ Platonis reliquum eſt prędictis opinionibus reprobatis inueſtigare quidnã ſit ſcientia ꝓpriè ſumpta: & in qua animę virtute. vt igitur in hoc te reſoluas quatuor agenda ſunt. Primo qũo differt ſcientia ab opinione. Secũdo circa quid verſatur ſcientia, & circa qd opinio. Tertio qd ſit ſcientia, & opinio. Quarto in qua animæ potentia locatur ſcientia & in qua opinio.

Quantum ad primum aduerte vt ex Timęo tibi cõſtare poteſt. Plato inter ſcientiam & opinionẽ quatuor aſsignat differentias. Primo ſciẽtia ad eſt nobis ex doctrina, Opinio autem ex perſuaſione. Secundo ſcientia eſt ſemper cũ ratione, vera opinio autem multotiens etiã ſine ratione, Tertio ſcientia nulla perſuaſione mutabilis eſt. Opinio autẽ mutationi ſubiecta eſt propter ſui incertitudinem. Quarto verę opinionis omnis homo particeps eſt, ſcientiæ vero dij quidem omnes, homines autẽ admodũ pauci participes ſunt.

Scientia quo differre ab opinione voluerit Plato.

Quantam ad ſecundũ aduerte ꝙ Plato in vj. de repub. duo rerum genera ponit, vnum intelligibile, alterũ ſenſibile, intelligibile apud Platonem eſt ens incorporeum ſtabile, ſenſibile autem eſt ens corporeũ mobile. ens intelligibile in duo diuidit, ſintelligibile primum & intelligibile ſecundum, intelligibile primum appellat ens incorporeum ſtabile & incorruptibile, & penitus impartibile, ac omnino indiuiſibile, ſub quo apud Platonem continentur ideæ id eſt rerũ rationes in diuino intellectu: & diuinæ mentes, id eſt ſubſtantiæ ſeparatæ, & animæ rationales. Intelligibile ſecundum appellat ens, quod licet incorporeum ſit, tamen aliquam ſuſcipit partibilitatem: ideo cadit à dignitate entis intelligibilis primi, ſub hoc intelligibili ſecundo apud Platonem numeri & figuræ continentur. Ens ſenſibile in duo partitur: ſcilicet, in primum & ſecundum, Sub

Circa quid verſantur ſcientia & opinio ſecũdum Platonem.

primo

primo locat corpora atque corporea oĩa. Sub ſecũdo vmbras & imagines corporũ, ſiue in aqua, ſiue in ſpeculis appareant. Cognitioné entis intelligibilis primi, Plato intellectum appellat: & per intellectum ſcientiam intendit, ita ꝙ apud ipſum non niſi entia penitus incorporea immobilia impartibilia, qualia ſunt diuina, intelliguntur & ſciuntur. Cognitioné entis intelligibilis ſecundi, nõ ſcientiam nec intellectum, ſed cogitationem intellectualem vocat: ita ꝙ apud ipſum mathematica intellectualiter cogitantur, ſed nõ proprie ſciuntur. Cognitioné entis ſenſibilis primi, credulitaté vocat: ſenſibilis aũt ſecundi imaginationem ex his conſtat apud Platonem ſcientiã proprie & veriſsime ſumptam non verſari circa mathematica, neque circa corpora, neque circa vmbras, aut imagines corporum: ſed circa diuina entia, quales ſunt ideæ & mentes, id eſt, ſeparatæ ſubſtãtiæ: & animæ immortales. vnde apud Platonem vt patet in Teeteto, vera ſcientia idem eſt cum ſapientia: Sapientiã autem eſſe diuinorum ſpeculationé vbique Plato teſtat. Opinioné vero, quam credulitatem vocat, verſari circa corpora: & imaginationé circa vmbras, atque imagines corporum: cogitationem aũté intellectualem quam mediam ponit inter ſcientiam & opinionem, circa mathematica.

Quid ſcientia & opinio ſecundũ Platonem.

Quantùm ad tertium patet ex præcedentibus ad mentẽ Platonis, quòd ſcientia ꝓprie ſumpta eſt diuinorum entiũ cum certa ratione ac immutabili cõprehenſio. Opinio autem eſt rei corporeæ cum incerta ac mutabili ratione cõprehenſio: & quoniã pro præſenti vita omnis noſtra cognitio circa ſenſibilia verſatur, ideo apud Platonem noſtrũ ſcire, non eſt niſi opinari.

Scientia in qua parte animæ ſit.

Quantum ad quartum aduerte apud Platonem ſcientiã locari in mente, & in ratione vniuerſali: opinionem autem in ratione particulari, quam dicimus cogitatiuam. Nã ꝓut ſcientia ſumitur pro certa & veriſsima diuinarum rerum comprehenſione eam in mente locat, quam ſupra diximus non diſcurſu, ſed ſimplici ac ſtabili intuitu rerum rationes, id eſt, ideas percipere. prout autem ſumitur pro reminiſcentia, apud Platonem in ratione vniuerſali locatur: quoniam reminiſcentia ſine diſcurſu non fit, virtutem circa vniuerſalia diſcurſiuam diximus ſupra eſſe rationé vniuerſalé: verum cum ratio vniuerſalis media ſit inter mentẽ & virtuté opinatiuam, id eſt, cogitatiuam: ideo ſciẽtia in ratione vniuerſali deficit à veritate & certitudine ſua, quoniam dum ratio diſcurrẽdo ad inferiora & corporea deflectitur, opinionis erroribus repletur: & diuina cogitare deſiſtit: cum vero ad mentẽ, vt regulam ſuam conuertitur, diuinorũ cognitioné accipit. Patet igitur ad mentẽ Platonis in quibus differat opinio & ſcientia, & circa quæ verſatur ſcientia: & quid ſit, & in qua animæ potentia locatur.

Vtrũ aũt ſcientiam, quam hic Plato diffiniuit & in mẽte locauit & ab opinione quatuor differentiis diſtinxit poſſit homo pro hac vita ſibi acquirere, cum nõ differat à ſapiẽtia, declarabit tibi ĩ tractatu ſeptimo, cũ de felicitate humana erit ſermo. Hæc de ſciẽtia ad mentẽ Platonis dicta ſint.

OCTAVA PARS.

¶De ſapientia differit.

IN parte octaua de ſapientia agendũ eſt, de qua Ariſtoteles in ſexto Ethicorum vt videre poteris in Epitomatib' noſtris moralibus in eodem libro, tria docuit.

Tria docuit Ariſt. de ſapientia.

Primò quòd ſapiens particularis eſt ille, qui artem aliquam principaliorem perfectiſsimè habet, dirigitque inferiorum artium artifices principaliori deſeruientiũ, vt ſapiens architectus.

Secundo, ꝙ ſapiens abſolutè eſt ille qui notitiam habet omnium & præcipuè difficilium ac diuinorum.

Tertio ꝙ ſapientia ſimpliciter dicta in ſe cõplectitur intellectum & ſcientiam: & per intellectum habitum primorum principiorum intendit.

Opinio Platonis de ſapientia.

Apud Platonem autem vt ex Theage & Menone elicere poſſumus quatuor tractanda de ſapientia. Primo ꝙ duplex eſt. Secundo quid vtrunque ſit diſtinctionis membrum. Tertio quomodo acquiritur. Quarto quòd à malo & incontinente acquiri non poteſt.

Duplex ſapientia.

Quantũ ad primũ aduerte, quòd apud Platonẽ in Theage, duplex inuitur ſapientia, ſcilicet abſoluta & cõditionalis ſiue cum additione. Abſoluta eſt, quæ ſine additione aliqua, aut reſtrictione ſapientia nominatur. Cõditionalis eſt, quæ nõ ſimpliciter, ſed quadã determinatione ſapiẽtia dici cõſueuit: & ſecundũ Peripateticos ſapiẽtia in genere nũcupatur, vt ſapientia ædificatoria, ſapientia ciuilis, &c.

Sapientia abſoluta quid.

Quantum ad ſecundũ aduerte, quòd in Platonis doctrina ſapientia abſoluta ſic diffinitur. ſapiẽtia eſt earũ rerũ cognitio, de quibus ſciẽtia & nõ opinio haberi poteſt: ſcientia autẽ vt in parte præcedenti declaratũ tibi fuit de his habetur rebus ad mentẽ Platonis, quæ ſemꝑ eædẽ & eodẽ modo ſm ſubſtantiã ſunt huiuſmodi ſunt ſummæ eorũ effectiuæ cauſæ & ideæ & rationales animæ, & hæc apud Platonẽ entia diuina dicuntur: eſt ergo ſapientia abſoluta diuinarũ rerũ ſcientia, quã Peripatetici metaphyſicã & primã vocant philoſophiam. Verum apud Platonẽ quid eminentiꝰ indicat, vt in ſequentibus tibi declarabitur. Sapientia conditionalis eſt cuiuſlibet facultatis & artis ſuprema pfectio, vnuſquiſque emm in arte ſua omnino perfectus, ſapiens in illa nuncupari conſueuit, præcipue autẽ ſi huiuſmodi ars aliis inferioribꝰ vt ſibi miniſtrãtibus principari ſolet. Hinc proceſsit ſapientia ædificatoria, à qua ſapiens architectus, ſapiẽtia militaris, à qua ſapiens dux, ſapientia ciuilis, à qua ſapiens rex & princeps. eſt autẽ apud Platonẽ ciuilis ſapiẽtia, facultas cõmune ciuitatis & gentiũ bonũ coniectans, ſolet inſup aliquando ciuilis, aliquando regia diſciplina vocari, cuius ſubiectũ circa qđ, eſt ipſa ciuitas, finis, publicũ bonũ, cui omnes artes ſubminiſtrãt. Cuius duo ſunt officia, vt tibi latius manifeſtũ erit in politica Platonis, quam Deo optimo diſponẽte ordinare decreui, primũ quidem eſt leges condere ꝑ prudentiam nomotheticã, ſm eſt cõditas leges exequi per iuſtitiam legalem atque iudiciariam.

Sapientia cõditionalis quid.

Diuino potius numine quàm aliquo labore partã ſapiẽtiam dixit Plato.

Quantum ad tertium aduerte mentẽ Platonis fuiſſe ſapientiam abſolutam, quam diximus eſſe diuinarum rerum ſcientiam & ſapientiam ciuilem, id eſt, hominum regitiuã potius diuino lumine nobis infundi, quàm humano quocunque ſtudio acquiri: & quidẽ quòd de ſapientia abſoluta id verũ ſit, patet ex eo quòd apud Platonẽ & Pythagorã, ſapientia ipſa nihil aliud eſt quàm ſummi ipſius boni lumen per animos & mentes vere bonas tanquã per ſpecula quædam clariſsima diffuſum. & Plato ad Syracuſanos ſcribens in epiſtola inquit. Quod diuinũ eſt diſci non põt, quemadmodum cętera quę diſcuntur ſed ex diuturna circa diuinũ ipſum conſuetudine, vitęque ſimilitudine ſubito quaſi ex igne ſcientillante lumen effulget in animo, ſéque ipſum iã alit. Sapientia igitur abſoluta non tã humano ſtudio quàm diuino lumine nobis infunditur, vnde imaginandũ eſt, ꝙ ſicut Sol iſte corporeus animalium oculos & rerũ colores generat: & idem apertis puriſque oculis colores demonſtrat: ſic Sol intelligibilis, id eſt, Deus glorioſus apud Platonẽ res veras & mentes procreat: & idẽ res veras atque diuinas puris mentibus & ad ipſum cõuerſis manifeſtat rex: rerum vero diuinarum manifeſtatio atque cognitio ſapientia eſt abſoluta.

Quod autẽ apud Platonem ciuilis ſapientia, quę eſt homines regẽdi iuſta ac recta efficáxque diſciplina, nõ humana doctrina, ſed diuina ſorte, atque virtute acquiratur, declarare Plato cõtendit in Menone ſic arguere intẽdens. Si humana doctrina acquiritur, aut eã ciuiles viri docẽt filios ſuos, aut Sophiſtæ, aut Philoſophi ſpeculationi vacãtes, nõ primi: quoniam ciuilium virorum filij non ea prudentia patribus ſuccedũt in regimine, qua genitores eorũ pollebãt. Conſentaneum autẽ eſt, quòd ſi potuiſſent hãc diſciplinam filios docere, id magis facere contendiſſent quàm amplas ſibi congregare diuitias. non ſecundi: qm̃ Sophiſtæ neque boni neque veraces ſunt: ergo ciuilem ſapientiam quæ omni veritati ac iuſtitię ſtudet, docere nõ poſſunt. Nõ tertij: qm̃ hi rerum humanarũ expertes minime ſunt. Cum igitur nec à ciuilibus viris: nec à ſophiſtis, nec à philoſophis addiſci valeat: merito cõcluſit Plato in Theage ſub Socratis pſona, tentãdã eſſe dæmonis vim, id eſt, boni ſpiritꝰ virtutẽ: & denique Dei maximi voluntaté exorandam, quaſi illinc iſta diſcantur: & diuina bonitas ac prouidẽtia ꝑ medios nuncios cœleſtes ſpiritꝰ, rerũ agendarũ oracula mãifeſtet. Quod vtique ad plenũ cõfirmabimus in philoſophia chriſtiana morali, quam poſt academicam ordinare intẽdimus.

Quantum ad quartum, vt pro certo ſcias apud Platonis doctrinam, non poſſe malum & incontinentem & profanum ſapientiam poſsidere, aduerte quàm egregie vnus ex platonicis doctor, multiplici via atque ratione deducat.

Inter omnes animæ vires cognoſcitiuas ſupremũ quidem gradum obtinent mens & ratio: infimũ verò & viliorem guſtus & tactus, infimæ quidem ad naturam prolabuntur maximè corporalẽ: ſupremę verò ad incorpoream diuinanque aſcendunt ſubſtantiam. Quicunq; igit vtriſque

ſeruire

ſeruire ſimul contenderit, profecto fruſtra contendet. Non enim ſupremorum radiis illuſtrabitur, qui infimorum illecebris ob ſcœniſque voluptatibus ſeſe immerſerit. Neque attinget animus rerum veriſsimas rationes, rerũ inquã à corpore materiáque ſeparatarum, niſi animus ipſe ſeipſum tũ morum purgatione tum ſpeculationis intentione, à corporeis inordinatis affectibus ſeparauerit. Nam quemadmodũ oculi rubra quadã opthalmia, & lingua cholerico humore laborantes non niſi rubrum vel amarum ſentiunt, ſic anim⁹, qui ob diuturnũ amoré obſequiúmque circa corporea, iam quaſi corporalis effectus eſt, quæ diuina ſunt, vel nulla eſſe putabit, vel ſaltem corporea falſo iudicabit, præterea, libero atq; diuturno opus eſt otio ad occultiſſimas rerum rationes inueſtigandas. Nil aũt magis ſeruile, nil magis negocio ſum atq; ſolicitũ cogitari poteſt quàm anxia illius vita, qui ſenſibus ſeruit tanquã dominis plurib⁹ & inſanis. Quos igitur corpori ſtulte ſeruire deprehenderit, ſapientes eſſe negabis. Quos aũt verè ſapientes noueris, hos non ſui corporis ſeruos ſed dominos iudicabis. Anxij certe viuunt, qui ſolis ſeruiunt corporis voluptatibus, ſed lõgè magis anxij q viles in fimaſque voluptates, cum ſupremis fruſtra copulare conãtur. Nã cũ nimiũ vtrinque laborent, neutra ex parte vel mentis vel corporis voluptatibus perfruuntur. Adde q Deus optimus nullos magis reprobat, quàm eos, qui ſordidis vitiorũ vaſculis nectar & ambroſiã haurire confidunt. Nullos aũt probat amatque magis, quàm qui métem Deo ſimillimam in primis colunt, & à corporis labe ſe ſegregant, diuinumque lumẽ nõ vitiorũ nebulis obruere, ſed pura ſtudent mentis ſerenitate capeſcere. Ratio hæc, vt opinamur, Pythagorã induxit à ſacris ſuis Gymnaſiis profanos lõgè propellere. Nã ſicut vas fœtidũ quemcunque liquorem etiam ſuauiſſimũ infuderis, reddit ſua contagione fœtentem, ſic mens mala atque profana cum ſcientiam acceperit, malitiam parit & non ſapientiam. Præterea, ſicut aër ad ſolis lumen, ita mens, ad veritatis ſapientiq́; lumẽ ergo neq; aër, neq; mens, vnquam dum nubes adſunt luminis radios cõprehendunt. Statim auté vterq; cõprehendit, cum primũ purus ſerenúſq; fuerit. Vnica ergo reſtat nobis ad ſapientiã via, ipſa ſcilicet mentis ſerenitas. Nam & Socrates vbique clamat damnans purum ab impuro cõtingi. Purgandi igit ſunt in primis rationis mentiſque oculi ab omnibus huius noxij corporis ſordibus. Auertenda mentis acies ab infimę vmbrã ateriæ, conuertend⁹ eſt interioris intelligentiæ aſpectus ad ipſam ſupernæ formæ candidiſſimã lucem, & tunc cũ primũ boni euaſerimus, ſummi ipſius diuiniq, boni ſplẽdore, quæ eſt ipſa vera beatificáque ſapientia illuſtrabimur. Non ergo malus, non incontinens, non profanus, ſed virtuoſus temperatus & probus apud diuũ Platonem ſapiens eſſe poteſt. Cuius rei teſtimoniũ à Platone noſtro ſuſcipimus in eo q omnem ſapientiam à barbaris proueniſſe vt ab Aegyptiis & Chaldæis ac Perſis, Plato & omnes Græcorum ſapiẽtes confitentur. Compertum vero habemus ſolos apud barbaros ſacerdotes Phyſicas Mathematicas Metaphyſicas ſcientias pertractaſſe, vtpote qui ſciebant ſapientiã præcipuũ Dei donum, non niſi mentibus ſacris diuiniſque debere vel poſſe concedi. Hæc de ſapientia ad mentẽ Platonis dicta ſint. De qua & in tractatu vltimo iterũ ſermo habend⁹ eſt.

Mentis puritas vnica eſt ad ſapientiam via.

NONA PARS.

¶ De continentia & incontinentia tractat.

IN parte nona de continentia & eius oppoſito ad mentẽ Platonis agendum eſt. Nam in ſeptimo libro Ethicorum, vt videre poteris in epitomatibus noſtris moralibus, iã Ari. mentẽ aperuimus: vbi ſeptem inuenies determinata

Septem de continentia determinantur Ariſt.

Primo q in morali vita tria maximè vitanda ſunt. ſcilicet malitia & incõtinentia, & beſtialitas ſiue feritas, & tria his oppoſita ſectãda, ſ. virtus, & cõtinẽtia, & heroica virt⁹.

Secundo quomodo idem poteſt eſſe ſciens & incontinens & qualiter ſit ſciens.

Tertio quomodo datur continentia & ſuum oppoſitum circa delectationes: quarũ quædã ſunt ſecundũ naturam, quædam contra naturam: dicuntúrque ferales voluptates.

Quarto quòd incontinentia cõcupiſcentiarum turpior eſt quàm incõtinentia iræ & incõtinentia cõcupiſcentiarũ humanarũ, nociua longè amplius eſt quàm incontinentia ferarum, licet ferarum ſit terribilior.

Quinto quòd intemperatus peior eſt incontinẽte, & cõtinens melior perſeuerante, & mollis incõtinente peior eſt, & delicatus peior incontinente.

Sexto quòd cõtinens per ſe immanet rationi rectæ, licet per accidens contingat ipſum immanere rationi falſæ. Incontinens autem per ſe immanet rationi falſæ, licet per accidens rationi veræ.

Septimo quòd impoſsibile eſt incontinentem eſſe verè prudentem.

Plato auté de continentia & tẽperãtia, de incontinẽtia & intẽperantia mixtim ꝓtractat, quoniã circa eadem, id eſt circa voluptates triſtitiaſque ſiue dolores corporales verſantur: vnde quæ de temperantia eiúſque oppoſito in parte tertia diximus, continentiæ & eius oppoſito applicare poteris. Hic auté ad mentẽ Platonis inueſtigandũ relinquitur quænam ſit vita iocundior, an tẽperati & continentis: vel oppoſita. Tu igitur aduerte Platoné in quinto de legibus ex propoſito declarantẽ longè iocundioré eſſe tẽperati atq; cõtinentis vitã, quã mediũ ſtatũ vocat atq; honeſtiſsimã vitam. Pro cuius euidẽtia Plato illic quatuor ꝓponit humanas vitas: quatuorq́; illis oppoſitas: ſunt auté hæ, tẽperata, prudens, fortis, ſana, oppoſitæ vero ſunt intẽperata, imprudẽs, ignaua, ægrotãs. De tẽperata ſic inquit. Laudãda certe honeſtiſsima vita eſt: qm̃ ſi quis eã guſtare voluerit, nec inde ſtatim à iuuẽtute fugere: eo ꝓuẽiet qđ omnes expetim⁹, vt ſcilicet ꝓ totam vitã lætemur magis quàm doleam⁹: & quidé q ita ſit ſi q⁹ rectè guſtet, ei facile parebit. Quo autẽ pacto id rectè fiãt, ratione inquit Plato cõſiderandũ eſt: vitã itaque ad vitã iocundioré & moleſtiorem ita cõferre oportet, voluptaté adeſſe nobis naturaliter volumus. Dolorem verò neque naturaliter eligimus, neque volumus. Medium autem ſtatum pro voluptate nequiquã volum⁹, loco tamen doloris accipimus. Dolorem etiam minoré maiore cũ voluptate volumus: voluptaté minoré maiori admixtã dolori nequaquã. æquali autem non voluptates & dolores habere nos nolle, ſic declarare poſſumus: nã eam vitam, in qua cũ voluptates & dolores atque triſtitiæ multæ & magnę & intenſæ fiunt, voluptates tñ excedunt volumus, eam auté, in qua dolores atque triſtitiæ excedunt, nolumus, & rurſus eã vitã in qua licet & voluptates & triſtitiæ paruæ ſint triſtitiæ tñ ſuperant, nolumus, ſed eam, in qua contraria ſuperãt volumus. Si auté æquales ſunt, de æquali vita vt diximus cogitandum eſt, qm̃, ſcilicet non poſſumus eam velle. Cõſiderare ergo oportet quemadmodum omnes vitę noſtræ voluptatibus & triſtitiis admixtæ ſunt. & quas natura velimus: ſi q̃d auté præter hæc velle nos diximus ignorantia quadã imperitiáque vitarum id dicimus. Quæ igitur & quot vitę ſint in quibus noſſe oportet, qđ volendum & quid nolendum conſiderandum eſt: vt inde quod ſibi carũ eſt & iocundum & pulcherrimũ, quilibet eligat, & quoad homini licet beatiſsimè viuat. Temperatam vitam vnam eſſe dicamus: prudentem alteram: tertiam fortem, ſanam denique quartam, & quatuor his, alias quatuor contrarias ſtatuimus, imprudentem ignauam intemperatam ęgrotantem. Quiſquis vitam temperatam nouerit, eam mitem in omnibus & moderatam inueniet, quoniã dolores quietos: voluptates remiſſas, molles cupidines habet. intemperatã vero in omnibus acrem inuenies, quoniã doloribus vehementibus, intenſis voluptatibus, cupiditatibus ardẽtib⁹, furioſiſq́; & inſanis amoribus agitatur, ſed ſuperant quidem in vita tẽperata voluptates, dolores auté ſuperantur, in vita vero intẽperata ecõtra voluptates à doloribus ſuperant magnitudine multitudine atque frequentia. Quo fit vt neceſſario altera vita, ſ. tẽperata iocũdior fm̃ naturã ſit, altera triſtior: & volenté iocundè viuere, ꝓ libito & intẽperãter viuere nõ permittat. Cõſtat enim ſi qđ nunc dictũ eſt, recte eſt dictũ, q̃ neceſſe ſit omnẽ intẽperatum præter ſententiã eſſe talẽ. Quippe vel per ignorantiã, vel ꝓ incontinentiam, vel ꝓ vtranque omnis humana turba expers tẽperantiæ viuit: ſimiliter de ſana & ęgrotante vita cogitandũ eſt quòd & voluptates & dolores habeãt, ſed in ſanitate voluptates excedunt, in ęgritudine vero dolores, noſtra auté voluntas in deligendo vitæ genere, non eſt vt dolor ſuperet, ſed ſuperetur, & eam quidem vitam iocundiorem iudicamus. Temperatus igitur intemperato, fortis ignauo, prudens imprudẽte vtraque quidem pauciora & minora & rariora habet: & alter voluptatibus, alter doloribus ſuperat: ita vt fortis ignauum, prudens amentẽ, temperatus incontinentem, ſanus ęgrotantẽ voluptate ſuperet, & vt in ſummã redigãtur, vita, q̃ virtutis particeps eſt, ſiue in corpore ſiue in animo, iocũdior eſt oppoſita & pulchritudine: rectitudine, potẽtia, & gloria ꝑfitia: ita vt q in ea conſtitut⁹ eſt felicius cõtrario in omnibus viuat. Patet igitur qũo tẽperati continẽtiſque

Quænam vita iocundior ſit, tẽperata ac cõtinentis, vel contraria.

Quatuor hominũ vitæ.

vitæ

vita ad mentem Platonis iocundior est: ex consequenti omnes sanæ mentis eam præeligere habent, vt quàm beatè & laudabiliter viuant. Hæc de continentia eiusq; ue oppositio, ex Platonis sententia dicta sint.

DECIMA PARS,

De amicitia agit.

IN parte decima de amicitia ad mentem Platonis agendũ est. Nam quæ de ea pertractauerit Aristote. iam declarauimus in Epitomatibus nostris moralibus in octauo & nono Ethicorum, vbi de amicitia in octauo libro, duos disposuimus tractatus in vno quatuor de amicitia resoluimus.

Amicitia quid ad mẽtem philosophi.

Primò quid sit: & diffinitur ꝙ est beneuolentia mutua non latens: & amicari est bene velle adinuicem: & velle sibi mutuo bona non latenter.

Tres amicitiæ ſpecies ſunt.

Secundò quòd tres sunt amicitiæ species, scilicet vtilis delectabilis & honesta: ex quibus amicitia vtilis & delectabilis sunt amicitiæ ꝑ accidẽs, & de facili solubiles, honesta aũt est amicitia ꝑse, & maxima, & stabilis: & ꝑfecta & rara.

Tria potiſſimum amicitiam conciliant.

Tertiò ꝙ ꝑpriissimus amicitiæ actus est cõuiuere, & ꝑpter cõuictus carentiã multæ & honestæ deficiũt amicitiæ

Quartò ꝙ tria sunt, quæ vt plurimũ amicitiã conciliant, s. concorditer conuiuere, colloquiis gaudere: aliis de facili assentire: & quoniam hæc non insunt senibus, sed iuuenib⁹ ideo nõ senes, sed iuuenes apti sunt ad amicitiã cõciliãdã.

De naturali amicitia ſex notanda ſunt.

In altero tractatu de amicitia naturali agitur, vbi sex resoluimus.

Primò in gradibus consanguinitatis fundatur, distingui turq́ue in paternam & matrimonialem: & quales sunt earũ proprietates.

Secundò quomodo eius act⁹ est amare & amari, sed magis in amare consistit, & ex eo conseruatur.

Tertio ꝙ amicitia vxoria est adinuicẽ vtilis ac delectabilis: & cõseruatur non ex dote magna sed ex suscepta prole.

Quartò quòd in amicitia honesta & delectabili nõ cõtingunt rationabiles querelæ: sed tantum in amicitia vtili.

Quintò exponuntur remedia pro vitandis querelis in amicitia vtili.

Sextò docemus vitare querelas amicorum inæqualium: quorum, scilicet vnus est altero excellentior: vt pater filio: vir vxore: dominus subdito.

In libro aũt nono Ethicorũ agitur de amicitiæ proprietatibus, ac dubiis cõtingẽtib⁹ circa amãtes & amatos: vbi & duos formauim⁹ tractat⁹, in quorũ vno tria resoluimus.

Primò quomodo & quãdiu seruãda est amicitia: & quomodo & quando dissoluenda.

Secundò inter amicos fienda est mutua recompensatio.

Tertio ꝙ tria sunt declarantia amicitiã, scilicet beneuolentia: beneficientia: & concordia.

In altero tractatu quatuor resoluimus dubia cõtingẽtia circa amantes & amatos.

Primò quomodo laudabile est: & quomodo nõ, esse maximum sui amatorem,

Secundò si felix indiget amicis.

Tertiò si homo debet sibi ipsi multos facere amicos.

Quartò, si homini sunt magis necessarij amici in fortuna prosperа vel in aduersa.

Hæc est eorum summa, quæ in Ethicis de amicitia pertractauimus ad mentem Aristotelis.

Quæ verò ad mentem Platonis de ea considerանda erãt iam docuimus supra per totum tractatum tertium: vbi de amore ad plenum ex Platonis doctrina actum est. Nunc vero vt breuibus totam eius mentem quam de amicitia in Lyside habuit, vbi ex proposito contra Sophistas de ea disputat, manifestemus, tria agẽda sunt. Primò q̃d sit amicitia vere & ꝑprie sumpta. Secũdo quotuplex sit. Tertio ad quã amicitiã vt supremã oẽs humanæ amicitiæ referendæ sint.

Amicitia quid ſecundum Platonem.

Quantum ad primũ aduerte, quòd in Platonis doctrina ꝑcipuè in Lyside ex multis hæc diffinitio amicitiæ colligitur. Amicitia est honesta perpetuáque & firmata volũtatis cõmunio: cuius finis est vna vita cuius principiũ est cognatio cuius mediũ est amor. Vt aũté scias Platonicę hui⁹ diffinitionis sufficientiã: singulas manifestabimus particulas.

Primo dicitur honesta: vt excludat improborũ hominũ contubernia: & luxuriantium lasciuorúmque impudicos cõgressus: quos honestissim⁹ Plato indignos existimat amicitiæ nomine: licet Aristoteles in octauo Ethicorum in delectabili locauerit amicitia.

Secundo dicitur perpetuáque & firmata, vt leues ac de facili mutabiles adolescentium beneuolentias mutuósque affectus etiã honestos nondum amicitias appellandas moueat: nã apud Platonem amicitia est habitus ex diuturno & honesto amore contractus. Quod si amor oriri incipiat, iam non amicitia, sed beneuolentia dicenda est.

Tertio dicitur voluntatis vt significet similitudiné sciẽtiæ aut opinionis aut artis ad amicitiam non sufficere, non eñ eiusdẽ scientiæ, aut opinionis aut artis professores necessario sunt amici, licet similes: vt patet ĩ multarũ artiũ similitudine: quæ sæpius odium inuidiámque quàm amicitiã generat: eo quòd licet sint eiusdem artis, nõ tamen eiusdem imò oppositæ voluntatis.

Amicus eſt alter ego.

Quarto dicitur cõmunio: vt beneuolẽtiæ vicissitudiné demonstret esse de veræ amicitię ratione. Nisi enim duo in amore ac dilectione communicent: amici dicendi non sunt: est eñ amicitia apud Platonem reciproca firmatáque beneuolentia: vnde in Lyside Solonis sententiã reprobat: qui amatos amicos esse dicebat. Nã & amantes persæpe ab amatis non solũ non amantur, sed odio & derisui habẽtur. Non ergo tunc inter eos est amicitia.

Quinto dicitur cuius finis est vita vna: quoniã ad illud amicitia tendit, vt ex duobus animis vnus in velle in eligere in affectare fiat: ex vno animo vna & vniformis vita fiat: vnde & amicus prouerbio dicitur alter ego.

Similiañ amica ſint, vel inimica, diſſimilia verò econtra.

Sexto dicitur cuius principium cognatio est, id est, propinquitas & conuenientia atque cõformitas inter se amantes. nã vt inquit Plato in Lyside: quisquis alius aliũ desiderat & amat: ob id desiderat & amat quòd ꝑpinquus illi est vel secundum animam: vel animæ consuetudiné aut mores aut speciem: alioquin nunquã diligeret. Cognatio igitur & cõformitas aut ingenio aut in fidere aut in quadam animæ aut corporis dispositione cõmunionis amicabilis radix & principium est. Nec obstat Hesiodi dictum: quod recitans Plato in Lyside inquit, Similia apparent adinuicẽ inimica: dissimilia autẽ amica: ergo difformitas & non cognatio: amicitiæ principium erit. & quidẽ quòd difformia amica sint, sic Hesiodus manifestat, videmus inopẽ diuiti amicum necessitate fieri: imbecillum gratia auxilij forti: & medico similiter ægrotantem: ignorantẽ quoque peritum diligere vt addiscat. Præterea Hesiodus addebat sublimiora quædam ostendens multum abesse, vt simile simili sit amicũ: sed econtra contrariũ contrario amicissimũ esse. Vnũquodque eñ non simile, sed contrariũ appetit, vt aridũ, humidum, calidũ frigidum, amarum dulce, acutũ, obtusum, vacuum repletionem, plenum vacuitatem, cæteráque similiter, Contraria enim contrario alimenta præbent.

Contraria non appetit contrarium niſi ratione ſui.

Verũ Plato Hesiodi dictũ reprobat: qm̃ odiũ & amor cũ dissimilia sint, amica esse non possunt, neque vir iustus & iniustus. Quod aũt aliquid aliquod sibi dissimile appetere videatur, vt aridũ humoré, calidum frigiditaté, non est q̃a contrarium appetat, sed qm̃ sui restitutionem ex cõtrario quærit. Nam q̃d calore nimio præter naturam suam vritur, per frigiditaté ad naturalem reducitur temperiem: vnde calidum non frigus, sed temperiem per frigus amat, idémque de cęteris contrariis iudicandum est.

Septimo dicitur cuius medium est amor. Nam cum amicitia ab amare dicatur & deducatur: necesse est amoré tramitem quendam esse ad amicitiam conciliandam, & quoniam vt diximus in tractatu tertio amor verus est pulchri desiderium: necesse est ad mentẽ Platonis pulchros esse qui amici futuri sunt, pulchros dicimus quorũ animi pulchri sunt, homo nanq; animus est in doctrina Platonis vt docuimus in tractatu secũdo, & corpus non hominis pars, sed instrumẽtũ est, vnde quisquis pulchrũ amat corpus, nõ hominẽ, sed q̃d est hominis instrumẽtum amat. Quamobrẽ quotiẽs inter duos cognatio adest, & animorũ pulchritudo cõcurrit perfecta nascitur amicitia, & si corporis forma animorũ pulchritudini adiuncta fuerit, citius amare incipiunt atque intẽsius, & breui amicitię habitum assequũtur. si aũt corporis forma cũ animi deformitate coniungitur, nõ honestę communionis, sed turpis congressus, & obscœnus ardor exoritur: quem in Platonis castissima doctrina profanum est amoré, aut amicitiam vocare, vt in tertio tractatu ad plenum docuimus. Sic igitur declarata sit de amicitia assignata diffinitio.

Duæ tantũ apud Platonem ſunt vera amicitiæ ſpecies.

Quantum ad secundum aduerte ad mentẽ Platonis in Lyside duas tãtum inueniri verę ac ꝑprię amicitię species. Nã inter prauum & prauum amicitia vera esse non potest, quoniã vt iqu it Plato in Lyside, videtur nobis prau⁹ prauo quo

quo propius adhęret, & frequentius cũ eo versatur magis inimicus fieri: nam iniuriã infert, fieri vero nequit, vt q̃ infert & qui accipit iniuriam amici sint. Nec inter prauum & probum esse potest propter diuersitatem & difformitaté, & vt inquit in Lyside Plato, improbi vt sæpe de illis dicit, nũquam vel sibi ipsis vel inuicé stabiles, sunt sed perturbati penitus & instabiles. Qui vero secũ ipse dissentit, nullo modo cum alio cõsentiet, nec vlli amicus esse poterit. Amicitia ergo nec inter malum & malum, nec inter malum & bonum conciliari potest, supereſt ergo vt sit inter bonum & bonũ, & inter bonum ac neutrum. id est qui nec bonus nec malus est, & quidem quòd inter bonos vera posit esse amicitia sic Plato testat in Lyside ratio dictat eos, qui boni sunt amicos existere, & qui simile simili amicum esse dicunt, significant quòd solus bonus soli bono amicus efficitur, malus autem neque bono, neque malo. Quòd aũt bonus neutro amicus esse posit testatur Plato in Lyside cũ inquit. Quòd nec bonum nec malum est, soli bono amicum fieri potest. Cùm igitur omnis amicitia sit inter bonum & bonũ, vel inter bonũ & neutrum, duæ tantum erunt verę amicitiæ species apud Platonẽ, quarũ vna fundatur in gaudio, altera in desiderio. Nam qui boni sunt, mutua cõmunione gaudent, lætanturq; virtutis bono: vnde in amicitia honesta amici sunt adinuicem verè delectabiles. Quando autem amicorum alter bonus est, alter vero neuter, amicitia in desiderio magis q̃ in gaudio fundatur. Gaudium enim nõ est de bono absenti, sed præsenti, desiderium vero de absenti. Ad hoc aũt, q̃ neutrũ fiat amicum bono, & bonum neutro, necesse est, vt bonum desideret neutrum facere bonũ, & neutrum desideret à bono fieri bonum. Nam si neutrum seipsum ignorat, nec philosophari velit vt inquit Plato, id est nec sapientiam & virtutem amet atque desideret, bono amicum esse non poterit. Amicitia ergo inter bonũ & neutrũ in desiderio bonitatis atque virtutis siue in anima fundatur. Talis amicitia vniuersaliter esse debet inter magistrum atque discipulum cuiuscunque honestæ artis & facultatis. Huiusmodi amicitiã inter Socratem & Alcibiadem extitisse inuenies in Alcibiade primo, & eandem extitisse inter Socratem & Phædrũ inuenies in Phædro. Patet igitur quomodo ad mentem Platonis duæ tantũ sunt verę amicitię species: vnde licet apud ipsum q̃ plures sint humani animi affectiones, vt in tractatu tertio diffusè docuimus, nulla tamen earum amicitia neque verus amor dici meretur, nisi in præsenti bono aut in boni desiderio fundetur. Propter quod distinctio illa Aristotelis de amicitia in vtilem, delectabilẽ & honestam, nulla est apud Platonem. Nam affectio, in qua non nisi amantis vtilitas quæritur, non amicitia sed quæstus dicẽda est, & in qua sola corporis voluptas ac delectatio quęritur, nec amor nec amicitia, sed furor & rabies, & obscœna libido nuncupatur apud Platonẽ, sola aũt honesta quę vt diximus in præsenti bono, aut in boni desiderio fundatur digna est amicitiæ nomine. Nam amici honesti sibi mutuo vtiles sunt, & mutuo delectabiles. Quanti vero existimauerit Plato verum & bonum sibi acquirere amicũ, declarat in Lyside, vbi in persona Socratis inquit, innata mihi est ab ineunte ætate possessionis vnius cupiditas quędã, quemadmodũ & aliis, vt ecce quidã equos desiderat, alius canes, alius aurũ, alius honores. Hæc equidé paruifacio, nec multum me mouent. Acquirendorum autem amicorum desiderio flagro. Quare amicum bonum habere malim quàm Darij aurum, aut Darium ipsum capere. Videtis ergo quàm sim amicitiæ cupidus. Hæc in Lyside.

Inter bonos vera amicitia esse pot.

Sola apud Platonẽ honesta amicitia est.

Sola Dei amicitia verè amicitia est.

Quantum ad tertium aduerte, q̃ Plato in Lyside innuit omnes amicitias ad homines directas imperfectas esse, & illius amicitiæ imagines, q̃ ipsum primum bonum rerũmque omnium optimum principium respicit, quod primo amandum est, & causa est, vt hæc omnia amentur, & quisquis aliquid amat, ipsum primum bonum finem sui amoris habet. Nam à primo bono, bonum omnibus inest, & à primo pulchro, gratia & decor singulis adest. Bonitas autẽ nos trahit, & pulchritudo allicit. Nõ ergo primo ista inferiora nos mouent, cum non sint prima bona, sed illud primũ in istis nos trahit & allicit, quod & omnia desiderant, ex quibus nobis constat quanta fuerit Platonis in Deũ pietas atque religio, quem in primis & in omnibus amandũ colendumque docuit, illiusque amicitiam cæteris omnibus anteponendã, verum de his diffusè in tractatu quarto, sermonem habuimus. Hæc de amicitia ad mentem Platonis dicta sint.

Platonis tũma religio fuit.

VNDECIMA PARS.

¶ De pura atque honesta voluptate disputa.

IN parte vndecima de pura & honesta voluptate ad mentem Platonis agendum est. Nã quæ ab Ari. de ea & suo opposito pertractata fuerint, inuenies in epitomatibus nostris moralibus in septimo, & in decimo libro Ethicorũ. In septimo, quidem libro, de ea quatuor docuit.

Quanam de voluptate disseruerit Arist.

Primò, q̃ non omnis delectatio est bona, nec omnis mala, sed aliqua bona & aliqua non, & aliqua optima quæ felicitati coniuncta est.

Secundò, quòd nulla corporalis delectatio est absolutè bona, sed vsque ad certã mensuram & nõ vltra. Delectatio autem intellectualis est absolutè bona & eligibilis.

Tertiò, quòd licet delectationes corporales non sint bonæ simpliciter, magis tamen appetuntur quàm intellectuales, & huius erroris causas duas assignat.

Quartò assignat causam propter quam homo naturaliter delectatur varietate delectabilium.

In libro autem decimo Ethicorum, intendens Aristoteles ostendere delectationem coniunctam esse felicitati, de ea quinque docuit.

Primò reprobat opinionem Eudoxi dicentis delectationem esse vniuersaliter bonam, & non solum bonam, sed per se, & maximè bonam.

Secundò reprobat opinionem Platonis tenentis vt sibi imponit Aristoteles delectationem esse vniuersaliter malam, & soluit eius rationes.

Tertiò diffinit delectationem dicens quòd est perfectio operationis agentis cognoscitiui, siue huiusmodi operatio sit à sensu siue ab intellectu.

Quartò docet quamdiu delectatio in operãdo durat, & propter quid non potest homo continuè delectari, & ꝓpter quid magis delectatur nouis quàm assuetis, & ꝓpter quid omnes delectationes appetũt, & si homines delectari appetunt propter viuere an appetunt viuere propter delectari.

Quintò manifestat delectationum diuersitatem sumptã ex operationum diuersitate, & ex puritate & impuritate, & ex bonitate & malitia, & ex diuersis subiectis.

Plato autẽ summo studio disputare conatus est in Philebo & Gorgia, de delectatione & tristitia sub voluptatis ac doloris nomine cõtra Sophistas, quorũ aliqui dicebãt omnẽ voluptatẽ esse bonam, vt Philebus, aliqui vero non solũ bonam dicunt voluptatem, sed summum bonum, vt Callicles sophista in Gorgia, qui felicitatẽ in assidua voluptatũ & libidinum expletione constituit, affirmãtque idé esse voluptatem & ipsum per se bonũ. Contra hos igitur insurgés Plato quatuor de voluptate differuit. Primò quòd nõ omnis voluptas est bona, nec omnis mala, sed aliqua bona & aliqua mala. Secundò quòd voluptas nõ est ipsum per se bonũ, ex cõsequenti nec summũ bonum, licet aliqua voluptas necessario adiũcta sit sũmo bono, id est felicitati. Tertiò licet multæ sint hominib' voluptates necessariæ, nulla tamẽ est vera & perfecta, nisi quæ est in sapiẽte & viro ꝓbo. Quartò licet in sapiente esse possit voluptas bona ac laudabilis sm sensum & secundum mentem cuius præcipuus actus est cõtemplatio, maior tũ in eo est voluptas contemplantis, quàm voluptas sensuum, & illa coniuncta est felicitati.

Non omnẽ voluptatem esse bonam probat Plato.

Quantum ad primum, quod nõ omnis voluptas sit bona, sic Plato ad sensum demonstrat in Gorgia & Philebo, multæ reperiuntur malæ & noxiæ corpori & animæ, nosq; à rebus optimis diuertentes, vt inordinatæ cibi & potus & obscœnæ veneris voluptates. Pręterea vt inquit Plato in Philebo. Si quẽ voluptates maximas ꝓ frequentẽ aduertimus, vel q̃ ridiculæ vel q̃ obscœnæ sint ipsi quidem erubescimus, atque celamus noctes tenebris talia concedentes, quasi sint diurni luminis indigna cõspectu, non ergo ois voluptas bona est, neque laudabilis, licet quã plurimi oppositum arbitrentur testimonium brutorum afferentes: nam cum videant boues & equos & bruta denique vniuersa voluptatib. mãcipata, eas ad bene viuendum potissimas arbitrantur, ferarũque amores locupletiores testes afferunt, quàm eorum amores qui in Physica musa ratione vaticinantur, sed hi vt immundissima bruta relinquendi sunt.

Non quauis delectatio mala.

Quòd autem non omnis mala sit, ex eo deducitur q̃ sicut malus malo opere gaudet, sic bonus bono, lætatur enim iustus iustitia, sapiens sapientia, pacificus pace, verus princeps optimo subditorum regimine, stultum est autem affirmare, gaudium lætitiámque bonorum malam esse, non omnis ergo delectatio mala.

Quòd igitur voluptatũ aliqua sit bona, aliqua mala, per consequentiam constat: qm̃ si non omnis bona: ergo aliqua mala, si non omnis mala, ergo aliqua bona, vt autem scias

apud Platonem, quæ nam ſint bonæ & laudabiles quæ autem malæ & reprehenſibiles, formabimus omnes diuiſiones ad mentem eius.

Voluptatũ quænam bona, & quæ malæ ſecundum Platonem.

Voluptatũ alia in corpore, alia in anima intellectiua, q̃ in corpore eſt circa operationes ſenſitiuas, vt delectari viſione pulchri auditiõe ſoni ſuauis, comeſtiõe cibi bene cõditi, potatione meri, & venereo actu, & hęc nobis cũ brutis eſt cõmunis, conuenimus enim cum eis in natura ſenſitiua. Quę eſt in anima intellectiua eſt circa operationes virtutũ moralium, ac intellectualium vt delectatur fortis defenſione patrię, iuſtus operibus iuſtitię, prudens in prouidendo rectéque conſulendo his, q̃bus ꝓuidendum conſulendumque, delectatur artifex ꝓductiõe debiti ac perfecti artificiati. Delectatur ſciẽs in conſideratione ſui obiecti. Delectat ſapiens in ſpeculatione diuinorũ circa quę ſapiẽtia verſatur.

Voluptatum in corpore & in anima, quædam vehementes & intentę, quædam paruæ & moderatæ.

Voluptatum in corpore & in anima quędam impuræ q̃dã puræ, impuras dicimus quæ admixtæ ſunt triſtitiæ, puras autem q̃ triſtitiæ admixtæ non ſunt. in corpore quidem voluptates circa guſtum & tactum impurę ſunt, nam comedens tamdiu delectatur, quamdiu fameſcit & bibens quamdiu ſitit, fames autem & ſitis triſtitię ſunt, cum ſint indigentiæ, & frigens tamdiu calefactione delectatur quamdiu friget, oppoſitum eſt de calente. De delectationibus venereis q̃ impuræ, quãtis triſtitiis admixtæ ſint: declarant patentes perditorum amatorum anguſtiæ, de quibus Plato in Philebo inquit, cogit præterea, ſcilicet voluptas huiuſmodi ſectatorem de ſe exclamare, ꝙ his voluptatibus delinitus ac liqueſcens propemodũ moritur. Quæ autem circa viſum auditum & odoratum verſantur, minus impuræ exiſtũt, de q̃bus Plato in Philebo inquit, eas vtique q̃ circa decoros colores atq; figuras & odores & harmonias cõſiſtũt, & quæcunque habent indigentias ſenſibus occultas ac ſine moleſtia, repletiones aũt patẽtes & ſuaues & triſtitia vacuas, eas inquam veras dicimus voluptates, in anima intellectiua voluptates q̃ circa habitum bonorũ moralium, aut intellectualium acquiſitionem verſantur, impuræ ſunt. Admixtæ enim ſunt indigentiæ & deſiderio ex quibus triſtitia manifeſtè ꝓuenit, nã addiſcens dum addiſcit laborat: & licet delectetur ſperata diſciplina ꝓ qua laborat, triſtatur tñ quoniam eam nondum habet, & qui conatur temperatus fieri, licet lætet ſperata virtute, triſtatur tamen labore deuincendi concupiſcentias malas atque vehementes, patet igitur quomodo in anima intellectiua eſt impura voluptas. Quæ aũt inſunt poſt moralium intellectualiumque habituũ acquiſitionem puræ ac veræ ſunt, & tanto puriores, quãto habitus nobiliores. Non enim amplius admixtæ ſunt indigẽtiæ & deſiderio & labori, ſed cõiunctæ bono deſiderio iam acquiſito & poſſeſſo, ideo animam in tranquillo ponũt, & abſolutè delectarifaciunt. & quoniã inter omnes habitus intellectuales ſupremus eſt ſapientia, ideo circa eã poſt eius acquiſitionem diuturnę & puriſsimę ſunt delectationes.

Voluptates conſequẽtes guſtum & tactum quãdo bonæ.

Ex his diuiſionib⁹ perfacile eſt in doctrina Platonis manifeſtũ, facere, q̃ ex voluptatibus ſit mala, & q̃ bona, & quæ melior, & quę optima & perfecta. Tu igitur aduerte quòd corporis voluptates circa guſtũ & tactum ſi vehemẽtes & immoderatæ fuerint, malæ ſunt, noxiæ nãq; ſunt corpori, eo quòd ægritudinum & morborum inductiuæ ſunt, noxię sũt & animæ, qm̃ ad vitia impellunt, & ab optimis auertunt & in brutum quo ad mores vertitur homo. Si autem remiſſæ & moderatæ fuerint, bonæ ſunt. Ordinatæ nanque ſunt ad indiuidui conſeruationẽ ꝓ nutritiuã, & ꝓpetuitatẽ ſpeciei ꝓ generatiuam, cuius autem finis bonus eſt, ipſum quoque bonũ eſt. voluptates vero circa viſum auditum & odoratũ licet ſiue intenſæ ſiue moderatæ ſint, obſcœnæ & noxię non dicanẽ, bonę sñ & laudabiles nõ ſunt niſi in quadam fuerint menſura. Omne nanque ſenſibile bonum menſuratum moderatumque eſſe oportet. Menſura em̃ commenſuratioque pulchritudo & virtus vbique eſt, voluptates in anima intellectiua admixtę triſtitiæ, quales ſunt circa acquiſitionẽ habituum moralium & intellectualium bonæ ſunt. Nã inuitant & alliciũt animũ ad habitũ bonum, & detinent addiſcentẽ in labore. Niſi enim addiſcens muſicam oblectaretur, laboris impatiẽs eſſet, voluptates puræ quæ ſunt in anima intellectiua poſt habitum moralium intellectualiumque acqſitionem, non ſolũ bonę ſed & meliores ſunt. Nã ſicut in colorum genere, quod impermixtius eſt ſuo oppoſito melius pulchriusque eſt vt albũ quanto impermixti⁹ eſt nigro meli⁹ ac perfecti⁹ pulchriusque eſt, ſic in genere voluptatis bonæ, quę minus admixta eſt dolori & triſtitiæ, melior eſt, cõſtat autem voluptatem iam acquiſiti habitus minus admixtam eſſe triſtitię, voluptate addiſcentis & acquirentis, ergo melior eſt, vnde cõcludit Plato in Philebo ꝙ vniuerſa voluptas, mõ à dolore remota ſit, ſuauior eſt & verior ac deniq; pulchrior. Inter voluptates pura in aĩa exiſtentes poſt habitum moraliũ intellectualiũque acquiſitionem optima eſt quæ circa ſapientię opus verſatur. Illa nanque à triſtitia remotiſſima eſt atque diuturnior, hominémque ad diuina quã maxime trahit vt dicemus infra, ſicut econtrario obſcœna corporis voluptas ad inferiora animum deflectit. Patet igit ad mentem Platonis quę ex voluptatib⁹ ſit mala, & q̃ bona, & quę melior, & q̃ optima in reſpectu ad alias. Quapropter nõ rõnabiliter Ariſt. contra Platonem in ſeptimo ethico. inſurgit tanquam in arbitrantem nullam voluptatem eſſe bonam, nam quæcunque rõnes illic ab Ariſtotele recitantur vt rationes Platonis, non formantur in Platonis doctrina, niſi cõtra ſophiſtas docentes oẽs voluptates eſſe bonas & quanto vehementiores tanto meliores, & ſophiſtæ intendere, vidébantur de voluptatib. corporis obſcœnis, quales ſunt guſtus & tactus libidines illecebræ, qua peſſima doctrina, pra uiſque ſuaſionib. iuuentutem deprauabant. Verum Ariſt. has rõnes format & ſoluit ac ſi Plato vniuerſaliter doceret omnem voluptatem eſſe malam, & ideo Ariſt. non eſt in hoc audiendus, quoniam ex ſuperioribus adductis tibi conſtat hãc non fuiſſe Platonis mentem, quod & infra tibi magis manifeſtum fiet.

Quantũ ad ſm̃ aduerte ꝙ Philebus & Gorgias ſophiſtæ non ſolum oẽm voluptatem bonam eſſe prædicabãt, ſed & ipſam eſſe ſummũ bonum atque felicitatem aſſerebant. ſummum autem bonum in Platonis doctrina ipſum bonũ & per ſe bonum appellari conſueuit. & quidem ꝙ Philebus ſic arbitratus fuerit vt diximus, conſtat ex eo quòd Plato in Philebo inquit. Philebus voluptatem ait finem rectum cunctis animalibus eſſe, omniáque ad eam intendere oportere, atq; id bonum ipſum vniuerſis exiſtere.

Quod autem Gorgias atque Callicles idem ſenſerint patet in Gorgia, vbi Plato Calliclis ſententiam de voluptate recitans inquit. Cęterũ ô Socrates veritas ipſa ſic ſe habet ꝙ luxuria & intemperantia & libertas, mõ facultas ſuppetat, virtus eſt atque felicitas: contra hos igitur Plato in Socratis perſona, vt patet in Gorgia multipliciter arguit.

Voluptatũ eſt ſummum bonum.

Primo voluptas nonnunquam turpiſſima eſt, & turpiſſimis adeſt hoĩbus, ergo nõ eſt ipſum ꝓ ſe bonũ, quod em̃ per ſe eſt bonum ſemper & vbique decorum ac honeſtũ exiſtit.

Secundo ipſum per ſe bonũ & malum vt pote ꝺria ſimul eſſe non poſſunt, ſed voluptas & triſtitia ſimul ſunt, vt patet in fameſcente dum comedit: & ſitiente dum bibit: ergo voluptas non eſt ipſum per ſe bonum, & triſtitia non eſt ipſum per ſe malum, vt ſophiſtę dicunt.

Tertiò bonum ipſum & malum ſicut & cætera cõtraria non ſimul ab eodem recedunt, ſed vno abeũte aliud permanet vel ſuccedit, ſed voluptas & triſtitia ab eodẽ recedunt ſimul: vt patet de ſaturato qui nec amplius fameſcit nec comeſtione amplius delectatur, ergo, &c.

Quarto præſente per ſe bono, fit homo bonus, & præſente malo fit malus, ſed prẽſente voluptate homo prauus non fit bonus, imo deterior, vt patet de luxurioſo & guloſo, & pñte triſtitia hõ probus non fit malus, imò melior: qm̃ æquo animo fert: ergo nec voluptas eſt ipſum bonum, ſed abſtrahit à bono & à malo: ſimiliter nec dolor & triſtitia ſunt ipſum malum, qm̃ aliquando ſunt bonum, aliquando malum, vt ſuprà iam demonſtratum eſt.

Licet autem ipſa voluptas ſecundum ſe & vniuerſaliter non ſit bona, nec ſit ipſum per ſe bonum id eſt felicitas, aliqua tamen voluptatis ſpecies neceſſario adiuncta eſt ſummo bono, neque em̃ felicitas inueniri poteſt niſi adſit & delectatio, neque felix quis dicendus eſt ſi non delectatur, habeatque vitam iucundam, vnde in Philebo Socrates inquit. Nullus viuere ſic eligeret vt ſapientiam, mentem, ſcientiam omnem omnium memoriam poſſidere, voluptate vero nulla penitus frueretur, ea autem voluptas, felicitati admixta eſt ad mentem Platonis in Philebo, quæ in anima eſt adepta ſapientia, ęſtque delectatio pura, & nõ illa, quę corporis eſt vehemens & ingens, vt quæ circa guſtum & tactum, quam ſolam vulgus agnoſcit & magnificat. Hac nanque ſapientia non eget nec illi admiſcenda eſt. Vnde in Philebo Socrates ſic inquit, Noſtra verò poſthac interrogatio talis erit, vtrũ præter illas voluptates puras & veras conueniat vobis vehementiſſimarum ingentiſſimarumque voluptatum cõmercium

Voluptatis ingreſſus citati.

mercium,forte ſic ille, ſ. mens & ſapientia reſpondebunt. Nam conueniunt ô Socrates nobis huiuſmodi voluptates. Hę nanque nobis innumerabilia præbent impedimenta, animas ſiquidem,quas incolimus, voluptates furioſæ perturbant,nec adoleſcere nos permittunt, noſtrasq; ꝓgenies vt plurimũ ex negligentia obliuionem inferentes omnino corrumpunt,alias aũt voluptates veras & puras,quas ipſe narraſti,vt nobis domeſticas arbitrare.Ac ꝓter iſtas, illas inſuper,q̃ cum ſanitate & temperantia cęteriſq; virtutibus capiuntur.Has em̃ quę virtutis tanquam dęæ cuiuſdam pediſ ſe quæ ſunt libẽter admittimus. Quæ vero cum dementia & improbitate congrediuntur eas menti & ſapientię miſcere abſurdum eſt.Hęc in Philebo.Quomodo aũt vera apud Platonẽ humana felicitas in ſapientia coniuncta puriſsimè voluptati conſiſtat, in tractatu ſeptimo tibi manifeſtabimus.

plures in ſunt hominibus naturaliter honeſta voluptates.

Quantum ad tertium, ꝙ plures hominibus inſint neceſſarię voluptates vt in cibo & potu & generationis actu, & in vnoquoque potentiæ cognoſcitiuæ actu circa proprium ac proportionatum obiectum, vt in viſione pulchri,auditione melodiæ,odoratu ſuaue olentium,ſenſu & experimento nobis conſtat,naturales enim nobis ſunt:ergo & neceſſariæ pro animalis vita conſeruanda,& in operando perſeuerantia,nullum enim cum triſtitia ac dolore operans, niſi aliqua ſubleuetur voluptate,diu operari poteſt.

Vera voluptas in ſolo ſapiente ac probo viro eſt.

Quòd autẽ vera ac perfecta voluptas ſit in ſolo ſapiẽte ac ꝓbo,Plato in lib.nono,de rep.ſic manifeſtat dum inquit, contemplare nullius pręterquam prudentis voluptatẽ veram prorſus exiſtere neque ſynceram, ſed vmbratilem atq; inanem, vt ego ex ſapientum aliquo audiſſe mihi videor. Quòd vtique,ſic conſidera,nonne fames & ſitis,&c. eiuſdẽ generis vacuitates quædam ſunt corporis? Ignorantia vero & imprudentia,vacuitas quędã eſt habitus animi, impletur aũt corpus dum alimenta ſumit, impletur animus dum intelligentiam accipit.Quænam repletio verior? Nonne quæ per ea fit,q̃ verius magisque ſunt? Quęnam cenſes purioris eſſe ſubſtantię?Nunq̃d cibi,potus obſonij, alimentorumq; quorumcunque genera?An verę opinionis ſpecies, ſciẽtiæque & mentis,ſummatimq; vniuerſę virtutis?Si ergo repleri rebus naturæ cõſentaneis iocundũ eſt, illud vtique ꝙ verioribus rebus repletur, naturalius ac verius vera afficitur voluptate.Quòd autem minus veris impletur,fallacioris ac falſioris fit particeps voluptatis. Homines igitur prudẽtiæ virtutiſque expertes,& epulis rebusque ſimilibus mancipati,deorſum feruntur,rurſusque ad medium vſq; peruenĩũt, & circa hęc ꝑ omnem vitam oberrant,ſuper hęc vero nunquã emergunt,& quod verè ſummum eſt nequaquam aſpiciunt,neque ad ſuperna euehũtur,neq; vlla vera re quãdoque fruuntur,neque ſtabilem puramque voluptatẽ guſtant: ſed veluti pecora humũ proni ſpectant,ventriq; obedientes paſcendo coeundoque ætatẽ conterunt,& pro his rebus vberius potiundis calcibus inter ſe & cornibus ferreis, vnguibusque decertant, ſeſe inuicẽ ob inexplebilẽ libidinem trucidantes,vtpote qui veris pabulis verã & ſtabilẽ ſui partem,id eſt animũ non implent. Quamobrem quanta ſit in veritatis cõtemplatione ſuauitas ſolus ſentit Philoſophus, & cũ plures ſint voluptates,voluptas, quæ eſt eius partis,qua diſcimus,id eſt mentis & intellectus,erit vtiq; ſuauiſsima,illiusque dulciſsima vita, in qua hæc pars, ſcilicet ratio & mens dominatur.Hęc Plato in nono de rep. ex quibus conſtat,omnes alias voluptates, quoniã doloribus & anguſtiis admixtę ſunt,non eſſe niſi vmbras & ſimulachra verè & purè & ſtabilis voluptatis ſitæ in operatione virtutis & contemplatione ſummi boni,ſummique veri.

Voluptas intellectualis ſuperat eam quæ eſt à ſenſu.

Quantum ad quartum aduerte apud Platonem eiusque probatiſsimos ſectatores quàm plures exiſtere rationes, quibus liquido comperies voluptatem intellectualem eam ſuperare,quæ eſt à ſenſu.

Primò igitur ſic arguitur iuxta Platonis ſententiã, ea q̃ ſenſibus offeruntur : q̃m ab extrinſeco veniunt, nec pura & vera,ſed impura & breuia ſunt externam quandam titillationem & breuem doloriq; permixtam cauſant voluptatẽ.Ab his autem,quæ menti & rationi ſe offerunt ab intrinſeco,quia intima & vera & pura & ſtabilia ſunt,mera & ſtabilis atque ſumma animæ medullis voluptas infunditur.

Præterea,ſenſus eiusque obiectum ita ſe habent, ꝙ propter eorum craſsitudinẽ ſeſe prorſus penetatre nõ poſſunt. Intelligibile vero ſua ſubtilitate viq; mirabili intellectus ſteriora penetrat. Alioquin mẽs nõ valeret rei intelligibilis naturam ab aliis ſecernere in partesque diſtinguere,& eius intrinſeca eſſentialia accidẽtalibus comparare,ex quo proueuit vt mẽtis voluptas,ſi q̃n rite contemplando percipitur longè perfectior ſit quàm ſenſuum oblectamentum.

Præterea,ſi tunc vehementer lætari ſolemus,cũ circa calorem vel frigus ſiccum vel humidum,habitum corporis naturalem ɔ̃rijs quaſi amiſſum,contrarijs recuperamus, ſicut q̃n nimium calefacti refrigeramur in cęteriſque ſimiliter, quanta illum putamus voluptate perfundi,qui naturalẽ mẽtis habitum ignorantia & malignitate deperditum,ſcientia & bonitate reſumit,totúſque intra pulcher efficitur.Cõſtat igitur intellectualem quam & ſpiritualem dicimus voluptatem,longè prẽſtantiorem eſſe oblectatione ſenſuũ, ideo vt tibi declarabitur in tractatu ſeptimo,felicitatẽ perficit humanam & ab ea inſeparabilis eſt.Hęc de voluptate ad mẽtem Platonis dicta ſint.

Hæc igitur ſunt illa vndecim præclariſſima virtutum ſemina,quibus nos docuit diuinus Plato animum noſtrum veraciter colere atque ornare,vt eorum fructib.tanquam tutiſsimis & condignis medijs ſummum illud cõſequamur bonum,ad quod natura autor nos genuit.

Quis corporis cultus ſecundum Platonem.

Proprium vero corpus exiſtimat Plato curandũ ſeruandumque ac colendum moderato cultu atque victu, vt cõcupiſcendi iraſcendique virtus rationi obtemperent & nõ inſultent.Nam vt inquit Plato in nono libro de repu.ſi concupiſcendi vis,quam multiplici beſtiæ Plato aſſimilat,& feritatem aggreſtemque immanitatẽ nominat,immoderato potu atque paſtu repleta fuerit,exultat,tentãtque in ipſa dormitione ſomnum excutere, & ſolitis libidinibus indulgere. Tunc quippe nihil eſt quod non audeat veluti ſoluta & libera ab oĩbus verecundiæ prudentiæque pręceptis, vt aut cũ matre corpus miſceri videatur,aut cum quovis alio homine vel Deo,& ſępe cum belua,atque etiam trucidare aliquẽ & impiè cruẽtari,& à nulla prorſus voragine abſtinere,nec vt breui cõplectar ab vlla inſania vel impudentia temperare.At cum q̃s ſalubri & moderato cultu & victu corpus ipſum curauerit & quieti ſe dederit,ea animi pars,in qua ratio reſidet,excitata & recta permanebit,ſaturata bonarum cogitationum epulis,& ad ſeipſum contemplando cõuerſa, ea verò animi pars,quæ voluptate alitur,id eſt concupiſcibilis,nec ſatietate affluens,nec inopia preſſa quieſcet quàm maximè,nec optimam animi partem,ſ.rationem aut geſtiendo,aut mœrendo perturbabit,ſed eam per ſe ipſam ſolã ac puram conſiderare,indagare,atque ꝓcipere aliquid hactenus ignotum.Illa etiã tertia pars animi,in qua irarũ ęſtuat ardor,ſedata atque reſtricta adeo erit,vt nulli infenſa quieſcat.Atque ita inquã partibus quidem ducibus pacatis, mentéque erecta,tunc demũ mens ipſa puram,veritatem attinget,neque ſomniorum viſa nefaria ſeſe obijciũt.Hæc Plato in nono de repu. Corpꝰ ergo colere eſt ipſum ſalubri cultu paſtu potúque ita regere ꝙ inferiores animæ vires menti rationíque deſeruiant & obtemperent.Non ergo rectè colũt illud,qui curant omniq; ſtudio laborant ipſum quam pulchrum & formoſum & robuſtum & velox & magnum & ſanum ſeruare.Nil enim aliud agunt quàm ꝙ cruentam beſtiã & leonem contra hominem,id eſt animum parant. Hæc de quinto tractatu dicta ſint.

Tractatus quinti finis.

TRACTATVS SEXTVS IN Ethicen Platonis in ſex capita diſtinctus.

¶De humano conuictu.

HActenus pertractauimus ad mentem Platonis, quæ obſeruare debeat euaſurus moralis bonꝰ in bene ſentiendo de Deo glorioſo,in ſuiipſius cognitione,in amore ſui,in colendo Deo optimo,in curando colendoq; & honorãdo animo & ꝓprio corpore.Nunc ſupereſt ꝓtractare qualiter futurus bonus moralis,erga alios ſe gerere debeat in humano cõuictu,ſermone & opere:eſt em̃ hõ ſociale animal,& vt inquit Plato in epiſtola ad Architã Tarentinũ,cõſiderare oportet nullũ noſtrũ ſibi ſoli natum eſſe,ſed ortus noſtri partem ſibi patriam vẽdicare,partem parentes, partem amicos.Multa inſuper pro temporum diuerſitate nobis accidere,quibus vita noſtra occupata eſt.Acturi igitur de humano conuictu in hoc tractatu ipſum diuidemus in ſex capita.

In primo agendum eſt ad mentem Platonis quomodo quiſque noſtrum erga parentes ſuos ac progenitores ſe gerere debeat.

In ſecundo quomodo erga vxorem cũ eam habuerit ſe gerere debeat.

In tertio quomodo erga filios ſe gerere debeat, quomodo eos educare ac erudire, vt boni ac optimi euadant.

In quarto quomodo erga cognatos amicos ciues & peregrinos ſe gerere debeat.

In quinto quomodo erga ſeruos, ſi quos vnquam poſsideret, ſe gerere debet.

In ſexto quomodo erga omnem hominem cuiuſcunque ſtatus ac conditionis exiſtat ſe gerere debeat. Hæc autem ſibi ſeruanda ſunt.

Sit verax nulli mentiens.
Non adulator, non inuidus.
Non iniurians, non vindicator.
Sit mitis & miſericors.
Sit boni nominis cuſtos.
Sit iuſtus ad omnes.
Sit omnes decorè ac honeſtè diligens.
Sit conſtans ac patiens in aduerſis.

CAPVT I.

Quonam modo ſe homines erga parentes ac progenitores ſuos gerere debeant oſtendit.

IN hoc primo capite declarandũ eſt ad mentem diui Platonis, quomodo quiſque noſtrum erga parẽtes ſuos: ac progenitores ſe gerere debeat. Et hic quatuor ad mentẽ Platonis agenda ſunt. Primo ꝙ parentes noſtros præcipuè in ſenectute curare oportet eosque ſemper vereri, & viuis & defunctis honor debitus præſtandus eſt. Secundo ꝙ eorum facies non aliter venerari debemus quàm deorum quorũdam inuiſibilium imagines, peiusque eſt parentum facies non honorare, q̃ inanimatas deorum imagines deſpicere. Tertio ſuper omnia animaduertendum eſt, ne progenitores noſtri vt pote à nobis offenſi mala imprecentur atque maledicãt, qm̃ à diis exaudiuntur. Quarto quid agendum ſi pater aut morbo aut ſenio, aut alia cauſa ad dementiam deuenerit.

Parẽtes Plato honorare decet.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Plato in quarto de leg. tanti facit parentum curam & honorem ꝙ poſt deorũ cultum ſtatim de honorandis curandisque parentibus in ſenio ſic inquit, ſequitur viuentiũ cultus parentibus, q̃bus fas eſt prima & maxima debita ꝓſoluere, putare em̃ quiſque debet oĩa quæ poſsidet eorum eſſe qui ipſum genuerunt, atque educarũt, ita vt illis hæc omnia ꝓ viribus miniſtrare debeat, primum quidem externa bona, deinde etiã corporis, & poſtremo ea bona quæ ad animum ſpectant, hæc omnia videlicet mutuo data, ꝓſoluens & pro curis doloribusque priſcis parentum in eorum ſenecta recentia reddens, quãdo maximè indigent. In verbis etiam per totã vitã parentes venerari maximè decet. Leuium enim volatiliúmque verborum cõtra parentes grauiſsima imminet pœna. Nã omnibus prępoſita eſt Nemeſis iudicij angelus huiuſmodi omniũ conſideratrix. Oportet itaque iratis parentibus animumq; explẽtibus cedere, ſiue verbis ſiue rebus id faciant, non ignorantes patrem ingenti iure & ratione filio ſuccenſere poſſe, ſi quãdo ab eo iniuriam ſibi fieri arbitratur. Mortuis vero parentibus monumenta decentiſsima ponere oportet, quæ tempe ratiſsimè ſint ſtructa, neque conſuetam magnitudinem excedãt, neque minora ſint illis quæ maiores genitoribus ſuis ſtruebant. Annuas quoque defunctorum curas, quę ornamẽtum afferunt inſtaurare decet, & noua quotidię repetita memoria ſemper parentes noſtros ſummopere honorare, ſi hęc ſeruabimus, vitámque ſic agemus, digna à diis cæteriſque naturæ noſtræ ſuperioribus præmia reportabimus cum bona ſpe viuentes. Hæc Plato in quarto de legibus.

Parentum facies quo modo honorari voluerit Plato.

Quantum ad ſecundũ vt ſcias quantum iubeat Plato parentũ ſeniorũ facies honorari, aduerte q̃d in vndecimo legum libro ſcriptis mandauerit. Inquit enim, Parentes negligere, nec Deus nec homo mentis ꝯpos alicui vnquã ꝯſulet. Sed quod de deorũ cultu ignorare non oportet, id vt rectè dictum ad honorandos parẽtes p̃miũ erit. Leges de diis antiq; apud omnes dupliciter poſitę ſunt, nępe aliquos deorũ cernimus: & quos cernimus, colimus, aliquos vero nõ videmus, ſed eorũ imagines fabricamus, cásque licet inanimes dum honoramus, deos ipſos viuẽtes exiſtimamus ob id maximè nobis gratos & propitios fore. Cuius ergo pater aut mater vel horum parentes ſenio confecti, quaſi theſaurus quidam domi iacent, is putet nunquam illud ſibi tale ſimulachrum magiſque efficax domi ſuæ affuturũ, ſi rectè vt decet ab eo colitur. Quapropter exiſtimandũ eſt vt paulo ante diximus, nullum apud Deos magis honorandum ſimulachrũ habere nos poſſe quàm patres & auos ſenio confectos, matréſque ſimiliter, quibus honoratis Deus gaudet. Alioquin eos minimè exaudiret. Mirabilius em̃ parentum ſimulachrũ nobis quàm inanimes imagines videri debet, nam quę animam habent, dum coluntur à nobis, pro nobis orant fauétque quotidie, quando vero deſpiciuntur econtra. Quæ vero anima carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes & auos recte ſe gerit is ad deos ſibi conciliandos ſimulachrorum omnium optima poſſidet. Cum hæc igitur ita natura conſtituta ſint, probis quidem viris ſeniores parentes pro magno habentur quæſtu, ſi ad ſenium vſque peuenerint, ſin vero iuniores deceſſerint, valde deſiderantur. Improbis econtra valde terribiles ſunt, ſummęque diſplicent. Quapropter quilibet his rationibus inductus, parentes ſuos ſecundum legem honoret. Hæc Plato in vndecimo de legibus.

Cauẽt filij ne ab eis parentes offẽſi mala imprecentur.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Plato in vndecimo libro de legi. nos admonet à dijs preces parentum contra filios exaudiri, ideo ſummopere cauendum, ne nobis maledicant, ſed econtra pro noſtrum ſalute deos exorent, ſic igitur Plato inquit, Oedipus contemptus à filijs, ea illis imprecatꝰ eſt, quæ exaudita effectaque à dijs apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phœnicio filio iratum, illi maledixiſſe ferunt, & Hyppolito Theſea, plurimóſque alios alijs. Quibus apertiſsimum factum eſt à dijs preces parentum aduerſus filios exaudiri. Nihil em̃ imprecatione parentum perniciosiꝰ filio. Nemo vero cum pater, aut mater ab eo contemnitur, tunc ſolum à Deo putet eorum orationes exaudiri, ſed etiam cum honorantur & lætiores à dijs bona liberis eos honorantibus petunt, exaudiri eos ſimiliter extimare debemus, ficque nobis æqua inde diſtribui. Nam aliter in bonis maliſque diſtribuendis, dij iuſti non eſſent, quod lõge à dijs eſſe neceſſe eſt. Omnes igitur non inſani vereantur parentum orationes, non ignorãtes multis profuiſſe obfuiſſéque. Hæc Plato in vndecimo de legibus.

Quidnã parentibus in neceſsitate cõſtitutis exhiberi mandabat Plato præcipuè in dementiam lapſis.

Quantum ad quartum vt agnoſcas, quanta modeſtia vti debeat filius, ſi pater morbo aut ſenio ad dementiam venerit, vt patris quantum poſſibile eſt ſeruetur honor, & domus recte adminiſtretur, aduerte ꝙ Plato in vndecimo libr. de legibus ſic prouidendum putat, vbi inquit, ſi quis morbo aut ſenio, aut morum acerbitate, aut his omnibus agitatꝰ in dementiam incidat, lateátque id omnes prẽter domeſticos, ille vero tanquam dominus rem familiarem diſsipetꝰ patrem dementem accuſare formidet. Lex ita fieri iubeat. Primo quidem filius ad ſeniorum legum cuſtodes ꝓfectus patris calamitatem enarret. Qui re ſaris inſpecta, accuſandus nec ne pater ſit conſulant. Deinde ſi accuſandum decreuerint, teſtes ſimul & adiutores ſint accuſanti, & ſi pater dãnabitur, nec minimum quidem de rebus ſuis in poſterũ diſponere valeat, nec amplius tanquam paterfamilias, ſed tanquam filius & puer domum habitet. Hæc Plato in libro vndecimo de legibus, ficque & paterno honori, & indemnitati domus omni modeſtia bene cõſultum erit. Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quonam modo viri erga vxores ſuas ſe gerere debeant.

IN ſecundo capite declarandum eſt ad mentem Platonis, quomodo vir futurus bonus moralis erga vxorem, cum eam habuerit, gerere ſe debeat. & hic tria agenda ſunt. Primo quo tempore vnuſquiſque & qua de cauſa vxorem ducere debeat. Secundo quomodo vxori pudicitiæ fides ſeruanda eſt. Tertio quomodo & quando diuortium faciendum.

Qua ætate ducendã vxorem cõſulerit Plato.

Quãtum ad primum aduerte, ꝙ Plato in quarto de legi. cenſet vxorem ducendam cum vir trigeſimum, aut trigeſimumquintum attigerit annum, & gratia immortalitatis cõſequendæ, vnde ſic inquit, vxorem ducere quiſque debet ab anno trigeſimo vſque ad trigeſimumquintum, cogitans quòd natura quadam humanum genus quodammodo immortalita

mortalitatem consequitur. Cuius rei quisque natura cupid⁹ est. Nemo em̃ est, qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere. Genus itaque hominum immortale hoc modo in sempiternum durat, ꝙ filiorum filios relinquendo vnum & idem semper per generationem immortalitatem adipiscatur. Nefas autem est immortalitate seipsum sponte priuare. Hac vero ex animo ille se priuat, qui filios & vxorẽ negligit. Quicunque legi huic non paruerit, & quinque ac triginta annos natus vxorem non duxerit, ne solitariam vitam lucro sibi & voluptati fore censeat, non sit eorum particeps honorum, quos iuniores quotidie in ciuitate senioribus exhibent. Hæc Plato in quarto de legibus.

Platonis decretum de fide vxoribus seruanda.

Quantum ad secundum aduerte quòd Plato in octauo, de legibus considerans ex inhonesta inconcessaq; venere, & vxori violata fide, tam in ciuitate q̃ in propriis familiis innumera exoriri mala, & vniuersa turbari, hanc condidit legem, scilicet nõ oportet vt ciues nostri auibus multisq; belluis sint peiores, per multos em̃ ipsarum greges videmus integre atque caste viuere, antequam procreãdi tẽpus aduenerit, sed cum hanc ætatem attingerint, mas fœminç, & fœmina mari coniuncta, iustè in prima perseuerãtes amicitia, reliquam peragunt vitã. Oportet igitur eos esse bestiis meliores. Quod si à cęteris Grȩcis barbarisq; plurimis corrũpantur, nec possint se continere, cum videant audiantq; inordinatam apud eos venerem plurimũ posse, q̃ maximè laboribus corporis, veneris robur infringant, & ad aliud vires suas conuertant. Quòd erit si non impudenter ipsa vtẽtur. Nam si rarius ꝓpter ruborem id fiat, imbecillior erit domina. Nemo ergo generosas & liberas mulieres inter vxorẽ tangere audeat, nec vllus nothus ex cõcubina suscipiat, nec quis cũ maribus congrediatur: nã qui istis vtuntur genus hominum dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, vbi radices agere quod serie nunquã poterit, abstineat quoque ab agro illo fœmineo, vbi semen germina ꝓducere nolit. Hæc lex si seruata fuerit, innumerorum erit causa bonorum. Nam primo secundum naturam statuta erit. Deinde ab omni amorum rabie atque furore, ab adulteriis & potus cibique nimio luxu homines repellet, vxoribus quoque viros conciliabit, & alia quàm plurima pariet bona. Quod si quis aliis mulieribus commiscetur quàm cum his, quæ cum diis sacrisque nuptiis domum venerunt, nisi viros simul mulieresq; omnes lateat, infamis lege, omnibusq; ciuitatis honoribus ceu peregrinus aliquis sit priuatus. Hęc Plato in octauo libro de legibus.

Lex Platonis de diuortiis.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Plato pacis & concordiæ diligentissimus obseruator, sciens virũ vxorémque non concordes toti familiæ ac domesticæ facultati quàm maximè obesse de diuortiis in vndecimo de legib⁹ sic docuit. Si vir & vxor propter morũ acerbitatem inuicem non conueniunt, decem viri de legum custodibus qui medij sint, & decem mulieres de curatricibus connubiorum prouideant. Quorum sententia si conciliati fuerint, valida & stabilis habeatur, sin autem illorum animi vehementius etiam ira fluctuent, facto diuortio, illos pro viribus quęrant, qui vtrisq; conueniant. Videntur enim in huiusmodi hominibus acerbiores natura mores inesse. Quare maturiora mitioráq; ingenia istis accõmodanda sunt. Et quicunque sine filiis sunt, aut paucos procreauerunt, dissentiántque, procreandorum liberorum causa coniugium rursus quærere compellantur. Quod si filios non paucos habent, atque dissentiant, senectutis mutuo curandæ gratia diuortio facto aliud coniugium ineant. Hæc Plato in vndecimo de legibus. Patet igitur ad mentem Platonis, quomodo vir futurus bonus moralis erga vxorem quando eam habuerit, se gerere debeat. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Quomodo patres filios suos regere in omni ætate debeant.

IN hoc tertio capite declarandum est qũo vir bonus moralis, erga filios se gerere debet, illosque curare, vt & ipsi q̃ boni fiant. Tu igitur aduerte in Platonis doctrina quinque à patribus erga filios obseruanda. Primò quomodo regendi filij in vtero matris, & mox nati vsque ad triennium. Secundò qũo à triennio vsque ad decimum annum curandique sunt, ne intemperati fiant. Tertiò quomodo post decimum annum erudiendi sunt & in quibus disciplinis. Quartò quomodo se gerere debeat pater in acquirendis diuitiis pro filij hęreditate, & quomodo studere ac conari magis debet pater, vt in tota eius vita se præbeat in exemplum ꝓbitatis filio, quàm insudare pro acquirendis sibi pecuniis.

Quinto quomodo se gerere debeat pater in abdicatione filij, si inobediens aut improbus euaserit, & quomodo in institutione hęredis.

Plato qũo regi voluerit filios in matris vtero, & post vsq; ad triennium.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Plato prudentissimè edocuit in septimo, de legibus matrem prægnantem, & puerum natum non oportere otio vacare, sed moderatis motibus atque exercitio indulgere. Vnde sic inquit. Apud nos nõ pueri solum, verum ét seniores aliqui auium pullos alunt, & ad mutuam pugnam exercent. Labores tñ quibus eos exercent moderatos existimant, & minores quidem manib⁹, maiores autem sub vlna capientes, non suæ, sed ipsarum auium bonę habitudinis gratia per stadia multa gradiũtur. In qua re homini rationis compoti significant, corporibus omnib⁹ motum agitationémque non laboriosam prodesse, siue à seipsis siue vehiculis siue naui, siue equis, siue quomodocunq; aliter moueantur. Sic enim sanitatem pulchritudinem & vires habere possumus. Quæ cum ita se habeant censemus vt prẽgnans deambulet, & puer natus, vt cera fingatur quãdiu tener est, ac ad biennium institutis astringatur. Nutrices ꝑterea cogamus vt vel ad agros vel ad tẽpla, vel aliò ad suos donec per se stare poterint pueros perferant. Ac etiam cum stare cœperint gestent adhuc, ne ponderis violentia mẽbra propter mollitiem distorqueantur. Et hoc quousque triennium infantes transegerint, sint nutrices robustæ, quo ad fieri potest & non solum vna, sed plures. Hæc Plato in septimo de legibus. Et ratio quidem ꝙ motus fermè assiduus moderatus tam curandis infantibus admodum cõferat multiplex est. Primò qm̃ cum geniti sint motu, seruantur etiam motu. Quæcunque em̃ motu genita sunt, quiete marcescũt, & agitatione seruantur. Quod & in elementis clare cernimus: nã si ignis ita comprimitur ꝙ nõ exhalet, corrumpitur: si aqua diu stat, marcescit: similiter & aër inclusus: ergo, &c. Secundò quia huiusmodi motione moderata, agitationi immoderatę siue ab intrinseco ex natura siue ab extrinseco vt ab aëre factæ resistimus. Tertiò qm̃ motus moderatus calorem excitat naturalem, totumque corpus recreat ac viuificat. Quartò qm̃ motus calorem excitans digestionem cibi coadiuuat & per membra digerit. Quintò superflua ac excrescentia exhalare facit & consumit. Sextò opilationes aperit, & humores subtiliat & adæquat. Vnde exercitium dicitur sanitatis causatiuum. Septimò augmentum causat. Motu em̃ excitatur calor, & calor membra distendit, sicut oppositio comprimuntur. Octauo mẽbra solida & agilia reddit. Ideo nõ mirum si Plato in prima ætate motum & exercitium ita magni facit, quod quantum illi ætati conferat, signo etiam ostẽdit dicens in septimo de legibus. Quòd autem fieri oporteat, cõiectare hinc licet, ꝙ experientia tam puerorum nutrices quãque remedijs choribantium vocant, id esse vtile cognouerunt. Quandocunque enim dormire pueros ad somnum tardiores, matres cupiunt, non quiete nec silẽtio hoc faciũt sed cõtrarijs. In vlnis enim portant agitántq;, & illos vocis modulatione tanquam tibicinio quodam mulcent. Patet igitur quantum infantibus motus conferat moderatus. Docet insuper Plato in septimo de legibus vt nutrices studeant in primo triennio pueros neq; metu neque tristitia afficere, vt eorum animus pacatior tranquilliórque reddatur. Id autem fiet, si infantium clamorem vocémque attendent. Nam omne animal statim natum voce & clamore vti solet, nec min⁹ hominum genus, quod prę cæteris ad clamorem ploratum addit. Nutrices ergo quid infantes cupiant volentes cognoscere, quod appeti credunt offerunt, si tacẽt, rectè, si clamãt plorantque, nõ rectè se obtulisse his signis conijciunt. Argumenta sanè infantibus quas res ament & quas oderint, clamor fletúsque sunt. Huius rei tempus triennio minus nõ est, quod spatium nõ est parua vitæ particula ad eam rectè vel contra ducendam, si ipsum triennũ rectè vel cõtra ducitur. Primum igitur triennium sic expendatur in curandis infantibus, ꝙ moderatis motib⁹ exerceantur nam ad fortitudiné & animi virtutem summopere coferre dicimus exercitationem infantium quæ per motus fit, ꝙ neque metu neque tristitia afficiantur, ne formidolosi reddantur, quòd in omnimodis delicijs & voluptatibus non nutriantur. Delicię nãque difficiles & morosos & iracundos & leui causa excitabundos iuuenũ mores efficiunt. Sicut econtra nimia seruit⁹ & dura abiectos & illiberales & humana perosos facit, ad humanãque cõsuetudinem ineptissimos reddit, ꝙ in multis voluptatibus non educantur. Nam cum talis educatio statim à principio adhibetur, omniũ maxima pernicies est. Vñ neque senem neque iuuenem, neque masculum neque fœminam, voluptatibus indulgere patiendum est, miniméque

Motus assiduus infantibus valde confert.

Clamor infantũ quid appetant indicium est.

Infantum cura.

omnium ſtatim natos infantes. Firmiſsimi em̃ tunc omnibus mores omnes propter conſuetudinem innaſcuntur. Ego vero niſi vererer ne forte iocari vobis videar, dicerem profecto grauidas etiam mulieres illo anno ita regendas, vt nec ad voluptates multas ferantur neque doloribus & triſtitiis agitentur, ſed tranquillam & pacatam mitémque vitá agát. Hæc Plato in ſeptimo de legibus, ex quibus conſtat qũo ad mentẽ eí⁹ in primo triénio curádi educádiq; ſunt infantes.

Quomodo curandos ſilios mandauerit Plato à triẽnio vſque ad decẽnium.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ Plato in ſecundo de legibus cõſiderans pueros ante rationis iudicium atque vſum, qđ vt plurimum eſt vſque ad decimum annum, eſſe ferme vt beſtias, & quaſi nihil penſi habere, ſed quocũque voluptas trahit prorumpere, & vndecunque retrahit dolor ac diſplicentia protinus aufugere, merito priuſquá mala in ꝓſequendo vel fugiendo inclinatio in habitũ tranſeat, equis pueritiæ qui ſunt voluptas & triſtitia aurigá imponit habenas manu tenentem. Quem quidem aurigam eá diſciplinam nominat, quam primo pueri ſuſcipiunt ab aliena ratiõe, puta à prudentia parétum & pedagogi, q̃ pueros in primis circa mores erudiunt & caſtigant, vt à voluptatib⁹ doloribuſq́ue inordinatis remoueant, antequá propria vtátur ratiõe, & vt cum ratio propria expergefacta fuerit, prędictę erudi tioni conſentiát propter ſuperiorem bonorum morum cõſuetudinem. Et hunc quidem conſenſum ex propria ratione factum, Plato vult vniuerſam eſſe virtutem, & moralis vitæ maximum fundamentum, quoniam à teneris ad bonum aſſuefcere multum eſt. Nam ſi à principio decens facta fuerit conſuetudo circa voluptates & dolores, per quá oderint homines quæ odiſſe oportet, & ament quæ amanda ſunt, vſque ad vitæ extremum ſic perſeuerabunt.

Qualiter aũt ante rationis proprię vſum huiuſmodi fiat eruditio atq; circa pueros correptio declaratur tibi in Prothagora, vbi Prothagoras ad Socratẽ ſic inquit. Exiſtimare decet ô Socrates puerum à teneris annis erudiendũ monẽdumq́ue. Nam cũ primum puer quę dicuntur intelligit, nutrix, mater, pędagogus, pater ad hoc omni cura ſtudióque ꝺtendunt, vt in ſingulis tũ verbis tũ operibus optimus puer euadat. Sigillatim enim mõſtrant quid iuſtũ, quid iniuſtũ, quid honeſtũ, quid turpe, quid ſanctũ, quídve profanum, q̃ agenda & quæ non. Quibus ſi puer obtemperat, bene ſecum agi putant, ſin contra renititur, eum veluti contortũ obliquumq́ue lignum, minis plagisq́ue dirigunt, poſt hæc ludimagiſtris pueros curandos tradunt, morumq́ue bonorũ diligentiá, magiſquam literarũ citharęq́ue doctrinã expoſcũt, præceptores auté curant & excolunt. Hęc in Prothagora. Conſtat igitur ad mentem Platonis, quomodo pueri à triénio vſque ad decennium curandi caſtigandiq́ue ſunt, ne ſi male aſſueti fuerint, intemperati per totam vitam euadant. Ideo vt teſtatur Plato in Theage parentes in hoc maximè ſolicitos eſſe oportet, quoniam etſi filij generatio quàm facilis ſit educatio tamen ipſa & varia & perdifficilis eſt. Vñ inquit, Omnes quidem plantæ eodem ſe modo habere vidẽtur, & quæ ex terra oriũtur, & animalia & ipſi homines. Nã in plantis facillimũ eſt nobis qui terrã colimus, pręparare quidem omnia antequàm plantemus & ipſa quoque plantatio facilis eſt. poſtquam verò quod plantatum eſt viuit, tunc ipſius cultus varius eſt & difficilis. Eodemq́ue modo & de hominibus eſſe videtur. Ex meis enim rebus ad alia cõiectu ram facio. Etenim huius mei filij plantatio ſiue generatio appellanda ſit, omnium mihi facillima fuit, educatio autem difficilis & ſemper in timore maximum metum ſui cauſa ſubeunti. Hæc Plato in Theage, ſuntq́ue verba Demodoci patris ipſius Theagis pueri ad Socratem.

Quibus diſciplinis poſt decennium inſtituendos pueros putauerit Plato.

Quantum ad tertium declarandũ eſt ad mentem Platonis iam expergefacta ratione, quod vt plurimũ eſt poſt decennium, quo & in quibus diſciplinis erudiendi ſint pueri. Tu igitur Platonem aduerte in ſeptimo de legibus & in ꝓthagora eruditionem puerorum poſt decennium ſic diſponentem. Primo inſtituit literas addiſcendas. Secundo muſicam. Tertio gymnaſticam. Quarto Arithmeticam. Quinto geometriam. Sexto aſtronomiam. Septimo patrias leges.

De literis & muſica ſic inquit in ſeptimo legũ. Ad literas ergo decennes pueri ꝓficiſcantur triennióque inſiſtant, & qui tres ac decẽ egerint annos Lyræ ſimiliter incũbant, nec liceat aut patri plus vel minus in his liberos detinere, aut liberis ſiue tędio affectis citra id tẽp⁹, ſiue deſiderio cõpulſis vltra, his vacare, literas quidé donec legere ſcribereq́ue poſſint perdiſcãt, velociter aũt aut pulchre faciant, nec ne, niſi natura in hoc tẽporis ſpacio iuuerit, nõ eſt curandum. Poſt quam auté literas didicerunt & ad ſcripta conuertuntur v[t]

Plato in Prothagora tradit poëtarum in primis excellentiũ opera legenda & addiſcenda illis ꝓponuntur, quibus monimenta quáplurima inſeruné, priſcorúmque virorũ virtute præſtantium geſta laudantur, vt puer æmulatione accenſus, prędara maiorum facinora imitetur, & vbi pulſare citharã didicerunt, poëtarum iterum aliorũ cãtus modulatione ꝓſtantium cantilenas docent, quas ad citharam concinnant, rithmoſq́ue & harmonias, puerorum animis cõformare conantur, vt mitiores modeſtioréſque effecti ad agendum atque dicendum vtiles ſint. Omnis em̃ hominis vita numeroſa quadam indiget conſonantia.

Gymnaſtica quæ.

De gymnaſtica in ſeptimo de legib⁹ inquit, pueros oportet tripudium & gymnaſticam diſcere. Gymnaſia vero oés bellicas exercitationes vocamus, vt ſagittandi, iaculandi, & oés armatorum dimicationes, acierũ ordinationes, ductiones exercitus, caſtrorum poſitiones, & quæcunque ad eque ſtrem pertinent diſciplinam. Quorum omnium publicos oportet eſſe magiſtros à ciuitate cõductos qui pueros & puellas viros & mulieres doceant, vt oés qui in ciuitate ſunt hæc ſciant, & puellæ quidem ſaltare pugnaréque cũ armis diſcant, & conſueſcant. Mulieres autem caſtra mouere, ordines ſtruere, & arma ſumere ac deponere nõ oportet, niſi res ipſa cogat, vt ſi in militiam oés viri ꝓficiſcantur, poſſint ipſæ interim ſi quid aduerſi acciderit, ciuitatẽ defenſare, vel tanta hoſtium multitudo agros inuaſerit, vt neceſſe ſit mulieres etiam arma ſumere, quorum vtrunque de facili eueni re poteſt. Magno certe reipub. vitio dãdum eſt mulieres ita graue ac delicioſe educari, vt nec veluti aues quidem ꝓ filiolis contra feroces non audeant beſtias pugnare, moríque potius velint & cũcta ſubire pericula, quàm ſtatim ad aras templáque confugere. Rem igitur bellicam mulieres nõ negligant, ſed ciues omnes tam viri quàm mulieres illi dent operam. Hęc Plato in ſeptimo de legibus.

Et aduerte q̃ in eodẽ libro ſic cenſet incumbẽdum gymnaſticę & præcipuè luctatiuæ, q̃ aſſuefcant pueri vti dextra & ſiniſtra, ſicut & Scythę, vnde inquit: poſt ætatem ſex annorum: fœminę à maribus ſecernantur. Pueríq; deinceps cum æqualibus maribus & puellæ cum fœminis æqualibus conuerſentur, & ad ſcientias vtriſque aptas ſe vertant, dextráque à ſiniſtra differre non videatur in ſingulis operationibus natura.

Æquè vti licet dextera & ſiniſtra naturaliter.

Pedes enim dexter & ſiniſter inferioréſque partes ad opera nihil differre videntur manibus autem matrum & nutricum ignorantia quaſi claudi facti ſumus. Nam cum natura fere ad vtranque partem æque ſe habeat, ipſi per conſuetudinem non æque vtentes, differẽtiam fecimus, & certe in quibuſdam parum id refert. Nihil enim ad vitam intereſt, ſi lyra in ſiniſtra ſit, & plectrum in dextra, verum in gymnaſtica multum intereſt, quod & ſcytharum lex oſtendit, qui non ſiniſtra ſolum arcum, dextera ſagittam tenent, ſed vtriſque ad vtrunque vtuntur. Multa huiuſmodi exempla in aurigarum aliorumq́ue operibus reperiũtur, ex quibus intelligere licet eos qui dextris ſiniſtra imbecilliora reddũt, præter naturam id facere. Quæ res vt diximus in corneis plectris, inſtrumentíſque talibus impedimento non eſt, ſed permultũ intereſt, quando in pugna ferro arcu haſta cæteríſque huiuſmodi vti neceſſe eſt. Plurimum autem, quando armis arma pelluntur. Differt autem multum qui didicit & exercitatus eſt ab eo qui non didicit, nec exercitatus eſt. Oportet ergo ſi duo quædam quis poſsidet, quibus ſe defendat & alios cedat, vt nihil horum ocioſum inexercitatúmque relinquat. principes igitur curam habeant vt mulieres viríque vtriſque manibus ſicut & pedibus vtantur. Hæc Plato, ex quibus conſtat quomodo & qualiter pueri in gymnaſtica & præcipuè luctatoria exercendi ſunt, vt firmum aptúmque corporis habitum adepti optimè menti miniſterium ſuggerant ne fragilitate corporũ impediti à militaribus ciuilibúſque actionib. tanquam laborioſis abſtereantur.

Arithmeticam, geometriam, & aſtronomiam eruditi homines debent.

De arithmetica, autem & geometria & aſtronomia Plato in ſeptimo de legibus ſic inſtituit, ſed liberis tres adhuc reſtant doctrinæ, vna computatio numerorum. Hæc eſt arithmetica, altera longitudinis latitudinis profunditatiſque menſura, hęc eſt geometria. Tertia circuitus aſtrorum notitia. Quę omnia non exacte multi perdiſcent, ſed pauci quos in fine ſignificabimus. Multitudini vero quæ neceſſaria ſunt, turpe eſt neſcire, vtile autem eſt numerorũ cõputationes addiſcere. Confert em̃ ad ducẽdos exercitus & caſtrorũ ordines, & ad rempu. diſponendam, & ad reliqua omnia vigilantiores redduntur ciues, ignoratio aũt de longitudinis

gitudinis latitudinis ꝙ profunditatisque mensura, turpis & deridenda est. Nam cognoscere decorũ ac necessariũ est, qua ratione aliqua inuicem cõmensurari possunt, puta quadrati latera, aliqua aũt non, vt costa & diamenter quadrati, in his ergo animi causa morã trahere oportet. Senilis em̃ hic ludus, multo iocundior erit quàm talorum & tessarorũ, liberoq́ue homini dignior. Quòd vero stellarũ doctrina addiscenda sit, hinc patet inquit Plato: quoniam maximũ Deũ totúmque mundum, dicunt quàm plurimi inquirendum nõ esse, nec rerum causas multo studio indagandas, nec piũ id dicunt, cum tñ contrarium videatur rectè fieri posse, ideo hæc discenda censeo à iunioribus ciuibusque nostris, ne in Deum & cœlestia profanum aliquid loquantur, sed sacrificando piéque vouẽdo laudibus semper honorent. Hæc Plato in septimo, de legibus.

Leges addi sci debent.

De patriis aũt legibus addiscendis, sic legimus in prothagora. Hæc nẽpe obseruant, scilicet circa prædictas disciplinas perdiscẽdas, ij qui maximè possunt, possunt aũt opulentissimi viri, eorúmque filij, qui primi disciplinarum scholas ingressi, nouissimi exeunt. Scholis autẽ egressi à magistratibus leges iuraq́; discere, eorumq́; exẽplo viuere cogũtur, ne quid ipsi ꝓprio ingenio freti temere agant, sed quẽadmodum literarum magistri pueris adhuc scribendi ignaris, clamo exẽplar quoddã præsignãt, cuius charecteres imitando, scribendi artificium perdiscunt, sic & ciuitas leges perscribens, quæ sunt prudentissimorum hominum priscorum inuenta, ad eorum normã imperare quẽlibet cogit & parere, eos autẽ qui præuaricantur punit. Punitióque huius modi qm̃ vt pœna iudicialis dirigit trãsgressorẽ, directio correctióque vocatur. Hæc in Prothagora. Patet igitur ad mentẽ Platonis quomodo & in quibus disciplinis filij post decennium erudiendi sunt, vt boni viri probique ciues euadant, & patriæ seruatores.

Parentes quid magis filiis thesaurizare debeant.

Quantum ad quartum aduerte ꝙ Plato in quinto, de legibus, vt mediocritatis amator, & sciens in humanis præstãtiora esse vitæ & morũ exempla quàm sermones, parentes in acquirenda pro filiis hereditate & vt totius virtutis exẽplo se præbeant sic, inquit, pecuniarum prædiorúmque & census possessio sic se habeat ꝙ nõ sit excedens, neque deficiens, excedens em̃ inimicitias & seditiones parat. Deficiẽs autẽ seruitutem. Nemo igitur liberorum gratia pecuniis cumulãdis incumbat ita vt ditissimos eos relinquat. Neq; em̃ ipsis neque ciuitati id conducit, sed census medius optim⁹ ac decentissimus est. Nã hic nobis ad oĩa consonans & accõmodatus vitã à doloribus remouet, liberis ergo non auri sed pudoris multum relinquere oportet. Putamus autẽ verbis impudentia iuuenum castigantes, id nos facturos, sed hoc non ex ea castigatione fit, qua iuuenibus patres seniorẽsque incutiunt dicẽtes, oportet adolescentẽ in omnibus verecundũ esse, sed potius vt ipsi corã iunioribus sint verecundi, caueántque summopere ne quis iuuenum eos videat quid turpe agentes, neque audiat loquentes. Nã vbi senes minus pudici sunt, necesse est iuuenes impudẽtissimos esse. Præstans em̃ iuniorum & seniorum disciplina non est verborum increpatio: sed vt quæ increpando quis diceret & monendo, eadẽ ipse in omni vita facere videatur. Hæc Plato in quinto de legibus.

De abdicatione filiorũ à parentib⁹ quid Plato senserit.

Quantũ ad quintũ aduerte, ꝙ Plato in vndecimo de legibus de abdicatione filij à patre, sic docuit inquiens: solẽt patrũ aduersus filios querelæ fieri: filiorũ quoque in parentes maiores quàm deceat, quarũ causa parẽtes fortè putãt licere sibi si velint, publico etiã præconio filiũ abdicare, ne amplius secundũ legẽ filius sit: & filiis parẽtes morbis vel senio turpiter affectos, liceat amẽtiæ accusare. Hæc oĩa vbi pessimi mores sunt hominum accidere solent. Nã si dimidiũ solum esset malum, puta si soli parentes essent mali vel soli filij, nõ tã grauium inimicitiarum calamitates euenirent.

Filium iure abdicandũ oportet non à solo patre, sed à toto ex telli genere.

Cum igitur cõtingat malum ex vtraque parte prouenire, oportet filium iure abdicandum nõ à solo patre, sed ab vniuerso genere expelli. Quãdo ergo aliquis infelici indignatione cõmot⁹, siue iure siue iniuria iracatur, & quẽ genuit edcauitq; à cognatione sua cupit eiicere, nõ liceat leuiter subit óque id facere: sed primum genere sibi propinquos vsque ad patrueles: item filios propinquos ex parte matris cõuocet, apud quos accuset filiũ, ostendátque dignum esse q à propinquis suis omnibus expellat. Deinde filio quoq; causam suam dicendi potestatẽ concedat, ꝙ videlicet talis nõ sit vt reiici debeat. Postremo suffragia præter parentes & ipsum filium, propinqui omnes tam viri quàm mulieres cõferant nisi ætas impedimento sit: & si plura quàm dimidiæ partis suffragia, patri suffragãtur, liceat ei filiũ abdicare, aliter minime. si qs aũt ciuiũ abdicatũ adoptare voluerit, nulla id lege vetetur. Iuuenũ em̃ mores sæpe in dies variéque mutantur. Hæc Plato in vndecimo de legibus.

Quomodo pater testamentũ condere debeat circa filiũ. Platonem.

Quomodo aũt pater erga filios in condendo testaméto se gerere debeat atq; hæredẽ instituere: Plato in quinto & in vndecimo libro de legibus sic agendũ censet. In quinto de legib⁹ sic ĩquit. Quisq; semp vnũ de filis suis tm̃ quẽ malit domus ipsius hæredẽ relinquat & successorẽ: cultorémque deorũ & ciuitatis & generis tam viuentium q̃ defunctorũ. ex reliquis aũt filiis si plures vno sibi nati sunt, fœminas quidem ſm legem quæ sancietur collocet, mares autẽ ciuibus illis, quibus filij non sunt, adoptione cõmittat: maximè quidem per gratiã. Si vero gratię quosdam deficiant, de his maximus magistratus quid fieri oporteat diligenter consideret. Hæc Plato in quinto de legibus. In vndecimo aũt de legibus distinctⁱ⁹ id pertractans inquit. Qui liberos habet, & testamentũ conscribit: primo hęredẽ de filiis vnũ quem dignum putauerit constituat. Deinde quemcunque aliorum adoptandum aliis dederit conscribat: & si filiorum aliquis supereſt, nulla hæreditate munitus, quem ſm legem in coloniam sperat profecturum, huic liceat patri de alia pecunia quantũ velit legare, paterna sorte semper excepta & omnibus quæ ad illam pertinent.

Quod si plures sint ei, pater quęcunque vltra sortẽ sunt vt velit distribuat. At si alicui eorum iã domus est: ei pecunias non tribuat: neque filiæ similiter, q̃ viro sit desponsata: si desponsata non fuerit tribuat. si autẽ non filios, sed filias habet qui testatur, cuiⁱ⁹ filiæ velit virum hæredẽ sibi ac filiũ fore cõscribat. Et si alicuius filius siue naturalis siue adoptiuus antequã togã virilẽ assumat decesserit, has etiã fortunas suas testato significet, & quẽ velit loco illius melioribus auspiciis filium sibi fore declaret. Hæc Plato in vndecimo de legib⁹. Hęc de pręsenti capite hęc dicta sufficiant.

CAPVT IIII.

Quonammodo omnibus sit conuiuendum, cum cognatis, amicis ciuibus, atque peregrinis.

IN quarto capite declarandum est ad mẽtẽ Plationis qũo erga cognatos, amicos, & peregrinos, vir euasurus bon⁹ moralis se gerere debeat.

Quid homo erga cognatos debeat.

De cognatis inquit Plato in quinto de legibus. Quisq; pręterea cognationẽ, & vniuersam sub eisdem penatibus generis communionẽ honorat & colit. Deos merito ꝓpitios in procreandis liberis habebit.

Quid amicis debem⁹.

De amicis inquit ibidem. Amicorum & sodalium in vitæ consuetudine summã beneuolentiã consequetur, qui illorũ in seipsum obseqa maiora pręstantioráque putabit, quàm illi beneficia vero sua in illos, minora q̃ illi existimabit.

Quid ciuibus debem⁹.

De ciuibus inquit ibidem. Sed & erga ciuitatẽ & ciues optimè ille se geret qui omni victorię quę in Olympicis & aliis tam belli quàm pacis certaminibus cõparatur, illam gloriã anteponet quam patriis legibus ministrãdo nãcisci tur, atque in hoc ministerio cęteris omnibus per totam vitam pręstare conabitur.

Quid peregrinis debemus.

De peregrinis inquit ibidẽ. At peregrinos verò sanctissima esse fœdera quisquis cogitet. Omnia em̃ cõtra peregrinos peccata: prę illis, quę inter ciues cõmittuntur, vltori Deo curę sunt. Nã cum peregrinus amicis cognatisque careat, maiorem & apud deos & apud homines misericordiã meretur. Quare Deus qui magis vlciſci potest peregrinis ad ferendum auxilium paratior est. Diligẽti igitur cautione cogitandũ cuique cui aliquid est cõsilij vt innocens ab iniuria in peregrinos semper viuat, sed omnium tã in peregrinos quàm in ciues peccatorum maximum est, quod in supplices est commissum, Deus enim per quẽ supplex Phedus est consecutus, diligentissimus eius est custos. Quare nullus in supplices sceleratus, impunis abibit. Hęc Plato in quinto de legibus.

Peregrinorum genera quæ.

Quot vero sint peregrinorum genera, & quomõ recipiendi, docuit in libro duodecimo de legibus vbi inquit. Quatuor peregrinorum genera sunt, de qbus mẽtio facienda est. Primum eorũ q̃ semp æstiuales sunt, & quasi aues p mare vt plurimũ acquirendæ pecuniæ gratia, ętatis tẽpore ad alias deuolãt ciuitates. Hos foro, portubus publicisque domibus extra vrbem in ipsis suburbiis, magistratus locis illis pręfecti suscipiant, obseruantes ne quis eorum noui

aliquid faciat:iudicia etiam illic eis iusta reddantur:ita vt nihil plꝰ quàm necessitas cogat cũ iis familiaritas habeat. alterum est eorum qui spectaturi veniunt,& ciuitatis musas illic auditurì. Hi oẽs diuersoria iuxta tẽpla habeãt:quę suscipiendis hospitibus cómodissima sint.Sacerdotes vero & æditui curã ipsorũ habeant:vt iocunde possint sufficiẽti tẽpore permanere,& videre & audire ea quorũ gratia venerunt,& tandem fine suo & aliorum detrimento recedere.Quod siquis eorum iniuriã cuique intulerit, aut iniuria affectus fuerit,vsq; ad drachmas quadraginta sacerdotes cognoscãt.Crimina verò maiora ad curatores rerũ venaliũ deferantur.Tertium peregrinorum genus publice suscipiẽdum est:cum aliunde quispiã publica causa missus aduenerit. Hunc imperatores,magistri equitũ, tribuni militũ soli suscipiant,& is apud quẽ diuerterit cum principibus cõsilij curã huius habeat.Quartũ genus rarissimum est.Accedere tamẽ aliunde aliquis poterit,spectatoribus nostris reciprocus.Hic ita recipietur.Primo si qnquaginta annos impleuerit,deinde si ea mente venerit,vt vel confideret quæ apud alios præclara habentur,vel sua doceat,hic sane diuitũ sapientúmque ianuas iniussus adeat:cum ipse huiusmodi sit: & quasi hospes disciplinæ præfecti domum rectè petat:nó dubitans hospitalẽ eam propter virtutis coniũctionem sibi futuram.Cúmque ab aliis didicerit atque docuerit quæ discenda docendáque putauit,honore sibi congruo,muneribúsque affectus, vt ab amicis amicus abeat. His legibus peregrinos peregrináque suscipiamus, nostróq; similiter emittamus hospitalem veriti Ioué.Non enim esu & hostiis quẽadmodũ apud Nilũ fit,peregrini pellẽdi sunt:nec atroci edicto à finibus nostris arcẽdi.Hæc Plato in duodecimo lib.de legibus:ex quibus omnibus constat quomodo in morali vita cum cognatis & amicis & ciuibus & peregrinis conuiuendum sit.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT V.

De seruorum cura.

IN quinto capite declarandũ est ad mentem Platonis,quo modo vir bonus moralis erga seruos,si quos vnquã possederit,se gerere debet.Tu igitur aduerte q̃ Plato in sexto de legibus huiusmodi cõsiderationem perdifficilẽ reputat propter varias hominũ sententias, demũ quid ipse sentiat manifestè denuntiat.Hic igitur duo agenda sunt.Primò referendæ sunt oppositæ de seruorum regimine. opiniones. Secundò determinabitur propositum ad mentem Platonis.

Variæ sunt hominũ sententiæ de seruorum cura habenda.

Quantũ ad primum aduerte,quòd Plato in sexto de legibus sic inquit,In plurimis quidem cognoscendis acquirẽdisque & possidẽdis nulla est difficultas , in seruis aũt hoc omnino difficile,causa vero est quia & rectè & nó rectè de ipsis loquimur, & contra vsum,& secundũ vsum de seruis verba dicuntur.Nam illa Lacedæmoniorum seruitus , quæ ilotia vocatur,maximam dubitationem & contentionẽ facit,quoniam aliis benè,aliis malè instituta videtur.Hæc vti que & huiusmodi oĩa respiciẽtibus dubiũ afferunt,quid de seruorũ possessione agendũ sit scimus profecto,& fatemur omnes seruos quàm beneuolos & optimos habendos esse. Multi eñ ex seruis,meliores ad omnem virtutẽ quàm fratres & filij,domos,& dominos & rem dominorum seruarunt,econtra etiam dicitur, nihil animo serui integrũ esse, nec quiquã seruorum generi credendum Quod & sapiẽtissimus poëtarũ testatur nobis cum de Ioue sic loquitur. Dimidiũ mentis Iupiter illis aufert,qui seruitutis sorti subiecti sunt.Hęc itaque adeo diuersa homines de seruis cogitãtes,alij nihil generi seruorũ credunt,sed stimulis atque verberibus quasi ferarum naturam non ter tantum,sed tæpissimè ministrorũ animos seruiles efficiũt.Alij cõtrariũ faciũt. Cũ igiturtã diuersa homines de seruis sentiant, perspicuũ est,quoniã difficile domatur homo,difficilem possessionem esse hominem. Quod exẽplo in crebris Messenorũ rebellionibus patuit.Ciuitates præterea quæ multos eiusdẽ linguę seruos habent,planum fecerunt quot quantáque mala hinc sequãtur. Pyratarũ quoque furta & latrocinia,quę maximè circa Italiã abundabãt hinc oriuntur. Quæ omnia siquis aduertat quid faciendũ in seruorum possessione merito dubitabit.Hæc Plato in sexto de legibus,ex quibꝰ cõstat quàm varię & oppositæ sint hominum sententiæ circa seruorum regimen.

Seruorũ cura ex Platone.

Quantum ad secundum aduerte q̃ Plato in eodẽ libro propositum sic determinat dicens.Duæ igitur solummodo restant viæ,prima quidem est,vt qui facile seruituri sunt nõ sint eiusdem patriæ.Secunda est,vt inter se dissoni,id est nõ concordantes sint,educenturq́ue rectè,non solum ipsorum gratia,sed multo magis dominorum:est autẽ recta seruorũ educatio, vt nulla ipsis contumelia inferatur:iniuriáq; his multominus si fieri possit q̃ æqualibus inferẽda. Liquido eñ cognoscitur,qui natura nõ fictę iustitiam colit, odit re vera iniquitatẽ:cum cauet ne iis iniuriam faciat, quibus facere potest.Qui ergo circa seruorum mores actionésque nihil impiè facit,nihilque inique atque ita in his se immaculatũ seruat,ad p̃ducendas virtutis fruges erit aptissimꝰ. Idem quoque de domino & tyranno & omni potentiore aduersus imbecilliores rectè dici potest. Castigandi cẽdẽdique semper sunt cum ratione serui,neque ita monendi vt liberi,ne molliores fiant.Allocutio omnis ad seruos , quodammodo imperium sit ,neque iocus vllus cũ ipsis seu fœminis seu masculis habeatur.Quod multi stultè facientes, dũ delicatius eos nutriunt, difficilioré vitã & sibi ad imperandum,& illis & obediendum reddunt.Hoc igiẽ pacto quisque & numero & facultate ad singula vitæ ministeria seruos aptos habebit.Hæc Plato in sexto de legibꝰ ex q̃bus constat,quomodo vir bonus moralis erga seruos se gerere debeat.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT VI.

Quænam homines probos erga vnumquenque, cuiuscunque sit status,exhibere deceat.

IN sexto capite declarandum est ad mentẽ Platonis quomodo vir bonꝰ moralis se gerere debeat vniuersaliter erga quẽcunque hominẽ cuiuscunque status & conditionis existat.Tu igitur aduerte,q̃ Plato in libris de legibus decẽ ex posuit erga quemcũq; hominẽ à viro bono seruanda:vt cũ omnibus laudabiliter atque virtuosè conuiuere valeat. *Hominẽ decet omni modo esse verace.*

Primo oportet ipsum esse veracẽ:ex consequenti nemini mentiatur.veracem quidẽ & fidelem,quoniã vt inquit Plato in quinto,de legibus veritas p̃fecto tum diis tum hominibus dux est bonorũ omnium:Cuius q̃ felix beatúsque futurus est statim ab initio,scilicet vitæ suæ particeps esse debet,vt in veritate p̃ plurimum tempus vitam agat,fidus hic certe est,infidus autem qui sponte mentitur:qui vero non sponte,amens.Quorũ neutrum optabile est.Nam infidꝰ & amens abamicitia admodum alienus est:ac procedẽte tempore cognitus,in tãtã in odiosa senecta ac vitæ termino solitudinem incidit , vt seu viuant, siue decesserint amici ac filij ,pene similiter orbam vitam misere agat.Oportet ergo futurum beatum veracem erga omnes & fidum esse. Hæc Plato in quinto de legibus.

Quòd autẽ nemini mentiri debeat,docet Plato in tertio de republica vbi mendacium vt ciuitatis calamitatẽ detestatur,quando videlicet priuati inter se mẽtiuntur,maximè vero si magistratibus mentiantur,est eñ ac si ægroti medico,vel nautæ gubernatori mentiantur. Tu tamen aduerte Platoné existimare,quòd gubernatoribus liceat interdum vti mendacio salutis publicæ gratia: & priuato quandoq; erga priuatum,solum gratia grauissimi alicuius mali deuitandi:licet & cõfabulari moderate de rebus antiquis,quarum certa veritas ignoratur,& quasi per imagines quasdã, res illas quarum certam vix formam habemus effingere. *Licet nemini vnquã mentiri.*

Secundo oportet virum bonum nulli se adulatorẽ exhibere,omnémque adulationẽ vt rem perniciosissimam detestari.Nam Plato in Phædro adulatorem nõ hominem appellat,sed bestiam humano generi pestilentem:similémque affirmat impuro malóquedæmoni ĩcautos animos sub noxiæ voluptatis esca,cõtinuè corporis sordibus inquinanti. Præterea,præstigiatoribꝰ veneficisque viris adulatorẽ siue priuatum siue publicũ Plato iudicat esse p̃similem. Quippe qui tanquam fure homicidáque deterior & iniquior: non solũ pecunias,nec duntaxat ipsam corporis vitã nobis auferat:sed tanquam sacrilegus rem sacram iudicium,s.rationis sub boni specie surripiat atque subducat:decipit aũt adulator non solum in occultis , sed & in manifestissimis: licet enim euidentissima sit nobis à vita paternaque origo, & ipsa nostri corporis magnitudo & forma,in his quoque adulatores venefici nos circunuẽiunt:tãto Circe crudeliores quanto grauius inferunt nocumentum,illa nanque suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transmutasse:ij vero lenocinijs suis interiora transformant ,'caueat ergo vir bonus ab omni adulatione & hypocrisi. *Decet hominem prorsus adulationẽ vitare.*

Tertio nõ sit inuidus.inquit eñ Plato in quinto de legibus:inuidum q̃ sponte nil boni confert aliis,vituperare debemus:nec p̃pter hominẽ qui male possidet rem ipsam vituperare,sed eã p̃ viribus adipisci.Certet autẽ vnusquisq; *Homo nullius sit inuidꝰ.*

cum

eum aliis de virtute abſque inuidia. Qui enim ſic agit, ciuitatẽ ſuam amplificat, cum ipſe quidem ad virtutẽ contẽdat & alios calumniis non detineat, inuidus vero dum cæteris putat derogando præſtare, ipſe minus rectè ad veram tẽdit virtutem, & concertatores propter iniuſtã vituperationẽ tardiores ad virtutem efficit, & ſic inuidus vehemens acq̃rendæ virtutis ſtudium à ciuitate auferens, ipſam pro virili acquiſitæ gloriæ amplitudine priuat, hæc Plato in quinto de legi. Oportet ergo virum bonũ moralem ab inuidia maláque æmulatione penitus ſe abſtinere.

Homo nemini vi iniuriari debet, ſed nec ſuſtinere cæteris iniuriantes.

Quartò nemini ſit iniurians, nec aliis iniuriantẽ patiaẽ quantũ ſibi poſsibile fuerit: vnde Plato in quinto de legib⁹ inquit. Honorandus certe eſt qui nulli iniuriatur. Qui vero nec alios facere id patitur, duplici honore, imò & magis honorandus eſt. Ille nanque vni, hic multis hominibus cõparatur, cum principibus cæterorum iniuriã denunciet. Qui aũt ſimul cum magiſtratibus cæterorũ iniuriam quo ad poteſt vlciſcitur, is magnus perfectuſque vir in ciuitate prẽconio prædicetur. Nam virtute cunctos excellit, eadem quoq; tẽperantiæ & prudentiæ laus eſt, & qui aliis bonis abũdat, quæ in alios trãsfundi poſſunt, ſi cæteros participes efficit, tãquã vir sũmus eſt honorãd⁹. Hæc Plato in quinto de legi.

Nulli malũ pro malo reddendum

Quinto non debet vir futurus bonus iniuriam paſſus, vlciſci, neque malũ referre illi, qui ſibi malũ intulit, vnde in Critone ſic inquit, iniuriam facere omnino malum turpéq; eſſe fatemur ei, qui facit, neque ſi iniuriam paſſus fuerit vlciſcendũ, vt vulgus putat, neque qui mala patitur viciſsim illi referre debet qui mala intulit, vt vulgo videtur. Nempe mala inferre hominibus non diſcrepat ab iniuria. Nunquam igitur rectum eſt iniuriari, vel vlciſci iniuriam, vel malũ referre. Hæc Plato in Critone.

Hominem decet mãſuẽ eſſe.

Sexto oportet ipſum mitem, atque miſericordẽ eſſe, & iram cohibere. Vnde in quinto de legibus, inquit. Miſereri decet eorũ, qui ſanabiles ſunt, & cohibere iram, ne aduerſus eos muliebri iracundię furore anim⁹ efferatur duriuſq; inſiſtat. Qui autẽ ita flagitioſi ſunt, vt incurabiles ſint, eis ira vehementius immittenda eſt. Propterea op⁹ eſt virũ bonũ & mitem eſſe erga ſanabiles, & animoſum, id eſt generoſę ac rationabilis iræ non expertem contra flagitioſos incurabiles. Hæc Plato in quinto de legibus.

Nec nimis gaudere, neque nimis triſtari decet hominẽ.

Septimò non decet ipſum nimis lætari nimiſque triſtari, ſed cũ omnibus medio habitu ſe continere, vnde Plato in quinto de legibus ĩquit. Profecto à riſu nimio & lachrimis abſtinendũ, vt lætitia nimia triſtitiáque compreſſa honeſte in habituſe cõtineat, ſiue in felicitate ſiſtat, ſiue aduerſantes fortunæ caſus inſurgant. Semper enim ſperare debent viri boni munera, quæ bonis Deus dare ſolet, ſibi non defutura. Ac ſi qui graues labores inciderint, Deum leuiores eos facturũ, & præſentia aduerſa in melius commutaturũ. Bona vero econtra oĩa ſimulcũ bona fortuna ſibi affore. Hac ſpe ſinguli viuant, & tã ioco quàm ſerio & ſe & cæteros ad frequentem horũ meditationem hortentur. Hęc Plato in quinto de legibus.

Cura ſit omnibus boni nominis cuſtodia.

Octauò in oĩ conuictu ſuo cuſtos ſit boni nominis. Vnde Plato in duodecimo de legibus inquit. Non oportet vnquã paruifacere, vtrum probus vel improbus aliis videaris. Multi eñ quãuis virtutis expertes ſint, qui tamẽ probi ſint & q̃ improbi iudicant. Nam prauis quoque hominibus diuina quædam coniiciendi vis ineſt: per quã rectè tum opinione tum verbis deteriores à melioribus diſtinguũt. Quo circa bonã apud multos exiſtimationem non paruipendas. Maximum ſanè atque rectiſſimũ eſt, vt cum ſis probus: ita gloriã quæras, aliter minimè, ſi modo perfectus vir futurus es. Hęc Plato in duodecimo de legibus.

Homo cunctis iuſtitiã reddat.

Nono erga omnes iuſtitiam ſeruet, reddens vnicuique quod decet. Vnde Plato in ſexto de legibus inquit. Iuſtitia tam priuatis quàm ciuitatibus bona omnia reddit. Hæc ſanè maiori plura, minori pauciora tribuit, vtriſque videlicet moderata ſecundũ eorum naturam. Sed & honores virtute maioribus ſemper maiores, minoribus autem virtute & diſciplina minores, & vtriſque ſecundũ rationem quod decet impartitur. Hanc & nos appetere debemus, & ad eam ſemp reſpicere, non aũt ad paucos tyrannos vel ad vnum, vel populi poteſtatem, ſed ad ipſam iuſtitiam inſpiciendum ſi ſalutem conſequi volumus atque ſeruari. Hæc Plato in ſexto de legibus.

Omnes honeſtã homo ſequatur amore.

Decimo erga omnes decorum ac honeſtum ſeruet amorem: quo magis ad animũ quàm ad corpus & corporis cõmoda reſpiciat. Vnde Plato in octauo de legibus inquit. Qui corp⁹ amat, eiuſque formã quaſi fructum quendã eſuriens appetit, is ſatiari duntaxat quærit. Nullúmq; animo amati præbet honorẽ. Qui vero minus de corpore curat, & animo confiderat potiũ ſquã deſiderat, cum ipſum vt decet animũ diligat, corporis vſum petulãtiam & contumeliam arbitratur. Cúmque tẽperantiam: fortitudinem, magnificentiã, & prudentiam vereatur & colat, cum caſto amico caſtus viuere volet. Cũ ergo tres ſint amores, duos quãtum fieri poteſt repellemus & eũ ſuſcipiemus, q̃ virtutem reſpicit, & adoleſcentem fieri q̃ optimũ cupit. Hęc Plato in octauo de legibus: & aduerte, q̃ Plato p̃ tres amores intẽdit amorẽ vtilem, quẽ quæſtuariũ dicere poſſumus, & delectabilem venereũ & honeſtũ. Primo amatur res & facultas amati. Se cũdo amat corpus amati. Tertio amatur animus amati. Hũc tertiũ Plato approbat & viro bono morali neceſſariũ: primũ & ſm à viro bono repellendum cenſet.

Tres amores ponit Plato.

Vndecimo ſup̃ omnia oportet virum bonũ animi cõſtãtiã & patientiã in aduerſis inuiolabiliter tenere. Nã in tota Platonis morali philoſophia, quæ non aliud videtur q̃ ægrotantis animi medicina, vt patet in apologia, in Critone, in Phædone inuenies, q̃ ſicut qui male agit, bona, ſi q̃ poſsidet ſibi ipſi conuertit in malum ita q̃ mala bene patitur, ea ſibi vertit in bonum: qm̃ in malis ſuſtinendis bonus euadit, ſicut emeritus miles ac veteranus frequenti diſcriminum exercitatione fit callidus prudens & intrepidus. Nã qui amara guſtauit, dulcia deinde ſuauius acutiúſq; ſentit. Nec cõſueuit homo extimare bonũ, niſi expertus fuerit malum. Vnde apud Platonẽ nullius p̃ſperitas debilior eſt, q̃ cui videntur omnia p̃ſpere cõtigiſſe. Prudentis eſt ĩ hac vita nihil putare ſerenũ, niſi ſub mente ſerena, cõtinua nos extrinſec⁹ p̃cella ferit, intrinſecus tantũ nobis petenda trãquillitas. Contra huius vitæ quaſi cõtinuas p̃cellas, veluti cõtra cõtinuos morbos, nõ remedia quæ ad tẽpus, ſed quæ ſemp̃ p̃ſint adhibenda ſunt. Conſultare quidẽ & pugnare & repugnare non ſemp̃ valemus. Bene autẽ pati ſemp̃ poſſum⁹, qm̃ illud ſemper poſſumus, cuius poſſe in voluntate conſiſtit. Nam cum primum bene pati volumus, bene patimur. Si quidem bene pati eſt velle pati. Quod ſi male agimus, omnino etiã mala patiemur, ſed male: ſi ante bene patimur, bene agim⁹, ſi importune pugnabimus, demũ defatigabimur, & ipſa defatigatione tandẽ deiiciemur, ſi ceſſerim⁹ opportuno tẽpore expugnabim⁹, optimũ eſt ergo aduerſa ferẽdo vincere. Arbitrandúmque eſt patientiã adeo bonum perfectum eſſe, vt abſque ipſa cætera hominũ perfecta eſſe nõ poſsint. Nã quæ ab aliis virtutibus inchoantur, ab ipſa perficiuntur, nõ pót ergo quiſquã vir bon⁹ atq; perfectus eſſe, niſi in humano cõuictu patientiæ ſcuto vallatus fuerit. Patet ergo q̃ & quot vir bon⁹ in humano cõuictu erga omnẽ hominem ſeruare debeat. Hæc de p̃ſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſexti finis.

Decet virum animi conſtantia, & in aduerſis tolerãtia.

TRACTATVS SEPTIMVS
in Ethicen Platonis, tribus diuiſus capitibus.

¶ De ſummo hominis bono, ad quod natus eſt.

IN hoc ſeptimo tractatu agendum eſt ad mẽtẽ Platonis de ſummo hominis bono ad qđ nat⁹ eſt: & qđ cõmuni omnium conſenſu humana felicitas nuncupatur, & aduerte omnes præcedẽtes tractatus ad hunc cõparari vt media ad finẽ, vt præparatoriæ diſpoſitiones ad formã. Nam ideo neceſſe eſt de Deo bene ſentire, & ſeipſum cognoſcere, & ſeipſum ordinatè rectéque diligere. & Deũ benedictũ colere, & animũ noſtrũ curarè & colere & in humano cõuictu bene laudabilitérque ſe habere vt ſummum bonũ cõſequamur. Niſi eñ boni exiſtamus, beati eſſe nõ poſſumus, qm̃ apud Platonẽ, felicitas præmium eſt bonę ſanctæque vitæ, & miſeria finis malę atque iniquæ. Vnde in ſecundo de legibus inquit. Prędicamus bonũ virum q̃ tẽperat⁹ & iuſt⁹ eſt felicẽ fore atque beatum, ſiue magnus atque robuſtus, ſiue paruus ac debilis, ſiue pauper ſit ſeu diues. Iniuſtũ aũt hominem, etiam ſi ditior ſit quàm Cyniras aut Midas miſerum fore, & in mœrore vitã ducere. Acturi igitur de ſummo hominis bono ad mentẽ Platonis tractatum hunc in tria capita diuidemus.

In primo declarabitur ex Platonis doctrina, quotuplex ſit ſummum bonum.

In ſecundo inueſtigandũ eſt, ſi homo poteſt eſſe felix, & quando, & in quo humana felicitas ad mentem Platonis conſiſtat.

In

In tertio declarabitur in quibus Plato ab Aristo. dissentire videtur: & non solum in positione humanę felicitatis: sed & in reliquis moralibus, & defensabitur Platonis sententia: quę est verissima: ostendeturque Ari. nō insurgere ꝓtra sensum Platonis, sed potius ex apparentia verborum.

CAPVT I.

Quotuplex sit summum bonum.

IN primo capite inuestigandū est apud Platonem quot uplex sit summum bonum. Tu igitur aduerte apud ipsum duplex esse, scilicet summū bonū absolutè, & summum bonum cum determinatione quadā. De primo pertractat Plato in Parmenide sub nomine summi vnius. De secundo in Philebo. Summum bonum absolutè apud Platonem in Parmenide, est rerum omnium principium vnum, super omnia existens, & à quo omnia, & est extra omnia, & in omnib⁹ & per illud & ad illud sunt oīa. & vniuersa hæc disputat Plato in Parmenide: & hic est Deus benedictus, quē Plato in Symposio appellat pulchritudinis pelagus, ꝓ se pulchrū, integrum, sincerū, purū, simplex, non humanis carnibus nō coloribus, non aliis mortalibus nugis contaminatum, sed ipsum secundū se pulchrū, diuinúmque. Hæc Plato in Symposio. Ab hoc absolutè summo bono, sensit Plato nō aliter emanare summū humanūbonum, quàm cæterorum corporum lumē à Solis lumine, vtpote à primo luminis fonte. Vnde & in Phædone & in Theeteto summū animæ bonum dixit esse Dei maximi similitudinē. Cum igitur Deus sit ipsū primū lumen, & primū bonū, & primū pulchrum, nihilque simile fiat primo lumini & bono & pulchro, nisi luminis & bonitatis & pulchritudinis infusione, profecto apud Platonē summum absolutè bonum est illud solum, cuius consecutione anima beatificatur, vt infra declarabimus. Quod Plato concludit esse totius naturæ bonum, vniuersorū mēsuram atque principium.

Summum bonum ab solutè quid sit.

Summum vero hominis, siue animæ, siue mentis bonum apud Platonē in Philebo & in Phædro est admirabilis & supra quàm dici possit optima summi absolutè boni diuina possessio. mixta, ex sapiētia & purissima voluptate. Humanā nanque felicitatē in sapientiæ voluptatisque mixtione Plato locauit. Cuius mixtionis ratio apud Platonē in Philebo hæc fuit: Summi humani boni triplex est cōditio, aliter summū nō esset: primo oportet ipsum esse perfectum: secundo sufficiens. tertiò summe desiderabile. Perfectum quidē, qm̄ summo bono nihil deest, aliter summū nō esset. Sufficiens aūt, qm̄ nihil deest illi, quod ipsum possidet. Summe vero desiderabile, qm̄ ex illo & in illo est, quicquid appetendum est. Vnde quia perfectum, sufficiens est, & quorum sufficiēs est summe desiderabile est. Verum has tres conditiones, neque soli sapientiæ, neque soli voluptati, sed possessioni mixtæ conuenire Plato in Philebo demonstrat: & nos infra id manifestabimus. Diuinam hanc possessionem in mēte & voluntate Plato locauit. Ratione quidem sapientiæ in mente, ratione voluptatis in voluntate. In mente hāc nobilissimā possessionē, veritatē appellat, in voluntate gaudium. In Phędro autem vt est in mente appellat Ambrosiam & in voluntate Nectar. Hæc de primo capite dicta sint.

Summū bonum in genere quid,

Summū hominis bonū triplicē habere debet conditionē.

Summū hominis bonū appellat Plato veritatē, gaudiū, ambrosiam, nectar.

CAPVT II.

Num homo in hac vita consequi valeat felicitatem.

IN secundo capite inuestigandū est ad mentē Platonis, si homo potest beatitudinē consequi. Et hic tria agenda, primo si potest homo felix ac beatus esse. Secundo posito ꝙ sic, inuestigandū est, si pro hac vita potest esse felix, vel solū post mortem. Tertio, posito ꝙ pro hac vita & post mortē, inuestigandū est ad mentem Platonis, in quo stat vera hominis tam viui quàm defuncti beatitudo.

Quantū ad primum aduerte, ꝙ Plato in Epinomi quorundam sententiam recitat genus humanum negantiū absolutè felicitari posse. Vnde inquit, Multi fluctibus huius vitę iactati illud prædicant: humanū genus felix esse nō posse. Et huius quidem opinionis satis apparens ratio hæc esse videtur. Aduerterunt isti terrenam prosperitatē: quam vulgꝰ felicitatem appellat: quasi in quolibet temporis momento: simulato risu, pestiferis illecebris, veneficiis, lenociniis, falsis pollicitationibus innumeros passim homines decipere: vt merito dici possit eiusmodi existimante felicitatis mendacia iā plura videri: quàm temporis infinita momenta. Nullꝰ ergo adeo cæcus est (inquiūt isti) qui apertissime nō videat infelicem hanc mortaliū nuncupatā felicitatē tunc re vera infirmissimam esse: quando tanquam firmissimam sese nobis ostendat. Neq; prius à vulgo felicitas nuncupatur: quàm summum sui cursus attigerit. Verum si rectè aduertimus: eo penè momento in quo summa videtur: felicitásque iudicatur, repente in contrarium relabitur, adeo vt qđ falso felicitas nominatur, sit potiꝰ quoddā infelicitatis exordiū, atque re vera fel intimo guttui nobis euadat, qđ mel primo aspectu quadā coloris similitudine apparuit. Præterea, Quid aliud agit vberior vanæ prosperitatis afflatus nisi quòd vanos mortaliū animos inflat: tumidósque reddit & ægros? Et hinc veluti delirantes sui ipsorum obliuiscūtur: sortémque suam altiorem quàm humanam rati, omnia sibi licere, nihilque piculi imminere putant. Efficiuntur in se ipsis solutiori licētia incontinentes: erga homines superbi, iniurioſi, inuidi, cōtumelioſi. Cæteri vero contra illos, odio & zelo concitati, insidias machinantur & prælia parant. Quamobrē facilimè multis de causis (dicunt isti) quas qlibet intelligere valet, nō digna est huius vitæ quantacūq; ꝓsperitas felicitatis nomine, quæ perinde vt iactus in altū lapis quando altissimè ascendisse videtur: tunc subito sine vllo temporis interuallo descendit. Cū igitur hominum genus continuis his ludis agitetur, nulláque vel tantilla quiete fruatur: sitq; in huius mundi regione vt in exilio relegatum constat ipsum felicitari nō posse, sed ad multas variásque & graues miserias progenitum.

Quā ratione nonnulli existimauerint hominē non posse felicitari.

Sed cōtra horum sententiam Plato in Epinomi breuibꝰ instat, quoniā si humanum genus posse felicitari negant, vanum reddunt totius humanæ naturę instinctum. Na vim nobis ad diuinā felicitatem consequendā esse naturalem insitam, ex hoc cōstat secundum Platonem quòd omnes in omnibus actionibus nostris ipsam felicitatē & vaticinamur & quærimus, nullíque aliis bonis replemur. Decepti vero fuere prædicti opinantes, qm̄ non in alio etiam pro præsenti vita, arbitrati sunt felicitatē consistere, quàm in ipsa fortunæ prosperitate. Quod vtique si verum esset, adducta ab eis ratio ꝓculdubio cōcluderet. Verū declarabit Plato siue pro hac vita siue ꝓ alia in excellentiori bono & stabili, felicitatem locandam esse. Sentiendum est ergo ne frustrēt innatus nobis naturę instinctus, hominē felicitari posse vt Plato rectissimè sentit.

Hominem cōsequi posse felicitatem quomō fuerit Plato, non mō in hac vita, sed ī futura.

Quantum ad secundum aduerte, ꝙ Plato in Philebo, in Phædone, in Epinomi ꝓcerto tenet hominē felicitari posse & in hac vita & post mortē. Sed differēter, qm̄ pro hac vita paucissimos existimat felicitari, & illos non plene assequi, sed potius degustare beatitudinem, post mortē autem plenius. Vnde in Epinomi sic inquit. Impossibile arbitror homines in hac vita prēter admodū paucos felicitatē assequi. Bona tñ spes est vt post mortem quis ea omnia consequatur, quorum desiderio accensus, optimā ꝓ viribus vitam egit, atque exegit. Nec inauditum aliquid nouúmque adduco, sed quod Barbari omnes, & nos Græci agnouimꝰ. Nemo em̄ ignorat quanta sit in prima animaliū & hominū generatione difficultas, in conceptione & vtero primum, deinde in natiuitate & partu, postea in nutritiōe & educatione. Nā ꝓ mille labores fieri hæc nō ignoramus. Breue au tē tempus est non solum respectu diuturnitatis malorum, verum etiā quocunque modo quis cogitet, quod quasi circa vitæ medium respirare parumꝑ nos facit. Sed cito triſtis senectus superueniens efficit, ne quis rursus in vitā redire exoptet, cū præteritas vitæ actæ molestias cogitat, nisi puerili opinione feratur. Hæc Plato in Epinomi, ex qbus constat ꝓpter quid in hac vita impossibile existimat homines præter admodum paucos felicitari. Huiusmodi vero ꝑ paucos existimat in Phædro & ī Phædone & ī libris de repub. illos esse viros, qui extra corpus potiusquam in corpore viuunt. Deóque magis quàm sibi ipsis viuūt, ex quo efficitur, vt aspirante Deo nō nihil ætherei nectaris libare videātur. Ad hanc autē beatitudinē quam Plato in sapientia & pietate reposuit, docet in Epinomi hominem perduci non artibus mechanicis humanæ vitæ necessariis, non facultatibus ludicris autiocosis, nō doctrinis auxiliatricibꝰ, qualis est equestris militaris medicatiua, sed virtutibus moralibus qbus ornatur purgatur & colitur animus, fitque Deo amicꝰ, & habitibꝰ speculatiuis, inter quos in primis Arithmeticā cōmēdat, eo quòd ingenium acuit memoriā firmat, animū ad speculandum promptissimum reddit. denique Deus hominibus numerum, velut rationis & discursus necessarium instrumentum: quo sublata animus amens appareret, & scientię, atque artes omnes penitus euanescerent. Post Arithmeticam, extollit Geometriam mensuras spectantem. Stereometriam pondera librantem: Astronomiam cœlestia obseruantem, Musicam cœlestem concentum imitantem

Arithmetica laus.

mitantem. Commendat deinde Phyſicam, vbi de corporũ generibus & compoſitionibus & animalibus, & motus generationiſq; principio pertractatur. Denique diuinam ſciẽtiam, quã Metaphyſicã dicimus omnibus anteponit, veluti reginã ſingulis gradibus vtentem ad ipſum Deum inueniẽdum atque colendum. Mentem vero hæc omnia conſecutã, & habitibus bonis moralibus ornatam, in ſeipſa vnitã Deo maximo perſimilem, aſſerit in hac vita pro viribus beatam eſſe, & poſt hanc vitam omnino felicem, Vnde in fine Epinomis ſic inquit. Eum ſanè, qui cũcta hæc percepit, ſapiẽtiſſimum appellamus. Quem ego affirmo cum diem ſuũ obierit non amplius multorum ſenſuum vt nunc, ſed vnius optimę ſortis participem fore, vnum q́ de multis factum felicem ſapientiſſimũ atque beatum, & quiſquis ſiue in conuentu, ſiue in inſulis, ſiue priuatim, ſiue publicè vixerit, modo ita ſe geſſerit, eandem à Deo ſortem reportaturum. Sed quod in principio diximus, nunc quoque verum apparet. Nõ poſſe, ſcilicet homines præter pauciſſimos, perfectam beatitudinẽ conſequi. Quòd quidẽ rectè à nobis aſſertum eſt: quoniam qui diuini modeſtiq́ ſunt, aliiſque virtutibus prædi ti, diſciplinas præterea felices, quas diximus, cõſecuti, iis tãtum ad felicitatem omnia bene ſe habere videntur. Hæc Plato in Epinomi.

Pauciſſimi cur cõſequãtur felicitatem.

Tu tamen aduerte, q́ licet Plato in Epinomi, vt recitatum eſt, concedere videatur aliquos pro hac vita, licet pauciſſimos, poſſe perfectã conſequi beatitudinem, tamen in Phędone, vbi ex propoſito de animæ immortalitate & beatitudine & miſeria diſputat ĩSocratis perſona ĩ carcere cõſtituti, id nequaquã concedit. Cuius potiſsima ratio eſt, q́ dũ anima corporeis vinculis aſtringitur verã ſapientiam, quam & ſcientiam ſimpliciter vocat, aſſequi non poſſumus. Vnde in Phædone Socrates ſic inquit. Cæterum nobis re vera demonſtratũ eſt, ſi quando optamus purè aliquid intelligere, recedere à corpore oportere, atq; ipſo ſolo animo res ipſas conſiderare. Atque tunc, vt apparet, compotes euademus eius, quod optamus, cuiuſ́ve amatores nos eſſe profitemur, ſcilicet ſapientiæ, cum videlicet mortui erimus, dũ autem viuemus nequaquam. Nempe ſi nihil cum corpore pure diſcerni poteſt è duobus alterũ ſequitur, ſcilicet aut nullo modo ſcientiam conſequi poſſumus, aut poſt mortẽ. Tũc enim animus ipſe per ſeipſum erit ſeorſum à corpore, prius vero nequaquam, (& infra iterum inquit) Arbitrari vero oportet, ſi quis verè Philoſophus ſit, vt non alibi purã ſapiẽtiam poſſe aſſequi ſperet, quã in futura poſt mortem vita. Hæc ibi. Cùm igitur Plato beatitudinẽ veram in ſapientia puriſsimæ voluptati admixta locauerit, vt in ſequentibus oſtenſuri ſumus, & hãc ṕ hac vita cõſequi poſſe neget, profecto ex conſequenti hominẽ dum viuit poſſe felicitari ad plenũ negabit. Cùm igitur in Epinomi aliquos perpaucos felicitari pro hac vita concedere videtur, intelligendum arbitror per quandã leuem deguſtationẽ, & in reſpectu, ita quòd reſpectu aliorũ, qui morales virtutes & ſpeculatiuos habitus non poſſident, vel non adeo perfectè beati nuncupari poſſunt. Sicut noctua reſpectu talpæ eſt videns, reſpectu autem aquilæ, cæca.

Qua ratione animam corpori conũctam noluerit Plato diuinorum ſapientiam conſequi poſſe.

Ratio vero, propter quam anima corpori vnita, puram ſapientiam, id eſt, diuinorum claram notitiam, per quam beatificatur conſequi non poteſt, in via Platonis duplex eſt.

Prima quidem ex innumeris ſumitur impedimentis, quę corpus hoc corruptibile præbet animæ, dum ad aliquod diuinũ verúmque ſpeculandum ſe confert. Vnde in Phædone Socrates ſic inquit diſputans. Quid circa ſapientiæ acquiſitionẽ? Nonne impediméto eſt corp⁹, ſi quis ipſum in Socrũ ad inueſtigandum aſſumpſerit? Habent ne viſus & auditus veritatem in hominibus aliquam? An talia quædam ipſi poëtæ ſemper canunt, nil nos audire, nil videre ſincerũ? Quod ſi ij duo corporis ſenſus ſinceri, certique non ſunt, neq; cæteri cum ſint his deteriores. Quando igitur animus veritatem cum corpore inueſtigare tẽtat decipitur à corpore: (& infra.) Neceſſaria igitur ratione concluditur, donec corp⁹ habemus, animúſque noſter tanto malo admixtus erit, nunquam nos id, quod deſideramus verum, ad votum conſecuturos. Impediméta enim innumera corp⁹ ꝑber ꝓpter neceſſariam eius alimoniam. Præterea, morbi hincinde indicentes inueſtigationem veritatis impediunt, am oribus, cupiditatibus, timoribus multiplicibuſq́ue imaginibus. Multis deniq; nugis nos implet: vt veriſimè dicatur nil penſi vnquã ac veri nobis afferre. Nam ad bella, ad ſeditiones, ad pugnas, nil aliud impellit quàm corpus eiuſq́ue multiplex cupiditas. Omnia enim pecuniarũ gratia fiunt. Pecunias autẽ quærere cogimur corporis gratia: vſui eius inſeruientes. Atque ita fit ꝓpter hæc omnia: quòd à philoſophiæ ſtudiis abſtrahimur. Extremum ve o omnium eſt quòd ſi quid ab ipſo ocij nobis contingat: noſq́ue ad aliquid conſiderandũ conferamus: inueſtigantibus nobis rurſum ſeſe opponens: tumultu quodã animum perturbat: & quaſi percutiens reddit attonitum: adeo vt hoc obſtaculo impediti verũ ꝑſpicere non valeamus. Hæc Socrates in Phædone.

Quomodo diuino lumine anima improportionata ſit.

Secũda ratio ſumitur ex improportione quã habet anima dum corpus inhabitat ad veritatis lumen. Quæ quidem improportio ex duabus cauſis inſurgit. Quarum prima eſt: quòd anima tẽebroſo corporis carcere circũſepta: ſubſtãtia eſt corpori copulata. Illud vero primum ac diuinum veritatis lumen penitus eſt à corporum conſortio ſegregatũ. Hinc prouenit q́ intellectus corpori coniunctus ſe habet ad illud vt oculus noctuę ad clariſsimum lumen ſolis. Et quemadmodum paralytici lingua malo humore oppreſſa, certum ſaporis guſtum amittit: quem expurgato humore reaccipit: ita intellectus noſter ob corporis mortalis & contagioſi coniunctionem paralyticus effectus, id eſt, ſuo naturali vigore acuminéque intelligentię orbatus, apprehendere non valeat diuina ac veriſima entia quæ penitus incorporea ſunt: & æterna. Et ſicut malus humor linguæ impreſſus guſtandi actum, ſed non virtutẽ adimit, quod ex eo conſtat: q́ ex purgato humore guſtandi actum recipit: ita corpus intellectus noſtri actionẽ circa incorporea ac diuina interturbat, ſed intelligendi vim nõ aufert: quod ex eo coniicimus: quia quanto longius animus, tã bonorum ꝓmorum cultu quàm ſpeculãdi exercitio ſe à corpore ſeuocat, tãto clariꝰ veriúſq; ĩcorporea cernit. Et cũ his etiã ſeipſum qui & incorporeus immaterialiſq́ue eſt. Nã actione ſua & affectu quodã innato corporum tranſcendit ordinem atque virtutem.

Secunda eſt q́ anima corpori copulata aciem cognoſcendi frequentius ad ſenſum & ſenſibilia, eorúmq; imagines in phantaſia reconditas vertit. Hæ vero ſenſatorũ imagines tanquam nubes adeo mentis aciem obumbrãt, quòd admirabilem intelligibilium ac diuinorum entium lucem non diſcernit, quoniã eorum ſplendorẽ non in ſeipſo, ſed in his nubibus intuetur, ex quibꝰ veluti à ſeipſo degenerãs & quaſi corporeus effectus, non verus nõ clarus, ſed nubiũ huiuſmodi caligine obfuſcatꝰ videtur. Similiſque apparet hęc mẽtis noſtræ affectio oculis rubra ophthalmia laborãtibus, q́bus lux nõ clara vt eſt ſed rubra videtur, calores quoque nõ quales in luce ſunt, ſed rubri apparent omnes. Sunt & nonnulli quorũ animꝰ aliquando ita corporis cõtagione & rerũ corporalium nebulis obfuſcatur vt ſpiritaliũ naturarũ radios omnino nuſquã videat, inſtar oculi catarrhacta oppreſsi. Verũ quãdo corporales hæ ſordes quodãmodo ab animo diluuntur in corporalia aliquantũ ꝑſpiciuntur. Quod ſi penitus diluuntur, tunc diuinũ intelligibilé́que lumẽ radiis plenũ intelligentiæ noſtræ oculis ſeſe ꝓfuſus infundit: quod vbique eſt & ex ſui natura intellectuale oculum cũ primũ purgatus fuerit illuſtrat: ſicut lumẽ viſibile viſum: atque ſenſibilia omnia multo clarius in illa intelligibili luce tanquã in primo fonte refulgent, quàm in ſolari luce, quæ re vera illius primælucis eſt vmbra. Meminiſſe inſuper oportet animã quãdiu corpori copulata eſt, occupatã eſſe in mole corporis fabricanda regendáque & in diuerſas actiones diſtractã. Ex quibus omnibus adeo perturbatur, quòd ad ſpiritualiũ naturarum radios aut nullo modo: aut neglectè & leuiter mentis aciem vertit. Quod ſi aliquando paulo attentius pro viribus aſpicit, quoniã ipſa corpori coniuncta eſt, ſæpiſsimè ad coniuncta ſe flectit, id eſt ad corporalium rerũ ſimulacra in phãtaſia volãtia. Ipſa etiam phãtaſia radios ſpiritaliũ cum primum menti ſubrutilant: corporaliũ idolis induit, ideóque mens aut nullo pacto aut inobſcurè incorporea cernit. At quando à corpore ſeiuncta eſt, & à corporis labe mundata, ad ſola incorporea diuináque vt ſibi ſimilia tota intentione cõuertitur, quorum vberrima luce ad votum refulget cunctáque in ea clare diſcernit. Conſtat igitur tibi ꝓpter q́d apud diuũ Platonem anima corpori vnita ſapientiam per quam beatificatur, aſſequi non poteſt, ex conſequenti nullus pro hac vita perfectè felicitari poteſt: licet pauciſsimi, vt diximus aliquantulum eam deguſtare poſsint.

Poſtquam ad mentem Platonis oſtenſum eſt tibi, hominem beatitudinis capacem pro hac vita perfectè felicitari non poſſe, modo ſupereſt demonſtrare firmiſsimam

Platonis

Platonis fidem ſententiamque fuiſſe. poſt huius vitæ decurſum vnicuique hominum iuxta vitæ peractæ merita aut demerita: adeo paratam felicitatem aut tremendam miſeriã, Quod igitur hæc Platonis mens & fides indubia fuerit: nunc tibi aperiendum eſt.

Tu igitur aduerte, q in Platonis doctrina tria de anima poſt mortem apertiſsimè habemus: Primo q ab æquiſſimo iudice iudiciũ ſumit penitus ineuitabile: & q iuſto iudicio beatificatur aut damnatur: & propter quid. Secundo quib⁹ in locis damnantur mali: & beatificantur boni: poſtremo admonet nos Plato vt pius medicus: quantam curã ſolicitudinemque de anima donec viuimus habere oporteat.

Poſt hanc vitam voluit Plato à Deo æquiſſimo omniũ iudice ſeruari felicitatẽ vel damnationis pœnã cunctis hominibus ſuis exigentibus meritis.

Quantum ad primum aduerte, q Plato in Gorgia ſub pſona diſputantis Socratis cum Callicle Sophiſta ſic inquit Mori quidem nullus formidat, niſi omnino rationis expers atque ignauus. Iniuſtè aũt ſe gerere formidat. Multis enim peccatis refertã animam ad inferos deſcendere: extremum oĩum malorum eſt. Sunt eñ homines nudi poſt obitũ iudicandi, id eſt, ſine corporis forma, ſine genere, ſine diuitiis. Iudicémque ipſum oportet ad animum ſolũ reſpicere ſtatim poſt inſperatum cuiuſcunque obitum. Ad ſolũ animũ inquam à ſuis omnibus deſertum: omnémque ornatum exteriorem in terra relinquentem: vt iudiciũ iuſtè procedat. Cum igitur ad iudicem peruenerint: iudex vniuſcuiuſque animam intuetur: cuius tamen anima illa fuerit non attendens, ſed plerunque magni Perſarum regis, aut alterius potentis obuium animum contemplatus, nihil in eo inſpicit ſanũ, ſed à periuriis, atque iniuſtitia, quaſi quibuſdã verberibus & cicatricibus infectũ, prout cuiuſque actio contraxit & in animũ impreſsit, omniáque obtorta mendaciis & vanitate, nihilque recti habentem: quia ſine veritate, educatus fuerat. Præterea, ob peccandi licẽtiã & petulantiã, mollemque laſciuiam, & in actionibus ſingulis intemperantiã incõpoſitum penitus & turpẽ. Animũ igitur iudex contemplatus ſic affectum, ſtatim ignominioſe illuc tranſmittit, vbi meritas ſubire pœnas oportet. Conuenit autẽ omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipſum melioré fieri, vel aliis exemplum dare: vt eius pœnas intuentes ob timoré meliores efficiãtur. Qui vero apud deos & homines ita dant pœnas, vt vtilitatẽ inde referant, hi ſunt qui peccata ſanabilia cõmiſerunt, quibus dolor cruciatũſque prodeſt apud homines, & apud inferos. Non enim aliter poteſt quis ab iniuſtitia liberari. Qui aũt extrema iniuſtitia detinentur, ac propter huiuſmodi delicta ſunt inſanabiles, nullã amplius inde vtilitatẽ reportant: vtpote qui ſanari non poſſunt, ſed proſunt duntaxat aliis per exemplũ, qui eos intuentur pœnis acerbiſsimis omni tẽpore cruciatos. Arbitror autẽ in horũ numero plurimos eſſe tyrannos, & reges, & potentes, & ciuitatum gubernatores: quoniam hi ob ipſam peccandi licentiam, grauiſſima & profana omnino peccata cõmittunt. At teſtatur aũt nobis Homerus, qui reges & potentes inducit apud inferos omni tempore cruciatos, ſeu Tãtalum & Siſyphũ & Titiũ: Therſitem vero & ſi quis alius priuatus fuit malus, nullus vnquam velut inſanabilẽ magnis fecit pœnis torqueri: quippe cum peccandi licentiam nõ habuerit, felicior erat illis, quibus ſceleris perpetrandi licentia dabatur. Profecto ô Callicles ex his qui potentiam licẽtiáque habent, ſunt qui nimiũ extitere praui. Nihil tamen prohibet inter hos nonnullos eſſe bonos, & certe qui talis fuerit merito colendus eſt. Nempe arduũ eſt, vt quis in magna peccandi licentia conſtitutus iuſtam tranſigat vitam, pauci que tales reperiuntur, fuere tamen hic, & alibi, arbitror erunt, boni præclarique viri potentes, qui autoritate ſibi cõceſſa iuſta tractarent: vnus aũt Græcorum omnium probatiſſimus Ariſtides Lyſimachi filius extitit: plures autẽ potẽtum improbi ſunt. Quamobrem, vt dicebam, iudex quando aliquem huiuſmodi deprehendit, aliud circa ipſum non nouit: neque quis ſit, neque ex quibus ortus eſt, ſed vtrũ ſit malus: cúmque id compererit, dimittit in tartarum, obſignans vtrum ſanabilis vel inſanabilis videatur: interdũ vero alium intuitus animum vel priuati vel alterius, qui piè atque integre vixerit, quod quidem philoſophis contingere arbitror. rem ſuam agentibus neque multis ſe negociis implicantibus. huic applaudit, & ad beatorũ inſulas tranſmittit. Ego igitur ô Callicles ab huiuſmodi ſermonib⁹ flector, & iã cõſidero qua ratione iudici ſaniſsimũ animũ oſtẽdere poſsim. Quamobrem omnes populi ſpernens honores veri tatémque conſiderans, conabor quàm maximè potero bonus viuere, bonuſque mori. Cohortor autem cæteros omnes quantum poſſum, te quoque ô Callicles ad hanc vitã reuoco, atque certamen, qđ equidem aſſero præ aliis certaminibus in hac vita eſſe homini ſubeundum. Quapropter & te obiurgo: qui non poteris tibi ipſi opem ferre: quando de te iudicabitur, inſtabítque ſententia, quam modo dicebam: ſed cum ad iudicem peruenieris, illéque te apprehenſum ducet, oſcitabis vacillabiſq; illic, nõ minus quàm ego hic apud iudices veſtros. Ibi forſitã peutiet te aliquis turpiter ſuper genã, & contumelia iniuriaque prorſus afficiet. Hæc forſitan anilis quædã fabula tibi videtur, & quæ dicta ſunt ô Callicles cõtemnis: ſed profecto nihil mirabile foret hæc ſpernere, ſi quo pacto perquirentes meliora his & veriora inuenire poſſemus. Nunc vero vides, non poſſe veriora oſtendere: & in tot ſermonibus, cũ cæteri redarguti fuerint, ſolus hic remanet firmus, ſcilicet cauendum eſſe iniuriam facere magis q pati: idque viro ante omnia meditandum, non vt bonus quidem videatur, ſed re vera ſit bonus publicè, atque priuatim. Hęc Plato in Gorgia: ex quibus conſtat quomodo anima poſt mortem iudicatur ineuitabili iudicio.

Pœnæ poſt hanc vitam adſunt impijs temporales, vel aternæ.

Principes puniuntur in inferno.

De purgandorum, damnandorũ, ac beatorũ locis.

Quantũ ad ſecundũ de damnatorũ & eorũ qui purgant locis, ac beatorum, Plato in perſona Socratis conſtituti in carcere in Phædone ſic inquit. Quando in eũ locum defuncti peruenerint, quo dęmon, ſcilicet eorũ cuſtos vnũquenque perducit: Primo illic iudicantur & qui honeſtè ſanctéque vixerunt, & qui aliter. Itaque quicunque in vita quodammodo mediũ tenuiſſe comperiuntur, ad Acherontem profecti vehiculis, quæ vnicuique adſunt, in paludẽ perueniunt Acheruſiam, ibique habitat & purgantur: pœnas dãtes iniuriarum & cum purificati ſunt abſoluuntur. Rurſúſque pro merito benefactorũ ſinguli præmia reportãt. Qui vero ob ſcelerum magnitudinẽ inſanabiles eſſe videntur, vt qui ſacrilegia multa & magna, vel cędes iniquas, vel alia horum ſimilia perpetrauerint, omnes hos, ſors conueniens mergit in tartarum: vnde nunquã egrediuntur. Qui autem ſanabilia quidem peccata, ſed ingentia cõmiſerunt, veluti ſi qui contra patrem, aut matrẽ irati per vim aliquid fecerint, ſed pœnitentia ducti eos in cætera vita coluerint, vel qui ſimili modo homicidæ fuerint, eos in tartarum neceſſe eſt cadere: ſed ibi per annum cõmorati à fluxu eiiciuntur, homicidæ quidem per cocytum, parentũ vero violatores, per Pyriphlegethontem. poſtquam vero ab his delati fluminibus ad Acheruſiam paludem peruenerunt, clamant illic, vocántque eos, quos vel necauerũt, vel iniuriis affecerunt, ſupplicitérque rogant vt eos per paludẽ progredi permittant, ibique abſolui, quod ſi impetrauerint penetrant illuc: finémque malorũ accipiunt: ſi autẽ eis perſuadere nequeũt referuntur in tartarum, atque inde rurſus in flumina, neq; per hæc deferri priꝰ ceſſant, quàm ab his, quos iniuriis affecerunt, veniã impetrauerint: hæc enim pœna illis à iudice eſt impoſita.

Qui autẽ piè præ cæteris vixiſſe inueniuntur, hi ſunt, q ex his terrenis locis tanquã è carcere ſoluti, ad altiora tranſcendunt: purámque ſupra terram habitant regionẽ. inter hos aũt quicunque ſatis per philoſophiã purgati ſunt, abſque corporibus omnino per totum tempus viuunt habitationéſque his etiam pulchriores nanciſcuntur: quarũ pulchritudo neque facilis dictu eſt neque ad dicendũ præſens tempus ſufficeret: ſed horũ quæ narrata ſunt gratia: omni ſtudio annitendũ eſt: vt in hac vita virtutem & prudentiã ſapientiámque conſequamur. Præmiũ nanq; pulchrũ eſt: & ſpes ingens. Bonámque ſpẽ de animo ſuo habere debet q cunque voluptatibus corporis eiúſque ornamentis neglectis tanquàm alienis: voluptates. autẽ quę in diſcendo percipiuntur ſtudioſe ſectaꝰ fuerit: & animũ nõ alieno ſed ſuo decorauerit ornaméto: tẽperantia, iuſtitia, fortitudine, liberalitate, veritate, ſicq; ex hac vita migrationẽ expectans tanquã cum fatũ vocauerit migraturus. Hæc Plato in Phædone: ex quibus conſtat, quæ ad mentem ipſius deputentur loca purgandis: & ineuitabiliter damnatis & beatis.

Quamdiu viuimus debemus cuerit noſ Plato habẽdã eſſe ſolicitudinem.

Poſtremo quantam curam ſolicitudinémque de anima donec viuimus habere debeamꝰ admonet nos diuinus Plato in Phędone in Socratis perſona ſic loquens: iuſtũ eſt ô viri cogitare ſi anima immortalis eſt: eam non ſolum temporis huius in quo viuere dicimur: verum etiã vniuerſi tẽporis gratia curatione plurimum indigere. Nã graue periculum fore putandum eſt: ſi quis animam neglexerit: Si eñ mors totius diſſolutio eſſet, nimirum improbi lucrarentur: cum & à corpore & ab eorum prauitate cum anima liberarentur. Nunc autem cum anima immortalis appareat: nulla ſupereſt malorũ declinatio, nulla ſalus, niſi vt optima

& prudentiſsima fiat. Nihil em̃ aliud cum migrat anima ſecum defert præter eruditionem atque educationé, quę quidem ſtatim à principio tranſmigrationis illi⁹ plurimũ prodeſſe vel obeſſe dicuntur. Hæc Plato in Phędone. Cõſtat igitur ex omnibus prædictis mentem Platonis fuiſſe, hominem nõ ꝓfectè beatificari nec vltimo dominari niſi poſt mortẽ.

Plato poſuit hominis poſſibilẽ felicitatem in diuinorum cõtemplatione conſiſtere.

Quantum ad tertium principale, ſ. in quo ſtatuit Plato humanam felicitatem tam pro hac vita quæcunque poſsit haberi q̃ poſt mortẽ, aduerte q̃ in Philebo & in Sympoſio pro certo concludit eam in vita, id eſt operatione conſiſtere, quæ ex ſapientia prouenit, & eſt puriſsimę voluptati admixta: Operatio aũt ex ſapientia proueniens contemplatio eſt diuinorum, vt in Theage docuit Plato, in diuinorum genere locatur in primis Deus glorioſus, deinde intelligentię, quas diuinas mẽtes in Platonis doctrina dicimus, licet igit̃ Plato in diuinorum entium ſpeculatione noſtram beatitudinem locauerit primo tame in Dei maximi ſpeculatiõe qué vocat per ſe vnum, per ſe bonum, per ſe pulchrum, & quidé quòd in huius diuiniſsima ſpeculatione noſtram repoſuerit felicitatem patet in Sympoſio, vbi fatidicam Diotimam in diuinis peritiſsimam, loquentem ſic introducit.

Quicunq; hucuſq̃ ꝑ amatoria gradatim deducitur, recto ordine pulchra intuitus, ad finem iam amatorij affectus perueniens, ſubito quandam natura mirabilem inſpiciet pulchritudinem, quod eſt ipſum primũ & per ſe pulchrum, & hoc eſt illud cuius gratia labores omnes præcedẽtes ſubijimus, & hoc quidé ſemper eſt, nec fit, nec interit, neque creſcit vnquam, neque decreſcit, præterea, non hac ex parte eſt pulchrũ, ex illa turpe, vel tum pulchrum, tum minimè, neq; ad hoc quidem pulchrum, ad illud verò turpe, neque rurſus imaginatione quadam ipſum pulchrum fingetur, quaſi vultus pulcher, aut manus pulchræ, aut aliud quid cuius corp⁹ eſt particeps. Neque in alio iacere putabitur vt in terra vel in cœlo, aut in alio quopiã, ſed ipſum ꝑ ſeipſum cũ ſemetipſo vniforme ſemper exiſtens. Cætera vero omnia q̃ pulchra ſunt, illius participatione pulchra, hac tamẽ conditiõe vt naſcentibus illis atque intereũtibus aliis, nihil illi ſubtrahatur aut addatur, neque paſsionem vllã incurrat. Quando vero ab his pulchris aliquis legitimè amãdo aſcendẽs, illud ipſum primũ pulchrũ ſuſpicere incipit, fermè iam finem attingit, & hoc eſt profecto ad amatoria rectè pergere, vel ab alio duci, quando videlicet quis ab his pulchris gratia illi⁹ pulchri aſcẽdere incipit, quaſi quibuſdã gradibus vtens, atque ita demũ quid ipſum pulchrũ ſit contemplatur, in hoc vtique vitę ſtatu ò Socrates homini, ſ. ipſum pulchrum ſpectanti viuendum eſt. Quod ſi quãdo videris ſupra quàm dici poſsit pretioſius auro, ornatisq̃ veſtibus, pulchriſq̃ pueris & adoleſcentibus cenſebis, quos nunc tu & alij multi dũ ſpectatis, nimiũ obſtupeſcitis, & ſi fieri poſſet eligeretis inter illos ſemper cibo potuq̃ neglecto verſari. Quàm felix illud ſpectaculũ fore putam⁹, ſi cui cõtigerit vt ipſum pulchrũ intueaṫ, ſyncerũ, integrũ, purũ, ſimplex, nõ humanis carnibus, nõ coloribus, non aliis mortalibus nugis cõtaminatũ, ſed ipſum ſecundum ſe pulchrũ diuinum inſpiciat. Nũ vitã huiuſmodi hominis paruifacis? qui, ſ. illuc ſuſpicit, qui tam pręclarum ſpectaculum contuetur, qui illi cohęret? Nõne cogitas quòd ibi ſolum cernens ille eo oculo pulchrum quo cerni poteſt, id eſt intellectu non imagines virtutis, ſed virtutes ipſas pariet, quippe cum non ſimulachrum, ſed rem ipſam attingat? Cúmque virtutem veram pariat atque alat, Deo amicus efficietur, & ſi q̃s alius hominũ is maximè immortalis & felix efficietur. Hæc ô Phędre inq̃t Diotima cui fidem adhibeo, atque aliis perſuadere ſtudeo, naturam hominum non facile poſſe alio modo ad beatæ immortalitatis poſſeſsionem peruenire. Hæc Plato in Sympoſio, ex quibus conſtat quomodo Plato in primi boni primíque pulchri cõtemplatione noſtram repoſuerit in primis felicitatem, verũ quoniam vt declaratum eſt ex Phædone diuinorum conſideratio pro hac vita, admodum imperfecta eſt, multamq̃ continet intellectus ambiguitatem & in affectu ex corpore anxietatem, ideo Plato veram & omnimodam beatitudinẽ pro alia vita ſtatuit vt ſupra diximus.

Non in ſola ſapiẽtia ſed in ea mixta puriſsimę voluptati conſiſtit felicitas.

Quòd aũt non in ſola ſapientia ſed in ſapientia admixta puriſsimę voluptati, q̃ diuinorum ſpeculationem concomitaṫ noſtram ſtatuerit felicitatem, declarat Plato in Philebo, vbi tres vitas ꝓpoſuit, id eſt operationes, quarum prima eſt ſoli⁹ mentis, hæc eſt diuinorum ſpeculatio, ſecunda eſt ſoli⁹ voluntatis, hæc eſt delectatio ſiue fruitio, tertia eſt mixta ex vtraque. Hæc eſt diuinorum contemplatio cum ſumma fruitione, in hac tertia ſtatuit Plato beatitudinem vnde in Philebo inquit. Nullum ſic viuere eligeret, quòd ſapientiã mentem ſcientiam memoriámque omnium omnem poſſideret, voluptate vero nulla frueretur, verũ vnuſquiſque eam quæ eſt ex ambabus confectam eliget. Neutra enim, id eſt neque prima, neque ſecunda ſufficiens & ꝑfecta eſt, neque ab omnibus deſiderata, tertiã aũt oẽs appetunt, omnibuſque ſufficit. Ipſum ergo ſummum bonum neutrum eſt, id eſt neque ſapientia neque voluptas ſed ex vtraque mixtum. Hæc mẽs Platonis in Philebo, quam confirmat in Phædro vbi aſſerit animas puras cum in cœlum euolauerint, in diuina menſa ambroſia & nectare veſci. Hæc de ſecũdo capite dicta ſint.

CAPVT III.

Examinantur de felicitate ſententiæ tum Platonis tum Ariſtotelis.

IN tertio capite ſupereſt declarare in quibus cõuenit Plato cum Ari. & in quibus vt ſibi Ariſt. imponit diſſentire vĩ, & nõ ſolum in poſitione ſummi boni, ſed & in alijs moralibus. Hic igitur tria agenda ſunt. Primò cõpendiosè referenda ſunt, quæ & quot docuit Ari. de felicitate in primo, & in decimo Ethico. Secundò defenſabitur ſnia Platonis de felicitate cõtra Ari. Tertiò recitabunt̃ alia, circa q̃ in moralib⁹ vĩ Plato repugnare doctrinæ Peripateticæ, & Platonis ſnia ſuſtẽtabitur, & hic intentio noſtra terminabitur quo ad moralis Philoſophiæ ordinationem ad mentem Plato.

Quatuor de felicitate in Ethicis tradidit Ariſt.

Quantum ad primum aduerte vt in epitomatib. noſtris moralibus ſuper Ethicen Ariſt. videre poteris, Ariſ. in primo Ethicorum de felicitate quatuor docuit.

Primò q̃ in humanis datur optimus & vltimus finis, cui⁹ cognitio, ſ. quid ſit & in quo conſiſtat eſt homini neceſſaria, & hoc in tractatu primo.

Secundò docuit quid ſit, duplicitérque eã deſcripſit. Primò ſic, felicitas eſt bonũ ꝑfectum per ſe ſufficiens. Sed ò ſic, felicitas eſt propria hominis operatio ſecũdum virtutem in vita perfecta, & hoc in ſecundo tractatu.

Tertiò docuit à qua cã ꝓuenit homini felicitas, & determinat q̃ à cauſa humana. & quis poſſit felicitari, & determinat quòd omnis exiſtens naturæ rationalis operans ſecundum optimam virtutem practicã vel ſpeculatiuam, & quãdo ſit felix, & determinat quòd dũ viuit, & quòd poſt mortem ſtatus hominis non mutatur ex bono vel malo filiorum aut amicorum aut parentuum ſtatu, & hæc omnia in tertio tractatu.

Quartò docuit quod bonum ſit felicitas, an bonũ laudabile, an bonum honorabile, & determinat ipſam eſſe bonũ honorabile, & hoc in quarto tractatu.

In tractatu autem ſecundo capite primo, imponit Platoni, q̃ aſſeuerauerit felicitatem conſiſtere in cognitione vni⁹ boni primi ſeparati, & contra Platonem in hoc Ariſtoteles multipliciter arguit. Hæc eſt eorum ſumma, quæ Ariſtote. in primo Eihicorum de felicitate & ſummo hominis bono diſſeruit.

In libro autem Ethicorum decimo, intentionẽ ſuam cõplens de felicitate, quam in primo libro incipiens non perfecerat, ſeptem de ea docuit.

Septem docuit Ari. de felicitate in decimo Ethicorum.

Primò q̃ eſt hominis operatio non quæcunque, ſed quæ eſt ſecundum moralem virtutem, aut intellectualem.

Secundò, q̃ beatus eſt ille, qui in pręſenti vita factus eſt diuinorum contemplator potiſsima contemplatione, quæ ꝑ hac vita haberi poſſit, modo per totam vitam duret, ſitq̃ virtutibus moralibus coniunctus.

Tertiò, q̃ hæc diuinorum contemplatio ab habitu ſapientiæ procedit, quę habitum primorum principiorum & ſciẽtiam complectitur.

Quartò, q̃ hęc contemplatio pulcherrimæ & puriſsimę delectationi coniuncta eſt, vt ſuo perfectiuo.

Quintò, q̃ vltra felicitatem ſpeculatiuam datur felicitas practica quæ conſiſtit in actu prudentię regitiuæ, & dirigẽtis reliquas virtutes morales.

Sextò, q̃ ad hoc q̃ homo fiat felix, ſiue ſpeculatiuè, ſiue practicè, oportet vt fiat bonus per morales virtutes: qm̃ ad felicitatem media ſunt.

Septimo, q̃ homo fiet bon⁹ ſermonib. exhortatorijs, & bona conſuetudine, & prima eruditione, & legis poſitione.

Hęc eſt eorum ſumma, quæ Ari. in decimo Ethicorum, docuit de felicitate, vt videre poteris in epitomatibus noſtris moralibus.

In quo Ari. à Platone de felicitate diſſentiat.

Quantum ad fm̃ aduerte, quòd Plato in poſitione humanæ felicitatis in duobus ab Ariſt. diſſentire videtur, ſed reuera in altero tantum.

Primum quidé eſt, ꝙ Ari. in primo & in decimo ethicorũ aliam, non tribuit homini felicitatem niſi pro hac vita ita ꝙ putat hominem felicé, qui dum anima corpori cõiuncta eſt, diuinorum entium ſpeculationem aſſequitur. De felicitate autẽ & miſeria alterius vitæ, nullum penitus verbum fecit. At Pla. vt ſupra tibi declarauimus non contentatus hac debili ac imperfectiſsima felicitate præſentis vitę, ad quã pauciſsimi perueniunt, rationabiliter animæ ſeparatæ perfectã aſsignat beatitudinem. Cõſiderauit enim quòd quãtũcunq; aſſequatur homo pro hac vita diuinorum cognitionẽ ſimul cum vera ac pluchra delectatione, intellectus ſemper, & in multis ambiguus erit, voluptasq; illa anxietati admixta, ex conſequenti huiuſmodi contẽplatione neq; ſufficiens, neq; ꝑfectũ bonũ exiſtet, ergo nec ſimpliciter beatitudo. Oportet em̃ beatitudinẽ bonum eſſe ſufficiens, atque perfectum, omniſq; miſeriæ ac indigentiæ excluſiuum, & omnis humani deſiderij terminũ, verum ꝑ hac vita nullus in ſe id experitur. Nã licet ſuadeamus nobis ſenſum finem ſuũ, bonumq; ſæpiſsimè conſequi, quando, ſ. ſufficientis obiecti ſui conſecutione quantum ad ipſum ſpectat prorſus impletur, intellectum tñ mentẽmque noſtram, quando finem conſequatur optatũ & in eo quieſcat non experimur. Nam in ſummis etiã corporis voluptatibus, quando ſenſus ipſe quantũ in ſe eſt impletur, mens adhuc veheméter ſolicitatur, qm̃ aut nõ inuenit quod vellet, aut non tantum cõprehendit quantum affectat, ſicq; ſemper ambigit & vacillat & angitur. Cũ igitur dũ viuimus mens noſtra nuſquam quieſcat, optimo ſuo fine, ad quem creata eſt, non plene potiẽ, donec à corpore liberata ad ſuum reuertatur autorem. Hęc fuit Platonis mens & veritati conſona, quã & ſignauit Promethei metaphora de quo ſcribit ꝙ diuina Palladis ſapiẽtia inſtructus ignémque cæleſtem, id eſt rationem & intellectũ adeptus, ob hoc ipſum in ſummo montis vertice, id eſt ipſa contemplationis arce ob continuũ auis rapaciſsimæ morſum, id eſt inueſtigationis ſtimulum, miſerrimus omnium iudicatur, donec illuc iterum tranſferatur, vnde olim acceperat ignem. vt quemadmodum vno illo ſuperni luminis radio, nunc aſsiduè ad diuinorum inueſtigationem ſtimulatur, ſi tũc pleno lumine & perfecta ſpeculationis claritate impleatur.

Secundum autem, in quo Plato ab Ariſt. diſſentire videtur eſt hoc, Ariſt. in primo Ethicorum Platoni imponit, ꝙ felicitatem humanam in quodam vniuerſali bono ſtatuerit, quod apud Platonem ideo boni, ſiue per ſe bonum nominatur. Quam quidem poſitionem Ariſto. in primo Ethicorum multipliciter impugnat, vt in epitomatibus noſtris moralibus videre poteris.

Verum ꝙ Ari. id falſo Platoni imponat conſtat ex capite ſecundo huius tractatus vbi ad mentem Platonis docuimus veram felicitatem cõſiſtere in ſpeculatione diuinorum entium, inter quæ Deus optimus principatum obtinet, in ſpeculatione, inquam, admixta puriſsimæ voluptati, ſed & Ari. in decimo Ethicorum vt cõſtat ex ſupra recitatis, idem ſentit, nec quid excellentius inuenire potuit, ergo Plato & Ari. in ſenſu concordant. Repugnantia autem in verbis tantum apparet, quoniam conſueuit Plato ſpeculationem Dei nuncupare ſpectaculũ per ſe boni, & per ſe pulchri. vt ſupra diximus, & patet in Sympoſio, Ari. autem idearum impugnator huic poſitioni ſub ideæ boni nomine, vel per ſe boni vel ſeparati boni aduerſatur. Qui ſi Platonis ſenſum attendere voluiſſet, non vtique vlla ei ſupererat calumniãdi occaſio.

Verbis potius, quam ſenſui aduerſari Platoni Ariſtotelem accipiẽdum eſt.

Vt igitur verũ habeas Platonis ſenſum, ſciasque Ari. cõtra ipſum ſemper in æquiuoco tendiſſe, & quaſi veriſimum Platonis ſenſum diſsimulans non intellexerit, aduerte, ꝙ in ſexto de rep. qui per ideam boni intendat apertiſsimè inſinuat, dum ciuitatis gubernatorem inſtruit & admonet circa ſingula bona ad ipſum bonum diſponenda cæcutire & caſu quodam ferri, niſi primam ipſam boni perſpexerit formam omnium exemplar, cauſamque bonorum, vbi plane ꝑ boni formam, ſiue ideam, non hanc, aut illam ſpeciem, non vniuerſale bonum ſecundum prædicationem, vt fingit Ari. Platonem intellexiſſe, ſed ipſam eminentiſsimę diuinitatis fecunditatem, per omnia ſeſe potenter ſalubritérque propagantem. Cuius imaginem quandam Plato vult Solem eſſe viſibilem, vires ſuas ſimili modo per omnia diffundentem. in cognitione igitur huius primi & abſolute boni, Plato repoſuit ſummum hominis bonum, & nõ in cognitione boni tranſcendenter accepti, vt Ariſtoteles exiſtimauit, vel exiſtimaſſe finxit Platonem, & licet Ariſtoteles eiusque ſectatores hanc diuini boni ſcientiam vt ſuperfluam reputent ad remp. humanis moribus legibusque moderandam, non tñ apud Platoné ſuperflua eſt, imò neceſſaria iudicatur ad eam rempu. quam Plato inſtituit, in qua inquit conãdum eſſe, vt ciues Deo ſimiles amicique reddantur. Quod vtique impoſſibile eſt abſque Dei maximi cognitione, quem bonũ ſeparatum & per ſe bonum & ideam boni appellat. Hic fuit verus Platonis ſenſus, nec vllo modo ꝺ ipſum militant Ariſ. rationes in primo ethicorum. Tranſeunt enim per equitoꝺcũ ideo ſuperfluum eſſet in earum ſolutione laborare.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ Ariſt. non ſolum in ſummi boni ac felicitatis poſitione cõtra Platonem inſurgit, ſed & in alijs tribus.

Primo in ſexto Ethicorum agens ad prudentia diſſentit à Platone in perſona Socratis dicente oẽs virtutes eſſe prudentias: cõtra quem ſic arguit Ari. Cum prudentia ſit virtus intellectualis, ſi oẽs virtutes eſſent prudẽtiæ, nulla eſſet virtus moralis, quoniam illæ ſunt in parte appetitiua, omnis autem prudentia in parte intellectiua.

Quo ſenſu Plato dixerit oẽs virtutes eſſe prudentias.

Sed aduerte ꝙ Plato dum inquit oẽs virtutes eſſe prudẽtias, non intendit eas eſſe prudentias formaliter atque eſſentialiter, ſed dependenter & acquiſitiuè. Duo em̃ omnium virtutum moraliũ principia vniuerſalia Plato inuenit, ſ. prudentiam & opinionem rectam, eo ꝙ non niſi prudentia & opinione recta, id eſt recto rationis dictamine non acquirũtur. Qm̃ igitur ipſa prudentia reliquę acquiruntur virtutes, ideo apud Platonem ſæpenumero totiꝰ virtutis moralis nomen vſurpat, dum virtutes morales prudẽtias appellat. Nec ab hoc ſenſu Ari. diſſentit in ſexto ethicorum, vbi de virtutũ connexione pertractans concludit virtutes morales nõ poſſe alicui ineſſe ſine prudentia. Ratio igitur Ariſ. ꝺ Platonem inducta concludit ſolũ in primo ſenſu ſ. ſi poneret populo eas eſſe prudentias formaliter & eſſentialiter, ſed intendit tantũ in ſcꝺo ſenſu id eſt dependẽter & acquiſitiue, in quo ſenſu conſequentia Ari. neganda eſt, nullámque habet apparentiam.

Scꝺo in ſeptimo Ethicorũ agens Ari. de incõtinentia diſſentit à Platone in ꝑſona Socratis dicẽte, ꝙ nullꝰ incõtinens eſt ſciens ſed ignorans q̃ agit, qm̃ agere nõ poſſet cõtra ſciẽtiam q̃ eſt quid fortiſſimũ in hoíe, & fortiſſimum à debiliori nõ vincitur, cõcupiſcẽtia aũt debilior eſt quàm ſcĩa, ergo nullus incõtinens eſt ſciens, ſed ꝺ Socratem inquit Ariſ. iſte ſermo aduerſatur his q̃ manifeſte apparent, qm̃ ſ. videmus aliquos operari id quod ſciunt eſſe malũ, puta adulter, ergo non omnis incontinens eſt ignorans, aliter nullum peccatũ eſſet ex malitia, quod manifeſtè falſum eſt.

Quo putauerit Plato omnem inconti nentem eſſe ignorãtem.

Vt igiẽ ſcias Platonem ſeruare & quo hęc ſit vera, incontinens non eſt ſciens ſed ignorans, ꝙ ſi eſſet ſciens non eſſet incontinens aduerte ꝙ apud Platonem dicentem ꝙ inconti nens non eſt ſciens, non ſumit ſcienté abſolute, ſed ſciẽtem ꝑ prudente, nã vt docuimus in trac. quĩto in parte ſexta Pla to in tertio de leg. imprudentiã vero appellat ignorantiam, prudentiam vero ſcĩam nõ quamcunque ſed diſcretiuã boni & mali, ió ergo Plato dicit incõtinentem eſſe ignoranté, qm̃ imprudẽs eſt, imprudẽs eſt em̃ qui nõ ſm̃ rectam rõnem operatur, prudẽs vero qui oppoſito mõ ſe habet, qm̃ igitur incontinens nõ agit ſm̃ ꝙ ratio dictat, ſed vt paſſio impellit ideo Plato dicit incontinentem non eſſe ſcientem id eſt nõ prudentem, impoſſibile em̃ eſſet ipſum eſſe incontinentẽ, ſi prudens eſſet: qm̃ nõ datur prudentia ſine temperãtia, licet detur aſtutia. Patet igitur ꝙ Ari. non arguit ꝺ ſenſum Plato. nam vtique ſtat incontinentem ſcire hoc eſſe malum quod operatur & tñ non eſſe ſcientem id eſt prudentem licet aſtutum, & ſua aſtutia operari malũ, prudentia nãque fortiſſima eſt & quamdiu eſt in homine, omnes eius regulat actiones, & paſſiones frẽnat, verum eſt ergo dicere, ꝙ nõ ſtat incontinentia cum ſcientia, id eſt cum prudẽtia, ſtat autem cũ ignorantia, id eſt cum imprudentia.

Tertio Ari. in ſeptimo ethicorũ agẽs de delectatione imponit Platoni & Speuſippo & platonicis ꝙ arbitrentur nullam delectationem eſſe bonam nec optimã, & ex cõſequenti non eſſe admixtam felicitati quæ eſt optimum bonum.

Verum ꝙ Ari. id falſo eis imponat, ad plenũ declarauimꝰ in trac. quinto in pate vndecimo, vbi expoſita vniuerſali intẽtione de delectatione apud Platonem defenſamus ipſum cõtra Ari. & tu vide illic. Hæc de præſenti capite dicta ſint, & hìc terminatur intentio noſtra in diſpoſitione atq; ordinatione moralis philoſophiæ ſm̃ Platonis doctrinam, ad laudem Domini virtutum, Dei benedicti in ſecula.

Tractatuum in Ethicen Platonis, finis.

EPITO

EPITOME
CHRISOSTOMI IAVELLI
CANAPICII,
IN POLITICA, HOC EST, CIVILEM PLATONIS PHILOSOPHIAM.

¶Septem complexa tractatibus.

Proœmium.

POst moralis Philoſophię ad mentem diui Platonis diſpoſitionem, operępretiũ duxi & eam,quæ de rep.atque Politica nuncupatur,ordinare,vt ſtudioſis,atque his, qui bono reipublicæ, regendíſque ciuitatibus ſuperintendunt, innoteſcat, quis ex duobus,ſcilicet an Ariſt.an Plato in hoc Philoſophandi genere prudentior,vtilior, verior,& ſanctior extiterit.Poſtquàm igitur quæ ſparſim, diffuſeque de ciuibus in libris de rep.atque in libris de legibus,& alibi Plato edocuit,exacto ſtudio longisque vigiliis peruolui,ipſius mentẽ in hoc noſtro opere ſeptem tractatibus partito comprehendere decreui.

Primus tractatus de ciuitate erit.
Secundus de ciue.
Tertius de legibus in vniuerſali.
Quartus de legum conditore.
Quintus de politia,ſiue de republica.
Sextus de legibus in ſpecie, quas Plato ſcriptis mandauit,& nos ordine alphabeti diſponemus.
Septimus de Platonis defenſione in politicis, contra Ariſtotelem.

TRACTATVS PRIMVS
in Platonis Politica,quinque diuiſus capitibus.

¶ De ciuitate.

IN hoc primo tractatu acturi ſumus de ciuitate,à qua ciuilis denominatur philoſophia.Hũc autem in quinque diuidemus capita.

Primum erit de origine & cauſis ab initio condendi ciuitates.
Secundum de ciuitatis materia ad mentem Platonis.
Tertium de ciuitatis forma & ſitu & principalium habitationum diſpoſitione,& muris ciuitatẽ circundantibus.
Quartum de ciuitatis,ac regionis quantitate.
Quintũ de fine,ad quem optima eſt inſtituenda ciuitas.

CAPVT I.

De origine & cauſis condendi ciuitates.

IN primo capite agendum eſt ad mentẽ Platonis de origine & cauſis,quibus inducti fuere homines à principio cõdendi ciuitatem, quibus expoſitis manifeſtũ tibi erit quid ipſa ciuitas ſit.Hic igitur duo agenda ſunt.Primò referẽtur quæ docuit Ari.in primo Politicorum, de ciuitate quid ſit, quídve mouerit primum ciuitatis inſtitutorẽ ad condendũ ciuitatem.Secundò ad mentẽ Platonis declarabitur duplici de cauſa à principio inductos hoïes ad condendum ciuitatem,quarum vna fuit humana indigentia victus,habitationis,& veſtitus,ſecunda fuit protectio,atque defenſio à nociuis.

Quantum ad primum aduerte,q; Ariſt.in primo Politicorum,de ciuitate quatuor docuit. *Ari.quatuor docuit de ciuitate in lib. Politicorum.*

Primò, q; ciuitas eſt communitas ex pluribus pagis,id eſt vicinijs inſtituta,perfecta atque ordinata ad bene ſufficientérque viuendum.

Secundò quòd huiuſmodi communitas eſt naturalis.

Tertiò q; homo eſt naturaliter animal ſociabile,atq; politicum.

Quartò,q; cauſans,inducens primum inſtitutorem ciuitatis,fuit vt homines ad vitam moralẽ induceret,ceſſarẽntque eſſe pelſimi.

Hæc omnia videre poteris in epitomatibus noſtris in primo Politicorum tractatu primo.

Quantum ad ſecundum aduerte quòd de mente Platonis prima ratio inſtituendi ciuitatem humana fuit indigentia,de qua ſic ſcribit in ſecũdo de republic.fit vtique ciuitas vt exiſtimo, quoniam nullus noſtrûm ex ſeipſo ſufficiens ſibi eſt,ſed multorum indiget. Nullumque aliud fuit conſtituendis ciuitatibus initium. Sic nanque ſe inuicem accipiunt homines,aliúmque ad alium vſum aſciſcunt,cum in multis indigeant,& multos in habitationem vnam congregant communicatores adiutoréſque. Quem cœtum nos ciuitatem appellamus. Impartiuntur ergo viciſſim ſua, & aliena viciſſim accipiunt , conducere ſibi exiſtimantes huiuſmodi viciſſitudinem. Indigentia igitur noſtra à principio ciuitatem facier. Prima vero & maxima omnium indigentia eſt victus pręparatio, vt & ſimus & viuamus. Habitationis ſecunda. Veſtitus & huiuſmodi tertia.Hæc Plato in ſecundo de republic. Secunda vero cauſa à principio inſtituendi ciuitatem apud Platonem protectio atque defenſio à nociuis extitit, vt ſcilicet in vnum congregati aduerſantibus extrinſecis tam feris quàm hoſtibus reſiſtere,& intrinſecus pacifico ſtatu ſe mutuo ſeruare valerent. Hanc igitur cauſam Plato in Prothagora elegantiſſimè,ſub Promethei figura ſic deſcribit. Vidit Prometheus cætera quæque animalia ſuis fulta muneribus, boniſque referta. Nam Epimetheo conſenſerat,vt vnicuique animalium generi,quæ eſſent ad vitam ſeruandam opportuna diſtribueret. Diſtribuerat igitur ille quibuſdam robur ſine celeritate,& quædam imbecilliora celeritate donauit. Armauit nonnulla. Inermibus autem aliud quoddam ſalutis machinamentum excogitauit. Quę enim exiguo erant corpore, partim per aëra pennis attolli,partim ſuper terram ſubrepere iuſſit.Quæ vero amplæ erant molis, ea ipſa mole ad ſalutem muniuit.Similitérque cæteris prouidit, adeo q; nullum animalium genus deperderetur. Et poſtquàm ea ita inſtruxit,vt mutuam deuitarét voraginé,excogitare cœpit qua ratione quàm facillimè,ſub diuo vitam agere poſſent. Veſtiuit illa confertiſſimis pilis,ſetiſque & duriſſimis pellibus,quibus facilè tum hyemis,tum æſtus intemperiem tole-

Humana victus,habitationis,& veſtitus indigẽtia cã fuit ſecundum Platonẽ inſtituẽdi ciuitatẽ. Secunda cã fuit hominũ defenſio ac protectio à nociuis.

rarent,naturaliaq; illis ſtramenta & cubilia paranit, pedib⁹ ſoleas,vngulas,ſetas,callum,pelléſque duriſsimas addidit. Deinde alimenta alia aliis ſuppeditauit, quibuſdã ex terra herbas,nonnullis ex arboribus poma,baccaſq; & radices aliis. Aliquibus vero ex alterna voragine victum. Cumq; non eſſet epymetheus admodũ ſapiens,dotes omnes inſcius effudit in bruta, neque aduertit nil ex tanta ſibi elargitione ſuperiore, quo genus noſtrum deinde donaret, ſicque reſtitit hominum genus immune,ſ. nudum inerme, calceorum ſtramentorumque indigum. Cumque aliam humanæ ſalutis viã consultans prometheus non inueniret ſurripuit Vulcani Minerueque,artificioſam ſapientiam, id eſt artium diſciplinã, eamque hominum generi largitus eſt,qua quę ad victum veſtitumque ſuppeditant ſibi fabricaret & acquireret. Sicque arte & ratione præter cætera animalia viuimus. Deerat autem adhuc hominibus ciuilis,id eſt hominũ regitiua ſapiẽtia. Erat ille quidem apud Iouem,cuius arcem conſcendere Prometheo nondum licebat. Sicque reſtitit genus hominũ cum ſola artium doctrina,qua quæ ad victum veſtitumque ſpectant,ſibi præparare poterat. Quoniã vero ſolus ex omnibus animantibus homo diuinæ ſortis particeps effectus eſt,ob ſcilicet mentem & rationem,qua ad Dei imaginẽ eſt, ideo à principio ſolus deos eſſe putauit, arasque & ſtatuas illis dicauit. Deinde ex ſapientia artificioſa, quam ſuſceperat,vocem in verba articulatim arte diſtinxit, ædes conſtruxit,veſtes calceóſque confecit,ſtramenta elaborauit, ex terra alimenta collegit. Ita homines ab initio cõſtituti ſparſim vagabantur habitabántque. Nam vrbes nondum conſtruxerant, ſicque à feris cum imbecilliores eſſent paſsim dilaniabantur. Artium enim facultas ad victum comparandum ſufficiens erat,ad pugnam vero contra truculentas beſtias minime. Ciuilis nàque peritiæ, cuius pars vna eſt res militaris, expertes erant. Vt igitur ſe aduerſus eam cladem munirent, ſtructis vrbibus congregati ſunt. Congregati aũt inuicem iniuriabantur,ſibique mutuo nocumẽta inferebant calumniis,rapinis,cęde,quippe qui ciuili facultate carerent,ea eſt enim hominũ moderatiua. Quapropter iterum diſperſi à feris lacerabantur. At Iupiter humanæ ſalutis conſulens Mercurium miſit pudorem,id eſt temperantiam modeſtiamque ac iuſtitiam afferentem,vt hæc ciuitates ornarẽt,deuincirẽque & mutua benevolẽtia ciues conciliarent. Interrogauit Iouem mercurius qua conditione pudorem iuſtitiamq; hominibus traderet. Vtrum ſcilicet ita vt artes, hæc diſtribui deberent. Illæ ſiquidé ita diſtributæ ſunt,vt vnus in medicinæ arte peritus ꝑ multis rudibus ſufficiet. Et cæteræ ſimiliter. Nunquid ita pudorem & iuſtitiam hominibus tradam, an omnibus inferam? Omnibus reſpondit Iupiter: Oẽs ſi quidem horũ participes eſſe debent. Neque enim ciuitates vllę conſiſterent, ſi horum pauci, vt aliarum artium participes exiſterent. Legem præterea meo nomine condas, qua quiſquis omnino iuſtitiæ pudoriſque erit expers,tanquã ciuitatis peſtis quædã vltimo afficiatur ſupplicio. Hæc de cauſa ô Socrates,tam alij omnes quam Athenienſes, quoties de architectura,vel alio quodã opificio ſermo habendus eſt,paucos ad conſilium intromittunt,ſ. in arte peritos, cęteros vero artis neſcios excludunt. Quoties autem de ciuili admiſtratione conſilium innititur,quæ ex temperantia & iuſtitia conſtat iure vnumquenque admittunt, quippe cũ oporteat harum virtutũ omnes eſſe participes,alioquin ciuitates nullæ conſiſterent. Inſuper hanc accipe coniecturam, ꝙ omnes homines cenſeant ſingulos virtutis huius ciuilis temperantiæ,ſ. & iuſtitiæ compotes eſſe. Enimuero in cæteris facultatibus,ſi quis ſe iactet,puta ꝙ optimus ſit tibicen, cum tamẽ in hoc ipſo ſit rudis, audientes hunc deridẽt, cíque indignantur,& propinqui eum admonent vt inſanum & increpant. Econtra vero in ciuili virtute contingit. Nã licet ſciãt aliqui quempiam iniuſtum eſſe tamen ſi ille hoc coram neſcientibus fateatur,inſanire eum exiſtimant, neq; patefaciẽdam cenſent iniquitatem,imo ſemper iuſtitiã oſtentandam, ſiue adſit, ſiue non. Eũ vero,qui iuſtitiam non ſimulat, delirare exiſtimant,tanquã oporteat vnumquenque ciuilis virtutis participem eſſe vel ex hominũ cœtu,vitãque exterminari. Hæc Plato in Prothagora. Ex quibus conſtat cauſam ciuitatẽ inſtituendi à principio, non ſolũ humanã extitiſſe indigentiã,cui ex artium inuentione ſatis fit, ſed etiã vt à truculentis feris ſe protegerent homines, & receptiõe diuini luminis ac temperantię & iuſtitię à ſummo Ioue patre omnium clementiſsimo, Deũ ipſum homines colerent,pacifice conuiuerent, ipſiſque virtutibus ornati ſummum ad qđ geniti fuere bonum conſequerent, vt infra tibi manifeſtius erit. ſicque de ciuitatis origine Plato & Ari. optimè conueniũt: & ſicut apud Ari. Ciuitas eſt cõitas ex multis pagis cõſtituta, ꝓfecta ordinata ad bñ ſufficienterq; viuendũ, ſic apud Platonẽ eſt hoĩum cœtus in quo cõicátes ſe mutu adiuuãt, vt fugata indigentia victus habitationis, & veſtitꝰ bene ſufficienterque viuant. Hæc de primo capite dicta ſint.

Artium ac diſciplinarũ aliquæ omnibus nonnulla aliquibus conueniunt ciuibus.

CAPVT II.

De partibus, ex quibus debet conſtare ciuitas.

Materia ciuitatis duplex.

IN ſecundo cap. agendum eſt de ciuitatis materia ad mentem Platonis. Tu igitur aduerte ꝙ ſicut ciuitas dupliciter dici cõſueuit, ſic & eius materia. Nam ciuitas dici cõſueuit ędificiorum aggregata multitudo, & hominum ſimul aggregatorum, & ad inuicem cõicantium in vno cõmuni loco multitudo ordinata. Sic & ciuitatis materia dupliciter ſumẽda eſt primo partes ſubiectiuæ ædificiorum ſiue conſtructionũ ciuitati neceſſariæ materia dicuntur in primo ſenſu ſumptę ciuitatis, ſecundo partes ſubiectiuæ inhabitantium ciuitati, in ſecundo ſenſu neceſſariæ, materia ſcđo mõ dicẽda eſt. In hoc igitur capite de ciuitatis materia ſub vtroque ſenſu agendum eſt. Et hîc duo agenda ſunt, primo referentur quæ Ari. de vtraque docuit materia, ſecundo de vtraque ad mentem Platonis pertractabitur.

Pagus & domus materia ſunt ciuitatis.

Pagus quid ſit.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Ari. in primo Poli. determinat pagum & domum eſſe ciuitatis materiam in primo ſenſu, neque enim datur ciuitas ſine pagis, neque pagus ſine domibus. De pago autem duo docuit, primo ꝙ eſt ſocietas ex plurib. domibus conſtituta, non gratia quotidianæ vtilitatis, ſed ꝓpter actuum exteriorum cõicationem quos quotidianos eſſe non oportet, ſecundo ꝙ hmõi communitas naturalis eſt, qm̃ à principio pagus inſtituebatur non ſolũ ex pluribus ꝓpinquis domib. ſed & omnes in eo habitantes vnius erant cognationis.

Qua de domo docuit Ariſt.

De domo vero duo docuit, primo ꝙ eſt ſocietas ex tribꝰ partibus cõſtituta, quæ ſunt tres ꝓſonarum combinationes ſ. viri & vxoris, patris & filij, domini & ſerui, vt in quotidianis actibus cõicent, ſine quibus humana vita ſeruari non poteſt. ſecũdo ꝙ domus quarta parte indiget, quæ poſſeſſio nũcupatur, quæ licet non ſit pars domi conſtitutiua eſt tñ deſeruiens ꝓpter neceſſaria vitæ. De materia autem ſecundo modo ſumpta Ari. in ſeptimo polit. tria docuit, primo ꝙ in optima ciuitate oportet eſſe ſex hominum genera, ſ. Agricolas, & artifices ſub quibus comprehendit mercatores, & pugnatores: & diuites, & iudices ſub quibus cõprehendit conſultores, & ſacerdotes, ſecundo docuit ꝙ nec agricolæ, nec artifices, nec mercatores, ponendi ſunt partes optimæ ciuitatis. tertio ꝙ pugnatores & conſultores ſimul cum iudicibus, & ſacerdotes inſtituendi ſunt partes optimæ ciuitatis. & hæc omnia videre poteris in epitomatibus noſtris morali. in 7. Politicorum in tract. quinto.

Quantum ad ſm aduerte ꝙ Plato in tota doctrina ſua de rep. circa ciuitatis materiam primo mõ ſumptam parum immoratus eſt, conſiderauit enim vnicuique conſtare, ciuitatem ex pagis, & pagum ex domibus conſtitui, & domum ex trina perſonarum dictarum combinatione, neq; ſeruari poſſe ſine rerum temporalium poſſeſsione. Hæc igitur vt oĩbus manifeſta pertranſijt Plato, immoratúſque eſt in materia ſecundo modo ſumpta pertractanda. Tu igitur aduerte ꝙ in ſecundo de repu. prius de inſtituẽda ciuitate diſtinguit, deinde de vtriúſque ciuitatis materia pertractat.

In ſobria ciuitate qua hominum genera eſſe beant ſecundum Platonem.

Ciuitas apud Platonem inſtituenda duplex eſſe poteſt, ſ. ſana & ſobria item turgida & delicioſa, pro ſana & ſobria inſtituenda ac ſeruanda ciuitate docuit Plato in ſecũdo de repu. genera hominum infraſcripta neceſſaria eſſe, ſ. quòd in ea ſint.

Agricolæ.
Artifices.
Bubulci & opiliones & paſtores.
Mercatores.
Caupones.
Mercenarij.

Agricolæ quidem neceſſarij ſunt, vt ex terra victui neceſſaria recipiant, ſine quibus hominum vita non ſeruatur.

Artifices neceſſarij ſunt puta ædificator, neque enim homini vt feris ſub diuo quieſcere datũ eſt, & textor & coriarius pro veſtitu calceiſque parandis, & faber lignarij atque ferrarius. Neque enim agricola vt agricola ligones aratrum raſtros, neque textor & coriarius inſtrumenta ſiue lignea ſiue ferrea ſibi opportuna conficere poſſunt.

Bubulci & opiliones & paſtores, vt agricolę boues ad arandum

arandum habeant,& architecti iumentis ad connectandam materiam vtantur, & textores ac coriarij lanis & pellibus.

Mercatores quoniam. Mercatores:quoniam constituere ciuitatē vbi aduectionibus nō indigeat,fermè impossibile est. Indigebit igit aduectoribus aliarum rerū quibus ipsa caret ciuitas. Isti autē sunt q̄ important singula & exportant vt opus est.Hos autē mercatores vocamus.Mercatores igitur necessarij sunt.

Caupones qui. Caupones:qm̄ mercaturæ maritimę,ne terrestris multis peritis opus erit,vt emendo vendendóque impartiant̄ quæ importātur & exportantur,foro igitur & nummis gratia p̄ mutationis opus erit.Hoc permutationis opus in ciuitatib⁹ bene institutis exercent quædā corpore imbecilles & ad aliud opus inutiles,qui circa forum ꝯstituti, partim q̄dē argento cōmutant cum his qui aliquid vendituri sunt, partim vero dant res pro argento his qui emunt.Hos autem caupones vocamus,qui se ac venditionem emptionémque in foro constituunt.Qui vero ad alienas migrāt vrbes,mercatores.

Mercenarij Mercenarij:nā sunt & alij ciuitatis ministri,qui cū animi virtutibus non polleant, robur tamen corporis habent ad onera laborésque sustinendos.Isti autem roboris vsum vē dentes,quia præmium ipsum mercedē appellant, mercenarij nuncupātur.Ciuitati igitur sanæ mercenarij opportuni sunt.Constat ergo ꝙ ciuitati sanę & sobrię p̄dicta hominū genera opportuna sunt,nec oportet vt:inquit Plato,ꝙ idem homo plura exerceat prædictorum officia, sed singuli singula:nam non nascimur admodum similes, sed differentes inuicem & singuli ad singula opera prompti à natura p̄ducuntur.Quapropter melius est singulos singulas quàm vnus omnes aut plures exercere artes, melius enim & facilius & opportuno tempore singula fient.

Ciuitatis quis victus, & vestitus. Ciuitati sanę sic cōstitutæ vestitū & victū accubitumque Plato sic tribuit in secundo de rep vbi inquit,Et primū quidem intueamur qua ratione victu vtant̄ q̄ ita instituti sunt ciues.An non cibos parabunt & vinū & vestes & calciamēta & domos? Aestate quidē vt plurimū sine veste & calceis erunt,hyeme vero vestibus & calceis sufficiēter ornati.Nutrientur aūt ex hordeo & frumento farinam conficientes, partim quidem pinsando,partim conterendo placentas panésque super calamis aut puris frondibus imponentes.In lectisque ex herbis factis milace, atque myrto discumbentes conuiuabuntur ipsi & eorū filij,vini pocula sumentes coronati & deos laudantes iocunde simul viuent, nec vltra censum filios generabunt,cauētes paupertatē & bellū.Pro obsonio sal & oleum & caseū & porrū & olera quasi agrorū pulmenta suscipient,& addemus ipsis bellaria ficuum & cicerū & fabrum.Baccas myrti & faginas glandes prunis torrebunt,modestè bibentes.Sicque quiete viuentes ac salubriter vsque ad senectutē, aliam eiusmodi vitam posteris suis derelinquēt.Vera igit ac sana ciuitas mihi esse videtur quā diximus.Hęc Plato,& aduerte ꝙ in ciuitate sobria sic instituta nec principes,nec milites,nec iudices,nec cōsultores, nec iustitiam, nec iniustitiam introducit: qm̄ arbitratus est Plato huiusmodi ciues veluti fratres vterinos pacifice vnanimitérque victuros, ideo non opus esset illos per moderatores ac iudices regulari & qm̄ mediocres habuissent diuitias,nullique finitimo iniuriati fuissent,bella neque denata tiones formidassent,sicque militibus,non egerent.

Principes ac iudices, nec milites in Platonis ciuitate cur necessarij non sint.

Delicioſa ciuitatis partes secundū Platonem. Pro delicioſa aūt & turgida ciuitate seruanda licet eam non approbet vtpote malis multis refertam,putat infrascripta hominū genera sibi addenda vltra prædicta q̄ in ciuitate sana numerauim⁹.Nam vt Plato ipse in secundo de repu.inquit his qui ciuitatem deliciosam affectāt,p̄dictus ciuitatis sanę victus non placebit,sed & thori addentur,& mensę & alij apparat⁹,& vasa & obsonia vnguenta & vaporationes, scorta aromata,condimenta oblectamentaq̄;,& hęc omnia profuse.Neque solū ea quę supra retulim⁹ necessaria ponēda sunt,domus vestes calcei,sed addenda rursus pictura,& varietatis artificia.Aurū & ebur, cęteraque eiusdē generis omnia. Maiorem igitur ciuitatē institui oportet illa em̄ sana non amplius sufficiens est,sed multitudine maiori replēda est quales sunt venatores omnes, & mimi, & imitatores partim circa figuras atque colores, partim circa musicam, poētæ eorumque ministri,rapsodi recitatorésque carminū, cantores,saltatores,& apparatuū operarij, instrumentorūque variorum artifices tum aliarū rerum tum earum quę ad muliebrem ornatum pertinent.Quinetiam plurib⁹ ministris egebimus,ſ pædagogis,nutricibus,educatoribus, tonsoribus,cęterisque ornādi ministris,his præterea qui obsonia & culinam parent.Hæc em̄ nobis in priori ciuitate sana nō erant:quoniā opus nō erat. In hac autem delicioſa complu-

ribus alijs escis ex animalium carnib. indigebimus.Indigebimus & medicis multomagis sic viuētes quàm vt antea dicebamus.Sed & regio quæ in sana ciuitate hoīes sufficiēter alebat parua erit.Igitur de finibus regionis aliquid vsurpabimus,vt satis agri habeamus ad pascendū & arandum, & finitimi quoque de nostra,si & illi ad cumulū diuitiarū infinitum se cōferent, necessitatis terminos excedētes.Pugnabimus ergo:sed nōdum dicimus q̄d boni aut mali bellum afferat:sed hoc solū ꝙ belli originem inuenimus, ex quo cum euenerit & publicē & priuatim magnæ vrbem calamitates inuadunt.Igitur maiore ciuitate opus est ad exercitum maximum cōparandum,qui ob ea quæ diximus incurrentibus hostib.obuius sit.Militibus igitur egebimus, & qm̄ singulis alijs singula p̄ cuiusque ingenio tribuimus vt quisq; id vnū ad q̄d natura ducit aggrediatur,otiumque à cæteris agens & tēporis opportunitate seruata optimè illud efficiat,bellā di studium neque agricolæ neque coriario neque alicui alij ex artificib.committendum est.Milites igitur à quocunque alio artificū distincti erunt.Et quanto maius ciuitatis custodibus opus est tanto maiori otio indigebūt,artéque & exercitatione maiori.Hæc Plato de partibus ciuitatis delicioſæ in secundo de repu.Quo autem in eadem iustitia opus sit,& legib.& magistratibus,& iudicib⁹,& consultoribus,& quales debeant esse milites,& quo erudiri, & quot & qualia in ea debeant esse publica officia,declarabimus loco suo, nūc sufficit ad mentem Platonis declarasse quas & quot oporteat esse in genere partes vtriusque ciuitatis,ſ.sobrię & delicioſæ.Hæc de secundo capite dicta sint.

CAPVT III.

De situ,figura,& munitionibus ciuitatis.

IN tertio capite agendum est ad mentem Platonis de forma & situ instituendę ciuitatis,& principalium habitationum dispositione & muris ciuitatem circundantib.& prius quidem referenda sunt quæ de his tradidit Ari. in politicis. Deinde mens Platonis aperietur.

Quanā Ari. de situ, & principalib⁹ ciuitatis habitationibus differuerit in Politicis. Quantū ad primum aduerte ꝙ Ari.in septimo Politicorum vt videre poteris in epitomatib.nostris,de regione pro construenda optima ciuitate quatuor docuit.Primò quo ad qualitatem,ꝙ oportet eā esse salubrem p̄ ciuium vita,& fertilem p̄ eorum victu,talisque dispositionis ꝙ ex situ nō possit de facili ab hostibus inuadi.Sc̄dò ꝙ oportet eā esse tantam ꝙ sufficiat ad nutriendum oēs eius habitatores tēperate,ne ad delicias declinent,& liberaliter ne ex tenacitate retrahant̄.Tertiò quo ad sitū oportet eam p̄pinquā esse mari & aridæ,vt hinc inde cōmoda victus,defensionémque suscipiat.Quartò ꝙ oportet ciuitatem hr̄e potentiam naualē ad bellum ordinatam sicut & terrestrem,& hæc oīa videre poteris in epitomatib.nostris in septimo Poli.in trac.3.Deinde docuit in qua regionis parte respectu orbis ꝯstruenda sit ciuitas,vtrū ad orientem vel ad boreā,&c. & in qua parte ciuitatis ei⁹ munitiones disponēdæ sint,& quo publicę ac priuatæ habitationes intus & extra ciuitatem disponēdæ.Hęc autem videbis vbi supra in tractatu sexto.

Opinio Platonis de figura,& situ ciuitatis. Quantum ad s̄m aduerte ꝙ Plat.de figura & situ ciuitatis,de ædificiorū dispositione,de munitionib.& mœnijs resolutè se expediens & breuibus:qm̄ ad vtiliora pro ciuitate moderanda sestimat,sic in sexto de legib.scribit.Vrbs quidē tota in circulum in locis sublimibus deducatur,vt & munitior sit & mundior,templa circa forum struantur,iuxta hæc magistratuum iudicúmque palatia,in quibus quasi sacratissimis ędibus iustam accipient ferēntque sn̄iam, partim quidem tanquā de rebus sacris iudicaturi, partim vero tanquā iudicantium deorū ibi sint delubra.Ibi ēt iudiciaria domicilia,in quibus de homicidijs cæterisque capitalib⁹ iniurijs iudicāt.De muris vero spartiatis ego cōsentio, murósq; in solo iacere facile patiar.Probe em̄ poēticum illud laudatur quo æneos ferreósque magis quā terreos muros ꝯdere admonemur.Apud nos vero id msup valde ridiculum est,ꝙ singulis annis agrum iuuenes emittant̄, qui caueis foueisque & ędificijs cōfectis,lōgè hostes à finibus arceant,& muros quidem circunducim⁹,q̄d primū ad sanitatē ciuitatib. nihil cōfert,deinde ciuiū animos demollire & eneruare ꝯsueuit: efficiūt em̄ vt facile intra eos se recipientes, hostes minimè fugēt.putēt̄que se nō diurna nocturnaque custodia vigilātes,sed murorū septo & vallo dormiētes saluos fore, quasi ad desidiā natisint,ignorātes certe quieté à laboribus originē trahere,atq; è turpi otio & negligētia nasci labores solere, verū si muris aliquib.muniēdi sūt hoīes,sic ab initio priuatę

domus cõdantur omnes,vt tota vrbs ęqualitate & similitudine vnus sit murus, habeantq; domus omnes sic tutum ad vias aditũ. Quæ certe dispositio & intuentibus erit grata, cũ tota ciuitas vnius domus figuram habeat,& ad custodię facilitatẽ commodissima erit. Hæc ita à principio construi ciues q habituri sunt quam maximè curent, ædiles quoque prouideãt,& eos qui negligunt,mulcta cõpellant.Curẽtq; vt vrbs quam mundissima sit,nec à priuatis vnquã patiantᷣ, aut ædificando aut fodiendo publicum aliquod occupari. Aquarum etiam pluuialium,vt abunde & facile defluant,curam habeant.Item omnium & quæcunq; vel in ciuitate, vel extra sunt habitanda,sed hæc omnia,&c.quę à legibus ꝑter missa sunt,legum custodes vsu docti ordinent.Postquã vero hæc,& circa forũ ædificia,& gymnasia,& theatra spectantium,& docentium discentiumq; domicilia dispositа sunt, ad ea q̃ nuptias sequunt,in ferẽdis legibus deinceps perga mꝰ.Hæc Plato in sexto de legibus quo ad situm,figuram, ædificia, munitiões ciuitatis. Hæc de tertio capite dicta sint.

CAPVT IIII.

De regionis & ciuitatis quãtitate quo ad eius latitudinẽ,ac longitudinem, & ciuium inter se partitione.

IN quarto capite agendum est de quantitate ciuitatis quo ad numerum ciuiũ & de regionis quantitate, quo ad latitudinẽ & lõgitudinẽ, eiusq; inter ciues partitione.& hic duo agenda sunt.Primò referendũ est quid de his in politicis docuerit Arist.Secundò aperietur mens Platonis.

Tria Ari.de ciuitatis magnitudine docuit.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ Ari.in septimo poli. vt videre poteris in epitomatibus nostris in septimo politic. tract.secundo de magnitudine ciuitatis tria docuit.Primo, ꝙ difficile& forsan impossibile est,ciuitatẽ excessiuè populosam,bene regulari,sed oportet eã esse determinatę multitudinis.Secundo,ꝙ ea ciuitas censetur magna, q̃ tantam determinatè habet multitudinem ciuium, ꝙ legibus potest bene regulari,& ad ciuilem communicationem sufficiens est. Tertio ꝙ talis ciuium multitudo determinata esse debet in maius & in minus,in minus quidem debet esse tanta,ꝙ sit ꝑ seipsam sufficiens ad bene viuendum & communicandum in ciuili societate & ad exercendum officia diuersa, atque artificia ciuitati opportuna,& quod minor non sufficeret, in maius autẽ tanta debet esse ad plus,quanta possit à principante cognosci atque regulari.

Qua Ari.de regionis quãtitate,ac partitione docuit.

De regionis autem quantitate docuit in septimo politi. vt videbis in epitomatibus nostris in tract. tertio quòd oportet eam esse tantã, ꝙ sufficiat ad nutriendũ omnes eius habitatores temperate,ne ad delicias declinent,& liberaliter,ne ex tenacitate retrahantur.

De religionis autem partitione docuit in septimo polit. vt videbis in epitomatibus nostris in tract. sexto quomodo in possessiones diuidenda est,qualésque debeant esse earum cultores.Hæc de prędictis Arist.docuit.

Platonis sẽtentia de ciuitatis & regionis magnitudine & partitiõe.

Quantum ad fm aduerte,quòd Plat. in quinto de legibꝰ de ciuitatis & regionis,quam agrum appellat,magnitudine & partitione simul pertractat,cuius intentionis hęc summa est,atque sententia.sic igitur scribit instituens Quanta multitudo,s.ciuium ad instituendam optimam ciuitatem sufficiens sit,non aliter recte dicitur quàm agrorum vicinarum que ciuitatum collatione.Ager autem tantus sit, vt tot moderatis,id est temperatè viuentibus ciuibus sufficiat,neque maiori opus.Tot verò ciues esse debent,vt iniuriantes vicinos depellere valeant,& iniuriã patientibus auxiliari. Nũc vero exempla & descriptionis causa,vt res ipsa perficiatur, ad ferendam legẽ sermo sic descendat. Quinquies mille & quadraginta ciues,gra cuiusdã cõuenientis numeri, sint agrorũ participes & distributionis defensores. Ager autẽ & habitationes similiter easdẽ in partes distribuantur, vt vir & portio cum distributione conuenit,& in primis quidẽ in duas partes totius numeri partitio fiat:Deinde in tres licet in quarta & in quinta & vsq; ad decẽ deiceps. Oportet eñ omnẽ legislatorem tantum de numeris intelligere, vt quis qualisque numerus singulis ciuitatibus cõmodissimꝰ sit nõ ignoret.Danda vero est opera,vt quot nunc foci distributi sunt,s.quinquies mille & quadraginta totidẽ semper futuri sint neque plures vnquam neque pauciores.Quod ita firmiter fiet,si quisque sortem suam nactus semper vnum de filiis suis tantum quẽ malit hæredem relinquat, & successorem domꝰ suæ,& deorum ac ciuitatis generisque sui tam viuentium,q̃ defunctorum cultorem, ex reliquis autem filiis, si plures vno sibi nati sunt,& fœminas quidẽ secundũ legem, que sancietur collocet,mares autem ciuibus illis,quibꝰ filij non sunt,adoptione cõmittat,maximè quidem per gratiam, si verò gratiæ quosdam deficiant,aut si plures vel mares vel fœminæ singulis nascantur, aut ☉ si pauciores,cum mulieres forte fœcundæ non fuerint, de his oĩbus pręstantissimꝰ maximusque magistratus quid fieri oporteat diligenter cõsideret,viámque omnino inueniat siue filiorum fœtura abundet,siue deficiat,vt quinquies mille & quadraginta habitationes solummõ semper perseuerẽt.multæ autem sunt vę, nam & prohiberi generare cum nimis affluit potest,& contra,cum opus est vt augeatur curari,ac vel honore,vel dedecore,monitionibusque senum ad iuuenes,licet ad gñationẽ hoĩes adhortari.Denique hinc oĩs defectus oritur & inopia cum quinque millium & quadraginta domorum numerꝰ nõ seruatur.Qđ si ob nimium in procreandis liberis studiũ sic aucta sit ciuitas,vt numeri modum excedat atque ita rerum inopia prematur,vetus illud repetatur ☽filium,qđ sæpe dictũ est,vt in coloniã mittantur,si vero ☉,morborũ lues bellorúmve calamitas veluti quadam illuuione ita deuastauerit ciuitatẽ,vt multo pauciores statuto numero superstites sint,sponte quidem alicubi adulterina educati disciplina suscipiendi non sunt.Necessitatem aũt,nec Deꝰ vt dr violabit. Post hęc vrbs primum in medio regionis quoad fieri potest ☽datur in loco,qui cætera quæque ciuitatis habeat commoda q̃ nec intellectu,nec dictu difficilia sunt.deinde ipsius vrbis in duodecim ptes partitio fiat,& prima Vestę & Ioui& Palladi ☽secretur,& ea sit arx circulo circunducto,à quo& regionem & vrbẽ in partes duodecim partiant, q̃ quidẽ ita æquales fiãt,vt agri fœcũdi minores sint, infœcundi maiores. quinẽt diuidere ĩ partes duodecim ciues oportet, quẽadmodum cętera bona oĩum ꝓrsus æqualitate seruata,oĩaque describere.Deinde duodecim sortes dijs duodecim attribuere,& partem quãlibet sortis participem,suo ☽secrare Deo,tribũque ipsam vocare,& 12.vrbis mẽbra,sicut in reliqua regione factũ est,figillatim in habitationes duas diui dẽda sunt,vnam quidẽ circa medium,alterã circa extremũ, & habitationis quidẽ ordo hũc habeat finẽ,Hęc Pla.in quinto de legib.ex quibꝰ ☽stat q̃ mens eius fuerit de magnitudine ciuitatis,atq; regionis,& de partitione,& aduerte quam rõnabiliter statuerit Pla.vrbẽ & ciues & regionẽ in 12.debere diuidi ptes:vt s.intelligas terrenã ciuitatẽ ad instar regni cælestis disponendã esse. cælestis aũt ciuitas in 12. signa velut in 12.tribꝰ distributa est,sapiẽtissimè quoq; Pla.ĩstituit vrbis arcẽ Vestę & Ioui & Palladi ☽secrandã,qm̃ Vestæ attribuit fons essendi,Ioui fons vitæ,Palladi fons intelligẽtiæ,& pro his tribꝰ auxiliũ à superis obsecrandũ est.cur aũt domorũ & agrorũ particionẽ ĩ quĩquies mille & quadraginta suadeat,ĩ sequentib.paulatim aperietur,& Arithmetræ mediocriter erudito ꝑspicuum esse põt.Hæc de pñti ca.dicta sint.

Vrbis partitio in duodecim fiat partes.

Palladi Vestia,ac Minerua consecrãdã vrbis arcem fore existimauit Plato.

CAPVT V.

De optimo ciuitatis instituendæ fine.

IN quinto capite agẽdum est de fine, ad quẽ consequendũ vltimate ad mentem Platonis instituenda est optima ciuitas,& hic duo agenda sunt.Primo referenᷣ q̃ de hoc proposito docuit Aristot.Secundo quid in hoc senserit Plato.

Tria docuit Arist.de fine ciuitatis.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ Ari.in septimo Polit.vt videre poteris in epitomatib.nostris ĩ septimo lib.tra.primo de fine instituendi optimam rempu.ex cõsequenti optimam ciuitatem tria docuit.Primò,ꝙ instituenda est vt ciues illũ consequantur optimum finem, q̃ est optima vita & summũ bonum, ac felicitas cuiuslibet hominis viuentis fm rõnem pro hac mortali vita.Secũdo ꝙ vita speculatiua melior ac eligibilior est quã practica,licet practica vtilior sit, & ꝑcipuè practica politica.Tertiò,ꝙ existimare debemus eam esse optimam rempu.& optimam ciuitatem, quæ vnitissima est & optimis regitur legib.illumque esse optimum modum,ac finem in ea,in qua optima vita intenditur.Hæc omnia declarata videbis vbi supra.

Quantum ad fm aduerte,ꝙ Plato relictis aliorum vanis sententijs,ex qbus, nõnulli arbitrati sunt ciuitatem constituendam, vt in ea siue meliores,siue peiores sint, dominentur.Alij siue seruiãt,siue nõ,vt ditenᷣ.Alij, vt studium ad libertatem vertãt.Alij vt liberi ipsi viuant,aliásque sibi vrbes subijciant,Alij qui se sapientissimos putant, ad hæc omnia simul respiciunt, vnum vero ꝓcipuum ad quod vt ad signum optimum cõsequendum cętera dirigant,non habent. Quod vtique penitus irrationabile est. Nam in vnaquaque re signum aliquod datur,ad quod vt vltimo desideratũ,cætera cuncta dirigunt operantes, nec multis opus est exemplis, sed in exercitu & medicina consideremus ad quod signum

ſignum reſpicientes imperatores & medici ſalutem rectiſſi mè conſequuntur,& certe illi ad hoſtium fugam, ſuámque victoriam,iſti ad corporis ſanitatem reſpiciunt.Quod ſi medicus ſanitatem corporis ignoret,& victoriam imperator, nequaquā id ſeruare neque rectè inſtituere poterit, id cui⁹ finem ignorat.Oportet igiť & nūc ſcire vt vrbis cōſtructio exitum bonum ſortiatur quid ſit illud vt finis ad quem reſpiciendum eſt.Deinde quomodo illum aſſequamur.

Quem finē ciuitati conſtituerit Plato.

Tu igitur aduerte ꝙ Plato in primo de republi.diuinorū contemplationem,& Dei maximi cultum iudicat præcipuum reipub.& optimæ ciuitatis finem,vt quod neque vn⁹ ſi ſolus vixerit,neque plures ſi ſimul ſine lege habitauerint efficere poſſunt,multi ſaltem ciues communi lege in vnum ciuitatis cœtum congregati perficiāt,& in hoc quidē Plat. ipſe cæteris legū ciuitatúmque conditoribus excellentior apparuit,ꝙ illi quidem velut humani,ad actionē magis inſtituerunt,ipſe vero,vt diuinus, omnē ciuitatis actionē publicā & priuatā ad cōtemplādum perducit, ciuitatémque conſtituit prius ſui ipſius quam aliarum dominā, neque tā multis timendā quàm cunctis gentibus venerandā, & vt in fra tibi⁹demonſtrabimus præcipuā religionē magis quàm terrenam vrbē inſtituere videtur,in qua ſublatis ,ppriæ poſſeſſionis gratia cōtētionibus,firma ſit cunctorū cōcordia, vnaque voluntas,& ad contēplandū deúmque ſanctiſſimè colēdum,ſemper ſit expedita trāquillitas.Arbitratúſque eſt diuinus Plato hanc optimā,ſanctamque ciuitatem abſque diuina humanáque iuſtitia,& ſeniorum cōſilio,& ſapientię diuinæ fauore non poſſe à principio proſpere cōſtitui,neq; conſtitutā feliciter gubernari.Cū em̄ finis diuin⁹ ſit, oportet & medio diuino inſtitui,atq; ſeruari huiuſmodi ciuitatē.

Optima ciuitatis finis eſt diuinorū contemplatio, & diuinus cultus.

Finis igitur inſtituendi ciuitatē optimam apud Platon. eſt contēplatio diuinorum,& Dei maximi cultus,& qm̄ in hoc ſtat humana felicitas adiuncta puriſsima voluptate ad mentē Plato.vt docuimus in diſpoſitione Philoſophiæ moralis Platonicæ in tracta.ſeptimo capite ſecūdo, ideo vt vno verbo cōcludamus ad mentē Plat.finis inſtituendi optimā ciuitatem,ſicut & optimā religionē, eſt vt homo felix euadat pro hac quidē vita præparatiuè,& poſt vitā oīno ac cōſummatè,vt autem diuinus Plato nō videatur ciuitatis optimæ finem inacceſsibilem propoſuiſſe, ideo in Epinomi modū ſemitáſque illū cōſequendi aperire ſtuduit,cuius ſententia ſtat in hoc Religioſa ſapientia ad præpoſitū finē nos conducit.Hęc aūt nō naturalibus,neque neceſſariis,neque auxiliatricib facultatibus,ſed virtutibus moralibus,atque ſpeculatiuis acquiritur, inter ſpeculatiuos habitus ad ſapientiā conferentes acquirendā,Plato aſtronomiā vt prę cipuā annumerat:vnde in Epinomi ſic inquit.Nolite ignorare aſtronomiā ſapientiſsimum quid eſſe Nempe neceſſe eſt verū aſtronomum eſſe.non eum,qui ſecundum Heſiodum omnéſque huiuſmodi occaſum ortúmque conſiderat, ſed eū potius,qui circuitus octo,& quomodo ſeptē ſub primo verſantur, quóve ordine circulos ſuos ſinguli peragunt. Quòd nulla hominis natura niſi admirabilis ſit vnquā facile perſpiciet.Primo igitur id diſcatur,ꝙ luna celerrimè circulū ſuū euoluit,atque ita pleniluniū primū:& menſem pagit:Sol deinde inſpiciēdus eſt,qui ſolſtitia verſionéſque tē porum circuitu ſuo perficit.Prætera:& qui vna cum ſole currunt cōſiderandi ſunt.Denique curſus,oēs,qui nō facile intelliguntur contēplari debemus.Ita tamē ꝙ naturalibus prius diſciplinis ad hæc pertinentibus lōgo vſu laboréque à iuuenta,imò vero & pueritia præparemur.Doctrinis quoque,quæ mathematicæ appellantur,opus eſt,primo ac maximè numeris.Quib⁹ perceptis illa deinceps,quæ geometria dicitur,addiſcenda eſt.Poſt hanc numeri,qui in tres vſque dimenſiones adaucti ſunt,naturæ ſolidæ ſimiles ac rurſus diſsimiles alia quadā arte:Stereometria videlicet huic ſimili cōſiderādi ſunt.Hæc igitur ita fiant, & ita ſe habeant.Horū finis eſt,vt ad diuinā generationē,& eorum,quæ cernuntur oculis,pulcherrimā diuinámque naturam conſiderandam nos cōferamus,quatenus hanc hominibus inſpiciendā Deus largitus eſt.Quam nunquam ſine dictis artibus cōſequemur.Præterea temporū conſiderandus eſt ordo, quàm exactè cœleſtia oīa perficit, vt quicūque verè dictū fuiſſe crediderit antiquiorē diuiniorémque corpore animā eſſe. Putet præclare illud quoque dictum fuiſſe,deorum oīa plena eſſe:adeo vt ſuperi neque obliuiſcātur rerū noſtrorū neque nos deſerant.Hic igiť mod⁹,ſ.acquirendi ſapientiā hęc educatio,hæ diſciplinæ,per hæc ſiue difficilia, ſiue facilia ſint eundū eſt.Nefas aūt eſt deos negligere cū felix omniū illorū doctrina omnibus recta ratione patuerit, cum vero, qui cuncta hæc ita pceperit verè ſapientiſsimū appellam⁹. Quod quidē rectè à nobis aſſertū eſt.Nam qui diuini modeſtiq; ſimul,a liiſq; virtutib⁹ natura p̄diti,ſunt,Diſciplinas pręterea felices cōſecuti,quas diximus,ij tm̄ ad felicitatē omnia ſe habere videntur,cuius cōſequendę gratia ciuitatē inſtituendam dicimus, ex quibus omnibus conſtat quis apud Plat.finis ſit optimæ ciuitatis, & quibus modis aſſequendus ſit.Hæc de pręſenti capite dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS
in Platonis Politica,duobus complexus capitibus.

¶ De Ciue.

POſt cōſiderationē de ciuitatis origine & materia & forma & quātitate & fine:ordo doctrinæ exigit vt de ciue ptractemus,& diuidimus ipſum in duo capit. Primo em̄ inueſtigandum eſt quis ſit verè ciuis. Secūdo qualē oporteat eſſe:& quas proprietates habere.

CAPVT I.
Quisnam ſit verè ciuis.

IN primo capite inueſtigandum eſt ad mentem Platonis qs ſit verè ciuis,& hic duo agenda ſunt.Primo referētur quę de hoc Ariſ.docuit.Secūdo aperietur mens diui Plato.

Tria docuit Ariſ.in politicis de Ciue.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ Ariſtoteles in tertio politic. vt videbis in epitomatibus noſtris in eodē tertio, in tract.primo,de ciue tria docuit. Primo ꝙ ciuis quinque modis dicitur,& quintus ,pprius eſt, ſm quem ille propriè eſt ciuis,q principari in ciuitate aptus eſt,alióſque regere, in quo ſenſu,omnes inhabitantes ciuitatem & non participantes in huiuſmodi regimine vt ſerui & mercenarij non ſimpliciter ſed tm̄ ſm quid ſunt ciues.Secundo quòd nō eſt eadem virtus vniuerſaliter boni ciuis & boni viri, niſi reſpectu illius ciuis,q principatur & alios regit.Tertio ꝙ virtus boni ciuis eſt,vt ſciat ſe rectè habere in eo qđ eſt principari dū principatur,& in eo qđ eſt ſubiici dū ſubiicitur.

Qui verè ciues ſecundum Platonem.

Quantum ad ſm aduerte quòd Plato vt in primo declarauimus tractatu cap.ſecundo licet in ciuitate & ſana & delicioſa multas aſsignauerit habitantiū partes,eos tm̄ ſolū arbitratus eſt debere eſſe ciues q publicis munerib⁹ aliquando pfuncturi ſint,propter quod prohibuit in 8.de leg. ciuem in vllo occupari opificio,neque eius ſeruū,& id qdē rationabiliter,qm̄ cū facultas reipub.gubernādæ longa exercitatiōe multiſque doctrinis indigeat,ītegrū liberúmque hominē ſibi vendicat. Quod igitur hęc Pla.mēs fuerit conſtat ex 8.de leg.vbi ſic ſtatuit.Nullus ciuis opificio vllo detineatur,ſed nec ſeruus quidē alicuius ciuis.Arte em̄ magna,quæ longa exercitatiōe,multiſq; doctrinis indiget occupatus eſt ciuis, dū cōmunē ciuitatis ornatū curet,q̄ res nō leui quadā opera cōtenta eſt,ſed p̄cipuū exigit ſtudiū. Duo vero ſtudia diligēter exercere humana natura nō pōt nemo etiam ſatis pōt,arti quidē vni vacare,& alteri⁹ artis opifici pręſidere.ſi qs igitur ciuis ad artem aliquam,magis q̄ ad virtutis curam declinauerit, opprobrio atque infamia notatus ad curſum ſuum,id eſt ad verum ciuis exercitium ædiles cōuertant,hæc Pla.in octauo de le.ex quibus ſequit ꝙ ad mentem Pla.nec mercatores nec artifices mechanici nec agricolę nec mercenarij nec caupones ciues eſſe debēt vtpote q nō ſunt natura apti regimine ciuitatis participare.Hęc de primo capite dicta ſint.

Quæ circa cœleſtia intelligere nobis ſit opus.

CAPVT II.
De ciuium optimis qualitatibus.

IN ſecundo capite inueſtigandū eſt ad mentē Plat.qualē oporteat eſſe ciuē,& quas ſibi opportunas & quot proprietates habere,& hic duo agenda ſunt.Primo referentur q̄ in hoc ,ppoſito Ariſ.docuerit.Secūdo q̄ Plato.mēſfuerit.

Quas Ariſ. tradiderit ciuib⁹ qualitates.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Ariſt.in ſeptimo politicorū,vt videre poteris in epitomatibus noſtris in eodem lib.tract.8.tria circa id edocuit.Primo quòd oportet ciuem bonorū fortunę ſufficientiam habere,eſsēque ſtudioſum id eſt in exercitio virtutum moraliū occupatum. Secundo ꝙ fiat ſtudioſus,id eſt bonus moraliter natura conſuetudine & ratione.Tertio ad hoc ꝙ optimæ ciuitatis ciues fiant felices, id eſt finē illum conſequantur propter quem vt ſupra diximus inſtituenda eſt optima ciuitas: oportet eos in ſe præhabere omnes virtutes,& ſecundū eas operari.Hęc Ariſt.in ſumma docuit vt videre poteris vbi ſuprà.

Septem ciuibus seruanda cõsuluit Plato.

Quantum ad secundum aduerte q̃ Plato studioso ciui si seipsum & primã seruare desiderat septem seruanda suadet. Primo q̃ tria bona, scilicet fortunæ corporis & animæ ordinata ratione quærat & possideat. Quod sic vtiq; erit si quã tradidit Plato ipse doctrinã in epistola octaua scribẽs Dionys. ꝑinquis seruauerit, vbi inquit. Cum tria sint, anima, corpus, pecunia, virtuté animi maximè ant eponãt secũ do vero loco virtuté corporis virtuti animi seruiente, tertio vltimóque gradu pecuniarũ pretium collocent animo corporique ministrans. Quæcũque lex hæc efficit: recta est re verà beatitudiné seruantib⁹ afferés: locupletes vero beatos appellare, sermo amens est & infelix: mulieribus puerisque cõueniens, atque eos qui id credunt similes efficiés, & quidé q̃ ego vos ad vera bona cohorter: si quæ modo dixi gustabitis, opere ipso intelligetis. Hæc Plato.

Ciues moderatã debent appetere libertatem.

Secundo q̃ moderatam libertatẽ appetat, seruitutisque iugum nõ omnino diffugiat, parat⁹ scilicet modesta libertate viuere, modestáque seruitute obtẽperare, vnde Plato in eadé epistola inquit, Qui rebus omnibus viuẽdi libertatẽ præferunt, iugũ vero seruile tanquã malũ diffugiunt, caueant moneo ne insatiabili importunæ libertatis amore, in maiorum suorum incidant morbũ: quem quidé illi passi sunt eo q̃ nulli parere volentes, libertate intemperanter abusi sunt. Qui enim ante Dionysiũ & Hipparinũ in Sicilia gubernabãt, beate sibi viuere videbãtur, libidinibus dissoluti, præsidẽtiũq; præsidentes. Præterea, decé ante Dionysiũ præfectos deposuerunt, atq; pepulerũt neminé secundũ legé iudicãtes, quo nulli subessent homini iuste iudicanti, aut legi dominãti, sed oĩno in singulis liberi forent. Qua de causa tyrannides illis surrexerunt. Seruitus eñ ac libertas si dum excedat vtraq; mala est: si modũ obseruet, vtraque bona. Moderata quidem seruitus est quæ Deo exhibetur, immoderata vero quę hominibus: Deus quidem hominibus temperatis lex est, intemperatis vero voluptas. Hęc Plato.

Ciues moderatas obtineant diuitias.

Tertio nec diues oĩno nec inops sit, sed medio modo se habeat, vnde in quarto de republi. Pla. oĩ diligentia ciues erudit vt neque diuites nimis neq; inopes sint. Aduertit eñ vt illic inquit diuitias & paupertatẽ in ciuitate causas esse maximorũ malorũ: & ex eis seditiones oriri ipsámque ciuitatẽ dissipari: nec vnã posse ciuitatẽ seruari, q̃m & si vno cingantur muro, vna erit diuitũ, altera pauperũ sublata cõcordia. Diuites eñ paupes cotinẽt: Hi vero erga diuites & inuidia afficiẽtur & odio, & ex paupertate nõ solũ inuidiæ sed & mendacia & furta, & ex diuitiis luxuria ambitio pigritia nascuntur. Præterea docet Plato q̃ rerũ nimia copia & inopia nõ solũ moribus & cõcordiæ sed & ingeniis & artibus obest. nã vt inquit Plato in quarto de republica, figulus si diues factus fuerit vlterius suæ artis curã nõ habebit, sed pigritior negligẽtiorq́ue reddetur. Rursus, Si ꝑpter inopiã instrumentis quib. ars ipsa indiget careat, opera ipsa deteriora faciet, & filios ac cæteros quoscũque docebit deteriores artifices reddet. Præterea, vt prædixim⁹ ciuitas nũ quã erit ei re ipsa vna sed appellatione tantũ, vnde inquit Plato in quarto de repub. Quę q; illarũ ciuitates multę sunt in qbus, s. alij oĩno diuites, alij inopes existũt, vna quæ que saltẽ duæ sunt inuicẽ dissidẽtes, vna quidé pauperũ: Diuitũ altera, rursusq́ue in vtraq; istarũ permultæ, quibus si vt vni intendas penitus errabis. Quod si ciuitas ipsa tẽperata existet ita, s. q̃ nec diuitiæ nec paupertas sed sufficientia adsit & vna & maxima non opinione sed re vera erit, etiã si mille duntaxat ꝑpugnatoribus cõstet. Præterea Plato in quinto de legibus cẽset ciuitatẽ nõ magnis diuitiis sed virtute ac morũ ꝑbitate beatã fore & seruari. Diuitias aũt multas & ꝑbitatẽ simul possidere existimat impossibile, vnde in quinto de legib. Nõ erit viri ciuilis mens & volũtas vt quã maximã & ditissimã esse velit ciuitatẽ auro & argẽto refertã ac terra mariq́ue plurimis dominantẽ, & quã optimã ac felicissimã, si rectè leges latur⁹ sit. Nã horũ quidé alia fieri possunt, alia vero minimè, possibilia igitur legũ fundator volet, impossibilia vero nõ. Nã vana esset cupiditas, nec aggredietur, felices ergo & probos ciues esse volet q̃m simul fieri possunt. Diuites aũt valde simũlq; probos esse impossibile. Dico autẽ diuites vt multi existimant eos qui pauci è multis pecunias plurimas possident, quas & quilibet malus possidere potest. Quod si ita est, nunquã ego cõcedã diuitẽ re vera esse felicẽ nisi & bonus sit, fieri vero non potest, vt diuitiis aliquis simul & probitate præstet. Nam acquisitio tam iuste quàm iniustè facta plusquam duplo eam superat, quæ solum iustè fit, & qui iustè solum acquirit: iustéque expedit, neque facile diuitiis excellet vnquam, neque inopia premetur. Rectè itaque sermo noster asserit, valde diuites bonos viros non esse. q̃ si boni nõ sunt, nec felices erũt, nos autem ad hoc respicim⁹ vt felicissimi ciues sint, & inter se maximè amici. Qui certè amici nunquã erunt si mutuis iniuriis vexati, plurmis litigãdo vti coguntur iudiciis. Qua ꝑpter nõ oportet aurum & argentũ multum esse in ciuitate, neque quæstum multum in mechanicis operibus, cauponationibúsque & fœnore, nec ex pecoribus turpiter, sed ab his quæ agricultura præbet, & hoc ita vt quæstus nõ cogat ea negligere, quorum causa pecuniæ quæruntur. Hęc vero anima & corpus sunt. Quare pecuniarum cura sæpius vt iã dictum est, vltimũ honoris locũ teneat. Quippe cũ tria sint in quibus homines studium ponunt, vltimum habeatur pecunię studium. Medium corporis, Primum animi, & si qua lex temperantiæ sanitatẽ corporis, aut tẽperantiæ & sanitati corporis diuitias anteponit nõ recta esse videtur. Hęc Plato in quinto de legibus, ex qbus omnibus constat ciuitatis saluti ac beatitudini expedire q̃ nec extrema in aliquo ciuium sit inopia: nec ingentes esse diuitias, vnde infra tibi manifestabimus rempublicam optimam illam esse, quæ ex mediis ciuibus constat.

Tria hominum studia sunt.

Nulli vnquam turpi quæstui indẽdãt ciues.

Quartò q̃ quæstui turpi non incumbat, nec argenti & auri cumulationi, nec nummis nisi gratia cõmutatiõis, nec fœnori, vnde in quinto de legibus sic inquit. Nõ oportet in optima ciuitate, nec licet illiberali quæstui quenquã ciuiũ incumbere, neque mechanicum illud & infame quærere lucrum, qd̃ mores generosos inquinat, neque existimare vllo pacto vilibus ex rebus & turpibus pecunias esse cumulandas. Neque qs priuatus aurum habeat & argentum, sed q̃m nummis opus est quotidianæ cõmutationis gratia, quæ inter artifices & huiusmodi fermè necessaria est, cũ mercenariis & seruis & colonis merces aliqua debeatur, idcirco nũmos habere concedimus tales, q̃ apud eos habeãtur in pretio, à cæteris autẽ gentibus contẽnantur. At vero quando & bella sępe gerenda sunt, & peregrè ꝑficiscendum: quando ad externas gentes legati nuncijque mittuntur, necesse est vt ciuitas semper cõmunem pecuniam possideat. si qua vero necessitas priuatũ peregre ꝑficisci coëgerit magistratuum venia ꝑficiscatur. Reuersus autẽ si nummis ꝑgrinis abundat, cũ ciuitatis nummis eos cõmutet, ciuitatiq; restituat. Quod si q̃s eos occultauerit, & in priuatũ vsum conuertere deprehensus fuerit, publicũ fiat quod occultabat. Conscij aũt qui nõ accusauerunt maledictis & opprobriis simul cum illo subiiciantur, neq; minore mulcta puniantur quàm allatus peregre nummus fuerit. Nemini præterea aut dare dotes, aut accipere liceat, neque pecuniam deponere apud eum, cui nõ adhibes fidem neque fœnerare. Liceatq; si quis in fœnus acceperit, nec vsurã nec sortem reddere. Hæc Plato in quinto de legibus.

Communa bonum proprio anteponendum.

Quinto q̃ bono ꝑprio cõmune bonum ac patrię defensionem præponat. Nam ex eo q̃ ciues rem suam priuatam tantum curant, reip. bonum & res bellica pro seruanda aut recuperãda patria negligitur. Vnde Plato id vt pessimum in ciuitate morbum, quo vt plurimũ ciues laborant, exprobat in octauo de legibus inquiens. Quoniã diuitiarũ cupiditate cæteris omnibus neglectis solum modo rem priuatã curamus, ad idq́ue incumbit ciuium animus, ideo nulli ꝑsus nisi quotidie cumulandis pecuniis operam dare potest. Nã artes & studia, quę ad lucrum conducunt, libentissimè cõplectuntur omnes, cætera ꝛspernunt. Hęc igitur vna causa est, ne ciues aliud quicquã honestum bonúmque curent, sed insatiabili auri & argenti cupiditate, honesta pariter & inhonesta artificia cõplectantur, & quodlibet agãt seu fas, siue nefas id habeatur, vt pecunias cumulent: qbus subministrantibus veluti pecora venti ac veneri seruiant. Hæc in quam vna est causa, qua fit vt nec aliud quicquã prędarè, neque rem belli causa sufficienter ciues exerceant. sed q̃ natura modesti quietique sunt ad mercaturã: navigationem viliáque ministeria cõuertantur, q̃ vero viriles & generosi, ad furta, latrocinia, sacrilegia, insidias, sceleraque tyrannica q̃ cũ bene à natura cõstituti fuerint, infelices tamen hac consuetudine euaserunt. Infelices quidé omnino appello, q̃ fame coguntur per omnem vitam suam animam cruciare. Hæc Plato, ex qbus constat causa propter quam non intenditur reipublicę cõseruationi, nec res bellica curatur nec patria defensatur, ideo oportet verũ ciué ꝑprium cõmodum & bonũ postponere reipublicę bono, sicut & manus pro seruatione totius se discrimini parat.

Cura boni nominis habenda.

Sexto quòd de bono nomine, ac ęterna memoria apud posteros ꝑ virili curet. Vnde Plato in epistola secunda, ad Dionysium

Diues minime felix nisi sit bonus.

Dionysium inquit,non est negligendum à nobis sed curam habendam temporis subsequentis,sit em̃ natura quadam vt ignauissimi homines nihil curẽt quæ sit de ipsis futura opinio.Probatissimi aũt viri cuncta faciunt,quo in futuris seculis bene de se loquentes homines audiant.Quã ego coniecturã facio esse aliquẽ sensũ iis,qui mortui sunt rerũ nostrarũ,qm̃ optimi animi sic diuinant,deterrimi autẽ nequaquã.Validiora vero sunt diuinorum virorũ præsagia quàm aliorum.Puto autẽ si liceret superioribus illis defunctis de quibus loquor,scilicet Hieronymo,& Pausanię Lacedæmonio,& Symonidi,& Periandro Corinthio,& Thaleti milesio,& Pericli,& Anaxagorę,& Crœso & Soloni, & Cyro, Creonti,& Tiresiæ,& Polydo,& Minoi,& Agamẽnoni, & Nestori,& Vlyssi,& Palamedi,& eadem ratione priscis ꝓhominibus,cõsuetudinem suam emendare,plurimã operã adhibituros,vt meliores de se quàm nunc opiniones circunferrentur.Hoc nobis quidem etiã nunc fauente Deo facere licet,& si quid in familiaritate nostra nõ rectè factũ est, tam factis quàm dictis illud emendare,atque corrigere, vt vera,& optima præsertim quantũ ad Philosophiã attinet de nobis superfit opinio,ac fama rerũ nostrarũ,si bona, melior,si mala bona efficiatur.Sed & nos ista curãtes nihil religiosius agere possemus, negligentes vero nihil profanius. HæcPlato.

Quatuor ciuium virtutes.

Septimò ꝙ quatuor sibi virtutes necessarias agnoscat,q̃ bꝰ & in seipso rectè viuat,& ciuitati ac reipubli.quàm maximè cõferat.Sunt autẽ prudentia,fortitudo,tẽperantia, & iustitia,quas Plato in quarto de rep.tam ciuitati quàm ciui necessarias existimat vt scilicet per prudentiã rectè gubernandi consultandique scientiã possideat,per fortitudinem firmã animi sententiã teneat tam in deuincendis illecebris obscœnisque voluptatibus,quàm propria non timẽdis minis,aggrediẽdisque periculis,quatenus leges & magistratꝰ præcipiunt,sed aduerte apud Platonem, prima fortitudo est seipsum vincere.Hæc em̃ est prima & maxima victoria. Vnde Plato in primo de legibus inquit:Primã & optimam esse dico victoriã,vt seipsum q̃s vincat,turpissimũ vero q̃dam & pessimũ vt à seipso vincatur.Atque hæc oĩa bellum esse singulis ad seipsos significant. Nã quilibet nostrũ aut est seipso superior,aut inferior.Hæc Plato.Per temperantiã quandam cum omnibus cõsensionem & vnanimitatem ac beneuolentiã seruet,neque ob voluptates vllas, huiusmodi consensio impediatur,sicque viuat ꝙ cepiditates ꝓprię atque affectus superiorum imperio atque cõsilio obtẽperẽt Per iustitiã in omnibus illud ad quod natura studioque se aptum cognouerit opus & munus exequatur, tam publicè quàm priuatè communis commodi gratia, neque quicquã sibi vendicet alienum.Tot igitur & tales debent esse veri ciuis proprietates ad mentem Platonis.

Tractatus secundi finis.

TRACTATVS TERTIVS IN PLATONIS Politica,tribus distinctus capitibus.

¶ De legibus in vniuersali.

QVoniam vt tibi declarabitur impossibile est homines in vnum conuiuere pacificè rationabiliter, atque studiosè summúmque consequi bonum sine lege:ideo post ciuitatis originem, & bonorum ciuium proprietates, de legibus in vniuersali ad mentem Platonis agendum est. De legibus dico in vniuersali,quoniã de legibus in specie,quot & quales ciuitati optimæ opportunæ sint, atque cõdendæ in vltimo agendũ est tractatu.In hoc igitur tractatu de legibus in vniuersali cõsiderantes diuidimus ipsum in tria capita.Primo inuestigandũ est,quid sit lex.Secundũquot sint lehũ genera.Tertiò,vnde sumitur necessitas condendi leges.

CAPVT I.

Quidnam sit lex,& de eius stabilitate.

IN primo capite manifestandum est ad mentem Platonis quid sit humana lex,quoniã de hac tantùm intendimus. Tu igitur aduerte,ꝙ ex Platonis doctrina in Minos,de lege & in libris de republica,& de legibus,duas formare possumus diffinitiones.

Prima legis diffinitio.

Prima quidẽ sit hæc:lex est rationalis regula certo ordine ad debitum finẽ bonúmq; subditos deducens. Vt aũt sit rationalis regula cum debito ordine,oportet à sapientia legẽ prodire .Est em̃ sapientiæ rationaliter cũcta disponere, atque ordinare.Vt efficaciter ad debitũ finem subditos deducat,necesse est adesse regẽtis potentiã.Vt ad bonũ,id est, ad cuiusque cõmodum commodè,atque benigne ac suauiter conducat,opus est in regente clemẽtia, qua naturaliter humanus trahitur animus.Non em̃ vi,sed amore trahitur. Dicimus igitur ad mentẽ Platonis legẽ esse rationalem ac rectã regulam subditos deducentem certo ordine à sapientia principis prodeunte ad debitum finem ex potentia regentis:& ad vniuscuiusque bonum ex eiusdẽ moderatoris clementia.Vnde si lex sapientiæ & potentiæ clementiæque in principe sociata nõ fuerit ꝓfecto vana & inefficax erit. Hæc sit prima diffinitio.

Secunda est hæc,lex est vera & stabilis gubernãdi ratio, ad finẽ optimum ꝓ cõmoda media gubernatos dirigens, trãsgredienti pœnã,obtẽperanti præmiũ statuens.De legis igitur ratiõe est vt sit vera ac recta:ex quo sequitur ꝙ principũ institutiones quando veræ & rationi cõsentaneæ non sunt,nec ad optimũ finẽ recto ordine tendunt:leges nuncupandæ nõ sunt,sed potius decreta,aut edicta:siue instituta. Nã à lege legitimũ prouenit,à legitimo iustum,à iusto bonum verúmq; opꝰ.Legẽ ergo veram bonámque esse necesse est.Est insuper de legis ratione stabilitas.Vnde si principis ordinatio vera bonáque sit,& tm̃ temporibus locis opinionibúsque de facili mutationes suscipiat non lex,sed statutũ dici meretur.Qua de causa Plato in Minos de lege Minoa, vt optimum legumlatorem populorúmque pastorem laudat ex firmitate immutabilitatéque legum, quas cõdidit. Vnde inquit,Quod Minos vir bonus,atque legitimus vt supra diximus,excellẽnsque populi pastor fuerit,leges eius argumẽto sunt quæ immutabiles perseuerant,vtpote vera ciuitatis gubernatione reperta.

Leges rationi non cõsentaneæ,decreta potius vel edicta dicẽda sũt quàm leges.

Sed dices.Cũ leges humanæ,sicut & cætera humana, ex natura sua mutabiles sint,vnde stabilitatem immutabilitatémque sortiuntur in obseruantia.

Respondeo ad mentem Platonis in Minos de lege id ex tribus prouenire causis.

Prima est ex diuino autore.Nam sicut Deus ipse natura est immutabilis,sic leges à Deo hominibus traditæ, vtpote diuinum quid immutabilitatẽ à suo recipiunt autore. Hac de causa Cretensium leges immutabiles ꝓseuerant,quoniã Minos vt Plato refert à summo Ioue eruditus per nouem annos eas condidit,sic enim in Minos de lege Plato inquit Homerus vbi de Creta mentionem facit,ꝙ admodum esset populosa,& i ea nonaginta vrbes,inter illas inquit est Gnosos ampla ciuitas,in qua Minos regnauit nouem annis magno cum Ioue collocutus,Minos itaque annos nouẽ in Iouis antrũ eruiendꝰ accessit.Vnde & didicit & docuit inde cætetos,quæ ab Ioue nouẽ annis acceperat.Hęc Plato.

Humanæ leges tribus ex causis immutabilitatẽ,& stabilitatem assequuntur & si humanæ sint.

Secunda est ex felici ciuium ciuitatisque successu.Nam cum animaduertunt ex suarum legum obseruantia bene sibi esse, legum mutationẽ nõ modo nõ affectant,imò prorsus renuunt.ecõtra,si res male sibi successerint. Hac de causa Cretenses in legũ obseruantia quas à Minoe susceperãt immutabiliter ꝓseuerabant.Vnde Plato in Minos de lege inquit,Propterea Minos leges huiusmodi,ſ.à Ioue susceptas ciuibus suis instituit,quarum obseruatione Creta per omne tempus est felix,ac etiam Lacedęmon ex quo iis legibus vtpote diuinis vti cœpit.

Tertia est iudicis ac custodis diligentia,qua assiduę admonentur hortantúrque subditi ad legum quas iam susceperunt obseruantiã.Hac etiam causa Cretenses Minois leges imprætermisse immutabilitérque obseruabant. Nã vt inquit Plato in Minos de lege.Minos rex Rhadamanto & Tallo ꝓ legũ iudicibus custodibusque vsus est ,fuit quidẽ Rhadamantus vir bonus,& à Minone instructus,nec tamen regiam omnem disciplinam sed regi tantum in iudiciis ministrare didicit.Vnde iudex peritus appellatus est. Eo veluti legum custode ꝓ vrbem,ſ.Gnosiam vsus est.Perreliquã vero Cretam Tallo custode.Tallus em̃ ter quotannis pagos omnes lustrabat,leges eorum obseruaturus, tabulis ęreis leges insculptas circũferens.Vnde æreę nominate sunt Hæc Plato ,ex quibus constat quid sit lex, &ex quibus causis leges immutabiliter obseruantur. Hæc deprmo capite dicta sint.

CAPVT II.

De variis legum generibus:

IN secundo capite declarandum est quot sint legum genera,& licet ĩtentio nostra fuerit de lege humana in vniuersali cõsiderationẽ facere,tamen altius ad mentem Platonis

exordiẽ

Quatuor legum genera apud Platonem.

exordiendum eſt. Tu igitur aduerte in doctrina Platonis vt colligere poſſum⁹ ex Timęo & Phædro & Gorgia quatuor eſſe legũ genera. Prima eſt diuina, quã Plato diuinã prouidentiam nominat: Eſtq́ue in Dei maximi intellectu, qua cũcta curat & diſponit, prout vniuſcuiuſq; natura requirit. Secunda eſt cœleſtis quã fatum appellat, hæc eſt intelligentiis ac ſyderibus à primo autore inſita, qua intelligentię cõtinue & regulariter diuerſoq́ue motu cœleſtia corpora agitant, & cœleſti motu inferiora generantur alterantur atq; ſeruãtur. Tertia eſt naturalis quam Plato mouentem dicit. Hac enim rerum inferiorum vires in opus proprium per determinata & certa media tendunt, hoc mouentur elemẽta, hac animata ſibi ſimile generant. Quarta eſt humana, quã Plato naturalẽ prudentiam appellare conſueuit. Hac hominum actiones priuatẽ & publicè regulantur, vt declarabit tibi in tractatu vltimo. Et quoniam primæ conſideratio ad diuinũ Philoſophum ſpectat, ſecundę autem ad eũdem & ad aſtronomũ, tertiæ ad phyſicum, quartæ ad moralem & politicũ, in cuius facultate nunc verſamur: ideo tribus prętermiſſis generibus, huic quartæ intendendum eſt quotuplex ſit in genere apud Platonem.

Tu igitur aduerte, ꝙ in nono de legibus diſtinguens ſic inquit, Legum vero aliæ ad bonorum virorum doctrinã ponuntur, vt per eas intelligãt quo pacto amicè laudabiliterq́; inter ſe verſent. Aliæ ad cõpeſcendam illorũ pertinaciã, qui indomiti natura ſunt, ſpretáque omni diſciplina nulla ratione mouẽtur, quin in oẽm ruãt improbitatẽ. His legiſlator neceſsitate coact⁹ leges imponit. Ipſe nãq; nullũ vellet vnquã vſũ neceſsitatẽq́ue huiuſmodi legũ fore. Hæc Plato.

Præter hanc legũ diuerſitatẽ aliam aſsignat ex locorum diuerſitate in ſexto de legibus vbi inquit. Non enim nos fugiat magnam eſſe locorũ differentiã ad procreandos melio res deterioreſq́ue homines, quibus diuerſa prout expedit legibus ſancienda ſunt, Quippe alij varietate & turbine vẽtorũ difficiles & proteruiſunt, alij ꝓpter aquas, alij ꝓpter cibos, qui ex terra non ſolũ corporibus, ſed & animis vtiles & inutiles oriuntur. præcipuè autẽ regionis loca differunt, in quibus inſpiratio quædã diuina eſt, & quæ dæmones ſortiti ſunt: qui propitij vel cõtra ſuſcipiunt habitantes. Quibus ꝓ humano ingenio conſideratis, mentis, cõpos legis cõditor ſe ad diuerſas leges ferendas cõuertet. Prius eñ hæc conſideranda ſunt ô Clinia, quàm habitari facias regionẽ. Hęc Plato. Et hęc de preſenti capite ſufficiant.

CAPVT III.

De legum neceſsitate.

IN tertio capite de legum neceſsitate agendum eſt ad mẽtem Platonis, & hic duo agenda ſunt, primo quare ſub Saturno hominum genus legibus conditis non vixit, ſecundo qua de cauſa poſt Saturni regnum neceſſe fuit leges diſponere & præcipuè correctiuas.

Sub Saturno leges conditæ, minime neceſſariæ fuerunt.

Quantum ad primũ aduerte, quòd vt Plato in quarto de legibus refert, ideo ſub Saturno leges cõditæ neceſſarię nõ fuerũt, qñ diſpoſuit Deus per diuinos dæmones, quos Plato deos, nos aũt angelos dicimus, hominũ gen⁹ gubernari. Vnde ſic inquit, Cum intelligeret Saturnus, nullam hominis naturã res humanas ita gubernare poſſe, vt ſi omnibus arbitratu ſuo dominetur, laſciuiori ſuperbia iniuſtitiáque non repleatur. Cum hæc inquã non ignoraret, nõ homines, ſed diuinioris præſtantioriſq́ue generis dæmones, ciuitatib⁹ noſtris principes regeſq́; prefecit. Quod qdẽ & nos nũc in ouibus aliiſque armentis facimus. Nõ eñ bob⁹ boues, nec capris capras præficimus, ſed nos ipſi, vt pote genus melius dominamur. Similiter De⁹ homines amans, gen⁹ dæmonum genere noſtro præſtatius nobis præfecit, qđ ſumma tã noſtra quàm ſua facilitate rerũ noſtrarũ curã habebat: pacémque & pudicitiã libertate & iuſtitiæ copiã præbẽs procul à ſeditione & felix reddebat hominũ genus. Hic vtique ſermo veriſimè aſſerit, quib⁹ non De⁹, ſed mortalis aliqui dominetur: nullã vnquã malorũ laborũmque fore quietẽ: ſed omni ſtudio iubet nos imitari vitã quę ſub Saturno fuit, & quãtũ in nobis eſt immortalitatis, ipſi ſcilicet Deo obtemperantes priuatim & publicè domos ciuitatẽſque gubernare, ipſam mentis diſtributionẽ legem nũcupantes. Nã ſi homo vnus, aut paucorum, aut populi potentia: voluptati & cupiditati animũ deditũ habeat, hiſq; repleri deſideret cúmq; id minimè aſſequatur & inexplebili ac inextinguibili ardore, & inſanabili morbo vexet, dominetur aũt ciuitati aut nõ nullis priuatis ſtatim ſpretis legibus, nõ eſt ſpes vlla ſalutis. Hæc Plato. ex quibus cõſtat Platonẽ ſenſiſſe ꝙ quandiu homines occultã quandam Dei inſpirationẽ audiunt illámq; ſequuntur, à Deo optimo vt duce ꝑ bonos angelos gubernari, nec alia indigent lege. Illa nanque inſpiratio lex ipſa infalibilis eſt, atque vera, cui ſemper obtemperandum eſt.

Leges condere quam obrẽ neſſarium fuit poſt Saturni regnum.

Quantum ad ſecundum aduerte, qm̃ hominum genus poſt ſaturni regnũ longo cœpit abuſu crebriſque mortaliũ rerũ affectibus inquinari, móſque humanus diuinæ inſpirationi prævaluit, neceſſe omnino fuit leges cõdere, qbus arcerẽtur homines à malo, vt ſalté timore pœnæ deſineret eſſe mali, & quid agendũ quíd ve vitãdũ agnoſcerent. De lege igitur neceſsitate ſic inquit Plato in nono de legibus. Neceſſe eſt nunc leges hominib⁹ ponere, vt ſm leges viuãt. Nã ſi abſq; his viueret, nihilo à feris atrociſsimis diſcreparent. & huius quidẽ rei cauſa eſt, qm̃ nullius hominis ingenium ita natura inſtitutũ eſt, vt quæ ad publicũ humanæ vitæ bonũ cõferũt ſufficienter agnoſcat, & ſi cognouerat vt optimũ, ſemꝑ illud agere poſsit & velit. Nã primo difficile eſt noſſe atque aſſentire quòd ciuili veræq́; arti nõ bonum ꝓprium, ſed publicũ neceſſario curandũ eſt, publicum eñ ciuitates cõnectit atque cõiungit, proprium autẽ diſsipat. Deinde licet aliquis forſan, hæc ita ſe habere ſufficienter arte ciuili cognoſcat, tñ ſi tanta licẽtia ciuitati dominetur, eiúſque imperiũ teneat vt nulli rationũ elationi ſubditus ſit, nunquã in ea ſentẽtia ꝑ totã vitã ꝓmanere poterit: ꝙ publicum in ciuitate tanquã præcipuũ bonum augeat. priuatum vero poſt publicũ ponat, ſed ad propriã vtilitatẽ priuatúmque cõmodum natura ipſa mortalis ſemꝑ ipſum impellet, quæ abſque ratione doloré fugit, voluptatémque ꝓſequitur, atque hæc iuſtiori melioríque bono præponet, & tenebris obruta malis omnibus ſeipſam tandem & ciuitatẽ replebit. Profecto ſi qs hominũ diuinę ſortis fauore ea natura præditus eſſet vt publicum bonum cognoſceret, ad illud generoſe ſempérque intẽderet, nullis legibus ſibi dominaturis egeret. Quoniam nulla lex, nullúſque ordo, q̃ ſit ipſa ſcientia & recta mens, præſtantior meliórque habetur, neque fas eſt mentẽ alicui ſubiici atque ſeruire, ſed potius ſi recta veráque ſit omnib⁹ dominari. Nunc vero nuſquã hęc mens reperitur: quapropter ordinem atq; legẽ eligere oportet, ex quibus plurima quidẽ ꝓſpiciuntur, omnia vero videri nequeunt. Hæc Plato, ex qbus cõſtat neceſsitas cõdendi leges: poſt aureũ iuſtiſsimúmque Saturni regnũ. Tutñ aduerte nullas humanas leges efficaces fore ad hominum genus moderandum: niſi Deo autore mediato vel immediato, vt ad Platonis mentẽ tibi in ſequẽti tractatu declarabitur. Hæc de preſenti capite dicta ſint.

Tractatus tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS

In Platonis politica, quinque partitus capitibus.

¶ De legum conditore in vniuerſali.

POſt legum humanarum neceſsitatẽ, cum oporteat eas ab aliquo homine inſtitui, doctrinę ordo requirit, vt de huiuſmodi homine, quem legiſlatorem dicimus conſiderationem in hoc tractatu ad mentẽ Platonis faciamus: Et diuidemus ipſum in quinque capita.

In primo referenda ſunt quę Ariſt. in hoc propoſito pertractauit in politicis.

In ſecundo declarãdum eſt ad mentẽ Platonis qualis debeat eſſe legis conditor: & quas in ſe excellentias cõtinere.

In tertio inueſtigandum cuius virtute & autoritate cõditor legis inſtituere debeat leges.

In quarto quales & de qbus rebus cõdendę ſint leges.

In quinto qđ debeat eſſe preципuũ legiſlatoris propoſitum, & quis legum finis, & à quibus ſumere debeat leges.

CAPVT I.

Opinio Ariſtotelis de Legumlatoribus.

IN primo capite referẽda ſunt quę Ariſtot. in politicis de legumlatoribus ꝓtractauit. Tu igitur aduerte, primum ꝙ in tractatu preцedenti nullam fecimus mentionem quid de lege in vniuerſali Ariſt. docuerit, qm̃ in hoc non eſt immoratus, etſi in politicis verbum aliquod fecit, tantum per functoriè fuit: ideo qđ de lege pertractauerit, non fuit neceſſe referre. De legum autem conditoribus & de politiis quas inſtituerunt: & de his quę rectè non rectè inſtituerũt, vt eis imponit, & in quibus eos approbat & reprobat: totũ ſecũdum librum politic. cõpoſuit atque cõſumpſit. In quo in ſpecie cõmemorat Platonis politiã ſub perſona Socratis

& com

& communitatem tam vxorum quàm filiorum & poſſeſſionum, quam Ariſto. aſſeuerat Platonem inſtituiſſe,& quàm plura alia,quæ Ariſtote.reprobare conatus eſt, & hæc oía videre poteris in Epitomatibus noſtris in libro ſecundo Politicorum tractatu primo.

Secundo loco ſermonẽ facit de Phalea Carthaginenſe, & politia ab eo inſtituta,& in quibus bene ac malè ſe habuit & quæ Ari.malè inſtituta iudicat reprobare cõtendit, & hæc omnia videbis in Epitomatib⁹ noſtris in ſecũdo Politicorum tractatu ſecundo.

Tertio loco recitat Hippodamũ Mileſiũ & ab eo inſtitutam politiam,quẽ approbat in his quæ bene inſtituta iudicat,& reꝓbat in aliis,vt videbis vbi ſupra,ĩ tracta.tertio

Quarto loco recitat politiã quam Lacedæmones obſeruabant,partim approbans,partim reprobãs,vt videbis vbi ſupra in tractatu quarto.

Quinto loco recitat Cretenſium politiam eodem modo partim approbans,partim reprobans, vt videbis vbi ſupra tractatu quinto.

Sexto loco Carthaginenſium politiã recitat,partimapꝓbãs,partim reꝓbãs, vt videbis vbi ſupra tractat.ſexto.

Legum cõditores qui.

Septimo loco pertractat de diuerſis legum conditorib⁹, & quibus leges condiderunt & præcipuè de Solone,de Zeleuco,de Charonda,De Onomacrito,de Lycurgo, de Philolao,de Dracone,de Pittaco,de Androdamo,& hæc videbis vbi ſupra in tractatu ſeptimo.

Verum vtrũ Ariſtote.prædictos legũ ac politiarũ inſtitutores verè ac rationabiliter reprobet,ſcire non poſſumus: qm̃ eorum ſcripta ad notitiam noſtrã non deuenerunt,ideo eos defenſare non poſſumus.De Platone aũt & eius politia aliter eſt,qm̃ eius ſcripta apud nos ſunt,vt patet in libro de rep.& de legibus ideo contra Ariſto.intendimus eum defẽſare,& præcipuè de vxorum ac filiorum & poſſeſsionũ cõmunitate,quam ſibi Ariſt.vt rem inſtitutam ac ſeruandam imponit.Quæ igitur in hoc mens Platonis fuerit,declarabimus in tractatu vltimo,quem pro Platonis defenſione formabimus.Hæc de primo capite dicta ſint.

CAPVT II.

De legislatore ſecũdũ Platonis ſentẽtiã & de ei⁹ excellẽtiis.

Legislatorẽ oportet eſſe virum diuinum cum ingenij acumine tum vitæ probitate.

IN ſecundo capite declarandũ eſt ad mentẽ Platonis qualis debeat eſſe legis conditor,& quas in ſe excellẽtias cõtinere,Tu igitur aduerte,ꝙ oportet in primis,ipſum eſſe virum diuinum,& ꝙ diuinis ſtudiis operam dederit, vt aſſerit Plato in duodecimo de legibus.Virũ quidẽ diuinum,id eſt ſublimis & clariſsimi ingenij,ac eminentiſsimæ prudentiæ,aliter de agendis in humanis veras rationes,ac regulas inuenire non poſſet.Item diuinum virum in morũ ac totius ſuæ vitæ ſanctitate.Nam ſi legẽ ſeruandam inſtitueret, cui eius vita non cõſonat inefficax vtique eſſet huiuſmodi lex. Vnde Plato in quarto de legibus inquit Ipſe prim⁹, ſcilicet legis inſtitutor viam per quã ſequantur cæteri,ingrediatur oportet,omniáque in ſeipſo primũ expreſſa præſcribat agẽdo,alia quidẽ laudans & honorans,alia vituperans, & eos qui nõ obediunt in ſingulis actionibus ſemper dedecorans Hæc Plato:& quoniã Minos apud Cretenſes quæ honeſta ipſe cenſebat ciuibus ſuis ſeruanda mandauit:Plato cõmẽdans in Minos de lege ipſum Minoa inquit:neque Minos,im probi hominis inſtar,alia ipſe feciſſe,alia facienda mandaſſet.Oportet ergo verum legiſlatorem talẽ ſe pro exẽplo exhibere,quales vult eſſe eos,quibus leges inſtituit, ideo neceſſe eſt ipſum eſſe virum diuinum vitæ probitate.Oportet inſuper ipſum dediſſe diuinis ſtudiis operã,vt per eam acqrat ciuilem ſapientiam,qua bonorum ciuium & principum & legiſlatorũ mentes in humanis dirigendis atque gubernandis illuminantur.Vnde Plato ſæpe aſſerit genus humanum nunquã bene rectéque gubernandum,nec à malis ceſſaturũ,niſi aut legitimi philoſophi dominẽtur, aut qui rẽp. gubernant diuina quadã ſorte philoſophentur. Patet quomodo oportet legiſlatorẽ virum diuinum eſſe,ac diuinis ſtudiis operam dare.

Legislatorẽ in ferendis populo legibus patrem potius,decet eſſe quam do.

Secundo ꝙ in ferendis legibus erga ſubditos ſe habeat vt pater ac mater potiuſquã dominus, eóſq; maxime de bono ac iuſto doceat,vt felicitatem conſequantur.Vnde in nono de legibus Plato inquit,legiſlatorẽ oportet de honeſto bonoque docere qualia ſint,& qũo ab his agenda qui felices futuri ſunt.Turpe em̃ eſt quò Homerus Tyrteus ceterique poẽtæ ꝓbè de vita ſtudiſque hominũ ſcripſerint.Turpe inquã Lycurgo atque Soloni & cæteris legũ latorib⁹ minus id facere.Rectũ igitur ac iuſtum præ cæteris omnibus ſcriptis leges ipſæ prę ſe ferre debent. Cęterorũ vero ſcripta ꝓbari ſi legibus conſentanea ſunt,ſin diſſona, derideri: Sic igitur ciuitatis leges cõſcribantur,vt patris matriſque ꝓſonam lator legum penitus gerat.Scriptáque magis prudẽtię & charitatis virtutẽ cõtineant,q̃ domini tyrannique imperium minitantis,tantúmque deſcribentis,& rationem nullam penitus aſsignantis.Hæc Plato, ex quibus conſtat quòd oportet legiſlatorem in ferẽdis legibus nõ dominij, aut tyrãnidis affectu,ſed charitate & prudẽtia erga ſubditos inclinari,more parentum erga filios.

minuat. vel tyrannum.

Legislatorẽ quo in ferẽdis legibus vt pictorem ſe debet exhibere.

Tertio ſe habeat in ferendis legibus,vt pictor, qui artis ſuæ ſucceſſorum relinquit,cuius opera ꝓficiatur emendẽt inſtauretúrque ſi quid in imagine ꝓficiendum emendandũ inſtaurandum reliquerit.Non em̃ homo legiſlator cuilibet in futurum caſui & cõtingenti prouidere poteſt. Vnde ꝓ huiuſmodi ꝓpoſito inquit Plato in ſexto de legibus, An ne ſcis in hac re,id eſt,in editione legum qđ in pictorũ facultate cõtingere.Illa quippe in pingendis animalibus terminum nullum habere videtur:ſed ſemper inumbrando deũbrando vel quomodocũque id vocetur exornare conatur, nec vnquam ceſſat:Semper em̃ ad pulchriora & expreſsiora incrementum habet, ſi quis igitur pulcherrimũ animal pingere voluerit,qđ non ad peius,ſed ad melius futuro tẽpore ſemper ꝓgrediatur, cum ſit mortalis niſi aliquem artis ſucceſſorem reliquerit:q̃ ſi quid vel tempore ex animali abolitum fuerit inſtaurare, vel ꝑ artis imbecillitatem ab artifice prętermiſſum apponere valeat: atque ita fulgẽtius perfectiúſque pictum animal reddere, ꝓfecto laborioſum opus illud breui tẽpore duraturũ eſt. Talis igitur & legislatoris voluntas eſſe debet,vt principio quidem leges ſuffi cientes ac exquiſitè cõſcribãtur. Deinde procedente tempore,& rerũ piculo facto agnoſcat atque animaduertat ne ceſſarium eſſe vt multa relinquat,quę emendatione interpretationeque ſucceſſoris alicuius indigeant ne peior quidem,ſed melior ornatiórque reſpub.efficiatur.Quacunque igitur via poterit tam re quam verbis alium ſiue maiorem, ſiue minorem docebit, qũo conſeruãdæ & corrigendę ſint leges,nec vnquam in his dicendis fatigabitur,donec ad finem perduxerit.Hæc Plato ex quibus propoſitum conſtat.

Legislator non ſuis ſe viribꝰ credere debet, ſed Dei auxilio.

Quarto ꝓprio ingenio neque prudentiæ ſuę innitatur, ſed diuinum imploret auxilium, Deus em̃ apud Platonem eſt omnium legum primus fundator,qm̃ recta diffinit & ꝓagit id eſt recta quadam legis regula determinat ſingula, vnde Plato in quarto de legibus in inſtitutione ciuitatis & legum ornatu in primis cenſet Deum orandũ & inuocandum,vnde inquit.Deum in primis inuocemus ad ciuitatis conſtitutionem,q̃ vtinam audiat, exaudiénſque ꝓpiti⁹ & benignus nobis aduenĩat,vna nobiſcum ciuitatem & leges exornaturus, & in Timęo de mundo diſputaturus inquit. Deum igitur etiã nunc diſputationis ſeruatorem in primis orem⁹,vt nos ex admirabili & inſolita expoſitione ad veri ſimilem doctrinam traducat.Hęc Plato ex quibus ꝓpoſitum conſtat.Hęc de præſenti capite dicta ſunt.

CAPVT III.

Cuius virtute legislator condere leges debeat.

IN tertio capite inueſtigandum eſt ad mentem Platonis, cuius virtute & autoritate,atque auxilio conditor legis inſtituere habeat leges.Tu igitur aduerte Plat.in tota doctrina ſua illud ꝓ certo ſentire,nullum ex hominum genere quãtumcunque ingenio prudentia ſcientia experientia ꝑditum ſufficere ex ſe leges cõdere,qbus iuſtè ac rectè ciuitas regulari poſsit,niſi diuinũ adſit auxiliũ occultáque diuina inſpiratio,& Dei maximi vt primi legũ fundatoris autoritas,& primo quidẽ oportet diuinũ adeſſe auxilium,qm̃ nullus hominũ quacunque potentia & ſapiẽtia fulgeat vaſtam ciuitatis nauem quolibet momento procellis & piculis agitatã innumeris,abſque cæleſti flamine ad portũ deducere poteſt.Ad legum igitur exactiſsimam ſanctionẽ diuino op⁹ eſt auxilio.Quod & Plato ſui exemplo cõfirmat, q̃ ĩ principio primi de legibus legum exordiũ à Deo iuſtis felicibũſque inchoat auſpiciis:Deum ter nominans.Sic em̃ liber incipit,Deum ne an aliquẽ hominem ô hoſpites condẽdarum legũ cauſam exiſtimatis? Clinias. Deus ô hoſpes, Deũ inquã vt decet aſſerere,&c. Secũdo oportet occultã diuinãq; adeſſe ĩ mẽte legis cõditoris inſpirationẽ,Nã Dei ꝓuidentiã q̃ ſingulis elementorũ plantarũ brutorũq; ſpecieb⁹ neceſſaria ꝓſpicit,longe diligẽti⁹ pfectiſsimę ſpeciei humanæ Deum colenti in ſanciẽdis legib⁹ hoĩum regimini ac ſaluti

ac ſaluti neceſſariis,adeſſe oportet, quæ nonnunquam etiã manifeſtis miraculis & non ſolum ſecretis animorum inſpirationibus,legum myſteria reuelat, & firmat, & ꝓmulgat Quamobrẽ neceſſe eſt legiſlatorẽ diuinum virum ac probatiſsimæ vitæ exiſtimari,q̃ vt talis credat,opus eſt à diuina prouidentia ſignis quibuſdam mitti.Quem Plato humani generis diuinum ducem,aliquãdo prophetam appellat. Huc tendit Platonis dictũ in Minoë de lege,quemadmodũ bruta nequeunt à bruto feliciter ſine homine regi: ita neq; homines ab homine ſine Deo:& in Prothagora inquit non potuiſſe homines ſine lege viuere,neque ſufficientem legẽ à Prometheo,id eſt humana prouidentia potuiſſe accipere, ſed Iouẽ ipſum omnium creatorem ad homines cum lege miſiſſe Mercurium,id eſt,prophetam aliquem diuinæ volũtatis interpretem:& legis tam diuinæ quàm humanæ latorem.Tertio oportet in ſanciendis legibus diuinã adeſſe autoritatẽ,vt nemo vel violentia vel dolo præuaricari ſe poſſe confidat vel debere,vel contemnere ſine pœna: & ideo omnes antiqui legũ latores qui præclari ac famoſiſsimi habiti ſunt:vt legibus ſuis firmitatem,efficaciam,veritatẽ, & autoritatem omnimodam acquirerent,timerentq̃ ſubditi contra legem viuere:legũ inuentionem in Deũ licet per diuerſa nomina retulerunt. Nam Zoroaſtres Bactrianis,& Perſis leges tradens retulit in Oromaſim.Triſmegiſt⁹ Aegyptiis in Mercuriũ: Moſes Hæbræis in totius naturæ patrem Deũ:Minos Cretenſibus in Iouem:Charondas Carthaginẽſibus in Saturnum:Lycurgus Lacedæmoniis in Apollinẽ: Draco & Solon Athenienſibus in Mineruam:Pompilius Romanis in Aegeriã Mahumet:Arabibus in Gabrielem:Zamolxis Scythis in Veſtam:Plato Magneſiis & Siculis in Iouem & Apollinem.

Leges varias quomodo in varios deos retulerint antiqui

Conſtat ergo quomodo in condendis legibus, oportet legis conditorẽ inniti diuino auxilio:& inſpirationi & autoritati diuinæ.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Qualésnam & de quibus ſint leges condendæ.

IN quarto capite inueſtigandum eſt de quibus & quales præcipuè legis cõditor cõdere debet leges.& vt in ſũma Platonis mentem in hoc cõplectamur aduerte in primis in quarto de legibus ꝙ licet variæ pro variis negocijs atque rebus dietim ſuccreſcentibus fiant ſentẽtiæ,atque inſtitutiones:nullæ tamen ex his leges appellandæ ſunt, niſi de his fiant quę cõmune ciuitatis bonum concernunt. Præterea,quoniã in ciuitate tria ſunt bona,ſcilicet fortunæ corporis & animæ:Plato qui vt animorũ medicus, animorum ſaluti potiſsimũ intendit:legiſlatorem de legibus cõdendis circa diuitias & materiã & ſitum & elementorum puta aëris & aquæ diſpoſitionẽ quomodo ſcilicet ciuitas ſit ꝓpinqua vel remota à mari,quomodo ſit in aëre ſereno & ſalubri quomodo ex mõtibus bene tuta & de facili expugnabilis,&c.nõ accurata & multa diligentia inſtruit & admonet ſed paucis ſe expedit.Circa formam autẽ quæ eſt modus & ordo publicæ gubernationis quàmmaximè immoratur. Et q̃m forma hæc in ciuitate formoſa nunquam erit, niſi & principis & gubernatorũ & ciuium formoſi ſint animi:ideo Plato conſet legiſlatorem ſuper omnia vigilare debere in ferendis legibus de his,quæ ad bene viuendum ciuium animos pulcherrimè informent.Materiam igitur & ſitũ & huiuſmodi paucis expedit verbis,formã vero, & animorũ curationẽ ac formationẽ exactiſsimè pertractat, vtpote qui præ animorum dignitate exteriora omnia quamuis optima & deſiderabilia exiſtimentur paruifacit:& hoc ideo q̃m vt ſæpe diximus Plato noſter medendis animis officiũ aſſumpſit,Nam ſi corporum eſſet medicus,illiſque curandis intẽderet:in eligendo ſaluberrimo aëre ad formandam corporis valetudinẽ atque ſeruandã & deperditam reſtaurãdam, diligentius incumberet.ſed qui in eligẽda pro ſe Academia loco inſalubri,non corpori ſed animo moribuſq̃ cõſuluit is nimirum in ſitu vrbis cõdendę nõ admodũ accurat⁹ videtur:in formandis vero moribus vt animorum medicus & ſaluator diligentiſsimus.inſuper.ſi tanti faceret fortunę bona quanti cęteri facere ſolent, profecto agrũ & ſitũ & modũ ad diuitias cumulandas,ad amplificandum dominiũ ſe dulo inſtrueret.At econtra omnino facit:propterea ap,pbat Plato ciuitatẽ non valde diuitem non delicioſam non luxurioſam ſed temperatã ſobriam pudicam: & præ cæteris piam,vt magis cœnobium ac templum quam terrenam mundanámque ciuitatem inſtituere videatur. Propoſitum igitur legis conditoris erit ad mentẽ Platonis quæ prẽter animi bona ſunt,gratiã bonorum animi nõ magnifacere, in omniq̃ legum inſtitutione ad ea quæ animũ curãt, & decorant intendere,Ideóque nihil vel in vrbe vel extra ꝓmittet,vnde ciues malis aliquando moribus aſſueſcant etiã ſi indegentiũ multarum victoria ampliſsimáque potentia,& rerum maxima ſequatur copia. vera nanque & ſanctiſsima lex non extra animum,ſed in animum ipſum perficiendum aciem ſuam dirigit.Inſtituet ergo in primis ne ciues habeãt ſummo in pretio breuis ac falſæ huius vitæ ſalutem: neque tãtum procurẽt vt ſint,ſaluiq̃ ſint,quãtum quandiu ſunt optimi ſint.Pro patria ꝓterea ſi neceſſe ſit mori, parati ſint antequam velint aut euerſam videre ciuitatẽ iugóque ſeruitutis ſubiectã à prioribus gubernari, aut fuga ipſam deſere.Nã extrema omnia ſubeunda ſunt potius quàm in eam gubernationem ciuitas commutanda; quæ peiores ſolet homines facere.

Legislatorem animi bona præ cæteris intendere debet.

De paruis autẽ & multis quæ exſui natura incertitudinẽ habent & ꝓ loco & tẽpore aliter & aliter agenda ſunt, legiſlator firmam nõ cõdet legem,ſed ea magiſtratib⁹ ſucceſſoribuſq; diſponenda mutãda & firmanda poſt decẽniũ relinquet.vnde Plato in hoc ꝓpoſito in ſexto de legibus ſic inquit.Neceſſe eſt,vt diximus in his præſertim quæ multa & parua ſunt, nonnulla in prima legum poſitione prætermitti:quæ magiſtratus ſequẽtes rerũ experientia cõmoniti quotãnis mouebunt & corrigent,donec tẽpus illud aduenerit,quo inſtituta hæc diſcuſſa & approbata ſufficienter fuiſſe videantur.Tempus autẽ ad hoc periculũ faciendum moderatũ & ſufficiens decẽnium erit quo ad ſacra & choreas & ad omnia denique ſingula, quæ quidẽ per experientiã emendatio viuente legumlatore ſimul cũ illo fiat,ſi deceſſerit:ſinguli magiſtrat⁹ ad legũ cuſtodes de ſui magiſtratus defectu referant emendẽtque,donec approbationis ſinẽ ſingula nacta eſſe videantur.Tunc demum ratas has leges habeant eiſq̃ vna cum aliis,quas ab initio legis cõditor ſcripſit vtãtur ,in qbus nihil ſponte mouebũt:ſi qua vero mouẽdi neceſsitas aliquãdo vrgere videbitur,de hoc ſimul conſultẽt magiſtratus omnes,& popul⁹ vniuerſus,& deorum omniũ petantur oracula, ſi horum omnium vnus erit cõſenſus,moueant aliter vero nunquam.Hæc Plato,ex quibus conſtat de quibus præcipuè condendæ ſunt leges: & quæ prętermittenda ſunt donec per decennium experiẽtia probentur.

Legislatore parua, & incerta parũ inferẽdis legibus curare debet.

Quales autẽ conditor legum leges condere debeat,Plato in tertio legum diſertiſsimè expoſuit:& intentionis ſuæ ſumma ſit hæc.

Primo admonet legum cõditorem ne arduas neque violentas ferat leges,ſed leues quo ad fieri poteſt & ſuaues,vt potius amore quàm vi trahatur ſubditorum animus.

Quas leges condere debeat legislator.

Secundo nõ inſtituet merã & vniuerſalẽ alicui imperandi dominandique autoritatẽ,ſed omnes quidem legib⁹ ſubiiciet:reges quidem cum ſenatu coniunget,ſenatum autem cum conſilio populari.

Tertio cauebit ne vnquã ſuperbia laſciuiæ cupiens plus poſſe quàm leges diſſenſionem pariat & ruinam.

Quarto ſtudebit vt totũ ciuitatis corpus quantũ fieri poteſt liberum ſit & prudens & amicum:liberum quidẽ,vt quilibet valeat patriç ſuæ conſulere.Prudens autẽ, vt conſulere ſciat:amicum vero,vt conſulere velit.

Quinto circunſpiciet mores fortunáſque principũ quo perſpiciat ciuitatũ regnorumq̃ exitiũ,præcipuè ex delicioſo luxurioſóq; adoleſcentiũ virorúmq; victu ꝓcedere: q̃m nemo ex huiuſmodi vita,virtute inſignis euadere pót, ſed ęger neceſſario ſit,& fragilis & inflatus & cæcus, & ideo mãdabit:ut ęperantiã ab omnibus maximè coli debere: ſanciens eos potiſsimũ honorãdos, q̃ tęperatiſsimi omniũ iudicio cõprobantur,neq; patiẽt fortitudinẽ abſque tępe rãtia ab vllo poſsideri,quaſi rẽ ciuitati valde periculoſam.

Sextò in primo honoris gradu dotes animi vt ſcientiã ſapientiam ſolertiã prudentiam ſi cum tęperantia mixtę fuerit collocabit,his ſubiiciens corporis bona, corporis vero & animi bonis externa bona ſeruire mandabit.

Septimo prohibebit nimiã libertate: nimiámque ſeruitutem.Nimia nanq; ſeruitus amicitiã & beneuolentiã populi erga principẽ & patriã è medio tollit,adeo vt leui occaſione data princeps vel patria pereat,libertas vero nimia primo laſciuiã parit,deinde legũ contemptũ,poſtremo frequentes ſeditiones,& iniurias,& denique extremã ſeruitutẽ.Mediũ igitur inter extremã libertatẽ ſeruitutẽmque inſtituet.Hæc igiẽ omnia ob eã cauſam dicta ſint,vt intelligam⁹ qũo ciuitas optime gubernari poſsit,& priuatim quiſque vitã ſuã optimè diſponat.Hęc de pręſenti ca.dicta ſint.

CAPVT

CAPVT. V.

Quodnam præcipuũ ſit legislatoris propoſitum ac finis ſtatuendæ legis, & à quibus aſſumi debeant leges.

IN quinto capite inueſtigandum eſt quòd debeat eſſe præcipuum legis conditoris propoſitum, & quis legum ſuarũ finis, & à quibus leges ſumere debeat.

Quantum ad primum aduerte ad mentem Plato. p̃cipuũ legis conditoris propoſitum debere eſſe vt ſumma cum diligentia totam ciuitatem colat quaſi agrum, & exquiſitâ de elegẽdis ſerendíſque ſeminib⁹ habeat rationem. Deinde de cuiuſlibet plantę opportuna cultura, & de extirpádis ſtatim ab initio noxiis herbis & ſentibus. Deinde de omnib⁹ ad maturitatem fructibus ſuo ordine perducendis. Præterea, p̃cipuum conditoris legũ ſtudium circa voluptates doloréſq; frænâdos verſari oportet, vt duo hæc veluti bruta freno nõ careant. Si em̃ fræno cohibeantur, humanæ vitæ decurſus facilis felíxque euadit ſi nullo coërceantur freno, admodum difficilis & infelix. Aduertet aũt prudens legis cõditor, turpiorem exiſtimandum illum qui voluptatibus ſeruit, q̃ qui doloribus ſuccumbit item fortis viri officium eſſe non tantum dolores & pericula ſuperare, ſed & cupidines coërcere. Aduertet inſuper neminem p̃ certo fortem iudicari poſſe, niſi diu inter labores & pericula, & ipſa voluptatũ licentia verſatus fuerit, ideo non expedit hominem q̃ futurus eſt fortis p̃cul à timoribus, vel qui futurus eſt continens & tẽperatus ſeorſum ab omnibus voluptatũ illecebris educare.

Legislator quomodo curare debet populum ſibi ſubditũ, quaſi agrũ.

Turpior eſt voluptatib⁹ ſeruiens, quã qui laboribus vel doloribus ſuccũbit.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ apud Plato. in primo de legibus & in epinomi, legum finem eſſe omnium virtutũ acquiſitionem, atque ſummi Dei cultum, quẽ louem nominat, & nõ Martis cultum, & in hoc modeſte Minois atq; Lycurgi leges emendat, eo q̃ non tam ad virtutem & vitæ p̃bitatem q̃ ad rem bellicam reſpexerunt. Quod vtique rationabile non fuit. Debent enim leges illud in ciuitate pro fine habere, ad quod vt ad ſignum omnes ciuium actiones dirigantur, & quod præ omnibus expetẽdum eſt. Pugna autem atq; victoria cum laborum multipliciúmq; malorum plena ſit non propter ſeipſam optanda eſt, ſed eligenda propter pacem tutamq́ue vitæ humanę trãquillitatem. Quemadmodũ nemo ita optat viuere vt in perpetua contra morbos pugna victoriáque ambigua defatigetur. Rationabiliter igitur Plato in primo de legib⁹ concludit non decere ſtudia & officia pacis ad bellica, ſed ecõtra, bellica potius ad pacis ſtudia officiaq́; referre. Pacem verò ad vniuerſam virtutẽ & vitæ probitatem, & ad expeditum liberumq́ue veritatis & Dei maximi cultum.

Finis legis eſt obſecutio omnium virtutum.

Qũo autem legiſlator ciuitatis leges diſponere ac ordinare debeat, vt ciues p̃finitum conſequantur finem, Plato in primo de legibus ſic docuit inquiens. Bona duplicia ſunt: q̃m alia humana, diuina alia, dependéntque à diuinis humana, ſi qua vero ciuitas maiora ſuſcepit, minora quoque poſſidebit. Sin aũt maioribus caret, vtriſque priuat. Minorum primum eſt ſanitas, forma ſecundum, tertiũ corporis vires, Quartum diuitiæ, q̃ cæcæ non ſunt, ſed accutè cernũt, ſi prudentiam ſequantur. Prudentia aũt diuinorum maiorumq́ue bonorum dux primus exiſtit. Deinde poſt mentẽ, id eſt prudentiam temperatus animi habitus, id eſt tẽperantia ſecundum tenet locũ ex his duobus cũm fortitudine mixtis iuſtitia tertio loco emergit, fortitudo quartum tenet locũ. Quæ omnia humanis illis bonis ex natura præponuntur. Quã ob cauſam opportet vt & legũ conditor hunc ordinem ſequat & mandet omnibus vt ſemper ad hęc reſpiciant, ſicque in ſingulis operent̃, q̃ humana ad diuina, diuina vero ad mentem vt ad principem referant. Curet præterea nuptias inter ciues, & generationes educationéſque liberorũ. Maſculorũ pariter & fœminarũ tam iuuenum quàm prouectorum cõuerſationes, & eos qui in his rectè ſe gerunt vt decet honoret, ecõtra vero, dolores voluptates cupiditatéſque in omni ꝙuerſatione vituperet. Conſiderabit etiã diligenter ad q̃ ſtudia quemque retrahat amor, rectaq́ue officia p̃ leges laudabit, vituperans cõtraria. Docebit inſuper atque diffiniet, quid in cuiuſque affectu honeſtũ ſit quid ve turpe, videlicet circa iram & metum & paſſiones alias & perturbationes, q̃cunque in reb⁹ aduerſis accidunt, vel circa delicias in reb⁹ ſecũdis, atque circa motus oẽs, qui ex morbo aut bello aut paupertate, vel horum cõtrariis hoſtes vexant. Poſt hæc neceſſe eſt vt legiſlator quęſtus impenſasq́ue ciuiũ diligenter obſeruet, & qũo fiant agnoſcat. Cõmercia etiam in his omnibus & ſolutiones, quas vel ſponte vel coactè faciant, & quicquid horum inter ſe contraxerint vbi iuſtitia adſit & vbi abſit animaduertat, & obtemperantibus quidem honores, nõ obtemperantib. aut pœnas cõſtituat. Deinque oĩbus vſque ad reipu. finem p̃tractatis animaduertat & ſtatuat qũo defunctis monumenta extrui, q̃ve honores ſingulis annis eis impendi debeant. His tandem declaratis legis conditor oĩbus his cuſtodes præficiet, alios prudentia, alios vera opinione agentes, vt mens in vnum oĩa hęc colligẽs eo deducat vt temperantiam & iuſtitiam potiúſquam diuitias & ambitionem ciues ſequantur, & hic finis ſit legum, hocq́; primum legiſlatoris propoſitum. Hæc Plato.

A Deo iuſta petẽda ſunt leges.

Quantum ad tertium aduerte q̃ Plato in primo de legibus, cenſet iuſtas ſanctáſque leges prĩo petẽdas eſſe à Deo, qui diuini luminis infuſione atque interna inſpiratione nunquam deeſt inuocãti, & potiſſimum vbi de humani generis regimine agit. Nã ſi natura q̃ diuinæ p̃uidentię penè vltimũ eſt infirm nõ abundat in ſuperfluis, neque deficit in neceſſarijs, p̃fecto lõgè minus p̃fectiſſima Dei maxi p̃uidentia deficit in neceſſarijs hoĩum generi, qũ in mundo inferiori p̃ícipatum obtinet. Neceſſaria vero eſt homini ad tutè viuere non potenti mutua cõgregatio, neceſſaria quoque & lex vt in tractatu p̃cedenti docuim⁹, neceſſaria rurſum eſt legi diuina autoritas, ne negligentia deficiant, vel fraude & violẽtia cõfringantur. His igitur de cauſis prudẽs ac bonæ mẽtis legis conditor, obſecrationib. ſtudebit à Deo in primis poſtulare ſapientiam & lumen condendi optimas leges. Deinde arbitratur Plato quo ad humanos autores leges, quibus optima ciuitas regenda ſit, ſumendas eſſe à tribus optimis legum latorib. ſ. Minoë, Lycurgo & Solone. Sicque nouus legum conditor adimens, addens, mutans, inueniens, optimã ex cunctis gubernandi regulam conſtituet. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

A Tribus legislatoribus ſumẽdæ ſunt leges.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS
in Platonis Politica, octo diſtinctus capitibus.

¶ De politia, ſiue republica.

DOctrinę ordo requirit, q̃ poſt cõſiderationem de lege & legum conditore tractemus ad mentem Plato. de politia, quam Latine dicimus ciuilitatem & rempublicam. Præſentem verò tractatum in octo capita diuidemus.

In primo referentur quæ Ari. in politicis docuit de politia & ſpeciebus eius & partibus, & modis eas inſtituendi.

In ſecundo declarabitur ad mentem Pla. quid ſit politia, & de eius prima origine.

In tertio quotuplex ſit, & quæ bona, & quę mala.

In quarto quot obſeruanda in inſtitutione rectæ politię.

In quinto ſecundum quam politiæ ſpeciem expedit ciuitatem gubernare.

In ſexto qũo & quibus cauſis corrumpitur ac tranſmutatur vna politia in aliam.

In ſeptimo p̃pter quas cauſas cõſeruantur rectæ politię.

In octauo quales debeant eſſe dominãtes in politia recta.

CAPVT I.

Quænam Ari. tractauerit in politicis de politia & eius ſpeciebus, & de modis inſtituendi illas.

Tria Ariſt. in Politicis docuit de politia.

IN capite primo referenda ſunt quæ Ari. in Politicis de politia docuit. Tu ergo aduerte q̃ in tertio poli. vt videre poteris in epitomatibus noſtris in tractatu ſecundo Ari. de politia in communi tria docuit. Primò quid ſit & intẽdit, q̃ eſt totius ciuitatis ordinatio quo ad omnes magiſtratus & regimina, vt ſunt in ciuitatis vſu, ſed potiſſimum ſupremi magiſtratus, à cuius autoritate pendent regimina & officia inferiora. Secundò q̃ politia non inſtituitur vt homines poſſint abſolutè viuere, nec vt poſſint ſe ſimul defenſare ꝺ hoſtes, nec vt poſſint ſimul negociari, nec vt poſſint ſimul cõicare, ſed bene ac ſufficiẽter pacificè & iuſtè cõuiuere, & in perfectam virtutem operari. Tertiò q̃ politia prima diuiſione diuiditur in rectam & non rectam. Recta autem in tres, ſ. in regnum, & in eam, quæ eſt optimatum, & in eam, quæ cõmuni nomine dicitur reſpub. Non recta autem in tres, ſ. in tyrannidem, in eam quæ dicitur potentia paucorum, & in popularem.

De regno duo docuit Ariſt. in Politicis.

De regno in tertio Poli. vt videbis vbi ſupra in tractatu quinto duo docuit. Primò q̃ ſunt quinque ſpẽs monarchiæ, prima eſt ducatus exercitus, ſecunda monarchia barba-

rica,tertia monarchia tyrannica per electionem, quarta monarchia heroica,quinta monarchia cum plenissima autoritate & voluntate subditorum ,& hæc proprie est regnum, in qua rex est vt pater & pastor subditorum , & assimilatur patrifamilias.Secundo docuit quòd si in multitudine ciuiũ æqualium inueniatur vnus virtuosissimus supra alios quasi diuinus,meretur esse perpetuus & solus dominans cum plena potestate,& non solum cũ potestate data à lege , & melius est vt sit rex per electionem quàm per successionem,licet per accidens aliquando sit oppositum.

Quinque species popularis politiæ docuit Arist.

De populari aũt politia vt videbis in epitomatibus nostris in quarto Polit.tract. primo , docuit esse quinque species.Prima est in qua oẽs de populo æqualiter principãtur, & tamen secundum legem in ciuitate positã. Secunda est in qua non omnes de populo,sed oẽs mediocriter diuites dominantur,ita q̃ excluduntur ditiores & egeni , & secundũ legẽ dominant. Tertia est in qua omnes de populo apti sunt ad principandum,modò nõ sint criminosi, id est infames in aliquo vitio toti ciuitati nociuo,quales sunt raptores homicidę,violenti,falsarij,& dominantur ſm legem. Quarta est, in qua omnes qui sunt liberi & ciues dominantur secundum legem,modo quo in tertia specie continetur. Quinta est in qua omnes de populo siue boni siue mali,siue diuites siue egeni æqualiter dominantur,vt in specie prima,sed differt in hoc,quòd in quinta non dominantur secundum legem,sed secundum statuta populi, quæ præponunt legi , ideo legem postponunt,& hęc est species pessima ac tyrannica.

Politiæ paucorum quatuor sunt species.

De politia vero paucorum in quarto poli. vt videbis in eodem tract.assignat quatuor species.Prima est, in qua soli ditiores,& nullus ex mediocriter diuitibus dominãtur.Secunda est in qua mediocriter diuites principantur,& si qui ex eis deficiũt,possunt alios eligere in socios regimini. Tertia est in qua distribuuntur principatus , aut secundum maiorem diuitiarum,aut generis excellentiam,& in principatu filij patribus succedunt. Quarta est in qua principatus distribuuntur vt in tertia specie , sed principantes non dominantur secundum legem,sed pro voluntate & sententia sua ideo est pessima & tyrannica,sicut quinta popularis.Studẽt enim ad opprimendum populum , sicut quinta popularis ad oppressionem diuitum & nobilium.

Politia optimatum Aristot.quatuor species possunt.

De politia optimatũ Ari.in quarto polit.in eodẽ tractatu,quatuor assignat species : Prima est in qua soli virtuosissimi eliguntur in principes habito respectu ad solas virtutes,& non ad diuitias,nec ad genus,nec ad populũ, & hæc est pura ac perfectissima politia optimatum.Secunda est in qua eliguntur in principes virtuosi,sed diuites, ita quòd in ea respectus habetur ad vtrunque: Tertia est in qua eliguntẽ in principes virtuosi & diuites,sed oportet eos esse de populo,ita q̃ respectus tendit ad tria,s.ad virtutẽ, ad diuitias, ad populum:quarta est in qua eliguntur in principes virtuosi,modò sint de populo siue diuites siue nõ, ita q̃ respectus tantum ad duo tendit,scilicet ad virtutem & populum.

De reip. politia quæ docuit Arist.

De politia dicta communi nomine respublica in quarto polit.vt videbis in tract.secundo docuit tria.Primò quomodo componitur ex politia populari, & ex ea quę est paucorum & quòd differt ab aliquibus speciebus politiæ optimatum Secundo quomodo est alia à politia populari & paucorum,licet ex eis componatur. Tertio quomodo instituitur, atque in pluribus ciuitatibus obseruatur.

Tyrannica politia tres sunt species apud Arist.

De politia tyrannica in quarto politi.tract.secundo tres assignat species,prima est secundum quam in aliquibus barbarorũ ciuitatibus instituitur monarcha, qui subditos regit non pro libito,sed secundum patrias leges ac consuetudines,secunda est secundum quam aliqui eligunt sibi principẽ ad fugandum hostes & hęc antiquitus fuit apud grecos tertia est in qua dominatur homo pessimus,nullis se subiiciens legibus incorrigibilis crudelis oppressor,& hęc est proprie tyrannis,& directe opponitur regno,quoniam tyrannus oppositas conditiones habet vero regi.

Quæ optima politia secũdum. Arist.

Quomodo & in quas partes diuisit Arist. optimã politiam.

De politia optima in quarto politi.tract. tertio quatuor docuit. Primo q̃ ea est optima politia qua optima regitur ciuitas.Secundo q̃ optima ciuitas est illa , cuius ciues sunt medij,id est nec inopes,nec nimis diuites.Tertio,q̃ optima politia est illa , in qua medij ciues dominantur, Quarto, q̃ correlariè sequitur nec populărem nec eam quæ est paucorum esse optimam politiam.

Politiam autem Ari.in quarto politi.tract.quarto in tres partes diuidit,scilicet in consiliatiuam,dominatiuam,& iudicatiuã.

De consiliatiua duo docuit.Primo quæ sint illa , de quibus communiter in ciuitate consulendũ est , & sunt nouem scilicet bellum,pax,societas,lex,mors,exilium,bonorũ cõfiscatio,rationum repetitio gubernatorũ ciuitatis creatio. Secundo numerat diuersos modos instituendi consultores in ciuitate,& qui ex illis conueniant politię populari,& ei quę est paucorum, & politiæ optimatum , & politiæ mixtæ quæ dicitur respublica.

Nouẽ sunt de quibus cõsulendum est in repu.

De parte dominatiua in quarto poli. trac.quarto docuit tria.Primo assignat diuersas magistratuum ac officialiũ species,quas in ciuitate oportet esse & instituí. Secundo assignat diuersos modos instituendi & creandi magistratus ciuiles.Tertio declarat q̃ diuersi ex illis modis,competunt diuersis politijs.

De parte iudicatiua tria docuit in quarto politicorum tract.quarto.Primo enumerat octo iudiciorum vniuersaliũ species,quas necesse est in ciuitate esse.Secundo declarat q̃ & quot sint modi instituendi iudices in ciuitate. Tertio qui ex illis modis,cui politię conueniant.

Modos instituendi diuersas politias Ari.pertractat in sexto & septimo poli.& primo de populari.Secũdò de ea quæ est paucorum.Tertiò de ea quæ est optima,siue illa sit optimatum,siue mixta siue regnum.

Modus instituendi popularẽ politiã apud Arist.

De modo instituendi politiam popularem docuit quatuor,vt videbis in epitomatibus nostris in sexto politicorũ tract.primo.Primo q̃ fundamentum politię popularis est libertas.Secundo q̃ ad principatum talis politiæ omnes assumendi sunt,nõ habito respectu ad aliquam dignitatem siuæ diuitiarum siue nobilitatis,siue virtutis,sed ad solam libertatem.Tertio declarat qũo instituenda sit species minus mala politiæ popularis,s.ex qua multitudine & quibus debeat vti legibus,& in quo loco possit constitui.Quarto declarat quomodo instituenda sit species pessima politiæ popularis, & documenta ponit ad instituendam eam & firmãdam per intensionem & remissionem.

Institutio politiæ paucorum ex Ari.

De modo instituendi politiam paucorũ Ari.in sexto politicor.trac.secundo docuit quatuor. Primo quomodo instituenda est species minus mala. Secundo quomodo instituæ sunt species mediæ. Tertio quomodo instituenda est species pessima,quę est tyrannica,& documenta ponit quibus valeat confirmari.Quarto enumerat omnes principat⁹, quos oportet esse in ciuitate , quæ regitur politia populari siue paucorum,& sunt isti.

Principatus ciuitatis, q̃ populari regitur politia.

Principatus fori.
Iurium ædificiorum.
Reddituum publicorum.
Rescriptorum circa contractus & iudicia.
Executionum condemnationum.
Custodiæ ciuitatis.
Tractantium & dispensantium bona communia.
Supremus principatus.
Diuini cultus.
Superintendentium ornatui ciuitatis & ciuium.
Superintendentium disciplinę mulierum & puerorum.

Optimã politiam quomodo instituit Arist.

De mõ instituendi optimam politiam Aristote. ptractat in septimo & octauo politic.& decem docuit,primo de fine,secũdo de magnitudine,tertio de regione,quarto de naturali dispositione principantiũ,quinto de partib.optimę ciuitatis,sexto de partitione regionis,septimo quales condónes cõpetant ciuib.optimæ politiæ & ipsi ciuitati optimæ, octauo de optima dispositione corporis ciuis virtuosi, nono de optima dispositione puerorum quo ad appetitũ sensitiuum,decimo de disciplinis à pueris addiscendis. De musica in qua pueri & iuuenes erudiendi sunt.Hęc est eorũ summa quæ de politia docuit ſm propriã sententiam,nunc aperiemus Platonis mentem.Hęc de primo capite dicta sint.

CAPVT II.

Quidnam sit ad mentem Platonis politia,& de eius origine.

Politia quid sit.

IN secundo ca. ptractandum est ad mentẽ Platonis de politia quid sit & de eius prima origine. & quidem quid sit paucis nos expediemus.In hoc eñ Ari. conformis est. Nam sicut apud Ari.diximus in ca.pcedẽti, est totius ciuitatis ordinatio quo ad magistrat⁹ & officia,vt sunt in vsu ciuitatis & præcipue primi ac supremi magistratus,à quo oium inferiorum magistratuum autoritas pendet,sic apud Platonẽ in quarto de legi.est modus,& ordo publicæ gubernationis in ciuitate quo ad institutionẽ & vsum oium magistratuum ac officiorũ cõferentium ad esse & conseruationẽ totius ciuitatis.Quod si hmói ordinatio toti ciuitati conferat non est proprię, ac verè politia,vt dicemus infra de institutione status popularis & potentiæ paucorum & de tyrannide.

Vnde

Omnis Politiarum origo.

Vnde autē ſumpſerit originē declarat Plato in tertio de legibus, cuius intentio ſtat in hoc. Plato aduertens humani generis & locorum & temporū, & ſuperiorum influxuū cre bras ac multiformes tranſmutationes, quatuor numerat ho minū cœtus & ꝯgregationes, quas nos politiæ figuras ap pellare poſſumus. Prima quidem fuit ad mentem Platonis poſt penè vniuerſalem humani generis exterminationem ꝑ Deucalonis diluuiū cauſatam. Nā tunc ſuperſtes quoddam pauciſsimorum hominum ſemen ſeruatū fuit, aut altiſsimo rum montium beneficio, aut prouidentia diuinæ miſeratio- nis atque clementiæ. Eo q̄dem tempore ꝓbabile eſt filios & nepotes ſimul congregatos cū patre & matre, familias inſti tuiſſe, nondum tñ pagum neque caſtrum, neque vrbem, ſed ſingulę familiæ ſparſim habitabant. Vt aūt ſimul pacificè ac mutuis obſequiis viuerent, patris familiās imperio vt domi no obtēperabant, in cuius facultate erat pro ſuo iudicio fa miliæ ordines & inſtituta imponere, quę quidem inſtitutio cuiuſdam politiæ ſimilitudinem ꝓferebat. Conſtabat autem tale patris familiās imperium ſola lege naturæ. Proceſſu ve ro temporis, tum indigentia, tum ferarum metu, plures fa miliæ inter ſe vel oppido vel vallo congregatæ fuerunt. Sed ab ipſo congregationis exordio veriſimile eſt tot gubernā di modos atq; inter ſe diuerſos quot & domos ac familias extitiſſe. Quilibet em̄ paterfamiliās domui ſuę legē & inſti tuta ꝓ libito ſuo imponebat. Ob hanc autem modorum diuerſitatē, q̄bus ſingulæ gubernabantur familiæ, mutuis ſub ortis iniuriis atque diſcordiis coacti fuere communes quoſ dam inſtituere arbitros & iudices atque rectores. Vñ tertia iam ortū habuit politiæ figura, à prēcedente iniuſtitia, qua ſibi inuicem iniuriabant familię in vno pago congregatæ. Probabile verò eſt eiuſmodi cōmunes arbitros atque recto res cōmunes ſcripſiſſe vel ꝓmulgaſſe leges, quibus familias in vnum cōgregatas regerent, eiſque iuſtitiam miniſtrarēt. Et ſic diſciplinam rei familiaris, quam dicimus œconomi cam, ad diſciplinam reip. quam dicimus politiam tranſtule runt. Quarta demum politię figura eſt in quodam gentium regno, vbi plures inter ſe vrbes in eandem voluntatem & in eandem communem legem conueniunt, quemadmodum in pago vno aut vrbe vna plures conueniunt familię. Prima q̄- dem figura eſt extra vrbem, ꝓ leges ſingulas ſicut & ſingulę ſunt familiæ non congregatæ, naturali lege & voluntate cō ſiſtens. Secunda iam eſt in pago, aut caſtro, aut vrbe indigē tia quadam aut ferarum metu congregata, in qua tamen nō adhuc extant communes leges, ſed ſingulę, prout ſingulæ ſunt familiæ. Tertia iam eſt in ciuitate per leges communes ꝓpter iniuſtitiam atque iniurias propulſandas, & miniſtrā dam atque colendam iuſtitiam. Quarta ex pluribus ciuitati bus per eandem voluntatem, & communes leges congrega tur. Patet igitur vnde politia ſumpſerit originē, quibuſque gradibus ad communium legum inſtitutionē & totius vni' ciuitatis ac regni ordinationē deuentū fuerit, & in ſequen tibus q̄dē de politia, qua vnaquaq; regit ciuitas pertracta bimus ad mentē Platonis. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Varię politiarum genera exprimuntur, & eorum quænam bona, vel mala ſint declaratur.

IN tertio capita declarandū eſt quotuplex ſit politia, & q̄ ex his bona ac cōſeruanda, q̄ etiā ſit mala ac deſtruenda.

Quinque ſunt politiæ famoſæ ſpecies.

Quantum ad primū aduerte ꝯ Plato in quarto de legib' diſputans qua politia ciuitas ipſa regenda ſit, quinque cō- memorat famoſas politię ſpecies, ſ. regnū, popularem ſtatū, paucorum potentiam, regimen optimatum, & tyrannidem.

Regnum eſt in quo vnus dominatur, ſubditorum bono ſtudens, ſe habens ad ſubditos vt medicus ad debiles & in firmos, vt paſtor ad gregem, vt pater ad filios.

Politia popularis eſt in qua ignobile vulgus & egenū do minatur, ſtudens cōmodo proprio & ad oppreſsionem di uitū & nobilium ac bonorum, quærens ignobiles exaltare, & diuites efficere, nobiles autem deprimere ac deprædari.

Politia paucorum eſt in qua ditiores ciuitatis qui vt in plurib⁹ pauci rariq; ſunt, mediocriter diuitibus & aliis omnibus dominant ad propriū commodum, inter ſeipſos tātum dominiū autoritatem potentiamq; ſeruantes, ſolo imperio & arrogantia præſidentes, vt lupi inter agnos.

Politia optimatum eſt, in qua virtuoſi ac probi dominā tur ad dominiū aſſumpti, non reſpectu diuitiarum, aut no bilitatis, ſed virtutis & prudentiæ. Dominanturq; ac re gunt ciuitatem vt paterfamiliās domum, vnumquenque tra ctantes vt ſtatus, conditio, & ætas requirit.

Tyrannis eſt in qua peſsim' vnus dominatur violēter, ad ꝓprium commodum, ad ciuium depreſſi ꝯ em, & ciuitatis ruinam. Ad ſubditos ſe habens, vt cruenta beſtia.

Et aduerte, ꝯ Plato noluit immorari ad diſtinguendum popularem, & paucorum, & tyrānidem in varias ſpecies, ſi cut diſtinxit Ari. in quarto Politicorum, vt diximus in capi te primo huius tractatus: qm̄ ſumendo popularem politiam & eam quę eſt paucorum in ſuo proprio ac principali ſigni ficato, intelliguntur ꝓ vltima ſpecie, quam Ari. & Plato di cunt eſſet tyrannicam ac violentam. Aliæ vero ſpecies non ſunt ſimpliciter populares, nec paucorum, ſed admixtę poli tiæ optimatum ſin plus & minus. Vnde tolerabiles ſunt, nec Plato eas omnino reprobaret, vt infra declarabitur, & quā do declarabimus ad mētem Platonis quæ ex illis malę ſint, intelliges de politia populari ſimpliciter, & de ea, q̄ eſt pau corum ſimpliciter, quarum peſſimas ꝓprietates paucis ver bis in præcedentibus tibi manifeſtauimus.

Politiarum quænam bona ſint & q̄ mala.

Quantum ad fin aduerte ꝯ Plato in octauo de legib. ab- ſolutam popularem & paucorum politiā ac tyrānidem oī no damnat, cenſetq́ue diffugiendas: qm̄ potiſſima cā ſunt, quare reipu. bonum, & patriæ defenſio non curatur. Domi nantes em̄ nolentib. & gratia ꝓprij commodi dominantur, ideo cōe bonum negligitur. Quòd igitur Plato has penitus vt malas fugiēdas ſuadeat patet ex octauo de legib' vbi in quit. Cauſam ſ. qua reſpu. & patria nō curātur, aſſero eſſe il la gubernationum genera, de quibus ſæpe iam diximus po pularem gubernationem, paucorum potentiam, & tyranni dem. Nulla certe hmōi poteſtas reſpu. eſt, ſed ſeditiones ap pellari rectiſſimè poſſunt. Nulla em̄ volentib' volens, ſed vo lens nolentib. ſupervi aliqua dominatur. In quibus cū prin cipes ſubditos timeāt, nec bonos, nec diuites, nec robuſtos, nec fortes, nec bellicoſos vnquam fieri patiuntur, ideo peni tus diffugiendæ ſunt. Hæc Plato.

Maxima re gni lans.

Regnum vero ac optimatū ſenatum, oīno approbat ita tñ ꝯ rex cum optimatum ſenatu dominetur, nec vnquā erit melior ac felicior dominandi regendíque rō. Vnde in quar to de legi. inquit. Si q̄ñ diuinus amor temperatè iuſtéque a gendi, magnæ potentię innaſcatur, quę aut in vnius ſita ſit poteſtate, aut in principatu plurium diuitijs, ac generis no bilitate excellentium, aut ſi q̄ñ quis naturam Neſtoris in ſe receperit, quem & dicendi facūdia, & temperātia vitæ mul to magis oībus excelluiſſe ferunt, qualis quidem vir Troiæ temporib. extitiſſe dr, noſtris autem minimè, ſi inquam talis quandoque vir fuit, aut erit, aut nūc aliquis inter nos eſt, & ipſe beatè viuit, & illi quoque beati ſunt, qui fluentia ex ore modeſto audiunt verba. Eadem quoque de vniuerſa poten tia ratio eſt, ꝯ videlicet cum in eodem homine ſumma poté tia ſimul cum ſumma prudentia atque temperantia cōuene rit, tunc demum gubernationis optimæ optimarúmque le gum origo elucebit. Aliter autem nūquam. Hæc Pla. ex qui bus conſtat quotuplex apud ipſum ſit politiæ genus, & quæ ex his bona, & quæ mala. Hæc de præſenti ca. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quænam ſeruanda in optimæ reipublicæ inſtitutione.

IN quarto capite declarandū eſt ad mentem Platonis quot obſeruanda ſint in inſtitutione veræ ac rectæ politiæ. Tu igitur aduerte ex ſententia Platonis in ciuili de regno tria maximè obſeruanda.

In optimare publica præſidentes quo modo & quā dominentur opus eſt vt ex deteriori eam meliorē reddere ſum mopere ſtudeant.

Primò ꝯ ſiue volentibus, ſiue nolentibus præſidentes do minentur, intendant ciuitatem ex deteriori meliorē redde re, atque ſeruare. Quòd aūt dominantes ſint plures vel vn', multi vel pauci, diuites vel pauperes, volūtariè vel inuolun tariè reſpectu ſubditorum apud Platonem per accidens eſt. Vnde in ciuili de regno ſic inquit. Cum animaduertant plu rimi inuitis vel volētib' imperari poſſe, & lege vel arbitrio præſidere contingat, & pauperes eſſe qui præſunt, vel diui tijs ad imperium euehi, duas in ſpecies tam vnius quā pau corum diuidunt principatum, & vni' quidem principatū in regnum & tyrānidem partiūtur. Gubernationem vero, quæ paucis agitur, in paucorum potentiā, & optimatū dominiū. Popularis vero gubernationis nomen nullus vtique mutare conſueuit ſiue ſponte, ſeu vi, populus diuitib. præſideat, ſiue lege ſiue arbitrio regat. Hiſq́ue diſtinctionib. determinatam arbitrantur rectam gubernationē. Videlicet vno paucis mul tis, paupertate, diuitijs, violētia, volūtate, Lege & arbitrio, Verum non his dūtaxat diſtinctionib. ſed ſcīa rectāq́ue intē tione regendi determinandam cēſeo. Exiſtimare ergo opor tet hos ciuiles ac regios hoīes eſſe, ſi modo ſcientia ciuili & arte imperent, ſiue volentibus ſiue nolentibus dominen tur, ſiue ſecundū ſcripta, ſeu abſq; ſcriptis inſtitutis & legi-

bus vel etiã pauperes sint vel diuites. Nam & medicos appellandos dicimus siue inuitis seu volentibus medeanť scindendo vel vrendo, vel aliter affligendo, siue ex scriptis curent siue non, siue pauperes sint seu diuites, quatenus arte quadã curandorũ corporum præsident purgando, vel aliter extenuando, vel replendo & augendo. Aequè em̃ medicos nominamus, dummodo qui curãt ad bonũ corporis respicientes ex deteriori habitudine in meliorem restituant atq; seruent. Hoc modo duntaxat rectã dicemus esse medicinæ vel cuiusuis principatus definitionem, alio vero modo ne quaquam. Necesse est igitur eã maximè & solam existimare rectam remp. in qua qui magistratibus fungũtur, re vera gubernare sciunt, siue legibus siue absque legibus scriptis dominentur, siue volentibus siue inuitis, vel etiam si pauperes sint vel diuites. Nihil em̃ ex his ad rectam gubernandi rationem refert, neque insuper refert siue cędib⁹ expulsionibusque communis gratia boni, ciuitatem purgent, seu colonias emittant tanquam apũ examina, populumq; comminuãt, siue abunde homines futuros ciues aduocent, ciuitatémque amplificent. Quatenus enim scientia & iustitia freti ex deteriori meliorẽ ꝑ viribus ciuitatem efficiunt atque seruant, eatenus rectam remp. appellare volumus, & in eo ipso duntaxat definitionem rectæ gubernationis consistere. eas verò quæ hanc imitantur, libẽter laudamus quasi de facili ad meliora tẽdentes, alias econtrà vituperamus tanquam imitatione malorum ad deteriora procliues. Hæc Plato.

Nul⁹ ex subditis in optima republica, permitti debet quippiam agere absque legis decreto, vel certa scientia.

Secundò ꝙ nullus permittatur ex subditis sine obseruãtia legis viuere, neque dominantem seu plures dominantes, sine lege aut ciuili sciẽtia dominari. Vnde Plato in ciuili de regno inquit, Nemo ꝑter leges quicquã cõmittere audeat, & quisquis audet, morte mulctẽt extremisq; supplicijs affligat: & id q̃dẽ est scẽdo loco rectissimũ atque iustissimũ. Præterea, legẽ ferre oportet ꝙ sicut si quis ꝑter scriptas constitutiones nauigandi rationem aliquã aliam inferat, & in arte medendi prẽter medicinę firmatas leges, vel circa valetudinis naturã vel circa ventos & calores, & frigora, alia ꝑscrutetur, & circa hęc ingenio suo philosophet & doceat. Primò q̃dẽ censeo neq; gubernatorem nauis, neque medicum nominãdũ, sed curiosum quendã, delirumq; Sophistam deinde posse à quolibet in iudiciũ trahi quasi iuniores alios corrũpat. Suadeátq; nauiũ gubernatoriã & medicinã ꝑter legũ instituta tractare, suoq; arbitratu naues morbosque curare. sic si qs prætẽr leges iuuenibus aut senibus persuadere quicquam reperiat, extremis supplicis afficiendus est. Neque enim oportet quicquam legibus sapiẽtius esse. Quisquis igit̃ imperitus audet prẽter leges illas agere, q̃ multa peritia latæ sunt ab his consultoribus qui gratiosè consultantes, populo eas recipere persuaserunt, scelus cõmittit peccato superiori deterius, vitęque officia cõfundit atque peruertit. Qua ꝓpter expedit, vt hi q̃ de aliqua re leges scribunt nemi né ꝑmittant aliquid vnquã prẽter illas efficere siue vnus siue populus id aggrediatur. Oportet itaque resp. eiusmodi, si quando verã illã gubernationẽ vnius viri arte, prudentia ac iustitia imperantis ꝑ viribus imitaturæ sunt, nunquã aliquid ꝑter scriptas leges moréque patrios aggredi, & quãdo diuites illam imitant, remp. ipsam optimatũ gubernationem vocamus, quando vero leges ꝑ nihilo habent, paucorũ potentiam. Quinetiam quoties vnus ſm̃ leges dominatur, imitatus illum q̃ non lege scripta, sed scientia sua regit, Regem vocamus non distinguentes nomine illũ q̃ scientia sua sol⁹ imperat ab eo qui opinione ſm̃ leges solus etiam dominatur. Quoties vero neque ex lege neque ex more neque ex vera scientia dominatur, & quasi sciens simulat hoc prẽter leges agendum esse atque præstare: ineſt aũt libido q̃dã atque ignorantia, hic profecto tyrannus appellandus est. Hæc Plato, ex quibus constat in recta politia neminem permittẽdum viuere neque dominari prẽter leges. Quod si diuites secundum leges dominentur. iam nõ paucorũ potentia sed optimatũ gubernatio dicenda. Et si vnus dominantur secũdum leges, rex dicendus est, si autem sine lege, tyrannus.

Præsidentibus reipublicæ expedit mutare leges.

Tertio, ꝙ & si non liceat subdito prẽter leges viuere, neque dominari sine lege, aut vera sciẽtia dominari, tñ expedit ex sciẽtia dominãti vt regi ꝑ loco & tẽpore nouas ꝺ dere leges, & pristinas mutare, augere & minuere ꝓut tẽporũ locorũ casuũ ꝺtingẽtiũ varietas exquirit, dũmodo vtiliora inducat, & ad subditorũ saluté respiciat, etiã ꝙ huiusmodi legũ mutationi subditi non assentirent. Nã sicut medico licet ordinaria mutare remedia iuxta infirmo, cũ aduertit ad infirmãtes saluti expedire, sic & regi aliisq; rectè dominantibus. Causa aũt mutationis in legib⁹ est humanarũ actionũ instabilis conditio, ex quo fit ꝙ lex humana quantumcunq; vera & recta singulis ꝑ temporis decursu cõtingentib. ꝓuidere non põt. Quod igitur hæc Platonis doctrina fuerit patet in ciuili de regno, vbi sic inquit. Hominum sane & actionum dissimilitudines, & instabilis variáque humanarũ rerũ cõditio faciunt, vt nulla simplex ars aliq̃d & vniuersale decunctis ꝑ omne tps decernere possit. Non em̃ fieri potest vt certus quidam & simplex ac immutabilis ordo sit bonus circa illa, q̃ varia semꝑ sunt, & simplicia nũquã, qualia sunt humana. Oportet ergo vt putemus legũ cõditorem suis gregibus ꝓsidentem, & de iustis operib. ac cõmercijs mutuis iura dantẽ non posse dum cunctis ꝑ legem simul consulit ad singulorũ cõmoditatem, iúsque prospicere, sed q̃ plurimis & plurimũ cõfert cõiter instituet, & hmõi leges scriptas relinquet, & patrios ét non scriptos mores inducet. Non em̃ põt per omnem vitam totúmque futuri temporis decursum cũ mortalis sit ad singulos circumspicere, sedulúsque cuiq; assidere, & cuiusque ꝑ omni contingenti casu cõmoditati cõsulere. Nam si quis regitiua disciplina præditus, id efficere posset, nunquam leges subditis præscriberet. Verũ de legislatore putandum est sicut de prudenti medico, qui si coact⁹ fuerit longum iter aggredi, diúque ab ægrotãtib. cura abesse diffidátque illius memoriæ, monimenta quædam agenda rũ illi cõscribet. Quod si prẽter opinionem oci⁹ quã putauerat reuertat, nõ verebit ægrotanti alia præcipere obseruãda ꝑter ea, quæ abiens scriptis reliquerat, si qua ægrotanti potiora adhiberi possint ob temporũ mutationes, & alia ꝑter spem & consuetudinem ęgrotanti contingentia, neque ob hmõi remediorum mutationem, delirus, neque prẽter medicinæ artem agere à viris probis iudicabitur. Eodem vtique mõ de hoíe leges instituente censendũ est, ita ꝙ si post mortem reuerteret, vel si quis alius ei similis veniat, & potiora inueniat, vel ob temporũ mutationes ꝑ certo sciat pristinas leges non expedire ét nõ assentientib. subditis mutare licebit. Neq; ꝓuerbium illud audiendũ est, quo dici cõsueuit, si quis leges quasdam priscis meliores inuenerit, & ciuibus persuaserit, oportere eum nouas leges ferre, si non persuaserit, nõ decere. Hoc ꝑfecto approbandum nõ est. Nã sicut si medicus potiora ꝑcedentib. remedia inueniret & ęgrotã tem nõ assentientem recipere coẽgerit, nõ prẽter medicinę artem operat, imo laudandus est. Sic & qui coguntˇ à principe disciplina regia ꝑdito meliora iustioráque & honestiora facere, etiam ꝙ non assentiant nouis legib. principem arguere nõ possunt, ꝙ cõtra ciuilem artem operetur. Nã non nisi iniustum turpe & malum. est ꝺ ciuilem disciplinam. Siue igitur vir sapiens ciuitati ꝑsidens, subditis ꝑsuaserit siue nõ siue pauper sit, siue diues, vel ſm̃ scripta vel prẽter scripta, mõ quæ vtilia sunt inducat, dicendum est hanc verã esse rectæ gubernatiõis ciuilis definitionẽ. Hac em̃ rõne vir sapiẽs & bonus gubernabit ad subditorum salutem semꝑ respiciens, vt ad nautarum, nauisque salutem gubernator respicit. Nam vt ille nõ scriptis, sed arte quasi lege quadã nautas seruat, ita & vir re vera ciuilis, & apud eos qui ita dominari possunt recta est rerum ciuilium administratio, adhibent em̃ vim artis potioré legibus, & vt summatim dicamus, quodcũque prudentes principes agant nunquam delinquunt quandiu vnum hoc potissimum seruant, vt mente & arte quod iustissimum est ciuibus distribuentes tueri eos valeant melioréque efficere. Hæc Plato, ex quibus ꝓpositum constat, & hæc de præsenti capite dicta sufficiant.

CAPVT V.

Quánam politiæ ſpecie ciuitas regenda ſit.

IN quinto capite declarandum est ſm̃ quam politię speciẽ expedit ciuitatem gubernari, & hic quatuor agenda sunt. primo reprobanda est quorundam opinio, qui tenent nullã politiam nullásque certas leges condẽdas esse, q̃m humana omnia fortunis aguntur, secundo ponenda est iterum politiarum distinctio tertio ſm̃ quam expedit ciuitatẽ gubernari, quarto ex quibus instituenda est.

Præsidẽs in mutandis legibus emergentib. tẽporis, loci & humanarum actionum varijs causis nõ arguendus sed probandus est vtpote vitæ medicus.

Non legi⁹, sed formæ volucrib. ali qui omnia humana gerit.

Quantum ad primum aduerte ex doctrina Platonis in quarto de legi. & in ciuili de regno, quorundã opinionẽ extitisse nullum vnquam hominum aliquid lege sancire, neq; valere ét si leges condiderit, eis obseruantiæ stabilitatẽ præstare, sed fortunas casusque varios incidentes leges nobis ꝑ oía afferet. Aut em̃ imminentis violentia belli priorem peruertit rempu. & leges mutat. Aut summa quædam penuria. Morbi quoque multa innouare compellunt. Pestis etiã diuti na multorúmque annorum importuna tempestas. Hæc

aduerten

aduertẽtes ſic opinantes non verentur exclamare mortaliũ neminem leges condere,ſed humana omnia fortuna agi.

Verũ vt Plato in ciuili de regno egregie deducit,ſi ex fortunis caſuumque ⁊ingentium varietate non eſt hoīs rectas firmasque leges ⁊dere,non ſolum ars ciuilis,ſed & aliæ penè oēs,præſertim nauium gubernatiua & medicina & militaris penitus ſubuerterent.Verbi gra in medicina ſi nos exiſtimaremus à medicis grauia q̃ plura pati, quaſi quos noſtrum ſeruare velint ſeruent, quos econtra perdere volunt perdant,dum ſecant & vrunt & inſtituto quaſi quodam tributo mercedem referunt,cumque multa cogunt expendere,nihil aut parum ꝓ ægrotante erogant, reliqs aũt ipſi familiaréſque eorum vtuntur,demum acceptis pecuniis vel à cognatis, vel ab inimicis ipſius ægrotãtis eum mori cogũt. Nauium quoque gubernatores ⁊ſimilia multa patrare dicũtur,vt ꝙ hoīes ſæpe ex inſidiis in receſsibus quibuſdam deſtitutos relinquant, & offenſionibus erroribusque in pelago factis in mare illos eiiciant,in aliiſque negant. Si igitur hęc & his ſimilia & aliqñ grauiora in prædictis artibus ⁊tingentia penſitare volumus,& ob ea autoritatẽ medendi è medicis,& nauigandi à gubernatoribus,& militandi ab imperatoribus,ac ducibus exercitus,auferendam decernimus ꝓculdubio artes ipſæ ſubuertuntur,eadémque ratiõe & q̃cunque aliæ.Nulla eſt em̃ in humanis quantumcunque exq̃ſita atq; perfecta ars in qua error aut de fectus tam ex artificis malitia q̃ præter intentionem eius contingere nõ poſſit.Id autem penitus irrationabile eſt: quoniam aut neceſſe eſt à medicis, aut ab his qui medicinæ peritiam ignorãt ægrotos curari, aut abſque omnino remediis ad interitum ꝓperare ſecundum quidem & tertium penitus abſurdum eſt, ergo non propter contingentes ſiniſtróſque caſus,ars medendi interdicenda eſt,neque ſubuertenda, ſic nec nauigatoria nec ciuilis.Licet enim gubernatori omnia ad vota nõ ſuccedant ex arte, tamen orta tempeſtate multum intereſt habere & non habere gubernatoriam artem, eadémque ratio eſt in medicina & militari & ciuili:ergo,&c.

Non eſt ars in qua non contingat error.

Non omnia humana à fortuna agũtur.

Fundamentum aũt prædictę opinionis apud Platonem penitus falſum eſt,ſ.omnia humana agi fortuna.Teſtatur em̃ in quarto de legibus Deum & artem & fortunam cuncta humana gubernare.Vnde qui artem habent, Deum precari poſſunt,ac debẽt vt aliquid à fortuna ſibi feliciter adſit, ne prẽter artem quid ſiniſtri eueniat.Deus autem & arti infallibiliter & fortunæ præſidet potẽnſque eſt quodcunque infauſtum ſiniſtrumque ad rectum deducere. Hinc eſt ꝙ quicunque in arduis verſantur,vota,prẽces, ſacra ad deos frequentant,vt eorum patrocinio aduerſa deuitẽt, q̃ humana peritia euitare nõ poſſunt.Patet igit prędictam opinionem penitus irrationabilem eſſe:qm̃ humana cuncta ſubuertit.

Politiarum Platonis diuiſio.

Quantum ad ſm aduerte ꝙ Plato in ciuili de regno,politiæ diuiſionem replicans eam in ſex diuidit,ſ.in gubernationem vnius,hæc eſt monarchia,& in gubernationem paucorum,& in gubernationem multorum. Monarchiam in duas diuidit,ſ. in rectam & non rectam.Recta eſt in qua vnus bonis legibus dominatur & dicitur regnũ,nõ recta eſt, in qua vnus ſine lege,ſed pro libidine ſua dominatur,& dicitur tyrannis.Prima quidem optima,ſecunda autem dura,& ſubditis oneroſiſsima.Eam,q̃ eſt paucorũ in duas diuidit:qm̃ aut pauci ꝓ leges regunt,& hæc eſt recta & optimatum politia dicitur,aut ſine legibus,& hęc eſt non recta & dicitur paucorum potentia,& eſt propinqua tyrannidi,ſicut ea,q̃ eſt optimatum propinqua eſt regiæ gubernationi. Eam, quæ eſt multorum,id eſt popularem,in duas diuidit,ſ. rectam & nõ rectam.Recta eſt quando populus per legum obſeruantiam dominatur.Non recta quando poſtpoſitis legibus pro libito imperant.Tu tñ aduerte vt inquit Plato in quarto de legib⁹ etiam ꝙ ſit recta,ſemper tamen debilis eſt: qm̃ ad alias cõparata nihil magnum ſiue bonum ſiue malum peragere valet,eo ꝙ magiſtratus ad exigua redacti ſunt & in multos diuiſi.Quapropter inter politias rectas minima eſt, inter non rectas aũt optima. Hæc eſt politiarũ ſumma apud Platonẽ.

Vnum omnium regẽ eſſe, vtilius, ac melius eſſet quã multos principes.

Quantum ad tertiũ aduerte ꝙ Plato in ciuili regno : regiam gubernationem omnium optimam eſſe atteſtatur atque totius humani generis imperium in vnum tantum, qui totius orbis ſit moderator conferendum,vt diuinę gubernationi humana ſit quã ſimilima. Nã Deus vnus totius mũdi ſupercœleſtis atque inferioris rector ac dominator exiſtit. Et quidem ꝙ vnius tantum imperium qui verus eſſet rex humano generi optimum ac expedientiſsimum foret,in Platonis doctrina ſic declaratur,ſi tres mundi partes,tribus regibus partitas ſubegeris,de facili cõtinget ꝙ vel duo vni,vel duobus vnus,qñque inferant bellum, vel de aliqua re ſaltẽ diſceptare cogantur. Ergo vel inter eos ad vnum trium erit litis iudicium deferendum,vel ad quartum aliquem præter tres conſtitutum iudicem.Et demum quacunque ratione id fiat,neceſſe erit iudicem cuius ſnię ſtandum ſit imperium in eos habere,aliter iudiciũ nullius erit roboris.Vnũ igit expedit eſſe regem omnium & iudicem oībus venerandũ atque timendum.Prẽterea:Oportet verum regẽ ſubditis eſſe virtutis exemplar:talis autemerit,ſi vnus ante omnium oculos fuerit. Nam ſi orbem totum ſolus poſſederit,nec alterius regnum affectabit,nec alijs inuidebit.Quæ duo ſ.cupiditas & inuidia rapinas & bella procreare ſolent. Inſuper cum ſua vnicuique cariſſima ſint,omnes tanquam ſuos diliget, omnéſque nationes vt proprias familias curabit. Optabit pacẽ & bonorum omnium copiam,& vitæ tranquillitatem. Subditi quoque iuſtiſsimè viuent:qm̃ iniuſtis nullus patebit fugæ aditus vſquam ſub monarcha.Non erunt populi tyrãnis vel paucis potentib.vel inſaniẽtis plebis furoribus ſubiecti ſed ab vno rege,vt iuſto pióque paſtore ad cõe bonum ducti,veluti nautæ vnius prudentia gubernatoris ad optatũ ſalutis portum, felix ergo hominum genus ſi qñ contingat monarchiam talem inſtitui,ſub qua regnum illud aureũ Saturni reuerteretur.Quas autem regi ꝓprietates Plato aſcribat,manifeſta bimus in tractatu ſexto.Sicut autem gubernationem regiam omnium optimam Plato affirmat,ſic tyrannidem peſſimam:qm̃ neque lege neque legitima mente imperat,ſed impetu potius & libidine.

Secundo loco paucorum gubernationem ex virtute & lege dominantium,& nõ diuitiarum potẽtia approbat,quã optimatum politiã appellat,econtra paucorum potentiam ſine lege & mente recta dominantium penitus reprobat.

Tertio loco popularem politiam ſi leges obſeruat licet debilem laudat.Si ſine lege:damnat,ex prædictis cõſtat Platonem ſentire prę oībus politijs in gubernatione regia viuẽdum eſſe,poſt illam in optimatũ politia veluti media ac tẽperata,& rege vicina.Licet em̃ plurium ſit principatus, mẽte tñ & voluntate & iudicio ſunt velut rex vnus ac paſtor, poſt optimatum politiam viuẽdum cenſet in populari cum obſeruantia legis.Nã vt inquit in ciuili de regno, ſi oēs intemperatę ſunt,puta ſi adeſſet tyrannis,aut paucorum potẽtia,meli⁹ eſſet popularem politiam cum obſeruãtia legum inſtituere,illáſque deſtruere,& ſub illa viuere, ſi verò aliæ temperatæ eſſent,putà ſi regnum & optimatum politia adeſſent,nequaquam popularis ẽt cum obſeruantia legum quę̃renda eſſet,eſt enim vt inquit Plato legitimarum omniũ politiarum deterrima,iniquarum verò optima.

Ex quibusnam ciuibus inſtituenda eſt ciuitas.

Quantum ad quartũ aduerte, ꝙ Plato in ciuili de regno in duas ſecat ciuium animos naturas:qm̃ aliqui modeſtia ꝓſtant,& vitæ tranquillitati ſtudent,aliqui ad acrimoniam vitámque bellicoſam magis quàm oportet declinant, nec ex primis tantum,nec ex ſecundis cenſet politiam inſtituendã ſed mixtim, & ratio quidem ꝙ non ex primis tantum apud Platonem eſt hæc.Qui modeſtia præſtent, vitæ trãquillitati ſtudent,ſua ſemper priuatim agentes pacis & cõcordię aui di tam erga alienos quàm erga conciues & domeſticos.Atque hujus amoris exceſſu fit,vt dum ſuis priuatim operibus incumbunt,clam & ipſi imbelles eneruatiq̃ reddantur,& iuniores exemplo ſuo emolliant & effœminent, vnde inuadentibus quibuſlibet expoſita ſunt,ac breui ipſi eorũque nati & prima omni amiſſa libertate ſuccũbunt.Non ergo expedit ex illis tantum politiam inſtitui.Quòd vero nec ex ſecundis ſolum,rõ apud Platonẽ hæc eſt. Qui ad fortitudinẽ magis quàm decet inclinantur bellicoſam vitam vehementer affectant,hi ſæpe patrias ſuas ad bellum ꝓuocant & hortantur ſicque gentes plurimas & potentes ſuis ciuib.infenſas reddũt,ꝓpter qđ vel funditus ciuitates ſuas euertũt,vel in hoſtium ſeruitutem redigunt.Non ergo politiã ex his tãtum inſtitui expedit.Prudens ergo legis cõditor ſtudebit li gamentis vincire vtraque hoīum ingenia,& nunquam moderatos morib.à fortibus ſeorſum eſſe permittet, ſed vtraq; ingenia cõtexens inuicem per honores & coniugia, telã ex his lenem optimẽque contextã efficiet, & his communiter ciuiles magiſtratus cõmittat,vbi igitur vni⁹ gubernatio ſufficiet,hominem tẽperatum & fortem præficiet,vbi vero plu ribus op⁹ erit,vtriuſque generis partes aliquas cõmiſcebit. Temperatorum em̃ principum mores,cauti admodum ſunt & iuſti & ſalutares.Acri vero promptitudine & vehemẽtia quadã ad agendum idonea indigent,finem igitur ciuilis actionis rectè contextum extare dicemus, qñ fortium & tẽperatorum ingenia concordia amicitiáque concilians cõ-

munem illorũ efficit vitam,qui ſane contextus præclariſsimus eſt & optimus, atque ita ciuitati dominat ac præſidet vt nihil prætermittat eorum, quæ beatam efficiũt ciuitatẽ. Hæc Plato,ex quibus cõſtat qua politia regenda ſit ciuitas, & ex quibus inſtituẽda ſit.Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

Qualiter mutentur & corrumpantur politiæ ex vna ſpecie in aliam.

IN ſexto capite declarandum eſt ad mentem Plat.qũo & quibus cauſis corrumpũtur ac tranſmutantur politæ ex vna ſpecie in aliam, puta optimatum in potentiam paucorum,& hanc in popularem,& hanc in tyrannidẽ,& hic duo agenda ſunt.Primo referentur quæ docuit Ariſt. in hoc propoſito.Secundo declarabitur ad mentem Platonis,quomodo & quibus cauſis optimatum politia tranſmutatur in ambitioſam,& ambitioſa in potentiam paucorum,& hęc in popularem,& hęc in tyrannidem.

Quæ Ariſt. docuit de politia cuiuſlibet mutatione.

Quantum ad primum aduerte ꝙ Ari.in politicis hanc conſiderationẽ in quinque partes diuiſit. Docuit em̃ primò cauſas corruptiuas & tranſmutatiuas politiarum in vniuerſali.Secundo in politia populari.Tertiò in politia paucorũ. Quartò in politia optimatum & in ea quæ communi nomine dicitur reſpu.Quinto in regno & in tyrannide.

Quantum ad politias in vniuerſali non deſcendendo ad aliquam ſpeciem tria docuit,vt videre poteris in epitomatibus noſtris in quinto libro politicorum tract.primo.

Primò docuit ꝙ principium primum & vtiliſsimum corruptiuum ac tranſmutatiuum politiarum eſt non recipere tantum de honoribus & bonis communibus, quantum quis ſe dignum exiſtimat.

Secundò enumerat decem cauſas,ex quibus vt in pluribus politiæ tranſmutantur.Sunt autem honor, lucrum, potentia,timor, contemptus,excreſcentia partis ſupra partẽ, verecundia,negligentia,puſillitas,& morum diſsimilitudo.

Tertiò quomodo ſeditiones à paruis rebus inchoatæ multum inualeſcunt.

Quantum ad politiam popularem tria docuit, vbi ſupra in tractatu ſecundo.

Primò ꝙ prima & præcipua cauſa euertendi ac tranſmutandi politiam popularem,eſt malitia & perfidia ducum ac populi conſulum.

Secũdò quòd antiquitus politia popularis vt in pluribus vertebatur in tyrannidem.

Tertiò quomodo vertitur non ſolum in tyrannidem, ſed & in aliam ſpeciem eiuſdem politiæ, & præcipuè in vltimã, quæ eſt tyrannica.

Quantum ad politiam paucorum vbi ſupra in tract.ſecũdo quatuor docuit.

Primò docet quòd vna ex cauſis,qua euertitur,eſt diſſenſio inter populum egenum & diuites.

Scđo ꝙ alia cauſa eſt diſcordia diuitũ inter ſe,& hæc qdem fit ſeptem modis ſecundum Ari.vt illic videre poteris.

Tertiò ꝙ alia eſt conſumptio patrimonij proprij & luxurioſa vita.

Quartò quòd à fortuna & per accidens contingit eam tranſmutari in popularem.

Quantum ad politiam optimatum, & eam quæ reſp.dicitur in quinto Politic. tract. ſecundo iuxta epitomata noſtra,tria docuit.

Primò docet quinque cauſas, quibus contingit ſeditio, & tranſmutatio in prima optimatum ſpecie.

Scđò duas aſsignat cauſas, qb' idẽ ꝓtingit effect' in aliis ſpecieb' politiæ optimatum, & in ea quæ reſpublica dicit.

Tertiò declarat quomodo non ſolum manifeſtè, ſed paulatim & latenter,aliquando ſolui conſueuit optimatum politia,& quæ reſpublica dicitur.

Quantum ad regnum & tyrannidem,vbi ſupra in tracta tu quarto docuit quinque.

Primò docuit differentias inter regnum & tyrannidem ex conſequenti inter regem & tyrannum.

Secundò docet vniuerſales cauſas corruptionis in tyrãnidem, & illas propter quas impetus inſurgit in perſonam tyranni,& ſunt ſex,ſcilicet contumelia illata perſonæ coniunctæ,& illata perſonæ propriæ, afflictio,metus, contemptus,& celebratio memoriæ apud poſteros.

Tertiò docet cauſas particulares extrinſecas & extrinſecas corruptiuas tyrannidis.

Quarto docet cauſas particulares corruptiuas regni.

Quintò declarat quare nunc non ita multiplicant̃ regna ſicut antiquitus.

Et aduerte ꝙ in tractatu quinto eiuſdem libri, ſ. quinti poli.reprobat Plat.ſententiã de cauſis corruptiuis poli.quã tñ defenſare decreuimus in vltimo tractatu huius noſtrę ordinationis.Hæc eſt eorum ſumma,quæ Ariſ.pertractauit de mutatione politiarum.

Platonis ſententia de paulatim mutatione.

Quantum ad ſm declarandum eſt ad mentem Platonis, quomodo vna politia in aliam mutatur. Tu igitur aduerte ꝙ in octauo de repub. tenet politiam optimatum paulatim mutari in contentioſam & ambitioſam,& hanc in paucorũ potentiam,& hanc in popularem,& hanc in tyrannidẽ.Ambitioſam autem ponit mediam inter eam quæ eſt optimatũ & paucorum potentiam.De mutatione verò ei' quę eſt optimatum,quã vt regiam & optimam cenſet,in octauo de repu.pertractans cauſam primo vniuerſalem exponit, deinde particulares.vniuerſalem quidem vult eſſe determinatũ numerum reuolutionum cæleſtium,à quibus oĩa inferiora quã tumcunque pfecta & longęua certam accipiunt durationis menſurã, poſtq̃ ſoluuntur ac deficiunt,vñ in octauo de leg. inquit.Difficile quidem eſt ciuitatem ita, ſ. optima politia conſtitutam,à ſuo ſtatu dimoueri.Verum,cum omne quod genitum eſt,corruptioni ſit obnoxium,talis etiam conſtitutio ſemper manere non poterit,ſed ſoluet.Solutio vero hęc eſt.Non ſolum circa plantas,ſed & circa terrena animalia, fertilitas & ſterilitas animæ corporúmque contingit qñ reuolutiones ſingulis circulorũ cõiunxerint ambitũ, his quidẽ quæ breuis ſunt æui,breuiores ambit',illis vero,q̃ lõgioris ſunt æui,longiores,eſt autẽ ei quod diuinit' generandũ eſt circuitus,quem numerus continet perfectus, vniuerſus autem iſte numerus, talẽ autoritatem habẽs ad potiorẽ deterioremque generationem vim habet.Quem ſi ciuitatis cuſtodes ignorauerint nec opportuno tempore ſponſis ſpõſas coniunxerint,nequaquam ingenioſi felicésve pueri inde naſcentur.

Tu aũt aduerte ꝙ Plato in huius numeri poſitione adeo ſecretus ac obſcur' fuit ꝙ à nemine hactenus Platonicæ diſciplinæ ,pfeſſore potuit explicari, & qui explicare conati ſunt,potius implicuerunt,vt Iamblicus & Chalcidius. Nobis aũt ſufficiat ad mentẽ ſuam ,ppoſuiſſe optimæ reip. vniuerſalem mutationis cauſam.Nunc aũt ad particulares accedamus. Duas igitur aſsignat in octauo de repub.

Duæ præci. puæ extitere cauſa apud Platonẽ mutandi & corrumpẽdi reſpublicas.

Prima eſt negligẽtia eorum,qui ſucceſſu temporis pręficiuntur optimę reipu.de quibus Pla.ſic inquit,licet maiores ipſi eos cõſtituãt principes.q. inter illos pſtantiores fuerint, tñ quia indigni erunt ſucceſſione parentum in ipſis magiſtratibus ſubditos negligent,neque muſicæ curam habebũt vt decet(& aduerte ꝙ per muſicam conſonantiã & concordiam ciuium intendit) vnde iuuenes nimis erunt à muſica alieni, ex his autem principes inſtituentur negligentiores quam decet ad examinandum illa hominum genera,quæ apud Heſiodum per aurum argentum æs & ferrum deſignantur,& qm̃ mixtum erit argento ferrum,& auro æs, diſſimilitudo & inæqualitas diſcors orientur. Quæ vbicunque naſcuntur,bellum ſemper & inimicitias pariunt,& rempu.ad interitum deducunt quantumcunque optimam.

Secunda eſt ſeditio q̃ inter pdicta hoĩum genera oritur, vnde in octauo de repu.Pla.inquit.Genus autem hmõi hominum,vbicunque adeſt ſemp ſeditionib.agitatur. Poſtquã autem orta fuerit ſeditio,vtraque gña ad diuerſa ferentur, ferreum quidẽ & æneum ad quęſtum ad agrorum & domorum poſſeſſionẽ,& ad auri ac argẽti copiam. Aureum vero & argenteũ quaſi non inopis ſit,ſed opulentæ naturæ,ad virtutem & priſtinũ ſtatũ ferent.Pugnãtia vero inuicem, & in ōria retrahentia in medium tandẽ deueniẽt,vt diuiſis agris & domib.priuatim q̃libet poſſideant, illi vero, qui ante abeis vt amici & liberi & nutritores conſeruabãtur,atque vt filijs regebantur,in ſeruitutem redigantur:& veluti ſubditi ac ſerui belli & ipſorum cuſtodię curam gerere compellantur.Hinc optimatũ gubernatio mutabitur fiętque alia inter optimatũ politiam & paucorum potentiam media.Cum vero in mediã fuerit mutata,partim optimatũ politiam imitabit,partim paucorum potentiam partim etiam quoddã ſui propriũ obtinebit,& optimam quidem politiam imitabitur in eo ꝙ principes honorabuntur, & milites ab agricultura mechaniciſque artibus,& alijs quæſtib' abſtinebũt,& communia fient conuiuia,gymnaſticique ludi,& belli certamina frequentabuntur.Sui autem ipſius propria hæc habebit, ſapientes metuet ad principatus admittere, quia non ſimplices & integerrimos huiuſmodi viros poſſideat, ſed mixtos,& animoſiores potius quàm ſimpliciores homines

ad gu

ad gubernandum assumet, qui ad bellum potius quàm ad pacem nati videantur. Dolos insuper & machinaméta belli plurimi faciet, sempérque pugnabit. Paucorũ vero potétiã imitabitur, quoniam ciues pecuniarum cupidi erunt, quẽadmodum qui in paucorum potentia vitam agunt, & tenebris obruti aurum & argentum indecentius honorabunt, vtpote qui æraria propriósque thesauros habeant, quibus ista recondant, ac etiã circunsepta domorũ, ceu ꝓprios nidos, in quibus multa cum mulieribus & aliis erogabunt pro libidine sua. In rebus ꝓpriis parciores erunt quàm deceat, quippe qui pecunias magnificiant, nec palã acquirant, in alienis aũt propter libidiné profusiores, & clãculũ voluptatibus indulgebunt, non secus legé diffugientes quàm pueri patris aspectum non persuasione, sed vi educati, ex eo ꝙ verã musicam, id est animorũ consonantiã, quæ cum sermonibus & philosophia coniuncta est neglexerint, multóque magis gymnasticam quàm musicam honorauerint. Præ cęteris aũt in ipsa propter animositatis & iracundiæ impetum, cõtentionis ambitioníque studia inualescunt, ideo non immerito contentiosa ambitiosa politia nominabitur. Hæc Pla. quibus constat quomodo optimatum politia in ambitiosã transmutatur.

Nunc aperiendum est quomodo ambitiosa, quam mediã diximus inter eam, quæ est optimatum, & eam quæ est potétiæ paucorum, transmutatur in paucorũ potentiã, est autẽ vt inquit Plato in octauo de repu. paucorum potentia in qua magistratus à census extimatione ciuibus tribuũtur, & in qua diuites dominantur, pauperibus verò nulla est reipubli. communio. Quomodo igitur ambitiosa in potentiã paucorũ transmutetur? Plato in octauo de republi. sic docet in quiens, Aerarium illud cuiusque auro plenũ, talé perdit rẽ pub. scilicet ambitiosam. Nam primum quidé nouos sumptꝰ reperiunt, & ad hoc leges deducunt, quibus neque ipsi neque eorũ mulieres obtemperant. Deinde alter alterius exémplo & æmulatione perciti multi tandé tales euadunt. Hinc effusius ad pecunias cumulãdas delapsi, quãto id pretiosiꝰ existimant tanto viliorem existimant virtutẽ. Ita em̃ virtus à diuitiis discrepat, quasi vtraque in stateræ lance sint posita, sempérque in cõtrariã partem declinent. Quando igitur in ciuitate diuitiæ ac diuites honorantur, virtus & viri ꝓbi despiciũtur, & incendũtur oés ad ea studia, quæ in honore sunt, quæ vero nullo honore censentur, apud quosque iacere solent, & sic ciues ex victorię honorisque cupidis, quęstus & pecuniarũ auidi tandem efficiuntur, & diuites quidé viros laudant & admirantur, & ad magistratus euehunt pauperes vero despiciunt, & tandé statuunt vbi maior est pecuniarũ copia, ibi talé principatũ esse maiorem, vbi minor, minorem, prohibéntque aliquẽ imperare qui nõ ad certũ aliquẽ censum peruenerit. Hæc autẽ vi cum armis effi-
Duo maximi in ciuitate fugiendi defectus.
ciunt, & postquam metũ incusserint talem constituunt rẽ publ. quam paucorum potentiam dicunt. In qua quot sint mala & defectus hinc aspice. Primò quidem quàm pernicio sa sit huiusmodi principum institutio, respice, si quis in nauis gubernatione à census extimatione gubernatores eligat, pauperé vero licet gubernandi peritioré nõ admittat, nauis vtique malè ducetur, sic & in ciuitate accidet & longe magis, qm̃ eius grauissima & maxima est gubernatio. Hic igitur sit primus defectus. Secundꝰ aũt est, ꝙ necesse est nõ vnã, sed duas esse ciuitates vnã quidé pauperũ, diuitum alterã, & homines intra eadé mœnia habitantes sibi inuicé semper insidiari. Nam in ciuitate quæ diuitũ potentia regitur, permulti sunt egeni: fermè omnes exceptis principibus, vbi autẽ sunt mendici, ibi insunt latentes fures & latrones & sacrilegi, & horum omnium scelerum autores. Talés que efficiuntur ob prauam educationem. & disciplinæ defectum, & iniquam reipublicæ dispositionem. constituta igitur iam sit à nobis ea respublica quam paucorum potentiam vocant, à census extimatione principes eligentem, & quæ ex ambitiosa ortum habet. Hæc Plato, in octauo de republica.

Ciuitas quo modo ex paucorum politia in populare mutari dixerit Plat.
Post hæc declarandum ad mentem Plato quomodo ciuitas ex paucorum potétia in populare gubernationem permutatur. Modum autem Plato in octauo de republ. egregiè declarat sic inquiens, & paucorum potentia in popularem gubernationẽ ciuitas permutat ex eo quòd ciues optimũ esse proposuerunt vt quàm ditissimi fiant. Quia igitur principes in ea propter diuitias dominantur, ꝓdigalitatẽ dissolutorũ inuenũ prohibere negligunt, vt emptionibus & fœnoribus vsurpẽt eorũ bona, & sic ditiores ac honoratiores fiant. Cõstátque ex hoc impossibile esse in ciuitate diuitias honorare & simul temperantiã possidere, sed necesse est si alterum extimatur, alterũ negligi. Dum igitur in paucorũ potentia, iuuentutis educationé honestam negligũt, & permittunt eã ad libidines viuere, cogunt sæpenumero homines non ingeneroſos pauperes fieri. Pauperes autẽ effecti sedent, vt arbitror in ciuitate aculeis armati. partim alieno ære grauati, partim ignominia affecti, partim vtrisq; malis oppressi, insidiãtes diuitibus illis, quos nouerint sua possidere atque aliis, & idcirco res nouas quotidie moliuntur. Ipsi autẽ opulenti dominantes seipsos & suos & iuniores ita delicatos & molles & secordes reddunt, ꝙ nullum aut animi, aut corporis laborem tolerantes voluptatibus & doloribus succumbunt. Talésque demum euadunt, vt nihil aliud præter quæstũ existimẽt, neque maioré virtutis curã habeant q̃ mendici. Ita igitur instituti quoties cõgrediunt inuicem principes & subditi, siue in itineribus, siue in alio commercio & opere, aut circa spectacula aut circa exercitum vel nauigantes simul, vel militantes vel etiam in ipsis ꝓpiculis sese inuicem spectantes, in his nullo mõ à diuitibus pauperes despiciuntur, sed frequenter homo pauper macer cutémque sole obduratus cũ in acie ad opulentũ comparatur in vmbra molliter enutritum atq; obeso corpore oneratum, eúmque inspicit anhelanté & anxium, ꝓfecto cẽ set huiusmodi viros quadã ignauia diuites fieri, & alter alteri quoties priuatim in vnum cõuenient, enarrabunt suos superiores nullius pretij esse. & tunc quemadmodũ debile & valetudinariũ corpus vel minima mutatione extrinsec⁹ iniecta in morbos incidit, sæpe etiã nulla re extrinsecus nocẽte ipsum intra se dissidet, ita ciuitas eodé modo dispo-
Obscæna libertas detestãda ciuitatis.
sita ex parua occasione siue alij extrinsecus ciuitati paucorum potétiæ subiectæ subsidium prębeant, siue alij ex populari multitudine, ægrotat & secum ipsa dissentit, sępe etiam absque externorum opera seditionibus agitatur. Popularis itaque gubernatio fit vt arbitror quando pauperes superantes, diuites partim enecant, partim in exiliũ pellũt, reliquos aũt æquis reipub. honoribus muneribúsque afficiunt, atque in ea, forte vt plurimũ magistratus obtingunt. Huiusmodi certe est popularis reipub. in ciuitate institutio, siue armis fiat, siue metu, aliis discedentibus, In qua quidem omnes liberi erunt ciuitásque libertatis plena, summáque licentia ꝓ libito omnes omnia audebunt, vbi aũt licentia, ibi quisque ꝓ arbitratu suo vitã instituet. Omniformes in hac ciuitate nascũtur homines, videtúrque omnium esse rerumpub. hæc pulcherrima. Atque vt paliũ variis depictũ coloribꝰ speciosissimũ esse videtur, ita ciuitas ista diuersis ex moribꝰ varia, pulcherrima ꝓrsus apparet. & sicut pueri ac mulieres varietate distinctis opificiis & spectaculis delectantur, sic multi hãc politiã ꝓpter varietatem pulcherrimã arbitrantur. Nam dulcis prima fronte apparet atque diuina hæc vita vt neque cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi, nec etiã si ad id sufficias, neque parere si nolis, neque bellũ gerere aliis gerentibus, neque pacé agere aliis agentibus, nisi id placeat, vel etiã si qua lex te imperare vetet, & sententias ferre, nihilominus imperes & iudices, mõ id tibi visum fuerit. Præterea, nõne damnatorũ mãsuetudo tibi laudabilis atque decora videtur? An non vides in tali ciuitate, homines morte vel exilio cõdemnatos, vrbem incolere, in publicũ ꝓdire, & sæpe quasi nemo videat aut curet, instar quorundã h erorũ incedere. Hęc vtique habebit popularis gubernatio, eritque vt apparet dulcis respub. & sine duce ac varia, æqualitatẽ quandam æqualibꝰ inæqualibúsque distribuens, verum finis pessimus vtpote ex summa libertate extrema seruitꝰ. Hęc Plato in viij. de repub.

Politia popularis quo vertitur in tyrãnidem apud Platonem.
Reliquum est vt ad mentẽ Pla. declaremus qũo popularis politia in tyrannidem transmutatur. Tu igitur aduerte quòd sicut summa diuitiarũ cupiditas occasio est vt docuimus transmutandi potentiã paucorum in politiam popularem, sic extremę libertatis amor occasio est transmutandi popularem in tyrannidem. Quod quomodo fiat Plato in octauo de repub. sic docet. Quod libertatis insatiabilis cupido cęterorúmque negligentia hanc in tyrannidem vertat, hinc accipe. Quando popularis ciuitas libertatem sitiens malos pincernas pręsidentes nanciscitur, & ea profusius quàm decet sese ingurgitãs debacchatur, & principes cauſans táquam rigidiores & tyrannicos punit, nisi admodum mites sint plurimúmque licentię cõcedant, & insuper eos q̃ principibus parent reprehendit tanquã seruiles & nulliꝰ ꝑtij homines principes aũt subditis pares & ecõuerso laudat & honorat, tunc necesse est ĩ tali ciuitate hominesad sũmã libertatẽ ꝓuenire, veluti si pater filio similis fiat, filiósq;

metuat,& filius patri sit par,neque vereatur parẽtes neque metuat vt sit maximè liber.Hæc in tali ciuitate contingunt & minora.Nempe in ea præceptor discipulos timet eisque blanditur,discipuli præceptores spernũt & pædagogos & vt summatim dicam,iuniores senioribus se similes & pares præstant,verbis & operibus eis aduersantur. Seniores aũt iuniorum gerunt vices,& tanquã scurræ facetiis eos delectãt,ne seueri imperiosíque videantur.vulgi autem tanta libertas est vt mancipia emptoribus in libertatẽ ęquentur & mulieres viris,sed & bestiæ quæ illic sub hominib.nutriunt, liberiores quàm alibi sunt.Nam & catellæ vt prouerbio dicitur perinde ac dominę sunt,& æqui & asini tanta per vias libertate progredi consueuerunt,vt in obuium quẽque nisi cesserit impetum faciant,cæteráque oia summa peragunt licentia. Hinc delicatus ciuium animus redditur, adeo ꝙ siquis modicum seruitutis afferat ægrè ferant neque tolerent.Demum leges omnes scriptas & non scriptas contemnunt,ne quis illis præsit dominus,verũ sicut in temporibus in plantis in animalibus contrarium in suum contrarium verti consueuit, sic & maximè in reb.publicis.Nimia igitur libertas in supremam ac tyrannicam vertetur seruitutem. Quod hoc modo vtique fiet,ex nimia libertate qua vnusquisque audet,nec alterum respicit,accusationes litigia cõtentionesque mutuæ oriuntur, præsertim autẽ communis plebs contra diuites.vt autẽ plebs siue populus à diuitib⁹ non opprimatur,cõsueuit vnum aliquẽ sui defensorẽ creare,eúmque e nutrire & vt magnus efficiatur confouere:ex quo patet tyrannum ex radice tutoria populare. Nã qui defensor ac tutor populi creatus fuerit,illud aget quod circa templum Lycei Iouis in Arcadia fabula refert, ſ. Quisquis humana viscera cum aliarum victimarum visceribus incisa forte gustauerit,lupus fieri cogitur,eodẽ modo & iste cuius imperio vulgus obtẽperat,à cognato sanguine non abstinet:sed falsis vt solent criminibus in iudicium trahit eos à quibus timet & iniusta se cæde cruentat, viri vitã extinguẽs, gustánsque lingua impura & profano ore generis ꝓximi sanguinem,nonnullos expellit, enecat alios.Quare necesse est huiusmodi hominẽ,vel ab inimicis interfici, vel tyrannidẽ exercere,lupúmque ex homine effici,& tunc demũ agnoscet populus qualis ipse & quali bestia delectat⁹ est,dum eam generaret atque educaret.Agnoscétque loco illius ingentis & importunæ libertatis in durissimã acerbissimámque seruorum incidisse seruitutem.Probè igitur à nobis dictũ fuerit quo pacto tyrãnis ex populari gubernatione nascatur & nata qualis sit.Hæc Plato,ex quibus constat ad mentẽ Platonis, qũo optimatũ politia in ambitiosam transmutatur,& ambitiosa in paucorum potentiam & hęc in popularem,& hæc in tyrannidem.Hæc de prẽsenti capite dicta sint.

Tyranni origo.

CAPVT VII.

Quibus causis ex Platonis sententia seruantur politiæ.

IN septimo capite declarandæ sunt causæ propter quas vt præcipuas ad mentem Platonis conseruantur politiæ rectæ,quæ sunt regnum & politia optimatũ, & popularis qñ dominatur ex lege.Si autem legem postponit non est recta, vt declarauimus in capite præcedenti, & hic duo agenda sunt. Primo referentur quæ docuit Arist.in politicis in hoc proposito.Secundo pertractabitur sententia Platonis.

Arist.sententia quomodo saluẽtur politiæ.

Quantum ad primũ aduerte,quòd Arist.in quinto politi. vt videre poteris in epitomatibus nostris super quintum librum politic.tractatu tertio,sex pertractauit quibus seruãtur politiæ in vniuersali & in particulari, in quibus plures dominantur.In quinto autẽ tractatu pertractat modos saluandi regnum & tyrannidem.

Circa politias in quibus plures dominantur primò assignat tria documenta:ne corrũpantur corruptione remota.

Secundò assignat tria documenta ne corrumpantur ꝓpter honores & excessum potentię.

Tertiò assignat duo documenta, ne corrumpantur propter insolentias & elationes ciuium.

Quartò assignat documẽtum vnum generale,& tria specifica,ne corrumpantur propter damnum & lucrum

Quintò assignat quędam documẽta, ne corrumpantur propter impotentiam & recessum à medio.

Sexto assignat quædam documenta, ne corrumpantur propter ineruditionem in disciplina legis.

Circa regni & tyrannidis conseruationem primo pro conseruando regno vnicum assignat documentum,scilicet quòd rex non omnia p seipsum disponat,sed autoritatis partem aliis puta senatoribus impartiatur.

Secundò pro conseruanda tyrannide per intensionem quatuordecim documenta assignat.

Tertiò pro eadem conseruanda per remissionem quamplura assignat documenta.

Quartò declarat quæ tyrannides longiores fuerunt.

Quinto reprobat Plato opinionẽ de causis corruptiuis politiarum,quem tamen defensare intendimus in tractatu vltimo.Hæc est summa eorum quę Arist.docuit in hoc proposito & vide vbi supra.

Platonis sententia.

Quantum ad fin vt pfectè habeas Platonis mẽtem, tria manifestanda sunt. Primo quæ & quot præcipuæ sint causæ,quibus politiæ rectè saluãtur.Secundo vnde est ꝙ cum regnum sit optima politia,declinauerunt ciuitates relicta regia gubernatione ad eam in qua plures dominantur.Tertio quæ machinamenta tyrannus inuenit vt tyrannidem seruet,quæ tamen omnino destructione digna est.

Causas quatuor ponit Plato saluandę reipublicæ.

Circa salutem rectarum politiarum, aduerte ꝙ Plato quatuor causas assignat,prima est scientia ac prudentia regitiua.Nam sicut ignorantia opposita cũ opinione sciendi, politias & ciuitates destruit,sic scientia saluat. & quidem quòd ignorantia cum opinione sciendi ciuitatẽ ac politiã destruat Plato in ciuili de regno sic docet inquiens. Miramur ô Socrates,ꝙ in gubernationib⁹ huiusmodi,mala eueniant venturáque sint,eo iacto fundamento ꝙ nõ scientia, sed quibusdam institutionibus in scriptis & moribus agere ac viuere cogimur.Nulli sane dubium est, quin gubernatio vel ciuitas his vtens penitus regnatura sit. Illud autem mirum potius videri debet,q̃ robusta ex natura sit ciuitas.Nã nunc ciuitates nonnullæ sic diu infectæ permanent, neque corruunt,multæ tamen nauium instar submersæ perierunt, pereunt,atque peribunt ob gubernatorum improbitatem: qui in rebus maximis extrema quadam ignorantia detinentur,quoniam cum rerum ciuilium prorsus ignari sint,in his tamen sapere summopere arbitrantur:Hæc Plato.Et in tertio de legibus inquit,Perditionis regum,totiúsque cõstitutionis dissoluendæ causam affero, non timiditatem, neque rei militaris ignorantiam,sed vniuersam prauitatem,& rerum humanarum maximam ignorantiam.

Mediocritas tributa magistratibus autoritas, ac ciuium moderata libertas ciuitatẽ seruat.

Secunda mediocris & nõ summa autoritas magistratib⁹ tributa,& moderata ciuium libertas & amicitia atque prudentia.Nisi enim in ciuitate hæc seruentur profecto nulla salus erit.Sed omnia corruent & cõfusa erunt, quod Plato in tertio de legib⁹ egregiè declarat exemplo Persarum atque Medorũ sub Cyro & Cambyse,& Dario, sic igitur inquit.Non oportet magnos merósque principat⁹ cõstituere. Illud semper memoria tenẽtes ꝙ liberã ciuitatẽ, & prudẽtẽ,& sibiipsi amicã esse oportet,& ad hæc respiciendũ est illi,qui legislaturus est.Quod si ciuitas his expers fuerit,bene gubernari nunquã poterit. Quod & hinc patet.Persę q̃dẽ,quando Cyri tempore seruitutis libertatisque mediocritatem habebant, primo ipsi liberi fuerunt, deinde alios multos subiecerunt.Nam cum principes ipsi libertatẽ subditis impartirentur & rẽ ad ęqualitatẽ magis reducerent milites ducibus erant amici, paratósque se in periculis exhibebant, ac si quis inter eos prudentior erat, valebátque consilio, cũ rerum inuidus non esset, sed libere dicendi omnibus facultatem pręberet, honorarétq; cõsilij cõpotes: facultatẽ prudẽtiæ cõmunẽ in mediũ deducebat.Tunc igitur illis libertate amicitia prudentiaque cũcta facilia reddebantur.Verum Cambyse tẽpore regnũ illud ferè cecidit ac rursum Darij tẽpore restitutũ.Causam horũ hanc fuisse vaticinor.Cyrus quidẽ dux bonus, ciuilisque vitę amicus fuit.Rectam vero disciplinã nullo pacto attigit, nec ad rei familiaris administrationem animũ vnquã applicuit. Nã à iuuenta per totam vitam militia occupatus,mulieribus filios tradidit educandos, quę ita delicioſè eos educabãt vt prohiberent ne quis eis,vtpote beatis aliqua in re aduersaretur,cogentes omnes quicquid ipsi dicerent aut facerẽt laudare. Ita ipsos mulieres regię nouis elatę diuitiis defertæque à viris suis bello & periculis occupatis effœminatę educarũt.Pater quidẽ eorũ Cyrus,ouiũ hominúmque greges multos habebat,sed ignorauit ꝙ filij q̃bus hęc relicturus erat,paternã ipsam Persicámq; artẽ nõ docebantur, cũ Persę pastores essent in aspera regione geniti, & ipsa ars Persica, dura esset ac sufficiẽs eos pastores robustos efficere q̃ & custodias agere & vigilare possent,& militare si res postularet. Verũ ꝓmisit vt mulieres & eunuchi ritu Medorũ filios ei⁹ enutrirẽt,quorũ educatio corrupta est ab ea q̃

Malum est filios educandos mulieribus cõmittere.

vulgo

vulgo existimatur felicitas,id est,à voluptate. Vnde tales euaserunt,quales fieri conueniebat eos,qui in summa rerũ licentia nutriti fuissent. Cùm igitur mortuo Cyro rerũ potiti essent:qm̃ resolutis deliciis nutriti erant,primũ alter ꝙ qualitatẽ nõ ferens alterum interfecit.Deinde ipse ignorãtia ebrietateq́ue furens principatum perdidit. Medi em̃ ac quidam Eunuchus tunc dictus ipsum quasi amentem conte pserunt.Per Darium autem septémque illos viros principatus in Persas iterũ rediit.Huius autem restitutionis ratio talis fuit.Darius nec regis erat filius,nec in delicijs enutritus. Is cum ad principatum peruenisset,septimusq́ue ipsum accepisset,septẽ in partes partitus est,quarũ hodie adhuc partua quædã somnia restant,censuitq́ue viuendũ sub legibus cõferentibus ad cõmunem quãdam æqualitatem, atque id ita sanxit,distributionemq́ue illam quam Cyrus Persis pollicitus fuerat lege cõplexus est,amicitiam communitatemq́ue Persis omnibus præbens,ne Persarum populum pecuniis & muneribus trahens.Ita dilectus à militibus non pauciores quàm Cyrus reliquerat, regiones subiugauit. Post Dariũ Xerxes qui & regijs fuit deliciis educat⁹,sed te nũc iure appello Dari,qui Cyri malo cõmonitus non fuisti, sed in eisdem Xerxem moribus educasti,in quibus Cambysem Cyrus enutrierat.Ipse igitur vtpote alimonia & crapula enutritus similia vt Cambyses perpessus est.Ex illo tẽpore nullus vnquã fermè Persarũ rex magnus nisi nomine fuit Neq; fortunã causam fuisse arbitror, sed vitã malã, qua filij valde diuitũ & tyrãnorum vt plurimũ viuunt.Nunquam em̃ puer & vir & senex,ex huiusmodi vita virtute præstans euadere poterit.Hæc igitur legũ latori & nobis considerãda censemus.Oportet igitur magistratibus autoritatem nõ omnimodam tribuere,mediocrem libertatẽ ciuibus præstare,amicitiam inter eos seruare,& prudentiã honorare.Sícque politia & ciuitas saluberrima fiet.Hæc fuit Platonis intentio in tertio de legibus.

Honorũ debita distributio cõfert salutẽ ciuitatis.

Tertia est honorum distributio nõ ex diuitiis, sed ex virtute & præcipuè ex tẽperantia.Vnde Plato in tertio de legibus inquit.Non oportet excellentes cuiquã conferre honores,quia diuitiis præstet, aut quia velox, aut formosus aut robustus sit si virtute careat. Sed neque si virtutẽ aliquã habeat,tẽperantia vero careat.Oportet itaque ciuitatẽ quæ pro viribus humanis salua felixq́ue futura sit,rectè honores & onera distribuere.Recta autẽ distributio est,vt prima & maximè honoranda censeantur animi bona, si adiuncta illis tẽperantia sit,secundo dignitatis gradu corporis bona ponantur,tertio externa possessio & pecuniæ. Hæc si quis legislator,aut ciuitas transgreditur,vel pecunias præcæteris honorando, vel posterius collocando aliquit, quod est honore prius,neq; sanctè neq; ciuiliter faciet.Hæc Plato in tertio de legib.qđ & cõfirmat in epistola octaua ad Dionis ꝓpinquos & amicos scribens. Vbi sic inquit, Principio leges tales sint,quæ nõ ad opes pecuniásq; cõparandas, neq; ad libidines mẽtes cõuertant,sed cum tria sint,anima,corpus,pecunia virtutẽ animi maximè anteponãt,secũdo vero loco virtutẽ corporis virtuti animi seruientẽ,tertio vltimóque gradu pecuniarũ pretiũ collocent animo corporíque ministrans,quæcũque lex hæc efficit recta est reuera beatitudinem vtentibus afferens.Hæc Plato

Moderata dominantiũ potestas, & subditorum moderata seruitus ciuitatem maximè seruant.

Quarta est moderata potestas in dominante & moderata seruitus in subditis.Nã sicut immoderata dominandi potestas politiã ac ciuitatẽ euertit,sic & immoderata libertas in subditis.Et de primo quidẽ Plato in tertio de legib⁹ exẽplũ sumit à Persis,de quibus inquit.Hæc latius dicere, nos induxit Persicæ gubernationis cõsideratio. Inuenimus aũt eos peiores factos esse,& causam ducimus, quia nimi à populo libertate sublata,dominandi autẽ potestate magis q̃ oporteret adaucta,societatẽ in ciuitate & amicitiã abstulerunt. Quib⁹ sublatis principes quoq; aó subditis ac populo,sed ꝓprio imperio cõsulunt.Quinetiã sępe exigui sui cõmodi gratia funditus euerti ciuitates gentésq; amicas ignem absumi nõ curãt,ita hostiliter & ablq; misericordia oderũt,& odio similiter habẽtur. Et si quãdo op⁹ sit vt populi ꝓ eis pugnẽt, nullũ in ipsis cõmunẽ ꝺsensũ inueniũt, vt velint ex animo subire pericula,& ꝓ principib⁹ dimicare,sed cũ innumeris penè hominib⁹ dominẽtur,inutiles tñ omnes habent ad beliũ,& tanquã hominib⁹ indigẽtes alios merce dꝺucũt,ꝓ mercenarios extraneósq; milites,saluos se fore putantes.Hæc Plato,ex quib⁹ cõstat quot mala in ciuitate ꝓueniãt ex immoderata potestate in dominãte.& immoderata seruitute in subditis.De secundo autẽ, id est de immoderata libertate in subditis Plato in tertio de legib⁹ de nimia libertate exemplificans,quã Atticus populus decursu tẽporis paulatim sibi vendicauerat sic inquit. Cuius aũt gratia ista dico inspicite,vt s.videamus idem nobis ac Persis quodãmodo accidisse,dum illi quidẽ in omnem seruitutem plebem traherent,nos econtra in meram libertatem. Hanc em̃ temerariã libertatem perniciosaq́uedã impudentia ac licentia sequitur,quæ facit ne magistratibus subesse velimus,ex hac originẽ habet & illa temeritas, qua patris matrisq́ue & seniorum seruitutẽ & mandata cõtemnimus, legibus quoque parere recusamus, iusiurãdum & omnino deos negligim⁹. Vnde ex temeraria hac libertate ad priscã illam tyrannicámque reuoluti naturam illa eadẽ iterum patiemur,& ꝓ dura secula rursum degemus, nec malorũ finẽ vllum reperiem⁹.Hæc Plato.Vt igitur politia & ciuitas diu saluæ sint,expedit in dominantibus moderata autoritas,& in subditis moderata libertas.Nã vt inquit Plato ĩ epistola octaua ad amicos Dionis scribens.seruit⁹ & libertas si modũ excedãt,vtraque malã est,si modũ seruent, vtraq; bona.

Ob quam causam ciuitates à regia gubernatione defecerint.

Causam ꝓpter quã ciuitates à regia gubernatione quæ optima est declinauerint ad politias,in ꝙbus plures dominantur:Plato in ciuili de regno explicat dicẽs. Cum ægrè ferrent homines vnius imperium, diffideréntque virum talem reperiri posse tãto imperio dignũ, ꝙ & possit & velit virtute ac scientia imperans,sanctè & iustè ius suum cuiq; tribuere:timeréntque præterea ne forte vir vnus licentiam nactus quemlibet ꝓ libito læderet & opprimeret atque necaret,qm̃ si talis quidam qualem figuraumus nobis occurreret,amaretur profecto eius administratio, quæ sola omnium rectissima est,cõducitq́ue ad benè ac beatè viuendũ. Nunc autem postquam nõ nascitur in ciuitatibus rex talis, qualis inter apum examina statim à principio tã animi quã corporis habitu cæteros antecellens,necesse est cœtu cõsultãtium facto,instituta cõscribere, vestigiáque illius optimę politiæ id est regię percurrere, sicque ad paucorum potẽtiam & optimatum gubernationẽ, administrationemq́ue popularem deuentum est.Hęc Plato.

Tyrannorũ astutia.

Astutias vero & ingenia à tyrannis inuenta vt tyrannidem seruent,Plato egregiè in octauo de rep. describit dicens, Principio tyrannus omnes salutat, arridens quibuscunque obuius fuerit,& nomen tyranni recusat,pollicetur multa & priuatim & publicè ære liberat alieno, agrósque distribuit populo,& familiaribus suis,ac denique omnibus mansuetus ac mitis esse simulat.At cũ primũ externos hostes partim sibi cõciliauit,partim extinxit,reb⁹ iã pacatis, vt populus duce semp indigeat statim nititur bellũ aliquod excitare.In quo sic efficit,ꝙ subditi plurimis cõsumpti sumptibus,ad quotidianum acquirendum sibi victum cõuerti coguntur,vt minus aduersus tyrannũ insidias meditentur. Insuper si quos agnouerit liberali esse ingenio prędotos,talesq́ue eius imperium recusaturos,vt eos extinguendi occasionẽ habeat, hostibus obiicit. Hisq́ue de causis necesse est tyrannum semper noua bella mouere,& sic ciues infensos sibi reddit.Verisimile est em̃ ꝙ nonnulli eorum,ꝙ tyrannidi suffragati sunt, & apud tyrannum plurimum possunt, audacter tam inter se quàm cum eo quæ geruntur improbent,pręsertim si qui altiori sunt animo.Cõsentaneũ igitur est,vt hos omnes tyrannus è medio tollat,si modo dominaturus sit,quousque neminẽ amicorũ aut hostiũ relinquat,ꝙ alicuius sit momenti. Acute igitur eũ inspicere oportet,ꝙs fortis, quis magnanimus, ꝙs prudens, quis diues,vt eis insidietur donec ciuitatem purgauerit, purgatione quidem medicorum contraria purgationi,si qđ medici à corpore qđ deterrimũ est abstergũt,qđ vero optimũ relinquũt.At ꝺ tyrãnus efficit,sicq; facere cogitur si modo sit dominatur⁹. Beata certe necessitate astrictus est, qua cogitur vt vel cũ plurimis improbis vitam agat,à quibus etiam odio habeatur,vel non viuat.Nã quo infensiores habet ciues dum hæc agit eo pluribus & fidelioribus satellitibus indiget.Sed ne postquã huc digressi sumus vlterius digrediamur, dicam⁹ vnde tyrãnus exercitum illum suum præclarum & varium alat.Cõstat in primis ꝙ si quę sunt in ciuitate sacrę opes, eas surripiet,cõsumẽtque quousque sufficient illa quæ venduntur.dum leuiora exigit à plebe tributa. Quod si opes illę defecerint,patet ꝙ ex subditorũ patrimoniis aletur ipse & collegæ eius & cõtubernales & scorta.Et sic populus tyrãnũ,quẽ genuit,eiúsque amicos nutriet.Quod si populus ei succensẽat & dicat nõ ęquũ esse,vt adultus filius à patre amplius nutriatur,sed cõtra à filio pater. Neque ad hoc eũ in ducem creasse,vt postquã adoleuerit eum & seruos suos & alios vndique cõfluentes ei⁹ adstipulatores nutriat,sed

Quo tyrannus exercitũ suũ alat.

vt

vt populum à diuitum oppreſsione liberaret: ſicque iubeat populus eum & eius amicos à ciuitate recedere, ſicut & pater filiũ adultũ & proteruum ſimul cum, debacchantiũ turba pellit à domo. Tunc protecto populus agnoſcet qualis ipſe, & quali beſtia delectatus eſt, dũ eam generaret atque educaret. Audebit tyrãnus patri, id eſt, populo qui eũ in ducẽ creauerat vim inferre, & ſi non obtẽperet verberare. Nã arma auferet, eritque tyrãnus parricida, duríſque ſenectutis educator. Atque vt videtur hæc propriè eſt tyrannis, & vt fertur, populus fugiens fumum ſeruitutis liberorum, incidit in flammã dominationis ſeruorũ, loco illius ingentis & importunę libertatis, duriſsimã tyranni ſubiẽs ſeruitutẽ. Hæc Plato. ex quibus conſtat ad quæ machinamenta ſe cõuertat ſe tyrannus, cauſa conſeruandi tyrannidem ſuam. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VIII.

Qualeſnam oporteat eſſe dominantes in optima politia tam ſecundum Platonem, quàm ſecundum Ariſtotelem.

IN octauo capite declarandũ eſt, ad mentẽ Platonis, quales oporteat eſſe dominantes in politia recta ſiue illa ſit monarchia, ſiue nõ. Et hic duo agẽda ſunt, primo referẽtur quæ Ariſtot. in hoc propoſito docuit, ſecundo pertractabitur ſententia Platonis.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ Ari. in politicis vt videre poteris in epitomatibus noſtris tria circa hoc ꝓpoſitũ cõſiderauit, primo qui debeãt principari, an vn⁹, an plures, ſecũdo in quo bono fundari debeat principat⁹, an in diuitiis, an in nobilitate, &c. tertio qualis debeat eſſe naturalis diſpoſitio principantium.

Quæ Ari. ſentiat de vnitate & multitudine principantium.

Circa vnitatem & multitudinem principantium tria docuit, vt videre poteris in epitomatibus noſtris in tertio politicorum tractatu tertio.

Primo inueſtigat arguens q debeãt principari, an multitudo popularis, an pauci potẽtes, diuites, an pauci virtuoſi an vnus optimus, qui ſit rex, an vnus peſsim⁹ qui ſit tyrãn⁹.

Secundo determinat melius eſſe dominari multitudinẽ popularẽ non beſtialẽ & eadẽ, ſed prudentẽ & rationabilẽ, qm̃ ex conſequenti dominabuntur virtuoſi. Nã in tali multitudine continentur virtuoſi, aliter non eſſet rationabilis.

Tertio ꝙ expedit multitudinẽ popularẽ prædictã dominari in principatu, & ſi nõ in ſupremo qualis eſt regi⁹ aut ſenatori⁹, ſaltẽ i eo i quo sũt cõſules & iudices & ꝓuiſores.

Ariſtot. ſententia de bono principatus.

Circa bonũ in quo fundari debeat principatus quatuor docuit, vt videbis vbi ſupra, tractatu quarto.

Primo quòd non propter cuiuſcunque boni excellentiã debet quis principari.

Secundo ꝙ propter excellentiã boni cõferentis ciuitati principari debet, huiuſmodi autem bona ſunt diuitię nobilitas, libertas, iuſtitia, virtus.

Tertio, ꝙ non eſt reſpiciendũ ad ſolum vnum prædictorum bonorum, ſed ad plura ſimul, nam ſi principes ſint ingenui & diuites & virtuoſi, optimè regent.

Quarto, ꝙ ſi in ciuitate ſit vnus excellentior omnibus in bono virtutis moralis & intellectualis, qui ſit inter alios vt Deus quidã, hic nõ erit ciuis, nec eſt relegandus, ſed dignũ eſt vt ſit perpetuus & ſolus dominans & alij oẽs obediant.

Diſpoſitio principantium ſecundum Ariſtot.

Circa naturalẽ diſpoſitionem principantium Ariſtot. in ſeptimo politic. Vt videbis in epitomatib⁹ noſtris in tractatu quarto tria docuit.

Primo declarat quomodo homines diuerſas regiones inhabitantes puta Affricam Europam & Aſiam diuerſas contrahunt corporis & animæ diſpoſitiones.

Secũdo declarat qũo inhabitãtes regionẽ frigidam ſunt corpore robuſti & animoſi, ſed in ingenio & ſapientia & prudentia deficiunt. Qui autẽ regionẽ calidã inhabitãt ingenio & prudentia valent, ſed in robore & animoſitate deficiunt. Qui vero regionẽ mediã, id eſt, temperatã inhabitãt medio modo ſunt robuſti animoſi ingenioſi & prudentes.

Tertio declarat ꝙ qui principari debent in optima reſpublica debent eſſe natura prudentes & excitati ingenio & animoſi, ſed magis quàm robuſti. Hęc eſt eorũ ſumma quæ Ariſtot. in hoc propoſito docuit.

Quantum ad ſecundum vt reſolutè mentem Platonis habeas, primo declarabitur qualis eſſe debeat dominatur⁹ in recta ac optima monarchia vt rex, ſecundo quales eſſe debeant qui in politia recta in qua plures dominantur, ad magiſtratum aſſumuntur.

Oſto tribus

Quantum ad regis qualitatem ac excellentias aduerte quòd Plato in ciuili de regno octo ſibi attribuit.

Quæ Plato ꝙ dominãti in optima politia.

Primo regẽ more homerico humani generis paſtorẽ atque curatorẽ vocat. Qui totius humani generis quaſi vnius ouilis vnum debere eſſe paſtorem deſignat, vbi Deũ inquit quondam humani generis fuiſſe paſtorem, ſub quo & illud Saturni regnum aureum extitiſſe.

Secundo iudicat regem humanæ vitæ gubernatorẽ appellandum. Nam ſicut inter maris fluctus atque procellas gubernator nauem regit & ſaluat, ſic regis eſt ſubditorum vitam pro vtraque fortuna dirigere & ſeruare.

Tertio regem medico comparat, monens vt medicorum more, opportunè & aliquando importunè volentibus & nolentibus iuſtas ac rationales leges imponat, afferátque remedia ſalutaria.

Quarto ſępius vocat regẽ ciuilẽ virũ, ſignificans adeo humanũ atque mitẽ eſſe debere, vt inter ciues humanitate atq; morũ honeſtate videatur eſſe cõciuis. Prudentia vero atque iuſtitia & cura magis quam quocunque alio exceſſu ſuperior.

Quinto cenſet regem exiſtimandũ vt quid ſacrũ & diuinum, ſacerdotémque more Aegyptiorum conſtituendum, ſacrorum myſteriorũ antiſtitem, qm̃ ſacrum vult haberi nõ permittit ipſum cõtaminandũ, neque iudiciis vbi de exilio carcere aut cæde agitur, debere itereſſe. Quod in epiſtola octaua confirmans Plato inquit, Regi vero his iudiciis intereſſe non liceat vtpote ſacerdoti, quem in ferenda necis, carceris, exilij ſententia contaminari nefas ſit.

Sexto exiſtimat Plato regi tradendã eſſe regiã autoritatẽ à ſenioribus & probatiſsimis, quorũ conſilium atq; ſenatus, collega ſit regis, veluti quædam optimatũ reſpublica.

Septimo arbitratur Plato regem cũ ſenatu debere leges condere, quas nõ liceat alicui priuato trãſgredi, nec vulgo liceat mutare. Liceat tamen regi & ſenatui ſimul, pro tẽporũ opportunitate ꝓut expedit: & æquitas ac res ipſæ requirunt, leges ipſas accommodare, & ſi oportuerit ꝓmutare.

Octauò diſputãs qđ ſit veri regis officiũ determinat ad ipſum ſpectare ꝙ quæcunque ſunt hominũ generi ſibi commiſſo vt paſtori neceſſaria ꝓuideat, præſertim ad bene & beate viuendũ. Iudicetque prudenter quot artes & quales ad hoc ipſum cõferant ſiue in pace ſiue in bello ſiue publice ſiue priuatim ſiue in dicendo ſiue in agẽdo, habeatque ſimul cum ſenatu ſummum in omnes imperium. Pręcipuè vero ſuperintendat vt omniũ animos decentiſsima quadã fortitudinis atque tẽperãtiæ mixtione cõponat: muſicos in hoc imitans, q grauia acutis ꝓportionaliter miſcentes cõcentus ſuauiſsimos modulantur. Non em̃ Plato tutum cenſet animos, vel verſus fortitudinem quaſi in acutum ſupra modum intendere, vel verſus tẽperantiá quaſi in graue nimis remittere. Illi em̃ demũ efferati ac inhumani tandẽ euadẽrent, & ciues ac patriam inuaderent velut hoſtes. Iſti aũt quaſi effœminati tandẽ effecti, nec ſe nec patriã tuerentur ab hoſtibus. Qua ꝓpter ſtudeat rerũ ex cõcinna vtriuſque virtutis copula ingeniorũ animorúmque i ſibi ſubditis pulcherrimã muſicã vbique cõflare. Has igitur ꝓprietates atq; excellẽtias ſimul & officiũ adeo extimat Plato i rege neceſſarias vt qui eis caruerit, non reuera rex, ſed ſolo nomine cenſendus ſit.

Quinque ſeruari mãdant Plato in politia optimatum ac popularí.

Quantũ ad qualitates & excellẽtias eorum q in politia recta nõ monarchia vt puta in ea quæ eſt optimatũ, vel popularí cum obſeruãtia legũ dominaturi ſunt: Plato partim in Gorgia, partim in libris de legibus, partim in epiſtolis ꝓ tractans quinque prę omnibus obſeruanda docuit.

Primo ꝙ ſint natura prudentes atque tẽperati. Nã licet in tertio de legib. q. plures numeret rationes, quæ ad dominãdi dignitatẽ, & meritũ cõducere apud plurimos iudicatur, puta paternitas, nobilitas, dominatio, potẽtia, ſenect⁹, ſors, prudẽtia, hãc tũ cæteris anteponit dicẽs, hãc eſſe propriã dignitatis dominatoriæ rationẽ, vt prudẽtiores vbiq; imperẽt, & imprudẽtes obtẽperẽt. Nã & in corpore oculorũ officiũ eſt dirigere ac ducere pedes, pedũ vero officium eſt miniſtrare, & in arte nauigatoria ac militari, ei⁹, q plus intelligit, eſt ꝓcipere, minus vero intelligentiũ exeq & obedire. Ita & i arte ciuili, & familiæ gubernatoria illis ꝓcipuè obtẽperandũ eſt, q ꝓ cæteris intelligunt, qd humanæ ſaluti cõferat. Lex igitur cõmunem exoptans ſalutem, ꝓuideat ne imprudẽtibus regendi gubernacula cõmittantur. Id vero abſque dubio ſeruabit, ſi vt inquit Plato in ſexto de legibus q magiſtratus accepturi ſunt, primo ſatis ab adoleſcentia ꝓbati fuerint, tã ipſi quàm ſui vſque ad ipſam electionem, & illi qui electuri ſunt, legitimis moribꝰ fuerint educati, vt

cati, vt facile queant admittẽdos repellendósque agnoscere, & erga vtrósque pro dignitate se gerere.

Secundò quòd non solum boni ac prudentes sint, sed q̃ non appetant, nó ambiant principatum, verum ex voluntate admixta necessitati ad ciuitatis regimen trahantur. Pro cuius euidentia aduerte tria circa id obseruanda, quæ Plato in primo de republi. docuit.

Primum est quòd mali & seditiosi admittendi non sunt ad magistratum.

Secundum est, quòd ciues boni qui magistratum nõ ambiunt, sed gratia commodi communis hoc onus suscipiũt, inuitandi animandíque sunt assignato stipẽdio, vt præmio sui laboris atque honoris.

Tertium est q̃ oportet probatissimos viros, qui nec auaritia, nec ambitione mouentur eo tantum discrimine atque metu ad rempubli. moderandam prouocari, ne ipsi & alij boni deteriorum gubernationi subiiciãtur. Plato igitur intendit illorum arrogantiam atque auaritiam reprobare, q̃ quomodolibet magistratus ambiunt, & titulos aucupantur qua vero ratione his digni fiant nõ curant. Intendit insuper illud officium debere esse voluntarium, atque necessariũ vt vir probatissimus libẽti aío patrię suæ suscipiat gubernacula, sed tunc solum id agat quando necessitas adest. Interea vero speculationem præferat actioni, quando autẽ res vrgent, actionem circa bonum publicum ad tempus propriè contemplationi anteponat.

Gubernatores politiæ non debent quippiam agere ex ignorantia.

Tertiò, q̃ non ex ignorantia res grates aggrediãtur, & magis studeant animos ciuium bene formare, quàm bonis externis ciuitatẽ ditare. Vnde in Gorgia diuinus Plato reipublicę moderatores admonet, ne vllas res, quarũ sint ignari, aggrediant, præsertim grauiores, & præcipuè publicas. Paruifacit & illos, qui cum diu reipublicæ gubernacula tenuerint, semp quidẽ ciuitatẽ bonis externis augere studuerint, ciuiũ vero animos tẽperantia & iustitia illustrare neglexerint, quod quidẽ solum ac præcipuum debet esse, veri gubernatoris officiũ. Concluditque gubernatores illos nõ modo non prodesse, imò plurimum ciuitati obesse, qui fortunæ bonis potius quàm animi prospiciant.

Politiæ gubernatores cur Philosophi debent esse.

Quartò, q̃ politiæ gubernatores sint veri Philosophi. Arbitratur eñ Plato in sexto de repub. huiusmodi gubernatores debere esse legum custodes, atque conseruatores, aliter leges quantumcunque sanctè ac iustè conditæ fuerint, parum conferent nisi adsint qui eas custodire sciant & secundũ eas viuere ciues doceãt & cogere possint. Oportet igit qui magistratus suscipiunt esse legum custodes. Custodũ vero propriũ est conspicere, atque circunspicere, id autẽ ad ingeniũ spectat Physicum, cui patet ipsius boni atque iustitiæ exemplar, ad cuius imaginẽ pulchrè ac iustè pingenda est ciuitas. Nõ immerito igitur Plato ad gregem humanum custodiendum, verum eligit Philosophum. Præterea, ad verũ ciuitatis legúmque custodem spectat liberalẽ esse & veridicum & temperatũ & fortẽ & iustũ & magnanimum & mansuetum. Sed hæc vero Philosopho insunt, aliter nõ verus sed fictus Philosophus erit. Et quidem q̃ necesse sit ipsũ esse in primis veridicũ sic declarat Plato i sexto de repub.

Verum Philosophum oportet esse veridicum, natura temperatum, liberalem, fortem, magnanimum, iustum, ac mitem.

Oportet philosophum omnis mendacij inexpertẽ esse, omnẽ odisse falsitatem, ac summo opere diligere veritatẽ. Nam cùm sit sapientiæ amator, & nihil sit cognatius ac familiarius sapientiæ quàm veritas, necesse est si sapientiã diligit, diligat & veritatẽ. Vnusquisque enim amat id quod suo amato simile, ac familiare est.

Ex natura temperatus sit, sic declarat. Quicunque ad veras disciplinas omni studio flagrat, puram ipsius animæ voluptatẽ expetit, corporis vero oblectamenta paruifacit: tẽperatus igitur erit virtutis, neque pecuniæ cupidus. At Philosophus ex sui natura ad veras disciplinas ardet, ergo tẽperatus erit, nec pecuniarũ cupidus, aliter philosophus nõ erit. Nam ad quemuis alium potius quàm ad hunc spectat cumulandis pecuniis inhiare, cuius gratia cæteri maximis etiam in commodis pecuniis quærendis sudant.

Quod liberalis sit, sic declarat, philosophus magnificas cogitatiões habet, sibi ineſt totius temporis, atque toti humanæ facultatis contemplatio, ideo nec vita ipsa quid magnũ sibi videtur, nec mors terribilis. Timidæ ergo & illiberali naturæ philosophia non conuenit.

Et fortis & magnanimus & iustus & mitis, sic declarat. Temperatus ac modestus, & qui non deditus, profectò nec timidus, nec pusillanimis, nec superbus, nec in commerciis & conuictu difficilis erit, nec iniustus. At iam docuim⁹ philosophum modestum temperatúmque esse, nec quæstui deditũ, fortis ergo & magnanimus & iustus ac mitis erit. Cũ igitur verus philosophus, vt concludit Plato, sit natura spiceax, memor, ingeniosus, magnific⁹, gratiosus veritatis, iustitiæ, fortitudinis, ac tẽperantię amicus, atque familiaris, huic ætate, puecto reipublicę administratio præbenda est. Nam prius nulla erit ciuitatibus malorũ requies, quàm in ipsis philosophi dominentur, qui tam à plurimis inutiles existimantur. Hæc Plato.

Philosophi minimè sunt reipublicæ inutiles vt vulgo existimat.

Tu autẽ aduerte, q̃ Plato in sexto de republica rñdet apertę ac frequẽtatæ obiectioni qua in vulgo fertur philosophos esse reipub. inutiles, difficiléq; esse vt pstãtes in philosophia viri in gubernãda republ. patiãtur, qđ vtique non cõtingeret, si expediret ciuitatẽ p philosophos gubernari.

Huię igit obiectioni Plato dupliciter respondet, primo q̃ reuera, philosophi non sunt inutiles imò quàm maximè opportuni in repub. Quod aũt inutiles à vulgo reputẽtur, non ipsi sunt in causa, sed vulgus qũ philosophos vt decet nõ honorat, nec magnificit. Secundo q̃ hæc calũnia, s. arbitrari philosophos inutiles reipub. oritur ab his qui nõ veri, sed deprauati sunt philosophi, quorum vita & mores veræ philosophiæ cultores obũbrat, atque ab his euenit q̃ vniuersaliter à vulgo philosophi tã veri q̃ falsi reprobantur, ac penitus inutiles, & à plurimis pernicioſi in rep. reputantur.

Primũ quidẽ in sexto de rep. Plato p egregiã similitudinẽ sumptã à nautis & nauis gubernatore declarat. Sic igit inquit, finge animo quendã nauis aut classis gubernatorẽ, magnitudine & coporis robore, reliquos nautas excedentem: surdum vero & caligãtibus oculis, sed pitiæ nauigatoriæ nõ inscium. finge & nautas de gubernatiõe nauis inuicẽ decertantes & vnũquẽque putantẽ se nauis regimine dignũ: cũ nec artẽ didicerit, nec in ea præceptorẽ habuisse possit ostẽdere, negãtes insuper artẽ illã posse doceri, eũq; ferro impetẽtes, q̃ artẽ illã doceri posse asseuerauerit. finge pterea ipsos nautas ad gubernatorẽ illũ cõfluere, & eũ oblecrare, vt ipsis nauis gubernacula tradat. Quẽ si isti nõ persuaserint, sed alij alios potius pimere, & de naui eiicere tẽtauerint, generosum autẽ illũ nauis gubernatorẽ mandragorã & mero occupare, atq; ita nauis regimẽ arripere, vino & epulis indulgẽtes, sed & vitã ita ducentes, vt huiusmodi homines vitã ducere verisimile est. finge iterũ omnes nautas illũ laudare nautã, & dignũ gubernatorẽ vocare, & quę ad nauẽ regendã spectant callere, q̃ eos ad vsurpandũ nauis regimẽ instruere possit vel pſuasione vel vi, expulso gubernatore, eũ vero q̃ id nequeat, tãquã inutilẽ vituperare. finge adhuc nautas illos veri gubernatoris officiũ ignorare q̃ videlicet ad ipsum spectet rationẽ habere anni & tẽporũ & cœli & siderũ & ventorũ, & omniũ ad artẽ illã spectantiũ. His igit in naui cõtingẽtib⁹, nomẽ huiusmodi nautæ curiosum sublimiũ rerũ indagatorẽ qualis est philosophus, nõ verũ nauis gubernatorẽ & inutilẽ vocitabunt. Profecto cõstat q̃ sic. Neque op⁹ est vt lati⁹ explicẽ quẽadmodũ ad ppositæ cõparatiõis imaginẽ siue similitudinem, ita in ciuitatib⁹ õ veros philosophos affecti sunt ciues, vt ipdicta naui nautę õ verũ gubernatorem. Primũ itaque ipdicta similitudo illi exponenda est, q̃ admiratur veros philosophos in ciuitatibus nõ honorari, imò suadendũ sibi est, fore qd mirabilius si honorarentur. Deinde illis assentiendũ est q̃ dicunt philosophos in repub. regenda inutiles esse, verum si quidem dicunt, non tñ ipsi in causa sunt q̃ inutiles sint sed illi qui philosophis non vtuntur, neque eos ad rempublicã moderandã inuitant & obsecrant. Non eñ rationi cõsonum est vt gubernator quasi indigus, nautas ipsos exoret vt eius gubernationi sese cõmittant. Sed econtra, neque medicorũ est infimos solicitare vt eorũ medicationi sese subiiciãt: sed siue pauper siue diues aduersa valetudine laboret, cogitur medicorũ fores petere. Sic & omnes qui superioris regiminę indigent, dominos adire oportet virorum regere potentium. Non autem decet gubernatores modo sint alicuius pretij inferiores orare vt ab ipsis gubernentur. Si igitur eos q̃ his tẽporibus reipub. ministrant nautis illis temerarijs quos supra memorauimus cõparare volueris, non errabis, & si illos qui ab his vanis superficioſisque rerum sublimium indagatores appellantur, id est philosophi, veris gubernatoribus compararis recte quidem facies. His igitur de causis non est facile, vt honestum studiũ quale est veri philosophi ab illis approbetur qui contrariis sunt moribus assueti. Hæc Plato, ex quibus constat, quòd re vera Philosophi apti sunt ad reipubl. gubernacula suscipienda licet indocile atque deprauatũ vulgus aliter sentiat, eósque habeat in derisum.

Nõ mirum si in ciuitate despicianur Philosophi.

Secundum

Secũdũ vero Plat. in ſexto de republica ſic declarat. Cũ plerique eorũ qui ad philoſophiam ex natura idonei ſunt, propter bona, quæ vulgus magnifacit deprauant tamẽ animum atque impediunt, vt formæ, id eſt, corporis pulchritudo, diuitiæ, robur, gen⁹ in ciuitate potens, & cætera huiꝰ generis, à veræ philoſophiæ ſtudio detorquentur eãque de ſolatã ac imperfectã relinquunt, neque vitã decentẽ ducũt decorãt ipſam nimium, eaque afficiunt infamia, qua notãt, eam detractores illi quos ſupra diximus, obiiciẽtes ꝙ qui philoſophiæ incũbũt paruiſciendi ſunt, qm̃ reipublicæ inutiles ſunt multique eorũ nequiſſimi. Quòd vtique verum eſt nõ de veris at falſis ſimulatiſque philoſophis. Hi vero ſunt plerique homunculi, qui conſpiciẽtes philoſophiæ ſedẽ vacuã, præclaris tamẽ cognomẽtis ac dignitate illuſtrẽ, inſtar eorũ qui ex carcere ad templa cõfugiunt, libenter ad philoſophiã ex artibus proſiliunt, & præſertim quicunque in artiuncula ſua excellunt. Nã philoſophia, & ſi deſtituta videatur ſedẽque ſuã vacare, dignitate tamen & magnificẽtia cęteris artibus præſtat. Hanc igitur quãplures affectant natura imperfecti, artibus opificiiſque corpore læſi, animo depreſsi & cõfracti, aſpectu non differẽtes à fabro ærario paruo caluóque, q nuper accepta pecunia ex vinculis exiit balneis ſe lauit, noua veſte ſe ornauit tanquã ſponſus, & domini ſui inopia preſsi filiã cum nõ haberet aliũ cui daret, ſibi in matrimoniũ coniunxit. Qualẽ aũt ex his prolẽ naſci putandũ eſt. Nonne abiectã? Hominęs igitur tales cum ad diſciplinas verámque philoſophiam non ſint idonei: nihil legitimum, nihil dignum, nihílque prudẽtiæ acquirũt, ideo merito inutiles reipublicæ reputantur. Hæc Plato.

Quinam veri Philoſophi ad reipublicæ principatum apti.

Et ſi quæras qui ſint ad philoſophiã idonei & in ea ꝓficiunt, ſúntque reipublicæ vtiles, & propter quid onꝰ reipublicæ moderandæ his tẽporibus diffugiũt: Reſpondet Plato in ſexto de republica, & inquit, Pauci admodũ reſtant homines, qui dignè cum philoſophia verſentur, & hi ſunt qui bona indolenati ac bene honeſtéque nutriti, ociũ ad philoſophiã ex ſolitudine velut quodam exilio nanciſcũtur. Sicque ab occupationibus philoſophiæ aduerſantibus liberi, natura duce in ſtudiis ſuis perſeuerant, vel cũ magnific⁹ quidam animus anguſta in vrbe natus, ſpretis reipublicæ muneribus ac titulis, multóque magis contẽptis reliquarũ artiũ opificiis, ex ſuæ naturę nobilis dotibus ad Philoſophiã ſe confert, ex his vero paucis quicunque guſtant quã dulcis hæc ſit & beata poſſeſsio inſaniã plurimorũ vident, ꝙ videlicet pene nullus rectè quicquã in rebuſpub. agit. Neque ſocius aliquis aut adiutor reperitur, qui cum defendẽdæ iuſtitiæ curã ſuſcipit ſoſpes euadat, ſed tanquã homo in beſtias incidẽs cũ nec ſimul cũ eis iniuſtè agere velit: nec ſol⁹ ipſe omnibus feris reſiſtere poſſit, ante deficit & perit, quàm ciuitatẽ & amicos iuuet, & ſic aliis ac ſibi ſit inutilis. Hęc igitur quicunque aduertunt & rectè ſapiunt, quietẽ agunt, & ſua tantum curant, ac veluti in procella dum turbo agitatur & venti perflant, & effunditur puchrè cœlum intra parietes tuti permanent, alióque intuiti nequitia inuolutos ſatis habituros ſe putant, ſi ipſi puri ac ſegregati ab iniuſtitia & iniquis facinoribus vixerint, & exacto vitæ curſu, in bona ſpe hilares pĩique deceſſerint. Hactenus quã ob cauſam philoſophia calumniã receperit, quódve iniuſta ſit ſatis dictũ arbitror. Hæc Plato, ex quib. oĩb. cõſtat, quã oportunũ ſit in ciuitate ac politia modo populus ſe rationabilẽ ac regulabilẽ præſtet, philoſophum eſſe cuſtodẽ ac dominari, ipſe nanque proficeret, emicarẽtque magis, & priuata & publica quàm optimè ſeruaret.

Quinto ꝙ vnuſquiſque gubernatorum officio ſuo cõtẽtus ſit nec in alio ſe intromittat, ſed quilibet in ſuo ſe exerceat, omnes aũt ad commune bonũ. Nam & in corporis mẽbris idem videmus, quoniam vnumquodque actum ſuum exercet diſtinctè, & ad totius ſalutem. & hanc quidem officiorum diſtinctionem ſeruandam ſuadet Plato in epiſtola octaua ſcribens ad Dionis amicos, vbi inquit. Cõmuni ſententia leges condant, atque ita rempublicam inſtituant, vt in ea reges eſſe deceat ſacrorum dominos, & aliarum rerũ, quas decens eſt eis concedere, & quorũ beneficia in patria extant. Proinde belli pacíſque arbitrium habeãt ipſi legum cuſtodes creati numero quinque & triginta ſimul cum populo atque ſenatu. Iudicia vero diſtincta ſint alia aliorum, Mortis quidẽ atque exilij autoritas ſit penes triginta quinque viros & præter eos penes alios quoſdã iudices ex illis electos q magiſtratibus ꝓximè perfũcti ſunt, ita vt vnꝰ ex quolibet magiſtratu eligatur, qui optimꝰ iuſtiſsimúſq; appareat. Hi ſequenti anno de morte & carcere & exilio ſentẽtiã ferant. Regi vero his iudiciis intereſſe non liceat, vtpote ſacerdoti, quẽ in ferenda necis exiliíque ſententia contaminari nefas ſit. Hæc Plato.

Quinque tradidit Plato ad quæ principes reſpicere debent.

Sexto ſcribens Plato ad Dionẽ poſt expulſum è tyranni-de Dionyſiũ epiſtola quarta cõpendioſe tradit ꝑcipua illa, ad q̃ principes ſemper reſpicere debeant, ſunt autẽ quinq;.

Primo, quòd omnes excellant veritate, iuſtitia, magnificentia, temperantia, prudentia vero tantum cæteros exſuperent, quantum viri pueros.

Secũdo oportet tales ſeipſos ꝑſtare, quales videri volũt.

Tertio ꝙ circunſpiciant omniũ oculos eſſe in ſe cõuerſos, vt ꝑcerto ſciant neq; vitia ſua latere poſſe, neq; medio cri tm̃ virtute omnium expectationi ſe poſſe ſatisfacere.

Quarto, quòd probatiſsimos imitentur legum latores, viténtque vt peſtem inter collegas diſcordiam.

Quinto meminerint cõmunem beneuolentiam eſſe ad res gerendas maximè neceſſariã, & hanc ſola humanitate acquiri poſſe atque ſeruari. Auſteritas emi inquit Plato amicorum ſolitudiné parit. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus quinti finis.

TRACTATVS SEXTVS

In Platonis politica, vnico complexus capite.

CAPVT VNICVM.

¶ De legibus in ſpecie, quas Plato ſcriptis mandauit.

IN tertio tractatu actũ eſt ad mentẽ Platonis de legibus in vniuerſali. Hìc autem agẽdum, quòd preſens tractatus, nulli Ariſt. libro in Politicis correſpondet, qm̃ Ariſt. ad leges in ſpecie non deſcendit: Siſtit emi in vniuerſaliũ conſideratione. Plato autem vt inſtituens nouã ac optimã ciuitatem ad legum inſtitutionẽ particularẽ deſcendit. Vt igitur ſcias q̃ rectas & iuſtas in ſcriptis dederit leges, quæ ſi in ciuitate Chriſtiana ſeruarentur, proculdubio omni pace gauderet, & omni virtute ciues ornati viuerent, demum ſummum ipſum bonum cõſequerentur. Verum qm̃ non ordinatè, ſed ſparſim prout materia varia tractabatur, Plato leges ſuas edidit, quas tamen pro maiori parte ac penè in totum in libris duodecim de legibus inſeruit, ideo vt legẽtibus facilior ſit inuentio ac intelligentia, eas ad alphabeti ordinem reducemus: prius notatis titulis vt infra.

Leges incipientes ab A.
De Abdicatione filij à patre.
De Adminiſtratione rerum auferenda à patre demente.
De Aedilibus.
De Alienis non accipiendis.
De Arbitris.
De Adulteris.
De Artificibus.

Nulla ſingularis lex incipit à B.

Leges incipientes à C.
De Cauponariis.
De Cenſoribus venalium.
De Commutationibus.
De Conſeruatione ſacræ pecuniæ.
De Conuitio.
De Cura parentum.
De Cuſtodibus ciuitatis & regionis.

Leges incipentes à D.
De Diuortiis.
De Diuino cultu.
De Domini occiſore.

Leges incipiente ab E.
De Educatione militum.
De Electione magiſtratuum.
De Eruditione puerorum & in quibus.
De Aetate legum cuſtodum.

Leges incipientes ab F.
De Falſis teſtibus.
De Fauore cauſæ iniuſtæ.
De Fœnore.
De Fideiuſſore.
De Filij occiſore.

De Frat

De Fratris occisore.
De Furioso.
De Furto.
Nulla incipit à G. Leges incipientes ab H.
De Hærede instituendo.
De Homicida inuoluntario.
De Homicida ex ira.
De Homicida parentis ex ira.
De Homicida mundo.
De Homicida ignorato.
De Homicida ciuis voluntariè.
De Homicida peregini voluntariè.
De Homicida consanguinei & parentis ex proposito.
De Homicida suiipsius.
De Hoste maximo patriæ.
Leges incipientes ab I.
De Inferente manus in parentes.
De Inope & mendico virtuoso.
De Impiis.
De Iniuriante.
De Iudicibus.
De Iudicibus capitalis criminis.
De Iudiciis non finiendis per iusiurandũ.
De Iudiciis & iudicibus instituendis.
De Iustitia distributiua.
Leges incipientes ab L.
De Legatis.
De Litigante prohibente testes.
De Libertis.
Leges incipientes ab M.
De Magistratu educationis puerorum.
De Magistratu musicæ & Gymnasticæ.
De Matrimoniis.
De Mensura.
De Militia.
De Ministris patriæ quòd non recipiant munera.
De Mouente bellum, & agente pacem sua voluntate.
Leges incipientes ab N.
De Nocumentis aquarum.
De Nocumentis in pascuis, in aquæductibus in fructibus.
Leges incipientes ab O.
De Officio iudicis.
De Officio Regis.
Leges incipientes à P.
De Peregrinis recipiendis.
De Peregrinatione.
De Pretio venalium.
De pompa funerali.
De Prohibente volentem secum certare.
Leges incipientes à Q.
De Quæstu & lucro.
Leges incipientes ab R.
De recipiente exulem.
De Recipiente rem furatam.
De regimine seruorum.
Leges incipientes ab S.
De Sacerdote.
De Sacrilego.
De Sepulchris.
De Seruanda domo.
De Syndicatu magistratuum.
Leges incipientes à T.
De Terminis non mutandis.
De Testibus.
De Testamentis.
De Tributis pubijcis.
De Tutoribus.
Leges incipientes ab V.
De Vectigalibus.
De Venatu.
De Veneno.
De Venefico.
De Vendente rem adulteratam.
De Venere illicita.
De Vitio rei venditæ.
De Vulnerante ex proposito consanguineum vel amicum.
De Vulnerante non sponte.
De Vxoricida.

Hæc est legum Platonis summa de quibus eodem ordine tractabimus infra, & primo de incipientibus ab A.

Abdicatio filij à patre.

De abdicatione filij à patre Plato sic statuit, vt patet in vndecimo de legibus. *Lex abdicationis filiorum à patre.*

Oportet filium iure ipso abdicãdum, nõ à patre solo, sed ab vniuerso genere, id est à tota perentela depelli. Itaque in rebus hmõi tali lege agendum est. Qñ aliquis infelici indignatione commotus siue iure siue iniuria filio irascatur, & eum quẽ genuit & edu cauit cupit à tota cognatione ejcere, nõ liceat leuiter subitoq; id facere, sed primo ꝓpinquos sibi genere vsque ad patrueles item ꝓpinquos filio ex parte matris conuocabit. Apud quos filium accusabit ostendés dignum esse vt ab omnibus ꝓpinquis depellatur. Deinde filio causam suam dicẽdi, facultatem concedet, qꝑ. talis non sit, vt reijci debeat. Postremo præter parentes & filium, id est non præsente patre nec matre nec filio, ꝓpinqui oés tam viri quàm mulieris simul conferant, nisi ætas sit impediméto & si plura quàm dimidiæ partis suffragia patri suffragantur liceat ei filium abdicare, aliter minime.

Si quis autem ciuium abdicatum filium adoptare voluerit, id nulla lege vetetur. Iuuenum enim mores, sæpe in dies variéque mutantur.

Si nemo citra decennium, filium reiectum à patre adoptione sibi coniungere noluerit, curatores prolis supra modum adauctæ quã constituimus trãsmissis colonijs amputari, de his quoque ꝓuideant, vt eiusdem coloniæ participes congruè fiant.

Administratio rerum auferenda à patre de mente vel insano.

De administratione auferenda, &c. Plato in vndecimo de legibus sic statuit.

Si quis morbo aut senio aut morũ acerbitate, aut his oíbus exagitatus in dementiam incidat, laténtq; id oẽs præter domesticos, & ille vt dominus rem familiarẽ dissipet, & filius patrem dementię accusare formidet, lex ita fieri iubeat. Primò quidem filius ad seniores custodes legũ ꝓfectus, patris calamitatem enarrabit, qui re satis inspecta, an pater accusandus sit vel ne cõsultabunt. Deinde si accusandũ decreuerit, testes simul & adiutores sint filio accusanti, quod si pr̃ condemnabitur, nec minimum quidem de rebus suis in posterum disponere valeat, nec amplius & paterfamiliàs, sed quasi puer ac filius domum habitabit. *Lex auferendæ administrationis à patre amentia.*

Ædiles.

De ædilibus Plato in sexto de legibus sic statuit. *Lex ædilũ.*

Sexaginta curatores agrorũ, tres sequunt̃ ædiles, tripartito duodecim partes vrbis cõplexi, qui viarũ vrbis curam habẽt, & vulgariũ itinerum, q̃ à regione in vrbem tendunt, ædificationũ quoq; vt fm leges fiant. Præterea aquarũ quas custodes deduci in vrbẽ curant, vt in fontes quàm limpidiſsimæ & abundantes deducantur, ac ciuitatem iuuẽt pariter & exornẽt. Oportet autem hos esse tales, vt intermissa rerũ suarum cura, otium habeant ad publica ꝓcuranda. Quapropter quisque à maximo censu, quem velit ædilem futurũ nominet, & de sex qui suffragio cęteros superabunt, tres sorte deligant, quibus curę ista sint. Denique cõprobati magistratum secundum præscriptas leges peragant.

Aliena non accipienda.

De alienis non accipiendis Plato in vndecimo de legibus sic statuit. *Lex aliena non accipiẽdi.*

Simplex illud sit, id est absolutè decretum sit, vt nec mea quisquam pro viribus tangat, nec meorum quicquam etiam minimum moueat nisi mihi persuaserit, id est nisi ei assentiam. Atque ego donec mentis compos fuero in rebus alienis efficiam.

Thesaurum quem sibi quisque & suis deposuit, qui parentum meorum non erat, nec reperire vnquam optarim, nec si repererim moueam, nec ariolis depositum accipere consulentibus credam. Nunquam enim mihi tantum pecunia proderit si accepero, quantum animi virtute & iustitia excellam si non accepero.

Si quis auferat ea quę nec ipse nec suorum aliquis deposuit, eo qui deposuit inuito is legem illam optimam aspernatur, quam generosus vir promulgauit qui dixerat, quæ non deposuisti, ne tollas.

Qui sustulit quod non deposuit, nec paruum quid fuerit sed thesaurus, quæ pœna huic à dijs debeatur, Deus ipse nouit, quæ autem ab hominibus, sic declarabimus.

Qui prius auferentem vidit, iudicibus indicet, at si in vrbe delictum est, ædilib. si in agro, agrorum curatorib⁹, eorũque principib⁹, si in foro rerũ venalium, earum curatoribus. Reque ita patefacta, Delphos ciuitas mittat, & qd Dei

oraculo,tam de pecunia quàm de eo qui pecuniam abstulit dictum fuerit,id ciuitas Deum secuta confirmet, & qui indicauit si liber fuerit,in virtutis opinionem veniat,& econtra vitij,si sciens celauerit.

Si seruus fuerit,pretio à ciuitate eius dño collato,liberãdus est.Seruus vero q sciens celauerit,morte plectẽdus est.

Si quis rem suam alicubi volens,vel pter volũtatem reliquerit, qui forte repererit nõ tangat, sed putet deã itineris hæc à lege sibi consecrata seruare.Quicunq; vero hac lege sprета,domũ suã hæc asportauerit, si res parui pretij sit, & qui asportauerit seruus,à quocũque obuiam facto,& vltra annos triginta nato,verberibus multis pulsetur.Si liber fuerit,liberalis primo & deinde præuaricator habeatur, & decuplũ pretij rei quã asportauit ei qui reliquerat tribuet.

Qñ quis magnum aliquid vel paruum de rebus suis ab aliquo teneri cõqueritur,q quidem ille habere fatetur,sed eius q petit esse negat,si res apud magistratus ꝺscripta est ſm legẽ, vocetur ad magistratus qui eam tenet. Réque ipsa patefacta,si ꝺscriptum est ré esse alterius de aduersariis,illam ipse habeat.Quod si neutrius esse,sed absentis cuiusdã esse inueniatur,q sufficientem fideiusſionẽ non dederit illi se absenti rem cuius est redditurum,is tantũdem deponere cogatur.verum si apud magistratus res de qua agitur ꝺscripta non sit,tũc apud tres inter seniores magistratus,vsq; ad latã sententiã deponat.& si animal est de quo ambigitur lata sententia qui causam pdidit magistratibus ipsis impẽdiũ alimẽtorũ restituat,trib⁹ vero dieb⁹ iudiciũ illud absoluatur.

Si quis in domo alterius quærere quippiã tãquã suũ velit is primo iureiurando affirmet sperare ibi se inuenturum qđ quærit.Deinde nudus aut interula indutus pcinctus ingrediatur,præbeaturque sibi domus scrutanda,& supellectilia signata & non signata.Quod si q̃s scrutari volẽtem permiserit,qui ꝓhibitus est pretio rei amissæ statuto,accuset eum q illum depulit, & si dãnatus fuerit duplũ restituat. Si dominus domus abfuerit nõ signata solũmodo à præsentibus exhibeantur signata vero ipse quoque obsignet, & custodem ad quinque dies relinquat. Quo in tempore si patronus nõ venerit,ædilibus secum acceptis obsignata resignet,& cum ante oculos domesticorũ & ædiliũ q̃ſuerit, turs⁹ obsignet.

In rebus ambiguis spatium tẽporis ad proscriptionem determinandũ est,de domibus vero & agris, nulla hac ratione disceptatio erit.Aliarũ vero rerũ si qua ab aliquo habetur,isq; in vrbe,foro,sacris,aperte anno integro vsus fuerit re illa,atq; hũc nõ occoluisse cõstet,nec quisquã interea quamuis quærens exegerit, nemini liceat deinde rem illam quasi suã reposcere,verum si non in vrbe sed in agris manifestè vtatur,nec in annis quinque rei dominus compert⁹ sit, quĩquẽnio exacto repeti nequeat,sin vero in vrbe domi vtatur,ad triennium vsque apprehendere possit qui amisit. In agris autem si occulte habet,vsque ad decennium,sin extra regionem,semper quandocunque inuenerit apprehendat.

Arbitri.

Lex Arbitri.

De arbitris & eorum iudiciis Plato sic statuit in duodecimo de legibus.

Primum igitur arbitri iudices, quos litigantes elegerint locum habeant.Hi conciliatores commodius quàm iudices appellari possunt.Deinde vicini & tribules secundum partem duodecimam distributi,apud quos si reconciliati à primis non fuerint, maiori cum damno litigent, vbi si debitor iterum condemnabitur, quintam debiti partem persoluet. Quicunque vero ab hoc iudicio appellat, ac tertio certare volet,electos iudices petat,& si ab his quoque condẽnabitur,& quantum debitum est & dimidiam supra debitũ partem afferat,& si accusator à primo iudicio repulsus nõ qꝫuerit sed in secundo iudicio iterum certare voluerit, quintam si vicerit partem accipiat,victus autem tantundẽ amittat. Qui vero per primos & secundos iudices nondum reconciliati tertios petunt, debitor quidem victus tantundẽ & dimidiam insuper debiti partem vt diximus deponat victori.Accusator autem superatus dimidiam.

Magistratus qui iam iudicium exercet, debitoris dãnati pecuniã omnem petitori tradat necessariis tantum ad vsum relictis.Idque statim post lata suffragia fiat,nunciante præcone & iudicibus audientibus. Deinde si secũdus à lata sententia aderit mensis, neque victori victus sponte iuste psoluerit,iudices qui sententiã tulerunt,cunctam debitoris pecuniam victori tradant. Quod si præsentia minus sufficiũt, nec minus quàm drachma sufficit, non liceat debitori pr⁹ alium quemcunque in iudicium trahere quàm debitum totum creditori restituat.Trahi vero ab aliis possit.

Si quis in iudicio dãnatus,iudices ipsos læserit,aut quic quam eorum iniustè abstulerit,ijdem ipsi iudices ad legum custodes deferant,à quibus si criminis hui⁹ damnabit, quasi ciuitatem omnem ac leges euerterit moriatur.

Adulteri.

Lex de Adulteris.

De adulteris Plato in octauo de legib⁹ sic statuit,si quis alijs mulierib.cõmisceatur quàm cum his,quæ cum dijs & sacris nuptijs domũ venerunt,emptis videlicet vel alio mõ acquisitis,nisi viros simul mulieresq; omnes lateat, infamis sit,omnibúsque ciuitatis honoribus velut peregrinus quidã sit priuatus.

Artifices.

Lex de Artificibus.

De artificib.Pla.in octauo de legibus sic statuit,nullus ciuis opificio vllo detineat,sed nec seruus alicuius ciuis.Arte enim magna,quæ longa exercitatione multisque doctrinis indiget,occupatus est,cum cõem ciuitatis ornatum procuret,quæ res non leui quadam opera contenta est,sed præcipuum exigit studium.

Duas artes aut studia duo diligẽter exercere humana natura non potest.Nemo etiam potest vni arti satis quidem vacare,& alterius artis opifici præsidere.Hoc igitur in ciuitate statutum sit, vt nemo ærarius simul & lignarius faber sit nec lignarius faber ærarijs fabris magis quàm opificio suo prçsideat, occasionem hinc forte nact⁹,q dum curam multorum quasi ipsi laborantium ministrorũ gerit, suæ arti fiat accessus, ac per illos artem melius curet suam. Sed singuli opifices singulis artibus vacent,& ab eis victum acquirãt. Hanc legem ædiles ita seruari procurent, vt si quis ciuis ad artem aliquam magis quàm ad virtutis curam declinauerit, opprobrio & infamia notatum ad cursum suum conuertãt. Si autem peregrinorum aliquis duabus artibus vacet, vinculis, mulcta, expulsione, vnam tantum complecti cogatur.

De mercede opificum,de operis ipsorum approbatione vel reprobatione. De iniuria, quam patiuntur vel inferunt ædiles vsque ad drachmas quinquaginta cognoscant. Maiora vero ad publica iudicia delata secundum leges iudicentur.

In vndecimo autem de legibus de opere & mercede artificum sic statuit.

Artifices deos artium autores veriti neminem mendacio decipere debent.Si autem artificum aliquis in tempore statuto opus per malitiam non absoluerit,ac Deum vitæ datorem quadam amici cæcitate ignoscere sibi tanquam aliquem domesticum suum arbitratus,ipsum non vereatur,primo Deo ipsi pœnas dabit.Deinde hac lege reus factus operis quod in tempore non perfecit, mercedem persoluat,ac abinitio rursus in eodem temporis spatio,opus ipsum gratis efficiat.

Quod venditori de rerum venalium pretio lex consulit, idipsum quoque opifici consulit.Caueat ergo ne pluris quã æquũ est ipse suũ liceatur op⁹,sed quàm simplicissimè & vt dignum est licitatio fiat.Non enim ignorat opifex, quo pretio opus suum dignum sit.Nec debet in libera ciuitate artifex arte ipsa,quæ res aperta est & à mendacio remota, rudes decipere.In his igitur iniuriam patienti aduersus facié tem iudicium reddatur.

Si quis opifici mercedem ſm pacta non dederit,sed Ioué ciuitatis tutorem Mineruámque huius rei participem neglexerit,& paruo lucro motus magnam hominum societatem pro viribus parte dissoluerit,lex simul cum deorum auxilio ciuitatis vnioni patrocinetur.

Qui operis accepti mercedem tempore quo pactus est non obtulerit,duplum reddat,ac si annus præterierit, quãuis pecuniæ acceptæ mutuo siue vsura reddi debeant,hic tamen pro singulis drachmis singulas sextas drachmæ partes mensibus singulis dabit.Harum rerum causas tribuum iudices cognoscant.

Cauponantes.

Lex Cauponantium.

De cauponatione & cauponantib.Plato in vndecimo de legibus sic instituit.

Cauponatio omnis in ciuitate non nocendi gratia, sed econtra naturaliter inuenta est. Prosunt enim qui rem pecuniariam immoderatam & inæqualem, ad æqualitatem & modum reducunt.Quod numularius & mercator & mercenarius & hospitalis diuersorij magister faciunt.Nã hi & cæteri simules siue honestiores siue turpiores indigentiam supplere,rebúsque çqualitatem præbere conantur. Sed consideremus quænam huic rei causa calumniç sit , & cur non videatur honesta,vt & si non totum, tamen partem per

leges

legẽs ordinemus. Pauci admodum natura hoíes & ij quidẽ optimè educati reperiuntur, qui ſi rerum aliquarum egeſtate aut cupiditate afficiuntur, ita ſe continere poſsint, vt moderate ſe gerant, & cum liceat magnam pecuniam capere, modica contenti ſint, & mediocritatem exceſſui prꝛponãt. Vulgus autem econtra omnino facit. Immoderata, eñ cupit, & tũ mediocria capere liceat, inexplebili lucri cupiditate vexatur. Quocirca omnium hominũ genera, quæ in cauponatiõe & mercatura & diuerſorio & in hoſpitali verſanẽ calumniæ ſubiacent, & opprobrio. Nã ſi quos optimos vbique viros ad aliquod tempus diuerſoriis hoſpitalibus peſſe & cauponari aut aliꝙd huiuſmodi facere ſanctiſsimas quoque mulieres aliqua fati neceſsitate ad hęc peragẽda deſcẽdere, cognoſceremus planè hęc omnia honeſta & approbãda eſſent: nam niſi corruptę fierent, matrum nutricumque perſonam gerere putarẽtur. Nunc vero in deſertis locis, ad quæ multę longæque ducũt viæ, cauponandi gratia domos ædificant, in quib' optato diuerſorio tempeſtate pulſos ſuſcipiunt, & caloribus preſſos, aut frigoribus recreant, deinde nõ tanquã amicos hoſpitalib' muneribus donatos remittũt, ſed vt inimicos atq; captiuos crudeliter ſe redimere cogũt, rebuſq; omnibus expoliãt. Hęc & cętera huiuſmodi faciunt, vt officia, q̃ indigentibus opem ferunt, calumniæ ſubiaceant. Quorum remediũ à legiſlatore cogitandũ eſt. Remedium autem hoc erit. Danda eſt in primis opera vt quàm minimo cauponum genere pro viribus in ciuitate vtamur. Deinde his hominibus cauponandi artes cõmẽdandę ſunt, quibus corruptis non magnum ciuitas detrimentum incurrat. Tertio inuenienda eſt via & ratio ne facile impudentia & illiberalitate illorum hominum animi repleantur. His igitur dictis talis feratur lex.

Nullus eorũ, qui de quadraginta & quinque millibus domorum ſunt, caupo mercatórq;, nec ſponte, nec inuitus fiat, nec priuati cuiuſquã fiat miniſter, qui nõ ex æquo in eadem ſorte ſibi reſpondeat. Eum vero, qui illiberali cauponationi in arte aliqua operam dederit volẽs quilibet ad optimates virtutéque primos accuſet, quaſi generi ſuo dedecori ſit, & ſi paternam domum maculaſſe deprehendatur, ab hoc opere vinculis per annum arceatur. Qui ſi iterum lapſus fuerit, biennium vinciatur ac deinceps quoties peccaſſe deprehenditur, duplo tempore ſemper detineatur.

Altera lex iubet vt peregrini duntaxat & aduenę, cauponarias artes ſequantur.

Tertia lex cauendum monet vt peregrinus ille, vel incola, aut q̃ optimus, aut quàm minimè malus ſit. Nec ignorare legum cuſtodes debent, non ſolum obſeruatores illorum ſe eſſe, quos ab iniquitate & prauitate remouere nõ eſt difficile, qui bene educati natique ſunt, verũ etiam illorum & multomagis, qui tales non ſunt, & in artibus illis verſanẽ, quib' ad improbitatem facilius impelluntur. Cùm vero cauponatio varia & multiplex ſit cuſtodes legũ cũ peritis ſingulorũ eius generum conueniant, & quę neceſſaria ciuitati videbũtur, ea fieri primo inſtituant. Deinde impendio & emolumẽto diligenter examinato, quid moderatum cauponi lucrum ſit videant, & tam impendium quàm emolumentum conſcribant. Obſeruentur autẽ alia ab ædilibus, alia à rerum venalium curatoribus, alia ab agri magiſtratibus, ſic fermè cauponãdi artes omnibus proderunt, & minimè oberunt.

Cenſores rerum venalium.

Lex de cenſoribus venalium rerum.

De cenſoribus rerum venalium Plato in ſexto de legibus ſic inſtituit.

Cenſores deinceps rerũ venalium curatores à primò, ſecundóq; cenſu quinque diligantur, eorumq; electio eodem ferme modo, quo & ædilium tranſigatur. Quippe de decẽ, q̃ cęteros ſuffragiis ſuperarint quinque ſorte deſignent, & cõprobati magiſtratus declarẽtur, nominet aũt quemlibet vnuſquiſque. Qui autem nolle accuſabitur, drachmis quinquaginta damnetur, atq; iniquus exiſtimetur. Eſt aũt cenſorum officium, fori ordinem legibus ſtatutum ſeruare. Fontium quoque & tẽplorum, q̃ in eo loco ſunt, curam habere, ne quis iniuriosè illic quicquam agat. Et ſi quis fecerit, ſi ſeruus aut peregrin' fuerit, verberib' & vinculis pœnas luat, ſi ciuis, à cenſoribus drachmis centũ iure cẽſorio cõdemnetur. Maiori vero mulcta vſq; ad huius duplã, iſti niſi ædiles quoque adſint, condemnare non poſsint, eadẽ quoque ædilibus in ꝓprio magiſtratu mulctandi & puniendi conditio ſit. Nã vſque ad minam condẽnandi habeant poteſtatem, ad duplam vero mulctã, cenſorum ſimul autoritas requiratur.

Commutationes.

Lex commutationum.

De cõmutationib' Plato in vndecimo de leg. ſic ſtatuit.

Quæcunque emendo vendendoque commutantur, in ſtatuto fori loco permutentur, dando accipiendoque vltro citroque rem & rei pretium illico nec alicubi alibi. Nulla vero venditio emptioque ad terminum fiat. Quòd ſi aliter, aut in alijs locis permutatio facta fuerit, nullum ſit ſecundum legem de ipſa iudicium. Sed nec de collatione cum nonnulli ad aliquid inter ſe agendum, pecuniam vel quoduis aliud conferant iudicium reddatur.

Conſeruatores ſacræ pecuniæ.

Lex conſeruatorum ſacræ pecuniæ.

De conſeruatoribus ſacræ pecuniæ, Plato in ſexto de legibus ſic ſtatuit.

Quæſtores & aſſeruatores ſacræ pecuniæ in templis ſingulis, qui lucrorum & agrorum ipſis dedicatorum & fructuum & conductionum & locationum domini ſint, tres de maximis cenſibus pro maximis templis eligantur, duo pro minoribus, pro medijs maximèque concinnis vnus. Qui nõ aliter quàm duces exercitus eligantur & cõprobentur. Atque hęc in rebus ſacris vt diximus peragantur.

Conuitium.

Lex de conuitijs.

De conuitio Plato in vndecimo de legibus ſic ſtatuit.

De conuitio igitur hæc vna lex omnibus ponatur. Nemo in aliquem conuitietur, ſed quęcunque cũ alio de re aliqua ambigit, diſcat potius doceátq; tam ambigentem quã præſentes, ita vt omni conuitio penitus abſtineat. Cum enim ſibi inuicem verbis turpibus maledicunt, muliebres habẽtur, & ex verbis, quæ certè leuiſsima res eſt, odia grauiſſima & inimicitię ſępe naſcuntur. Profecto qui iræ morem gerit, ipſámque quaſi alimentis quibuſdam noxijs explet, quantum per diſciplinam ante excultus fuerat, tantum poſtea per iracundam animi partem exacerbatus atque efferatus, difficilé ſibi viuendi rationem acquirit, & hanc amaram ab ira gratiam ſuſcipit. Ex his penè omnes ad id deuenire ſolent, vt ꝙdiculum aliqđ in aduerſarium dicant, qua in re quicunq; ſe aſſuefacit, aut bonos mores, aut magnanimitatẽ perdit. Quã ob rem nemo in templo his obiurgationib' vnquam vtatur, nec vbi publica ſacrificia vel certamina peraguntur. Nec in rerum venalium foro, nec in iudicio, aut alio quouis cœtu cõi. Eum vero qui in hoc deliquerit, magiſtratus harum rerum præſens libere puniat, quod ſi non fecerit, quaſi legum proditor, & præceptorũ legiſlatoris contemptor habeatur, & nunquam ad publici cuiuſquam muneris certamen, quaſi de virtute certaturus aſcendat. Si quis autem alijs in locis maledicto vel ꝓuocando vel reſpondendo vtatur, quicunq; ſenior præſens fuerit ꝓ legum defenſione hunc verberet, & eos qui ira alieno malo concitati ſunt comprimat. Alioquin vt diximus puniat. Neminem ꝓterea in his cõuitijs atque dicacitatib. verſari arbitramur, qui non ſæpe ridiculoſe aliqđ obloquatur, & hoc ipſum condemnamus quando cũ ira fit.

Comicorũ ſatyrorũque ſales, & ridiculoſa conuitia, quibus aduerſus ciues vtunt, ſi abſque ira & ioco ſic mordeãt, admittemus. Cõcitato vero per iram animo, nemini tale qđ dicere liceat. Cui vero liceat & cui non hac lege declarandum eſt. Poëtæ comico, vel Iãbicę muſicæque melodiæ autori, nec verbo nec imagine vel ꝓſona cuiquam ciuiũ detrahere liceat, ſiue ira id fiat, ſiue abſque ira, & eum qui cõtrafecerit qui dãdis ꝓmijs præſunt eodẽ die exterminẽt, aliter tribus minis mulctentur, Deo illi conſecrandis in cuius honorem certatũ fuerat. Cæteris vero de quibus ſupradixim' ſine ira & ioco ridiculum aliquid dicere liceat, ſerio autẽ & cum ira nequaquam. Cuius rei cognitio, curatori cõis diſciplinæ iuuenum committatur, & quod approbauerit proferre in medium liceat, quod autem reprobauerit, nulli oſtendat, neque alium, ſiue ſeruum, ſiue liberum doceat, ſi cõtrafecerit, prauus legúmque contemptor habeatur.

Cura parentum.

Lex curæ parentum.

De cura & honore & obedientia erga parentes, Plato in vndecimo de legib. ſic docet & inſtituit.

Parentes negligere nec Deus nec homo rectè ſapiens vnquã cõſulet, ſed quod de cultu deorũ ſcire oportet id rectè dictum ad honorandos parentes prooemium erit. Leges antiquę de dijs apud omnes dupliciter poſitæ ſunt. Nępe alios deorum cernentes, eos ipſos quos cernimus honoramus & colimus. Alios autem non videmus, ſed eorum imagines fabricamus, eáſque licet inanimes dum honoram', deos ipſos viuentes exiſtimamus ob id fore nobis quàm maximè ꝓpitios & gratos. Cuius ergo pater aut mater vel horum parẽtes ſenio confecti quaſi theſaurus quidam domi iacẽt, is putet nunquã aliud ſibi magis efficax ſimulachrum domui ſuę affuturum, ſi rectè vt decet ab eo colitur. Exiſtimandum eſt enim precationes imprecationeſque parentũ in filios à dijs

exaudiri. Oedipus cõtemptus à filiis, ea illis mala imprecatus est q̃ exaudita effectaq́e à diis circunferunt. Amyntora quoque Penicio filio iratũ illi maledixisse ferunt, & Hippolyto Thesea, plurimosque alios aliis. Quib⁹ appertissimũ factũ est, à diis parentum preces aduersus filios exaudiri. Nihil em̃ filio perniciosius esse potest, q̃ parentis imprecatio. Nemo vero putet cum patrem aut matrem contemnit, tunc solũ eorũ orationes audiri, sed etiam cum honorat, & ideo cum lætiores à diis bona filiis petunt, eos, similiter exaudiri existimare debemus, & inde nobis æqua distribui: nam aliter in bonis distribuendis dij iusti non essent, quod lõgè ab eis esse necesse est. Existimandum est igitur vt paulo ante diximus, nullum apud deos magis honorandum simulachrum habere nos posse, q̃ patres & matres & auos senio confectos. Quibus honoratis Deus gaudet. Alioquin eos minimè audiret. Mirabilius quoque parentum nostrorũ simulachrũ q̃ inanimes quæque imagines videri debet. Nam q̃ animam habent dum à nobis colũtur, ꝓ nobis orant, quando autem despiciuntur contra nos orant, quę vero anima carent, neutrũ horum faciũt. Quocirca q̃ erga parentes & auos rectè se gerit, is ad deos sibi conciliandos simulachra optima posidet. Omnes igitur non insani verentur parentum orationes, non ignorãtes eas multis profuisse ac obfuisse. Cũ hęc igit̃ natura cõstituta sint probis q̃dem viris seniores parentes ꝓ magno quæstu habentur, si ad senium vsque peruenerint, si vero iuniores decesserint, valde desiderantur. Improbis autem econtra valde terribiles odiosiq́e sunt. Quapropter quilibet his rationibus inductus parentes suos secundum legem honoret, si quis vero surdus adhæc exordia fuerit, hanc legem rectè statutam audiat.

Si q̃s in hac ciuitate parentes minus q̃ decet colat, nec magis eos q̃ filios & nepotes & seipsum diligit, præ ceteris eorum voluntati in omnibus obsequens, qui negligit̃ à filio per se vel per alium ad tres de legum custodibus seniores rem deferat, & similiter ad tres de connubiorum procurator⁹, q̃ re inuestigata, in eos qui parentibus iniuriã intulerunt animaduertant, in viros q̃dem si trigesimũ annum non excesserint, & in mulieres si quadragesimũ, vinculis atque verberibus. Si autem prouectioris fuerint ætatis, neque desinunt parentes negligere: imo eos affligunt, ad iudicium ire compellantur. Iudicent autem ciues, qui ætate cæteros omnes antecedunt, & condemnatus soluat patiaturq́e q̃d à iudicio statuetur, si quis vero cum à filio afflictus sit, eum ad iudices deferre non potest, quicunque liber audierit magistratibus denunciet aut improbus habeatur. Si aurem seruus detulerit, liber sit. Quod si affligentis filij, vel affricti parentis seruus sit, à magistratibus in libertatem vendicetur. Si autem alicuius alterius ciuis seruus fuerit, pretiũ domino suo publicè persoluatur. Curent vero magistratus ne quis ei qui detulerit noceat.

Custodes ciuitatis & regionis.

Lex custodiũ ciuitatis & regionis.

De custodib⁹ ciuitatis ac regionis Plato in sexto de legibus sic instituit.

Dãda opera est vt quo ad fieri pót, nihil sine custodia sit. Ciuitatem q̃dem curẽt, duces exercit⁹, præfecti ordinum, magistri equum, tribuni & consilij principes, ædiles, atque censores, postquam electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiatur. Duodecim in partes diuisa sit æquales. Vna itaque trib⁹ parti cuilibet sorte data quinque omni anno eligat quasi agrorũ curatores tribuúmque principes, quorũ q̃libet duodecim habeat ex sua tribu iuuenes nõ minoris ætatis q̃ annorum vigintiquinque, neque maioris q̃ triginta. His singulis singulæ regionis partes per sortem menstruo tempore tribuant̃, vt totius regionis omnes peritiam habeant. Biennio autem imperandi & custodiendi curam habeant principes & custodes. Cũ primũ partes custodiendas sortiti fuerint, per menses singulos loca permutent ad proximũ quemque locum, & ad dexteram primũ circulariter, custodiæ principes ducãt. Dexteram vero plagam appello, q̃ in solem orientem spectat. Deinde in altero anno ad sinistram commutentur, ne regionis quo ad vnum anni tempus tantum periti sint, sed & q̃d in quolibet tem pore in qualibet regionis parte contingat agnoscant. Tertio vero anno quinque alij agrorũ & custodiæ principes eligantur, à primatibus, ipsorum duodecim curatores. Cura vero & opera singulis in locis talis erit. Primũ regio omnis aduersus hostes q̃ maximè munita sit foueis vbicunque sit opus effossis, turribus & clausuris circunductis, vt nocere volentes arcere valeant. Ad hæc autẽ facienda subiugalibus seruisque indigenis vtant̃ quando minimè in suis operibus occupantur, nonnullos ipsis præficientes. Loca vero omnia ita disponant, vt per ea inimici difficile transire valeant. Amici vero & pecudes & iugalia facile. Diligenter ꝓcurent, vt pluuiales aquę, non solũ nõ noceant, verũ etiam cõferant ab altis montib, in cauas valles defluentes vbi foueis parietibúsque eas stagnare cogant, vt illic alueis pluuiales aquæ cohibitæ inferiorib. locis agrisq; omnib⁹ fcatebras & fontes efficiãt. Locáque hoc modo siccissima multo & salubri humore irrigent. Fontes aũt & fluuios arborib⁹ ędificationibúsque exornent, lucos dijs dedicatos iugi irrigatione & agros pinquescere curent, atque ita & abũdantia omnia, & deorũ tẽpla ornatoria reddant. Vbique aũt in istis gymnasia iuuenes tam commoda sibiq́e senib. præparent, calidis balneis constitutis lignis exsiccatis copiosè appositis, vt ægrotantib. remedium, & labore fessis lenimen benigne afferatur quę sane curatio melior longe est, quam medici parum periti medela.

Custodes & curatores agrorum.

Lex custodũ & curatorũ agrorum.

De custodibus & curatorib. agrorum, Plato in sexto de legibus sic instituit.

Agrorũ curatores si q̃d aduersus eos quorũ curam gerũt, contumeliosè egerint, vt si inæqualiter onera inferunt, vel aliq̃d vi ab agricolis accipiũt, vel adulatorũ largitionibus, vel munerib. & adulationib⁹ capiuntur, quib⁹ rectũ cor rumpitur iudiciũ, opprobrio per vniuersam vrbem afficiantur. In alijs autem iniurijs vsq; ad minam sponte sua vicinis coloniśque dent mulctam. Quod si nolũt in maiorib. minoribúsque iniurijs quod debent persoluere, q̃ sperent, cum de loco ad locum per singulos menses transeant, iudiciũ & pœnam effugere, in cõi iudicio accusent̃, & qui damnabit̃ duplũ reddat ei quẽ iniuria oppressit. Viuant aũt tam principes quàm curatores agrorum per bienniũ hoc pacto. Primo quidem omnib⁹ cõia singulis in locis habeant̃ conuiuia, quib⁹ quicunque defuerit, etiam si vno die & vna nocte excubarit, cũ nec princeps ita ordinauerit, nec necessitas vlla coëgerit, si quinque viri eum damnauerint, scripserinque in foro eũ custodiam deseruisse magnis afficiat̃ opprobrijs, vt pote qui quantũ in se est remp. prodidit. Hæc aũt omnia custodes legũ diligenter præuideant ne fiant, & facta prout i⁹ postulat puniant̃. Existimare em̃ illud quisque debet de omnibus hominib. q̃ nullus rectè dominat̃, qui prius nunquam seruiuit, primo quidem legibus quibus qui seruit, dijs seruit deinde seniorib. qui honestæ vixerunt. Ideo magis gloriari quenque oportet q̃ bene seruierit quàm q̃ bene dominat⁹ fuerit. Postremo per totũ hoc bienniũ custodes agrorũ humillimum & tenuissimum victum agant. Agricolis & colonis non in proprio ministerio, sed tantum in publico vtant̃. In cæteris sic cogitent vt seruientes sibi ipsis victuri. Aestate præterea & hyeme semper armati regionem omnem perlustraturi, vt diligenter custodiant, dum loca omnia nouerint.

Diuortia.

Lex de Diuortijs.

De diuortijs Plato in vndecimo de legibus sic statuit.

Si vir & vxor propter morum acerbitatem inuicem non conueniunt, decem viri de legũ custodib. qui medij sint, & decem mulieres de curatricib. connubiorũ prouideãt. Quorum sñia, si adinuicem conciliati fuerint, valida & stabilis habeat̃. Si autem illorũ animi, ét vehementi⁹ ira fluctuent, facto diuortio, illos ꝓ virib. quærãt qui vtrisque cõueniant. Videnť aũt in eiusmodi hominib⁹ acerbiores natura mores inesse. Quare maturiora mitioraq́e ingenia, istis accommodanda sunt, & quicũque sine filijs sunt, aut paucos ꝓcreauerunt, dissentiuntq́e, ꝓcreandorum liberorũ cã, coniugium rursus quærere compellendi. sunt. Quod si filios non paucos habent, atque dissentiant, senectutis mutuo curandæ gratia diuortio facto aliud ineant coniugium.

Diuinus cultus.

Lex Diuini cultus.

De diuino cultu Plato in quinto de legibus sic statuit.

Qui ciuitatem cõdit nouam, siue veterẽ, dilapsá mque restituit, circa deos & sacra, quę singulis statui deceat in ciuitate, & à quibuscunque dijs vel dæmonib. nominari, nemo mẽtis compos innouare illa conabitur, quæ ex Delphis, aut Dodone, aut Hamone accepta sunt, vel prisca quadam oratione per visiones inspirationésque deorum asserta sunt, quibus approbatis veteres sacra solennitatibus mixta, constituerint, siue ab indigenis orta, siue tyrena dicantur, siue

ſiue cypria, ſiue vndecunque volueris. Et his ſermonibus famam traditam ſimulachraque & aras & templa conſecrarint, ſacrosque horum ſingulis agros ſtatuerint. In his omnibus nec minimum quidem legum conditor innouabit, ſed Deum partibus ſingulis vel dæmonem vel heroem aliquem tribuet, & in agrorum diſtributione diis in primis lucos agrosque conuenientes & eximios dedicabit, vt ſingularum ciuitatis partium cœtus ſtatutis temporibus facti, facultatem ſui facilius ad omnes vſus exhibeant, & ſacrificando alter alterum benigne accipiat, vt & domeſtici fiant adinuicem, & ſe mutuo cognoſcant. Vbi enim inter ciues non eſt lux in eorum moribus, ſed tenebræ ibi nec honores pro dignitate, neque magiſtratus recte dabuntur, neque ius ſuum cuique tribui poterit.

Domini occiſor.

Lex occiſoris domini.

De ſeruo occidente dominum ſuum vel alium liberum Plato in nono de legibus ſic ſtatuit.

Si ſeruus ira concitus dominum ſuum interimat, cognati occiſi hominis quo velint ipſum interficiant, mundique à crimine ſint, dummodo viuum non conſeruauerint. Si vero ſeruus non dominum ſuum, ſed alium liberum hominē per iram necauerit, à domino ſuo cognatis interfecti tradatur, qui vtcunque velint ipſum omnino interimant.

Educatio militum.

Lex educationis militum.

De educatione militum, quos patriæ cuſtodes ſeruatores atque defenſores Plato appellat, in ſecundo de republica ſic ſcribit & inſtituit.

Quanto magis cuſtode, id eſt milite in ciuitate opus eſt, tanto maiori otio & arte & exercitatiõe, & natura ad hoc ſtudium idonea indigebit. Noſtrum igitur erit officium dignoſcere quæ & quales naturæ ad vrbem cuſtodiendā idoneę ſint. Videtur igitur naturam generoſi canis, atque ingenui adoleſcentis, qui vobis futurus ſit cuſtos, perſimilem eſſe. Nam vtrunque ipſorum ſagacem eſſe oportet ac peruigilem ad ſentiendum, velocem ad inſequendum, robuſtum cū aſſecutus fuerit ad pugnandum & capiendū & retinendū. Vt autem bene pugnet, oportet ipſum eſſe audacem, & fortem. Vt audax & fortis ſit, oportet ipſum eſſe iracundum Inexpugnabilis enim & inuicta eſt ira. Qua præſente omnis anima intrepida eſt & inuicta. Verum, ſi tantum audaces & iracūdi forent, omnique manſuetudine carerent, ſe inuicem & alios ciues perderent. Oportet igitur erga ſuos manſuetos eſſe, erga hoſtes autem immites, alioquin non expectabunt donec ipſos alij perdant, ſed ipſi ſeipſos perdent. Neceſſe eſt ergo patriæ cuſtodes & manſuetos & iracundos eſſe, quales ſunt & generoſi canes. Nam his à natura mos eſt, vt erga familiares ac notos mitiſsimi ſint, econtra vero aduerſus ignotos. Talem & patriæ cuſtodem oportet eſſe. Oportet inſuper vt vltra ferocitatem ſit natura Philoſophus. Nam & hoc in canibus intueri licet, quod quidem in beſtia dignum admiratione eſt. Quum enim canis ignotum viderit, ægre fert, & ſi nihil mali ab eo ſit perpeſſus. Noto autem blanditur, licet nil boni ab eo ſuſceperit. Hic eſt naturę ipſius ingenuus affectus, & verè Philoſophi. Nā aſpectu nulla alia re amicū & inimicū diſcernit, quàm q; hunc quidem nouit illum autem ignorat. Merito igitur dicendus eſt diſcendi cupidus atque ſtudioſus, quoniam cognitione & ignorantia diſcernit domeſticum ab extraneo. Porro diſcendi ſtudioſus atque Philoſophus idem. Similiter igitur oportet hominem, qui erga domeſticos mitis eſſe debet, fore natura Philoſophum, & diſcendi cupidum, vt non ignoret erga quos manſuetudo, & aduerſus quos ferocitas ſeruanda ſit. Philoſophus igitur & mitis & iracundus & ſagax & velox & audax & natura robuſtus erit, qui ciuitatis optimus cuſtos eſt futurus. Vt autem talis euadat gymnaſtica diſciplina & muſica erudiendus eſt, vt clarius tibi manifeſtabitur, cū de puerorum eruditione leges ſtatuemus.

Electio magiſtratuum.

Lex electionis magiſtratuum.

De electione magiſtratuum, Plato in ſexto de legibus ſic ſcribit & inſtituit.

Siqs ciuitati per leges bene inſtitutæ, idoneos magiſtratus non conſtituat, quamuis leges bene poſitæ ſint, tamē non ſolum non proderit, ſed etiam calamitates magnas ciuitatibus pariet. Vnde eos, qui rectè magiſtratus accepturi ſunt, oportet primo ſatis ab adoleſcentia tam ipſos q; ſuos probatos fuiſſe vſque ad ipſam electionem. Deinde eos, qui ſuffragia ferunt, legitimis eſſe moribus educatos, vt facile valeant admittendos, & repellēdos cognoſcere, & erga vtroſque p dignitate ſe gerere. In primis igitur omni ſtudio pui dendum eſt, vt quàm tutiſsime atque optimè primi magiſtratus conſtituant. In alijs quidē inſtituēdis opera breuior erit. Legum aũt cuſtodes ante alios creare ſummè neceſſarium eſt. Hac autem rõne magiſtratuum creatio fiet. Oportet gnoſios qm̃ multarum ciuitatum ipſi primi ſunt cõiter cum his, qui in eandem cõuenerunt coloniam, ſeptem & triginta viros eligere. Decem quidem & nouem ex eorū numero, qui coloniam habitabunt, ex gnoſo aũt reliquos. Progreſſu autem temporis & repu. permanente, hmõi magiſtratuū deſignatio fiat. Quicunq; arma ſiue equites ſiue pedites ferre poſſunt, belliſque in ętatis ſuæ ordine interfuerunt ſuffragium ineant, comitiaque in templo habeantur, qđ præſtantiſſimum ciuitas ducat. Vnuſquiſque autem in ara Dei nomen ſuum & patris & tribus & gentis in tabula ſcriptū deponat. Liceatque cuique ſi velit, quancunque tabulam nō recte ſcriptam ſuſpicabitur, in loco publico ponere, vbi nō minus quàm triginta dies pmaneat. Trecentáſque tabulas ſic approbatas vniuerſę ciuitati magiſtratus oſtendant, q̄ quos velit de his iterum accipiat & reijciat, centúmque ita ſęcū do delecti, rurſus oĩbus oſtendant. Tertiò vero nominet de centum viris quilibet quemcunque voluerit. Septem aũt triginta q̄; viri, eos, qui plurib. ſuffragijs delecti ſunt, magiſtratus declarent. His actis gnoſum gnoſij redeant. Noua vero ciuitas ſe ipſam ſeruare ac feliciter viuere conetur. Qui aũt in ſeptimo & trigeſimo virorū numero cõputati ſunt, nunc & in futurum ſemper res iſtas curent, primo quidem legum cuſtodiam habeant, deinde etiam tabularum vbi quiſq; cenſus ſui magnitudinem conſcripſerit. Sitque maximus cenſus minarum quatuor, ſecundus trium, tertius duarum, quartus vnius. Quod ſi qs plus quā in tabella ſcriptū dederit habere deprehendat, qđ ſupereſt publicum fiat. Præterea reus ſit volentis eum accuſare tanquam infamem, qm̃ ꝓpter lucrum leges ſpernere inueniat, atque eum quicunque voluerit turpis lucri nomine apud legum cuſtodes accuſet, & qui dānatus erit, publicarum poſſeſsionum ſit expers, ac ſi qua bonorum in ciuitate diſtributio fiat, nihil ꝑter ſortē primam aſſequi poſſit. Poſt legum cuſtodum creationē, de aliorū magiſtratuum delectu ſic dicamus. Poſt hæc duces exercitus eligendi ſunt eorúmque miniſtri in bello, magiſtri equitum, tribuni militum, peditúmque ordinatores, quos merito more multorum ꝑfectos ordinum nuncupabimus. Igiē ipſi legum cuſtodes hmõi exercitus duces futuros, aliquos ciuitatis ciues ꝓponant, ſuffragium ineant oēs qui bellis in ætate cõuenienti interfuerunt, aut iam interſunt. Qđ ſi quis aliquem à nullo ꝓpoſitum præſtantiorem aliquo ꝓpoſito exiſtimet, liceat ei loco eius alium nominare, ſi modo pr⁹ q; ita iudicet iureiurando confirmauerit, & nominatus maiore ſuffragiorum numero deligat. Tres autē duces exercitus bellicarūq; rerum curatores, quemadmodum & legum cuſtodes comprobent, qui ꝑfectos ordinum duodecimum vnum cuilibet tribui nominent. Prænominatio autem & ſuffragium & deſignatio & iudicium ita in his fiat ſicut in ducib. exercit⁹. Comitia vero antequam creetur conſilium, & ꝑfecti cõſilio eligant, cuſtodes legum ſanctiſſimo loco ac ſufficiētiſſimo habeant, vbi ſeorſum equites & pedites ſedeant, tertióq; deinceps cęteri quicunque in armis verſant, & in eligēdis quidē ductorib. ac magiſtris equitum, oēs ſuffragium ineant. In eligēdis autē ordinum ꝑfectis, ſolummõ qui ſcuta ferunt. In eligēdis tribunis, equites omnes. At leuis armaturę, at ſagittariorum cæterorúmque hmõi ꝑfectos ipſi duces exercitus ſibi cõſtituant. Reſtat magiſtrorum equitum deſignatio, hos igiē illi nominent q; etiam ductores exercitus nominarunt, ſuffragiúmque ſimiliter ferat. Similiter quoque comparatio prænominando fiat, ferant vero ſuffragium pñtib⁹ peditib⁹ equites. Atque duo, q; maiori ſuffragiorum numero delecti ſunt, omnib⁹ equitibus præſint. Sic quidē magiſtratuū creatio facta, inter vni⁹ principatū, quam monarchiam dicimus & populi dominiū ac poteſtatem, media erit. Qđ quidē medium remp. ſemper tenere oportet. Serui em̃ & dñi nũquam amici erũt, nec ꝓbi & improbi, ſi æqualib. honorib⁹ afficiantur. Inęqualibus em̃ æqualia inæqualia fiunt, niſi menſuram accipiant. Nam ꝓpter vtraque hæc ſeditionibus replentur reſpublicę. Vetus enim ille ſermo, ab ęqualitate amicitiam procreari, rectè admodum & concinnè fertur.

Eruditio puerorum.

Lex eruditionis puerorum.

De puerorū eruditione, & in quib⁹ erudiendi ſint Plato partim in libris de republica, partim in his, q; de legib⁹ ſcribit & ꝑ leges inſtituit. In ſeptimo q̄dem de legib⁹ de pædagogis præficiendis, de literis & poeticis addiſcēdis, de mu-

ſica & gymnaſtica,& ſaltandi & numerorum & figurarum & aſtrorum ſcientia,in quibus omnibus tradit Plato pueros iuuenéſque erudiendos,ſic inſtituit.

Et primo de pædagogis præficiendis in ſeptimo de legibus ſic ſtatuit.

Pueris pædagogus ad bibendus.

Sole ſurgente pueri ad magiſtros proficiſcantur.Quoniã vero nec pecudes nec alia vlla ſine paſtore viuere debent, neque pueri etiam ſine pædagogis ſint,neque abſque dominis ſerui. Eſt enim puer omni beſtia intractabilior. Nam cũ prudentiæ fontem nondum perfectum habeat, inſidioſiſsimus eſt,ac petulantiſsimus omnium beſtiarum.Ideo multis quaſi frænis vinciendus eſt, & cum primum à matribus nutricibusque ſeiungitur pædagogis ad pueril laſciuiam regendam commẽdandus eſt,deinde vt liber præceptoribus, potiſsimum gratia doctrinarum in quibus erudiendus eſt. Quod ſi puer & pedagogus & præceptor in aliquo delique rint,caſtigentur.Rem autem hãc ille qui de legum cuſtodibus ad puerorum principatũ electus fuerit cognoſcat. Oportet aũt vt ille acute videat diligentiſsimẽque puerorum educationem curet, naturas eorum ad bonum ipſum dirigens atque conuertens.

Secundo de literis addiſcendis in ſeptimo de legibus ſic ſtatuit.

Quas literas pueri ad diſcere debent.

Ad literas pueri decennes proficiſcantur, triennioq; inſtãt,& qui tres ad decem egerunt annos, lyræ ſimiliter tres annos incumbant,nec liceat aut patri plus vel minus in his pueros detinere, aut pueris ſiue tẽdio affectis citra id tẽp⁹, ſiue deſiderio tractis vltra, his rebus contempta lege vacare.Si quis non paruerit,illos non conſequatur honores,q̃ diſciplina præditis dantur,quos narraturi ſumus poſtea, literas ergo donec legere ſcriberéque poſsint diſcant, velociter autem aut perpulchre ſcribant,nec ne,niſi natura in hoc temporis ſpatio iuuerit.non eſt curandum.

Tertio de poëticis ſcriptis addiſcendis, & quæ admittẽda ſint,& quæ reprobanda,vtpote inhoneſta, indecora,impia,fallacia in errorem inducentia,in quibus omnino vetat pueros iuuenéſque erudiri,in ſecundo de republica ſic ſcribit & inſtituit.

Omnis operis principium quid maximum eſt,p̃ſertim iuueni & tenero cuilibet. Maximè eñ tũc formatur recipitur q̃ue figura quam quis vnicuiq; tenero imprimere voluerit. Nõ ergo p̃mittimus quaſlibet fabulas à q̃buſcunq; formatas audire pueros, animiſq, imbibere opiniones illis c̃trarias, quas cũ adoleuerint eos debere habere exiſtimamus. Primo igit̃ fabularũ fictorib⁹ p̃ſidendũ eſt,& ſi quã decentẽ ac decorã finxerint,eã eligimus,reliquas abiicimus,& quas eligemus per nutrices & matres pueris narrandas curabimus,vt ipſorum animi multo magis formentur, quam corpora manibus,ex his vero quas nunc recenſent, multæ ſunt abiiciendę vt q̃ de deorum furtis,adulteriis, pœnis, bellis & diſcordiis,inuidiis,inimicitiis, q̃ Deus ſit malorum cauſa,ac velut præſtigiator in varias mutetur formas,ſitq̃ ſeductor & mendax,tum in vigilia,tum in ſomniis multis variiſque apparitionibus mortales decipiens, illiſque illudẽs. Igitur de his omnibus,Plato in ſecundo de repu.ſcribit deteſtans ac reprobans ac penitus interdicens ne ad puerorũ iuuenumq̃ aures deueniant,ſic inquiens.

Quã nefas ſit de diis dicere vel audire.

Primũ quidem & maximum ac de rebus magis mendacium eſt illud quod non p̃be mentitus eſt Heſiodus, quãdo geſta illa à Cęlio fingit, & quomodo eũ Saturnus puniuit, quę́ve egit Saturnus recenſet,& q̃ ipſe à filio perpeſſus eſt. Quæ quidem & ſi vera eſſent, non tamen ad homines mentis inopes adoleſcentęſque proferenda ſed tacenda potius. Si autem loquendi neceſsitas eſſet,in arcanis audienda ſunt à paucis non porcum ſacrificantibus ſed pretioſam raramq̃ victimam,vt quam paucilsimos audire contingat. Neque dicendum eſt iuueni, quòd qui iniquiſsima facinora p̃petrat,nil mirum committit, aut qui peccantem patrẽ punit,non multũ pręuaricatur, facit enim quod & maximi dij fecerunt.Neque dicendum quòd cum diis dij bella gerũt in ſidiantur & pugnant.Neque eñ vera, ſiquidem oportet futuros apud nos ciuitatis cuſtodes,turpe putare inter ſe inuicẽ diſsidere.Quare nec vllo pacto narrandũ eſt pueris gigãtũ bellũ, nec prælia multa deorum atque heroũ cognatis p̃ximiſque ſuis indicta.Sed illis potius ſuadendũ eſt, nullum vnquam ciui ſuo aduerſatum fuiſſe, neque eſſe hoc ſanctũ. Talia quædam pueris & adoleſcentibus à ſenioribus & nutricibus atque aniculis ſtatim narranda ſunt, cogendiq̃ ſunt poëte vt ad hæc fabulas ſuas dirigant. Vincula autem Iunoni à filio indita, proiectionẽmque Vulcani à patre,cũ ille matri verberatæ ſuccurrere vellet,aut deorum pugnas, quodcunque Homerus ſcripſit,minimè in ciuitate recipere debemus,ſiue per allegoriam hæc dicta ſint,ſiue non,q̃m adoleſcens hęc dignoſcere non valet.Quæ autem in ea ętate opinionib.accipiuntur,altius inhærere, difficiliméque eradicari conſueuerunt.Danda igitur oĩno eſt opera,vt hæ fabellæ quas pueri adoleſcentéſque primo audiũt optimè ad virtutem inſtitutę ſint,& quidem circa Theologiã tales debent eſſe figuræ,taliſque Deus deſcribendus eſt,qualis ipſe eſt,ſiue carminib.deſcribatur,ſiue cantu,ſiue tragœdia,ver bi gratia,Q̃m Deus bonus eſt, dicendum eſt ipſum eſſe bonum.Bonum autem innoxium eſt,ergo De⁹ nulli nocet. Q̃d non nocet,nunquam malum facit,ergo Deus nulli⁹ mali eſt cauſa.Præterea,Bonum conducibile eſt,ergo Deus bene felicitérque agendi eſt cauſa.Non igitur bonum cauſa eſt omnium,ſed eorum quæ bene ſe habent,eorum autem quæ male nequaquam.Non igitur Deus cum bonus ſit, omnium cã eſt,vt multi dicunt,ſed bonorum quidem Deus eſt cauſa malorum autem quamlibet aliam præter Deum cauſam quærere decet.Non ergo Homeri acceptandum eſt peccatum dicentis in Iouis limine duo iacere dolia plena ſortib⁹ bonis vnum,malis alterum.Cúmque ex his Iupiter inuicem commixtis impertit alicui,alias huic bñ,alias male eſſe. Cui vero ex altero dat̃,hunc væſana fames ſuper terram exagitat. Non eñ admittendum eſt penuarium eſſe nobis Iouem bonorum atque malorum.Neque quod dicit Aeſchylus audiãt adoleſcentes,Deum mortalib.cauſam præbere, q̃ſi vult funditus domum ſubuertere.Verum ſi quis iambica inducat in quibus Niobes paſſiones referantur, vel Pelopidarum vel Troianorum vel aliquid hmõi,vel non eſt ſinendum eum dicere hæc Dei eſſe opera,vel ſi Dei ſunt,educenda eſt ratio, dicendúmque,Deum quidem iuſta bonáque egiſſe,atq; eos puniendo iuuiſſe. Q̃d vero miſeri ſint qui pœnas pendent, ſitq́ue Deus qui ſic affligit,poëtam dicere non eſt permittẽdum. Sed ſi diceret malos homines vtpote miſeros pœnis egere eáſque ſoluentes à Deo iuuari permittendum eſt, malorum autem alicui cauſam eſſe Deum cum bonus ſit,refellendum eſt omnino,neque permittendum hoc quenquã dicere in ſua ciuitate,ſi bonis inſtitui legib.ciuitas debet.Neque inſuper quemquã audire ſiue ille iunior ſiue ſenior ſit, ſiue carminib. ſiue ſoluta oratione narrentur,quæ neque di ctu ſancta ſint,neque nobis vtilia, neque inter ſe conſona. Hæc igitur vna ſit lex ex his quę circa deos ferendę ſunt,in qua cogatur vnuſquiſque dicere & inducere Deum nõ malorum ſed bonorum cauſam eſſe.

Præterea,ſermones dicentium Deum quaſi præſtigiatorem in multas formas ſeipſum mutantem non recipiemus. Sunt eñ penitus inconſoni.Nam Deus ipſe immutabilis eſt. Quod enim mutatur,non optimè ſe habet, vt corpus quod poculis & cibis & laborib.& plantaria quæ æſtu & gelu & ventis & tempeſtatib.Quod vero integerrimum & robuſtiſſimum eſt quàm minimè permutatur,vnde & animã fortiſſimum ſapientiſſimúmque externa perturbatio minimè permutat,& quæcunque cõpoſita, vt vaſa & ædificia & veſtes ſi bene conſtructa fuerint,non de facili permutantur.Quicquid igitur natura vel arte vel vtriſque bene ſe habet,minimam ſuſcipit permutationem.Sed Deus & qui Dei ſunt omni ex parte optime ſe habent, ergo ſtultum eſt dicere Deum in ſe varias ſuſcipere formas, vanaſque de ſe nobis imagines offerre.Rurſum,ſi Deus ipſe mutatur,aut in meli⁹ ac pulchrius, aut in deterius. In melius quidem non poteſt,Deo nanque nil dignius nilq; magis pulchrum. In deterius auté profanum eſt dicere, quoniam nullus ſiue Deus ſiue homo ſua ſponte ſe deteriorem facit.Impoſſibile igitur Deum mutare ſe velle,ſed cum pulcherrimus optimúſque ſit vnuſquiſque deorum quantũ fieri poteſt in forma ſua ſempiterna ac ſimplici perſeuerat. Nullus igitur poëtarum nobis dicat deos hoſpitibus ſimiles, variis in formis vrbes adire. Neque aliquis de Proteo,& Thetide ſimilia mentiatur, neque in tragœdijs aut alijs poëmatibus Iunonem inducat in ſacerdotis ſpeciem permutatam,Inachi Argiui fluminis filijs vita donatis,munera colligentem.Cæteraq́ue talia nemo fingere audeat. Neque matres vanis his fabulis pueros terreant dicentes deos quoſdam nocte vagari ſub varijs formis perſimiles peregrinis ne ſimul & in deos maledicant, & pueros timidiores reddant. Non igitur dicendum eſt deos ipſos immutabiles ſub quibuſdam præſtigijs nos decipere,cum in varias formas mutari videntur,licet in ſe immutabiles re vera ſint. Nam mentiri Deus non vult aut verbis aut re, falſam nobis obiectans imaginem. Ipſum

Deus omnino immutabilis.

nanq;

nanque mendacium non ſolum diis ſed & hominibus odio ſum eſt. Tunc autē vtile mendacium iudicatur, quando eo vtimur aduerſus hoſtes, & etiam amicos, quando ob furorē aut aliquam inſcitiam malum aliquod facinus aggrediunt, tunc enim aduertendi gratia tanquā medicina quædam mēdacium vtile eſt, verum ſecundum nullum, iſtorū, Deo vtile & licitum poteſt eſſe mendacium. Neque enim metu hoſtiū mentietur, neque ob familiarium inſcitiā aut furorem, aut dementiam. Nullus enim dementium, Deo amicus eſt. Nulla eſt igitur ratio cur Deus mentiatur. Quapropter ſimplex oīno Deus & verax dictis ac factis, neque mutatur ipſe, neque alios decipit, neque per viſiones, neque per ſermones, neq; per ſigna, neque nobis dormientibus neque vigilantibus. Multa igit ab Homero dicta, vt ſomniū ab Ioue Agamēnoni miſſum, nequaquā laudabimus. Neq; Aeſchylum cum Thetis inquit Apollinē filium eius interemiſſet, qui tamē in eius nuptiis diſcumbens ceciniſſet bonā Thetidis ſtirpē fore longæuā, morbiſque intactā. Cecinit quippe multa Apollo inquit, fortunāſque meas Deo amicas fore prædixit, & lętitia me laudationibus ſuis affecit. Atque ego os Phœbi ſperabā diuinum verū fatidicūmque eſſe. Ipſe vero idē qui laudabat, & ipſe in menſa diſcumbens hæc fatus, ipſe idem mihi filium interfecit. Talia quædam ſi de diis in ciuitate dicentur protinus reclamabimus exſibilabimuſque neq; pmittemus vt ludorum magiſtri, ad iuuentutis diſciplinam, iſtis vtantur, ſi cuſtodes apud nos pij atque diuini, quo ad homini poſſibile eſt futuri ſunt.

Quartò de muſica & eius magiſtris à quibus pueri in muſica erudiendi ſunt ſic inſtituit in ſeptimo de legibus.

A quibus magiſtris quā muſicā ſint pueri erudiendi.

Poſt literarum magiſtrum, de cithariſta dicendū, cui cōgruum docendi pueros & educandi quantū ad ſua ſpectat officium dabimus. Oportet igitur dionyſiacos cantores, ſexaginta annos natos rithmorū naturas, harmoniarumque conſtitutiones acute ſentire, vt in cantibus affectus animi imitantibus probi animi imitationes ab imitationibus impbi ſecernere poſſint, & has quidem reiiciant illas autem in medium deductas adoleſcentium auribus concinnant, trahántque eorū animos imitatione quadam perductos ad virtutis ipſius poſſeſsionem. Quapropter citharistam diſcipulúmque eius oportet, lyræ vocibus vti, eiꝰ expreſſionis gratia quæ ex canoris fidibus prouenit, & vocibus voces conſonas reddere. Diuerſitatem vero varietatémque lyræ cum alios fides modulos reddant, alios poëta cantus ipſius autor, vt ſpiſſitudiné prætereа raritati, velocitaté tarditati, acumen grauitati, & omnino conſonū ſimul & diſſonū prę ſtent, rithmorumque vniuerſa varietas lyræ vocibus accōmodetur, afferre illis nō licet qui triennio vtilitaté muſicę ſunt facile percepturi. Contraria enim cum ſe inuicē cōfundant, difficile diſcuntur. Oportet autē vt facile iuuenes diſcant. Nā nec parua, nec pauca illis diſcēda mandamus. Quę vero verba cantúſque chorearum magiſtri docere debeant ea nobis in ſuperioribus diſtincta ſunt, quæ dedicanda commodè ſolennitatibus diximus, vt ſimul cū felici oblectamēto vtilitatem quoque ciuitatibus præbeant.

Quinto de gymnaſtica & ſaltandi peritia à pueris addiſcenda eiuſque magiſtris in ſeptimo de legibus ſic ſtatuit.

Pueros puellāſque oportet tripudium & gymnaſticā diſcere. Saltandi igitur magiſtri pueris, & magiſtrę puellis dētur vt his apte exerceantur. Multa iam de ſaltatione & de omni gymnaſtico motu diximus. Gymnaſia autem omnes exercitationes bellicas appellamus, vt ſagittandi, iaculādi, palæſtrámque quoque & oēs armatorum dimicationes, acierum ordinationes, ductiones exercitus, caſtrorum poſitiones, & quæcunque ad equeſtrem pertinent diſciplinam. Quorum omnium publicos oportet eſſe magiſtros in ciuitate conductos, qui pueros & puellas. viros & mulieres doceant, vt omnes, qui in ciuitate ſunt, hæc ſciant, & puellæ quidem ſaltare pugnaréque cum armis conſueſcant. Mulieres aūt caſtra mouere, ordines ſtruere, arma ſumere atque deponere, ſi nullius rei alterius gratia, attamen ſi res cogat vt ſi viri omnes in militiam proficiſcantur, poſsint ipſæ interim ſi quid aduerſi acciderit ciuitatem defendere, vel ſi tanta hoſtiū multitudo agros inuaſerit, vt neceſſe ſit mulieres quoque pciuitate arma capere quorū vtrunque de facili euenire poteſt magno certe reipublicę vitio dandū eſt, ita molliter mulieres educari, vt nec veluti ciues pfiliolis ſtra feroces audeant beſtias pugnare, morique potius velint & cuncta ſubire diſcrimina quā ſtatim ad aras tépláq; cōfugere. legem hanc ſanciamus, vt rem bellicam mulieres non negligant, ſed ciues omnes tam viri quàm mulieres illi dent operā. Aſſueſcant autem dextra atque ſiniſtra manu pugnare, & vtraque ptempore vti. Oportet eñ ſi duo quædam quis poſsidet, quibus ſe defendat & alios cedat, vt neutrum eorū ocioſum inexercitatumque relinquat, & ſi quis Briarei aut Gerionis naturā habeat cum centimanus ſit, oportet centū ab eo iacula mitti poſſe. Horum omnium curam habeant principes tam viri quàm mulieres, & mulieres quidē ludos alimentáque cōſiderent, viri aūt diſciplinas: vt omnes manibus pedibúſque vtrinque æque pollentes effecti per conſuetudinem, naturæ non noceant.

Sed de luctandi quidē facultate hactenus dictum ſit. Cęterū corporis motus, quorum plurimi rectæ ſaltationis nomine appellari poſſunt, in duas diſtribuimus ſpecies. Nā alius corporis motus decentioribus geſtibus honeſtū quid dignúmque imitatur, alius econtra indecentibus geſtibꝰ ad vile quid imitando deducit. Rurſus vtriuſque duę ſunt ſpecies. Honeſtus eñ corporis motus alius eſt cum in bello & violentis laboribus egregio corpore fortique animo implicamur. Alius dum animus in rebus ſecundis moderatè lætatur. Hunc quidem pacificū motum, illum autem pyrrichen rectè appellare poſſumus. Imitatus enim flexus corporis quibus tela plagæque vitantur, declinando, cedendo, exiliendo in altū, & humi ſe contrahendo. Item contrarios imitatur geſtus, qbus aduerſus alios pugnamus ſagittando, iaculando, verberando. In his omnibus arbitrari oportet, quòd quando intrepidus & cōſtans habitus in membrorū rectitudine & animi fortitudine adhibetur, rectè fiūt. quādo vero econtra, nō rectè. Saltatio vero, qua in reb. ſecūdis vtimur, quam & pacificum motum appellamus duplex eſt. quoniam altera ambigua, altera generoſa & ciuilis. Ambiguam arbitramur quæ bacchica Bacchumque ſequentium eſt, quas Nymphas, Panes, Silenos, ac Satyros vocant. Hæc quidem ſaltatio ambigua, vinolentes luſtrationes & ſacra facientes imitatur. Totū hoc ſaltationis genus neque quod bello conueniat, neque qđ paci, neque quid ſibi velit, facile determinari poteſt, ideo negamus ipſum ciuile eſſe, atq; relinquimus. Genus autē illud ſaltationis, quo in pace ſecundiſque rebus vtimur, deos deorúmque filios honorantes, bipartito diſtinguimus. Alterū eñ cū picula & labores euaſimus & bona adepti ſumus adhibetur, quod & maiores continet voluptates. Alterū prioribus bonis ſeruatis & auctis agi ſolet, ī quo remiſsior eſt voluptas. In huiuſmodi vero rebus, quilibet ex maiori voluptate cōcitatius mouetur, ex minori autē remiſsius & quilibet modeſtius, atque ad fortitudiné exercitatus pacatius mouetur. Ignauꝰ & ad tēperantiam inexercitatus econtra vehementius mouetur, & cū in aliis multis nominibus bene ac ſecundum naturā poſitis, laudanda ſit antiquitas, in hoc quoque pbanda eſt, quòd ſaltationes cunctas hominū moderate gaudentium recte nominauit, atque duas ſpecies conſtituit, eā, quæ belli pyrrichen, eam, quę pacis pacificam concinne appellans. Hæc debet legiſlator figuris quibuſdam exponere. Cuſtos autem legis quærere ſi inuenta cum alia muſica coniungere, atque in ſolennibus ſacrificiis diſtributa ſingula ſingulis dedicare, & ita ordinata ſtabilire. vt nihil eorum poſtea nec in ſaltu, nec in cantu aliter fiat, ſed in eiſdem voluptatibus ciuitas eadem preſeuerans, ciueſque iiidem ſimiles ſemper pro viribus permanentes, bene beatéque viuant.

Sed iam de honeſtis pulchrorum corporū & generoſorum animorum choreis diximus. Nūc autē deformium corporum motus, q ad riſum & comœdiam verbis, cantu, ſaltatione omnibúſque huiuſmodi imitationibus ſpectant, cognoſcere neceſſe eſt, ne propter ignorātiam ridiculū ciues & liberi agant, aut dicant. Neque enim decet. Serui igitur & peregrini pretio conducti talia imitētur. Studium vero in ipſis nullum adhibeatur. Nec adeo liber ſit ciuis, ſeu vir ſeu mulier, qui diſcere iſta præſumat, ſed noua ſemper de his appareat imitatio & ludi ad riſum ſpectantes, qui comœdiæ vocantur ratione ac lege poſiti ſint. Tragœdi vero poëtæ qui res vt aiunt ſerias narrant, ſi ad ciuitatem noſtrā venire voluerint & ſua ad nos poëmata perferre, nō facile admittendi ſunt vt ſcenas in foro conſtituant, & clamoſos inducant hiſtriones, qui altius quam nos exclament, atque ita ad noſtros liberos, ad vxores, ad omnem vrbis turbam de eiſdem rebus non ea, quæ nos, ſed contraria decantent. Nos enim inſaniremus & ciuitas omnis, ſi antequam magiſtratus viderint quæ compoſuerunt, & quæ dicenda iudicauerint, admitteremus. Nunc igitur eorū cantus cum noſtris apud principes comparandi ſunt, & ſi quę dicuntur

eadem,aut meliora noſtris eſſe videbuntur chorum eis dabimus.Sin vero aliter dandus non eſt.Hæc ita de oi chorea eiuſque doctrina,legibus & moribus conſtituta ſint.

Sexto de numerorum figurarumque & aſtrorum ſcientia à pueris addiſcenda,in ſeptimo de legibus ſic ſtatuit.

Liberis adhuc tres reſtãt doctrinæ,vna computatio numerorũ,altera longitudinis latitudinis profunditatiſq; mẽſura.Tertia circuitus aſtrorũ notitia. Quæ oĩa non exactè multi perdiſcent,ſed pauci,quos in fine ſignificabimus.Sic enim decet.Multitudini vero,quæ neceſſaria ſunt & rectè dicũtur turpe eſt neſcire:ſed exquiſite cuncta perquirere, nec facile eſt,nec omnino poſsibile.Hæc igitur diſcenda iunioribus cenſeo.Nam nec noxia,nec difficilia ſunt, & percepta ciuitati proderunt,oberunt autem nunquã,& huiuſmodi doctrinæ,tanquam neceſſariæ ſanciendæ ſunt,ne inanis nobis ſit legum tractatio.

Ætas legum cuſtodum.

De ætate legum cuſtodum,& ſui magiſtratus duratione in ſexto de legibus ſic ſtatuit.

Lex ætatis legum cuſtodum.

Cuſtos legum nõ pluſquã per annos viginti hunc habeat magiſtratum,nec pauciores natus quã quinquaginta eum gerat.Quod ſi ſexageſimũ annum agens magiſtratũ hunc nactus eſt,ſolũ per decenniũ præfit,hac vtique ratione,vt qui ſeptuageſimum annum exceſſerit,tãtum magiſtratũ nõ teneat.Hæc igitur tria de legum cuſtodibus præcepta ſint.

Falſi teſtes.

De falſis teſtibus in vndecimo de legibus ſic ſtatuit.

Lex falſorũ teſtium.

Si quis in iudicio falſi teſtimonij agere voluerit,quod & in toto & in parte teſtimonij & vtriſq; aduerſariis licet, falſos fuiſſe teſtes obiiciat antequam iudices ſentẽtiam ferant,falſi vero teſtimonij crimmationes ab vtriſque illatas magiſtratus ipſi conſcriptas ſeruent,& ad iudicium poſtea de falſo teſtimonio referant. Si quis falſum teſtimoniũ bis dixiſſe inueniat, à nulla lege tertio teſtari cogatur.Si vero ter,nullo modo poſtea teſtimoniũ dicere liceat.Quod ſi ter in falſitate deprehenſus,teſtari vlterius auſus fuerit,à volẽte quolibet ad magiſtratũ deferatur,& à magiſtratu tradatur iudicio,& ſi conuictus fuerit,moriatur. Quando in lite falſa teſtimonia interceſſerint,per quæ quis aduerſariũ ſuũ ſuperaſſe videri potuit:ſi plures quàm medietas teſtiũ condemnati fuerint,iudicium ſecundum illa nullum procedat. Diſceptare vero conuenit,vtrum ſecundum illa teſtimonia quicquam iudicatum ſit.

Fauor cauſæ iniuſtæ.

Lex fauoris cauſa iniuſtæ.

De fauore ac patrocinio cauſæ iniuſtæ in vndeimo de legibus ſic ſtatuit.

Cum multa in vita hominum bona ſint,pluribus eorum quaſi quædam diræ calamitates inſident,quæ illa maculant atque coinquinant.Iudicialis autem diſceptatio & iudiciũ homini bonum eſt quod humana omnia manſuefacit.Ergo, cum iudicialis diſceptatio bona ſit,bonum eſt & in lite eã adeſſe,& iuſtæ cauſæ fauere.Hæc cum ita ſint,peruerſa calũnia bonum artis ſubit nomen quæ artificiũ in litibus inueniſſe aſſerit,quo agenda & dicenda ſiue honeſta,ſiue turpis ſit cauſa,ſuperare quis facile poſſit,victoréſque facere eos, quibus ipſa rationibus ſuis fauet,ſi pro artis beneficio pecunia dabitur.Hæc ſiue ars ſit,ſiue artis expers exercitatio quædam ſit,danda eſt opera,ne in ciuitate aditum habeat. Sed legum verita conditorem,nihil aduerſus leges ꝓferat, & alio ꝓfecta vires ſuas oſtendat.Siquis vero non pareat, hac lege deterreatur.Si quis iuſtitiæ vires in animis iudicũ in contrariũ vertere conatur,acpræter opportunitatẽ litigia multa mouet,aut mouentibus adeſt,agat in eum quicũque voluerit malè agendi,aut inique defendendi crimine. Iudiciúmque huiuſmodi apud electos iudices agitetur, & ſi damnatus fuerit,diſcutiatur an auaritia, an ambitioſa cõtentione,an quadam cõtentione id fecerit. Quod ſi contentione quadam,certum iudices tempus ſibi præſcribant, in quo neque ꝓ ſe,neque pro alio vllam agat dicãtve cauſam. Sin aũt auaritia,peregrinus quidẽ nunquã reditur⁹ à regione abeat,& ſi redierit,moriturus.Ciui vero,ſi auaritia id feciſſe deprehendatur qm̃ pecuniam tanti fecerit, omnino moriatur.Quòd ſi ambitioſa contentione bis tale quid feciſſe iudicatus fuerit,id ipſum ſupplicium ſubeat.

Empiorum aduocatorũ deteſtandus abuſus in optimis politis.

Fœnus.

Lex fœnoris.

De fœnore in quinto de legibus ſic ſtatuit.

Nemini liceat,aut dare dotes aut accipere,neque pecuniã apud eum deponere,cui nõ adhibet fidem,neque fœnerare,liceátque ſi quis in fœnus accepit,nec vſuram nec ſortẽ reddere.Hæc aũt ciuitati optima eſſe,rectè q; iudicabit, ſi ad præcipuam recti legiſlatoris ſemper referat volũtatẽ. Nam iuſti legiſlatoris nõ ea voluntas eſt quam multi affirmant,ſcilicet q̃ maximã & ditiſsimam eſſe velit ciuitatem, auro & argento refertam, terra & mari plurimis dominantem.Sed horum quidem alia fieri poſſunt,alia minime.Poſſibilia igitur volet legum cõditor, impoſsibilia non, vana nanq; eſſet eius cupiditas,felices ergo & ꝓbos eſſe ciues. quæ ſimul fermè neceſſario fieri ſolent, volet quidẽ. Valde autem diuites ſimúlque probos eſſe,impoſsibile.Dico autẽ valde diuites,vt multi aſſerunt,qui pauciẽ multis pecunias plurimas poſsident,quas etiã poſſet malus quilibet poſsidere.Quod ſi ita eſt,nunquam his concedam,diuitẽ re vera eſſe felicem,niſi & bonus ſit,fieri vero non põt, vt quis diuitiis ſimul & ꝓbitate præſtet,& huius quidem aperta ratio eſt,qm̃ acquiſitio tam iniuſtè quàm iuſtè facta, pluſquã duplo eam ſuperat,quæ ſolummodo iuſtè fit,& impendia, quæ nec honeſtè,nec turpiter impenduntur, duplo minora ſunt illis,quæ honeſta ſunt,& honeſte impenduntur.Nun quam igitur illo,qui duplo plus acquirit,& dimidio minus erogat,ditior is erit,q̃ econtrario facit,eſt autẽ alter iſtorum probus,alter nõ malus quidem,quando duntaxat parcus eſt,nonnunquam vero malus omnino,bonus vero nunquam.Nã qui iuſtè & iniuſtè acquirit & pecunias cumulat dives quidem fit,& malus eſt.Qui autẽ neque iuſtè impendit neque iniuſtè,dives quidem fit,quando parcus eſt, ſed malus non eſt.At q̃ honeſtè expẽdit,& iuſtè ſolum acquirit neque facile diuitiis excellet, neq; premetur inopia,at bonus ac ꝓbus erit.Rectè itaque ſermo noſter aſſerit, valde diuites, bonos viros nõ eſſe,quod ſi boni non ſunt,felices quoque nõ erũt.Nobis aũt legum ſanctio huc reſpicit, vt ciues quàm boni ac feliciſsimi.& inter ſe amici ſint. Quapropter oportet neque argentum neque aurũ multum eſſe in ciuitate ex fœnore neque ex cauponationibus, &c.

Fideiuſſor.

Lex fideiuſſoris.

De fideiuſſore in libro duodecimo de legib⁹ ſic ſtatuit.

Quilibet fideiuſſor palàm fideiubeat totúmque negocium cõſcriptũ corã trib. nec pauciorib.teſtibus fateatur, ſi citra mille drachmas fideiuſsio fiat,ſi vltra mille,quinque ad minus teſtes adhibeantur.Fideiuſſor autem ſit,qui priꝰ vendidit eius de quo an poſsit vendere dubitatur,atq; eius q̃ videtur minus ad ꝓmiſſa ſufficere.Similiter tã q̃ prẽuendit quàm qui vendit,tanquã obnoxius iudicio ſubijciatur.

Filij occiſor ex ira.

Lex occiſoris filij ex ira.

De patre aut matre ex ira occidente filium, in nono de legibus ſic ſtatuit.

Si pater aut mater (accidit em̃ quamuis raro) per iram verberibus ſeu quouis modo filium, aut filiã interfecerit, perinde ac cæteri homicidæ purgetur,& trienniũ exulet, ac poſt ipſam reſtitutionẽ maritus & vxor ab inuicem ſeparentur,nec ſimul amplius liberis ꝓcreandis operã dent. Neutérque horum ſimul cum eo habitet,cuius filiũ vel fratrem occidit,nec ſimul cũ eo ſacris communicet.Et qui impietate animi his legibus non paruerit,vt impietatis reus à volente quolibet accuſetur.

Fratris occiſor.

Lex occiſoris fratris.

De fratris occiſore ſe defendente.

De eo qui ſe defendens,fratrẽ occidit,in nono de legibus ſic ſtatuit.

Si orta ſeditiõe,vel quouis modo frater fratrẽ in ſe impetum facientem pro defenſione ſua interimat,quaſi hoſte perempto purus ſit. Quinetiã ciuis ciuem aut peregrinus peregrinũ,aut, vel peregrinum ciuis econuerſo ſe defendẽdo interfecerit,ſimiliter mundus ſit.Eodem modo ſi ſeruus ſeruum.Si vero ſeruus defendens liberum interfecerit, eiſdem legibus quibus & parricida ſit ſubiectus.

Furioſus.

Lex furioſi.

De furioſo in nono de legibus ſic ſtatuit.

Nemo furioſus palam in vrbe cernatur ſed ipſum ꝓpinq; domi quocunque modo poſſunt cuſtodiant.Quod niſi fecerint mulctentur:qui maximi cenſus ſunt centũ drachmis ſiue ſeruum ſiue liberum furioſum minus diligenter cuſtodiant qui ſecundi,quatuor de quinque minæ partibus, qui tertij, tribus,q̃ quarti,duabus.Multis autẽ modis homines furore aguntur.Alij morbo,vt hi,quos diximus. Alij ꝓ iracundiã prauæ naturæ,vitioſámq; educationẽ, q̃ paruis inimicitiis moti, altiꝰ inclamant,& turpiter iter ſe cõuitiant. Nihil vero tale in ciuitate bonis legib. inſtituta fieri decet.

Furtum.

Lex furti.

De furto in libro duodecimo de legibus ſic inſtituit.

Pecuniæ

pecuniæ furtum illiberale profecto eſt, rapina vero turpiſſimũ quid. Nullus autẽ filiorũ Iouis aut vi aut dolo delectatus, quicquam tale vnquam cõmiſit. Ideo nemo vel à poëtis vel ab aliis fabulosis hominib⁹ ita decipiatur, vt credat ſi furto, aut rapina vl⁹ fuerit, nil ſe turpe, ſed qđ dij quoque fecerint cõmiſiſſe. Nam nec verum id, nec veriſimile. Et qui contra legem horum alterum facit, is nec Deus, nec deorum filius eſt. Hæc legum conditori, magis quàm cũctis poëtis cognoſcenda ſunt. Igitur quicũque huic noſtro ſermoni paruerit, felix eſt, & in poſterum ſemper erit. Qui aũt contra fecerit, hac lege arcebitur. Si quis aliquid publicũ furatus fuerit, ſiue magnum ſeu paruum ſit, pari ſupplicio puniatur. Nam qui rem paruã ſuſtulit, & ſi minori vi quàm qui magnã rapuit, æqua tamen cupiditate furatus eſt. Et q magnum aliquid inde remouit, vbi ipſe non depoſuerat, is omnino iniquus eſt. Lex igitur non furti paruitate alterum minus quàm alterum puniendum cenſet, ſed ex eo forte, q alter ſanabilis ſit, alter vero inſanabilis. Si ſeruus & peregrinus furti publici accuſatus, & condemnatus ſit, & tñ ſanari poſſe videatur, quid pati darive debeat, iudicio ſtatuatur. Ciuẽ aũt ita educatum, vt inſtituimus, ſi quis publicum aliqđ furatũ eſſe, vel violaſſe conuicerit, ſiue in ipſo furto & ſcelere, ſiue aliter quomodocunque deprehenderit, tanquã inſanabilem mortis ſupplico condemnamus.

Heres inſtituendus.

Lex hæredis inſtituendi.

De vno ex filiis inſtituendo hærede, & quomodo aliis p uidendum ſit, vt determinatus numerus 5040. habitationũ in ciuitate ſeruetur ſic ſtatuit in libro quinto de legibus.

Quilibet ſemper vnum de filiis ſuis tantũ, quẽ malit domus ipſius hęredem relinquat & ſucceſſorem, cultoremque deorum & ciuitatis & generis tam viuentiũ quàm de functorum, ex reliquis aũt filiis, ſi plures vno nati ſibi ſunt, filias quidem ſecundum legem quæ ſancietur collocet, mares autem ciuibus illis quibus filij non ſunt, adoptione cõmittat maximè quidem per gratiam. Si vero gratiæ quoſdã deficiant, aut ſi plures vel mares fœminæ ſingulis naſcantur, aut contra ſi pauciores, cum mulieres forte infœcundæ fuerint, de omnibus iſtis maxim⁹ præſtantiſsimúſque magiſtratus quid fieri debeat diligenter conſideret, viámque omnino inueniat ſiue abũdet filiorũ fœtura ſiue deficiat q quinquies mille & quadraginta habitationes ſolummodo ſemp permaneant. Multæ autem ſunt viæ. Nam & prohiberi genere cum nimis affluit poteſt, & contra cum opus eſt, curare vt augeatur, ac vel honore vel dedecore, monitionibúſq; ſenum ad iuuenes, licet eos ad procreandam ſobolẽ adhortari. Denique hinc omnis defectus otitur & inopia, cũ quinque milliũ & quadraginta domorum numerus nõ ſeruatur. Quod ſi ob nimiũ in procreandis liberis ſtudium, ſic aucta ſit ciuitas, vt prædicti numeri modum excedat, & ſic rerum inopia prematur, vetus illud repetatur conſilium, quod ſæpe iam dictum eſt, vt colonia mittatur chara à charis, modo quo cõmodius agi poſſe videbitur. Si vero contra morborũ lues, bellorúmque calamitas veluti quadam deuaſtatione, adeo ciuitatem inuaſerit, vt multo pauciores ſtatuto numero ſint ſuperſtites: ſpõte quidem aliqui ciues adulterina educati diſciplina ſuſcipiendi non ſunt. Neceſsitatem autem vt dicitur nec Deus ipſe violabit.

Honestius domorũ impoſitio hic eſt numerus.

Homicida inuoluntarius.

Lex homicida inuoluntarij.

De homicida inuolũtario in lib. nono de legib⁹ ſic ſtatuit. Si quis certamine publiciſque gymnaſiis non ſponte amicum hominem interfecerit vel in bello, vel in exercitatione bellica à magiſtratibus inſtituta, ſiue nudis corporibus ſiue armatis ad imitationẽ belli, ſiue cõfeſtim ſiue poſtea ex vulneribus mors ſecuta fuerit ſecundũ legem à delphico Apolline latam mũdus ſit, id eſt, non ſit homicidij reus. Omnes medici q curantes infirmũ nõ ſponte occiderint, mũdi ſint. Si manu ſua quiſpiã non ſponte, ſiue nudo corpore, ſiue inſtrumento, vel telo vel cibo potúque vel ignis aut frigoris aut aquæ adiectione, aliquẽ interfecerit, omnino vt manu ꝓpria interfector exiſtimetur, & ita plectatur vt nũc dicam. Si alienum ſeruũ interemit, ſuũque putauerit, domino damnum reſtituat: vel duplũ pretij reddat. Quanti vero pretij fuerit ſeruus, à iudicibus ſtatuatur. Purgationibus vero & maioribus vtatur, quàm qui certando non ſponte aliquẽ interemit quarũ quidẽ purgationũ interpretes ſint hi quos Dei cõprobauit oraculum. Si vero ſeruum ſuum non ſpõte occiderit, purgatus ſecundum legẽ, ſit abſolutus. At ſi quis liberum hominẽ non ſponte occiderit, iiſdem purgationib⁹ vtatur quibus ille qui ſeruũ interemit. Et priſcum myſteriũ non contemnat. Fertur enim interfectum vi hominẽ qui libere vixit interfectori ſtatim poſt mortẽ iraſci ꝓpter violentam ſibi mortem illatam, atque eũ pro viribus terrere, actioneſque ſuas turbare, & maximè ſi viderit, interfectorẽ ſuũ more ſolito inter ſuos viuere. Quare opus eſt, vt homicida huiuſmodi, gratia hoĩs interfecti exul à patria & ab oĩ regione ſua procul per annũ integrũ vitã ducat. Si vero q interiit peregrinus fuerit, à patria quoq; pegrini, annuo tẽpore homicida pellatur. Huic legi obtemperauerit gene re ꝓximus interempto attendet, q ſi obtemperauerit, & id genere proximo interempto cõſtiterit, veniam illi præſtabit, & pacẽ illi cõciliatus æquus omnino erit. Si vero non obedierit, ſed cũ immundus ſit, deorũ templa petere ſacrificaréque auſus fuerit, genere ꝓximus interempto id iudicibus deferat, cúmque de cęde accuſet, & dupla omnia ſumat ab eo ſupplicia. Quod ſi ꝓximus ille neglexerit, quaſi ſcelere in ipſum reuoluto ipſo videlicet interempto paſsionem in illũ cõuertente à quolibet volẽte accuſetur, & q̃nque annos patria carere cogatur: Si peregrinus nõ ſponte peregrinũ in ciuitate occiderit, eadẽ lege à volente quocunq; id iudicib⁹ deferatur, & ſimiliter iudicetur. Sin vero incola id fecerit, vno anno exulet. Quod ſi peregrinus omnino peregrinũ ſiue incolã ſiue ciuẽ necauerit, vltra purgationem, à tota regione vbi huiuſmodi leges dominantur p omnem exulet vitam. Et ſi contra leges redierit, morte à legũ cuſtodib⁹ puniatur, & bona ſi qua poſsideat, ꝓximo interfecti tradantur. Quod ſi nõ ſpõte quiſpiam ſic exulãs in eam regionem delatus fuerit, vi tẽpeſtatis & fluctu maris pulſus, nauigandi opportunitatem pedibus mare tangens expectet. Vi autem per terram ab aliquibus adduct⁹, à magiſtratu cui primo res ipſa delata fuerit ſoluendus eſt, & intactus in exilium retrudendus.

Homicida ex ira.

Lex homicidæ ex ira.

De homicida ex ira ĩ nono de leg. ſic diſtiguit & ſtatuit. Si quis mann ſua liberũ hominem ira concitus interfecerit, bipartito irã primo oportet diſtinguere. Per iram eñ facit, & qui ſubito abſque voluntate interimendi verberibus, vel quouis alio modo interfecit, ſed confeſtim poſt impetum pœnitẽtia ſequitur, & qui cõtumelia vel iniuria laceſsiti ideóque in vindictæ deſiderio ꝓſeuerãtes, poſtea volentes interfecerunt, nec pœnitet ita feciſſe. Duplicẽ igitur cædem ponere contingit, & vtranque ira famam. Quas medias inter voluntarias & inuoluntarias actiones iure poſuerim. Neutra eñ reuera voluntaria vel inuoluntaria eſt, ſed altera alteri⁹ eſt imago. Nã ille quidem qui iram ſeruat nec repente, ſed cũ inſidiis ſe poſtea vindicat, homicidæ voluntario eſt perſimilis. Et q non ſeruat, ſed primo iræ impetu fertur, & abſque præmeditatione interficit, homicidæ inuoluntario perſimilis iudicatur, non tñ omnino inuoluntarius eſt ſed inuoluntarij ſimilitudiné habet. Quapropter cædes per iram cõmiſſæ difficile determinantur, vtrũ volũtarię vel inuolũtariæ ſint. Optima igitur ſentẽtia eſt eas ita diſtinguere, q altera conſulto altera ſine conſulto fieri dicatur. Maiora vero ſupplicia illis decet imponere q conſulto per iram interfecerunt. Illis aũté q repente & inconſulto leuiora. Nempe quod grauiori malo ſimile, aſperius puniendum eſt, qđ vero leuiori, mitius. Ita certe legibus noſtris ſtatuendũ eſt vt repetentes dicamus q ſi quis manu propria ira concitus hominẽ liberũ inconſulto occiderit, eadem patiatur mala, quæ homicidæ non per iram occidenti debentur: ſed vlterius duobus exulet annis, ad iram ſuam coërcendam. Qui vero per iram quidem, ſed ex inſidiis & conſulto liberum aliquem occiderit, cætera quidẽ ac primus cogatur facere. Non autem p ſolum biennium vt ille, ſed per triennium exulet, vt diuturnior eius ira, diutius puniatur. Vniuerſalis quidem ſit iſtorum hæc diſpoſitio. Nempe difficile eſt ſigillatim & exacte de his legem ponere. Aliquando enim quę truculentior cędes lege ſtatuta eſt, leuior videtur, aliquando ecõtra quę leuior ſtatuta eſt, truculẽtior eſt, ꝓut atroci⁹ aut mitius geſta eſt. Vt plurimũ vero vt dixim⁹ iſta cõtingunt. Sed hęc omnia legũ cuſtodes cognoſcent. Cum vero reſtituẽdorum exulũ tẽpus aduenerit, legum cuſtodes duodecim ad fines regionis mittant, q diligenter cõſideratis omnibus exulum actionibus p id tẽpus in quo exules fuerunt, pudoris eorũ ac receptionis iudices fiant. Exules vero horũ magiſtratuum iudicio acquieſcant. Quod ſi poſt reſtitutionem, alteruter horũ ira concitus ſimiliter peccauerit, perpetuo exulet, & ſi rurſus redierit, morte vt diximus de pegrino puniatur. Si quis ira cõcitus ſeruũ ſuũ necauerit, purgetur. Si ſeruũ alienũ, dánũ in duplo dño ſuo reſtituat. Si qs homicida huiuſmodi legib.

non

non paruerit,ſed nondum purgatus,forũ gymnaſia cęteráque ſacra ingreſſu ſuo cótaminauerit,quicunque velit tam iſtum quàm interfecti cognatũ hæc negligentę in iudicio vocet,& in duplo tũ pecuniã, tũ cætera perſoluere cogat. Et quod ſolutum fuerit ipſe ſecundum legem accipiat.

Homicida parentis ex ira.

Lex homicida parentis ex ira.

De Homicida parẽtis ex ira quem parricidã vocamus, in nono de legibus ſic ſtatuit.

Cum quis adeo ab ira victus fuerit,vt in ſano iracundiæ furore parentem interimat:ſi parens antequam morte obiret, ſpõte interfectorem filium à cæde liberauit, ſicut qui nõ ſponte cædem cõmiſerunt purgatus, cæteriſq; ſimiliter factis mundus ſit.Si vero non liberauit, multis legibus reꝰ ſit,qui parentẽ necauit.Nam vltimis ſuppliciis cædis impietatis &ſacrilegij ſubiectus erit, quia ſacrilegio genitoris animã abſtulit. Quare,ſi poſsibile eſſet ſæpius aliquẽ mori iuſtiſsimũ foret parricidam ſæpius interfici.Nam cui nec ꝓ defenſione quidẽ ſua,ſi à parentibus interficiatur lege nulla conceditur,vt parẽtes à quibus in lucem eſt editus interimat,ſed potius oĩa ſuſtinere præcipitur, quã quicquam huiuſmodi facere,quomodo aliter iuſtè punire hunc oportebit?Pro lege igitur homini ira concitato ad parricidium mors ſanciatur.

Homicida mundus.

Lex homicida mundi.

De homicida mundo,id eſt,id eſt,qui non ſubiicitur pœnæ homicidij in nono de legibus ſic ſtatuit.

Nunc dicamus in quibus rectè mundus eſt qui occidit. Qui noctu furem domum ſuã ingreſſum interemit, mũdus ſit.Qui ſpoliatorem in defenſionẽ ſuam,ſimiliter.Qui mulierem liberã vel puerum ad rem venereã vi ſubigit,impune non ab eo ſolum cui vis eſt illata, verum etiã à patre & fratribus,& filiis, vita priuetur. Maritus quoque,ſi ferẽ tem vim vxori interimat,lege mũdus ſit:ſi quis patri nequa quã per ſcelus cædẽ patranti,aut matri,aut filiis, aut fratribus,aut cõiugi opẽ ferens,quẽpiã interfecerit, mundus ſit.

Homicida ignoratus.

Lex homicida ignorati

De homicida ignorato,id eſt,quando neſcitur homicida in nono de legibus ſic ſtatuit.

Si quiſpiam vita priuatus reperiatur, & ignotus ſit homicida, nec à diligenter quærentibus inueniatur, prædictiones vt in aliis fiant,in foro publicè præconio prędicet, vt qui hunc vel hunc necauit, qa cædis reus ſit,ſacra loca nõ ingrediatur,& vniuerſa deſerat regionẽ,Nã ſi deprehẽſus fuerit occidetur,atque extra regionis fines inſepultus eiicietur.Lex ergo iſta nobis præcipua de cæde ſancita ſit.

Homicida ſui conciuis ex propoſito.

Lex homicida conciuis ex propoſito.

De homicida ſui conciuis voluntariè & ex propoſito in nono de legibus ſic ſtatuit.

Verum prius generales cædis voluntariæ cauſas deſcribit, aſſeritq; eſſe immoderatã diuitiarũ cupiditatẽ,& ambitioſi animi habitum,& formidinẽ ne male geſta reuelent. Sic igitur inquit.Primum igitur quot voluntariæ cædis cauſæ ſint,pro viribus declaremus. Maxima vero huius cauſa eſt cupiditas dominans animæ libidinibus exagitatæ. Hæc ſanè vis eſt,q̃ propter naturam & ignorantiam diuitiarum inexplebilem gignit auiditatem.Cauſa vero ignorantię eſt, quòd non rectè laudãtur diuitiæ.Nã tam Græci quàm Barbari diuitias cum tertium locum teneãt, in primo ponunt, atque hac ſentẽtia tã ſeipſos quàm poſteros perdunt.Optimè certe & pulcherrime viueremus,ſi de diuitiis vera vbique ſententia prædicaretur.Vera autẽ ſententia hæc eſt, q̃ diuitiæ gratia corporis ſunt,corpus aũt animi gratia.Quare cum anima & corpus ea ſint bona,quorũ gratia diuitiæ poſſidendæ ſunt,tertiũ gradum merito poſt virtutẽ animi & corporis tenere debent.Hæc ergo ratio nos tanquã magiſtra docebit,non oportere hominem qui felix futurus ditias quomodocunque, ſed cum iuſtitia & temperantia quærere. Sic enim cædes cædibus puniendæ in ciuitatibus nullæ cõmitterentur. Altera cauſa voluntariæ cædis eſt ambitioſi animi habitus.Vnde inuidiæ naſcuntur,primo quidẽ ipſi inuido truculentæ, deinde etiã optimatibus ciuitatis. Tertiũ locũ ingentes iniuſtęque formidines obtinent, quæ cædes multas pariũt,q̃n ea ſunt ab aliquo geſta,vel ad preſens geruntur,quorũ neminẽ vellet eſſe conſciũ.Qua ꝓpter illos,qui talia indicaturi videtur,ſi non aliter poteſt,morte de medio tollit.Ad hęc oĩa procemia ſint quæ diximus, & præterea ſermo,quem multi & his qui ſacris ſtudent ſolennitatibus audiunt & credunt,ſcilicet q̃ homicidæ apud inferos puniuntur,& rurſus quę aliis fecerunt ab aliis quoq; ꝓpeti ſimilia forte in hac vita cogũtur.Illi igit̃,q̃ hoc ꝓ mio perſuaſus ac admonitꝰ talia ſupplicia extimuerit, nullam opus eſt legem ponere, ſed homini contra affecto lex iſta inſtituatur.

Qui conſulto conciuem ſuum manu ꝓpria per iniuriam interfecerit,primũ è templis,à foro, à portubus, ab omni cœtu cõmuni procul abſit,ne prętentia ſua hæc maculet, ſiue qs ei interdixerit adeſſe ſiue nullus.Lex em̃ ipſa interdicit,atque id ita vetat, vt pro vniuerſa ciuitate interdicere ſemper & interdictura ſit videatur.Deinde q̃ de cognatione interfecti vſq; ad patrueles & conſobrinos, eum nõ ꝓſequitur vt decet,& ab his nõ arcet, primo ſcelus, deinde deorũ odia in ipſum vertãtur:ſicut vulgo legis imprecatio & maledictio dictat.Demum reus ſit cuicunque interfectũ vlciſci volenti.Qui autem perſequi volet, cũ oĩa fecerit, q̃ de luendi criminis obſeruatione, vel de aliis q̃buſcunque facienda Deus inſtituit, & q̃ prędicenda ſunt prædixerit, pergat,& homicidã ſm̃ leges pœnas dare compellat. Hæc autem facienda eſſe precibus ſacrificiiſq; deorum, quibus eſt curę,ne cædes in ciuitate fiant,facile legiſlator ſuadere poteſt.Sed q̃ dij iſti ſint, & quomodo ſecundum Dei mentem hæc iudicia peragantur,legũ cuſtodes cum interpretibus & aruſpicibus & Deo declarent,atque ita iudicia ac pœnas diſponant.Harum vero rerum iudices illi ſint, q̃bus puniendi ſacrilegij data eſt autoritas.Qui autem cõdemnatus fuerit,morte pœnas luat, & quoniam nõ impiè ſolum, ſed impudenter quoque peccauit,in regione interfecti ſepeliri non debet.Quod ſi fugerit,neq; iudiciũ ſuſtinuerit, ꝑpetuo exulet. Et ſi vnquam citra fines regionis fuerit deprehenſus, q̃ primus illi obuius erit coguatorũ interfecti vel ciuium,impune interimat,aut vinctũ magiſtratibus tradat ſuper homicidia inſtitutis occidendũ.Quod ſi quis hũc defenſurus acceſſerit,ꝑ eo fideiubeat, quẽ tutatur. Et is tres fideiuſſores,quos iudices ipſi ſufficiẽtes putauerint,afferat, q̃ iudicio illũ ſe daturos ꝓmittant.Id ſi qs facere noluerit, aut non potuerit,vinctus à magiſtratibus iudicio reſeruetur.Verũ ſi quis nõ propria manu,ſed voluntate cõſilio & inſidiis hominẽ interfecerit, & cũ ſit animo impurus cauſa cædis ciuitatem habitauerit, cõdemnatus ſimiliter puniatur,præterquam q̃ fideiuſſores non præbebit,& cõdemnatus propria non carebit ſepultura.Cætera huic quemadmodum de ſuperiore diximus fiant.Hæc eadem peregrinis aduerſus peregrinos,ciuibúſque ac peregrinis viciſsim, & ſeruis aduerſus ſeruos,de cæde ꝓpria manu facta,& de illa, q̃ conſilio aut inſidiis cõmiſſa eſt,ſtatuta ſint,niſi q̃ fideiuſsionem iſtos ꝓbere cenſemus,quẽadmodũ illos, q̃ propria manu interfecerũt.Si ſeruus liberũ ſponte manu ſua vel cõſilio interemit,cõdẽnatúſque fuit, trahatur à publico lictore ad interfecti monumẽtũ,vel vnde illud cernere valeat,verberatúſq; ꝓput iubet qui iudicio eũ cõuicit, ſi ita cęſus adhuc viuat,ad necẽ vſq; cędatur.Si qs ſeruũ nihil ſibi iniurianté timens ne q̃d turpe à ſe factũ ĩdicet,vel alia huiuſmodi cauſa inducꝰ morti tradiderit,quaſi ciuẽ necauerit,ſic puniat.

Homicida ſponte & conſulto parentum & conſanguineorum.

Lex voluntarij homicidę parẽtum.

De homicida patris & matris & conſanguineorum non ſolum ex ira,ſed deliberato animo & conſulto, in nono de legibus ſic ſtatuit.

Accidunt quandoque nonnulla de q̃bus leges ponere graue eſt,atque moleſtum.Impoſsibile eſt autem non ponere.Huiuſmodi ſunt cognatorũ voluntariæ & iniuſtæ cędes, ſiue manu ꝓpria,ſiue conſilio inſidiiſque illatę,quę in ciuitatibꝰ malè gubernatis plurimũ cõmittuntur. Sed nonnunquam etiã vbi nõ credideris fiunt.Ad hęc ſcelera deuitãda oratio ſuperior repetatur,forte nanque his auditis, à ſceleratiſsima cęde qs abſtinebit.Sermo em̃ ſiue oratio manifeſtè à priſcis ſacerdotibus dicta eſt,ſ.q̃ iuſtitia omniũ ſpecularix & vindex,ad cognatum ſanguinẽ vlciſcẽdũ,lege quã modo dicemus vtitur.Nẽpe illa cõſtituit vt quiſquis aliq̃d huiuſmodi perpetrauit, idẽ & ipſe patiatur. Vt ſi qs patrẽ morti tradidit ipſe poſtea certis tẽporibus,à filiis ſuis occidatur.Si vero matrẽ pemit,ipſe poſtea particeps naturæ muliebris effectus,neceſſario tãdem à filiis ſuis interimatur.Communi em̃ ſanguine maculato non eſt alia purgatio,nec poteſt aliter abſtergi macula, niſi cædem cędę, ſimilẽ ſimili,anima ſcelerata luſtrauerit,& totius cognationis irã ſedauerit.Ab his ergo ſceleribus, arcere oportet homines metu ſuppliciorũ,q̃ à diis inferunt̃.Si q̃ vero ĩtã miſerã calamitatẽ ĩciderint,vt patrẽ vel matrẽ,fratrẽ vel filiũ ſpõte & ꝺſulto vita priuare audeãt, moralis legũ lator ſic de huiuſmodi ſcelere ſanciet. Qui cędis hm̃odi ꝺdẽnatus.

fueri t

fuerit,tam à iudicum miniſtris,quàm à magiſtratibus occi datur,trahatúrque extra vrbem in ſtatũ triuium nudus,vbi ſinguli magiſtratus pro vniuerſa ciuitate, in mortui caput lapidem mittant,atque ita ciuitatem omnem purificẽt.Demum extra regionis fines deportatum inſepultum ſecundũ leges eiiciant.

Homicida ſui ipſius.

Lex homicida ſuiipſius.

De eo,qui ſe ipſum interficit,ſcribit Plato in Phædone & in nono de legib⁹.In Phædone quidẽ cauſam ac rõnẽ affert quare nulli licet ſe ipſum vita priuare. In nono aũt de legibus,legem inſtituit contra ſe ipſum occidentem.

Cauſa autem & ratio in Phædone hæc eſt, ſic inquiens. Profecto ſermo ille,qui de his in arcanis habetur, ſcilicet in quadã cuſtodia eſſe homines, neque decere quenquã ex hac ſeipſum ſoluere,neque aufugere,magnus quidem mihi videtur,nec cognitu facilis. Veruntamen id mihi videtur rectè dictum,ſcilicet deos noſtrũ curam habere,nos vero homines vnam quandã ex poſſeſſionibus eſſe deorũ.Nonne igitur & tu ſi quod ex mancipiis tuis ſe ipſum interimeret, cũ tu nullo modo permiſiſſes,iraſcereris vtique illi,& ſi poteſtaté haberes pœna ipſum afficeres? Igitur hac ratione haud præter rationem eſt,non prius licere ſeipſum interficere,quàm Deus neceſsitatem aliquam impoſuerit.

In libro autem nono de legibus de homine ſe ipſum interficiente ſic inſtituit.

Quid de illo iudicandum,qui ſeipſum vita & ſorte fatorũ,vi ſcelerata priuauerit non iudicio ciuitatis,nec triſti & ineuitabili fortunæ caſu coact⁹,neque pudore aliquo extremo|cõpulſus,ſed ignauia & formidoloſi animi ĩbecillitate, iniuſtè ſibi mortem conſciuerit ? Quæ purgationes & quæ ſepultura huic lege conueniant,Deus ipſe nouit. Qui tamen ſunt huic genere proximi, ab interpretibus legibúſque harum rerum exquirant,& quemadmodum ab his ſtatutum fuerit ſic faciant. Sepultura igitur ſolitaria iſtis fiat vbi alius nemo ſæpeliatur.Deinde in his locis ſepeliantur, quæ de duodecim regionis partibus vltima deſerta & innominata ſunt.Sic tamen obſcuri ac ſine honore ſepeliantur, vt nec ſtatua,nec nomine inſcripto ſepulchra notentur.

Homicida irrationalis quale eſt iumentum.

Lex homicida irrationalis.

De iuméto hominẽ interficiẽte in nono de legi.ſic ſtatuit. Si iumentũ, aut aliud animal, hominem interficiat niſi in publico certamine id fecerit,interfecti hominis propinqui iudicibus deferant,& illi agrorum curatores,quibus ꝑpinquus ipſe mandauit iudicent,& damnatũ extra regionis fines interficiãt.Quod ſi qd inanime,præter fulmẽ, aut aliud telum diuinitus miſſum ſuper hominem cadens, aut homo cadens ſuper ipſum,vita priuauerit, Propinquus genere ipſi interfecto,proximũ in vicinia ad hoc conſtituat iudicẽ, atque hæc & cætera prout erga mortuum ipſum conuenit, pro ſui ipſi⁹ & toti⁹ cognationis expiatione ꝓficiat. Quòd vero damnatũ fuerit,vt de animalib⁹ dictũ eſt exterminet.

Hoſtis maximus patriæ.

Lex hoſtis maximi patriæ.

De hoſte maximo patriæ qui ſit,& quomodo puniendus in nono de legibus ſic ſcribit,& legem inſtituit.

Qui principatum ad hominis arbitrium redigit,eiúque leges ſubigit,atque ita ciuitatem factionibus ſubiicit, & vi adhibita cõtra leges ſeditionibus eam replet, hic vniuerſæ ciuitati hoſtis adiudicandus eſt oĩum maximus. Secundus hoſtis patriæ ille eſt,q; quãuis hui⁹ ſceleris particeps nõ ſit, tñ cum ampliſsimis fungatur in repub.magiſtratibus, cõiurationes illas non animaduertit.Et ſi animaduertit,timiditate quadam patriæ non ſuccurrit.Quare vnuſquiſque vir, qui alicuius pretij ciuis fore ſtudet, hæc iudicibus referat, & illi in iudiciũ trahat, q patriæ inſidiatus vi ad iniquã gubernationem vertere illã conatur.Huius aũt ſceleris iudices ſint q & ſacrilegij, totúmque iudiciũ ſimiliter peragatur,& ſuffragia,quę multitudine vincunt,morte cõdẽnent.

Inferens manus in parentes

Lex inferẽtis manus in parentes.

De inferente manus in parentẽ,ac eum verberante , ſimiliter de ſeruo verberante hominem liberum,ſiue ciuem, ſiue peregrinum in nono de legibus ſic ſtatuit.

Legum aliq ad bonorum hominum doctrinam ponũtur, vt per eas intelligãt, quo pacto ĩter ſe verſentur,aliæ ad cõpeſcendam illorũ pertinaciã,qui indomiti natura ſunt,ſpretáque oĩ diſciplina nulla ratione mouẽtur,quia ad omnem ruãt improbitatem. His legiſlator neceſsitate coact⁹ leges imponit.Ipſe nanque nullũ vellet vſum legum neceſsitatem que vnquã fore.Quicũque igitur parentibus,aut auis man⁹ nus inferre auſus fuerit,nec ſuperiorũ indignationé deorũ, nec inferiorum ſupplicia veritus,ſed quaſi deſpiciẽs ab omnib⁹ priſcis dicta præuaricatur,is vt auertatur vltimo indiget remedio.Mors aũté vltimũ non eſt, ſed extrema magis inferorũ ſupplicia,quæ licet veriſsimè narrentur, auertere tñ huiuſmodi animos nequeunt. Quoniam ſi auerterent, nulli vnquam reperirentur,q parentes ſcelerate pulſarent. Quare oportet horũ flagitiorum ſupplicia in hac vita non inferiora illis,quę apud inferos ſunt æqualia ꝑ viribus ponere.Ita igitur ſanciamus.Si quis non furioſus patrem,aut matrem,eorũ ſuperiores pulſare audebit,Primo vt in ſuperioribus diximus q præſentes fuerint opem ferant, & incola quidẽ ac peregrinus ſi opitulabitur, tanquã præſes aliis in publicis certaminibus præponatur.Sin minus,à regione vniuerſa perpetuo exterminetur.Si aũtẽ incola non ſit, auxiliatus quidẽ laudem , non auxiliatus autem vituperium conſequatur,ſeruus opitulatus liberetur,nõ opitulatus aũtẽ centies publico cædatur flagello, & ſi in foro id cõtigerit,ibidem à rerum venalium curatoribus puniatur.In aliis partibus vrbis ſimiliter ab ędilibus q præſentes fuerint,eo dẽmodo extra vrbẽ in agro ab his,qui curãdis agris tunc præſident.Quòd ſi ciuiũ aliquis parentibus à filiis verberatis preſens fuerit ſiue vir,ſiue mulier, ſiue adoleſcens , ſiue ſenior,defendat protinus ſcelus cõclamans. Qui auxiliari noluerit:Iouis patrij ac generis ſeruatoris imprecatione ꝑ legem prematur.Demũ quicunque pulſaſſe parentes cõdemnabitur,Primo perpetuo exulet,Deinde à ſacris omnibus arceatur,q̃bus ſi minus abſtineat,à principibus verberibus acris & omnino vtcũque voluerint plectatur,& ſi ab exilio reuertetur,morte peccata luat. Quiſquis vero liber cũ huiuſmodi homine comedet aut bibet, vel qcquã aliud ſimul egerit,aut tanget,aut ſponte loquetur,is nec in templũ nec in forũ nec in ciuitatẽ omnino ingrediatur , antequam mundetur.Putare eñ debet, ſcelerato ſe cõmercio cõtaminatum.Quo ſi nõ tẽperauerit ſed ciuitaté & tẽpla iniquè inquinauerit,quicunque magiſtratus fieri hoc ſenſerit,niſi cõfeſtim punierit,maximarũ iniuriarum reus eſt habendus. Si ſeru⁹ liberum hominẽ ſeu ciue ſeu peregrinũ pulſet,præſens quilibet auxilium afferat , ſin minus & cenſum mulcta puniatur.Qui ergo præſentes erũt,pulſato ſuc currãt vinciántque pulſantem, & illi vinctum tradant , cui iniuriã fecit.Qui in compedibus eũ teneat, verberibúſque vt voluerit ita pulſet,vt nullũ domino damnũ inferat. Deinde ipſum domino habendũ ſm legẽ reddat,quæ ſit iſta.Si ſeruus liberum hominẽ non imperantibus magiſtratib⁹ verberauerit dominus à verberato vinctum ea cõditione ſuſcipiat,non antea eum ſoluat quàm pulſato ſeruus ipſe ſolutione ſe dignum eſſe iam perſuaſerit.Hæ vero eædem leges ad hęc omnia mulieribus inuicem & ad viros,viríſque ad mulieres communes eſſe debent.

Inops & mendicus virtuoſus.

Lex Inopis & mendici virtuoſi.

De inope & mendico virtuoſo qũo in ciuitate bene diſpoſita eſſe non debeat,in vndecimo de legibus ſic ſtatuit.

Miſerabilis.id eſt miſericordia dignus exiſti mandus eſt nõ qui fame vel re alia huiuſmodi premitur , ſed q cum ſit, vir temperans,& virtute alia vel virtutis parte prędítus calamitate tñ ad hæc aliqua ſorte vexatur.Quare mirum profecto erit ſi vir talis vſque adeo negligatur ſiue liber ſiue ſeruus in ciuitate moderate gubernata, ita ꝙ in extremam paupertatẽ deueniat. Idcirco nõ immerito legiſlator talé de hac re legem tuto ponere põt.Nullus in ciuitate noſtra qui virtute prędítus ſit,mendicus ſit. Quicunque vero id tentauerit, victumque inexplebilibus precibus colligere cœperit,à rerum venalium curatoribus è foro pellatur, ab ædili magiſtratu ex vrbe eiiciatur,ex tota denique regiõe ab agri magiſtratu exterminetur,vt ab huiuſmodi animali, omnino vniuerſa regio munda ſit.

Impij.

Lex impij.

De impiis qui ſ.in Deum peccant,nec de Deo rectè ſentiunt nec loquuntur,in vndecimo de legibus ſic ſtatuit.

Si quis impie quicquam agit aut loquitur contra deos, q forte præſens audierit,deos defendat, magiſtratib.ſignificet.Quorum q primi audierint,ad harum rerũ iudicium ſecundũ leges deferant,& ſi quis cõdemnatus fuerit,iudices hunc ꝑ ſingulis impie cõmiſsis, ſingulis afficiant ſupplíciis.Carceribus quidẽ omnes coerceantur. Tres vero ſint in ciuitate carceres,vnus cõmunis plurimis in foro rerum venalium,vbi multi ne fugiant cuſtodiuntur.Alter vbi eorum cœtus fit,q nocte congregantur,correctionis nomine appellatus. Tertius in media regione, vbi quàm maximè loc⁹ deſertus ac ſylueſtris,ſit ſupplicij nomine notatus.Tres quoque impietatis cauſę ſunt, vt ſupra diximus,

cum q̃ue

cúmque ex ſingulis huiuſmodi cauſis, duo quædá impietatis genera proueniant, ſex erunt aduerſus deos peccatorũ genera, quæ iudicio digna ſunt, nec æquali ſimilique pœna mulctanda ſunt. Nã aliqui & ſi deos eſſe nõ credũt, tamen propter iuſtum aliqué naturæ affectum, malos oderunt, & odio quodam aduerſus iniuſtitiã moti ab iniuriis abſtinẽt, iniquos fugiunt, iuſtos homines diligunt. Aliq; vero ad hãc eandem opinionẽ quod, ſcilicet dij nõ ſint, proniores ſunt, & ad voluptates & ad dolores. Ingenij inſuper acumine & memoria pollent, vtriſque id eſt commune, quòd deos eſſe negãt. In hoc autem differunt, quòd ille cæteris hominibus minus nocet, hic autẽ magis, ille quidem aduerſus deos libere obloquitur, ſacrificia & iuſiurandum deridet, & niſi puniatur alios permultos ſibi ſimiles faciet. Hic vero eandẽ habet opinionem, ſed acriori ingenio præditus à vulgo putatur, doloque & inſidiis plenus eſt, ex iſtis multi ſortilegi fiunt, & ad omne veneficij maleficiique genus prõpti, fiunt præterea ex iſtis nonnunquã tyranni, exercituũ duces. Cõcionatores, & qui ſolennitatibus priuatis inſidiãtur, & qui homines captiunculis ſophiſtarum decipiunt. Horũ ꝓfecto multæ ſunt ſpecies, ſed duæ præcipuè dignæ ſunt legũ inſtitutione. Nam vna quæ ſimulatione referta eſt, & ſcelera prædicta parit, non vnã tantum, ſed plures meretur mortes. Altera quæ ſcilicet ſacrificia & iuſiurandum deridet, caſtigatione ſimul & vinculis indiget. Similiter opinio eorũ q̃ dicunt deos quidem eſſe, ſed humana negligere duo peccatorũ genera gignit, & opinio dicẽtiũ deos facile placabiles alia duo. Cum impij ita diſtincti ſint, eos quidem qui non malis moribus, ſed amentia quadam tales facti ſunt, in correctionis carcerem non minus quàm per quinquenniũ permanſuros iudex coniiciet. Quo in tempore nullus cũ ipſis ciuiũ colloquatur, præter eos qui nocturni cœtus participes ſunt. Hi vero ad ſalutem animę admonentes, cum eis colloquãtur. Cum autem vinculorum tempus exactum fuerit, qui modeſtior factus fuerit, ſimul cum modeſtis habitet. Quod ſi rurſus impietatis crimine cõdẽnabitur, morte plectatur. Sed ſunt nonnulli qui opinantes quòd dij ſint nõ curãtes humana vel de facili placabiles, immanes fiunt, homineſque deſpiciũt & viuẽtes multos ad ſe trahũt & alliciũt. Nec non defunctos ſe trahere & cõſolari dicunt. Profitenturque ſe deos ip ſos cãtibus, ſacrificiis votiſq; mulcere, & hoc lenocinio conãtur domos vniuerſaſq; ciuitates pecuniarũ gratia perdere. Ex his qui dãnatus in iudicio fuerit, in mediterraneis carceribus vinciatur. Nec vllus liber vnquã ad eum accedat, ſed ſtatutũ ipſi à lege cuſtodibus cibũ ſerui afferant, vita denique fanctum extra regionis fines inſepultũ eiiciant. Quẽ ſi quis liber ſepelierit, à volente impietatis crimine accuſetur. Quod ſi filios reliquerit ciuitati vtiles, orphanorũ tutores horũ nõ minꝰ quàm reliquorũ ab ea die qua damnatus fuerit curã habeant. Sed de his omnibꝰ cõmunis lex ponatur, quæ faciet vt multi nec verbo nec re in deos peccent, & vt ab amentia reuocentur, ex eo ꝙ non licebit ſibi deos deorũque ſacra præter leges effingere. Sit aũt lex talis omnibus impoſita. Sacellanemo in priuata domo habeat. Cum vero animũ quis ad ſacrificandũ habuerit, ad publica ſacrificaturus accedat, & ſacerdotibꝰ hoſtias præbeat qui harũ rerũ curã caſtiſsimè gerũt, cum qbꝰ & ipſe oret, & quicunque cum eo ſimul orare voluerit. Hęc ideo ita fiant quia ſacella & deos rectè inſtituere, nõ facile eſt. Solẽt aũt mulieres præcipuè, ac imbecilliores & in periculo conſtituti, & indigentes, & etiã quando alicuius rei facultas affluit, quod adeſſe videtur, ſemper cõſecrare, & hoſtias vouere, & ſtatuas diis polliceri phantaſmatibꝰ commoti vigilantes & in ſomniis ſimiliter multa ſe vidiſſe præformidine recordati, vbi remedia ſingulis afferre conãtur, & aris ſacelliſq; oẽs domos vicóſque repleuerunt. Quorũ oĩum gratia lex præpoſita ſtatuẽda eſt, & etiã impiorũ cauſa, ne iſta ſibi operationibꝰ vſurpãtes, ſacella & aras in ſuis domibus ſtatuant, putẽntque deos clàm votis ac ſacrificiis placare, atq; ita in infinitum ſuam iniuſtitiam augeãt, vnde ta ad ſe quàm ad eos qui iſta permittũt, q̃uis illis meliores ſint, deorũ indignatione ꝓnocent. Quo pacto tota ciuitas iure quodammodo impietatis crimine teneatur. Legum autem latori, Deus minime iraſcetur ſi lex iſta ab eo inſtituta fuerit. Sacella deorum nemo in priuatis domibꝰ poſsideat. Si vero quiſpiã habuiſſe, ſacrificaſſéque alibi quàm in publicis deprehenſus fuerit qui ſenſit ad legũ cuſtodes deferat. Ipſi autẽ, ſi nihil magni ſceleris à fœmina ſiue à viro factũ fuerit, iubeant ad publica templa priuata ſacra deferri, & ſi nõ ilico deferent, mulctentur donec deferãtur. Siquis autem non puerilem ſed nefariam impietatem commiſerint, ſiue in ſuis priuatim, ſiue in publico deorũ cultu, ſacrificando deliquerit, morte vt impurus ſacrificans cõdẽnetur. Puerilem vero eſſe vel nõ eſſe, cuſtodes legũ iudicent, tractóſque ita impios in iudicium, impietatis reos eſſe declarent.

Iniurians.

De iniuriante & in quinto libro de legibus, & in nono ſcribit: in quinto quidẽ qũo honorandus non iniurians, in nono autem qũo puniendus iniurians. In quinto ſic ait. Honorandus certe eſt qui nihil iniuriatur. Qui vero nec alios id facere patitur, duplici honore, imo magis honorãdus eſt. Ille em̃ vni, hic autem multis comparatur, cum principibus iniurias aliis factas nunciet. Qui autẽ ſimul cum magiſtratibus iniuriam aliis factam quantũ poteſt vlciſcitur, is magnus perfectúſque vir in ciuitate præconio prædicetur, nã virtute cũctis excellit. In libro autem nono ſic inſtituti circa iniurias. Quiſquis iniurias ſiue paruas ſiue magnas cõmiſit, per doctrinã corrigatur à lege, cogatúrque omnino vt vel nunquã amplius tale quid audeat ſponte cómittere, vel admodũ rariꝰ, impoſitione pœnæ perterritus. Profecto legũ optimarum officium eſſe dicimus ita hominũ animos inſtituere, vt oderint iniuſtitiam, iuſti vero naturam vel diligant vel ſaltẽ nõ oderint, ſiue operibus ſiue verbis legiſlator id aſſequatur, ſiue voluptate ſiue dolore vel honore vel infamia, aut pecuniã mulctando, aut donis aut alio quouis mõ id faciat. Quos vero inſanabiles eſſe legiſlator ſenſerit, vltimo ſupplicio hos afficiet, nõ ignorans his melius fore mori quàm viuere, ac ſi vita priuãtur dupliciter ꝓdeſſe cæteris. Nã horum exemplo cæteri à peccato deterrentur, & improbis hominib. mundaꝰ ciuitas. Hac de cauſa inſanabiles homines morte legis ꝺditor plectet, alia vero minime.

Lex iniurij tis.

Iudices.

De iudicibus in libro duodecimo legum ſic ſcribit.

Lex iudicũ.

De creandis declarandiſque iudicibus, de eorũ adminiſtratione, de tẽporibus in quibus ſingula facienda ſunt, de ferendis ſuffragiis, de mora & dilatione iudicij, de termino, oratione, repulſa ac de cæteris omnibꝰ, quæ iudiciis neceſſaria ſunt, quãuis in ſuperioribus tetigimus, tamen quæ pulchra ſunt, vt habet ꝓuerbiũ bis & ter rectè dici poſſunt. Parua vero & inuentu facilia ſi antiquior legum lator præmiſerit, iunior ſuppleat. Sed de priuatis quidẽ iudiciis ſatis dictum eſt. Publica vero atq; cõmunia quibus vtuntur magiſtatus, prout ad eos pertinent in multis ciuitatibus rectè inſtituta reperiuntur ex quibus legũ cuſtodes quæ huic nouę reipublicæ conferant accipere debent, ita vt ſingula experientia ipſa examinata diligenter corrigant & ꝓbent, donec ſufficienter ſe habere putẽt, & denique diſcuſsioni ſine impoſito, his tanquam legibus immobilibus ꝑ totã vitam vtantur. De ſilentio vero & laude & vituperatione. & de iuſtis & bonis & honeſtis quæ in aliis ciuitatibus differunt, dictum eſt & in fine dicetur. Ad quæ omnia æquus futurꝰ iudex reſpicere debet, atque operã dare vt has legum ꝺſtitutiões diſcat, & mẽte firmiter retineat. Nã ad faciẽdũ iudicẽ virum bonum, ſcripta legum præ cęteris doctrinis, ſi rectè ſe habent maximè cõferunt. alioquin temere miranda diuinaque lex nomen menti ꝓximum poſsideret. Νῆς em̃ mentem, Νόμος vero legem ſignificat. Nam cum multi ſermones de laude vituperationeque nonnullorũ partim carminibus, partim oratione ſoluta tum ſcripti circunferãtur, tum quotidie in coronis ſeu cõtendẽdo, ſeu falſo aſſentiendo habeantur, horum omnium perſpicuũ examen legiſlatoris ſcripta nobis ſunt. Quę quaſi remediũ ac medelã aduerſus aliarum orationum venena, ꝓbus iudex ſecum ſemper habebit quib. ſeipſum ciuitatemq; emẽdabit, bonos confirmabit atque extollet, prauos ex ignorantia, incontinẽtia, timiditate, & vt ſummatim dicam ex vniuerſa iniuſtitia pro viribus ſi ſanabiles ſunt reuocabit. Nã ſi ſanari non poſſunt, qui eos morte afficiunt apud omnes laude digni iudices ac iudicum principes non iniuria dici poſſe videntur.

Iudices capitalis criminis.

De iudicibus capitalis criminis, & quomodo procedere habeant in nono de legibus ſic inſtituit.

Lex iudicũ capitalis crẽminis.

Iudices capitalis criminis legũ cuſtodes ſint, & optimi q̃quiex eorũ numero electi qui anno proximè præterito functi magiſtratibus fuerint. Quo autẽ modo accuſationes citationeſque & ſimilia fieri debeant, poſteriores legũ latores determinent. De ſuffragiorũ autem & ſententię modo, noſtri officij eſt lege ꝓſcribere. Manifeſtè igit iudicia hęc ferantur. Sed ante hæc coram accuſante & defendente q̃ proximè ſeruata ipſorũ dignitate ſedeãt iudices, vbi ciues

omnes

omnes adsint qui otio abundãt, taliáque iudicia diligenter audiant. In quibus cum prima oratio ab accusante fuerit habita, defensor alteram dicat. Deinde qui ex iudicibus est senior, quæ dicta sunt omni adhibita diligentia sufficiẽter examinet. Post eum cæteri iudices considerent, quodcunq; dictum ab aduersariis vel non dictum perquirendũ singuli putant. Qui autẽ nihil discussione sua dignũ censet, alteri examinationem ipsam relinquat. Ac taudẽ in deę Vestę sacrario scripta, q̃ tunc concluſa fuerunt, insertis omnium iudicũ signis deponantur. Rursus in crastino die in eodem loco iudices congregati, eodem modo examinent, iudicentq;, & signis appositis omnibus quæ dicta fuerint, iterum vt supra deponantur. Tertiò similiter id faciãt: quo peracto signis testibusque sufficiẽter assumptis, sacrũ singuli ferentes suffragium iureiurando p deã Vestam, verè iustéq; pro viribus se iudicaturos affirment, atque ita huic iudicio finẽ imponãt.

Iudicia non fienda per iusiurandum.

Lex de non fiendis iudiciis per iusiurandum.

De iudiciis non fiendis per iusiurandum præstitum litigantibus in libro duodecimo legum sic instituit.

Magna admiratione dignũ fuisse Rhadamãthum in iudicãdo video. Ille siquidem perspiciebat illis temporib⁹ omnes homines vno ore confiteri, deos esse, & humana curare. Itaque putabat diis non hominibus iudicia esse cõmittẽda. Quapropter simpliciter & cito iudicia peragebat. Nã iureiurãdo in singulis causis requisito à litigantib⁹, cito & tuto iudicare solebat. Nunc aũt alij deos esse negant, alij res humanas eos curare nõ putant, plurimi vero & pessimi, vilib⁹ hostiis, multisq; blanditiis conciliari sibi deos existimãt, vt impune eis liceat grandẽ pecuniam extorquere. Quocirca modus ille iudicandi à Rhadamantho obseruatus, hominibus huius temporis minimè congruit. Nam cũ hominũ opiniones de diis mutatæ sint, leges quoque mutandę sunt. Itaque prudens legislator in iudiciorum executione litigantiũ iusiurandũ prohibebit, vt tã accusatoris intentio, quàm defensoris deprecatio sine iureiurãdo in scriptis redigat̃ in iudiciis. Nã si iurandi licentia in ciuitate cuilibet tribuat̃ vbi plura iudicanda ad iudices deferuntur omnes penè periuri erunt, præsertim quoniam frequentibus conuiuiis, aliáque consuetudine ac priuata necessitudine cõiuncti sunt. Lege igit̃ statuatur iudicem iudicaturũ iurare, atque eos, qui suffragiis reip. magistratus constituunt. Choreæ quoque iudicem, & omnis musicæ, Gymnicorum quoque & equestrium munerũ in certamine præsides atque datores, & in summa in quibuscunque secundũ hominũ opinionem nulli emolumento periurium sit. In quibus autem ex periurio aliquis vtilitatem assequi potest, illa sine iureiurando iudicentur, & qui iudicaturi sunt illo modo permittant litigantes iurare persuadendi causa, aut sibi generíque suo imprecari, aut turpiter supplicare, aut commiseratiõe muliebriter vti, sed qđ iustum putant mansuete doceant, & docentem audiant. Peregrinis aũt inter se litigantibus quemadmodum nunc si velint iurare liceat.

Iudices quomodo instituendi, & iudicia quomodo peragenda.

Lex instituẽdi iudices, ac peragendoꝝ iudiciorum.

De iudicibus instituendis, & de iudiciis peragendis in sexto libro de legibus sic scribit & instituit.

Si quis in publico magistratu institutus & creat⁹, plurib⁹ q̃ triginta diebus antequã munus suũ peragat, è vita decesserit, illi, q̃bus id curæ est, alium similiter eligant. Sed nulla ciuitas reuera ciuitas erit, nisi debito ordine, iudicia fuerit instituta. Iudex aũt mut⁹ q̃ nec instar arbitri aliquid plus q̃ litigantes dixerint in causis discutiendis percunctatur, nũquam ad ius declarandum sufficiens erit. Quapropter nec si multi tales sint, bene vnquam iudicabunt, nec si pauci & ignaui. Oportet aũt quod quæritur, à iudicibus declarari. Tempus vero & mora, & frequens inq̃sitio ad aperiendam controuersiam conferũt. Idcirco q̃ litigant ad vicinos primũ & amicos, & maximè ad conscios rei, de qua q̃rit, se ꝙferant. Quòd si per eos non sufficienter iudicatũ fuerit, ad aliud iudiciũ proficiscant. Tertiũ vero iudicium si per duo prȩcedentia reconciliati non fuerint, finem imponat. Sunt autem iudiciorum constitutiones quodammodo magistratuum electiones. Omnẽ nanque magistratum oportet quorundam etiam esse iudicem. Non tamen omnis iudex est qui dam magistratus & princeps, licet iudex ea die qua iudicium peragit quodammodo magistratus sit non vilis. Igitur quasi iudices ipsi sint quidã magistrat⁹, de eis qui & quo & quarum rerum esse debeant differamus. Augustissimũ ac ptimum certe sit iudicium qđ sibimet aliqui præficiunt, cõmuni consensu iudicem eligentes, quem arbitrũ nũcupam⁹. Alterum q̃n priuat⁹ à priuato iniuriam pati conquer̃, eúmq; ad iudiciũ trahit. Alterum q̃n aliquis arbitratur reipublicæ iniuriam ab aliquo ciuium fieri, & cõi bono auxiliari conatur. Dicendũ est igitur quot & quales iudices esse oportet. Primum iudicium cõe omnib⁹ priuatis qui tertio inter se litigant, ita fiat. Oẽs magistrat⁹ tam annui q̃ lógioris, temporis pridie Calendas illius mensis, quo post æstiuum solstitiũ nouus incipit annus, in templũ vnum conueniant, vbi iureiurando interpositò à singulis magistratibus veluti quasdam Deo primitias offerentes, vnũ eligant iudicem, qui optimus esse, & optimè ac sanctissimè iudicia illo anno ciuib. redditurus videat̃, & postquam iudices designati sunt, ab eiusdẽ, qui designarunt, singuli comprobent̃, & si q̃s reprobat⁹ fuerit, alius similiter eligatur. Iudices autem comprobati, illis, qui per præcedentia iudicia reconciliati non sunt, iudicia reddant, & à parte suffragium quærant, audientib. spectanti búsque necessario consultorib⁹, & reliquis magistratib. qui eos declarauerunt. De reliquis autem quisque pro arbitrio interfit. Quòd si quis aliquem iniustè sniam tulisse incuset, apud legũ custodes id faciat, & qui damnatus fuerit, dimidiam damni partem passo iniuriam persoluat. Si aũt maiori mulcta dignus videatur, iudices ipsi, qui eum condemnauerunt, quid aut pati, aut reddere debeat vel iniuriã passo, vel reipublicæ cognoscant. In publicis aũt accusationib. necesse est in primis multitudinem populare participem esse iudicij. Nam q̃n aduersus ciuitatem peccatur, omnib⁹ fit iniuria. Ideo merito popul⁹ graue fert, nisi ad iudicandũ ét ipse admittat̃. Sed & principiũ & finis talis iudicij ad populũ deferri debet, examẽ aũt & approbatio, ad tres maximos magistratus, de quib⁹ cõueniant litigantes. At si conuenire nequeunt, consiliũ ipsum electionem vtriusq; cognoscat & iudicet. Oportet ꝑterea priuatorũ iudiciorũ oẽs ꝓ viribꝰ participes esse. Nã q̃a iudicandi potestate oĩno repellit̃, is à ciuitate se prorsus existimat alienũ. His de causis ꝓ ipsas quoque trib⁹ necesse est iudicia fieri, iudicéque precib⁹ incorruptos iudicare & demũ iudiciũ illud cũcta definiat, quod quidem intemeratũ esse debet, quo ad humanis in reb⁹ fieri potest, vt illæ terminentur lites, quę nec per vicinos, nec per contribulos dirimi potuerunt.

Iustitia distributiua.

Lex iustitiæ distributiuæ.

De distributiua iustitia, quam æqualitatem nominat qũo seruanda sit, in sexto de legibus sic scribit ac statuit.

Duæ quippe sunt æqualitates, eodẽ quidem nomine appellatæ, sed effectu in multis penè ꝺriæ, & alteram omnis ciuitas legúmque lator sorte disponendo potest in distribuendis honorib. adhibere, eam dico, q̃ numero pondere & mensura est æqualis. Sed verissimam optimámque æqualitatem non facile quilibet perspicit. Iouis em̃ iudiciũ est, & hominibus quidem pauca semper suggeritur, quatenꝰ aũt suppetit, tam priuatis quàm ciuitatib. bona omnia reddit. Hęc sanè maiori plura, minori pauciora tribuit, vtrisque videlicet ſm eorum naturam moderata. Sed & honores viris virtute maiorib. semp maiores. Minoribus autem virtute ac disciplina, minores & vtrisque ſm ꝙ decet partitur. Ea enim certe est nobis ciuilis iustitia, quam & nos appetere debemus, atque ad hanc ipsam æqualiter respicere, dum hanc nouam condim⁹ ciuitatem, & quisquis aliam instituit, eandem debet in ferẽdis legib⁹ inspicere, & non ad paucos velut tyrannos, vel ad vnũ, vel ad populi potestatem, sed ad iustitiã semper inspiciendũ est, qua vniuersa ciuitas vtatur, si tota velit ꝑcul ab omni seditione ꝑmanere, æqualitate ét sortis vti necesse est, ad multorũ indignationẽ deuitandã. Qua in re Deum ac bonã fortunã precib⁹ inuocare oportet, vt sors ad id, qđ est iustissimũ, dirigatur. Sic igit̃ necessario vtrisque æqualitatibus vti debemus, sed in rebus admodum pauciſſimis ea ęqualitate, cui fortuna opus est.

Legati.

Lex legatorum.

De legatis non fideliter nuntiantib. in libro duodecimo de legibus sic instituit.

Si legatus vel præco, falso q̃ sibi commissa sunt nũtiauerit, vel dicenda tacuerit, vel rursus ab hostib⁹, vel amicis rediens, aliter quàm acceperit retulisse reperiat̃, quasi mercurij Iouisque mãdata ac legationes contempserit in iudiciũ deferat̃, & iudices pro rei magnitudine, quid pati, aut dare ipsum oporteat si damnatus fuerit statuant.

Lex impediētiū teſtes.

Litigans venire in iudicium teſtes prohibens.

De litigante prohibente teſtes ad iudiciū venire in duodecimo libro de legibus ſic ſtatuit.

Quādo aliquis vi eum qui litigat leu teſtes in iudicium venire prohibet,ſi ſeruus eſt,ſiue illius,ſiue alterius,nullius momenti ſit ſententia lata.Si vero liber, ſententia ſit irrita & anno vinciatur, qui depulit, & ſi quis latrocinij reum eū accuſare voluerit,fas ſit.

Libertus.

Lex liberti.

De libertis in libro vndecimo de legibus ſic inſtituit.

Libertū ſuū vnuſquiſque ducere poſsit quo velit honeſte ipſo vſurus, ſi ab eo non colitur & honoratur vt decens eſt.Cultus autem eſt,vt ſingulis menſibus domū domini ſui ter veniat paratumq; ſe oſtendat facere quicquid honeſtum poſsibile ſibi fuerit. Deinde de matrimonio quicquid videtur domino faciat. Nec ei liceat maiores ſibi diuitias acqrere,quàm ille,qui eū liberauit,ſed quicquid plus habuerit,domino det:libertus aūt ſicut & peregrini vltra viginti annos,in ciuitate non maneat, ſed poſt illud tempus acceptis bonis ſuis abeat niſi domino quondam ſuo & magiſtratibus perſuaſerit.Si autem liberti & peregrini alicuius bona tertiū cenſum exceſſerint trigeſimo die poſtquam hoc deprehenſum fuerit,reb⁹ ſuis acceptis recedat,nec vlla ſibi vlterius in ciuitate permanendi facultas à magiſtratibus concedatur. Huic legi, ſi quis non obtemperaſſe condemnatus fuerit,morte plectatur,& bona ſua in publicum redigantur.

Magiſtratus muſicæ & gymnaſticæ.

Lex magiſtratus Muſicæ,ac Gymnaſticæ.

De magiſtratu muſicæ & gymnaſticæ in ſexto libro de legibus ſic inſtituit.

Poſt hæc Muſicæ gymnaſticę magiſtrat⁹ duplices vtriuſque facultatis conſtituant. Alij cauſa diſciplinæ. Alij cauſa exercitationis. Qui diſciplinæ præſunt gymnaſiorū doctrinarumq; ornatū & diſcēdi ordinem curent,operāmq; dēt vt tam mares quam fœminæ in adoleſcentia honeſte ad iſta proficiſcantur,& honeſte commorentur. Exercitationis curam habeant in gymnaſtica & muſica ipſi athlothetæ, qui munera imponunt,atque declarant ipſis certatoribus. Et hi quoque duplices eſſe debent,quoniā alij circa muſicam, & alij circa gymnaſticam.Et in gymnaſtica iidem in hominum & equorū certaminibus. In muſica alij, in monodia,id eſt cantu & oratione funebri,& ipſa imitatione,ſicut Rhapſodorum,id eſt eorum,qui decantatorium carmen cōponunt, cithariſtarum,tybicinum,cæterorumq; taliū. Alij in chori cantu.Primum igitur in chori ludo,vbi viri,pueri,& puellæ tripudio cęteriſque modis muſicæ exercētur,principes eligendi ſunt.Vnus autem illis ſufficit princeps, nō pauciores quàm quadraginta annos habens. Vnū quoque in monodia ſufficere arbitramur qui triginta expleuerit annos, q & introducat homines in certamen eóſque cognoſcat & iudicet.Principem autem & ordinatorē chori,ſic eligere oportet.Qui huic rei vacant,in cōciliū ,pficiſcantur,mulcta impoſita niſi acceſſerint.Huius rei legū cuſtodes iudices ſint. cęteros ſi accedere nolint,nemo cogat. Nominent etiam q periti ſunt,& in cōprobatione, vna hęc, approbatio reprobatioque habeatur q peritus vel imperitus ſit qui nominatur.Qui vero ex decē nominatis cæteros ſuffragio ſuperauerit,& deinde cōprobatus fuerit,vnus annuo tēpore choro ſit præſes.Similiter etiā in monodia & tybicinio nominatio fiat electio & comprobatio,& qui aſſecutus fuerit, eodem modo à iudicibus confirmatus,anno præſit. Poſtmodum autores declarator eſque munerum in exercitatione gymnaſtica tam equorum quam hominum à ſecundo & tertio cenſu ita conſtituantur.Homines trium cenſuum comitia ingredi compellantur.Minimus autem cenſus liber ſit. Et de viginti qui prę cæteris ſuffragio deſignati fuerint, tres ante alios ſorte electi declarentur principes, quos comprobantium ſuffragium confirmauerit. In cuiuſcunque autem magiſtratus ſorte,atque iudicio,ſi quis reprobatus & repulſus fuerit,alius eius loco deſignetur,qui & comprobetur.

Magiſtratus educationis puerorum ac puellarum.

Lex magiſtratus educationis puerorum, ac puellarum.

De magiſtratu educationis puerorum ac puellarum in ſexto libro de legibus ſic inſtituit.

Reſtat princeps qui totius diſciplinæ tam marium,quàm fœminarum curam habeat. Vnum quoque hunc ſecundū leges principem eſſe volumus, non pauciores natum annos, quàm quinquaginta,qui legitimos habeat filios maximè vtriuſque ſexus,vel ad minus alterius ſexus.Cogitare autem debet & qui eligit & qui eligitur hunc magiſtratum in ciuitate præſtantiſsimum eſſe.Nam in omnibus viuentibus,prima ipſa germina ſi apte cæperint,ad naturę ſuę virtutē vim habent ſummā,ad finēq; ſibi debitum conſequendū. Qđ & in plantis euenire videmus & in brutis tum ſyluęſtrib. tum manſuetis,& in hominib.quoque.Hominem autem manſuetum eſſe animal dicimus. Qđ ſi cum natura felici rectam quoque diſciplinam aſſecutus fuerit,in diuiniſſimum manſuetiſſimúmque animal euadere ſolet.Si vero non bene educatus fuerit ferociſſimum omnium,q in terra naſcuntur,animal redditur.Quamobrem non debet legum conditor educationem puerorum rem ſummopere neceſſariam negligere,ſed in primis operam dare, vt omnium ciuium optimus eligatur,qui pro viribus pueris bene educādis prēponatur. Omnes igitur magiſtratus præter ſenatum & quæſtores in Apollinis templum profecti,ſuffragium clam legū cuſtodibus ineant,deligentes ſinguli,quem optimæ puerorū diſciplinæ exiſtimant præficiendum.Et qui ſuffragio ſuperabit,à magiſtratib.qui eum delegerunt exceptis legum cuſtodib⁹ comprobatus per quinquennium pfit.Et in ſexto anno alius princeps ſimiſr ſtatuatur.Si quis aūt in magiſtratu publico conſtitutus plurib. quàm triginta diebus antequam munus ſuum peragat,è vita deceſſerit,illi,quibus id curæ eſt,alium ſimiliter eligant & ſtatuant.

Matrimonia.

Lex Matrimoniorum.

De matrimonijs in ſexto libro de legib.tres leges inſtituit.quarū prima eſt de ducenda vxore,ſecunda de nuptijs, tertia de domo ac habitatione coniugum.

Prima ſic incipit,fili⁹ qui ex bonis parentib.natus eſt,eas nuptias ſequi debet,quas prudentes viri honeſtas exiſtimāt. Qui ſane monerent nō oportere diuitum affinitatem multū appetere,nec pauperū fugere.Sed cæteris parib⁹ pauperiorem ſemper honorare decet,& cū ipſo ſocietatem inire.Nā & ciuitati & familijs quę iunguntur,id conducit. Qđ enim moderatū & mediocre eſt,immoderato & excedente mirū in modū ad virtutem prēſtat.Ergo qui acrioris ac velocioris animi eſt ad agendum,quietiſſimorum parentū filiam ducat.Et qui econtra natura affectus eſt,ōriam ſibi ꝓcuret affinitatem.Sed tñ vna tandem ſit cōis rō nuptiarum,vt ſ.quiſque nō iucundiſſimum ſibi,ſed ciuitati vtile ineat matrimonium.Etenim ſinguli ad ſibi ſimillimum natura feruntur.Vñ ciuitas tota & diuitijs & moribus inæqualis quam maximè redditur,ex quibus quæ nollemus,ciuitatib. plurimis accidunt.Sed ſi hæc per rōnem lege ſanciremus,ne diues diuitis aut potens potentis ſocietatem admittat,cogeremúſque velociores animo cum tardioribus & tardiores cum velocioribus copulari non ſolum ridicula videretur oratio, ſed & iram multitudini concitaret. Quamobrem non lege,ſed perſuaſione inducendi ſunt ciues,vt æqualem temperatámque liberorū ſuorum generationē pluris faciant quā opulentiſſimæ affinitatis æqualitatē.Et eum qui in connubio pecunijs inhiat,nō lege ſcripta arcere debem⁹,ſed opprobrijs ab ſterrere & increpationib.Ad nuptias igit vt decet celebrandas,& hæc quæ nunc diximus exhortantur.Et illa quæ in ſuperiorib.iam diſſeruim⁹. Cogitare nanque quilibet debet, quod natura quadam hominum genus ex matrimonio quodammō immortalitatem conſequitur, cui⁹ rei vnuſquiſque ſummopere cupidus eſt.Nemo eñ eſt qui nō deſideret perpetuum apud poſteros nomen habere.Genus itaque hoīum immortale hoc modo perdurat,ꝓ filiorum filios relinquendo,vnū & idem ſemper per generationem immortalitatem adipiſcat.Nefas autē eſt ſeipſum immortalitate ſponte priuare.Hac vero ille ſe priuat,q filios & vxorem negligit. Si qs autē ſponte non pareat,& alien⁹ ab hoc conſortio viuat in ciuitate,& ſine cōnubio quinq; & triginta annos egerit, ſingulis annis ſi de maximo cenſu eſt.drachmis cētum mulctet,ſi de ſcđo,ſeptuaginta,ſi de tertio,ſexaginta,ſi de quarto,triginta.Quę quidē pecunia Iunoni cōſecranda eſt.Si qs autē ſingulis annis nō ſoluerit,decuplū debeat,cuius pecuniæ exactor ſit & ipſi⁹ quæſtor,ac niſi exegerit,ipſe debeat. Qui igit vxorem ducere noluerit,pecunijs ſic mulctet, honore ēt ſic.Primum honores nullos à iunioribus conſequatur,nec iuuenum aliquis vlla ī re ſibi ſponte obtēperet. Deinde ſi aliquem cędere auſus fuerit,quilibet aduerſus ipſum inſurgat & illi qui iniuriam accepit,auxilium ferat. Si quis præſens hoc nō fecerit, timidus malúſq; ciuis habeatur.De dote iam dictum eſt prius,& nunc dicetur æqualia,ꝓ æqualibus eſſe.Nam nec qui acceperit,nec q dederit, pecuniarū inopia cōſeneſcet.Neceſſaria eñ in hac ciuitate quam inſtituimus,

cuimus,abunde omnibus ſunt.Mulierib⁹ præterea contume lioſus faſt⁹ minor erit, & viris minor vilis ac liberalis ſerui tus.Qui paruerit,præclare quidē ac bene aget.Qui vero nō paruerit,ſed aut dederit aut acceperit in dotem quod quin quaginta drachmas excedat veſtimenti gratia. Alius minā, alius tres ſemiminas, ali⁹ duas minas.Et qui cēſum ſupremū habet,tantundem ærario perſoluat, & quicquid datum vel acceptum fuerit,Ioui ac Iunoni conſecretur. Huius pecuniæ exactores eſſe volum⁹ horum Deorum quæſtores,qui ſi neglexerint,de ſuo perſoluant.Fideiuſsio vero primum patris firmiſsima ſit,deinde Aui,tertia fratrum qui ex eodem patre nati fuerint.Si horum nullus ſuperſtes ſit, tunc ex parte matris ſimiliter fideiuſsio valeat.Si autem inſolita contigerit deſolatio propinquiores agnati atque gentiles ſimul cum tutoribus fideiubeant.

Secunda quæ eſt de nuptiis ſic incipit. Ad nuptiale conuiuiū,non plures q̄ quinque amici,& amicæ quinque ex patris latere vocentur.Ex cognatis & propinquis totidem.Impenſa ſecundum diuitias fiat. Ditiſsimus minam expendat. Alius ſemiminā,deinceps ſeruata ꝓportiōe, quo decreſcit, decreſcat & impenſa. Qui legi paret,Laudetur ab omnib⁹. Qui non obtemperat,damnent eū legū cuſtodes, tanquam à decoro alienum legiſque menſarum ſponſalium ignarū. Bibere vero vſque ad ebrietatem, neque hic neque alibi licet,præterquā in ſolennitatibus illius Dei q̄ largitus eſt vinū.Nec tutū eſt,maximè in connubio.Nam ſponſus & ſponſa,tunc mentis compotes eſſe debent, quando non paruam ineunt vitæ mutationem, præſertim vt ex q̄ maximè moderatis generatio filiorū fiat. Fermè enim incertū eſt,qua die aut nocte cum Deo generatio peragatur. Quare vt ſolidus ſtabilis & q̄etus fiat conceptus, non expedit corporibus ebrietate diffuſis,dare operam liberis.Qui enim vino refertus eſt, tam animæ q̄ corporis rabie concitatus,quo vis & trahit & trahit.Idcirco ebrius tanquam mente captus, ad ſerendum inutilis eſt. Nempe veriſimile eſt, eū fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos, tam membris q̄ moribus procreare.Quamobrem per totam vitam, & maximè quandiu generationi vacat abſtinebit, cauebitque ne quid faciat,qđ in fœtu morbos inducat,vel ad petulantiam inclinet. Hęc enim in animos & corpora naſcentium neceſſario tranſlata illic imprimunt, peioréſque inde naſcuntur. Sed præcipuè die illo nuptiarum ac nocte à talib⁹ eſt abſtinendum. Principiū nanque & numen hominib⁹ inſitum ſi conuenienti honore ab vtentibus afficiatur,omnia ſeruat.

Tertia quæ eſt de domo & habitatione ſponſi ac ſponſæ ſeorſum à parentibus ſic incipit.

Oportet alteram ex duabus ſorte domibus à parentibus ſeparatam quaſi ad pullorum generationem educationemque ſpōſum accipere atque ibi nuptias celebrare, vbi ſit cū liberis ſuis habitatur⁹.Nam ſi quoddam in amicitiis deſideriū ineſt, mores omnes quaſi quodam glutino connectit & vincit.Conſuetudo autem ſatura, & nullū habens pertemporis intermiſsionem deſiderium, alterum ab altero ſatietate diſiungit.Quapropter ſponſus & ſponſa parentibus vtriſque affinibusq; relictis, ſeorſum quaſi ad coloniā ꝓficiſcātur, ac viciſsim ſeipſos reſpiciētes ſimul habitēt,liberos generando & educando & vitā quam ab aliis acceperūt quaſi tedas ardētes aliis tradant,ſemper ſecundum leges colētes.

Menſura.

Lex menſura ac pretij venalium.

De menſura & pretio venalium in octauo de legibus ſic ſtatuit.

Omnium rerum & ſupellectilium quib⁹ vtimur,in communi foro venditio fiat, in locis determinatis, vbi legum cuſtodes cenſoresque & ædiles locum determinauerint, & ptia venalibus impoſuerint. Ibi nummi cōmutent rebus, & res nummis.Commutet autem vnuſquiſque per ſeipſum, nemini committens.Quod ſi cōmiſerit,ſiue receperit ſiue nō, quieſcat oportet.Nullum enim talium commutationum iudicium eſt.Si q̄d vero venditum emptúmque pluris aut minoris q̄ iuſſerit lex, qua rerum venalium menſurę & pretia conſtituta ſunt apud legum cuſtodes plus illud conſcribatur & contrarium deleatur.

Militia.

Lex militiæ.

De militia in duodecimo libro de legibus ſic ſtatuit

Militiæ gratia,merito magnæ habent deliberationes, & leges multæ conduntur.Sed illud omnium maximum eſt,ne q̄s mas aut fœmina ſine magiſtro ac principe quicquam agat,nec cuiuſquam ciuium animus,ſiue ioco ſiue ſerio, aliquid facere ſolus & ſuo tantum iudicio cōſueſcat,ſed tā in bello quàm in pace, ad principem magiſtratumque ſemper reſpiciat.Et eū quocunque ſequatur,atque ita ad nutum ei⁹ vitam ſuam inſtituat,vt vel minima quæque ab eo gubernatus faciat.Stet cum iubet,& iuſſus proficiſcatur,exerceatur lauetur,comedat,ſurgat nocte, cuſtodiam agat. Det ſigna, & viciſsim accipiat,& in ipſo prælio nec inſequatur vnquā, nec cedat,niſi magiſter & princeps ſignificauerit.Et vt ſummatim dicam. Nemo penitus cognoſcat, q̄d ſit ſeorſum ab alijs agere,ſed ſimul & ſemper ſit omnib.cōmunis vita. Nihil enim hac re melius,nil præſtantius atque artificioſius vn quam erit ad ſalutem & victoriam bello conſequendā. Hoc ipſum etiam in pace ab ipſa pueritia obſeruent,aſſueſcantque alios ducere & ab alijs duci. Soluta vero viuendi licentia penitus expellatur non ſolū quo ad homines, ſed & quo ad beſtias,quę ſub homine ſunt.Omnes quoque Choreæ ita vt belllum bene geratur celebrandæ ſunt,atque omnis dexteritas,facilitas,& promptitudo eiuſdem rei cā comparandę ſunt.Ob eandem cauſam conſueſcere debem⁹ à cibo & potu abſtinere,frigus æſtúmque & cubilis duritiem pati, & in primis pedum capitiſque virtutem exteriorib. tegumentis non corrumpere,nec pileorum calceorúmq; aſſuefactione debilitare.Nam extremitates iſtę cum ſuam ſeruant naturam toti corpori vires præbent,contra vero,contrarium,& pedes quidem vniuerſo corpori maximè miniſtrant. Caput vero totum ducit ac regi: qm̄ omnes eius ſenſus ex natura poſſidet. Sed hmōi quidem laudes bellicioſę vitæ iuuenes audiant.Leges vero iſtas, audiant milites. Quicunque conſcriptus eſt,aut parti alicui deputatus,ſi propter ignauiam abſque imperatoris commeatu deſit ad principes belli cum redierint accuſetur.Iudicēt autem omnes qui militarūt,ſeorſum quidem pedites,& equites ſeorſum,& cæteri ſimiliter.Pedites quidē ad pedites,& equites ad equites,cęteriq; ſinguli ad eiuſdem ſortis principes deferendi ſunt. Vbi quicunque dānatus fuerit,in certamen poſtea quodcunq; aliud deſcendere,& aliū neglectæ militiæ accuſare prohibeatur. Præterea, quid ipſum dare patique oporteat,iudices ſtatuant.Deſertę aūt militię iudicio pacto,peditū rurſus & equitum cœt⁹ à principib.habeantur,vt his qui ſtrenue ſe geſſerunt militaria dona dentur.Iudicet autem de victoria quiſquis velit inter ordinis ſui participes ita vt præteritorū certaminū neque coniecturas neque teſtes adhibeat,ſed eam q̄ nuper geſta eſt pugnam cōſideret.Donentur deinde qui p̄clare certaſſe videbuntur,corona ex frondibus arboris ſem per virentis conſerta.Quam qui conſecuti fuerint,in bellicorum deorum templis vtcunque placuerit cum inſcriptione & titulo ſuſpendat,vt virtutis teſtimonium ſit diutur num.Secūdo quoque ac tertio loco declarati,ſic faciant. Si quis autem ad bellum ꝓfectus,antequam principes dimiſerint,ab exercitu abierit,apud eoſdem principes accuſetur, apud quos & ille ſuperior, neglectæ militiæ accuſatus eſt, damnatúſque ſimiliter puniat. Caueat aūt pro virib.quicūque eſt aliquem iudicaturus,ne ſponte aut inuitus mulctam aut ſupplicium falſo & immeritò inferat.Iudicium em̄ virgo quędam pudica verè eſſe dicitur, pudori aute atque iudicio ſm naturam mendacium inimicum eſt. Quamobrem licet in omnibus,maximè tamen in bellicorum armorum ꝓiectione cauendum eſt,ne deam iudicij præſidem offendamus, ne quis neceſſarias aliquando armorum proiectiones quaſi turpes per ignorantiam arbitratus, aliquem innocentem,immerito puniat.Arduum quidem eſt, iſta diſtinguere. Oportet tamen vt lex diſtinguere conetur. Sermone igitur ſiue fabula ad hęc diſtinguenda ſic vtamur.Si abſque armis ſemimortuū Patroclus ad tentoria fuiſſet delatus, quod pluribus accidit,& arma quæ à dijs vt poēta dicit in dotē Thetidi data fuerant,ab Hectore rapta fuiſſent,vtrum Menecia des quaſi arma abiecerit,à detractorib⁹ vituperand⁹ ſit.Prętерea ſi qui ab alto præcipitati,aut in mari aut in tempeſtatis aquarúmque colluuione, & in alijs huiuſmodi multis, quæ ad purgandam ignauiæ ſuſpicionem afferri poſſunt, coacti arma amiſerint,erunt ne vituperandi?Danda vero opera eſt,vt maius grauiúſque malum,pro virib.à contrario ſecernamus. In ipſa igitur vituperatione,vocabulorum prolatio differentiam quandam oſtendit. Nam ſicut abiector non de omnib⁹ merito dicitur. Armorum vero amiſſor de omnib⁹,nec ſimiliter qui vi amiſit, & q̄ ſponte abiecit ſicut abiector iudicand⁹ eſt. Omnino enim vndique differūt.Sic igitur ſanciamus.Si quis ab hoſtib.circunuentus,cum armatus eſſet,nō defendit ſe conuerſus ad eos,ſed arma ſpōte dimiſit,aut abiecit turpémque vitam, fugæ velocitate comparare ſibi maluit,quàm fortitudine honeſtam felicémq; mortem,de huiuſmodi armorum abiectione iudicium habeatur

de ſuperiori vero nullum. Mali enim, & ignaui ſemper puniendi ſunt vt meliores fortioréſque euadant. Infortunati vero minime. Nihil enim proficitur. Sed quæ congrua pœna erit abiectionis armorũ damnato, & à vera fortitudine degeneranti? Præſertim cũ impoſsibile ſit huiuſmodi hominẽ in contrarium commutari, vt Cæneum Theſſalũ ferunt diuina quadam vi, in viri naturam ex fœmina commutatum. armorum enim abiectori contrarium conueniret, vt in mulierem ex viro tranſlatus ſic puniatur. Nunc vero, quoniam id fieri non poteſt, proximum aliquid excogitemus, vt poſtquam ille vſque adeo viuendi cupidus eſt deinceps nullum ſubeat periculum, ſed reliquam vitam & longiſsimam improbus & cum dedecore viuat. Hęc igitur lex ſit. Illo qui arma turpiter proieciſſe dãnatus eſt, nec imperator neque præfectus aliquis, pro milite vnquam vtatur, nec in aciem recipiat, ſi contra fecerit, rationum referendarũ iudex cognoſcat & ſi maximi cenſus fuerit, decem minis, ſi ſecundi, quinque, ſi tertij, tribus, ſi quarti, vna ipſum cõdemnet. Qui autem ob armorum proiectionem damnatus fuerit, non ſolum ob naturæ ipſius ignauiam à virilibus periculis arceatur, ſed etiam ſi maximi cenſus eſt, decem ſimiliter minis mulctetur, ſi ſecundi, quinque, ſi tertij tribus, ſi quarti, vna.

Miniſter patriæ quòd munera non accipiat

Lex miniſtri patriæ, quòd munera non ſuſcipiat.

De miniſtris patrię quòd munera non accipiant, ſic ſtatuit in libro duodecimo de legibus.

Qui patriæ in aliqua re miniſtrant, nullo modo munera recipiant. Nec vlla occaſione aut ratione nobis perſuadeamus in rebus quidem nobis ſuſcipienda eſſe munera, in aliis minime. Nam id cognoſcere non facile eſt, nec cum cognoueris, continere. Idcirco tutius eſt continere, & legibus obtẽperare dicentibus nulla pro patrię miniſterio munera eſſe ſuſcipiẽda. Si quis vero minus obtemperaſſe damnatus fuerit, moriatur.

Mouens bellum & agens pacem ſua voluntate.

Lex mouẽtis bellum & ſua voluntate pacem agentis.

De mouente bellum & agente pacem ſua propria volũtate in libro duodecimo de legibus ſic ſtatuit.

Si quis conſilio ſuo abſque autoritate communi, pacem iniit, aut bellũ mouet, vltimo condẽnetur ſupplicio. Quod ſi pars aliqua ciuitatis id tentauit, huius rei autores à militiæ imperatoribus in iudicium tracti & damnati morte plectantur.

Nocumenta aquarum

Lex nocumenti aquarum.

De nocumentis aquarum agrorũ, & in paſcuis & in fructib⁹, & in aliis multis in libro octauo de legib⁹ ſic inſtituit.

Multa damna etiam ſi parua ſint, in vicinia ſępius facta magnas pariunt inimicitias, vicinitatem difficilem & amaram reddunt, propterea caueat vicinus, ne vicino noceat, & maximè in agris colendis. Nocere nanque non difficile. Cuiuſlibet enim hominis eſt, prodeſſe autem non cuiuſlibet. Quicunque ergo fines ſuos egreſſus, vicini coluerit agrũ, damnum reſtituat, atque impudentiæ ac liberalitatis pœnas luat, duplumque loco mulctæ deponat illi cuius agrum coluit. Cognitores vero ac iudices & cẽſores huⁱ⁹ rei agrorum curatores ſint. In maioribus quidem damnis, vniuerſus duodecimę partis ordo. In minoribus vero, q̃ cuſtodiis præſunt. Si quis paſcuis nocuit, illi conſiderato damno iudicent & condemnent. Si aliena apum examina quis perſequitur atque ære pulſans ad ſe trahit apes, dãnum reſtituat. Si quis ignem in materiam cõbuſtibilem ſic immiſerit, q̃ vicino non cauerit, prout magiſtratibus videbitur condemnetur. Qui in plantando menſuram vicini agri non reliquit, ita plectatur vt à pleriſque legumlatoribus ſufficienter dictũ eſt, quorum legibus vti debemus, nec putare multa, quæ minima ſunt & ad quemlibet legislatorem ſpectant, à maiori ciuitatis conditore eſſe ſanciẽda. Sed & de aquis antiquæ, ac bonæ extant leges, quæ recitatione deriuandæ non ſunt. Verum qui aquam ad ſua deducere voluerit à publicis fontib⁹ ita deducat, vt nullius priuati fonte perturbet. Deducat autem qua velit, præterquam per domos aut ſepulchra, aut loca diis cõſecrata, nec aliud damnũ inferat, niſi quod ab ipſo riuulo efficitur. Quòd ſi aqua inopia ſolo inſita, in aliquib⁹ locis aquas ab Ioue prodeuntes non retinet, cũ neceſsitate quiſpiam opprimatur, in loco ſuo vſque ad cretã effodiat, & ſi in hac profunditate nihil aquæ inuenerit, tantum à vicinis aquarum ſumat, quantum neceſsitas poſtulat. Et ſi vicinis quoque pauca ſit aqua, aquãdi mod⁹, quo vtatur, ab agri curatoribus ſibi ſtatuatur. Si vero pluuiales aquæ abundẽt, & qui inferiores partes habitãt & colunt, defluxum ita prohibent, q̃ ſuperioribus nocent. Aut econtra, ſi ſuperior inconſiderate aquas defluere pmittẽs inferiori noceat, & inter ſe cõuenire nequeant, in vrbe quidẽ ędiles, in agris vero, qui agris præeſt, modũ imponat, quem ſi qs non ſeruauerit, inuidię & peruerſitatis pœnas luat, & vicino damnum in duplo reſtituat. Fructuũ autẽ cõis hmõdi participatio ſit. Bina quidem nobis gratiæ dona, dea hæc quã gratiam dicim⁹, elargitur. Vnum dionyſiacum, qđ recondi nõ poteſt. Alterum vero, qđ repoſitioni aptũ eſt. Hæc igit̃ lex, de fructibus ſancitur. Qui vuas & fic⁹ de ruſticis fructib. ante vindemię tẽp⁹ guſtauerit, qđ arcturo concurrit, id eſt circa æquinoctium autumnale, quinquaginta drachmis ſi de ſuo agro collegerit, Dionyſio dicãdas perſoluat. Si à vicinis acceperit, minam, ſi ab alijs, duas minæ partes. Vuas autem ficúſque, quos groſſos nominamus, neque cõmode recondi pñt, quo & qñ velit, ſi ſua ſunt, colligat. Si vero aliena, qm̃ lex eſt, vt nemo moueat q̃ non depoſuit, q̃ acceperit niſi pſuaſerit mulctet. Qđ ſi ſeru⁹ quiſpiam nõ pſuaſo agri domino eas acceperit, p̃ ſingulis ficubus, vuarúmq; racemis, æqualia numero verbera patiat. Inquilin⁹ fructib. emptis ad repoſitionẽ ineptis, ſi cupit veſcat. Peregrinus aũt in ipſo itinere ſi tranſeat ſolus, aut cũ vno tantum ſocio, fructibus non reponendis ſi velit cũ hoſpitali venia guſtet. Alios vero fructus, qui reponi pñt peregrinos quoq; guſtare lex p̃hibeat. Si vero eos quiſpiam inſcius tetigerit, ſeruus quidẽ plectat. Liber aũt dimittatur admonit⁹, q̃ fic⁹ & vuas ſolummõ repoſitioni ineptas guſtare licet. Eas vero ex quib⁹ paſſæ vuæ & vinũ & caricæ fiũt, minime. Pyra vero & mala tũ alia tum punica, cæteráq; hmõi auferre clam turpe non ſit. Si q̃s vero deprehẽſus fuerit, pauciores annos quã triginta natus ſine vulnerib. verberet. Nec pœna vlla p̃pter hmõdi verbera, libero fit. Aduenę quoque de his fructib. ſicut & de repoſitioni ineptis, carpere liceat. Si ſenior quiſquam comederit, nec aſportauerit, vt aduenæ p̃miſſum eſt & ipſe quoq; oſium hmõi fructuũ participeps ſit, q̃ ſi legi nõ paruerit, ad virtutis certamẽ impotens habeat, ſi iudicib. huic rei p̃ſidentib⁹, tũc relatũ hoc fuerit. Aqua nutriendis hortis maximè cõfert, ſed de facili corrũpi põt. Terra vero, & Sol & aër, q̃ cũ aqua ſimul nutriũt ea, quę ex terra naſcunt, nõ facile veneno vel diuerſione vel ablatione corrũpi pñt. Aquę aũt his modis facile dãnum infertur. Propterea legis auxilio indiget. De hac igit̃ lex iſta ſanciatur. Si q̃s ſponte alienam aquã ſiue ex fontib. ſcaturientẽ ſiue collectam foueis veneno corruperit, aut ablatione ad, ædiles deferatur, vbi ſi deliquiſſe conuincitur, damnum reſtituat, & fontes, aut aquarum vas vt interpretes faciendam purgationem iudicauerint purget.

Officium iudicis.

Lex officij iudicis.

De officio iudicis in libr. duodecimo de legib. ſic ſcribit.

Futur⁹ æquus iudex ad hęc reſpicere debet, atque operã dare, vt has legũ cõſtitutiones ante oía diſcat & mẽte firmiter teneat. Nã ad faciendũ eum virũ bonum, ſcripta legũ prę cæteris doctrinis, ſi recte ſe habent, maximè conferũt. Alioquin temere miranda diuináq, lex, nomẽ mẽti, p̃pinquũ poſſideret. Nos em̃ mentẽ, nomos vero legem ſignificat. Legis igit̃ ſcripta quaſi remedium medellãq; aduerſus aliarũ orationũ venena, p̃bus iudex ſecum ſemp tenebit, quibus ſeipſũ ciuitatẽque emẽdabit, bonos cõfirmabit, & extollet, prauos ex ignorantia & incontinẽtia & timiditate ſi ſanabiles ſunt reuocabit. Nam ſi ſanari non poſſunt, qui eos morte afficiunt apud omnes laude digni iudices, & iudicum principes, merito haberi ac dici videntur.

In ciuili aũt de regno, de iudicis officio ſic ſcribit Plato.

Vltra cõmerciorum iura legitima, autoritas illius, ſ. prætoris extẽditur, vt circa hæc cõſideret quid iuſtum, quid nõ & ad normam legum, quas rex ipſe condidit reſpiciens, ſingula diiudicet, propria virtute ſemper adhibita, per quam neque muneribus, neque minis neque commiſerationib. neque odio, neque amore leges tranſgrediatur, & præter ius cauſas alternas dirimat.

Officium regis.

Lex officij regis.

De regis officio in ciuili de regno ſi ſcribit.

Regiæ maieſtatis officium eſt, non vt ciuilia per ſeipſam agat, ſed vt agere potentib. imperet, cognoſcátq, principiũ ac progreſſum eorum, quæ in ciuitate ſunt maxima, quidve decorũm & opportunum ſit, & quid contra.

Lex peregrinationis, & receptionis peregrinorũ.

Peregrinatio atque peregrini quomodo recipiendi.

De peregrinatione ciuium, & peregrinis recipiendis, in libro duodecimo de legibus ſic ſcribit & ſtatuit.

olet

Solet gẽtium diuerſarum commixtio, varios mores cõfundere,& peregrinorum cũ peregrinis conſuetudo plurima innouare. Quod ciuitati bene inſtitutę maximè nocet. In ciuitatibus autẽ malè inſtitutis, nihil refert, ſi tam ſenes q̃ iuuenes pro arbitrio ſuo ad alia loca peregrinent & aliunde peregrinos ſucipiant. Econtra vero nullos vnquã recipere aduenas, nec ad alia loca ciues bene inſtitutę ciuitatis ꝓficiſci, & impoſsibile eſt, & crudele & ſuperbum qd videt hominibus, qui ciuitatem ipſam turpi vocabulo notabũt, appellantes eam peregrinorum hoſtem, atq; difficilem & inhumanam. Non oportet autem paruifacere vtrum aliis improbus, aut probus videaris. Multi em̃ quamuis virtutis inexpertes ſint, iudicant tamen qui ꝓbi, aut improbi, ſint. Nam prauis quoque hominibus, diuina q̃dam coniiciendi vis ineſt, per quam rectè tũ verbis, tum opinione deteriores à melioribus diſtinguũt. Quocirca vtiliter ciuitatib⁹ ꝓcipitur, vt bonam apud multos exiſtimationem nõ paruipendant. Maximum ſanè atque rectiſsimum eſt, vt cũ ſis probus, ita gloriam quæras, aliter minimè, ſi modo perfectus vir futur⁹ es. Decet ergo vt & hæc ciuitas conetur apud cæteros bonam conſequi exiſtimationem. Sic igitur de peregrinatiõe ad alia loca, & de peregrinorum receptione ſanciendum eſt.

Ei qui pauciores q̃ quadraginta annos natus eſt, nullo modo peregrinari liceat. Priuato quoq; nemini liceat, publicè vero preconibus legatis & exploratoribus liceat. Profectio vero extra regionem ad gerendum belli ciuilis peregrinatio putanda non eſt. Ad Pythium vero Apollinẽ, ad Iouem Olympicum, Nemeã etiam & Iſthmũ, mittendi ſunt aliqui, per quos ſacrificia ludóſq; his diis hæc noſtra ciuitas conferat. Mittantur autem pro viribus plurimi pulcherrimi & optimi, q̃ in ſacris & pertinentibus ad pacem cõmunionibus ciuitati ſuæ honorem & gloriã bellicæ glorię reſpõdente acquirant. Cumque redierint, iuniores doceant ciuiles aliorũ inſtitutiones, ſuis multo poſteriores eſſe. Spectatores quoque alios otio abundantes, qui aliorum hominũ res conſiderare cupiant, ex legum cuſtodum inſtituto lex nulla prohibeat. Nam ciuitas bonorum malorumque hominum ignara, & externæ conſuetudinis expers, nunquam ſatis humana atq; ꝓfecta eſſe poteſt, exiſtunt autẽ vbique in vulgo & multitudine hoĩes quidã diuini, licet pauci, attamen digni, cum quibus conſuetudinem habeas. Quicunque igitur in ciuitate rectè benéque gubernata incorrupt⁹ erit, ad alia loca proficiſcens horum veſtigia terra marique ſequent̃, vt patriã reuerſus, leges patriæ ꝓbet, & ſi in aliqua re deficiũt corrigat. Quippe ſine hac inueſtigatiõe, atque iſpectiõe, nũ quã optimè ciuitas ꝓmanebit, vtrũque autẽ hoc pacto fiet.

Primò, huiuſmodi ſpectator ad alia loca aliorũ mores, atque leges inſpecturus nõ proficiſcatur, niſi annos plures q̃ quinquaginta natus ſit, deinde cũ in cæteris, tum maximè bello probatus ſit. Is vltra ſexageſimum annum nõ amplius vagetur, ſed citra decimum annũ quando voluerit domum reuerſus, cœtus eorum ineat, q̃ leges examinant. Hic cœtus ex iunioribus & ſenioribus ꝓfet, quotidieque manè donec Sol oriatur cõueniant, & primo ex ſacerdotibus illi, qui tãquam cæteris excellentiores, muneribus affecti ſunt, deinde ex legũ cuſtodibus decẽ ſeniores. Poſtremò vniuerſæ diſciplinæ cenſor, q̃ magiſtratum hunc gerit, & qui iam geſſerunt. Nec vll⁹ iſtorũ ſol⁹, ſed cum iuniore aliquo, quem delegerit à trigeſimo ad quadrageſimũ annum nato. Hi de legibus & de repu. ſemper diſſerant, conferantque inuicem ſi quid de his excellens audierint, de diſciplinis etiã ad id cõducentibus colloquantur, quas q̃ ſciunt facili⁹, qui vero neſciunt difficilius legũ intentionẽ intellecturi ſunt. Quę vero ex his ſeniores probauerint, magno ſtudio iuniores ꝓdiſcant. Quòd ſi quis iunior adductus indign⁹ videbit̃ totus cœtus ei exprobret qui illũ adduxit. Iuuenes aũt q̃ ſe in his rectè geſſerint, tota ciuitas honoret, atque obſeruet. Verum ſi peiores cæteris ſe reddãt, maiore quàm alij dedecore afficiantur. Ad hunc cœtum, qui ad loca alia peregrinatus, & aliorum leges ac mores inſpexerit illico profectus, ſi quid de ferendis legibus ac diſciplina & educatione dignũ apud alios repererit exponat, ſi quid etiã ipſe inuenerit, cœtui vniuerſo declaret. Qui ſi nec melior, nec peior reuertiſſe videbit̃, laudet̃: qm̃ quod potuit, libenter effecit. Si multo melior, vinus q̃dem magnis afficiatur honoribus, defunctum aũt cœtus omnis decoret. At ſi corruptus rediiſſe videbitur, cum ſapientem ſe eſſe ſimulet, cum nemine iuniore, neque ſeniore audeat ſe miſcere. Hic ſi magiſtratibus paret, priuat⁹ viuat. Si aũt contra magiſtratuum voluntatem de legib⁹, & diſciplina & de ciuilibus diſputare auſus fuerit, iudicio condemnatus moriatur, & ſi cum in iudicium deduci iure debuerit, à nullo magiſtratuum ſit adductus, qñ de muneribus poſtea decernitur, opprobrio hæc res magiſtratibus ſit.

Peregrinorũ quatuor ſunt genera.

Aduenæ autem benignè ſuſcipiendi ſunt. Quatuor vero peregrinorum genera ſunt, de quibus mentio facienda eſt. Primum eorum, qui ſemper æſtiuales ſunt, & quaſi aues per mare, vt plurimum acquirendæ pecuniæ gratia, æſtatis tempore ad alias euolant ciuitates. Hos foro, portub⁹, publiciſque domibus, extra vrbem in ipſis ſuburbijs, magiſtratus locis illis præfecti ſuſcipiant, obſeruantes ne quis eorum noui aliquid faciat. Iudicia ẽt illic eis iuſtè reddant̃, ita vt nihil plus quam neceſſitas cogat cum his familiaritas habeat̃. Alterũ genus eorum eſt, q̃ ciuitatem ſpectaturi veniunt, & muſas illic audituri. Hi omnes iuxta templa diuerſoria habeãt, quæ ſuſcipiendis hoſpitib. cõmodiſſima ſint. Sacerdotes vero & ꝑditi, curam ipſorum habeant, vt iocunde poſſint ſufficiẽti tẽpore permanere, & videre & audire ea, quorũ gratia venerunt, & tandem ſine ſuo ac aliorum detrimento recedere. Quòd ſi quis alicui eorũ intulerit iniuriam, aut iniuria affectus fuerit, vſque ad drachmas quinquaginta, ſacerdotes cognoſcant. Crimina vero maiora rerum venaliũ curatores cognoſcant, & iudicent. Tertium peregrinorũ gen⁹ publicè ſuſcipiendũ eſt, cũ aliunde quiſpiã publica cã miſſus aduenerit. Hunc imꝑatores, magiſtri equitũ, tribuni militum ſoli ſuſcipiant, & is apud quem diuertit cum principib. conſilij, huius curam habeat. Quartũ genus rariſſimum eſt. Accedere tñ aliunde aliquis poterit, qui vel noſtra ſpectare veniat, vel apud nos ſua doceat. Hic ita recipietur, primo ſi quinquaginta annos impleuerit, deinde ſi ea mente venerit, vt vel conſideret q̃ apud alios ꝑclara habeãt, vel ſua doceat, hic diuitũ ſapientúmq; ianuas iniuſſus adeat, & quaſi hoſpes, diſciplinæ ꝑfecti domum petat, non dubitans hoſpitalem eam propter virtutis coniũctionẽ ſibi futuram. Cúmque ab alijs didicerit, & docuerit quę addiſcenda docẽdaque putauit, honore ſibi congruo muneribúſq; affectus, vt amicus ab amicis abeat. His legibus peregrinos peregrinaſque ſuſcipiamus, noſtróſque ſimiliter emittamus hoſpitalẽ veriti Iouem. Non em̃ eſu, aut hoſtijs, quemadmodum apud Nilum ſit peregrini pellendi ſunt. Nec atroci edicto à finib⁹ noſtris arcendi.

Pretium venalium.

De pretio venalium quid Plato in octauo de legib. ſtatuerit, iam actum eſt in termino menſura, vide illic.

Pompa funebris.

Lex pompę funebris.

De pompa funebri ſiue funerali expenſa, in duodecimo libro de legibus ſic ſcribit & ſtatuit.

Credendum eſt legiſlatori ſicut de alijs ſic de anima, cũ eam dicat oĩno à corpore differre. Nec aliud ꝑter ipſam eſſe qd̃ in hac vita facit, vt quilibet noſtrũ hoc ipſum ſit qd̃ ſumus. Corpus vero tanquam imaginarium quoddã, hoĩem ſe qui. Congrue ẽt corpora mortuorum ſimulachra vocari. Ac re vera vnumquẽque noſtrum, eſſe aĩam ipſam immortalẽ, & eam ad Deos alios ꝓficiſci, rõnem ſuorũ operum reddituram, vt lex patria continet, & in hoc certe bonis viris cõfidẽdum eſt, malis autem formidandum cum poſt mortẽ omni auxilio careant. Viuentib⁹ autem, neceſſarij omnes atque cognati conſulere debent, vt quã iuſtiſſimè atq; ſanctiſſimè viuant, ne maxima eos ſcelerũ ſupplicia maneant. Hęc cum ita ſint, rem familiarẽ atterere minimè debem⁹, quaſi arbitremur hanc carnis molẽ, q̃ ſepeliẽ noſtrum illum eſſe, puta filium, aut fratrẽ, aut alium carũ ac deſideratum, quẽ ſepeliri putamus, cum tñ hinc ad alium locum fatis ſuis exactis ꝓfectus fuerit. Probe igit̃ factum erit, ſi in ipſo funere moderato vtamur impendio. Moderatum vero quãtum ſit, à legum latore merito ſtatuetur, lex igitur iſta ſit.

Gemendum non autẽ ve ciferandum pro mortuo eſt.

Qui maximi cenſus eſt, ad funus & ſepulturam non plus quã minas quinque impendat, qui ſecũdi, tres, qui tertij, duas qui quarti, vnam, & ſic ſingulorum erit moderata impenſa. Cuſtodes autem legum hoc maximè curare debent, vt pueri & viri, & ſummatim vtriuſque ſex⁹ homines, ab illis iugiter obſeruati bene viuant, & in cuiuſque ciuis deceſſu, vnus ipſorum, quem defuncti hoĩs coniuncti elegerint, funus totum obſeruet, ꝓuideátque vt bene ac moderate oĩa gerantur. Lachrymis vero morruos decorare nõ turpe eſt, at plangere & extra domum vociferare, prohibendum eſt. Cadauer etiam manifeſtè per vias vrbis frequentiores efferre & eiulare, aut ante diem extra vrbem ſe affligere, non liceat. Hęc ita de his ſtatuta permaneant. Quibus q̃ paret, indénis

sit, qui vero vni legum custodi non paret, ab omnib⁹ vt cõmuni consilio videbitur, puniatur. Cętera quę vel ad mortuorum monumenta, vel ad eos, qui propter parricidium & sacrilegium sepultura indigni sunt, pertinent, superioribus legibus comprehendimus.

Prohibens volentem secum certare.

Lex prohibentis volẽtem secum certare.

De prohibente volentem secum certare in libro duodecimo de legibus sic statuit.

Si quis aliquem secum musica, aut gymnica, aut alia qua uis facultate certaturũ, in certamen descendere vi ꝓhibuerit, quisquis velit ad munerum declaratores signiꝫcet, qui procurẽt, vt quilibet liber certare possit. Id si facere nõ potuerint, munera victoriæ dentur prohibito, si ꝓhibitor vincet, & ipsius prohibiti tanquam victoris nomen, in quibuscunque velit templis inscribatur. Prohibẽti vero nec nomẽ inscribere, nec victoriæ insignia offerre liceat ac seu vincat certando seu vincatur, illati damni reus sit.

Quæstus & lucrum.

Lex quæstus & lucri.

De quæstu & lucro quomodo in ciuitate bene instituta esse debeãt, in quinto de legibus sic statuit,

Quæstus in hac ciuitate non multus sit, neque eũ oportet in ea, neque licet illiberali quæstui quenquam incũbere. Neque mechanicũ illud atque infame quęrere lucrũ, quod mores generosos inquinat, neque ex vilibus rebus turpiter pecunias cumulare. Accedit ad hæc & alia lex, quæ iubet ne quis priuatus aurũ habeat, aut argentum. Sed quoniam nũmis opus est gratia quotidianæ commutationis, quæ inter artifices & huiusmodi necessaria est, cum mercenariis & seruis & colonis merces aliqua debeatur, idcirco nũmos habere concedimus tales quòd apud eos habeãtur in pretio à cæteris autem gentibus contemnantur. At vero cum bella sæpe gerenda sint, & peregre proficiscendum, quando ad externas gentes legati nunciique mittuntur, necesse est vt ciuitas semper communem græciæ monetam possideat. Si qua vero necessitas, priuatũ peregre proficisci coëgerit, magistratuum venia proficiscatur. Reuersus autem, si peregrinis nummis abundat, cum ciuitatis nummis eos commutet, ciuitatique restituat. Quod si quis eos occultare: & in priuatũ vsum conuertere deprehensus fuerit, publicum fiat qđ occultabat. Conscij aũt qui non accusauerint, maledictis atque opprobriis simul cum illo subiiciantur.

In quauis ciuitate necesse est cõmunes pecunias esse.

Recipiens rem furatam.

Lex recipiẽtis rem furto ablatam.

De recipiente rẽ furatã sic statuit in duodecimo de leg. Si quis rem furto sublatam sciens receperit in eadẽ culpa sit, qua ille qui furatus est.

Recipiens exulem.

Lex recipiẽtis exulem.

De recipiente exulem in duodecimo libro de legibus sic statuit.

Qui exulem, siue quemuis huiuscemodi fugientem receperit, moriat, nam quem ciuitas amicũ sibi vel hostem decreuerit, eundem sibi quisque similiter existimare debet.

Regimen seruorum.

Lex regimẽtis seruorũ.

De seruorũ regimine, & quo regendi sunt ne contra dominos insurgant sic scribit ac statuit in libro sexto de leg.

Perspicuũ est possessionẽ difficilem esse hominem, quãdoquidem difficile domatur homo, & ad necessariam distinctionem serui à liberto ac dño deduci ægre patitur. Quod exemplo in crebris Messenorũ rebellionibus patuit. Præterea, Ciuitates q̃ multos eiusdem linguæ seruos habent, planũ fecerunt, quot quantáque hinc mala orianꝫ. Quæ omnia si qs aduertat, qd de his faciendum sit dubitabit. Duæ igitur tantum restant viæ, vt qui facile seruituri sunt nec eiusdem patriæ sint, & quam maximè fieri potest, inter se dissoni, educenturque recte, non solũ gratia ipsorũ, sed & multo magis dominorum, est autem recta seruorũ educatio ve nulla ipsis cõtumelia inferatur. & iniuria his multo min⁹ si fieri possit, q̃ æqualibus inferenda. Liquido enim cognoscitur, q ex natura & non ficte iustitiam colit, odítque reuera iniquitatem, cũ cauet ne iis iniuriam faciat, quibus facile potest. Qui ergo circa mores actionesque seruorũ, nihil vnquã impie facit, nihilque inique, & sic in his se immaculatũ seruat, ad ꝓducendas virtutis fruges aptissimus erit. Idẽ quoque de tyranno & domino, omnique potentiore aduersus imbecilliores recte dici potest. Castigandi cædendique semper cũ ratiõe sunt serui. Neque ita monẽdi vt liberi, ne molliores fiãt. Allocutio omnis ad seruos, quodãmodo imperiũ sit neque iocus vllus cum ipsis seu fœminis seu maribus habeatur. Quod multi stulte facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem vitam & sibi ad imperandum, & illis ad obediendum parant. Hoc igitur pacto, seruos quisqu & numero & facultate ad singula vitę ministeria aptos habeat.

Sacerdos.

Lex sacerdotis.

De sacerdote creando, & qualis debeat esse in sexto libr. de legibus sic statuit.

Quæ ad sacerdotum creationem attinent, Deo committenda sunt, vt quemadmodum illi placet, ita diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat, in examinatione aũt eorũ, q̃ sortis suffragium assecuti sunt, ille est cõprobandus q̃ integer sit atque legitimus, deinde à domo quã maximè mũda, expers quoque cædis, omniũq; hmõi, q̃ aduersus res diuinas cõmittunt, cuius pater & mater similiter vixerint. Leges autem de rebus diuinis à Delphis petantur, constituantúrque illarum interpretes, quibus vtendum est. Sacerdotium non diuturnius sit quàm annuum. Nec pauciores annos quàm sexaginta natus sit, qui fan sacras leges res diuinas & sufficiẽter tractaturus, eademque de fœminis sacris, q̃ de viris statuta intelligant. Comprobatio autẽ & ętas interpretum sacrarũ legum, talis sit qualis sacerdotum dicta est. Hi ꝑ totã vitam interpretandi, & exponendi habeant potestatem.

Sacrilegus.

Lex sacrilegi.

De sacrilego in libr. nono de legib. sic scribit & instituit. Qm̃ nõ vt prisci legumlatores agimus, qui cum deorum filij essent, heroib⁹ q & ipsi è dijs nati dicunt leges ferebant nos aũt hoies hominib. ista sancim⁹, ideo vereri oportet, ne qs ciuiũ ita natura indomit⁹ & vecors nobis gignat, vt qua si legumina fulminis tactu perdura igni legum ẽt fortissima rum decoqui nequeat. Quamobrẽ si qs forte sacrilegiũ cõmittere audeat, legẽ de hoc ferem⁹ quãuis onerosam nobis atq; molestam. Verũ educatum rectè ciué, non valde timemus tã graui morbo laboraturũ, sed istorum serui forsan & peregrini, & pegrinorũ serui hmõi multa aggredient. Quorum cã, & qa vniuersa hoium natura imbecillis est, tã de sacrilegio quã de alijs, q̃ vix sanari pñt, leges conscribam, sed ꝓœmia primum his oĩbus ꝓponenda sunt. Ad eum igit q̃ nefaria cupiditate & die tract⁹ & nocte excit⁹, templa vt furetur petit admonitionis gratia sic dicendum est. O mirabilis vir, non humanum te malum ad sacrilegia vertit, sed exitialis quidam afilus, à priscis atque inexpiatis flagitijs homini bus innatus, hominésq; circumagitans, quẽ cunctis virib. effugere debes. Qũo aũtẽ effugere possis audi. Cum talis oboritur in animo cogitatio, cõfuge obsecro ad expiationes. Confuge supplex ad liberatorũ deorum sacrificia. Confuge ad bonorum virorum cõsuetudines, vbi partim audias, partímque dicas iusta & honesta, q̃ ab omnib. colenda sunt. Malorum vero cõsuetudines apprime diffugias. Quæ si feceris, cessaueritque hic morbus ab animo tuo bñ tecum actum erit. Aliter arbitratus fore satius mori desine viuere. Cum illis hæc exordia cecinerim⁹, in quorum animos incidit quædam pestifera ac impia cogitatio, quicunq; ex his paruerint eos à lege liberos dimittem⁹, sed hoĩbus his ꝓœmijs non ꝑsuasis, ferentes post hęc legẽ, alti⁹ intonabim⁹, sic sanciẽtes.

Qui in sacrilegio deprehẽsus fuerit si seruus aut peregrinus erit, in facie ac manibus cauterizatus, verberatúsque vt iudicib. videbit nud⁹ extra fines pellatur, forte eũ hoc supplicio continẽtior factus, melior euadet. Nullum eũ supplicium lege factum, ad malum tẽdit, sed duorum alterum fere me semp afferre solet. Nã aut melior aut certe minus prau⁹ q̃ pœnas dedit fieri solet. Si vero ciuis aliquis aliq̃d tale in deos aut in parẽtes, aut in patriã ꝓpetrare deprehendatur, hunc iudex qa à pueritia bñ doct⁹ atque educat⁹ à maximo scelere nõ abstinuit, sanari nõ posse existimet, huic mors est malorum minimum. Viruperat⁹ igit, vt alijs sit exemplo, extra fines ꝑdatur, filijs autẽ & vniuerso eius gñri, si paternos mores fugerint, qa nati ex malo fortiter virtutẽ secuti sunt honor exhibeatur & laus. Nulli⁹ autem istorum pecuniæ in fiscum rediganꝫ in ea repu. in qua sortes easdem & æquales ꝑmanere oportet, sed qñ qs ea flagitia ꝓpetrauit q̃pecuniarum mulcta luenda sunt, qđ supra sortẽ possidet, illud impẽ datur, sors autem integra maneat. Cuius rei exactam veritatem à descripto censu, legum custodes ad iudices deferant, ne quis vnquam pecuniarum indigentia, sua sorte priuetur. Quòd si quis maiori dignus damnatione videatur nec fideiussione liberalitatéque amicorum liberetur, manifestis diu turnísque vinculis & cæteris opprobrijs puniatur. Peccatum nullum impunitum sit neque profugus vllus impunis abeat, sed aut morte plectatur, aut vinculis, aut verberibus,

bus,aut ignobiliter ſtando,ſedendóque in ſacris, ad extremitates regionis perductus,aut pecuniis ratione qua diximus mulctatus pœnas luat.

Sepulchra.

Lex ſepulchri. De ſepulchris,qualia & in quo loco fieri debeant,ſic ſtatuit in libro duodecimo legum.

Nullũ in loco fœcundo, & in agro ad culturã apto ſepulchrum fiat,ſed is locus defunctorũ corpora ſuſcipiat, qui ad cætera inutilis,& ad id cõmodius,viuentes nõ lædit. Neque enim à viuis neque à mortuis,terræ matris fœcunditas impedienda eſt.Nemo ergo aut viuens aut mortuꝰ,viuẽtem aliquẽ alimento priuet.Ager nõ ſit alitor eo cumulo, quem viri quinque,diebus quinque conſtruere poſſunt.Lapides quoque ſuperſtruantur nõ maiores,quã vt poſſint defuncti laudes quatuor ſolũ heroicis verſibꝰ editas cõprehẽdere,elationes aũt,nõ breuiori vel lõgiori tẽpore fiãt intꝰ, quàm verè mortuus ſignificari cognoſciq; poſſit,ac vt humana ſe habẽt,triduana elatio ad ſepulchrũ mediocris vr.

Seruanda domus.

Lex ſeruanda domus. De domo ſeruanda,in ſeptimo de legibus ſic ſcribit.

Quis igitur modus vitæ erit illis,quibus neceſſaria vitæ ſunt parata?Artes quidẽ aliis vtpote artificibus ſunt relictę Agricultura ſeruis cõmendata eſt,qui fructꝰ ex agris reddãt,qui ſufficiant hominibus modeſtè viuentibꝰ, quibꝰ præterea cõuiuia publica ſint inſtituta,virorum quidẽ ſeorſũ, & ꝓxime propinquorum,filiarúmque ſimul & matrũ. Híſque cõuiuiis principes qdã viri& mulieres præpoſiti ſint, q in eis quotidie obſeruent,animaduertántque ſingula,deinde cœtus ipſos diſſoluant,& poſtquã tam principes quàm cæteri diis ipſis libauerint,quibꝰ dies illa vel nox dicata eſt domum proficiſcantur.His igitur hominibus ſic inſtitutis, nullũ ne erit reliquũ opus ipſis cõueniens,ſed dediti ventri more pecudũ viuent?At vero nec iuſtum nec honeſtum id exiſtimamꝰ.Neque poſſibile eſt hominẽ ita viuentẽ in id tandem quod ſibi cõuenit non incurrere.Conuenit autẽ de fidi obeſoque per inertiã animali,vt ab alio laboribꝰ exercitato ac forti raptum dilanietur. Opus igitur nõ paruum neque vile hominibus ſic viuentibus reſtare dicimus,& maximè à iuſta lege mandatum.Nam cum ſinguli viuendi modi,cæteris omnibus operibus diſtrahant, vt ſi quis Pythia, aut Olympia vincere ſtudeat,is aliis rebus vacare nequeat, duplici,imò multiplici adhuc cura vita illius plena eſt, qui rectè animi corporiſque virtuti vacat.Nihil enim exercitationis corporeæ,nihil doctrinarũ animi morũq; ꝓpter alia negocia negligendũ eſt.Nã neq; tota dies neq; tota nox iſta curãti, ad ſufficientiã perfectionẽmque eorũ conſequẽdã ſufficit.Cum igitur hæc ita ſe habeant,ordo totius tẽporis liberis hominibus ab vno ſolis ortu vſque ad alium ortum habendus eſt.Ridiculus fortaſſe legiſlator habebitur,ſi multa & frequentia & minima quæque,de familiari adminiſtratione narrauerit,cum in aliis tum etiam in nocturna vigilia quã neceſſe eſt,vt ſeruaturi ciuitatẽ exhibeant.Nam ſiue lex ſiue officium appellandum ſit id quod modo præcipimus, certe omnibus turpe illud & illiberale videri debet,vt aliquis ex ciuibꝰ per totã noctem dormiat: nec primꝰ excitet & ſurgat ita vt toti familiæ hoc pateat.Quinetiã vt domina ab ancillis,non ancillæ ab ipſa excitetur, turpe apud ſeruos ancillas pueros domum denique vniuerſam dicendum eſt.Nocte igitur exurgant ciues,& magiſtratus aliquid publicũ curent.Patres vero & matres familiæ in domibꝰ propriis rem ſuam curent.Somnꝰ enim multus,nec corporibus nec animis,neque rebus gerendis conducit.Nemo quippe dum dormit,alicuius pretij eſt,non magis quàm ſi non viueret.Quare quicũque viuere & ſapere quàm maximè cupit, longiſſimo tempore vigilet,ſola ſanitatis commoditate ſeruata.Ad hanc vero non opus eſt multo ſomno ſi bene aſſueueris.Magiſtratꝰ ꝓfecto in vrbibꝰ nocte vigilãtes,malis hominibꝰ tum hoſtibꝰ,tum ciuibꝰ terrori ſunt:Iuſtis aũt & tẽperatis amandi atque honorandi,ſibi vero & vniuerſæ ciuitati vtiles.Sed & nox quidem ſic peracta,ad ea quæ diximꝰ, fortitudinem quoque in animis ciuium creat.Sole vero ſurgente,pueri ad magiſtros proficiſcantur.Quoniam autem nec pecudes nec alia prorſus vlla, ſine paſtore viuere debent:Nec pueri etiam ſine pædagogis ſint:Neque abſq; dominis ſerui.Eſt enim puer omnium beſtiarum intractabilior Nam eum prudentiæ fontem, nondum perfectum habeat inſidioſiſſimus eſt atque acerrimus, & petulãtiſſimus omnium beſtiarum.Ideo multis quaſi frænis vinciendus eſt, & cum primum à matribus nutricibúſque ſeiungitur, pædagogis cum,ad puerilem laſciuiam regendum commendare oportet.Deinde vt liberum quidem doctrinarũ gratia ꝓceptoribus commendandus eſt.

Bonum multus ſuſtiendus.

Syndicatus magiſtratuum.

Lex ſyndicatus magiſtratuum. De ſyndicatu magiſtratuũ in libro duodecimo de legibus ſic ſcribit & inſtituit.

De repetendis autem rationibus,quas annui magiſtratꝰ ſorte creati,vel plurium etiam annorum conſilio quodam electi referre debent, quid dicemus? Quis enim repetundarum rationum ſufficiens iudex erit,ſi quis magiſtratꝰ rerum pondere preſſus,dixerit aut fecerit aliquid ſuo principatu indignum? Difficile nempe inuentu hoc eſt. Nam cũ electi principatus alios virtute antecellant, quo pacto eis præſtantiorem inueniemus? Et tamen diuini aliqui viri rationum referendarum exactores & iudices nobis quærendi ſunt.Sic enim res ipſa expoſtulat.Nam multæ occaſiones ſoluendæ euertendæque reipublicę quemadmodum nauis aut animalis eſſe videntur. Verum hæc, ſcilicet rationum repetitio,tam ſalutis quàm euerſionis reipublicæ occaſio non minima eſt.Nam ſi iudices,qui geſti magiſtratus rationem exigunt virtute magiſtratibꝰ præſtent,atque repetitio rationũ ita fiat,quòd nemo conqueri iure poſſit,ſic vniuerſa regio & ciuitas ipſa feliciter florebit.Si autem iudicium repetundarum rationum aliter proceſſerit, tunc ſoluto eo iudicio,in quo vno omnia ciuilia vinciuntur atque ligantur:omnes magiſtratus,alius ab alio diſtrahũturipsique ex vno multi iã facti ex vna multiplicẽ faciunt ciuitatẽ. Hinc ſeditione plena omnia cito euertuntur.Quamobrem oportet exactores rationum in omni virtutũ genere cunctis excellere.Hoc igitur modo ipſorum creationẽ inſtituamus.

Singulis annis poſt æſtiuale ſolſtitium ad locum Soli & Apollini communiter dicatũ, vniuerſa ciuitas conueniat, tres viros optimos electura,quorũ quilibet non pauciores quàm quinquaginta annos natus ſit.Qui cũ creati fuerint, & ſecundo ac tertio loco declarati,corona ex ſemper viridis arboris fronde contexta coronentur.Datiſque ꝓmiis ꝓconio declarent,quemadmodum ciuitas Deo duce nacta eſt ſaltem eius tres ciues omnium optimos, quos Soli & Apollini vt communes primitias priſca lege, quatenus iudicium ſecuturi ſunt conſecrat.Qui tres primo anno,duodecim repetundarum rationum examinatores cõſtituant. Idque faciant,donec ſingulis ſeptuageſimus annus & quintus exactus ſit.Deinde ſingulis annis tres ſuperaddantur. Hi magiſtratus omnes in partes duodecim diſtributos,omni libera examinatione iudicaturi diligenter obſeruent. Habitent autem tempore quo rationes ſibi redduntur, in loco vbi electi fuerint,Soli atque Apollini dedicato,& tum per ſe ſolum tũ communiter,omnibus diligenter quiſitis, de ſingulis magiſtratibus publicè ꝓſcribant,quid pati eos ac dare ex repetundarum rationũ iudicum ſententia deceat. Quod ſi quis magiſtratus,horum iudicio non iuſte ſe damnatum fuiſſe conqueritur,ad electum iudicium repetundarum iudiciũ deferat.Et ſi euaſerit,accuſet eos ſi velit.Si autem non euaſerit,ibi quoque damnetur.Et ſi antea ab ipſis repetundarum rationum iudicibus morte damnatꝰ fuerit, quemadmodũ neceſsitas exigit moriatur.Quod ſi mulcta aliqua ab illis damnatus fuerit,duplam perſoluat.

His igitur qui totius ciuitatis cõſenſu,omnibus præpoſiti ſunt,donec vixerint primi conſeſſus ſemper in omnibus ſolẽnitatibus præbeantur. Et quandocunque ad cõmunia græcorum ſpectacula ſacrificiáque mitti iudices ac ꝓſides aliquos à ciuitate neceſſe fuerit,mittantur ex iſtis.Hi Solis & Apollonis ſacerdotes ſint.Ponti fex etiã ſummꝰ ſingulis annis ex iſtis ille ſit,q ſuperiori anno cæteris ſacerdotibus excelluiſſe iudicabitur.Horum nominibus quouſq; ciuitas habitatur,tempora diſtinguantur.Defunctis autẽ funera & ſepulchra excellentiꝰ quàm cæteris ciuibus fiant Quælibet indumẽta ſint alba,luctus ploratúſque abſit,chori quoque duo.Vnus puellarum quindecim,alter totidem puerorum, feretro vndique circundato ſacerdotes viciſsim carminibus laudent,felicitatemque eiꝰ per totam diem decantẽt. Mane vero ad monumentum iuniores feretrum ferant, qui gymnaſiis operam impendunt quos defuncti hominis propinquiores delegerint. Primiſque ſolẽnibus quaſi ad pugnam armati præcedant,cum equis equites,& cum lenibus armis pedites cæteriſque ſimiliter. Pueri vero ante feretrum, patrium cantum concinant, & puellę poſt eos, ac mulieres iam effectę ſequantur. Poſtremo vtriuſque generis antiſtites quamuis ab aliis monumentis arceantur, tamen ſi Pythius quoque confirmauerit ad hoc ſepulchrũ

Solis & Apollinis ſacerdotes.

quaſi quoddam purum ſit nil prohibet deuenire. Monumẽtum huic ſub terra ſit fornix quædã longior ex duriſsimis pulchriſque lapidibus, vbi lapidei lectuli vtrinque ſint. Hic beatum illum ſepeliant. Arboréſque in circuitu plantent, vna tantum parte excepta, vt hoc ſepulchrum augeri poſſit. Deinde ſingulis annis muſico, gymnico equeſtrique certamine hos viros honorent. Hæc præmia illis reddant, quorum de relatis rationibus iudicia, damnata non ſunt. Si qs autem horum in iudicio quo prælatus eſt, naturæ humanæ fragilem conditionem, detexerit, lapſus videlicet in errorẽ, poſtquam egregius habitus eſt, ſanciatur lege vt à volente quolibet accuſetur. Iudiciúmque de eo ſic agatur. Primo legum cuſtodes adſint, deinde ipſius accuſati collegæ, electi præterea iudicij iudices. Adducat autem accuſator indignum eſſe illum, qui accuſatur, & magiſtratu, & magiſtratꝰ præmiis. Si ergo damnabitur, magiſtratu, ſepulchro, cæteriſque illi magiſtratui competentibus præmiis priuabitur. Si vero accuſator quintam ſuffragiorũ partem nomini habuerit, qui primi cenſus eſt duodecim minas: qui ſecundi, octo, qui tertij, ſex, qui quarti, duas ſoluat.

Termini non mutandi.

Lex termini non mutandi.

De terminis agri non mutandis in libro octauo de legibus ſic ſtatuit.

Nemo fines atque terminos terræ moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, ſi agri extrema poſsideat, ſed putet q̃ immobilia mouet eſſe verum quod fertur, ſcilicet malit vnuſquiſque ſaxum ingens mouere, quàm paruum lapidem iureiurando à diis firmatum, quo amicitiæ & inimicitiæ terminentur. Alterius enim Iupiter cõtribulis, alterius Iupiter hoſpitalis eſt teſtis, qui hoſtili prælio ſemper inſurgũt. Qui legi obtẽperat, indemnis ſit. Qui eam deſpexerit, duplices pœnas luat. Primo quidem Deo vindice, Deinde lege, quæ iubet, vt nemo ſpõte vicini agri terminos moueat. Eum vero qui mouerit, quicũque voluerit ad agricolas deferat: Agricolæ ad iudicium ducant, à quo dãnatus, vtpote terminorũ clãm vique turbator reddat, patiatúrque prout iudices iudicauerint.

Teſtes.

Lex teſtiũ.

De teſtibus in vndecimo de legibus ſic ſtatuit.

Si quis ſponte teſtimonium ferre voluerit, citetur ab indigente, citatúſque tempore debito adſit, & teſtimonium prout ſciuerit afferat. Si neſcire dixerit, iureiurando tribus diis Ioue Apolline Themide nominatis, neſcire ſe affirmet, & abeat. Qui ad ferendũ teſtimoniũ citatus non venerit, dãnum ei qui citauit ſecundũ legem deponat. Si iudex aliquis in teſtimonium citatus fuerit, teſtimonio allato, nullã in ea cauſa ſententiã gerat. Mulieri liberæ, ſi quadraginta annos exceſſerit, tam ad teſtandum quàm ad dicendũ intereſſe iudicio liceat, imò vero & ad agendum ſi ſub viro nõ ſit. Viuẽte vero marito, ſolum teſtimonium perhibere ei liceat. Seruo vero & ſeruæ & pueris, de homicidio ſolũ teſtari & dicere liceat, ſi idoneũ fideiuſſorẽ dederint ſe vſque ad ſentẽtiã latã permãſuros, ſi forte falſi teſtimonij fuerint accuſati.

Teſtamenta.

Lex teſtamenti.

De teſtamentis in vndecimo de legibus ſic inſtituit.

Lex ſit iſta. Qui liberos habet & teſtamentum cõſcribit, primo hæredẽ de filiis vnum, quẽ dignum putauerit conſtituat. Deinde quẽcunque aliorum adoptandum dederit cõſcribat, & ſi filiorum aliquis ſupereſt nulla hæreditate munitus, quẽ ſecundum legẽ in coloniam profecturum ſperat, liceat patri huic de alia pecunia quãtum velit legare, pater na ſorte ſemper excepta & omnibus quę ad eam pertinent. Quòd ſi plures filij ſint, pater quæcunque vltra ſorte ſunt vt velit ei diſtribuat. Et ſi alicui eorum iã domus eſt, illi pater pecunias non tribuat. Neque ſimiliter filię, quæ viro ſit deſponſata. Si autẽ deſpõſata non fuerit, tribuat. Et ſi alicui filiorum & filiarum ſors aliqua in regione poſt conditũ teſtamentũ aduenerit, teſtatoris ipſius hæredi relinquatur. Si aũt qui teſtatur nõ filios, ſed filias habet, cuius filiæ velit virum hæredẽ ſibi ac filium fore cõſcribat. Et ſi alicuius filius ſiue naturalis, ſiue adoptiuus, antequã togã virilẽ aſſumat deceſſerit, has etiã fortunas ſuas teſtator ſignificet, & quẽ velit loco illius melioribus auſpiciis, ſi filium ſibi fore declaret. Si quis abſque liberis omnino exiſtens, teſtamentũ condit, decimã partem fundi vltra ſortẽ acquiſiti, leget cuicunque ciui voluerit. Cætera oía futuro per adoptionem filio benigno ſine querela & ſecundum legem tribuat.

Tributa publica.

Lex publici tributi.

De tributis publicis, in lib. duodecimo de legibꝰ ſic ſtatuit, qbꝰ & annectit de fabrica ſimulacrorũ q̃ diis fiẽda ſũt. Tributa publica ſic diſponãtur. Primo quidẽ rerũ omnium cuiuſque ciuis cenſus habeãtur. Deinde annuos fructus, tribules ad agri magiſtratus cõſcriptos deferant, vt cũ duo tributa ſint, reſpublica poſsit alterutro vti, ſcilicet vel vniuerſi cenſus, vel annui fructus parte. Semper tñ quę ad alimenta tribuuntur excipiantur. Donaria diis moderata, à moderatis hominibus offerãtur. Terra quidẽ & Veſta, ſacra deorũ oĩum eſt habitatio. Nemo igitur ex hac materia diis ſimulacra cõſtituat. Aurũ aũté & argentum & priuatim & in tẽplis inuidioſa poſſeſsio eſt. Ebur vero cũ olim ſit anima priuatum ac deſtitutum, ad deorũ ſimulacra ineptum eſt. Aes atque ferrũ ſunt bellica inſtrumẽta. Ex ligno igitur vno, vel vno quouis lapide integræ deorũ imagines in templis cõmunibus ſtatuãtur. Opus quoque texturæ offeratur non maius quàm quod ab vna muliere vno menſe fieri potuit. Colores albi tam in aliis q̃ in textili artificio diis congrui ſunt. Tincta vero aliis coloribus ad bellica in ſignia ſolũ adhibeantur. Diuiniſsimæ vero oblationes ſunt aues, atque picturæ, quas ſingulas vno die, pictor vnus depinxit. Cætera quoque his ſimilia ſint.

Tutores pupillorum.

Lex tutorũ pupillorum.

De tutoribus orphanorum in vndecimo de legibus ſic inſtituit, & in quatuor leges diſtinxit.

Prima lex talis eſt. Si alicuius liberi tutoribus indigent, & idẽ moriens teſtamẽto quoſcunque, & quotcunq; velit, conſtituerit, q̃ tutandi officiũ ſuſcipere velint, ita fiat ſicut deſcripſerat. Si vero vel inteſtatus naturæ conceſſerit, vel tutores non conſcripſerit, qui ſunt genere proximi, duo ex parte patris, & duo ex parte matris, & vnus ex amicis defuncti tutelam ſuſcipiant, quos legũ cuſtodes, indigentib. pupillis ſtatuere debent. Nã quindecim ex ipſis ſeniores cęteris, orphanorũ omniũ p̃ quinquennium ſic curam habere volumꝰ, vt terni ſingulis annis p̃ dignitate eos curent. Exacto vero quinquennio ſimiliter quindecim alios, atque id p̃ viribus nunquam deficiat. Si quis auté nihil teſtatus deceſſerit, filióſque tutela egentes reliquerit iiſdem legibus eis p̃uideatur. Qui vero inopinata fortuna deceſſerit, filiaſque reliquerit, legumlatori veniam cõcedat ſi ex tribꝰ ad duo reſpiciens eius filias collocabit. Videlicet, ſi ad generis p̃pinquitatem reſpexerit, & ad ſorté ſeruandã. Tertiũ autem, quod eſt officij paterni, vt moribus ciuiũ conſideratis diligenter, idoneum & ſibi filiũ & filię ſponſum deligat, id, quoniam conſideratu impoſsibile eſt, prætermittat. Lex igitur pro hac re ſit huiuſmodi. Si qs ex inteſtato mortuꝰ filias reliquerit, frater eius aut ex patre, aut ex matre ſi abſque ſorte ſit, filiam mortui & ſortem ſuſcipiat. Quòd ſi frater non extat, filius fratris, niſi ętas obſtet accipiat. Tertius ſororis filius, ſi nullus prædictorũ extat. Quartus patris frater. Quintus, filius eius: Sextus paternæ ſororis filiꝰ, & ſimiliter per fratres conſobrinóſque generis p̃pinquitate ſeruata ſi filias reliquit, ita procedatur, quòd in eodem genere mares fœminis apponãtur. Cõuenientiam vero ętatis ad nuptias: Iudex nudos omnino mares. Nudas quoque ad pubẽ fœminas cõſpiciens iudicet. At ſi ad fratrũ & vſque ad auorum filios cognatorũ penuria ſit, quemcunque ciuium ſponte puella cũ tutorum conſilio eliget, is ſi volue rit eã in vxorem, inſuper & hæreditatem accipiat. Quod ſi in magna illorum penuria qui vrbem habitant, aliquem in colonia miſſum puella hæredẽ patris ſui facere optauerit, ſi ex eodem genere fuerit, hæreditatẽ ſecundum legẽ adeat. Sin vero ciuis ſit, ſed nõ ex genere, ducat eam ſi voluerit, ſecundum tutorum ac puellæ electionẽ & domum reuerſus hæreditatẽ adeat, ſi quis abſque liberis omnino maſculis fœminiſque ex inteſtato deceſſerit, cętera quidẽ ſm ſuperiorem legẽ agantur. Mas vero & fœmina ex eodem genere tanquã conſortes deſertam domũ ingrediantur, q̃bus ſors propriè competat. Prima ſoror, deinde fratris, filia tertia, ſororis filia. Quarta paterna ſoror. Quinta patris patris filia, Sexta paternę ſororis filia. Hæ cũ illis vt fas eſt, q̃ genere proximi ſunt, vitam agent: quemadmodũ in ſuperioribus ſanximus.

Tertia lex talis eſt. Ne fugiat nos q̃ graue ſit earum legum imperium, q̃bus genere propinquam ducere vxorem iubemus. Nam q̃ huiuſmodi legem fert, minimè conſiderare videtur, q̃ multa impedimenta reperiri poſſe, quæ facient ne qs his pręceptis velit obtemperare. Multi etiam quodcunq; magis pati vellent, q̃ eam ducere in vxorem, cuius corpꝰ ęgrotũ mancũmque ſit, vel inſanus animus. In his ergo legũ lator forte nil penſi habuiſſe videbitur. Quare tam pro conditore legum, quàm pro ſubiectis cõmune

huiuſmodi

huiuſmodi ſit exordium, Veniam dare debent legũlatori hi, quibus leges ponuntur: quoniam publicis gubernãdis in cũbens, nunquã poterit priuatis quibuſcunque contingentibus calamitatibus prouidere, atque conſulere, ſubiectis præterea ignoſcendũ eſt, ſi legiſlatoris præcepta nonnunq; cõplecti nequeunt, quæ ſingularum contingentium calamitatũ ignarus ſcripſit. Arbitri ergo, qui his legibus ciues cõcilient, eligendi ſunt. Nam aliquando diues, aliquis iuuenis, deliciiſque deditus & ad maiores nuptias inhiãs, patrui & auunculi filiam aſpernatur. Aliquando maxima puellæ calamitate, puta corporis, aut animi defectu exaſperatus legi illi nõ obtẽperat, qua ad nõ ſana cõnubia inuitus trahitur, quibus implicitus, viuere nollet. Quare de his lex iſta ſanciatur. Si q̃s teſtamenti, aut nuptiarũ aut aliorũ gratia de legibus conqueritur, aſſerátque legiſlatoré ſi viueret, minimè impulſurũ hanc in vxoré ducere. Et propinquus aliq̃s puellę, ſeu tutor affirmet legiſlatoré orphanis tutandis & cõſulẽdis, quindecim ex legũ cuſtodibus reliquiſſe. Ad hos ipſos litigantes cõfugiãt, eorúmq; iudiciis pareant. Quòd ſi alicui hęc ad maius quã ſit legũ cuſtodũ iudiciũ, ſpectare videantur, ad electiſsimũ iudiciũ cauſam deferat, & ſententiã expetat, & qui damnatus fuerit infamia notetur, quod maius ſupplicium eſt apud rectè ſapientem, quàm multarũ pecuniarum mulcta.

Quarta lex talis eſt. Operam dare debemus vt filij parẽtibus priuati, quàm minimè miſerabili calamitate premantur. Legum ergo cuſtodes, quaſi alteros iſtorum parentes, primis non peiores inſtituimus, & per ſingulos annos quaſi filiis ſuis prouidere iubemus. Sed in primis de orphanorũ educatione, tam pro legum cuſtodibus, quàm pro tutoribꝰ ſic exordiamur. Opportune in ſuperioribus diximus defunctorũ animas vim quandã habere, qua de rebus humanis curam habent, quod vera quidem ſed longa oratione ap̃batur. Quamobrem & aliis tritis antiquiſque ſermonibꝰ, & legũlatoribus iſta ſic ſe habere ſancientibus, credere debẽt niſi dementes ſint. Cùm igiť hæc ita ſe habeant, primo deos ſuperos timeat, qui de puerorum deſolatione curat, deinde parentum mortuorum manes, quibus natura ineſt vt præcipua illorũ cura teneãtur, qui ab eis geniti ſunt, adeo vt honorantibus eos propitij, contemnentibus infenſi ſint. Præterea, Seniorum viuentium animi, qui maximis in ciuitate honoribus funguntur, quos dum eorum filij atq; nepotes colunt iocundiſsimè viuunt. Acute hæc audiunt & acute perſpiciunt. Eiſque, qui iuſtè orphanos pertractant beneuoli ſunt. Illis autem maximè indignãtur, qui cõtumeliis orphanos afficiunt. Orphanos em̃ maximũ ſacratiſsimũq́ue depoſitũ putant. His omnibus tutor cõmonitus ac magiſtratus, mẽtem ad hæc adhibebit, ac de diſciplina & educatione orphanorũ ita pro viribus prouidebit, vt ſibi ac ſuis ꝓuidere videatur. Quicunque hoc exordio perſuaſus ab oĩ in orphanos cõtumelia ſe cõtinebit, legũ irã effugiet. Sed leges, quę ſequuntur tutoribus prout erga orphanos ſe gerant, & magiſtratibus, prout de cura eorundũ inquirant conſcribim⁹. Qui fœminã marem ve tutatur, & qui ex legum cuſtodibꝰ tutorẽ obſeruare cõſtitutus eſt, non minus orphanus quàm ſi eos genuiſſet diligant, neque illorũ res peius quàm ſuas gubernẽt: imo etiã affectu animi meli⁹. Si q̃s huic legi derogauerit, tutor quidé à magiſtratu condemnetur. Magiſtratus vero ſi defecerit, à tutore ad electorũ iudicium vocat⁹, duplo damno afficiatur, quod damnum iudicum ſententia exiſtimetur. Quod ſi tutor negligere, aut malitioſe agere ꝓpinquis aut alicui ciuium videbitur, in idem iudiciũ adduct⁹, quadruplum damni reſtituat, cuius pars altera puero, altera accuſatori deferatur. Poſtquam vero ad pubertatem orphanus venit, ſi male ſecum egiſſe tutorẽ duxerit, ab exacta tutela vſque ad quinquenniũ in tutorem ſibi agere liceat. Et ſi tutor condemnabiť q̃d pati & dare debeat, à iudicibus decernat. Si aliquis magiſtratuũ orphanis obſuiſſe per negligentiam videatur, q̃d ipſis reſtituendũ ſit iudices ſtatuant. Si vero per iniuriã nocuerit, non ſolũ damnũ reſtituat, verũ & legũ cuſtodũ magiſtratu priuetur, & alius pro eo ciuitati ac regioni, à populo coſeſtim creetur.

Orphanorũ maxima cura à poſteris habenda eſt.

Has Plato de tutoribus orphanorum leges inſtituit, q̃b⁹ alteram adde, quam in libro ſexto de legibus ſic edidit, quę talis eſt.

Si orphanorum tutor mortem obierit, cognati atque affines ex vtriſque parentib. vſque ad conſobrinos & patrueles q̃ præſentes ſunt, lium infra decem dies conſtituant. Alioquin drachma quſi tidie ſinguli multentur, quouſque orphanis tutorem præociant.

Vectigal.

De vectigalibus in libro octauo de legibus ſic inſtituit. *Lex vectigalium.*

Vectigal importandarũ exportandarúmqne rerum nullum penitus ſit. Thus vero cæteráque huiuſmodi, quæ diis incendũtur & peregrina ſunt, purpurã ſimiliter, & colores alios, q̃ à regione non producuntur, omnia denique peregrina niſi neceſſaria ſint, nemo adducat, nec rurſus aliquid quod neceſſarium ſit regioni, exportet. Hæc omnia legum cuſtodes duodecim, q̃ reliq̃ ſunt, exceptis quinque ſeniorib⁹ procurent atque cognoſcant. Arma vero, & inſtrumenta bellica, ſi aduectitia arte eſt opus conuehantur, ſimiliter quæ ad hæc idonea ſunt, plantæ, & ea inſtrumẽta, funes, animalia, quæ ad bellum conferunt, quorũ magiſtri equitũ, & ductores exercitus curã habeant, vt ciuitas inuehendi euehendiq́ue facultate non priuetur cum opus fuerit, & de q̃bus legum cuſtodes ſufficientes ac decentes leges ferent. In nulla vero re, gratia colligendę pecuniæ in ciuitate, vel in vniuerſa regione, cauponatio fiat. Annonæ autẽ, quæ ex agris colligitur diſtributio, rectè iuxta Cretenſem legẽ cõſtituetur. Nam quæ à regione ꝓducuntur, in duodecim partes ab omnibus diſtribuenda ſunt, & ſimiliter conſumẽda, duodecima vera pars quæque, vt tritici, hordei, cæterarum que frugum, & fructuũ, venaliũ quoque omnium animaliũ, competenti ratione diſtribuatur, & pars vna liberis, altera ſeruis, tertia opificibus & aduenis tribuatur, ſiue aliũde venerint, aliquãdiu ciuitatem habituri & neceſſariis egeãt, ſiue propter publicã vel priuatam alicuius vtilitatem acceſſerint. Hæc igitur tertia omnium neceſſariorum pars, venalis ſemper, ac neceſſario tantum modo ſit. De duabus vero partibus nihil neceſſario vendatur. *Rerũ diſtributio quo fienda.*

Venatus.

De venatu in ſeptimo legum ſic ſcribit & inſtituit. *Lex venatus.*

Venatus res latior eſt, vno nomine comprehenſa. Alius em̃ aquaticorum, Alius volatilium, Alius terreſtrium, Nec ferarum ſolum ſed etiam hominum. Horúmque non ſolum bellicus, verũ etiã qui per amicitiam. Et alius quidẽ laudé alius vituperationé meretur. Rapinę quoque latronum & cæſtrorum venatus ſunt. Quapropter q̃ de venatu leges eſt cõditurus, nec iſta prẽterire debet. Neque ſingulis ordine recto, ac recto & mulcta leges minaces imponere. Quid ergo de his faciendũ eſt. Oportet vt legiſlator quæ in venatu laudanda ſunt laudet, quę econtra, vituperet ad iuuẽtutis exercitationẽ. Iuuenes cũ audierint, ita parere debent, vt nec labore, nec voluptate reuocati, aliter faciant q̃ legiſlator conſuluit. Immo vero magis honorent, quę cũ laude dicta & exhortando ꝓpoſita ſunt q̃ quę minaci & vindice lege firmata ſunt. His ita ꝓpoſitis, cõgrua deinceps laus & vituperatio venationis conſcribi poteſt, vt ſcilicet quę iuuenum animos meliores facit laudetur, quę econtra vituperetur. Sic igitur ad iuuenes precibus interpoſitis dicam⁹. Vtinam vos cariſsimi, nunquã marinæ venationis & hami cupiditas capiat, nec omnino aquaticorũ animaliũ ſagena capiendorum, ſiue die, ſiue nocte, per ocioſam venationẽ. Nec venationis piraticę amor, ꝑ maria venatores hominũ atroces & iniquos vos faciat. Furti vero & latrocinij cupiditas in vrbe vel regione cõmittẽdi, nec in veſtram mentẽ veniat. Nec volatilium iocunda venatio magis tam ſeruilis quam libera. Terreſtriũ ergo venatio ſola vobis relinquitur. Sed nec ea, quędormientiũ vicibus interpoſitis fit & noctura vocatur, & eſt ocioſorum hominum, laude digna habetur. Nec quę in laboris remiſsione fit, & retibus & laqueis, & non cõſtantis animi viribus ferarum atrocitatem domat. Sola ergo illa quadrupedum venatio reſtat, omnib. optima quę eqs. canibus, corporis viribus agitur. Nam qui buſcũque diuina vere ineſt fortitudo, ij quandrupedes omnes curſu vulneribus, telis manu propria venando vincere debent. Pro laude igitur ac vituperatione venationis lex iſta ſit, Sacros hos venatores, vbicunq; venari velint, nemo prohibeat. Venatorem nocturnũ retibus & canib. ſuis fidẽté, nemo vſpiã venari ſinat. Auceps ꝑ incultos agros venari ꝑmittatur & ꝑ mõtes vagari. Alocis vero cultis, & à ſacris etiam non cultis, à quocunq; pellatur. Piſcator nec in portubus, nec ſacris fluuiis, paludibus ſtagniſque venetur. in aliis ei liceat, dummõ ſuccorũ nõ vtatur permixtione. *Optima ciuibus cõueniens venatio.*

Venena & veneficia.

De venenis & veneficiis ac magicis in libro vndecimo de legibus ſic inſtituit. *Lex venenorum, ac veneficiorũ.*

Bipartito, venena humano generi officiunt. Primo enim corporibus venenoſis corpora lęduntur, ſecundo magicis, veneficiis, cantibus, nodiſque quibuſdam perſuadetur iis quidem

iis quidem,q officere ſtudēt,id poſſe aſſequi,iis vero facile poſſe lædi. Verum hæc & cætera huiuſmodi, quo pacto ſe habeant nec facile ſciri poſſunt. Nec ſi quis ſciet,poteſt facile aliis perſuaderi. Verum animus hominū circa hæc ægrè ſuſpicioſéque intra ſe affect⁹,nō eſt dignū conari perſuadere,vt ſi cærea ſimulacra ſiue in ianuis, ſiue in triuio, ſiue in parentum monumentis viderint, hæc omnino deſpiciant, cū nullā de his certam opinionē habeant. Quare hortamur primum,monemus & conſulimus,ne talia faciāt, ne multos quaſi pueros terreant,nec legum latorem & iudicē cogāt, huiuſmodi hominum timori mēderi. Nam qui veneno nocere nititur, ſi corporibus id illaturus eſt,niſi medicinæ peritus ſit, quid agat ignorat,ſimiliter qui magicis cantibus id tentat,niſi aruſpex prodigiorúmque interpres ſit Sed iālex iſta de venenis ſanciatur. Qui non ad mortē hominis,ſed pecorū,aut examinum apum veneno vtitur,ſiue etiā vel aliter quàm morte beſtiis noceat, ſi medicus ſit,& veneficij reus iudicat⁹ fuerit,morte ſupplicīū luat. Si vero medicinæ ignarus fuerit,cōſtituet iudicium ipſum dare & pati oporteat. Quando vero quis nodis,introductionibus,cantibus,ſimilibuſque veneficiis ad nocendū paratus deprehenſus eſt, ſi aruſpex aut prodigiorum interpres,ſit, occidatur. Si vero nō fuerit aruſpex nec prodigiorū interpres,de ipſo ſimiliter q̄d pati,quídve dare oportet, iudiciū conſiſtituat. Qui clā aut vi nocuit,magna reddat,ſi ī magnis nocuit,minora, ſi in minoribus,& in omnibus tantū reddat,q̄ damnū æquetur. Præterea in ſingulis iniuriis iniurians mulcta afficiatur vt punitus moderatior fiat. Leuiore quidem,ſi propteriuuē tutis imprudentiam,aliena malitia fuit impulſus. Grauiore autē,dementia ſua,aut immoderatis doloribus & voluptatibus aut timore,aut inuidia aut iracundia inſanabili iniuriatus fuerit. Pœnis vero mali vexantur:non quia peccauerint. Nam quod factum eſt,infectum eſſe non poteſt, ſed vt poſthac & peccatores ipſi,& & qui viderint peccata puniri iniuſtitiam oderint,aut ſaltem minus in ſimili vitio peccēt. Quorū omnium gratia oportet vt leges ad hæc reſpiciant, & boni ſagittarij ſimiles,ad hoc ſignum tēdant, punitionis magnitudinē in ſingulis vt decet conſiderantes. Idipſum facere oportet iudicē,qui eſt legiſlatoris miniſter,cum à lege ſibi cōmittitur vt ipſe ſtatuat,quid damnatū pati dareque oporteat, Qui ſane non aliter ſuperiora imitatus exequi debet,quàm pictor ita pingere,vt exemplaria diligenter ſequatur,quod nobis faciendum quàm optimè cenſeo,& pœnas tā eorū quæ furto & clam,quàm eorū qui aguntur, quales eſſe oporteat dicendum, prout dij nobis leges ponere concedunt.

Vendens rem adulteratam.

Lex vendentis rem adulteratam.

De vendēte rem adulteratam vel cum mendacio,in libro vndecimo legum ſic ſtatuit.

Qui quæuis animalia,& cætera quæcunque vult cōmutat,nec afferat,nec accipiat adulteratum quidquam,legémque iſtam diligenter obſeruet. Sed huic quoque legi,quemadmodum & aliis legibus hoc exordiū præponatur. Rei adulterationem & mendacium ac deceptionem genus vnū eſſe,putare oportet. In qua re multorum ſanè damnand⁹ eſt ſermo,qui affirmāt quandocunque opportune ac vtiliter mendaciū fit,rectè ſe illo vti. Cúmque opportunitatē ipſā quando & vbi nō determinēt,ſibi & aliis hoc ſermone multum nocent. Legisautē lator hoc ipſum determinatum nō derelinquet,ſed diligenter declarabit: Sed & nūc ita determinetur. Nemo diis inuocatis mēdaciū dicat, aut decipiat, aut quicquā verbo vel re adulterare audeat, niſi Deo velit odio eſſe. Deo autem inprimis ille odio eſt,qui falſo iurans deos paruipendit. Deinde qui coram ſuis maioribus mentitur. Maiores vero dicimus,qui aliis præſtant,vt ſeniores cōmuniter iunioribus,parentes filiis,viros mulieribus & pueris,principes ſubditis, quos in omni principatu reuereri par eſt,maximè in ciuili,cuius gratia in hunc ſermonem incidimus. Quicunque enim aliquid in foro adulterat, mētitur ac decipit,diiſque inuocatis,aduerſus rerum venalium curatores,eorúmque iura peierat, qua in re profecto nec homines verē,nec deos colit. Aequū autē eſt,nomina deorū non facilè inquinare,nec ea huc atque illuc deuoluere, ſed omnia quæ ad eos pertinent purè caſtéq; ſeruare. Qui his rationibus non perſuadetur,hac lege vrgeatur.

Qui in foro vendit aliquid,nunquam ſuæ rei venali duo pretia dicat,ſed cum ſimplex impoſuerit pretium, ſi non vendiderit,referat iterum,& eadem die nec maius nec minus pretium dicat,nec petat. Laus autē rei venalis,& iuramentum longè abſit. Eum vero qui hanc legem tranſgredi tur,quilibet ciuis,non pauciores quàm triginta annos nat⁹ cum iurantem audierit impune verberibus cædat. Quod ſi non fecerit,legum proditor habeatur,eū vero qui legi non obtemperauerit & rem adulteratam vendiderit, quicunq; aduertit & poteſt arguat,& qui corā magiſtratibus redarguerit,ſeruus quidē & inquilinus rem adulteratam ſecum aſportet. Ciuis vero ſi eum accuſare neglexerit, quaſi diis ſuſtulerit improbus habeatur. Si vero accuſauerit eū & cōuicerit,rem venditam adulteratam diis q̄ foro præſunt dedicet,venditor autem rei adulteratæ,nō ſolum re ipſa priuetur,verum etiam tot verberibus publicè cædatur,q̄ drachmis vendebat per præconum vocē declarata cauſa, curſic verberetur. Sed omnem vendentiū malitiam atque adulterationem,ipſi rerum venalium curatores,& legum cuſtodes,ab hominib⁹ harum rerum peritis diligenter inquirant,& in columna in foro conſcriptas ꝓponant, vt planè ex his pateat,q̄d oportet & quid non,vendentes facere.

Vitium rei venditæ.

Lex vitij rei venditæ.

De vitio rei venditæ, in libro vndecimo de legibus ſic ſcribit & ſtatuit.

Quando q̄s ſeruū vendidit phreneſi,vel calculo,vel ſtrāguria,vel eo morbo quem ſacrū appellant, aut alia quauis plurimis occulta,& longa & difficile curabili ægritudine corporis ſiue mentis laborantē ſi medicus aut gymnaſtic⁹ emit,reddere nō liceat. Sed nec etiam quando venditor emptori prædixerit veritatem. Si autē artifex aliquis,huiuſmodi rerū peritus ignaro & rudi cuipiam,tale quid vendiderit,q̄ emit citra ſex mēſes in aliis,in morbo vero ſacro vſq; ad annum integrū reddere poſſit. Iudiciū vero harum rerū apud medicos agatur,quos cōmuni cōſenſu litigātes elegerint,& q̄ cōdēnatus fuerit,duplū pretij eius quo vendidit, emptori ꝓluat. Quòd ſi imperit⁹ imperito vēdit, quem admodum ex ſuperioribus dictum eſt, redditio & iudiciū fiat,& qui conuictus fuerit ſimplex pretium referat.

Venus illicita.

Lex veneris illicitæ.

De non licita venere & marium & fœminarum quæ ſanguine proximi ſunt,& non ſacris nuptiis iunctæ,in octauo de legibus ſic ſcribit & ſtatuit.

Qui corpus amat,eiuſque formā,quaſi fructū quendam eſuriens appetit,is ſatiari duntaxat cupit. Nullúmq; animo amati honorem præbet. Sed q̄ minus de corpore curat, animo potius cōſiderat quàm deſiderat,cū ipſum vt decet animum diligat,corporis vſum petulantiam & contumeliā arbitratur,cumque temperantiam & fortitudinem magnificentiam & prudentiam vereatur & colat,cum caſto amico caſtus viuere volet. Eum igitur amorē in ciuitate ſuſcipiemus & approbabimus,q̄ virtutem reſpicit, & adoleſcentē fieri quàm optimum putet, reliquos autē ſi fieri poteſt repellemus. Vt autem alios vt pote illicitos amores repellam⁹ in hac ferenda lege artem quandā habeo partim quidē difficilem,partim omnino facilē. Quam hinc accipe. Conſtat nunc plurimos hominum quamuis iniqui ſint,bene & diligenter & ſponte,à pulchrorū venerea coniūctione teſe abſtinere,quando ſcilicet alicui eſt ſoror aut frater aut filius aut filia eximia pulchritudine. Lex nanq; quāuis ſcripta nō ſit, ꝓhibet horū manifeſtum & clandeſtinum concubitum, imò vero facit,ne huius rei cupiditas vlla, vulgus aggrediatur. Vnum ergo & breuiſsimū verbū omnes has extinxit voluptates,q̄ ſcilicet nihil horum fas eſſe dicitur,ſed apud Deum odio haberi,& turpium omniū eſſe trupiſsima. Nam nemo aliter prædicat,& ab ineunte ætate ioco & ſerio dicta,& ſæpius in tragœdiis audiuntur, quando vel Thyeſtem,vel Oedipodē,vel machareā mortē ſibi debitam ſceleris pœnam conſciuiſſe propter huiuſmodi turpiſsimam venerē narrant,volenti igitur legiſlatori aliquā eatū cupiditatū, quæ vehemēter homines ſibi ſubigunt & ligant rationi ſubiicere,facilis eſt cognitu modus. Vt ſcilicet famā huiuſmodi quæ deteſtatur turpiſsimā hanc venerem apud omnes & ſeruos & liberos,& maſculos & fœminas & vniuerſam ciuitatem,quaſi ſacrū quoddā dedicet,firmiſsimāque hanc legem efficiet,vt debita ac ſecundum naturā venere ad procreationem vtantur homines.

Refrænandæ cupiditatis venereæ modus.

Abſtinendū à maribus iubeo. Nam qui iſtis vtuntur, genus hominū dedita pera perdunt, in lapides ſeminantes, vbi radices agere q̄d ſeminatur nunquam poterit. Abſtinēdum quoque ab agro illo fœmineo,vbi ſemen germina ꝓducere nolit. Hæc lex ſi perpetuo in aliis ſicut in neceſsitudine paterna ſeruabitur, innumerorum erit bonorum cauſa. Nam primo ſecundum naturam inſtituta eſt. Deinde ab omni amorum rabie atque fauore & adulteriis & à nimij

cibi

cibi ac potus luxu homines repellet, vxoribus quoque viros conciliabit, & alia plurima pariet bona apud quemcunque fuerit ſtabilita.

At forſan ſi vehemens aliquis iuuenis multo ſpermate plenus, hanc legem ferri audierit, improperabit & alta voce clamabit. Impoſſibilia ſtultáque à nobis hac lege ſanciri. Quòd quidé conſiderans dixi me arté habere quodámodo facillimá & etiam difficillimam ad legem hanc obſeruandam, facile nanque intellectu eſt, quomodo id ſit poſsibile. Nam cum apud omnes legitima hæc ſentétia dedicata fuerit, animos domabit, efficiétq; vt metu latis legib⁹ pareant. Sed eo iam res peruenit nũquam fieri poſſe credatur, ſicut nec conuiuij ſtudium credebatur ab vniuerſa ciuitate ꝑpe tuo poſſe ſeruari, & tamen apud nos, illud fieri videtur qđ inter mulieres, nec in aliis ciuitatibus fieri poſſe putatur. Propter igit hãc incredulitaté dixi difficillimũ eſſe, vtraq; prędicta lege obſeruari, verũ nõ ſupra vires humanas ſunt, & fieri poſſunt, & veriſimilé ad hoc rationé affero. Nam facilius quiſpiá à veneris abſtinebit volétque ordiné his impoſitum moderate ſeruare, cum bene ex prudenti diligentia, corpus eius affectum fuerit. Multóque magis cum bene & ex arte. Sicut de Icco Tharẽtino audiuimus, qui ꝓpter olympica, aliáque certamina, artificioſo circa hæc ſtudio, tẽperantiá ſimul & animi fortitudiné cõſecutus, nullá vnquá in toto ſuæ exercitationis tẽpore Venerẽ cognouit. Idé quoque de Chryſone à ſtylo, & Diopũpo, aliiſque quáplurimis fertur. Qui licet peius bonis artibus animos exco luerant quàm noſtri ciues, corporibus tamen multo magis vigebant. Illi igitur vt in luctando currendóque alios vincerent, ab ea voluptate, quæ à vulgo beata exiſtimat, abſtinere voluerunt. Noſtri ergo adoleſcentes longè præſtantioris victoriæ cauſa non abſtinebunt? Qnã nos carminibus, fabuliſque & oratione ſoluta, & cantibus, eſſe optimá ſtatim ad puerorũ aures prædicabimus, & vt veriſimile eſt ꝑſuadebimus oblectando. Hanc aũt dicimus præſtantiorem victoriá, vt ſ. voluptate victa, feliciter viuant, victi vero, miſere, & infeliciter, Præterea Metus ille, ne quod non fas eſt cõmittatur, ad idé potiſsimum conferet, vt ea, ſ. ſuperẽt quæ alij quãuis deteriores ſuperaſſe dicuntur. Poſtquá huc igitur in hac lege ferenda deuenimus, & propter multorũ prauitatem, in dubitationẽ incidimus, audacter iá & manifeſtè dicamus non oportere ciues noſtros, quibus multíſq; belluis eſſe peiores. Permultos enim earum greges, videm⁹ integre atque caſte viuere, antequam procreandi tempus adueniat, ſed cũ hanc ætatẽ attigerint, mas fœminæ & fœmina mari coniuncta, iuſtè ſanctéque in prima perſeuerantes amicitia, reliquá peragunt vitá. Oportet igitur eos eſſe beſtiis meliores. Quòd ſi á cęteris Grȩcis & plurimis barbaris corrũpantur, nec poſſint ſe continere, cum videant audiántque inordinatá apud eos veneré plurimũ poſſe, alterá præterea legem, cuſtodes legum nati ad ferendas leges autoritatẽ, excogitant, ea autem lex præcipua ac opportuna erit, qđ quàm maximè laboribus corporis, veneris robur cõfringant, & ad alia vires ſuas cõuertant, quod erit ſi nõ impudenter ipſa venere vtentur. Nam ſi rarius propter ruborẽ fiat, imbecillior erit domina. Clam ergo conſuetudo, & lex non ſcripta hæc fieri ſuadeat, contrariũ autem fieri, velut turpe diſſuadeat. S c enim ſeruabimus honeſtum, & genus vnum hominum, homines ſcilicet deprauatæ naturæ quos ſui dominos eſſe negamus, lex coget & cõſuetudo ne leges contemnant. His inſtitutis fortaſſe ſi Deus voluerit ex duobus alterũ in amatoriis aſſequemur, ſcilicet vel nemo generoſas liberáſq; mulieres præter vxoré audeat tágere, nec vllus nothos ex concubina ſuſcipiat, nec infœcũdos mariũ agros præter naturá ſerat. Vel alterum quidé oĩno tollem⁹, ne ſcilicet quis cum maribus cõgrediatur. Si quis aute aliis mulieribus cõmiſceatur, quàm cum his quæ cũ diis ſacriſq; nuptiis domũ venerũt, emptis ſcilicet vel alio modo acquiſitis, niſi viros ſimul omneſque mulieres lateat, infamis lege omnibúſque ciuitatis honoribus ſit vt peregrinus aliquis priuatus. Hæc lex ſiue ſimplex ſiue duplex ſit de rebus venereis, amatoriiſque omnibus, quas inter nos ꝓpter huiuſmodi affectus rectè vel non rectè agimus, lata ſit, & hanc legẽ vehementer approbo.

Vulnerans in vniuerſali.

Leu vulnerantis in vniuerſali.

De vulnerãte in vniuerſali ſic ſcribit in libro nono legũ. Statuamus iam quid pati, aut ſoluere debet, qui aliũ vulnerauit, aut aliter nocuit. Cuique quidé facile eſt ſingula huiuſmodi cõprehẽdere, vtrũ videlicet quis vulnerauerit. an non. Quem, qua in parte, quo pacto, &c. Hæc enim ſingula penè innumerabilia ſunt, & inter ſe maximè differũt. Cũcta vero hæc iudicio cõmittere, vel nihil horũ, impoſsibile eſt. Nam illud vnum in omnibus committere neceſſe eſt, ſcilicet vtrũ ſit factum, vel non. Nihil etiá de mulcta iniuriátis cõmittere, ſed omnia ſiue parua ſiue magna lege determinare impoſsibile eſt. Sic ergo quædá iudicio cõcedere legiſlator debet, quædam autem nõ, vt aute intelligatur quæ arbitrio & prudentię iudicum relinquenda ſunt & q̃ à lagumlatore determinanda, ſic exponemus. Grauis & toti ciuirati, cõmunis peſtis ꝓfecto innaſcitur, in qua iudicia ignaua & muta ſunt, & iudicũ opiniones occultæ manent, & clá ſententiam ferunt. Sed & illud grauius, quando non ſilentio agitur ſed ceu Theatra clamore omnia ꝓſonant, & rhetores quidem tũ laudant, tũ vituperant, atque ita viciſſim diiudicant. Talibus quidé iudiciis, ſi quis leges dare vrgeatur, eum infortunatũ exiſtimamus. Verum qui dare coactus fuerit, minimas tm̃ mulctas iudicibus iis committat, plurima vero, & quæque maxima in ferendis legibus ipſe declaret, vbi vero iudicia rectè ꝓ viribus cõſtituta ſunt, & iudices ſunt bene educati, omniq́ue diligentia approbati, rectiſsimè multa iudicibus de punitione & damnatorũ cõditione cõmitti poſſunt. Nemo igitur nos incuſet, ſi multa & maxima legibus nõ ordinamus q̃ vel minus digni iudices cõſpicere poſſunt, vel dignam ſingulis delictis pœnam accõmodare. Quoniam vero eos, quibus nos leges deſcribimus, non ineptos harum rerũ iudices futuros eſſe ſperamus, multa eis committenda cenſemus. Verum quod ſæpe diximus putátes punitionũ deſcriptionem & formam dari oportere iudicibus, veluti exempla quę nunquam tranſgrediantur, id & nunc ſeruare volumus ad leges ferendas iterum redeuntes.

Vulnerans ex propoſito conſanguineum vel amicum.

Lex vulnerantis ex ꝓpoſito conſanguineũ vel amicũ.

De vulnerante ex propoſito cõſanguineum vel amicum in libro vndecimo de legibus ſic ſtatuit.

Si quis voluerit cogitaueritq́ue amicum hominẽ ex his quos ꝓhibet lex interficere, vulnerauerit aute, nec interficere potuerit, hũc omni remota miſericordia, nõ aliter quã ſi vita priuaſſet dare cædis ſuppliciũ cogeremus, niſi fortunam eius nõ omnino proteruam, dæmonémque colerem⁹, qui tam vulneratum quàm vulnerantem miſericordia proſecutus vtriuſque infelicitati obſtitit, fecitq́ue ne huic vulnus letiferũ, & illi execranda calamitas infligeretur. Huic ergo dæmoni habebimus gratias atque eius beneficio mini me aduerſati, ab eo q̃ vulnerauit mortis ſuppliciũ auferemus, & in vicina ciuitate ꝓ totam vitam exulare ſtatuem⁹ nullo rerũ ſuarũ fructu carentẽ. Damno tamen prius reſtituto, quod à rei hui⁹ iudicio determinatũ fuerit, ſi q̃d obfuit vulnerato. Iudices aute ſint, q̃ cædis eſſent, ſi vulnerat⁹ obiiſſet. Si filius parentes, ſeruus dominũ, ſoror ſororé, frater fratrem, vel ſororem ex propoſito vulnerauerit, atque ita feciſſe cõdemnatus fuerit, ſcelus morte luat, vxor ſi virum conſilio interficiendi vulneret, aut vir vxorẽ, ꝓpetuo exulet. His ſi filij aut filiæ adhuc paruuli ſunt ré familiaré exulantis, tutores adminiſtrent, qui filios orbos tutentur, ſi adulti ſunt, res quidé ſuas ꝓmittantur habere, alere tñ exulem nó cogantur, ſi q̃s vero liberis carens in huiuſmodi calamitates inciderit cognati eius vſque ad ſobrinos & conſobrinos tá ex virorũ q̃ mulierum parte conueniant, & ſimul cum legum cuſtodibus ac ſacerdotibus cõſilio habito, in hanc exiſtãtis domũ vnã de quadraginta quinque millibus domibus ciuitatis hęredẽ cõſtituãt. In quo id ſane cogitare debent nullam domũ ex quinque millibus & quadraginta eſſe magis ipſius habitantis & ſui generis, quam ciuitatis & priuatim & publicè. Oportet autem vt ciuitas quã ſanctiſsimas & feliciſsimas domos poſsideat. Quando igit domus aliqua infortunio aut impietate inquinatur, puta quia qui poſſedit ſine liberis obiit violentariæ cædis, aut cuiusvis in deos vel ciues facinoris condemnatus, cuius ſceleris mors vel ſempiternum exilium eſt pœna, primo domus ipſa ſecundum legem expietur, deinde cognati vt diximus, cum legum cuſtodibus conuenientes, genus in ciuitate aliquod virtute præſtantiſsimum fortunatumq́ue perquirant, in quo plures ſint adoleſcentes, quorum vnũ quaſi filium adoptent, Deumq́ue precati hunc felicioribus auſpiciis prolis ꝓpagatorem, domus ſucceſſorem, ſacrorumque cultorem fore, tandem ipſum hæredem ſecũdum legẽ inſtituant, eum vero qui peccauit, ſine nomine, ſine liberis, ſine ſorte vlla iacere patiantur, quãdo quidem huiuſmodi premitur calamitatibus.

Vulneran

Vulnerans ex ira.

Lex vulnerantis ex ira. De vulnerante ex ira in libro nono legum sic statuit.

Inter peccata quæ sponte, & non sponte cómittuntur, media sunt quæ ex ira perpetrantur. Vulneris igitur ex ira facti qui condemnabitur, si sanabile fuisse vulnus euent⁹ ipse demóstrabit, duplũ damni restituet. Si insanabile, quadruplum. Quod si sanabile quidem sit, turpitudinem autem ingentem vulnerato afferat, quadruplum soluet. At vero si qs non solum obfuit vulnerato, verum etiam patriæ, puta quoniam ipsam milite aduersus hostes priuauit similiter punia- 10
tur, insuper damnum ciuitati restituat, & vltra eam quã ipse debet militiam, pro vulnerato militet, & quicquid illi gerendum erat in bello, agat ipse. Quod si nõ fecerit, reus sit secundum legẽ cuique volenti ipsum tanquã neglectorem militiæ accusare, & damnũ duplũ, triplũmve aut quadruplũ, put iudicibus visũ fuerit restituat. Si germanus germanũ similiter vulnerauerit, contribules & cognati vsque ad sobrinos & consobrinos & viris simul & mulieribus cõuenientes tam mares quàm fœminæ iudicent, ipsumque genitoribus tradant, vt ipsi secundum naturam eum puniant. 20
Quod si punitio ambigua fuerit, propinqui ex parte viri determinẽt. Quod si ipsi non possint, tandẽ ad legũ custodes causam deferant, si nati nepotesque tale quid genitoribus intulerunt, solũ hi iudicẽt, qui annũ sexagesimũ trãsegerũt, qbus veri & non adoptiui sint filij, & condẽnatus aut morte aut maiore aut non multo minore supplicio puniat. Nec quiquam de genere suo, etiã si ætatem à lege præscriptam impleuerit, iudicet. Si seruus ira concitus liberum vulnerauerit, à domino tradatur vulnerato, vt arbitratu suo iniuriã vleiscatur, nisi ipse vẽlit damnũ recuperare. Quod si quis 30
ambigat id malitia serui atque liberi per compositionẽ factum fuisse, ad iudices deferat, & si non cõuicerit ita factũ fuisse, triplũ damni restituat. Si vero conuicerit, reũ seruitutis habeat eum, qui cum seruo dolose egit.

Vulnerans non sponte.

Lex vulnerantis non sponte. De non sponte vulnerante in libro nono de legibus sic instituit.

Qui non spõte aliquem vulneraverit, simpliciter damnũ persoluat. Nullus emẽ legumlator, fortunæ imperare potest, Iudices autem non sponte vulneranti sint illi, qui & natis & nepotibus parentes vulnerantibus, Ab his quantum 40
fuerit damnum declaretur.

Verberans.

Lex verberantis. De verberante & præcipue seniorem in libro nono legũ sic statuit.

Violentæ quidem passiones, sunt oẽs quas diximus. Violentum quoque omne verberandi genus. Oportet igit omnes homines, mulieres simul, ac viros, adolescẽtes, ac senes, ita de his semper existimare senioré non paruo interuallo iunioribus præponendũ esse, & apud deos & apud homi- 50
nes q feliciter victuri sunt. Verberari ergo senem à iuniore turpe est, & diis odio habetur. Iuuenẽ aũtã sene verberatũ, ob senectutis reuerentiã patiẽter ferre, sic itaq; sanciamus.

Quilibet senioré re & verbo colat, ac si viginti annis maior est, quasi patrẽ si vir fuerit, aut quasi matrem, si mulier fuerit, reuereatur, atque ab omni offensa se abstineat, aduersus eos, qui ipsum procreare, atque parere potuerint, deos natales veritus. Abstineat inquam non solum ciue, sed etiã seniore. Peregrinum vero verberantem ciuẽ, si ciuis ipse cẽsus putat huiusmodi peregrinum esse puniendum, ad tribunos plebis conducat. Nec ipse eum verberet, vt eo magis à cædendis ciuibus se abstineat, quando etiã à peregrinis se continet. Hic vero magistratus rem diligenter inquirat, hospitalẽ Deum veritus, & si peregrinus iniuria ciuẽ percusserit, verbera totidem publico flagello reddantur, ne quid tale amplius impudenter audeat. Si vero innocens peregrin⁹ videbitur, minis eo castigato, qui eum conduxit ambos dimittant. Quòd si æqualis æqualẽ, vel paulo maioré, nondũ tamen patrẽ, aut senex senem, aut iuuenis iuuenem, verberibus cædant, nudis manibus secundum naturam se defendant. Si quis vltra quadraginta annos natus, siue dum aliũ inuadit, siue dum se defendit cædere quenquam alium audeat, seruilis rusticúsque reputetur, & hoc opprobrio satis punitus videbitur. Quicunque his monitis obtemperabit, modestus & mansuet⁹ habebit. Qui vero procœmia hęc spernet, hac lege coërceat. Qui aliquẽ natu maioré viginti annis verberauit, primo quidem qui interfuerit si nec iunior, nec æqualis sit, phibeat, & si non prohibuerit, secundum leges improbus habeatur. Si autẽ verberato æqualis, aut iunior sit, quasi fratrem, aut patrem aut superiorem defendat, ac præterea iudicio subiectus sit, q senioré vt diximus verberauit, & si damnabitur, non minore q̃ annuo tempore vinciatur. Si peregrinus vel incola, viginti annis vel plus senioré verberauerit, præsentes ea lege qua diximus, opitulentur, & q condemnatus fuerit si peregrinus est, & nõ incola vrbis, biẽnium vinciatur. Si autẽ incola vrbis, & legibus nõ obtemperat, triennium nisi iudices decreuerint ipsum diutius detinendũ. Qui vero præsens fuerit, nec opitulatus fm legem sit, si de primo ac maximo censu sit, mina damnetur, si secundi census, drachmis quinquaginta, si tertij, triginta, si quarti, viginti. Horum iudices sint ductores exercitus, præfecti ordinum, tribuni, equitúmque magistri.

Vxoricida ex ira.

Lex vxoricidæ ex ira. De vxoricida ex ira in libro nono de legibus sic statuit.

Si vir vxorem, aut vxor virum ex ira necauerit, purgat similiter vt dictum est de homicida ex ira, & trienniũ integrum exulet, & cum redierit nec sacris cum liberis cõmunicet, nec vna mensa vtatur. Quod si genitor, aut filius nõ seruet, impietatis reus à volente quolibet accusetur.

Hęc est legum summa, quas Plato scriptis mandauit, & sunt ex sua ppria sentẽtia. nã, vt declarabimus in tractatu sequenti, quæ in libris decem de republica habentur, potiꝰ sunt ad mentem Pythagoricorum, quàm ex propria Platonis sententia.

Tractatus Sexti finis.

TRACTATVS SEPTIMVS

in Platonis Politica, duobus partitus capitibus.

¶ De Platonis defensione, contra ea, quæ sibi Aristoteles in politicis imponere non veritus est.

IN hoc septimo tractatu, ea præcipuè recitanda sunt, in quibus Aristot. præceptorem suum Platonem carpere, atque vt inconsona, ac irrationabilia in ciuilibus reprobare contendit in his libris, qui de republica aut ciuilitate dicũtur: & apud Græcos politica nũcupantur. Tu igitur aduerte q Aristoteles, sexdecim præcipue de Platone recitat ac reprobat, quæ Deo optimo annuente & vero Platonis sensu subministrãte defensare decreuimꝰ. Hunc igitur tractatũ in duo capita diuidemus. In quorũ primo recitabuntur q Aristo. Platoni in Politicis imponit ac reprobat. In secundo, singula defensabimꝰ ex ipsamet Platonis doctrina, vbi & grauitas, & veritas ipsiꝰ Platonis ꝓculdubio apparebit.

CAPVT I.

Quænam ex Platone dicta improbare videatur Aristoteles in Politicis.

IN hoc primo capite referenda sunt principa ia, quæ Aris. in politicis Platonis imponit ac reprobat. Tu igitur aduerte ea in summa sexdecim esse.

Primò refert in secundo politic. q Plato in sua republica, id est, in libris de republica sub nomine & in ꝑsona Socratis statuit oportere cõmunes esse filios & mulieres & facultates siue possessiones. Quã quidẽ legem vt penitus absonam multipliciter reprobare cõtendit. quas q dem reprobationes iã scripsimus in epitomatibus nostris in libris politicorũ, vt videre poteris in secundo libro, tractatu primo. Nec hic repetendæ sunt, qm̃ vt tibi manifestabimus in capite secundo hanc communitatem non statuit Plato ex ꝓpria sententia, nec absolute, sed sub cõditione, vt tibi declarabitur. Ideo inconuenientia & difficultates ex hac cõmunitate ꝓuenientes, quas Aristot. deducit, ipse Plato prꝰuidens ab hac cõmunitate recessit in libris de legibus: in quibus ex ꝓpria sententia loquitur, & vnicuique statui ꝓpria ac sibi conuenientia tribuit.

Secundò refert q Plato instituit magistratus & principes esse ꝑpetuos, ita q semper sint iidem, causam autẽ ꝓpter quam Plato id instituit dicit Aristot. eam fuisse, qm̃ sicut in mineris quibusdam inuenitur aurum, in aliquibus argentum, in aliquibus æs, in aliquibus ferrum, & non commutatur, vt scilicet vbi aurum, postea sit argentum: & vbi argentum postea æs aut ferrum, sed semper in minera auri inuenitur aurum, &c. sic in animalibus hominum est à natura insita sapientia & virtus, in aliquibus ignorantia & imprudentia, in aliquibus prauitas, & non fit commutatio. Qui igitur sunt natura sapientes, velut aurum & virtuosi

velut

velut argentũ,debent ſemp eſſe principes, alij autem velut æs, aut ferrum debent eſſe ſubditi,& artifices & agricolæ. Hanc dicit Ari.fuiſſe cauſam aſsignatã à Platone de perpetuitate principũ ac magiſtratuũ. Quã q̃dem legem Ari.re,p bans inquit,periculoſa eſt magiſtratuũ conſtitutio quam fa cit Socrates,vt ſemper ſint iidem.Nã hoc ſeditionis eſt cau ſa,etiã apud illos,q̃ non magni ſunt valoris,& multò magis apud bellicoſos, ac magnanimos, q̃ non de facili pati poſ-ſunt,q̃ ipſi ſemper ſubiiciẽtur, & alij ſemper principentur.

Tertium attribuit Platoni.

Tertiò refert,q̃ Plato in perſona Socratis dicebat legũ latorem ad hoc debere intendere,vt totã ciuitatem felicem faceret,& tñ à ſingulis ciuibus felicitatem auferebat:quoniam nolebat eos aliq̃d proprij habere ex cõmunitate introducta,ita q̃ nec filios, nec vxores, nec poſſeſsiones, nec diuitias proprias haberet,hęc autẽ ſunt organa felicitatis, ſine quibus non erit homo felix,ex primo Ethico.In hac igit inſtitutione ſecundũ Ari.Plato iubebat impoſsibile:q̃m impoſsibile eſt totam ciuitatem eſſe beatam, niſi aut plurimi ciues,aut omnes partes,aut quędam felicitatem habeant.

Quartum.

Quartò refert,q̃ Plato diuiſit multitudinem habitantiũ ciuitatem in duas partes,ſcilicet in agricolas & bellatores, quibus tertiam addit, quam ex prædictis facit, eos ſcilicet qui conſultant & deliberant,& in quibus ſumma reip. ſiſtit autoritas.Defecit autem Plato in his ſecundũ Ari. q̃m vtrũ agricolæ & artifices pugnare deberent,& an magiſtratibus participare non determinauit,imò cẽſet mulieres ſimul debere pugnare cum viris,& eandẽ diſciplinam habere quam cuſtodes ciuitatis,id eſt milites,q̃ penitus abſona videntur.

Quintum.

Quintò refert, q̃ Plato inſtituit debere eſſe in ciuitate mille arma portantes ad minus, & quatuor millia ad pl⁹.Id autem reprobat Ari. quoniam tanta bellatorum multitudo indigebit latiſsima regione qualis eſt Babylonia, aut quadã alia penè infinita,ex qua ocioſorum quinque millia cũ mulierum ac miniſtrantium multiplici turba alantur. Oportet autem legiſlatorem in ferenda lege ad duo reſpicere,ad regionem,vt ſcilicet non conſtituat maiorem ciuitatem,q̃ regio nutrire valeat,& ad homines, vt ſ. accommodet leges eorum conditionibus.Addendum eſt tertium,vt ſcilicet reſpectum habeat ad vicina loca, ſi oportet ciuitatẽ ciuiliter viuere,id eſt cũ aliis ciuitatibus ſocietatem habere pace & bello.Vnde nõ poteſt ita determinari numerus bellatorum, ſed oportet tot bellatores eſſe, quot ſunt vtiles ciuitati, & ad p̃ſtandum amicis ciuitatib⁹ ſubſidiũ,& ad fugandum hoſtes,& vt ciues terribiles ſint nõ ſolùm venientib⁹ in regionẽ ſed etiã abeuntib⁹,vt formident iterum accedere,id autẽ non põt determinari p mille,neque p quatuor millia,ſed aliquando oportet eſſe plures, aliquãdo pauciores ſufficiunt.

Sextum.

Sextò refert q̃ Plato poſuit tantam debere eſſe poſſeſsionem ciuitatis,vt ex ea ciues temperate viuere poſsint.Id autem reprobat Ariſt.quoniam melius dixiſſet,ex qua bene viuere poſsint.Hęc enim determinatio eſt magis vniuerſalis. Plura em̃ in ſe comprehendit bene viuere,quàm temperate viuere.Item melius dixiſſet,Ex qua temperatè & liberaliter viuere poſsint.Contingit enim hominem temperatè viuere, & tamen cum penuria.Ideo vtrunque apponendum fuit. Si enim alterum eorum ſeparatim dicatur ſequitur inconueniens.Nam ſi temperatè tantum,poterit viuere cum miſeria & labore multo, ſi liberaliter tantum, poterit declinare ad delicias & ſuperflua, vt ergo vtrunque vitetur, melius eſt dicere temperate & liberaliter.

Septimum.

Septimò refert,q̃ Plato licet determinauerit facultates, quas ciues poſsidere debẽt,non tamen determinauit multitudinẽ ciuium,quę debet in ciuitate perſeuerare, ſed indefinitam reliquit filiorum multitudimem.Sed inquit Ariſt.magis putaret aliquis oportere determinatum eſſe modum p̃creandi filiorum quàm facultatem, vt non plures quàm determinatum ſit p̃creari oporteat, & numerus diffiniendus eſt,reſpectu habito ad fortunas, ſi contingat decedere aliquos,& ad defectum procreãdi cæterorum. Prætermittere autem id,vt in pleriſque ciuitatibus, neceſſe eſt vt ſit egeſtatis cauſa ciuib⁹.Egeſtas vero,ſeditiones & delicta parit.Oportet ergo determinari multitudinem generatorum.

Octauum.

Octauò refert, q̃ Plato in legibus ſuis omiſit quomodo differant præſidẽtes à ſubditis.Licet enim diceret oportere eos differre, ſicut ex alia materia trahitur filum lanæ, & ex alia filum lini, ſic ex alia hominum conditione, oportet aſſumi principes,& ex alia remanere ſubditos,& tamẽ diſtinctionis rationem accipere nõ poterat ex origine & genere: quoniam & vxores & filios communes faciebat.

Nonum.

Nonò refert, q̃ Plato inſtituit quemlibet ciuem debere duas domos habere,ſed inquit Ariſt.difficile eſt duas habitare domos,quia ſ.aut non tanta eſt familia, quæ pro duab⁹ domibus ſufficiat,aut non poteſt quilibet ciuis duas tolerare expenſas in duabus domibus: ergo hoc inſtitutum irrationabile fuit.

Decimum.

Decimò refert, q̃ Plato politiam ſuam ordinauit mediã inter ſtatum popularem & potentiam paucorum, & conſtabat ex ſolis bellatorib.qm̃ cùm Plato totam ciuitatis multitudinem in partes duas diuideret,in quarum vna extabant agricolæ & artifices,in alia bellatores,agricolæ extra ciuitatem habitabant,Bellatores autẽ in ciuitate, ex cõſequenti apud Platonem politia ex ſolis bellatorib.conſtabat. Sed inquit Ariſto.hęc politia ſic mixta non eſt optima, q̃m melior eſt ea,quę conſtat ex optimatibus & virtuoſis quàm ex bellatorib.animoſis & audacibus,& tamẽ ſuadebat ſibi Plato inſtituere optimam politiam.

Vndecimũ.

Vndecimò refert,q̃ Plato in legib.ſuis commiſcuit politiam quam inſtituit,ex ſtatu plebeio,& ex tyrannide.Quod vt inquit Ari.indecentiſſimum fuit.Cùm enim hi duo ſtatus deterrimi ſint,quomodo ex eis conflari poteſt optima politia?

Duodecimũ.

Duodecimo Ari.in fine libri quinti Politicorum, recitat Platonis ſnĩam de corruptione & mutatione Poli.& primò recitat:q̃ Plato mutationi optimæ politiæ nullam aſſignat cauſam propriam,ſed vniuerſalem ſ.morum cœli & determinatum ambitũ temporis.Vñ inquit Ari.In republi.Platonis Socrates de mutationib.politiarum loquitur,ſed non recte.Illius enim reip.quæ eſt optima & prima,de mutatione ſua nulla propria cã aſſignat.Inquit em̃ mutationis cauſam eſſe,quia ſic natura comparatum eſt,vt nihil ſemper permaneat,ſed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat id eſt in aliqua determinata quantitate motus cœleſtis, ac temporis eius durationem menſurantis.Sed inquit Ariſt. id non ſufficit:qm̃ propter talem cõem cauſam,qua tranſmutãtur inferiora,non magis verificaretur mutatio optimæ politiæ quàm aliorũ.Igitur vltra cõem opportuit propriam aſſignare cauſam.Secundò refert,q̃ Plato arbitratus eſt optimam politiam tranſmutari in eam,quæ eſt Lacedæmoniorũ quæ fuit ſpecies politię optimatum.Hoc inquit Ari.non eſt ordinarium:quoniam videmus ad ſenſum q̃ ſępius reſpubl. mutatur in contrariam,vt regnum in tyrannidem,& non in p̃pinquam:ergo optima politia ita poteſt mutari in potentiam paucorum ſiue in popularem,ſicut in eam quæ eſt optimatum,quæ eſt optimæ p̃pinqua.Tertiò recitat q̃ Plato arbitratus eſt eadem rõne,quamlibet aliarum politiarum trãſmutari in ſibi p̃pinquum,vt Laconica,quæ eſt ſpecies optimatum,in potentiam paucorum,& hęc in populare,& hæc in tyrannidem.Sed inquit Ariſt.id non eſt ordinarium: nam ita mutatur ſtatus p opularis in paucorum potentiam, ſicut in tyrannidem.Quartò arguit Platonem, q̃m nõ declarauit in quam politiam tranſmutetur tyrannis,cùm tamen videamus tyranndem trãſmutari aliquandò in tyrannidem, vt apud Sicyonios,tyrannis Mironis in tyrannidem Cliſthenis, aliquando in paucorum potentiam,vt in Chalcide, & aliq̃n econuerſo,vt in Sicilia plurimæ paucorum potentiæ mutatæ ſunt in tyrannidem:ergo,&c. Quintò arguit eum in eo quod dixit vbi eſt ſtatus potẽtiæ paucorum,ibi duas eſſe ciuitates,vnam quidem diuitum:alteram inopum, ſed inquit Ari.non eſt maior ratio q̃ in ſtatu paucorum ſint duę ciuitates,quàm in ſtatu optimatum:nam ſicut in ciuitate, quæ potentia paucorum regitur,non ſunt ęquales omnium facultates,ſic nec in ciuitate gubernata ab oprimatibus, & ideo ſi in ſtatu optimatum non ſunt duæ ciuitates,nec in ſtatu potẽtiæ paucorum.Sextò arguit eũ in eo,q̃ cũ plures ſint cauſæ tranſmutationis ſtatus popularis in ſtatum potẽtiæ paucorum,ſ.cupiditas diuitiarum,iniurię acceptæ,honoris non bene diſtributi,libertas in qua vnuſquiſq, reputat ſibi licere quod libuerit,vnam tantum aſſignauit,ſ.q̃ diuites de populo p̃digaliter viuentes facti demũ pauperes,conantur de nouo ditari,ideo corrumpunt rempublicam trahentes eam ad ſe.Hæc quidem licet ſit vna ex cauſis,nõ tñ ſola,ideo Plato in hoc ſufficienter ſe habuit,vt inquit Ariſt.

Decimumtertium.

Decimotertiò Ari.in ſeptimum Politicorum,id quod Plato dixit de cuſtodib.ciuitatis,ſ.quòd oportet eos eſſe beneuolos erga notos, erga ignotos autem eſſe infeſtos, reprobat Ariſtoteles dicens, Non bene ſe habet dicere quòd aduerſus ignotos debent eſſe infeſti. Nam aduerſus neminem tales eſſe oportet. Neque ſunt magnanimi homines natura infeſti,niſi contra ſibi iniuriantes. Decet autem cuſtodes ciuitatis eſſe magnanimos,ergo neque contra notos

neque contra ignotos debent naturaliter esse infesti duri & immites.

Decimum quartum. Decimoquarto refert in septimo Politicorũ, quod dicit Plato non oportere mœnia & muros circundantes adesse ciuitatibus, quarũ ciues virtutem, scilicet fortitudinem possident. Sed vt inquit Arist. hoc est præter rationem dictum quoniam cum aliquando contingat vt multo maior hominum multitudo, & maiori virtute superueniat, ciues saluos esse oportet, & non perire nec contumeliis affici firmissimam murorum munitionem putandum est esse oportunissimam in bello, præsertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad vrbiũ obsidiones cũ omni subtilitate sunt adinuenta. Vnde simile est censere ciuitatẽ non circundãdam muris facere regionem facilem ad inuadendum, & deiicere montuosa loca, & priuatis domibus, non circundare parietes quasi viles sint futuri ipsi habitatores. Cùm autem hæc sint irrationabilia, ergo & primum.

Decimum quintum. Decimoquinto refert in fine octaui libri Politicorum ꝙ Plato inter melodias recipit solam Phrygiam & Doricam, alias omnes reprobans vt inutiles ad mores, reprobat autẽ ex instrumentis tibiam siue fistulam. Quid sit melodia Phrygia & Dorica, & tibia, iã docuimus in epitomatibus nostris in octauo politic. tract. vltimo. Vide tu illic. Sed inquit Ari. non bene se habet Plato in hoc. Nam ea ratione, qua approbat Phrygiam & Doricam, habet inter organa approbare tibiam, & si reprobat tibiam, debet & illas reprobare, quoniam eandem naturam & virtutem quam habet Phrygia & Dorica in harmoniis, eãdem habet tibia in organis musicalibus. Ambæ enim concitant animos, & in affectus impellũt. Si ergo tibia reprobanda est vt inepta ad disciplinam & mores, eadem ratione harmonia phrygia adiuncta doricæ.

Decimum sextum. Decimosexto refert ꝙ Socrates, id est Plato in persona Socratis improbat omnes remissas harmonias vt inutiles ad doctrinam, dicens eas esse vinolentas, id est inebriatiuas, & ideo nullam decent ætatem ad disciplinam & mores. Sed inquit Arist. aliqui merito Socratem reprehenduat, quoniam inter homines quidam sunt in statu virium, vt iuuenes, quidam declinant à tali statu propter senium, aut alio modo. Vnumquodque autem delectatur eo quod est sibi conueniẽs secundum naturam & ætatem suam, ergo non expedit omnes homines pro omni ætate vti harmoniis mediis, sed aliquando etiam remissis, & præcipuè senibus in quibus virt' cantandi & spiritus debiles sunt. Quare vt inquit Aristo. ad futuram seniorum, opus est huiusmodi harmonias attingere, & huiusmodi melodias.

Hæc sunt præcipua, in quibus Ari. in Politicis præceptorem suum Platonem reprehendere conatus est. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

Defenduntur Platonis superiora dicta contra Aristotelem.

Num Plato omnia debere esse communia senserit in politia an potiꝰ ex Pythagoricis accipiens.

IN hoc capite intendimus Platonem ipsum defensare quo ad singula prædicta, eodem ordine vt præposita fuere.

Quantum ad primum, s. de communitate filiorum mulierum & facultatum, vt scias Platonis mentem, & quomodo Aristoteles contra ipsum non prævalet, aduerte duo.

Primò statutum de prædicta communitate, non est in libris de legibus, sed in his ꝙ de rep. Quę autem sunt instituta in libris de repub. magis sunt secundum sententiam Pythagoræ & Socratis quàm secundum propriam sententiam Platonis. Vnde respublica siue politia instituta in libris de republ. rectius appellari potest politia Pythagorica & Socratica. Quæ verò in libris de legibus instituitur, ea profecto est ad mentem Platonis, cuius signum est quòd in libris de legibus interlocutor condens leges, non ponitur sub Socratis nomine, sed sub hospitis Athenensis titulo, qui hospes proculdubio est ipse Plato. Quæ igitur in libris de republ. docuit, non est opus singula sustinere, vt propria Platonis, sed tantùm quæ docuit in libris de legibus. Constat autem quòd filiorum & mulierum & possessionum communitatem, quam introduxit in libris de republic. non prosequitur in libris de legibus, imò illic distribuit per matrimonia filios & vxores, detestãs adulteros & nothos & concubinas, vt patet in legibus suis, quas in tractatu præcedẽti ordinauimus, & partitur totius ciuitatis regionem per sortes varióque censuum gradus instituit in ciuitate. Et quidem quòd in libris de legibus intenderet politiam illam non fundari in prædicta communitate, patet ex eo quod inquit in quinto de legibus, vbi sic legimus, Et cum primam virtute rempub. & secundam & tertiam exposuerimus, optionem damus cuique volenti eligere ex eis, quæ sibi placuerit, & primam quidem ciuitatem ac rempub. siue dij alicubi siue deorum filij habitent eam seruantes sicque viuentes, omni certè referti gaudio viuunt. Ea verò, quam nos hic agressi sumus, si fiat, proximè quodãmodo ad immortalitatem accedet. Sed de tertia posteà si Deus voluerit determinabimus. Nunc verò quęnam hęc sit, & quomodo fiat consideremus. Primo igitur domos sortiantur, nec agros cõmuniter colant. Nam maius hoc est, quàm hæc generatio atque educatio ferre possit. Sed hac mente ita distribuant, vt putẽt singuli sortem suã toti ciuitati esse communem, &c. Ex quibus constat ꝙ Plat. vt existimans politiam talẽ in qua omnia sint communia fore his temporibus impossibilem, licet in libris de repub. eam proposuerit optauerítque vt omnes auferrentur lites seditiones & odia, & denique mala omnia quibus hominũ genus premitur cupiditate proprij commodi, quoniam vnusquisque quærit sibi propria, tamen nunc ab ea recedit, incumbítque illi in qua vnusquisque ꝓpria possideat, vt quam pulchre instituatur. Non igitur fuit Ari. necesse in hoc laborare ex quo aduertere poterat Platonem ex propria sententia in libris de legibus ab illa communitate recessisse.

Secundò aduerte, ꝙ Plato in libris de repub. vbi videtur hanc de communitate legem introducere, non absolutè loquitur, sed conditionatè. Intendit enim ꝙ cùm hactenus inuenta nõ fuerit via, qua hominum genus omni remota perturbatione, possit omni pace ac tranquillitate gaudere, fortè si omnia fierẽt communia seruaretúrque vt inquit Plato priscum illud prouerbium, quo fertur, verè amicorum omnia esse communia, hic esset animis quietis & pacis terminus. Videlicet si alicubi fit aut fieri, vt communes sint res omnes communis quoque pecunia, & omni studio, quod proprium dicitur, sit è vita remotum. Vnde Plato ipse in hac lege assimilatur optimo prudentissimòque medico, qui cũ plurima infirmo sanando remedia apposuerit, videritque se nihil profeciisse, ad contraria se vertit inquiens. Si infirmitas hæc curanda est, oportet cõtrarijs vti. Sic & Plato Phœbeus animorum curator, ac humani generis medicus aduertens singulos homines & familias & ciuitates semp & vbique odijs seditionibus rapinis cædibúsque ęgrotare, neque vllis hactenus inuentis legibus veluti remedijs per tot secula curatos fuisse, vel saltem à tanto morbo paululum subleuatos, ad illam se transtulit præcipuam apud medicos legẽ qua medicinæ autores maximi sanxerunt, si quis talibus medicamentis adhibitis, putà frigidis non conualescit, tandem ad contraria putà calida transeundum est. Sic & Plato cognoscens humanum genus per leges distribuentes vnicuiq; propria, tot seculis nihil proficere. Imò verò quotidie in deterius labi, & infinitis litibus odijs bellis deprædationibus assiduè vexari, cogitauit se ad contrarias conuertere leges, quibus statuitur omnia fore communia, vt experiatur si diuisione, diuisioníque ac totius miseriæ sublata causa, concordiam vnionem ac felicitatem sic consequi dabitur. Verũ quia res est & noua, & quamplurimis inaudita primóque aspectu inhonesta ac derisoria, ideo licet de ea per totũ quintum de repu. dilputet, tamen eam vt impossibilem non exequitur, sed vt dictum est in libris de legibus, ad legem se determinat, vnicuique sua propria designantem, vt propriam vxorem, proprios filios, ꝓprios agros, &c. Non ergo Aristo. contra Platonem in hoc prævalet, quoniam aut non propria sententia vt dictum est, aut tantum conditionate loquitur, ideo obiectiones reprobationéque Aristo. non oportet aliter soluere.

Quantùm ad secundum nescio vbi Ari. in libris Platonis, qui ad manus nostras deuenerint, id somniauerit. Imo oppositum constat in libro sexto de legib. vbi in lege de ætate cuſtodum qui sunt ex præcipuis magistratib. sic inquit, custos legum, non plus quam per annos viginti hunc habeat magistratum. Si autem est sexaginta annorum quando creatus est legum custos tantùm per decem annos hunc teneat magistratum. Et in eodẽ libro sexto in lege de iudicib. instituendis & iudicijs peragẽdis inquit. Omnes magistratus tam annui quàm longioris tẽporis, &c. Vide in tract. præcedenti, in lege pallegata. Et in lege de magistratu educationis puerorum, instituit magistratũ ipsum per quinquenniũ. Vide in tract. præcedẽti, in lege prędallegata. Et in lege de sacerdote, instituit sacerdotium annuum. Vide in prędicta lege, falsum ergo

Adsecundũ. Nũ statuit Plato quod dicitur.

ergo Arist.illi imponit. Nec valet quod refert quasi fundamentum Platonis de perpetuitate magistratuum, similitudinem auri,argenti,æris,ferri in mineris suis perpetuis. Illud enim legimus in octauo libro de rep.Nos autem iam diximus ad mentem Platonis standum esse in his quæ instituit in libris de legibus. Præterea genera illa metalli in octauo de rep.non inducit ad perpetuitatem actualem,sed aptitudinariam principatus & seruitutis. Præterea vide supra in tractatu quinto qui est de politia in capite sexto.Illic clare inuenies ad quod propositum genera illa metalli commemorat,& Hesiodum recitat.Non ergo Arist.in hoc erga prę ceptorem suum,bene se habet.

Ad tertiũ. Quomodo Plato intellexerit legislatoris scopum esse ciuitatem felicẽ reddere.

Quantùm ad tertiũ conceditur, mentem Platonis fuisse vt legum lator studeret leges sic disponere, ꝙ per earũ obseruantiam tota ciuitas feliciter viueret.Verũ vt scias quomodo legislator ciuitatem totã felicem faceret, lege supra in tractatu quarto qui est legum conditore, in capite quinto,& illic inuenies quomodo bona humana ad diuina ordinanda sunt,& tunc felix erit ciuitas, cum hunc ordinem seruauerit.Quòd autem dicit Arist. Platonem iubere impossibile: quoniam auferebat ab omnibus ciuibus proprias diuitias, q̃ sunt organa felicitatis.Plato primò negare posset ꝓprias diuitias esse felicitatis organa·quoniam seditionũ litium discordiarum & prodigalitatis & auaritię,& arrogãtiæ sæpius causæ sunt cum his autem non stat felicitas.Sufficit autem apud Platonem ad consequendam felicitatem, ꝙ ciuis non sit omnino mendicus & inops.Ad hoc autẽ vitandum sufficiunt facultates omnibus communes,ac rectè distributæ.Secundò iam diximus non fuisse Platonis mentẽ in politia quam instituit ex suo proposito in libris de legibus auferre à ciuibus facultates proprias,imò vt videbis in tractatu sexto in lege de hærede instituẽdo,& in lege de testamentis,studet per omnia,viam inuenire,qua sortes & ꝓprię facultates paternæ in ciuitate in numero quinque milliũ & quadraginta habitationum semper conseruentur, non igitur impossibile aliquid præcipit Plato,vt videbis.

Ad quart. Nã & qũo in duas partes diuidendam tuerit ciuitatem.

Quantùm ad quartũ,vt scias quot & quas partes ciuitati Plato attribuat,tã deliciosæ q̃ sanæ & sobriæ, vide suprà in tractatu primo q̃ est de ciuitate in capite scdo.Illic inuenies ꝙ non solum in duas vt sibi imponit Arist. sed in longe plures.quas & illic nominatim inuenies. Et quod dicit Ari. defecisse Platonem: quoniam an agricolæ & artifices debe rent pugnare,& magistratibus participare non determinauit,hoc vtique falsum est:nam vt videbis in tractatu primo capite secundo,sic Plato inquit.Et quoniã singulis aliis singula pro cuiusque ingenio distribuimus, vt quisque id vnũ ad quod natura ducit aggrediatur, otiumq́; à cæteris agẽs, & tẽporis opportunitate seruata, optimè illud efficiat bellandi studium neque agricolæ neque coriario,neque alicui alij ex artificibus committendum est.Milites igit̃ à quocunque alio artificum distincti erũt. Hæc Plato.Quòd vero determinauerit nec agricolas neq; artifices debere magistratu participare,vide in tractatu secundo,q̃ est de ciue in capite primo,& ꝭstabit tibi Ari.in hoc nõ bene se gerere erga Platonẽ.Vt verò scias in quo sensu Plato cẽset mulieres in militiæ disciplina erudiendas,vide in tractatu sexto in lege de eruditione puerorum,illicq; inuenies Platonem instituẽte in septimo de legibus ꝙ mulieres pugnare discant non vt ordinariè cum viris arma assumant, nisi quãdo tanta hostiũ multitudo agros inuaserit,ꝙ soli viri non sufficerent ad ꝓpulsandum,aut quando viri omnes extra patriam in militiã proficiscuntur,possint mulieres interim si quid aduersi acciderit ciuitatem defensare. Magno nanque reip.vitio (inquit Plato)dãdum est,ita molliter mulieres educari, vt nec veluti aues ꝓ filiolis contra feroces bestias audeant pugnare moriq́ue potius velint,& cuncta subire discrimina quàm statim ad aras templaq́ue confugere.Patet igitur,quòd nullum in hoc absonum Plato instituit.

Ad quintũ. Sententia Platonis de militum & custodum ciuitatis numero.

Quantùm ad quintum vt scias quantã adhibuerit Plato sollicitudinem circa ciuitatis custodiam ac protectionẽ,cuius causa instituuntur milites,vide in tractatu sexto in lege de educatiõe militũ,& in lege de militia.Cur autem militũ numerum determinauerit ad mille in minus , & ad quatuor millia ad plus, ratio est:qm̃ Platonis consuetudo fuit ferè omnia in ciuilibus numeris determinatis assignare,vt domos ciuitatis ꝓ quatuor millia & quadraginta, & partes ciuitatis ꝓ duodecim,& gradus censuum similiter ꝓ determinatum numerum minarum & magistratuum electiões eodem modo.In numeris enim Plato magnã vim faciebat,eodem modo statum militũ in ciuitate sub certo numero cõprehendit.Propter hoc tñ non intendit ciuitati & eius gubernatorib.ꝓ tempore interdicere,quin minuere & augere milites valeant,ꝓut varij casus cõtingere possunt.Nã in ciuitate rite instituta,vt Plato inquit in lege de vulnerante in vniuersali,multa ciuibus ac magistratib.committenda sunt. Sic enim inquit.Nemo igitur nos incusẽt,si multa & maxima legib.nõ ordinamus quę vel minus digni iudices conspicere pñt.Qm̃ verò eos,quibus nos leges describimus, non ineptos harum rerum iudices futuros esse speramus, multa eis committenda censemus,hæc Plato.Quòd igitur de numero militum determinauit pro lege fuit,quam tñ pro loco & facultate regionis,magistratus,ꝓ tempore modificare possunt.Non ergo lex ipsa irrationabilis fuit.

Ad sextum Humani vit.ꝰ qualitas ex Platone.

Quantùm ad sextum aduerte,ꝙ si Ari.attẽdere voluisset his quæ Plato de temperantia,vniuersaliter sumpta descripsit,hìc non insurrexisset contra eum.Nam vt videbis in dispositione nostra ꝓ morali Philosophia Platonis in tractatu quinto qui est de colendo animo nostro in parte tertia, temperantia vniuersaliter sumpta est moderatio quędam ac decentia.Vnde quę tẽperatè fiunt,modestè ac decenter & laudabiliter fieri dicuntur.In doctrina igitur Platonis temperatè viuere & modestè ac benè & decẽter viuere idẽ sunt. In hoc ergo ꝙ dicit temperatè viuere, includit liberaliter, & excludit duo extrema, ſ.miserabiliter siue penuriosè,& ꝓdigaliter siue delicioſè aut voluptuoſè:non ergo Plato in hoc instituto defecit,sed prudentissimè vno verbo humani victus debitam qualitatem & quantitatem expressit.

Ad septimũ. Quem terminum facultatum statuerit Plato ipsis ciuibus.

Quantùm ad septimum aduerte,ꝙ Plato in quinto de legibus vt declarauimus suprà in tractatu primo in ca.quarto loquens,de quãtitate ciuitatis quò ad numerum ciuium, & quantitate regionis quò ad latitudinem & longitudinẽ,determinauit tot debere esse ciues,quot sufficiẽtes sint ad ꝓpulsandũ iniuriantes vicinos,& ad auxiliandũ amicis iniuriam patientibus. Descendens aũt ad specificum numerum dicit eos debere esse quinque millia quadraginta,gratia cuiusdam cõuenientis numeri,qui sint agrorum participes,ita ꝙ sint patres familiarum,totidẽmque focos assignat. Vt autem tot foci,id est quinq; millia & quadraginta semꝑ perseuerent, ita ꝙ nec plures nec pauciores vnquam sint, admonet in primis vnum tantum ex filijs instituendum hæredem, vt sors vniuscuiusq; seruetur.Deinde admonet circa filiorũ generationem , ne nimis abundent aut deficiant,ꝙ si nimis abundant ꝓhibendum est generare,ꝙ si deficiunt,adhortandi sunt homines ad generandum. Quòd si ob nimium procreandi studium,nimis aucta sit ciuitas,ita ꝙ prædictum numerum excedat & inopia prematur , mittantur Coloniã.Si verò belli,aut alterius calamitatis cã,ita deuastata fuerit ciuitas,vt multo pauciores statuto numero sint,etsi non sponte,necessitate tñ,alieni ad augendam ciuitatem suscipiendi sunt. Hæc fuit Platonis mens ac diligentia,ad determinandum multitudinem ciuium, & numerum domorum ac familiarum ciuitatis bene instituendæ, falsò ergo Ari.illi imponit ꝙ licet facultates determinauerit, quas ciues possidere debent,non tamen determinauit ciuium multitudinẽ,quàm oportet in ciuitate perseuerare:nam vtrunque prudentissimè determinauit.

Ad octauum. Plato num cognouerit quomodo ꝑfidẽtes à subditis differant.

Quantũ ad octauũ vt scias quã diligens Plato extiterit in assignandis differentijs inter eos qui meritò principari debẽt,& subditos,vide suprà in tractatu quinto , qui est de politia,capite octauo,illic inuenies octo excellentias,quib⁹ differre debet rex à subditis.Sunt autem istæ,pastor, gubernator,medicus,ciuilis vir,sacerdos, legum conditor, prudens & vniuersalis in necessarijs prouisor, cuius autoritas sit coniuncta senatui.

Principatibus in politia in qua plures dñantur quinq; cõditiones assignat,& sunt istæ,sint natura prudentes atq, tẽperati.Nõ sint ambitiosi,nõ ex ignorantia res graues aggrediant̃,sint veri Philosophi.Ver⁹ aũt Philosophus mendaciũ detestat̃,est natura tẽperat⁹,liberalis & fortis.Contentus sit vnusquisq; officio suo.Singula hęc videbis vbi suprà, ex q-bus tibi ꝭstabit quã diligens Plato fuerit,in assignãda distinctione inter ꝑsidentem & subditũ,& longè elegãtius quàm Ari.in septimo Poli.Non ergo est audiẽdus cum imponit ꝑceptori suo ꝙ omisit qũo differant ꝑsidentes à subditis, & cùm inquit ꝙ huius distinctionis rõnem accipere non poterat ex origine & genere:qm̃ & vxores & filios cões faciebat.Iam patuit suprà,ꝙ hanc communitatẽ, quam tradidit in libris de repub.non prosequitur,nec instituit in libris de legib.in quibus ex ꝓpria snĩa politiam instituit,vbi vnicuique propriam vxorem, proprios filios,proprias facultates

tribuit,potest ergo ex origine & genere hanc distinctionis rationem sumere,ergo,&c.

Ad nonum. Quomodo Plato recte statuerit ciuem quemlibet debere habere domos duas.

Quantùm ad nonum,vide in tract.sexto in lege de matrimoniis, & est tertia lex, illic inuenies quàm rationabiliter Plato has duas domos instituit, cuius sententia stat in hoc. Quando alicuius ciuis filius nupsit,vt erga parentes amoré desiderium̃que seruet & vt cum sponsa generationi educationiq; filiorum diligentius incumbat, opportunũ est domũ separatam à parentibus habere. Nec valet qd̃ opponit Ari.q; scilicet fortè non tantam habet familiam, aut duarũ domorum ferre non poterit expensas.Nam supponit Plato, quòd filius nubat. Cùm autem nupserit, iam speratur se familiam habiturum separatam à parentum familia. Constat enim familia ex viro & vxore,& filiis & seruis, vt declaratum est in primo Politicorum. Similiter Plato supponit ciuem tantam habere facultatem,q; expensas ferre possit,aliter huic legi nõ subiicitur,fertur enim vt vniuersalis,à qua quamplures in particulari excipiuntur, prout varij eueniũt casus propter quos bona ciuium exteriora modò augentur,modò diminuuntur.Quare &c.

Ad decimũ.

Quantùm ad decimum, vt scias quomodo Plato politiã suam mediam instituit, inter politiam paucorum,& popularẽ vide suprà in tract.quinto q; est de politia capi. quinto. Illuc inuenies q; politiam paucorum in duas diuidit, quoniam aut pauci per leges regunt & secundum virtutem, & hæc est politia recta,& dicitur optimatum, aut sine legibus regunt,& hęc est non recta,& dicitur paucorum potẽtia & est propinqua tyrãnidi,sicut ea,quæ est optimatum propinqua est regiæ gubernationi.Similiter eam, quæ est multorũ in duas diuidit,scilicet in rectam & nõ rectam. Recta est in qua populus per legum obseruantiam dominatur. Non recta est,quãdo populus postpositis legibus pro libito suo dominatur, ex his eam quę est paucorũ ex lege & virtute dominantium,& non ex diuitiis approbat, & econtra paucorum potentiam sine lege & virtute ac mente dominantium reprobat,similiter politiam popularem si leges obseruat licet debilem approbat,& oppositam damnat.Si igitur Plato politiam suam mediã instituit inter politiam paucorum & popularẽm,intelligendum est de vtraque primo modo,quoniam vtraque primo modo est recta. Aristoteles autem improbat.eum ac si ponerer eam mediam inter vtrãque secũdo modo sumptam, quod non est verum, cum vtranque vt non rectam condemnet.Et quando opponit Arist. q; melior est ea quæ constat ex optimatibus, quàm ea quę ex solis bellicosis & audacibus,conceditur,sed Pla. per politiam paucorum immixtam politiæ suæ intendit politiam optimatũ: pauci sunt enim qui secundum leges & virtutem dominantur.Non est autem verum Platonem instituere politiam suã ex solis bellicosis,animosis & audacibus,vt videbis in eodẽ capite:nã illic inuenies,quomodo Plato in ciuili de regno, ciuium animos in duas diuidit naturas,quoniã aliqui modestia præstant & vitæ tranquillitati studẽt,aliqui ad acrimoniam vitamq; bellicosam magis quàm oportet declinant, nec ex primis tantũ,nec ex secundis sed mixtim censet politiam instituendam.Quod verò optimam ciuitatem quam intendit instituere,nõ diuiserit solum in duas partes, scilicet in agricolas & artifices pro vna,& in bellatores pro altera, iam tibi manifestauimus in solutione quarti.

Ad vndecimum.

Quantùm ad vndecimum,mirum est vnde illud extraxerit Aristoteles,quoniam si legeris in tractatu quinto,in capite quinto inuenies hanc fuisse Platonis mentẽ in ciuili regno,q;,s.si in ciuitate adesset tyrannis aut paucorum potẽtia non ex lege nec virtute,sed ex diuitiis dominantiũ, melius esset popularem politiam cum obseruantia legum instituere, & sub illa viuere,illas verò destruere.Si verò aliæ temperatę essent,putà si regnum aut optimatũ politia adesset, nequaquam popularis quærenda esset etiam cũ obseruantia legum. Est enim,vt inquit Plato,legitimarum omniũ politiarum deterrima,iniquarum verò optima:non est ergo verisimile, quòd Plato censuerit optimam politiam quam instituere proposuerat, componẽdam esse ex statu plebeio, quem etiam cum obseruantia legis debilem existimat, & ex tyrannide, quam semper detestatus est, vt videre poteris in tract.quinto in capite sexto & septimo.

Ad duodecimum.

Quantùm ad duodecimum,in quo Aristo.in sex conatur præceptorem suum reprobare aduerte circa primũ in quo ipsum arguit quòd mutationi optimę politiæ solùm causam cõmunem assignauit,non bene se habuit,quoniam cùm nulla fortè sit illius mutationis propria causa debuit communi esse contentus. Nam si optima politia proprio & interiori defectu in deteriorem labi non potest, & tamen quãdoque vt videmus labitur,communi quodam defectu &causa labitur.Cõsiderauit enim Plato q; sicut homo validissimus atque temperatissimus,non tam propria & intrinseca quã cõi causa morbi infirmatur & deficit,id est fatali quodam ordine perpetuo reuoluẽte per cælestes circuitus quæ infra lunam sunt,vt quæ certis sphærarum configurationibus,& tẽporis determinato decursu composita sunt,contrariis quãdoque dissoluantur,sic & de optima ac temperatissima politia existimandum censuit Plato. Non ergo rationabiliter Aristo.in hoc contra Platonem,insurgit.

Tu tã aduerte quòd Plato in octauo de repub. postquã vniuersalem ac communẽ mutationis prædictæ causam assignauit,ad particulares inuestigandas accessit in eodem loco vbi duas ꝑcipuè assignat vt videbis suprà,in trac.quinto de politia capite sexto.

Prima quidem est eorum negligentia, qui successu tẽporis optimæ reipub.præficiuntur,quibus Plato in octauo de repub.sic inquit,licet maiores ipsi,&c. Vide suprà in tract. quinto capite sexto.

Secunda est seditio,quæ inter prędicta hominũ genera, scilicet inter aureos,argẽtos,æneos ferreósque homines oritur.De quib. Plato in octauo de repub.inquit : Genus aũt huiusmodi hominum,vbicunque adest,seditionibus semper agitatur,&c.Vide in eodem tract.& eodem ca. Cùm igitur Plato non solũ vniuersalem,sed & particulares causas,quibus contingit optimam rempub.in deteriorem mutari,inuestigare studuerit,& scripserit,patet q; Aristoteles non rationabiliter eum arguit.

Circa ſin & tertium simul aduerte quòd intentio Plato. non fuit negare quin possit optima politia in contrariã mutari,vt regnum in tyrannidem,& optimatũ in paucorũ potentiam.Hoc enim esset negare sensum, sed intendit q; frequentius & facilius mutatur quęlibet politia in sibi propinquam quàm in remotam,sicut videmus & in naturalibus, q; vnaquæque forma pri' & facilius mutatur in mediũ, quàm in extremum,vt album prius in pallidum quàm in nigrũ, & callidum prius ac facilius in tepidũ quàm in frigidum,nec id negaret Arist.nam & in secundo de Generatione dixit q; in habentibus symbolũ facilior & velocior est trãsitus, hac igitur ratione motus Pla.dixit,optimam politiam trãsmutari in eã quæ est Lacedæmoniorũ,quæ est optimatũ species, & propinqua optimæ,sicut tepidum est propinquũ calido, & eadẽ ratione,eam quę est optimatum, in statum paucorũ & hanc in popularem,& hanc in tyrannidem,se habẽt enim quasi gradualiter.

Circa quartũ aduerte quòd licet per accidens aliquãdo mutetur tyrannis in tyrannidem aliquando in potentiã paucorum,& econuersõ,tamen per se & ex sui natura nõ est in aliam mutabilis,quoniã cum sit pessima omnino destruenda est atque annihilãda,qua annihilata aliqua ex alijs politijs de nouo penitus quæ sit recta,instituẽda est,ac si tyrannis nõ præcessisset,& ciuitas de nouo cõdita esset. Prætereà,existimauit Plato omnẽ politiã vt in plurib' quãdo mutat,mutari in deteriorẽ:docuit enim in octauo de republica eam quæ est optimatũ,mutari in ambitiosam. Ambitiosam in paucorum potentiam hanc autem in popularem,& hanc in tyrannidem vt in omnium pessimam, & cùm non habeat deteriorem & omnis politia vt plurimum dũ mutatur, mutetur in deteriorem, ideo non docuit Plato tyrannidẽ mutabilem in aliam,sed potius esse annihilabilem,&c.

Circa quintũ aduerte quòd vbi est politia potentię paucorum,scilicet dominantium nõ ex lege nec ex virtute,sed ex diuitijs,ibi oportet quàm plurimos esse pauperes & inopes quo dato,necessario frangitur ciuitatis vnitas, vt Plato in quarto de repu.egregiè docet.Inquit em̃ quòd & si ciuitas vno cingatur muro, vna erit diuitum altera pauperũ sublata concordia.Diuites enim pauperes cõtemnent,pauperes aũt erga diuites inuidia & odio afficient,& ex paupertate non solum inuidiæ sed & mẽdacia & furta, ex diuitijs autem luxuria,ambitio,pigritia nascũtur.Re vera ergo duę erunt ciuitates,& cum opponit Aristo. quòd eadem ratione vbi est politia optimatum,erunt duę ciuitates, qm̃ in ciuitate in qua est optimatum politia,non sunt ęquales facultates.Dicendum quòd non est eadem ratio,quoniam in politia optimatũ,non sunt extremi diuites nec est aliquis inops & omnino pauper.Sic enim Plato politiam suam instituit vt patet in quinto de legibus,& id iam manifestauimus in tractatu secundo, qui est de ciue, in capite secundo,vt videre poteris. Licet igitur in statu optimatum non sint ęqua-

les

les facultates vnuſquiſque tamen contentabitur ſorte ac cē ſu ſuo. Ideo non auferetur concordia. Vnde Plato in quarto de rep. ſic concludit, ſi ciuitas temperata exiſtet, ita ſcilicet, ꝙ nec diuitiæ nec paupertas, ſed ſufficientia adſit, & vna & maxima nō opinione ſed re vera erit, etiā ſi mille duntaxat propugnatoribus conſtet. Patet igitur quod non eſt eadem ratio in ſtatu paucorum, & in ſtatu optimatum.

Circa ſextum aduerte, ꝙ licet cupiditas inordinata diuitiarum, & iniuriæ acceptæ, & honores non rectè diſtributi, & immoderata libertas ſint cauſæ illius mutationis, tñ primæ & præcipuæ ſunt inordinata cupiditas diuitiarū, & immoderata libertas. Nam ab inordinata cupiditate diuitiarum cauſantur iniuriæ, & nō recta honorum diſtributio, ſimiliter ab immoderata libertate, qua omnes ſe reputant æquales. Plato igitur adducens prēcipuas & primas cauſas, ſufficienter ſe habuit: vtraſque autē ponit in octauo de rep. Non ergo differt poſitio Platonis & Ariſtotelis, quia vna ſit inſufficiens & altera ſufficiens, ſed quoniam vna exprimit cauſas proximas, altera autem cauſas primas à quibus emanant proximæ. Vtraque ergo fuit ſufficiens.

Ad decimū tertium. Militum affectus qualis debeat eſſe.

Quantum ad tertiumdecimum: aduerte, ꝙ Plato in ſecūdo de rep. vbi de militum educatione agit, quos ciuitatis cuſtodes appellat, non dicit ſimpliciter eos debere eſſe benevolos erga notos, erga ignotos autem infeſtos. Sed ſic inquit, videtur naturam generoſi canis, & ingenui adoleſcētis qui vrbis futurus ſit cuſtos, perſimilem eſſe. Nā vtrunq; ipſorum, ſagacem eſſe oportet ac peruigilem ad ſentiendum, velocem ad inſequendum, robuſtum cùm aſſecutus fuerit ad pugnandum, & capiendum, & retinendum: vt autem bene pugnet, oportet ipſum eſſe audacem & fortem, vt aūt ſit audax & fortis, oportet ipſum eſſe iracūdum. Inexpugnabilis enim & inuicta eſt ira, qua præſente omnis anima eſt intrepida, verùm ſi tantùm audaces & iracundi forēt, omniq; mā ſuetudine carerent, ſe inuicem & alios ciues perderent. Oportet igitur erga ſuos manſuetos eſſe, erga hoſtes autem immites, alioquin nō expectabunt donec ipſos alij perdāt, ſed ipſi ſeipſos perdent. Neceſſe eſt ergo patriæ cuſtodes & manſuetos & iracundos eſſe, quales ſunt & generoſi canes. Hæc Plato. ex quibus conſtat, ꝙ non ſimpliciter intēdit eos fore notis beneuolos, & ignotis infeſtos ſed dicit erga hoſtes, in quo & Ari. concordat, cùm dicit: Niſi ꝺ ſibi iniuriantes. Conſtat autem quòd hoſtes ſunt iniuriantes: quare, &c.

Ad decimū quartum. Ciuitates nō cingi muris debeant.

Quantùm ad quartum decimū aduerte, vt docuimus in tractatu primo in capite tertio Plato nō abſolutè dānat muris circuncingi ciuitatem, niſi ꝙ ſanitati ciuium nihil conferunt, & cōſueuerunt animos eorum eneruare, faciūt enim inquit Plato, ꝙ facile inter eos ſe recipientes, hoſtes nō fugent, putentq; ſe non diurna neque nocturna cuſtodia vigilantes, ſed murorum ſepto dormientes ſaluos fore. hac de cauſa, muros ciuitatem circundantes non approbat. Tamen vt ciues magis tuti ſint & vno egreſſu hoſtes inuadant, nec hoſtibꝰ pateat facilis ingreſſus, adinuenit modū, quo munienda & ornanda ſit veluti muris ciuitas. Sic enim in ſexto de legibus ſcribit, verū ſi muris aliquibus muniēdi ſunt hoīes, ſic ab initio domus condantur omnes, vt tota vrbs æqualitate & ſimilitudine vnus ſit murus, habeantq; domos omnes ſic tutum ad vias aditum. Quę certè diſpoſitio, & intuētibus erit grata, cùm tota ciuitas vnius domꝰ figurā habeat, & ad cuſtodiæ facilitatem commodiſſima erit. Nō ergo abſolutè Plato damnat mœnia ciuitatis vt Ariſ. arbitratus eſt. Præterea, Plato in hoc declinat magis ad legem Spartiatarum, qui ſunt Lacedæmones, quàm loquatur ex propria ſententia. Sic em̄ ſcribit in ſexto de legib. De muris verò Spartis ego cōſentio, muroſq; iu ſolo iacere facile patiar. Probè em̄ poëticum illud laudatur, quo æneos ferreóſque magis quàm terreos muros condere admonemur.

Ad decimū quintum. Sententia Platonis de muſicæ eruditione.

Quantùm ad quintumdecimum aduerte, ꝙ Plato in tota doctrina ſua ciuili, muſicam quàm maximè veneratus eſt & eam adeò magnifacit, ꝙ in ſexto de legib. admirabili prudētia muſicæ magiſtratum duplicem inſtituit, vt videbis in lege de magiſtratu muſicæ & gymnaſticæ, & vt videbis in lege de eruditione puerorum, inſtituit Dionyſiacos cantores annorum ſexaginta, quos, vt inquit oportet rithmorum naturas, harmoniarúmq; cōſtitutiones acutè ſentire, vt in cātibus affectus animi imitantibus, ꝑpbi animi imitationes ab imitationib. improbi ſecernere poſſint, & has quidem reijciant, illas autem in medium deductas, adoleſcentū auribus concinant, trahantq; eorum animos imitatione quadam ad poſſeſſionem virtutis. Cùm igitur Plato tam diligens fuerit muſicæ obſeruator, ſi tibias reprobat, ꝑfectò non abſolutè damnat. Non em̄ tibicinum magiſtratum inſtituiſſet ſicut & Rapſodorum. Conſtat autem ꝙ in ſexto de legib. vt videbis in lege de magiſtratu muſicæ & gymnaſticæ, inſtituit magiſtratum, quorū alij in monodia, alij in imitatione, ſicut Rhapſodorum, cithariſtarum & tibicinū prēſunt. Non ergo abſolutè tibias damnat. Damnat autem tibias ſeruiles & ruſticales, vt potè debita conſonantia carentes.

Prēterea, ſi damnat, non ratione ſoni prēciſè ſed qm̄ ex vehementi inſufflatione os & faciem deformant, cuius cā & Minerua legitur tibias abieciſſe.

Ad decimū ſextum.

Quantùm ad ſextumdecimum, aduerte ꝙ Plato harmonias remiſſas reprobat vt inutiles ad doctrinā & mores, dicens eas vinolentas, id eſt inebriatiuas, non ꝙ excitent furorem, vt ſæpè facit vinum in ebrioſo, ſed qm̄ inducunt ſomnum & inertiam, ſicut vinum vt ſpirituoſum inducit ſomnū in ebrio, & qm̄ huiuſmodi harmoniæ non excitant animum ſed potiùs deprimunt & remittūt, ideo iudicat eas inutiles nec addiſcendas, nec vllam decent ætatē, & cum dicit Ariſ. quòd cùm non egeant multo ſpiritu, decēt ſenectutem, quę virtutem cantandi & ſpiritus debiles habet, Plato diceret, ſenectutem non decere vti cantu neque alijs harmonijs ꝑpter ætatis grauitatem, ſufficit autem quòd ex peritia muſicæ quam in iuuentute didicerunt, & exercuerunt, iuuenes cantantes audiant & pulſantes inſtrumenta muſicalia, ſícq; & auditu delectabuntur, & iudicabunt q̄ ex harmonijs vtiles ſint ad mores & honeſtum ſolatium: vnde vt iam diximꝰ Plato inſtituit Dionyſiacos cantores annorū ſexaginta, quæ rithmorum naturas & harmoniarum conſtitutiones acutè ſentirent, &c. Patet igitur ꝙ Ariſto. in nullo prędictorum ratione abiliter præceptoré ſuum redarguit. Et hæc de præſenti capite ſufficiant, & hìc terminamus diſpoſitionem ciuilis Philoſophiæ ſecundum viam Plato. auxiliante Deo optimo primo legum autore, cui honor, & benedictio in ſecula ſempiterna, Amen.

Tractatuum in ciuilem Platonis Philoſophiam, finis.

EPITOME

CHRISOSTOMI IAVELLI CANAPICI,

CHRISTIANA PHILOSOPHIA,

¶ Octo diuisa Partibus, quídque summatim in earum vnaquaque tractetur, in Proœmij calce enucleatur.

Proœmium.

BEnedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci beneficiorũ ei⁹. Qui replet in bonis desiderium. Cuius auxilio & benigna manu, duas iam exsoluisti morales disciplinas, naturali lumine adinuentas illiq; innixas. Vnã quidem ad mentem Ari. quã Peripateticam diximus. Alterã ad mentẽ Platonis, quã Academicam siue Platonicam nuncupauimus. Deo igitur gratiarũ actio & benedictio in secula. Nunc verò diuino aspirante lumine à quo omnis syncera veritas effluit & ortũ habet, tertiã decreui disponere atq; ordinare, vt agnoscant mũdi sapientes, qui nõ dignãtur aliud suscipere & credere, nisi quod ab arrogati emanat gentilũ philosophia, qua bonitate Deus optimus, quo studio, qua irreprehensibili lege, Christianũ genus regat pretioso sangine suo redemptũ. Hæc tertia philosophia moralis nõ debili & fluctuanti naturali lumini innititur, sed illi diuino & infallibili, quo plenissimè repletus seruator noster Deus & homo patris virtus & sapientia Christus Iesus, & supercælestes angelicæ mentes illustratæ & afflati sancti Dei homines ac ꝓphetæ locuti sunt in scripturis sanctis. Reuelarũq; hominũ generi diutissimè torpenti ac sedẽti in ignorantiæ tenebris & errorũ caligine, quicquid ad hominum salutem perpetuam sufficeret, omni prorsus expulsa falsitate, ita vt verissimè dici possit, q; hęc vnica moralis disciplina sit recta, firma & ꝓbata, atque omnino indeficiens humanæ salutis & omnimodæ beatitudinis via. Hanc diuinam & Christianam moralem philosophiam denominabimus, cuius dignitas & celsitudo supra Peripateticam & Academicã tãta vtique erit, quãta est solaris claritas indefici⁹ns, supra astrorũ lunarisq; globi refulgentiã eclipsabilẽ. Hæc nanque est aurũ probatissimum, & argentũ non modò igne examinatum, sed & purgatum septuplũ, iuxta illud Psalmi, Eloquia domini, eloquia casta argentum igne examinatum, purgatũ septuplũ. Hæc est ea commendatissima sapientia, de qua cap. 4. in Deutero. inquit Moses ad populum, Hæc est vestra sapientia & intellectus corã populis, vt audientes vniuersa præcepta hęc dicant, Et populus sapiens & intelligens gens magna. Non est alia natio tam grãdis, quæ habeat deos ap-ꝓpinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obseruationib⁹ nostris. Quæ em̃ est alia gens sic inclyta, qualis, s. est Christiana, quæ habeat, cæremonias iustaq; iudicia & vniuersam legem, quam ego proponam hodie corã oculis vestris, &c. Hanc castissimam moralem philosophiam, quam meritissimè in sacris eloquiis diuinam sapiẽtiam diuinamq; prudentiam nouimus appellari, Deus naturę conditor omnipotens primitus docuit Hebræum populum per angelum & Mosem, nouissimè locutus est nobis in filio secundũ Paul. ad Hebr. 1. qui, vt familiaris noster in terris visus est, & cum hominib. conuersatus est. Hanc igitur sufficientissimè Deus humanatus è cælo nobis attulit. Hãc solus adinuenit, & non aliquis ex mundi sapientib⁹. Vñ Baruch de ea inquit cap. 3. Filij quoque Agar, id est, Gentium philosophi qui exquisierunt sapientiam & prudẽtiam, quę de terra est, negociatores Merran, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ, viam sapientię nescierũt, neque commemorati sunt semitas eius. Hos non elegit dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt, propterea perierunt, & quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt ꝓpter suam insipientiam. Quis ascendit in cælum, s. ex philosophis, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis trãsfretauit mare, & inuenit eam, & attulit eam super aurũ electum? Non est qui possit scire vias eius, nec qui exquirat semitas eius, sed qui scit vniuersa nouit eam, & adinuenit eam prudentia sua. Qui pręparauit terram in æterno tempore. Hæc est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinę s. bene iustéque viuendi, & tradidit eam Iacob puero suo, & Israël id est, populo fideli dilecto suo. Post hæc in terris visus est, s. propter humanitatem, & cum hominib. cõuersatus est. Hæc Baruch. Hanc igitur pro virili mea & Deo optimo aspirãte dispositurus satis me acturum existimaui, si eam octo partibus complexus fuero.

Prima quidé erit de celsitudine ac veritate ipsius supra oẽs disciplinas morales, quæ ex naturali lumine ꝓdierunt.

Secunda erit de septé virtutib. tribus quidem, quas theologicas, & quatuor, quas cardinales morales appellari famosissimum est.

Tertia erit de septem vitijs capitalib. quibus vt obstaculis impedimur ab illo summo ac beato fine nobis à Christo Seruatore reuelato atque promisso.

Quarta erit de septem donis Spiritus sancti, quibus, velut fidissimis alis, ad cęlum è terra subleuamur.

Quinta erit de septem sacramentis, vt septem medicaminibus, aduersus multiplices animi nostri languores.

Sexta erit de veris operibus Christianis, quibus meremur ęternam mercedem, nobis à Christo Seruatore in Euãgelio promissam.

Septima de beatitudinibus huius vitę, quas Legifer noster Iesus declarauit in Euangelio, quibus improbabitur vana philosophorum beatitudo pręsentis vitæ.

Octaua erit de beatitudine & suo oppositio alterius vitę quam ipsa veritas Christus apertissimè reuelauit, quam aliqui ex huius mundi sapientibus, somniasse visi sunt, nullus tamen euidenter intelligere potuit, quoniam diuina bonitas disposuerat abscondere à sapientibus huius mundi, & reuelare eam paruulis, id est, humilibus. Talium est enim regnum cælorum, Matth. cap. 19. Et hic erit terminus dispositionis nostrę in diuina ac Christiana morali philosophia.

Pars

PARS PRIMA PHILOSOPHIAE CHRISTIANÆ vnico complexa Tractatu.

¶ De celsitudine diuinę & Chriſtianę Philoſophię moralis.

IN hac parte prima agendũ eſt de celſitudine ac veritate huius ſciẽtiæ ſupra omnes morales Philoſophias humanitus inuentas. Tu igit ad uerte hanc ſciẽtiam ſupra alias morales humano ingenio repertas, ſex continere excellẽtias.

Prima eſt ex autore.
Secunda ex conſonantia ſcribentium.
Tertia ex rationabilitate contentorum.
Qnarta ex excluſione cunctorum errorum.
Quinta ex efficientia optimorum effectuum.
Sexta ex eo, ꝙ extra ipſam nulla eſt perfecta virtus moralis, neque actus ſimpliciter bonus moralis, & pro ſingulis excellentiis, ſingula formabimus capita.

CAPVT I.

Moralem Philoſophiam Chriſtianam omnibus humanis diſciplinis excellentiorem eſſe, quia à Deo pendet.

IN primo capite declaranda eſt excellentia huius ſcientię ex parte autoris, ſuper omnes alias morales humanas. Tu igitur aduerte, ꝙ omnium humanarum moralium autores fuere homines, qui lumini naturali inhærẽtes, conati ſunt mortalibus ſuadere, & ſcriptis mandare, ea eſſe agenda, quę recta ratio dictat, & fugienda, quæ rationi rectæ aduerſant, putà, cõſtanter agendũ & ferendũ pro patria, pro bono virtutis, tẽperatè viuendũ, erga quẽcunque iuſtitiam ſeruandam, &c. Non inhonorandos Deos, nõ parẽtes, nõ ſeniores, non furandũ, nõ occidendum, non mœchandum, &c. Hac ſemita proceſſere Pythagoras, Pherecides, Socrates, Plato Ariſ. apud Græcos Mercurius, Trimegiſtus, Orpheus, Heſiodus apud Aegyptios, Marc⁹ Cato, Cicero in his, quę de officiis & Seneca apud Latinos. Hanc autẽ tradidit mortalib⁹ primò quidẽ Deus omnipotens per Moſem, vt habemus in Exod. cap. 19. & 20. vbi ſic legimus: Locutus eſt dominus cũctos ſermones hos, Ego ſum domin⁹ Deus tuus, fortis, zelotes, faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea, Non aſſumes nomẽ Dei tui in vanum, &c. Deinde Dei filius in carne apparens eandẽ clarius ac perfectius per ſeipſum ac ſacros Apoſtolos, toti mundo reuelauit per ſeipſum quidem Vnde Ioan. 14. cap. inquit, Si nõ veniſſem, & locutus eis nõ fuiſſem, peccatũ nõ haberẽt: nunc autem excuſationẽ nõ habẽt de peccato ſuo, &c. Per ſacros Apoſtolos autem: vnde 2. Petri. 1. ſic legimus, Nõ indoctas fabulas ſicuti notam fecimur vobis domini noſtri Ieſu Chriſti virtutẽ & præſcientiã: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis (& infrà) & habemus firmioré propheticũ ſermonem, cui benefacitis attẽdentes quaſi lucernę lucẽti ĩ caliginoſoloco, donec dies eluceſcat & Lucifer oriat in cordibus veſtris: hoc primũ intelligentes, ꝙ omnis prophetia ſcripturæ, propria interpretatione non fit: nõ em voluntate humana allata eſt aliquãdo prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Cùm igit ſcientia humana moralis ex naturali lumine prodierit, diuina aũt & Chriſtiana ex diuino, quantò excellentius eſt humani intellectus lumine lumẽ ipſũ diuinũ, tãtò excellẽtior eſt hæc ſciẽtia illi cõparata. Conſtat autẽ inter hæc duo lumina penè nullã cõparationẽ ac proportionẽ exiſtere. Stat enim error & falſitas admixta veritati in ſciẽtia humana vt patet in tota philoſophia: & inferius in c. 4. huius primæ partis manifeſtabimus. Nullus em ex autoribus humanis ita locutus eſt, neque ita ſcripſit quòd in omnibus ab omnib⁹ approbaretur. Cum ſcientia autẽ lumine diuino reuelata nullus error, neq; falſitas neque abſonũ perſiſtere poſſunt. De⁹ enim eſt primũ & ſummũ verum: cum ſummo autem nullũ ſtat gradus oppoſiti, vt cum ſumma caliditate null⁹ permanet frigiditatis gradus: neque cum ſummo lucido quid tenebroſum, aut obſcurũ. Qualis eſt igitur ꝓportio inter ſplẽdorem ſolarem & lucernam potius ſumiganté quàm lucentem, talis vtique erit inter diuinum & humani intellectus lumen. Quocirca Plato, vt manifeſtauim⁹ in tracta. 4. cap. 3. ſuæ ciuilis diſciplinæ pro certo ſentit nullũ ex hominũ genere quantũcunque ingenio, prudentia, ſcientia, experiẽtia præditum, ſufficere ꝓpria virtute leges condere: qbus rectè ac iuſtè ſibi ſubditos regere valeat, niſi diuinum adſit auxilium, & occulta Dei inſpiratio. Quomodo em purus homo quacunque ſapiẽtia & potentia fulgeat vaſtam ciuitatis aut regni nauẽ quolibet momento ꝓcellis & piculis agitatã innumeris abſq; cœleſti flamine ad portũ deducere poteſt? Profectò impoſsibile foret. Quod & Salomõ rex creatus ſuper Iſraẽlẽ conſiderans nil aliud à Deo petiit, niſi ſibi ſapientię donũ infundi: quo iuſtè ac ſanctè populos ſibi cõmiſſos, veluti paſtor, regere poſſet. Vnde ĩ 3. Reg. cap. 3. ſic legimus Salomonem orantẽ, Domine Deus, tu regnare feciſti me ſeruũ tuum ꝓ Dauid patre meo: ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum ac introitum meũ, ſeruus tuus in medio eſt populi, quẽ elegiſti, populi infiniti q numerari & ſupputari nõ poteſt præ multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile vt populum tuũ iudicare poſsit, & diſcernere inter bonũ & malum. Et reſpondens ei Domin⁹ inquit: Quia poſtulaſti verbum hoc, & nõ petiiſti tibi dies vitę multos, nec diuitias, nec animas, id eſt, vitas inimicorũ tuorũ ſed poſtulaſti tibi ſapientiã ad diſcernẽdum iudiciũ, ecce feci tibi ſm ſermones tuos: & dediti ibi cor ſapiẽs & intelligens, in tm vt nullus ante te ſimilis tibi fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit, & hæc quæ nõ poſtulaſti dedi tibi, diuitias ſ. & gloriã, vt nemo ſimilis tui fuerit in regibus cũctis retrò diebus. Si autẽ ambulaueris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea & mandata mea, ſicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos, &c. Cùm igitur diuinũ lumẽ ſit omnis veritatis origo prima, ſitque diuina lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, ſine qua nil lucidum nil ſanctum nil iuſtum, ſed tenebroſum & obliquum, neceſſe eſt omnẽ rectè viuendi formã, omnémque legẽ iuſtè ac ſanctè regendi ſubditos nõ preciſè ab humano intellectu, ſed diuino aſpirante lumine, aut ipſo immediatè autore prodire, nã q ſolo humani intellectus lumine moralia & ciuilia tractarũt, in abominabiles inciderũt errores, vt tibi infrà manifeſtabimus, ꝑcipuè in diuino cultu, in quo velut cæci & ſtulti ꝓceſſerũt ex idololatriis ſuis.

Viuendi omnem formam à lumine diuino manare neceſſe eſt.

Nõ ſolũ autẽ prudentes huius ſeculi moraliũ ac ciuiliũ tractatores ſenſerunt opus eſſe diuino auxilio, atq; inſpiratione, imò vt ſcriptis ſuis ac legibus conditis firmitatẽ, reuerẽtiã & autoritatẽ acquirerẽt, conati ſunt in Deũ legũ iuſtè viuendi inuẽtionẽ referre, licet falſo & ſub diuerſis nominibus id finxerint, vt docuim⁹ in ciuili Platonica tracta. 4. cap. 3. Nam Zoroaſtres, magorũ princeps, Bactrianis & Perſis leges tradens, eas in falſum nomẽ Oromaſij, vt in autorem retulit. Trimegiſtus Aegyptiis in Mercurium, Minos Cretẽſibus in Ioué Charondas Carthaginẽſibus in Saturnũ, Licurgus Lacedæmoniis in Apollinem, Draco & Solon Athenienſibus in Mineruam, Numa Romanis in Aegeriam, Zamolxis Scythis in Veſtã, Plato Magneſiis & Siculis in Ioué & Apolliné, Dei ceptor Machumet Arabibus in Gabrielem, vt diuinum. Si igitur homines huiuſmodi moralia ac ciuilia ſua nõ alia cauſa finxerunt in Deũ referenda, licet nõ in verũ Deũ, niſi vt dictis ac ſcriptis ſuis, fides adhiberetur, & excellentiora repræſentarentur, ac ſubditi timerent legis tranſgreſsionẽ ꝓfectò diuina hęc & Chriſtiana ſcientia moralis, excellentiſsima ſup omnes habenda eſt, quæ ex vero & nõ ficto Deo emanauit, vt immediato autore, ĩ qua Deus ipſe glorioſus effectus eſt humani generis doctor & eruditor, ideo nõ immeritò dicitur in Pſalmo, Beat⁹ homo qué tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. De illis verò q ſuo inuentu condere voluerunt rectè viuendi formã & leges, inquit Dauid. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua, quaſi dicat Nõ vera & ꝓbata ſicut docuit me lex tua. Conſtat ergo ex autore diſciplinã hanc longè excellentiorem eſſe cunctis moralibus traditionibus humano ingenio inuentis. Hęc de primo capite dicta ſint.

Luminis diuini & humani diſcrimen.

CAPVT II.

Moralem ac Chriſtianam Philoſophiam eſſe omnibus humanis diſciplinis excellentiorem ex eo, quòd illius autores inter ſe in nullo diſſentiunt.

IN ſecundo capite declaranda eſt excellentia huius diuinę ſcientiæ, ſuper humanas morales ex cõcordia ſcribentium. Tu igitur aduerte, quòd licet tota diuina ac Chriſtiana moralis ſcientia à Deo ipſo ſit autore immediatè elegit tñ in veteri Teſtaméto ſanctiſsimo prophetas diuino lumine afflatos & in nouo Apoſtolos ac Euangeliſtas, per quos

vt ſcribas & præcones ac diuini ſenſus recitatores, lex iſta mortalibus promulgaretur,& ſcriptis mãdata permaneret: quorũ cõſonantia in ſcribendo ac conformitas niſi ex vno & ſimplici diuino lumine,quo illuſtrati ſcripſerũt,emanaſſet,profectò ſeruari nõ potuiſſet.Quod & ratione & ſigno tibi aperiemus.Ratione quidem,q̃ in rebus non manifeſtis ex ſenſu,nec euidentiam habentibus ex principiis naturalibus non conſonant,nec cõſentiunt ſcribentes plures variè diſpoſiti & diuerſis temporibus exiſtentes,niſi à cauſa ſuperiore & diuina eorũ intellect⁹ ad aſſenſũ inclineſ.Nã, cùm intellectus quãtùm ad aſſenſum,ſit nat⁹ moueri ab obiecto manifeſto & claro in ſe,vel in alio,nihil aliud videtur poſſe cauſare huiuſmodi aſſenſum,niſi virtualiter includat euidẽ tiam obiecti:nihil autem tale eſt concludens & continens euidentiam eorum,quæ non ſunt euidentia ex terminis,niſi intellectus ſuperior intellectu humano. Nullũ verò intelligens ſuperius homine poteſt hominẽ docere niſi Deus per ſe ipſum,aut per angelum Dei interpretẽ:ſicut docuit Moſem per angelum,& in Teſtamento nouo docuit Ioſeph & Mariam per angelum,& Petrũ & Philippum Paulum autẽ Ieſus Saluator per ſeipſum docuit in conuerſione ſua:ſed ſacræ ſcripturę ſcriptores,variè diſpoſiti fuerunt,quoniã alij eruditi,alij idiotæ,vt pro maiori parte fuerunt Apoſtoli,& in diſtantibus locis ſeparati:qm̃ alij in Iudæa, alij in Babylonia ex Prophetis,vt Daniel & Ezechiel & in nouo Teſtamento Apoſtoli euangeliſtæque longè latéque diſperſi, & tamen in his,quæ ſcripſerunt,vnus alteri non cõtradixit,neque aduerſatus eſt,ſed mirabiliter in vnũ cõuenerunt quod vtique factum non fuiſſet,niſi eodem diuinóque lumine infallibili aſpirati fuiſſent.Q̃d & cõfirmatur ſigno ſumpto ex oppoſito in doctrinis philoſophorum:qui, quoniã proprio intellectus ſui lumine nubiloſo proceſſerunt,ſemper adinuicem rixati ſunt,& in varias inciderunt ſententias, ex quib⁹ plures & contrarię conflatę ſunt ſectę. De quib⁹ diuus Auguſtinus in lib.18.de Ciuitate Dei,cap.41.ſic loquitur:Philoſophi,qui non videtur laboraſſe in ſtudiis ſuis, niſi vt inuenirent quomodo viuendum eſſet accõmodatè ad beatitudinẽ capeſſendã,cur diſſenſerunt, & à magiſtris diſcipuli, & inter ſe cõdiſcipuli,niſi quia vt homines humanis ſenſibus & humanis ratiocinationibus iſta quæſierunt?Autores verò noſtri, in quibus nõ fruſtrà ſacrarũ literarum figitur & terminatur canõ,abſit,vt inter ſe aliqua ratione diſſentiãt. Vnde non immeritò,cùm illa ſcriberẽt,eis Deũ vel per eos locutũ,nõ pauci in ſcholis atque Gymnaſiis litigioſis diſputationibus garruli:ſed in agris atque in vrbibus cum doctis atque indoctis tot tantíque populi crediderunt. Ipſi ſanè pauci eſſe debuerũt,ne multitudine vileſceret,qđ earũ religione eſſe oporteret:nec tamen ita pauci,vt eorũ nõ ſit miranda conſenſio.Neque em̃ in multitudine philoſophorum qui labore etiam literario monimenta ſuorum dogmatũ reliquerunt,facilè quis inuenerit,inter quos cuncta.quæ ſenſere conueniant:quod oſtendere hoc opere longũ eſt.Quis aũt ſectæ cuiuſlibet autor ſic eſt approbatus, vt cæteri improbarentur,qui diuerſa & aduerſa ſenſerũt? Nónne apud Athenas & Epicurei clarebant, aſſerentes res humanas ad deorũ curã nõ pertinere?Et Stoici qui cõtraria ſentientes eas regi atque muniri diis adiutoribus & tutoribus diſputãt? Vnde miror cur Anaxagoras reus fact⁹ fuerit,qa ſolem eſſe dicit lapidẽ ardentẽ, negans vtiq; Deũ:cũ i eadẽ ciuitate gloria floruerit Epicurus,vixeritque ſecurus, non ſolum Solem vel vllũ ſyderũ Deũ eſſe non credens, nec Iouẽ nec vllũ deorũ oino in mundo habitare contendens, ad quem hominum preces ſupplicationéſque perueniant. Nónne ibi Ariſtippus in voluptate corporis ſummũ bonũ ponens? Ibi Antiſthenes virtute animi potius hominem fieri beatum aſſeuerans,duo philoſophi nobiles,& ambo Socratici in tã diuerſis atque inter ſe contrariis finibus vitæ ſummã locantes,quorum etiam ille fugiendam,iſte adminiſtrãdam ſapiẽtẽ dicebat eſſe rẽpublicã:& ad ſuam quiſque ſectã ſectandam diſcipulos cõgregabat?Nempe palàm in conſpicua & notiſsima porticu,in Gymnaſiis,in hortulis,in locis publicis ac priuatis cateruatim pro ſua quiſque opinione certabant.Alij aſſerentes vnũ,alij innumerabiles mũdos , ipſum autem vnum,alij ortum eſſe,alij initium non habere,alij interiturum,alij ſemper futurum,alij mente diuina , alij fortuitu & caſibus agi,alij immortales eſſe animas,alij mortales & qui immortales,alij reuolui in beſtias,alij nequaquã: qui verò mortales,alij mox interire poſt corpus,alij viuere poſtea vel paululum vel diutius, non tamen ſemper. Alij conſtituentes in corpore finem boni, alij in animo,alij in vtroque:alij extrinſecus etiã poſita bona ad animã & corpus addẽtes, alii corporis ſenſibus ſemper,alij nõ ſemper, alij nunquam putantes eſſe credendum. Has & alias penè innumeras diſſenſiones philoſophorũ, qs vnquã populus, quis ſenatus,quę poteſtas vel dignitas publicè impiæ ciuitatis diiudicandas,& alias probandas ac recipiendas,alias improbandas repudiandaſque curauit,ac non paſsim ſine vllo iudicio cõfuſéque habuit in gremio ſuo tot cõtrouerſias hominum diſſidentiũ,nõ de agris & domibus,vel quacũque pecuniaria re,ſed de his rebus,quibus aut miſerè viuitur,aut beatè.Vbi eſt ſi aliqua vera dicebantur,eadem ex falſa prorſus licentia dicebantur.Vnde non fruſtrà talis ciuitas myſticum vocabulum Babylonis accepit: Babylon quippe confuſio interpretatur,quod nos iam dixiſſe memi nimus.Nec intereſt diabolo regi eius, quàm variis inter ſe rixentur erroribus quos merito multæ variæque impietatis poſsidet.At verò gens illa,ille populus,illa ciuitas , illa reſpublica,illi Iſraëlitæ, quibus credita ſunt eloquia Dei, nullo modo pſeudo prophetas cum veris ꝓphetis pari licẽtia confuderunt,ſed concordes inter ſe atque in nullo diſſentientes,ſacrarum literarũ veraces ab eis agnoſcebãtur, & tenebãtur autores.Ipſi eis erant philoſophi,hoc eſt amatores ſapientiæ:ipſi ſapientes,ipſi Theologi,ipſi Prophetę, ipſi doctores probitatis atque pietatis.Quicunque ſm illos ſapuit vt vixit,non ſecundum homines , ſed ſecundũ Deũ, qui per eos locut⁹ eſt,& ſapuit & vixit. Ibi ſi prohibitũ eſt ſacrilegium,Deus prohibuit,Si dictum eſt,Honora patrem tuum & matrem,Deus iuſsit,Si dictum eſt,Non mœchaberis,non homicidiũ facies,nõ furaberis & cætera huiuſmodi nõ ora humana hæc,ſed diuina oracula fuderunt.Quicquid philoſophi quidem inter falſa quæ opinati ſunt verũ videre potuerunt & laborioſis diſputationib⁹ perſuadere moliti ſunt,vt quòd mundum iſtum fecerit Deus , eúmque ipſe prouidentiſsimus adminiſtret de honeſtate virtutũ de amore patriæ,de fide amicitiæ,de bonis operibus,atque omnibus ad probos mores pertinentibus rebus,quamuis neſcientes ad quẽ finem & quónam modo eſſent,iſta omnia referenda ſunt propheticis,id eſt,diuinis vocibus:quamuis per homines in ilia ciuitate populo commendata ſunt,non argumentationum concertationibus inculcata,vt nõ hominis ingenium,ſed Dei eloquium cõtemnere formidaret, q illa agnoſceret.Hęc Auguſtinus.Ex quibus cõſtat autores Sacræ ſcripturę,in qua diuina ac Chriſtiana moralis philoſophia continetur,ideo fuiſſe cõcordes,quoniã diuino lumine non errante locuti ſunt:philoſophos autem ideo diſcordes,qm̃ proprio ingenio innixi ſunt.Ergo ex conſonantia ſcribentium, meritò hæc diuina & Chriſtiana moralis exaltatur ſuper omnes morales humanitùs inuentas. Hæc de preſenti capite dicta ſint.

Deus ſolus ſuper hominem docere ipſum hominem poteſt, vel per ſe, vel per angelum.

Sacræ ſcripturæ autores cur in ſcribendo cõcordes fuerunt.

CAPVT III.

Quantum Chriſtiana diſciplina humanas excedat ex his,quæ in ea continentur,oſtendit.

IN tertio capite declaranda eſt excellentia huius ſcientię ſuper alias humanas morales ex rationabilitate in ea cõtentorum.Tu igitur aduerte in hac diuina ſcientia duo rerũ genera contineri,quorũ vnũ ad mores ſpectat,alterũ ad credulitatẽ & in vtroque genere nil abſonum traditũ eſt à Deo maximo huius ſcientię autore: cuius oppoſitum demonſtrabimus contineri in ſcientiis humanis moralibus.

In morali philoſophia Chriſtiana duo rerũ genera cõtinẽtur.

Quantùm ad mores ſpectat:qd rationabilius eſt quàm Deum,vt finẽ vltimum,ac beatificũ humani generis ſuper omnia diligi,& proximũ ſicut ſeipſum , id eſt, ad idem ad quod ſeipſum quiſque diligit:in quibus duobus pręceptis vniuerſa lex diuina moralis ac Chriſtiana pendet & ꝓphętę:Matth.22.cap.Item Matth.7.ca.Omnia quęcunque vultis vt faciant vobis homines,facite & vos illis.Ex his quaſi ex principiis vniuerſalibus toti⁹ moralitatis ſequuntur alia moralia tradita in diuina ac Chriſtiana lege honeſta & rationi conſona:ſicut de eorũ rationabilitate cõſtare poteſt ſigillatim cuilibet conſideranti diuina decalogi pcepta & cõſilia Euangelicę legis,& ſacramenta à Dei filio humana to inſtituta:de qbus omnibus loco ſuo acturi ſumus.Et ſi bene aduertes,in his omnibus videtur veluti explicatio q̃dam legis naturę:quę,ſecundũ Paulum ad Rom.c.2.ſcripta eſt in cordibus noſtris.Inquit em̃,Cùm gentes.quę legẽ nõ habẽt,ſ.ſcriptã ſibi traditã à Deo, ſicut tradita eſt Hebręis per Moſem,naturaliter ea,q̃ legis ſunt,faciũt,eiuſmodi legem,ſcilicet diuinã non habẽtes,ipſi ſibi ſunt lex:quia ſ.ſecundũ dictamẽ ratiõis naturalis operãtur.Cõſtat igitur in diuina ac Chriſtiana lege quòd ad mores ſpectat, nil irrationabile

In lege diuina quòd ad mores nihil irrationabile contineatur.

nabile cõtineri:quod & cõfirmatur dicto diui Auguſt.libro ſecũdo,de ciuitate Dei cap.28.Inquit em̃,Nihil turpe ac fla gitioſum ſpectandum imitandumq́ue proponitur,ſ. in diui na lege,vbi verè Dei aut præcepta inſinuantur, aut miracu la narrantur,aut dona laudãtur, aut beneficia poſtulantur.

Quantum ad credulitatẽ,q̃ lex diuina & Chriſtiana nul lum abſonum credendum proponat,patet ex eo,q̃ nihil cre dimus de Deo,quod aliquam inperfectionem ſignet in eo, imò quicquid credimus verum eſſe,magis atteſtatur perfe ctioni diuinę quàm eius oppoſito,vt patet de trinitate,lõ gè em̃ excellentius eſt diuinã naturã & eſſe & bonitatẽ & omnem diuinam perfectionem communicari tribus perſo nis ſtante vnitate eſſentiæ,quàm non communicari, patet i dem de incarnatione,quæ diuinam bonitatem caritatem- q́ue magis declarat erga genus humanũ quàm ſuum oppo ſitum,nec ex hoc vllum abſonum ſequitur, nõ enim credit diuinam naturã mutatã in humanam, ſed humanam tractã ad diuinam,eique vnitam non in vnitate naturæ, ſed in vni tate ſuppoſiti,& multa alia huiuſmodi:nihil em̃ incredibi le credit Chriſtiana religio:quia tunc incredibile eſſet mũ dum ea credere,quę tamen credit,ſicut pulcherrimè mani feſtat & ſubtiliter Diuus Augu.in libro vigeſimoſecũdo de Ciuitate Dei cap. 5. & præcipuè modum incredibilẽ, quo credidit mundus ea,quæ videbantur incredibilia,putà Deũ incarnatum,Chriſtũ reſurrexiſſe,terrenũ eius corpus in cœ lum ſublatum,reſurrectionẽ vniuerſalẽ carnis noſtræ,aſcẽ ſionẽ bonorũ in ſupernas ſedes.Inquit igitur Diuus Augu. Si ipſe modus,quo mundus hic credidit,conſideretur,incre dibilior inuenitur,nâ ineruditos liberalibus diſciplinis, & omnino quantùm ad horũ doctrinam attinet impolitos,nõ peritos grammatica,non armatos dialectica,non rhetorica inflatos,piſcatores Chriſtus cum retibus fidei ad mare hui⁹ ſeculi pauciſſimos miſit, atque ita ex oĩ genere tã multos piſces & tanto mirabiliores quàm rariores etiã ipſos Philo ſophos cœpit.Hæc Augu.Conſtat hinc igitur, quòd diuina & Chriſtiana diſciplina nec quò ad mores,nec quò ad cre dibilia,quid abſonũ & irrationale continet. At nõ ſic vana gentium & Philoſophorũ traditio.Inuenies em̃ apud Aegy ptios & Græcos & Romanos,quot abſona & obſcœna cir ca mores & deorũ credulitatẽ inſtituta fuerint.Lege Diuũ Aug.in libro ſecundo de Ciuitate Dei cap.26.& 27.Illic in uenies abſurdiſsima ſeruari,præcipuè in cultu ac placatio ne deorũ:inquit,in ca.26.Spectabam⁹ ſcilicet in tẽplo hinc meretritiã pompã illinc virginem deam, illam ſuppliciter adorari,ante illam turpia celebrari,non ibi pudibundos mi mos. Nullã verecundiorem ſcenicã vidimus,cuncta obſcœ nitatis implebantur officia.Sciebatur, virginali numini q̃d placeret,& exhibebatur quod de templo domum matrona doctior reportaret,& in cap.27.inquit,Hanc pudendam,ve ræque religioni aduerſandam & deteſtandã talium numi num placationem. Has fabulas in deos illecebras atque cri minoſas,hęc ignominioſa deorum facta ſceleratè turpiter- q́ue cõficta,oculis & aurib. publicis tota ciuitas diſcebat. Hęc cõmiſſa numinibus placere cernebat,& ideo nõ ſolùm illis exhibenda,ſed ſibi quoque imitanda credebat. Sed ab hac perditiſsima & immũdiſsima impietate & ꝑfana numi num falſorũ celebritate,per Chriſti nomen ac ſanctiſſimam legem,in lucem ſaluberrimæ pietatis transferũtur homines nam populi ad eccleſias confluunt caſta celebritate, hone ſta vtriuſque ſex⁹ diſcretione,vbi audiãt quàm bene hîc ad tempus viuere debeant, vt poſt hanc vitam beatè ſemper- q́ue viuere mereantur.Vbi ſancta diuinæ legis ſcriptura to tiuſq; iuſtitiæ doctrina de ſuperiori loco in omniũ con ſpectu perſonante,& qui faciunt audiant ad præmiũ,& qui nõ faciunt,audiant ad iudicium. Quot inſuper vana & penit⁹ falſa in doctrinis ſuis moralibus ac politicis,hi, qui mundi ſapientes & eruditiores philoſophi appellati ſunt,inſeruerint,tibi manifeſtabimus,in capite ſequenti. Cõſtat igit lõgè excellentiorem eſſe hanc diuinam Chriſtianãq́ue moralẽ diſciplinã ex rationabilitate contentorũ, & quò ad mo res,& quò ad credenda. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Incredibile nihil eſt in Chriſtiana religione.

In diſciplinis humano lomme imẽtis multa abſona & incredebilia cõminẽtur.

CAPVT IIII.

Sacram doctrinam omnium diſciplinarum humanarum excellentiſsimam eſſe,quod nullis miſcetur erroribus.

IN quarto capite declarãda eſt celſitudo huius diuinæ,ac Chriſtianæ moralis philoſophiæ ex excluſione cunctorũ errorum,tam circa vitam moralem, quàm politicã & regitiuam,& diuinorum ſcientiã ac diuinum cultum. Tu igitur aduerte nullam penitus veram inueniri doctrinã philoſophorum,ſed veris falſa miſcuerũt: nam ſ.n diuum Auguſtinum in libro 18.de Ciuitate Dei cap. 41. Inter falſa, q̃ locuti ſunt,verum videre potuerunt: neſcientes tamen ad quem finem ꝑ certo & ſpecificè referendum eſſet. Sed & ſi nouiſſent ad quem finem referendum eſſet,parum ſibi ꝑfuiſſe potuit,q̃m ignorauerunt viam,qua eundum ſit. Hæc enim via Deus & Chriſt⁹ per legem ſuã nobis eſt:Ego ſum, inquit Ioannis 14 via veritas,& vita. Quoniã igitur philoſophi hanc diuinę legis ac Chriſtianæ viam ignorauerunt, ideo miſerabiliter errarunt immiſcentes veris falſa de virtutibus & politicis & diuinis pertractantes.Et vt in ſpecie deſcendamus:Pythagoras,qui moraliſsimus habitus eſt,adeò vt ſuaderet filiæ ſuæ virginitatem ſeruare,introduxit nefariam illam & penitus erroneam animarum migrationem ex corpore in corpus tam brutum quàm humanũ, neſciens aliud allegare præmiũ ꝑ bona ac rectè vita acta: & pœnam ex mala vita,quo nil ſtultius dici potuit. De cultu aũt diuino peſsimè tradidit.Nam in his qui dicuntur aurei verſus Pythagoræ,eò q̃ cenſentur totius humanæ vitæ regula,inſtituit deos venerandos atque colendos vt lege diſpoſiti ſunt.Non quidem lege diuina atque Chriſtiana,q̃m ignorauit:ſed lege gẽtilium, in qua impiiſsima inſtituitur idololatria,in qua ſolem & cæteros planetas, vt diuina q̃dã & deos viſibiles præcipitur venerari: cùm tñ ex diuino inſtituto,vt patet Geneſis primo capite, data ac creata ſint potius,vt ſint nobis in ſigna, tempora & annos,& dies: q̃ vt colamus ea.Plato,vt declarauimus in diſpoſitione ſuę Philoſophiæ moralis ac ciuilis,licet verius ac rectius & ꝑ pinqui⁹ philoſophiæ Chriſtianæ inſtituta rectę tradiderit, tñ & ipſe defecit in ea ſua famoſa cõmunitate vxorũ ſiue mulierum,ac filiorum & poſſeſsionum, quam etſi non inſtituerit,q̃m vt rem impoſsibilem aduertit nõ poſſe ſeruari,tamen huius mentis fuit,vt Pythagorę obſeruator,quòd ad perpetuam humani generis pacem vnitatémque ciuitatis,non ſupereſſet expeditior via.Qua tñ introducta & ad obſeruantiam redacta,omnis honeſtas omniſque caſtitas, & parentum honor ſublata ſunt, ideo in hoc turpiſſimè erraſſe.Circa diuinum verò cultum Plato clariſsimè euanuit & errauit,dum tradidit in libris de legibus,ſuperſtitioſum ac falſum deorum viſibilium cultum,diuidendámque ciuitatẽ in duodecim partes, iuxta duodecim ſigna colenda, vt diuina entia. Qui etſi forte exiſtimaret in mente ſua eſſe tantum vnum Deum ſoliq́ue illi ſeruiendum, tamen vt legiſlator populum ad impiiſſimam idololatriam traxit, ideo non immeritò in hoc reprobandus eſt Socrates, de quo dicitur ethicen.id eſt moralem philoſophiam traxiſſe à cœlo,& ipſe à genio ſuo.id eſt ſpiritu familiari deceptus eſt,quoniam Deum Socratis appellari ſuſtinuit,à quo adeò dementatus eſt,quòd nil niſi eius iuſſu agebat,& à iudicib. ciuitatis Athenienſis in carcere damnatus ad mortem potato veneno dixit Cebẽ diſcipulo ſuo,Apollini galium,ſcilicet ſacrificandum debemus, quoniam bono fine quieuimus,& hęc quidem inuenies in fine Phędonis,Ariſtoteles qui ſibi perſuaſit veram morum regulam & rectam politiã inueniſſe, poſtquam in ſecundo Politicorum politias à multis diſpoſitas,vt à Socrate,Polidamo,Phalea,Charonda,Lycurgo,Minoẽ reprobaſſet,& ipſe erronea tradidit, vt in ſeptimo libro docet deos honorandos eſſe, vbi expreſſè idololatriam docuit.Docet nullum orbatũ,id eſt vitiatum corpore,putà,ſurdum,cæcum,mutum eſſe nutriẽdum,ſed natum relinquendum⁹, ſicut relinquitur catulus. Docet in caſu, putà quando filij ſuperabundant, aut timetur infamia,procurare abortum, quod vtique impium & profanum eſt.Patet ergo quomodo philoſophi moralitatem tradentes turpiter errarunt. At lex diuina atque Chriſtiana immaculata omnino eſt, vt inquit Dauid in pſalmo,Lex domini immaculata,&c.Quod vtique ponitur ad differentiam cuiuſcunque humanæ legis, quæ cùm non poſsit omnia corrigere, multa illicita permittit, vt vſuras, duella, proſtibula. At lex domini, præcipuè Chriſtiana, omnino immaculata eſt, quoniam omnia mala & illicita excludit. Vnde Seruator noſter inquit Ioannis cap.octauo: Quis me de peccato arguet? quaſi dicat, Nullus, quoniam quæ loquor, quæ facio, quę doceo, quæ inſtituo, vera ſunt, & veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Et quotquot ante me venerunt,fures ſunt & latrones, iſti fuere Philoſophi

In ſcientiis Philoſophorum nil ſimpliciter rerum cõtinetur.

Pythagoras cẽſuit hominũ animas ex corpore in corp⁹ migrare.

Platonis error in mysteriis hominum diſciplina, & deorum cultu.

Socratis errores in moralidiſciplina.

Ariſtotelis errores in moralidiſciplina.

Sacra doctrina nullis permiſcetur erroribus.

mundi ſapientes nuncupati:cùm re vera apud rectè de Deo ſapientes,vitámque probatá agentes magis ſtulti & imprudentes habendi ſunt.De his intendit Paulus ad Romanos primo cap.cum dicit:Quia cùm cognouiſſent Deũ,ſ.ex ordine creaturæ,non ſicut Deum,glorificauerunt,aut gratias egerunt,ſ.vero cultu vnius veriq; Dei,ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ. Dicentes eñ ſe ſapientes eſſe,ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptilis hominis & volucrum & quadrupedũ & ſerpẽtum, ſcilicet per idololatriam: propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorũ in immunditiam,vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.Quia cõmutauerunt veritatem Dei in mendacium,& coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori: qui eſt benedictus in ſecula.Hæc Paulus.Patet igitur ex omnibus prædictis diuinã hanc moralẽ ſcientiã longè excellentiorem eſſe quacunque morali à philoſophis tradita propter excluſionẽ cuiuſcunque falſi & erronei:quod non verificaſ in illa philoſophorũ doctrina,vt tibi manifeſtauim⁹.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

Moralem ac Chriſtianam diſciplinam omnium eſſe excellentiſsimam ex eius oſtendit effectibus.

IN quinto capitulo manifeſtanda eſt excellentia hui⁹ ſciẽtiæ ſuper cunctas humanas morales & ciuiles ex efficiẽtia & cauſalitate optimorum ſuorum effectuũ, qui prouenire non poſſunt ab humanis moralibus. Sunt autem præcipui ſex,quos Dauid enumerat in Pſalmo dicens:Lex domini immaculata conuertens animas,Teſtimonium domini fidele ſapientiam præſtans paruulis.Iuſtitiæ domini⁹ rectæ lętificantes corda, præceptũ domini lucidũ illuminans oculos.Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi.Iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa : Deſiderabilia ſup aurum & lapidem pretioſum multũ,& dulciora ſuper mel & fauum:& oĩum ſeruus tuus cuſtodit ea:in cuſtodiendis illis retributio multa.Et quidem qũo lex diuina ac Chriſtiana ſit immaculata,iam tibi manifeſtauimus in capitulo præcedenti,quoniam ſcilicet nullum cõtinet errorem,nullúmque falſum:ideo lex veritatis appellatur.Pſal. Lex tua veritas. Et in eius cõparatione, humana lex dicitur vanitas & mẽdaciũ vt in Pſal.Filij hominũ vſquequo graui corde,ſ.vt quid habetis affectum veſtrũ depreſſum in terrenis?Vt quid diligitis vanitatem & quęritis mendacium, id eſt, vt quid diligitis traditiones & leges hominũ:in quibus multa ſunt vana & inconſona & falſa? Quaſi dicat.Has leges non attẽdite,ſed diuinã,in qua eſt immaculata ac ſyncera veritas.

Sacræ doctrinæ ſex effectus ſunt.

Sacra doctrina quomodo ſit immaculata.

Primus autẽ eius effectus eſt,quòd conuertit animas, id eſt,retrahit animam & cor noſtrum à malo,& conuertit ad Deum.Et in hoc diſtinguitur ab humana lege morali ac politica:quoniam non retrahit hominẽ niſi ab exterioribꝰ malis,quæ aut lingua,aut opere cõmittuntur:non enim ſe extẽdit niſi ad ea,ſuper quæ cadit humanum iudiciũ,quod vtique nõ reſpicit,niſi quę foris patent.Vnde in primo Regum cap.16.ſic habemus:Homo videt quæ apparent, & ſecundũ ea,ſcilicet iudicat,Deus autẽ intuetur cor quoniam Deus eſt, ſcrutans corda & renes,vt,inquit Dauid in Pſal.At lex diuina ac Chriſtiana ſtudet auferre mala intrinſeca,vt odiũ concupiſcentias,malas cogitationes prodeuntes à corde: & id quidẽ imperfectè lex diuina antiqua data per Moſem & Prophetas.Vnde Iſaiæ primo, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. & cap.55.Derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquus cogitationes ſuas,& reuertatur ad dominũ.Et Ioẽlis cap.2.Cõuertimini ad me in toto corde veſtro,& ſcindite corda veſtra,& non veſtimenta veſtra.Lex verò Chriſtiana perfectiſſimè aufert ac cohibet mala intrinſeca. Vnde Seruator noſter inquit Mat.c.5.Audiſtis quia dictum eſt antiquis,Nõ occides:qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio: & eodem capitulo inquit:Audiſtis,quia dictum eſt antiquis Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendum eam,iam mœchatus eſt illam in corde ſuo.Et eodem capitulo inquit : Audiſtis, qa dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum,& odio habebis ĩimicum tuum.Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros,benefacite his qui oderunt vos.Cùm igitur humanæ leges cohibeant ſolùm mala extrinſeca, non conuertunt hominẽ ad Deum. Conuerſio enim ad Deum eſt primò ex corde,quoniam ex corde,vt inquit Saluator Matth. cap.15.exeunt cogitationes malæ,veneficia,maleficia,homicidia,adulteria,&c. Et quoniam, vt iam manifeſtauimus, diuina antiqua lex,& Euangelica Chriſtiana ꝓhibet extrinſeca & intrinſeca mala,ideo meritò dicitur conuertens animas ad Deũ.Hic eſt primus effectus.Sed aduerte,quòd antiqua lex mala intrinſeca & extrinſeca cohibet ꝓpter pœnas infligendas ꝓ hac vita:vt cùm dicitur in Leuit.cap.24. Dentem pro dente,oculum pro oculo:&ſic coërceret manum à lęſione proximi.Sed Chriſtiana prohibet propter pœnas æternas.Vnde Ioannis capite quinto, Qui mala egerunt,ibunt in reſurrectionem iudicij,id eſt,in damnationẽ æternam.

Diuinæ legis teſtimonium.

Secundus effectus eſt,ꝙ lex diuina,vt continet teſtimonium domini fidele,ſapientiam præſtat paruulis : pro cuius notitia declarandũ eſt,quid ſit teſtimonium domini in diuina lege, deinde quare eſt fidele,demũ quomodo ſapientiã præſtat paruulis:& in hoc diſtinguitur diuina lex morali ab humana.

Tu igitur primò aduerte,ꝙ teſtimonia in lege illa propriè ſunt,quæ cauſant autoritatem præcipientis in cordibꝰ ſubditorũ:vt præceptis ac inſtitutis in lege obediant : puta ideo homo obedire tenetur præceptis diuinis contentis in lege Dei : qm̃ Deus vnus omnipotens & omnium creator eſt,& iuſtus reddens vnicuique iuxta opera:propterea inquit Paul.ad Heb.11.Accedentibus ad Deũ oportet credere, quoniam eſt:& quòd inquirentibus eũ remunerator ſit.

Teſtimoniũ legis diuinæ fidele eſt.

Secundò aduerte,ꝙ teſtimonium domini cõtentum in diuina lege ideo eſt fidele,quia verax eſt:ille eñ teſtis fidelis eſt,cui dignũ eſt vt credatur:& eſt ille,de cuius veritate nõ dubitatur.Cũ igitur Deus ſit ipſa veritas,teſtimonia eiꝰ vera & credibilia ſunt:& præcipuè qm̃ non ſequuntur ſuperioré legem,ſicut humana teſtimonia. Deus eñ prima lex & prima viuendi regula eſt.Et prætereà qm̃ habent euidentem iuſtitiam. Quid enim iuſtius quàm præmiare bonum præmio ętерno,& damnare malum per oppoſitum: Teſtimonium ergo domini meritò fidele,id eſt , verax & credibile dicendum eſt,& hoc eſt,quod in Pſal.dicitur: Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:ex eo ſcilicet quòd non ſequuntur ſuperiorem legem,& quoniam manifeſtã continent iuſtitiam.

Teſtimonia legis diuinæ ſapientiam paruulis qm̃ præſtãt.

Tertiò aduerte,ꝙ teſtimonia contenta in lege domini, vt ꝙ Deus vnus omnipotens omnium creator & iuſtus & miſericors eſt,ſapientiam pręſtant paruulis,id eſt,humilibꝰ & timentibus Deum:qm̃ vera ſapientia verſatur circa diuina,vtpote veriſsima & altiſsima.Hæc autẽ veriſsima ſunt & omnino digniſsima,ꝙ ſcilicet Deus eſt ꝙ tantũ vnus, ꝙ omnipotens,quòd iuſtus.quòd miſericors: aliter Deus non eſſet. Eſt eñ Deus communi conceptu,quo maius aut melius cogitari non poteſt. Meritò igitur teſtimonia domini & lex eius ſapientiam præſtant paruulis, id eſt,faciunt homines diuinam legẽ obſeruãtes,& diuinis teſtimoniis credentes,verè ſapientes:& lex ipſa ſapientia nuncupatur.Vnde Deut.4.Hæc ſcilicet diuina lex eſt ſapientia noſtra & intellectus coram populis.Cõſtat igitur qũo teſtimonia cõtenta in lege diuina ſunt fidelia,id eſt, vera & digna omni credulitate : & quare ſapientiam pręſtant paruulis. Nunc aũt declarandum eſt,qũo teſtimonia , ſuper quę fundatur philoſophia humana moralis ac ciuilis nõ ſunt fidelia , nec ſapientiam pręſtant obſeruantibus huiuſmodi legem.

Teſtimonia humanarũ diſciplinarũ non fidelia nec paruulis ſapientiam præſtant.

Tu igitur aduerte,ꝙ gentiles,qui morali atia diderunt, & politica inſtituerunt,multa finxerunt falſa , vt homines ad virtutem traherent,& reuocarent à malo:& ꝓut eis videbatur expedire bono reipublicę, putà,ꝙ quidã ex hominibus nati ſunt ex diis, vt magnos concipierent animos,vt fabulantur poëtę de Aenea, Hectore, Achille, Hercule, & quidam tranſlati ſunt in deos,putà q bene,ac iuſtè & ſtrenuè gubernarunt patriam,aut defenſarunt,vt excitarentur ciues ad curandam ſeruãdámque patriã.Verum,qm̃ abſurdum eſt aſſerere hominem ex diis oriri,& in deos tranſferri:ideo huiuſmodi teſtimonia infidelia ſunt,& non credenda,vtpotè non vera.

Et qm̃ humanę ſciẽtię moralis teſtimonia non ſunt fidelia,ideo non pręſtant ſapientiam paruulis.Nam apud gentiles duplex inuenitur ſapientia:vna eſt ſpeculatiua,vt metaphyſica:altera eſt ad deorum cultum ordinata,qua in tẽplis idolorum vtebantur ſacerdotes,quomodo ſcilicet ſacrificandũ,quomodo orandũ,quomodo laudandũ:& hanc Arabes dicũt Magiã , qualis fuit illa Zoroaſtris Oromaſij: de qua memor fuit Plato in Alcibiade ſecundo. Illa qdem ſpeculatiua quãplura cõtinet vera:ſed & multa falſa , vt ꝙ mundus ſit ętернus ꝙ Deus de neceſsitate naturę agit ad extrà,

extra, q̃ indiuiduorum vt indiuidua sunt, prouidentiã non habet, q̃ tot sunt intelligentiæ, quot cœlorum motus, nec plures, & quoniam multa continet falsa, ideo non merẽ dici, nec esse sapientia. Est enim sapiẽtia vera & de verissimis ac diuinis rebus firma cognitio. Illa verò, quam magiã vocant quæ versatur circa falsorum deorum cultum, penitus falsa est ac reprobanda, vtpote à malis spiritibus inuẽta ac fabricata ad deceptionẽ hominum, & cõtumeliã veri Dei. Ideo non sapientia sed insipientia dicenda est. Hanc igitur insipientiã præstant paruulis, id est hominibus ignorantib' testimonia, super quæ fundata est ipsa magia Zoroastris & aliorũ sibi similiũ. Sicut ergo testimonia domini fidelia & vera sapientiã præstant paruulis, sic ex oppositio testimonia prædicta vt infidelia & falsa, insipientiã præstãt. Hæc est illa, de qua inquit Paulus 1. ad Corin. 3. Sapientia huius mũdi stultitia est apud Deum. Patet igitur qũo diuina hæc moralis scientia ex hoc secũdo effectu scilicet, ex eo quòd sapiẽtiam præstat paruulis, excellentior est humana morali, & ea quæ est deorum falsorum adoratiua.

Lex diuina quomodo corda lætificet.

Tertius effectus est, quòd lex diuina vt continet iustitias rectas, lætificat corda obseruantium eam. Pro cuius notitia, Primò declarabitur quæ sint iustitiæ cõtentæ in diuina lege. Secundò, qũo sunt rectæ. Tertiò quomodo lætificant corda, & in hoc hæc scientia distinguitur à scientia morali humana ac politica.

Iustitia domini in lege diuina quæ sint.

Tu igitur aduerte, q̃ iustitiæ in diuina lege sumuntur p̃ præceptis iudicialibus, vt in Psal. Diligite iustitiam qui iudicatis terrã, id est vos principes & iudices, diligite iusta iudicia, vt præceptum est in lege. Sunt autem in diuina lege præcepta cæremonialia, quæ obligãt ex sola autoritate diuina, vt talia vel talia sacrificia, & tales vel tales obseruationes dierum festorum, & tales expiationes vel purificationes p̃sonarum, aut vasorũ. Sunt & præcepta moralia, quę obligãt ex debito virtutis, vt tẽperatè & castè viuendũ, prudenter, & sine hypocrisi operandum, seniori & maiori deferendũ, nemini calumniandum. Sunt & præcepta iudicialia, quę fundantur in debito, quo, quis tenetur ad p̃ximum, vt nõ lędendum, nec in re nec in honore, nec in persona, & super hoc feruntur præcepta iudicialia repressiua & punitiua, puta sup̃ furtũ super denigrationẽ honoris, super læsionẽ p̃sonę aut vulnere aut verbere, aut cæde, & de his maximè intelliguntur iustitiæ domini, sunt ergo in diuina lege iustitię, id est præcepta & iudicia, quibus frænantur homines, ne alter alterũ lędat, & lædenti assignatur pœna per iudicẽ infligẽda, vt cohibeatur & caueat. Istæ igitur sunt iustitię domini, de quibus dicit, q̃ sunt rectæ, id est iustę & ęquæ secundum veritatẽ, ad differentiã iustitiæ humanæ, quæ ex diuersitate opinionum, multam capit varietatem, dum, vni videtur vera & recta, alteri falsa & obliqua, de quibus dicitur in Isaia cap. 5. Væh qui dicitis bonum malum, & malum bonum, iustitię igitur domini ex se & semper sunt rectæ: qm̃ à summa veritate & oĩum cognitore procedunt, cuius sermones omni veritate referti sunt: vnde Prouerbiorum 8. cap. dicit in persona sapientię diuinæ. Iusti sunt oẽs sermones mei, & nõ est in eis prauũ quid, neque peruersum: recti sunt omnibus intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Et qm̃ iustitiæ domini rectę sunt, ideo lætificant obseruantium corda. Qui em̃ obseruant legẽ diuinã, iustitię domini non apparent eis duræ, neque seuerę, neq; cõtristatiuę, sed ęquitati permixtę p̃pter diuinam sapientiã atque prudentia, & propter præmij maximi spem. Vnde in Psal. In via testimoniorũ tuorũ delectus sum sicut in omnibus diuitiis. & Prouerbiorum cap. 21. Gaudium est iusto facere iustitiam, & pauor operantibus iniquitatem. Constat igitur quomodo ex eo q̃ diuina lex continet præcepta iudicialia recta & vera, lætificat obseruantium corda: & vt sic excellentior est humanis scientiis moralibus.

Iudicia domini semper vera sunt.

Lex diuina oculos hominum illuminat quia lucidum domini præceptũ continet: Præceptum legis quid sit.

Quartus effectus eius est, quòd diuina lex ex eo q̃ continet præceptum domini lucidum, illuminat oculos. Pro cuius notitia declarãdum est quid præceptum importat: & cùm in lege domini sit præceptum cæremoniale, ac iudiciale, & morale, de quo præcepto intelligitur q̃ fit lucidũ: deinde quomodo illuminet oculos, & in hoc distinguitur diuina lex moralis ab humana.

Tu igitur aduerte, q̃ præceptum in lege dicit illud, ad quod attenditur secundum imperium superioris: & est de agendis, vel abstinendis, qualia sunt præcepta negatiua, & importat debitum ac obligationem in eo, cui præcipitur. Quod quidem debitum aliquãdo est ex parte regulæ, quã quis tenetur seruare, & maximè ex parte diuinæ regulæ: & sic illud sub debito cadit, sine quo rationis ordo seruari nõ potest, vt non mœchandum, non blasphemandum, non decipiendum proximum: nam cum oppositis non stat rectus rationis ordo. Aliquando autem tale debitũ est ex autoritate præcipientis, cui obedire tenemur: & sic illud sub debito ac præcepto cadit, sine quo subiectionẽ ad præcipiẽtem seruare non possumus. Aliquando huiusmodi debitũ est ex parte finis: quem omnino volumus, & q̃ est nobis à Deo p̃stitutus, & sic illud sub præcepto cadit, sine quo finem intentum consequi non possumus: vt si volumus ad vitam ingredi, seruanda sunt mandata.

Præceptum domini qũo lucidum sit.

De quo autem præcepto intelligendum sit, q̃ sit lucidũ & illuminans oculos, aduerte, quòd propriè de his intelligendum est quæ Deus ipse p̃hibuit: vt, Non occides, non furaberis, non mœchaberis, quæ profecto lucida sunt, eò quòd in se euidentem habent claritatem apud quemcunque viuentem secundum dictamen rectæ rationis: & obligant omnem hominem ad sui obseruantiam propter illud vniuersalissimum principium: Quod tibi non vis fieri, nec alij feceris.

Præcepta domini oculos rationis illuminant.

Quoniam igitur huiusmodi domini præcepta lucida & clara sunt, nullámque penitus ambiguitatem continent, illuminant oculos, scilicet rationis: ostendũt em̃ nobis qũo rectè ac irreprehensibiliter viuendũ, ideo rationem & intellectum nostrum illuminãt sicut corporalis lux tenebras noctis: vnde Prouerbiorũ 6. dicitur, Mandatum domini lucerna, & lex lux est. Illuminant, inquã, oculos rationis nostræ, qui multoties caligant cupiditate exteriorum, & concupiscentiis internarum passionũ, quibus præcipitamur in peccatum, vt in tenebras horrendas, à q̃bus nos illuminamur, nisi obseruantia diuini præcepti. Ideo Dauid in Psal. inquit, Illumina oculos meos, s. per præcepta tua, ne vnquã obdormiã in morte, scilicet peccati. Cõstat igitur qũo præceptum domini lucidum est & illuminans oculos. & in hoc distinguitur diuina ac christiana lex moralis à morali humana. Plura nanque in ea inuenimus mandata ac instituta, quæ non illuminant sed rationem ipsam velant & obtenebrant. Quidam em̃ apud Gentiles mandauerũt peregrinos p̃pulsandos à finibus & diis sacrificandos, vt recitat Plato in his qui delegibus de habitantibus circa pontũ Euxinum. At christiana lex mãdat peregrinos hospitẽsque colligi, Matt. 25. Hospes fui, & recepistis me. Quidã instituerũt detestabilem mariũ cõcubitũ, ad vitandũ superfluã filiorum generationem, vt recitat Aristo. in Politicis. At diuina & Christiana lex id penitus detestatur in sacra Genesi cap. 19. & Paulus ad Ro. 1. Quidam instituerũt obscœnos ludos palęstrę q̃bus mares & fœminę nudæ ad irritandã omnem libidinẽ se exercebant. Quidam ebrietatem semel in mense approbarunt, vt omnis tristitię ac amaricati cordis singulare remedium. At diuina lex & Christiana omnẽ impudicitiam, omnémque ebrietatem vetat, vnde Paulus ad Ephe. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Quidã tradiderunt institiam esse de genere malorum, nec computandam inter virtutes, nisi ex opinione vulgi. Iniustitiam verò de genere bonorũ, vt recitat Plato de Prothagora sophista & de Thrasymacho tyranno. At diuina lex ac Christiana id omnino detestatur, approbans oppositũ, vnde dicit Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur p̃pter iustitiam, qm̃ ipsorum est regnum cælorũ. Constat igitur, qũo diuina hęc & Christiana moralis philosophia excellentior est humana ex eo quòd continet omnia præcepta moralia lucida, id est expresse vera & consonantia rationi rectę, quod non continent quamplures humanæ traditiones, imò absona & repugnantia rectę rationi vt docuimus.

Errores humanum varij instituendis legib.

Lex diuina quomõ sanctum & p̃petuum dominitimorẽ in anima causet.

Timor sanctus quis sit.

Quintus effectus est, quòd diuina ac Christiana lex causat in obseruantibus eã timorem sanctum ac permanentem in seculum seculi. id est in perpetuum. Pro cuius notitia declarabitur, q̃ sanctus, & qũo est permanens in ęternum, & qũo diuina lex in obseruante eã causat hunc timorem sanctum, & in hoc differt à lege humana morali.

Tu igitur aduerte, q̃ omnis timor ex amore causatur. Timet em̃ homo illud perdere, quod amat, vt filius timet patrẽ q̃ timet perdere hęreditatẽ quã amat. Sicut igitur duplex est amor, ita duplex est timor. Amorũ autẽ apud sacrã scripturã quidã sanctus quidam nõ sanctus. Sanctus est ille, quo Deus, & q̃ Dei sunt & proximus in ordine ad Deũ diliguntur, & de hoc intelligendũ est dictũ Pauli ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordib' nostris p̃ spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Non sanctus est ille, quo q̃s seipsum inordinatè, & mundum, & quę mundi sunt diligit, & de hoc intendit

intendit Ioannes in ſua prima epiſtola.capite ſecundo,cùm dicit.Nolite diligere mundum,neque ea quæ in mũdo ſunt. Siquis diligit mundum,charitas patris non eſt in eo, Corre ſpondenter timor eſt duplex,ſcilicet ſanctus & nõ ſanctus. Sãctus prouenit ab amore ſancto, & eſt ille,quo timet homo offendere Deũ vt patrẽ ac ſummũ ſuum bonum, recuſãtque ab eo ſeparari.Et ſe illi per reuerentiam ac honorem ſubiicit:& famoſum eſt hunc timorem appellari caſtum at que filialem.Non ſanctus prouenit ab amore non ſancto,& eſt ille,quo timet homo ſibi aduerſa præter rationẽ,quia ꝑ uerſè eſt ſui amator,& non in ordine ad Deũ,nec ad animę ſalutem.Similiter qui inordinatè timet eos, qui corp', aut facultatem,aut filios offendere poſſunt,hoc timore timet, qui ſeruilis ac mundanus ſolet nuncupari.De hoc intendit Seruator noſter Matthæi decimo,Nolite timere eos,qui occidunt corpus,&c.De timore aũt ſancto intelliguntur oĩa ſcripturæ dicta,in quib' timori attribuitur beatitudo,Beatus homo,qui timet dominum:aut ſapientia:Initiũ ſapiẽtię timor domini:aut indeficientia bonorum:Pſal. Timete dominũ omnes ſancti eius,quoniam nihil deeſt timentib' eũ. Cõſtat igitur quis ſit timor domini ſanctus.Vt autem ſcias quomodo timor domini ſanctus permanet in æternum,aduerte ꝙ mundanus terminatur cũ mundo ac vita præſenti. Dùm enim homo poſt mortem frui nõ poſſit mundi nec ſui corporis oblectamentis,non timet ea perdere.Timemus em̃ ea,quæ aduerſantur bonis,quibus vti poſſumus pro hac vita.Seruilis autẽ qui & pœnalis dicitur, permanet in malis dãnatis in æternum propte pœnam ęternam. Caſtus verò & filialis dupliciter permanet in bonis in æternum : primò quò ad præmium,quod vtique erit æternum, & eſt fructus timoris filias:nam ex eo ꝙ timemus timore ſancto Deũ vt patrem cauẽtes ne eum offendamus nõ propter euitationẽ pœnæ,ſed ex amore bonitatis ſuæ, beatificamus. Vnde in Eccleſiaſtico,capite primo,Plenitudo ſapiẽtiæ timere Deũ, & plenitudo à fructibus illius.Secundò permanet in bonis ac beatis in æternũ quò ad aliquẽ actum.Diximus em̃ tres eſſe illius actus,ſcilicet timere offendere Deum,recuſare ſe parari à Deo,ſubiicere ſe Deo per reuerentiã & honorem. Reſpectu primi & ſecũdi non permanet,quoniam in vltimo fine firmati ſunt:reſpectu autem tertij, ſemper permanebit. Vnde Apocalypſis capite decimoquarto dicit,Timete Deũ & date illi honorem.Conſtat ergo quomodo timor domini ſanctus permanet in obſeruante diuinam ac Chriſtianã legem in ſeculum ſeculi.

Timor domini ſanctꝰ in æternũ per manet.

Timoris ſanctꝰ tres ſunt actus.

Quòd aũt diuina lex cauſet hunc timorẽ in obſeruante eam,iam non eſt difficile oſtendere.Ordinat enim & trahit hominem ad Deum vt ad patrem beneficũ,& conuertit animam à terrenis illecebris ad Deũ ſummũ bonũ,ſummúmque delectabile:ex conſequenti obſeruans hãc diuinã legẽ efficitur carus ac dilectus filius Dei:Ioannis primo , Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:filius autem carus patri ſemp ſeruat timorẽ ſanctum,id eſt, filialem erga patrẽ , ita quòd timet offendere patrem propter bonitatem patris,& ei debitum exhibet honorem.Et quidem quòd in hoc diſtinguatur diuina ac Chriſtiana moralis à morali humana gentiliũ conſtat ex eo quòd apud eos non trahuntur homines ad virtutem & bene operandum,niſi præmio pollicito in lege:qđ eſt præmium præſentis vitæ,putà quòd famam & memoriã apud poſteros perpetuam acquirent, quòd primos titulos & honores in republica obtinebunt,quòd poẽtæ & oratores ſcriptis ſuis eos immortales reddent.Nec retrahetur à vita mala,niſi formidine pœnæ per legẽ cõſtitutæ,aut crudelitate cruciatuum apud inferos, quos Plato & gentiliũ poẽtæ fabulati ſunt.De beatitudine autẽ alterius vitæ pauciſſimi præter Platonẽ,verbum fecerunt,& quidẽ vt in caligine ac in tenebris,& non apertè:quoniam ſolo Deo reuelante,id hominum generi compertũ eſt.Vnde dicitur Iſaiæ ſexageſimoquarto,Oculus non vidit,nec auris audiuit,quoniã ſcilicet in nullo ſenſibili ac corporali bono cõſiſtit:nec in cor hominis aſcendit,id eſt, nec intellectu apprehendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.Quòd ſi Plato viſus eſt proximius attigiſſe id quod ſacra ac Chriſtiana lege tenemus:putà ꝙ beatitudo non pro hac vita , ſed poſt mortẽ & in ſpeculatione ſummi pulchri reponenda ſit,non ex modo philoſophandi à ſenſatis,ſed cognitione, quã habuit ex diuina ſcriptura apud Hebræos,aut Aegyptios ſecundum Diuũ Auguſtinũ id cenſendum eſt.At Chriſtian' populus à Seruatore noſtro edoct', qui eſt ſapiẽtia patris,clariſsimè audiuit.In mũdo preſſurã habebitis,in me autẽ pacẽ. Ioannis decimoſexto,Et iterum,Gaudete & exultate, quoniam non in mundo,ſed in cœlis copioſa eſt merces veſtra. Luce ſexto.Quoniam igitur moralis humana non trahit hominem ad Deũ,vt ad patrem,ſed vt ad iudicem & vindicatorem malorum,conſtat quòd non cauſat in homine timorẽ domini ſanctum permanentem in æternum,ſed aut mundanum,qui cum vita præſenti terminatur:aut pœnalem , q̃ in cruciatibus permanet in ęternum in miſeris ac damnatis. Oppoſitum autem cauſat hæc diuina ſcientia moralis , vt tibi manifeſtauimus. conſtat igitur quàm excellentior ſit illa ex hoc ſingulariſsimo effectu.

Sextus eſt,quòd & multa ac optima retributione nobis à Seruatore noſtro reuelata ac ꝓmiſſa, diuinam hanc legẽ obſeruantibus, fiunt mandata domini deſiderabilia ſuper aurũ & lapidem pretioſum multum:& dulciora ſuper mel & fauum:& in hoc diſtinguitur ab humana morali ac politica.Pro quorũ notitia primò declarandũ eſt,qũo mandata ac inſtituta in hac diuina ac Chriſtiana ſcientia , ſunt deſiderabilia ſuper aurũ & lapidem pretioſum obſeruanti ea. ſecundò,qũo dulciora ſuper mel & fauum.Tertiò,qũo ex hoc diſtinguitur hæc ſcientia,à morali humana.

Tu igitur aduerte,ꝙ in hac ſciẽtia retributio obſeruanti diuina mandata eſt ipſa æterna beatitudo , vt tibi manifeſtabitur in parte vltima.Quæ q̃dem beatitudo omni verè credenti , & Deo adhærenti ſummè deſiderabilis ac amabilis eſt:vtpotè eius ſummũ bonum, & gratia cuius amat ac deſiderat quæcunque offeruntur ſibi,vt media ad illã. Conſtat aũt ex Seruatoris noſtri dicto , mandata ſiue præcepta diuina in lege ,reuelata eſſe media ad beatã vitã : Matthæi decimonono,Si vis ad vitã ingredi,ſerua mãdata. Si igitur retributio illa ſuper omnia deſiderabilis eſt homini fideli ac bene diſpoſito,qui fide viua ad Deũ accedit , cõſequens eſt,vt media,ſcilicet mandata,ſint ei deſiderabilia ſuper omnes mundi diuitias,omnéſque faſtus & ornat' ac pompas ſeculi,& id intẽdit Dauid,cùm inquit, Deſiderabilia ſuper aurum multũ.& ꝑ aurum,omnes diuitias intendit:& ſuper multum lapidem pretioſum,ꝑ quem,omnia,quæ ad apparẽtiam & ornatum & faſtum vitæ ſpectant,intendit.Vir nanque bonus inquit cum Paulo,ad Philip. tertio,Omnia arbitratus ſum vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciam.& Sapiẽtię ſeptimo,Diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius,nec comparaui illi lapidem pretioſum:qm̃ omne aurum in cõparatione illius arena eſt exigua,& tanquam lutũ extimabitur argẽtum in cõparatione illius.Et horum quidem ratio eſt:qm̃ omnes mundi diuitię ac pompa,& faſtus vanitati,& tranſmutationi multiſque anxietatibus admiſcentur:à q̃bus liberatur,qui ad Deum per mandatorum obſeruantiã tendit:viuit em̃ mente tranquilla,& delectatur in multitudine pacis.Vnde Ioannis decimoſexto, In mundo preſſurã habebitis,in me autem pacem.& Dauid:Pax multa diligentibus legem tuam,& non eſt illis ſcandalum.Conſtat igitur quomodo mandata in hac diuina lege ac ſcientia contẽta, deſiderabilia ſunt ſuper aurum,&c.

Legis diuinæ mãdata deſiderabilia ſunt ſuper aurũ & lapidẽ pretioſũ multum.

Quomodo verò dulciora ſint ſuper mel & fauũ aduerte,quòd per mel & fauum intẽdit omnes ſenſuum ac corporis oblectationes: & intendit,ꝙ obſeruans diuina mandata,maiores ac perfectiores delectationes percipit,q̃ ſenſualis homo in omni ſuo ſenſu corporeo,& obiecto delectabili.Cuius quidẽ ratio triplex eſt:Prima ſumitur ex obiecto delectabili,qđ eſt bonũ diuinum,& Deus ipſe glorioſus:Pſal.Quàm bonus Iſraël Deus his,q̃ recto ſunt corde. Obiectum autem oblectationis corporeæ eſt bonum ſenſibile,qđ ad diuinum comparatur,vt vmbra ad ſolis radiũ, lapis vilis ad Iaſpidem.Secunda ſumitur ex virtute animæ delectantis.Virtus nanque,cui ineſt oblectatio ſpiritualis, eſt intellectiua q̃ longè nobilior & purior & ꝑmanentior in operatione ſua eſt,quàm ſenſitiua qm̃ illa incorruptibilis,hæc autem nõ:illa abſoluta ab omni organo corporeo, hæc autem non.Tertia ſumitur ex modo delectationũ:corporales nanque delectationes cõiunctę ſunt motui & alterationi & labori,ita quòd ſemper aliquid triſtitię habent admixtũ:ideo nũquã ſunt ſimplices ac purę delectationes: ſpirituales autẽ magis ſunt in quiete , q̃ in motu: cõſiſtunt em̃ in ſpeculãdo & amãdo diuinũ bonum,& quę ad ipſum ordinãtur:ideo nobiliores ſunt.Quòd ſi animis plebeiis ac vulgaribus dulciores & amabiliores appareant delectationes corporales,id non eſt per ſe,id eſt,ex natura ipſarũ delectationũ,ſed ꝑ accidens,id eſt,ex deprauata diſpoſitione eorũ.Viuunt enim ſecundum ſenſum vt bruta, parũ aut nihil ratione vtentes.Quoniam igitur obſeruans diuinam ac Chriſtianam legem,delectatur rebus cœleſtibus,ideo dum

Mãdata domini dulciora ſunt ſupermel & fauum.

Spirituales delectatiões cur iucũdiores ſint quã corporales.

mandat

mandata domini obſeruat,aparent ei dulciora,id eſt, delectabiliora quàm mel & fauum,id eſt, quàm omnia delectabilia mundi:guſtat enim quoniam ſuauis eſt dominus,& prima Petri 1.Si tamen guſtaſtis, quoniam ſuauis & dulcis eſt dominus:& qm̃ Paulus iam hanc dulcedinem guſtauerat, inquit ad Romanos 8.Non ſunt cõdignę paſsiones huius tẽporis,ſi comparentur futuræ gloriæ,q̃ reuelabitur in nobis. Conſtat igitur,quomodo hęc diuina ſcientia propter æternam retributionem,facit obſeruantibus eam mãdata domini deſiderabilia & delectabilia, &c. Et in hoc diſtinguitur ab humana morali.Neque em̃ in ea exprimitur certa ac æterna beatitudo,nec in quo verè ac ſingulariter conſiſtat, ſed potius in confuſo & in nube cũ admixtione multorũ errorũ.Nam Pythagoras interrogatus ad quid natus eſſet, neſciuit aliud reſpondere,niſi vt cœlũ videret,ſiue ſpecularetur.At humana anima cœlo dignior eſt,vt potè ad imaginẽ Dei ſummi,qui ſpiritus & nõ corpus eſt:ergo finis hominis quid dignius eſt,quàm videre & contemplari cœlum.Ariſt. in Ethicis non veram & æternam,ſed qualẽcunque beatitudinem & imperfectiſsimã pro hac vita poſuit in diuinorũ entium intelligentia: ad quam tamen ipſe confitetur ſe habere humanum intellectum, in 2.Primæ Philoſophiæ, vt oculum noctuæ ad lumen ſolis. Plato in Phædonæ Socratem introducit diſputantem de felicitate & miſeria alterius vitæ magis more poëtarum, quàm quid certi determinet. In vltimo autem de Republica introducit Herum Pãphilum ſuſcitatum à mortuis fabulantem per longas ambages circuitus animarum modò ad felicitatẽ, modò ad miſeriã.In Timæo vult animas ad compares ſtellas redire, vnde ꝓceſſerunt,& ibi felicitari.In libris de legibus inſtituit diuinas leges de deorũ cultu & orationibus & ſacrificiis petendas eſſe,aut à Pythio Apolline aut à Delphico, aut ab Ammone oraculo.Qui proculdubio non ſunt niſi fallaces ſpiritus, & falſi dei:oẽs enim dij Gentium dæmonia. Qũo ergo humana Gentilium traditio poterat mãdata ſua circa mores ad rectę vitæ obſeruantiã,& humanã mentem ad beatitudinem dirigere, & media ad beatam vitam reddere deſiderabilia ac dulcia,cùm neſcirẽt veræ beatitudinis ſemitas, nec quę ſedes expectaret animã ſolutam legibus ſeruitutis humanæ,nec in quo ſpecificè,ac ſingulariter beatificari poſſet:cùm nonnulli fabulentur de cãpis Elyſiis,alij de Aethere puro,alij de compare aſtro,alij de ſpeculatione idearũ, alij de contemplatione primi boni,quę tamen qualis futura ſit, penitus ignorant,ideo Deus miſericors cæcitatẽ ac ignorãtiam miſeratus humanam,miſit Sapientiã filium ſuum diuinum ac veridicum doctorem, vt illuminaret nos ſedẽtes in tenebris & in vmbra mortis. Hic reuelauit, quoniã merces noſtra eſt in cœlis, & ꝙ beatitudo noſtra eſt vt ſimus ſicut Angeli Dei in cœlo, ſ. per amorem & ſpeculationem & inenarrabilem fruitionem Deo cõiuncti per vitã æternam, ſine metu reuertẽdi ad nouas indigentias & miſerias, quales nunc experimur.Beati enim erunt qui habitabunt in domo domini,in ſecula ſeculorum laudabunt eũ:ſed de his pleniſsimè dicturi ſumus in parte vltima huius noſtri laboris. Nõ ergo mirum,ſi diuina hæc & Chriſtiana ſcientia reddit mãdata domini deſiderabilia & dulcia:quod facere non poteſt humana Gentilium moralis philoſophia.Patet ergo qũo incõparabiliter excellẽtior eſt,ex eo ꝙ cauſat ſextum hunc & optimum effectum. Veri igitur ac fidelis animi eſt hanc diuinam & Chriſtianam ſcientiam ſtudio & opere ſectari, relicta vana & ſuperſtitioſa illa humana, in qua falſorũ deorum traditiones & ritꝰ,ambiguè bene ac honeſtè viuendi leges tradũtur:& hanc verã ſapientiã amplecti diuus hortat Aug.in 2.de Ciuitate Dei,capite vltimo, vbi inqt: Nunc iam cœleſtẽ arripe,ꝓ qua minimùm laborabis,& in ea veraciter ſempérq; regnabis:illic em̃ tibi nõ Veſtalis focus, nõ lapis Capitolinus,ſed Deꝰ vnus & verus,q̃ nõ metas rerũ,nec tẽpora ponet, ſed imperiũ ſine fine dabit. Noli deos fallaces falſosq̃ requirere:abiice potius atque ꝓtemne,in verã emicãs libertatẽ.Non ſunt dij,ſed maligni ſpiritus,q̃bus æterna tra felicitas pœna eſt.Nõ tã Iuno Troianis,à q̃bꝰ carnalẽ originẽ ducis:arces videt inuidiſſe Romanas, q̃ iſti dęmones, quos adhuc Deos putas omni generi hominũ ſedes inuidẽt ſempiternas &c.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

Diuinæ ſcientiæ celſitudo ex eò oſtenditur,quòd extra eam nulla perfecta virtus moralis,nullúſque actus ſimpliciter bonus moraliter exiſtit.

IN hoc capite declaranda eſt huius diuinę ſcientiæ celſitudo ex eo ꝙ extra eam nulla eſt perfecta virtus moralis, nullúſque actus ſimpliciter bonus moraliter.Pro quorũ notitia primò declarandum eſt nullam eſſe veram ac perfectã virtutem moralem ſine agnitione veri Dei, & relatione in eum,vt in vltimum ac optimum hominis finem.Scđò,ꝙ nullus eſt perfectus actus moralis niſi ꝓpter Deum vt obiectũ amatũ vltimatè fiat.Tertiò ꝙ infideli viuente ſm̃ legem moralem humanitus traditam, nec eſt perfecta virtus aliqua moralis,nec actus bonus perfectus moralis.Quartò,ꝙ in ſolo fideli viuente ſm̃ legem diuinam ac Chriſtianam dantur perfecta virtus,perfectúſque actus moralis,& tunc manifeſta erit celſitudo huius diuinę ſcientiæ ſupra morales Gentilium ac Philoſophorum.

Virtus nulla conſiſtit abſque veri ac ſumi Dei notitia.

Quantùm ad primum aduerte hanc eſſe veram & expreſſam Diui Auguſtini ſententiam in omni ſua doctrina, & primò ſcribens cõ Iulianum libro quarto inquit:Conſtat, quòd quicũque Philoſophorum Chriſtum,Dei virtutem,& Dei ſapientiam neſcierunt, hi nullam virtutem ſ. perfectam,ſicut nec veram ſapientiam vlla ratione habere potuerunt. Et in libro de Vera Innocentia inquit,Nihil eſt bonum ſine ſummo bono.Vbi enim deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis,falſa virtus eſt,etiam in optimis moribus,id eſt qui optimi eſſe videntur.Et in libro de Continentia, circa finem inquit:Nunquid continentiam,quam munus Dei veriſsimè dicimus,dicturi ſumus eſſe peccatum:abſit à noſtris cordibus tam deteſtanda dementia.Beatus autem Apoſtolꝰ inquit:Omne,quod non eſt ex fide, peccatum eſt:quæ ergo fidem non habet,continentia nominanda non eſt.Idẽ intelligę de quacũque alia virtute.Et in libro quinto de Ciuitate Dei inquit,Cõſtare debet inter omnes veraciter pios,nemine ſine vera pietate,id eſt,veri Dei vero cultu,veram poſſe habere virtutem.Et in libro decimonono inquit:Verę virtutes niſi in eis,quibus ineſt vera pietas,eſſe non poſſunt.Itẽ in libro de Moribus Eccleſiæ,cum cõcluſiſſet omnia in Deũ referenda,poſtea diffiniens morales virtutes, quæ ſimpliciter & ꝓfectæ virtutes ſunt, inquit: Temperantiam dicimus eſſe amorẽ,ſeſe Deo integrum incorruptúmque ſeruantem. Fortitudinem,amorẽ oĩa propter Deum facile perferentẽ. Iuſtitiam,amorem Deo tantùm ſeruientem, & ob hoc bene imperantem cæteris,quæ homini ſubiecta ſunt.Prudentiam amorem bene diſcernentem ea, quibus adiuuetur tendere in Deum,ab his,quibus impediri poteſt. Ex quibus conſtat pro rei veritate,nullas eſſe veras virtutes, ſi nõ in Deum vt in hominis ſupremum ac rectum finem vltimatè referantur. Vnde,ſi ad aliquid aliud vltimatè, ſiue non ad aliud quàm ad ſeipſas referantur,veræ ac ꝓfectæ virtutes dicendæ non ſunt.Quapropter Diuus Auguſtinus ſcribens cõ Iulianum,& reſpondens argumento Iuliani probantis Gentiles habuiſſe veras virtutes eò ꝙ iuxta verbũ Apoſtoli ad Romanos,primo,Ea,quæ erant legis,faciebant, inquit: Dictum Apoſtoli non conuincit,ꝙ habuerint veras virtutes,eò quòd non ꝓpter finem debitum ea quæ ſunt legis faciebãt. Nam ſine fide non ad eum finem iſta opera retulerunt,ad quem referre debuerunt.Et exemplificans de Fabricio & Catilina dicit, ꝙ Fabricius minus punietur,quàm Catilina,nõ quia iſte bonus,ſed quia minus malus:quia minus impius Catilina.Nam licet Fabricius veras ac perfectas virtutes nõ habuerit,à veris tñ virtutibus non plurimum deuiauit, ſicut Catilina, & ei ſimiles. Corrollariè ergo ſequitur, ꝙ quicunq; aliquod bonum agit ex genere vel officio,id eſt,aliquid quod agendum eſt,hoc tñ agit propter nomen bonum,aut famam, aut honorem,aut diuitias vltimatè in his figendo terminum intentionis ſuæ,neque actu neque habitu perfectè virtuoſè agit ex intentione ſanctorum doctorum:& ipſi etiam Philoſophi veritate ducti,idem aſſeuerant.Nam Ariſtot.in tertio Ethicorum determinat ciues illos,qui gratia aſſequendi honoris,aut fugiendi opprobrij pericula ſuſtinent in defenſanda patria,non habent veram fortitudinem,ſed per quãdam ſimilitudinem.Magis tamen aſſimilantur viro forti,quàm hi qui ꝓpter alios fines minus bonos diſcrimina ſuſtinent: vt iam declarauimus in epitome noſtra in tertio Ethicorum. Item in quarto Ethicorum dicit, ꝙ liberalis non honorat nec amat diuitias ꝓpter ſeipſas,ſed vt communicet eas alteri.Vbi Euſtratius cõmentans,inquit,Qui gratia honoris vel gloriæ,vel venatione maioris lucri,diuitias largitur, nõ eſt liberalis.Sed aduerte,ꝙ notanter dixi,In his figendo terminum intentionis ſuæ vltimatè.Nam non opponitur virtuti, quòd quis agat propter honorem,aut famam, aut diuitias, dummodò non ſiſtat hîc intẽtionem ſuam vltimatè,ſed hos fines proximos & ſingulares ordinet in vltimum finem, qui eſt Deus benedictus actu vel habitu.Nam & diuina ſcientia admo

admonet nos, Eccleſiaſtici quadrageſimoprimo, curam habere de bono nomine, & prælati ac rectores rationabiliter appetunt honorari à ſubditis, vt autoritas eorum ſeruetur ad bonum ſubditorum. Et diuitias moderatè appetere & quærere non eſt vitioſum, aliter nullus poſſet licitè diuitias poſsidere, quod eſt contra ſacros Theologos, igitur modò non figatur vltimata intentio in his, ſed ſaltem habitu referantur in Deum, non contrariatur virtuti, & propterea Paulus paucis oſtendens quomodo hęc in Deum referenda ſunt, vt ſeruetur virtutis ratio, inquit primę ad Corinthios decimo, Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite, quaſi dicat, Omnia in Dei honorem vltimatè referte vt in primum omnium bonorum autorem & largitorem. Conſtat igitur ex prædictis nullam eſſe veram ac perfectam virtutem moralem ſine agnitione veri Dei & relatione in eum vt in vltimum ac optimũ hominis finem.

Virtutis nullus prorſus eſt actus niſi vltimatè referatur in Deum.

Quantùm ad ſecundum declarãdum eſt nullum eſſe perfectum actum moralem niſi fiat vltimatè propter verũ Deũ vt obiectum amatum, ita ꝙ Deus ipſe, & non aliud, ſit vltimus finis, propter quem agens moraliter agit. Ad euidentiã huius aduerte, ꝙ ad actum bonum perfectè moralẽ requiritur intentio recta & bona moraliter. Hæc autem eſt, qua intẽditur, & diligitur, ac quæritur illud, quod propter ſe & gratia ſui eſt diligibile vt propter ſe ac gratia ſui diligatur ac quæratur, & quod eſt diligibile non præcisè propter ſe, ſed propter aliud, diligatur in ordine ad aliud actu vel habitu, ad quod referendum eſt, ꝙ ſi diligibile ꝓpter aliud diligatur vltimatè propter ſe, & diligibile vltimatè ꝓpter ſe, non diligatur vt diligibile eſt, nõ erit bona perfectaque moralis intentio. Nã omnis talis intẽtio eſt deformis ac deuiãs à ratione recta. Dictat enim ratio recta, vnumquodq; debere diligi vt diligibile eſt, vt ſi eſt diligibile vltimatè gratia ſui, & non in ordine ad aliud, ſic diligatur, & non aliter, ſi ꝓpter aliud ſic diligatur & non aliter, & ſi quid nõ eſt diligibile, nec gratia ſui nec propter aliud, neutro modo diligatur. Si ergo in omni intentione aliquid diligitur & quæritur per ſe, intẽtio qua diligitur diligibile vt diligibile eſt, & non diligitur non diligibile, erit recta ac bona atque laudabilis, qua aũt diligitur diligibile aliter q̃ debeat diligi, vel diligitur nõ diligibile vt vitium & peccatum, eſt nõ recta, nec bona perfecta moraliter. Et confirmatur ſic, Omne diligibile aliud à Deo, diligẽdum eſt finaliter ꝓpter Deũ, ergo omnis intentio, qua aliquid aliud à Deo diligitur ꝓpter ſe, non eſt bona perfecta moraliter. Antecedens q̃dem ſic manifeſtatur. Quælibet rationalis creatura, vt ſit rectè ordinata benęque in operando diſpoſita, debet actus omnes ſuos ad vnum finem vltimatè ordinare, quem cõſtat nõ poſſe eſſe alium, quàm illud optimum ens ſummè diligẽdũ, quo in natura nec dari nec cogitari poteſt melius, ex conſequenti non eſt referibile ad aliud vlterius bonum. Hoc autem concluditur diuina autoritate, & ratione humana non eſſe niſi Deum. Vnde Diuus Auguſtinus in libro de moribus Eccleſiaſticis inquit: Non arbitror, cùm de moribus & vita ſit quæſtio, amplius eſſe quærendum quid hominis ſit ſummum bonum, quo referenda ſunt omnia, id enim eſſe patuit, & ratione quantùm valuimus, & ea, quæ noſtrę rationi antecellit autoritate diuina nihil aliud quàm ipſum Deũ. Conſequentia verò patet, quoniam cum intẽtione, qua aliquid aliud à Deo diligitur vltimatè propter ſe aut qua diligitur ab aliquo non diligendum, non ſtat dictamẽ rationis rectę, ergo non eſt bona perfectè moraliter.

His præmiſsis probatur propoſitum principale ſic: Nullus eſt actus bonus perfectè moralis, niſi factus ſit intentione recta: intentio non eſt recta, niſi ſit cum dictamine rationis rectæ. Ratio recta dictat omnem actum moralem fiendũ vltimatè propter ſummum ac optimũ finem, qui non gratia alterius, ſed gratia ſui diligendus eſt. Hic autem eſt Deus, vt declaratum eſt, ergo nullus eſt actus bonus perfectus moralis, niſi fiat vltimatè actu, vel habitu propter Deum, &c. Ex quib⁹ correlariè ſequitur, nulla eſſe opera verè & perfectè moraliter bona, niſi vltimatè fiant ex Dei dilectione actuali vel habituali vnde Auguſtinus ſuper Pſalmos, ea quippe ſola opera bona dicẽda ſunt, quę per dilectionem Dei fiũt. & in libro de ſpiritu & litera inquit Non eſt fructus bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. Quid autẽ eſt charitas, niſi dilectio Dei propter ſe, & proximi propter Deum, quæ vtique ex dilectione Dei procedit.

Virtus moralis perfecta nullo eſt in infideli viuente ſecundum moralem diſciplinam humanitus traditam.

Quantùm ad tertium probandum eſt, quòd in fideli viuente ſecundum legem moralem humanitus traditam, non eſt perfectus actus moralis, nec perfecta virtus. Tu igitur aduerte ex communi doctrina ſanctorum, & etiam Philoſophi in tertio Ethicorum. Actus humani recipiunt bonitatem ex debitis circunſtantijs, vt ſcilicet taliter fiant, qualiter fieri debent, vt per taliter & qualiter comprehendãtur omnes circunſtantiæ requiſitæ ad actum bonum perfectè moralem, inter quas circunſtantias finis debiti eſt potiſſima, reciunt ſimiliter imperfectionem ex carentia debitarum circunſtantiarum, & præcipuè debiti finis, puta, ſi non fiunt ad eum finem vltimatè propter quem fieri debent. Ex his arguo ſic: Nullus actus infidelium præcipuè qni viuunt, aut vixerunt ſecundum inſtituta philoſophorum gentilium, fit propter Deum vltimatè, aut ex dilectione Dei, quoniam ipſi non cognouerunt ipſum eſſe propter ſeipſum diligendũ, & cætera propter ipſum. Aliter idololatriam non docuiſſet in populis, ergo nullus eorum actus fit intentione recta, cùm careat circunſtantia debiti finis, ex conſequenti non fit perfectè virtuoſè moraliter, & ex hoc ſequitur, quòd nulla virtus moralis eſt perfectè in infideli. Nam cùm ex virtuoſis actibus, & ex perfectis generetur ac intendatur virtutis habitus, ſi in infideli eſſent actus verè ac perfectè virtuoſi, in eodem eſſent veræ ac perfectę virtutes morales. Quod eſt contra doctrinam ſanctorum & pręcipuè Diui Auguſt. vt docuimus in prima huius capitis parte.

Nec obſtat, quòd Auguſtinus ſcribens ad Marcellinum, videtur aſſerere in Romanis gentibus veras fuiſſe virtutes politicas, quę vtique morales ſupponunt. Vnde inquit, Rempublicam Romani conſtituerunt, auxeruntque virtutibus, etſi non habentes veram pietatem erga verum Deum, quæ illos etiam in æternam ciuitatem poſſet ſalubri religione perducere, cuſtodientes tamen quandam ſui generis probitatem, quæ poſſet terrenæ ciuitati conſtituendę augendæ conſeruandæque ſufficere. Deus enim ſic oſtendit in opulentiſſimo & præclaro Romanorum imperio quantùm valerent ciuiles & ſine vera religione virtutes, vt intelligeretur, hac addita, fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex veritas, cuius lex charitas, cuius modus æterni tas eſt.

Reſpondetur quòd non ſumit virtutis nomen proprijſsimè & ſtrictè, vt id tantùm appellet virtutẽ, quod eſt principium operandi cum omnibus circunſtantijs debitis, putà quid propter quid, & quemadmodum agendum eſt. Nam circunſtantia debiti finis defuit in Romanis vt ipſe oſtendit in quinto de ciuitate Dei, à capite decimoſecundo vſque ad vigeſimum, vbi ſępius dicit Romanos illos, qui laudabiliores viſi ſunt, omnia opera quàm laudabilia feciſſe, vt laudarentur ab hominibus, & ex quibus etiam nunc laudantur, ea vltimatè feciſſe pro vana mundi gloria. Ex quibus conſtat eorum affectiones & habitus non perfectas fuiſſe & veriſsimas virtutes, quales probabimus extitiſſe & exiſtere in veris Chriſtianis. Vnde manifeſtabimus in ſecunda parte huius operis, nec in Marco Catone veram extitiſſe fortitudinem, nec in Lucretię pudicitia perfectam virtutem, &c. quales fuere in ſacris martyribus, atque virginib. pro Chriſto paſsis. Vtitur autem Diuus Auguſtinus virtutis vocabulo, Romanos laudans, non proprijſsimè, ſed extendendo ipſum ad eos habitus, quibus fiunt fienda, & vitantur vitanda, licet non propter eum finem, propter quem hęc fienda, illa vitanda ſunt. Qui habitus, licet ſecundum veritatem non ſint perfectę virtutes, imò nec mereantur dici virtutes in comparatione ad Chriſtianas virtutes, tamen homines, qui intuentur tantum id, quod fit, & non propter quid fit, ſiue ignorent, ſiue ſciant propter quid fieri debeat, ſed inter operantium intentiones diſcernere non valentes, huiuſmodi habitus veras ac perfectas virtutes exiſtimat, & quòd hæc fuerit Diui Auguſtini intentio patet in eodem libro capite duodecimo, vbi inquit: Ita ergo laudis auiditas & cupido glorię, multa illa miranda fecit laudabilia, ſcilicet atque glorioſa ſecundum hominum æſtimationem. Non ergo perfectas & ſimpliciter dictas virtutes morales eis attribuit, ſed potius putatiuas, & à veris ac perfectis virtutibus minus diſtantes. quod confirmatur per eundẽ, cùm ſubijcit, quòd ipſi, ſcilicet, Romani virtute ciuili non vera, ſed veriſimili, dęmonibus & vanæ glorię ſeruierunt. Conſtat igitur propter quid infideles viuentes iuxta traditiones humanas philoſophorum, ac legiſlatorum ſuorum nullum habent verum ac perfectum actum moralem, ex conſequenti neque vllam veram perfectam virtutem moralem neque ciuilem, ſed potius æſtimatiuè.

Quantùm ad quartum manifeſtandum eſt, ꝙ in ſolo fide

li viuente ſecundum legem diuinam ac Chriſtianam moralem datur perfecta virtus, perfectusque eius actus moralis. Tu igitur aduerte, ꝙ, vt diximus, apud Gentiles non fuit vera ac perfecta virtus moralis nec actus: quoniam licet alias circunſtantias virtuti & eius actui requiſitas haberent, tamen in principali deficiebant, ſcilicet in relatione ad debitum finem vltimatè: qui eſt cognitio & dilectio Dei actu vel habitu: ſed fideles ex vtraque lege diuina, ſcilicet antiqua & Chriſtiana erudiuntur omnia propter Deum vt obiectũ amatum vltimatè agere & dicere: omnem honorem, omnem gloriam, omne ſibi datum bonum in Deum autorem referre, vt tibi clarè cõſtabit, ſi Moſis legem per legeris. Nã de dilectione Dei ſuper omnia habes in Deuteronomij capite ſexto. De diuino honore & laude & gloria ipſi ſoli tribuenda pleniſsimè decantatur in Pſalmis. Hinc illud, Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Et tres pueri in fornace Chaldeorum decantabant: Benedictus es Deus patrum noſtrorum, laudabilis & glorioſus in ſecula. Docuit nos Dei filius in omni opere Deum patrem glorificare: quem imitatus Paulus primæ ad Corinthios decimo inquit, Siue manducatis ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et primæ ad Timotheum primo: Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria. & Apocalypſis quarto, Dignus es domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem: qa tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erãt, & creata ſunt: & Iacobi primo: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendẽs à patre luminũ. Cùm igitur ſola diuina ac Chriſtiana moralis doctrina apertè doceat nullum creatum bonum neque fortunę neque corporis, neque animi eſſe propter ſe vltimatè quærendum nec diligendum, ſed in ordine ad primum, à quo, & in quo eſt omne noſtrum bonum: cõſtat ſolos fideles poſſe bene ac beatè operari atque felicitari: quoſcunque autem alios euanescere: ex conſequenti in hac ſola diuina ac Chriſtiana lege reperibilis eſt vera ac perfecta moralis virtus, atque actus eius, vt ſunt media ad veram & reuelatam nobis beatitudinem: Nec, vt ſcribitur Actuum quarto, aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi ſcilicet Dei filius, qui eſt via & veritas ad æternam ſalutem. Abeant ergo Philoſophi cum vana ac pompoſa Philoſophia, à qua præcipit Apoſtolus præcauere inquiens ad Coloſſenſes capite ſecundo: Videte nequis vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum: quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et confirmatur Ioannis capite decimo, vbi Seruator tacitè reprobans hominum ac ſuperborum Philoſophorũ doctrinas inquit: Ego ſum oſtiũ ouium, id eſt, deſiderantiũ ſaluari ac beatè viuere. Omnes quotquot venerunt, vt ſ. vani & pompoſi Philoſophi tradentes legem bene ac moraliter viuendi, fures ſunt & latrones: quoniam etſi aliqua vera tradiderunt, multa tamẽ falſa miſcuerunt, vt docuimus ſuprà. Ego ſum oſtium: per me, id eſt per exempla & doctrinam meam, ſi quis introierit, ſaluabitur, quaſi dicat: Si ſecundum Philoſophorum moralem, imperfectam, & falſis immixtam doctrinam vixerint, non ſaluabuntur ſalutem æternam inuenientes: per me autem ſaluabuntur, & æternam vitam dabo eis. Neque enim, vt inquit Diuus Auguſtinus in Homilia ſuper Euangelium, quod incipit, Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium, Ioannis decimo: Cuiquam eſt vera & certa ſpes beatè ac ſemper viuendi, niſi agnoſcat vitã, quæ eſt Chriſtus: & per ianuam intret in ouile, &c. Patet ergo quanta ſit huius ſcientiæ celſitudo ſuper morales humanas. Hanc ergo ſequamur omnes, huic pareamus hanc imprimamur. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Ita ſolis Chriſtianis vera & perfecta virtus moralis eſt.

Primæ partis Chriſtianæ Philoſophiæ moralis, N. Chriſoſt. Iauelli, Finis.

Tom. ij.

PARS SECVNDA MORALIS PHILOSOphiæ Chriſtianæ.

¶De tribus Theologicis virtutibus, & quatuor moralibus.

In ſeptem complexa tractatibus.

IN hac ſecũda parte iuxta ordinem præmiſſum acturi ſumus de ſeptem virtutib. tanquã ſeptem columnis, ſuper quas diuina ſapientia totum vitæ moralis diuinæ atq; Chriſtianæ ædificiũ firmauit: inter quas ſacra fides, vt baſis & fundamẽtum locat: qm̃, vt docuimus in parte prima, nulla alia pfecta dari poteſt virt⁹, neq; actus ſimpliciter bonus abſq; fide. Qũo em̃ ſpes tua eſt in Deo, amor tuus erga Deũ, ſi nõ credis in eũ? De fide ergo in primis agẽdũ eſt. Cuius cõſideratio vnico cõplectetur tractatu: cũ ſuo oppoſito, quę eſt infidelitas. Debet em̃ eadẽ eſſe oppoſitorũ diſciplina: & priuatio p habitum innoteſcit, vt tenebrę p lumen: ignorantia per ſciẽtia. Se habet autem infidelitas ad fidem, vt priuatio ad habitũ: ideo de vtraque in vno tractatu agendum eſt.

TRACTATVS PRIMVS Secundæ partis Philoſopiæ Chriſtianæ, quatuor complexus capitibus.

¶De fide Chriſtiana.

HVnc tractatum diuidimus in quatuor capita. In primo capite inueſtigandũ eſt qd ſit vera fides, quã aſſeueram⁹ eſſe fundamentũ primum beatitudinis noſtræ. Hanc em̃ intendimus eſſe virtutem primam Theologicam, ſuper quam totum morale diuinum ac Chriſtianum negocium ædificaturi ſumus.

In ſecundo inueſtigabiẽ de duplici diſtinctione, ſ. de fide informi, quæ dr̃ mortua: & de fide formata, quæ dicitur viua & fructuoſa: & de triplici actu credendi, ſ. credere Deũ, credere Deo, credere in Deum.

In tertio declarabitur quãtum Deo placeat vera fides, & qũo opera diuina, quæ operatur Deus in ſanctis, attribuunt fidei: & quomodo vera fides vincit mundum, & dæmones, & malas carnis concupiſcentias.

In quarto agendũ eſt de infidelitate oppoſita veræ fidei, & de ſpecieb. eius, quę ſunt infidelitas, apoſtaſia, hæreſis.

CAPVT I.

Quot modis dicitur fides: quidque ſit, & in quo differat à cæteris habitibus intellectualibus, & in quibus ante Chriſtum & poſt inuenta ſit

IN hoc primo capite inueſtigandum eſt quid ſit vera fides vt eſt Theologica ac Chriſtiana virt⁹. Et hic quatuor agenda ſunt: Primò, quot modis dicitur hic terminus, fides. Scdò quid ſit vera fides, de qua intendimus. Tertiò, qũo differt à ſcientia & opinione. Quartò, ſi in alijs quã in Hebræis ante filij Dei humanationem, & ſi poſt ei⁹ pdicationem p Apoſtolos, quàm in populo Chriſtiano inuenta ſit, aut inueniatur.

Fides quinq; dicitur modis.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ famoſum eſt fidem dici quinque modis.

Fides ẽ nam in cunctis gẽtib⁹ reperiatur.

Primò, dr̃ de omni aſſenſu in promiſſione facta inter hominem & hominem: ſiue de verbis, ſiue de actis, ſiue de ꝺctibus i iuſtitia cõmutatiua & pactis celebratis, ſiue ſup facultatem, ſiue ſuper famam, ſiue ſuper connubia, ſiue ſuper pacem ſeruandam, ſiue ineundũ bellum. Et hoc modo fides eſt apud gentes omnes, quæ in aliqua cõitate conueniunt: vt in familia, & vico, & ciuitate, & dñio: & de fide in hoc ſenſu accepta, firmatũ eſt naturale illud principiũ: qd̃ & de iure gentium eſt, ſ. fides etiam hoſti ſeruanda eſt. Et in hoc ſenſu adeò neceſſaria eſt in omni gente, ꝙ abſque ea nulla pax, nullúſque ſtatus viuendi tutè inueniri poſſet.

Fides diſciplinarum & ſcientiarum humanarũ.

Secundò dr̃ de aſſenſu quo quis adhæret dictis alterius vt autoris, & cui videatur rõnabile ſibi credendum eſſe. Et hoc modo fides circundat oẽs doctorum ſectas ac ſcholas. Nam grammatici aſſumpſerunt ſibi autores, quibus vt oraculis credunt, vt Priſciano, in grammatica, Vergilio & Homero

mero in Poëſi, Ciceroni in Rhetorica. Similiter & Philoſophi diuiſi in tria genera ſcilicet in Mathematicos, Phyſicos & Metaphyſicos, habent autores, quos omni fide dignos recipiunt, Mathematici habent Euclidem, Phyſici Ariſtotelé, Metaphyſici, id eſt diuini Platonem, & hæc quoque adeò neceſſaria eſt, quòd ſine ea nulla ſtaret firma ſcientia, neque ars: hac enim ſublata vnuſquiſque in quacunque facultate ſiue practica, ſiue ſpeculatiua, imaginationes ſuas fabricaret, quibus vt oraculis optarent ſuaderentque aſſentiri. Oportunum ergo eſt in omni doctrina ac humano exercitio aliquos conſtituere duces ac præceptores, quos in arte & ſcientia expertos ingenioſosque arbitramur, illisque vt regulis aſſentire, & ſic ſeruabitur fides ſecundo modo dicta.

Fides Philoſophorum.

Tertio dicitur de aſſenſu, adhærétia, qua quis adhęret alicui concluſioni nullo modo hæſitans, etiam quòd rationē euidentem non habeat ad illā, & hoc in naturalibus, & in hoc ſenſu dicitur à nullis Ariſtotelem habuiſſe fidem de æternitate mundi, credidit enim indubiè mundum æternum, credidit & cęlum eſſe quintum corpus, id eſt, non conflatū ex quatuor elementis, credidit animam immortalem, credidit tantum octo eſſe corpora cæleſtia ſcilicet 7. planetas, & ſphęram ſtellarum fixarum. Credidit tot & non plures eſſe intelligentias, quot motus cęleſtes, licet ad hæc rationes euidentes non haberet. Credidit ſimiliter in ſecundo cæli in ordine planetarum, Lunam ſubeſſe immediatè Soli, & tamē de hoc euidentem non habuit rationem, ſed fidem adhibuit Aegyptiis ac Babylonis hæc obſeruantibus, ſiv in 2. cęli, textu 6. inquit, Similiter autem & de aliis aſtris dicūt, qui dudum obſeruauerunt ex pluribus annis Aegyptij & Babylonij, à quib⁹ multas habem⁹ credulitates de vnoquoq; aſtro. Et in eodem libro, tex. 1. & 2. vbi loquēs de æternitate & incorruptibilitate cęli, dicit, ꝙ licet accipere fidē ex dictis, & in 2. textu inquit, Propter quod bene habet perſuaſibilem ſeipſum exhibere antiquis, & maximè patrum noſtrorū veros credere eſſe ſermones, vt ſit immortale aliquid & diuinū habentium motum. In eodē ſenſu Plato fidē indubiam tenuit in Timęo deſcribens mundi productionem ꝑ modū hiſtoriæ, & hominis formationem, quam quò ad animā immortalem attribuit Deo immediatè, quò ad opificiū corporis diis ſecundis attribuit, neque tamen ad hæc euidentē rationem inuenit, ſed dicit in Timæo priſcis viris his in rebus credendum eſſe, ꝙ diis geniti fuere. Impoſsibile ſanè Deorū filiis fidem non habere, licet nec neceſſariis nec veriſimilib⁹ rationibus eorum oratio confirmetur. Nos igitur legem ſecuti, fidem eis pręſtabimus. Hęc Plato. Et aduerte, ꝙ priſcos viros diis genitos prophetas ſiue vates intelligit, de quibus inquit in Timæo, Lex iubet diuinis vaticiniis iudices præeſſe prophetas, quos vates quidam nominant. Vtrum autem Plato per diuinos vates ac prophetas, & ſacra oracula, intendat de ſolis illis hominibus, quos fatidicos & quodā diuino furore correptos vana ac ſuperſtitioſa gētilitas appellabat, per ſacra verò oracula intendat ſpirituum falſorum ſeu dęmonū & ſtatuis ac idolis reſpōſa. An Hebręorū ꝓphetas diuinasq; reuelationes, quas Moſes à ſummo Deo ſuſcepit, & ſcriptis mādauit, declarabimus infrà in hocmet cap.

Fides de his eſt, quæ etiā humana ratione inueniri contingit, non tamen ab omnib⁹.

Quartò de Dei aſſenſu, quo quis aſſentit cōcluſioni formatæ de diuinis, & his quę ſenſu nō comprehēduntur, quò ad prædicata, quę humana ratione concludi ac demonſtrari poſſunt, putà, ꝙ Deus eſt. ꝙ eſt omnipotens, ꝙ eſt tantum vnus, quòd principium effectiuum & finale omnium, ꝙ anima eſt incorruptibilis, ꝙ poſt hanc vitam capax eſt felicitatis & miſeriæ, quòd Deus & intelligentiæ, quas angelos dicimus, ſunt incorporei, immateriales, inalterabiles, indiuiſibiles, intellectuales omnino, & hæc quidem fides cōmuniter ineſt his qui in philoſophiæ ac metaphyſicæ ſtudio enutriti non ſunt. Tales nanque prędicta ſcire nequeunt, ſed illis auditis ex lege credunt. At qui in philoſophiæ ac diuinæ ſcientię ſtudio profecerunt, hæc nō credūt, ſed demonſtrāt, ſicut & demonſtrauit Ariſtoteles in octauo Phyſicorum & duodecimo Metaphyſicæ. Et hoc eſt quod Paulus inquit ad Roma. primo, Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius diuinitus & virtus, ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, &c.

Fides de his quæ nullo prorſus humana ratio

Quintò dicitur de firmiſsimo & indubitato aſſenſu, quo aſſentit homo concluſionibus ſiue propoſitionibus, quarum veritas manifeſtari ratione humana non poteſt, nec inueſtigari poſſunt, ita vt fiāt intellectui noſtro euidentes, niſi adſit Dei maximi reuelatio, cui magis quā cuicunque humanæ rationi adhęrendum eſt. Propoſitiones autem huiuſmodi ſunt de prædicatis tranſcendentibus omnino capacitatem noſtram & notitiam naturalem: vt, quòd Deus eſt trinus & vnus, quòd creauit mundum in tempore, quòd formauit die ſexto hominem ad imaginem ſuam, quòd creauit mulierem ex homine, quòd creauit eos immortales non ex natura, ſed dono iuſtitiæ originalis, quòd Deus carnem accepit ex virgine, quòd natus de virgine, paſſus eſt, & mortuus, & reſurrexit, & aſcendit, &c. Quod finis fidei ſic acceptæ eſt beatitudo perpetua conſiſtens eſſentialiter in viſione Dei faciali, & completiuè in eiuſdem fruitione. Quam quidem fidem hoc modo dictam non cognouerunt, nec acceptarunt huius mundi ſapientes, qui fuerunt ex gentibus: nec quantum ad diuinæ incarnationis myſterium attinet cæci Iudæi. Vnde Paulus primæ ad Corinthios primo inquit: Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientum, & prudētiam prudentum reprobabo, vbi ſapiens: vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi. Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Qm̄ & Iudęi ſigna petunt, & Greci ſapientiam quærunt, nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudęis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis, ſ. à Deo, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Conſtat igitur quot ſint famoſiſſimi modi quibus dicitur fides, & quòd vltimus inter oēs præcipuus eſt.

ne inueſtigari poſſunt.

Fides quid ſit.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ intendimus loqui ac diffinire fidem quinto modo ſumptam. Nam vt ſic eſt diuina ac Chriſtiana fides radix prima tendendi in Deum & prima noſtrę beatitudinis via, quam doctores dicunt virtutem Theologalem, cuius rationem aſſignabimus infrà. Hāc igitur habemus diffinire. Et quoniam Diuus Paulus eam perfectè diffinit, ita quòd, vt manifeſtabimus, quæcunque aliæ diffinitiones ad hanc reducuntur, ideo recitabimus Pauli diffinitionem, & ſingulas particulas declarabimus, deinde quaſcunque alias diffinitiones illi comparabimus, & animaduertes quomodo in ea, quæ eſt Pauli continentur.

Tu igitur aduerte, ꝙ Paulus ab Hebræos capit. 11. ſic eam diffinit, Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentū non apparentium.

Fides quę ſit ſubſtātia id eſt primū fundamentum ſperādi æternā beatitudinem.

Primò dr̄ ſubſtantia, id eſt fundamentum & primū principium rerum ſperandarum. Vnde aduerte, quòd ſubſtantia aliquando ſignificat genus vnum entis condiſtinctum contra accidens, & ſic eſt primum genus generaliſſimum, cuius ratio eſt eſſe ens per ſe, & de ſubſtantia ſic dicta pertractat Ariſtotel. in Categorijs. Aliquando ſumitur pro cuiuſque rei eſſentia, ſiue ſit ens per ſe, ſiue ens in alio, & hoc modo dicimus diffinitionem ſignificare rei ſubſtantiam, id eſt eſſentiam. Aliquando ſumitur pro primo rei fundamento, vel principio, vel inchoatione, quoniam in eo ſtat virtualiter tota rei natura, & in hoc ſenſu dicimus in naturalibus animatis putà, vegetabilibus, radicem eſſe ſubſtantiam. In animalibus cor eſſe ſubſtātiam. In artificiatis, putà in domo fundamentum eſſe ſubſtantiam. In naui carinam eſſe ſubſtātiam. In ſcientijs prima principia eſſe ſubſtantiam putà, in grammatica literas, in Mathematicis primas propoſitiones quas elementa prima dicimus. In mundo inferiori quatuor elementa dicuntur omnium elementatorum ſubſtantia. Paulus dum dicit fidem eſſe ſubſtantiam, intendit tertio modo, quaſi dicat, fides eſt ſubſtantia, id eſt primum fundamentum & principium aſſequendi res ſperandas id eſt beatitudinem vt declarabimus. Nam ſecundum Paulum ad Hebr. ca. 12. Accedentem ad Deum oportet credere, quaſi dicat. Qui æternam beatitudinē deſiderat, quæ eſt ipſe Deus, oportet vt in Deum credat. Vanè enim quis ſperat bonum ab aliquo, ſi in eum non credit. Primum ergo principium & prima via accedendi ac ſperandi in Deū eſt fides, ideo meritò dicitur ſubſtantia. Nam ea ſtante in nobis, ſtat via ad Deum, & ea ſubla ta, nulla ſtat ratio, neque via ad Deum, Quòd ſi quis ſperat in Deo ſine vera fide, vtique vana eſt eius ſpes. Vnde & Paulus inquit ad Ro. 10. Quomodo eū inuocabunt, in quem non crediderunt, ac ſi dicat, Vanè inuocarēt & ſperarent in Deū ſi eum non crediderint. Prætereà ſtultè quis, ſperat in eum, cui non ſtudet placere: ſed, vt inquit Paulus ad Hebr. ca. 12. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Ergo conſtat, ꝙ fides eſt ſubſtantia, id iſt, fundamentum ac principium primū ſperandi in Deum vt in patrem, in benefactorē, in conſeruatorem in beatificatorem noſtrum.

Secundo

Fides eſt principiũ primum ſperandi diuina.

Secundò dicitur ſubſtantia rerum ſperandarũ. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ amor & ſpes & delectatio reſpiciunt bonũ: nullus enim amat niſi verè bonum, aut quod æſtimat ſibi bonum ſimiliter non ſperat niſi bonum, nec delectatur niſi bono, vel apparenti bono. Sed in hoc diſtinguuntur, ꝙ amor reſpicit bonũ tam habitum quàm non habitum: ſpes autem tantum bonum non habitum, non enim ſperamus bonum, quod habemus. Delectatio verò reſpicit bonũ iam adeptũ.

Bona ſperãda & amãda duplicia ſunt.

Eſt enim quies in bono poſſeſſo. Prętereà, Inter bona quædã ſunt amanda & ſperanda & poſsidenda ſimpliciter, id eſt, ſine menſura: quædam autem vſque ad certum terminum & menſuram & non vltrà. Prima ſunt diuina bona, vt cognitio Dei, gratia Dei, amor Dei, beatitudo patriæ, &c. Nã quãto magis amantur, ſperantur, poſsidentur, meliora ſunt ac nos magis perficiunt. Secunda ſunt bona creata ſiue corporis ſiue fortunæ: quæ cùm non ſint bona ſimpliciter, ſed pro tanto gradu: nec amãda nec ſperãda, nec poſsidẽda sũt ſimpliciter: Vñ ſanitas, robur corporis, pulchritudo, nõ merentẽ dici res ſimpliciter ſperandæ, ſed moderatè: nec diuitię, nec theſauri, nec principatus ſperandi ſunt ſimpliciter: Multis enim nocuerunt, qui ſine menſura in eis ſperauerũt. Et quidem, ꝙ in primis ſit abſolutè ſperandum, in illis autem non ſignum habemus in ſcriptura ſacra, in qua approbantur ſperantes ſimpliciter in bonis diuinis: & reprobantur ac dehortantur ſperantes ſimpliciter in bonis ſecundis. De primis enim dicitur in Pſalmis, Beatus vir, qui ſperat in eo: Bonũ eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus: Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. De Secundis aũt ſcribit Paulus primæ ad Timo. ſexto dicens: Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarũ, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum in bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere & communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendãt bonam, id eſt beatam vitã. Cùm igitur res diuinæ dicantur & ſint abſolutè & non ſecundũ quid ſperandæ, ideo cùm Paulus dicit fidem eſſe ſubſtantiã rerum ſperandarum ſine aliqua limitatione, intelligit de rebus diuinis, quales ſunt diuina viſio & contẽplatio & fruitio Dei per eſſentiam in patria cœleſti: in quibus ſtat perfecta hominis beatitudo: fides ergo eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, quaſi dicat fides eſt primum principium, quo incipimus tendere, & quo ſperamus conſequi æternam beatitudinem, quæ eſt res abſolutè à nobis ſperanda.

Fides eſt argumentum diuina autoritate firmatum.

Tertiò dicitur argumentum. Aduerte, ꝙ argumentũ eſt ratio, qua inclinatur intellectus ad aſſentiendum concluſioni, putà huic concluſioni: Homo eſt diſciplinabilis & riſibilis, cõuincitur intellectus aſſentire propter hoc ꝙ homo eſt naturæ rationalis: hoc ergo, quòd eſt eſſe rationale, eſt ratio & argumentum, quòd homo ſit riſibilis. In propoſito fides dicitur argumentum: quia facit quòd intellectus indubiè aſſentit rebus ſibi non manifeſtis diuinis: putà, quòd Deus eſt vnus & trinus, ꝙ incarnatus, quòd natus de Virgine. Hunc autem aſſenſum præbet intellectus, non ex ratione procedẽte ex propoſitionibus notioribus, ſicut in ſciẽtiis humanis ꝓ demõſtrationem acquiſitis: ſed ex autoritate diuina, cui nõ poteſt ſubeſſe falſum, ideo fortior eſt quacunq; demonſtratione apud intellectum bene diſpoſitum. Vnde ſi quæratur à Chriſtiano, quare intellectus eius indubiè aſſentit huic ꝓpoſitioni: Deus creauit mundũ in tẽpore & non ab æterno, cùm non ſit tibi ex arguméto & ratione humana manifeſta, reſpondet, quoniam Deus per Prophetam Moſem, & filium ſuum incarnatum ſic reuelauit: & ſic diuina reuelatio eſt intellectui noſtro ratio & argumentũ aſſentiendi cõcluſioni ꝓdictæ & omnibus aliis: quas recipit catholica eccleſia. Hic ſequitur, ꝙ ſi quis concluſionibus catholicis credibilib' aſſentit non quia reuelauit eas Deus, ſed qm̃ ratione ac argumento humano inhæret illis, iam non vt fidelis, ſed vt Philoſophus ſe habet: ſicut qui aſſentiũt huic cõcluſioni. Anima humana eſt immortalis, non quia reuelata fuit per Seruatorem noſtrum, ſed quoniam Ariſto. aut alius ſic probauit. Eſt ergo fides argumentum nõ ſumptum ex ſenſatis & notioribus, ſed ex diuina reuelatione cui intellectus noſter cõuincitur aſſentire ex imperio voluptatis prẽcipiẽtis ei, vt omni no aſſentiat qm̃ diuinæ autoritati nõ poteſt ſubeſſe falſum. Et aduerte ꝙ hoc argumento & Petrus & Paulus & cæteri Apoſtoli diſſeminantes Chriſtianam ſcientiam, ſemper vſi ſunt. Vnde Petrus in ſecũda ſua Epiſtola in capite primo, allegãs rationem & argumentum doctrinæ ſuæ, non innititur niſi diuinæ autoritati & reuelationi. Vnde inquit, Non enim indoctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſciẽtiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipſum audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de cœlo allatam, cùm eſſemus cũ ipſo in monte ſancto. De diuo Paulo cõſtat in omni doctrina ac epiſtolis ſuis, ꝙ nunquam alio arguméto vſus eſt niſi reuelatione dñi, & ſpiritus ſancti: nec vnquã ſe firmauit in ratione & argumento humanæ ſapientiæ. Vñ primæ ad Corinthios ſecundo, inquit: Cùm veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ ſ. humanæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ſermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei, ſ. reuelantis. & in eadem epiſtola docens Corinthios de ſacra Euchariſtia inquit in capite vndecimo: Ego eñ accipi à domino, quod & tradidi vobis, &c. Conſtat igitur qũo argumentum poſitum in diffinitione fidei innititur diuinæ autoritati ac reuelationi, & non principijs naturaliter notis.

Fides eſt argumentum non apparentium, id eſt, eorum quæ rationi humanæ immanifeſta ſunt.

Quartò dicitur non apparentium. Pro cuius intelligẽtia aduerte, ꝙ pro eodem accipitur ly ſperandarum rerum, & ly non apparentium: nam ſicut ly ſperandarum rerum ſumitur, pro bonis diuinis abſolutè appetendis, inter quæ eſt ipſa felicitas, qui eſt Deus clarè viſus: ſic ly non apparẽtium, ſumitur ꝓ diuinis bonis tranſcendentib. humanam intelligentiã & maximè dum hac vita viuimus: vt, quòd Deus trinus & vnus facie ad faciẽ viſus, eſt plena hominis beatitudo. Huic quidem concluſioni & ſimilibus intellectus ſibi dimiſſus nõ poteſt aſſentire: qm̃ eſt ſibi immanifeſta, nec poteſt ei manifeſtari ex principijs naturaliter notis: ideo oportet vt innitatur diuinæ autoritati, & ex voluntate præcipiente oblige tur huic aſſenſui. Et hoc eſt captiuare intellectum noſtrum, id eſt conſtringere, vt aſſentiat rebus diuinis nõ apparentibus, id eſt non illi manifeſtis, ſed à Deo reuelatis. Intẽdit ergo Paulus, ꝙ fides eſt primum fundamentum ęternæ beatitudinis ſperandę: & argumentum, quo conuincitur intellectus ad aſſentiendum diuinis rebus nobis non manifeſtis do nec viuimus: cuius tamen fidei finis ac terminus eſt clara rerum diuinarum manifeſtatio in diuna viſione. Hęc fuit intẽtio Pauli in ipſa diffinitione. Poſtquàm declarauimus ſingulas prædictæ diffinitionis partes, ſupereſt cõparare reliquas fidei diffinitiones aſſignatas per ſacros doctores diffinitioni prædictę: vt tibi conſtet quomodo & quantum cũ ea cõueniant. Tu igitur aduerte, ꝙ Auguſt. eam ſic diffinit: fides eſt virtus, qua creduntur quę non videntur. & Damaſcenus inquit: Fides eſt conſenſus non inquiſitus, id eſt qui non cauſatur ex inquiſitione & diſcurſu intellectus, ſicut cauſatur in habitu ſcientifico, in quo intellectus concluſioni conſentit propter ratiocinationem neceſſariam cõcludentem, quã dicimus demõſtrationem. His autem, que ſunt fidei intellectus conſentit non inquirens, ſed adhærens & acceptans diuinã autoritatẽ vt firmiſſimã demonſtrationem. Duæ prædictæ diffinitiones concordant cum eo, quod dicit Paulus: Fides eſt argumentum nõ apparentium. Nam credere his, quæ nõ videntur, idem eſt, quòd intellectu aſſentire rebus nõ apparentibus: hoc autem aſſentire, eſt habere argumentum, id eſt conſenſum rerum nõ apparentium. Similiter cõſenſus nõ inquiſitus, id eſt, per quem non ex diſcurſu humano, ſed per diuinam autoritatem aſſentit intellectus rebus diuinis ſibi ꝓ hac vita immanifeſtis, idem eſt ꝙ argumentum nõ apparẽtium: & ſic conſtat, quòd Auguſt. & Damaſcenus nõ complectuntur in prædictis diffinitionibus totam Pauli diffinitionem, ſed tantùm ſecũdam partem. Diuus autem Dionyſius in lib. de Di. nominib. capite ſeptimo ſic eam diffinit: Diuina fides eſt ſtabilis credentium ſedes, quæ eos in veritate locat & in ipſis veritatem certam & ſimplicẽ ſuper omnem perſuaſionem omnémque excedentem credulitatem firmat. In qua quidem diffinitione, vt doctoris ſui Pauli veridicus diſcipulus, totam Pauli diffinitionem complectitur: nam ſtabilis ſedes credentium, idem eſt quod ſubſtantia, diximus eñ ſubſtãtiam ſumi pro fundamento & primo principio, quod ſtabilitatem importat: vanum eſt enim fundare ſuper inſtabile. Quod autem dicit, Quæ eos in veritate locat, ęquipollet arguméto, quo intellectus aſſentit rebus diuinis nõ apparẽtibus. ſicut ergo Paulus dicit, quòd fides eſt argumentum, id eſt, facit intellectum credentis firmiſſimè aſſentire rebus

Fides Chriſtiana quid ſit.

Fides quid ſit ſecundum Auguſtinũ, & alios doctores.

non apparentibus vt veriſimis,ſic Dionyſius dicit quòd fides locat,id eſt,firmat & immobilitat credentes in veritate.Facit enim ꝙ credentes firmiſimè aſſentiunt rebus diuinis reuelatis,& præcipuè circa totum myſterium incarnationis tanquam ſummæ veritati adeò quòd ab ea dimoueri non poſſunt,nec minis,nec cruciatibus,nec morte, vt teſtatur idem Dionyſius in eodem capite vbi inquit,Eum,qui in veritate credit iuxta ſcripturę fidē nihil remouebit à veræ fidei autore,in quo conſtantiam inſuperabilem & immutabilitatem in corde verè credenti operatur. Et hanc fidei inſuperabilem conſtantiam , ſancti duces noſtri Apoſtoli in cordibus verè ſanctorum per prædicationem altè infigebāt qua inuicta conſtantia fideliſsimi Chriſti milites armati omnes hominum contemptus,ludibria, riſus, verbera,carceres,pectines,accenſas faculas, decerpentes vngulas, flagra, crates ferreas,quibus ſupra ardentes prunas verſarentur aſſati, accenſas fornaces, ſcorpionum ſagittas, rotas,nouaculas, eculeos, viliſsimas cruces, leonum truculentiſsima ora , & omnium tormentorum machinamenta, quæ quis Mezentio & Buſiride crudelior, ſuggerente humani generis hoſte excogitare poterat contemnebant & calcabant, omnibusque ſuperatis per inuictam conſtantiam fidei victores euadebant. Denique, vt diuus ibi inquit Dionyſius, noſtræ diuinæ ſapientiæ principes ac duces ſcilicet Apoſtoli pro fidei veritate moriuntur,omni die teſtimonium perhibentes, vt dignum eſt verbo & omni opere, ſingulari ac verè Chriſtianorum ſcientiæ, omnibus hanc eſſe & ſimpliciorem & diuiniorem,imò ipſam eſſe ſolam & veram & vnicam & ſimplicem diuinam notionem. Conſtat igitur quomodo alię allegatæ diffinitiones concordant cum Paulo, aut ſecundum partem, vt ea quę eſt Auguſtini,& Damaſceni, aut ſecundum totum, vt ea, quæ eſt Dioniſij, & ſic ſola Pauli ac Dioniſij diffinitio eſt perfecta.

Fides eſt ſpecialis habit⁹ intellect⁹ ab omni alio diſtinctus.

Quantùm ad tertium,aſsignata ac per ſingulas particulas declarata fidei diuinæ diffinitione,quoniam vera diffinitio differre facit diffinitū à quolibet alio declarādū eſt quo modo ex prędicta Pauli diffinitione differt fides à quolibet alio habitu intellectus. Tu igitur aduerte ꝙ habitus ſpeculatiui intellectus communiter aſsignātur hoc modo,opinio fides,ſcientia,ſapientia,intellectus. Prudentia autem & ars ad intellectum practicum ſpectāt,vt docuimus in 6.Ethicorū.Et quoniā fides inter habitus ſpeculatiuos locatur,ideo ſufficit aſsignare eius differentiā à cęteris habitibus ſpeculatiuis.Conſtat enim,ꝙ differt à prudentia & arte,quoniam practicum & ſpeculatiuum, cùm ſint oppoſitarum rationū, non poſſunt coincidere,vt declarauimus in 6.Metaphyſicę. Primò igitur ex hoc,quòd dicitur ſubſtantia rerū ſperanda rum ſimpliciter,inter quas præcipua & vltimum ſperatum eſt æterna beatitudo ꝓſiſtens in Deo vno & trino clarè viſo & delectabiliſsimè poſſeſſo,diſtinguit fides diuina ac Chriſtiana à fide ſumpta,primo,& ſecundo, & tertio, & quarto modo, vt docuimus in primo capite huius tractatus : fides enim illis modis accepta non ordinatur directè & in ſpecie ad æternam beatitudinem ſperatam, tanquam primū & ſolidum principium ac fundamentum,ſed ad illos fines, quos in primo capite manifeſtabimus.

Secundò ex hoc ꝙ dicitur eſſe argumentum, id eſt conuincens intellectū indubiè & immobiliter aſſentire rebus diuinis non apparentibus , id eſt quæ nō poſſumus humana

Fides ab opinione diuerſa eſt.

inquiſitione dignoſcere,diſtinguitur ab opinione. Opinio enim licet inclinet intellectum ad aſſentiendum alicui cōcluſioni non tamen indubiè & immobiliter , ſed cū formidine,ne fortè pars oppoſita ſit vera. Vnde opinabilia dicūtur quę pro vtraque parte habent rationes perſuaſibiles ac probabiles,vt cęlū eſſe ex quatuor elementis,& ſphæras cęleſtes eſſe,octo,aut nouem,aut decem.Cùm igitur de ratiōe fidei ſit prębere conſenſum immobilē & ſeruare, aliter vera fides non eſt.Qui enim hæſitat fidelis non eſt,ſed incert⁹, ac mente vagus.Vnde Iacobi primo, Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.Qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris,qui à vento mouetur & circunfertur, conſtat, quòd diſtinguitur ab opinione,ex conſequentia ſuſpicione & dubitatiōe, quoniam hæc non ſtant cum certitudine aſſenſus.

Fides diſtinguitur à ſcię tia,& ſapię tia.

Tertiò ex hoc,ꝙ dicitur non apparentium diſtinguitur à ſcientia,quæ eſt habitus concluſioni per demonſtrationem acquiſitus:& à ſapientia, q̄ verſatur circa altiſsimas cauſas ex humano diſcurſu & ab intellectu,qui eſt habitus primorum principiorum,quæ ſunt nobis naturaliter nota ex primo Poſteriorum. Hæc enim omnia euidentiam & claram notitiam requirunt de rebus,circa quæ verſantur,fides autē ineuidentiam includit,qm̄ credimus,quę non videmus. Vnde fides eſt ſuperior opinione,quoniam opinio neque certitudinem,neque,euidentiam includit.Scientia autem & ſapientia & intellectus & certitudinem,& euidentiam dicūt: fides verò certitudinem,ſed non euidentiam,ideo ſuperior eſt opinione,& inferior ſcientia & ſapientia & intellectu. Propter quod aliqui ſic diffiniunt eam.Fides eſt animi certitudo de abſentibus,id eſt non manifeſtis,ſuperior opinione & inferior ſcientia.Patet igitur qūo differt fides à Paulo diffinita,à quolibet alio habitu intellect⁹ propter quod eſt vera & completa diffinitiō.

Num fides ante Chriſtū fuerit ī alijs quā in Hebræis & poſt Chriſtum in alijs quā in Chriſtianis fonte baptiſmi renatis.

Quantùm ad quartum inueſtigandum eſt ſi in alijs quàm in Hebræis,ante filij Dei humanationem,& poſt incarnationis myſterium ſi in alijs quàm in populo Chriſtiano inuenta eſt,aut inuenitur vera ac diuina fides:quā diffiniuimus. Tu igitur,aduerte ꝙ,vt inquit Diuus Dionyſius in libro de Cęleſti Hierarchia, capite nono , ante humani generis per Dei filium reparationem,ſolus Iſraëliticus populus Dei veri notitiam & cultum aſſecutus eſt.Vnde inquit Diuus Dionyſius:Solus autem fermè Iſraël prę omnib⁹ ad veriſſimi domini intelligentiam cognitionémque cōuerſus eſt. Vñ Iſraëliticam plebem ſeſe diuino cultui deuouiſſe,illámque hæreditario iure ſuſcepiſſe ſacra ſcriptura indicat dicens:Quādo diuidebat altiſſimus gentes,quādo ſeparabat filios Adā, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſraël.Alia litera habet,Iuxta numerum angelorum Dei(qđ qūo intelligendum ſit,tibi manifeſtabitur parum infrà)Pars autem domini populus eius , Iacob funiculus hæreditatis eius.Inuenit eum in terra deſerta in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis.Circunduxit eum & docuit,& cuſtodiuit, quaſi pupillam oculi ſui.Dominus ſolus dux eius fuit,& non erat cum eo Deus alienus.Ex quibus conſtat ex omnibus nationibus ſolum Hębræam nouiſſe,coluiſſéque verum Deum ex lege ſpecialiter ſibi data ꝓ Moſem,licet & ipſe populus Dei ſæpius Deum verum dereliquerit,ad idololatriam conuerſus,vt teſtatur Moſes in Deuteronomio,cap.31.vbi inquit in perſona Dei:Populus iſte conſurgēs fornicabitur poſt deos alienos in terram,ad quam ingredietur,vt habitet in ea, ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus,quod pepigi cum eo,&c.

Hebræus populus curſolus electus ad diuinum cultum.

Sed dices.Quid eſt cur ſolus Hæbræorū populus ad Dei veri diuinarúmque rerum intelligentiam deductus ſit. Rūdet Diuus Dionyſius in cap.9.de Cæleſti Hierarchia , ꝙ nō oportet imputare diuinæ,ac iuſtiſſimę ,uidentiæ,neq; angelis rectiſsimè gubernantib.ſi gentes alię ad eorum,qui dij profectò non ſunt,culturā deuolutę ſint,ſed ipſimet in primis,qui ,prijs motibus à recto calle,quo ad Deum aſcēdere poſſent,deuiarūt.Cuius perniciosiſſimi erroris cauſa fuit amor ſui,atque ſuperbia,& eorum cultura,quę aliquid diuinum habere putauiſſent,vt Solem & aſtra.Huius rei crimen etiam ipſi Hebræorum populo impingitur.Dicit enim ſcriptura,Scientiam Dei repuliſti, & poſt cor tuum ambulaſti. Quod autem nec Deo,nec eius ,uidentiæ,nec angelis gubernantibus id imputandum ſit,patet ex eo,quòd,vt inquit Diuus Dionyſius,vbi ſuprà,diuina bonitas ſingulis gentib⁹ angelos particulares diſtribuit,quorum interna ſuaſione atque aperta doctrina ad vnius veri Dei notitiam & cultum perducerentur.De qua angelorum diſtributione dicit Dionyſius intelligendum eſſe illud Deut.cap.32. Statuit altiſſimus terminos gentium,iuxta numerum angelorum. Quaſi dicat,Singulis gentib.deputauit ſpeciales angelos cuſtodes & curatores.Vnde ī Daniele capit. 10. memoratur Angelus princeps Perſarum,& princeps Græcorum,& Michaël prīceps populi Hæbræi. Non ſolùm autem diuina bonitas de angelis cuſtodib.aliarum gentiū ,uidit, ſed & ſanctiſſimos viros ad eas miſit,vt eorum ſapientia ac doctrina atque ,pbitate vitæ,cęcas gentes ad veri Dei cultum & notitiam traherent,ex quibus fuit Melchiſedech pontifex Deo cariſſim⁹ qui non inanium deorum,ſed altiſſimi,æternique Dei ſacerdos fuit. Non enim ſine ratione, viri ſapientia diuina illuſtres,Melchiſedech non modo amicum Dei ſed & ſacerdotem appellarunt,vt apertè indicarent,non modo ipſum ad verum ſempiternúmq; Deū eſſe conuerſum,verùm & cæteris ad veram & ſolam deitatem ,uehendis autorem ducēmque fuiſſe.Ioſeph quoq; Aegyptijs datus eſt ī doctoré vnius verique Dei,de quo inquit Dauid in pſalmo:Miſit ante eos virum,ſ.Ioſeph,vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum & ſenes eius prudentiam doceret, id eſt ,notitiam & cultum veri Dei. Daniel autem velut alter angelus datus eſt

Baby

Babyloniis,vs eorũ cæcas mẽtes illuminaret, & abiecta fal
sa idololatria,Deũ verum colerent.Constat igitur,quomo-
do diuina illa bonitas & prouidentia nõ modo Israëlem,
sed & cęteras gentes per angelos,per sanctissimos viros,at
que Prophetas ad sui notitiã & cultũ,& vitæ probitatẽ tra
here curauit:salua tamẽ humanæ volũtatis libertate. Vnde
Paulus ad Timo.in prima epistola,cap.2.Deꝰ vult oẽs homi
nes saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Et in actis
Apostolorum,cap.10.inquit Petrus.In veritate cõperi, ꝙ
non est personarum acceptor Deus,sed in oĩ gente, qui ti-
met eum,& operatur iustitiã,id est iustè,vt dictat recta ra
tio,viuit,acceptus est illi,Et quidem,ꝙ ante filij Dei huma
nationẽ diuina fides,de qua loquuti sumus,etsi non vniuer
saliter in alia natione præterquàm in Israële obseruata fue
rit: in particulari tñ quàplures inuenti fuere fideles, vnius
veriq; Dei cultores:vt Iob,qui non de populo Israël, sed
de populo Esaũ,regnauitq; in Edom,& fuit septimus rex
in Edom,vocatúsque erat Iobab,vt scribitur in argumẽto
super librum Iob.Sibyllæ etiam hanc nouerunt fidem,de ꝙ
bus Diuus Augustinus in his,qui de Ciuitate Dei, & in ser-
mone de natali admirabile perhibet testimoniũ. Nã de in-
carnationis mysterio scribentes potius Euangelistæ quàm
vates censendi sunt.Et quamplures ex gentilibus atq; Phi-
losophis,qui Deum verum ex ordine Vniuersi cognoscere
potuerunt:& genus humanum curantem infallibili ac suffi
cientissima ꝓuidentia,hanc fidẽ habuisse censendi sunt ex
reuelatione diuina eis facta de futura Dei filij incarnatio-
ne.Vnde refert Diuus Thomas in 2.secũdæ quæstio.secũda
articulo septimo,ad tertium,ꝙ in Romanorum istoriis le-
gitur tempore Constantini Augusti,& Hirenæ matris inué
tum fuisse sepulcrum,in quo iacebat defunctus aureã lami
nam habens in pectore sic inscriptam:Christus nascetur ex
virgine,ego in eum credo,O Sol sub Constantini & Hire-
nę tẽporibus iterum me videbis. Potuerunt etiam saluari
ante mysterium incarnationis adimpletum illis,quibꝰ reue-
latio facta nõ fuit de Dei filio Christo saluatore,modò cre
derent Deum esse:& iustissimum prouisorem ac remunera
torẽ iuxta Pauli doctrinam ad Hebræos,vbi inquit:Credere
enim oportet accedentẽ ad Deũ,quia est, & quòd inqui
rentibus se remunerator sit.Nã in hoc, ꝙ credũt explicitè
Deũ verum esse,credunt implicitè, quæ in Deo sunt: vt ꝙ
est trinus & vnus,ꝙ est omnipotens,ꝙ creator omniũ, &c.
In hoc aũt,quòd credunt explicitè diuinam prouidentiã,
credunt implicitè Deũ esse humani generis liberatorem se-
cundum modos sibi placitos & sapientiæ suæ conueniẽtes:
nec plura obligabantur credere.Vnde Plato &,cęteri Philo
sophi cognoscẽtes Deum,& defendentes diuinam curã cir
ca humanũ genus,sicut apertè defendit Plato in libris dele
gibus,vt manifestauimus in tractatu primo Epitomes mora
lis Philosophiæ Platonicæ saluari potuerunt:modò ad ido
lolatriam nec se nec alios conuerterint.

Hæc dicta sint de diuina ac vera fide ante mysteriũ incar
nationis.post cuius consummationem indubiè tenendũ, so
lùm eos,qui explicitè credunt in Christum Saluatorẽ cum
articulis symboli solennizati in ecclesia catholica, habere
diuinã fidem sufficientẽ ad salutem. Et quoniã solus Chri-
stianus populus ista profitetur,ideo solus saluatur:ex quib.
corrollariè sequitur,nullum ex Hebræis obstinatis præcisè
in obseruãtia legis Mosaicę posse saluari:nam lex illa nõ ab
solutè,sed vsque ad Messiam data fuit,& non vltrà,in cuiꝰ
signum dicit scriptura,Deuteronomij ca.18.Prophetã susci
tabo eis ex medio fratrũ suorũ similẽ tui: & ponam verba
mea in ore eius, loqueturq́ue ad eos omnia quæ præcepe-
ro illi.Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo
audire noluerit,ego vltor existam.Et quoniam Dei filio hu-
manato,qui est propheta prædictus in lege promissus crede
re noluerũt,nec audire,nec eiꝰ diuina opera attẽdere, ideo
sunt extra salutis semitam nec excusabiles.Vnde Io.c.15.di-
cit:Si nõ venissem,& locutus eis nõ fuissem,peccatũ nõ ha
berẽt,nunc aũt excusationẽ nõ habent de peccato suo.Qui
me odit,& patrẽ meũ odit.Si opera nõ fecissem in eis, quę
nemo alius fecit,peccatũ non haberent.Nũc aũt & viderũt
& oderunt,& me & patrem meũ: ex consequẽti sunt extra
verã fidẽ & salutis viam.Quantùm aũt ad Gentiles dico, ꝙ
post promulgatã fidẽ per Apostolos, quotquot de ea infor-
mari potuerunt,nisi credant & ꝓfiteãtur singulos fidei ar-
ticulos:saluari nõ possunt:nã Marci vltimo misit Iesus Apo
stolos ac discipulos in vniuersum mundũ, vt docerẽt oẽs
gentes seruare q̃ mãdauerat eis seruãda & sententiã ꝓtulit
dicẽ:Qui nõ crediderit, cõdẽnabitur à qua sentẽtia nullꝰ
excipitur.Vnde in actis Apostolorũ.c. 4. Non est aliud no-
men sub cælo inquo oporteat nos saluos fieri.& cap. 10.in-
quit Petrus,Præcepit nobis prædicare,& testificari:ꝙa ipse
est,ꝙ constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.
Hinc omnes ꝓphetæ testimoniũ perhibent remissionem
peccatorũ accipere ꝑ nomẽ eius,omnes q̃ credẽt in eum.

Notanter autẽ dixi post promulgatã fidem ꝑ Apostolos
in omnẽ terram:qm̃ post Saluatoris passionẽ, & in cœlum
ascensionem Apostoli non statim exierunt de Iudæa ad prę
dicandum Gẽtibus, nisi post quàm Hebræi eos audire no-
luerunt:tunc Spiritu sancto duce decreuerunt relicto popu
lo incredulo ad Gentes se conuertere, eásque verã fidẽ &
salutis viã docerę iuxta Euangelicã doctrinam:relicta an-
tiqua lege quo ad cęremonialia & iudicialia.Vnde in actis
Apostolorũ c.13.inquit Paulus:Vobis oportebat primũ loq
verbum Dei:sed qm̃ repellitis illud,& indignos vos iudica
tis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad Gentes.Sic em̃ præ-
cepit nobis dominus:Posui te in lucem Gentium, vt sis sa-
lus mea vsque ad fines terrę.A principio igitur prædicatio
nis Euangelicæ vsque ad eius finẽ: qui nondũ in ea eruditi
fuerunt ex gentibus,modò viuerent ſm rectam rationem,
Deũ & eius ꝓuidentiã circa humani generis salutẽ firmis-
simè credẽtes, ꝓfectò erãt ĩ statu salutis:nec eis diuina bo-
nitas defuit,quin in sacra & Christiana fide erudirentur ꝑ
nuncios diuinos diuinitꝰ admonitos:sicut legimus in actis
Apostolorum c.8.de Eunucho reginæ Candacis Aethiopũ:
ad quẽ diuino spiritu missus est Philippꝰ ꝙ in fide Iesu Chri
sti eruditum eũ,& baptizauit: & de Cornelio Centurione
gentili super Italicã cohortẽ.De quo legimus in actis Apo
stolorũ,ca.10.ꝙ erat vir religiosus & timens Deũ cũ omni
domo sua faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans
Deũ semper.Ad hunc missus est ꝑ Angelũ Petrus ex Ioppe,
& ipsum ac domũ eius in fide instruens baptizauit.Et tunc
dixit Petrus:In veritate comperi,ꝙa non est personarũ ac-
ceptor Deus,sed in omni gente,ꝙ timet eũ,& operatur iu-
stitiã,acceptus est illi. Post consummationẽ autem prędica
tionis Euangelicæ,cuius sonus,& verba exierunt in omnẽ
terrã,q̃cunque audierunt & credere noluerunt, sed in suis
erroribus ꝑmanserunt idololatrantes,aut prius quidẽ cõ-
uersi sunt ad Christum,sed non ꝑseuerarunt apostatantes,
quemadmodũ gentes prius Christianæ deinde ꝑfidissimi
Machumeti erroribus inuolutæ, iam sunt extra salutis viã,
finisque eorũ est æterna damnatio & mors secunda, iuxta
ꝓphetiam Ioan.in Apocal.cap.11.vbi sic inquit,Timidis, &
incredulis,& execratis & homicidis,& fornicatoribꝰ.& vene
ficis,& idololatris,& omnib. mẽdacibus pars illorũ erit in
stagno ardenti igne & sulphure,quod est mors secunda.

Sed hic oritur dubiũ,ꝙ ꝓ maiori parte fideliũ animos
perturbat.Est autẽ tale,Si diuina sapientia disposuit post in-
carnationis mysteriũ solã Christianã fidẽ esse viã ad ętер-
nã beatitudinẽ,profectò debuit declarare omni nationi, q̃
sub cœlo est,ꝙ hæc est vnica vera fides, & aliæ quęcunque
sectę sunt deficiẽtes & erroneæ quod tñ nõ declarauit. Nã
Iudæi & Machumetani adeò legibus suis inhærent,ꝙ cre-
dunt indubiè in earum obseruantia saluari,& martyriũ su-
stinerent. Existimantq́ue se mereri,si quem ex Christianis
trahunt ad eorũ sectã,Non ergo videtur diuina sapiẽtia in
hoc bene disposuisse,s.ꝙ decreuerit Christianam legem ac
fidem fore vnicam salutis viã,& tamen permittat penè in-
numerabiles viuere in diuersarum legum erroribus.

Ad hoc dubium qđ profectò difficillimum est tria dicẽ-
da sunt ꝓ eius solutione,quantũ fas est humano ingenio.

Primò omni timore ꝓcedendũ est in his q̃ nostri intel-
lectus facultatẽ superant ꝑcipuè q̃ Deus facit supra meri-
tũ nostrum:inter q̃ ꝓpositũ dubiũ numeratur. Nã quę na-
turales causas habẽt,determinare possumꝰ.Vt ꝓpter qd in
verè floribus & frõdibus decoratur terra,& fructꝰ in ęsta-
te ac autũno maturescũt. Vnde ꝓueniũt solstitia & ecli-
pses,&c.Quæ aũt à sola Dei sapiẽtia & volũtate pẽdẽt,cõ-
prehẽdere nõ possumꝰ, nisi nobis reuelatũ fuerit, vt ꝓpter
qd mudũ creauerit in tpe,cũ potuerit ab æterno creare?ꝓ
pter qd mũdũ filij sui passioe redemerit cũ aliis modis po
tuerit?Vnde Paulꝰ ad Ro.11.diuinæ sapiẽtiæ altitudinẽ ad-
mirãs inqt:Cõcludit Deꝰ omnia ĩ credulitate, vt omnium
misereat.O altitudo diuitiarũ sapiẽtiæ & sciẽtię Dei,q̃ ĩcõ
phẽsibilia sunt iudicia eiꝰ,& inuestigabiles viæ eiꝰ, Quis em̃
cognouit sensum Dñi,aut qs cõsiliariꝰ eiꝰ fuit,aut qs prior
dedit illi & retribuẽt ei,Qm̃ ex ipso & ꝑ ipsũ & ĩ ipso sunt
omnia.ipsi honor & gloria ĩ secula. Nõ ergo mirũ,si fortè
ꝓposito dubio ad plenũ satisfacere nõ poterimus, conabi-

culorum fi-dei cõfessio-ne.

Nullus ex Hebræis in legis Mosaicæ obseruan tia præcisè saluari põt.

Nullus Gen tilium post promulgatã fidem salua reperitur ab-sq; ex pli-cita arti-

Si sola fide saluari põt humanũ ge-nus, cur Deꝰ ꝑmittit tot in sua mala fide & erro ribus plena perire.

mur tamen aliquas rationes menti consentaneas afferre.

Homines in sua fide viuentes bifariam considerari accidet quòd ad vires naturæ & vt in legibus suis assueti, & erudi.

Tu igitur aduerte, quòd Iudæus, & Machumetan⁹, & reliquæ infidelium sectæ dupliciter considerari possunt: primò in suis meris naturalibus. s. in quantùm vigent intellectu & lumine rationis naturalis & facultate liberi arbitrij, in qua à deo instituti sunt iuxta illud Ecclesiastici cap. 15. De⁹ ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõ filij sui, Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabũt te, & in perpetuum fidẽ placitam, scilicet Deo seruare apposuit tibi ignem & aquã. Ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem mors & vita: bonum & malum. Quod placuerit ei dabitur illi. Nemini mandauit impiè agere: & nemini dedit spatium peccãdi. Non enim concupiscit multitudinẽ filiorum infidelũ & inutilium. Secundò inquantum enutriti ac consueti in legibus suis. Stante hac distinctione dicendum ac iudicandum de illis, sicut Auicenna loquitur in nono suę Metaphysicæ, de eo cui ineſt lingua & palatũ bene dispositum: & de eo ꝙ econtrario est dispositus: quoniam scilicet linguam habet aliquo humore vel sapore peccante malè dispositam, vt in febricitante vel paralytico. Certum est enim ꝙ primus iudicabit de omni saporis specie sicut est, putà dulcia esse dulcia, & amara, amara. Secundus autem falsè iudicabit: existimabit enim omnes sapores, quos gustauerit tales esse: qualis est ille, quo lingua eius infecta est. Sic in proposito: si Iudęus & Machumetanus cæterique infideles, præcisè starẽt in rationis lumine, & nõ essent obtenebrati velamine passionum, præcipuè iræ, odij, & inuidiæ, aut corporalibus delectationibus, quibus vt bruta feruntur, cognoscerent vtique eorum errores: Iudæus quidem cognosceret se malè scripturæ sacrę dicta exponere, quibus declaranturin Deo per sonarum trinitas, & Messiam iam aduenisse, & mundũ passione Christi redimendũ. Verùm obstinatio & dura eorum ceruix, ac inuidia corda eorũ excæcauit, factiq; sunt ex malitia ignorantes: velamen super eorũ corda, id est, intellectũ habentes, donec ad Christum conuertantur. Vnde Paulus secundæ ad Corint. 3. inquit. Obtusi sunt sensus eorum vsque in hodiernum diẽ: idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum quod in Christo euacuatur, id est, per fidẽ Christi aufertur, sed vsque in hodiernum diem velamen positum est super cor eorum. Cùm aũt conuersus fuerit, s. Israẽl ad Deum, auferetur velamen. Similiter nisi Machumetani in terrenis diuitiis ac corporis obscœnis voluptatibus demersi essent, ad uerterent profectò Machumeti legẽ erroribus refertam. Sed velut bruta vẽtri & veneri indulgentes cæcitate mentis percussi sunt: nã, vt verè tradunt historiæ, lex illa à malo ꝓceseisit autore: fuit eñ Machumetus homo pessimus, inhonest⁹, epileptico morbo laborans. Prætereà in lege sua nulla sunt facta miracula. Vndę cùm Machumentani interrogarent cur non agebat miracula, sicut fiunt in lege Christi: respondit in Alcorano quòd Christo data est miraculorum virtus, quibus mundũ conuertere, sibi verò potestas gladij: & hac de causa præcepit in lege sua sectam suam non nisi gladio defensandam. Vnde suæ sectæ sacerdotes quoties in ambone populum ad obseruantiam legis exhortantur: nõ ratione, non propter, felicitatem veram, sed vt gladium effugiant exclamant: Estote in lege fideles, & gladiũ euaginatum manu tenẽtes horribiliter clamant: Hoc: ferietur qui Machumeti legẽ nõ seruat. Prætereà: Machumetus, ne deceptiones ac errores legis suæ agnoscerentur, studium philosophiæ sectatoribus suis prohibuit: aduertens, ꝙ populi vera philosophia illuminati eius fallacias ac nugas detegerent, & tunc vt vanã & pernicioſam legem suam despicerent. Sicut fecerunt Auicenna & Auerroes: qui cùm essent Machumetani, postquàm in philosophia instructi fuere, legem eius despexerũt ac cõtra eam scripserunt: vnde Auicenna in libro nono suæ Metaphysicæ despiciens finem legis Machumeti, scilicet, positionem felicitatis, inquit, Et tu scis delectationes corporum & gaudia quid sunt. Lex enim, quam dedit Machumet⁹, ostẽdit dispositionem felicitatis & miseriæ quę sunt secundum corpus: sapientibus verò theologis multo maior cupiditas fuit ad consequendum veram felicitatem quàm felicitaté corporum: quę quamuis daretur eis, non tamen appretiati sunt eam comparatione veræ felicitatis, quæ coniũcta est primæ veritati, id est, quę stat in vnione intellectuali primę veritatis: qui est Deus benedictus: hęc ille. Prętereà Machumetus multa vt principia bonę vitę moralis immiscuit in lege sua, quę viuenti secundum rectum rationis iudicium, & non deprauato, ex effrenatis concupiscentiis statim falsa apparent vt est illud, Si qs desiderat cum aliqua muliere coire, & non conatur ac studet desiderium suum consequi, peccat. Prætereà mandauit quemlibet fatuum ac furiosum honorari, ac ꝓ sancto haberi & dixit, quòd ideo vt in pluribus inordinatè ac sine ꝓpositio loquuntur, quoniam eorum mens semper versatur circa diuina. Prætereà in Alcorano instituit fieri legata pro catis nutriendis: & ꝙ plures catos nutriret, magis mereretur; quod vtique stultũ est. Constat igitur, quòd si legis Machumetanæ obseruatores depuratum ac syncerum rationis iudiciũ haberent, nec permitterent se diuitiis ac voluptatibus excæcari comperta legis illius stultitia, non persisterent in ea. Verùm quoniam, vt diximus, malè affecti sunt ex diuturna consuetudine, quã rationi præferunt: ideo vt infirmi non retinent verum iudiciũ, quo discernant quid veri & quid falsi in lege eorum continetur. Et hoc idẽ innuit Auicenna in libro nono suę Metaphysicę, veluti seipsum & alios Machumetanos redarguens, cùm dicit: Sed ꝙ nos in hoc nostro seculo & hoc nostro corpore demersi sum⁹ in multa turpia, ideo nõ sentimus illã delectationem, scilicet, spiritualem, nec inquirimus eam. nec trahimur ad eam, nisi prius deposuerimus à ceruicibus nostris iugum voluptatis & iræ & sororum earum, id est, aliarum voluptatũ. Tunc remouebitur paralysis, & speculabimur verã delectationem, quæ est apud regem seculorũ, qui est Deus benedictus: hæc ille. Patet autem ex his quæ diximus in prima parte, ꝙ Christiana lex & fides nullũ inconueniens, nullumque falsum huiusmodi cõtinet: ideo rationabiliter tenemus fidem nostrã esse vnicum modum ad salutem.

Culpa est hominum si pereant in sua fide.

Machumet⁹ cur miracula non fecit.

Machumetani quomodo ad legis suæ obseruãtiam homines hortentur.

Fides quo omnibus nationibus sit manifestata

Ad argumentũ ergo præpositum in principio dubij dicitur quòd fides nostra omnibus sufficienter manifestata est non solùm ꝓ Apostolos, sed prophetia aliqua, aut fama miraculorũ. Et quotidie manifestatur cuilibet infideli quantũ sit ex parte Dei. Inditũ est eñ cuilibet homini naturale rationis lumen, quo iudicare potest quid consonũ & nõ consonũ rationi sit ad bene viuendum: & si infideles lumẽ illud aduerterent, iuuarẽtur à Deo: & liberarẽtur à perfidia sua. Nã vt Theologus tenet, si diuina bonitas nõ deficit homini in necessariis naturalibus, vt in cibo, potu & veste: multominus in mediis opportunis ad salutem. Vocat eñ, inspirat, & illuminat quantũ sit ex se omnem hominẽ in hunc mũdum venientem. Vnde Apocalyp. cap. 3. sic ad infidelẽ loquitur: Dicis, quia diues sum & locupletatus & nullius egeo. Et nescis, ꝙ tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus: suadeo tibi emere à me aurũ ignitũ ꝓbatum, id est, verã viuendi legem & sapientiã, vt locuples fias: & vestimẽtis albis induaris, vt nõ appareat confusio nuditatis tuæ: & collyrio iunge oculos tuos, vt videas. Ego quos amo arguo & castigo: æmulare ergo, & pœnitẽtiam age. Ego sto ad ostium, s. cordis, & pulso per internam inspirationem. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum: & cœnabo cũ illo: & ipse mecum, id est, inueniet gratiam meã, & beatificabo illum. Constat ergo, quòd Deo non est imputandũ, si infideles ꝑmanent in erroribus suis, sed suæ malę consuetudini, Nam diuina prouidentia liberè coagit homini ad salutem: nec vult eum cogere: quoniam creauit eum in libertate naturæ.

Sed dices: si Deus stat ad cor infidelium, & ad verã legẽ ac rectam viuendi regulam inspirat, cur mundus pro maiori parte sequitur legem Machumeti?

Cur plures viuunt extrà legẽ & fidẽ Christi.

Respõdeo, & quęro à te cur ex Christianis plures sunt mali quàm boni? Nã si ex eo, ꝙ plures sequuntur legẽ Machumeti quàm Christi, vis arguere legem Machumeti esse verã: eadẽ ratione sequitur dæmonẽ esse meliorem ac maiorem Deo: plures nanq; Christiani sequũtur dęmonẽ quàm Deũ. Nõ ergo potes ex hoc cõcludere legẽ Machumeti esse verã, sed cõcludere iuxta dictũ Seruatoris Matt. ca. 7. ꝙ lata porta & spatiosa via est, quæ ducit in ꝑditionẽ. & multi intrant ꝑ eã, Angusta verò porta & arcta via, quę ducit ad vitam, & pauci inueniunt eã: latam viam gentes ambulant: ideo Seruator ꝓhibuit Matt. 10. dicens: In viã Gentiũ ne abieritis: quasi dicat, ꝙ quã vt deliciosam ꝓ maiori parte homines ambulãt. Viuunt eñ & operantur sm̃ sensum, declinãtes à veritate & rectę rationis iudicio. Propterea non est mirandũm, si pauci legem Christi, & plures legem Machumeti sensualem ac voluptuosam imitantur.

Quo pacto saluẽtur infideles interiores fidei domestici in Christũ credentes.

Sed dices: Supposito, ꝙ sola Christi lex & fides medium sit ad salutẽ, nunquid aliquis viuens inter Gentiles abstinens se ab idololatria & operibus malis à qbus ratio dicat abstinendum, nesciens tamen credenda in lege Christi, quoniam

ri fidei dono in Christum credentes.

quoniam forte de illis nō intellexit, vel ſi ſcit, corde ſeruat ea, permanens tamen occultus propter metum paupertatis, aut mortis, poteſt ſaluari.

Reſpondeo, & primò ad primum dico, quòd multos inter infideles eſſe verè fideles ac Chriſtianos corde & ꝓposito, & fortè gratiores Deo quàm multi ex baptizatis aqua, non eſt incōueniens. Qui præuio bono cordis motiuo erga Deū eum cognoſcunt & colunt & ſupplicāt vt primū oīum principium & omnis boni bonum, & iuſtum bonorū remuneratorem, ac malorum iudicem, qui & dictamen rationis rectæ ſequuntur, cuius principium vniuerſaliſſimum eſt: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: & quod tibi vis fieri, age tu alteri. Qui & ſubmittunt voluntatē ſuam diuino beneplacito, parati aſſentire, quæ Deus ſibi reuelauerit: aut interna inſpiratione monuerit. Hos Deus ſpiritu ſancto baptizat. Suntq́ excuſabiles donec in credendis Chriſtianis articulis per Chriſtum promulgatis, aut per Angelum, aut per hominē Dei nuntium eruditi fuerint. Nam ſi nō ſic eſſet ignorantia penitus inuincibilis, & oīno inuoluntaria eſſet, ad culpā. Quod vtique falſum eſt cōmuni omniū rectè ſentientiū ſententia. Et Deus homini ſic bene diſpoſito viā ſalutis præcluderet: quod non eſt fas attribuere bonitati diuinę, cuius miſerationes ſunt ſupra omnia opera eius: nec aliud quærit à peccatore, niſi vt conuertat & viuat. Nec obſtat, ꝙ nō credunt credenda in Chriſti fide: qm̄ vt ſupponit de illis notitiam nō habent. & ſufficit, ꝙ non affirmant oppoſitum, donec in eis eruditi fuerint. Sunt ergo huiuſmodi Chriſtiani ac fideles ſecreti viuentes inter infideles nō tamen infideliter. Prætereà, Non reputant apud nos hæretici, q ſentiunt aliquod fidei contrariū: ſed q proteruè & obſtinatè ſic ſentiūt. Nā multæ vetuſq & homines ſimplices Deo ſunt gratiſſimi: qui tamē ſua ſimplicitate multa fidei cōtraria dicunt & tenent, vt trinitatem eſſe ſanctam mulierē, & accidentia panis ac vini eſſe verum Chriſti corpus & ſanguinē, & adorant ſanctorū imagines non diſtinguentes inter imaginē & rem cuius eſt imago. Si ergo, tales nō arguūtur crimine hæreſis: quia non obſtinato animo, ſed ruditate ſua ſic ſentiunt: nec iſti nominādi ſunt infideles, licet Chriſtū & eius legem ignorent, exercentes bona opera: excuſantur enim quandiu ignorant diuinas reuelationes & poteſtatē ac determinationem eccleſiæ. Quibus tamen ꝓſeueranti bus, diuina bonitas non deficeret, cauſando in eis veram & expreſſam fidem de credendis & ſpem & charitatem.

Non deſpiciendа ſimplicium & rudiū Chriſtianorum fides, & Dei cultus, quæ in rectę ſentientibus ac ſapientibus peccata & errores iudicarentur.

Tu tamē aduerte, ꝙ aliter, iudicandū eſt de ſic viuentibus & bonum operantibus in locis, in quibus aliàs diſſeminata & acceptata fuit Chriſti fides: vt in Aegypto, in Iudæa, in Africa, deinde per pſeudoprophetas, vt per Machumetū ſeducti receſſerunt à Chriſti lege, & ſuppoſuerunt ſe legi oppoſitę & erroneę: & de habitātib. ī remotiſsimis terræ partibus: putà, ad Meridiem ſiue Occaſum, vbi Chriſti fides nondū diſſeminata fuit, vt teſtantur inuentores mundi noui opera regis Portugaliæ nec ſub alia lege viuunt niſi lege naturæ. Nā illis habitantib. inter Machumetanos nō ſufficit Deū credere, & remuneratorē bonorū, & bene ac iuſtè viuere: ſed oportet legē Machumeti relinquere, eo ꝙ aduertere poſſunt nāli lumine in ea falſa multa & irrationabilia deprehēdere, vt declarauim⁹ ſuprà, & totis viri b. q̄rere eruditionem in fide Chriſti, in qua maiores ſui eruditi fuerunt: & ſucceſſores eorum non perſeuerarunt attracti cōcupiſcentiis & illecebris: ideo inexcuſabiles ſunt, & minus fuiſſet illis malū, ſi verā fidem nō agnouiſſent, quā poſt eius notitiā ab ea recedere. Vnde Seruator Lucæ 9. inquit. Nemo mittens manum ad aratrū, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Habitantibus autē in locis, ad quos Chriſtiana fides non aliàs peruenit, ſufficit credere & operari: ſicut credebant & operabantur, qui ex Gentibus ſaluati ſunt ante incarnationis myſterium: de quibus ſuprà loquuti ſum⁹, donec diuina bonitas per nuntios aut cœleſtes aut humanos de Chriſti fide eos erudiat.

Quanta ſit vis interioris fidei abſque illius exteriori oris confeſſione, ac deſenſione.

Quantum ad ſecundum dico, quòd qui nouit credenda in Chriſtiana fide, & corde illis adhæret, etiam quòd perſeueret occultus inter infideles, ſaluari poteſt. Iuſtificatur em̄ ex fide primò & non ex defenſione fidei: niſi ſubſequenter, quando, ſcilicet & vbi & gratia cuius oportet. Nam per internam fidem homo coniungitur diuinæ ac primæ veritati, efficiturque anima Dei ſponſa. iuxta Oſeæ Prophetæ capi. 3. Hæc autē deſponſatio & cōiunctio poteſt fieri ſine actuali, & exteriori cōfeſſione fidei Deus enim cor intuetur & nō labia. Vnde Hebræos reprehēdit Deus Iſaiæ 20. cū dicit Popul⁹ hic labiis me honorat, cor autē eorū lōgè eſt à me. Prætereà, Si cōfeſsio fidei eſſet abſolutè neceſſaria, multoties magis noceret fidelibus quàm ꝓdeſſet, vt puta quādo infideles perturbarent ac deuaſtarent populum fidelem ꝓuocati ad iram: & non ſequitur maius bonum.

Tribus caſibus nō ſat eſt fidelibus corde credere.

Tu igitur aduerte, quòd in tribus caſibus nō ſufficit corde credere, ſed oportet ore confiteri. Primò quando ex negatione confeſsionis fidei minuitur aut occultatur diuin⁹ honor. Hac de cauſa Vincentius Martyr fidē confeſſus eſt corā Datiano, & Laurentius corā Decio, Paulus & Ioannes corā Iuliano apoſtata. Secundo ꝓpter vtilitatem impendendā proximis ad ſaluté: vt quando quis publicè interrogatus de fide taceret, aut ore, etſi non corde negaret: & aſtantes crederent ipſum non eſſe fidelē, aut fidem nō eſſe veram. Tunc enim ſilentium ſuum aut negatio verteretur in detrimentum fidei. Tertiò quando alij diſpoſiti ad fidē habentes ipſum pro exemplo, & videntes eum tacere aut negare, auerterentur à fide. Nam eo caſu obligatur ꝓ ſalute proximorum ſe morti exponere iuxta doctrinam datam à Seruatore noſtro de bono paſtore, Ioan. capi. 10. Ego ſum paſtor bonus: Bonus paſtor ani mam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autē videt lupum venientem & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues. Paſtor quidem eſt ille, qui vt proximi ſui ſeruentur in fide, audacter interrogatus fidem confitetur. Mercenarius autem non curans de ſalute proximorum, vt ſaluet vitam, fidem. nō confitetur. Et hic eſt de quo inquit Seruator Ioan. 12. Qui amat animā ſuam, id eſt, vitam: perdet eā. In his caſibus tenetur Chriſtianus occultus manifeſtare ſeipſum, aliter autē non. Cuius ſignum eſt, quòd multi ex ſanctis, q perſecutionis tēpore latere curabant nō reprehenduntur, imò ex doctrina Seruatoris Matt. cap. 10. ſi perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugere debent in aliam, quando ſcilicet nullus prædictorū caſuum accidit.

Tu tñ aduerte, quòd quam plures ex ſanctis martyribus non expectantes ꝙ interrogarentur de fide à tyrannis, vltrò ſe manifeſtabant præcipuè, ſi vidiſſent Chriſtianos conſtitutos in tormentis deficere, ſicut legimus de Beato Sebaſtiano & Georgio. Verùm id non ex neceſsitate ſalutis, ſed ex ſpiritus ſancti feruore, quo velut inebriati ad Deum & æternam beatitudinem ꝓperabant. Verùm ſi accideret aliquis ex prædictorum caſuum, omnibus poſtpoſitis, etiā quòd ꝓturbarentur, & indignarentur, ac inſurgerent infideles, fides intrepidè cōfitenda eſt. Vnde vt legim⁹ Matt. cap. 15. cum dixiſſent diſcipuli Seruatori Phariſæos audito verbo ſcandalizatos fuiſſe, reſpondit, ſinite eos, ſ. ſcandalizari & iudignari, cæci ſunt & duces cæcorum. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT II.

De duplici fide, viua & mortua, & de triplici actu fidei, ſcilicet credere in Deum, credere Deo & credere Deum.

IN hoc ſecundo capite agendū eſt de duplici diſtinctiōe circa diuinam ac Chriſtianam fidem, quarū vna eſt circa fidem, vt eſt habitus & virtus à Deo in anima infuſa, altera circa credendi actum.

Fides viua & mortua.

Quantùm igitur ad fidē aduerte, ꝙ ex ſcripturis ſanctis elicimus dupliciter dici fidem diuinam & Chriſtianam, primò dicitur fides viua, ſecundo fides mortua. Viuam doctores ſancti appellant formatam, mortuā autem informem, formata eſt fides cum caritate, qua homo eſt carus & gratus Deo, & de condigno meretur beatitudinem. Vnde ſicut ſe habet anima ad hominem: ſic caritas ad fidem: nam ſicut anima viuit homo, & operatur opera hominis, qua remota nec viuit homo, nec operatur opera hominis, ſic caritate fides viuit, & ab ea ꝓcedunt opera viua vita gratiæ. Et ſine caritate fides non eſt viua, nec operatur opera viua vita gratiæ. Propterea ſicut in naturalibus homo ſine anima eſt homo ęquiuocè ex ſecūdo libro de Anima, ſic in ſpirituali ac myſtica vita fides ſine caritate eſt ſicut fides æquiuocè quo ad opera gratuita: ita ꝙ q̄cunque opera agit credere credēda niſi ſit cōſtitut⁹ in fide adiūcta caritate, nihil ſunt reſpectu æternæ beatitudinis. Quod ſignat Seruator dum dicit Ioannis 15. Manete in me, & ego in vobis, ſ. non ꝓ ſolā fidem, ſed per fidem cū caritate, Deus enim caritas eſt, & qui manet in caritate in Deo manet, & non per ſolā fidem. Nam Matth. 7. inquit Seruator contra eos, qui confidunt in ſola fide informi & mortua: Non omnis, qui dicit mihi, Domine, domine, id eſt, qui confitetur me dominū vniuerſorū, intrabit ī regnū cælorū, ſed q fecerit voluntatē patris mei, q in cælis eſt, facere autē voluntatē, eſt operari ex fide

&c

& caritate. Propterea q̃ fides sine caritate nihil sit ad ęternam beatitudinẽ, confirmat Paulus primę ad Corint. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferã: caritatem autem non habuero, nihil sum. Patet ergo quid sit fides viua, id est, formata caritate: fides autem mortua est, qñ quis credit indubiè oĩa credenda in lege Christi, sed permanet in peccato mortali, ex consequentiextra gratiã & caritatẽ: sicut adulter, aut vsurarius, aut odio habẽs irremisibiliter frarrem suũ. Hic quidẽ est sicut arbor, cuius radix est infecta quæ aut nullum, aut non bonum fructum facit: qui fructus refutantur à diuina bonitate, nec ei placiti sunt: de quibus inquit Isaias cap. 1. Cùm veneretis ante cõspectũ meũ, scilicet quasi fideles & profitentes legẽ meã, quis quęsiuit hæc de manibus vestris? Ne offeratis vltra sacrificiũ frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbathum & festiuitates nõ feram: & cùm extenderitis manus vestras auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Hucusque intẽdit de fide informi, & eius operib⁹: quęlicet apparenter sint bona, non tamen verè bona. De fide autẽ formata, & eius operibus, subiungit dicens: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere peruersè. Discite benefacere, &c. Præterea, quòd fides mortua homini non proficiat ad beatã vitam, manifestat Seruator Matth. 7. cùm dicit: Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine nónne in nomine tuo, id est, in fide tua prophetauimus, dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: quia scilicet fidem cum dilectione mea non habuistis, quę est fides viua.

De fide quidem viua & formata dilectione intelligitur illud Pauli ad Hebræos. 10. Iustus meus ex fide viuit, id est, iustus meus ex fide viua operatur opera viua, id est, meritoria & Deo grata. Itẽ illud Pauli ad Romanos 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Est eñ vi fides primum iustificationis principium: quoniam sine fide impossibile est placere Deo, ad Hebræos 11. Qui autem iustificatur, Deo placet: ergo iustificatio fundatur in fide viua. Itẽ illud ad Romanos quinto, Iustificati ergo ex fide pacẽ habeamus ad Deum per Iesum Christum, per quem habem⁹ accessum per fidem in gratiam istam: in quo stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

De fide autem informi & inani quò ad merendam beatam vitã, intelligitur illũd Iacobi secundo, Tu credis, quoniam vnus est Deus, benefacis: & dęmones credunt & contremiscunt: sed illis non proficit. Vis autem scire homo inanis, quoniam fides sine operibus ociosa? Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens filium suũ Isaac super altare. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est, id est, declarata est viua, & perfecta. Propterea scriptura dicit, scilicet Genesis cap. 15. Credidit Abraham Deo: & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellat⁹ est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantùm. Similiter & Raab meretrix, nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, scilicet populi Israël, & alia via emittens illos? Id autem legimus Iosue cap. 2. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Hæc Iacobus. Quæ autem sint opera, quę ostendunt fidẽ viuam, & sine quibus iudicatur mortua, & quæ iustificant hominem, declarabimus in parte sexta, vbi defendem⁹ sententiam ecclesię catholicę contra Lutherum. Cõstat igitur quomodo distinguitur diuina & Christiana fides in viuam, quam formatã diximus: & mortuã quę informis appellatur.

Quantùm ad actum credendi, qui ex fide prouenit, sicut amare ex amore, scire ex scientia, lucere ex luce, aduerte quòd Diuus Augustinus in libro de verbis Domini, & sup Ioannem, extraxit triplicem actum credendi circa primum fidei obiectum: quæ est prima veritas, id est, De⁹ gloriosus. Primus actus est credere Deum. Secundus est credere Deo. Tertius est credere in Deũ. De primo habemus ad Hebręos 11. Accedentem ad Deum, oportet credere, quia Deus est, & remunerator quęrentium eum. & Ioannis 6. Nos credimus, & cognouimus, quia tu es filius Dei. & primę Ioan. 5. Qui credit, quoniam filius Dei Iesus natus est ex Deo. De secundo habemus Genes. 15. Credidit Abrahã Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Et Exod. 14. Audiat me populus loquentem ad te, & credat mihi. Et secũdo Paralipomenõ c. 20. Credite i domino, & securi eritis. Et Ecclesiastici 2. Crede Deo, & recuperabit te. Et Io. 4. Si credieretis Mosi, crederetis forsitan & mihi.

Triplex fidei actus.

De tertio habem⁹ secundo Paralipomenon, cap. 16. Oculi domini contemplantur vniuersam terram, & prębent fortitudinẽ his, qui corde perfecto credunt in eum & cap. 20. Credite in dominum, & securi eritis. Et Ioannis cap. 2. Crediderunt in eũ discipuli eius. & capit. 3. Qui credit in filium Dei, non pereat, sed habeat vitã æternã. & ca. 6. Qui credit in me, nõ sitiet. & capit. 9. Tu credis in me: vsque ibi, Quis est domine vt credam in eum. & capite. 13. Creditis in Deum, & in me credite. Et primæ Io. 5. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.

Nunc autem declarandum est, quid sit vnumquodque horum trium & quibus conueniant.

Tu igitur aduerte, q̃ credere Deum est firmiter tenere Deum verum existere in rerum natura, & in eo esse quæcũque ei ex sua deitate & immensa perfectione, omni remota imperfectione conueniunt. Vt q̃ est Deus vnus ingenitus, omnium principium, omnipotens, æternus, intelligens, p̃uidens omni creaturæ iuxta modum naturæ, trinus in personis, vnus in essentia, quòd in tempore filius humanatus est, & cætera omnia, quę in symbolo continentur.

Credere aũt Deo, est assentire dictis ac reuelatis à Deo, siue per seipsum, siue p̃ Angelos, siue p̃ prophetas: & firmiter tenere, q̃ quæcunque à Deo disposita sunt siue quo ad moralia, siue quo ad naturalia, siue quo ad moralia, siue quo ad media p̃ęterna beatitudine cõsequenda: & quo ad ea, quæ nobis p̃misit, verax & fidelis est: ita quòd bene & sapientissime omnia fecit, iuxta illud Deuteron. 24. Date magnificentiam Deo nostro, Dei pfecta sunt opera: Deus fidelis absque vlla iniquitate iust⁹ & rectus. Credere in Deũ, includit duo prædicta, scilicet credere Deum & Deo: sed vltrà addit ordinationẽ hominis in Deum vt in vltimũ finẽ & summum bonum nostrum. Hæc autem ordinatio fit p̃ voluntatem proponentem omnino Deum vt beatitudinem suam, & obedire mandatis ac legi diuinæ. Quod quidem propositum includit Dei dilectionẽ & proximi. Nullus eñ verè tendit in aliquod obiectum ex voluntate, nisi diligat ipsum. Credere ergo in Deum, est intellectu assentire Deũ esse, & dictis ab eo reuelatis per imperium voluntatis captiuantis intellectũ, vt diximus suprà, & disponere seipsum ad adorandum diligẽdumq̃ Deum, & proximum, iuxta diuinam legẽ, Ex quibus sequitur, quòd quis fide mortua potest credere Deum & Deo: non autem in Deum. Nam peccator & malus in peccato p̃seuerãs potest credere omnia credenda Deo, & quòd Deo est obediendum. Non autem ordinat se ipsum in Deum, qñ per peccatum auertit se à Deo. Solus ergo fidelis mente bene dispositus, credit in Deum: ex consequenti credere in Deum includit fidẽ spem & caritatem. Et hæc est fides formata & viua. Ex his constat quòd duo prima cõmunia sunt credenti peccatori & iusto. Tertium autem conuenit soli bono, cuius signum est, quòd Iacobus cap. 2. non dicit dęmones credere in Deũ, sed Deum esse. Cùm igitur credere in Deum verè & p̃priè, conueniat soli fideli bene dispositoerga Deum, vt obiectũ creditum & amatũ: peccator non conuenienter dicit. Credo in Deum, & alia in symbolo contenta: sicut nec qui non dimittit offensam proximo, cõuenienter orat orationẽ dominicam. Manifestũ igitur tibi sit quid sint, & qũo differãt, & quibus conueniant credere Deum, & Deo, & in Deum. Hęc de præsenti capite dicta sint.

Qui in Deum credit, Deum, & Deo credit.

Nullus viuens in peccato Dei credit, sed solus fidelis & spe ac carita te in deum tendens.

CAPVT III.

De Christianæ ac catholicæ fidei excellentia.

IN tertio cap. agendũ est de excellentia & virtute diuinę ac Christianæ fidei. Tu igitur aduerte, quòd in scripturis sanctis nil magis quæritur à Deo, quàm vera & viua fides: & diuina opera atque miranda soli fidei videntur attributa: & mundus fide victus ac superatus est.

Quantùm ad primũ. s. q̃ à Deo nil magis queratur quàm viua fides, patet ex multis scripturę locis. Nã cùm sit primũ principium tendendi in Deum, & debitè eum colendi ac legem seruandi: Primò à nobis quærit fidẽ, sine qua nec spera re nec Deũ amare possumus, vt declararet quantũ sibi placeat viua fides, dixit Oseæ ca. 2. Despõsabo te mihi i fide. & Lucæ 18. Verumtamen putas ne filius hominis fidẽ in terra iueniet? Et Hieremiæ 5. Circuite vias Hierusalẽ & aspicite & cõsiderate & quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium & quærentem fidem, & propitius ero. Quòd autem viua fides super omnia quæratur à Deo sumitur hinc signum, quòd Seruator noster, vbi diuinum opus peragebat, vt dimittens peccata, aut sanans

Nil magis à Deo quaritur quàm viua fides.

languid

languidum,in primis commendabat fidem, eò quòd ſit illa quam primò oculi domini reſpiciunt, vt dicitur Hieremiæ 5.Nam Matthæi 7.ad peccatricem Mariam inquit. Confide filia,quoniã fides tua te ſaluam fecit,ſcilicet à peccatis, vade in pace.&capite 8.ad Layrum inquit:Tantũ crede,& ſalua erit filia tua.& in eodem capite fide ſanatur Cẽturionis puer. Vbi inquit, Non inueni tantã fidem in Iſraël,id eſt in populo Iudęorũ qui erant tempore ſeruatoris.Et Lucæ 17.to,fide ſanat paralyticus,& mulier ſanguine fluens,& duo cęci,quibus inqt Seruator:Secundũ fidem veſtrã fiat vobis, & filia Cananæa, cui inquit:O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Matthæi capite decimoſexto, ſanans cæcum inquit ad eum:Reſpice,fides tua te ſaluum fecit.Ex his igitur conſtat quantũ Deo placeat,& ab eo quæratur viua fides:quæ vtique non eſt viua,vt diximus ſuprà,niſi ſit operoſa.Et ſi bene aduertes in ſcriptura ſacra tam antiqua quã noua,Deũ in primis ab homine quæſiuiſſe fidem viuã : cui⁹ ſignum eſt,quod,vt legimus Exodi decimoquarto, quoniã filij Iſraël crediderunt Deo, percuſſa eſt Aegyptus plagis maximis,& tandẽ Pharao in mari cum exercitu ſuffocatus eſt.Et quoties recedebãt à Deo per idololatriã,relinquebãtur in manu hoſtium,& quoties per fidem reuertebantẽ,ſuſcipiebat ac ſaluabat eos,Deuteronomij capite 24.Prętereà Seruator inquit Marci capite 9 patri offerenti filium vexatũ dæmone,Si potes credere,omnia poſsibilia ſunt credẽti, & continuo exclamãs pater pueri cũ lachrymis aiebat:Credo domine,adiuua incredulitatem meam. Qua confeſſione audita,Seruator ſtatim ſanauit eum:vt turbis manifeſtaret, quantum ſibi fides ipſa placeret.

Opera omnia mirãda fidei attributa ſunt.

Quantùm ad ſecundum,ſcilicẽt,quòd ſola viua fide diuina ac miranda opera,à viris ſanctis vtriuſque teſtamenti pacta fuerint,liquidò cõſtat ex ipſis diuinis ſcripturis:Et primo lege Paulũ ad Hebræos capite vndecimo per totũ, vbi poſtquàm multa & celeberrima retulit exempla, inquit:Deficiet me tẽpus enarrantem de Gedeone,& Barach,& Samſone,& Iephthe,& Dauid & Samuele,& Prophetis,qui per fidem vicerunt regna &c.Vt autem in ſpecie deſcendam⁹, aduerte quoniam Abraham credidit Deo, Geneſis capite decimoquinto,dixit ei Deus:Scito prẽnoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti,& affligent quadringentis annis Verũtamen gentẽ,cui ſeruituri ſunt ego iudicabo, ſcilicet iudicio condẽnatiuo,poſt hęc egredientur cum magna ſubſtantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona & infrà,in illo die pepigit fœdus dominus cum Abraham dicens:Semini tuo dabo terram à fluuio Aegypti vſque ad fluuium magnum Euphratẽ,&c.Prętereà, quoniã Ionathas filius Saul credidit,quando dixit:Non eſt difficile domino ſaluare in paucis,vel in multis,ideo ipſe cum armigero ſuo pręualuit contra Philiſthæos,vt legim⁹ in 1. Regũ capi.14.Et Dauid occidit gigantem Goliath in fide : nam dicit,Tu venis ad me cũ gladio & haſta & clypeo:ego aũt venio ad te in nomine domini,vt legimus in 1.Regum capite 17.Et Aza Rex Iuda proceſsit fide contra ingẽtẽ multitudinem Aethiopum,& prævaluit in nomine domini, quẽ inuocauit dicens:Domine nõ eſt apud te vlla diſtãtia, vtrum in paucis auxilieris,aut in multis:Adiuua nos domine Deus noſter,in te enim & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem, vt legimus in 2. Paralip.c. 15.Et Ioſophat rex Iuda intelligens filios Ammon & Moab venientes contra Inda exiuit contra eos,legimus in 2.Paralip.cap.20.magis fide quàm armorum potentia, dicens ad vniuerſum exercitum:Audite me viri Iudã, & habitatores Ieruſalem:Credite in domino Deo veſtro :& ſecuri eritis: Credite prophetis eius,& cuncta euenient vobis proſpera: & ſic armatus fide cum exercitu exiit in prælium:& Dei nutu hoſtes eorũ verſi in ſe inuicem mutuis cõcidere vulneribus.Fide Nehemias hortabat rædificantes murum Ieruſalẽ,ne ab opere deſiſterent,dicens:Dominus Deus noſter pugnat pro nobis.Nehemiæ cap.4.fide Eſdras reuerſur⁹ ĩ Ieruſalem non accepit regium conductũ, ſed orans & ieiunans ſe Deo cõmendat,vt legimus in 2.Eſdræ cap.8.Fide reſponderunt regi Babylonis tres pueri Sidrach,Miſach,Abdenago miſsi in fornacem,& dixerunt:Deũ noſtrũ, quem colimus,ſcito ô Rex quòd poteſt nos de camino ignis eripere, & de manu tua liberare.& ſic ex fide viua liberati ſunt:Danielis 3.Et quoniã Niniuitæ vera fide crediderunt domino, ſeruati ſunt à ſubuerſione ſibi cõminata per Ionã Prophetam vt legimus Ionæ cap.3. & Iudas Machabæus fide viua hortatur exercitum ſuum,dicens:Facile eſt cõcludi plures in manibus paucorũ & non eſt differentia in cõſpectu Dei liberare aut in multis aut in paucis.Cõſtat igitur qũo diuina opera ac admiranda ſoli fidei viuæ videntur attribui.

Fidediuina mund⁹ vicĩ⁹ ac ſuperatus

Quantum ad tertiũ,ſcilicet,q̃ diuina ac Chriſtiana fide mundus ſuperatus ſit,patet ex eo quòd ſancti martyres armati fide viua impiiſsimos deuicerũt tyrannos,& innumeros ad Deũ ac Seruatorem noſtrũ relicta falſa religione cõuerterũt.Propterea inquit Ioannes in epiſtola 1. cap.5. Hęc eſt victoria,quę vincit mundũ,fides noſtra.Non ſolùm aũt mundum, ſed & dæmones & concupiſcentias. Dæmones quidem,iuxta dictum Petri in epiſtola 1. cap. 5.Cui ſcilicet diabolo reſiſtite fortes in fide.Concupiſcentias aute carnis, quas Paulus tela inimici ignea appellat, fide extinguimus. Vnde Paulus ad Epheſios cap.6.inquit:In omnibus ſumentes ſcutũ fidei,in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere:& galeam ſalutis aſſumite. Hæc de Chriſtiana & diuina fide dicta ſint:cuius finis eſt beata vita p viſionẽ diuinæ ſubſtantiæ.Credimus eñ rebus diuinis nõ apparentibus,vt tandem nobis manifeſtentur in patria. Quod aute hic ſit finis fidei noſtræ teſtatur Petr⁹ in epiſtola prima cap. 1.dicens:Vt p̃batio fidei veſtræ multo pretioſior ſit auro, quod p ignem probatur:& inueniatur in laudẽ & gloriam & honorẽ in reuelationem Ieſu Chriſti,quem cùm non videritis, diligitis.In quẽ nunc quoque nõ videntes creditis. Credentes aute exultabitis lętitia inenarrabili & glorificata,reportantes finẽ fidei veſtrę ſalutem animarum veſtrarum:hęc Petrus Apoſtolus.Salus aute animarũ eſt æterna felicitas,q̃ ſtat in aperta viſione Dei,ergo finis fidei noſtrę eſt diuina viſio,quę eſt merces noſtra in cęlis. Hęc de præſenti capite dicta ſint,in quo terminamus conſiderationem ſacrę fidei.In futuro aute capite agendum eſt de ſuo oppoſito,quod eſt infidelitas.Cùm eñ priuatio per habitum cognoſcatur,& cæcitas per viſum tenebra per lumẽ,obliquũ per rectum,doctrinæ ordo requirit,vt poſt fidem cõſideremus de infidelitate,& de eius partibus principalibus ſubiectiuis,ne quid dimittamus in hoc negocio opportunum.

Fidei noſtra finis eſt diuina viſio.

CAPVT IIII.

Infidelitas & fides quot modis opponantur.

IN hoc quarto cap.agendũ eſt de infidelitate, de qua cõſiderabimus quatuor.Primò,quot modis dicitur.Secundò, quid ſit vt opponitur tanquam vitium cõtrarium diuinæ ac Chriſtianæ fidei.Tertiò quot ſint ei⁹ ſpecies,& de qualibet earũ ptractabim⁹.Quariò,quot malorũ ĩfidelitas ſit cauſa.

Infidelitas quinque ſumitur modis.

Quantùm ad primum aduerte, cùm infidelitas & fides opponantur,& quot modis dicitur vnũ oppoſitorũ, tot & reliquũ p regulã topicã,ſicut fides dicitur quinque modis, vt declarauimus in 1.cap.huius tractatus,ſic & infidelitas.

Primò dicitur de negatione aſſenſus & obſeruantiæ cuiuſcũque p̃miſsionis factæ inter hominẽ & hominẽ.In quo ſenſu dicitur homo infidelis,quando pactũ aut contractũ aut p̃miſſum nõ ſeruat,mõ quo obligatur ſeruare, & ĩ hoc ſenſu opponitur fidei primo mõ dictæ,& de hac infidelitati intelligitur illud Iſaiæ 1.Principes tui ĩfideles,ſocij furũ.

Secũdo dicitur de negatione aſſenſus,quo q̃s nulli autori adhærere p̃ponit in quacunque arte,aut facultate, vt quãdo q̃s nulli aſtronomo,nulli medico, nulli philoſopho credit,nec alicuius dictũ aut ſententiã acceptat,ſed omnib. cõtradicit,& omnes reprobat,& in hoc ſenſu infideles dicti ſunt philoſophi illi,de q̃bus ĩquit Ariſtot.in quarto Metaphyſicæ,quòd etiã prima principia ex terminis notiſsima negabant,& cum eis diſputari non poteſt.

Tertiò dicitur de negatione aſſenſus,quo q̃s nulli concluſioni aſſentire determinat,niſi neceſſaria & euidenti ratione conuincatur.& hoc tam in naturalibus,quàm in Metaphyſicis,& in hoc ſenſu philoſophi cõmuniter infideles reperiuntur. Arbitrantur enim indignum eſſe philoſopho, alicui aſſentire, niſi ratione probato, inter quos præcipuus fuit Auerroes, q̃ adhærentes alicui p̃poſitioni per rationem non probatæ,loquentes appellare conſueuit.

Quartò dicitur de negatiõe aſſenſus,quo q̃s ſtatuit nolle aſſentire cõcluſionibus de diuinis formatis, etiam quòd euidenti ratione cõcludãtur,& in hoc ſenſu infideles ſunt qui negant Deum eſſe in rerum natura,& negant vnũ principium effectiuũ & regulatiuum omnium, ſicut Epicurei, & ſequentes Diagorã,& alij de quibus diffuſe diximus in tractatu primo philoſophiæ moralis Platonicæ.

Quintò dicitur de negatione aſſenſus, quo q̃s nõ vult aſſentire propoſitionibus ineuidentibus humana ratione, & tamen diuina autoritate reuelatis,vt Deus eſt trinus in

perſonis

perſonis,eſt humanatus,eſt natus de Virgine, &c. Et in hoc ſenſu Iudæi & Pagani,& Machumetani infideles ſunt infidelitate contraria Diuinæ ac Chriſtianę fidei.Relictis igitur quatuor modis,ſicut & relinquimus fidem quatuor primis modis dictã,pertractare debemus de infidelitate in quinto modo dicta.Nã quatuor primi modi opponuntur quatuor primis modis fidei,& ſunt impertinẽtes præſenti ꝓpoſito.

Infidelitas quid.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd infidelitas,vt eſt contraria diuinæ ac Chriſtianæ fidei,eſt vitiũ,quo quis repugnat audire &aſſentire his,quæ ſunt fidei,id eſt,reb' diuinis non apparentibus,ſed à Deo reuelatis,aut eas,vt ineptias,contemnit.

Dicitur,vt eſt contraria diuinæ,&c.quoniam infidelitas dupliciter ſumitur,ſicut,& iniuſtitia.Primò,pro negatione fidei,ſicut iniuſtitia pro negatione iuſtitiæ: qua negatione dicitur infidelis,qui non habet fidem,eò quòd nihil de fide Chriſtiana audiuit,nec in ea eruditus fuit:& hoc modo infidelitas nõ eſt vitiũ,nec contraria fidei, ſicut nec negatio iuſtitiæ,quæ eſt in puero, eſt vitium nec contraria iuſtitiæ. Secũdò ſumitur pro repugnantia intellectus ad ea quę sũt fidei:qua q̃s determinat nolle aſſentire nec audire,imò eligit cõtradicere his quæ ſunt fidei:ſicut Iudęi,q̃, qñ audiũt Chriſtũ crucifixũ,ſcandalizantur:& gentiles reputant ſtultitiam,iuxta illud Pauli primæ ad Corint.1.Nos aũt prædicamus Chriſtum,Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.

Dicitur,quòd eſt vitium : qm̃ contrariũ virtuti eſt vitiũ ſed infidelitas ſecundo modo ſumpta eſt cõtraria fidei quę eſt virtus.Deſtruit enim,& ſecum nõ cõpatitur fidẽ, ſicut nec ignorantia ſcientiam:ergo infidelitas eſt vitium,ex cõſequenti peccatum & maximum.Propterea in ſcriptura antiqua & noua incredulus maximè exprobratur:& Deus illi maximè indignatur,ac comminatur : vnde Deuter.cap .32. Generatio enim puerſa eſt,& infideles filij. & Eccleſiaſtes cap.5.Diſplicet Deo infidelis.& Matth.cap.3. ex ꝓrat Ioannes Baptiſta Iudeos incredulos,dicens:Genimina viperarũ quis vos demonſtrabit fugere à ventura ira.

Infidelitatis quæ ſpecies.

Quantùm ad tertium aduerte,quòd ex ſcripturis ſacris & apud ſacros doctores tres aſſignanť ifidelitatis ſpecies, ſcilicet incredulitas apoſtaſia,& hæreſis : quarũ ſufficiẽtia hinc ſumitur, q̃ infidelitas, vt eſt vitium fidei diuinæ ac Chriſtianæ contrariũ,dicit renitentiam,ſiue repugnantiam fidei ſicut eñ q̃ aſſentit rebus credendis dicitur fidelis : ſic qui eis reſiſtit,dicitur infidelis.Hæc autem renitẽtia poteſt fieri tribus modis.Primò,ante fidem ſuſceptam,ſicut Pagani & Gentiles idololatræ,qui fidem vnius veri Dei nõ receperunt,& perſequũtur Dei cultores,tam in antiqua lege quàm in noua.In antiqua legimus de Pharaone, Exod.cap. 5.& de Nabucodonoſor,Danie.cap.3.& de Antiocho ſecũdi Machabæorum c.7.In noua,de Iudæis perſequentiꝫ. Seruatoré & Apoſtolos,vt patet in toto Euangelio, & in Actis Apoſtolorum.Et de tyrannis idololatris occidentib' Chriſti cultores.Omnes iſti peccant prima ſpecie infidelitatis, quæ dicitur incredulitas ſimpliciter. Secundò, poteſt fieri poſt ſuſceptam fidem per totalẽ retrò ceſſionẽ & abnegationẽ fidei,quam iam ſuſceperant:& omnes iſti peccant ſecunda ſpecie infidelitatis, quæ dicitur apoſtaſia.Vnde qui receſſerũt à fide Chriſtiana poſt ſuſceptũ baptiſmũ & trãſeunt ad aliam ſectam aut Hebræam aut Machumetanã,apoſtatæ dicuntur.Tertiò,poteſt fieri poſt ſuſceptam fidem nõ per totalem fidei abnegationem.quoniam illa eſt apoſtaſia, ſed per abnegationem alicuius particularis articuli. ſic eſt tertia ſpecies,quæ dicitur hæreſis:putà, qui negat Chriſtũ natum de virgine quæ poſt partũ remanſit virgo,hæreticus eſt,&c.Conſtat ergo ratio propter quam rationabiliter aſſignantur tres infidelitatis ſpecies. Nunc autẽ de ſingulis agendum eſt:& primò,de incredulitate.Secundò,de apoſtaſia:Tertiò,de hæreſi.

De incredulitate, cuius tres extant ſecta.

Quantùm ad incredulitatem quæ aduerſatur diuinæ ac Chriſtianæ fidei, nunquàm receptæ, aduerte q̃ habet tres modos ſecundum quòd nunc inueniuntur tres ſectæ extra Chriſtianam fidem.

Idololatrarum ſecta.

Prima & extrema ſecta eſt idololatrarum gentilium,qualis erat vniuerſaliter in hoc mundo inferiori ante prædicationem Euangelij in oẽm terram, præterquàm in populo Iſraël:nam in Iudęa notus erat Deus, & in Iſraël magnum nomen eius.Apud igitur Gentiles idololatras ante Chriſtũ, & nunc ſi in aliqua mundi parte inueniuntur,fuit & eſt primus ac peſsimus incredulitatis modus:qm̃ ipſi neque Deũ verum omnium principium & finẽ colunt,neque Dei filium humanatum mundi ꝓ mortem ſuam redẽptorem credunt: imò,vt Paul' inquit primæ ad Cor.1.ſi audiunt Chriſtũ crucifixũ,reputant ſtultitiam.Iſti ſunt omnino increduli, cæci & decepti aſtutia falſorum ſpirituũ: q̃, vt inquit Dauid in Pſal.Omnes dij gentium dæmonia,q̃ penit' ignorant Deũ verum:ſicut inquit Paul' ad Theſſ.cap.4.Sicut gentes,quæ ignorãt Deũ.In antiqua lege pręcepit Deus Moſi & populo Iſraël, gentes idololatras deſtrui & exterminari: vt habemus per totum librum Exodi & Numeri : & non ſolum homines & mulieres,ſed & iumenta. Hoc ſigno declarans quantùm deteſtetur idololatriã, ꝓpter quam ſemper irat' eſt Hebræis,& diſperſit,& tandem dereliquit eos.

Hebræorũ ſecta.

Secunda ſecta eſt Hebræorũ poſt cõſummatum redemptionis myſteriũ.Ipſi nanque ante legẽ Euangelicã colẽtes verum Deum explicitè,& legẽ per Moſen acceptã ſeruantes,fideles erant,vnde & populus Dei appellabantur: nunc autem, qm̃ Meſsiam promiſſum & mandatũ iuxta ſacros ꝓphetas non receperunt,ideo infideles & increduli,& duræ ceruicis populus merito appellantur.Vnde Iſaiæ cap.65. Expandi manus meas tota die ad populũ incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas.& in Actis Apoſtolorum,ca.7.Stephanus exprobrans eos inquit: Dura ceruice & incircunciſi cordibus & auribus,vos ſemp ſpiritui ſancto reſtitiſtis,ſicut patres veſtri:ita & vos. Hæc Hebræorum incredulitas adeò Deo vero diſplicet, q̃ in pœnam diu ſibi cõminatam,amiſſa promiſsionis terra,diſperſi ſunt in omnem terram, & facti opprobrium gentibus,& cõmotio capitis in populis.Nunc completum videmus Ieremiæ dictum in fine orationis ſuæ,cùm inquit:Sed ꝓiiciẽs repuliſti nos,irat' es contra nos vehementer.Hæc igitur eſt Hebræorum incredulitas:qm̃ etſi Deum credunt,non tamẽ omnia, quæ Deo intrinſecè conueniunt, inter quæ eſt perſonarum trinitas,neç filium humanatum credunt.Minus tñ increduli ſunt,quàm Gentiles,vt patet ex prædictis.

Machumetanorũ ſecta

Tertia eſt incredulitas Machumetanorum veluti media inter perfidiam Hebræorũ huius temporis & Gentiliũ : Nã cum Hebræis conueniunt in cõfeſsione vnius verique Dei creatoris omniũ,negántq; diuinarum ꝓſonarũ trinitaté,ſicut & Hebęi,differunt autem in hoc ab Hebraica ꝓfidia: quòd Machumetani Chriſtum Ieſum venerantur vt dei ꝓphetam & ſanctum,non tñ mundi redẽptorem ꝓ mortem ſuam:Hebræi verò neque ꝓphetã,neque ſanctũ, neque redemptorẽ recipiunt,ſed blaſphemãtes ſeductorem dicunt: vnde poſtquã crucifixerunt eum,cùm eſſet in monumento clauſus,acceſſerunt ad Pilatum,vt legim' Matth.ca.27.principes ſacerdotum & Phariſęi dicentes:Domine, recordati ſumus q̃ ſeductor ille dixit adhuc viuens poſt tres dies reſurgã.Conueniunt etiã cum Gentilibus : qm̃ ſicut illi quoſdam ſceleſtos & facinoroſos homines colunt, quos deificatos putant vt Herculẽ,Bacchum,Martem,Vulcanum, & turpiſsimã Venerẽ,ſuperbámque Iunonẽ,& Iouẽ plenum ſtupris ac adulteriis: ſic iſti ſordidiſsimũ ac voluptuoſum Machumetum venerantur & colunt. Differunt autem qm̃ & Deum verum,& Chriſtum Dei ꝓphetam ac ſanctum cõfitentur:q̃ Gentiles negãt.Iſti ſunt tres famoſi infidelitatis modis,quorum peſsimi ſunt modus Hebræorum ex ptinacia,& modus Gentilium ex deceptione malorum ſpirituũ. Medius autem eſt Machumetanorum:cuius ſignum eſt, q̃ niſi peſsimus Machumetus inſtituiſſet legem ſuam defendendam & conſeruandã armis,ita q̃ nullum poſſunt admittere prædicatorem fidelem ac Chriſtianum,quin ſtatim occidatur,de facili ad Chriſtianam fidem conuerterentur: ex quo Ieſum ſeruatorem noſtrum vt bonum ac ſanctum Dei prophetã confitentur.Omnes tamen damnati ſunt:qm̃ Apocalyp.ca.21.habemus,quòd timidis & incredulis,ſcilicet in Chriſtum,& execratis,& homicidis,& fornicatoribus, & veneficis,& idololatris,& omnibus mendacibus,pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure.

Apoſtaſia quid ſit. Dedicas ſe homo Deo tribus modis.

Quantùm ad apoſtaſiã quæ eſt ſecũda infidelitatis ſpecies,aduerte quòd apoſtaſia ex ſua ratione formali importat retroceſsionẽ à Deo,cui prius homo ſe ipſum dedicauerat & coniunxerat.Vt autẽ ſcias qũo eſt infidelitatis ſpecies, aduerte q̃ contingit hominẽ ſe ipſum tripliciter dedicare ac vnire Deo:ex conſequenti triplici modo oppoſito põt retrocedere.Primò,dedicat homo ſe Deo per receptionẽ diuinę ac Chriſtianæ fidei:nã per fidẽ deſponſatur anima Deo:Oſeę 2.cap.ergo ꝓ fidem primò vnitur Deo.Secundò,dedicat & vnit ſe Deo ꝓ voluntatẽ,qua ſtatuit poſt ſuſceptam fidem,diuinam ſeruare legem, & mandatis Dei obtẽperare.Tertiò,dedicat ſe & vnit Deo ꝓ obſeruantiã,

non

non ſolùm mandatorum Dei, ſed etiam regulę alicuius approbatæ religionis. Tribus ſimiliter modis oppoſitis cõtingit hominẽ ſe ſeparare à Deo, & retrocedere à prius incœptis. Primò, abnegando omnino diuinam ac Chriſtianam fidem receptam, & tranſeundo ſiue reuertendo ad aliã ſectã oppoſitam. Secũdò, renitendo obſeruantiæ diuinæ legis ac Dei mandatorum. Tertiò, recedendo à religione, quã prius profeſſus fuerat: & reuertendo ex toto ad ſtatũ ſecularem, cui prius renuntiauerat. Et his tribus modis cõtingit hominem apoſtatare, qui ſic ordinantur: Qui apoſtatat primo modo, apoſtatat ſecundo & tertio. Vanum enim eſt dicere, aliquem retrocedere à diuina & Chriſtiana fide, & tñ velle Dei & Chriſti Seruatoris noſtri ſeruare legẽ & mãdata, & ſimiliter velle alicuius ap,pbatæ Chriſtianę religionis inſtituta ſeruare. Qui apoſtatat ſm modo, apoſtatat & tertio. Nõ enim dicendus eſt re ipſa religioſus, qui repugnat obſeruãtiæ mandatorum Dei. Nam, vt Iacobus in epiſtola, capite primo inquit: Religio ſancta & immaculata apud Deum & patrẽ hęc eſt: Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ, & immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Non põt autẽ homo ſe immaculatum cuſtodire ab hoc ſeculo, niſi per obſeruantiam diuinæ legis, qua conſtituitur amicus Dei: Qui aũt voluerit eſſe huius mũdi amicus, diſplicet vtique Deo. Nam & Iacobus in epiſtola ſua, capite quarto, inqt: Neſcitis, quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicũque ergo amicus voluerit eſſe huius mũdi, inimicus Dei conſtituetur. Conſtat ergo quomodo tres modi apoſtaſię ordinanť: ex quibus ſolus primus eſt infidelitatis ſpecies: nam ſtat, q̃ quis omnia credenda in diuina & Chriſtiana lege credat, & tamen recedit per peccatũ mortale ab obſeruantia mãdatorum Dei: nam quicunque peccat mortaliter, & quãdiu in eo perſeuerat, eſt apoſtata ſecundo modo, non tamen primo modo. Poteſt enim in fide ſuſcepta per baptiſmum perſeuerare, licet quandiu ſtat ſub peccato mortali, ſit mortua: ſimiliter ſtat q̃ quis profeſſus in religione approbata retrocedat ab ea, & tamen non à Chriſtiana fide, quam in baptiſmo recipit. Hac igitur ratione apoſtaſia primo modo dicta eſt apoſtaſia abſolutè, ſecunda autem & tertia eſt apoſtaſia cũ determinatione: Nam homo peccans mortaliter, credens tamen credẽda, non dicitur apoſtata ſimpliciter ſed apoſtata ab obſeruantia diuinorum mandatorum, & qui profeſſam religionem deſerit, dicitur non abſolutè, ſed à tali religiõe profeſſa apoſtatare. Qui igitur primo modo apoſtatauerit, conſtituitur extra viam ſalutis, & infidelis eſt abſolutè: non autem qui ſecundo & tertio modo, quoniã ſtante fide, quæ eſt primum fundamẽtum, poteſt pœnitere, & reintegrari in ſecundo & tertio modo. Conſtat igitur, quis apoſtaſię modus ſit ſpecies infidelitatis. Et aduerte, q̃ in ſcriptura ſacra primo quidẽ fit mentio de primo modo, quo cõſtituitur homo infidelis: ſecundariò autem de ſecundo. De tertio verò nulla eſt in eis mentio: quoniam tunc temporis nulla adhuc inſtituta erat religio, quales nunc in eccleſia catholica habentť. De primo modo intelligitur illud Ezechielis, capit. 2. Fili hominis mitte ad filios Iſraël, ad gẽtes apoſtatrices, q̃ receſſerunt à me ſ. per idololatriam, quæ non ſtat cum fide, & illud libri primi Machabæorum, capite primo, vbi ſic legimus: In diebus illis exierunt ex Iſraël filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes: Eamus & diſponamus teſtamentũ cũ gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſsimus ab eis, inuenerũt nos multa mala: & bonus eſt ſermo viſus in oculis eorum: & deſtinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem, & dedit illis poteſtatẽ, vt facerent iuſtitiam gentiũ id eſt viuerent ritu gentilium, & ædificauerunt gymnaſium Hieroſolymis ſecundum leges nationũ, & fecerunt ſibi prę putium, & receſſerunt à teſtamento, id eſt, à lege diuina data per Moſem, & iuncti ſunt nationibus: ex quibus cõſtat, q̃ receſſerunt à Deo, & tranſierunt ad idola gentiũ: ex conſequẽti facti ſunt infideles infidelitate apoſtaſię primi modi. De apoſtata ſecundo modo intelligitur illud Prouerbiorũ, capite ſexto: Homo apoſtata vir inutilis, gradiť ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquiť, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. Hęc eñ ſunt ſigna, q̃ aduerſus eſt à Deo per peccatũ mortale, quo ſoluitur omnis noſtra cõpoſitio interior & exterior, & ſic efficitur apoſtata ſecundo modo: Omnis enim peccator, & diuinæ legis præuaricator, eſt apoſtata ſecundo modo.

Hæreſis quid ſit, & eius ſpecies.

Quantum ad tertiam ſpeciẽ, quę dicitur hęreſis, vt reſolutè procedamus, tria conſideranda ſunt. Primò, quid ſit, vt eſt infidelitatis ſpecies. Secundò, qſio diſtinguitur ab apoſtaſia & incredulitate, quam poſuimus primam infidelitatis ſpeciem. Tertiò, quid ſit hæreticus, & quotuplex ſit.

Quantùm ad primum aduerte, q̃ aliud eſt, à quo nomen hæreſis imponitur, & cui imponitur ſm vſum fidelium: nam vt inquit diuus Hieronymꝰ, hæreſis Græcè ab electione imponitur: eſt eñ hæreſis idem q̃ electio Latinè, quia ſcilicet eam vnuſquiſque diſciplinam ſiue doctrinam ſibi eligit, quã putat, & ſuadetur ſibi eſſe meliorem. Et in hoc ſenſu in quacunque ſcientia contingunt eſſe hæreſes, ſicut & ſectas. Vñ in Philoſophia, qui dicuntur Peripatetici habent varias hęreſes: putà, qui ſequuntur Auerroem, habent hæreſim propriam, & qui Thomam, aliam, & qui Scotum, aliam: & quantùm ad hoc non eſt infidelitatis ſpecies. Stat enim duos variè ſentire in via Ari. qui non tamẽ diſſentiunt in credendis in diuina ac Chriſtiana lege. Imponitur autem propriè ſecũdum vſum fidelium ad ſignificandum errorem ſiue opinionem ac ſententiam falſam, quam quis firmiter tenet contra catholicam fidem prędicatam, firmatã, & vniuerſaliter obſeruatam: & ſic eſt infidelitatis ſpecies media inter incredulitatem & apoſtaſiã, vt declarabimus: Quæ ſic diffiniť apud ſacros doctores, Hæreſis eſt error ſiue falſa ſentẽtia in intellectu, circa ea, quæ ſunt catholicæ ac Chriſtianæ fidei, aut circa ei connexa cum pertinacia voluntatis.

Primò dicitur, error ſiue ſnia falſa in intellectu? qm̃ cùm fides ſit veritatis, ſiue vera ſententia in intellectu circa credẽda, hęreſis, quę ei opponitur, vt pote infidelitatis ſpecies, conſiſtit in oppoſito: oppoſitum autem veritatis, eſt falſitas, ergo rationabiliter hæreſis diffinitur per oppoſitum fidei.

Secundò dicitur, Circa ea, q̃ ſunt catholicæ ac Chriſtianæ fidei: qm̃ falſitas, & error circa quęcunque alia non cõſtituit hominem infidelẽ, putà, quis credit eſſe tantum vnũ cœlum corporeum, & nõ octo, neque nouem, neque decem: & alius credit elementum ignis eſſe ſub terra, & non ſupra aërem, & alius credit cœlum eſſe animatum, & nõ inanimatum: hęc non faciunt hæreticum in fide Chriſtiana, qm̃ cum his ſtarent omnia credenda in eccleſia catholica, quæ pręcipua ſunt articuli fidei.

Tertiò dř. Circa connexa: qm̃ aliqua ſunt primo credenda, vt articuli tanquam principia, quædam autem conſequẽter, vt quæ continẽtur in ſacris libris ſcripturæ quos eccleſia catholica recipit, vt excludam apocryphos, & quæ continentur in ſacro eccleſiæ canone, vt in Decretis & Decretalibus, quæ cõcernunt fidem: putà, q̃ Spiritus ſanctus non ſolùm, eſt à Patre, ſed à Filio & Patre: quòd creatura viſibilis & inuiſibilis, vt Angelus, creata eſt ſimul ab initio tẽporis: q̃ nõ eleuatur anima ad viſionem eſſentialem diuinã niſi per lumen gloriæ. Hæc non primò, ſed ſecundariò credenda ſunt: & credere oppoſitum inducit hęreſim. Nam quò ad ea, quæ in ſcriptura ſacra continentur, credere oportet, fuiſſe à Deo reuelata. Dei autem reuelationi non poteſt ſubeſſe falſitas: aliter nõ eſſet Deus ipſa prima & puriſſima veritas, cuius teſtimonium habemus Ioannis capite 14. Ego ſum via veritas & vita. Quantùm autem ad ea quæ ab eccleſia, p̃ fide catholica determinata ſunt: ideo credere oportet, qm̃ eccleſia catholica à Spiritu ſancto regitur in his, quæ ſunt pertinentia ad conſeruationem & declarationem fidei, ex cõſequenti credendum eſt, q̃ in his non deficiat. Inquit enim Seruator Lucę, capite vigeſimo ſecundo: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Vnde ſi quis quò ad ea, q̃ in ſacra ſcriptura cõtinentur, crederet mundum eſſe æternum, eſſet hæreſis: qm̃ eſt cõtra illud Geneſis primo, In principio ſ. temporis creauit Deus cœlum & terram. Si quis dicat animam humanam eſſe mortalem, hęreſis eſt: qm̃ eſt contra illud: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: ſed timete eum qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem mittendi in gehẽnam. Matthæi capite decimo. Quantum verò ad ea, quæ in eccleſia catholica determinata ſunt p̃ fidei integritate ſeruanda, ſi quis crediderit vſuram non eſſe peccatum, hæreticus eſt. Determinatum enim habemus oppoſitum in Clem. de vſuris, capite, ex graui: ſi quis tenuerit cõfeſſionem ſacramentalem non eſſe neceſſariam, hæreticus eſt habendus, vt declarabimus, cùm loquemur de ſacramentis.

Quamobrẽ credere oportet quæ eccleſia decreuit credenda.

Quartò dicitur, Cum pertinacia volũtatis: nam ſicut voluntas cogẽs intellectũ, vt aſſentiat his, q̃ ſunt fidei, facit hominem fidelem, vt declarauimus in capite primo huiꝰ tractatus. Sic obſtinatè auertens intellectũ, ne credendis aſſentiat & imperans vt falſam ſententiam teneat cõtra vniuerſalem eccleſiam catholicam, facit hominem hæreticum: formale igitur in hæreſi eſt pertinacia voluntatis. Nam ſicut res naturales conſtituuntur in eſſe per formam ſuam, & ea remota deſinunt eſſe, ſic hæreticꝰ ex pertinacia cõſtituitur, & ea

Voluntatis pertinacia formale eſt in ipſa hæreſi.

remota,nec eſt,nec permanet hæreticus. Ex quib⁹ ſequitur, ꝙ aliquis pôt errorẽ habere in intellectu circa ea, quæ ſunt fidei, & tamen non erit in hæreſi conſtitutus, ſi ſit paratus corrigi.Sicut accidit nonnullis antiquis doctoribus:qui erroneas ſcripſerunt ſententias. Nam magiſter Sententiarum in libro tertio,poſuit Chriſtũ in triduo mortis ſuę fuiſſe hominem.Et Damaſcenus in primo ſententiarũ ſuarum,poſuit Spiritum ſanctum eſſe ſpiritũ Filij,ſed nõ eſſe à filio.Et Hieronymus ſup Eccleſiaſtem poſuit cęleſtia corpora eſſe animata.& Gregorius Nazanzenus & Hieronymus & Ioãnes Caſsianus tenent Angelos creatos ante mundũ viſibilem ꝑ multa ſecula.Et tamen hi doctores non ſunt habendi hæretici,quoniam non fuerunt pertinaces,ſed ſubmittebant ſe ſapientioris iudicio,ac vniuerſali matri eccleſiæ.Vnde nõ inconuenit ſententiam alicuius eſſe hæreticam, ipſum tamen non eſſe hæreticum,quoniam non adeſt obſtinatio,patet igitur quod ſit hæreſis, vt eſt infidelitatis ſpecies.

Quantùm ad ſm aduerte,ꝙ ab incredulitate, quę eſt prima ſpecies, diſtinguitur hæreſis,quoniam illa eſt in eo,qui fidem Chriſti vniuerſaliter non acceptat, & nunquam eam ſuſcepit ex baptiſmo,ſicut gentilis & Turca,& Iudęus.Apoſtaſia autem eſt in eo,qui fidem Chriſti vniuerſaliter negat, quam prius in baptiſmo accepti, deinde ad ſectam infideliũ tranſiens,eã penitus negat,vt Chriſtianus tranſiens ad Turcas.Hæreſis autem eſt in eo, qui Chriſtianã fidem in Baptiſmo ſuſcepit,& in hoc differt ab infideli,deinde partim affirmat, & partim negat ſpectantia ad fidem ſuſceptam, & in hoc differt ab apoſtata.

Hæreticus quid ſit. Quantùm ad tertium aduerte,ꝙ cùm dicatur hæreticus ab hæreſi,ex diffinitione data de hęreſi,conſtare tibi poteſt quid ſit hæreticus propriè ſumptus.Eſt enim ille,qui errorẽ habet in intellectu circa aliquẽ vel aliquos articulos Chriſtianæ fidei,vel tenet contra doctrinam ſacram, vel ꝺ̃ ea, q̃ ab eccleſia ꝓ fide determinata ſunt.Hæc diffinitio declaratione non indiget, quoniam ſufficienter tibi manifeſtatur ex declaratione data in diffinitione fidei.

Quotuplex hæreticus. Quotuplex autẽ ſit hęreticus, aduerte hãc diuiſionem, Hæreticus duplex,ſcilicet realis ſiue eſſentialis,& præſumptus.Hæreticus realis duplex,ſcilicet, mentalis tantùm, & mentalis ſimul & manifeſtus.

Hæreticus realis mentalis tantùm eſt ille, q̃ habet errorẽ in intellectu vt ſuprà,errorem tamen ſuũ nõ indicat ad extra dicto,neque facto,neque nutu,aut ſigno hęreticali. Tales mente procul ſunt à fide,licet Chriſtiani videãtur. Sicut adhærentes vanitatibus Poëtarum, argutiis falſis philoſophorum,curioſitati aſtronomorum,geomanticorum, quantum ad ea,quę repugnant fidei,Et ſuper hos non eſt conſtitutus iudex,niſi Deus,cui omne ſecretum patet.

Hęreticus realis mentalis ſimul & manifeſtus eſt ille, q̃ vt ſuprà,habet errorẽ in intellectu,& dictis aut actibus hęreticis,aut peſtifera doctrina ſeipſum manifeſtat malè ſentientem de fide.Tales fuerunt Arrius,Sabellius,Manichęus, Apollinaris, & eorum imitatores, qui in primitiua eccleſia veluti leones inſurgebant contra eam tunc debilem & potentia temporali & doctrina. Tales etiam fuerunt pſeudoapoſtoli ſiue prophetæ tempore Apoſtolorum, à quibus tot perſecutiones atq; perturbationes paſſus eſt Paulus. vt ſcribit ipſe ſecundæ ad Cor. 11. Tales nunc ſunt dicti Lutherani, contra quos ſcribemus infrà in parte quinta, cùm loquemur de Chriſtianis ſacramentis.

Hæreticus præſumptus. Hæreticus ꝑſumptus eſt ille,qui licet non habeat errorẽ in intellectu,vt ſuprà,qm̃ credit omnia credenda,tamen ꝓpter aliquod ſperatum obſequium à malo ſpiritu, quem dicimus demõnem,cõmittit tales act⁹,quales hęretic⁹ realis, aut infidelis manifeſtus:putà adorat dęmonem,aut aſtra,ꝑces eis effundit,ſacrificat,abutit ſacramentis. Tales, etſi nõ ſint formaliter & eſſentialiter hæretici, nec infideles, qm̃, vt ſupponit,credunt omnia credenda à Chriſtiano, licet fide mortua ꝓpter peccatum mortale, tñ præſumuntur ex effectu hæretici,eò ꝙ coformes actus habent cum hæreticis. Iſti pro maiori parte ſunt alchimiſtæ,philocapti, & medici empyrici. & qui verſantur continuè in extremis periculis, vt duces & milites in bello.Suadetur enim à malis. ꝙ nullũ poſſunt conſequi deſiderium ſuum, nullũ in arte ſua inuenire ſecretũ de hoſtibus ſuis victoriã habere, niſi ad dęmonũ auxilium ſub boni ſpe ſe conuertant.De his cõquerit Deus Iſaiæ cap.65.dicens: Vos q̃ dereliquiſtis dominũ, qui obliti eſtis monte ſanctũ meum, qui ponitis fortunæ, ſ. tanquam deæ menſam, & libatis ſuper eã numerabo vos in gladio, & omnes cęde corruetis,eò ꝙ vocaui,& nõ reſpõdiſtis,locutus ſum,& non audiſtis:& faciebatis malũ in oculis meis: & q̃ nolui,elegiſtis.Hæc de incredulo & apoſtata & hæretico dicta ſint.Si aũt quęras in quibus legib. & qua pœna plectantur hęretici,rñdeo ꝙ in quadruplici lege,ſ.lege gentilium,& diuina antiqua & noua & ciuili imperatoria.

Hæreticorũ qua pœna. De lege gentilium habemus apud Platonem in li.9.de legib⁹, vbi aſſignat ſupplicia,quib⁹ puniendi ſunt ſacrilegi,id eſt q̃ peccãt in Deũ,ad quos reducunt hæretici,& iubet, vt nudi expellantur de patria.Qui ſi peregrini fuerit, vult eos ignito ferro cauterizari ſ facie,vel ſ manu,vt poſſint ab oĩbus euitari,vt mali & peſtiferi,ne ſuo cõſortio alios maculent:& cõcordat cũ Paulo,qui ſcribit ad Titũ c.3. Hæreticũ hoĩem poſt vnã & ſecũdam correctionẽ deuita, ſciẽs q̃ ſubuerſus eſt qui hmõi eſt,& delinquit,cũ ſit ꝓprio iudicio cõdemnat⁹:hæc Paulus.Si aũt ciues fuerint,iubet Plato eos oĩ honore priuatos exulare, nõ tñ vult eos occidi, qm̃ exiſtimat mortẽ ſibi fore minorem pœnam,quã priuatos oĩ honore ꝓpetuo exulare.Prætereà,qui viderint ſacrilegũ tam longa pœna multari,magis timent,ac ſibi ipſis cauent.

De lege diuina antiqua habemus Deute.ca.17.ꝙ qui ſuꝑbierit nolens obedire ſacerdotis imperio,qui eo tpe miniſtrat dño,ex decreto iudicis morietur homo ille:& auferes malum de Iſraël,& cũctus populus audiens timebit,vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia:cõſtat aũt,ꝙ hęretic⁹ eſt, qui ſummi Põtificis iudicio ſe ſ̃ ſupponit in reb⁹ diuinis credẽdis,ergo pœna hæretici in diuina lege antiqua eſt mors.

Secundum diuinam nouam,à qua reputamus nõ recedere,vniuerſalis eccl̃iæ legẽ,puniẽt hęretic⁹ pœna ſpũali atq; corporali.Nam extrà,de hæreticis,li.6.quaſi ꝑ totum titulũ excõicatur,priuatur omni honore eccleſiaſtico,& ſeculari, & eccleſiaſtica ſepultura,confiſcantur eius bona:tandẽ ſi im pœnitẽs aut relapſus fuerit,traditur iudici ſeculari vltimo ſupplicio plectendus.

Secundum ciuilem imꝑatoriam atrociori pœna punitur. Nam Federicus imperator lege ſtatuit hæreticos igne cõburẽdos,quã legẽ approbat eccleſia,extrà,de hęreticis,li.6. c. Vt ĩquiſitionis negociũ.vbi de Federico ſpecialis mẽtio hr̃. Patet igiť quib⁹ legib.& quib⁹ pœnis puniant hæretici.hæc de infidelitate,& eius ſpecieb. vt ꝺ̃riatur ſacræ fidei dicta ſint.Hinc patet error eorũ,qui Lutherũ ſequunt,inter quos eſt Otho Bronfelſius Alamanus Pãdectarũ vtriuſq; teſtamẽti autor,q̃ nititur ſuſtinere ex dictis nouę & antiquæ ſcripturę,& ꝓbare,hæreticos nõ eſſe occidendos:ꝙ ſi occidant, eſſe ꝺ̃ intentionẽ Chriſti,eò ꝙ in ſcriptura noua nõlegimus Chriſtum occidiſſe,neq; ſtatuiſſe eos occidi,ſed reſeruãdos diuino iudicio puniendos,aut euitandos,& nõ vltra.Qd̃ ꝓbat primo Matth.c.18.vbi inquit,Si eccl̃iam nõ audierit ſit tibi ſicut ethnic⁹ & publicanus:& nõ dicit,Occide eũ.Prætereà,Lu.9.inquit:Fili⁹ hominis nõ venit ꝑdere ſed ſaluare aĩas,& c.6.inquit:Cauete à fermẽto Phariſæorũ.Nõ inquit, Occidite hæreticos Phariſęos.Prętereà Chriſtus neminem gladio aut igne coëgit ad fidẽ.Prętereà huc ſpectat parabola de zizania & tritico,vt legim⁹ Matt.ca.13.Prętereà Paul⁹ blaſphemus erat,vt ipſe ꝺfitetur 1.ad Cor.4.& tñ miſericordiam eſt ꝺſecutus.Prętereà,Paulus ad Titum ca.3.inquit,Hęreticum hominem deuita, non dicit,Occide.

Hæretici occidendi ſunt ſi eccleſia decernit. Tu igiť aduerte,ꝙ licet Chriſtus expreſſe legẽ non ꝺdiderit de ꝑdendis hęreticis,tñ in eo ꝙ Apoſtolis officium commiſit fidem ꝑdicandi,& autoritatẽ firmandi,ac eccl̃iam regẽdi:& poſt eos qui ſucceſſuri erãt,vt epi & ſacerdotes: ex ꝺſequenti dedit autoritatẽ inſtituendi correctiuas ac punitiuas leges malorũ:q̃ eccleſiam ipſam ꝓturbarent. Et ꝙ hãc inſtituẽdi leges autoritatem à Chriſto & ſpũſancto ĩ die ſancto Penthecoſtes acceperit,ſignũ habemus in Actis Apoſtolorũ,c.15.vbi Apoſtoli & ſeniores cum oĩ eccleſia miſerunt Barnabã & Silam Antiochiam cũ literis,ſignificãtes q̃d ſtatuiſſent ſeruandũ à gentib.ꝺuerſis:ꝙ ſ.abſtinerent ab immolatis ſimulacrorum,& à ſanguine & ſuffocato & fornicatione.Sicut aũt Apoſtoli tũc cum eccleſia hæc inſtituerunt autoritate Chriſti & ſpiritu ſancto ſic eccleſia, quæ ſucceſſit Apoſtolis,& in qua ꝑſeuerat Apoſtolorũ autoritas, potuit ꝓceſſu tpis varias & oportunas ꝺdere leges:quib⁹ ſeruaretur fides catholica,& cõprimerentur mali perturbantes eccleſiam:inter quas leges eſt ea,qua ſtatutũ eſt hæreticũ puniri pœna ſpirituali & corporali vſque,ad necem incluſiuè.

Quæ autem adduxit Otho Brõfelſius ꝓ defenſione erroris ſui,nullam habẽt apparentiã.Nam illud Matth.18.intelligitur,vt patet,in textu,de correctione fraterna:& qñ eccleſiam frater tuus non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus,quia nõ eſt alicuius priuati occidere malum, ſed bene relinquere

eum

eum,& non conuerſari cum eo.Cùm hoc tamen ſtat, quòd eccleſia,in qua eſt publica autoritas, poteſt eum occidere, ne alios ſubuertat.

Illud Lucæ nono minus eſt ad propoſitum:intendit enim Chriſtus,ꝙ venit ſaluare animas à peccatis,& non perdere. Cum hoc tamen ſtat, quòd intendat malum occidi quo ad corpus,& tamen ſaluet animam per contritionem & pœnitentiam de peccatis,cuius ſignum eſt, ꝙ eccleſia non negat ſacramenta hæretico occidendo modò pœniteat.

Et illud Luc.16.de Phariſæis non obſtat, intendit enim ꝙ nõ audiant nec obſeruẽt falſam Phariſęorũ doctrinã.Quod aũt puniantur,hoc non ſpectat ad Apoſtolos,vt ſunt priuatæ perſonæ:ſed Deo & eccleſiæ,in qua ſtat poteſtas Chriſti.

Nec obſtat,ꝙ Chriſtus neminem gladio aut igne coëgit ad fidem.Nam aliud eſt cogere ad recipiendam fidẽ,& cogere ad ſeruandam fidem iam ſuſceptam:primum quidẽ illicitum eſſet,qm̃ Deus vult voluntarium: ſecundum autem licet, ne eccleſiæ ſtatus catholicus confundatur & permutetur.Licet igitur neque Chriſtus,neque eccleſia aliquẽ gladio cogat ad recipiendam fidem,poteſt tñ eccleſia, ex conſequenti Chriſtus viuens in eccleſia,condere legem coactiuam eorum,qui iam fidem receperunt:vt permaneãt in fide.

Parabola verò zizaniorum non dicitur ꝓpter hæreticos tantum, ſed ꝓpter oẽs malos in die iudicij quo ad damnationem æternam:qui cruciabũtur corpore & anima in igne: & ꝙ intendat de damnatione in fine ſeculi patet in eodem cap.13.Quoniam, inquit Saluator, Meſsis, conſummatio eſt ſeculi:meſſores verò Angeli.Sicut ergo colligũtur zizania, & igni comburuntur ſic erit in conſummatione ſeculi, &c. Hæc autem duo non repugnant, ſcilicet quòd eccleſia ſtatuat autoritate Chriſti hæreticos obſtinatos occidi debere: & quòd Chriſtus,vt iudex viuorum ac mortuorum, ſtatuerit eos igne æterno cruciandos in conſummatione ſeculi.

Exemplum de Paulo blaſphemo non iuuat in propoſito: qm̃ fidem non ſuſceperat:poſtquam autem conuerſus eſt nõ peccauit in fide,ideo non meruit occidi,vt meretur hæreticus:& illud,quod ſcribit ad Titum,non contradicit propoſito,nam conuenienter admonet Titum, vt deuitet hæreticum,ne ſua mala doctrina noceat.Condere autem legem,& imponere Tito, ꝙ hęreticos occidat,non ſpectat ad ſolum Paulum:quia non fuit ipſe inſtitutus paſtor & princeps eccleſiæ,ſed doctor.Gẽtium:ſpectat autẽ ad Petrum,& ſucceſſores ſuos cum eccleſia. Quapropter Otho in hoc non eſt audiendus,nec qui Lutherum ſequuntur.

Hanc autem de perdendis hæreticis legem damnãt:quoniam cùm ſint ipſi damnati hæretici, vellent impunè poſſe catholicos perturbare.

Quantum ad quartum,ſcilicet quot malorum infidelitas ſit cauſa,& ſemper fuerit, cõſtat luce clarius antiqua & noua ſcriptura.

Infidelitas quot malorum cauſa fuerit.

Primò,qm̃ Pharao noluit credere Deo loquenti per Moſem & Aaron,plagis horribilibus flagellauit Aegyptum: & tandem ipſum cum exercitu ſubmerſit in mari: vt legimus à principio Exodi vſque ad caput decimum quintum.

Secũdò, ꝓpter incredulitatem proſtratus eſt populus in deſerto poſt egreſſum ex Aegypto,de quo memoratur Paulus ad Hebrẽos capite tertio,vbi inquit: Quibus aũt infenſus eſt quadraginta annis.Nónne illis qui peccauerunt,ſ.per infidelitatẽ,quorũ cadauera proſtrata ſunt in deſerto?Quibus autem iurauit non introire in regnum ipſius, niſi illis, q̃ increduli fuerunt?Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipſius propter incredulitatem.

Tertiò,propter diffidentiam filiorum Iſraël & Moſis,ad aquas contradictionis:vexatus eſt Moſes. & nó introduxit populũ in terram promiſsionis,vt legimus Numeri cap. 20.

Quartò,propter incredulitatẽ Azę regis Iuda, euaſit de manu eius exercitus regis Syriç. Nã in ſecundo Paralipom. capite decimoſexto,ſic legimus: Venit Ananias ꝓpheta ad Aza regem Iuda,& dixit ei:Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ,& non in Deo tuo,idcirco euaſit regis Syriæ exercit' de manu tua.Nónne Aethiopes & Libyes multo plures erãt quadrigis,& equitibus,& multitudine nimia: quos cùm in domino credidiſſes,tradidit in manu tua?

Quintò,propter incredulitatẽ Zacharias ſacerdos ꝓcurſoris pater effectus eſt mutus,eò ꝙ non credidit Angelo nũcianti Eliſabeth parituram Ioannem Baptiſtã, Lucæ capite primo,pro eo ꝙ non credidiſti verbis meis, eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem natiuitatis eius.

Sextò, ꝓpter titubationẽ in fide Petrus mergitur: Vnde Matth.14.inquit illi Ieſus:Modicę fidei,quare dubitaſti?

Septimò, ꝓpter incredulitatem,vt legimus Matthæi capite decimoſeptimo,diſcipuli nõ potuerũt dęmonem eiice re.Nam quærentibus illis quare non potuiſſent illum eijcere,reſpondit Ieſus,Propter incredulitatem veſtram.

Innumera poſſem exempla adducere:& ꝓ omni cõfirmatione aduerte,ꝙ Saluator in nullo adeò reprehẽdit diſcipulos,quàm in incredulitate,vt patet de Thoma nó credẽte ipſum reſurrexiſſe,Ioan.20.capite.& cũ vellet aſcẽdere in cœlum,exprobauit diſcipulorũ duritiẽ & incredulitatẽ, Mar. capite vltimo.Eſto ergo fidelis vſq; ad mortem, & accipies coronam vitæ,Apo.c.2.hęc de præſenti ca.dicta ſint.

Tractatus primi finis.

TRACTATVS SECVNDVS

Secundæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ,ſex partitus capitibus.

¶De diuina & Chriſtiana Spe,& vitio ei oppoſito,quod eſt deſperatio per defectum,& præſumptio per exceſſum.

POſt tractatũ de diuina & Chriſtiana fide,ordo doctrinæ requirit, vt ꝑtractemus de diuina ac Chriſtiana ſpe & eius oppoſitis.Nã ſpes immediatè ſupponit ac firmatur ĩ fide:eſt em̃ ſpes, vt dicemus,de bono futuro arduo,ſeu difficili,poſſibili tñ per aliqđ medium cõueniens acquiri:ꝓcipuum verò bonum futurum,qđ nos fideles ſperamus eſt æterna beatitudo. Hanc autem,vt declarauimus in tractatu ꝓcedenti, non cognoſcimus niſi ꝓ fidem:quia ſ.credimus reuelatis nobis à Deo humanato,inter q̃ reuelauit nobis, ꝙ merces noſtra eſt multa in cœlo.Speramus ergo beatitudinẽ,qm̃ de ea fidem habemus:ergo ſpes,in fide fundatur.Præterea,qm̃ cognouim⁹ex diuina reuelatione,ꝙ arcta eſt via,q̃ ducit ad vitam.Ex conſequẽti ꝓ virtutem noſtrã non poſſumus ad illam ptingere; ſperam⁹vitam perpetuam ex diuino auxilio,q̃ eſt diuina gratia,qua idonei efficimur ad ꝓmerendum beatam vitam,ita ꝙ ſpes noſtra innitit nó noſtræ naturali virtuti,ſed Dei gratię & auxilio:qđ niſi firmiter crederemus affuturum ex diuina largitate,mõ obſtaculum peccati nó diuidat nos à Deo: vana eſſet ſpes noſtra.Spes ergo fideliũ fundat in diuino auxilio,qđ credimus nobis affuturum ad cõſequendam æternam beatitudinem,& ſic patet, ꝙ diuina & Chriſtiana ſpes immediatè fundat in fide.Cõgruè ergo poſt fidem tractabimus de ea,& eius oppoſitis,quæ ſunt pręſumptio & deſperatio.Hunc igitur tractatum diuidemus in ſex capita.

Primò,diffinienda eſt ſpes vniuerſaliter ſumpta.

Scđò,diuidenda eſt in ſpem Theologicam, id eſt diuinã: & non Theologicam,quam poſſumus appellare humanam.

Tertiò, declarabimus quomodo & quibus de cauſis vtraque vigoratur,& augmentum ſumit.

Quartò,declarabit ex ſcripturis ſanctis, quã laudabilis ſit diuina ſpes,& quantùm reprobetur humana.

Quintò,declarabitur euidentiſſimis exemplis quãtæ virtutis ſit diuina ac Chriſtiana ſpes.

Sextò, ꝓtractabimus de præſumptione & deſperatione, quæ opponunt ſpei:ſicut auaritia & ꝓdigalitas liberalitati.

CAPVT I.

Quídnam ſit Chriſtiana ſpes.

IN primo capite diffiniẽda eſt ſpes,vt ſpes eſt,id eſt,vniuerſaliter ſumpta: ita ꝙ hmõi diffinitio verificabit de oĩbus modis,quib⁹ dr̃ ſpes.Tu igit aduerte,ꝙ ex ſnĩa Ari.cui ꝯcordant Theologi,ꝓcipuè Diu⁹ Tho.ĩ prima ſcđæ,quæſt.40.art. 2. ſic diffinienda eſt:Spes eſt motus potẽtiæ appetitiuę aĩæ, cõſequens apprehẽſionẽ boni futuri ardui,poſſibilis tñ acquiri:hæc diffinitio quo ad ſingulas particulas ſic declarat.

Primò dr̃ motus potentiæ appetitiuæ:qm̃ cum appetitus deſiderat aliqđ bonũ,ſi occurrit ſibi mediũ oblatum ab apprehẽſiua cogitatiua,vel intellectiua,quo põt illud bonum deſideratum acquiri,excitat ſeipſum,& mouet ſe appetitus innitẽs tali medio,& cõſurgit ad cõſequendũ bonũ deſideratum:& hic motus ſiue excitatio cauſata ex medio occurrenti dr̃ ſpes:putà,Socrates cognoſcit Pontificẽ eſſe Romæ & deſiderat ab eo gratiã.Tũc excogitat qũo faciat ſibi Põtificem fauorabilẽ,quo inuẽto,volũtas eius excitatur:& cõ ſurgit ad cõſequendam gratiam deſideratam, & tunc dicit Socrates eſſe in ſpe conſequendi gratiam.Quòd ſi medium non occurrit,vt dicemus,decidit animo,nec ſperat.Neceſſe eſt ergo inuenire medium,cui innitatur ſperans,aliter vanè ſperaret.

Spes à timore distinguitur, & à delectatione.

Secundò, dicitur consequens apprehensionem boni futuri. In hoc enim distinguitur spes à timore. Prouenit enim timor ex apprehensione futuri mali, & ex opposito consurgit spes ex apprehensione futuri boni, inuẽto medio consequẽdi illud. Vnde qui dicunt se sperare aliquod futurum malũ, deridendi sunt: nisi fortè sibi suadeant illud malum credere eis etiam bonum. Tunc enim sperat malum vt sibi bonum. Sicut qui sperat videre, aut facere vindictã de inimico suo: quæ licet inimico sit mala, tamen speranti videtur bona.

Tertiò, dicitur boni futuri: in hoc distinguit spes à delectatione, q̃ est respectu boni præsentis, & iam adepti. Nam delectatio se habet ad appetitũ & spẽ, sicut quies ad motũ. Speramus enim ꝓpriè in his, quæ nondũ possidemus, vel nõ tantũ, aut eo modo, habemus, vt desideramus habere. Sicut venator, postquam vnam accepit feram, sperat habere plures: sic mercator in lucro. Delectat aũt ꝓpriè bonis iam adeptis & possessis: & ideo meritò dicitur, ꝙ delectatio respicit bonum præsens, Spes autem bonum futurum.

Quartò dicitur boni futuri ardui, in quo distinguit spes ab amore & desiderio. Possumus enim amare & desiderare bonum cognitum, siue apprehendamus ipsum vt facile, siue vt difficile ad acquirendum, etiam ꝙ nõ haberemus mediũ consequendi ipsum. Nunquam aũt speramus propriè, nisi in bonis difficilibus ad acquirendum. Vnde deridendi sunt, q̃ in leuissimis sperant & dicuntur viri vanæ spei, sicut qui habent cibum gratum ante se pacificè positum: & sani & famelici sunt, dicunt, spero me hunc cibum comesturum.

Quintò, dicitur possibilis tñ acquiri, & in hoc distinguit spes à desperatione. Cum eñ apprehẽdimus & amamus, & desideramus aliquod bonum, nec aliquod nobis mediũ occurrit quo valeamus illud consequi, decidimus à spe. Vt si video auem volantem, aut piscem in mari natantem, & non habeã rete, aut aliud quo vulneré ipsum: licet ipsum amẽ mihi & desiderem, tñ despero posse ipsum cõsequi. Qm̃ igit spes respicit bonum difficile, nõ tamen impossibile acquiri, ideo omnes rectè sapientes & Arist. in 2. Ethic. reponunt eã in irascibili, eò ꝙ concernit quandã difficultatem in acq̃rendo bono desiderato: & obiectũ irascibilis est bonũ arduũ: vt declarauimus in 2. Ethic. vbi & assignauim⁹ ordinẽ inter passiões animæ, q̃ sunt in cõcupiscibili & irascibili: & nisi illic te resolueris, nõ habebis plenã notitiam de spe, vt eam nunc diffiniuimus. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

De duplici spe Theologica, & non Theologica.

IN scdo c. vt scias q̃ spes est virtus Theologica & quã dicimus diuinã atque Christianã, aduerte ꝙ cùm spes, vt spes est, respiciat bonũ arduũ, possibile tñ acq̃ri talis acquisitio põt imaginari posse fieri duobus modis. Primò per virtutẽ naturalem, q̃ fit in nobis: vel in alio agẽte nobis deseruiente: puta ꝓ virtuté in me motiuã & robur corporis spero pedib⁹ ire Romã, & dato, ꝙ per me ipsum nõ possem, spero medio eq̃, aut ꝓ aliud vehiculũ. Et in hoc sensu spes est de ꝯsideratiõe Philosophi moralis & versat circa quodcũq; bonũ arduum humanũ, possibile tñ naturali virtute adipisci: & est subiectiuè in irascibili, qua ponit defensiua ac pugnatiua ꝓ cõcupiscibili vt diffusè ptractauimus in 3. Ethic. prætereà, in hoc sensu nõ est virtus Theologica, de qua sola hic intendimus. Nec Ari. nec alius ex philosophis clarè eam apprehendit: obiectum nãq; diuinæ spei ac Christianæ non est quodcũq; bonum arduũ possibile adipisci, sed bonũ tñ diuinũ: qd̃ est felicitas ẽterna. Quę ideo est Christianę spei obiectũ, qm̃ acquiritur cũ difficultate, iuxta illud Matth. ca. 11. Regnum cælorũ vim patitur, & violenti rapiũt illud. Et Paulus primę ad Cor. ca. 9 inquit: Omnis, q̃ in agone contendit ab omnib⁹ se abstinet: & illi q̃dẽ vt corruptibilem coronam accipiant, nos aũt incorruptã. Scdo, hæc acq̃sitio boni arduí põt fieri solũ medio supnaturali: quod nullo modo inest nobis à natura: sicut est diuina gratia gratum faciens hominem Deo, q̃ diuinũ auxiliũ dicit, eò ꝙ adiuuat & ꝯfortat & eleuat animã supra facultatem suã naturalem, vt sit potens ad operandum meritoriè. & ꝯsequendum æternã beatitudinẽ. Et in hoc sensu ponitur Theologica virt⁹, atque dicit diuina & Christiana spes, de qua loqui intendimus: & sic põt diffiniri ad mentẽ diuini Theologi, & ꝑcipuè Beati Thomæ in prima secundæ quæst. 17. artic. 7. Spes est virtus, qua ꝓ diuinum auxilium nititur anima ad beatitudinem ẽternam consequendam. Hæc declaranda est quo ad singulas particulas: deinde assignabitur diffinitio Magistri sententiarum.

Primò dicitur, virtus: qm̃ ex fundamento Ari. in secundo Ethic. qd̃ & omnes Theologi recipiunt, ꝑcipuè Bea. Thom. in prima scdæ q. 17. art. 7. Virtus est illa, quæ facit actum hominis esse bonum, & per quam attingimus debitam regulã te mensuram: sed spes diuina ac Christiana facit actum sperandi esse bonum, actus em̃ iste, est sperare in Deo, vt datore oís boni. Hoc autem est bonum: vnde Psalmus: bonum est sperare in domino. & illud: Mihi autem adhærere Deum bonum est, & ponere in Deo spem meam. Et per hanc diuinam spem attingimus debitam ac primam omnium regulam & mensuram, qm̃ per ipsam mouemur ad Deum, vt omnium regulam, ac mensuram.

Secundò dr̃, qua ꝓ diuinum auxilium: qm̃ in hãc particula distinguitur à spe humana quam dicim⁹ moralem, qm̃ de ea ꝓtractat philosophus moralis, Nam illa innitit naturali siue humano medio & auxilio, vt fortitudini corporis, diuitijs, exercitui, & alijs, &c. & ꝓ hmõi media tendit humanus appetitus in quodcunque bonum desideratum, acceptũ sub rõne ardui. At diuina ac Christiana spes nõ in his, sed in diuina gra firmatur: & illi innitens tendit ac satagit æternam beatitudinem acquirere. Vñ qui sperãt auxilio naturali ẽternam cõsequi beatitudinem, non sperãtes, sed præsumptuosi nominandi sunt. Hos arguit Isaias cap. 30. inquiens, Væh filij desertores, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habẽtes fiduciam in vmbra Aegypti: & erit vobis fortitudo Aegypti in confusionem, &c.

Tertiò dr̃, ad beatitudinem æternam ꝯsequendam: nã ꝓpter hoc similiter distinguitur Christiana spes ac diuina ab humana siue morali. Humana em̃ versatur circa quodcunq; bonum arduum creatum. Hęc aũt ꝓ obiecto & medio siue auxilio habet Deum beatificum: eiusq̃; diuinam graciam vt vnicũ auxilium, quo ꝓmouemur in beatitudinem æternã ꝯsequendam. Hinc ꝓuenit, ꝙ hæc est sola & vnica vera spes, vera ferens gaudia, oẽs aliæ, quas dicim⁹ humanas, aut sunt diminutæ, aut vanæ & deceptorię. Datur em̃ tantum vnum primum bonum sperãdum: cætera verò bona, aut diminuta in cõparatione ad primũ & summum, aut vanitati admixta sunt. Ideo in eis sperandum non est nisi in ordine ad primũ, Vñ si qui ex his, qui in Deum se credere & sperare dicũt magis in rebus creatis quã in Deum sperant, horum nõ tuta est nauigatio in decursu humanæ vitæ ad cælestẽ portũ, eò ꝙ eorum nauis anchora caret, cui spes assimilat ſm Paulũ ad Hebr. ca. 6. vbi inquit: Confugimus ad tenendam spem ꝓpositam, quam sicut anchoram aĩæ habemus tutam & firmam. Qui aũt dicunt cũ Iudith, Spem meã in alio nunquã habui, nisi in te dñe Deus Israël, &c. tutè ac directè ad cælestẽ patriam nauigant. Constat igitur in quo distinguitur humana siue moralis spes à diuina & Christiana, & quid sit.

Nunc autem aduerte, ꝙ diffinitio assignata de diuina spe concordat cum ea, quam format Magister sententiarum, in tertio Distinct. 25. & est hæc.

Spes est virtus, qua spũalia & æterna sperant bona ideſt cum fiducia diuini auxilij expectãtur. Est em̃ spes certa expectatio futuræ beatitudinis, veniés ex Dei gratia, & ex meritis ꝑcedentib. rem speratam, id est beatitudinem æternam. Sine meritis enim sperare, non spes, sed præsumptio dici potest. Hæc Magister, quę vt patet concordant cum prędmissis. Hęc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Quibus causis spes augetur.

IN tertio capite declarandum est quomodo & quibus causis vtraque spes, s. humana siue moralis, & diuina ac Christiana vigoratur, & augetur.

Quantùm igitur ad humanam spectat, aduerte vt ét docuimus in alio ꝓposito, ꝙ ex quinque causis augeri contingit. Nã cùm spes vt diximus, circa bonum difficile versetur; quæ minuunt difficultatem in consequendo rem speratam, augent spem: Hęc autem sunt quinque.

Spem augẽt quinque.

Primò sunt diuitiæ: nam cùm affectamus aliquod arduũ consequi, quod quidem aduertimus nos consequi non posse nisi accedente potentia temporali: necesse est ꝓ diuitias siue pecunias ꝓparare nobis auxilia & fauorem. Vñ si contingat pauperé assumere causam, aut litem ɔ diuité, dicidit à spe, nec audet aggredi causam, donec vel per se vel medijs amicis, ei medium occurrat cõgregandi pecunias, quib⁹ defendat se, & agat ɔ aduersantem diuitem. Hac de causa nõ præualuit Naboth ɔ Achab regem, petentem ab eo vineam, quã acceperat in hæreditatem à patrib. suis, vt legimus 3. Reg. c. 21. & Socrates accusatus coram Athenienſibus iudicibus, vt refert Plato in Apologia, dixit se non sperare euasurum manus eorum: ex eo quòd eius paupertas non permittebat ipsum decertare contra potentes. Prętereà, cùm esset in carcere

in carcere concluſus,& Crito eius diſcipul⁹ ſuaderet ei tributare cuſtodes,vt effugere poſſet,reſpõdit ei Socrates, Facultas mea vix centum minas attingit: ideo non ſum huius ſpei,ꝙ ex tributo cuſtodum liberer à carcere. Conſtat ergo quòd ſicut paupertas ſpem minuit,ſic diuitiæ augent.

Robur corporis auget ſpem.

Secũdò,robur corporis humanã ſpem auget. Reddit eñ hominem audacem. Vnde & pericula intrepidus aggredit, vt inquit Ari.in 3. Ethi. Ex audacia autẽ augetur ſpes victoriæ:exemplum habetur ex Dauid in 1.Reg.c.17.vbi inqt Dauid ad Saul deſiderans contra Philiſthęũ Goliath pugnare: Ego ſeruus tuus vadam,& pugnabo ꝺ Philiſthæum: (& infrà)paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem:& veniebat leo vel vrſus,& tollebat arietẽ de medio gregis,& perſequebar eos,& ꝓcutiebam,& eruebam de ore eorum:& illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebã mentum eorum,& ſuffocabam ac interficiebã eos. Nam & leonẽ & vrſum interfeci ego ſeruus tuus:erit igitur hic Philiſthęus quaſi vn⁹ ex illis.Nunc vadam,& auferam opprobrium populi. Idem legimus de Samſone in li.Iudic.c.14.15.16.& in eodem lib.de Gedæone & ſociis,q̃ non curuatis genib⁹,ſed ſtantes manibus lãbebant a quam more canum,cap.7.idem manifeſtatur exemplo Iudæ Machabæi & fratrum:vt patet ĩ 1.Machabæorum c.3.Sicut autem corporis fortitudo ſpem auget & ſubminiſtrat,ſic ex oppoſito infirmitas ac imbecillitas eam minuit,& eneruat:nã reddunt hoĩem timidum,Timor autẽ retrahit à periculis ſubeundis ex 3.Ethi. Exẽplum habemus in li.Iudic.c.7.de ſociis Gedęonis,q̃ poſtquàm audierunt Gedęonẽ ꝓclamãtem ex parte Dei:Qui timidus & formidoloſus eſt,reuertat ĩ domũ ſuã.Et receſſerũt viginti duo millia.

Amicitia quo cõferat ſpei.

Tertiò,eſt amicitia.Quod eñ homo per ſe nõ poteſt,cõfidens in amicorum fideliũ auxilio,intrepidè aggredit.Amicus eñ eſt amico colũna fortis:ideo Ecc. c.25.dicitur: Beatus qui inuenerit amicũ verũ.Vnde & Plato in Sympoſio declarare intendens,q̃ fortis ſit vera ac firmata amicitia,inqt: Si exercitus conſtrueretur ex amantibus & amatis, ꝓfectò inſuperabilis eſſet,quod ideo eſt, qa excitarent ſe inuicem ſpe incredibili:ex oppoſito inimicitia ſpem frangit,& deſperationem inducit;nã cùm quis aduertit ſe pro maiori parte odio haberi,efficitur remiſſæ ſpei, nec audet quid præclari aggredi,etiam ꝙ ſit diues:quoniam nõ habet, in quibus merità confidat.Propterea Plato in libris de rep.vitam & mores tyranni deſcribens,dicit tyrannum ſemper in timore verſari in nullo conſtanter ſperans, cùm ſciat ſe ſubditis odioſum,& nil magni molitur,niſi per inſidias & dolos.

Experiẽtia ſpem auget.

Quartò,eſt experientia: Nã qui pluries diſcrimina ſęua aggreſſi ſunt,victoréſque fuerunt,efficiuntur magni animi ac validę ſpei,eò ꝙ longa eos docuit experiẽtia, quomodo aggrediẽda ſint pericula,& quomodo ſe defenſare debeãt. Vñ Ari.in 3.Ethi.inquit,multos eſſe magnæ ſpei,& exiſtimari fortes, propter multoties & multos viciſſe: ex oppoſito ĩexperiẽtia ſpẽ minuit,ſicut nouos videm⁹ milites in pugna tremere, & nouos diſputatores primo aſpectu terreri, & nautas nouos q̃cũq, maris pericula ẽt ꝺſueta expaueſcere.

Iuuẽtus an ſpem.

Quintò,eſt iuuentus,quæ,vt inquit Ari.in ſecundo Rhetoricæ eſt bonæ ſpei:cuius triplicem cauſam aſſignat.

Primò,qm̃ iuuenes parũ habent de tempore ꝓterito, & multum de futuro ſm̃ naturę decurſum.Et qm̃ ſpes futurum reſpicit,ſicut memoria ꝓteritum:ideo ex eo ꝙ iuuenes proponunt ſibi multam vitã in futuro, efficiuntur magnæ ſpei: ꝓponentes ſibi mirabilia peragẽda,licet in multa vanitate.

Secundò,qm̃ ſunt calidioris ſanguinis ac complexionis ꝓ ætate iuuenili: ex his autem generantur multi ſpiritus, ex multiplicatis ſpiritibus dilatatur cor, ex dilatione cordis homo ad ardua promptè procedit. Hinc videmus ꝙ quæcunque cor confortant & lætificant, reddunt hominem animoſum ac magnæ ſpei:ſicut gaudium ſubſequens ingentem triſtitiam,lucrum poſt multa pericula & labores, vinũ poſt multam ſitim ac laborem aut abſtinentiam. Vnde & ebrij cœlo minantur,& infernum captiuant.

Tertiò,quoniam iuuenes vt in pluribus inconſideratè ꝓcedunt in actionibus ſuis, ideo non conſiderantes pericula quaſi præcipites tendunt in ea:ex qua inconſideratione generant ſibi magnam ſpem,quæ pro veritate rei potius temeritas ſępenumerò nuncupanda eſt.

Ex oppoſitis autem cauſis ſenectus ipſa ſpem minuit.

Primò,qa de futuro parum eis reſtat:ideo nõ accenduntur nouis deſideriis q̃rendo ſibi magna ꝓ futuro tempore.

Scdò,efficiunt frigidæ & ſiccæ cõplexionis, ac groſsiorisſãguinis:& ĩ eis pauciores ac debiliores ſpirit⁹ generãt. Hinc efficiũtur coarctati cordis,ex ꝙſequenti modicę ſpei.

Tertiò,qm̃ ſenes non ex abrupto,ſed conſideratè in agẽdis,atque arduis aſſumendis ꝓcedunt:& niſi occurrant cõuenientia media,prudẽter diſcrimina vitant, edocti longa temporum experientia. Patet igitur quot & quibus cauſis augetur ſpes humana,& quomodo oppoſitis minuitur.

Quantũ autẽ ad diuinã & Chriſtianam ſpẽ ſpectat, quam diximus eſſe certã expectationem ętęrnæ beatitudinis, aduerte ꝙ in animo fideli ex tribus cauſis augetur ac nutritur.

Spes Chriſtianorum ex tribus augetur.

Primò,ex copioſa Seruatoris noſtri paſſione. Morale eſt eñ cùm videmus amicum noſtrum,ꝓ nobis aliqua pati, aliquantã ſpẽ de eo concipimus:& ſi maiora patitur,maiorem & ſi maxima,maximã.Sed Seruator noſter ꝓ nobis maxima paſſus eſt,vt nos ſaluaret.Vñ Petrus in epiſtola primę inquit c.2.Qui peccata noſtra in corpore ſuo tulit ſuper lignum,vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus,cui⁹ liuore ſanati ſumus.

Scdò,ex vita innocẽter acta.Qui eñ ſentiunt ſe multis grauatos ſcelerib.ac offenſis in dñum ſuum ꝓpetratis, non ſperant ab eo honorem,neque retributionem in bonis,quin potius pœnis terrẽtur.Vñ Plato in primo libro de repu. introducit Pindarum dicentem:Vita innocenter acta ſpẽ bonam in ſenectute nutrit. Qui autem ſunt multorum ſcelerũ conſcij,peſſima ſpe viuunt ac formidant:qm̃ inferorum pœnæ ſenem terrent iniquum.

Tertiò,ex copioſa Dei maximi miſeratione:q̃ non ex operibus iuſtitiæ,q̃ fecimus nos,ſed ſm̃ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit: &, vt inquit Petrus in prima epiſtola,capite primo,Benedictus Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti,qui ſm̃ magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpẽ viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti à mortuis,in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſſibilẽ conſeruatam in cœlis.Patet igitur quibus de cauſis augeat ac conſeruetur in nobis vera illa diuina ſpes ac Chriſtiana. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quàm excellens ſit diuina ac Chriſtiana ſpes,econtra verò ſpes humana

Spes ac prudẽtia humana quo repro hęſibilis eſt.

IN capite quarto declarãdum eſt ex ſcripturis ſanctis quã laudabilis ſit diuina ſpes,& quantum reprobet humana. Verùm antequam deſcendamus ad ꝓpoſitum oſtendendum aduerte,ꝙ humana ſpes qua ſperamus aut in hoĩe,aut in fortitudine,aut in ꝓpria prudentia,aut in quocunq; alio creato,vt bonum deſideratum cõſequamur:ad duo reſpicere poteſt,ſcilicet ad bonum deſideratum, & ad medium ſiue auxilium,quo ſperat quis bonum deſideratum conſequi:& in vtroque contingit humanam ſpem peccare ac reprehendi. Nam cũ bonum ſperatum habeat rõnem finis,& auxiliũ rationem efficientis,ſicut calor in igne habet rõnem cauſę calefacientis,contingit ꝙ homo ſpẽ ſuam locat in bono creato,vt in vltimo ſuo fine,& ſummo bono:ſicut qui reponunt ſummum bonum in diuitijs,aut gloria,aut voluptate,& hęc eſt ſpes vana & falſa ac reprobata in ſcripturis.Si autẽ ſperat in bono creato non propter ſeipſum,ſed in ordine ad bonum diuinum,vt qui ſperat in diuitijs & ſanitate,vt virtuoſè ac tandem feliciter viuat,huius ſpes ordinata eſt, & non reprobanda.Contingit etiam hominem in humana ſpe peccare propter auxilium & mediũ quo putat ſe cõſequi poſſe ſperatum bonum.Vt qui ꝓpria virtute cõfiſus,aut in ſuis operib.vt opera bona humana ſunt,aut orationibus aut elemoſynis magis quã in diuino auxilio, exiſtimat ſe ꝓmereri à Deo quodcunque bonum deſiderat, & liberatione à quocunque malo,& tandem beatificari. Hæc eſt ſuperborum ſpes:quam Seruator ipſe reprobat Ioan.capite decimoquinto,Sine me nihil poteſtis facere.Hanc vbique ſcriptura ſacra reprobat,vt declarabimus infrà.Quòd ſi in auxilio creato non principaliter,ſed ſecundariò,ſ.in ordine ad diuinum auxilium ſperat,non eſt vana,ſed ordinata ſpes.Sic infirmus laudabiliter poſt Deum ſperat in medico.Vnde de medico in ſcriptura ſacra optima datur lex:quomodo ſ.in Deo confidendum eſt primò,deinde non deſpicienda, ſed magnificienda prudentis medici opera.Propterea in Eccleſi. ſic legimus capite trigeſimooctauo,Fili in infirmitate tua ne deſpicias te ipſum:ſed ora dñum, & ipſe ſanabit te. Auerte à delicto,& dirige manus,& ab omni delicto munda cor tuũ ex prædictis admonemur primò ſperandum in domino, in ſequentibus autem quomodo ſperandum in medico in ordine ad Deum inquit:Da locũ medico, etenim illum creauit dñs,nõ diſcedat à te:quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt eñ tempus,quando in manibus illorum incurras,ipſi verò dominum deprecabuntur,vt dirigat requiem eorum & ſanitatem,&c.Ex his ergo conſtat,quomodo non illicitum eſt ſpe

rare in bono creato in ordine ad bonum diuinum. Illicitum autem ſperare in eo, vt in vltimo ac ſummo fine. Prætereà non illicitum eſt quærere humanum auxilium & medium in in ordine ad diuinum, vt ad ſummum & vniuerſale. Illicitũ autem ſiſtere intentionem vltimam in eo. Quando igitur in ſequentibus reprobatur humana ſpes tam reſpectu finis, q̃ reſpectu medij: intellige in primo ſenſu & nõ in ſecundo: & quando approbabitur ſola diuina ſpes, intellige nõ excludẽdo humanam, modo ſit ordinata ad diuinam: quando reprobabitur humana, intellige vt excludit diuinam, non aliter.

Spes maxima laus ex ſacris literis

His prænotatis declarandum eſt tibi, quantùm magnificiant ſcripturæ ſanctæ, & præcipuè Dauid in Pſal. diuinam ſpẽ. Aduerte igitur, quòd Dauid ſummo ſtudio curauit diuinã miſericordiam, diuinum auxilium, diuinam bonitatẽ, diuinam ſpem magnificere & extollere, de diuina ſpe habes in Pſal. vt infrà: Qui confidunt in domino ſicut mons Sion: non cõmouebitur in æternũ, qui habitat in Hieruſalẽ.

Quoniam tu es domine ſpes mea, ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero.

Beatus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Miſerere mei Deus, quoniam in te confidit anima mea: & in vmbra alarũ tuarũ ſperabo, donec tranſeat iniquitas.

Deduxiſti me domine: quoniam factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici.

Verumtamen Deo ſubiecta eſto anima mea: quia ipſe eſt Deus, meus, ſaluator meus, & Deus meus adiutor meus.

Tu es domine patientia mea, ſpes mea à iuuentute mea.

Mihi autem adhęrere Deo bonum eſt ponere in Deo ſpẽ meam.

Filij, q̃ naſcentur narrabunt filiis, vt ponant in Deo ſpẽ, & nõ obliuiſcãtur operum Dei, & mandata eius exquirant.

Suſceptor meus es tu, & refugium meũ, Deus meus ſpes mea: & ſperabo in eum.

Factus eſt mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

Bonum eſt confidere in domino quàm in homine: bonum eſt ſperare in domino quàm in principibus.

Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea.

Clamaui ad te domine, dixi: Tu es ſpes, portio mea in terra viuentium.

Hæc omnia Dauid in Pſal. de ſpe in Deum habenda.

Sapientiæ autem cap. 3. ſic habetur, Spes ſanctorum immortalitate plena eſt.

Et Eccleſi. cap. 24. Sapiẽtia ſic loquitur: In me omnis ſpes vitę & veritatis. Ego mater pulchræ dilectionis & agnitionis, & ſanctæ ſpei.

Et Hierem. 19. Benedictus vir, qui confidit in domino & erit dominus fiducia eius. Patet igitur quàm pretioſa ſit ex ſcripturis ſanctis ſpes diuina.

Spes humana reprobatur à ſacris literis.

Quantum verò reprobetur humana ſpes in ſenſu, quem ſuprà expoſuimus, conſtat ex ſcripturis ſanctis. Nam Dauid reprobans ſperantes in virtute ſua, & in diuitiis inquit in Pſal. Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.

Et prouerbiorum cap. 10. Spes impiorum peribit.

Et cap. 28. Qui confidit cordi ſuo, ſtultus.

Et ſapientię cap. 5. Spes impij quaſi lanugo.

Et Prouerbiorum c. 22. Qui confidit in diuitiis ſuis, corruet: iuſti autem quaſi virens herba germinabunt.

Et cap. 11. Qui cõfidit in cogitationibus ſuis, impiè agit.

Et Iſaiæ cap. 48. Confundantur confuſione, qui confidũt in ſculptili.

Et ca. 59. Non eſt, qui inuocet iuſtitiam: neque eſt qui iudicet verè: ſed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitatem.

Et Hieremiæ ca. 19. Maledictus homo qui confidit in homine: & ponit carnem brachium ſuum, & à domino recedit cor eius.

Et Amos capite ſexto, Væh qui opulenti eſtis in Sion: & confiditis in monte Samariæ optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Iſraël.

Et Marci capite decimo, Filioli, inquit Ieſus: quàm difficile eſt confidentes in pecuniis introire in regnum Dei.

Et Paulus primæ ad Timotheum capite ſexto: Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, nec in incerto diuitiarum ſuarum ſperare.

Conſtat igitur quàm damnabile ſit apud ſcripturas ſacras ſpem in aliquo creato, vt vltimo fine, vel in ſupremo reponere. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

Varia diuinæ ſpei ex ſacra ſcriptura exempla ac teſtimonia oſtendit.

IN quinto capite declarandum eſt euidentiſſimis exẽplis ſumptis ex ſacra ſcriptura, quantæ virtutis ac mirabilium operum cauſa ſit diuina ac Chriſtiana ſpes.

Tu igitur aduerte, q̃ vt legimus Exod. c. 5. & 6. ſpe diuina confiſus Moſes ſtetit intrepidus ante Pharaonis conſpectũ, & tandem populum de Aegypto eduxit.

Spe in Deum nixi filij Iſraël, vt legimus Iud. ca. 20. ꝺ̃ Beniamin tribus pręliantes, tandem pręualuerunt.

Spe confiſus in Deum Dauid, vt legimus in 1. Reg. ca. 24. dixit ad Goliath: Tu venis ad me cum haſta & clypeo, ego autem in nomine domini.

Spe & confidentia in Deum, vt legimus in 1. Regum c. 12. Nathan ꝓpheta, audacter corripuit Dauid poſt adulterium. Confidens Helias dixit ad Achab, vt legimus in 2. Reg. c. 18. Non ego turbaui Iſraël, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata domini.

Eadem ſpe Helias occidit quadringentos prophetas Bal.

Idem Helias occurrẽs Achab & dicenti: Q̃ inueniſti me inimicum tibi? ſpe conſtanti reſpondit ei, Inueni, eò q̃ venũ datus es vt faceres malum in conſpectu domini.

Spe fretus Heliſæus, vt legimus in 4. Regum, c. 3. dixit ad Ioram regem Iſraël, Circundante exercitu: Quid mihi & tibi eſt? Vade ad prophetas patris tui.

Spe bona confiſus Tobias, vt legimus Tob. c. 2. dixit increpantibus eum: Nolite ita loqui, q̃m filij ſanctorum ſumus: & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt illis, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.

Spe ĩuicta fultus Iob, vt legim⁹ Iob c. 13. amicis blaſphemantib. rñdit: Etiã ſi De⁹ occiderit me, adhuc ſperabo ĩ eũ.

Suſanna, vt legim⁹ Danielis c. 13. cũ iniuſtè cõdemnaretur erat in anguſtijs cor eius, ſperãs aũt in dño liberata eſt. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino.

Diuina ſpe armati Mathathias & filij eius, vt legimus primi Machabæorum, c. 2. reſtiterunt nunciis Antiochi regis, & dixit Mathathias: Etſi oẽs gentes regi Anthiocho obediunt, vt dicedant vnuſquiſq; à lege patrum ſuorum, & conſentiãt mandatis eius: ego & filij mei, & fratres mei obedimus legi patrum noſtrorũ. Propitius ſit nobis Deus: non eſt nobis vti le relinquere legem & iuſtitias Dei. Non audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus tranſgrediẽtes legis noſtrę mandata, vt eamus altera via.

Inuictę ſpei fuit Mater cũ ſeptem filijs, de quib⁹ legimus in 2. Machabeorũ c. 7. q̃ cũ vnus ex eis tormentis diris occideret à rege tyranno, inquit: E cælo iſta, ſ. linguam & manus poſſideo, ſed ꝓpter Dei legem nũc hęc ipſa deſpicio, q̃m ab ipſo me ea recepturum ſpero. Abraham, vt dicit Paulus ad Roma. ca. 4. ꝺ̃ ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarũ gentium ſm quod dictum eſt ei, vt legimus Geñ. c. 13. Erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cęli & arena maris.

In Chriſti autem fide, ibi ſpes diuina atq; Chriſtiana quãtæ virtutis fuerit, teſtant̃ glorioſi martyres, qui illi inniten-tes mundum & mundi tyrannos deuicerunt. Ideo Seruator noſter Ioannis c. 14. in hoc p̃cipuè adhortatus eſt Apoſtolos dicẽs: Cõfidite, q̃a ergo vici mũdum: quaſi dicat, Sicut ergo mundũ vici, ita & vos, ſi veram ſpem ac confidentiam in me habueritis, mundum vincetis. Conſtat igitur quãtę virtutis, & quàm mirabilium operum cã extiterit ſpes diuina atque Chriſtiana. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT VI.

De vitijs quæ ſpei aduerſantur, Deſperatione videlicet, & Præſumptione: & quomodo curentur animi ab illis.

IN ſexto capitę agẽdũ eſt de oppoſitis diuinę ac Chriſtianæ ſpei: quorũ vnum vt deficiens eſt deſperatio. Deſperat em̃ qui cadit à ſpe, ſuadens ſibi nec p ꝓpriam virtutem, nec p alterius ſiue creatã ſiue increatam poſſe conſequi bonum arduum deſiderium, licet errent: ſicut infirmus laborans humore melãcholico nõ põt ſuaderi, q̃ poſſit liberari, nec virtute naturę ſibi intrinſeca, nec auxilio prudentis medici, nec diuino auxilio: & ſic conſtitutus immutabiliter in hac falſa imaginatione tendit ad mortem. Alterũ aũt oppoſitum ſpei vt ſuperabundans dr̃ præſumptio. Præſumit em̃ ille, qui nimis quam oportet ſperat: ſuadens ſe tantę eſſe virtutis, q̃ ſe ipſe cõſequetur bonum arduũ ſperatũ, aut medio amicorũ, nõ referẽs illud in Deum, vt in primum auxiliatorem, aut q̃ Deus illi abſolutè ꝓpitius erit, ſiue Deũ bñ ac iuſtè colat, ſiue nõ: licet erret. Sicut ſapiẽs in oculis ſuis & ſuperbus & qui exiſtimat ſe ꝓpria virtute & operibus ſuis cæremonialibus exterioribus, vt peregrinatione, ieiunio, nuditate, frigore

gore,&c. posse saluari, etiam q̃ in reliquis malè viuat, agés contra diuina præcepta: nimis cõfisus in Dei bonitate, non attenta eius iustitia. Et constitutus in hac falsa imaginatione, moritur extra Dei gratiam, & dãnatur. Hunc vt præsumptuosum arguit Ioannes in Apocalyp. capite tertio inquiés: Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nulli⁹ egeo: & nescis quòd miseres, & miserabilis, & pauper, & cæcus, nud⁹. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum vt locuples fias: & vestimentis albis induaris, vt non appareat cõfusio nuditatis tuæ, & collyrio vnge oculos tuos, vt videas. De vtroque igitur veræ spei oppositò agendum est: & primò, de præsumptione, secundò de desperatione.

Præsumptio quid sit.

Quantùm ad præsumptionem quatuor agenda sunt: Primò, quid sit. Secundò, vnde causatur. Tertiò, quantùm Deo displiceat. Quartò, quod remedium contra ipsam.

Quantum ad primum aduerte, q̃ præsumptio est immoderata siue inordinata spes circa bonum arduum desideratum cõsequẽdum. Quæ quidẽ immoderatio spei circa duo potest contingere, s. circa bonum arduum acquisibile virtute humana, siue propria, siue aliena: verbi gratia, Potest homo ire Romam propria virtute, id est propriis pedib⁹, & virtute alterius, si nõ potest virtute p̃pria: putà virtute eq̃ aut nauigij. Si quis autem sit tenerioris, aut senioris ætatis, & statuat pedibus ire Romam, aut si cognoscens se ipsum p̃pria virtute impotentem, statuat ire Romam equo debili aut naui vetusta, hic præsumptuosus est: qm̃ inordinatè & sine debitis circunstantiis sperat in p̃pria, aut aliena virtute consequi bonum arduum desideratum, aut circa bonum acquisibile sola diuina virtute à Deo, modo impossibili, vt opponitur potentiæ diuinæ ordinatè: verbi gratia, Qui sperat per diuinã potentiam ac misericordiam sibi donari veniã peccatorũ sine pœnitentia, aut qui sperat à Deo beatificari sine meritis, hic præsumptuosus est. Disposuit em̃ diuina sapiẽtia nemini ignoscere, nisi pœniteat: & neminẽ beatũ facere, nisi meruerit. Vnde Lu. c. 3. Io. Bap. argués Iudæos præsumptuosos existimantes Deũ peccatis suis p̃pitiaturũ sine pœnitentia, inquit: Genimina viperarũ, q̃s ostẽdit vobis fugere à vẽtura ira? facite ergo fruct⁹ dignos pœnitẽtia & ne ceperitis dicere, Patrẽ habem⁹ Abrahã. Dico em̃ vobis, quia potẽs est Deus de lapidib. istis suscitare semẽ Abrahæ. Et Seruator increpans Matth. capi. 7. præsumptuosos, q̃ credebant sine meritis & bonis operib. à Deo beatificari, inq̃t: Nõ oĩs qui dicit mihi, Domine domine: intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Ex prædictis ergo cõstat, q̃ sicut diuina & Christiana spes est virtus, qua per diuinũ auxilium nititur anima ad felicitatẽ consequendã: sic ex opposito præsumptio est vitium, quod dicitur inordinata spes, qua q̃s cõfidit beatificari aut p̃pria virtute, aut soli⁹ Dei misericordia, ẽt nõ ĩterueniẽtib. meritis: & in hoc sensu Christianus p̃priè præsumptuosus, id est malè & immoderatè sperãs dicitur, qm̃ tãti se existimat, q̃ credit Deũ nõ puniturũ ipsũ peccantẽ, ẽt q̃ nõ pœniteat, vel nõ excludendum à gloria beatitudinis, etiã qui meritoriè nõ operetur.

Quãtũ ad fm̃ aduerte, q̃ ex doctrina doctorũ sanctorũ p̃cipuè beati Gregorij in lib. 31. Moralium, & Bea. Tho. in 1j. secundæ. q. 21. arti. 4. aliq̃n causatur ex gloria vana: aliq̃n ex ignorantia: aliquãdo ex superbia. Pro quorũ notitia aduerte, quòd præsumptuosus quis potest dici tribus de causis.

Præsumptuosus efficitur quis tribus ex causis.

Primò q̃a nititur p̃priæ virtuti falsa sui extimatione: q̃n̄ s. tentat aliquid sibi possibile, quod tamen propriam virtutem excedit: sicut q̃n̄ discipulus nonus tentat disputare cum perito doctore. Et huiusmodi præsumptio ex vana p̃cedit gloria. Ex hoc em̃ q̃ q̃s inordinato appetitu affectat gloriã & laudẽ tẽtat aliquid supra vires suas, vt inde se gloriosum ex quadã vanitate ostẽdat siue ex sapientia sua, siue ex fortitudine, siue ex diuitiis. Hanc præsumptionẽ arguit Hierem. ca. 9. inquiẽs: Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, neq; fortis in fortitudine sua, neque dues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me, q̃a ego sum dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi, dicit dominus.

Secundò quia conatur assequi aliquid, q̃d reputat possibile, quod tñ est impossibile: sicut qui conatur vincere exercitum ordinatum decem milia equitum cum centũ pedi tibus: hoc em̃ per se est impossibile: licet per accidens aut casu contingere possit. Talis præsumptio ex ignorãtia p̃cedit. Nam si esset rectæ sententiæ ac iudicij, non existimaret impossibile esse possibile: & hęc præsumptio principatum obtinet in animis vulgaribus.

Tertiò, q̃a nimis & inordinatè q̃s nititur Dei misericordiæ vel potentiæ, eò q̃ sperat se à Deo obtinere beatitudinẽ sine meritis, aut indulgentiã & remissionem peccatorũ sine pœnitentia. Et hoc directè oritur ex superbia, eò q̃ se tanti existimat, q̃ nõ sit malè meritus corã Deo, siue in puniendo ipsum, siue in præmiando. Cõstat igitur q̃bus ex causis, vt in pluribus præsumptio quæ verę spei opponitur, vt quid inordinatum & immoderatum, oritur.

Quantũ ad tertiũ aduerte, q̃ in scriptura sacra vbicunque de p̃sumptione verbũ agitur, & p̃cipuè de ea, q̃ ex superbia ortũ habet, in omnibus reprobatur: & primò in libro Iudith, c. 6. orans Iudith dominũ Deum Israël inquit: Dñe De⁹ cœli & terrę intuere superbiã eorũ, & respice ad nostrã humilitatẽ, & facies sanctorũ, id est fideliũ tuorũ attẽde, & ostẽde, qm̃ nõ derelinq̃s p̃sumẽtes de te, s. rectã & ordinata spe: & p̃sumẽtes de se, & de sua virtute gloriãtes humilias, q̃a. s. magis ĩ sua q̃ tua virtute ac potentia cõfidunt.

In libro autem Ecclesiastes, cap. 6. reprobatur præsumtio ex ignorantia ortum trahens. Sic enim legimus: Melius est videre quod cupias quàm desiderare quod nescias. Et hæc est vanitas & præsumptio spiritus.

In Ecclesiastico verò c. 18. reprobatur p̃sumptio siue ex ignorãtia, siue ex superbia, siue ex inania affectu gloriæ p̃cedat. Sic em̃ illic legimus: Quid est homo & q̃d bonũ illius aut malũ ei⁹? Numer⁹ dierũ hominũ, vt multũ centũ anni: quasi guttæ aq̃ maris deputati sunt, & sicut calcul⁹ arenę, sic exigui anni in die æui, id est, in cõparatione æternitatis. Propter hoc patiens est Deus in illis, & effudit misericordiã suam sup eos. Vidit præsumptionem cordis eorum, qm̃ mala est: & cognouit subuersionem eorum, id est deordinationem affectus eorum, quoniam nequam est.

In cap. autem 37. vniuersaliter detestatur eam, inquiens: Op præsumptio pessima ac nequissima, vnde creata es, cooperire aridam malitia, & dolositate eius?

Cõstat igitur, q̃ quanto spes vera ac ordinata approbat ĩ scripturis sanctis, tãto p̃sumptio & opposita reprobatur.

Quantũ ad quartũ aduerte, q̃ vnicũ ac p̃cipuũ remediũ ꝺ p̃sumptionẽ est cognitio sui, de qua diffusè & cõformiter diuinæ doctrinæ p̃tractauim⁹ in tractatu scdo ĩ dispositiõe moralis philosophiæ Platonicæ, Homo nanq; seipsum conoscens ñ supbit ꝺ Deũ, nõ affectat q̃ ignorat: an sibi bona vel mala sint, an possibilia vel impossibilia, nec iactat vanã laudẽ, sed: ĩ se ipso subsistẽs, si q̃d sperat, moderatè & optimo fundamento sperat. Hæc de præsumptione dicta sint.

Cura præsumptionis.

Quãtum ad desperationem, quam dixim⁹ esse defectũ, siue casum à spe, sicut præsumptionẽ dixim⁹ esse excessum ĩ spe, tria agenda sunt. Primò, q̃d formaliter sit desperatio, vt opponitur cõtrarie diuinæ ac Christianæ spei. Secundò, vnde oritur. Tertiò, quàm graue peccatum est.

De desperatione quid sit.

Quantũ ad primum aduerte, q̃ desperatio opposita diuinæ spei est vitium, quo retrahitur aĩa ne moueatur in Deũ indulgentem peccatòri ex misericordia supposita pœnitẽtia, & præstantem nobis æternam beatitudinem per infusionem diuini auxilij, quod est diuina gratia.

Primò dicitur, vitium: qm̃ cùm opponatur spei, quam diximus esse virtutem, qm̃ est principium & causa boni act⁹, qui est sperare in Deo. Sic desperatio est vitium: qm̃ est principium mali actus, qui est diffidere de Deo.

Secundò dicitur, quo retrahitur aĩa, &c. Nã sicut in aĩa insurgit diuina spes ex eo q̃ verè existimat à Deo nobis p̃uenire ex sui bonitate & misericordia indulgentiã peccatorũ si ꝺuertimur ad ipsum, iuxta illud Ezechielis, ca. 18. Nolo mortẽ peccatoris, sed vt ꝺuertat. & viuat. Et similiter ab eo ĩ nobis p̃uenire ętrnã salutẽ p̃ sui gratiã iuxta illud ad Ephe. ca. 2. Gratia ei⁹ saluati estis p̃ fidẽ, & hoc nõ ex vobis: Dei em̃ donũ est. Sic ex opposito ĩsurgit ĩ aĩa desperatio ex eò q̃ falsè existimat Deũ negare veniã peccatori pœnitẽti: & q̃ peccatores ad se non conuertat per gratiam iustificãtem, & tandem beatificet. Cõstat igitur quid formaliter sit desperatio opposita diuinę spei.

Desperatio ex quibus causis contingat.

Quantũ ad fm̃ aduerte, q̃ desperatio aliquando p̃uenit ex diffidentia diuinæ misericordiæ, aliquando ex affectu immerso ĩ delectationib⁹ carnalibus, quas sectantur gulosi & luxuriosi, aliquando ex acidia, aliquando ex tristitia.

Primò q̃dẽ ex diffidẽtia diuinæ misericordiæ: vt quãdo q̃s lapsus in maximũ crimen, licet existimet Dei misericordiam infinitã, tñ in tali falsa imaginatione cõstituitur, q̃ nõ meretur veniã ex immanitate sceleris, & sic desperat. Hac desperatione laborauit Caim: qui, vt legimus Gene. cap. 4. postquã Abel fratrem occiderat, dixit ad dominum: Maior

eſt iniquitas mea,quàm vt veniam merear. Ecce eiicies me hodie à facie terræ,& à facie tua abſcondar:& ero vagꝰ ac profugus in terra.Eadem deſperatione ductus Iudas proditor laqueo ſe ſuſpendit.Matthæi cap.27.

Secundò,ex affectu immerſo in delectationibus obſcœnis & turpibus.Nã quãdo affectus noſter infigitur in huiuſmodi, cõtingit ꝙ faſtidit,nec magnifacit bona ſpiritualia: & tũc volut beſtia nõ aliud curat, nec deſiderat niſi ſ gulæ & veneris obſcœnitatibꝰ quiſcere,eáſque vt ſummũ bonũ affectat.Hinc ꝓuenit,ꝙ æternã aĩę felicitatẽ nõ deſiderat, ex cõſequẽti nõ ſperat eam cõſequi.Spes em̃ ſubſequit dafideriũ:Qđ ſi nõ ſperat ſperationẽ habet. Deſperare em̃ eſt nõ ſperare.Tu tñ aduerte,ꝙ hmõi deſperatio potius dicit negationẽ ſpei,q̃ vitium ei oppoſitũ.Nã inter ſperare & deſperare datur mediũ per negationẽ,ſicut inter viſum,& cęcitatẽ datur nõ vidẽs.Qm̃ igit̃ inuoluti in voluptatib. corporis nõ appretiãt felicitatẽ ſpiritualẽ,nõ exiſtimant eã vt bonum arduum & ſupremũ:ideo nõ alliciunt̃ ad eã,nec deſiderãt,ſicut nec gallus iaſpidẽ:ex cõſequẽti nõ inſurgunt viua ſpe ad cõſequẽdã eñ medio diuini auxilij. Iſti dicunt̃ deſperantes nõ ex diffidentia diuinæ miſericordiæ, ſed qm̃ nõ aliud appretiãt bonum,niſi ignobiles corporis voluptates: ideo vt beſtiæ relinquendi ſunt: & eorum deſperatio,quę potius nõ ſperatio dicẽda eſt, prouenit ex luxuria.

Tertiò,aliqñ ꝓuenit ex accidia:quæ ſignificat quãdã aĩ triſtitiã,deiectiuã deſiderij & ſpititus circa bona ſpiritualia.Nam qñ ĩ affectu hoĩs dominat̃ hmõi triſtitia,iudicat ꝙ nunq̃ poſsit ad aliquod bonum arduum, qualis eſt æterna beatitudo,releuari:& tunc ex acidia naſcitur deſperatio.

Quartò aliquãdo ꝓuenit ex triſtitia.Nã,vt inquit Ari.in 2.lib.ſuæ Rhetoricę:Sicut homines exiſtẽtes in rebus delectantibꝰ efficiunt̃ bonæ ac magnæ ſpei ſic exiſtentes in triſtib. minuuntur à ſpe:& de facili in deſperationẽ ruunt.Homo enim in triſtitia cõſtitutus nõ de facili aliqua magna & læta cogitat:ꝙ ſi non cogitat, non deſiderat, ſi non deſiderat,non erigitur ſpe ad ea conſequenda:& ideo de facili abſorptus à triſtitia:cadit in deſperationis laqueum.

De hoc quarto deſperationis mõ videtur loqui Iob cap. 7.cùm dicit,Elegit,ſ.præ triſtitia ſuſpendiũ aĩa mea, & mortem oſſa mea.Deſperaui,nequaquam vltra iã viuã. Et in 1. Regũ,ca.23.legimus ꝙ Dauid deſperabat,ſ.prę triſtitia poſſe euadere manus Saul.Et Hieremię ca.2.in ꝑſona filię Sion ſiue populi Hieruſalẽ,Deſperaui,nequaquã faciã.& cap.18. Deſperauimus,poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis mali faciemus.

Quantũ ad tertiũ aduerte,ꝙ inter peccata grauiora cõputãtur infidelitas,odiũ Dei, & deſperatio.Hæc nãque formaliter importãt auerſionẽ à Deo,in qua ſtat ratio peccati mortalis prima. Si quis em̃ poſſet ſe ad bonũ creatũ conuerterę,ſine auerſiõe à Deo:licet huiuſmodi cõuerſio poſſet eſſe inordinato affectu,id eſt,magis quã ratio dictet,nõ tñ mortaliter peccaret:ſicut qui nimis delectatur cibo & potu,nõ tñ vrẽs eo cõtra legẽ Dei & eccleſiæ.Quod aũt principaliter tria prædicta importẽt auerſionẽ à Deo, patet ex eorũ rationib.Nã infidelitas importat nõ aſſenſum,ſiue nõ adhærẽtiam diuinæ veritati.putà,nolle credere Deum,aut ipſum non reueraſſe,quæ in ſacra ſcriptura continẽtur:aut ipſum vt ſummũ bonũ diligendũ,honorandũ,& in ipſo noſtrã cõſiſtere beatitudinẽ.Odium aũt Dei importat voluntatis renitentiam,qua nõ vult diuinæ legi obtemperare:imò eligit in contrariũ operari:qm̃ diſplicet ei Deus non vt Deus,ſed vt iudex & talis legiſlator.Sicut luxuriоſus, qui nollet ſup pudicitiã aliquã ſtatutam à Deo legẽ fuiſſe.Deſperatio aũt ſumpta in ſuo proprio ſignificato,vt contrariat̃ diuinę ſpei, importat diffidentiam,qua nõ ſperat homo ſe diuinam bonitatẽ participaturũ imò imaginant̃ ſe à Deo relinquẽdos vſque ad extremam miſeriam & infelicitatem : ex quibꝰ cõſtat infidelitatẽ,odiũ Dei,& deſperationẽ importare principaliter auerſionẽ à Deo.Et ideo grauiora ſunt inter reliqua vitia.Gradũ tñ habent inter ſe:nam ſi cõparentur adinuicem ex parte Dei,& nõ ex parte noſtra,infidelitas eſt grauius peccatũ quàm odiũ Dei & deſperatio:Nã negat Deũ, & honorem,& dilectionẽ,& motũ in Deũ vt in autorẽ oĩs boni.Qui em̃ Deum non credit,nec amat,nec colit,nec ſperat in Deum. At quis poteſt odiſſe Deum,& nolle eius legi obtemperare,qui tamen credit Deum eſſe & Deum ſtatuiſſe legem &c.Ergo ex parte Dei grauius eſt peccatum infidelitas,quàm odium Dei.Et odium grauius eſt deſperatione:Nã peius eſt voluntate repugnare Deo & legi ſuæ,quàm diffidere poſſe participare bonitate diuina.

Si autẽ grauitas prædictorum trium cõſideretur ex parte noſtra,ſic deſperatio videtur grauior & ꝑiculoſior. Videtur em̃ occaſio ruendi in omne peccatum, Qui enim deſperat,à malo nullo ſe abſtinet.Vnde Paulꝰ ad Epheſios ſcribens inquit cap.4.Hoc igitur dico, & teſtificor in domino, vt iã nõ ambuletis ſicut gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui,tenebris obſcuratum habẽtes intellectum,alienati à vita Dei per ignorantiam,quæ eſt in illis ꝓpter cæcitatem cordis ipſorum.Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ,in operationẽ oĩs immunditiæ,in auaritiã , &c. Præterea deſperatio videtur malum inſanabile ſm Hieremiã c.15.vbi inquit , Plaga mea deſperabilis renuit curari. Inter oẽs autę infirmitates, quę incurabilis eſt, grauiſsima iudicatur.Propterea inquit Hieremias,cap. 30. Inſanabilis fractura tua,peſsima plaga tua.Nõ eſt q̃ iudicet iudicium tuum,ad alligandum curationẽ tuam vtilitas non eſt tibi: oẽs amatores tui obliti ſunt tui,téq; nõ quærent.Plaga em̃ inimici percuſsite,& caſtigatione crudeli.Cùm igitur deſperatio ſit peccatum inſanabile, qm̃ de diuina bonitate ac miſericordia diffidit deſperans,qua ſanantur oĩa peccata, ſequit̃ ꝙ ex parte noſtra ſit grauiſsimum & ꝑiculoſiſsimũ: ideo maximè vitandum. Nam dum ſumus in ſpe, ſumus in via ſalutis:ſi autẽ deſperamus,extrahimur à vera ſalutis via, Quoniã p ſpem reuocamur à malis,& deducimur ad ſaluti fera ꝓſequenda: ſublata autem ſpe per deſperationem ſine freno labimur in vitia, & à laudabilibus retrahimur. Vnde ſuper illnd ꝓuerbiorum cap. 24. Si deſperaueris lapſus in die anguſtiæ tuæ,minuetur fortitudo tua,inquit gloſſa:Nihil eſt execrabilius deſperatione:quã,qui habet,& in grauibus huius vitæ laboribus, & in fidei certamine conſtantiã pdit.& Iſidorus in libro de ſummo Bono inquit:Perpetrare flagitium aliquod,mors animæ eſt:ſed deſperare , eſt ad infernum deſcendere.Conſtat ergo quomodo ex parte noſtra grauiſsimum ac periculoſiſsimum vitium eſt. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus ſecundi,finis.

TRACTATVS TERTIVS
Secundæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ,in nouem capita diſtinctus.

¶ De diuina ac Chriſtiana Caritate,& vitiis ei oppoſitis.

POſt tractatum de fide Chriſtiana & ſpe ſequitur in ordine doctrinæ & ꝑfectionis , tractatus de diuina ac Chriſtiana caritate. Sic enim eas Paulus primę ad Cor.ca.13.ordinauit:cùm inquit,Nunc autem tria manent,Fides , Spes, Caritas:maior autem horum eſt caritas. De caritate igitur in tertio loco,vt de perfectiori inter Theologicas virtutes hunc formabimus tractatum,quem diſtinguemus in nouẽ capita.

Primò,inueſtigabimus,quid ſit caritas.

Secundò,quod ſit obiectum eius.

Tertiò,quomodo primum & ſecundarium eius obiectũ ſit caritate diligendum.

Quartò,qs ordo ſeruandus ſit in dilectione caritatis.

Quintò,quæ ſit eius neceſsitas ad ſalutem.

Sextò,quæ ſit eius excellentia ſuper alias virtutes Theologales.

Septimò,de effectibus caritatis interioribus & exterioribus.

Octauò de vitiis oppoſitis caritati,& de effectibꝰ iterioribus & exterioribꝰ ꝓcedẽtibus à vitiis oppoſitis caritati.

Nonò quis ſit finis vltimus ſiue præmium caritatis: & quis finis vitiorum,quæ ei opponuntur,ſecundum quod ex ſcripturis ſacris trahere poſſumus.

Quantùm ad primum,vt ſciamus q̃d ſit fin ſuum ꝓpriũ ſignificatum,diuina & Chriſtiana caritas,aduerte prius, ꝙ multipliciter ſumi conſueuit hic terminus,Caritas.

Caritas quot modis ſumitur.

Primò,apud vulgum ſumi conſueuit ꝓ eleemoſyna:quæ tñ,vt declarabimus infrà,ꝓ rei veritate non eſt caritas,ſed effectus eius exterior.Nam ex eo,quòd diligimus,ꝓximum propter Deum,impendimus ei eleemoſynam.

Secundò,ſumitur ꝓ compaſsione ac miſeratione erga miſeros & infirmos.Vnde q̃ natura ſunt cõpatientes proximo,dicunt̃ habere viſcera miſericordię & caritatis, iuxta quẽ ſenſum dicit Paul.ad Coloſſ.c.3.Induite vos ſicut electi ſancti

ſancti Dei dilecti viſcera miſericordiæ.

Tertiò, ſumi conſueuit pro beneficio, aut gratia præſtita amico p etenti: vt cùm dicimus amico, Fac mihi hanc caritatem. & iuxta, hunc modũ poteſt intelligi illud Paul. ſecũdæ ad Corinth. capite ſecundo, vbi de quodam delinquẽte inquit. Sufficit illi, qui huiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, quę ſit à plurib⁹: Ita vt econtrariò magis donetis & cõſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos, vt cõfirmetis in illum caritatẽ.

Quartò, ſumitur pro eo quo anima operatur meritoriè, & ſit digna æterna beatitudine: & in hoc ſenſu ponit Theologica virtus: cuius obiectum eſt Deus glorioſus ſuper oĩa diligẽdus, ſiue dilectus. Nam ſicut fides pro obiecto habet Deum creditum, & ſpes Deum ſperatũ: ſic caritas Deũ carũ ſiue dilectũ. Et dimiſſis cæteris ſenſib⁹ in hoc quarto ſenſu de ea agẽdũ: & primò in prędicti cap. inueſtigãdũ eſt q̃d ſit.

CAP. I. *Quidnam ſit caritas.*

IN hoc primo capite inueſtigandum eſt quid ſit caritas an q̃d increatum, vel creatum: & ſi quid increatum, cùm oẽ increatum ſit Deus, & in Deo ex fide Chriſtiana ꝓfitea mur tres perſonas, Patrẽ, Verbum, Spiritum ſanctum, quis horum ſit caritas? Quod ſi quid creatum in anima vel ꝓductum, an ſit à ſolo Deo infuſum, vel actibus humanis acquiſitũ? Hĩc igiẽ tria agenda ſunt: primò recitabitur opinio quædã ſatis famoſa apud Theologos, ſed nõ approbabitur. Secundò, formabitur diffinitio de caritate, & declarabitur in qua ſolennes Theologi nõ diſcrepant. Tertiò, declarabiẽ ſi eſt q̃d infuſum in aĩa à Deo glorioſo ſolo, vel à ſola creatura rationali acquiſita, vel ab vtroq; ſit, vt à duab⁹ cauſis partialib. ſicut dicim⁹ cœlũ motũ, & hominẽ gñrare hoĩem.

Quantùm ad primum aduerte, q̃ Magiſter ſententiarum in primo diſtinctione decimaſeptima, videtur ſentire, q̃ caritas nõ ſit quid productum in aĩa, ſed ſit Deus, & a ꝓpriatè Spiritus ſanctus. Sic enim inquit: Ipſe idem Spiritus ſanctus eſt amor, ſiue caritas: qua nos Deum diligimus & proximum. Quæ caritas cùm ita ſit in nobis, nos faciat diligere Deum & ꝓximum, tunc Spiritus ſanctus dicitur mitti, vel dari nobis diligit ipſam dilectionẽ, qua diligit proximũ, in eo ipſo Deum diligit, q̃a ipſa dilectio Deus eſt, id eſt Spiritus ſanctus. Hęc magiſter. Ex quibus videtur tenere, q̃ ſolus Spiritus ſanctus inexiſtens animæ, ſine aliquo ꝓmedio habitu informante, mouet voluntatẽ ipſam ad actum meritorium, aliter quàm moueat animam ad credendum & ſperandum in Deum: qm̃ mouet ad hos actus per habitũ fidei & ſpei infuſum in anima, ad diligẽdum autẽ per ſeipſum. Hanc magiſtri ſententiam nonnulli ſic declarãt: Sicut lux dupliciter conſideratur: primò, vt eſt in corpore luminoſo, putà in Sole: ſecundò, vt recipitur in corpore opaco ꝓterreſtri, putà, in lapide terſo: & primo modo dicitur lux, eſt eẽ lux qualitas primum lucentis. Secundo modo dicitur lumẽ, ſiue color: qm̃ apud Philoſophum in libro de ſenſu & ſenſato, color eſt lux obumbrata, recepta in corpore terminato, id eſt, no tranſparenti. Præterea, ſicut Dei filius dupliciter cõſideratur: primò, vt æternaliter genitus à patre, ſecundò vt incarnatus in virgine, & primo modo dicitur verbũ, ſecundò autẽ modo dicitur homo. ſic in ꝓpoſito inquiũt iſti: Spiritus ſanct⁹ dupliciter ꝓſideratur. Primò, vt à patre filioque ꝓcedit p modũ amoris. Secundò vt vnit⁹ volũtati creatæ mouet ipſã ad diligẽdũ Deũ ſuper oĩa, & ꝓximũ ꝓpter Deũ. Primo modo dicitur diuin⁹ amor: Secũdo mõ dicitur caritas, prout facit ex tali motione animã Deo carã. Vnde ſecundum iſtos caritas ad mentẽ Magiſtri ſic diffiniretur: Caritas eſt Spiritus ſanctus creatę voluntati vnit⁹, mouens eam ad Deum diligendum ſuper omnia, conſtituens eãdem Deo caram & acceptam in actionibus ſuis moralibus.

Spiritus ſanctus in anima caritas eſt mouẽs ipſum Deum diligendũ efficaciſſimo modo.

Hanc ſententiã Magiſtri cõfirmant nõnulli per dicta Auguſtini, & pręcipuè in 8. de trinitate, c. 7. vbi inq̃t: Qui diligit ꝓximũ ꝓſequẽs eſt vt ipſã ꝑcipuè dilectionẽ diligat Dilectio autẽ eſt De⁹: cõſequẽs igiẽ eſt vt diligat Deũ. Prętereà in 15. de trinitate, c. 18. inquit: Nullũ eſt iſto Dei dono excellentius, ſ. quod eſt caritas: ſed nullũ Dei donum eſt excellentius Spiritu ſancto: ergò Spiritus ſanctus caritas eſt.

Verùm ſententiã magiſtri nõ acceptãt ſoléniores Theologi, d. Th. Egid. & Scot. & Her. vt patet in 1. ſent. di. 17. Poteſtque pro nũc cõtra Magiſtrũ hac ratione argui: Caritas põt acquiri de nouo, & deperdi & augeri p opera bona meritoria. Deperdiẽ autẽ p peccatũ mortale: ſed hmõi ꝓdicata non verificãtur de Spiritu ſãcto: qm̃ eſt De⁹, cui expugnat de nouo incipere & deſinere eſſe, vel aliquo mõ in ma⁹ aut min⁹ mutari. Neceſſe eſt ergo, ponere in aĩa virtutẽ aliq̃ creatã, qua vt principio formali ĩtrinſeco, elician⁹ operatiões Deo carę vltra motionẽ volũtatis in Deũ cauſatã effectiuè à Spiritu ſancto: aliter nec paruuli baptizati, nec iuſti dormiẽtes eſſent in caritate qm̃ vt ſic nõ mouẽtur actualiter à Spiritu ſancto ad Deũ diligendũ: q̃d tñ eſt ĩcõueniẽs, qm̃ pueri baptizati moriẽtes non ſaluarẽtur, ſi non eſſent in caritate. Et huic ſententiæ, ſ. q̃d detur caritas, quæ ſit in aĩa virtus creata, annuit Aug. in lib. de moribus eccleſiæ, q̃ ꝓtractans illud Pau. ad Ro. c. 8. Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti: ĩquit, Caritas Dei hĩc dicta eſt virtus, quæ animi noſtri rectiſſima eſt affectio. Nec obſtãt autoritates ei⁹ allegatæ in fauorẽ Magiſtri. Nã quãdo dicit, Qui diligit ꝓximũ, cõſequens eſt vt ipſam dilectionẽ diligat, id eſt, eũ q̃ eſt cauſa talis dilectionis, Dilectio autẽ, ſ. cauſaliter eſt Deus. Cũ hoc tñ ſtat, q̃ ſit dilectio aliquid ꝓductũ in aĩa, qua diligatur Deus & ꝓximus. Vnde ſicut ſapiẽtia & quælibet alia pfectio ſimpliciter dicitur duob⁹ modis de Deo, & tertio mõ de creatura, ſic amor & dilectio & caritas dicitur Deus eſſentialiter & formaliter ſapiẽtia, ſicut bonitas: qm̃ in eo verè & ſubſtãtialiter & formaliter eſt ſapiẽtia: dicitur etiã cauſaliter ſapiẽtia, qm̃ ſicut oĩs bonitas, ſic oĩs ſapiẽtia à Deo eſt⁹: dicit⁹ autẽ ſapiẽtia ĩ creatis vt forma ſiue habit⁹ in intellectu creato, q̃ eſt participatio diuinæ ſapiẽtię eodẽ mõ intellige de amore & caritate. Nã Deus eſſentialiter eſt caritas, ſicut & bonitas: & Spirit⁹ ſanctus ꝓſonaliter eſt caritas, qm̃ eſt diuinus amor à patre filioq̃; ꝓcedẽs. Et De⁹ cauſaliter eſt caritas, ſicut & bonitas: & ſicut Deus ſapiẽs cauſat in creaturę rationalis ĩtellectu habitũ ſapiẽtiæ, ſic De⁹ amans cauſat ĩ voluntate creata habitũ caritatis, qua diligimus Deũ, ſicut & ſapiẽtia participata cognoſcim⁹ Deũ. Quãdo ergo dicit Aug. q̃ dilectio eſt Deus: intellige de dilectione eſſentiali, & cauſali nõ autẽ de participata, de qua nos intẽdim⁹, q̃ ſit virt⁹ in aĩa, &c. Similiter quando dicit Aug. q̃ nullũ eſt iſto dono Dei excelliẽt⁹, q̃d. ſ. eſt caritas: nõ intẽdit de dono abſolutè, ſed de dono creato: quaſi dicat, Inter oĩa dona Dei cõmunicata creaturę rõnali, caritas eſt excellẽtior. Nã virtutes theologicę, q̃ ꝓ obiecto habẽt Deũ, excellẽtiores ſunt virtutib⁹ moralib⁹: iter virtutes theologicas excellẽtior eſt caritas, ſicut inq̃t Pau. 1. ad Cor. 13. nũc autẽ manẽt fides, ſpes, caritas Maior autẽ horũ eſt caritas. Nõ ergo ex his dictis. Aucõcludi põt caritatẽ, de qua ĩtẽdim⁹ loq̃, eſſe ſpiritũ ſanctũ: inueſtigãdũ igiẽ eſt q̃d ſit ſm cõmunioré Theologorũ ſẽtẽtiã.

Caritas eſt virtus in anima exiſtens à Deo creata, non autẽ De⁹, vel ſpiritus ſanct⁹, niſi cauſaliter.

Caritas eſt excellentiũ donũ creaturæ collatũ, nõ autẽ ſimpliciter.

Quanũt igiẽ ad ſm, relicta magiſtri ſentẽtia aduerte, q̃ ex doctrina ſana Theologorũ, & ꝑcipuè B. T. ĩ 2. ſecundę q. 23. art. 1. elicit hęc de caritate diffinitio: Caritas eſt amicitia iter Deũ & intellectualẽ creaturã ĩ qua cõputat⁹ hõ: fundata ſup cõmunicationẽ diuini boni: q̃d eſt beatitudo ęterna.

Caritas quid ſit.

Primò q̃dẽ dicit amicitia: qm̃ caritas eſt amor, quo creatura ĩtellectualis placet Deo & facit ipſam carã ac accepta bilẽ Deo, & quo De⁹ adeò placet ipſi, q̃ habet ipſũ cariorẽ ſup cũcta creata: ergo hmõi amor eſt amicitia. Eſt eẽ amicitia ꝓriè dic. mutu⁹ amor iter amãtẽ & amatũ, ex li. 8. Eth.

Caritas amicitia eſt.

Secundo dicitur, iter Deum & intellectualẽ creaturã: nã etſi De⁹ diligat oĩa inquãtũ ſua bonitate, & vt ſuã illis bonitatem cõicet, cuncta ꝓducit, iuxta illud Sapientiæ 11. ea Diligis oĩa, q̃ ſunt, & nihil eorũ odiſti, q̃ feciſti: tñ nõ habet amicitiã ad oĩa. De rõne nãq; amicitiæ ex lib. 8. Ethi. eſt reciꝓca dilectio. Dilectio autẽ mutua ſupponit cognitionẽ mutuã: qm̃ nõ põt ferri voluntas ĩ oĩno incognitum: ergo tm̃ inter creaturã illã & Deũ põt eſſe amicitia, q̃ Deũ ipſum cognoſcere & reamare apta eſt, vt ſui eſſe principiũ & ſeruatorẽ & oĩs ſui largitorẽ, & finẽ oĩs boni, & in quo fiſtit felicitas ſua. Tales autẽ ſunt tãtũ creaturæ intellectuales, inter quas computatur homo. Rectè ergo dicitur, q̃ caritas eſt amicitia inter Deum & naturam intellectualem, vt excludatur amor quo Deus diligit cuncta non intellectualia.

Caritas ad intellectuales creaturas extenditur.

Tertiò dicit, fundata ſup cõicationẽ felicitatis æternę: ꝓ quo aduerte, q̃ cum Deus diligat hominẽ, ĩquantum ſibi cõicat aliquã bonitatẽ: & homo diligat Deũ, ĩquãtũ cognoſcit ſe omne bonũ ſuum recipere à Deo, põt homo diligere Deũ ĩquãtũ principiũ ſui eſſe & cõſeruatorẽ: vel ĩquãtũ largitur ſibi bona tẽporalia, aut cõſeruat eũ ĩ ſalute corporis, aut ĩ honore & principatu, nõ autẽ ĩquãtũ beatificatorẽ ſuũ: ſimiliter Deus põt hominẽ diligere, ĩquãtũ creauit ipſum ad imaginẽ ſuã & dominũ omniũ inferiorũ, nõ tñ inquãtũ ꝑdeſtinauerit ipſum ad beatitudinẽ æternã: & alius amor, nec ex parte Dei, nec ex parte hominis eſt caritas, qm̃ cũ ſit cõis cuilibet homini & dæmoni, & veluti cõnaturalis, oĩs hõ eſſet in caritate & dęmones. Nõ eẽ poſſunt nõ amare Deũ vt ſuũ creatorẽ, licet nõ amẽt vt iudicẽ puniẽtẽ. Qũ

Caritas reſpicit æternam felicitatem.

ſ homo

ſi homo Deum diligat vt patrem & beatificatorẽ, ipſúmq; præponat cunctis creatis: & Deꝰ hominẽ vt filiũ, cui diſpoſuit hæreditatem æternã, hic amor propriè eſt caritas, qm̃ hominẽ Deo carũ vt filiũ reddit & verificatur illud Dauid: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. in 2. Regũ. c. 7. Hanc diuinam amicitiam inſinuauit Seruator noſter Apoſtolis Io. cap. 15 vbi inquit: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Ac ſi dicat, Amo vos, nõ ſolùm cõmuni cans vobis bona naturalia ſicut cæteris, ſed amici mei eſtis qm̃ cõmunicabo vobis felicitatẽ æternã quam habeo eſſentialiter vt Deus. De eadẽ intelligendum eſt illud Lucę cap. 12. Nolite timere puſillus grex, qm̃ complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Patet igitur ex prædictis quid ſit diuina & Chriſtiana caritas.

Quantũ ad tertiũ, ſ. an caritas ſit quid infuſum in aĩa, vt acquiſita, &c. duo determinãda ſunt: primo ſi cõparetur ad aĩam nullo modo eſſentialiter producitur ab ea, ſecundò ſi cõparet ad Deũ ꝓducitur ab ipſo ſolo in aĩa eſſentialiter: exiſtente tñ debita diſpoſitione ex parte animę recipiẽtis.

Caritas non eſt viribus anima acquiſita.

Pro euidentia primi præpono duo ſecundum doctrinã Theologorum, & præcipuè Diui Thomę in 1. ſentent. diſtin. 17. q. 1. artic. 3. Primũ eſt, ꝙ actus animæ ſiue operationes humanæ alio modo ſe habent ad habitꝰ acquiſitos, quales ſũt ſcientia, & ars & morales virtutes: & alio modo ad habitꝰ infuſos, quales ſunt virtutes Theologicæ & gratia diuina. Nã quo ad habitus acquiſitos diſponunt & habilitant aĩam ad recipiẽdum: & ex eis effectiuè generatur habitus intellectualis, quales ſunt ſcĩa, & prudẽtia & ars: vt ſatis docuimꝰ in Epitomatibꝰ noſtris in libris Ethicorũ Ari. Ná in 2. Ethicorum inuenies, ꝙ eiſdem frequentatis actibus producitur & intenditur virtus moralis, ſicut ſuis cõtrariis deſtruitur & debilitatur. Vt qui frequẽter pericula aggrediẽ ſecundũ debitã rationẽ, efficitur fortis. Qui autẽ ſæpè à periculis ſe retrahit, quę tñ expediret aggredi, paulatim deſinit eſſe fortis, & redditur timidus: propter quod huiuſmodi actꝰ reſpectu habituũ acquiſibiliũ dici poſſunt cauſæ diſpoſitiuæ & productiuæ. Cuius quidẽ ratio eſt: Qm̃ cùm tales habitꝰ nõ eleuẽt aĩam ad eſſe ſupernaturale, quod dicimꝰ eſſe diuinũ, & eſſe Deo gratuitũ nõ inconuenit ꝙ producantur ab actibus moralibus non excedẽtibus facultatẽ naturalẽ animæ: ſi autẽ cõparentur ad habitus Theologicos quos dicimus infuſos, ſic tantũ diſponunt aĩam ad eorum receptionẽ, nec poſſunt ipſos eſſentialiter ꝓducere. Cuius ratio eſt: quoniã actus naturales non poſſunt producere habitum ſupernaturalẽ, tunc eñ effectus dignior eſſet ſua cauſa productiua, & ipſa ageret ſupra virtutẽ ſuã, quod eſt impoſsibile. Vnumquodq; eñ agens agit modo ſuæ naturæ: ſed habitus theologici ſunt ſupernaturales, trahunt eñ animã ad Deũ promerendum, vt finem & beatitudinẽ ſupernaturalẽ. Cũ igit habitus theologici eleuent aĩam ſuper oẽm actionem ſuam naturalem, operationes animæ ſe habent ad illos vt cauſæ, diſpoſitiuæ, & non vt productiuæ.

Secundum, quod prꝙponitur, ex hoc. Agens ſecundũ cõmunem ſententiã doctorũ & veritatẽ eſt duplex. Primũ eſt diſponens materiã & præparens eam ad formã non tñ attingens formã: vt qui lateres & cæmentum præparat domui fabricandæ, præparat materiã, nõ tñ introducit formã domus. Secundum eſt agens quod ſuppoſita materia introducit formã quã eſſentialiter producit. ſicut in generatione hominis ſuppoſita formatione corporis per agens naturale Deus glorioſus producit & infundit animam intellectiuã.

Caritatẽ nõ niſi diſpoſitiue anima in ſeipſa producit.

His prꝙpoſitis, declaratur ſic primũ: Anima per principia ſua intrinſeca naturalia, quę ſunt intellectꝰ & voluntas & ſtelligentia primorũ principiorũ practicabilĩ, de quibꝰ locuti ſumus in 2. Ethic. & cõcurrente diuino auxilio quod nunq; ceſſat, quantũ ſit ex parte Dei, poteſt ꝓducere bonos actꝰ morales quibus de cõgruo diſponatur ad receptionẽ caritatis: & iſti actꝰ nõ poſſunt eſſentialiter eſſe productiui caritatis, cũ ſint naturales, & caritas de ordine ſupenaturaliũ: aliter effectus dignior eſſet cauſa. Ergo aĩa nõ eſſentialiter, ſed ſi quo modo diſpoſitiuè, poteſt ꝓducere caritatẽ, Sicut homo facient lateres tantũ prꝙparatiuè ꝓducit domũ.

Pro euidentia ſecundi aduerte duo ex parte Dei. Primò ꝙ ſolus Deꝰ ꝓducit caritatẽ eſſentialiter & ꝓbatur ſic: Virtꝰ quæ eleuat animã ad eſſe ſupernaturale, producitur à ſolo agente ſupernaturali, qui eſt Deus. Debẽt enim cauſa & effectus eſſe eiuſdẽ ordinis, vt ſeruet inter ea ꝓportio: ſed caritas eſt huiuſmodi virtꝰ: facit enim ipſam dignã felicitate ſupernaturali, & pro hac vita cõſtituit eam in eſſe gratuito ac dilecto, in quo aĩa efficitur deiformis radicaliter, cõpletiuè autem per æternam beatitudinem.

Prætereà, virtus vnitiua duorũ diſtantiũ in infinitum nõ eſt producibilis niſi ab agente infinito. Non eñ eſt imaginabile, ꝙ duo diſtantia in infinitum vniantur per agens finitũ. Sed caritas eſt virtꝰ vnitiua Dei & animæ diſtãtiũ in infinitũ. Cõſtat ergo ꝙ à ſolo Deo eſt eſſentialiter ꝓducibilis.

Secundò aduerte, ꝙ ſtãte ac ſuppoſita Dei potẽtia ordinaria, Deus nunquã in anima caritatẽ infundit, loquendo de adulto, niſi prius facta diſpoſitione in anima ꝑ remotionẽ malorum actuum moraliũ, & poſitionẽ bonorum. Cuius ratio eſt: qm̃ ſicut ſe habet agens naturale ad formas naturales, ſic ꝓportionaliter agens ſupernaturale & diuinũ ad habitꝰ diuinos & gratuitos: ſed nullũ agens naturale ꝓducit formã naturalẽ ex ordine & lege indita naturę, niſi iam ſuppoſita materia diſpoſita. Ergo ſimiliter ſe habet Deus glorioſus in ꝓductione caritatis in anima ex lege potẽtiæ ſuæ ordinarię. Dixi autẽ loquẽdo de adulto, ĩ quo eſt ratiõis vſus: vt ꝓſeruent paruuli, ꝙbus à Deo caritas infundit Chriſti paſſiõe & ſacro baptiſmate, quo tollit orignalis culpa.

Sed hìc oritur graue dubium: qm̃ ſi caritas producitur eſſentialiter à ſolo Deo, & Deus nõ ꝓducit eam niſi facta diſpoſitione in aĩa: & hęc diſpoſitio nõ põt fieri à ſola aĩa, qm̃ ẽm Pau. 2. ad Cor. c. 3. nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare aliq̃d à nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, q̃ & idoneos miniſtros nos fecit: ergo caritas nec eſſentialiter, nec diſpoſitiuè eſt ab anima, ſed à ſolo Deo.

Ad caritatẽ Deꝰ diſponit vt agẽs vniuerſale, animã verò vt particulare.

Reſpõdeo, & cõcedo, ꝙ totũ eſt à Deo, ſed diuerſimodè: nã caritas, vt diximꝰ eſt eſſentialiter à Deo ſolo: diſpoſitio aũt eſt à Deo & ab aĩa: à Deo q̃dẽ vt ab agẽte vniuerſali, & ab aĩa vt ab agẽte particulari: q̃ recepit ad agẽte primo ſui eſſe creatore potẽtias intellectuales, & prima principia cognitionis boni & mali; & q̃ cõtinuè mouetur ad bonum ac trahitur ab agẽte primo vt ferrum ad magnetẽ virtute cœli, q̃ motio diuinũ dicitur auxilium, vt plenius declarabimus, cùm loquemur de operibꝰ Chriſtianis: & qm̃ huiuſmodi motio, quãtũ ſi ex parte Dei, cõtinua eſt, & fit ĩ quolibet homine vtente ratione, iuxta illud Io. 1. Erat lux vera, q̃ illuminat omnẽ hominẽ veniẽtẽ in hũc mundũ, &c. ideo nullꝰ excuſatur, ſi ꝑ bona opera nõ diſponit ſe ad caritatẽ, declinãs à malo, & operãs bonũ moraliter: qđ ſi quis dicat ſe nõ ſemꝑ habere diuinũ auxiliũ ad operãdũ bonũ, blaſphemat, & eſt ac ſi qs diceret, ꝙ nõ ſemꝑ habetur lumẽ in aëre, quantũ ſit ex parte Solis, quãdiu eſt ſupra hemiſphæriũ noſtrũ. Propterea cõcludo cũ Paulo ad Rom. 1. c. Inexcuſabiles facti ſunt, &c. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De obiecto caritatis, id eſt, quænam ſint ex caritate diligenda, & quæ non.

IN hoc ſecundo capite inueſtigãdum eſt, qđ ſit obiectum caritatis, id eſt, q̃ ſunt ex caritate diligẽda, & hìc duo agenda ſunt: Primò declarandum eſt quæ nõ ſint ex caritate diligenda Secundò, quæ ſint diligenda.

Quatuor nõ ſunt ex caritate diligenda.

Quantùm ad primũ aduerte, ꝙ quatuor nõ ſunt ex caritate diligẽda. ſ. creatura irrationalis, & iter creaturas rationales ſiue intellectuales, nec dæmones, vt dæmones, nec peccatores, vt peccatores, nec inimici, vt inimici.

Irrationalia non ſũt ex caritate diligẽda ſed amore vtili.

Primò, ꝙ creatura irrationalis non ſit ex caritate diligẽda declaratur ſic: caritas eſt amor, q̃ eſt amicitia, vt declaratum eſt in cap. præcedenti: ſed inter hominẽ & irrationalẽ creaturã nulla põt eſſe amicitia: qm̃, vt declarauimus in 8. Ethicorũ, Amicitia eſt beneuolentia mutua nõ latens. Amicari autẽ eſt bene velle adinuicẽ, & velle ſibi mutuo bona nõ latenter. Tales verò conditiones nõ inueniuntur ex parte irrationalium creaturarum, qm̃ ſpectãt ad rationem & eius vſum. Vnde in puero & in amente, ſicut nec in beſtia, fundari põt amicitia: ex conſequenti nec caritas. Prætereà, caritas nõ eſt amicitia ſimpliciter. ſed amicitię ſpecies, quæ fundata eſt in cõmunicatiõe diuini boni, qđ eſt æterna beatitudo: q̃ ergo non poſſunt in beatitudine cõmunicare, ad eos non erit caritas: ſed conſtat ꝙ creaturæ irrationales nõ ſunt capaces beatitudiuis, qm̃ eſt actus intellectus, aut voluntatis. Cõſtat ergo, quòd irrãtionalia nõ ſunt ex caritate diligenda, ſed amore vtili: ea eñ diligimus nõ propter ſe, ſed propter nos, quoniam deſeruiunt nobis, vt ſatis oſtendimus in octauo Ethicorum.

Tu tñ aduerte, ꝙ licet irrationalia nõ poſsint ſecundũ ſe ex caritate amari, ſicut amatur Deus & homo, qm̃ intellectuales ſunt: tñ poſſunt ex caritate amari in ordine ad Deũ vel hominẽ ex caritate amatũ, & ſic Dei diligens ex caritate hominẽ diligit & irrationalia vt vtilia homini ad felicitatem

eitatem deſeruientia:& homo diligens ex caritate Deum, diligit & irrationalia prout vult ea eſſe & cõſeruari ad manifeſtandũ Dei gloriam & bonitatem. Quando ergo cõcluſimus, quòd irrationalia non ſunt ex caritate diligenda, intellige ſicut ea, ad quæ habeatur caritatis amor, ſed inquãtum volumus ea illi, quem diligimus ex caritate: aut quoniã ſunt vtilia illi vel ad honorem eius.

Dæmones ac peccatores non ſunt diligendi ex caritate.

Secundò, quòd nec dæmones vt dæmones, nec peccatores vt peccatores ſint ex caritate diligendi: cõſtat ex eo, q̃ formaliter ſumpti nõ cõmunicant in beatitudine nobiſcũ, cùm ſint mali malo culpæ. Malum autẽ culpæ priuat & dæmonem & hominem beatitudine. Cùm igitur caritas fũdetur in communicatione beatitudinis, conſtat, quòd dæmones & peccatores vt ſic nõ ſunt ex caritate diligendi, à nobis: ſed nec Deꝰ vt ſit diligit eos imò odit, qm̃ ꝓpter culpam vult eis æternã miſeriam. Propterea legimus Sapientię capite decimoquarto, q̃ ſimiliter ſunt odio Deo impius & impietas: inter impios cõputatur dæmon, quoniã Deũ inhonorat, & eius cultui aduerſatur, inducens idololatriã, vt legimus Matthæi capite quarto: Si cadens adoraueris me, &c. & Eccleſiaſtic. capite duodecimo dicitur: Altiſsimꝰ odio habet peccatores: non ſolùm aũt eos, ſed & oĩa quæcũque dicunt, aut obſeruant, aut offerunt quaſi honorantes eum: quoniam non Deus ad munera, ſed ad mentem primò reſpicit, qua ſibi exiſtente placita, cuncta eius placita ſunt: q̃ ſi Deo cara & dilecta non fuerit, nulla eius cara ſunt, ſed abominabilia: quod apertè ꝺ ſtat Iſaię capit. primo, vbi Deꝰ Hebræos malos deteſtat & ſua. Audite verbũ domini principes Sodomorum: percipite auribus legem Dei veſtri, populus Gomorræ, quo mihi multitudinem victimarũ veſtrarum dicit dominus? Plenus ſum, holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quęſiuit hęc de manib. veſtris, vt ambularetis in atriis meis. Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtrà: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam & Sabbathum & feſtiuitates alias nõ feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri, Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens, & cùm extenderitis manus veſtras, auertã oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini, mundi eſtote. Auferte malum cogitationum veſtrarũ ab oculis meis. Quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defẽdite viduã: & venite & arguite me dicit Dñs. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Conſtat ergo, quòd nec impij, inter quos ſunt dęmones, nec peccatores, vt ſic caritate diligendi ſunt: imò odio habentur, & à Deo, & ab hominibus iuſtis.

Inimici vt ſic non ſunt ex caritate diligendi.

Tertiò, quòd inimici vt inimici non ſint ex caritate diligẽdi, ſic oſtenditur: Caritas nõ tollit, ſed ſeruat naturã rei: ſed quælibet res etiã irrationalis, naturaliter odit ac fugit ſuum contrarium tãquam ſui deſtructiuum. Cùm igitur inimicus vt inimicus hominis ſit ſibi cõtrarius, vt q̃rens ipſum lædere, aut ĩ pſona aut in re, aut ĩ fama, nõ eſt ex caritate diligẽdꝰ: imò vt inimicꝰ odio habẽdus. Quomodo autẽ intelligendũ ſit illud: Diligite inimicos veſtros, declarabit infrà.

Quatuor ſunt ex caritate diligenda.

Quantùm ad ſecundũ aduerte, quòd iuxta doctrinã diui Auguſtini in primo de doctrina Chriſtiana, quatuor ſunt à nobis ex caritate diligenda, ſ. Deus, nos ipſi. Proximus, & corpus proprium. Deus quidem, vt qui ſupra nos eſt: alterũ, quòd nos ſumus: tertium, quod iuxta nos, hoc eſt proximus quartum, quod infra nos, hoc eſt corpus proprium. Quod autẽ hæc quatuor ſint ex caritate diligenda, oſtenditur ſic: Caritas ſuper beatitudinẽ fundatur, ex præcedenti capite prout, ſ. aliqua in beatitudine cõmunicant. In beatitudine autẽ cõmunicat Deus, & nos ipſi, & proximus, & corpꝰ noſtrum. Sed diuerſa ratione: Deus quidem, vt ſummè beatus, & noſtræ beatitudinis autor, & obiectũ, vt declarabitur tibi in parte vltima huius noſtri operis. Nos verò ipſi, q̃a intellectuales ſumus, ex conſequenti apti participare beatitudinẽ. Proximus verò: q̃a eſt eiuſdem naturæ intellectualis nobiſcũ: ex conſequenti vt ſocium & conſortẽ in beatitudine eũ caritate diligere debemus. Corpus verò noſtrũ ſimiliter & proximi: quoniam ex anima ad ipſum per quãdã reſultantiam poſt reſurrectionem beatitudo deriuabitur, vt declarabitur tibi in parte vltima huius operis, vbi acturi ſumus de dotibus animæ & corporis beatorum.

Sed aduerte, vt dicemus infrà, q̃ proximũ & per ſe diligibile, eſt ſolus Deus: qm̃ ſolus eſt ſummũ bonum, & autor oĩs boni, & extra ipſum non eſt bonũ, niſi in ordine ad ipſum, & ipſius participatione. Propterea in Deut. in ca. 6. vbi primũ ſcriptum eſt p̃ceptũ de caritate, nõ p̃cipitur diligendus Deus cũ ꝓximo, ſed præceptũ eſt de Deo non expreſſo ꝓximo. Sic em̃ illic legimus: Audi Iſraël, dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota fortitudine tua: nec illic vlla fit mentio de proximo, vt ſignificaret, q̃ ipſe ſolus dignus eſt amari ſine reſpectu ad alterũ, ſine mõ, ſine menſura: qm̃ eſt bonum diligibile infinitũ & in infinitum: de dilectione autẽ ꝓximi mandauit in Leu. c. 19. vbi inquit: ego dominus Deus tuus, nõ facies calumniã ꝓximo tuo: nec vi opprimes eũ. (& infrà) nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo, ſed publicè argue eũ: ne habeas peccatũ ſuper eũ. Diliges amicum tuum ſicut te ipſum. Diligẽdus eſt ergo Deus præciſè propter ſe ipſum, proximus autem propter Deum.

Deus ſolus eſt per ſe diligibilis.

Quòd autẽ debeamus nos ipſos ex caritate diligere, cõſtat ex eo, q̃ obligamur diligere ꝓximũ ex caritate, qm̃ eſt particeps beatitudinis: fundatur em̃ caritas in communicatione beatitudinis. Sed & nos ipſi, cùm ſimus eiuſdẽ naturę cũ ꝓximo noſtro, ſumus participes beatitudinis: ergo eadẽ caritate, qua diligẽdus eſt proximus, debemus & noſmetipſos diligere. Cuius ſignũ eſt, q̃ in Leuit. ca. 19. tradens Deꝰ modum quo diligamus proximũ ſub nomine amici inquit: Diliges amicum tuum, ſicut teipſum.

Nos ipſos ex caritate diligere debemus.

Sed dices: Cur Deus nõ dedit præceptũ de amãdo ſeipſo, ſicut: dedit de ꝓximo? Nõ em̃ dicit, diliges teipſum & proximum tuũ ſicut te ipſum: ſed tacito amore ſui, inquit, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum.

Seipſum diligere cur Deus non præcepit.

Reſpondeo, duplici de cauſa nõ datur p̃ceptũ de amore ſui: primo, qm̃ præceptũ nõ datur niſi de eo in quo ſtat aliqua difficultas. Amare aũt ſeipſum nõ eſt difficile, imò naturale: iuxta illud Pau. ad Ephe. ca. 5. nemo carnẽ ſuã odio habet. Quæ aũt naturalia ſunt ſub præcepto nõ cadunt. Secũdò, qm̃ homo nõ ſolũ ad ſui amorẽ inclinatur: ſed plerũq; excedit: & dãnabiliter ſe amat, ex cuiꝰ amore, vt pote inordinato, infinita mala ꝓueniunt: ideo non oportuit præcipere amorẽ ſui, imò potiꝰ frænare. Hinc eſt, q̃ in ſcripturis ſacris reprehenduntur amantes ſeipſos, iuxta illud Pauli 2. ad Timotheũ, cap. 3. Erunt homines ſeipſos amantes, elati, ſuperbi, &c. Nec Paulꝰ in epiſtolis ſuis vnquã ceſſauit à repſsione huiꝰ amoris: quẽ vocat amorẽ, deſideriũ, ꝓcupiſcẽtiã carnis. Vnde ad Ro. c. 8. inquit, ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini. & in c. 13. curam carnis fi feceritis, &c.

Quòd verò nõ ſolum nos ipſos & ꝓximum debeamꝰ ex caritate diligere, ſed etiã corpus noſtri ꝓximi: conſtat ex eo, q̃ aliquo mõ cõmunicat in beatitudine. Nã & ſi corpus non videat, nec fruatur Deo: tñ per opera bona, quæ ꝑ corpus agimus peruenimus ad beatitudinem, nã & ꝑ obſequia corporis agimꝰ ſeruimus ad beatitudinem, & ꝑ obſequia corporis ſeruimus Deo. Vnde Paulus ad Rom. cap. 6. inquit. Nõ ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius: ſed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo, tanquã viuentes ex mortuis: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo, Conſtat igitur quæ ſint ex caritate nõ diligenda, & quæ diligenda. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quibus modis Diligenda ex caritate à nobis diligi debeant.

IN tertio ca. inueſtigandum eſt, quo primum & ſecundarium obiectũ caritatis ſit diligẽdũ. Primũ q̃dẽ eſt Deꝰ: ſecundariũ aũt nos ipſi & ꝓximus, ſub quo cõprehendit homo, & Angelus & corpus ꝓprium ac ꝓximi. Primò igitur declarabit modus, quo tenemur Deum in primis diligere. Secũdò modus, quo nos ipſos. Tertiò modus, quo ꝓximos. Quartò modus, quo proprium corpus & proximi corpus.

Quantùm ad modũ diligendi Deum in primis aduerte, qm̃ Deus corde, & ore & opere diligendus eſt, ideo in diuina lege triplex de Dei dilectione p̃ceptum inuenimus.

Deus corde, ore, & opere diligendus eſt.

Primũ, q̃ ſpectat ad intrinſecã cordis dilectionẽ, habetur Deut. ca. 6. q̃ & Seruator noſter recitat Matth. cap. 22. Diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota fortitudine tua. Nõ ibitis poſt Deos alienos, cunctarũ gentiũ, q̃ in circuitu veſtro ſunt: qm̃ Deus ęmulator dominus Deus tuus ĩ medio tui, ne quãdo iraſcatur furor domini Dei tui ꝺ te: & auferat te de ſuperficie terræ. Dñm Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ipſi adhærebis. Iurabiſq; ĩ nomine illius, ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, &c.

Secundum præceptum ſpectans ad extrinſecam oris

dile

dilectionem habemus Exod.capit.20.Non assumes nomen Dei tui in vanum:nec enim habebit insontem dominus eũ, qui assumpserit nomen Dei sui frustra.

Et aduerte,q̃ assumere nomen Dei in vanũ est falsè, vel dolosè,vel superfluè per ipsum iurare, vel mentiri; vel ipsum blasphemare,vel de eo peruersè sentire.

Quod autem dicit:Nec enim habebit insontem dominꝰ eum,&c.clarius habes Deut.cap.5.vbi sic scribitur:Nõ vsurpabis nomen Dei frustra:quia nõ erit impunitus, qui supra re vana nomen Dei assumpserit. Præterea,quod dicit insontem,intellige innocentem,id est,à culpa immunem. Nã, vt legimus Eccles.cap.23.Vir multum iurãs replebitur iniquitate nec dilcedet à domo eius plaga.

Tertium spectans ad operis exterioris dilectionẽ habetur.Exod.c.20.in specie de sanctificatione sabbathi.In genere aũt Deuteron. cap.6.In Exodo sic legimus:Memento,vt diem sabbathi sanctifices.Sex diebus operaberis, & facies oĩa opera tua.Septimo autem die sabbathum domini Dei tui est.Non facies omne opus in eo tu & filius tuꝰ & filia tua & seruus tuus,& ancilla tua,iumentum tuum, & aduena,qui est intra portas tuas.

Sabbathu obseruare quomodo debamus.

Et circa hoc præceptum,quòd inquantum sabbathum importat quietem interiorem à malis affectionibus,& quietem exterioré ab operibus seruilibus præter talis diei determinationẽ est præceptum morale,& naturali dictamine scriptũ in humano corde:naturalis em̃ ratio dictat aliquando vacandum esse quieti corporali, & intendendum diuinæ laudi,& diuino cultui p orationẽ, & gratiarũ actionẽ. Verùm,quoniam tali die præcisè,putà,die sabbatho nõ dictat ratio magis quàm in alia die abstinendum esse à seruilibus operibus,nisi affuisset diuina iussio & institutio: ideo hoc præceptum quantum ad determinationẽ diei, fuit cæremoniale:& sic potuit solui ac mutari in aliã diẽ, sicut ex statuto ecclesiæ mutata est dies sabbathi in diẽ dominicã, ne concordemur cum Hebræis.Nam ex quo veritas nobis illuxit,legis vmbra quo ad cæremonialia transire debuit.

In libro autẽ Deuter.ca.6.scribitur generale præceptũ de obseruantia legis,& operũ: vbi sic legimus,Custodi præcepta domini Dei tui,ac testimonia, & cæremonias, quas præcipit tibi:& fac quod placitum est & bonum in conspectu domini Dei tui:bene sit tibi,&c.Constat igitur quomodo ex præceptis datis in lege diuina, Deum corde, ore, & opere, diligere,colere,timere,& laudare debemus.

Anima est ipse homo, qui diligẽdꝰ est ex caritate.

Quantùm ad secundũ,scilicet de modo, quo nos ipsos diligere debemus,aduerte q̃ per nos ipsos intelligimus animas nostras quoniam homo aut est anima vtẽs corpore, vt docuimus in Platonica morali.aut licet sit quid compositũ ex anima rationali & corpore,tamẽ principale in eo est anima:& quod principale est in aliquo,solet illud appellari,vt docuimus in libro 10.Ethic.& quoniam anima est principale in homine, & ea sola permanet:ideo mos est scripturę sacræ intelligere per animam,hominem.Vnde Genes.cap. 14. dixit rex Sodomorum ad Abraham:Da mihi animas, id est, homines:cætera,id est,bestias & iumenta,& alia spolia tolle tibi.& Exodi cap.1.sic legimus:Erant igitur animę omnes eorum,qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta: sed & Paulus cõsueuit pro homine animam significare. Vnde ad Ro.c.7.ĩquit,Infelix ego homo,quis me liberabit de carcere mortis huius?sumit autem carcerem mortis pro corpore corruptibili,& comparat seipsum hominẽ ad corpus in corruptibile:ergo per hominem,intendit animã, ergo post Dei maximi dilectionem,cui in primis & super omnia tenemur ex caritate considerandus est modus,quo debemꝰ nos ipsos diligere: & qm̃, vt diximus, anima vel est homo,vel principale in homine si ostenderimus quomodo post Deũ diligere & curare debemus animas nostras, satis vtiq; declaratũ erit quomodo ex caritate post Deũ rationabiliter primò & supra oĩa dilectum,diligere nos debemus.Et quoniã potest homo esse prauus sui amator & rectus,ideo hęc singula,& ad plenum,& cõcorditer sacrę scripturę pertractaui apud Aris. & Plat.nam in Epitom. super Ethicẽ Aris.in lib.9.trac.3.cap.1.inuenies quomodo distinguit de sui ipsiꝰ amare:& declaratur qũo liceat sui esse amatorẽ & maximè & quomodo declarantur differẽtiæ inter modum,quo bonꝰ amat seipsum:& quo malus. Vide illic: & sufficiet tibi pro presenti proposito.In dispositione autẽ moralis philosophiæ ad mentẽ Plat.i tract.3.in c.7.inuenies duo:primo qũo quis sit rectꝰ sui amator.Secũdò,quis malꝰ & vituperabilis.

Ex his igitur cõstat,q̃ modus, quo ex caritate post Deũ diligere nos debemus,integratꝰ ex tribꝰ: primò q̃ caritatis amor sit amicitia principaliter hominis ad Deũ.Secũdò ad ea,q̃ sunt Dei & nobis magis coniũcta:inter quæ est anima nostra,in primis amorẽ caritatis seruare debemus.Tertiò, q̃ hæc est anima nostra.Nihil em̃ magis coniunctũ nobis: qm̃ aut sumꝰ anima,aut principaliter dicimur anima:q̃ si iueneris in scripturis sanctis vituperari amãtes seipsos, vt apud Pau.in epist.ad Tim.2.c.3.intellige de his,q̃ principaliter amant seipsos,m̃ naturã sensitiuã:cui obtẽperẽt postposita ratione,curãtes in primis Fortunæ bona,& q̃ corporis:q̃ autẽ sunt animi bona apud eos vltimò locant. Qui aũt sibi ipsis curãt animæ & rationis bona,volũntq; potius Fortunæ & corporis bonis carere,q̃ virtutibus & laudabilibus intellectus habitibus,isti seipsos ex caritate diligunt.

Proximꝰ diligendus quomõ sit ex caritate.

Quantùm ad tertiũ,scilicet qũo proximũ ex caritate diligere debemus,aduerte q̃ tunc ꝓximum diligi cognoscimus,quãdo honoraꝰ & in necessitate ei succurrimus:quando nec in re,nec in persona nec in fama offenditur: & ideo Deus optimus ꝓ seruanda ꝓximi dilectione, septẽ statuit in lege ꝑcepta,quæ habẽtur Exod.c.20.& in Deut.c.5. inter proximos ꝓgenitores nostri primum obtinẽt gradũ,vt tibi manifestabimus in c.sequenti.Primũ igitur ꝑceptũ est hoc: Honora patrẽ tuum & matrem tuam, vt sis longæuꝰ super terram,quam dominus Deus tuus dabit tibi.

Secundum est:Non occides.

Tertium:Non mœchaberis.

Quartum:Non furtum facies.

Quintũ:Nõ loquaris ꝺ ꝓximum tuũ falsum testimoniũ.

Sextum:Non desiderabis vxorem proximi tui.

Septimum:Non concupisces domũ ꝓximi tui,nõ seruũ, nõ ancillam,nõ bouẽ,non asinũ,nec omnia quæ illius sunt.

Parentes quomõ diligendi.

Quãtùm ad primum ꝑceptum aduerte tria:Primò,ꝑ ly, Honora,intelligitur exterior reuerentia,& exhibitio subsidij tẽporalis.Vnde si filius adultus nõ subuenit parẽtibus infirmis,aut senibus,aut ad paupertatẽ deductis,inhonorat eos agens ꝺ hoc præceptum: vt habemus Matth. ca.15. vbi Seruator reprobat Pharisæos, q̃ suadebant filiis offerre q̃ lucrabantur in templo,magis q̃ illa exponere in subsidium parentum.Vnde inquit dominꝰ ad Pharisæos: Quare vos transgredimini mandatum Dei ꝓpter traditionẽ vestram? Nam Deus dixit:Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam:& qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur? Vos autẽ dicitis:Quicunque dixerit patri vel matri:Munus qd̃cunque est ex me,tibi proderit,id est,qd̃cunque munus offero Deo erit tibi vtile:ita q̃ melius est mihi & tibi patri & matri meę,offerre quæ habeo Deo, q̃ subuenire tibi: (& subsequitur) & nõ honorificabit patrẽ suum aut matrẽ suam: & irritum feciſtis mandatum Dei ꝓpter'traditionem vestrã, id est ,& docetis magis custodiendas esse traditiones vestras,q̃ mandatum Dei. Constat ergo,quòd præceptum de dilectione & honore parentum intendit de reuerẽtia exteriori,& subsidio temporali.

Secundò,per patrẽ tuum:nõ solum intelligendum est de homine patre,sed de Deo patre.vt primo & vniuersali patre:ex quo,vt inquit Paulus ad Ephes.cap.3. Omnis paternitas incælis & in terra nominatur: & hæc est intentio Dei, glorioſi in Malachia,cap.1.vbi inquit, Filiꝰ honorat patrẽ & seruus dominũ.Si ergo pater ego sum,vbi est honor meꝰ? Si dominus,vbi est timor meus? p matrẽ autẽ nõ solum carnalis,sed & spiritualis,q̃ in baptismate regeneranit nos: & hæc est mater ecclesia. De qua inqt Paulꝰ ad Galat.c.4. Illa quæ sursum est Hierusalem, libera est, quę mater nostra est.

Tertò ꝓ ly lõgæuus super terram intelligitur prẽmium honorantis:qd̃ confirmatur in Ecclesiast. cap. 4.vbi sic legimus:Qui honorificat patrem & matrem, vita viuet longiore:& hoc quidem præmium iustum est. Iustum est enim vt qui alterius vitam seruat ac ꝓlongat,præcipuè autẽ genitorum à quibꝰ post Deum esse & vitam habuit, eius vita diutius à Deo conseruetur super terram præsentis vitæ: & terram viuentium,quo est terra alteriꝰ vitę,quã Dauid appellat terrã viuentium.Pietas em̃ exhibita præcipuè parentibus est vtilis ad omnia secundum Paulum 1. ad Timot. cap.4.vbi inquit:Pietas autem ad omnia vtilis est,,ꝓmissionem habens vitæ,quæ nunc est,& futuræ.

Filiorũ amor carnalis à Deo præceptus fuit.

Sed dices,Quare Deꝰ nõ ꝑcipit parẽtibus curã habere filiorũ,sicut ꝑcipit ĩ hoc mãdato filiis habere curã parẽtũ.

Respondeo id duplici causa nõ fit: Primò,qa crescente virtute ac robore corporali ĩ filiis decrescit paulatim supueniente senectute in parentib. Deficienti autẽ virtuti iustè debetur subsidium:ergo rationabiliter præceptũ datur filiis de honore & cura parentũ:& nõ econuerso. Secundò

quia

quia natura, quamuis sit post peccatū corrupta, inclinat & quodammodo cogit parentes habere curam filiorum, eò q̄ sunt de eorum substantia, & viuunt in filiis ac perpetuantur in eis: ideo non possunt obliuisci nec negligere filios. Vnde inq̄t dominus Isaiæ capite 49. Nunquid potest mulier obliuisci infantem vteri sui, vt non misereatur eius. Videmus & bruta pro filiis non solùm nutriendis, sed & defensandis ꝫ nocere volentes, morti se exponere. Non ergo necesse fuit præcipere parentibus curam filiorum, sicut econuerso.

Quòd aũt inter parentes & filios sit naturalis amicitia, magísq; naturaliter parẽtes diligant filios: & mater magis, q̄ pater, determinauimus in Epit. nostris in libris Ethi. in libro octauo, tractatu secundo, cap. 7. vide tu ad placitum.

Præcipitur hominẽ occidere hominem, vt priuata persona est.

Quantùm ad secundum præceptum de dilectione proximi, scilicet, Non occides, aduerte.

Primò in ly, Occides, intelligendũ est hominem: in ly, hominem, intelligendum est tam teipsum q̄ quemcunque aliũ. Nam qui seipsum interficit, grauissimè peccat, non solùm ex diuina & Christiana lege, sed etiam lege morali humanitus inuenta: & de hoc satis locuti sumus in dispositione moralis Philosophiæ ad mentem Platonis & Aristotel.

Secundò aduerte, quòd homicidium hic prohibetur nõ absolutè, sed priuatæ personæ, eò quòd nullam autoritatem aut iurisdictionem habet contra personam ꝑximi sui: & id quidem dico, vt præseruentur personæ publicè, quib⁹ est populi cõmissa defensio & legum obseruantia. Nam in Exod. capite vigesimosecundo, commissa est autoritas puniẽdi & occidendi malos iudicibus & principantibus: vnde in c. 21. & 22. numerãtur q̄ plures casus iusti homicidij, & sunt isti.

Si q̄s ꝑcusserit hoiem, volẽs eũ occidere, morte moriat.

Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, euelles eum ab altari meo, vt moriatur.

Qui percusserit patrem aut matrem, moriatur.

Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.

Qui furatus fuerit hominem, & eum vendiderit, conuictus noxæ, morte moriatur. Maleficos non patieris viuere.

Qui coierit cum iumento morte moriatur.

Qui immolat diis, occidatur, prẽter domino soli.

Constat igitur, quòd homicidium non prohibetur absolutè, sed priuatæ personæ.

Homicidio quinam pecent.

Tertiò aduerte, quòd contra hoc prẽceptum multipliciter quis peccare potest, & ruputari occisor.

Primò, per odium in sola mente retentum. Vñ Ioann. in epistola prima, capite 3. Qui odit fratrẽ suum, homicida est.

Secundò ex prauo ac pernicioso exemplo: quoniam secundum diui Gregorij doctrinam in pastorali: Tot mortib⁹ digni sunt, quot prauitatis exempla reliquerunt.

Tertiò, ex lingua, siue scripto prẽcipuè contra legẽ aliquẽ morti adiudicando: sicut Dauid in secũdo Reg. c. duodecimo, qui Vriam dolosè & iniustè in mortem tradidit.

Quartò, manu, id est, qualicunque interfectione exterio ri perpetrata, aut lapide, aut gladio, aut ꝑpinatiõe veneni.

Quinto subtractione cibi: vnde inquit diuus Ambrosius, Pasce fame morientem: quòd si non pascis, occidis.

His igitur modis intentio est diuinę legis prohibere homicidium.

Sed dices, Nunquid absolutè & vniuersaliter prohibetur homicidium priuatæ personæ?

Respondetur q̄ non: nã in diuina lege, vt patet Exod. capite vigesimosecũdo, disponitur q̄ si fur effringens domũ, aut suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit sanguinis reus: sed constat q̄ longè magis licet propriam vitam tueri, quàm domum & facultatem: ergo priuatæ personę licet occidere alium in casu defendendi se. Licet enim iure naturę, cui lex diuina nõ aduersatur, iniuriam propulsare, & temperatè vim vi repelere. Præterea: ex ordine caritatis, quẽ assignabimus infrà, quilibet debet potius proprię vitæ consulere quàm alienæ: ergo volentem me occidere, si non occurrit via aliter euadendi, debeo ipsum occidere: & me saluare.

Pro sui defensione num liceat hominem occidere.

Sed aduerte, q̄ est vna opinio tenens nullo modo, & nullo casu, nec etiam in defensionem sui, licere personæ priuatæ alium occidere: & id dicunt non licere maximè homini perfectę vitæ: & fundant se super illud Matth. cap. 5. Si quis te percusserit in vna maxilla, prębe ei & alterã. Si ergo Seruator prẽcipit percusso non defensare se, sed iterũ percutiẽti se exponere, non licet alicui alium occidere defendendo se. Nec secundum hanc opinionem debeo opinari, q̄ hostis me occidet, si eum non occidero, sed quòd Deus auxilium mihi præstabit aut euasionis, aut fugæ.

Verùm, quia hæc opinio aduersatur iuri naturæ & dictamini rectæ rationis, & ordini caritatis ordinatæ: ideo nõ tenetur: & dr̃, q̄ in sui extremam defensionem licet alium occidere, eò q̄d lex iubens occisorẽ debere occidi, in casu defensionis ꝑprię vitę instituit defendẽtem se iudicem ꝫ aduersarium suum: ita q̄ si ipsum interficit, interficit vicelegis & in casu æquipollet personæ publicę. Tu tñ id intellige, si necessitas est ĩ ineuitabilis: nã si te inimicus percusserit, & recesserit, aut si pertutere destiterit, percutere eum non tibi licet, vel fugientem insequi. Id enim non spectaret ad repulsionem iniurię, sed ad vltionem, quæ ex lege ad solum iudicem constitutum spectat.

Nec valet illud Matthæi: Si quis te percusserit, &c. Non enim est præceptum, sed cõsilium: qd̃ ꝑ loco, & tempore, & ꝑ determinato casu, & non semper obseruãdum est. Cuius signum est, q̄ Seruator, qui hoc consilium dederat, nõ seruauit in tempore passionis: nam, vt legimus Ioã. cap. decimooctauo, cũ ꝑcussus fuisset alapa à ministro Pontificis, non prębuit ei alteram maxillam, sed iuridicè defendens se, inquit: Si malè locutus sum, testimonium phibe de malo: si bñ cur me cædis. Constat ergo qũo seruandum & intelligendũ sit hoc fm præceptum spectans ad dilectionem proximi & ad conseruationem personæ.

Nõ mœchaberis.

Quantũ ad tertium præceptum de dilectione ꝓximi, s. Nõ mœchaberis, aduerte, q̄ id institutũ est ꝓpter conseruationem famę ex honore ꝓximi, & propter seruandam pacẽ inter virum & vxorem, ac inter virum & proximum, & ꝓpter speciei humanę ex certa gñatione cõseruationem: quæ omnia ex Mœchia auferuntur.

Aduerte scd̃ò, q̄ licet ex prima intẽtione legislatoris Dei hîc sumatur mœchia ꝑpriè, id est adulterium: tñ consequenter ꝓhibetur omnis illicitus concubitus, vt fornicatio, quã multi mala consuetudine deprauati, arbitrantur nõ esse peccatum, quasi sit naturalis act⁹ sicut comedere, ita q̄ sicut licet esurienti & nõ habenti cibum ꝓprium, rapere alienum ne deficiat: ita desideranti coire, licet ei cum aliena, si non habet ꝓpriam vxorẽ. Verùm quàm falsa sit hęc opinio, manifestabimus, cũ loquemur de septem vitijs mortalib. ꝓ nũc tibi sufficiat doctrina Pauli ad Colossenses ca. 3. vbi inquit: Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terrã forni cationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malã, &c. Et Iaon. in Apoc. ca. vigesimoprimo, qui inquit: Timidis aũt & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacib⁹ pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure.

Aduerte tertiò, q̄ in scriptura sacra mœchia sumi cõsuevit ꝓ idololatria, & erronea diuini verbi expositione: iuxta primum dicit Hiere. cap. tertio. Et vidit prẽuaricatrix soror eius Iuda, quia ꝓ eo, q̄ Mœchata esset auersatrix Israël dimisissem eam, &c. (& infrà) & contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno. Iuxta fm inquit Paulus scd̃æ ad Corinth. secundo, Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate coram Deo, sicut ex Deo in Christo loquimur. Quicunque ergo idololatrãt, aut diuinam scripturam malè exponunt, Mœchi sunt, agentes contra hoc præceptum, licet prima intentione intelligendũ sit de mœchia corporali.

Quantùm ad quartum prẽceptum in ordine spectans ad dilectionẽ ꝓximi s. Non furtum facies, aduerte, q̄ ex hoc ꝑcepto lædi prohibetur ꝓximus in rebus fortunæ, quę nõ ex lege matrimonij, vt vxor, sed ex hæreditate, aut labore, aut ingenio iustè sibi debentur.

Aduerte secundò, q̄ furtum ex ꝓprio significato sic diffinitur. Furtum est contrectatio rei alienę inuito domino cũ animo lucrandi.

Furtũ quid sit.

Dicitur contrectatio: qm̃ nisi quis actu & opere rem nõ suã contractet, non dr̃ furtũ: nõ em̃ solo affectu committit.

Dicitur, rei alienæ: qm̃ in re sua non committitur furtũ: secus est, si quis mecum habeat rem communẽ, vt duo socij in lucro ante diuisionem lucri.

Dicitur, inuito dño: qm̃ si arbitratur dominum consensurum aut permissurum, & iustam habet causam sic arbitrãdi, non erit furtum: si autem non adsit iusta causa sic credendi committitur furtum.

Dicitur, animo lucrandi: qm̃ si quis ancillam alienam rapiat animo luxuriandi non, ꝑpriè furtum facit, sed rapinam q̄ si eam rapiat animo vendendi, vtique furtum committit. Præterea, si quis non animo lucrandi, sed necessitate victus aliena accipiat: non erit furtum: qm̃ in necessitatis casu, omnia sunt communia.

Aduerte tertiò, ꝙ in hoc præcepto ſub nomine furti intelligitur prohibitio cuiuſcunque illicitæ vſurpationis rei alienæ, vt ſunt violenta rapina, vſura, fraudulenta negociatio, violentæ & immoderatæ principum exactiones, & militum extorſiones.

Sed dices: ſi ſub nomine furti prohibuit Deus omnẽ illicitam vſurpationem, quare prohibuit ſolũ ſub nomine ſpeciei, id eſt furti, quod eſt ſpecies illicitæ vſurpationis, & nõ ſub nomine generis: putà rapinæ, cùm omnis qui furatur, rapiat, & non econuerſo.

Reſpondeo, Id fecit Deus, quoniam Hebræis legẽ horũ præceptorum per Moſem dedit: qui promiores ad furtũ, vtpote occultũ erant, ne conuincerentur teſtibus à rapina vel violenta timore pœnæ iudicialis magis ſe abſtinebant: ideo lex prouidit malo, in quo maior erat Hebræorum inclinatio. Intentio tñ legiſlatoris fuit omnem vſurpationẽ illicitã, ſiue fiat ꝑ perſonam priuatam, ſiue publicam prohibere. Vñ de principibus raptoribus dicitur Iſaię cap. 1. Principes tui ſocij furum & infideles. Fuit inſuper cõſuetudo Hebraicæ linguæ, omnem raptorem, ſiue manifeſtum, ſiue occultũ, & etiam eſt mos vulgaris, appellare furem: & ſic cõſtat, ꝙ per furtum prohibetur omnis illicita vſurpatio rei alienæ.

Quantùm ad quintum ꝑceptum in ordine, ſpectans ad dilectionem proximi, ſ. Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium, aduerte primò, ꝙ prima legiſlatoris intentio eſt prohibere falſum teſtimonium contra proximum in iudicio, ne decipiatur iudex, & proximus iniuſtè puniat: propterea prouidit diuina lex de ſufficientia & numero teſtium in iudicio: & de pœna teſtis vnius falſi conuicti in iudicio. Vñ in Deut. c. 19. ſic ſtatuit: Nõ ſtabit teſtis vnus ℈ aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum: ſi ſteterit teſtis mendax contra hominem accuſans eum pręuaricationis, ſtabunt ambo quorum cauſa eſt ante dominum in conſpectu ſacerdotum & iudicum, qui fuerint in diebus illis. Cumque diligentiſsimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtimonium dixiſſe contra fratrem ſuum & mẽdacium, reddẽt ea ſicut fratri ſuo facere cogitauit: nõ miſereberis eius ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dẽte, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

Aduerte ſecundò, ꝙ ſecundaria legiſlatoris intentio eſt ꝓhibere oẽ mendacium, per quod ꝓximo damnum inferẽ: quod & falſum teſtimonium poteſt dici. Vnde prouerbiorũ cap. 12. ſic legimus: Qui mentitur, ſ. contra proximum teſtis eſt fraudulentus. Vt autem ſcias ꝙ mendacium eſt contra ꝓximum & in damnum ſuum, ex conſequenti peccatum mortale, & lege prohibitum non ſolùm præſenti præcepto, ſed & in tota ſcriptura, præcipuè Prouerbiorum capite 12. vbi ſic legimus, Abominatio eſt domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Aduerte ꝙ apud Aug. & cõmuniter Theologos quatuor ſunt mendacij genera, ſcilicet pernicioſum libidinoſum, iocoſum, officioſum.

Mendacij quatuor sũt genera.

Pernicioſum fundatur in intentione nocendi proximo, quo quis mentitur, vt noceat.

Libidinoſum fundatur in ſola affectione mentiendi, quia delectatur quis mẽdacio vt re ſibi placita, etiam quòd nulli noceat, nec ſibi nec alteri profit.

Iocoſum fundatur in intentione mouendi animum auditoris ad complacentiam, & ſolatium, ac riſum.

Officioſum fundatur in intentione, qua quis intendit mentiri vt profit ſibi vel alteri: vel vt caueat ſibi aut alteri à malo imminenti.

Mendacium pernicioſum tribus fit modis.

Pernicioſum cõtingit fieri tribus modis: qm̃ aut quis intendit mentiri vt noceat proximo quo ad animę ſalute, vt ſ. auertatur à fide catholica, aut à recta viuendi regula: quales ſunt, qui dogmatizant B. Virginem nõ ꝑmanſiſſe virginẽ poſt Chriſti natiuitatẽ: & q aſſerunt luxuria & vſurã nõ eſſe peccatum, iſti dicuntur mendaces in doctrina pietatis & religionis: & vltra hoc ꝙ grauiſsimè peccãt, exterminãdi sũt. Vñ Pau. de his mendacibus intendens inquit ad Gal. c. 5. Vtinã abſcindant, qui vos conturbant, ſ. in ſana fidei Chriſtianę doctrina. aut intendit nocere quo ad ſalutem corporis, ſicut q mendaciter ꝓſequit iniuſtè accuſando ꝓximum vt interficiatur aut mutiletur, aut incarceretur, aut exulet: aut intẽdit nocere in fama & bonis fortunę: ſicut q detrahit mulieri caſtę, vt mercatores & alij in cõtractibus mentientes: & ĩ omnibus his modis, mendaciũ eſt mortale peccatũ. Libidinoſum fit tantũ vno modo: quãdo, ſ. quis mẽtitur ſiue in paruis, ſiue in magnis, non animo nocendi, nec delectãdi, nec iuuãdi: ſed tantũ q̃ gaudet mẽtiri, & mendacia cõfingere, ſicut rem ſibi delectabilem. Iſti dicuntur natura mendaces, neſcientes loqui veritatem: de quibus intendit Pſal. Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quęritis mendacium?

Mendacium iocoſum fit vno modo.

Iocoſum fit tantum vno mõ, ſ. qñ quis ſola intẽtione delectandi auditorem mentitur: & hoc quidẽ mendacij genus vt plurimum curiales, & quos dicimus placidos exercẽt: vt concilient ſibi gratiam aſtantiũ: & ex ſui natura eſt veniale.

Mendacium officioſum fit trib⁹ modis.

Officioſum aũt contingit fieri tribus modis: põt em̃ fun dari in triplici vtilitate. Nã q̃s poteſt mentiri, vt ſibi vel alteri profit in bonis fortunę ſeruandis. vt cùm quis mentitur, ne raptores pecuniam ſuam aſportent vel alia bona: poteſt etiã mentiri vt ſibi vel alteri profit in bonis corporis: vt cũ interrogatur aliquis, an ſit talis, vel an talẽ viderit, quẽ ſcit inquiri vt ad carcerem vel mortẽ trahatur: & rñdit mẽtiendo ſe eũ nõ vidiſſe, vel nec ſe talẽ eſſe. Poteſt ẽt quis mẽtiri vt ꝓfit ſibi vel alteri in bonis aĩę ſeruandis, quæ ẽt in corp⁹ redundant: vt ſi puella impetatur à libidinoſo & dicat mentiendo ꝓ ſeruanda caſtitate, qm̃ ꝑcuſſa ſum peſte, ne tangas me: & hoc quidem mendacium ex ſui natura tribus modis prædictis eſt veniale, niſi ex aliquo accidenti fiat mortale.

Licet autem quodcunq; ꝓdictorum ſit illicitũ: qm̃ nunq̃ mentiri licet, tñ genus primũ vt eſſe à legiſlatore præcipuè ꝓhibitum in præcepto prædicto: qm̃ aduerſatur dilectioni ipſius ꝓximi. Non em̃ ſe compatiuntur diligere proximum, & illi velle nocere. Sed dices, Videtur hoc præceptum ſuperfluum eſſe: nã continetur in præcepto ſecundo, ſ. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum: in cuius expoſitione dictũ eſt ꝙ in hoc ꝑcepto ꝓhibetur piuriũ & mendaciũ & blaſphemia. Conſtat aũt, ꝙ falſus teſtis mentitur & peierat: ergo nõ oportuit diſtinguere hoc præceptum ab illo ſecundo.

Rñdetur, teſtis mentiens & peierans contra ꝓximum dupliciter peccat: primò in Deum: qm̃ inuocat ad confirmationem falſitatis ſuæ teſtẽ diuinam veritatem: & hoc ꝓhibetur directè in ſcdo præcepto qđ ad Dei dilectionẽ ſpectat. ſecundò peccat in ꝓximum decipiendo ipſum & damnũ inferendo, aut in aĩa, aut in corpore, aut in fama, aut in re exteriori: & hoc directè prohibetur in pręſenti ꝑcepto ordinato ad proximi dilectionem: Non ergo ſuperfluum eſt.

Non concupiſces vxorẽ proximi tui.

Quantùm ad ſextũ ꝑceptum ſpectans ad dilectionẽ proximi, ſ. Non concupiſces vxorem proximi: & quantũ ad ſeptimum, ſ. Non concupiſces domum proximi tui, non ſeruũ, non ancillã, non bouẽ, non aſinum, nec oĩa, quæ illius ſunt. Aduerte, ꝙ in Deuter. c. 5. vno contextu ſimul inſtituuntur. Sic em̃ legimus, Non concupiſces vxorem ꝓximi tui, nõ domum, non agrum non ſeruũ, non ancillã, non bouẽ nõ aſinũ & vniuerſa, quæ illius ſunt: ſimul igitur declarauimus ea.

Tu igitur aduerte, qm̃ quis poteſt proximo nocere & cõtra eũ peccare non ſolum opere, vt mœchando, occidendo, furando: & non ſolũ verbo, vt falſum teſtimoniũ loquendo ℈ eũ, ſed ẽt concupiſcendo, aut perſonã lege ſibi coniunctã, id eſt vxorem, aut rem ſuã: ideo vltra ꝑcepta, quibus prohibetur offenſa operis & oris in his duobus præceptis prohibetur cordis mali concupiſcentia quo ad luxuriam, & quo ad auaritiam, ſiue, vt dicunt alij, quo ad concupiſcentiã carnis, & concupiſcentiam oculorum.

Sed dices: Videntur hæc duo pręcepta ſuperflua: nã qđ dr̃, Non concupiſces vxorem proximi tui, continetur, in illo, non mœchaberis. Qui em̃ prohibet poſterius, & prius, cõſtat autẽ ꝙ concupiſcentia prędedit adulteriũ. Similiter qđ dr̃, Non cõcupiſces domũ proximi tui, nec vniuerſa, quę illius ſunt, continetur in prędcepto de non furando, ſiue rapiẽdo rem alienã. Nullus em̃ furatur niſi rem prius concupitã, ergo videntur ſuperflua.

Rñdetur: licet hęc duo præcepta virtualiter cõtineantur in duobus ſupradictis, tñ opportunum fuit ſeorſum hęc inſtituere: qm̃ concupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum, delectationes ſuas habent ante operis conſummationem: quod non ſic eſt de concupiſcentijs aliorum actuũ. Ad frænandam igitur hanc delectationem in concupiſcẽdo docuit ſpeciali præcepto prohiberi.

Sed dices: Sicut actum mœchandi præcedit concupiſcẽtia, & ſimiliter actum furandi, ſic & actum occidendi. Sicut ergo his duobus mandatis prohibita eſt concupiſcẽtia carnis & oculorum, ſic ſpeciali mandato ꝓhiberi debuit concupiſcentia occidendi & vindicandi.

Rñdetur: non eſt eadem rõ de concupiſcentia occidẽdi, & ea quæ eſt carnis & oculorum. Nam naturaliter dati ſunt homines ad luxuriandum, & rapiendum aliena: ideo duo oportuit inſtitui ꝑcepta inhibitoria: vnũ, quo ad voluntatẽ,

ne concupiſcat:alterum:quo ad opus,ne iniurietur,& dānū inferat ꝓximo in re.Non ſic autem eſt in occidere,nam homo naturaliter abhorret volūtatem & opus homicidij:quo modo vnaquæque res amat ſpeciem ſuam, & nititur eā cōſeruare.Vñ Ecc.c.13.ſic legimus : Omni vita tua dilige Deū, & inuoca illū in ſalute tua. Omne animal diligit ſibi ſimile, ſic & omnis homo ꝓximū ſibi.Omnis caro ad ſimilē ſibi cōiungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Cùm igitur homo nō inclinetur naturaliter ad homicidium , ſed potius ex accidente,putà,cùm extra ſe exit furore iræ, vel temere concupiſcentiæ,non opus fuit inſtituere præceptum prohibens deſiderium occidendi,ſed ſufficit præceptum prohibitorium operis.Non ſic autē de Mœchia & furto, vt declaratū eſt:ergo, &c. Hæc de modo diligēdi proximū dicta ſint.

Quantum ad quartum,ſcilicet quo modo corpus noſtrū & proximi diligendum ſit,aduerte,ꝙ de hoc iam locuti ſumus in diſpoſitiōe Philoſophiæ moralis ad mentē Platonis in trac.5.c.1. & 2.cuius doctrina in hoc penitus cōformis eſt Chriſtianę.Arbitratur em̄ corpus noſtrū & proximi ſic colendum & diligendū,ꝙ animæ in bonis operibus quàm maximè deſeruiat.Quatenus aūt foret impedimento comprimendum ac diffugiendum eſt velut quid inimicum:& hanc ipſam doctrinā tradidit nobis Seruator & Paulus.Nā Marc. c.9.inquit : Si ſcandalizauerit te manus tua,abſcinde illam. Bonum eſt tibi debilem intrare in vitam , q̄ duas manus habentē ire in gehennā,in ignē inextinguibilē,vbi vermis eorū non moritur,& ignis nō extinguitur: Et ſi pes tuus te ſcādalizauerit,amputa illū, &c. Paul⁹ aūt non aliud videt cōmentatus q̄ omnibus & ſibi ſuadere,vt ſic corpus diligatur ac curetur,ꝙ ſpiritui deſeruiat:ſicq, caſtiget,ꝙ contra ſpiritum nō præualeat.Vñ ad Rom.capite duodecimo,inquit: Obſecro vos fratres ꝑ miſericordia Dei,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentē ſanctam Deo placētem.Secundæ verò ad Corint.cap.9.de caſtigando corpore, ne contra ſpiritum inſurgat inquit:Caſtigo corpus meum & in ſeruitutē redigō,ne fortè cùm aliis p̄dicauerim,ipſe reprob⁹ efficiar. Hoc igitur modo & non aliter corpus noſtrum & proximi ex caritate diligendū eſt. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De ordine caritatis.

IN capite quarto declarandus eſt ordo ſeruandus in diligibilibus ex dilectione caritatis.Tu igitur aduerte ſecundū Diuum Aug.in primo de doctrina Chriſtiana, quem cōmuniter ſolenniores Theologi,ordinem diligendi ex caritate, quæ diligibilia ſunt,ſic diſponendum eſſe.

Septem ex caritate diligenda aūt ordinatè.

Primò in primis & ſuper omnia diligendus eſt Deus.
Secundò,anima propria.
Tertiò,anima proximi.
Quartò,cōrpus proprium.
Quintò,corpus proximi.
Inter proximos autem.
Primò,diligendi ſunt pater & mater.
Secundò,filij.
Tertiò,vxor.
Quartò,cognati iuxta gradus ſuos.
Quintò,noti & conterranei ſiue conciues.
Sextò,extranei & peregrini.
Septimò,inimici.

Et pro ſingulis prædictorum aſsignāda eſt propria ratio ordinatæ dilectionis.

Deus primò diligendus eſt, & ſuper omnia.

Primò , ꝙ Deus in primis & ſuper omnia ſit diligendus tota mente,& tota virtute,id eſt,tantum quantū poſſumus, ita ꝙ ſi infinitè diligere poſſemus , infinitè diligere debemus,ſic declaratur:In qualibet amicitia ille primò & maximè diligendus eſt,in quo primo & eſſentialiter inuenitur illud bonū,ſuper cuius cōmunicationē & conſortiū talis amicitia fundatur,& à quo deriuat ad alios.Sicut ꝟſtat in amicitia ciuili:q̄ primò & maximè reſpicit ciuitatis principē:qm̄ ab eo pendet , & deriuatur totum ciuitatis bonum. Vñ,vt declarauimus in Politicis,principi maximè debetur fides,honor, amor, & obedientia. Sed amicitia caritatis,vt declarauim⁹ ſupra,fūdat in cōmunicatiōe & participatiōe æternæ beatitudinis. Hęc aūt primò & eſſentialiter eſt in Deo,cū ſit ipſe De⁹:& ab eo deriuat ad creaturas ītellectuales:ergo De⁹ primò,& maximè, & ſine mēſura diligēd⁹ eſt.

Prętereà,ſi quis aliquem ex ſuis proximis includēdo patrem & matrē , magis quàm Deum amat, ex ſacro Euangelio reprobat.Dicitur enim Matth.capite decimo, Qui amat patrem aut matrem pluſquàm me, nō eſt me dignus : & qui amat filiū aut filiam pluſquàm me,non eſt me dignus:& qui non accipit crucem ſuam,& ſequitur me,non eſt me dign⁹.

Cùm igitur vnumquodque amabile ſit inquātum bonū: ergo Deus,qui eſt infinitum & primum bonum, & fons omnis boni,& extra qđ non eſt bonum, primò & ſuper omnia diligendus eſt:ac pro vili habēda ſunt cætera,niſi in ordine ad Deum:ſicut ex ſeipſo docuit nos Paulus,qui ad Phil. ca. tertio,inquit:Propter quem ſ.Chriſtum Deum omnia detrimentum feci,& arbitratus ſum vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam:vt & in eo inueniar non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt,ſed eam,quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu, quę ex Deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendum illum.

Anima poſt Deum diligenda eſt:

Secundò,ꝙ anima ꝓpria ſit immediatè poſt Deum diligenda,& magis ac priuſquàm aīa ꝓximi,declaratur ſic:De⁹ ex caritate diligitur vt principiū & fons boni ęterni,in quo ſtat beatitudo noſtra.Homo animam ſuam diligit,vt participem & capacem illius beatitudinis.Animam ꝓximi diligit vt ſociam illius beatitudini conſociatio ergo quā habet aīa ꝓximi cum anima noſtra,eſt ratio diligendi ex caritate animam proximi.Conſociatio verò vnio quędam eſt:dicuntur em̄ conſociata,quæ in aliquo opere,aut exercitio vniuntur. Qualis ergo ꝓportio inter vnitatem & vnionem , talis erit inter dilectionem animæ noſtræ & animæ ꝓximi.Sed cōſtat vnitatem eſſe potiorem quā vnionem , magis eſt em̄ aliqua duo eſſe vnum quàm eſſe vnita:ſed anima noſtra eſt vnū nobiſcum,qm̄ aut anima eſt homo,aut eſt principale in homine,ita ꝙ eſt virtualiter homo:prius igitur & magis diligenda eſt anima noſtra quàm anima proximi.

Prętereà,dr̄ Leui.capit.decimonono:Diliges proximum tuum ſicut te ipſum : ergo dilectionis exemplar ex caritate ad animā ꝓximi,ſumitur ex dilectione ſui ipſius:ſed exemplar prius eſt & potius exemplato,ergo prius & magis diligenda eſt anima noſtra quàm anima proximi.

Et confirmatur ſigno:qm̄ homo non debet peccatum cōmittere:qđ ɔriatur beatitudini,vt ꝓximi animam liberet à peccato.Hoc em̄ eſſet ſeipſum perdere,& alium lucrari,qđ reprobat Seruator noſter Matthæi ca.decimoſexto. Vbi inquit:Quid prodeſt homini,ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuę detrimentum patiatur?Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?

Conſtat ergo,ꝙ poſt Deum,& ante dilectionem animæ ꝓximi,diligenda eſt anima noſtra : ex qua dicimur diligere nos ipſos ſm naturam ſpiritualem, quæ in nobis eſt,prius & magis quàm proximum ſecundum animam.

Anima ꝓximi prius ac magis diligē da eſt quàm corpus noſtrum.

Tertiò,ꝙ anima ꝓximi ſit prius ac magis diligenda quā corpus noſtrum,declaratur ſic:Anima proximi magis ſociatur animæ noſtræ in communicatione beatitudinis quā corpus noſtrum : ergo debet à nobis magis diligi quàm ipſum corpus ꝓprium.Antecedēs quidem patet:qm̄ anima noſtra & ꝓximi ſunt eiuſdem naturæ ſpecificæ intellectualis,ergo ſunt æquè aptæ beatificari: corpus autem noſtrum , cū non ſit naturæ intellectualis,non eſt aptū beatificari,niſi ꝑ quādam deriuationem, ꝓut beatitudo animæ redundat in corpus ſm illas dotes,quas aſſignabimus in parte vltima huius operis:ergo anima noſtra & anima ꝓximi magis ſociantur in beatitudine quàm corpus noſtrum.Concluſio verò ſic ꝓbatur: Caritas eſt amicitia aliquorum,vt communicant in beatitudine,vel poſſunt communicare:ergo quod magis cōmunicat,vel poteſt communicare cum anima noſtra in beatitudine,prius & magis diligendum eſt:ſed, vt declaratum eſt,anima ꝓximi magis communicat animę noſtrę in beatitudine quàm corpus ꝓprium:ergo,&c.& cōfirmatur ex doctrina Ioan.in epiſtola prima,cap.tertio, qui inquit : In hoc cognouimus caritatem Dei,qm̄ ille animam ſuam id eſt,vitam corporalem pro nobis poſuit:& nos debemus pro fratribus noſtris,id eſt,pro ſalute animorum proximorum noſtrorum,animas,id eſt corporum noſtrorum vitā ponere:ex quibus conſtat,ꝙ Ioannes exemplo Seruatoris,docet proximū quo ad animam prius ac magis diligendum,quàm corpus noſtrum:qm̄ pro ſalute proximi debemus corporis vitā morti exponere.Vnde & Seruator Ioannis c.15.inquit:Maiorem hac dilectionē nemo habet,vt animā ſuā,id eſt, vitam, ponat quis pro amicis ſuis,id eſt pro ſalute animarum amicorū ſuorum.Hæc eſt ergo vera doctrina Chriſtiana, quam Diu⁹ Aug.in primo de doctrina Chriſtiana firmauit: vbi verę ac ordinatæ caritatis ſeriē tradens aſſerit Deū primo loco,nos ipſos quo ad animā ſecundo, proximū quo ad animā tertio loco,corpus noſtrū quarto loco. Eandem doctrinam firmarunt ſancti martyres,qui videntes quā plures fideliū in tormentis deficere in fide, ꝓſiliebant in mediū adhortantes eos,non timentes tyrannos,morti ſe tradentes : vt

proximorũ ſaluti occurrerent,ſicut legimus de Beato Georgio,& Beata Catarina martyre,atque B.Sebaſtiano,q̃ Marcum & Marcellianum deficere videns in fide dum eſſent ad fletus ſuorum emolliti,in medium ſe obiiciens,eos adeò animauit,quòd conſtantes martyrium ſuſceperunt:& ipſe ſimiliter coronam accepit glorioſæ mortis.

Corpus proprium magis diligẽdũ eſt quàm corpus proximi.

Quartò q̃ corpus proprium ſit prius ac magis diligendum quàm corpus proximi declaratur ſic:Ex prædictis magis ac prius debemus diligere animam propriam q̃ animam proximi: ex conſequenti corpus magis vnitũ animæ noſtræ, in quo deriuabit noſtra felicitas: ſed conſtat, q̃ corpus ꝓprium magis vnitur animæ noſtræ quàm corpus proximi, concurrit enim ad conſtitutionem vnius ſuppoſiti,& ad noſtram beatitudinem per redundantiam:corpus autem proximi nullum horum ſibi vendicat,vt patet, ergo magis diligendum eſt & prius q̃ corpus proximi.Hinc eſt, q̃ vbi de ſalute & corporali vita agitur, naturali inclinatione vnuſquiſque primò ſeruat ſeipſum: q̃ ſi non poteſt ſe & proximum ſeruare quò ad corpus,dimittit corpus ꝓximi: imò ſi poteſt,ipſum inuadentem occidit,vt ſe ſaluet:& id quidem ordinatiſsimè fit,quoniam non eſt minus ordinatus affectus caritatis, q̃ inclinatio naturalis. Vtrunque enim à Deo eſt autore naturæ & omnis boni gratuiti: ſed videmus vnamquanque naturam conari ad conſeruationem ſui ipſius, & ad deſtructionem ſui contrarij: ergo etiam amore caritatis rationabiliter amandum eſt prius & magis corpus propriũ quam alienum,& vt cõſeruemus ipſum, licet nobis deſtruere corpus proximi,ſi non poteſt aliter fieri.

Corpus proximi poſt corpus noſtrum magis & prius diligẽdũ quàm bona fortunæ.

Quintò q̃ corpus proximi poſt corpus proprium ſit pr9 ac magis diligendum amore caritatis, quàm, ſcilicet bona fortunę declaratur ſic,Corpus proximi maiorem conueniẽtiam nobiſcum habet,q̃ bona fortunæ.Eſt enim eiuſdem naturæ cum corpore noſtro, & concurrit ad conſtitutionem ſuppoſiti in proximo,ſicut in nobis corpus noſtrum: & ita participat per redundantiam in beatitudine, ſicut corpus noſtrum. Quæ autem nobiſcũ magis conueniũt magis diligenda ſunt:quoniam ſimilitudo,conformitas,& vnio, & cõmunicatio cauſa ſunt per ſe amoris,vt declarauimus in 8.libro Ethic. Sicut autem ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ſic magis ad magis, &c. Cùm igitur bona fortunæ nullam ex prædictis conditionibus nobiſcum habeant:patet quòd minus diligenda ſunt,quàm corpus proprium. Hinc manifeſtum tibi eſt quòd quicunque magis curat diuitias quàm vitam proximi,non eſt in caritate:quoniam, vt inquit Ioannes in epiſtola prima,capite quinto, Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?

Ex proximis magis ſunt diligẽdi ipſi parẽtes.

Quòd autem inter proximos prius & magis diligendi ſint ꝓgenitores noſtri, ſ. pater & mater declaratur ſic. In ſacra lege tacitis aliis proximis, ſiue ſint conſanguinei, ſiue conciues, ſiue extranei, non inſtituitur præceptum de diligendo proximo in ſpecie niſi reſpectu patris & matris. Dicitur enim Exod.c.20.Honora patrem tuum & matrem tuã, vt ſis longæuus ſuper terram:& non dicit, honora patruũ, aut amitam,&c.Intentio ergo diuinæ legis eſt,q̃ inter proximos prius ac magis diligamus parentes.

Prętereà,inter proximos illi prius ac magis diligẽdi ſunt qui in beneficiis nobis impenſis magis aſsimilãtur Deo,quẽ ſuper omnia diligere tenemur,vt declaratum eſt ſuprà: ſed parentes noſtri in beneficiis nobis impenſis magis aſsimilãtur Deo:nã ſicut à Deo,vt à primo omnis eſſe ab boni principio habemus eſſe,viuere,& neceſſaria vitæ, ſic à parentibus vt cauſis ſecundis per generationẽ trahimus eſſe:per educationẽ conſeruamur in eſſe,& eruditionem ac diſciplinã ab eis,ſiue eorum cura recipimus. Quæ quidẽ beneficia ordine naturæ à nullo alio proximo recipimus. Ergo prius ac magis diligendi ſunt q̃ cęteri proximi & de hac quidem parentum dilectione,ſatis & conformiter huic Chriſtianæ doctrinæ locuti ſumus in Epitome noſtra ſuper Oeconomicam Ariſt.Vide tu ad placitum:vbi inuenies,q̃ parentes noſtri à nobis habendi ſunt vt dij ſecundi.

Num pater magis diligẽdus ſit,quàm mater.

Sed dices Licet pater & mater ſint magis diligendi q̃ cæteri proximi, quæritur comparando patrem & matrem adinuicem,quis magis diligendus ſit?

Reſpondetur:aut conſiderantur inquãtũ ſunt principia eſſe ac generationis noſtræ,aut quantũ ad educationẽ, aut quantũ ad bonitatem ſiue malitiam moralem in eis exiſtentem ſi reſpectu primi pater eſt magis diligendus:qm̃ eſt principium actiuum & formatiuum, mater autem paſsiuum ac materiale:ſed actiuum melius ac excellentius eſt.Melius verò ac dignius eſt ex ſui natura magis diligendum. Vnde quia Deus optimus eſt ſummè diligendus.Si reſpectu ſecundi,mater ꝓ tenera ætate,magis diligenda eſt.Illa em̃ infantem lacte nutrit, primo erudit,& aſſiduis laborib.eũ curat, fouet,& conſeruat:ꝓ adulta verò ętate,& pro futuro tẽpore ad conſeruationem ſucceſſionis pater magis diligendus eſt.Aliter enim filium adultum,niſi ſuperueniat impotẽtia: & de hęreditat9 puidet.Si reſpectu tertij,qui melior eſt in moribus,magis diligẽdus eſt, ſed hic amor non eſt filij ad parentes,vt parentes ſunt,ſed vt magis aut minus ſunt homines virtuoſi:quo amore qui melior eſt,magis diligẽdus eſt, vt declarauimus in 8.Ethi.Et hæc quidem amicitia nõ naturalis,ſed honeſta dicitur:ea autem,qua diligo parentes, vt parentes vt mei principia ſunt,naturalis dicitur:qm̃ in naturali origine fundatur.

Poſt parẽtes filij magis ſunt diligẽdi.

Quòd verò poſt parentes,filij magis diligendi ſint quocunq; alio ꝓximo conſanguineo ſiue ɔciue alio declaratur ſic:Dilectio ſui eſt maior quacunq; alia erga ꝓximũ, vt declarauimus ſuprà:ſed dilectio,qua pater diligit filium aſſimilatur dilectioni,qua quis ſeipſum diligit,vt diximus in 8. Ethi.Nam filius eſt aliq̃d patris,cùm ſit genitus de ſubſtãtia patris:& hac de cauſa dicat pater in filio viuere:ergo, &c. Prætereà filius eſt propinquior & coniunctior patri quocũque alio ꝓximo:qm̃ filius eſt velut pars patris,quod non verificatur de quocunq; alio ꝓximo,ergo ſupra omnes alios ꝓximos diligendi ſunt filij:& hanc quidem intenſam dilectionem filiorum inſinuat Paulus ad Galat.c.4.inquiens:Filioli,quos iterũ parturio,donec formetur Chriſtus ĩ vobis.

Num pater magis diligẽdus quàm filius.

Sed dices:Si filij magis amandi ſunt,q̃ alij ꝓximi ẽt conſanguinei,eò q̃ filius eſt aliquid patris, vtpote de ſubſtãtia patris,& eſt velut pars patris:ergo ſi q̃s habeat patrem & filium,magis debet diligere filiũ q̃ patrem,cùm pr̃ non ſit de ſubſtãtia ei9,nec velut pars illius ſed ecõuerſo:cuius tñ oppoſitum determinatũ eſt. Cõcluſum eſt em̃ q̃ inter oẽs ꝓximos primò diligendi ſunt parentes,deinde filij.

Rñdetur,q̃ non inconuenit diuerſa rõne patrem eſſe magis diligendum quam filium,& filium quam patrẽ.Graduatur em̃ dilectio ex parte boni diligibilis,& ex parte cõiunctionis.Ex parte quidem boni diligibilis ſic graduat,q̃ mai9 bonum eſt magis diligendum:& maximum bonum maximè diligendum.Ex parte vero ɔiunctionis & vnionis,q̃ eſt magis coniunctũ diligenti,eſt magis diligendum:cum ſit amor vis vnitiua.Qm̃ igitur pater eſt principium ꝓductiuum filij & nõ ecõuerſo:& principium vt principiũ melius ac digni9 eſt principiato,ideo ſm̃ hanc rõnem ɔcluſimus patrem eſſe magis diligendum quam filium.Pater em̃ in hoc aſſimilatur Deo quem in primis diligere tenemur.Qm̃ verò filius me9 mihi magis cõiunctus eſt quã pr̃ me9,cùm ſit aliquid mei & de ſubſtantia mea:pater aũt meus nõ eſt de ſubſtantia mea: ideo rõne maioris coniunctionis debeo magis diligere filium meum quàm patrem meum.

Cuinã prius cõſtituto in neceſſitate ſubueniendum ſit patri, an filio.

Sed dices:Cõceſſo q̃ diuerſa ratione magis diligendus ſit pater quàm filius,& econuerſò quò ad effectum interiorem:quæritur quò ad ꝓuidendum in neceſſitate, ſuppoſito q̃ vterque ſit in neceſſitate æquali conſtitutus, cui prius ac magis ſuccurrendum ſit.

Rñdetur,q̃ patri:qm̃ & lex naturę & dominicum præceptum ad hoc nos cogit.Non em̃ datum eſt in lege pręceptũ de honorando & diligendo filio:neque q̃ eis ſuccurrat,ſed de patre & matre.Prætereà,beneficia maxima accepimus à parentibus,quę non poſſumus æqualiter reddere,vt ſunt eſſe,cõſeruatio in eſſe ꝓ educationem,& diſciplinã,quę non accipim9 à filio:ſed iure naturæ beneficiat9 bñficio ſuo obligatur:ergo vbi eſt maximũ acceptum bñficium, ibi ſumma remanet obligatio,Hac de cã Deo infinitè obligamur: qm̃ ab ipſo quicquid boni in nobis eſt,accepimus.Cũ igitur citra Deum,parentes ſint maximi benefactores noſtri,illis maximè & in neceſſitate ſuccurrere obligamur:vñ obligor vẽdere filium,vt patrem meum nutriam.

Vxor magis diligẽda poſt filiorum dilectionem.

Quòd poſt filios magis diligenda ſit vxor quã quicunq; alius ꝓximus conſanguineus exceptis parentibus:declarat ſic:Cùm amor ſit virtus vnitiua & cõiunctiua,vbi eſt maior coniunctio,ibi debet amor eſſe maior:ſed poſt filium maior eſt coniunctio vxoris & viri quam cuiuſcunque conſanguinei:dicuntur em̃ eſſe duo in carne vna, quod non verificatur de quocunq; conſanguineo,ratione igitur maioris vnionis diligenda eſt vxor magis quàm conſanguinei,tñ poſt parentes & filios : & hanc dilectionem inſinuauit Paulus ad Ephe.c.5.vbi inquit,Viri debent diligere vxores ſuas vt corpora

pora ſua. Qui ſuam vxorem diligit ſeipſum diligit: nemo eñ vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam (& infrà) veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam diligat ſicut ſeipſum, vxor autem timeat virum ſuum.

Sed dices: Si ſm Paulum homo debet diligere vxorem ſuam ſicut ſeipſum, & ſicut proprium corpus: cùm, vt ſuprà determinatum eſt, homo magis ſe debeat diligere ſm animam q̃ quemcunque proximum ſm animam, etiam includẽdo patrem & matrem & filium, & ſecundũ corpus q̃ quẽcunque, pari modo proximum ſecundũ corpus: ſequitur ꝙ vir debeat vxorẽ diligere magis q̃ parentes & filios. Cuius oppoſitum determinatũ eſt. Dictũ eſt enim ꝙ in dilectione ꝓximi, primò diligendi ſunt parẽtes, ſcd̃ò filij, tertiò vxor.

Reſpondetur, & concedo ꝙ homo debet magis diligere vxorẽ quò ad cohabitationem & copulam carnis ad ꝓlem generandã q̃ parentes & filios. Vnde Gen. cap. 2. Relinquet patrem & matrem, ſcilicet quò ad cohabitationem & conſeruationem corporalem ac vnionẽ, & adhęrebit vxori ſuę. Quantùm aũt ad beneficia pręſtanda & quantùm ad coniunctionem ſm originem naturæ, debet magis diligere parentes & filios rationibus ſuprà poſitis q̃ vxorem: nec Paulus intendit oppoſitum, quoniam cùm dicit, Viri debent diligere vxores ſuas, ſicut corpora ſua: per ly ſicut, non intendit æqualiter, ſed ſimiliter: quaſi dicat, Sicut diligitis corpora veſtra, q̃a ſunt vobis vnita, ſic diligite vxores, q̃a ſunt vobis vnitę in copula carnis: quia aũt maior eſt vnio corporis ad nos, qm̃ eſt vnio ad cõſtitutionem ſuppoſiti, q̃ vnio vxoris, qm̃ illa ſtat cũ diſtinctione ſuppoſitorum: ideo ſimpliciter loquendo magis diligẽda ſunt corpora noſtra, q̃ vxores.

Cognati magis ſunt diligendi, quàm conciues.

Quòd autem cognati iuxta gradus ſuos, q̃ conſanguinei & affines nuncupantur, poſt filios & vxorẽ ſint pri⁹ ac magis diligendi q̃ noti & ɔciues, declaratur ſic: Amor in aliqua vnione ac cõiunctione fundatur. Vñ quę in nullo conueniunt vt declarauimus in octauo Ethi. non ſunt adinuicẽ amicabilia. Vbi ergo eſt maior & prior & ſtabilior coniunctio, ibi naturaliter eſt prior & perfectior amor ꝓ ſe: ſed inter me & fratrem meum & conſobrinum primum & ſecundum & tertium, &c. eſt prior & maior & ſtabilior coniunctio: quoniam coniunguntur cõſanguinei coniunctione naturalis originis, q̃ vtiq; firmiſsima eſt: qm̃ eſt ſm illud, quod ad ſubſtantiam rei pertinet: cæteræ verò coniunctiones & cõmuniones, vt ciuilis, & lucratiua, mercatoria, & voluptuoſa, & virtuoſa, & commilitonũ quoniam ſuperueniunt naturali, ac ſuper accidentia fundantur, remoueri poſſunt. Naturalia verò immutabilia ſunt. Cùm igitur amor inter cõſanguineos in naturalis coniunctione originis fundetur, prius & magis diligendi ſunt quàm conciues & noti, eisq; magis ſubueniendũ: & hæc eſt doctrina Pauli primæ ad Timotheũ, cap. 5. Si quis ſuorum & maximè domeſticorũ curã non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

Dixi aut per ſe: quoniam per accidens contingere põt, ꝙ frater fratrẽ & conſobrinũ oderit, non ratione naturalis originis, ſed ratione diuitiarũ: aut maioris honoris, &c. ſicut & duo figuli inimici ſunt, non vt figuli, ſed qm̃ fortè vnus ſubtrahit lucrũ alteri, vt diximus in octauo Ethic. ſimiliter accidit, quòd frater fratrẽ odit: quoniã aduertit fratrẽ ſuũ cariorem eſſe patri, ſicut legimus de Iacob & Eſau, Gen. ca. 27. & de Ioſeph ac fratribus, Gene. c. 37. Accidit quoque remoto odio omniq́ue alio impedimento, fratrẽ magis diligere alienum, puta conciuẽ, aut peregrinũ inquantũ cõmunicat cũ eo in aliquo exercitio, ſicut ſe diligunt cõmilitones: & qui ex electione amicitias adinuicem contraxerunt, præcipuè voluptuoſam, aut honeſtam: quoniam in agendis & in cõſeruatione huiuſmodi amor prævalere videtur ſuper amorem naturalẽ. Et de hoc amandi genere intendit Salomon Prouerbiorũ cap. 18. cùm dicit: Vir amicabilis ad ſocietatẽ, magis amicus erit q̃ frater, & Valerius Maximus: Amicitiæ vinculũ prævalidũ eſt, neque vlla ex parte ſanguinis viribus inferius ſcilicet quo ad ferendos ſimul labores, ac ſana conſilia, ad placitã conuerſationem. In reliquis autem naturalis amicitia præfertur, & prævalet in his, quę ad naturę conſeruationem ſpectant. Vñ magis tenemur tẽpore indigentiæ eis ꝓuidere iuxta Pauli doctrinã, vt prędixim⁹.

Ciues magis diligendi quàm extranei.

Quòd poſt ɔſanguineos iuxta gradus ſuos magis ac pri⁹ diligendi ſint noti & conuicini & ɔterranei & conciues q̃ extranei, declaratur: Nã multas habent adinuicem coniunctiones: putà ſimul negociãtur, ſimul cõuiuunt, ſimul curãt bonũ vnũ cõmune. Mutuò ſibi deſeruiunt, mutuò ſe defenſant: quod quidem non ſeruaẽ regulariter inter extraneos & peregrinos, vt extranei & peregrini ſunt: niſi fortè inter te & illos contrahatur amicitię vinculum: tunc enim vt in amicitia ɔfœderati veluti fratres & ɔciues diligi debẽt: exemplum habemus in primo Machabæorum, cap. 8. de Iudæis agentib. amicitias cũ Romanis, medio Iudæ ducis Machabæi. Quòd autem poſt ɔſanguineos diligendi ſint noti & conciues, notat diuina lex Leui. c. decimonono, vbi poſt datam legem de non odiẽdo fratre in corde, ſed publicè arguendo, ſic inſtituitur: Non quęras vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuũ ſicut te ipſum. Ego dominus, leges meas cuſtodite.

Aduena ac peregrinima gis diligẽdi, quàm mimici.

Quod poſt notos & ɔciues diligendi ſint aduenæ & peregrini, & magis quàm inimici declaratur ſic: In peregrino eſt ſimilitudo naturæ, cùm ſit eiuſdem ſpeciei nobiſcum, & non eſt q̃d ɔrium dilectioni, inquantum peregrinus eſt, ad differẽtiam inimici, qui vt inimicus nobis aduerſatur: & tñ minus coniunctus nobis quàm notus & conterraneus, aut ciuis, vt patet: ergo minus diligendus eſt quàm ɔterraneus & conciuis, & magis quàm inimicus: & ſic permanet medi⁹ inter inimicum & notũ ac ɔciuem: & ꝙ extraneos ac peregrinos diligere debeamus præcipit dñs in lege. Vnde Leui. cap. decimonono, ſic ſcribitur: Si habitauerit aduena in terra veſtra. & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei: ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos: fuiſtis enim & vos aduenæ in terra Aegypti.

Inimici ſunt vltimo loco ex caritate diligendi.

Quòd autem vltimo loco diligẽdi ſint ex caritate inimici, declaratur, & primò, ꝙ diligendi ſint, præceptum datum eſt à Seruatore noſtro inſtituente perfectiſſimã legem gratiæ: nam Matt. ca. 5. inquit: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentib. & calũniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt: qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si eñ diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt, & ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ, q̃d amplius facietis? nónne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo ꝓfecti ſicut & pater veſter ꝓfectus eſt. Secundò, ꝙ vltimo loco diligendi ſint, patet ex eo, ꝙ nulla in eis eſt rõ diligibilitatis: niſi quia cõiunguntur nobis in natura humana, & ad eandem beatitudinẽ creati. In quantum verò inimici, vt ſuprà docuimus, non diligibiles, ſed odibiles ſunt: & ideo ſignum ꝓfectæ caritatis eſt eos diligere: & qm̃ ſunt vltimo loco diligendi, non eſt de neceſſitate ſalutis eis bñuolentiæ ſigna in particulari oſtendere: nec eis niſi in extrema neceſſitate ſubuenire. De ɔfilio autem & ꝓfectione vitæ eſt eis humanitatis ſigna oſtendere citra terminum extremę neceſſitatis, vt hortatur nos Paul⁹ ad Romanos, ca. duodecimo, vbi inquit: Si fieri poteſt q̃d ex vobis eſt, cum omnibus hominib. pacem habentes, non voſmetipſos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptũ eſt eñ: Mihi vindictam & ego retribuã, dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi, hoc eñ faciẽs, carbones ignis ɔgeres ſuper caput eius, quaſi dicat, Erubeſcet non reconciliari tibi victꝰ humanitate tua: hmõi verò dilectionis ac humanitatis ſigna decent maximè religioſum, præcipuè apud illos, qui ſciunt ipſum fuiſſe offenſum, vt euitetur ſcandalum.

Tu tñ intellige hmõi ſigna nõ eſſe oſtendenda inimico ſi dei catholicæ & hęretico, ne acri⁹ inſoleſcat: ſed ſufficit in extrema neceſſitate ſubuenire, vt quantum in nobis eſt cõuertatur, & viuat. Hæc de ordine caritatis dicta ſint.

CAPVT V.

Quàm neceſſaria ſit caritas diuina oſtendit.

IN capite quinto agendum eſt de neceſſitate caritatis: cuius neceſſitas ex ſacris ſcripturis apertè manifeſtatur.

Primò ex venia & deletione peccatorũ, quæ in nobis ꝓuenit à Deo ex caritate, vt patet Prouerbiorũ, ca. 10. Vniuerſa delicta operit caritas. & Petrus in epiſtola prima, capit. 4. Ante omnia aũt mutuam in vobiſmetipſis caritatem continuam habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. & Exod. c. 10. Miſericors ſum ijs, q̃d diligũt me: & cuſtodiunt præcepta mea. & Lucæ ſeptimo, Remittunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Scd̃ò, ex formatione fidei: nã, vt determinatũ eſt in tract. de fide, abſq; fide viua nemo ſaluari põt. Vita autem & ãa & forma fidei eſt caritas, vt illic docuimus: ergo ſicut ad ſalutem neceſſaria eſt fides viua, ſic & caritas viuam faciens fidem, ita ꝙ fides quantacunq; ſit, ſine caritate nõ ꝓdeſt, vñ Pau. 1. ad Cor. c. 13. Et ſi habuero oẽm fidem ita vt mõtes trãſferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum.

Tertiò, ex vigore operũ: nullum eñ opus bonum niſi ex caritate ꝓceſſerit alicui⁹ eſt vigoris, aut virtutis apud Deũ:

Vñ Pau.1.ad Cor.c.13. Si diſtribuero in cibos pauperum omnem ſubſtantiã meã,& ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeã,caritatẽ aũt nõ habuero,nihil mihi ꝓdeſt. prætereà inqt Seruator noſter Ioã.c.15.Manete in me, ſ. per caritatem, & ego in vobis:ſicut palmes nõ poteſt ferre fructũ à ſemetipſo niſi mãſerit in vite,ſic nec vos niſi in me mãſeritis:ego ſum vitis,& vos palmites.Qui manet in me,& ego in eo:hic fert fructum multum:qa ſine me,qui ſ. ſum caritas, nihil id eſt nullum opus meritorium poteſtis facere. Si qs in me nõ manſerit,ſ.per caritatem,mittetur foras ſicut palmes: & areſcet, quia ſcilicet, infructuosè operabitur: & colligent, eum,& in ignem mittent,& ardet.Propterea concludit ſeruator illic:Manete in dilectione mea.Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Conſtat ergo quàm neceſſaria ſit nobis ipſa caritas quoniam ſicut corpus ſine anima nullum poteſt operari opus viuum,ſic nec homo ſine caritate poteſt operari opus bonum viuum,& Deo carum. Nam vt inquit Ioãnes in prima epiſtola c.3.qui non diligit,ſ.ex caritate manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis,quoniã omnis homicida non habet in ſe vitam æternã permanentem. Prætereà, ſine lumine non poteſt quis rectè ambulare neque operari. Qui autem eſt ſine caritate, in tenebris ambulat & operatur.Inquit enim Ioã.in epiſtola prima,cap.2.Qui dicit ſe in luce eſſe,& fratrem ſuũ odit,in tenebris eſt vſque adhuc.Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt:qui autem odit fratrem ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat:quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

Cùm igitur ſine caritate ſimus in morte,& in tenebris & extra vitam,quæ eſt Chriſtus,conandum eſt nobis in caritate erga Deum & proximum viuere, & audire Ioannis doctrinam,atque admonitionem in Apoca.cap.3. Qui angelo, id eſt,ſacerdoti eccleſię Sardis ſcribens inquit: Scio opera tua,quia nomen habes,ꝙ viuas,& mortuus es:eſto vigilans, & confirma cætera,quia moritura erant,Non enim inuenio opera tua plena,id eſt fructuoſa & perfecta ex caritate coram Deo meo. Si ergo non vigilaueris, id eſt, ſi ex caritate non operaberis opera viua,veniã ad te tanquam fur,& neſcies qua hora veniam,ſcilicet per mortem : & infrà ad Angelũ Laodiceæ eccleſiæ ſic ſcribit,Dicis,ꝙ diues ſum,& locupletatus,& nulli⁹ egeo:& neſcis,qa tu es miſer & miſerabilis,& pauper,& cęcus,& nudus:quia, ſcilicet tu es extra caritatem,qua ditamur & illuminamur,& veſtimur decore apud Deũ. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatũ,id eſt,caritatẽ,vt locuples fias : & veſtimẽtis albis, id eſt operibus bonis ac lucidis induaris,vt nõ appareat ꝺfuſio nuditatis tuæ,& collyrio vnge oculos tuos, vt videas, aliter mitteris in tenebras exteriores:ſicut ille,q apud Matth. ca. 22.ingreſſus nuptias nõ habens veſtem nuptialẽ,id eſt,caritatem iuſſu regis miſſus eſt in tenebras exteriores:& ſic patet caritatis neceſsitas.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VI.

De caritatis celſitudine & excellentia ſuper omnes alias virtutes.

IN ſexto ca.agẽdum eſt de excellentia caritatis ſuper alias virtutes theologales:& hic tria agenda ſunt.Primò declaranda eſt ex Pauli doctrina eius excellentia.Secundò ex diligentia ac ſollicitudine diuinæ legis in præcipienda ac inſtituenda caritate erga Deum & proximum. Tertiò ex admirãdis effectibus quos ex caritate viri ſancti operati ſunt & ipſa diuina bonitas.

Quantũ ad primũ aduerte,ꝙ Paul.primę ad Cor.13. cõcludit,ꝙ cùm nunc maneant fides,ſpes caritas:maior horũ eſt caritas,quod quidem quadruplici via demõſtrat.Primò, quoniam alia dona ſine caritate nihil ſunt.Dona autem hæc ſunt peritia linguarum,prophetia ſcientia, fides de quibus inquit:Si linguis hominum loquar & angelorum,caritatem aũt non habeam,factus ſum velut æs ſonãs,aut cymbalũ tinniens:& ſi habuero prophetiã,& nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam:& ſi habuero omnem fidem,ita vt mõtes transferam,caritatem autem non habuero,nihil ſum.

Secundò,quoniã miſericordię opus præcipuũ eleemoſyna,& corporis martyrĩũ,abſq, caritate non ꝓſunt. De quibus inquit Paulus · Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas:& ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam,caritatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt.

Tertiò,qm̃ in ſe continet quaſcunque alias virtutes, ac earum opera,vt patientiam,benignitatem,& humilitatẽ,fidem,ſpem æquanimitatem,&c.Vnde inquit Paulus:Caritas ꝑtiens eſt, benigna eſt, caritas non æmulatur,nõ agit peram,non inflatur,non eſt ambitioſa,nõ quærit q̃ ſua ſunt; non irritatur,non cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem veritati,omnia ſuffert, omnia credit omnia ſperat,omnia ſuſtinet.

Quartò,qm̃ & ſi fides & ſpes nunc cum caritate maneãt: tñ illis ceſſantib.caritas nunquam deficiet.imò in patria magis magiſque perficietur.Propterea,inquit Paulus:Caritas nunquam excidet, ſiue prophetię euacuabũtur,ſiue linguę ceſſabunt,ſiue ſcientia deſtruetur:(& infrà concludit)nunc autem manent fides,ſpes,caritas,ſcilicet pro hac mortali vita:tria hæc:Maior autem horum eſt caritas:quoniam in ęternum permanebit:cuius finis erit ipſa diuina fruitio, vt tibi manifeſtabitur in parte octaua huius noſtri operis. Conſtat ergo, quòd caritas ex doctrina Pauli omnes alios habitus bonos,ſiue ſint dona,ſiue virtutes à Deo nobis infuſæ, caritas excellit.

Quantùm ad fin aduerte tantam fuiſſe ſollicitudinem diuinæ ac Chriſtianæ legis in præcipienda caritate ac ordinãda erga Deum & proximum:quòd,vt inquit Seruator Matthæi cap.22.In his duobus mandatis,ſcilicet Diliges Deum tuum,&c.&,Diliges proximum tuum ſicut teipſum,vniuerſa lex pendet,& prophetæ.& Paulus ad Roma.cap. 13. Qui diligit proximum ſuum,legem impleuit.Nam non adultera bis,non occides,non furaberis,non falſum teſtimonium dices,non concupiſces,& ſi quod eſt aliud mandatum,in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur: plenitudo ergo legis eſt dilectio. In diuina ergo lege non quæritur niſi vera ac ordinata dilectio.Cuius ſignum eſt,quòd omnia inſtituta,ſiue affirmatiua, ſiue negatiua ad hoc vnum reſpiciunt. Quod tibi manifeſtabitur,primò in antiqua lege, ſecundo in lege Chriſti.

Deus quam diligens fuerit in præcipienda caritate.

In antiqua lege præcipuum quod quęritur,& quod prophetæ docent,eſt Dei maximi dilectio,deinde proximi.

Dei quidem,vt patet ex diuerſis ſcripturę locis,vt patet infrà.

Deutero.capite ſexto. Diliges dominum Deum tuum ex toto,&c.

Iſaiæ c.31.Quid dñs Deus tuus petit à te,quàm vt timeas eum:& ambules in vijs eius,& diligas eum?

Dauid in Pſal. Diligite dominum omnes ſancti eius,qm̃ nihil deeſt timentibus eum.

Iudicum c. 23. Ioſue moriturus hoc poſtremum pręceptum populo reliquit dicens:Tantum confortamini,& eſtote ſoliciti,vt cuncta cuſtodiatis quæ ſunt in volumine legis:& hoc diligentiſſimè pręcaueatis, vt diligatis dominum Deũ veſtrum.

Eccleſiaſtici c.47.de Dauid legimus,ꝙ de omni corde pfecto laudauit Deum:& dilexit illum, qui fecit eum.

In Chriſtiana aũt & Euangelica lege Seruator in primis caritatem ac dilectionem erga ſe quærebat,qm̃ Deus erat: vnde Matt.c.22.& Marci.c.12.& Luc.ca.10.repetit præceptũ legis:Diliges dominum Deum tuum,&c.& Ioann.cap.14.Si diligitis me,mandata mea ſeruate.Item qui habet mandata mea,& ſeruat ea,ille eſt qui diligit me. Item,ſi quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diliget eum.& ea.21.interrogans Petrum, ab eo hoc vnum quæſiuit Simon Ioannis diligis me?

Paulus in epiſtolis ſup omnia caritatem erga Deum cõmendat.Vnde primæ ad Corin.8.inquit:Si quis diligit Deũ, hic cognitus eſt ab illo.& c.13.quantũ Dei dilectionem cõmendauerit,ſuprà declarauimus.In ſeipſo verò à Deo manifeſta fuit caritas erga Chriſtum,vt totus in eum trãsformatus videatur,vt patet ad Rom.ca.8.Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti,&c.Chriſtus erat ſapientia ſua,primę ad Cor. 2.Omnia exiſtimaui vt ſtercora propter Chriſtum:ad Phi.3. Chriſtus loquebatur in Paulo,ſecundæ ad Corin.13. Chriſt⁹ operatus eſt omnia in eo.ad Ro.15.Iam non viuebat Paulus, ſed Chriſtus in eo.ad Gal.2.

Ioannes in epiſtola 1.nulli rei magis ſtuduit quàm caritatem erga Deum & ꝓximum commendare:erga Deum quidem in c.4.vbi inquit:Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos.

Quod autem in lege antiqua ſimul & noua cum caritate erga Deum ſimul præcipiatur & commendetur erga ꝓximũ paret infrà.

Deute.6.Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.

Ioã.14.Mandatũ nouũ do vobis,vt diligatis inuicẽ,ſicut ego dilexi vos,vt & vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoſcẽt oẽs,qa diſcipuli mei eſtis,ſi dilectoné habueritis adinuicẽ.

Et cap.

Et capite decimoquinto. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Et iterum: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem: ſicut ego dilexi vos.

Paulus autem ad Romanos duodecimo inquit: Qui diligit proximum, legem impleuit.

Ad Galat. quinto. Tota lex in hoc vno impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Ad Coloſ. tertio, Super hæc omnia caritatem habete, qđ eſt vinculum perfectionis.

Primæ ad Theſſalon. quarto, De caritate fraternitatis nõ neceſſe habuim⁹ ſcribere vobis. Ipſi enim à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem.

Primæ ad Timoth. primo, Finis præcepti caritas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta.

Ioannes autem in epiſtola prima, capite quarto, inquit: Cariſsimi, diligamus nos inuicem, quia caritas ex Deo eſt: & omnis, qui diligit, ex Deo eſt natus, & cognoſcit Deum: qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus caritas eſt.

Et infrà: Si quis dixerit, quoniã diligo Deũ, & fratrẽ ſuũ odit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum, quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

Quo autem erga proximum ſeruanda ſit caritas in dando & mutuãdo, ſic diſpoſuit Deus in lege antiqua & noua.

Primò in Exo. cap. vigeſimo ſecundo, ſic inſtituit: Si pign⁹ à ꝓximo veſtimẽtũ acceperis, ante ſolis occaſũ reddes ei.

Si pecuniam aut vas in cuſtodiã quis acceperit, & furto ablata fuerit, iurabit quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui.

Et capite vigeſimo ſecundo, ſic inſtituitur: Nec vſuræ oppreſſuram proximo ſuperpones.

Non vrgebis eum, cui de populo tuo mutuũ dederis quaſi exactor.

Leui. capite 25. Pecuniã non dabis fratri tuo ad vſuram.

Deuteronom. capite decimoquinto, Si vnus de fratrib⁹ tuis ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuũ, nec contrahes manum: ſed aperies eam pauperi.

Et cap. 24. eadẽ die reddes pauperi præmium laboris ſui.

Non pernoctabit apud te pignus pauperis.

Nec viduæ auferes loco pignoris veſtimentum.

Et in lege Chriſti: Matthæi capite quinto, ſic legim⁹: Qui petit à te, da ei: & volenti mutuum à te, ne auertaris.

Et Lucæ ſexto, Prout vultis faciant vobis homines, & vos facite illis.

Si mutuũ dederitis his, à quib⁹ ſperatis recipere, quę gratia eſt vobis? Nã & peccatores peccatoribus fœnerãtur, vt recipiant æqualia. Verumtñ diligite inimicos veſtros, & benefacite: & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi: quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. Conſtat ergo quanta fuerit diuinæ legis ſolicitudo ĩ inſtituẽdis ꝓceptis de caritate Dei & ꝓximi: ex qb⁹ ꝓſtat ei⁹ excellẽtia ſupra alios habit⁹ bonos.

Caritas quã tum poſſit apud Deũ.

Quantùm ad tertiũ declaranda eſt caritatis excellentia ex admirãdis effectib⁹, quos ſancti Dei viri ex caritate operati ſunt: & prçipuè ex caritate erga ꝓximũ, & inimicum.

Et primo Abraham, vt legimus Geneſ. cap. 18. cùm intelexiſſet à Deo ſe velle Sodomam ſubuertere, ex caritate erga proximũ motus orans dominũ inquit: Nunquid perdes iuſtum cum impios Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul: & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos, ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio fiatq; iuſtus ſicut impius. Non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Nequaquã facies iudicium hoc. Dixitque dominus ab eum: Si inuenero quinquaginta iuſtos Sodomis in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.

Moſes videns Deũ iratũ contra populum propter idolo latriam cõmiſſam, caritate accenſus, vt legimus Exod. cap. 32. orauit dicens: Cur, domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quẽ eduxiſti de terra Aegypti in fortitudine magna & in manu robuſta? ne quæſo dicãt Aegyptij, Callide eduxit eos, vt interficeret in mõtib⁹, & deleret è terra: quieſcat ira tua: & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Placatuſq; eſt dominus, ne faceret malũ, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum.

Et iterũ accenſus Moſes maiori caritate, vt legimus in eodẽ c. orauit pro populo ad dominũ dicens: Obſecro, peccauit popul⁹ iſte peccatũ maximũ, feceruntq; ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxã: Aut, ſi nõ facis, dele me de libro tuo, quẽ ſcripſiſti: Cui reſpõdit dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo. Tu aũt vade, & duc populũ iſtum, de quo locutus ſum tibi. Angelus meus ꝓcedet te: ego autẽ in die vltionis viſitabo ex hoc peccatũ eorum.

Præterea, vt legimus Nũ. ca. 2. cùm Moſes lamentaretur corã domino, ſe ipſum ſolum nõ poſſe illius populi ſuſtinere pondus, ex caritate orauit dicẽs, Non poſſum ſolus ſuſtinere omnẽ hunc populũ, quia grauis eſt mihi: ſin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me: & inueniã gratiã coram oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Ad ꝓces igitur Moſis ꝓuidit ei Deus de ſeptuagi nta viris: quibus Moſis ſpiritum prophetiæ diuiſit, vt ſimul⁹ cum eo regerent populum.

Præterea vt legimus Nu. cap. 21. cùm vidiſſet Moſes populum à ſerpentibus exterminari, caritate erga ꝓximũ excitatus, orauit ad dominum: quẽ exaudiuit, & dixit ei, Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno. Qui percuſſus aſpexerit eum, viuet: & Moſes ſic fecit.

Præterea vt legimus Nu. cap. 14. Cùm domin⁹ vellet populum in deſerto cõterere, eò ꝙ reuerti decreuiſſet in Aegyptũ, & conſtituere ſibi ducẽ, & Moſem & Aaron lapidibus opprimere, cõmotus ex caritate Moſes dixit ad dominũ: Magnificetur fortitudo domini ſicut iuraſti dicẽs: Dominus patiẽs & multæ miſericordiæ auferẽs iniquitatẽ & ſcelera, nullumq; innoxium derelinquẽs, q viſitas peccata patrũ in filios in tertiã generationẽ & quartã, dimitte, obſecro, peccatũ populi tui hui⁹ ſm magnitudinẽ miſericordiæ tuæ ſicut ꝓpitius fuiſti egredientibus de Aegypto vſq; ad locum iſtum. Dixitque dominus: Dimiſi iuxta verbũ tuũ. Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuerſa terra.

Dauid & Ionathas præcipua caritate dilexerunt ſe inuicẽ, vt legim⁹ in 1. Reg. cap. 18. Nã aĩa Ionathæ cõglutinata eſt aĩę Dauid: & dilexit eũ Ionathas quaſi animã ſuã: & vt legim⁹ ĩ eodẽ lib. c. 19. cũ Saul decreuiſſet occidere Dauid, defendit eũ Ionathas, orans & ſuadẽs patri, ne iraſceretur ɔ Dauid, & inquit: Ne pecces rex in ſeruũ tuũ Dauid: quia nõ peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valdè, & poſuit animã ſuã in manu tua, & pcuſsit Philiſthæum, & fecit dominus ſalutẽ magnã vniuerſo Iſraëli. Vidiſti, & lætat⁹ es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiẽs Dauid, qui eſt abſque culpa? quod cùm audiſſet Saul, placatus voce Ionathæ iurauit: Viuit dominus, quia non occidetur.

Præterea Dauid vt legimus 2. Reg. cap. 1. tantæ fuit caritatis etiã erga inimicũ ſuum Saulẽ ꝙ cùm eius mors ei nũtiata fuiſſet, ſcidit veſtimẽta ſua, & planxit, & fleuit, & ieiunauit ipſe, & q cũ eo erant vſq; ad veſperã ſuper Saulem & Ionatham: & prorũpẽs in laudes Saulis inquit: Gladius Saulis nõ eſt reuerſus inanis: Saul & Ionathas amabiles & decori valde in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi. Aquilis velociores, leonibus fortiores filiæ Hieruſalẽ ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea ornatui veſtro.

Prętereà Dauid caritate, quã habuit ad Abner filiũ Ner occiſum in dolo à Ioab, vt legimus in 2. Reg. cap. 3. vt oſtẽderet ſe innocentem ſuper mortem Abner, dixit ad populũ, q cum eo erat: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plãgite ante exequias Abner: porrò rex Dauid ſequebatur feretrũ. Cumque ſepeliſſent eũ in Ebron, leuauit rex vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner, noluitque guſtare cibum vſque ad veſperam.

Prætereà Dauid, vt legim⁹ in 2. Reg. cap. 18. tantæ fuit caritatis erga Abſalõ filium rebellẽ ꝙ ſuper oĩa prçcepit eũ ſaluari in cõflictu. Vnde cũ nuntiata ſibi fuiſſet eius mors, penè oblitus ꝓpriç ſalutis, & victoriç quã dederat ei dominus adeò contriſtatus eſt ꝙ cœnaculum aſcẽdit, & flens ac deambulans ſic loquebatur, fili mi Abſalon, Abſalon fili mi, Quis mihi det, vt ego moriar pro te.

Tobias vt legimus Tob. cap. 1. cùm eſſet in captiuitatem duct⁹ in Rages Medorũ, tãtę tamque mirabilis fuit caritatis erga ꝓximos generis ſui, ꝙ p omnẽ cognationẽ ſuam pgebat: & cõſolabatur eos diuidebatque vnicuique ꝓut poterat de facultatibus ſuis. Eſurientes alebat, nudis veſtimẽta præbebat, mortuis atque occiſis ſolicitus ſepulturã exhibebat: & ne tantam amitteret caritatẽ etiã ꝙ rex Sẽnacherib filios Iſraël exoſos haberet, multóſq; occideret: tñ Tobias ex caritate excutiẽs timorẽ, nec regis impietatẽ veritⁿ occiſos ſepeliebat, ɔ regis edictũ: & cũ id regi nũtiatũ fuiſſet, iuſsit eũ occidi, & omnẽ ei⁹ ſubſtãtiã tulit. At Tobias caritate munit⁹ & ɔſtãs nud⁹ fugiẽs latuit donec filij Sẽnacherib occiderũt eũ, & reuerſus eſt Tobias & oĩa ſua rehabuit.

Samaritanus ille, de quo legimus in Luc. cap. 10. ſingula

riſsimæ fuit caritatis erga proximũ, qui vulneratum à latronibus ac derelictũ à Sacerdote prætereũte, & à Leuita: poſt quã vulnera eius ligauerat, impoſuit in iumentum ſuum, & duxit in ſtabulum, & curã eius egit: & proferens duos denarios, ſtabulario cõmendauit eum dicens, curã illius habe: & quodcunque ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddã tibi.

Stephanus protomartyr exẽplar fuit totius ac perfectiſsimę caritatis erga ꝓximos Dei & Chriſti Ieſu & ſuiipſius capitales hoſtes: qui cùm lapidaretur, vt legib⁹ in actis Apoſtolorum, cap. 7. non ſolùm pro lapidantibus orauit, ſed etiã genua flexit, vt orans pro eis genibus flexis oſtenderet quã ta caritate diligeret eos. Nam cùm oraret pro ſeipſo dicẽs, Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, non legimus ꝙ genua flexerit. Oraturus autem pro inimicis, poſuit genua dicens Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Quantæ caritatis erga proximum fuerit Paulus, omnes eius epiſtolæ pleniſsimè teſtantur: nam ad Rom. cap. 9. exprimere volens caritatem ſuam erga Hebræos fratres ſuos, inquit: Triſtitia mihi magna eſt, & cõtinuus dolor cordi meo ſ. pro ſalute fratrum meorum. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnẽ: qui ſunt Iſraëlitæ. & in 2. ad Cor. cap. 11. ardens ex caritate erga proximum inquit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcãdalizatur, & ego nõ vror. Et cap. 12. inquit: Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos: non enim debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis ego autem libentiſsimè impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos diligens, min⁹ obligor. & primę ad Cor. ca. 9. inquit ex caritate erga proximũ: Cùm eſſem liber ex omnibus, omniũ me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem: & factus ſum Iudæis tanquam Iudęus, vt Iudæos lucrarer. His qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cùm nõ eſſem ſub lege, vt eos, qui ſub lege ſunt lucrifaceré: factus ſum omnia omnibus vt omnes ſaluos facerem: fact⁹ ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem.

Conſtat igitur quanta ſit caritatis excellentia ſuper alias virtutes ex admirandis effectibus, quos vtriuſque legis operati ſunt viri ſancti. Quot aũt & quanta operata ſit diuina bonitas ex caritate, qua hominem diligit, vt ipſum beatificaret, apertiſſimum eſt ex ſcripturis ſanctis. Creauit nanq; ipſum ex caritate, Geneſ. cap. 1. ad imaginem ſuam, & animã rationalem immortalem, diuinæ cognitioni participem, dominum orbis inferioris, legemq́ue rectè viuendi dedit illi, vt tandem diuino ac ſummo bono frueretur.

Lapſum in peccatum erexit indicibili caritate, non tam potentia, quàm miſeratione procedẽte ex caritate, mittendo, ſ. filium, & pro nobis tradidit illum. Quòd autẽ hæc diuina opera ex Dei caritate erga nos proceſſerint, cõſtat ex ſcripturis ſanctis: nam Hiere. cap. 31. inquit dominus In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans, & Oſeæ c. 2. Trahã eos ad me in vinculis caritatis. & Ioan. in epiſtola prima, ca. 3. inquit: In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus aĩas ponere. & ca. 4. in hoc apparuit caritas Dei in nobis: quoniam filium ſuum vnigenitũ miſit Deus in mũdum, vt viuamus per ipſum. & Paulus ad Rom. cap. 8. inquit Qui ſcilicet Deus ex caritate etiam proprio filio nõ peper cit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Hæc de cap. 6. dicta ſint.

CAPVT VII.

De effectibus caritatis.

IN capite ſeptimo agendũ eſt de effectibus, quos in nobis vera caritas efficit: & quibus coniicere poſſumus eam nobis ineſſe. Eſt eñ amor diuinus virtuoſiſsima arbor fructifera, & ſicut amor vt amor eſt, nunquam eſt ocioſus, ſed ſemp tales ꝓducit effectus, qualis & ipſe eſt: qm̃ ſi bon⁹ ſi honeſtus, bonos & honeſtos: ſi mal⁹ & laſciu⁹, malos & impudicos: ſi ſpiritualis, ſpirituales, ſi diuin⁹ diuinos: ſi corporalis corporales: ſi tẽporalis, tẽporales: ſic & Dei caritas ac proximi nunquã eſt ocioſa ſed diuinè operatur erga Deũ & ꝓximũ. De ei⁹ ergo excellẽtiſsimis effectib⁹ loquemur, quos huius mũdi ſapientib⁹ vt cæcis ſcimus profectò fuiſſe ĩcognitos. Sunt autem nobiliores eius effectus, vt ex ſcripturis comperimus ſex. Tres quidem interiores, & tres exteriores.

Effectus caritatis ſex ſunt.

Interiores ſunt,
Gaudium,
Pax,
Miſericordia.
Exteriores ſunt,
Beneficentia,
Eleemoſyna,
Correctio fraterna.

In præſenti igitur cap. de his effectibus ordine ſuo agendum eſt: & primò, de gaudio, ſecũdò, de pace, tertiò, de miſericordia, quartò, de beneficentia, quintò, de eleemoſyna, ſextò, de correctione fraterna.

Quantùm ad gaudium tria agenda ſunt: primò, qũo cauſatur ex caritate: ſecundò, quale cauſatur ex caritate viæ: tertiò, quale cauſatur ex caritate patriæ.

Gaudium cauſatur ex caritate.

Quantùm ad primũ aduerte, ꝙ gaudiũ cauſari ex caritate teſtẽ habem⁹ in pluribus locis ſcripturę: & primo Iſaię c. 51. Qui redẽpti ſunt à domino, reuertent, & venient ĩ Sion laudantes, & lętitia ſempiterna ſuper capita eorũ. Gaudiũ & lætitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus.

Et Ioan. cap. 16. Triſtitia veſtra vertetur ĩ gaudiũ, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Et Paul. ad Phil. cap. 3. Gaudete in domino ſemper: iterũ dico gaudete.

Et in actis Apoſt. c. 5. Ibãt apoſtoli gaudẽtes à cõſpectu ꝯcilij: qm̃ digni habiti ſunt, ꝓ nomine Ieſu cõtumeliã pati.

Et Iaco. in epiſtola ſua, cap. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm incideritis in varias tentationes.

Et primę Petri c. 4. Cõmunicãtes Chriſti paſsionib. gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

Nõ ſolùm autem ex ſcripturis ſanctis, ſed & ex euidẽti ratione gaudium, ſiue lætitiam & delectationẽ cauſari ex caritate demonſtrabimus.

Tu igitur aduerte, vt ſuprà determinauim⁹, ꝙ caritas eſt amor, quo amamus Deũ, vt ſummum bonũ noſtrum, & nos ipſos & proximum: ex amore autem ꝓcedit & deſiderium & gaudium. Nam ſi quẽ amamus, volumus ei bonum: quod quidem bonum aut cognoſcimus ei ineſſe, aut non: ſi ei ineſt, gaudemus & lætamur & cõgratulamur: ſi non ineſt, deſideramus ei ineſſe. Quod ſi ſperamus ei affuturum, gaudemus in ſpe, ſicut dum intelligimus à medico amicũ noſtrũ cõualiturum. Quoniam igitur caritate Deũ amamus, volumus quaſcunque prefectiones ſibi conuenientes, ſibi ineſſe: & qm̃ de facto ei inſunt, quia nil ſibi de nouo aduenit, neq; ſubtrahitur, ſed ſemper idem permanet: ideo gaudemus ex diuina caritate Deũ in ſe omne bonum continere, vt quòd quidem omnipotens, ſummè ſapiens & iuſtus, & prouidens, & clemẽs, & noſtra eſt beatitudo. Similiter quando ex caritate amamus nos ipſos & ꝓximum, quæcunque nobis inſunt bona & proximo in ordine ad Deum & beatitudinem æternã cara nobis ſunt, & gaudemus: nam gaudemus de noſtra ac proximi ſanitate & facultate: vt ſunt ad bene merendũ inſtrumenta, & non ad corporis luxum, & ſeculi pompam. Quòd ſi hæc nobis aut proximo non inſunt, & ſperamus nobis affutura in ſpe, gaudemus concomitãte caritate, qua nos ipſos & proximum in ordine ad Deum diligimus. Cõſtat igitur qũo gaudium ex amore, vt amor eſt, cauſatur: & in propoſito ex caritate, quę eſt diuinus ac excellentiſsim⁹ inter omnes amores, amor.

Et confirmatur ſigno: qm̃ videmus probos, ac Deo inhærentes, ſemper hilares, & eodẽ vultu in vtraque fortuna, in tribulatione fortes & gaudentes, gloriantes vt Paulus in tribulationibus: qm̃ aliud bonũ q̃ diuinũ nõ curant: tenentq́ue cor fixum in Deo, qui eſt verum eorũ gaudium: neque aliud timent quàm Deum amatum offendere: qm̃ non ſtat timor cum caritate: & perfecta caritas foras mittat timorem, inquit Ioan. in epiſtola prima, cap. 4.

Gaudium ſequens Dei dilectionem omni proprius triſtitia caret: gaudium verò ex dilectione ꝓximi eſt triſtitia per mixtum.

Quantùm ad ſm aduerte, quòd alio modo procedit gaudium ex caritate, vt amamus Deũ: & alio modo, vt amamus nos ipſos & proximũ. Nam reſpectu primi, gaudium eſt purum & non admixtũ alicui triſtitiæ: qm̃ bonum, quod eſt in Deo, non poteſt impediri, nec minui, nec auferri, dicit eñ ſcriptura Eſther c. 13. Domine Deus omnipotẽs in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſsit tuæ reſiſtere voluntati. Tu feciſti cœlum & terrã & quicquid cœli ambit cõtinetur: dominus omniũ es, nec eſt q̃ reſiſtat maieſtati tuę. Reſpectu aũt ſecũdi, gaudiũ eſt admixtũ multæ triſtitiæ: & quãto magis proficit homo ĩ vita ſpirituali, tanto maioribus gaudium ex caritate procedẽs, dum ſumus in hoc corpore, admiſcetur triſtitiis. Licet eñ iuſtus gaudeat beatitudine ſibi ꝓmiſſa iuxta illud Matt. c. 5. Gaudete & exultate, qm̃ merces veſtra multa eſt ĩ cœlo, & ſimiliter gaudeat bonis habitibus, boniſque operibus, quibus præparat ſe ad beatitudinem percipiendam: tamen triſtatur ex difficultate ac repugnantia carnis, & ex malis hominib. impedientib⁹, & ex diuturna expectatione, dum diutius retardatur, ac priuatur

priuat illa beatitudine viuens in hoc corpore vt peregrin⁹: & de his omnibus teſtem habemus ſcripturam ſacrã. Nam propter difficultatem ac repugnantiã carnis inquit ad Roma. capite ſeptimo. Paulus dolens: Condelector legi Dei ſecundũ interiorẽ hominem, id eſt ſecundum rationẽ. Video autem aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de carcere mortis huius? Gratia Dei per dominũ Ieſum Chriſtum. Igit ego ipſe mente ſeruio legi Dei, & in hoc ſcilicet gaudeo: carne aũt legi peccati: & in hoc ſcilicet triſtor. De malis autẽ hominibus impedientibus animarum ſalutem ſcribit ad Galat. capite quinto inquiens ac triſtans: Quis vos impediuit veritati nõ obedire? Nemini cõſenſeritis: perſuaſio hęc nõ eſt ex eo ſ. Chriſto, qui vocat vos. Modicum fermentũ totam maſſam corrumpit, id eſt, vnus malus bonorũ multitudinẽ corrumpit. Ego confido in vobis in domino, ꝙ nihil aliud ſapietis ſcilicet quàm docuerim vos. Qui autem cõturbat vos, portabit iudicium quicunque eſt ille, (& infrà,) Vtinã abſcindantur, qui vos conturbant. Propter diuturnam aũt expectationem ac peregrinationẽ, qua retardatur à vera beatitudine ingemiſcẽs Dauid in Pſal. inquit: Quare triſtis es anima mea? Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei Deus meus. Et iterũ: Heu mihi, ꝙa incolatus meus prolongatus eſt. & Paulus ad Romanos, capite octauo, inquit: Ipſi intra nos gemim⁹, adoptionẽ filiorũ Dei expectantes redemptionẽ corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus: quaſi dicat, Verùm, quia ſpes hęc differtur, ideo affligit animam meam.

Quòd ſimiliter gaudium ex caritate procedens, vt diligim⁹ proximũ, ſit pro hac vita triſtitiæ admixtũ, patet ex eo ꝙ viri ſancti deplorant & affligunt ſe, dum vident proximũ a vita recta deuiantẽ: exemplũ habemus de Samuele in primo Regum capi. 15. qui lugebat Saul ex caritate, eò ꝙ præuaricatus fuiſſet: & pœnitebat dominũ, quòd cõſtituiſſet eum regẽ ſuper Iſraël. Dixitq; dominus ad Samuelẽ: Vſque quo luges Saul, cũ ego ꝓiecerim eũ, ne regnet ſup Iſraël?

Et Hieremias ex caritate defleuit captiuitatẽ & præuaricationem Iſraël & Hieruſalem, & amaro animo ſuſpirans ac eiulans dixit: Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.

Et Seruator noſter, Lucæ capite 19. videns ciuitatẽ, ſ. Hieruſalẽ, fleuit ſuper illã dicẽs: Quia ſi cognouiſſes & tu, &c.

Quot anguſtiis premeretur Paulus pro animarũ ſalute, quas videbat à via veritatis declinare propter pſeudo apoſtolos lege in ſecunda ad Cor. ca. 11. & ad Gala. ca. 4. quibus velut mater ingemiſcens ſcribit dicens, Filioli mei, quos iterũ partурio ſ. cũ dolore, donec formetur Chriſtus in vobis.

Conſtat igitur, qũo gaudium ex caritate cauſatum pro hac vita reſpectu Dei eſt parum: reſpectu autẽ noſtri, & ꝓximi, eſt multiplici triſtitiæ admixtum.

Gaudiũ ſequens caritatẽ patriæ.

Quantùm ad tertium aduerte, vt ſcias quale ſit gaudium cauſatũ ex caritate patriæ, qđ dicitur gaudium plenũ iuxta illud Ioan. c. 15. Vt gaudium meũ in vobis ſit, & gaudiũ veſtrum impleatur. Plenum autẽ dicitur, id eſt perfectũ & nõ admixtum alicui triſtitiæ aut indigentiæ. Cuius quidẽ perfectio ac plenitudo cauſabitur ex caritate, qua diligimus Deũ, & qua diligimus nos ipſos, & qua diligimus proximũ & qua diligimus corpus proprium, ac corpus proximi.

Quantùm ad Deum erit plenũ: quoniã ſicut clarè, & nõ per ſpeculum in ænigmate videbimus eum ſicuti eſt, ita plenè & perfectiſsimè fruemur eo: in cui⁹ fruitione quietabit omne deſiderium noſtrum, vt declarauimus in parte vltima huius operis, ex cõſequenti tantũ erit gaudium, ꝙ verificabitur illud Dauid in Pſal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos. Prętereà tãta erit eius magnitudo ſiue amplitudo, quòd nõ capiet a beato, ſed beatus capietur ab eo, Verius enim erit dicere, ꝙ homo intrabit in gaudium Dei, quàm quòd gaudium intret in eo. Sic enim teſtatur Seruator noſter Matth. ca. 25. Intra in gaudium domini tui.

Tantùm ad nos ipſos erit plenũ & purum, qm̃ omni triſtitia carebimus, nullúmq; timebimus malũ. Completur em̃ illud Apoc. cap. 21. Abſterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis ſanctorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà quoniã prima abierũt. & ſitienti dabo de fõte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

Quantũ ad proximũ erit purum ac perfectũ, caritate em̃ perfecta vnuſquiſque diliget fratrẽ ſuum: & illius beatitudine gaudebit, ſicut de ſua. Tũc implebitur illud Dauid ĩ Pſal. Exultabũt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis, exultationes Dei in gutture eorum.

Quantũ ad ꝓpriũ corpus & proximi erit plenum gaudium: qm̃ omnino ſubiicietur animæ, nulluſque deſectus relinquetur in eo, vt declarabimus in parte octaua: ꝙ nunc tibi ſufficiat doctrina Pauli 1. ad Cor. cap. 15. vbi inquit. Seminatur corpus in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurget ĩ virtute. Seminatur corp⁹ animale, ſurget ſpirituale. Et infrà, Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet em̃ corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria.

Cõſtat igitur qũo gaudium ex caritate cauſatur, & quale ex caritate viæ, & quale ex caritate patriæ.

De pace,

Quantùm ad pacẽ, vt ſcias qũo, & in quo ſenſu cauſatur à caritate, quinque agenda ſunt: Primò, qd ſit pax vniuerſaliter ſumpta: Secundò, in quo diſtinguantur vera & non vera pax in ſcripturis ſacra: Tertiò, q̃ grande bonum ac cõmẽdatum ſit in ſcripturis ſanctis vera pax: Quartò, ꝙ vera pax à caritate cauſatur: Quintò, quòd alio & alio mõ cauſatur à caritate patriæ: & a caritate viæ.

Pax quidnã ſit.

Quãtũ ad primũ aduerte, ꝙ pax vniuerſaliter ſumpta, eſt vnio ſiue cõſenſus ſiue cõcordia pluriũ appetituũ ĩ aliquo vero, aut apparẽti bono poſsidẽdo vel cõſequẽdo, cũ ꝓpoſito repugnandi ac reſiſtendi impedientibus contrariis.

Primò dicitur, vnio, ſiue cõſenſus: qm̃ vt inquit Dionyſ. in cap. 11. de di. no. Pax eſt, quæ cuncta connectit, cõcordiãque omniũ atq; cõſenſum gignit & efficit: cuius rei gratia ipſam quoque deſiderant oĩa: vt quę diuiſibilem ipſorum multitudinẽ ad totã cõuertit vnitatẽ, inteſtinumque mũda nę machinæ bellum quo fœdere mirabili congruat, efficit: ex quibus cõſtat pacem eſſe aliquorum differentiam vnitiuã: dicituq; diuerſa facere vnũ, id eſt in vnũ cõuenire. Vnde & Paulus oſtendens qũo Chriſtus inter Deũ & homiẽ, atque inter homines cognoſcentes Deum quales erant Hebræi, & nõ cognoſcentes quales erant gentiles, pacem operatus eſt, inquit ad Ephe. cap. 2. Ipſe em̃ eſt pax noſtra, faciens vtraque vnum, & medium parietẽ maceriæ, ſoluens inimicitias in carne ſua. Legẽ mandato decretis euacuans: vt duos condat in ſemetipſo: in vno homine faciens pacẽ, vt reconciliet ambo in vno corpore Deo: per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo.

Secundò, dicitur plurium appetituũ: qm̃ pax dicit concordiã: cõcordia autẽ quãtũ ad id, à quo nomẽ imponitur. dicit vnionem plurium cordium, id eſt plurium voluntatũ. Vnde quando duorum, aut plurium hominum voluntates ĩ vnum conueniunt, vt idem velint dicuntur inter ſe habere pacem: & ꝓ oppoſitum ſi non conueniunt, ſed diuerſa & cõtraria velint dicuntur non habere pacẽ, ſed diſſenſionem.

Sed aduerte, ꝙ hæc appetituum cõcordia põt eſſe inter hominẽ & hominẽ & tũc dicitur pax ad alterũ, ſiue extrinſeca, põt eſſe in eodem homine: qm̃ in eo eſt appetitus ſenſitiuus diſtinctus per iraſcibilẽ & concupiſcibilẽ: & appetitus intellectiuus, q dicitur voluntas, inter hos eſt manifeſta repugnantia: qm̃, vt inquit Paulus ad Gal. cap. quinto, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ: vt nõ quęcunque vultis illa facietis. Quãdo igitur appetitus inferior regulatur, & obedit ſuperiori tunc eſt pax hominis in ſeipſo & dicitur pax interior. Quãdo autẽ eſt oppoſitũ, tunc eſt diſſenſio & bellum ĩ homine intrinſecũ: qđ eſt oĩs mali cauſa. Prætereà aduerte, ꝙ in homine etiam reſpectu eiuſdẽ appetitus põt dici pax & diſſenſio. Nã cõtingit, ꝙ voluntas tẽdit in diuerſa & oppoſita, quæ ſimul aſſequi nequit. Verbi gratia, Sortes appetit cõtemplationi vacare, & appetit bona fortunę ſibi & filiis ꝓuidere, & appetit ciuitati bene conſulere: & hæc nõ ſe ſimul cõpatiuntur: qm̃ primum ad vitam ſpeculatiuã reliqua duo ad actiuã ſpectant. Neceſſe eſt ergo, ꝙ iſti cõtrarij appetitus, id eſt motus voluntatis, vt non ſe mutuo impediant, ordinentur. ſic autẽ ordinari poſſunt: primò quòd ꝓuideat de bonis fortunæ: quoniã, vt dicimus in 10. Ethic. natura non eſt ſibi ſufficiens ad contemplandum, ſed indiget bonis externis, ſecundò, ꝓ loco & tempore determinato conſulat ciuitati: tertio, pro alio determinato tempore intendat ſpeculationi. Antequã ſic ordinetur huiuſmodi appetitus, ſiue deſideria, hõ in ſe diſtractaetus inquiẽt & cõturbat⁹ viuit, q inquiætudo diſſenſus appellari põt: cum aũt ordinata fuerint, tũc hõ quietæ mentis & tranquillæ viuit, dicituq; ſm mentem

quietus

quietus:& hæc tranquillitas rerum ſic ordinatarum dicitur pax.Vnde Diuus Auguſt.in lib.19.de Ciuitate Dei: dicit, ꝙ pax eſt tranquillitas ordinis.Secundũ ergo ꝙ triplex poteſt eſſe tranquillus ordo in appetitu,ſic triplex inuenitur pax: primo ꝙ talis ordo ſit inter appetitus diuerſorum hominũ & hæc dicitur pax exterior:ſecundò,quòd ſit inter appetitum inferiorem & ſuperiorem eiuſdem hominis:& hæc dicitur pax interior diuerſorum appetituum in eodem homine:tertiò,quòd ſit inter motus,ſiue affectus oppoſitos & incompaſsibiles eiuſdem appetitus in eodem homine modo quo declarauimus, & dicitur pax interior in eodẽ homine oppoſitorum motuum eiuſdem appetitus,puta eiuſdem voluntatis:& tunc dicendum eſt,quòd pax eſt vnio ſiue cõſenſus diuerſorum appetituũ,ſumendo appetitum non pro potentia,vt ſumitur in primo & ſecundo modo: ſed pro actu ſiue motu eiuſdem appetitus. *Pax triplex.*

Tertiò dicitur,in aliquo vero aut apparẽti bono poſſidẽdo,vel conſequendo.Nã cùm pax ſit vnio appetituũ,vt declarauimus,ſicut appetitus vt appetitus reſpicit bonum:ſic & pax.Probatũ eſt autem à nobis in 2. Ethic.quòd oĩs appetitus eſt reſpectu alicuius boni:quoniam appetens vt appetens,aliquid ſibi vtile & cõueniens appetit.Verùm, quoniã inter bona aliquod eſt vere bonũ,vt bona animi, aliqđ apparens & exiſtimatũ,licet in ſe nõ ſit verè bonũ,vt cõcupiſcentiæ & vindictæ:ideo appetit⁹ appetẽs verè bonũ eſt verus & rectus appetitus:oppoſitus autẽ eſt potius reputat⁹ & fallax quàm bonus,ſic & pax.Nam quæ eſt vera vnio appetituum in vero bono,eſt vera pax.Quæ autem eſt vnio in apparenti bono,eſt pax non vera, ſed exiſtimata, & apud Deũ pro nihilo,aut in malum eſt.Prima eſt bonorũ vt dicemus:ſecunda autem malorum.Conuenienter ergo dicitur, ꝙ pax vniuerſaliter ſumpta eſt vnio pluriũ appetituũ in aliquo vero,aut apparenti bono poſſidendo,aut conſequẽdo. Nullus enim cõcordat in bono ſibi impertinenti, aut quod non curat poſſidere & conſequi.

Quarto dicitur,cum propoſito repugnandi,aut reſiſtẽdi impedientibus cõtrariis.Nam diximus pacẽ eſſe tranquillitatẽ appetituũ in aliquo bono poſſidendo,aut conſequẽdo. Si ergo contingat bonum appetitum impediri per cõtraria agentia,conſequens eſt vt appetens bonũ,appetat cõſequẽter remotionem contrariorũ:aliter huiuſmodi appetit⁹ vanus eſſet,nec vnquã tranquillitatẽ ,nec pacẽ haberet in ſe. Hinc videmus,vt declaratum eſt à nobis in Ethicis,ꝙ bellãtes & litigantes non aliud intendunt niſi pacẽ. Intendunt eñ per bellũ ad pacẽ puenire,id eſt, ad quietã poſſeſſionẽ rei deſideratæ,in qua nihil eorũ voluntati ac deſiderio repugnet.Conſtat ergo quid ſit pax vniuerſaliter ſumpta.

Quantùm ad ſecundum,vt ſcias ex ſcripturis ſanctis, in qbus vera & nõ vera pax diſtinguuntur,aduerte, ꝙ ex trib⁹ diſtinguuntur:prmò,ex obiecto communi circa quod vnaquæque verſatur:ſecundò,ex obiecto primo ac ſpecifico: tertiò ex ſubiecto,in quo ſunt.

Pacis vere ac fictæ diſcrimen. Quantùm ad obiectum cõmune,circa quod verſatur aduerte,vt diximus.ꝙ vera pax verſatur circa verum bonum, quod perficit appetitum inferiorem,& ſuperiorẽ & intellectum practicũ.Huiuſmodi aũt bona ſunt virtutes pertinentes ad iraſcibilẽ & cõcupiſcibilẽ,vt tẽperãtia & fortitudo. & iuſtitia perficiẽs voluntatẽ,& prudẽtia perficiẽs intellectum practicum:de quibus loquemur infrà.Pax autem non vera verſatur circa cõcupiſcentias turpes, ſicut qui cõcordant in comeſſationib⁹ & impudicitiis:aut circa vindictas, ſicut qui concordant contra tertium : quæ quidẽ non ſunt verè bona,cum opponantur probatæ vitæ:ſed conſtitutis in talibus paſſionibus apparent bona.

Quantùm ad obiectum primum ſpecificum aduerte, ꝙ cùm ſit tantum vnum verum primum bonum, cuius participatione cætera ſunt bona:vera pax verſaẽ primò circa primum bonum,& qui ſunt verè pacifici,conueniunt in illo:& ad illud referunt quæcunque alia bona, in quibus concordant.Pax autem non vera relicto illo primo bono verſatur circa alia,quæ non ſunt ex ſe,nec merentur dici bona,ſi nõ referantur ad primum.Et qui non ſunt verè pacifici,nõ curantes illud primum bonum,cõueniunt in nõ verè bonis.In quibus tandem multas experiuntur anguſtias , eò ꝙ,vt inquit Dauid in Pſalmo,Contritio & infelicitas in viis eorũ, & viam veræ pacis non cognouerunt.

Quantũ ad ſubiectũ,in quo ſunt,aduerte,quòd vera pax nõ eſt niſi in bonis, apparens aũt eſt in malis.Cui⁹ ratio eſt: quoniã pax vera dicit trãquillum ordinẽ,& ordinatum conſenſũ in veris bonis,vt eſt bonũ diuinũ, & bona animę,iter appetitũ & appetitũ diſtinctorũ hominũ,aut inter appetitum inferiorẽ ac ſuperiorẽ in eodem homine. Sed tantùm boni ac virtuoſi cõponunt ac ordinant huiuſmodi appetitus,& appetunt vera bona.Mali autem penitus deordinati ſunt:ideo ſicut in eis nõ datur vera amicitia, vt declarauimus in octauo Ethicorũ,ſic nec vera pax.Et cõfirmatur ex ſcriptura ſacra:Nã inquit Seruator Matt.c.5.Beati pacifici, qm̃ filij Dei vocabuntur:ſed ſoli boni & iuſti merẽtur dici filij Dei:ergo in ſolis bonis datur vera pax.Prætereà inquit Dauid in Pſalmo:Pax multa diligentibus legem tuam.ergo verè pacifici diligunt legem Dei:ſed mali nõ diligunt legẽ Dei,imò oderunt:quoniã vellent poſſe impunè peccare:ergo in ſolis bonis eſt vera pax.Prætereà inquit Iſaias cap.57. Nõ eſt pax impiis,dicit dominus.& Dauid in Pſal.Loquuntur pacem cum proximo ſuo,mala autẽ in cordibus eorũ. & iterum:Quoniã mihi quidem pacificè loquebantur,& in iracũdia dolos cogitabant.& Eccleſiaſtici ca.25.Vir peccator turbabit amicum,& in medio pacem habentibus immittit inimicitiam.Fratres Ioſeph,quoniã erant impij,non poterant ei quicquam pacificè loqui.Quoniã pax mundi, quam ſequuntur mali,nõ eſt vera pax: ideo Seruator Ioan. ca.14.inquit:Pacem meam,ſcilicet verã do vobis, non quomodo mundus dat,ego do vobis qm̃ ſcilicet illa nec bona nec vera eſt.Nam & Seruator venit illam deſtruere vt pote Deo inimicam.Vnde Matth.ca.10.inquit:Nõ veni pacem mittere in terram,ſed gladium: quoniam ſcilicet volo, vt continuum bellum pro ſalute veſtra habeatis cum impiis.

Conſtat igitur quomodo differunt ex obiecto cõmuni, & obiecto primo ac ſpecifico,& ex ſubiecto vera,& apparens,ſed non vera pax.

Quantùm ad tertiũ,vt ſcias bonitatẽ ac vtilitatem verę pacis inter Deum & hominę,inter hominẽ ac ꝓximũ ſuũ, ſiue ínter appetitũ inferiorẽ ac ſuperiorẽ in eodẽ homine,aduerte.ꝙ pax inter Deũ & hominẽ ſtat in vita innocenti, quæ interrumpi nõ debet aliquo mortali crimine,neque veniali defectu debilitari ꝓ virili noſtra.Peccata nanque ſola diuidunt,deſtruunt vnionẽ ac concordiã inter Deũ & nos.Vnde inquit Iſaias ca.59. Iniquitates veſtrę diuiſerunt inter vos & Deũ veſtrũ:& peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis,ne exaudiret.& infrà:Pedes eorũ ad malũ currunt.& feſtinant,vt effundant ſanguinẽ innocentẽ cogitationes eorũ,cogitatiões iutiles.Vaſtitas & cõtritio in viis eorũ.Viã pacis neſcierunt,nõ eſt iudiciũ ingreſsibus eorũ, ſemitæ eorũ incuruatæ.id eſt,non rectæ ſunt eis.Omnis , q calcat in eis,ignorat pacẽ.Pax autẽ inter hominẽ & proximum ſtat in hoc,quòd idẽ ſapiant in Chriſto,ſimul ad beatum finẽ tendant,non ſibi inuicẽ iraſcantur ſine cauſa. Neminẽ odio ꝓſequãtur,ſed oẽs purè ac ſincerè diligant,iuxta illud Pauli:Nemini quicquã debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis.Pax verò nobis intrinſeca ſtat in hoc,ꝙ ſenſus rationi obediat,quòd corpus animę nõ prævaleat:ſed quòd ratio & voluntas vt domina in regno aíę regulet oẽs inferiores potẽtias.Hãc igitur triplicẽ veram pacẽ Deus cõmendat in ſcripturis ſanctis,& Seruator noſter,& Paulus, cæteriq; diuini ſcriptores,vt patet infrà, adeò ꝙ nil carius videtur exiſtimaſſe,nilque magis neceſſarium humano generi. *Pacis mul. tiplices ſpecies.*

In primis igit inquit Dauid in Pſal.Cuſtodi innocẽtiam, & vide æquitatem:quoniã ſunt reliquæ homini pacifico.

Prouerbiorũ cap.20.Honor eſt homini,q ſeruat ſe à cõtentionibus:omnes autẽ ſtulti immiſcent ſe contumeliis.

Et cap.17.Melior eſt buccella Panis ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.

Et Eccleſiaſtici cap.4. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos,& opprimens ſubiectos tibi.

Iſaias capi.52.Quàm pulchri pedes ſupra mõtes annuntiantis & prædicantis pacem.

Seruator noſter in toto Euangelio pacẽ veram magnificat,annuntiat,præcipit,& obſeruat.

In primis Matthæi cap.5.Beati pacifici: quoniã filij Dei vocabuntur.

Beati mites,quoniam ipſi poſsidebunt terram.

Et in natiuitate ſua,Luc.c.2.Angeli nil aliud enuntiant. niſi gloriam in altiſsimis Deo, & in terra pacem hominib⁹ bonę voluntatis.

Et c.10.iubet diſcipulis nuntiare pacem dicens: In quãcunque domum intraueritis primũ dicite,Pax huic domui.

Et Ioannis cap.14.dicit diſcipulis: Habete pacem inter vos:pacem meam do vobis,pacem meam relinquo vobis.

Et cap.16.inquit,Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacẽ habeatis.In mũdo preſſuram habebitis,in me autẽ pacem.

Tantum

Tantum dilexit Seruator noſter pacẽ,quòd, vt legim⁹ Matth.capite decimo,præcepit diſcipulis dicens: Intrãtes in domũ ſalutate eam dicentes,Pax huic domui:& ſi quidẽ fuerit domus illa digna,venit pax veſtra ſuper illam: ſi aũt non fuerit digna,ad vos reuertetur pax veſtra, & quicunq; nõ receperint vos,neque audierint ſermones veſtros, exeũtes de domo illa,aut ciuitate,excutite etiam puluerẽ de pedibus veſtris in teſtimonium ſupra illos.

Et aduerte,quòd Seruator præceptum datum diſcipulis & ipſe ſeruauit.Nam legimus,quòd ſæpenumero ſe ab impiis Iudæis ſubtraxit.

Et Paulus intantùm exiſtimat pacis bonum, ꝙ omnibus eccleſiis,ad quas ſcribit,præmittit,Pax vobis & gratia,&c.

Ad Hebræos capite duodecimo,Pacẽ ſectemini cum omnibus & ſanctimoniam,ſine qua nemo videbit Deum.

Ad Roma.cap.14.Quæ ſunt pacis ſectemur ergo omnes.

Primæ ad Corinth.duodecimo:Nunqd diuiſus eſt Chriſtus?idem ſentiamus omnes,& non ſint in vobis ſchiſmata.

Et capi.decimoquarto.Nõ eſt De⁹ diſſenſionis ſed pacis.

Secundæ ad Corinth.capite decimotertio, Pacem habete,& Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.

Ad Epheſios capite quarto,Sollicitè ſeruate vnitatem in vinculo pacis.

Primę ad Theſſalon.capite quinto,Pacem habete cũ his, qui præſunt vobis propter opus illorum.

In actis Apoſtolorũ capite decimotertio,cùm Paulus & Barnabas eiecti fuiſſent de regione,in qua prædicabant,ad impleuerunt præceptum Seruatoris ſuprà poſitum:excuſſerunt enim puluerem de pedibus eorũ in illos,& receſſerũt.

Quanta fuerit diligentia ſeruandæ pacis & vnitatis in prima eccleſia,patet nobis ex actis Apoſtolorũ. Nã in capi. ſecundo legimus,ꝙ omnes credentes erant vniti, & habebant omnia cõmunia, poſſeſſiones & ſubſtantias vendebãt, & diuidebant illa omnibus,prout cuique opus erat. Quoti die quoque perdurantes in oratione vnanimiter in tẽplo,& frangentes circa domos panes ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis collaudantes Deum,& habentes gratiam ad omnem plebem.

Conſtat igitur quantum commendetur in ſcripturis ſanctis vera pax.

Pax eſt effectus caritatis.

Quantùm ad quartũ declarandum eſt, ꝙ vera pax inter Deum & hominem, inter hominem & hominem, inter partem ſuperiorem,& inferiorem in homine cauſatur à caritate.Tu igitur aduerte,ꝙ pax inter hominem & Deũ ſtat in hoc,quòd homo velit quæ Deus vult,& præcipit.Quòd autem homo velit,quæ Deus vult, & præcipit, ex caritate hominis erga Deum procedit.Nã ex eo,quòd Deũ toto corde diligit, conformat ſe Deo: & omnia ſua volita refert in Deum.Identitas autem & conformitas ſiue concordia voluntatum,pax eſt,vt diximus ſuprà:ergo pax inter Deum & hominem cauſatur ex caritate erga Deum. Quòd verò inter hominem & hoiem ex caritate procedat, qua diligitur ꝓximus,declaratur ſic:Ex caritate diligimus proximũ ſicut noſmetipſos:ſed ex eo,ꝙ diligimus noſmetipſos, volumus implere voluntates noſtras:ergo ex eo,quòd ex caritate diligimus proximũ,volumus ſimiliter implere volũtates ei⁹: ergo conuenimus in idem velle.Sed pax dicit cõuenientiã & identitatẽ voluntatum,vt diximus ſuprà:ergo cõſtat, ꝙ pax inter hominem & hoiem cauſatur ex caritate,qua diligimus ꝓximũ. Quòd verò pax intrinſeca homini ex caritate qua ſeipſum in ordine ad Deũ diligit,procedat,declaratur ſic: Homo pacem habet in ſeipſo:quando ratio dominatur & regulat partem inferiorem ſecundum diuinam legẽ:ſed quando ratio ſic dominatur,ſeruantur diuina mandata:inter quæ primum eſt de caritate: ergo ex eo, ꝙ homo eſt in caritate,& innocenter viuit,pacem habet in ſeipſo:ex conſequenti talis pax eſt caritatis effectus.

Sed dices:Si pax eſt effectus caritatis, ergo inter infideles qui ſunt extra gratiam & caritatem,non datur pax,cui⁹ contrarium videmus.

Prętereà,ſtat diſſenſio inter viros probos ac ſãctos,ſicut fuit inter Petrum & Paulũ,vt legim⁹ ad Gal.cap.2.vbi Paulus inquit:Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiam,in faciẽ ei reſtiti,quia reprehenſibilis erat,& dixi: Si tu cùm Iudæ⁹ ſis,gentiliter viuis,& non iudaizas:quomodo Gentes cogis iudaizare?Similiter, vt legimus in actis Apoſtolorum cap. 15.facta eſt diſſenſio inter Paulum & Barnabam,adeò quòd receſſerunt ab inuicem.Et tamen conſtat,quòd erant in caritate:ergo ſtat caritas ſine pace. Non enim ſe cõpatiuntur pax & diſſenſio,cùm ſint oppoſitæ formaliter.

Ad primũ reſpondetur, ꝙ ſicut nõ datur in infidelibus vera & perfecta virtus moralis,eò quòd ſunt extra fidẽ: & deuiant à recto fine,vt declarauimus in prima parte,cap.6. ſic nec in eis eſt vera pax & de hac ſola hic intẽdimus:qm̃ cùm fundetur in vero bono, & verum bonũ nõ ſit niſi primum & ſummũ per eſſentiam,voluntates quæ non conueniunt in illo,aut excludunt illud:& cõcordant in his,q̃ non ſunt bona niſi participatione illius primi,potius habẽt apparẽtem & extimatam,quàm verã pacẽ,ſicut & ſuprà diximus virtutes & actus morales in infideli, potius æſtimatas & putatiuas quàm veras eſſe.

Ad ſm dico,quòd diſſenſio ſanctorum non eſt circa finem, nec circa ſummũ bonum,ſed eſt circa media ad finẽ, dum vnus opinatur hoc mediũ magis cõferre,alius autem aliud.Diſſenſio autẽ in opinionibus nõ frangit amicitiam, vt declarauimus in lib.9.Ethic.ex cõſequenti nõ frãgit pacem:& ꝓpter hoc nihil prohibet aliquos in caritate exiſtẽtes in opinionibus diſſentire,neque id repugnat paci: qm̃ opiniones ad intellectum ſpectant, q̃ prætendit appetitũ, q̃ per pacem vnitur.Similiter exiſtente concordia voluntatum in principali bono & fine, diſſenſio in aliquib⁹ paruis nõ eſt contra caritatem.Procedit enim talis diſſenſio ex diuerſitate opinionis, dũ vnus exiſtimat de quo eſt diſſenſio ꝓtinere ad illud bonum cõſequendũ:in quo conſequendo cõcordant:alius autem exiſtimat nõ pertinere.Hæc autem opinionum diuerſitas nobis ꝓ hac vita cõtingit:in qua nõ plenè veritatẽ cognoſcimus:vnde in patria huiuſmodi diuerſitas ceſſabit:qm̃ veritas ad plenum nobis manifeſtabitur.Si igitur talis diſſenſio aliquo modo pacẽ impedit,non tñ caritatẽ frangit.Pacem autem in tantũ impedit, quòd ꝓ hac vita non perfectam,qualẽ in patria habemus, vt ſtatim declarabimus.Conſtat igitur,quòd obiectiones præpoſitæ nõ obſiſtunt,quin vera & diuina ac Chriſtiana pax ſit effectus caritatis.

Quantũ ad quintũ,vt ſcias qũo diuerſimodè cauſatur à caritate patriæ,& à caritate viæ aduerte, ꝙ cùm vera pax, vt diximus fundetur in vero bono, ſicut cõtingit homini verũ bonũ in ſe dupliciter habere, ſic & duplicem pacẽ in illo.Verũ aũt & ſummũ bonum põt haberi ꝓfectè & imperfectè. Perfectè quidẽ,quãdo videtur ſicuti eſt,& eo plenè fruitur aĩa:imperfectè autẽ quãdo ꝓ fidem firmam & amorem eiſoli inhæremus:primo modo eſt cõditio patriæ: qm̃ videbimus Deum ſicuti eſt, & ei ſimiles ac deiformes erimus,vt declarabimus in parte octaua.Secũdo modo eſt cõditio viæ qm̃ ſecundũ Paulũ primæ ad Cor.cap.13. nũc videmus per ſpeculũ in ænigmate.Sicut autẽ diuina viſio, & fruitio,& caritas patriæ eſt perfecta:ſic & pax patriæ,quæ à caritate illa ꝓcedit,eſt perfecta:qm̃ conſiſtet in totali & perfecta fruitione ſummi boni, in qua vniũtur & quietantur oẽs appetitus naturę creatæ intellectualis: & hic erit finis noſter beatificus.Tũc implebitur illud Dauid in Pſal. Qui poſuit fines tuos pacẽ.& illud Iſaię capit.66.Ecce ego declinabo ſuper eã fluuium pacis.& Paulus ad Roma. capite 14.Regnum Dei non eſt eſca,neque potus, ſed iuſtitia & pax.Et ſicut cognitio ac gaudium de Deo ex caritate ꝓcedens,vt dixim⁹ ſuprà ſunt imperfecta, ꝓ hac vita,ſic & pax. Licet enim principalis animæ fidelis ac bene diſpoſitæ intẽtio & affectus quieſcant in Deo,indubiè credito & ſperato & ſuper oĩa dilecto:ſunt tamen quamplura in hac vita ei aduerſantia intus & extrà,quæ veram pacem animæ ꝓturbant:ideo dixit Seruator Ioan.cap.15.In mundo preſſurã habebitis,in me autem pacem.& Paulus: Corpus, qđ corrumpitur,aggrauat animam,& quoniam cognouit Paulus difficultatem ſeruandæ pacis pro hac vita erga proximum ideo inquit ad Rom.cap.12.Si fieri poteſt quantùm in vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes.Hæc de pace dicta ſufficiant.

De miſericordia.

Quantùm ad miſericordiã,vt ſcias qũo eſt caritatis effectus,quinque agenda ſunt.Primò quid ſit:Secundò,quę mala ꝓuocãt nos maximè ad miſericordiã: Tertiò declarabitur ꝙ eſt ex caritate ꝓcedens:Quartò erga quos,& quo ordine miſericordia vtendum eſt:Quintò qui ſint miſericordes,& qui non vt in pluribus,

Miſericordia quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ ſm Damaſcenũ in 2. lib.ſententiarum,cap.14.miſericordia eſt in aliorum malis triſtitia ſiue dolor.& ſecundũ Aug.in lib.9.de Ciui.Dei c.5. miſericordia eſt alienę miſerię in noſtro corde cõpaſſio qua vtiq;,ſi poſſum⁹,ſubuenire cõpellimur.Pro cui⁹ notitia aduerte,ꝙ de rõne miſericordiæ ſunt tria.Primò,eſt malũ: nã ſicut gaudemus de bono ſuperuenienti proximo, quem

diligi

diligimus,& congaudemus ac congratulamur ei:ſic triſtamur & dolemus de malo ei ſuperuenienti, & condolemus ac ſimul patimur cum eo,ſicut dolemus de noſtro. Arbitramur eñ malũ ꝓximi amati eſſe malũ noſtrũ.Et hæc ſimultanea triſtitia & paſsio dicitur miſericordia:quã circũloquif Dauid in Pſal.dicens:Quæſiui,qui ſimul cõtriſtaretur,& nõ fuit:& cõſolantem me nõ inueni.Secũdò eſt de malo nociuo aut corruptiuo ſaltẽ ſecundũ æſtimationẽ noſtrã. Nã ſi malũ amico accideret,quod arbitrarer ſibi nõ nocere, ſed potiꝰ prodeſſe:qa fortè per ipſũ ad maiꝰ bonũ deuenit,aut maius malũ euitauit,non miſererer illi,nec ſimul triſtarer, ſed potius lętarer.Sicut qui proponit ad conflictum belli accedere ſed repẽte percutitur febre, qua impeditur nec accedat qm̃ ex febre mortẽ diffugit: & ꝓptereà Ari. in 2. Rhetoricę ſapienter dixit miſericordiã eſſe triſtitiã ſuper apparenti,id eſt,exiſtimato malo cõtriſtatiuo,aut corrupti uo.Tertiò,de ratione eius eſt,ꝙ condolens & cõpatiens ſi poteſt,adiuuet patientem:aliter huiuſmodi cõpaſſio nihil cõferret patienti malum,nec mereretur cõpatiens dici miſericors.Exemplũ habemus Lucę cap. 10. de Sacerdote & Leuita & Samaritano:qui oẽs viderunt vulneratũ à latronibus in Hierico,& fortè Sacerdos & Leuita condoluerunt intra ſe,verùm quia pertranſierunt eo relicto,non ſubuenięntes ei,nõ sũt dicti miſericordes,nec miſericordiã feciſſe cũ eo,ſed ſolus Samaritanus,qui ei ſuccurrit, & curauit eius ſalutem.Prætereà,Seruator noſter,vt legimus Ioannis cap. 6.cùm vidiſſet maximã multitudinem,&c.& dixiſſet:Miſereor ſuper turbam.Vnde ergo ememus panes,&c.Sciens ꝓximo parum prodeſſe cõpati,niſi ei ſubſidium præſtet,ideo vt declararet ſe miſericordẽ,cibum decreuit eis parare & exhibere. Patet igitur quid ſit miſericordia vniuerſaliter ſumpta,& quę ſint de completa eius ratione.

Miſericordiã quæ excitent.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd mala ꝓximo noſtro quadrupliciter euenire poſſunt.Primò,ex ꝓpria voluntate & electione:ſicut qui admonitus ne tendat in talem locum,qm̃ paratæ ſunt ſibi inſidiæ,& tamen eligit ire,& vulneratur,aut exploratur à latronibus. Secundò, ex propria voluntate eligit cauſam aliquam,ex qua,vt in pluribus,ſequitur malum:ſicut qui eligit febricitantem inebriari vino:ex quo ſequitur grauior ægritudo,& aliqñ mors.Tertiò,nõ ex voluntate ſed contra voluntatem,& ex ſorte mala:ſicut qui ſtudet parce viuere,& tamen in infirmitatem incidit.Quartò non ſolùm contra voluntatem,ſed & contra totam voluntatem:ſicut qui ſtuduit ſemper bene ac virtuoſè viuere, ſectari bonum,omnem prauitatem deſerere:& tamen in infortunia multa incidit,vt in manus inimicorum,in ægritudinem incurabilem,in paupertatem,aut in infamiam.

Stante hac diſtinctione dico, quòd mala, quæ ꝓximo primo aut ſecundo modo eueniunt,non prouocant nos ad miſericordiã,ſed potius ad indignationem:quoniã ſibiipſi cauſam mali intulit.Exemplum huius habemus Geneſ. cap. 42.de fratribus Ioſeph:qui cùm vexarentur à Ioſeph pręfecto Aegypti & incognito eis,dixerunt adinuicem: Merito hæc patimur,quia peccauimus in fratrem noſtrum vidẽtes anguſtiam animæ eius,dum deprecaretur nos,& non audiuimus:idcirco venit ſuper nos tribulatio: quaſi dicerent, Non ſumus digni miſericordia:quoniã huius mali nos ſpõte cauſa fuimus.

Mala autem quæ tertio modo eueniunt, prouocant nos ad miſericordiam:quoniam patiens non eſt cooperatꝰ malo ſuperuenienti.Vnde & Ari.vt in Ethicis pertractauimus dicit in ſecundo libro Rhetoricæ ſuæ,mala illa miſeranda eſſe,quorum non propria voluntas,ſed fortuna cauſa eſt:vt vnde ſperabat homo bonum,euenit ſibi malum. Sicut cõtigit Dauid apud Saul:vt legimus in 1.Reg. cap.18. Qui cùm occidiſſet Philiſthæum Goliath,& liberaſſet populum,ſperabat gratiam & bonum à Saul rege:& tamen Saul iratus illi ſemper perſecutus eſt eum in mortem.Mala verò, quæ quarto modo eueniunt,in ſupremo gradu digna ſunt miſeratione:quoniam indignè & immeritè omnino quo ad humanum iudicium patitur homo qui ſemper innocens viuere ſtuduit.Vnde & Ariſtote.in eodem libro,dicit miſericordiam maximè eſſe ſuper mala, quæ quis indignè & immeritè patitur.Propterea Iob,qui vt legimus Iob ca. 1. erat vir rectus ac ſimplex timens Deum,& recedens à malo:cùm vndique malis premeretur,peteretque ſubſidium,& nõ inueniret ſubleuantem,neque condolentem ex omnibus domeſticis ſuis,amicos ſuos orat,vt ſaltem ipſi miſereantur eiꝰ. Vnde inquit capi.19.Noti mei quaſi alieni receſſerũt à me. Dereliquerunt me propinqui mei:& qui me nouerunt, obliti ſunt mei.Inquilini domus meæ,& ancillæ meæ quaſi alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui oculis eorum. Seruum meum vocaui,& nõ reſpondit mihi. Ore proprio deprecabar illum:aluum meum exhorruit vxor mea,& orabam filios vteri mei.Stulti quoque deſpiciebãt me: & cùm abeis receſsiſſem, detrahebant mihi. Abominati ſunt me quõdam conſiliarij mei:& quẽ maximè diligebã:auerſatus eſt me.Pelli meę,cõſumptis carnibus adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos,Miſeremini mei,miſeremini mei,ſaltem vos amici mei.

Conſtat igitur tibi quę mala ꝓuocant nos ad miſericordiam,& quæ non.

Miſericordia ex caritate cauſatur.

Quantùm ad tertium declarandum eſt,ꝙ vera miſericordia ex caritate cauſatur.Tu igitur aduerte,quòd homo miſeretur proximo: quando compatitur, & condolet ſuper malum & contingens,ſtudens,ſi poteſt, ei ſubuenire. Tunc autẽ compatitur,& condolet:quando malum proximi apprehẽdit vt ſuũ:quoniam ſicut naturaliter vnuſquiſque primò amat & gaudet de bono ꝓprio,ſic primò odit & triſtatur de malo proprio.Ex hocautẽ,quòd gaudet de bono ꝓprio.gaudet conſequenter de bono amici,& triſtatur conſequenter de malo eius: quoniã amicorum eſt ſimul triſtari,ſimulque gaudere.Cùm igitur caritate amemus proximum vt nos ipſos ,ex caritate ꝓuenit ꝙ compatimur & condolemus in malo ſibi euenienti,& illi ſubuenimꝰ ſi poſſumus. Hoc autẽ eſt miſereri : ergo vera miſericordia eſt effectus caritatis fraternę:cuius ſignum eſt, ꝙ ſi quis odit aliquem,cùm viderit eum cõſtitutum in malo,non contriſtatur,ſed gaudet:aut non curat eum.Et confirmatur exemplo Pauli,q in 2.ad Corint.cap.11.caritate accenſus inquit: Quis infirmatur,& ego non infirmor?Quis ſcandalizatur, & ego non vror?Et Seruator,vt legimꝰ Ioan.cap.11.ex caritate,qua Martham & Mariam & Lazarum diligebat,lacrymatꝰ eſt,& ſuſcitauit eum.Patet ergo,ꝙ miſericordia vera eſt caritatis effectus.

Sed dices:ergo omnes,q miſerentur ſunt in caritate,qđ tamen eſt falſum:quoniam multi profani & iniuſti & idololatrę compatiuntur alienæ miſeriæ atque ſubſidia præſtant:ergo miſericordia non prouenit à ſola caritate: ſed potius ab vnitate naturæ humanę:quoniã ſicut naturaliter homo hominem diligit,ſic naturaliter eius miſeretur.

Ad hoc dico,ꝙ hîc intendimus de vera ac perfecta miſericordia:& ſicut & ſuprà locuti ſumꝰ de vera & pfecta pace:& ſicut negatum eſt poſſe inueniri veram ac pfectam pacem niſi inter bonos & fideles:ſic dicendum eſt de vera miſericordia.Vnde ſi q mali videntur miſericordes,potius dicendi ſunt naturali pietate ac clementia pij & clementes quàm verè & propriè miſericordes. Miſericors eñ propriè eſt ille,qui propter Deum proximo compatitur, & ei ſuccurrit,ſi poteſt.Id autẽ prouenit ex caritate, qua proximum propter Deum vt noſmetipſos diligimus.

Quantùm ad quartum aduerte,quòd ad hoc, ꝙ alicuius miſereamur,tria requiruntur.Primò,quòd in eo poſsit inueniri malũ ſiue miſeria.Secundò,ꝙ ſit ſuppoſito diſtinctus à nobis.Tertiò ꝙ ſit aliquo modo nobis cõiunctus, & ſm gradus cõiunctionis ſeruandꝰ eſt ordo in miſericordia.

Propter primum nõ poſſumus miſereri Deo vt Deus eſt: qm̃ Deus vt Deus,qui ſummè beatus,ac infinitè bonus eſt, nulli poteſt ſubiici malo neque defectui.Dico, vt Deus eſt: qm̃ ratione humanitatis aſſumptę,dum fuit in vita mortali, & voluntariè paſsionibus noſtris ſubiectus, illi cõpatiendum & condolendum fuit.Vnde Petrus,vt legimus Matth. cap.27.& Ioannis cap.18.miſericordia motus ſuper Ieſum tentum à Iudæis,vt ſuccurreret illi ꝓ viribus exempto gladio percuſsit ſeruũ principis ſacerdotum. Maria Magdalene vnxit caput ipſius recumbentis, & tempore paſsionis cum aliis mulieribus non reliquit eum.

Deo curnic. fereri non poſſumus.

Propter ſm:nullus propriè miſeretur ſuiipſius:quoniam miſericordia importat condolentiam & cõpatientiã, quę deſignat diſtinctionem inter patientem & compatientem. Compati eñ eſt ſimul cum alio pati: & cõdolere, eſt ſimul cũ alio dolere.Cùm igitur idẽ nõ diſtinguatur à ſeipſo: nõ eſt propriè miſericordia ad ſeipſum ,ſed dolor & triſtitia: qm̃ triſtatur vnuſquiſque de malo ſibi ſuperuenienti ,ideò ꝙ in primis amat ſeipſum.

Suiipſius nullus propriè miſeretur.

Sed dices:Si non eſt miſericordia ad ſeipſum,quare dicitur Eccleſ.c.30.Miſerere animę tuæ placens Deo, & contine,& congrega cor tuum in ſanctitate eius: & triſtitiam longè expelle à te:

Reſpondetur: Dictũ illud intelligendum eſt ſecundum ſimilit

ſimilitudinem:prout eſt in homine eſt pars ſuperior,id eſt, ratio diſtincta à parte ſenſitiua inferiori:poteſt homo imagi nari in ſeipſo,ac ſi eſſent duo:& qñ aliquando homo curat partem ſenſitiuam,relicta parte intellectiua, & ſecũdum eã viuit & operatur:& permittit partem intellectiuam cadere in multis miſeriis,vt in ignorãtia,in errore,in peccatis:ideo dictum ſcripturæ ſic inter retandum eſt : ſicut tu miſereris proximi tui,dum vides eũ mala pati,ſic tu miſerere animę tuæ,id eſt,non permittas propter partem inferiorem,quam dicimus ſenſualitatem,partẽ ſuperiorem,quam vocamus animam,inquinari & miſeriæ peccati ſubiacere.Vnde ly, miſerere animæ tuæ,propriè exponendum eſt per ly, curare,vt ſit ſenſus:Cura , vt anima tua placeat Deo per ſanctitatem. Eodem modo exponenda ſunt dicta conſimilia , vt eſt illud Miſerere pulchritudinis tuæ,id eſt,Cura, ne perdas pulchritudinem tuam.& illud,Miſerere iuuentutis tuæ,&c.

Propter tertiũ aduerte,ꝙ cũ miſericordia ex amore caritatis erga proximum cauſetur,vt dictum eſt:& amor ſit virtus vnitiua & conjunctiua : neceſſe eſt eum , cuius miſeremur, eſſe nobis coniunctum , ſaltẽ in vnitate naturæ ſpecifię,vt ſcilicet ſaltem ſit homo:ſicut enim non datur amicitia nec caritas inter hominem & brutum, ſic nec miſericordia. Licet enim doleamus de ægritudine equi,aut canis , non tñ dicimur eius miſereri:ſecundum ergo coniunctionis gradꝰ datur ordo in miſericordia , ita ſ. quod qui nobis ſanguine ꝓpinquiores ſunt , prius ac magis ſunt miſericordia digni. Exiſtimamus enim conſanguineorum mala eſſe quaſi mala noſtra propria.Quòd ſi qui ex conſanguineis ſunt adeò nobis iuncti,ꝙ ſint penè vnum nobiſcum, accipimus eorũ mala eſſe mala noſtra : & tunc ſicut propriè dolemus de malis noſtris,ſic de illis:& id ſeruatur inter patrem & filium.

Ad miſericordiã quinam homines ſint magis apti.

Quantùm ad quintũ aduerte , ꝙ debiles & timidi ſenes & ſapientes,ſunt natura miſericordes. Iuuenes autẽ , & temerarij,ſiue imprudentes,& audaces,& ſuperbi,ſunt natura & vt in pluribus immiſericordes.etiam ſm doctrinam Ariſto.in 2.Rhetoricę.Ad quorum euidentiam aduerte , ꝙ nõ ſolùm ex dilectione , qua diligimus eum , cui compatimur: nex ex ſola cõiunctione,quã habemus cum ipſo , mouemur ad miſericordiam:ſed ex exiſtimatione, qua apprehendimꝰ & ſuademus nobis,nos ea mala pati poſſe : & illa ad nos ex eis tranſire,q̃ patiuntur alij nobis , aut natura humanitatis, aut patria,aut ciuitate,aut ſanguine cõiuncti.Propter hanc exiſtimationẽ,q̃ vtique non eſt vana,ſenes,& prudentes , & debiles,& timidi ſunt natura miſericordes. Cõſiderant eñ & experientia & ratione ſe poſſe in mala illa incidere,q̃ vident alios pati:ideo condolent,& ſi poſſunt,eis ſuccurrunt. At cõtrà iuuenes,& imprudentes, & audaces,& ſuperbi ſunt natura immiſericordes : qñ exiſtimant ſeducentes ſe ipſos nil mali quod in aliis vident ſe poſſe pati.Iuuenes quidẽ & imprudentes,qñ innitentes vanæ ſpei, putant ſe cõtra omnia ardua poſſe ꝓualere.Audaces autem quoniam ira & furore agitati,nil mali timent:donec eis ſuperuenerit:ex conſequenti dum ſunt ira agitati non miſerentur.Vñ Prouerbiorum cap.27.dicitur,ꝙ ira non habet miſericordiã,nec erumpens furor: & impetum cõcitati ſpiritus quis ferre poterit? Superbi verò,qñ ſe adeò felices reputant,ꝙ nil mali exiſtimant ſibi poſſe contingere,ideo non triſtantur de proximi miſeria.Præterea reputant cæteros viles, & ex ſua cauſa pati quicquid patiuntur:ideo exiſtimant eos indignos miſericordia. Diximus enim ſupra,ꝙ mala, quæ ex voluntate nobis eueniũt,non prouocant nos ad miſericordiam , ſed ad indignationem & contemptum. Conſtat igitur quæ hominum genera ſint ex natura miſerantia, & quæ non.

Miſericordia quantũ Deo placeat

Quantùm autem æſtimata ſit miſericordia, & q̃ placita Deo,patet ex ſcripturis ſacris.Nã Iacob. in epiſtola ſua capite 2.inquit:Iudicium ſine miſericordia fiet illi , qui nõ facit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium. Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere,opera autem ſcilicet miſericordiæ non habeat,Numquid poterit fides ſaluare eum?Si enim frater & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano : dicat autẽ aliquis ex vobis illis:Ite in pace calefacimini , & ſaturamini. Non dederitis autem quæ neceſſaria ſunt corpori,quid proderit?

Iob capite ſexto Qui tollit ab amico miſericordiam, timorem domini derelinquit.

Prouerbiorum capite decimoquarto,Miſericordia & veritas præparant bona.

Et capite decimoquinto,Per miſericoridam & fidẽ purgantur peccata.

Matth.ca.nono, Miſericordiam volo & non ſacrificium.

Hæc de effectib.interioribus caritatis fraternę dicta ſint.

Caritatis externi effectꝰ tres ſunt.

Nunc de exterioribus agendum eſt.Sunt aũt præcipui tres ſ.beneficentia, eleemoſyna,correctio fraterna.

tres ſunt.

Quantũ ad bñficentia, de qua inquit Paulꝰ ad Hebræos cap.13. Beneficentię & cõionis nolite obliuiſci,tria agenda ſunt:primò,quid ſit:ſecundò,ꝙ eſt caritatis effectꝰ exterior: tertiò,quis ordo in beneficentia ſeruandus eſt ſecundũ rãtionem & diuinam legem.

Beneficẽtia quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ beneficenta à bñfacere ꝓuenit.Benefacere aũt eſt alicui facere bonum:ergo beneficentia eſt alicui factio boni: & à beneficentia ꝓuenit benefactor,beneficus,beneficiatus,beneficium.Sed aduerte vt docuimus in lib.nono Eth.Non oĩs factio boni alicui meretur bñficentia vocari,niſi tria ſimul iũcta cõtineat:primò ꝙ voluntariè:ſecundò,ꝙ diligẽter & vt decet:tertiò,ꝙ gratia amici,cui benefacit.Vñ ſi quis alteri bñfacit nõ gratia illius,ſed gratia ſuiipſius:nec eſt beneficentia,nec ipſe eſt bñficus.Sicut qui nutrit canem non gratia canis,ſed gratia ſui ꝓprij commodi:qm̃ ſ.domum cuſtodit. Eſt ergo beneficentia alicui factio boni voluntariè & decenter,& gratia eius, cui benefit , & non ſpe retributionis : qm̃ tunc quod datur, non beneficium,ſed mutuum arbitrandum eſt.

Beneficẽtia eſt caritatis effectus exterior.

Quantũ ad ſm aduerte, ꝙ non eſt intentio noſtra ꝓbare bñficentiam ſub quacunque ratione & reſpectu eſſe caritatis effectum:qm̃,vt declarabimꝰ,poteſt diuerſa rõne ſpectare ad iuſtitiam,ad miſericordiam,ad liberalitatem,ad caritatem.Ad caritatẽ autem ſpectat,ſi proximo impẽdimus bonum:eò ꝙ diligimus Deum,& proximum propter Deum:& ꝓbatur ſic, Beneficentia eſt actus amicitiæ,vt declarauimꝰ, in lib.9.Eth.Ex eo enim ꝙ Sortem diligimus,Sorti benefacimus:& ſi odimus:malefacimus:ſed amicitia , qua diligimus Deum,& ꝓximum ꝓpter Deum,eſt caritas:ergo bñficentia in ſenſu ꝓdicto eſt à caritate,vt à cauſa:& confirmatur, qm̃ Seruator noſter docens nos meritoriè apud Deum bñfacere,inquit Mat.c.5.Benefacite his qui oderunt vos.Sed id nõ poteſt eſſe niſi ex caritate,quæ vſq; ad inimicum ſe extedit: ergo conſtat,ꝙ vera & Chriſtiana beneficentia eſt effectus ſiue actus productus à caritate.

Beneficẽtia quo ad diuerſas ſpecies virtutes.

Quo autẽ diuerſa rõne poſſit beneficẽtia reduci in liberalitatem,in iuſtitiam,in miſericordiam,in caritatem,patet hinc.Bonum,qđ alicui exhibemus,aut exhibeꝭ ſub rõne doni & merè gratuitè,& ſic ſpectat ad liberalitatem,eſt eñ liberalis officium eſſe donatiuũ:aut exhibetur ſub rõne debiti & ęqui,& ſic ſpectat ad iuſtitiam:aut exhibetur ſub rõne ſuffragij releuantis ꝓximi miſeriam & indigẽtiam, & ſic ad miſericordiam ſpectat,aut exhibetur ex amore quo diligimus ꝓximum in ordine ad Deum:& ſic ſpectat ad caritatẽ: Eſt enim vt ſic beneficentia actus diuinæ amicitię.

Quo ordine vti debeamꝰ beneficẽtia.

Quantũ ad tertium aduerte,ꝙ ſicut ex caritate obligamur oẽs homines diligere,eò ꝙ cõuenimus in identitate naturæ,& tendẽtia ad ęternam beatitudinem,in cuius cõicatione fundatur,vt caritas,vt ſuprà declarauimus,ſic omnib. tenemur benefacere nõ quidẽ ſimul & actu,qm̃ hoc impoſſibile eſſet:ſed ex propoſito,& ꝓ loco,& tempore,& ꝓ exigentia caſuum occurrentium.Vñ Paulus inquit ad Gala.ca. 6.Bonum autem facientes non deficiamus.Ergo dum tempꝰ habemus,operemur bonum ad omnes,id eſt benefaciamus omnibus,maximè autem domeſticis fider.Licet autẽ teneamur oĩbus benefacere,non tamen ęqualiter,ſed quodam ordine.Ordo enim beneficentiæ cùm ipſa ſit effectus caritatis correſpondere debet ordini caritatis:de quo ſatis diximus ſuprà:vñ cæteris paribꝰ,magis nobis cõiunctis prius & magis benefacere tenemur.Dico cęteris paribꝰ.qm̃ in caſu maioris neceſſitatis,ad quã deductus ſit minus mihi cõiunctꝰ, obligor magis illi,quàm magis mihi coniuncto:putà,video patrem meum aliquantulum indigere,video extraneum fame perire: obligor magis extraneo,quã patri bñfacere. Remota aũt hac imparitate,obligor magis mihi cõiunctis ſuc cel ſiuè ſm ordinem coniunctionis.Et hæc eſt doctrina Aug. in primo,de doctrina Chriſtiana,vbi inquit:Cùm oĩbus ꝓdeſſe non poſſis,his potiſſimum conſulendum eſt,qui ꝓ locorum,& temporum,vel quarumlibet rerum opportunitatibꝰ conſtricti tibi quaſi quadam ſorte iunguntur.

Coniunctis quo prius ac magis benefaciendum.

Tu tñ aduerte hanc regulam,ſ.magis cõiunctis magis & prius benefaciendum eſt,tenendam & obſeruandam eſſe in bonis ac ꝑſonis priuatis:& non vbi comparatur bonum priuatum bono publico,ſiue temporali,ſiue ſpũali:& perſona priuata perſonæ publicæ. Nam cùm bonum publicum præponderet bono priuato,& publica perſona perſonę priuatę: licet mihi conſeruare ac defendere bonum publicum &

perſonam publicam etiã extraneam, relicto bono priuato, & perſona priuata mihi cõiuncta ac propinqua. Verbi gra, ſum in bello pro patria, & habeo extraneum commilitantẽ mecũ: & frater meus vt hoſtis, venit pugnaturus contra patriam: teneor iuuare commilitonem, & relinquere fratrẽ: imò nocere illi vt hoſti. Quod ſi id mihi licet pro bono publico temporali, lõge magis vbi de ſpirituali ac diuino bono agitur, vt de pace inter fideles, de fide defenſanda, de diuino honore. Hic laudatur Phinees filius Eleazari filij Aaron: q, vt legimus Nu. ca. 52. cùm vidiſſet virum Iſraëlem accedentẽ ad ſcortum Madianitæ coram Moyſe & omni multitudine, acceptο pugione ingreſſus lupanar, pfodit ambos in genitalibus: quoniã illic agebatur de diuino cultu & honore: propter hoc dixit dominus ad Moſem: Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis auertit iram meam à filiis Iſraël: quia zelo meo commotus eſt cõtra eos. Saul ꝓ bono & ſalute populi, vt legimus in 1. Reg. c. 14. ſtatuit occidere Ionatham filium eius, niſi populus obſtitiſſet. Patet ergo quomodo & in quo caſu licet relinquere coniunctos, & benefacere extraneo. Hæc de beneficentia dicta ſint.

De eleemoſyna.

Quantum ad eleemoſynã quinque agenda ſunt: primò, quid ſit: ſecundo, quòd eſt actus caritatis, & in quo ſenſu: tertiò qui poſsint eleemoſynam facere: quarto, de quibus bonis fiẽda ſit: quintò, quibus, & quo ordine exhibenda eſt.

Eleemoſyna quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ ſic communiter diffiniri conſueuit: Eleemoſyna eſt actus quo aliquid exhibetur indigenti ex compaſsione propter Deum.

Primò dicitur, actus: nam quod Græcè dicitur eleemoſyna. Latinè dicitur miſeratio. Conſtat autem miſerationem eſſe actum, ſicut & viſio & auditio dicunt actum.

Secundò dicitur, quo aliquid exhibetur indigenti: ly aliquid, ſtat pro aliqua re ſubleuatiua ac remotiua miſeriæ, ſeu indigẽtiæ, vt veſtimentum nudo, potus ſitienti, cibus eſurienti, medicina infirmanti: vnde ſi quis daret rem penitus non conferentem indigenti, nõ eſſet eleemoſyna: vt ſi florem aut acum aut baculum eſurienti.

Tertiò dicitur, ex compaſsione: quoniã motiuũ eleemoſynæ eſt miſericordia: q, vt ſuprà diximus, eſt alienæ miſeriæ in corde cõpaſsio. Vñ quodcunq; aliud moueat te ad dãdũ ſuffragiũ indigenti, non erit eleemoſyna formaliter, nec ꝓpriè: Sicut qui dat panem pauperculæ non ex compaſsione, ſed ex concupiſcentia. Concupiſcentia enim non eſt ex ſui natura motiuum ad eleemoſynam, ſed ad luxuriam.

Quartò dicitur, propter Deũ, id eſt, qm̃ diligimus Deũ, & mandatũ de cura ꝓximi habẽda recipimus: ideo propter Deũ indigenti ſuſtragiũ impendimus. Vnde quando quis aliud intendit, putà vanã gloriam, aut retributionem, aut lucrum, aut deceptionem, non eſt eleemoſyna niſi æquiuoce.

Eleemoſyna eſt actus caritatis.

Quantùm ad ſm aduerte, vt ſcias quomodo eſt caritatis actus, ꝙ poteſt eleemoſyna ſub multis rationibus conſiderari primò, vt elicitur prõptè & delectabiliter, & debita quãtitate iuxta cõdecentiam miſerantis, & indigentiã patiẽtis: ſcdò, vt ordinatur ad ſatisfaciendũ ꝓ peccatis: tertiò, vt ordinatur ad diuinum cultum: quartò vt ꝓmptè & delectabiliter, & vt decet, elicitur propter Deum, & non alio fine.

Primo modo attribuitur liberalitati. Ipſa nanque ex 3. Ethico. modificat ac trænat nimium ac excedentem diuitiarum amorem: quo efficitur quis tenax & auarus, & quo eleemoſyna aut totaliter impeditur, aut non promptè, nec delectabiliter nec decenter fit. Quoniam igitur liberalitas huiuſmodi impedimentum remouet, ei attribuitur eleemoſyna vt remouenti prohibens. Sicut & deſcenſus lapidis remouenti columnam, qua detinebatur ſurſum.

Et in hoc ſenſu, vt legimus Eccleſiaſt. ca. 7. admonetur ac hortatur auarus ad eleemoſynam, vbi ſic dicitur: Exorare & facere eleemoſynam ne deſpicias. Ne dices, In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus. Et offerente me Deo altiſsimo, munera mea ſuſcipiet. & cap. 14. Fili ſi habes, bene fac tecum, id eſt, benefac tibi ipſi & Deo dignas oblationes offer. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas porrigens da pauperi.

Secundo modo attribuitur iuſtitiæ, ſatisfactio em̃ actus eſt iuſtitiæ, vt declaratum eſt in 5. Ethicorum, & quoniam ex ſcripturis ſanctis ordinata eſt eleemoſyna ad ſatisfactionẽ ꝓ peccatis, ideo vt ſic eſt actus iuſtitiæ. Et in hoc ſenſu loquitur Tobias ad filium, inquiens c. 4. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundãter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri ſtude: prẽmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis: qm̃ eleemoſyna ab oĩ peccato & à morte liberat, & non patietur aiam ire in tenebras: fiducia magna erit coram Deo eleemoſyna facientibus eam, & c. 12. inquit Raphaël ad Tobiam. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere: qm̃ eleemoſyna à morte liberat: & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.

Daniel poſt interpretationẽ ſomnij factã Nabucodonoſor, vt legimus Danie. ca. 4. ſic conſuluit regi: Rex conſilium meum placeat tibi: peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet Deus delictis tuis.

Seruator noſter, poſtq̃ Phariſæos reprehenderat, vt legimus Luc. c. 11. ꝙ quæ erant extra mundabãt, vt calices & catinos: ipſi aũt intus pleni erãt rapina & iniquitate, dixit eis: Verumtñ, quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

Tertio mõ attribuitur latriæ per modũ ſacrificij: & hoc eſt, qñ eleemoſyna offertur eccleſiæ in Dei honorem. Et in hoc ſenſu loquitur Pau. ad Hebr. c. vltimo: dicit enim, Beneficentiæ, id eſt, eleemoſynæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

Quarto mõ attribuitur caritati: nam eleemoſyna ꝓcedit à miſericordia, tanquam motiuo ꝓprio. Miſericordia autem vt ſuprà docuimus, eſt effectus caritatis, Ergo Eleemoſyna ꝓut promptè, & delectabiliter, & vt decet, & ꝓpter Deum dilectũ fit, eſt effectus caritatis, mediãte miſericordia, & cõfirmatur dicto Ioã. in epiſtola 1. c. 3. vbi inquit: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, id eſt, ei non compaſſus fuerit, ſuccurrens neceſſitati per eleemoſynam, qũo caritas Dei eſt in illo?

Eleemoſynã facere quinã teneantur.

Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ cùm eleemoſyna ſit libera datio, eius eſt eleemoſynam dare, qui eſt ſui iuris, & non ſub ptãte cõſtitutus, inquantum eleemoſynam facit: vnde ſi conſtitutus ſub alterius poteſtate nihil habet ꝓprij, ſed q̃cquid pertractat ſit in ptãte illius, cui ſubijcitur, non poteſt ex ſe niſi ex commiſsione ſuperioris ſui aut impetrato conſenſu, eleemoſynam facere. Corollariè ergo ſequitur, ꝙ nec ſeruus, nec filius familiàs, nec vxor, nec religioſus ꝓfeſſus facere poſſunt eleemoſynam.

Eleemoſynã facere quo caſu liceat alteri ſubditis facere.

Tu tñ aduerte, ꝙ duo caſus excipiũtur, primò, ſi quis eorum quid ꝓprij haberet, vt ſi dñs dicat ſeruo: Quicquid lucratus fueris tali die ꝓ ſingula hebdomada, tuum ſit & libere: ſi pater dat filio centum ducatos, dicẽs: Quicquid ex eis lucratus fueris tuum ſit, ſi vxor à patre vltra dotem alia receperit bona, aut hæreditatem: ſi religioſus accipiat victum & veſtitũ à cõuẽtu, & dicat ei ꝓlatus: Quicquid tibi ſubtraxeris, diſpenſa ad placitum pro Deo: ſecundò, ſi eueniat caſus extremę neceſſitatis, vt qñ vniuerſali penuria pauperes mẽdicantes fame pereunt: & ſubſidium nõ inueniunt, tũc licet vnicuiq; alteri ſubdito, & ſeruo, & filio, & vxori, & religioſo facere eleemoſynam, & accipere bona ſuperiorũ: qm̃ in eo caſu bona nõ ſunt ſuperiorum, ſed Dei: & ipſi nõ ſubijciunt in hoc ſuperiorib. ſed ſoli Deo. Nam licet bona tpalia data à Deo homini ſint hominis quo ad ꝓprietatem, tñ quãtum ad vſum & diſpenſationem non ſolùm debẽt eſſe illius ſed & aliorum qui egent. Propterea inquit beatus Baſilius: Si fateris bona temporalia tibi diuinitus ꝓueniſſe, an iniuſtꝰ eſt Deus inæqualiter res nobis diſtribuens? Cur tu abundas, ille mendicat: niſi vt tu bonæ diſpenſationis merita conſequaris ille verò patiẽtiæ meritis decoretur: Eſt panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in cõclaui conſeruas: diſcalceati calceus, qui apud te marceſcit: indigentis argentum, quod tu poſſides inhumatum, id eſt, in terra defoſſum: quocirca tot iniuriaris: quot dare valeres.

Beato Baſilio cõcordat Diuus Ambroſius, cuius dictum hr̃ in Decretis diſtin. 47. c. ſicut. vbi inquit: Sed ait auarus: q̃d iniuſtum eſt, ſi cùm aliena non inuadam, ꝓpria diligentius ſeruo? O impudens, tu dicis ꝓpria, quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti? Qñ ingreſſus es in hãc lucem, qñ de ventre matris exiſti, quibus facultatibus quæſo, quibũſq, ſubſidijs ſtipatur ingreſſus es? Nemo ꝓprium dicat, q̃d cõe eſt id eſt, tempore neceſſitatis & indigentię communicandum eſt. Nunquid iniquus eſt Deus, vt nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu quidem eſſes abundãs, alijs verò deeſſet, & egerẽt. An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis ſuę experimenta conferre, & alium per patientiæ virtutem coronare? Tu verò ſuſceptis Dei munerib⁹ &

in finum

in ſinum tuum redactis, nihil te reputas agere iniquum, ſi tã multorum ſubſidia vitæ ſolus obtines: quis enim tã iniuſtus, tamq́ auarus quàm qui tam multorum alimenta nõ ſuum vſum, ſed abundantiam & delicias facit. Neque em̃ minus eſt criminis habenti tollere, quàm cùm poſsis & abũdas indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quẽ tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis. Miſerorum redemptio eſt & abſolutio, pecunia, quã in terra defodis. Tãtorum te ergo inuadere ſcias bona, quantis potes præſtare quod velis. Patet ergo quorum ſit facere eleemoſynam, & in quo caſu cuilibet liberè liceat.

Quantùm ad quartum aduerte, q̃ de propria ſubſtantia & de his, quę quis iuſtè poſsidet, agenda eſt eleemoſyna. Vñ Tobię capite quarto. Ex tua ſubſtantia fac eleemoſynam, & & Lucæ capite duodecimo: Vendite quæ poſsidetis, & facite eleemoſynã: facite vobis ſacculos, qui non veterẽraſcũt, & theſaurum nõ deficientẽ in cœlis. Ex quo ſequitur, q̃ de illicitè acquiſito per acquiſitionem illicitam, quæ ex natura ſua eſt illicita, nõ põt fieri eleemoſyna: ſed fiẽda eſt reſtitutio ei, à quo acceptum eſt: & quoniam rapina, & furtum, & vſura ſunt acquiſitiones ex natura ſua illicitæ, ideo his modis acquiſita nõ poſſunt in eleemoſynã dari. Quod ſi dãtur, danti non proderunt: quoniam non ſunt ex eius ſubſtantia, ſed potius proderũt ei, à quo ſublata ſunt: quoniã ſua ſunt.

Aduerte, q̃ dixi, quæ ex natura ſua eſt illicita: quoniam ſi dicatur acquiſitio illicita nõ ex natura, ſed ex lege: qm̃ ſcilicet lex prohibet huiuſmodi acquiſitionem, tale acquiſitũ non poteſt retineri ab acquirente, nec reſtituendũ eſt danti. Vterque em̃ contra legem agit: ideo dandum eſt indigentibus in eleemoſynam. Huiuſmodi eſt acquiſitũ per ſimoniam quam diuina lex prohibet: nam in actis Apoſtolorum capite octauo, cùm Simon magus peteret à Petro ſibi pecunia vẽdi gratiam Spiritus ſanctꝰ: reſpondit ei Petrus, Pecunia tua tecũ ſit in perditionem, qm̃ donum Dei exiſtimas pecunia poſsideri. Non eſt enim tibi pars neq; ſors in ſermone iſto. Præterea, ſi acquiſitio dicatur illicita: non ex natura, nec ex lege, ſed q̃a acquirit modo illicito, quod eſt peccatũ: putà, p̃ fornicationem, poteſt de acquiſito fieri eleemoſyna, quoniam etſi ſit inhoneſtè acquiſitum non tamen iniuſtè. Vnde meretricium poteſt meretrix in eleemoſynam erogare: non autem ad diuinum cultum, nec pro oblatione ad altare, p̃pter ſacrorum reuerentiam: fuit etiam diuina lege prohibitum, Dicitur em̃ Deuterono. capite vigeſimotertio. Non offeres mercedem proſtibuli in domo Dei tui: & hoc præceptum eſt morale: quod ſemper manet. Cõſtat ergo quòd de p̃prio & nõ de alieno, agẽda eſt eleemoſyna, niſi ad ſit caſus extremę neceſsitatis: nã, vt dixim⁹: tũc oĩa ſunt cõia: nec sũt in poteſtate niſi domini vniuerſalis, qui eſt Deus: & tunc licet mihi furari à diuite: & ſi sũ in extrema neceſsitate cũ p̃ximo, debeo mihi ſuccurrere: & illi p̃ eleemoſynã ſubuenire.

Eleemoſyna quo ordine ſit faciẽda.

Quantùm ad quintũ aduerte, q̃ ordo impendendi eleemoſynam proximo ſeruandus eſt. vt in caritate & in miſericordia diximus, ita ſ. q̃ magis coniunctis prius ſubueniamus, ſi neceſsitatem patiunt: & ſic ſucceſsiuè vſq; ad inimicos, cęteris tñ paribus. Et hęc eſt Pauli doctrina: q̃ in prima ad Timotheũ, c. 5. inquit: Si quis ſuorũ, & maximè domeſticorum, curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Et cõfirmatur p̃ Aug. in primo, de doctrina Chriſtiana, vbi inquit: Illi, qui ſunt nobis magis iuncti, quaſi quadam ſorte nobis obueniunt: vt eis magis obuenire debeamus.

Dixi, cęteris paribus, qm̃ non ſolùm, propinquitatis gradus ſed & ſanctitatis & communis vtilitatis ratio penſanda eſt: vt etiam dictum eſt ſuprà de ordine ſeruãdo in beneficentia. Vñ ſanctiori & vtiliori pro bono cõmuni conſtituto in indigentia etiam q̃ non ſit nobis p̃pinquitate coniunct⁹, magis & prius danda eſt eleemoſyna quàm perſonæ nobis propinquæ. Quod intellige duobus ſeruatis: primò, q̃ ſanctior & vtilior bono communi ſit magis indigẽs quàm perſona propinqua: Secundò, q̃ perſonæ propinquæ non ſit nobis ſpecialiter cura commiſſa: vt excipiam patrem & matrẽ & filios & vxorem. De quibus conſtitutis in indigentia debemus ſpecialẽ curam habere, aliis prętermiſsis, quales sũt patruus, auunculus, frater, conſobrinus. Cæteris igitur paribus, propinquioribus magis & prius exhibenda eſt eleemoſyna. Quod & ɔfirmatur doctrina Diui Ambroſij, qui in primo de officiis inq̃t: Eſt illa p̃banda liberalitas, vt proximos ſanguinis tui nõ deſpicias, ſi egere cognoſcas. Meli⁹ eſt em̃ vt ipſe tuis ſubuenias, q̃b⁹ pudor eſt ab aliis victũ depoſcere.

Sed dices: ſi magis coniunctis prius danda eſt eleemoſyna: ergo prius ſibi ipſi.

Rñdeo: ſicut non eſt propriè miſericordia ad ſeipſum, vt diximus: ſic nec eleemoſyna, quæ eſt effectus caritatis & miſericordiæ poteſt tñ quis per quandã ſimilitudinem facere ſibi & prius eleemoſynam quã alijs: ſi diſpenſat bona aliqua in p̃iona alterius: Putà, Sortes dat mihi decem panes diſpenſandos in pauperes: ſi ego ſum pauper, poſſum mihi vice Sortis exhibere panem: nam q̃d faceret Sortes, ſi indigentiã meã cognoſceret, poſſum & ego vice Sortis: qm̃ ordine caritatis poſt Deum obligor diligere meipſum, & ɔſeruare.

Eleemoſynã nẽ quis ſibi aliquis face re teneatur.

Quibus aũt danda ſit eleemoſyna, conſtat q̃ ſolis patientibus indigentiã. Motiuum em̃ eius eſt miſericordia, quę nõ cadit niſi ſuper conſtitutum in miſeria & defectu aut temporali aut ſpirituali.

Quæ verò & quot ſint genera eleemoſynarum corporalium & ſpiritualium, pertractabim⁹ in parte ſexta: in qua acturi ſumus de veris operibus Chriſtianis. Hæc de eleemoſyna dicta ſint.

Quantùm ad correctionem fraternam, vt ſcias qũo eſt effectus exterior caritatis, quinq; agenda ſunt: primò, diſtinguendum eſt de ea: ſecundò, q̃d ſit: tertiò, ad quos ſpectet: quartò, quibus fienda ſit: quintò, ſi regulariter p̃cedere debet publicam denunciationem.

De correptione fraterna.

Quantũ ad primum aduerte, q̃ correctio cadit ſup̃ peccatum ab aliquo cõmiſſum, vt remoueatur ab eo tanquã nocium: tribus autem modis poteſt hmõi correctio conſiderari: primò, vt eſt emendatiua peccati, inquantum eſt nociuum ipſi delinquenti quò ad Dei offenſam, p̃priámque damnationem: ſic dò, vt eſt emendatiua peccati, nõ ſolum inquantum nocet delinquenti ſed ẽt inquantum p̃ximis, qui lęduntur aut in re, aut in p̃iona, aut in honore: vel qui ſcãdalizantur: vel inquantum perturbatur publicum bonum: tertiò, vt eſt recta ratione ac debitis mediis exequenda. Si em̃ temerariè & indebitè fiat, non emendatio, ſed plerunque indignatio ac irritatio ſubſequuntur.

Fraterna correptio quomodo ſit actus caritatis iuſtitiæ, & prudẽtiæ.

Primo modo ad caritatem ſpectat: qm̃ eiuſdem virtutis eſt p̃curare p̃ximo bonum, & ab eo remouere malum nociuum: ſicut eiuſdem artis medicinalis eſt p̃curare infirmo ſalutem, & per conuenientia remedia amouere ęgritudinem: ſed p̃curare bonum proximo p̃opter Deum, vt patet ſuprà eſt actus caritatis fraternæ: ergo remouere peccatum & malum culpæ ab eo, quod fit per fraternam correctionem, eſt actus caritatis. Vnde in ſcriptura ſacra huiuſmodi actus diuino tribuitur amori. Dicitur em̃ Prouerbiorum capite tertio, Quem diligit dñs corripit, & quaſi pater in filio cõplacet ſibi. Et Apocalyp. cap. tertio, Quos ego diligo, arguo & caſtigo. Et Paulus ad Hebræos, ca. duodecimo: Quem enim diligit dominus, caſtigat flagellat autem omnem filium, quẽ recipit.

Secundo mõ eſt act⁹ publicæ ac ciuilis iuſtitiæ: qm̃ ad ip ſam ſpectat cõſeruare pacem & rectitudinem bene viuendi in ciuitate. Quod vtiq; fieri non poſſet, niſi corrigerẽtur ac punirentur delinquentes: & ideo inſtitutæ ſunt leges punitiuæ, vt declarauimus in libro quinto Ethicorum.

Tertio mõ eſt actus prudentiæ. Na poſtq̃ decreuerit Sortes admonere ſecretè p̃ximum ſuum de malo commiſſo, vt pœniteat, & in futurum caueat, excogitant, quo tempore, quo loco, quibus verbis agẽda ſit hmõi admonitio, vt ſit fructuoſa: nam alio mõ admonẽdus eſt iuuenis, alio mõ ſenex: ſenex em̃ non eſt durè increpãdus, ſed vt pater obſecrand⁹. Vnde inquit Paulus primę ad Timoth. ca. 5. Seniorẽ ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. Iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate. Talium aũt circunſtantiarum conſideratio ad prudentiam ſpectat: qm̃, vt declarauimus in ſexto Ethicorum, & recta rõ & regula agibilium. Patet igitur qũo correctio fraterna eſt actus caritatis, & quomodo non.

Quantũ ad fin aduerte, q̃ vt eſt actus caritatis, ſic diffinitur: Correctio fraterna eſt ſecreta admonitio p̃ximi delinquentis: cuius finis eſt ipſius emendatio, non habens coactionem, ſed ſimplicem adhortationem.

Fraterna correptio quid ſit.

Primò dicitur, ſecreta admonitio: qm̃ ſic edocti ſumus à Seruatore Matthæi, cap. decimooctauo, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſuper q̃ verba inquit Augu. Corripe ipſum inter te & ipſum ſolum, ſtudens correctioni, parcens pudori. Forte em̃ piæ verecundia incipit defendere peccatũ ſuum ſ. ſi publicè arguis: & quem ſtudes facere meliorem, facis peiorem. Præterea per ly ſecreta, diſtinguitur fraterna correctio à publica & ciuili, quæ eſt actus iuſtitiæ: ea nanq; corã plurib. agenda eſt: vt cæteri caueant, iuxta doctrinam Pauli primæ ad Timot. capite 5.

vbi inquit ad ipſum vt iudicem & Epiſcopum: Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timeant.

Secundò dicitur, cuius finis eſt ipſa emendatio: quoniam cùm ſit remedium & velut medicina contra delictum: ſicut medicinæ corporalis finis eſt ſanitas, ſic ibi emendatio. Ex quo ſequitur, q; ſicut medicus quãdiu eſt in ſpe ſanationis, ceſſare non debet à medicamine: ſi autem ſit extra ſpem, ceſſare debet: ne infirmitas aut grauior fiat, aut ex medicina mortem acceleret: ſic in propoſito, quandiu ſumus in ſpe emendationis, ceſſare non debemus à fraterna correctione: aliter peccamus & agimus contra caritatem: ſi autem ſum⁹ extra ſpem, ceſſare debemus, ne forte peiores fiant, quos emendare curamus. Et hoc eſt diui Augu. doctrina in primo de ciuitate Dei: vbi inquit: Si propterea quiſque obiurgandis & corripiendis malè agentibus parcit, quia opportunũ tẽpus inquiritur, vel eiſdem ipſis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam erudiendos impediant alios infirmos, & premant, atque auertant à fide, nõ videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium caritatis.

Tu tamẽ aduerte, q; etiam ſi nõ ſimus in certa ſpe emendationis, ſed potius in dubio, ceſſare non licet: ſicut nec medico qui de infirmi ſalute dubius eſt. Quod ſi tũc ceſſamus, aut quoniam diſplicere nolumus, aut quoniam nobis timemus damnum temporalium, & huiuſmodi timor prævaleat caritati peccamus mortaliter, ſi nõ prævalet, peccamus venialiter: vt quãdo timor nos tardiores ac negligẽtiores reddit in corrigendo fratrem noſtrum, non tamen proponimus omnino ceſſare: & præcipuè, ſi conſtaret nobis de emendatione & in huiuſmodi tarditatem aliquando cadunt etiam viri probi ac iuſti.

Tertiò dicitur, non habens coactionem, ſed ſimplicem adhortationem, ſiue reprehenſionem. Et in hoc etiam diſtinguitur fraterna correctio à publica & iudiciali: Nam, vt dictum eſt, cùm fraterna ordinetur ad emendationem ſpõtaneam: qñ certi ſumus proximum noſtrũ irritandũ & pertur bandum eſſe, & in peiora ex indignatione labendũ, ceſſare debemus: qm̃ ordinata ad finem tunc vanè fiũt qñ ceſſat ratio cõſequẽdi finẽ. Non ſic aũt eſt de correctione iudiciali: qm̃ non ordinatur principaliter ad emendationem voluntariam delinquentis, ſed ad commune bonũ, & habet vim ex lege coactiuam nec prætermittenda eſt ꝓpter perturbationem & diſplicẽtiam delinquentis: qm̃ & ſi ſponte emendari non velit, pœnis arctandus eſt. Prætereà, poſito quòd ſe non emendet, nec pœniteat, prouidetur ſaltẽ bono cõmuni, dũ adimpletur legis iuſtitia: & pœna inflicta vni retrahit exẽplo alios, à malo. Hac de cauſa peccat iudex, ſi nõ condemnat reum: quoniam diſplicere non vult reo, vel quoniam videt ipſum impœnitentem. Non peccat autem in correctione fraterna, quæ ordinatur ad ſpontaneam emendationem.

Correptiõ ſpectat ad peccatores, ſed ad ſanctos viros et prælatos.

Quantùm ad tertium aduerte, q; correctio fraterna ſecreta ſpectat cõmuniter ad omnes, præcipuè autẽ ad maiores & ſanctiores: Minimè verò ad publicos peccatores.

Quòd ad omnes communiter ſpectet, conſtat ex eo q; eſt effectus caritatis: ergo ſicut quilibet obligatur diligere ꝓximum ſuum, & eius bonum in ordine ad beatitudinem ꝓcurare, ſic ſtudere debet ab eo remouere malum culpæ, per qd̃ declinat à via conſequendæ beatitudinis. Hæc autem remotio fit per correctionem fraternam: ergo ad omnes ſpectat. Quod confirmatur Eccleſia. cap. 17. Mandauit Deus vnicuique de proximo. & dicitur in Dec. 21. q. 3. cap. Tam ſacerdotes. Tam ſacerdotes quàm reliqui fideles omnes, ſummam debent habere curam de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione corrigantur.

Quòd ad maiores, quales ſunt prælati, ꝑcipuè & ſpeciali ter ſpectet, patet hinc: ſicut q; tẽporalem aliquorum curam habet, vt paterfamilias, debet in primis tẽporalia eis beneficia procurare: ita & q; aliquorũ ſpiritualem curam gerit, debet eis ſpiritualia beneficia impendere. Inter beneficia autẽ ſpiritualia computatur ſana doctrina, caritatiua correctio. Sũt enim eleemoſynæ ſpirituales, vt dicemus in parte ſexta. Cùm igitur prælatis cõmiſſa ſit ſpiritualis cura ſubditorũ, ad eos ſpecialiter hæc correctio ſpectat: vnde & Seruator Ioan. cap. vltimo: mandatum dedit Petro Paſce oues meas. & Paul. mandauit Timotheo, ſecundẽ ad Timot. c. 4. Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.

Quòd ad ſanctos ac probatæ vitæ quàm maximè ſpectet patet ex eo q; in moralibus, vt docuimus in 9. Ethic. efficaciora ſunt exempla quàm verba: & ſermones cõſentanei operibus maximã vim in correctione habent. Cùm igitur viri probatæ vitæ ſint delinquentibus vt ſpecula munda eorum correctio efficacior vtique erit. Hac de cã Paul. ad Gal. correctionem & inſtructionem fraternam ſpũalib⁹, id eſt, ꝓbis commiſit ca. 6. dicens: Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.

Quòd ad peccatores minimè ꝓtineat, patet ex oppoſito ꝓximè dicto. Sicut em̃ exempla ꝓbatæ vitę vim maximam habent ad corrigendum ꝓximi delicta, ſic peſſima exempla prę cipuè maiorum, ꝓuocãt ad delicta. Hac de cã Seruator Luc. c. 6. reprehendit peccatorem volentem fratrẽ ſuũ corrigere, & ſeipſum non emendat: vñ inquit, Quid vides feſtucam in oculo fratis tui, trabem autem, q̃ in oculo tuo eſt, nõ cõſideras? Aut qũo potes dicere fratri tuo, frater ſine eijciã feſtucam de oculo tuo, & ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc ꝓſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui: & Paulus eandem ſequitur doctrinam ad Ro. c. 2. cum inquit: Inexcuſabilis es ô homo omnis, qui iudicas. In quo em̃ alterum iudicas, teipſum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. & infrà: Qui ergo alios doces, teipſum nõ doces: Qui ꝑdicas nõ furandum furaris? Qui dicas nõ mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idola, ſacrilegiũ facis? Qui in lege gloriaris, ꝑ ꝓuaricationem legis Deum inhonoras? Nõ ergo ad malos ſpectat corrigere delinquentem. Vñ & Diuus Augu. in libro de ſermone dñi in monte inquit: Accuſare vitia officium eſt bonorum virorum & bñuolorũ: qd̃ cũ mali faciũt, alienas partes agunt. Cogitemus ergo, cũ aliquem reprehẽdere nos neceſſitas cogit vtrum tale ſit vitium, qd̃ nũquam habuimus: & tunc cogitemus nos hoĩes eſſe, & habere potuiſſe, vel tale quod aliquando habuimus, & iam non habemus: & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illã correctionem non odium, ſed miſericordia prę cedat. Si autem inuenerimus nos in eodem vitio eſſe, non obiurgemus, ſed congemiſcamus.

Prætereà, q; peccatoris non ſit officium peccatorem corrigere, conſtat ex triplici ratione euidenti.

Primò, qm̃ ex peccato ſuo ſe indignum reddit: & præcipuè ſi peccatum ab eo cõmiſſum ſit maius quã ꝓximi peccatum: & hæc fuit intẽtio Seruatoris, Luc. 6. dum cõparat peccata tum corrigentis trabi, & peccatum correcti feſtucæ.

Secundò, qm̃ ex peccato ſuo, ſi ſit graue & manifeſtum, ſequitur ſcandalum in mente ꝓximi, qui corrigitur. Non em̃ ꝓpter corrigentem peccatorẽ ad emendationem mouetur: ſed ad indignationem dicens intra ſe, & aliqñ aperte illud Lu. c. 4. Medice cura teipſum.

Tértiò, qm̃ cùm ſit peccator, & non conſtet ei quẽ corrigit, q; à peccato ſe abſtineat: vt nõ ex caritate, ſed ex ſui oſtẽtatione, hmõi correctio, & ex ſuperbia ꝓcedere, quaſi ſeipſum iuſtum exiſtimans. His igitur rationibus ad peccatorẽ non ſpectat proximum corrigere, niſi fortè cum humilitate hortari eum, vt ſimul pœniteant, dicens: Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus.

Quantùm ad quartum aduerte, q; ſicut correctio fraterna actiuè ſumpta ſpectat cõiter ad oẽs, vt iam declarauim⁹: ſic paſſiuè ſumpta cõuenit oĩbus: qm̃ omnibus, ſ. æqualib. inferioribus & maioribus ꝓ aliquo caſu fienda eſt: ſed diuerſis circunſtantijs, vt declarauimus. Et quidem q; omnib. fienda ſit, ꝓbatur. Correctio fraterna eſt caritatis effectus, vt docuimus: ſed caritas ad omnes vſque ad inimicos extenditur ſuprà docuimus: ergo & correctio fraterna, quando ſperatur emendatio.

Quòd autem diuerſis circunſtantijs, patet ex eo q; diuerſi ſunt gradus, & ſtatus, & ætates: ideo diuerſæ circunſtãtiæ obſeruandæ ſunt: Verbi gr̃a, inferiores pñt acriùs corrigi, æquales dulcius, ſuperiores reuerentius. Vnde Paulus Timotheo tradẽs regulam correctionis pro omni ętate inquit in prima ad Tim. c. 5. Seniorem ne increpaueris, id eſt, verbis duris & irreuerenter ne correxeris, ſed vt patrem obſecra: Iuuenes, vt fratres, ſ. humaniter: anus, vt matres, ſcilicet cum dulcedine & honore: Iuuenculas, vt ſorores, ſcilicet verbis honeſtis. Viduas honora, quę verè viduę ſunt: ſuper omnia autem maiores cum manſuetudine & reuerentia corrigendi ſunt. Vnde Diuus Dionyſius Demophylum monachum arguit, & reprehendit, vt videre poteris in epiſtola 8. quam ad Demophylum Dionyſius ſcribit, declarans ſibi ex diuinis eloquijs manſuetos ſemper placuiſſe Deo: & licet ſacerdos corrigendus ſit, non tamen furore & impetu & percuſſione: ſed vt decet & reuerenter: cuius oppoſitum ipſe Demophylus fecerat in correctione cuiuſdam ſacerdotis, quem calce percuſſerat, & de eccleſia eiecerat. Patet ergo

¶ Fraterna correptio eodem modo omnibus faciẽda.

quomodo

quomodo omnibus correctio fienda, ſed pro ſingulis perſonarum gradibus debitis ac iuſtis circunſtantiis.

Cuã ternam correptionẽ præcedere debeat publica denũciatio.

Quantùm ad quintum aduerte, q̃ diſtinguendum eſt de peccato à proximo cõmiſſo, vt ſcias quãdo obligamur correctioni fraternæ ſecretæ, antequam denunciemus iudici ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtico ſiue religionis prælato. Tu igit aduerte infraſcriptas diſtinctiones.

Prima eſt, peccatum commiſſum à proximo meo, vel eſt contra me tantùm: quia, ſcilicet, tantũ nocet mihi: ſiue vni alteri tantùm: ſicut qui furatus eſt mihi librũ, aut vni alteri: Vel eſt contra me & alios, putà contra collegiũ aut ciuitatem ſiue temporaliter ſiue ſpiritualiter: ſicut qui procurat ſupponere collegiũ ſub aliena autoritate, aut ipsũ deſtruere, vel qui molitur proditionem contra ciuitatem: vel qui ſeminat paulatim per conuenticula ſecretas hæreſes, & nõ approbatos modos viuendi.

Secunda eſt: peccata vtroque modo prædicto cõmiſſa vel ſunt ſecreta, vel, publica: ſi publica ſiue ſint contra me ſolũ, ſiue cõtra alios, poſſum ſtatim denuntiare: & nõ obligor præponere admonitionem ſecretam: q̃m non ſolùm nocet mihi, ſed etiam inquantum ad aliorum notitiam peruenit, niſi publicè arguatur, nocet aliis: prout ſcandalizantur: & videtur nõ curari iuſtitia in delictis puniendis: & in hoc locũ nõ habet dictum Euangelij: q̃m vt publicè peccat, nõ ſolũ peccat contra me, ſed, etiam contra alios per ſcandalũ: ſi ſecreta, vel tantùm ſunt contra me, vel cõtra alterum vnum ſolum: qui tamen non ſcit ſe offenſum. Vel ſunt cõtra multitudinem aut ciuitatem aut conuentum, vt exemplum dedimus de procurante modis occultis contra collegium aut ciuitatẽ, & doloſè per conuenticula ſeminãte hęreſes. Si primo modo, ſic obligat me præceptum Seruatoris, vt oĩ denuntiationi publicæ præponam correctionẽ fraternam. Quod declaratur dupliciter. Primò, ſicut medic⁹ corporis, ſi poteſt ſanitatẽ confert ægroto, quàm minimè ipſum alterãdo aut abſcindendo mẽbrũ: ſic frater corrigens fratrẽ, ſi poteſt, debet ipſum corrigere quàm minimè offendẽdo ipſum. Minimè aũt offendit, ſi ſecretè admonet ipſum: q̃m De⁹ ſol⁹ cognitor & teſtis eſt huiuſmodi fraternę correctionis.

Secundò, q̃n publica denuntiatio de peccato occulto fieri non poteſt ſine læſione famæ: ſed ſicut obligor propriam famam ſeruare, ſic, ſi poſſum, & eam, quæ eſt proximi. Poſſũ aũt quandiu peccatum eſt occultum, & nõ nocet aliis. Quare autem obliget propriam & proximi famam ſeruare, ratio eſt hæc: quoniã homo peccans amiſſa fama detrimenta quamplura patitur, & temporalia, & ſpiritualia. Nam præ timore infamationis, quamplures à peccato ſe retrahunt, q, ſi ſe infamatos per publicam denuntiationem viderint, veluti deſperati in peccata ſine frano ruunt: & ſicut ante in occulto, ſic demum in publico peccare non verentur. Vnde Diu⁹ Hieronymus exponens illud, Si peccauerit in te, &c. inqt: Corripiend⁹ eſt ſeorſum frater: ne ſi ſemel pudorẽ amiſerit, permaneat in peccato.

Prætereà contingit quòd vno infamato, quãplures infamantur: vt q̃n peccans eſt pars collegij. Nam ſi monachus infamatus, totum monaſteriũ infamatur. Et ideo, quãdo peccatum eſt occultum & non eſt contra alios, ſed cõtra te, vitanda eſt publica denuntiatio, donec ſperatur emendatio per correctionẽ ſecretam. Quòd aũt infamato vno ex collegio, collegiũ ipſum infametur patet per Diuum Aug. qui ſcribens ad plebẽ Hipponẽſem inquit: Cùm de aliquib⁹ qui ſanctũ nomẽ ꝓfitẽtur, aliq̃d criminis, vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, iſtãt, ſatagũt, ambiũt, vt de oĩbus hoc credaã.

Si ſunt ſecreta, & tamen ſunt cõtra multitudinẽ, aut collegium, aut ciuitatem, vt exẽplum dedimus, expedit ſtatim denuntiare vti cõmune nocumentum impediatur: nam ſi correctio fraterna pręcederet, & correct⁹ ſimularet ſe pœnitentem, nec vltra proceſſurum, crederetq̃ illi corrigẽs, poſſet de facili conſequi malum intentum ſuum in pernicię populi aut collegij: ideo in hoc non eſt neceſſe correctionẽ ſecretam præcedere denuntiationẽ: tunc enim non eſſet ordinata caritas, qua obligor publicum bonũ præponere bono priuato. Patet igitur quomodo & quando correctio fraterna præcedere debet denuntiationẽ. Et aduerte, quòd in peccato ſecreto, in quo non imminet nocumentum aliorũ, vt diximus, eſt de præcepto Seruatoris. Nec poteſt me obligare ad oppoſitum iudex humanus ſiue ſecularis ſiue eccleſiaſticus, neque per iuramentum, neque per præceptum neque per excommunicationem, neque per communicationẽ pœnæ, niſi aliqua pateant ſibi indicia, putà infamia, aut aliq̃ ſuſpiciones rationabiles. Nõ enim eſt iudex occultorũ, ſed Deus cui omne cor patet, & quem nullum latet ſecretum. Quòd ſi in occultis iudex ꝓceperit, peccat ipſe ꝓcipiẽs, & peccat ſubditus, ſi ei obedierit: q̃m diuinũ præceptũ præpõderat humano: ideo Deo magis obediendũ, q̃ hominib⁹. Vnde & Seruator Mat. c. 15. reprobat Phariſæos dicens: Quare vos trãſgredimini mãdata Dei propter traditiones veſtras?

Sed dices: videtur Auguſt. in regula tenere oppoſitum. Vult emi quòd peccator, antequàm aliis demonſtretur, præpoſito oſtendatur. Conſtat autem q̃ præpoſitus eſt iudex q̃ dicitur eccleſia, ſm illud Matthæi, capite decimo octauo, Si te non audierit, dic eccleſię, id eſt, prælato: ergo, &c.

Reſpõdeo. Diuus Aug. vt humaniſsimus medicus intendit ſic ꝓcedendum in correctione delinquentium ſecretorum: primò admoneatur ſecretè iuxta mandatũ Seruatoris: q̃ ſi non audierit te confratrem ſuum, dicas præpoſito nõ vt iudici, ſed vt maiori & ſanctiori: q̃ ſicut tu corriget eũ ſecretè. Exiſtimat emi Diuus Augu. correctionem ſecretam prælati fore efficaciorem, cò q̃, vt diximus ſuprà, ad prælatos vt maiores & ſanctiores ſpecaliter ſpectat hæc ſecreta correctio, iuxta doctrinam Pauli, quã ſuprà allegauim⁹. Quòd ſi nec te prius, nec prælatum vt patrem & non vt iudicẽ audierit, tunc parandi ſunt teſtes, ſi poſſunt haberi, & ꝓcedẽdum ad publicã denũtiationem coram præpoſito, vt iudex eſt: & ſic patet q̃ Diuus Augu. non aduerſatur diuino præcepto: ſed efficaciorem modum ſtãte caritatis ordine inuenit in corrigẽdis delictis, præcipuè in religiõe. Hæc de correctione fraterna dicta ſint: & hîc terminatur cõſideratio de caritate: & de eius effectib⁹ interioribus, ſ. gaudio, pace, & miſericordia, & de exterioribus: ſ. beneficentia, eleemoſyna, & correctiõe fraterna: & hîc terminat caput ſeptimum tertij tractat⁹: q̃ eſt de diuina & Chriſtiana caritate.

CAPVT VIII.

De vitiis quæ ipſi caritati, & eius effectibus aduerſantur.

INoctauo capite ordo doctrinæ exigit, q̃ pertractem⁹ de oppoſitis caritati, & eorum effectibus: nã & ſuprà actum eſt de fide & ſpe, & earum oppoſitis. Acturi igitur de ꝓdictis in hoc ca. de ſex cõſiderandum eſt. Primò, de odio q̃ caritati, quæ eſt dilectio, directè opponitur. Secundò, de oppoſitis effectibus: q̃ opponuntur effectibus intrinſecis & intrinſecis caritatis: vt gaudio opponit acidia & inuidia, pacidiſcordia. Miſericordiæ nõ eſt aſſignatum, nec denominatũ oppoſitum, ſed pòt dici durities cordis. Beneficẽtiæ autem, quã ſuprà docuimus eſſe exteriorẽ caritatis actum, opponitur ſcandalum. Eleemoſynæ verò & correctioni fraternę, non aſſignantur particulares effectus oppoſiti: q̃m & eleemoſyna & correctio fraterna, ſpecies ſunt beneficẽtiæ. Vnde offenſio, q̃ opponit beneficẽtiæ, opponitur ex cõſequẽti eleemoſynę & correctiõi fraternæ. Sufficiet igit i hoc capite agere de odio, de acidia, & inuidia, de diſcordia, & ſcandalo.

Quantùm ad odium quatuor agenda ſunt. Primò, q̃d ſit. Secundò, q̃ſ ſit eius obiectum, vt opponitur caritati. Tertiò, vnde oritur. Quarto, quale peccatum ſit.

De odio quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte, q̃ cùm amor & odium ſint formaliter oppoſita, ꝑ oppoſita debent diffiniri. Eſt autem amor inclinatio: ſiue conuerſio, ſiue cõplacentia voluntatis in bono cognito: ſiue i eo, q̃d exiſtimatur bonũ. Ex oppoſito ergo odium eſt auerſio, ſiue diſplicẽtia voluntatis in malo apprehenſo, ſiue in eo, q̃d exiſtimatur malũ, etiam q̃ eſſet in ſe bonũ: & iſtę quidẽ diffinitiones verificãtur de amore & odio vniuerſaliter & abſolutè ſumptis, vt videre poteris in ſecũdo Ethicorum, tractatu ſcdo, capite primo, vbi ordinauim⁹ paſsiões appetit⁹ ſenſitiui. Si autẽ vis ſcire q̃d ſit odiũ, vt opponit caritati, aduerte q̃ ſicut caritas eſt amicitia iter Deũ & hominẽ, vel inter hominẽ & ꝓximum ſuũ i ordine ad Deum, fundata ſup cõmunicationẽ æternæ beatitudinis, ſicut ſuprà docuim⁹ ſi odiũ ei oppoſitũ eſt inimicitia iter Deum & hominẽ, & econuerſo: fundata ex parte Dei ſup culpam, ex parte hominis ſup Deũ puniẽtẽ, vel nõ largiẽtẽ ſibi bona iuxta deſiderium: & inter hominẽ ac ꝓximum ſuum fundata ſuper offenſam, aut q̃m impeditur bonum appetentis. Pro quorũ declaratione, aduerte, q̃ ſicut homo placens eſt Deo & carus, quia ſm rationem ac diuinam legem viuit: ſic Deo diſplicet, quia contra rationẽ & legẽ diuinam viuit: & in hoc ſtat malum culpæ & iniquitatis: & quoniam propter culpam & iniquitatẽ homo diſplicet Deo, ideo dicitur Deum odiſſe hominem non vt hominem, ſed vt peccatorem. Vnde Pſalm. Odiſti omnes, q̃ operantur iniquitatem. Ex parte autẽ Dei aduerte, quòd ſicut Deus homini placet, inquantùm ſummum bonum eſt, & ei largi-

largitur esse viuere, corporis & animæ & fortunæ bona, & æternam beatitudinem: sic ex oppositio ei displicet, inquantum leges punitiuas pro culpa instituit. & æternam miseriã perseueranti in peccato, & inquantum iuxta desiderium suum non largitur ei bona, sed mala: puta ægritudinem, paupertatem, ac penè innumeras calamitates, reputans hæc nõ conferri sibi in bonum, sed in malum: & hæc displicentia est odium hominis contra Deum oppositum caritati. Ex parte autem hominis respectu proximi aduerte, quòd sicut proximus placet tibi, & tu places illi, quando est mutua bonorũ largitio, aut auxilium: vel quando non est mutuum Impedimentum, nec ex altera parte in bono consequendo: sic ex oppositis oritur mutua displicentia, vel ex altera parte & hęc displicentia odium fraternum dicitur, sicut placentia caritas fraterna. Constat igitur quid sit odium absolutè sumptũ, & vt opponitur caritati.

Odij obiectũ Deus, ac ꝓximus est.

Quantùm ad secũdum non est immorandũ. Nã cùm opponatur caritati, sicut illa primò est erga Deum, & secũdò erga proximum, sic odium ei oppositũ primò est cõtra Deũ modo quo exposuimus: secundariò cõtra proximum: & de vtroque testem habemus scripturam. De odio contra Deũ Ioannis cap. 15. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum nõ haberent. Nunc autẽ & viderunt, & oderunt me & patrẽ meũ: sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptꝰ est, Quia odio habuerunt me gratis. De odio contra proximũ Gene. cap. 37. fratres Ioseph oderãt eum nec poterant ei quicquã pacificè loqui. Psal. Iniquo odio oderunt me, & iterum: Sermonibus odij circumdederunt me. Quòd aũt Deus homines propter peccata, & non propter naturam odio habeat, passim scriptura testatur: vnde Dauid in Psal. Iniquos odio habui. Odisti omnes qui operantur iniquitatem: Ecclesia. c. 5. Altissimus odit peccatores. Sapiẽtiæ cap. 14. similiter sunt odio Deo impius & impietas.

Odiũ ex ira & inuidia procedit.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd apud sacros doctores inuenimus odiũ procedere & oriri ex ira & inuidia: ex ira quidẽ secundum diuũ Augu. qui inquit in regula: Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis: ne ira crescat in odiũ, & trabẽ faciat de festuca, & hominẽ faciat homicidã; qui enim odit fratrẽ suũ homicida est. Ex inuidia aũt secundum diuum Gregorium in lib. 31. moraliũ q inquit Ex inuidia oritur odium. Quod constat Gene. ca. 37. de fratribus Ioseph: qui videntes eum à patre supra omnes eius filios amari, inuidebant ei: & ex inuidia oderant eum: ex eadem radice ortum est odium Iudæorum contra Christum. Vnde Matth. cap. 27. dicitur, quòd Pilatus sciebat Iudęos ꝓ inuidiam tradidisse sibi Christum.

Vt igit scias qua ratione oritur ex inuidia, & qua ex ira, aduerte quòd inuidia est tristitia & dolor de bono alieno. Verbi gratia, quia tristor quòd Sortes sit honoratus, & ego nõ: vel q̃a carus populo, & ego nõ: vel q̃a diues, & ego pauper: vel quia ex arte sua lucratur, & ego non: ideo ei inuideo. Ex hac tristitia displicet mihi bonũ, quod habet non quia bonũ, sed qm̃ malũ est mihi Sortẽ tale bonũ habere. Sũ em̃ pauper, aut inhonoratus aut nõ gratus, quæ sunt mihi mala, quibꝰ careꝝ, si bona quæ ipse habet, ego haberẽ. Hæc aũt displicentia de bono huiusmodi, quod est mihi malũ, est odiũ: displicet em̃ mihi tale bonũ, & Sortes habens illud. Vnde sicut amor est cõplacentia in bono, vel in existimato bono: sic odiũ, quod amori opponitur, est displicẽtia de malo, vel de eo, qđ inuidẽs reputat sibi malũ: ẽt ꝙ in se & proximo sit bonũ: & sic patet quomodo odium ex inuidia oriẽ.

Quomodo aũt causẽ ex ira aduerte: Ira insurgit ex quo malo illato, propter quod desideramus retorquere malum in inferentem, Hinc accendimur ex appetitu vindictæ, ex malo illato & appetitui vindictæ, desideramus malũ inferre ꝓximo, vel saltem priuari bono suo secundũ mensurã: putà, ꝙ priuetur tali, bono vel tali, vel pro tanta quantitate, & id appetimus per irã. Quòd si ira ipsa non terminatur, sed paulatim incrementũ accipiat: trãsit in odiũ: ita ꝙ odiũ ad irã cõparatur, sicut fructus malus ex radice firmata & aucta: & tunc non distinguitur odium ab ira ex parte mali effectus, nisi in hoc ꝙ per iram nondum firmatam volumus malum proximi sub aliquo termino, putà, quòd aliquantulum depauperetur, aut infirmetur, aut percutiatur. Per iram autem firmatam, quæ transit in odium, volumus proximum absolutè priuari omni bono suo scilicet diuitiis, honore, salute, vita. Hinc est, quòd Ioannes in prima epistola capite 3. inquit: Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est: quasi dicat, sine mensura desiderat exterminium fratris sui. & Iudæi odientes Christum non potuerunt satiari nisi ꝓ mortem eius. Vnde seruator noster ostendere volens finẽ odij esse mortem & exterminium proximi inquit Luc. cap. 21. Trademini autẽ à parentibus, & cognatis, & fratribus, & amicis, & morte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomen meum. Patet igitur, quomõ diuersa ratione odium oritur ex inuidia & ex ira: ex inuidia quidem, qm̃ est tristitia boni alieni, ex qua tristitia & bonum alienum & possidens displicent, & odio redduntur in euidenti. Ex ira autem, qm̃ si firmata & veterata fuerit, cau sat desiderium vniuersalis destructiõis proximi: & hæc est odium, vt declarauimus.

Odium quã lenam peccatum sit.

Quantùm ad quartum aduerte, qđ cùm odium opponatur caritati, & caritas sit maior virtus cæteris omnibus, vt declaratũ est suprà, videtur odium esse maius ac grauius peccatum cęteris: vt igitur scias quõ est grauius, & quõ nõ, aduertẽ quòd aliud est loqui de odio, quo q̃s odit Deũ: & de odio, quo q̃s odit proximum. Nã primò absq; distinctione grauissimũ est omniũ peccatorum: & ꝓbatur sic. Quod opponitur optimo, est pessimum: sicut inter oĩa mala mors est pessima, quæ priuat optimo, id est, vita. Sed amor Dei est quid optimũ & ratione obiecti & ratione meriti, & ratiõe præmij: ergo odium Dei est quid pessimum.

Prętereà, grauitas peccati graduat̃ ex auersione à Deo: ita ꝙ vbi est maior auersio ibi peccatum est grauius: sed in odio Dei huiusmodi auersio maxima est. Nã in cæteris peccatis est tantùm participatiuè, ibi aũt est per se: ex consequenti est maxima: sicut qđ est per se lucidum, & non ꝑ participationẽ, est maxime lucidum, vt patet de Sole. Quod autẽ in cæteris sit participatiuè, ibi verò ꝑ se, declaratur sic: Qui furatur, aut fornicatur, intendit inordinat̃ vtilitatẽ, aut delectationem: cui annexa est aduersio à Deo, qm̃ agit õ legem Dei. Qui autem odit Deum, nõ intendit aliud q̃ refugere Deum, & se ab eo auertere: ergo in cæteris peccatis auersio à Deo est consequenter, in odio autem Dei est primò & per se: ergo est grauissimum peccatorum.

Vt autem scias quomodo odium ꝓximi grauissimũ est inter oĩa peccata commissa contra eum, distinguo sic: Peccati commissi contra ꝓximum grauitas potest graduari ex duobus. Primò, ex nocumento illato. Secundò, ex deordinatione voluntatis ipsius odientis: primo mõ non est grauissimum: magis em̃ nocet proximo, qui furatur rem suam sibi ꝑ vitã necessariam, vel qui vulnerat eum, vel occidit, quàm qui odit eum. Secundo autem modo reputatur grauissimũ: est em̃ malus actus interior voluntatis deordinatæ à qua vt à prima radice omnis actus exterior recipit malitiã. Nã si actus exteriores cõtra proximum essent inordinati, & tñ procederent à voluntate ordinata, non essent peccata: vt si quis ignoranter aut zelo iustitiæ aliquem occidat, videtur actus malus: & tñ in veritate non est malus: quia non est à radice multa, id est à mala & deordinata voluntate. Quoniã igitur odium est actus interior, & ꝓcedit à deordinata voluntate vt radice oĩs peccati ideo vt sic odiũ est grauius peccatum cæteris peccatiis exterioribus cõmissis õ proximum. Nam, vt legimus Prouerbiorũ cap. 10. Odium suscitat rixas, vniuersa delicta operit caritas: quasi inferat sic, odiũ oppositum caritatis, causat oĩa delicta, ex consequenti ratione huius causalitatis est grauissimum inter peccata cõmissa contra proximum. Hæc de odio dicta sint.

Post odiũ iuxta ordinẽ suprà positum agendum esset de acidia & inuidia, quæ opponuntur gaudio: quod est effectꝰ interior causatus à caritate. vt suprà docuimus. Verùm, q̃a computantur inter septem peccata capitalia, de q̃bus infrà particularem cõsiderationẽ acturi sumus scilicet, in parte tertia huius nostri operis: ne coacti simus repetere, & vt ordinatior sit hæc nostra doctrina, ideo nunc per transibim̃. *De Discor-dia.*

Post acidiam & inuidiam agendũ est de discordia, quæ opponitur paci: quã suprà docuimꝰ esse fm̃ effectũ interiorem caritatis. De discordia igitur circa ipsam tria consideranda: primò, de ipsa in se: secundò de eius primo effectu, q̃ dicitur contentio, tertiò, de eius secundo effectu proceden te ab illa mediante primo. & dicitur schisma, cui associãtur rixa & seditio & bellũ. Et aduerte, ꝙ discordia propriè est in mente siue in voluntate. Contentio autem in ore: & schisma, rixa, seditio, bellum in opere.

Quantùm ad discordiam duo videnda sunt: primò, quid sit: secundò, quãdo est oppositа caritati, ita ꝙ nõ stat simul cũ caritate: & quando non est oppositа: & hinc tibi cõstabit, quando est peccatum mortale, & quando non.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd cum discordia oppo

natur

ſatur concordiæ:per cõtraria his, quæ in cõcordiæ diffinitione poſuimus ſuprà,diffinienda eſt.Tu igitur aduerte, ꝙ concordia dicit vnionem ſiue indiſtinctionẽ cordium,id eſt voluntatũ conſentientium, ſiue tendentiũ ſimul in aliquod bonum Dei ſiue ꝓximi:& concordia vt ſic,eſt ipſa pax, quã ſuprà oſtendimus eſſe intrinſecum effectũ caritatis: q̃ non eſt,nec eſſe poteſt in malis.Ergo diſcordia directè oppoſita cõcordiæ eſt diuerſitas cordium, id eſt volũtatum diſſentiẽtiũ in aliquo diuino bono ſeu bono proximi,in quo vniri ac conuenire deberent:verbi gratia,Sortes intẽdit ſalutem ꝓximi,Plato autem intendit mortem:vel ſic, Sortes intendit honorem Dei,Plato autem intendit blaſphemiam.Et aduerte,ꝙ dicitur diuerſitas voluntatum ad differentiam diuerſitatis opinionum:quæ vt docuimus ſuprà, agẽtes de pace, non frangunt caritatem,neque amicitiam, neque pacem:vt illic videre poteris:& iam de hoc locuti ſumus in libro nono Ethicorum.Conſtat igitur quid ſit diſcordia, vt opponitur paci Chriſtianæ:quod dico,quoniam non intendo hic loqui de diſcordia quocunque modo ſumpta,vt accidit inter vulgares,& mechanicos,& mulierculas, & inſenſatos: ſed vt ſpectat ad Chriſtianam religionem:nam & de concordia & pace in eodem ſenſu ſuprà pertractauimus.

Diſcordia quid ſit.

Diſcordia quandam caritatẽ frangit.

Quantum ad ſm,vt ſcias quando diſcordia caritatem frãgit,& quando non:aduerte,ꝙ diſcordia eſt,quæ concordiã aufert & remouet:poteſt autem concordia remoueri ꝑ diſcordiam dupliciter:primò,per ſe:ſecundò, per accidens: ꝑ ſe quidem remouetur, quando ex propoſito & intentione tollitur: id contingit,qñ quis ſcienter & deliberatè diſſẽtit,& nõ vult aſſentire bono diuino,aut bono ꝓximi:cui ex dictamine rationis & diuina lege obligatur aſſentire:verbi gratia,Sortes nõ vult aſſentire peccata eſſe ſacerdoti ↄfitẽda,ſed ſolùm Deo,Plato autem aſſentit.Hęc eſt diſcordia ꝑ ſe tollens concordiam circa diuinum bonum & ſalutem ꝓximi.Per accidens autem remouetur, quando qs ꝓter intentionem,& potius inſcienter,non aſſentit ei,cui debet aſſentire,verbi gratia, Sortes & Plato cõueniunt in hoc,ꝙ Deus ſuper peccata eſt placandus,ſed diſſentiunt in modo:qm̃ vnus tenet Deum placandum eleemoſyna & non oratione,alter autem tenet oppoſitum.Primo modo eſt peccatũ mortale,& non ſtat cum caritate, qm̃ eſt directè & per ſe contra bonum diuinum & bonum proximi.Et in hoc ſenſu ſcriptura ſancta diſcordiam,ac diſſenſionem reprobat, & maledicit:Vñ prouerbiorum ca.6.ſex ſunt quæ odit dominus,& ſeptimũ deteſtatur anima eius,Oculos ſublimes,linguã mendacem,manus effundẽtes ſanguinẽ innoxiũ,cor machinans cogitationes peſsimas,pedes veloces ad curreudũ in malũ, teſtem fallacem ꝓferentem mendacia,& eũ,qui ſeminat inter fratres diſcordias.Et Pau.primæ ad Cor.c.14. Non enim eſt Deus diſſenſionis,ſed pacis ſicut in omnib⁹ eccleſiis ſanctorum doceo.Et Paulus ad Gala.c.5.inter opera carnis,quę ꝓhibent nos à regno Dei,connumerat diſſenſiones: Inquit em̃ Manifeſta ſunt opera carnis,quę ſunt,fornicatio, immũditia,impudicitia,luxuria,idolorum ſeruitus,veneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,diſſenſiões.ſectæ,inuidiæ,homicidia, ebrietates,comeſſatiões,& his ſimi lia:quæ prædico vobis ſicut prędixi,quoniam q talia agũt, regnum Dei non ↄſequentur.Secundo autẽ modo non frãgit caritatem, nec eſt peccatũ ſalté mortale, niſi adſit error circa ea,q̃ ſunt fidei,aut neceſſaria ad ſaluté, aut proponat homo nolle recedere abſolutè à tali opinione:& quidem ꝙ nõ frangat caritatem,patet ex eo, Paulus poſtquã conuerſus eſt,ſemper fuit in gratia & caritate,ſicut ſibi Chriſt⁹ reuelauerat ſecundæ ad Cor.c.12.cùm dixit ei, Paule, ſufficit tibi gra mea:& tamen vt legimus in actis Apoſtolorum ca. 15.inter Paulum & Barnabam facta eſt diſſenſio:adeò quòd receſſerunt abinuicem.Verùm, qa non fuit diſſenſio volũtatum circa bonum diuinum,nec circa bonum proximi:ſed fuit opinionum,non tamen circa neceſſaria ſalutis:ideo non perdiderunt caritatem:ſic nec multi doctores,quia varia & ↄtraria ſentiunt in expoſitione ſcripturæ.& in legibus & in caſibus conſcientię.Patet igitur quomodo & quãdo diſcordia eſt ↄ caritatem,& peccatum graue,& quando non.

Diſcordia aliquando bona eſt.

Et aduerte, ꝙ diſcordia aliquando non eſt peccatũ nec mortale,nec veniale,imò bona & meritoria ei, q nititur eã facere inter ↄcordes in malo.nam, vt diximus in 7.Ethicorũ,ſicut amicitia bona eſt inter bonos,ſic mala eſt inter malos:eò quòd ↄgregati magis nocent,ſic & de ↄcordia dicẽdum eſt.Propterea Paulus in actis Apo.ca.23. benefecit diſcordias ſerere inter Saducęos & Phariſęos.Concordes em̃ erãt in malo ſ.ad deſtruendum fidem Chriſti,& perſequendum ei⁹ ꝑdicatores apoſtolos.Et hãc diſcordiam approbat Seruator noſter Matt.c.10.cũ inquit:Nolite arbitrari,qa venerim pacé mittere in terram:nõ veni pacé mittere, ſed gladium:vt ſ.non cõcordent in malo. Hac de cã non approbat pacem mundi,q̃ vt in plurib.eſt in malo.Vñ inquit:Ioã. c.14. Pacem meam do vobis,non qũo mundus dat,ego do vobis. Hæc de diſcordia oppoſita paci dicta ſint.

Quantũ ad ↄtentionem,q̃ immediatè ex diſcordia volun tatum oritur duo agenda ſunt: primò, q̃d ſit:ſecundò ſi eſt, & quando contra caritatem ex cõſequenti peccatũ graue.

Contentio quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte,ꝙ ↄtentio eſt ↄrietas locutionis ad impugnandum alterius ſniam.Vñ aduerte,ꝙ contentio deriuatur à ↄ tendere:tendit autẽ contra, qui diſcordat in voluntate ↄ ꝓximum, qñ verbis contradictorijs aut contrarijs impugnat dicta ꝓximi:quibus manifeſtat conceptum & voluntatem ſuam.Hæc quidem ratio ſiue diffinitio competit contentioni vniuerſaliter ſumptæ: ſiue ſit ſermo de diuinis,ſiue de philoſophia,ſiue de quacunque arte, aut negocio.Verùm,quia hîc non eſt intẽtio noſtra loqui de ea abſolutè.ſed vt oritur ex diſcordia voluntatum, q̃ opponit paci,q̃ eſt effectus caritatis,ideo inueſtigandum eſt quid ſit hmõi contentio,vt reprobatur tanquam malum à diuina & Chriſtiana philoſophia morali.

Tu igitur aduerte,ꝙ contentio in prædicto ſenſu ſm Diuum Ambroſium in libro de officijs,eſt impugnatio veritatis cum ↄfidentia clamoris.Primò dr̃,impugnatio veritatis ad dr̃iam impugnationis falſitatis:qm̃ licet hmõi impugnatio dicatur contentio,ꝑ quanto impugnans falſitatem ↄria tur verbis defendendi falſitatem,non tñ eſt contentio ↄria paci & caritati,imò laudabilis & meritoria.Hac cõtentione vſus eſt Moſes ↄ populum in deſerto,vt diuinum honorem defenderet. Hac vtebatur Seruator ↄ Phariſæos. Hac Paulus ↄ pſeudo apoſtolos.Hac martyres contra tyrannos. Hac quotidie viri ꝓbi contra dyſcolos. Non igitur hæc eſt oppoſita paci & caritati.

Prætereà dr̃,impugnatio veritatis ad differentiam inquiſitionis veritatis,vt in diſputationib.& congreſſu tẽtatiuo: vt ↄtendit magiſter cum diſcipulo.Talis nanque contentio dummodò debita fiat acrimonia,& ſine aſtantium ſcandalo,nõ eſt reprehenſibilis,nec contrariatur caritati:& in hoc ſenſu intelligendum eſt illud Iob c.39.dum inquit:Nunquid qui contendit cum Deo,tam facilè conquieſcit? id eſt, qui diſputat cũ Deo.Vnde ſubdit:nam qui arguit Deum, debet reſpondere ei.

Secundò dr̃,cum ↄfidentia clamoris.Hæc eſt enim ꝓprietas impugnantium veritatem,qui ſtudẽt clamoribus & ↄuitijs aſtruere falſitatem.Sicut amici Iob,qui multiplicatis vanis ſermonib.& ↄuitijs contendebant cũ eo.Vnde Iob c.19. dicit ad eos,vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonib.Et decies ↄfunditis me,non erubeſcitis opprimentes me.Nempe ſi ignoraui,mecum erit ignorantia mea. At vos ↄ me erigimini,& arguitis me opprobrijs.Eodẽ mõ ↄtendebant Phariſęi cum cæco nato ſanato à ſeruatore noſtro,Ioan.ca.9.Qui tandem ad ↄuitia conuerſi dixerunt ei: Tu totus in peccatis natus es,& doces nos? Conſtat igitur quid ſit ↄtentio,quę paci & caritati opponitur,& ex diſcordia voluntatum ortum habet.

Quantum ad ſm, vt ſcias qñ eſt peccàtum, & qñ non, & qñ graue,& qñ non,aduerte,ꝙ cum ↄtentio ſit impugnatio veritatis,talis impugatio poteſt trib⁹ modis fieri:primò,materialiter,ſecundò,formaliter,tertiò,virtualiter.

Materialiter quidem fit,qñ qs impugnat veram ↄcluſionem,& ſcit eam eſſe veram:nõ vt impugnet & deſtruat,ſed vt tenet qũo ſuſtinens eam ſit aptus ſuſtinere:& vt arguẽdo ingenium exerceat,hoc mõ quotidie in diſputationib.veris Theologi ↄtendunt de ↄcluſionibus veris Theologicis: & niſi adſit inordinatus appetitus gloriæ,aut ↄfundendi ꝓximum,ſiue arguentem,ſiue reſpondentem,nullum eſt peccatum,ſed actus laudabilis,vt iam diximus.

Formaliter verò,qñ quis ſcit ↄcluſionem eſſe veram: & intendit eam impugnare,vt deſtruat eam, & oppoſitum ſua deat:ſicut facit hæreticus,& hoc eſt peccatũ graue ac mortale.Cõputatur em̃ in hoc ſenſu inter opera carnis ab Apoſtolo ad Gala.c.5.quę prohibent nos à regno Dei.

Virtualiter autẽ:qñ quis aliqua ꝓpoſita impugnare intẽdit,& ſubuertere non curans,ſiue vera,ſiue falſa ſint:& poſito ꝙ ſint & ſciant eſſe vera,& non intendunt ea impugnare vt vera, intendunt tamen ea impugnare, vt deprimant proximum ea docentem,& vt eneruent autoritatem eius, vt ipſi ſapientiores,ac meliores reputentur: & hoc modo quidam

quidam annuntiabant cũ veritatei Christum, ſed mala intentione: quoniam ꝓtendebant cum Paulo, vt deprimerent eũ. Vnde de his ſcribit ad Philip. c. 1. in hæc verba: Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, Quidam autem propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant, Quidam ex caritate ſcientes, quoniam in defenſionem Euãgelij poſitus ſum, Quidam autem ex cõtentione Chriſtum annuntiant non ſincerè, id eſt, non bona intentione exiſtimantes ſe preſſuram ſuſcitare vinculis meis. Quid enim dũmodo ſiue ꝓ occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur: & in hoc gaudeo, ſed gaudebo, ſ. quòd Chriſtus annuntietur, non tamen gaudeo quòd non ſincerè. Scio enim, quia hoc proueniet mihi ad ſalutem per orationes veſtras, ſcilicet ꝙ mala eorum intentio cedet in bonum meum. Et hoc tertio modo cõtentio eſt peccatum mortale: quoniam paratus eſt impugnans ſiue verum ſit, ſiue falſum quod impugnat, perſiſtere in impugnatione, non curans offendere Deũ nec ꝓximum in huiuſmodi impugnatione. Si autem ſciat eſſe verũ, & contentioſè annuntiet eſſe verum, tamen mala intentiõe vt deprimat proximum, ſicut contendebant illi, de quibus Apoſtolus loquitur, peccant mortaliter: quoniam ex inuidia & contra caritatem proximi ſic contendunt.

Sed dices: Si peccãt mortaliter, quare Paulus gaudet de eorum prædicatione.

Reſpõdeo: gaudet de obiecto verè ꝓdicato. 1. Chriſto: ſed nõ gaudet de modo dixi: qm̃ ex inuidia ſic prædicabant.

Tu tamen aduerte, ꝙ ad hoc, ꝙ impugnans formaliter aut virtualiter veritatem peccet mortaliter, oportet veritatem illã eſſe de bono diuino, aut de euidẽti bono ꝓximi, aut de moribus aut de iuſtitia ſiue priuata ſiue publica. Nã ſi ſit veritas circa indifferentia aut leuia, puta ꝙ elementa ſic ſituantur, ꝙ feſtuca reſidet in terra, &c. non erit peccatũ grue, niſi fortè ex modo ſcandaloſo, & niſi ex fine. Accidit em̃ ꝓtentionem ſicut diſcordiam incipere à paruis, & terminari ad magna & dãnoſa: vt declarauimus in Politicis. Et hac de cauſa Seruator noſter Lucæ c. 22. reprehẽdit diſcipulos, q̃ contendebant quis eorum videretur eſſe maior: quoniam etſi non contenderent impugnantes veritatẽ, contendebãt tamen inordinatè & vt imperfecti de eo, qđ non erat contendendum, ſ. de maioritate: ideo venialiter peccabant: & Chriſtus humaniſsimè ac paterno affectu reprehendit, non duro, ſed ſuaui ſermone. Conſtat igitur quomodo, & quãdo contentio eſt peccatum ſiue mortale, ſiue veniale, & quãdo non. Hæc de contentione dicta ſint.

Quantùm ad ſchiſma, qđ immediatè oritur ex cõtentione, & cui aſſociant rixa, ſeditio, bellum & hęc quatuor cõſiſtunt in opere: nam diſcordia eſt in voluntate, cõtentio in verbis. ſchiſma autem cum rixa & ſeditione ſiſtunt in opere & actu exteriori. Primò igitur agendum eſt de ſchiſmate: ſecundò de rixa: tertiò, de ſeditione: quartò de bello.

Schiſma quid ſit. De ſchiſmate duo agenda ſunt: primò, quid ſit: ſecundò, quod & quàm graue peccatum ſit.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ ſchiſma eſt diuiſio animorum, qua aliqui renuunt ſubeſſe ſummo capiti eccleſię, & cõmunicare membris eccleſiæ ſummo capiti ſubiectis.

Primò dicitur diuiſio animorum: quoniã ſchiſma à ſcindendo ſiue ſciſſura dicitur, eſt autẽ ſciſſura diuiſio ſiue ſeparatio: ergo ſchiſma eſt diuiſio, q̃ vnitati opponitur: & ſchiſmatici dicuntur, qui ex propoſito diuidũt ſe & ſeparant nõ ſolùm ab hoc & illo fideli, ſed qui omnino ſeparãt ſe à toto collegio eccleſiæ & ſuo capite: faciuntq́; ſibi aliud collegiũ & caput, viuentes diſtinctis articulis oppoſitis his, q̃ ſeruãt in catholica eccleſia: ſicut Græci, & Boëmi, & Lutherani.

Secundò dicitur, qua aliqui renuunt, &c. qm̃ eccleſia eſt ſicut exercitus ſine ciuitate, cuius bonũ eſt duplex: vt declaratum eſt in lib. 12. Metaphyſicę, ſ. intrinſecum & extrinſecũ. Intrinſecum quidem in hoc conſiſtit, quòd milites ſiue ciues ſint adinuicem ordinati & coniuncti in aliqua cõmunicatione. Sicut in corpore naturali omnia membra ſeruãt ordinẽ & ſitũ naturalem, & cõmunicant adinuicem operationes ſuas, prout mutuo ſibi deſeruiũt. Extrinſecum autem in hoc conſiſtit, q̃ omnes milites ſiue ciues ſubſunt vni vt primò à quo per autoritatem & virtutẽ conſeruatiuã reguñt & ſeruantur, & cui obedientia præſtant ac honorẽ. Sicut & in corpore naturali oĩa mẽbra reſpiciunt cor & cerebrum, quorũ virtute ſeruantur & non deficiũt à debitis operatiõibus. Quòd ſi ſeparentur, non remanent membra niſi æquiuoce, vt declaratum eſt in ſecundo de anima, de oculo viuo & mortuo. Sicut autem in exercitu & ciuitate duplex eſt ꝑdictũ bonum: ſic & in Chriſtiana eccleſia duplex eſt bonum

Eccleſiæ duplex bonum.

Intrinſecum quidem eſt cõio & commixtio omnium fidelium in vnitatem fidei & caritatis: quæ communio & vnitas non ſolùm vnit ꝓximum ꝓximo ſuo in particulari in vinculo diuinæ dilectionis, ſed ẽt totam eccleſiam in vnitate ſpiritus & pacis. Ad quã vnitatẽ oppoſitã ſchiſmati hortat Paulꝰ Epheſios c. 4. vbi inquit: Solliciti ſitis ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis, vnũ corpꝰ, & vnꝰ ſpũs, ſicut vocati eſtis ĩ vna ſpe vocationis veſtrę, id eſt, ad vnã verã ęterñ beatitudinẽ.

Quantũ ad ſm aduerte tria: primò, ꝙ eſt peccatũ mortale: qm̃ opponitur vnitati & paci & concordiæ eccleſiaſticæ caritatis. Quòd autem oppoſitum eſt caritati ꝺſtat eſſe peccatum mortale. Secundò, ꝙ eſt peccatum diſtinctum ab hæreſi: qm̃ hæreſis dicit formaliter peruerſum dogma: ſchiſma autem ſeparationem ab vnitate eccleſiæ. Vnde, quamuis ſm Hieronymum quodcunque ſchiſma hæreſim aliquam cõfingat, vt rectè ab eccleſia receſſiſſe videatur, tñ eſt peccatum diſtinctum ab ea ex ſua ratione formali. Tertio, ꝙ eſt peccatum graue, minus tñ graue ex genere ſuo quàm infidelitas, cuius ſpecies ſunt hæreſis & apoſtaſia, de quibus actum eſt ſuprà. Nam peccatum, qđ maiori bono opponitur ex ſuo genere, id eſt ex ſuo obiecto, grauius eſt, vt blaſphemia Dei, quã blaſphemia ſancti: & parricidium, quàm homicidiũ: ſed infidelitas ꝺriatur maiori bono, ſ. Deo, cui vt primę veritati adhæremus per fidem. Schiſma autem ꝺriatur vnitati eccleſiæ, q̃ nõ eſt bonum diuinum ꝑ ſe, ſed participatiuè: ergo eſt minus graue ex natura ſua quam infidelitas.

Schiſma quodnam peccatum ſit.

Tu tñ aduerte, ꝙ ex aliqua circũſtantia poteſt eſſe magis graue, eò ꝙ aliquis ſchiſmaticus poteſt magis peccare quã aliquis particularis infidelis hæreticꝰ, aut apoſtata: putà, q̃a magis diuina ꝺtemnit, & diuina præcepta: ſecundò, qm̃ magis periculũ inducit in populo. Et ideo inter omnia peccata commiſſa ꝺ proximum, ſchiſma videtur eſſe grauiſſimum: qm̃ frangit vnitatem & communionem fidelium: quod eſt bonum multitudinis, & non priuatum. Sicut autem bonum multitudinis, vtpotè cõis, maius, ac diuinius eſt, ſic malum illi oppoſitum quale eſt ſchiſma, grauius eſt. Hæc de ſchiſmate ſint dicta.

Quantùm ad rixam duo agenda ſunt: primò, quæ ſit ꝓxima cauſa rixę, & quid ſit: Secundò, qũo, & quando, & quale peccatum eſt.

De rixa.

Quantũ ad primum aduerte, ꝙ ſicut ꝓxima cauſa cõtentionis eſt ira, ſic & rixa, ſed differenter: qm̃ eſt cauſa contentionis in verbis. Contentio em̃ ſtat in verbis, vt ſuprà oſtendimus. Rixa verò in factis: vñ ſuper illud ad Galat. c. 5. irę, rixæ, diſſentiones. dicit gloſſa: Rixæ ſunt, qñ aliqui ex ira ſein uicem percutiunt. Manifeſtum eſt ergo ꝙ rixa ex ira immediatè oritur: vnde Prouerbiorum ca. 29. Vir iracundus prouocat rixas.

Rixa quid ſit.

Tu tñ aduerte, ꝙ in ſcriptura ſacra vr̃ rixa cauſari modo ex concupiſcentia, ſicut agunt ſectãtes venerea: modo ex ſuperbia, ſicut agunt militantes de ſe magna ſentientes: mõ ex ſtultitia, ſicut temerarij & audaces, qui incõſideratè veniũt ad arma: modò ex inuidia, ſicut diuidentes ſpolia ex inuidia rixantur: modo ex diſcordia, ſicut accidit in ciuitate partiali: modo ex odio, ſicut accidit inter inimicos. De ꝺcupiſcentia habemus in epiſtola Iacobi ca. 4. vnde bella & lites in vobis? Nonne ex ꝺcupiſcentijs veſtris, quę militãt in membris veſtris? Sunt autem rixæ priuata bella, vt dicemus. De ſuperbia, Prouerb. c. 28. Qui ſe iactat, ſ. ex ſuperbia: & dilatat, ſ. ex inani gloria, iurgia, id eſt, rixas ꝺcitat. De ſtultitia, Prouerb. c. 18. Labia ſtulti immiſcent ſe rixis. De inuidia, Prou. ca. 10. Odium ſuſcitat rixas, odium autem ex inuidia oritur, vt documus ſuprà: ergo & ex inuidia & ex odio oritur rixa: De diſcordia, Prouerb. ca. 17. Qui meditatur diſcordias, ſeminat rixas. Verùm diuerſa ratione ex omnibus prędictis oritur rixa: primò quidem ex ꝺcupiſcentia reſolutiuè: qm̃, vt declarauimus in 2. Ethi. Paſſio iræ oritur ex ꝺcupiſcentia. Iraſcitur enim, qui impeditur ne habeat bonum ꝺcupitum: & quoniam rixa directè ac proximè oritur ex ira, & ira ex ꝺcupiſcentia, per reſolutionem rixa oritur ex ꝺcupiſcentia. Secundò, ex ſuperbia occaſionaliter: nam quia ſuperbus ęgrè fert alium velle ſibi prę ferri, iraſcitur: ex ira ſuperbiẽtis oritur rixa. Tertiò, ex ſtultitia per ſimilitudinem: nam ira aſſimilatur ſtultitiæ in hoc, ꝙ ſicut ira impedit rationis iudicium, ſic & ſtultitia ex ꝺſequenti eundem cõem effectũ habent, ſ. rixam. Qui em̃ alium vult inordinatè lædere, ad læſionem ex defectu rationis ꝓcedit. Et ideo per ſimilitudinem ita attribuitur rixa ſtultitiæ ſicut iræ. Quartò ex inuidia & odio præter intentionem: nam inuidus & odiens occultè proximum lędere ſtudet. Quod autem apertè lædat eſt

Rixa variis cauſis oriuntur.

prætер intentionem:quãdo ſcilicet cognoſcit ſe poſſe apertè de proximo vendicare:tunc ad rixã ſe conuertit.Propriũ tamen eſt inuidi & odientis,machinari læſionem in occulto.Quintò ex diſcordia tãquam terminus,quem diſcordias meditans intendit.Ea em̃ intentione quis mediatur diſcordias,vt diſcordantes ad contentionem & rixas & pugnas deueniant.Conſtat igitur quàm variæ ſint cauſę rixæ,ſed proxima & directa eſt ira.

Rixa qũo, quando & quale peccatum ſit.

Quid igitur ſit rixa,facilèpatet ex dictis. Formaliter tñ ſic diffiniri conſueuit.Rixa eſt priuata pugna, inter priuatas perſonas acta:non ex aliqua publica autoritate,ſed voluntate propria deordinata.

Quantum ad ſecundum,vt ſcias qũo,& quando,& quale peccatum ſit,aduerte quòd rixa poteſt comparari ad impugnantem,& ad ſe defendentem:ſi comparetur ad impugnantem:cùm rixa importet pugnã cum deordinata & mala voluntate,ex parte impugnantis mala voluntate, ſemper eſt peccatum & eſt mortale:quoniam inferre nocumentum proximo iniuſtè,& propria & nõ publica autoritate,eſt cõtra caritatẽ proximi:quod nõ poteſt eſſe ſine peccato mortali.Veniale enim non opponitur caritati,cùm ſtet cum ea: ſi comparatur ad ſe defendentem,aliquando nullũ eſt peccatũ:aliquãdo veniale,aliquãto mortale:nam ſi ſolo animo repellendi iniuriam iniuſtè ſibi factam ſe defendit moderatè,non peccat : q̃m ordo caritatis ſic requirit, vt docuimus agentes de ordine caritatis.Si verò cũ leui motu vindictæ, vel odij ſe defendit,aut moderatè,peccat venialiter:q̃m ali quantum excedit limites rationis rectæ:ſi autem contra impugnantem animo firmato inſurgit,vt occidat vel grauiter vulneret,non ſolùm cauſa ſe defendendi, ſed vindicandi, eſt peccatũ mortale.Tunc em̃ à iure defenſionis naturalis, ad vindictã ex odio ſe trãsfert:& ſic agit cõtra caritatẽ, & contra diuinũ,inſtitutum,quo ſcriptum eſt Deuteronom. capite trigeſimoſecundo.Mea eſt vltio,& ego retribuã eis in tẽpore.Vnde Paulus ad Romanos,capite duodecimo.Mihi vindictam,& ego retribuã.Et vt veri fideles ab huiuſmodi vindicatiua defenſione ſe refrænent,ſic eos Paul⁹ ad Romanos,capite duodecimo admonet.Nulli malũ ꝓ malo reddentes,ꝓuidentes bona nõ tantũ corã Deo,ſed etiam corã omnibus hominib⁹:ſi fieri poteſt,quantum ex vobis eſt, cũ oĩbus hominibus pacem habentes.Non voſmetipſos defendentes cariſſimi,ſcilicet,commoti ex ira & zelo vindictæ: ſed date locum iræ.Scriptum eſt enim, Mihi vindictam, & ego retribuam,dicit dominus,Hæc de rixa dicta ſint.

De ſeditione.

Quantum ad ſeditionem duo agenda ſunt: primò, quid ſit ſecundò,quomodo & quàm graue ſit peccatum.

Seditio quid ſit.

Quantum ad primum aduerte, quòd ſic diffinienda eſt: Seditio eſt tumultus partium intrinſecarũ alicuius multitudinis ſiue in ciuitate,ſiue ĩ regno,præparantiũ ſe ad pugnã corporalẽ,ꝓpter diſcordiã aĩorũ, qua abinuicẽ diſſentiũt.

Pro hui⁹ diffinitionis euidẽtia aduerte,ꝙ ſeditio in vno conuenit cum rixa & bello & cõtentione,& in plurib⁹ differt.Conuenit quidẽ in hoc,ꝙ omnibus cõmune eſt cõtradicere,& cõtraria ſentire.Nã qui contendunt,qui rixantur qui pugnant,qui ſeditionẽ moliuntur,animis & ſententiis & voluntatibus non cõcordant,non idẽ ſapiunt,nec approbant,nec eligunt.ſed oppoſita.Differt aũt in pluribus: q̃m pugna & rixa important mutuũ conflictũ in actu: ſeditio verò poteſt dici,ſiue fiat mutua impugnatio actu ſiue fiat apparatus ad pugnam.Vnde tumultus & cõmotio duarum partium ad pugnã ſeditio dicitur,eò quòd duæ partes oppoſitæ non quieſcunt,ſed præparãt ſe intendẽtes pugnare.

Prætereà,bellũ ꝓpriè eſt cõtra extraneos & hoſtes vni⁹ multitudinis contra multitudinem:putà Hiſpanorũ cõtra Gallos:& rixa eſt vnius contra vnũ, vel paucorũ cõtra paucos:ſeditio autem propriè eſt inter partes diſidentes vni⁹ multitudinis vt vni⁹ ciuitatis.Tunc enim in ciuitate partiali partes adinuicem tumultuant,& ſeditionem mouent.

Prętereà differt ſeditio à ſchiſmate in duob.primò quia ſeditio opponitur vnitati & communioni corporali in aliqua vna multitudine,puta ciuitatis aut regni : ſchiſma aũt opponitur vnitati & cõmunioni ſpirituali,vt ſuprà docuim⁹.Secũdò,ſeditio dicit pugnã aut præparationẽ ad pugnã corporalẽ,ſchiſma aũt ad ſpiritualem:occaſionaliter verò ex ſpirituali pugna deuenitur ad corporalem : vt quando ſchiſmatici parant ſe in exercitu contra catholicos.

Ex his differentiis patet propter quid ſeditio dicitur tumult⁹ partiũ intrinſecarum alicuius multitudinis ciuilis,ſiue regni pugnãtiũ adinuicem ſiue præparantium ſe ad pugnam corporalem:propter animorum diſcordiam:& huiuſmodi pugna appellari conſueuit ciuile & inteſtinũ bellũ.

Seditio q̃d peccatũ ſit.

Quantũ ad fm aduerte,ꝙ abſolutè eſt peccatũ mortale: q̃d declaratur ratione,& ex ſcriptura ſacra.Ratione quidẽ ſic:ſeditio deſtruit vnitatẽ iuris & cõmunis boni ac vtilitatis:ergo eſt peccatũ mortale.Antecedẽs patet ex diffinitione prĩmiſſa.Cõſequẽtia ꝓbatur:ſi ſeditio deſtruit vnitatẽ iuris & cõmunis boni,opponit iuſtitiæ & cõmuni bono:ergo eſt ſpecies iniuſtitię:ſed iniuſtitia eſt peccatũ mortale,cùm ſit ꝺ caritatẽ proximi:ergo,&c.Tanò autẽ grauius peccatũ eſt,quantò bonum publicũ,q̃d per eam perturbatur, melius eſt quàm bonum priuatum:q̃d per rixam impugnatur.

Probatur idem ex ſacra ſcriptura.Nã Paul⁹ ſecundę ad Cor.ca.12.inter opera carnis,q̃ excludunt nos à regno Dei, connumerat ſeditiones,ſicut & rixas & contentiones, &c.

Prætereà,maxima pœna nõ debetur ꝓ veniali, nec De⁹ ad irã ꝓuocatur niſi ex mortali:ſed q̃ graui pœna mulctati fuerint ſeditioſi,lege in libro Num.cap.16.de filiis Chore & Dathan & Abiron : & qũo percuſsi ac interfecti ſunt à domino quatuordecim millia hominum & ſeptingẽti. Lege & in lib.2.Reg.cap.20.de Siba filio Bocri, qui ſeditionẽ cõmouit contra Dauid,& ſeparauit Iſraël,à Iuda, qũo interfectus fuit.Conſtat ergo,quòd ſeditio eſt peccatũ mortale.& quàm graue:hæc de ſeditione dicta ſint.

De bello.

Quantum ad bellum,tria agenda ſunt:primò,q̃d ſit : ſecundò,ſi eſt licitum:& quæ requiruntur ad hoc,ꝙ ſit licitũ: tertiò,quæ ſeruanda ſunt ex diuina lege in bello licito : ex quibus conſtabit,quando & quomodo eſt peccatum.

Bellum q̃d ſit.

Quantum ad primum aduerte,quòd ſumendo bellũ in ſuo ꝓprio ſignificato,eſt pugna inter multitudinẽ ſub vno capite rectam,vel ſub pluribus,vt vno,& aliam multitudinem hoſtilẽ autoritate publica:voluntate quidem aliquãdo ordinata,aliquando inordinata.

Primò dicitur,pugna:vt diſtinguatur à ſeditione,quę nõ ſolùm eſt pugna,ſed & motus & præparatio ad pugnã. Bellum autem non eſt,niſi ſit actualis pugna.

Secundò dicitur,ĩter multitudinẽ,&c.vt diſtinguaẽ à rixa,q̃ eſt pugna ĩter vnũ & vnũ,vel ĩter paucos & paucos.

Tertiò dicitur,autoritate publica,ſ.principis:vt diſtinguatur ſimiliter à rixa:& à ſeditiõe,quę nõ niſi priuata autoritate,imò ꝓpria & priuata voluntate & electione fiunt, vt patet ex ſupradictis.

Quartò dicitur,aliquando ordinata,&c.q̃m hæc diffinitio datur de bello,vt bellum eſt: ſub quo continetur bellũ iuſtum & iniuſtum.Iuſtum quidem fit ordinata voluntate: iniuſtum autẽ inordinata.Patet igitur quid ſit bellum.

Bellum ſi & quando iuſtum ſit & peccatum.

Quantũ ad fm aduerte,ꝙ ex ſcriptura ſacra bellũ nõ eſt reprobatum:mõ debitis circunſtantiis fiat: vt dicem⁹. Cui⁹ ſignum eſt,quòd & ſanctiſsimi patres bellati ſunt:vt Abraham Gene.cap.14.cui reuertenti de prędio occurrit Melchi ſedech ſacerdos , & benedicens dixit:Benedictus Deus excelſus,quo ꝓtegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Bellatus eſt Moſes.& Ioſue,& Dauid,& Mathathias,& Iudas ac fratres Machabæi. prætereà,cùm Deus legem populo Iſraël cõderet,dedit leges in bello ſeruandas.quas vtiq; non dediſſet,ſi bellũ ex natura ſua eſſet malum.prætereà,ſi bellum eſſet ex ſe malum,reprobaſſet illud Ioan.Baptiſta,de quo legimus Luc.cap.3.ꝙ ad eum baptizantẽ in Iordane venerũt milites dicẽtes,Quid faciem⁹ & nos,vt ſ.bene ac iuſtè viuamus?Quibus reſpondens,non diſſuaſit bellũ vt illicitũ, ſed ſic eos monuit:Neminẽ concutiatis,neq; calumniã faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.q̃d cõfirmatur ex diuo Augu.in ſermone de puero Cẽturiõis,vbi ĩquit:Si Chriſtiana diſciplina omnino bella culparet,hoc poti⁹ ſalutis ꝯſiliũ petẽtib⁹ ĩ euãgelio daretur,vt abiiceret arma,ſeq; omnino ſubtraheret:dictũ eſt aũt eis:Neminẽ cõcutiatis,eſtote cõtẽti ſtipẽdiis veſtris:qbus ꝓpriũ ſtipẽdiũ ſufficere pręcepit: militare nõ ꝓhibuit.Vt autẽ agnoſcas quãdo,& qũo bellũ eſt licitum,aut illicitum,aduerte quòd tria ſimul requiruntur vt ſit licitum:quòd ſi vnum defecerit,erit illicitum.

Primò,requiritur autoritas publica,q̃ ſit in principe,aut in collegio,q̃d eſt vt vnus princeps.Priuata em̃ ꝑſona ideo bellũ gerere nõ põt,q̃m apud ſuperiorẽ ſuũ põt ius petere, ſi ſua diripiũtur,& ſe defendere nõ poteſt.Hoc aũt facere nõ põt princeps,ſi talis ſit ꝙ nõ ſit altiori ſubordinatus.Vnde cũ ꝑſona priuata tẽtat ſua volũtate pugnare,iã ñ bellũ, ſed rixa ſiue ſeditio dicẽda eſt.prætereà,cõuocare multitudinẽ ad bellandũ nõ ſpectat ad priuatã,perſonã.ſed ad principẽ,cò quòd eſt vt caput in corpore:& cor,cui oĩa mẽbra miniſtrãt & obediunt:& nõ econuerſò.Oportet igit bellũ vt ſit iuſtum per principem tractari:q̃d firmatur diui Aug.

doctrina

doctrina contra Fauſtum, vbi inquit: Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas & conſilium penes principes ſit.

Secũdò, requiritur iuſta cauſa in principe, propter quá mouetur ad bellũ. Hæc aũt ſtat in altero duorũ, ſ. vel vt defendat ſe, & populũ, & facultates iuſtè poſſeſſas & acquiſitas cõtra hoſtes, qui vi & iniuſtè moliunt bellũ, vt ſubiiciãt ſibi principẽ, & populũ, & facultates diripiãt. Vel, vt recuperet iniuſtè ablata ab hoſtibus, vindicans iniurias & dãna iniuſtè illata vel in perſonas vel in res. Et quidem q̃ hæc ſit iuſta cauſa in principe patet ex duobus: primò quoniã ei vt paſtori cura reip. cõmiſſa eſt: ergo adipſum vt paſtoré ſpectat populũ vt oues curare, ſeruare, eis prouidere, eas q̃tra nocere volẽtes defenſare: quod fieri non poteſt ſine gladio tẽporali & bello. ſecũdò, ſicut princeps iuſtè defendit gladio ſibi ſubditos, ab interioribus & domeſticis & ciuilibus perturbationibus, fures raptores adulteros homicidas facinoroſos, ſeditioſos, cõtentioſos pœnis legis cõpeſcẽdo, ſic & ad ipsũ ſpectat gladio bellico bonũ cõmune ꝺ externos hoſtes defenſare. Quid em̃ paſtori & ouibus prodeſſet eas. ne ſe inuicem lædant cornibus, niſi & à feris immanib⁹ defenſaret. Conſtat igitur, quæ ſit iuſta cauſa belli, quá & diu⁹ Auguſt. approbat in libro 83. quæſtionum, vbi inquit: Iuſta bella diffiniri ſolent, quibus vlciſcuntur iniuriæ, ſi ciuitas vel gens plectenda eſt. Quæ vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factũ eſt: vel reddere, qđ p iniuriã ablatũ eſt.

Tertiò, requiritur recta intentio in principe & bellatoribus: quæ quidem ſtat in duobus: primò, vt fiat bellũ gratia ſeruandi & procurandi publicum bonũ: ſecundò gratia vitandi publicum malum. Vnde ſi princeps & bellãtes magis intendunt proprio bono quàm publico: vel vitando aut vlciſcendo priuato malo, quá publico, intentio eſt obliqua, & bellum eſt iniuſtũ ex intẽtione. Hinc ꝓuenit, q̃ hoc tẽpore principes & bellatores plerunq; gerunt iniuſta bella, q̃m̃ et ſi adſit autoritas publica & cauſa iuſta, pro maiori parte intentio eſt iniuſta. Quærũt enim ꝓpria lucra, ſingulares vindictas, ferũtur inordinato dominandi affectu: & q̃ minimũ tangat eos, eſt defenſio populi. Præterea, moderna militia dici poteſt militia dãnata eò q̃ nõ eſt pugnans, qui intẽdat bonum, vt decet, & iuſtum eſt. Et quidem q̃ recta belli intẽtio ſit coërcere malos, ne bono publico aduerſentur, & cõſeruare bonos, eſt ſententia Auguſt. in libro de verbis domini qui inquit: Apud veros Dei cultores, etiam illa bella peccata ſunt, ex cõſequenti licita & approbata, quæ nõ cupiditate & crudelitate, ſed pacis ſtudia geruntur: vt mali coërceantur, & boni ſubleuentur. Quod ſi, vt inquit Auguſt. in libro cõtra Fauſtũ, ad ſit nocendi cupiditas vlciſcendi crudelitas, implacatus & implicabilis animus, feritas rebellandi, libido dominãdi, & ſi qua ſunt ſimilia hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur: ex conſequenti bella redduntur iniuſta. Cõſtat igitur, q̃ ex tribus prędictis bellum eſt iuſtũ: ad hoc autem, quòd fiat iniuſtum, ſuffiçit vnum deficere.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd in Deut. cap. 20. leges continentur in bello iuſto obſeruandæ, vt infrà. *Pœni leges.*

Prima: ſi exieris ad bellum contra hoſtes tuos & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas exercitus multitudinem, non timebis eos: quia dominus Deus tu⁹ tecum eſt, ſcilicet ex iuſtitia belli.

Secunda, in acie belli præcedat ſacerdos, qui populũ exhortabitur in hunc modũ: Audi Iſraël, vos hodie cõtra inimicos veſtros pugnã cõmittitis: nõ pertimeſcat cor veſtrũ, quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit: vt eruat vos de periculo.

Tertia, duces per ſingulas turmas audiente exercitu ꝓclamabunt.

Quis eſt homo qui ædificat domum nouam, & nõ ędificauit eam? reuertatur in domum ſuam, ne fortè moriatur in bello: & alius dedicet eam.

Quis eſt homo: qui plantauit vineam: & nec dum fecit eam eſſe cõmunem, de qua veſci omnibus liceat? Reuertatur in domum ſuam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio.

Quis eſt homo, qui deſpondit vxorem, & nõ accepit eã? Reuertatur in domum ſuam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

Quis eſt homo formidoloſus & corde pauido? Reuertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorũ, ſicut ipſe timore perterritus eſt.

Quarta, ſi quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatẽ, offeres ei primùm pacem: ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: ſin autẽ fœdus inire noluerit, & cœperit ꝺ te bellũ: oppugnabis eam. Cumq; tradiderit dominus Deus tuus illam in manu tua, ꝓcuties omne quod in ea eſt generis maſculini in ore gladij, abſque mulieribus & infantibus & iumentis, & cæteris, quæ in ciuitate ſunt.

Quinta, omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpoliis hoſtium tuorũ, quæ dominus Deus tuus dederit tibi. Iſtæ ſunt leges obſeruandæ in bello iuſto: & ex omnib⁹ ſupra dictis tibi patet, bellũ ex natura ſua abſtrahere à peccato & non peccato: nã ſi eſt iuſtum, peccatum non eſt: iniuſtum autem ſicut & iniuſtitia ſemp peccatum eſt: hæc de bello dicta ſint. Vltimo agendũ eſt de ſcãdalo, qđ eſt offenſio quæ opponitur beneficentiæ, & hic quinque agenda ſunt: primò, qd ſit ſcandalum in rebus corporalibus ſecundò, q̃d ſit in ſpiritualibus: tertiò, quotuplex ſit: quartò, quãdo eſt peccatũ, & quando nõ, & quãdo mortale, & quãdo veniale, quintò, q̃ ſedulò vitandum ſit ex doctrina ſacra. *De ſcandalo.*

Quantùm ad primum aduerte, q̃ ſcandalum græcũ eſt, & venit à ſcandalizo, quod ſignificat prębere occaſionem cadẽdi ſiue ruendi. Vnde in rebus corporalibus ſcandalizare idem eſt, quòd ponere offendiculum ante aliquẽ, in qđ impingens cadit, ſiue ruit. ſicut q̃ in via ante cęcum ponit trabem aut lapidem magnum, in quem cæcus impingens cadit. Scandalum ergo in corporalibus eſt illud in qđ ambulans impingens cadit: & ſic quicquid præbet cadendi vel ruendi occaſionem, eſt ſcandalum in corporalibus. *Scandalum in corporali. & quid ſit.*

Quantùm ad ſ n aduerte, quòd in ſpiritualibus ſcandalum dicitur ꝓ ſimilitudinẽ in corporalibus. Duę autem inueniuntur in ſcandalo corporali: primò, dat occaſionem cadendi: ſecundò, ex eo q̃ facit cadere ambulantem, & declinare à rectitudine ſtaturę ſuæ ad obliquitatem, & facit inceſſum rectum declinare in obliquũ. Similiter hæc duo inueniuntur in ſcandalo ſpirituali: primò, dat occaſionem cadendi ſpiritualiter, ſ. in peccatum: ſecundò, facit hominem declinare à rectitudine vitæ & operationis, in operationẽ obliquam & defectuoſam: qualis eſt operatio cum peccato. Ex his patet, q̃ ſcandalum in ſpiritualibus iuxta doctrinam Diui Hieronymi ſuper Matt. ca. 15. vbi exponit illud: Scis, q̃ Phariſęi ſcandalizati ſunt audito hoc verbo: eſt alicuius dictum vel factum, minus rectum, præbens audienti vel videnti occaſionẽ cadendi vel ruendi in peccatum, vnde qui hortatur vel inducit ꝓximum ad opus malum, ſcandalizat eum & talis exhortatio ſcandalum eſt, ſicut trabes ante cæcum: & q̃ malè agit corã ꝓximo, putà accedens ad lupanar, ſcandalizat eum: q̃m̃ ex malo exemplo inducit ꝓximum & inclinat ad conſimile peragendum. Ad hoc igitur, qđ aliquid ſit verè ſcandalum in ſpiritualibus, oportet eſſe dictum vel opus non bonum: q̃m̃ opus bonũ ex natura ſua nec præbet alicui cauſam peccandi, ſed potius merendi, niſi quis ex praua diſpoſitione iudicet op⁹ bonũ eſſe malum, ſicut iudicabãt Phariſęi, & illi, q̃bus cõminatur Iſaias cap. 5. dicens: Væh qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Patet igitur quid ſit ſcandalum in ſpiritualibus. *Scandalum in ſpiritualibus quid ſit.*

Quantùm ad tertium aduerte, q̃ cõmuniter eſt duplex, ſcilicet actiuũ & paſſiuũ: & aliquando ſimul cõcurrunt, aliq̃n datur vnum ſine altero, vt actiuũ ſine paſſiuo, & econuerſò. *Scandalum duplex, actiuum et paſſiuum.*

Sufficientia q̃dem diuiſionis in actiuum & paſſiuũ ſumitur ex hoc. Cùm ſcandalum ſit dictum, aut factũ alicuius præbens cauſam peccandi, huiuſmodi dictũ aut factum poteſt eſſe alicui cauſa peccãdi dupliciter: Primò, ꝓ ſe, & hoc eſt quando q̃s ſuo malo dicto, aut facto intẽdit aliũ ad peccandum inducere: vel poſito, q̃ non intẽdat, tñ tale eſt, q̃ ex ſui natura eſt ꝓuocatiuum proximi, vt peccet: ſicut qui inhoneſtè, tangit mulierem, quę non eſt vxor ſua: poſito q̃ nõ intendat inducere eã ad fornicandum, tamẽ ſcandalizat eam, quoniam præbet ei incentiuum ex ſui natura ad appetendum fornicationem: & hoc dicitur ſcandalum actiuum. Secundò, per accidens: & hoc eſt, quando dictum aut factũ alicuius eſt præter intentionem ſuam occaſio peccandi: & prçcipuè quando dictum aut factum non eſt talis naturæ, aut conditionis, quòd ſit inductiuũ ad malum: imò potius ad bonum, ſi videns aut audiens non ſit malè affectus, nec deprauatæ naturæ, vt quando quis ſcandalizatur, ſi viderit religioſum demiſſo vultu, & compoſito habitu, & humili voce loquentem, & iudicet temerariè hunc eſſe hypocritã: Hoc dicitur eſſe ſcandalum paſſiuum ſine actiuo, quoniam non ab alio, ſed à ſua deprauata extimatiua ſumit occaſionem peccandi iudicando temerariè de proximo. Conſtat igitur diuiſio ſufficiens ſcandali in actiuum & paſſiuum.

Quòd

Quòd aũt aliquando ſimul concurrant, aliquando non, patet hinc. Contingit quòd quis inducit aliquẽ ad peccandum, vel videt aliquẽ peccantẽ, & aſſentit ille ſimiliter peccare: ſicut dicitur in Pſal. Si videbas furem currebas cũ eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas, & tunc cõcurrunt ſcandalum actiuum & paſsiuũ. Contingit etiam quòd quis hortatur aliquem ad peccandũ, & tamen ille nõ aſſentit, & renuit peccare iuxta exhortationem Salomonis in capite primo Prouerbiorũ, vbi inquit: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis: ſi dixerint, veni nobiſcũ, inſidiemur ſanguini, &c. Fili mi, ne ambules cum eis: & tũc eſt ſcandalũ tantum actiuum, & non paſsiuũ. Contingit etiam quòd quis dicit, aut agit quod bonum aut rectum eſt: & tamẽ audiens malè iudicat de ſic dicente aut agẽte ex ſua mala diſpoſitione: & tunc eſt ſcandalum tantum paſsiuũ: qm̃ dicens aut agens rectè non præbet occaſionem ruinæ, ſed ipſe audiens dat ſibi cauſam ex malo iudicio. Hoc ſcandalo laborabant Iudæi contra Seruatorem noſtrũ: vt declarabim̃ infrà. Cõſtat ergo quid ſit ſcandalum in corporalib⁹ & ſpiritualib⁹, & quotuplex ſit, & quomodo ſcandalũ actiuũ & paſsiuũ, aliquãdo ſimul cõcurrunt, aliquãdo ſeparatim.

Scandalum quando peccatum ſit.

Quantùm ad quartũ aduerte vt ſcias, quomodo, & quãdo eſt peccatum, quòd duo notanda ſunt.

Primò, ſcandalum actiuum ſemper eſt peccatum mortale vel veniale in ſcandalizãte: quoniam dictum aut factum, quo proximũ ſcandalizat, vel eſt peccatũ, vel habet ſpeciem peccati: ſi primum, peccat, vt patet: ſi ſecũdum, peccat: qm̃ ſecundum doctrinam Pauli primæ ad Theſſalo. capite quinto, obligatur ab omni ſpecie mala abſtinere ſe, ne præbeat ꝓximo peccandi occaſionem ex malo exẽplo. Vnde ſi non abſtinet ſe, agit contra caritatem proximi, quod nõ eſt ſine peccato. Mortale quidem eſt duobus modis: primò, quãdo ſcandalizans aut dicto aut facto corã proximo peccat mortaliter, vt qꝫ ex propoſito Deum blaſphemat, aut mœchatur: ſecundo, quando intendit proximum inducere ad peccatũ mortale, quod tamen non committeret ipſe, ſicut qui hortatur aliquem ad homicidium vel furtum: licet ipſe nõ intendat occidere, neque furari. Veniale quidem duobus modis: primò, qñ ſcandalizans peccat venialiter, vt dicens ociosũ verbum coram proximo imperfecto: ſecundò, quando inducit proximum ad peccatum veniale, vt exhortans proximũ mentiri ſine damno alterius.

Secundò, ſcandalum paſsiuũ ſemper eſt peccatũ ex parte ſcandalizati: quoniam ſcandalizari eſt cadere à rectitudine ſpirituali: qui caſus non eſt ſine peccato: quoniam ſicut ſtat bonũ in rectitudine, ſic malum in obliquitate. Non aũt ſemper eſt peccatum ex parte agentis, putà, vt dixim⁹, quãdo dicit aut agit aliquod ex ſe bonum, quòd ab alio malè affecto ſumitur in partẽ ſiniſtram, vt Phariſæi & aduerte, ſicut dixim⁹ de ſcandalo actiuo, quòd aliquando eſt mortale aliquando veniale: ſic & de ſcandalo paſsiuo. Nam veniale eſt, ſi qs ex inordinato dicto, vel facto alterius cõmouetur motu peccati venialis: vt qui audit verbum inhoneſtũ commouetur quadam concupiſcentia, ſine tamen deliberatione fornicandi, aut mœchãdi. Mortale autem eſt, qñ ex dicto vel facto malo alterius mouẽ deliberatè ad peccatũ mortale: vt qui audit dicentẽ turpia deliberat fornicari. Patet ergo quãdo & qũo eſt peccatũ, & quãdo & quomodo nõ.

Quantum ad quintum aduerte, quòd ex doctrina ſacra ſcandalum præcipuè actiuum maximè reprehenditur, & cauetur vt radix & origo omnis mali. Et quidem Dauid inqt in Pſal. Cuſtodi me à ſcandalis operantium iniquitatem: ne ſcilicet ego ſicut illi ex malo exemplo operer iniquitatẽ.

Matth. ca. 5. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te.

Et cap. 17. dicit Ieſus Petro: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus tributum accipiunt & cenſum, an à filiis an ab alienis? & Simon dixit, ab alienis: dicit illi Ieſus: ergo liberi ſunt filij: vt aũt non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamũ: & eũ piſcẽ qui primus aſcẽderit, tolle, & aperto ore ei⁹ inuenies ſtaterẽ, illũ ſume, & da illis pro me & te.

Et capi. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis, qui in me credunt, expedit ei: vt ſuſpendatur in collo eius mola aſinaria, & demergatur in profundum maris.

Et eodẽ ca. Væh, homini illi, per quem ſcandalum venit.

Et Paulus ad Rom. cap. 14. inquit: Sed hoc magis curate, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum, id eſt, ne exẽplo veſtro cadat in peccatum.

Et in eodem cap. inquit: Malum eſt homini qui per ſcandalum manducat, id eſt, qui ex eo, quòd mãducat ſic vel ſic, ſcandalizat fratrem ſuum.

Et in eodem iterũ inquit. Bonũ eſt non manducare carnẽ, neque bibere vinũ, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur ex cõſequenti peccat, aut infirmatur: qm̃ vt ſcandalizatur, non proficit, imò deficit in via Dei.

Et in eodem iterum inquit: Si frater tuus ꝓpter cibũ tuum contriſtatur, id eſt, ſcandalizatur, iam nõ ſm̃ caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo pdere fratrẽ tuum, ſ. per ſcandalũ, ꝓ quo Chriſtus mortuus eſt. Hæc de ſcandalo dicta ſint: & hîc termino conſiderationem de caritate diuina & Chriſtiana, & eius effectibus interioribus & exterioribus, & de eius oppoſito, qđ eſt odium, & de eius effectibus. Hęc de ꝑſenti capite dicta ſint, in quo terminatur tertius tractatus ſecundæ partis huius noſtri operis moralis Chriſtianæ.

Supererat quidẽ iuxta diſtinctionem per capita factam in principio huius tractatus agere de fine, q eſt, præmiũ caritatis: ſed id reſeruabimus vſque ad partem vltimã, in qua acturi ſumus de ęterna felicitate, & præmio harum trium virtutum fidei, ſpei & caritatis.

Tractatus Tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS

Secundæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ, quinque complexus capitibus.

¶ De Prudentia diuina ac Chriſtiana, & eius oppoſito.

POſt conſiderationẽ factam ſuper tres virtutes theologicas, agendum eſt de quatuor primis moralibus ad ſenſum diuinę ac Chriſtianæ legis. Nam de eis ad mentem Ariſto. & Platonis ſatis diximus in morali Peripatetica & Academica. Quantùm igitur ſpectat ad præſentẽ cõſiderationẽ tractatum hunc diuidemus in quinque capita.

Primò inueſtigandum eſt quid ſit prudentia.

Secundò quotuplex ſit.

Tertiò, qui ſint eius præcipui actus.

Quartò quot requirantur ad hoc, quòd prudens ꝑfectè exeat in actum ſuum.

Quintò, de prudentia, & contentis ſub ea.

CAPVT I.

Quidnam ſit prudentia Chriſtiana.

IN primo capite declarandum eſt qd ſit Prudentia ad mẽtem ſacri Theologi. Nam qd ſit ad mentem Ariſtote. vide in Epito. ſuper Ethicen, lib. 6. tracta. 2. cap. 4. Et qd ſit ad mẽtem Platonis, vide in morali Platonica, tract. 5. cap. 4. parte 6. Ad mentẽ verò ſacri Theologi duas inuenio diffinitiones: quarũ prima eſt Aug. in primo de libero arbitrio, quã replicat in lib. 83. quæſtionum, ſecunda eſt eiuſdem in libro de moribus eccleſiæ.

Prima talis eſt: Prudentia eſt appetendarũ vitandarumque rerũ ſcientia. & in lib. 83. quæſtionũ: Prudentia eſt agendarum & fugiendarum rerum cognitio.

Pro notitia hui⁹ diffinitionis aduerte, q Theologus nõ intendit diffinire prudentiam vniuerſaliſsimè ſumptã: putà vt ſe ad negotia humana, ad ſubtilitates artificũ, & ad diuina ſe extendit. Hanc conſiderationẽ complexus eſt Ariſtot. & Plato, & cæteri philoſophi, qui de ea ꝓtractarunt. At Theologus intentũ ſuum reſtringit ad diuinam & Chriſtianam prudentiam, prout eſt via & habitus tendendi in Deum per opus bonum, & ꝑ receſſum à malo. Scire igitur diſcernere quæ appetẽda & ꝓſequẽda ſunt, & quæ vitanda vt impedimenta in ordine ad ęternam beatitudinẽ, ſpectat ad prudentiam diuinã, atque Chriſtianam. Diuinã dicb & Chriſtianã: non qa ſit in Deo, aut in Chriſto, ſed quia ſic intẽta eſt in ſcriptura ſacra tam antiqua quàm noua, in qua diuina & Chriſtiana lex continetur.

Prudentia ſubiectum.

Hoc præmiſſo aduerte, q prædicta diffinitio ſic habet exponi, Prudentia eſt ſcientia ſiue cognitio, qm̃ ad virtutẽ cognoſcitiuam, quæ eſt intellectus practicus ſpectat, & nõ appetitiuam eſſentialiter, vt tibi manifeſtabitur in diffinitione ſequẽti. Et quidem, quòd ad virtutem cognoſcitiuam, ſpectet, quã & rationem collectiuam practicam dicimus patet hinc. Iuxta Iſidorũ in libro Etymologiarum, prudens dicitur quaſi porrò, id eſt, vltrà videns. Perſpicax em̃ eſt, & incertorum videt caſus. Viſio autem ad cognitionẽ, & non ad appetitũ, ſpectat. Prudẽtia ergo eſſentialiter eſt ī ratiõe practica

practica collatiua,in qua collatio fit futuri ad preſens ex præteritis:& ſic cõſtat,q; prudẽtia eſt cognitio ſiue ſciẽtia. qua prudens ex præteritorum memoria,& ex conſideratione præſentium præcognoſcit quid accidere ſibi poſſet in futurò.Et ſi tu perquires in doctrina ſacra,inuenies prudẽtiã ad veram cognitionem; & diuinorum ſcientiam ſpectare. Vnde Salomon Prouerb.ca.9.inquit:Scientia ſanctorũ prudentia.& 3.Reg.cap.4.Dedit dominus ſapientiã Salomoni, & prudentiam multam,id eſt,cognitionem rerum agendarum,atque vitandarum.Et Paulus ad Titum cap.2. Bene docentes,vt prudentiam doceant.

Dicitur,rerum appetendarum ſcientia aduerte, q; apud Theologum,res appetẽdæ ſunt quæ ordinant nos in ſalutẽ. Hęc ſunt bona animæ,vt virtutes & boni actus morales erga proximũ.Res vitandæ ſunt,quæ contra Deũ & proximũ fiunt:vt pręcipitur diuina lege,& ratio recta dictat. Prudẽtia ergo Chriſtiana docet quæ toti humanæ vitæ ad felicitatem conferunt,& quæ impediunt.Hæc eſt vera prudentia, quam Seruator intendit,dum dicit Matth.ca. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.& cap.25.Quinque virgines erãt prudentes,quia ſcilicet inſiſtebant operibus bonis,declinantes à malis.& Luc.cap.12. Fidelis diſpenſator & prudens,quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore,id eſt,vt doceat familiam ſuam,quæ agenda,& quæ vitanda pro ſalute.

Secunda diffinitio,quæ eſt diui Aug. in libro de moribꝰ eccleſiæ talis eſt:Prudentia eſt amor bene diſcernens ea, q; bus homo tendit in Deum,ab his quibus impeditur.

Dicitur amor,nõ quidem eſſentialiter, quoniã amor ad partem appetitiuam ſpectat.Eſt enim in appetitu ſenſitiuo vel intellectiuo,ſed prudentia,vt docuimus in prima diffinitione,ad partẽ cognoſcitiuam ſpectat:ergo nõ eſt eſſentialiter amor,eſt autẽ cauſaliter:quoniã amor rationẽ mouet & incitat,vt diſcernat ea,quibus homo adiuuatur,vt tẽdat in Deũ,ab his quibus impeditur.Ex quibus cõſtat, q; in diuina ac Chriſtiana philoſophia morali ille ſolus prudens eſt, qui bene conſuluit ſaluti ſuæ & proximi.Non qui cœli altitudinem ſpeculatur,nec qm̃ de humanis bene cõſulit, quomodo acquirenda,quomodo ſeruanda,quomodo defenſanda.Hæc enim humana & quàm ſępe vana eſt hominum prudentia.De hac intendit Salomon in Prouerb.ca.3.Ne innitaris prudentiæ tuę.& c.23.Prudentiæ tuæ pone modũ.& Baruch c.3.Filij quoque Agar,qui exquirunt prudentiã, quæ de terra eſt,id eſt,quæ circa terrena verſatur. Conſtat igit quid ſit diuina ac Chriſtiana prudentia, quam philoſophi profectò ignorauerunt.Hæc de preſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De variijs prudentiæ ſpeciebus ac modis.

IN ſecundo capite inueſtigandum eſt quotuplex ſit prudẽtia.Tu igitur aduerte,quòd prudentia prima diuiſione diuiditur in falſam & veram:falſa quidem eſt,quæ licet nõ ſit vera prudentia,tamẽ ſimilitudinem retinet exteriorũ cum vera:ſicut aurichalcũ,licet ſit falſum aurũ,tamen in apparẽtia ſimilatur auro.Vt igitur ſcias quomodo falſa prudentia ſimilatur veræ,aduerte,quòd ſicut verꝰ prudens eſt, qui bene deagendis diſponit,& media excogitat cõgrua,quibus intentũ & bonũ cõſequatur finẽ,deuitetq; impedientia:puta Socrates excogitans media,quibus domum & familiam ad diuinum cultum regat,& ad æternam ſalutem dirigat, dicitur verus prudens.Sic falſus & ſimulatus prudens eſt ille qui media excogitat mala,ſed ſibi & malitiæ ſuæ deſeruiẽtia.quibꝰ malũ conſequatur,quẽ præconcepit,ſinẽ intẽtum.In hoc ſenſu dicitur vulgariter prudens latro,qui gratia furti,ſubtiles & ingenioſas vias adinuenit:falſus prudẽs fuit Achitophel ex malo cõſilio dato Abſaloni cõtra Dauid patrẽ,vt legimus in 2.lib.Reg.cap.17.Iudas quoque ꝓditor qui ſigno pacis,id eſt,oſculo tradidit Chriſtum.

Falſa prudentia ſub ſe continet prudentiam carnis,aſtutiam,dolum,& fraudem:quæ ſic differunt.

Prudentia carnis eſt:quando quis curam carnis ſuæ cõſtituit ſibi vt vltimũ finem ſuum ac beatitudinem:ordinans omnia bona ſua,& actiones & ſtudia ad conuerſationẽ, & voluptatem corporis: ita q; corporis bonũ præponit Deo & animę ſuę.Iſti ſunt viri voluptuoſi,quorũ finis gula & luxuria,de quibꝰ inquit Paulꝰ ad Philip.cap.3.Multi ambulãt. quos ſæpe dicebã vobis:Nunc autẽ flens dico inimicos Crucis Chriſti,quorũ finis interitus:quorũ Deꝰ vẽter eſt:& gloria in confuſione ipſorũ,qui terrena ſapiunt.Hanc carnis prudentiam, quã pro maiori parte filij huiꝰ ſeculi ſequunt Paulꝰ ad Rom.ca.8.reprobat,vtpote peccatũ graue.Inquit eñ:Qui ſm carnem ſunt,quæ carnis ſunt ſapiunt: qui verò ſm ſpiritum ſunt,quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudẽtia carnis mors eſt,prudentia autem ſpiritus vita & pax: qm̃ prudentia carnis inimica eſt Deo.Legi eñ Dei non eſt ſubiecta,nec enim poteſt.Qui autẽ in carne ſunt,id eſt, carnaliter viuunt,Deo placere non poſſunt.

Prudentia carnis.

Tu tñ aduerte:q; prudẽtia carnis,quę verſat circa curã carnis,id eſt,corporis proprij,nõ ſemper eſt peccatum grae,id eſt,mortale,ſed aliquando tm̃ veniale,aliquando nullum peccatum eſt,imò meritoria.Cõtingit eñ curã carnis tripliciter haberi:primò,ita q; homo nil aliud intendat niſi indulgere carni,& id exiſtimet felicitatẽ ſuam,ſicut Epicurus:& ſic quidem eſt peccatum mortale,qm̃ tunc homo omnino auertit ſe à Deo,proſtituens ſibi alterum vltimum finem à Deo.qđ quidem impoſsibile eſt eſſe verum,qm̃ repugnat in natura inueniri duos vltimos fines, ſicut eſt impoſsibile q; ſint plures dij,vt alias docuimus. Et hic modus prudentię carnis reprobatus eſt à Paulo ad Rom.cap.8. Secundò ita,q; homo non cõſtituat vltimum finem in carne, ſed in Deo:ſtudium tñ aliquantulum inordinatum adhibet in cura ꝓprij corporis magis quàm decet,ſicut ſolent adhibere,qui vulgò ſenſuales dicuntur,qui nimis in laboribus, in abſtinentiis,& aliis ſibi indulgent:& ſic quidem prudentia carnis eſt veniale peccatum:qm̃ vt ſic non auertit ſe à Deo,vt ab vltimo fine.Tertiò ita quòd homo corporis ſui curã actu in Deũ referat,ſicut contingit,quando homo ſtudet bene,ſed tẽperatè comedere,biberedormire decenter veſtiri,in ſanitate ſeruari,vt corpus animæ in bonis deſeruiat ad promerendã beatitudinem:& tunc hæc carnis cura eſt laudabilis:& ſm ordinem caritatis meritoria:nec mereatur dici falſa prudentia carnis ſed vera & laudabilis,quam Paulus intendit ſcribens ad Rom.cap.12.vbi inquit, Obſecro itaque vos fratres ꝑ miſericordiam Dei,vt exhibeatis corpora veſtra,hoſtiam viuentem,ſanctam, Deo placentẽ, rationabile obſequium veſtrum.

Carnis cura laudabilis.

Aſtutia,quæ ſub falſa prudentia cõtinetur, eſt,quando qs ꝑ vias & media nõ vera,ſed ſimulata & ficta,conat finẽ intentum ſiue bonum ſiue malum conſequi.ſicut q; mendaciis ad intentum ſuum ꝓcedit,& diſtinguitur à prudentia carnis à Paulo reprobata:qm̃ ea ſemper intendit finem malum,ſ.conſtituere beatitudinem in bonis,ac voluptate carnis. Aſtutia autem poteſt verſari circa bonũ & malum finẽ quæ tñ ſemper reprehenſibilis eſt:qm̃ nec ad bonum, nec ad malum finẽ cõſequendũ,licet vti non veris & ſimulatis mediis:ſicut non eſt laudabile deducere concluſionem veram ex præmiſsis non veris.Ideo Paulus meritò eam reprobat ſecundę ad Cor.ca.4.vbi inquit:Abdicamus occulta de decoris,non ambulantes in aſtutia,neque adulterantes verbum Dei.Et ad Epheſ.ca.4.inquit:Iam nõ ſimus paruuli fluctuantes & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,in aſtutia ad circumuentionem erroris.

Aſtutia quid ſit.

Tu tñ aduerte,quòd licet aſtutia ꝓpriè ſumpta ſit in malum,tñ q; ſępè ſumitur pro vera prudentia in ſcriptura ſacra,vt Prouerb.ca.1.Vt detur paruulis aſtutia,id eſt,prudẽtia,& ingenioſitas,& adoleſcenti ſcientia & intellectus. & cap.8 Intelligite paruuli aſtutiam,& inſipientes animaduertite.& cap.13.Aſtutus oĩa agit cum conſilio.Qui autem fatuus eſt aperit ſtultitiam ſuam:& Eccleſiaſtici ca.18. Agnoſcit aſtutus ſapientiam.& Paulus ſecundę ad Cor.cap.12.inquit:Cum eſſem aſtutus.id eſt,prudens,dolo vos cepi.

Dolus eſt aſtutiæ ſumptæ in malũ executio.Vnde aduerte,quòd ſicut prudentia eſt excogitatio verorũ mediorum ac viarum ad conſequendum finẽ bonum intentum:& ſicut ꝓuiſio eſt executio talium mediorum & viarũ, aliquando ꝑ verba,aliquando ꝑ facta:ſic aſtutia ꝓpriè ſumpta eſt excogitatio ſimulatarum ac falſarum viarum ad conſequendum finem malum intentum.Dolus autẽ eſt executio dictarum viarum,ſiue verbis ſiue factis, licet præcipuè verbis. Nam in ſcriptura ſacra dolus cõmuniter linguam reſpicit, vt inquit Dauid in Pſal.Linguis ſuis doloſe agebãt.& illud Lingua tua concinnabat dolos.

Dolus quid ſit.

Tu tñ aduerte,q; in ſcriptura ſacra aliquãdo ſumit dolꝰ ĩopere iuxta illud in Pſalmo:Vt dolos facerent in ſeruos eiꝰ, aliquãdo in corde,vt Eccleſiaſtici cap.19.Interiora eiꝰ plena ſunt dolo.& in Pſalmo:Dolos tota die meditabantur. Verum ordinariè ſumitur in lingua & ſermone.

Prętereà aduerte quòd ſicut aſtutia ꝓpriè ſumitur in malum,tranſumptiuè autẽ in bonum,vt declarauimꝰ:ſic & dolus.Nam ſicut deceptio aliquando ſumitur in bonum, ſic & dolus.De deceptione patet in medico,qui in bonum

infirmi

infirmi decipit eum:promittens ei multa,quæ nō ſeruat. De dolo patet ſecūdæ ad Corinthios,capite duodecimò, Cùm eſſem aſtutus,dolo vos cepi.

Fraus quid ſit.

Fraus ſiue deceptio eſt aſtutiæ executio in factis,& nō in verbis.Vñ aduerte,q̄ licet dolus ſit aſtutię executio,ſicut & fraus:tamen in hoc propriè differunt,q̄, vt diximus,dolus eſt in lingua,fraus autem & deceptio in opere. Vnde nullus dicit ſe defraudatum,aut deceptum niſi ex opere:vt quādo quis promiſit verbis vnum,& opere agit aliud. Conſtat igitur,quomodo ſub falſa prudentia continetur carnis prudētia,& aſtutia,& dolus,& fraus ſiue deceptio.

Prudentia vera eſt,quæ debita inuenit media,quibus deſideratum ac bonum aſſequimur finem,& impedimenta vitamus:vt patet de medico prudenti, qui certis ac debitis remediis,fugat ægritudinem,& introducit ſanitatem in infirmo. De hoc inquit Salomon Prouerbiorum capite primo, prudentia ſeruabit te,vt eruaris à via mala.

Prudentia vera tres ſūt ſpecies.

Prudentia vera ſub ſe tres ſpecies continet.
Prima dicitur monaſtica.
Secunda œconomica.
Tertia politica.

Prudentia monaſtica eſt illa,qua homo ſcit ſeipſum regere, & ad laudabilem beatumq̄ finē operationes ſuas p debita media conducere. Nā vt inquit Ari.in ſexto Ethi. videtur qui circa ſeipſum ſciēs & exercitans eſt, prudēs eſſe.

De hac prudentia intelligendum eſt illud Prouerbiorū, cap. 9. Ambulate vias prudentiæ. & capite decimoquarto: Qui patiens eſt gubernatur multa prudentia.

Et aduerte hanc monaſticam prudentiam,fundamentum eſſe œconomicæ & politicæ. Nullus enim prudenter familiā aut populū reget,q̄ ſe & ſua imprudenter pertractat.Vñ Ariſt.in ſexto Ethi.Euripidem citat dicentem de quodam ſe excuſante,q̄ idoneus in militia non eſſet,& præcipuè in militia p patria gerenda.Dicebat enim, Qualiter prudens eſſem in militia tractanda, cùm negocia p̄pria imprudenter pertractem?Hinc ſequitur familias,& regna,& populos indebitè gubernari, quando eis præponuntur homines in p̄prio ſui regimine nulla vtentes prudentia:ideo non eſt mirandum, ſi iuſtitia, & pax, & honeſtas de terra auferuntur.

Hanc monaſticam prudentiam Tobias filiū ſuū docuit, vt legimus Tobiæ cap.4.vbi ſic inquit:Audi fili mi verba oris mei,& ea in corde tuo quaſi fundamentū conſtrue.Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum:& caue ne aliquando peccato cōſentias,& prætermittas p̄cepta Dei noſtri.Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynā,& noli auertere faciē tuā ab vllo paupere.Ita em̄ fiet,vt nec à te auertatur facies domini.Quomodo potueris,ita eſto miſericors:ſi multū tibi fuerit,abundanter tribue:ſi exiguū tibi fuerit,etiā exiguū impartiri ſtude.Præmium em̄ bonum tibi theſaurizas in die neceſsitatis: q̄m eleemoſyna à morte & à peccatō liberat: & non patietur animā ire in tenebras:fiducia magna erit coram Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam. Attende tibi,fili mi.ab omni fornicatione, & p̄ter vxorē tuā nunquam patiaris crimen ſcire.Superbiam nunquam in tuo ſenſu,aut in verbo dominari permittas. In ipſa enim omnis perditio initium ſumpſit. Quicunque aliquid tibi operatus fuerit,ſtatim ei mercedē reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non permaneat. Quod ab alio oderis tibi fieri,vide ne tu aliquādo facias. Panē tuū cum egentibus & eſurientib' comede,& de veſtimentis tuis nudos tege. Noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus:conſiliū ſemper à ſapiente perquire,omni tempore benedic Deū:& pete ab eo vt vias tuas dirigat,& conſilia tua in ipſo p̄maneāt.

Prudentia œconom.ca qua ſit.

Prudentia œconomica eſt illa, q̄ media conueniētia adinuenit,quibus familia rectè,pacificè,& ad virtutem in Dei timore regitur.Media autem conuenientia ſunt hæc.

Primò,curet vir ea,q̄ extra domum ſunt. Conſeruet maiorum hæreditatem : & cum iuſtitia, ſi oportuerit, augeat. Vxor autem curet quæ in domo ſunt. Indecens eſt enim virum curare & ſuperintendere his,quæ in domo ſunt.

Secundo,vxor diligat,honoret,& timeat virū ſuum:ſibi mutuo caſtitatem coniugalem ſeruent.

Tertiò,filij optimè erudiantur,tam in ſcientia, q̄ in moribus.Totum nanq; malū & bonum in familia & ciuitate,vt docuimus in morali Platonica à prima natorum educatiōe & eruditione pendent: q̄m quales adoleuerint, tales ſeneſcent:vñ Salomon Prou.c.22.inquit:Prouerbium eſt,Adoleſcens iuxta viam ſuam,etiā cum ſenuerit, nō recedet ab ea.

Quartò ſeruos ita pertractet dominus,q̄ res ſuas fideliter cuſtodiāt: nō ſolùm quoniam laboris ſui mercedem recipiunt,ſed q̄m timent & diligunt dominum.Hęc ſunt præcipua media in prudētia œconomica, vt videre poteris in epitome noſtra ſuper Ariſtotelis œconomicam.

De hac prudētia loquitur Salomon Prouerbiorum c. 24. cum inquit:Sapientia ædificabitur domus,& prudentia roborabitur.Hanc prudentiam docuerunt Saram Tobię iunioris vxorem parentes eius,vt legimus Tobiæ cap. vndecimo, vbi ſic dicitur:Et apprehendentes parentes filiam ſuam oſculati ſunt eam,& dimiſerunt ire,monentes eam honorare ſoceros,diligere maritum,regere familiā,gubernare domū: & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

Prudētia politica quæ.

Prudentia politica eſt,qua p̄uenientia inueniuntur media:quibus multitudo ciuilis iuſtè ac pacificè regitur. Huiꝰ duæ ſunt ſpecies,ſ.legis poſitiua,& legis executiua : prima nuncupatur architectonica,ſiue principalis per ſimilitudinem ad architectum.Sicut em̄ artifex primus,quem vulgariter ingenierium nuncupamus,dat operandi regulam, & legem ſecundis artificib.& ex hoc dr̄ architectus:ſic principi p̄uenit ſubditis leges condere,quibus rectè ac pacificè viuant.Vnde & in principe locatur prudētia publica legis poſitiua.In iudicib.aūt & gubernatorib.locatur prudentia politica legis executiua:ſe habent enim ad principem legis cōditorem.ſicut operarij ſecundi ad architectum.

Et aduerte,q̄ in ſcriptura ſacra non datur prudētia politica architectonica,niſi in Deo primæ legis conditore, & in Deo humanato euangelicæ legis autore.Cæteri verò,quibus regebatur populꝰ,ſiue duces eſſent,ſiue iudices,ſiue reges,ſiue ſacerdotes,fuere prudētes politici,legis diuinę p̄ſeruatores ac executores:quorū officiū erat iuſtè iudicare hortari,& coērcere ſubditos ad diuinæ legis obſeruātiam. Vñ Ioſaphat rex Iuda,vt legimus in ſecundo Paralip.ca.19. cum p̄ſtituiſſet iudices in cunctis ciuitatib.munitis,monuit eos dicens:Videte quid faciatis.Non enim hominis exercetis iudicium, ſed domini : & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit.Sit timor domini vobiſcum,cum diligentia cuncta facite.Non eſt enim apud dominum Deum noſtrum iniquitas,nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. Ad Sacerdotes autem & Leuitas,quos conſtituerat in Hieruſalem,vt iudicium & cauſam dñi iudicarent, ſic locutus eſt præcipiēs:Sic agetis in timore dñi,fideliter & corde p̄fecto.Omnem cauſam,quę ad vos venerit fratrum veſtrorū qui habitāt in vrbibus ſuis inter cognationem & cognationem:vbicunque quæſtio eſt de mandato,de cęremonis, de iuſtificationib.oſtendite eis vt non non peccent in dominū: & ne veniat ira ſuper vos,& ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes non peccabitis.

Hanc politicā prudentiam in pauciſſimis reperimus, eò q̄ ingenium penè diuinum requirit, & longa firmatum experientia,qua varias hoīum p̄ditiones dignoſcere valeant.

In ſcriptura ſacra inuenimus Ioſeph prudentiſſimū,vt legimus Geneſis ca.41.qui prudentia ſua per ſeptem annos penuriæ,& famis Aegyptum totamq̄ patris ſui domum ſeruauit.Adeò prudens fuit, quòd, vt inquit Dauid in Pſalm. Pharao p̄ſtituit eum dominum domus ſuę, & principē omnis poſſeſſionis ſuę,vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum,& ſenes eius prudentiam doceret.

Legimus & in lib.Exo.c.18.prudentiſſimum extitiſſe Ietro ſacerdotem Madian Moſis cognatum.Ipſe nanque Moſem erudiuit de regimine populi prudentiſſimo p̄ſilio, arq; firmiſſimis inſtitutis:de quibus ſic legimus in Exo.c.18.Eſto tu populo in his,quæ ad Deum p̄tinent, vt referas q̄ dicunt ad eum:oſtendáſque populo cęremonias & ritum colendi, viamq;,p quam ingredi debeant:p̄uide autem de omni populo viros ſapientes & timentes Deum,in quibus ſit veritas & qui oderint auaritiam:& p̄ſtitue ex eis tribunos, & centuriones,& quinquagenarios,& decanos, qui iudicent populum omni tempore.Quicquid autem maiꝰ fuerit, referāt ad te,& ipſi minora tantummodò iudicent.Leuiuſq; ſit tibi partito in alios onere.Si hoc feceris implebis imperium domini,& præcepta eius poteris ſuſtentare,& omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace.

Legimus in libro Iudi.c. 7. Gedæonem prudentiſſimum, qui cum trecentis viris,tubis & lagenis & lampadib. trium phauit de Madianitis.

Legimus & in libris Macab.quaſi p totū prudentiſſimos fuiſſe Mathatiam & filium Iudam Machabæum, Simonē & Ioannem, &c. qui ſoli ꝯ Græcos patriam, templum,legem Dei,& gentem ſuam defenſabant.

Tu tñ aduerte,q̄ Gedæon & Machabæi potius floruiſſe dicendi ſunt prudentia militari quàm politica. Differunt autem

autem hæ duæ prudentiæ in hoc ꝙ politica eſt conſeruatiua publici boni, militaris autē eſt propulſiua mali illati, vel quod poſſet inferri ab hoſtibus, qđ impediret, aut deſtrueret commune ciuitatis bonum: & locatur primò in duce exercitus. Nam, vt inquit Salomon Prouerb. c. 28. Si dux indiget prudentia, id eſt, ſi imprudens fuerit, multos opprimet per calumniam. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT III.

De prudentiæ præcipuis actibus.

IN tertio ca. agendum eſt de præcipuis prudentię actibus. Tu igitur aduerte ꝙ communi ſententia ſunt tres, ſ. bene conſulere, bene iudicare, & efficaciter præcipere.

Prudentiæ primus actꝰ eſt bene cōſulere.

Primus prudentiæ actus eſt bñ conſulere: nam prudentia circa ea, q̄ in vita humana poſſunt bene & male contingere verſatur: vt ſciat homo proſequi bona & euitare mala: ex conſequenti ad eandē ſpectat inueſtigare cōuenientia media, quibus aſſequamur bona intenta: & vitemus mala. Huiuſmodi autem media inueſtigare & quærere eſt ↄſulere, vt declarauimus in 3. Ethic. ꝙ conſilians quærit & ratiocinatur. Ergo ad prudentem ſpectat eſſe bene conſiliatiuum. Cuius ſignum eſt, ꝙ ſi quos inuenimus circa altiſsima maxime ſpeculatiuos, in agendis autem ſiue ꝓ ſeipſis, ſiue pro aliis ineptos & non bene conſulentes, hos vtiq; ſapiētes, ſed nō prudentes appellamus. Et de his exemplificat Ariſto. in 6. Ethic. adducens Anaxagoram & Thaletem: qui apud Græcos ſapientiſsimi habiti ſunt, at imprudentes: quoniam in curādis negociis ſuis, & circa humana bona proſequēda, & mala deuitanda, ineptè & inconſultè ſe habebant.

Sed aduerte hunc actum non prouenire immediatè, à prudentia ſed ab eubulia adiūcta prudentiæ: quæ quid ſit, & quot requirantur ad bonitatem & rectitudinem conſilij: & an diſtinguatur à prudentia docuimus in Epit. in 6. Ethic. tract. 3. cap. 1. vide illic.

Prudentia actus eſt bene iudicare.

Secundus actus eſt bene iudicare, neque enim prudenti ſufficit conſilij bonitas, ſed oportet in humanæ vitæ regimine, multis hinc inde penſitatis & ſimul comparatis, quod ſit per conſilium, determinare in quo ſtandum ſit: & id quidem eſt iudicare ſiue ſententiare. Et actus iſte nobilior eſt q̄ bene conſulere. Multi nanq; in agendis ſciunt quàm plura media in conſultando proponere quod autem ex his determinandū ſit, diiudicare neſciunt. Et id quidem ex debilitate ingenij, iudiciū aūt ex ſublimitate ꝓuenit. Vñ & duces in exercitu ingenioſiores ac meliores approbantur: q̄ multis habitis in concione conſiliis, ſententiare ſciunt quid melius ac expedientius ſit. Exemplum nobis conſtat in ſcriptura ſacra de Iudith: de qua legimus Iudith c. 8. quomodo Oziæ ſacerdotis ſummi conſilium & ſententiam reprobauit, eo ꝙ poſt quinque dies iudicauerat, & populo conſuluerat ꝙ niſi dominus de manu Holofernis ciuitatē liberaret traderent ſe ei & ciuitatem. Quod vt Iudith vidua audiuit, prudētiſſime reprobans inquit. Et qui eſtis vos, qui tentatis dominū? Non eſt iſte ſermo, q̄ miſericordiam prouocat: ſed potius q̄ irā concitet & furorē accendat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis domini, & in arbitrium veſtrū diem cōſtituiſtis ei: ſed quia patiens dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus: & indulgētiā eius fuſis lacrymis poſtulemus. Non em̄ quaſi homo Deus ſic comminabitur: neq; ſicut filius hominis ad iracundiā inflāmabitur: & ideo humiliemus illi animas noſtras & in ſpiritu conſtituti humiliato, ſeruientes illi dicamus flētes domino, vt ſm voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcū miſericordiam ſuam cito (& infrà) ſicut quod potui loqui, Dei eſſe cognoſcitiua quod facere diſpoſui, ꝓbate ſi ex Deo eſt, & orate, vt firmum faciat Deus conſilium meum.

Sed aduerte, ꝙ ſicut bene conſulere nō ꝓuenit immediate à prudentia, ſed ab eubilia adiuncta prudentię, vt diximus: ſic bene iudicare prouenit à ſineſi, id eſt, habitu bene iudicatiuo & à gnomi, id eſt, habitu bene iudicatiuo in caſu particulari, qui rarò contingit: vt adiunguntur prudentię: vt videre poteris in Epito. noſtro in 6. Ethic. tract. 3. ca. 2. in quo agit de ſineſi, id eſt, ſagacitate & in c. 3 in quo agitur de gnomi: quam Latinè dicimus ſingularem & perraram ſententiā qualem habuit Salomon in 2. lib. Regum cap. 3. de duabus mulieribus contendentibus coram eo de filio mortuo. Vtrū autem iſti tres habitus, eubulia, ſineſis, gnomi ſunt diſtincti realiter, an ratione tantùm à prudentia, vide in Epitomate noſtro in 6. Ethic. c. 3.

Prudentiæ actus eſt præcipere.

Tertius prudētiæ actus eſt præcipere & imperare: neque em̄ finem intentum conſequi poſſumus poſt inuenta media per conſilium, & poſt iudicium quid melius ſit, niſi huiuſmodi media applicētur ad opus: ꝓ quod finem attingimus. Hoc autem fit ꝓ imperium ac præceptum: qđ aliqñ facimus in nobis ipſis. Vt qñ voluntas manui præcipit, vel pedi, vt exequantur qđ ratione vel cogitatiua iudicatum eſt: aliqñ fit extra nos, vt habens autoritatem præcipit ſubdito. Vnde prudentia imperatiua proprie ſeruatur in ſuperiori. Propterea inquit Plato in his, qui de legibus: Conſulere indiſtincte conuenit & ſeruo & ciui & principi: imperare autem ſolius excellentioris eſt. Et aduerte, ꝙ hic tertius actus perfectior eſt primo & ſecundo: & eſt immediate à prudentia, nam q̄ per eubuliam ↄſulta ſunt, & quæ ꝓ ſyneſim & gnomin iudicata ſunt, à prudentia ꝓ præceptum executioni mā dantur. Ex quibus ↄſtat prudentiam eminentiorem eſſe quā eubulia & ſyneſis & gnomi. Ille nanque ad prudētiam ordinantur vt artes deſeruientes ad architectonicā, & non econuerſo. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quæ nam requirantur ad debitè producendum prudentiæ actum.

IN quarto ca. inueſtigandum eſt quot requirantur ad hoc ꝙ prudens ꝓfectè exeat in actum ſuum. Tu igitur aduerte ꝙ cōiter apud doctores theologos, quibus & ↄcordant Platonici, numerantur ſeptem requiſita perfecto actui prudentis, vt laudabiliter operetur, & iuxta diuinā legem: ſunt autem hæc,

Memoria,
Ratio,
Docilitas,
Solertia,
Prouidentia,
Circumſpectio,
Cautio.

Prudētinę ceſſaria eſt memoria.

Primò quidem requirit memoria, ſiue memoratio rerū ꝓteritarum. Nam humana prudētia verſatur circa ↄtingentia operabilia: quę poſſunt aliter & aliter euenire, & nō circa neceſſaria: alioquin prudēs non indigeret ↄſilio, quia de neceſſarijs non eſt ↄſilium, vt docuimus in 3. Ethi. ergo prudens indiget dirigi in ↄtingentib. agendis, ſiue vitandis ex experimento habito in præterito. Experimentum aūt nō hī niſi ex multis memorijs, vt docuimus in primę Metaphyſicę ergo vt prudens bñ ſe habeat in his, quę acturus eſt, indiget memoria ꝓteritorum, ex eis em̄ quodammodo admonetur, qūo ſe gerere debeat ꝓ futura, putà, qui penuriam ſæpè paſſus & memoratur, ſapienter prouidet familiæ in futurum.

Hinc eſt, ꝙ in ſcriptura ſacra, quoties aliqui in agendis præmonendi ſunt, vt prudenter ſe habeant, præponitur eis memoratio præteritorum. Sic fecit Mathathias moriturus: nam, vt legimus in primo Machabæorum c. 2. intendēs filios ſuos animoſiores & prudentes reddere, ad eos ſic loquitur: Nunc ergo ô filij ęmulatores eſtote legis: & date animas veſtras ꝓ teſtamento patrum, & mementote operum patrum: quæ fecerunt in generationib. ſuis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis, & ad iuſtitiam reputatum eſt ei? Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum, & factus eſt dominus Aegypti. Phinees pater noſter zelando zelum Dei, accepit teſtamentum ſacerdotij ęterni. Ieſus dum impleuit verbum, factus eſt dux in Iſraël: (& poſt ſubinfert) & ita cogitate per generationem & gñationem: q̄a oēs, qui ſperant in eum, nō infirmātur. Similiter ſeruator noſter Ioā. c. 15. admonens diſcipulos, qūo in futurū poſt eius abſentiam prudenter ſe haberent & ↄſtanter inquit, Mementote ſermonis męi, quē ego dixi vobis. Si me ꝓſecuti ſunt, & vos ꝓſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt, Qm̄ igitur ex memoria ꝓteritorum argumentum ſumim⁹ ꝓ futuris agendis, aut vitandis, oportet prudentem eſſe memorem.

Prudentem oportet eſſe optimi diſcurſus.

Secūdò requiritur rō, id eſt diſcurſus intellectus. Vñ impoſſibile eſt hoīem nō bene ratiocinatiuum eſſe prudentem in agendis, aut vitandis. Cuius rō eſt, quia neceſſe eſt prudētem eſſe bñ ↄſiliatiuum, & boni iudicij ſed ↄſilium fit ꝓ diſcurſum & inquiſitionem, vt dictum eſt ſupra: & iudiciū eſt ↄcluſio ac determinatio ↄſilij: ergo ad actum perfectū prudentis requiritur ratio diſcurrens, ſiue vſus rationis bñ diſcurrentis. Neque enim hic ſumitur ratio ꝓut eſt ipſa animæ potentia, ſed pro actu: ſicut etiam ſumitur memoria non ꝓ potentia, ſed pro memoratione.

Propter vſum rōnis bene diſcurrentis laudantur in libr. Gene. c. 31. prudentia Rachelis vxoris Iacob aſportantis ſecūm idola patris ſui & quomodo prudenter decepit Laban

patrem

patrem ſuum. Vnde ſcriptura illic ſic inquit ſic decluſa eſt quærentis, ſcilicet, Laban quærentis ſollicitudo.

Laudatur & Michol in primo regum, capite decimonono, q̃ prudentiſsimo diſcurſu ſaluauit Dauid de manu Saul patris ſui: & ſeipſam exoſam non reddidit patri ſuo, poſito ſimulacro in lecto repræſentante Dauid velut infirmantem.

Laudatur in 2. Regum cap. decimoſeptimo Chuſin Arachites: qui ꝓ ſalute Dauid, optimo rationis diſcurſu reꝓbauit conſilium Achitophel, quod fuerat in interitum Dauid.

Laudatur in actis Apoſtolorum, cap. vigeſimotertio, diſcurſus rationis in Paulo: qui faciés ſe Phariſæum, prudẽter eripuit ſe de manu Phariſæorum & Saducæorum.

Prudentem decet docilé ſe exhibere ſuis maioribus.

Tertiò requirit docilitas. Eſt autẽ docilitas, aptitudo recipiendi doctrinam ac bonam diſciplinam ex documentis maiorũ, ac ſeniorũ: non negligens eã ex ignorantia, nec cõtemnés ex ſuperbia. Quæ quidẽ docilitas ineſt aliquibus ex bona diſpoſitione naturali, tamen experimẽto & doctrina, ac eruditione ſeniorum perficit: & licet in omni arte ac ſcié tia requiratur, ꝑcipuè tamen in actum prudentiæ & maximè in iuuene inexperto: nam cùm prudẽtia circa operabilia humana verſetur, in quibus innumerabiles varietates ꝯtingũt, niſi homo erudiatur à maioribus, ac ſenioribꝰ expertis: de facili in agendis ac vitandis errabit. Et ideo oportet eũ, q̃ prudenter intendit viuere, ſe docilem exhibere maioribꝰ: quorum admonitiones & conſilia ſunt iuuenibꝰ inexpertis veluti demonſtrationes in agibilibus. Vñ Eccleſiaſtici capite ſexto congruè dicitur, In multitudine presbyterorum, id eſt, ſeniorũ prudentum ſta: & ſapientiæ illorum ex corde cõiungere. Et qm̃ agnouerat. Salomon hanc docilitatem ſummè neceſſariã prudenti pr̃cipuè in iudiciis ferendis, ideo in 3. Reg. c. tertio, ſic Deũ orabat: Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populũ tuũ iudicare poſsit & diſcernere bonũ à malo. Hanc docuit Pau. 2. ad Timo. c. 2. dicens: Seruũ aũt Domini nõ oportet litigare, ſed mãſuetũ eſſe ad omnes, docilẽ, patientẽ, cũ modeſtia corripientẽ eos qui reſiſtunt veritati.

Prudenti ne ceſſaria eſt ſolertia.

Quartò requritur ſolertia, eſt aũt ſolertia ex primo Poſt. facilis & prõpta medij inuentio: ſed hęc diffinitio cõpetit ſolertiæ vniuerſaliter ſumptæ tam in ſpeculatiuis, q̃ in practicis. Verùm quoniã in ꝑſenti intendimus de ea vt prodeſt in humanis agendis ac vitandis, ideo diffinienda eſt vt prudẽtiæ & eiꝰ actui confert. Tu igitur aduerte eã ſic diffiniẽdam: Solertia eſt habitus, ex quo repẽtinè & ex im̃puiſo medium occurrit ꝯgruũ in negocio agendo, vel vitãdo. Quale mediũ inuenit Rahab meretrix vt ſaluaret exploratores miſſos à Ioſue ad conſiderandã vrbem Hierico, vt videre poteris Ioſ. cap. 2. & mulier q̃ expandit velamen ſuper os putei: quaſi exiccans ptiſanas, vt ſaluaret Ionathã & Achimã nuntios ad Dauid: vt legere poteris in 2. Reg. cap. 17. Huiuſmodi autem ſolertia ideo requirit in actu prudentiæ, qm̃ ad prudentem ſpectat bene ſentire ac rectè opinari de agẽdis, aut vitãdis. Recta autem opinio de agendis, aut vitandis, poteſt acquiri per doctrinã ab expertis & ſapiẽtibus ſenioribus: & hoc fit per docilitatem, vt docuimus: põt etiam acquiri per inuentionem propriam, q̃ ſi fiat ſtatim & repentine, fit per ſolertiã: ſicut q̃ in periculum ex improuiſo incidit, vel videt alium incidiſſe: & dicit ſtatim, ſic & ſic agendum eſt: quo ꝓacto ipſe aut alius à diſcrimine liberaẽ. Hanc ſolertiam habuit villicus diffamatus apud dominum ſuum: vt legimus Lucæ, capite decimoſexto. Vñ inquit Seruator, Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet: q̃a filij huiꝰ ſeculi prudẽtiores ſunt filiis lucis in generatiõe ſua.

Prudentia adiungitur prouidẽtia.

Quintò requritur ꝓuidentia, eſt autem prouidẽtia recta ordinatio mediorum ad finem ꝓpoſitum ꝯſequendum. Vñ medicum prouiſorem rectum dicimus, qui poſtquã media excogitauit opportuna & inuenit ad ſanandũ Socratem, nouit debito tempore debita quantitate applicare, cùm igit̃ prudentia verſetur circa media ad conſequendum finẽ: neceſſe eſt ad actum perfectũ prudentiæ concurrere ꝓuidentiam. Hinc videmus multos eſſe bene inuẽtiuos mediorum, q̃ tamen ignorant aut neſciunt congruo tempore ea exeq̃: qm̃ aut tardius, aut citius aut magis, aut minus quàm expedit operantur ideo imprudentes habentur: nec finem intẽtum conſequuntur vt potè carentes debita ꝓuidentia. Hinc vituperatur Antiochus rex Græcorum. in 2. li. Mach. c. 9. qm̃ imprudenter ac ſine debita prouidentia intrauerat in Perſipolim, & tentauit expoliare templum, & opprimere ciuitatem: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt, & coactus eſt Antiochus poſt fugã turpiter redire. Ex oppoſito ꝓpter prouidentiã laudatur Felix pr̃ſes in actis Apoſtolorum, capite vigeſimoquarto, vbi Tertulius orator accuſaturus Paulum ſic ad Felicem loquitur: Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigãtur ꝑ ꝓuidentiam tuã optimè Felix, &c. Prudenti igitur maximè neceſſaria eſt ꝓuidentia: qualiſcũque poſſit haberi in humanis. Quod dico: qm̃ omnimoda & infallibilis eſt Dei maximi ꝓprietas. Hominum autem vt dr̃ Sapientiæ capite nono, cogitationes timidæ: & incertæ prouidentiæ noſtræ.

Prudentem oportet circumſpectum eſſe.

Sextò requiritur circunſpectio, eſt autem circunſpectio, mediorũ ad finem cõſideratio ꝑ cõparationem ed ea, quę circunſtãt, verbi gratia, Poſtquam medicus inuenit remedia laborãti febre, oportet eum cõparare hmõi remedia ad ęta tem, ad complexionem, ad aẽrem, & patriam, in qua viuit ſe bricitans: nam his non ꝯſideratis & bene comparatis, facilè medicus errabit. Vt igitur prudens in actu ſuo laudabiliter ſe habeat oportet ipſum circunſpectum eſſe.

Propter circunſpectionẽ laudatur Nathan Propheta in 3. Reg. c. 1. vt prudentiſſimus admonens Bethſabee matrem Salomonis, vt ingrederetur ad regem Dauid ꝓ inſtituendo rege Salomone, & amouendo Adonia, qui ſe fecerat regem.

Laudatur & Dauid, qui vt circunſpectus retardauit punitionem Ioab ducis exercitus, eo ꝙ occiderat iniuſtè Abner, & Amaſan. Sed horum vindictam reliquit Salomoni, vt legimus in 3. Reg. c. 2. Idem diſpoſuit de Semei filio Geran.

Laudatur inſuper Dauid in ſecundo Regum, c. decimonono, qui vt circunſpectus noluit quenquam occidi ex his, qui ſecuti fuerant Abſalonem: in die qua reductus fuit rex in Hieruſalem: nam reprehendens Abiſai filium Saruię qui volebat Semei occidi, qm̃ maledixerat regi: inquit: Quid mihi & vobis filij Saruiæ? Cur efficimini mihi ĩ Satan? Ergóne hodie interficietur vir ĩ Iſraël? An ignoro hodie me factum regem in Iſraël?

Laudaẽ & Paulus in actis Apoſtolorum ca. 16. qui vt circunſpectus circuncidit Timotheum propter Iudęos. qui in locis illis aderant: ne torrenti principio diſſeminandæ fidei ſe opponeret.

Prudentem oportet eſſe cautum.

Septimò requirit cautio: eſt aũt cautio animaduertẽtia, quat ſcit homo eligere bonum & reprobare malũ: & ne decipiatur in eligendo malum ſub ſpecie boni, aut ne refutet bonum, quia repræſentatur ei ſub ſpecie mali: ſicut infirmus nolẽs medicinam ꝓpter malum odorem, aut ſaporem, Hæc autem cautio ideo neceſſaria eſt prudenti in actu ſuo, qm̃, vt dictum eſt ſuprà, prudentia verſatur circa operabilia humana ꝯringentia: quibꝰ de facili poteſt ꝯiungi verum & falſum, ſicut in ꝯſectibus: bonum & malum ſicut in ꝯuictu: & ꝯingit q̃ multoties impediunt̃ bona ꝓpter mala, quæ latenter ſuperueniunt, & eliguntur mala ſub ſpecie boni: ergo neceſſaria eſt cautio diſcretiua inter bonũ & malum, & inter malum apparens bonum, & inter bonum apparens malum. Hac de cã Paulus ad Ephe. c. 5. inquit: Videte itaque fratres, qũo cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus qm̃ dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Conſtat igitur quot requirãtur ad hoc q̃ prudẽs perfectè exeat in actum ſuum. Hæc de pr̃ſenti cap. dicta ſint.

CAPVT V.

De imprudentia, & illius triplici ſpecie.

IN quinto capite agendum eſt de vitio prudẽtiæ oppoſito: q̃d eſt imprudentia, & hic duo agenda ſunt primò de ipſa imprudentia: ſecũdò de tribus vitijs ꝯtentis ſub ea quæ ſunt pr̃cipitatio, inconſideratio, inconſtantia.

Quantùm ad primum duo agenda ſunt: primò quid ſit: ſecundò quod & quale peccatum ſit.

Imprudẽtia quid ſit.

Vt autem ſcias quid ſit aduerte, q̃ dupliciter ſumi poteſt: primò priuatiuè, ſecundò ꝯriè: ſicut & iniuſtitia. Imprudentia priuatiuè eſt carentia prudentię in eo, qui natus eſt eam habere, & quam debet habere: ſicut iniuſtitia priuatiuè eſt carẽtia iuſtitię in eo, qui natus eſt eam habere, & quam debet habere. Imprudentia ꝯriè eſt vitium, quo ratio mouetur ꝯrio modo ad agendum quàm moueat prudentia, verbi gratia. Ratio recta in imprudente mouet ipſum ad agendum ꝑmiſſo debito conſilio & determinata ſnĩa & circũſpectè & cautè. Ratio autem obliquata in imprudente mouet ipſum in actum ſine ꝯſilio temerariè, incircunſpectè & incautè: & pro maiori parte homines hac imprudentia viuunt: qm̃ non ratione recta, ſed imaginatione & extimatiua ac paſſionibꝰ tendunt in operationibus ſuis.

Quantùm ad ſm̃ aduerte, q̃ imprudentia priuatiuè ſumpta eſt peccatum ratione negligentiæ & omiſſionis. Tenetur enim quilibet ratione vtens, vt excludam infantes &

insanos,studium adhibere vt prudentiâ habeat: qua secundum rationem rectam viuat,cum sit rationalis naturæ:& ad beatitudinem tẽdat:ergo qui est aptus & debet habere prudentiam,si ex iniuria aut desidia omittit eam habere peccat peccato negligentię & omissionis.

Imprudentia autem contrariè sumpta, sicut & iniustitia & intemperantia,est secundum se peccatum: quoniam per imprudentiam homo agit contrario modo prudentiæ,s.sine debitis regulis & circunstantiis: sed diuertere à debitis regulis & circunstantiis requisitis ad actum bonum,vitium & peccatum est: ergo sicut prudentia secundum sui naturam est virtus,sic suum oppositum est vitium & peccatum.

Imprudentia aliquando veniale peccatũ est, aliquando mortale.

Tu tamen aduerte ꝙ aliquando est peccatũ veniale, aliquãdo mortale. Veniale quidẽ, qñ quis non debitis modis ac circunstantiis agit in his,q̃ non in diuina lege determinata,nec sunt saluti necessaria: sicut si quis immaturè incedit aut loquitur, aut incõpositè se vestit, aut non reuerenter maiores suos audit:non tamen eis resistit, nec eos contẽnit. Mortale autem:quando quis declinãs à diuinis regulis, suo iudicio agit contra ea,quæ sunt saluti necessaria,vt qui cibos comedit diebus ab ecclesia prohibitis ex contemptu, & qui inconsideratè ac incautè proximo detrahit:& eius famam denigrat.Peccat enim mortaliter etiam quòd ex malitia id non agat,sed quoniam imprudenter agat.

De hac imprudentia intelligitur illud Ecclesiast.cap. 20. est qui perdit animam suam præ confusione & imprudẽtia: & illud Pauli ad Ephesi.cap.5.Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei:vt,scilicet operemini iuxta Dei legem & mandata.

Imprudẽtia sunt tres ſpẽcies.

Viso quid sit imprudentia & qũo & quale peccatum est considerandum est de tribus vitiis contentis sub ea: q̃ sunt præcipitatio, inconsideratio,inconstantia.Pro quorũ euidẽtia aduerte primo,ꝙ sicut imprudentia directè & contrariè opponitur prudentiæ,sic illa tria opponuntur tribus actib⁹ prudentiæ,de quibus actum est supra,s.de consilio, de iudicio,de præcepto:ex consequenti opponunt habitibus causatiuis prædictorum actuum: habitus autem huiusmodi sunt, vt docuimus supra,eubulia,synesis & gnomi,prudentia.

Primò igitur agendum est de præcipitatione,que opponitur recto ac debito consilio,quod prouenit ab eubulia,& tria de ea considerãda sunt:primò quot modis sumitur:secundò quid sit secundum vnumquenq; modum:tertiò quomod sub imprudentia continetur.

Præcipitatio bifariam sumitur.

Quantũ ad primũ aduerte ꝙ præcipitatio duobus modis sumitur,s.propriè & per similitudinem. Propriè inuenitur in corpore,ſm similitudinem inuenitur in anima. In corpore quidem dicimus illũ præcipitari,qui impetuosè mouetur à sursum deorsum,absque motu ordinato & ꝑ medios gradus: Verbi grã, Sortes impetuosè motus à supremo gradu scalæ vsque ad vltimũ,relictis mediis gradibus dicit̃ præcipitatus.Vñ præceps est ille, q̃ inordinate mouetur.in anima autem ꝑ similitudinem dicimus illũ ꝓcipitari:qui ex impetu voluntatis & passionis fertur in actionẽ à summo ad infimũ,non seruatis mediis gradibus.Pro cui⁹ notitia aduerte, ꝙ & in anima scala quædã imaginãda est,cuius summus gradus est intellectus,siue ratio: infimus autem est operatio exercita ꝑ corpus: vt pugna ꝺ hostem.Medij autem gradus, per quos oportet defendere volentem operationem exercendam per corpus esse laudabilem & rectam sunt memoria præteritorũ,consideratio ꝓlentium,cõiectura futurorũ: docilitas qua acquiescat documentis maiorũ:ex omnibus his gradibus ꝓuenit rectũ consilium:ex recto cõsilio, bene ac laudabiliter proceditur ad opus per corpus exercendũ & est prudentis opus. Si quis igitur ad opus per corpus exercendum procedit,mediis gradibus relictis, dicimus illũ præcipitanter operari:ad similitudinem illius,qui ex monte præcipitatur in vallem,aut ex summo scalæ deorsum.

Præcipitatio quid sit.

Quantum ad secundum facile tibi constat ex declaratis quid sit.Nã præcipitatio proprie est motus localis impetuosus à summo deorsum relictis mediis gradibus:ꝑ quos ordinate descendendum est.Præcipitatio autem per similitudinem,de qua hic intendimus,est impetuosus motus voluntatis, aut appetitus sensitiui imperantis homini, ꝙ procedat ad opus per corpus exercendum: relictis mediis gradibus supra nominatis ex consequenti absque consilio recto.

Præcipitatio ad imprudentiam reducitur.

Quãtum ad tertiũ aduerte vt scias quomodo ꝓcipitatio per similitudinẽ sub imprudentia ꝓtinetur, vt docuimus supra:agere cũ ꝺsilio est opus prudentię: ergo agere sine cõsilio est opus imprudẽtiæ.Cõtrarij cñ actus ad ꝓtrarios habitus reducuntur. Sed, vt docuimus,præceps in opere agit sine cõsilio:ergo præcipitatio ad imprudentiam reducitur.

Et aduerte,ꝙ ad præcipitationem vẽ reduci temeritas. Nam temerarius est qui sine rõne habita,in opationẽ tendit. Tendere autem sine rõne dupliciter cõtingit:primo sine ratione consiliatiua:secundo sine rõne legis dirigentis. Nam sunt aliqui qui nulla habita consideratione nec discursu tẽdunt statim in opus:& sunt aliqui quibus licet ꝓponatur lex ſm quam operari tenentur,nolunt legem sequi,sed ex ꝓposito declinata lege tendunt in opus per oppositum legis:licet vterque sit temerarius,tñ non ad eundem habitum vt ad primam radicem reducuntur.Nam primus ad imprudentiã: secundus ad superbiã reducit.Hinc est,ꝙ temeritas sub primo sensu ꝓtinetur sub ꝓcipitatione,ex consequenti sub imprudentia:& sub scḋo sensu continetur ſnb præsumptione, siue cõtemptu:& reducitur ad superbiam: qua quis renuit subijci legi superioris.Hæc de præcipitatione dicta sint.

Secundò agendum est de inconsideratione,vt spectat ad ꝑsens ꝓpositum.Quod dixerim,qm̃ sicut consideratio inuenitur in speculatiuis, ita & in practicis. Verificatur em̃ de omni actu secundo intellectus.Vnde Ari.in secundo de anima,primum actum intellectus appellat scientiam:ſm autem appellat considerare.Hic autem nõ agendum de consideratione & eius oppositio:nisi vt versantur circa humana agibilia.De inconsideratione igitur sic accepta duo pertractanda sunt:primò quid sit:secundò quomodo sub imprudentia continetur.

Incõſideratio quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte,qm̃ vnum oppositorũ cognoscitur per aliud:oportet prius notificare quid sit consideratio,& per ipsam sciemus quid sit inconsideratio. Est autem cõsideratio actus intellectus intuentis veritatem rei,& de rei veritate rectè iudicantis.Pro cuius euidentia aduerte,ꝙ in practicis humanis agibilib.intellectus ꝑ ꝺsilium inquirit de veritate rei,& de vero ac recto mõ agendi:qa inq̃sitione facta,intellectus intuetur q̃d veri & recti sit in re agenda:& tũc iudicat & sentẽtiat sic vel sic agendũ.Sic autẽ sniare est cõsiderare.Vñ ꝺsideratio quidem incipit in ꝺsilio sed terminatur & ꝑficitur in iudicio & sententia,quam facit intellectus de re agenda & de modo agendi.

Cùm autem oppositꝫ ꝑ oppositꝫ diffiniantur,oportet ꝙ inconsideratio sit defectus recti iudicij intellectus de re agenda & modo agendi,ꝓueniens ex eo ꝙ quis negligit vel contemnit ea obseruare,ex quibus rectum iudicium ꝓcede re potest. Cõstat igitur quid sit inconsideratio in agibilibus humanis.

Inconſideratio ſubimprudentia continetur.

Quantùm ad ſm,s.ꝙ sub imprudentia contineatur patet ex eo ꝙ consideratio ad prudentiam spectat.Dictum est em̃ in c.præcedenti,ꝙ ad prudẽtiam spectat mediante synesi & gnomi,bene ac recte de agendis iudicare: sed ex diffinitione data constat ꝙ consideratio ad rectum iudicium spectat ergo & ad prudentiam. Cùm igitur inconsideratio opponatur considerationi, continetur sub oppositꝫ prudentiæ: quod est imprudentia.Nam sicut prudẽs recto iudicio operatur,sic imprudẽs aut sine iudicio,aut siniſtro iudicio.Hãc inconsiderationem arguit Salomon ꝓuerbiorum ca.13.cum inquit.Qui custodit os suum:custodit animam suam.Qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala,Hæc de inconsideratione dicta sint.

Tertiò agendum est de inconstantia:de qua tria agenda sunt:primò quid sit:secundò qũo ad imprudentiam spectat: tertiò cui actui prudentię opponitur.

Incõſtantia quid ſit.

Quantum ad primũ aduerte ꝙ incõstantia in agibilib. humanis est recessus à priori bono,ꝓpositꝫ recte ꝺsiliato,ac rectæ rationis iudicio determinato:incipiens à virtute appetitiua,& ꝺsummatur per rõnis defectum repudiantis bonũ: quod prius approbauerat & iudicarat agendum.

Primò dr̃ recessus,&c.Nam sicut constantia importat ꝑsistentiam ac firmitatem in bono prius ꝓpositꝫ,ac recte ꝺsiliato & recte per rõnem determinato,sic incõstãtia dicit oppositum:quoniam oppositorum oppositę sunt conditiones.

Secundò dr̃ incipiens,&c.qm̃ non recedit aliquis vtens rõne à priori bono ꝓpositꝫ nisi quia aliud bonum vel apparens magis & inordinate placet voluntati,aut appetitui sensitiuo,oblatum sibi à phantasia,vel ratione deficiente:sicut patet de illo qui ꝓposuerat incumbere studio,deinde tract⁹ inordinata complacentia ludi & ioci,aut deterritus labore recedit à primo ꝓpositꝫ:& de illo qui statuit pro patria pugnare, deinde tractus inordinato amore vxoris recedit à priori propositꝫ.

Tertiò dr̃,& consummatur,&c.qm̃ si ratio in suo vigore ꝑsisteret,comprimens impetum passionis, quo ꝓuocatur

ad re

receſſum prioris boni,perſiſteret in bono propoſito.Verùm ga non comprimit paſsionem : nec phantaſiam offerentem aliud minus bonum,fortè tñ ſub maiori apparentia:licet in veritate non ſic ſit,ideo ratio debilitata cõſentit in receſſu à priori bono : & tunc fit ꝯſummatè homo incõſtans. Patet igitur quid ſit inconſtantia,vt eſt vitiũ oppoſitum cõſtãtiæ.

Inconſtãtia ad imprudẽtiã ſpectat.

Quantùm ad ſm aduerte,ꝙ inconſtantia ideo ad imprudentiam ſpectat:quoniam ſicut ad prudentiam ſpectat omnis recta & ordinata ratio agibilium, ſic ad imprudentiam omnis rationis defectus ac debilitas in agendis. Cùm igit, vt declaratũ eſt,incõſtantia quo ad ſui conſummationẽ ꝓueniat ex defectu & debilitate rationis non comprimentis paſsionem & phãtaſiam,rectè ad imprudentiam reducitur.

Inconſtantia cuinam prudentiæ oppoſiti aduerſetur.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ ſicut præcipitatio opponitur actui prudentiæ qui dicitur conſilium,vt docuim⁹: & inconſideratio actui iudicij ac ſententię : ſi inconſtantia opponitur actui prudentiæ principali qui dicitur prȩcipere cõſiliata & iudicata: vt ad executionẽ deueniant. Dicit̃ em̃ homo inconſtans,quando deficit in præcipiendo conſiliata & iudicata:vel ſi præcipit non perſiſtit in præcepto:ſed aut ceſſat aut reuocat ex amore vel timore inſurgente abſque recta ratione:quod dixerim, qm̃ ſi præcipiens ceſſat à ꝑcepto,vel reuocat ratione recta ſic dictante ꝓpter nouas circunſtantias aduentantes,non dicitur inconſtans,ſed melius circunſpiciens.Vñ ſapiens & prudẽs,multoties prudenter cõſilium mutat & præceptum reuocat nouis emergentib⁹.

Et aduerte,ꝙ ſicut diuina ſcriptura magnifacit conſtãtiam,cuius ſpecies ſunt cõtinentia & perſeuerãtia in bono: & ad eas ſemper homines exhortatur:ſic reprobat incõſtãtiã:cui⁹ ſpecies ſunt incõtinẽtia, & mollities:vt patet Sapiẽtiæ c.4.vbi inquit faſcinatio nugacitatis obſcurat bona : & incõſtãtia concupiſcẽtiæ tranſuertit ſenſum.Et Iaco.in epiſtola c.primo. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.Et c.3.Vbi eſt zelus & contentio:ibi eſt incõſtantia.

De continentia autem & ſuo oppoſito, & de perſeuerãtia ac mollitie ſibi oppoſita dicemus, cùm loquemur de fortitudine & temperantia.Hic terminatur cõſideratio de prudentia diuina atque Chriſtiana.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS

Secundæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ, in ſex capita diuiſus.

¶ De iuſtitia diuina atque Chriſtiana,& eius oppoſito.

ACturus de iuſtitia,quę traditur in ſcriptura diuina atque Chriſtiana, & à ſacris Theologis, nõ eſt meæ intentionis repetere hic q̃ de ea ꝑtractãtur ad mentẽ Ariſt.in quinto Ethic.& ad mentem Platonis in diſpoſitione Platonicæ moralis tractatu quinto,parte quinta, & ſuper illa pro maiori parte ſe fundant Theologi doctrinales:inter quos ꝑcipuus eſt Diuus Thom.in ſecunda ſecundę:à quæſtione 57.vſque ad quęſtionẽ 122. nã q̃ pertractaui de iuſtitia in quinto Ethicorum ad mentem Ari. legere tu poteris in Epitomatibus moralibus,& quæ ad mentem Platonis in diſpoſitione Philoſophiæ moralis Platonicæ,tractatu quinto,parte quinta.Iam enim in lucem per impreſsionem prodierũt.Prȩſens igitur intentio mea eſt de iuſtitia pertractare & de ſuo oppoſito iuxta ſenſum diuinæ, ac Chriſtianæ legis, & ſacri Theologi.Diuiditur autem præſens tractatus in ſex capita.

Primò,inueſtigandum eſt quid ſit iuſtitia Chriſtiana.

Secundò,quantæ excellentiæ ſit.

Tertiò,quotuplex ſit.

Quartò,quæ & quot ſint eius partes.

Quintò,de iniuſtitia.

Sextò , inueſtigandum eſt ſi Deus hominum genus iuſtè regit ac gubernat.

CAPVT I.

Iuſtitia Chriſtiana quidnam ſit.

IN primo capite inueſtigandum eſt quid ſit iuſtitia vniuerſaliter ſumpta. Tu igitur aduerte , ꝙ communi ſententia eorum,qui rectè ſentiunt,ſic diffinitur:Iuſtitia eſt virt⁹ moralis,ſecundum quam cõſtanti & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuitur. Et quidem , quòd hæc diffinitio ſufficiens ſit,declaratur quò ad ſingulas particulas.

Iuſtitia eſt virtus moralis.

Primò dicitur virtus moralis vt diſtinguatur à virtutib⁹ ſiue habitib⁹ intellectualib⁹:quales ſunt ſcientia, ars, ſapientia,& intellectus,id eſt,habitus primorum principiorũ. De quibus ad plenum locuti ſumus in ſexto Ethicorum. Quòd aũt ſit virtus moralis ſic ꝓbatur:virtus moralis eſt quæ bonum facit habentẽ,& opus ſuum reddit bonũ : ſed hęc duo facit iuſtitia:ab ea nanq; dr̃ & eſt homo bonus:ſicut ab iniuſtitia malus.Vñ Cicero in primo de officijs inquit.A iuſtitia præcipuè viri boni nominantur:prȩterea,facit actum humanum elicitum per ipſam eſſe bonum & meritorium : qm̃ iniuſtitia facit actum eſſe malum:ergo ex oppoſito iuſtitia facit ipſum eſſe bonum:oppoſitorum enim habituum oppoſiti ſunt actus,eſt ergo iuſtitia virtus moralis. Vnde cõcludit Cicero in primo de officijs:In iuſtitia maximus apparet vir tutis ſplendor.

Iuſtitia eſt in voluntate,nõ in intellectu vel appetitu ſenſitiuo.

Secundò dr̃ ſecundum quam conſtanti & perpetua volũtate,voluntate quidem : qm̃ eſt ſubiectiuè in voluntate , & non in intellecta, nec in appetitu ſenſitiuo , in quo exiſtunt fortitudo & temperantia, vt dicemus infra : & ꝙ non ſit in intellectu arguitur ſic.Non dicimus iuſti : quia intelligimus iuſta,aliter omnis iuriſperitus eſſet iuſtus:ſed quoniam volumus & operamur iuſta:ergo non eſt ſubiectiuè in intellectu:& ꝙ non ſit in appetitu ſenſitiuo arguitur ſic : per iuſtitiam ſeruatur ꝓportio inter aliqua duo, vt inter venditorẽ & emptorem:inter præmiantem & dignum prȩmio:ſed hæc proportio nõ cadit ſub appetitu ſenſitiuo,eo ꝙ includit apprehenſionem duorum extremorum & comparationem adinuicem. Id autem ad intellectum ſpectat : ergo ſubiectiuè eſt in eo appetitu,qui iudicium ſequitur intellectus.Hic aũt eſt voluntas:vt docuimus in nono Metaphyſicæ & in ſecundo Ethicorum:ergo eſt ſubiectiuè in voluntate,& hęc eſt ẽt mens Anſelmi:qui inquit ꝙ iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata.Dicitur autem conſtanti & perpetua voluntate : qm̃ cum ſit habitus,& de ratione habitus ſic firmitas & immobilitas, non ſufficit ad rationem iuſtitiæ aliquẽ velle pro aliquo negocio,aut pro aliquo tempore iuſtitiam ſeruare:nam ſi id ſufficeret,omnis homo eſſet iuſtus.Vix em̃ inueniretur. qui vellet in omnibus & ſemper iniuſtè agere. Rationabiliter ergo dicitur,ſecundũ quam conſtant & perpetua voluntate.

Tertiò dr̃,ius ſuum vnicuique tribuitur,id eſt quod vnicuique conuenit & debitum eſt tribuitur:ſiue in commutationib.ſiue in diſtributionibus honorum & bonorum :quod quidem ius in quadam ꝓportione conſiſtit,ſicut non ius ſiue iniuſtum ſiue debitum in improportione conſiſtit,vt declarabitur infrà.

Quartò dicitur vnicuiq;:qm̃ iuſtitia ꝓpriè dicta ſemper eſt ad alterum,id eſt verſatur inter duo ſuppoſita diſtincta: ita ꝙ ꝓpriè loquendo,nullus eſt ſibi ipſi iuſtus:niſi metaphoricè,ꝓut ſ.in eo ſunt diſtinctæ partes:& tribuit vnicuiq; parti quod ſibi conuenit.Verum quia eiuſdem hominis diſtinctæ partes non cõſtituunt diſtinctos homines:ideo huiuſmodi iuſtitia eſt impropria,vt etiam docuimus in quinto Ethicorum.Quod autem iuſtitia ꝓpriè dicta ſemp ſit inter duo ſuppoſita declaratur ſic.Iuſtitia in quadam ꝓportione, aut ęqualitate conſiſtit.Hæc autem cum ſint reſpectiua, ſemper reſpiciunt alterum.Omne enim ęquale eſt alteri ęquale:idẽ intellige de recto & ꝓportionato:ergo iuſtitia ꝓpriè ſumpta ſemper eſt ad alterum:vt patet in commutatiua : diſtinguuntur enim vendens ab emente,& in diſtributiua. Differt enim tribuens ab accipiente.Quoniam igitur iuſtitia eſt ad alterum:ideo in præſenti diffinitione dicitur vnicuique ius ſuum,id eſt,debitum ſibi tribuitur:vt ſecundum Paulum ad Romanos,c.13.Reddite ergo omnibus debita:cui tributum, tributum:cui vectigal,vectigal:cui timorem, timorem : cui honorem,honorem.Nemini quicquam debeatis,niſi vt inuicem diligatis.

Et Diuus Anſelmus in libro cur Deus homo,diffiniens iuſtitiam,egregiè exponit q̃d ſit vnicuiq; ius ſuũ tribuere.Vñ inquit,Iuſtitia eſt animi libertas tribuens vnicuiq; ſuã propriam dignitatem,id eſt,quod dignum & iuſtum eſt:maiori reuerentiã,pari concordiam,minori diſciplinam,Deo obedientiam:ſibi ſanctimoniam,inimico patientiã, egeno operoſam miſericordiam.

Conſtat igitur q̃d ſit iuſtitia vniuerſaliter ſumpta,ſi autẽ quæris q̃d importet hoc nomen iuſtitia in diuina lege & Euangelica,in quibus vr̃ omnis virtus:omnis bonitas : omnis deniq; obſeruantia legis ꝑ iuſtitiã nominari:dico iuxta doctrinam Diui Hieronymi ad Demetriadem ꝙ in ſacra lege, Omnes virtutum ſpecies,in vno iuſtitiæ nomine continentur:& ad filiam Mauritij inquit:in diuina lege iuſtitia nõ eſt aliud quàm non peccare.Non peccare autem eſt præcepta

legis obſeruare:præceptorũ legis obſeruatio,duplici obſeruationis genere cuſtoditur:vt non ea quę ꝓhibentur facias, & cuncta quæ iubentur facias.Hæc eſt iuſtitia intenta in diuina ac Chriſtiana lege ſecundum Diuum Hieronymum.

Iuxta doctrinã Diui Ambroſij in lib.de officiis,Chriſtiana iuſtitia eſt,q̃ nil alienum vẽdicat: quæ cuilibet dat quod ſuum eſt: q̃ negligit propriam vtilitatem vt ſeruet cõmunẽ æquitatẽ:& prima iuſtitia eſt in Deũ:ſecunda in patriã:tertia in parẽtes:quarta in omnes.Hæc de primo c.dicta ſint.

CAPVT II.

De diuina ac Chriſtiana iuſtitiæ excellentia.

IN ſecundo c.inueſtigandum eſt quanta ſit excellentia & celſitudo iuſtitiæ. Tu igitur aduerte, ꝙ quinque manifeſtant nobis eius excellentiam.primo quoniam vera ac Chriſtiana iuſtitia,de qua hic intendimus, in ſe omnem aliã virtutẽ continet:ita ꝙ contentiuè dici poteſt omnis virtus: & neceſſe eſt eam in omni alia virtute ſeruari:qđ ratione declaratur & ſigno. Ratione quidẽ ſic:iuſtitia proportionem ac decentiã ſiue mediocritatẽ quandam importat: quæ ẽm iuſta ſunt proportionata ac decẽtia ſunt:ſed huiuſmodi decentiam & proportionem & mediocritatem neceſſe eſt in omni virtute inueniri: eo ꝙ extra me vitij rationẽ obtinẽt. Vt nunquam timere & ſemper timere malum eſt.[1] Aliquãdo autem timere & aliquando audere vt decet, bonum eſt: & conſtituitur virtus fortitudinis:ergo ratione mediocritatis & decentiæ,iuſtitia omnem virtutem continet: & in omni continetur.Propterea non immerito dicit Diuus Hieronymus ad Demetriadem:Omnes virtutum ſpecies,vno iuſtitię nomine continentur.

Iuſtitia eſt omnis virt⁹.

Signum autem ꝙ iuſtitia omnes virtutes contineat & in omni cõtineatur ſumitur ex diuina ſcriptura antiqua & Euangelica:in qua cum de virtute & probitate vitæ,& diuinorũ præceptorum obſeruantia & obſeruatore agitur,nullo fermè alio nomine vtitur q̃ iuſtitia & iuſto:& per oppoſitũ cum de malitia & malo vniuerſaliter eſt ſermo, non niſi iniuſtitiæ & iniuſti nomine vtitur. Quod ſi in ſpecie deſcendere volueris id tibi notũ erit,ſi in ſcripturę ſacræ ſtudio laboraueris:& vt tibi aliqua pro introductione propoſiti afferamus,vide Gene.c.15.Credidit Abraham Deo:& reputatũ eſt illi ad iuſtitiam,id eſt,ex eo ꝙ Deo credidit reputat⁹ eſt bonus & probatæ vitæ,ac obſeruator diuini præcepti:& Deutero.ca. 24. Habeas iuſtitiam,id eſt,probitatem vitæ & obſeruantiam legis ſuæ:corã domino:& Tobiæ ca.13. Facite iuſtitiam,id eſt, opera bona coram domino: & Iob cap.29. Iuſtitia,id eſt,probitate vitæ indutus ſum:& Dauid in Pſalmo:Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, id eſt bonitatem meam:& Prouerb.cap.11.Iuſtitia rectorum liberabit eos:& Sapien.c.15.Hoſce te eſt cõſummata iuſtitia & Iſaię c.54.Hęc eſt hęreditas ſeruorum domini, & iuſtitia eorum apud me:& Ezec.c.18.Iuſtitia iuſti erit ſuper eum: & Oſeę c.2.Sponſabo te mihi in iuſtitia:& Mich.ca.6.Videbo iuſtitiam eius:& Matth.5.Videte ne faciatis iuſtitiam veſtrã coram hominibus.Item: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra,id eſt,obſeruantia legis pluſquam ſcribarũ & Phariſęorum,nõ intrabitis in regnum cœlorum:& Lucę 1.In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus vitę noſtræ: & Paulus ad Roman.ca.6.Iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto:& ſecũdæ ad Cor.ca.9.Augebit incrementa iuſtitiæ veſtræ: & ad Hebr.cap.11.ſancti operati ſunt iuſtitiam: & Iacobus in epiſtola cap.3.fructus autem iuſtitiæ in pace; & Ioannes in epiſtola prima c.2.Qui facit iuſtitiam,id eſt, viuit ſecũdum legem Dei,ex ipſo natus eſt.

Iniuſtitia eſt omne malum.

Quod autem per iniuſtitiam & iniuſtũ in ſcriptura ſancta quæcunque malitia & iniquitas intelligatur, patet vt in frã:Deutero.c.25.Auerſatur dominus omnem iniuſtitiam:id eſt,peccatũ & malitiam:& Dauid in Pſalmo:Dixi,cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meã, id eſt, iniquitatem meam, & illud,Non abſcondi iniuſtitiam meam, & illud,Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.& illud,Vt nõ dominetur mei omnis iniuſtitia,& Eccleſia.c.7.Nõ ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, c.17. Reuertere ad dominum, & aduertere ab iniuſtitia.De iniuſto autem habes in Pſalmo. Dixit iniuſtus, id eſt peccator vt delinquat in ſemetipſo, & Eccleſiaſt.cap. 9.Non placeat tibi iniuſta iniuſtorum, & Paulus primæ ad Timo.1 Iuſtis non eſt lex poſita ſed iniuſtis. Conſtat igitur iuſtitię excellentia & ſui oppoſiti malitia, ex eo ꝙ omnem continet, & in omni continetur virtute, & iniuſtitia omne complectitur vitium & in omni continetur.

Secundò oſtenditur iuſtitiæ excellentia ex eo ꝙ Deus mundum ſuperiorem in quadam iuſtitia conſtituit & regit, abſq; omni defectu & errore. Mundum autem ſuperiorem voco cæleſtia corpora,& eorum motus:& quidem ꝙ ipſum in iuſtitia ꝓſtituerit & regat,cõſtat ex maxima regularitate & ꝓportione,quam deprehendimus inter cæleſtes mot⁹ & conſeruantiam ita ꝙ ex illis conflari dicitur omnis muſica diuina atque cæleſtis.Nec vana oĩno vĩ eorum ſnĩa: qui arbitrantur ex motibus cælorum cauſari mirabilem conſonantiam.Nam & eis fauere vĩ Iob ca.38.vbi inquit:Quis enarrabit rationem cęlorum?Quis concẽtum cæli dormire faciet? Concentum autem ſiue conſonantiam iuſtitiam vocum aut ſonorum appellare poſſumus: ſicut diſſonantiã ſonorũ improportionem & iniuſtitiam. Vnde vulgo cantus diſſonãs iniuſtus appellatur.

Tertiò oſtenditur iuſtitiæ excellentia,ex eo ꝙ Deus mũdum inferiorem in quadam iuſtitia cõſtituit & adminiſtrat: nec egreditur ordinem ſibi diuinitus ab initio impoſitum. Quod quidem patet ex admirabili elementorum ſitu. Nam in parte infirma terram locauit: eo ꝙ vt grauis ad centrum tendere debebat.In ſuprema autem ignem: qm̃ vt ſimpliciter leuis ſuperiora petit.Aerẽ autẽ & aquam inter media locauit:qm̃ nec ſimpliciter leuia,nec ſimpl̃r grauia ſunt,& ad vitam animalium volatilium terreſtrium & aquaticorũ cõſeruandam.Si ergo qđ decens & ordinatum & debitum eſt iuſtum eſt:conſtat ꝙ Deus mundum inferiorem in quadam iuſtitia conſtituit.Et in ſignum huius iuſtitiæ dr̃ Gene.c.1.vidit Deus cuncta quę fecerat & erant valde bona:ſi bona, ergo decentia,& per conſequens iuſta.

Quartò oſtenditur iuſtitiæ excellentia ex eo ꝙ Deus microcoſmum,id eſt,hominem & ſm corpus & ſm animam in quadam iuſtitia conſtituit. Quantum ad corpus quidem ex eo ꝙ ipſum ſanum condidit.Sanitas ẽm ægritudinem pcedit:ſicut habitus priuationẽ.Sanitas aũt iuſtitia eſt humorũ: & ęgritudo iniuſtitiam humorum ſignat.Nam ſicut ſanitas ex adæquatione & temperantia humorum ꝓuenit:ſic ęgritudo ex inadęquatione & diſtemperantia.Cum ergo Deus humanum corpus in tali contemperantia ꝓduxerit: & hæc ſit quædam iuſtitia,conſtat ꝙ ipſum iuſtum produxit: & nõ ſolum iuſtum,ſed & iuſtiſſimum:vt pote immortale.Nam vt dr̃ Sapientiæ,c.1. Deus mortem non fecit,ſed vt inquit Pau. 1.ad Cor.c.15.per hominem,ſ.Adam peccantem mors introiuit in mundum.Manifeſtum eſt ergo bonitatem humani corporis dependere ab hac iuſtitia:& quanto maior eſt, tanto hominis corpus nobilius exiſtit.Vñ ſi daretur corpus vt inquiunt medici & naturales,in quo quatuor humores conterperati eſſent ad pondus,homo ille eſſet quaſi diuinus,vt credimus de corpore Chriſti benedicti.Sola ergo iuſtitia ſeruatu hominis corpus,& ſolus iniuſtitia deſtruitur.Quod autẽ Deus hominis animam in quadam iuſtitia creauerit,conſtat ex cõi ſententia Theologorum,qui tenẽt Deum dediſſe primo homini iuſtitiam originalem:quæ quidem conſtabat in quadam conſonantia inter potentias ſenſitiuas & intellectuas.Iuſtum eſt enim inferiorem deſeruire ſuperiori. Item in quadam conſonantia inter appetitum ſenſitiuum & voluntatem,quã dicimus appetitum rationalem:& ex tali iuſtitia pendebat ſalus animę:ſicut ex humorum iuſtitia ſalus corporis.Et ſicut ex iniuſtitia humorum corpus morti ſubijcit, ſic ex iniuſtitia inter inferiorem & ſuperiorem partem animæ,anima peccato,qđ eſt mors animę,ſubijcitur:ex prędictis oĩbus conſtat,quanta ſit iuſtitiæ excellentia qua poſita, vniuerſum ipſum:& microcoſmus ſm corpus & animã ſeruatur,qua remota omnia prędicta deſtruuntur.

Et aduerte,ꝙ dixim⁹ de Vniuerſo & microcoſmo:idẽ intellige in omnib. artibus ac humanis negocijs.Muſica nanque ſeruatur iuſtitia vocũ & ſonorũ:& ſuo oppoſito deſtruitur.Medicinale artificium ſeruatur iuſtitia ſimpliciũ debitę cõpoſitorum.Quod ſi indebite & improportionaliter cõponãtur:cauſa ſunt ægritudinis & mortis.Omnia ciuilia, iuſtitia ſeruantur,oppoſito deſtruũtur.Nam princeps & nobiles & ciues & alij quandiu vt decet operantur & ſe gerunt ad inuicem,nec alterius alter ꝓſonam,aut rem,aut ſtatum ptur bauerit,ciuitas ipſa valet:ex oppoſito autem vtpote iniuſtitia,ac diſſonãtia paulatim ægrotare incipit & tandẽ diſſoluitur.Salus exercitus in quadã cõſiſtit iuſtitia,vt ſ.dux,milites,equites,pedites agant quod ſuum eſt oportet,oppoſito autem deſtruitur. Salus domeſticę familiæ, ex iuſtitia pendet,ſcilicet vt ſit vnus regens & alij recti prout vniuſcuiuſque ſtatus expoſtulat,vt vxor regatur ſicut vxor:filij vt filij: ſerui vt ſerui:quod ſi fiat oppoſitum,fiet iniuſtitia: & familiæ bonum deſtruitur. Eſt ergo iuſtitia prę alijs virtutibus moralibus honoranda atque obſeruanda: ſine qua

nec

nec in naturalibus,nec in moralib⁹: nec in artificiis fuit vn quam aliquid perfectum.Imò ſine qua nec Deus mundum creaſſet.Nam mundus ordinem partium in toto vniuerſali includit: ſi ordinē, ergo iuſtitiā.Si ergo Deus mundū ſine iuſtitia creaſſet,non mundum,ſed chaos quoddā produxiſſet:vt ſomniarūt antiqui Philoſophi:vt Heſiodus,Anaxagoras,& Anaximenes:verùm qm̄ iuſtus eſt Deus,& iuſtitiā diligit,omnia non confuſe,ſed in numero & pōdere & menſura conſtituit.In his autem iuſtitia ſeruatur:& hęc de iuſtię celſitudine dicta ſint:cui fauēt & q̄ ſunt extra fidē gentiles:nā Ari.extollens in quinto Ethicorum iuſtitiā,neſciuit quid altius dicere quàm quòd præclariſſima virtutū eſt iuſtitia,neque Lucifer aut Heſperus eſt inter ſydera ita admirabilis ſicut iuſtitia inter virtutes:& Cicero in libro de officiis eā ſic extollit,Iuſtitię hæc vna virtus,ſola domina omniū,& regina virtutū.Iteꝝ,tanta eſt iuſtitiæ virtus, vt ne illi quidē qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla iuſtitiæ particula viuere.Item,nihil eſt honeſtū,qđ iuſtitia vacat:ergo iuſtitia eſt omnis virt⁹,& ſine ea nulla eſt virt⁹.

Quintò oſtenditur iuſtitiæ excellentia ex eo, q̄ licet in ſcriptura ſacra Deus benedictus plurium virtutum nomine nobis innoteſcat,nullo tamen ita iterato & frequenti⁹ quā iuſti & iuſtitiæ nomine:ſed & Meſsias in lege ꝓmiſſus quaſi proprio nomine appellatur iuſtus:vnde Iſaias capite quadrageſimoquinto.Rorate cœli deſuper,& nubes pluant iuſtū:& iuſtitia oriatur ſimul:ſed & iuſtitia De⁹ glorioſus ac Meſsias appellantur.Vnde Dauid in Pſalmo:Iuſtitia de cœlo ꝓſpexit.Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt:& Iſaias capite qn quageſimoprimo:Propè eſt iuſt⁹ meus:egreſſus eſt Saluator meus,& capite quadrageſimoſexto:Propè feci iuſtitiā meam & nō elongabitur.Hęc de iuſtitiæ celſitudine dicta ſint.

CAPVT III

Quot modis ſumatur ac dicatur iuſtitia.

IN tertio capite inueſtigandum eſt apud Theologū quotuplex ſit iuſtitia.Tu igitur aduerte de ea duas famoſiores diuiſiones,tā apud Philoſophos q̄ apud Theologos tritas.

Prima eſt,iuſtitia alia generalis,alia particularis.

Iuſtitia generalis.

Secunda eſt:iuſtitia alia diſtributiua,alia commutatiua.

Iuſtitia generalis dicitur ſecundum virtutem & ordinationē.Nam ſicut Sol generalis ac vniuerſalis cauſa dicitur, qm̄ in omnibus cauſarum inferiorum effectibus influit: ſic & iuſtitia generalis dicitur,quoniā ad ſe ipſam trahit & ordinat omnes alias virtutes:cum ſit ſumma virtus inter morales omniſque virtutis fons & origo. Vnde Ambroſius in Hexameron inquit, Vbi prudentia, ſ.ſecularis ibi malitia: vbi fortitudo ibi iracundia.Vbi temperantia.ibi impatiētia Plerunq; aūt alia vitia. Vbi aūt iuſtitia:ibi cōcordia aliarū virtutum.Non enim per ſe pars eſt iuſtitia,ſed quaſi omniū virtutum mater.

Hanc generalem iuſtitiam Ar.appellat legalem,vt videre poteris in quinto Ethicor.in Epithomatib. noſtris:eſt em̄ principaliter à lege intēta & à legiſlatore,quæ cæteras virtutes ad bonum reipublicæ ordinat.Lex em̄ rectè ac ſanctè poſita diſponit ciues fore temperatos,fortes,prudentes veraces vt reipublicæ bonum conſeruetur,quod in quadā cōſonantia ac iuſtitia conſiſtit,ita ſ. quòd quilibet agat & viuat ſecundum quòd lege ſtatutum eſt.putà quòd ciuitatis cuſtodes animoſi ſint,& fortes atque fideles quòd gubernatores & rectores prudentes quòd erudientes iuuentutem temperati ſint & pudici.Hæc igitur iuſtitia meritò generalis nuncupatur,quoniā generale,id eſt,totius ciuitatis commune bonū concernit.Quā quidē oportet eſſe in principe, vt in prima radice,à cuius autoritate pendet cōmune bonum.Vnde ſi videris ciues intemperatos,imprudentes,infideles,diſcordes in conſeruatione patriæ cōcludes illic nō exiſtere hanc generalem iuſtitiam:ſed ſuum oppoſitum, id eſt.vniuerſalē iniuſtitiā.quæ aſſimilatur ægritudini in corde per quam non ſolum pars vna,ſed totum corp⁹ tabeſcit. De hac vniuerſali iuſtitia intendit Iſaias cap.1.cum dicit. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea.Nunc autem homicidæ,& ꝓuerbiorum cap.16.Initiū viæ bonæ facere iuſtitiam, & accepta eſt apud Deū,magiſq̄ immolare hoſtias.De generali iniuſtitia ſic legimus Eccleſiaſt.capi.10.Regnum à gente in gentē transfertur propter iniuſtitias & iniurias & contumelias & diuerſos dolos.Generalē iuſtitiam omnes leges & diuinę & humanę rectè poſitæ intendunt.Sicut em̄ Deus totiꝰ vniuerſi bonum & non ſolum aliquarum partium intendit. Sic omnis vera lex commune bonū primo, deinde particulare intendit.Hac de cauſa omnis ver⁹ legiſlator Deo optimo aſsimilatur,inquātū poteſt: & prudentiſsimo medico, qui nō tm̄ vnam partē,ſed totum ſanare intēdit. Totonanque bene diſpoſito,oēs partes bene ſe habēt.Nō aūt ex bona diſpoſitione vni⁹ partis ſequitur toti⁹ bona diſpoſitio.

Iuſtitia particularis.

Iuſtitia particularis eſt quæ intendit bonum particulare inter perſonam & perſonam,prout vna ordinatur ad alteram,vt inter dominum & ſeruum,patrē & filium, virum & vxorem,ciuem & peregrinum, amicum & amicum, magiſtrū & diſcipulum.& hæc quidem particularis iuſtitia iuxta doctrinam Pauli ad Rom.cap.12.& primæ ad Corint. ca. 12.imitatiuè reperitur in humano corpore & in myſtico Chriſti corpore,qđ eſt eccleſia,pars em̄ vna alteri deſeruit & compatitur & congaudet & econuerſo.Vnde inquit primæ ad Cor.cap.12.Nunc autem poſuit Deus membra,vnum quodque eorum in corpore ſicut voluit.Quòd ſi eſſent oīa vnum membrum,vbi corpus?Nunc autē multa quidē membra vnum autem corpus.Non poteſt autem oculus dicere manui,opera tua non,indigeo, aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, ſed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe neceſſaria ſunt,& quæ putamus ignobiliora membra corporis eſſe,his honorē abundantiorem circundamus,& quę inhoneſta ſunt noſtra,abundantiorem honeſtatem habent.Honeſta autem noſtra nulli⁹ indigent.Sed Deus temperauit corpus,ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorē,ne ſit ſchiſma in corpore:ſed in idipſum pro inuicē ſollicita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrum,cōpatiuntur omnia membra,ſiue gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti,& membra de membro: &c. Sicut igitur in corpore humano vnumquodque membrū iuſtitiā ſeruat ad aliud deſeruiens vt oportet,nullumq; ex eis inuenitur inutile,neq; diſcors ab alio,ſic in ciuitate vel familia,non licet aliquē inueniri inutilem, ſed oēs ad inuicē iuſtitiam ſeruare iuxta conditionē,ſtatum, meritaq̄ perſonarum.Quòd ſi hanc iuſtitiam,quam in membris humani corporis videmus,ſeruarent homines inter ſe:nullus foret inopia preſſus,nullus abſque ope relictus:nullus deſperatus:ſed corpus vnū ciuile conſonum,viuū,integrū cōſtituerent:in quo partes oēs ſe mutuo conſeruarent. Nam vt inquit Diuus Grego.in regiſtro,Summū bonum in rebus eſt iuſtitiam colere,ac vnicuique ſua iura ſeruare: & ſubiectis nō ſinere,qđ poteſtatis eſt fieri:ſed qđ ęquum eſt cuſtodiri. Hęc de prima iuſtitiæ diuiſione dicta ſint.

Quantùm ad ſecundam diuiſionem,ſcilicet in diſtributiuā & cōmutatiuam aduerte q̄ eſt ſubdiuiſio iuſtitiæ particularis:& quoniam in 5.Eth.ad mentem Ariſt. & in tract. 5. part 5. in diſpoſitione philoſophię moralis Platonicę, de hac diuiſione ad plenum locuti ſumus. Nec diſcordant ab his,quæ tenet & docet religio Chriſtiana:ideo de ea hic perfunctoriè agendum eſt:vt fundemus eam in diuina ac Chriſtiana lege.

Iuſtitia diſtributiua, quo à cōmutatiua diſtinguitur.

Tu igitur aduerte diſtributiuam ex ſui natura in hoc ꝓcipuè diſtingui à commutatiua. Diſtributiua non requirit quòd diſtribuens aliquid conſimile,vel æquiualens reacciat ab eo,cui diſtribuit.Nā ſi princeps diuerſis ciuib⁹ diuerſos tribuit honores,iuxta modum ſufficientiæ & eorum merita,nō oportet ciues econuerſo principi publicos tribuere honores & dignitates,ſed reuerentiā,amorē gratias referre,ac ſuſceptos honores:ad bonū reipub.& nō ad ꝓprium commodum ordinare,iuxta gradum honoris ſibi aſſignatum.Nam princeps vt princeps honorē habet à ſe: ciuis autem à principe: ex quo ſequitur hanc diſtributiuam iuſtitiā propriiſsimè inueniri in Deo.Ipſe enim ſolus verè liberalis eſt,eò quòd omnē honorem,omne bonum, omnē poteſtatem habet à ſe:nec ſua perfectio augeri aut minui poteſt ex quocunque obſequio aut cultu aut munere ſibi exhibito à creatura. Vnde mera liberalitate & gratioſe ſine intenta retributione cuilibet creaturę diſtribuit debitas ſibi perfectiones,prout decet & iuſtum eſt, & iuſtitia ī Deo procedit à diuina voluntate adiuncta ſapientiæ.Vnde res reſpectu Dei tm̄ iuſta,quantum volita.Patet ergo, qūo in Deo iuſtitia diſtributiua propriiſsimè ſeruatur:eo quòd nullus à ſe bonum habet:quod Deo tribuat: ſed quicquid habet à Deo accepit:& hęc eſt Pauli doctrina ad Roman. capite:11.vbi inquit: Quis nouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.Et primę ad Cor.cap.4.Quid habes quod non accepiſti ſcilicet à Deo? Si autē accepiſti,qd gloriaris quaſi non acceperis? Ergo ex iuſtitia diſtributiua non poteſt

creatura tribuere Deo. Ex conſequenti excellentiſsimo modo tribuitur ſoli Deo.

Et ex hoc aduerte, q̃ principes tanto magis imitantur Deum in iuſtitia diſtributiua, quanto honores & facultates & officia ſubditis benemeritis diſtribuunt: nõ reſpiciẽtes proprium commodum, aut munera, aut retributiones, aut perſonarũ acceptionem, aut inordinatos affect⁹: ſed cuiuſcunque virtutem ac benemeritum. Huius defectu quã rari ſunt veri ac iuſti principes: ſed pro maiori parte ciues bonos opprimunt, malos exaltant, cumulandis diuitiis attendunt rẽpublicã negligunt. Hinc Iſaias ca. 1. inquit, Principes tui infideles, ſocij furum. Omnes diligunt munera, ſequunt retributiones. Pupillo non iudicant & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.

Iuſtitia verò cõmutatiua in hoc diſtinguitur à diſtributiua, quòd neceſſe eſt vnum alteri dare & ab eodẽ æquiualens recipere, vt patet in humanis contractibus: nã vẽditor dat venditũ, ſiue venale ementi, & emptor dat pretium vẽdenti. Sed aduerte, q̃ hęc iuſtitia ſupponit in commutantibus dominium ac liberam poſſeſsionem rei commutabilis. Vnde, ſi quis vendat rem ſuam, aut emat pretio non ſuo, erit iniuſtitia commutatiua.

Ex his duo ſequuntur. Prima, q̃ in Deo non eſt, nec poteſt eſſe iuſtitia cõmutatiua, Dicit eñ imperfectionẽ & bonorũ inſufficientiam in cõmutantibus. Nullus enim hominum ſibi ipſi in omnibus ſufficit: ideo commutatiua iuſtitia inuenta eſt. Puta, quoniã videmus ſi quis frumentũ habet forte non habet vinum: ſi agrum habet, non tamen pecuniã aut ecõuerſo, & ideo res vna in aliã cõmutatur, ꝓpter mutuũ cõmodũ, & ſupplementũ mutuæ indigentiæ. Sed Deus ex ſe ipſo in omnibus ſufficiens eſt, & diues in omnibus, & vt dicit Dauid in Pſalmo. Bonorum meorum nõ indiges & in alio Pſalmo. Non in ſacrificiis tuis arguam, te. Holocauſta aũt tua in cõſpectu meo ſunt ſemper. Nec accipiã de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniã meę ſunt omnes feræ ſyluarũ, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecũ eſt, ſi eſuriero non dicã tibi, meus eſt enim orbis terræ & pleni tudo eius. Patet igitur in Deo non poſſe inueniri iuſtitiam cõmutatiuã. Secundo ſequitur, q̃ in humanis quã caræ ſunt cõmutationes iuſtæ, eo q̃ difficilis eſt iuſta diuitiarum ac⁹ quiſitio. Nam multoties venditur quod nõ eſt vendentis & emitur pretio, quod non eſt ementis. Propterea Seruator Matt. ca. 19. inquit, Difficile eſt diuiti intrare regnum Dei: & Paul⁹ primæ ad Timot. cap. 6. inquit, q̃ volunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. (& infrà) diuitib⁹ ergo huius ſeculi pręcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere & cõmunicare. Theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum vt apprehẽdant bonã vitam, id eſt, beatam vitam. Hæc de iuſtitia legali, quam diximus generalem & de particulari diſtincta in diſtributiuam & commutatiuam dicta ſint.

Supereſſet pertractare de medio vtriuſq; iuſtitiæ & de iuſto, quod nos dicim⁹ ius & quotuplex fit. Verũ de his ad plenum locuti ſumus in Epitomatibus noſtris in 5. lib. Ethi. in tract. 1. cap. 3. & 4. De iure autem in tract. 2. cap. 1. & 2. & tu vide illic, quoniã non diſſonant à diuina & Chriſtiana religione, nec quid noui addendum eſt. Nam & Theologi doctrinales in his pertractandis non recedunt à via Ari. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

IN capite quarto agendũ eſt de partibus iuſtitiæ: ſicut & in præcedenti tractatu actum eſt de partibus prudentiæ. Solent autẽ triplices partes aſsignari, ſ. ſubiectiuæ integrales, & potentiales. ſubiectiuæ quidem ſunt ſpecies, in quas iuſtitia diuiditur: & de quibus in recto ac eſſentialiter prædicat, vt ſuperius de inferiori, & de his iam pertractauim⁹ in ca. præcedenti, & ſufficit pro præſenti ꝓpoſito. Integrales aũt ſunt, quib⁹ integratur & perfectè fit act⁹ iuſtitię, ita q̃ ſi aliqua deficeret, permaneret actus ille imperfectus. Potentiales vero ſunt virtutes iuſtitiæ annexæ, eo quòd ſunt ad alterum, ſicut iuſtitia, & ratione huius conuenientię cõmuniter à doctoribus dicuntur partes potentiales iuſtitiæ.

De integralibus igitur & potentialib⁹ hic locutu ri ſum⁹.

Quantum ad partes integrales iuſtitiæ aduerte, q̃ apud diuũ Aug. in lib. de correctione & gratia ſunt duæ, Lagere bonũ & declinare à malo, & fundantur ſuper Pſalmum Dauid, vbi inquit. Quis eſt homo qui vult vitã, diligit dies videre bonos. Prohibe linguam tuã à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum. Et quòd intendat de iuſtitia, manifeſtatur cũ ſubinfert: Oculi domini ſuper iuſtos & aures eius in preces eorum, &c.

Iuſtitiæ integrales partes duæ ſunt declinare à malo, & facere bonũ.

Vt autem ſcias quo agere bonũ & declinare à malo pficiunt in ſpecie actũ iuſtitiæ & quo nõ, aduerte q̃ poſſunt cõparari ad omnem virtutẽ, & ad iuſtitiam legalem, quam diximus generalem, & ad iuſtitiam particularem, quam diſtinximus in diſtributiuam & commutatiuam.

Si comparentur ad omnẽ virtutem, ſumenda ſunt abſolutè & in cõmuni, & nõ ſolũ ĩ ordine ad alterũ. Et ſic omni virtuoſo ſm quamcunque virtutẽ competit agere bonũ, id eſt, opus illi⁹ virtutis, & declinare à malo, id eſt, vitare actũ extremi oppoſiti illi virtuti. Verbigratia, Ad liberalẽ ſpectat agere actũ bonum ſm liberalitatem, & vitare actum malũ auaritiæ & ꝓdigalitatis. Ad fortẽ ſpectat agere actum bonum fortitudinis, & vitare actum malum inordinati timoris, & effrẽnatæ audacię, & ſub hac ratione abſolutè nõ ſpectant particulariter ad iuſtitiam: ſed circundant omnẽ virtutem moralẽ ſicut verum & falſum omnẽ habitum ſcięti-ficum. Ad omnẽ eñ ſcientẽ ſpectat adhærere vero & fugere falſum. Et in hoc ſenſu accipit Petrus in prima epiſtola cap. 3. declinare à malo & facere bonũ. Nã prius admonuerat fideles quo ſe gererent in actibus virtuoſis, abſtinerent que ab oppoſitis. Sic eñ inquit: In fide autẽ vnanimes, cõpatiẽtes, fraternitatis amatores, miſericordes, humiles, nõ reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto, ſed econtra benedicentes, quia in hoc vocati eſtis vt benedictionem hæreditate poſsideatis. Deinde ſubinfert dictũ Dauid, qui enim vult vitam diligere, &c.

Si comparentur ad iuſtitiã genetalem, ſumenda ſunt nõ abſoiutè, ſed in ordine ad legẽ diuinã vel humanam: vt ſit ſenſus: Agere bonum ſm quòd lex inſtituit, & diuertere à malo vt lex prohibet, ſunt partes integrales iuſtitię legalis. His eñ duobus actus eius perficitur: & vnũ ab⁹q; altero nõ ſufficit: verbi gratia, Pręcipit Deus in lege, Diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde, &c. Deinde prohibet acceſſum ad deos alienos, vtpotè malum. Hæc duo vt integrantia actũ iuſtitię legalis cõplexus eſt Hierem. cap. 7. vbi inquit, ſi benedixeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra, ſi feceritis iudiciũ inter virum & proximũ eius (hoc eſt facere bonum ſecũdũ legem) ſi aduenę & pupillo, & viduę nõ feceritis calumniã, nec ſanguinem innocentẽ effuderitis in loco hoc, & poſt deos alienos nõ ambulaueritis, (hoc eſt declinare à malo ſecundũ legem) habitabo vobiſcũ in loco iſto, in terra quam dedi patribus veſtris à ſeculo vſque in ſeculum. Si cõparentur ad iuſtitiam particularem, ſumenda ſunt non abſolutè, nec preciſè in ordine ad legem, ſed in ordine ad proximũ, erga quem in omni actu ſeruanda eſt iuſtitia, ſiue diſtributiua, ſiue cõmutatiua: vt ſit ſenſus agere bonum debitum proximo, ſiue in diſtribuendo, ſiue in cõmutando, & declinare à malo, id eſt, proximo nocumentum non inferre, ſunt partes integrales iuſtitiæ particularis pficientes actũ eius vt duę cauſæ partiales, quarũ neutra ſufficit, ſed vtraque ſimul: nam ad iuſtitiam ſpectat conſtituere æqualitatem in his, quæ ſunt ad alterum, & cõſtitutam conſeruare & non contrauenire, vt patet in contractibus cõmutatiuis. Vnde ſm legem pœna tribuitur conuentionẽ frangenti. Sed conſtituitur æqualitas per hoc quòd fit bonũ debitum proximo, & conſeruatur per declinationem à malo, id eſt, non frangendo conſtitutã æqualitatem ex illatione damni. Has iuſtitię partes integrales ſeruauit Dauid vt legim⁹ in 2. Regum cap. 9. erga Miphiboſeth filium Ionathę filij Saul, cui reſtituit oẽs agros Saul: & dixit ei, Reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem ſemper in mẽſa mea: & ſic Dauid fecit ei bonum. Cùm autem vt legimus ĩ eodẽ libro, capite decimonono, Miphiboſeth defenderet ac iuſtificaret ſe coram Dauid de accuſatione facta contra eum à Siba ſeruo ſuo, Dauid cum poſſet confirmare donationem omnium bonorum ipſi⁹ Miphiboſeth factam Sibæ, reuocauit eam per dimidium, & dixit: Tu & Siba diuidite poſſeſsiones, & ſic Dauid diuertit à malo non confirmans nocumentum illatum Miphiboſeth, ſed quadam moderatione reuocans, Hæc de partibus integralibus iuſtitię dicta ſint.

Quantùm

Iuſtitia partes potentiales ſunt quæ ad eliciẽdos ſecundarios iuſtitiæ actꝰ producũtur.

Quantùm ad partes potentiales iuſtitiæ, aduerte, anteq̃ deſcendamus ad earum conſiderationem, q̃ alicuius virtutis partes potentiales dicuntur illi habitus, ſiue virtutes, tali virtuti annexæ & cõiunctæ: quæ ad ſecundarios actꝰ eiuſdem virtutis ordinantur. Sicut diximus ſupra de prudẽtia: cui coniunguntur eubulia, & ſineſis & gnomi, vt partes potentiales: qm̃ ſunt principia cõſiliandi & iudicandi: qui ſunt ſecundarij actus prudentiæ: principalis autem eſt præcipere vt docuimus ſupra. In propoſito igitur virtutes illę, quæ cõiunguntur iuſtitiæ, ad eliciendos ſecundarios actus iuſtitię dicuntur partes potentiales iuſtitiæ. Quæ ſint & quot determinatæ ſint, non eſt certa & vniformis autorum ſententia: aliqui nanque plures, aliqui pauciores & variæ aſsignãtur: de quibus, quoniã ſumꝰ in diuina & Chriſtiana morali, nõ eſt multifaciendum: quoniã nec catholici, nec in ſacris eloquiis fundati loquuntur: ideo ſufficit nobis eos recitare.

Tu igitur aduerte, q̃ apud Ariſt. in quinto Ethi. vt docuimus in Epitomatibus noſtris ſuper Ethicam. tractatu tertio pars potẽtialis iuſtitiæ eſt vnica, quæ Græcè dicit epieiceia Latinè æquitas. Quæ quid ſit, & eius obiectum, & actꝰ vide bis tu ad placitum: apud Platonem nil certi & determinati habemus. Platonici verò, qui ſibi perſuadent loqui ad mentem Platonis, variè locuti ſunt: quorũ ſententias hic breuiter recitabo: deinde ad alia in diuina lege firmata pertranſibo. Neque em̃ eſt mihi animus ad moralia Philoſophorũ reuerti, ne immiſceam diuinam ac Chriſtianã puriſsimã, infidelium doctrinis: de quibus iam me in peripatetica & academica expediui. Recitatiuè igitur procedendo, aduerte, q̃ tres doctores Ethnici de his iuſtitiæ partibꝰ locuti ſunt ſua intelligentia, ſiue quòd ſic ſibi ſuadebant.

Iuſtitia ſex ſunt partes apud Cicerone.

Primus fuit Cicero: qui nunc Peripateticã, modo Academicam, modo ſtoicam, modò ſuam imaginationẽ ſequitur. Hic poſuit ſex ſunt autem,

Religio,
Pietas,
Gratia,
Obſeruantia,
Veritas,
Vindicatio.

Religio quid Pietas quid Gratia quid.

Religio eſt ſecundũ ipſum, per quam ſuperiori cuidã naturę q̃ diuinã vocamꝰ, cultꝰ vel cura cæremoniaq; exhibet.

Pietas eſt per quã ſanguine iunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Gratia eſt, q̃ q̃ amicitiarũ & beneficiorũ receptorũ ab altero memoria & remunerãdi volũtas alteriꝰ continetur: & huic opponitur ingratitudo. ſiue ingratia, à qua & ingratꝰ.

Obſeruantia quid.

Obſeruantia eſt per quã homines aliqua dignitate & honore antecedentes, quodam cultu & honore veneramur & verbis & corporis geſtu, quam dicimus reuerentiam. Hinc prouenit quòd huiuſmodi homines nuncupamus reuerendos, obſeruandos, colendos, &c.

Veritas quid.

Veritas eſt per quã quis in verbis alteri ſe exhibet & in factis, qualis eſt an ea dicitur verax cui opponitur mẽdacium & mendax. De qua veritate plenè locuti ſumus in epitom. in quarto Ethicorum tractatu ſeptimo.

Vindicatio quid.

Vindicatio eſt per quã violentia illata, aut iniuria & omnino quicquid obſcurum eſt defendendo, aut vlciſcendo propulſatur. Sed aduerte, q̃ vindicatio duobus modis poteſt fieri iuſtè, primo per autoritatem publicæ potentiæ ſecundum ſententiam veri iudicis, & ſic non eſt virtꝰ diſtincta à iuſtitia, ſed ſpecies iuſtitiæ commutatiuæ: per quam commutatur dãmum in damnum, iniuria in iniuriam, iuxta illud, Vitam pro vita, oculum pro oculo, dentem pro dẽte, ex conſequenti i. hoc ſenſu non eſt pars iuſtitiæ potentialis ſed ſubiectiua: ſecundo poteſt fieri iuſtè proprio motu, non tamen contra legem, vt quando quis nõ potens aliter ſaluare ſeipſum, occidit inuadentem, vel quando vindictã à iudice requirit, & ſic eſt virtꝰ annexa iuſtitiæ & eius pars potẽtialis, in quo ſenſu exiſtimandum eſt Ciceroné poſuiſſe vindicationem partem iuſtitiæ potentialem.

Iuſtitia ſexpartẽ ſunt partes ſecundũ Macrobiũ.

Macrobius autem ſeptem aſsignat, ſunt autem,

Innocentia,
Religio,
Pietas,
Amicitia,
Concordia,
Affectus ſiue beneuolentia,
Humanitas.

Tu tamen aduerte, quòd Macrobius potius videtur aſsignaſſe quę continentur ſub duabus partibꝰ iuſtitiæ integralibus, quas diximus eſſe declinare à malo, & agere bonum, quàm partes potentiales ſolas iuſtitiæ, quod ſic declaratur.

Innocentia importat nõ nocere, vel non inferre nocumentum ꝓximo. Hoc autem diximus ſignari per declinare à malo. Nam cum iuſtitia ſit ad alterum, ille ſecundum iuſtitiam diuertit à malo, qui non nocet proximo.

Quod autem alia ſex contineantur ſub agere bonũ ad alterum, ſic declaratur, tribꝰ modis agere poſſumus bonũ erga alterum, primo erga ſuperiores, ſecundo erga æquales: tertio erga inferiores.

Si primo modo, eis deſignatur religio erga Deũ, & pietas erga parentes.

Si ſecundo modo, eis deſignatur amicitia in exeteriori conuictu, vt docuimus in quarto, & in octauo, & in nono Ethicorum. Et concordia per quã ſignificatur vnio ſiue cõformitas voluntatum intendentium bonum ꝓximi, quam ſupra in tract. de caritate diximus oriri à caritate.

Si tertio mõ, eis deſignatur beneuolentia, qua nobis placuit inferiorum bona & humanitas: qua ſubuenimus eorũ defectibus & indigentiis, Humanum em̃ dicimus eum, qui erga hominem amoris & miſerationis ſeruat affectum.

Andronici ſententia de iuſtitiæ partibus.

Andronicus verò Græcus, nouem aſsignat, quæ ſunt:

Liberalitas,
Benignitas,
Vindicatiua,
Eugnomoſina,
Euſebia.
Euchariſtia.
Sanctitas.
Bona commutatio.
Legis poſitiua.

Sed aduerte q̃ nec Andronicus meras partes iuſtitiæ potentiales aſsignat: imò aliquas ponit vt ſubiectiuas, ſicut eſt bona cõmutatio, & legis poſitiua. Reliquæ verò ad partes potentiales ſpectant. Quoniã dicũt virtutes iuſtitiæ annexas, vt ſunt ad alterum. Quid autẽ ſit vnaquaque earum ſecundum Andronicum aduerte hinc.

Liberalitas eſt: qua q̃s ſua alteri impartitur libere & delectabiliter, vt oportet & gratia laudabilis finis: & de ea diffuſe ptractauimus in Epitoma. i 4. Ethico. tract. 2. c. 1. & 2.

Benignitas eſt habitus voluntarię benefactiuus. Vnde benignum eum dicimus, qui ſponte paratus eſt ad benefacien dum alteri: & dulcis ad colloquendum.

Vindicatiua eſt iuſta nocumenti & iniurię ꝓpulſio non propria autoritate: ſed vt lex diſpoſuit.

Eugnõmoſina eſt bona ſententia in his quæ particulariter agenda ſunt: & nõ ſunt in lege deciſa. Vnde dicitur: qua ſi bona Gnomi. Quid autem ſit Gnomi: diximus in tract. de prudentia. Require ſupra: & aduerte q̃ apud Andronicum Eugnomoſina eſt voluntaria iuſtificatio: eo quòd homo nõ ſecundum legem ſcriptam in caſu particularĩ à lege indeciſo: ſed iuxta arbitrium ſuum iuſtitiam ſeruat.

Euſebia, quæ interpretatur bonꝰ cultus, ſecundũ Andronicum eſt ſcientia diuini famulatus: & eſt idẽ quòd religio.

Euchariſtia eſt bona gratia.

Sanctitas ſecundum Andronicũ eſt virtus faciens homines fideles & ſeruantes ea quæ ad Deum ſunt iuſta.

Diuus autẽ Dionyſius li. de diui. no. cap. 12. inquit. Sanctitas eſt ab omni immũditia libera & pfecta, & omnino immaculata mũditia. Hinc prouenit ſanctus, id eſt, purꝰ & immaculatus: & ſanctificatio: q̃ ſignificat munditiã à peccato, vel confirmationẽ in bonũ, vel dedicationẽ diuino cultui.

Bona commutatio, quę ſecundum Andronicum ad iuſtitia particularem ſpectat, eſt virtus in cõmutationibus iuſtitiam ſeruans, atque cuſtodiens.

Legis poſitiua, quæ ſecundum Andronicum ad iuſtitiã: legalem ſpectat, eſt ſcientia commutationum politicarum: quæ communitatem ſiue rempub. concernunt. Hæc de partibus iuſtitiæ dicta ſunt.

CAPVT V.

De iuſtitia & illius modis.

IN cap. quinto agendum eſt de iniuſtitia cõtraria iuſtitiæ. & hic ſex pertractanda eſſent: primò quid ſit, ſecundò quot modis ſumitur: tertiò: ſecundum quod opus iniuſtum fit, homo iniuſtus, quarto ſi omne pati iniuſtũ eſt inuoluntarium, quintò ſi in diſtributionibus bonorũ, diſtribuens alicui plus prꝫter dignitatem & merita facit iniuſtiam, vel ille qui plus recipit quàm ſit dignus: ſextò ſi iniuſtitia ex genere ſuo eſt peccatum mortale.

Verùm quia primũ & ſecundũ reſoluimus in Epitomat. in 5. Ethic.

in 5.Ethic.tract.1.vbi de iuſtitia & iniuſtitia legali,quã dixi mus generaleꝫ:& de iuſtitia & iniuſtitia particulari diſtin cta in commutatiuam & diſtributiuã pertractauimus.Nec diſcordant ab his quæ doctores Theologi.doctrinales per tractant præcipuè Diuus Thomas,ideo vide quæ illic per tractauimus,& tibi ſufficient.

Similiter tertium & quartum & quintum, reloluim⁹ in eodem li.5.tract.2.cap.3.& 4.nec quid noui addendum occurrit, ideo vide illic.Nam Ariſtote. doctrina in his concordat diuinæ & Chriſtianæ.

Iniuſtitia tribus ſit modis.

Quantum ad ſextum vt ſcias quando iniuſtitia eſt peccatum mortale,& quando non,aduerte,ꝙ poteſt fieri iniuſtitia proximo tribus modis.Primò ex ignorantia facti ſim pliciter,& non ex ignorantia iuris.(Quid ſit ignorantia,& quot modis dicatur,& quæ excuſat & q̃ nõ,iam pertractauimus in 3.libro Ethicorum in Epitomat.tract.1.cap.1.& tu vide illic:quoniam concordant diuinæ ac Chriſtianæ legi atque doctrinæ Theologi.)

Secundò fit iniuſtitia proximo in paruis,ex quibus non euidens infertur ei nocumentum,neque in re, neque in fama,neque in perſona.

Tertiò fit iniuſtitia proximo aut ex ignorantia iuris,aut ex propoſito,& in eo ex quo euidens detrimentũ ꝓcedit.

Primo modo nõ eſt mortale,ſed dignum venia, quoniã ignorantia facti ſimpliciter excuſat à peccato, eſt em̃ peni tus inuoluntaria:cui⁹ ſignum eſt vt dicit Ariſtot.in 3. Ethic. ꝙ factum poſtquam cognoſcitur factum, inducit triſtitiã & pœnitudinem in operante,ita quòd ſi cognouiſſet nullo modo illud egiſſet,ſicut qui nocte obuiãs patri ſuo ĩcogni to,credens non eſſe patrem,ſed inimicũ,occidit eum.Omne aũt peccatũ aliquo modo voluntarium eſt : ergo cõſtat huiuſmodi iniuſtitiam non eſſe peccatum mortale.Vnde & Ariſt.in 3.Ethicorum inquit.Quicunque non ſolùm ignorãtes,ſed etiam propter ignorantiam peccant,ſcilicet ignorantia facti venialia ſunt.

Secũdo modo niſi adſit malæ intentionis deliberata nequitia,non eſt peccatum mortale.Nam qui in paruis facit iniuſtitiam,putà qui Petro furatur pomum, licet deficiat à perfecta ratione iuſtitiæ qua prohibetur omnino rapi alienum,tamen exiſtimari poteſt id non eſſe penitus contra voluntatem patientis,quoniam nõ euidenter lædit ur,ideo im pium eſſet iudicare de mortali. Dixi niſi adſit malæ,&c.quoniam eo caſu,licet in parũo offenderit, tamen ex intẽtione propoſuerat data facultate offendere in magno:ideo iudicandum eſt de mortali ex actu intetiori malo.

Deus em̃ 1.ad cor.reſpicit.Vñ Iſaiæ c.1.¶Lauamini mũdi eſtote.Auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis.

Tertio modo eſt peccatum mortale,quoniam agit cõtra pręceptum diuinę legis,nam qui tali modo iniuſtitiam cõ tra proximũ operatur,reducitur vel ad furtũ vel ad homicidium vel ad mœchiam,&c.præteteà quod contrariatur caritati,quæ eſt vita animæ,vt declaratum eſt in primo tra cta.eſt peccatum mortale,quoniam priuat animã vita gratiæ:ſed qui ſic agit iniuſtitiam.contrariatur caritati. Prohi bet em̃ caritas lædi proximum euidenti nocumento : ergo eſt peccatum mortale.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

Num Deus gloriſus quæ hominum ſunt, iuſtè regat ac gubernet.

IN capite ſexto pertractandum eſt ac reſoluendũ eſt hoc dubium,circa quod quamplures laborãt, & eſt hoc:Vtrũ creator humani generis iuſtè genus humanũ gubernet. & hic tria agenda ſunt.Primò diſtinguemus de ly iuſtè.Secũdò reſpondebimus quæſito.Tertiò formabimus quinque argumẽta & ſoluemus.quibus videtur infringi Dei iuſtitia in diſpoſitione & regimine humani generis:quæ proculdubio fortia ſunt ac propterea vt inquit Dauid in Pſal.Mei autẽ moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei.

Iuſtè regere tribus expo nitur modis.

Quantùm ad primũ aduerte,ꝙ ly iuſtè poteſt tripliciter exponi.primò iuſtè, id eſt, vt debet & tenetur ſiue obligatur,vt ſit ſenſus,Vtrũ De⁹ hominẽ gubernet iuſtè,id eſt, vt debet & obligatur gubernare:ſecundò iuſtè,id eſt,ęqualiter,vt ſit ſenſus.Vtrũ Deus hominẽ gubernet æqualiter, ſ.præmiando & dãnando,ita ꝙ quantũ fuerit meritũ,tantũ & pręmium & quanta culpa,tanta & pœna:tertiò iuſtè, id eſt,vt decens eſt ipſi Deo,& cõuenit ipſi homini,& hoc generaliter eſt dicere iuſtè,id eſt,ſicut Deus vult.

Et aduerte,ꝙ iſti tres modi famoſi ac vſitati ſunt apud diuinos doctores , & cõmuniter de iuſto regimine loquẽtes. Vnde de primo modo loquitur Anſelmus de veritate ca.12. dicẽs.Duo ſunt neceſſaria volũtati ad iuſtitiam,ſ.velle qđ debet,& nolle qđ nõ debet,in Proſologion, cap.10. inquit. Denique quod non iuſtè fit,non debet fieri:& quod non debet fieri,non iuſtè fit,de ſecundo autem modo , loquuntur cõmuniter homines de iudicibus iuſtis ,appellãt em̃ iuſtos iudices,qa adæquant præmia,meritis,pœnas culpis,damna lucris.De tertio modo loquitur Anſelmus in Proſologion cap.11.dicens:Verè vniuerſę viæ domini miſericordia & veritas,& tñ iuſtus dominus in omnibus viis ſuis & vtique ſine repugnantia: qa quos vis punire, non eſt iuſtũ ſaluari, & quibus vis parcere nõ eſt iuſtum damnari.Nam illud ſolum eſt iuſtũ quod vis , & nõ iuſtum quod non vis. Igitur ſecundũ Anſelmum hoc tertio modo Deum velle hoc , & hoc eſſe iuſtum conuertuntur.

Quantùm ad ſecundũ ꝓ deciſione dubij ponuntur tres concluſiones.

De⁹ iuſtè regit hominẽ, id eſt, vt debet.

Prima,Deus in his, quæ ꝓmiſit & lege ſtatuit,gubernat hominem iuſtè primo modo,id eſt, vt debet,eo ꝙ non ex ſuperioris autoritate nec alterius lege,ſed ſua bonitate,vt ita dicam ſe debitorem homini conſtituit in his,quę promiſit, puta quando punit hominem ꝓ culpa,& præmiat pro merito,& dat gratiam diſpoſito,& ſubtrahit à peccante: ꝓbatur,Deus fidelis eſt abſque vlla iniquitate:ergo in ꝓmiſsis hominem non fallit,ergo in his regit eũ vt debet,& ſe quo dammodo obligatorem fecit.Et hanc iuſtitiã Deus ipſe in ſacris eloquiis manifeſtat reprehendens accuſantes eũ de iniuſtitia quaſi quòd non regat hominẽ vt debet in ꝓmiſsis.Vnde Ezechielis cap.18.inquit dominus.Dixiſtis, non eſt æqua via domini.Audite ergo domus Iſraël. Nunquid via mea non eſt æqua & nõ magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Cùm em̃ auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in ea.In iniuſtitia quã operatus eſt morietur. Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operat⁹ eſt & fecerit iudiciũ & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit.Nunquid ergo nõ eſt æqua via domini,& nõ magis viæ veſtręprauæ ſunt? Et Paulus ad Ro.cap. 4. loquens de fide Abraham qua Deo ꝓmittenti credidit inquit:In repromiſſione etiã Dei non hæſitauit diffidentia:ſed confortatus eſt fide,dans gloriam Deo,pleniſsimè ſciens,quia quæcunque promiſit Deus potens eſt facere.Et ad Titum cap.1.inquit, ſm ſpem vitæ æternę,quam promiſit,qui nõ mentitur De⁹. Conſtat ergo quòd in his,quę promiſit Deus homini iuſtè ſm primum ſenſum gubernat ipſum.In his autem, quę non promiſit,non iuſtè ſecundum primum ſenſum,ſed iuxta tertium,vt declarabimus gubernat, vt quando mundum creauit,quando homini tales quales nunc habemus leges condidit:quando talia vt nunc habemus ſacramenta media ad ſaluté inſtituit.Ad hæc enim nulla promiſſione prius facta tenebatur,ſed mera voluntate adiuncta ſapientię ſuę ſic voluit,ex conſequenti ſic decuit.

Deus quamodo nõ in ſtè hominẽ gubernet ꝓmiſſis bonis vltra condignũ, & malos puniẽdo citra demerita.

Secunda concluſio,Deus in præmiando iuſtũ,& punien do peccatorem,nõ gubernat hominẽ iuſtè ſecundo modo, probatur:Deus pręmiat vltra condignum & punit citra demeritum,ergo non adęquat pręmium merito , nec pœnam culpæ:ergo non gubernat hominem in hoc iuſtè in ſecũdo ſenſu.Conſequentia patet ex declaratione facta de ly iuſtè pro ſecundo ſenſu. Antecedens autem patet ex doctrina Pauli ad Rom.ca.8.vbi inquit:Exiſtimo em̃ quòd non ſunt cõdignę paſsiones huius temporis ad futurã gloriam, quę reuelabitur in nobis,& Iſaias cap.64. Oculus nõ vidit De⁹ abſq; te,quę pręparaſti expectãtibus te,(& infrà) facti ſumus vt immũdi omnes,ſcilicet reſpectu Dei,& quaſi pann⁹ menſtruatæ oẽs iuſtitię noſtræ, id eſt, opera noſtra bona. Quod & cõfirmat Diuus Augu. de Agone Chriſti, dicens: Humana iuſtitia diuinę iuſtitię comparata,iniuſtitia eſt,qa & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in Solis radiũ poſita tenebratur:Cùm igitur opera noſtra cõparata celſitudini illius æterni præmij, ſint veluti immunda ,conſtat ꝙ vltra condignum nos pręmiat.Quod autem citra demerita hominem puniat,patet ex Pſalmo Dauid.Non ſm peccata noſtra fecit nobis, neque ſm iniquitates noſtras retribuit nobis.Præterea, ſi puniret ęquando pœnam culpę non in omni opere Dei eſſet miſericordia & veritas, qm̃ illic tm̃ eſſet ominimoda iuſtitia,ſed id cõtradicit ſacrę ſcripturę. Vnde Dauid.Omnes vię eius miſericordia & veritas.Item, Miſerationes eius ſuper omia opera eius.

Tertia concluſio,Deus genus humanum & totũ vniuerſum iuſtè in tertio ſenſu gubernat,qm̃ ſicut decet ſapientiã ſuam,& ſicut homini ac toti creaturę conuenit,nam Deus optimus ſapientia ſua omnia creauit.Pſalmus, Omnia

in ſap

in ſapientia feciſti impleta eſt terra poſſeſsione tua:Et Ieremias capite.51.Præparaſti orbem ſapientia tua:& de homine dicitur Sapientiæ capi.nono.Sapientia tua cõſtituiſti homine:ergo ſapienter,id eſt,vt decet & conuenit gubernat hominẽ & cuncta creata.Vnde Sapientiæ cap.14. Tua autẽ pater prouidentia gubernas omnia.Et cõfirmatur per Diuũ Aug. in lib.1.de libero arbitrio:cap.4.vbi inquit Optimè de Deo exiſtimare,veriſimũ eſt pietatis exordiũ.Nec quiſquam de Deo optimè exiſtimat, qui nõ eum omnipotentẽ, atq; ex nulla parte mutabilem credit bonorũ omnium creatorem:& quibus ipſe præſtantior eſt.Rectoré quoque iuſtiſſimum eorum omnium,quæ creauit,Et ergo omnium creator,& rector iuſtiſsimus:ex conſequenti hominum genꝰ iuſtè,id eſt,vt decet gubernat.Nec quis poteſt eũ de peccato, nec iniuſtitia arguere Et ĩ hoc ꝯſonat tota ſcriptura ſacra.

Quantum ad tertiũ aduerte ꝙ contra determinationẽ factam quinque inſurgunt dubia:quibus non modò vulgares,ſed & viri ſapientes adeo inuoluuntur,ꝙ niſi cum ingẽti difficultate ſe liberant,vt diuinam iuſtitiam erga hominum genus ſuſtineant & conſeruent.

Primũ eſt de tribulatione bonorũ:& proſperitate malorũ.

Secundum eſt de vnione animæ intellectiuæ incorruptibilis,cum humano corpore corruptibili.

Tertium eſt de fine ad quem Deus hominem creauit,quã fides tenet eſſe beatitudinem æternam.

Quartum eſt de actibus humanis liberis. pro ſeruanda hominis libertate.

Quintum eſt de Chriſtiana fide:quam ſolam tenet eccleſia catholica eſſe mediũ ſalutis,ita quòd in nulla alia ſecta ſaluari poſſumus.

Antequam deueniãad perſcrutationem & reſolutionẽ præpoſitorum:aduerte ꝙ omni timore procedendum eſt in his,quæ noſtri intellectus facultatẽ ſuperant:præcipuè quæ Deus fortè in noſtri maius meritũ,ſecreta apud ſe retinuit inter quæ reputo prẽpoſita dubia.Nam quæ naturales cauſas habent,determinare poſſumus:vt propter quid in vere producuntur frondes & flores,in autũno matureſcunt vuę. Quæ autem à diuina ſapientia tantũ adiuncta voluntate ꝓueniunt cõprehendere non poſſumus.niſi inſtruamur diuinis eloquiis,& rationabili ac pẽrſuaſibili diſcurſu. Vñ Paulus admirans inquit ad Romanos capi.vndecimo: Cõcluſit enim Deꝰ omnia in incredulitate,vt oĩum miſereatur.O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei:quàm incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles vię eius. Quis ẽm cognouit ſenſum domini,aut quis conſiliarius eius fuit? Nõergo mirũ,ſi in prẽpoſitis dubiis humanã mentẽ rationibus noſtris perfectè quietare non valebimus.

Cur Deꝰ in hoc mundo malos extollit,bonos verò deprimit.

Quantùm ad primũ dubium ſic procedemus primo ponẽtur dicta ſanctorũ ac Prophetarũ,in quibꝰ in ꝓpoſito dubio videtur Deũ arguere de iniuſtitia.Prẽcipui aũt ſunt,

Iob,
Hieremias,
Dauid,
Malachias,
Abacuc.

Iob quidem cap.22.ſic petit:& Deum quaſi increpans interrogat:Quare ergo impij viuunt ſubleuati confortatiq; diuitiis?Semen eorum permanet coram eis:propinquorum turba & neptium corã eis.Domus eorum ſecuræ ſunt & paratæ:& non eſt virga,id eſt flagellum Dei ſuper illos. Bos eorum concepit,& non abortiuit:vacca peperit:& nõn eſt priuata fœtu ſuo,egrediuntur quaſi greges paruuli eorum: & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum & citharam & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt qui dixerunt Deo:Recedet à nobis,& ſcientiam viarum tuarum nolumꝰ. Quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei?Et quid nobis proderit,ſi orauerimus illum?

Hieremias autem cap 12.ſic inquit.Iuſtus quidẽ tu es domine,ſi diſputem tecum. Verumtamen iuſta loquar ad te. Quare via impiorum proſperatur,bene eſt omnibꝰ qui prę uaricantur & iniquè agunt?Plantaſti eos:& radicem miſerunt:proficiunt & faciunt fructum.Prope es tu ori eorum: & longè à renibus eorum.Et tu domine noſti me:vidiſti me & probaſti cor meum tecũ:quaſi dicat,& ego cum bene viuam:ſic cor meum tecum,tribulor à malis: ergo non videris iuſtè agere.

Dauid in Pſal.Zelaui ſuper inimicos pacem peccatorũ videns:quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum .In labore hominum non ſunt,& cum hominibus non flagellantur:ideo tenuit eos ſuperbia (& ſubinfert) & dixi:Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum,& laui inter innocentes manus meas.

Malachias cap.2.Omnis qui facit malũ,bonus eſt in cõſpectu domini:& tales ei placent.Aut certe vbi eſt Deꝰ iudicij? & cap.3.Vanꝰ eſt oĩs qui ſeruit Deo:& quod emolumentum,qa cuſtodiuimus præcepta eius,& quia ambulauimus triſtes coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiq;dem ædificati ſunt facientes impietatem,& tentauerunt Deum,& ſalui facti ſunt.

Abacuc cap.1.clamat Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem videre prædam & iniuſtitiam contra me,quare reſpicis cõtemptores & taces conculcante impio iuſtiorẽ ſe? Quare non reſpicis ſuper inique agentes,& taces deuorante impio iuſtiorem ſe?

Recitatis ſanctorum ꝓphetarum lamentationibus pro reſolutione huius dubij,in qua cum Dei auxilio intendimꝰ defenſare eius iuſtitiã in regimine generis humani, duo agenda ſunt.primo ꝓbabitur quatuor rationibus,quòd Deꝰ glorioſus iuſtè permittit bonos ꝓ hac vita affligit: & malos ꝓſperare:ſecũdo declarãda ſunt ſanctorũ dicta, quę oppoſitũ videnť ſonare,vt ſcias in quo ſenſu intelligẽda ſunt.

Prima igitur ratio dicitur ꝓportionis,ſed antequã deducamus eam aduerte duo vt fundamenta.

Deus iuſtè punit huius ſeculi calamitatibꝰ electos ſuos pro venia ꝛ bꝰ peccatis, & pro bonis ĩ gratia factis in vitã æternam extollit: malos verò cõtrà.

Primò,ſicut Deus iuſto conſtituit præmium proportionatum merito pro alia vita : quoniam qui bona fecerunt, ibunt in reſurrectionem vitæ,ſic peccatori pœnã proportionatam demerito,quoniã qui mala fecerunt, ibunt in reſurrectionẽ iudicij.ſcilicet cõdemnatiui:ſed præmiũ iuſti eſſentiale pro alia vita eſt æternũ ex conſequenti infinitum extenſiue,eo ꝙ cauſatur ab actione meritoria: cuius principiũ eſt aĩa ſub gratia & caritate:quę licet in ſe ſint qualitates creatæ & finitæ,tñ inquantum ſunt vnitiuæ, animæ humanę cum Deo infinito,dicuntur eſſe radices & principia prẽmij æterni infiniti.Et hinc prouenit, quòd iuſtus in beatitudine efficitur Deiformis.Nã ſic Deus eſt ex ſe beatus,& æternus & ſtabilis,& indeficiens:ſic & iuſtus ex Dei gratia aĩæ infuſa efficitur beatus ęternus, ſtabilis & indeficiens.Ex oppoſito etiã pœna peccatoris in alia vita eſt æterna & infinita extenſione:eo ꝙ cauſatur ex peccato mortali:cuius principium eſt aĩa extra gratiã, agens contra legem Dei.Quod quidẽ peccatum licet vt procedit à voluntate creata & finita ſit actus finitus & temporalis: tñ vt facit animam ſe auertere à Deo bono infinito,efficitur actus infinitus demeritoriè:& ideo ſibi correſpondet pœna æterna:ꝙ quã peccator efficitur dæmoniformis in damnatione. Nam ſicut dæmon ex peccato ſuo cruciatur in æternum,indeficienter,irreuocabiliter ſine ſpe,ſic & peccator.

Secũdò:ſicut Deus ꝓ hac vita diſpoſuit peccatori præmiũ aliquod accidẽtale ꝓportionatũ alicui bono operi,qđ operatur peccator ſine gratia,ita diſpoſuit iuſto pœnã aliquã ꝓportionatã alicui demerito,in quo cadit iuſtꝰ ꝓ hac vita.Vnde aduerte in alia vita iuſtum & peccatorẽ ĩ nullo conuenire:Lucę cap.16.Inter nos & vos chaos magnũ firmatum eſt.Peccator ẽm in nullo gaudebit & iuſtus in nullo triſtabitur.In hac autem vita in aliquo conueniunt, qm̃ ſicut iuſtus operatur bonũ meritorium ex gratia,ſic peccator operatur aliquãdo bonum,licet nõ ex gratia. Itẽ ſicut peccator operatur malũ mortaliter, ſic & iuſtus operatur aliquando malum,ſaltem venialiter. Inquantùm ergo pro hac vita cõueniunt Deus ꝓportionaliter eos punit & præmiat temporaliter.Nam ſicut peccatum veniale eſt finitũ. eo quòd nõ priuat hominem gratia:ſic actus bonus elicitꝰ ſine gratia eſt finitus:quia non ꝓcedit ex gratia, quæ vnit animam bono infinito:& ꝓpterea Deus iuſte præmiat peccatorem temporaliter pro aliquo bono actu:& iuſte punit iuſtum pro aliquo peccato ſuo ſaltem veniali.

His igitur ſuppoſitis,ſic deducitur ratio,ſicut ſe habet ꝓ mium æternum ad meritum,& pœna ęterna ad demeritũ, quod prouenit ex peccato mortali pro alia vita:ita ſe habet proſperitas temporalis ad actum bonum factum ſine gratia:& tribulatio temporalis ad actum malum, ſed venialem:ſed diuina iuſtitia ꝓ alia vita iuſtiſsime dat ꝓ merito præmium ęternum & pro demerito pœnam ęternam: ergo ĩ hac vita iuſtiſsime dat peccatori ꝓ actu aliquo ſuo bono proſperitatem temporalem & iſto pro aliquo actu malo veniali tribulationem temporalem.Hæc ſit prima ratio:quę cõfirmatur dicto ſeruatoris Lucę capite 16. Recordare fili quia recepiſti bona in vita tua,& Lazarꝰ ſimiliter mala.Vbi exponens Diuus Gregorius inquit, Mala Lazari

purga

purgauit ignis inopiæ:& bona diuitis remunerauit felicitas tranſeuntis vitæ.

Mala quæ hic iuſti ſuſtinẽt ducũt illos ad æternam felicitatem.

Secunda ratio dicitur directionis:quoniam Deus ꝑ tribulationes ſapienter dirigit iuſtũ ad beatum finẽ. Pro cuius notitia præponitur,hoc fundamentũ cum ſententia doctorum conceſſum:& ipſa experientia firmatum. Quicunq; vult finem prius parat media: quibus conſequatur finẽ:aliter imprudenter ſe habet:ſicut Seruator noſter Lucæ ca.14. exemplo egregiè declarat dicens. Quis ex vobis volens turrim ædificare,nonne prius ſedens computat ſumptꝰ qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiendum:ne poſtquã poſuerit fundamentum & non potuerit perficere omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cœpit ædificare,& nõ potuit cõſummare. Aut quis rex iturus cõmittere bellũ aduerſus aliũ regẽ nõ ſedens prius cogitat ſi poſsit cum decem milibus occurrere ei: qui cum viginti milibꝰ venit ad ſe,alioquin adhuc illo longè agente,legationem mittens rogat ea quæ pacis ſunt. Poſito hoc fundamento arguitur ſic:Deus vult iuſto pro alia vita felicitatem ꝛternã:ergo prius diſponit media:quibus illam conſequatur. Media aũt ſunt eleuatio mentis in Deum,remotio quo ad affectũ à terrenis:& adhærere cœleſtibus. Sed hæc non poſſunt à iuſto haberi ſi proſperè viuat:ſi omnia ſibi abundant. Conſtat em̃ ex anima & corpore:& quæ ſunt delectabilia corpori, aggrauant & deprimunt animam. Vnde ſapientiæ cap.9.corpꝰ quod corrũpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Ratio autem, vt inquit Ariſt.in 10.Ethicorum ſemper deprecatur ad optima. Ergo propter repugnantiam quam habent bona corporis ad bona animæ ſummè difficile eſt iuſtũ dirigi & ordinari ad beatitudinem æternam quæ eſt bonum animæ per proſperitatẽ temporalẽ quæ eſt bonum corporis,non ergo poteſt vtrũque poſsidere. Propterea inquit Seruator de diuite ſepulto in inferno Lucæ 16.Recordare fili q̃ recepiſti bona in vita tua:quaſi dicat,Sufficit tibi ex diuina iuſtitia. Cõſtat igitur ꝙ ex quo Deus iuſtum dirigit ſapienter in felicitatem æternam per priuationem bonorum temporalium, iuſtus ac ſapiens prouiſor agnoſcitur. Nec debet iuſtus in hoc conqueri,ꝙ ſi cõqueritur & ex propoſito triſtatur tamen nõ eſt iuſtus:nec amat media ſalutis ſuæ. Et hæc eſt doctrina Diui Dionyſij in libro de diuin.nomin.ca.8.vbi inquit: At dixerit quiſpiã,nõ eſſe iuſtitię ꝙ viri ſancti ſine adiutorio dimittuntur à peſsimis conteri:& dicendum quòd ſi terrena quę carnalibus ſtudio ſunt,diligunt hi, quos ſanctos appellant, à diuino amore ꝓrſus ceciderunt:& neſcio quo pacto ſancti appellari poſſunt qui veraciter amabilia ac diuina iniuriis afficiunt,dum eis quæ neque amari,neque haberi in ſtudio merent̃ minus certè honeſtè cõponuntur. Sin aũt q̃ verè ſunt amant,lętari conuenit eis qui aliqua cupiũt, quãdo fruuntur optatis. An verò non tunc magis propinquant angelicis virtutibus cùm præ diuinorum deſiderio pro viribꝰ ab oĩ carnaliũ affectione diſcedunt: ſed ad hæc viriliter exercentur,dum preſſuras & varios caſus honeſti gratia tolerant. Itaque vt verum dixerim hoc magis eſt diuinæ iuſtitiæ propriũ,nequaquã mulcere neque eneruare optimorũ quorumcunque maſculum ſenſum largitione carnaliũ:ſub illis inflexibili præclaroq̃ ſtatu ſolidare.

Mala quæ hic patimur quõ exerceant nos in actibus virtutum.

Tertia ratio dicitur exercitationis circa morales virtutes:pro cuius notitia propono tria.

Primò,ꝙ media ad felicitatem æternam ſunt opera virtutum moralium: modò ſint connexæ virtutibus theologicis,ſcilicet fidei, ſpei, & caritati: neceſſe eſt enim fidelem beatificandum eſſe temperatum,fortem,iuſtum & prudentem,mitem,miſericordem,humilem pacificum,&c.

Secundò quòd virtutes morales cauſantur in nobis ex frequentatis actib. Homo nanq; iuſta agendo efficitur iuſtꝰ aggrediendo ardua efficitur fortis,& reſiſtendo concupiſcentiis temperatus:& de hoc ad plenum pertractauimus in ſecundo Ethicorum,tract.1.cap.1.

Tertiò,licet reſpectu virtutis Theologicæ, aliq̃n vnicus actus elicitus bonus tota virtute & toto conatu, diſponat animã ad recipiendũ caritatẽ & gratiã,quæ à Deo ſolo infunditur:tamen vnicus actus moralis bonus nõ ſufficit ad diſponendũ hominẽ:& cauſandũ ĩ eo virtutẽ moralẽ: ideo eſt neceſſe ex frequẽtatis actibus eam generari. Nã ad mẽtẽ Ariſt.& duce experientia, ſicut vna irundo nõ facit ver, nec ſicut dies vna calida facit æſtatẽ:ſic nec vnus actus bonꝰ generat habitũ virtutis. Ad hoc autẽ ꝙ homo frequentet actꝰ bonos,& in illis perſeueret,longum requiritur tempus.

His ſuppoſitis ratio ſic deducit,Si iuſtꝰ debet beatificari, oportet ipſum acquirere ac operari ſm virtutes morales: qm̃ ſunt media ad ſalutem:ſed eas acquirere nõ poteſt niſi frequentatis actibus:inter omnes virtutes neceſſaria eſt ei miſericordia & patientia ex doctrina Chriſti: qm̃ Matt.ca.5.Beati miſericordes:quoniam miſericordiam conſequentur:& Lucæ cap.21.In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Tales autem virtutes nõ niſi per aduerſam fortunã acquiruntur:nam qui mala perpeſsi ſunt diſcunt miſereri: & patiẽtia aduerſis acquiritur & firmatur. Oportet ergo iuſtũ tribulationibus ꝓbari,vt virtuoſè viuat. Et hęc eſt doctrina ſacræ ſcripturæ & ſanctorũ:vnde Tobiæ ca.12.Quia acceptꝰ eras eorã Domino,neceſſe fuit vt tentatio probaret te:& Iob cap.5.Beatus q̃ corripitur à domino,& Eccle. ſiaſtici ca.27.Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis:& Paulus 2. ad Timot.cap.3. & oẽs q̃ piè volunt viuere in Chriſto Ieſu,ꝑſecutionẽ patientur: mali autem homines & ſeductores proficiẽt in peius errantes:& in errorem mittentes:& Diuus Aug.cõtra Fauſtũ inquit,nullus hominũ ſic iuſtitia prædituſ eſt cui non ſit neceſſaria tribulationis tentatio:vel ad ꝓficiendã virtutem, vel confirmandam ſeu approbandam.

Tribulationes quõ iuſtos à ecca. tis, præſer. uent.

Quarta ratio dicitur præſeruationis:eò ꝙ tribulationes ꝑſeruant iuſtũ à malo culpæ & Dei offenſa. Pro cuius notitia aduerte duo:primò quòd Deꝰ ſe habet ad iuſtum vt pater ad filium;& ad peccatorẽ præcipuè induratũ, vt dominus ad ſeruũ: Pater autẽ ita regit filiũ quòd nõ permittit ipſum operari pro libito ſui appetitus,ſed iuxta legem,quam ſibi ſtatuit. Quod ſi aliter operaſ corrigit & flagellat:sicq; omnem filij operationẽ ordinat ad eius bonũ. Reſpectu autem ſerui,non curat omnem eius actionẽ, ſed ſolum prout cedit in bonum familię:vt ſeruire in domo, eſſe fidelẽ, eſſe vtilẽ,nõ ocioſum,&c. In aliis autẽ agit ſeruus vt ſibi liber: Sic in ꝓpoſito Deus omnem iuſti actionẽ ordinat in bonũ ſuum,qm̃ ſecundũ Paulum ad Ro.ca.8.diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum:peccatores autẽ ꝑcipuè,quos nouit obſtinatos,non ſic regit:ſed ꝓiicit à ſe, vt inquit Hieremias in oratione:ſed ꝓiiciens repuliſti nos,iratus es cõtra nos vehementer:& ꝓmittit eos cadere in deſideriis & paſsionibus vt bruta. Sicque ſe habet ad eos,vt medicus ad infirmum,de cuius ſalute deſperat:quem appetitui ſuo relinquit & hæc eſt Pauli doctrina ad Hebræos ca.12. vbi inquit,Obliti eſtis conſolationis,quę vobis tãquã filiis loquitur dicens,fili mi noli negligere diſciplinã domini: neq; fatigeris dũ ab eo argueris. Quem em̃ diligit dominus caſtigat.flagellat autẽ omnẽ filium,quẽ recipit. In diſciplina ꝑſeuerate. Tanquã filiis offert ſe Deus. Quis em̃ filius, quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinã eſtis, cuiꝰ participes facti ſunt omnes: ergo adulteri & nõ filij eſtis. Deinde patres quidẽ carnis noſtræ eruditores habuimus,& reuerebamur eos. Non multo magis obtẽperabimus patri ſpirituum,id eſt,Deo & viuemus? Et illi quidẽ in tẽpore paucorum dierum ſm voluntatẽ ſuam erudiebant nos,hic aũt ad id,qđ vtile eſt in recipiendo ſanctificationẽ eius. Omnis autẽ diſciplina in prẽſenti quidem nõ videtur eſſe gaudij, ſed meroris: poſtea autẽ fructum pacatiſsimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ ꝓpter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite:greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret,magis autem ſanetur.

Secundò aduerte,ꝙ in homine iuſto duo ſunt repugnantia,ſcilicet appetitus inferior,quem dicimꝰ ſenſualitatẽ & ratio ex appetitu inferiori inclinatur ad malũ: Geneſis, cor ergo ſenſus & cogitatio cordis humani ĩ malum ꝓna ſunt ab adoleſcẽtia ſua:ex ratione autem tendit in bonũ: qm̃ ratio ſemꝑ deprecaſ ad optima ex libro 10.Ethi. & niſi forti imperio ratio dominetur appetitui inferiori, captiuatur in lege peccati. Ad Rom.cap.7.inquit Paulus,Video aliã legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ:captiuantem me in lege peccati. Vt ergo in homine iuſto appetitꝰ inferior rationi obediat ac ſubiiciatur,neceſſe eſt ipſum triſtia multa pati:ne declinet à via virtutis. Sicut & infirmo neceſſe eſt aliquando ferrum & ignẽ pati ,ne tota corporis ſalutem perdat:vnde & prudens medicus,aquã,fructus, & alia delectabilia aufert à præſentia infirmi,ne cedant ei in malum. Sic Deus glorioſus,vt cõſulat iuſto in ſaluté aĩç, permittit eum vexari malis præſentis vitæ,vt ſalubribꝰ medicinis. Ratione igitur præſeruationis diuina iuſtitia permittit iuſtum hic pati. Hac medicina ſaluauit ſibi Paulũ, q̃ in 2.ad Cor.cap.12. De ſe inquit. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti: propter qđ placeo mihi in infirmitatibus meis,in cõtumeliis,ĩ

neceſsit

neceſsitatibus,in perſecutionibus,in anguſtiis pro Chriſto: cùm enim infirmor,tunc fortior ſum.Eſt ergo tribulatio homini iuſto ſalutaris medicina. Vnde diuus Aug.ſuper Pſalmum vigeſimumprimum,inquit:Intelligat homo,medicum eſſe Deum,& tribulationem medicamentum eſſe ad ſalatē, non pœnam ad damnationem:ſub medicamento poſitus veteris,ſecaris,clamas,non audit medicus ad voluntatem,ſed audit ad ſanitatem.

Quantùm ad ſecundum declaranda ſunt ſanctorum Prophetarum dicta,quibus videntur Deum de iniuſtitia arguere,vt ſuprà recitauimus,qui fuerunt,

Iob,Dauid,Hieremias,Malachias,Abacuc.

Ad illa igitur tripliciter reſpondere poſſumus.

Primò non eſt verum, malos proſperare in tota vita ſua, nec id affirmant prædicti Prophetæ:nā ex ſcriptura ſacra apertè declarandū eſt malos poſt breue tēporis ſpatiū ex inſperato conteri,ita q̄ ad extremam calamitatem deueniūt, vitamq́ue miſerrimè terminant.Vnde Dauid in Pſalmo poſt lamentationem ſubinfert,Vidi impium ſuperexaltatū & eleuatū ſicut cedros Libani:& tranſiui,& ecce non erat:quæ ſiui eum,& non eſt inuentus locus eius.Item, ſubitò defecerunt,perierunt propter iniquitatē ſuam : velut ſomnum ſurgentium,imaginem ipſorum ad nihilum rediges: vt autem in ſpecie videas impios non ſemper proſperare, ſed eorum iniquitas retorquetur iuſto Dei iudiciò in caput ſuum, q̄ plura adducam ex ſacra ſcriptura exempla.

Impij non verè proſperātur in hoc ſeculo.

In libro Iudicum capite primo,Adoniſedech cùm ſeptē Regibus amputaſſet manus & pedes,captusq́; fuiſſet ab Iſraël,dixit:Sicut feci,ita reddidit mihi dominus.

In libro primo Regum,capite decimoquinto, Agag regi Amalech dixit Samuel: Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit mater tua inter mulieres:& in fruſta concidit eum Samuel in Galgalis.

In libro Eſther,cap.7.Aman in cruce, quam Mardochæo parauerat,ſuſpenſus eſt.Hieremias contra Babylonem prophetans inquit:Reddite ei ſecundum opus ſuum,iuxta omnia,quæ fecit,facite illi : & ſic factum videmus.Nam periit virga aſſur:& Babylon,quæ fuerat flagellum Iſraël,perdita eſt in finem,& deleta in ſecula ſeculorum.

In libro Danielis capite ſexto:Qui danieli inſidias parauerant apud regem,vt beſtiis deuorandus proiiceretur:ipſi proiecti ac deuorati ſunt in lacu leonum.

Et in eodem:Seniores accuſantes Suſannam,ipſi pro Suſanna trucidantur.

In libro primo Machab.cap.quarto,Andronicus in eo loco,in quo Oniam ſacerdotem occiderat,ipſe exutus purpura vita priuatus eſt.

Et cap.ſexto,Impius Iaſon, qui inſepultos multos abiecerat,ipſe quoque inſepultus abiicitur,neque patriam,neq; peregrinam habens ſepulturam.

Et capite nono, Antiochus, qui plurimos trucidauerat, miſerabiliter periit.

Ex his & q̄ pluribus aliis tibi conſtat,q̄ impij, licet ad tēpus viuant in malitia ſua proſperè, tamen vt piſces capiunt tempore malo,& dum ſuadent ſibi longo tempore gaudere bonis ſuis dicentes animæ ſuæ,quod legimus Lucæ,12. capite 12.Anima habes multa bona poſita in annos plurimos,requieſce,comede,epulare.Et dixit illi Deus,Stulte animam tuam hac nocte repetam à te:Quę autem parasti,cuius erunt?

Verùm,quia id nō verificatur in omnibus impiis:q̄m aliquos videmus per totā vitam peſsimè agere, & tamen vſq; in finem vitę ſuæ ac ſucceſſorum ſuorum per multas generationes proſperare:ideo reſpondeo ſecundò, & dico ſanctos Prophetas non proferre huiuſmodi lamentationes ex ſententia propria,ſed in perſona populi rudis & impatiētis: qui contriſtatus ſtatim in querelas contra Deū prorumpit, vtpotè ignorans diuina ſecreta, & id quidem cōſtat in Malachia:nam verba recitata ſupra non ſunt Prophetæ lamentantis,ſed populi loquētis contra dominum : vnde in capite ſecundo ſic legimus Malachiam arguentem populū, Laborare feciſtis dominū in ſermonib' veſtris,& dixiſtis:In quo fecimus eū laborare?In eo,quod dicitis:Omnis,q̄ facit malum, bonus eſt in conſpectu domini & tales ei placent. Similiter in capite tertio dicit Malachias, Inualuerunt ſupra me verba veſtra,dicit domin',& dixiſtis:Quid locuti ſum' ꝺ dominum?Dixiſtis:Vanus eſt,q̄ ſeruit Deo,&c.Quòd ſi aliquando videantur loqui in perſona propria, ſicut Iob, vel Abacuc, intelligendum eſt q̄ loquuntur ſecundum partem ſenſitiuam, quę refugit triſtia ſecundum ſenſum, q̄ tamen pars ſuperiornō refugit,vt volita à Deo,& ordinata ad patiētis ſalutē.In quo ſenſu & Seruator noſter dixit Matthæi ca. vigeſimoſexto,Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.Spiritus quidem promptus eſt,caro autem infirma.

Tertiò dico q̄ conſiderato toto p̄dictorum Prophetarū decurſu peracta lamentatione apertam afferunt reſponſionem,quæ ſtat in hoc.Licet impij ꝓ hac vita non puniantur, punientur ęternaliter in alia:& licet iuſti in hac vita non p̄mientur, præmiabuntur in alia : & id quidem iuſtè. Nam ſi eſſet hæc vita tantum,iniuſtum quidem videretur:q̄m ſecūdum Paulum primæ ad Corint.cap.decimoquinto,Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.Verùm quia homo ſecundum animam immortalis eſt,& vita præſens ad aliam cōparatur, vt via ad terminum:ideo ante terminum nullus iudicari debet miſer,aut felix.Exemplum:Si duo tendant Romam cauſa cōſequendę dignitatis:Vnus quidē pedeſter,per aſpera & mōtuoſa:alter equeſter deliciis affluens:primus applicans Romæ:honoratur dignitate accepta,alter cōfunditur & incarceratur:ꝓfectò primum appellabimus bene fortunatum,licet in itinere iudicari potuiſſet miſer.Alterum verò miſerū atque penitus infortunatum,quem exiſtimare in itinere felicem vulgaris hominū ſententia potuiſſet.Sic Deus optimus docens nos iudicare de humana ſorte in bonum,ſiue in malum non in via,ſed in termino:loquitur per Prophetas intēdens comparandum eſſe p̄mium iuſtorum eſſentiale, pœnæ ęternæ malorum:neque vult vt iudicemus ſecundū p̄mium temporale,quod datur impio,ꝓ aliquo bono opere,vt ſuprà diximus neque iudicemus de iuſto ſecundum pœnam temporalem,quam patitur ꝓ hac vita pro aliquo peccato ſuo ad correctionem:vel vt p̄ſeruetur à maiori malo:& quidem q̄ hæc reſponſio ſit ad mentem prædictorum Prophetarum patet infrà.

Primò Iob in cap.21.peracta lamentatione ſubiungit, Verūtamen,quia non ſunt in manu eorum bona ſua, cōſilium eorum longè ſit à me.Quoties lucerna impiorum extinguetur,& ſuperueniet eis inundatio,& dolores diuidet furoris ſui,erunt ſicut paleę ante faciem venti : & ſicut fauilla, quā turbo diſpergit.Deus ſeruabit illis dolorem patris : & cùm reddiderit,tunc ſciet. Videbunt oculi eius interfectionem ſuam,& de furore omnipotentis bibet.

Hieremias cōpleta lamentatione ſubiungit in c.13.Et diſſeminando eos quaſi ſtipulam,quæ vento rapiatur in deſerto.Hæc ſors tua,párſque menſuræ tuæ à me dicit dñs : quia oblita es mei,& confuſa in mendacio.

Dauid in Pſalmo:Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.Et dominabunt eorum iuſti in matutino,& auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.

Malachias ca.tertio,& quarto inducit Deum reſpondētem populo lamentanti,vt ſuprà recitauimus,& inquit: Cōuertimini,& videbitis quid ſit ĩter iuſtum & impium:& inter ſeruientem Deo, & nō ſeruientē ei.Ecce em̄ dies veniet ſuccenſa quaſi caminus:& erunt omnes ſuperbi, & oēs facientes impietatem,vt ſtipula,& inflāmabit eos dies veniēs dicit dñs exercituum,q̄ non derelinquet eis radicem & germen:& orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitię, & calcabitis impios,cum fuerit cinis ſub pedibus veſtris in die,qua ego facio,dicit dominus exercituum.

Abacuc poſt lamentationem factam ĩ primo capite, veluti reſpondens in c.2.comminatur impijs ęternum interitum multiplicans hunc terminum,Vęh,vbi inquit, Et reſpondit mihi domin',& dixit:Scribe viſum,& explana eum ſuper tabulas:vt percurrat,qui legerit eum.Ecce qui incredulus, eſt non erit recta anima eius in ſemetipſo : iuſtus autem in fide ſua viuet:& qūo vinum potantem decipit,ſic erit vir ſuperbus,& non decorabitur. (& infrà) Vęh qui multiplicat non ſua:Væh q̄ congregat auaritiam malā:Væh q̄ ędificat ciuitatem ĩ ſanguinib.& præparat vrbem ĩ iniquitate.Nunq̄d non hæc ſunt à dño exercituum?Laborabūt em̄ populi in multo igne,& gentes in vacuum deficient.

Conſtat igitur q̄ ex tribulatione iuſtorum & ꝓſperitate impiorum nō ifringitur diuina iuſtitia erga genus humanū. Hæc de primo dubio dicta ſint.

Secundum dubium eſt de vnione aīæ ĩtellectiuæ cum corpore corruptibili.Tenet em̄ vera Philoſophia & ſacra ſcriptura,vt docuimus ĩ tractatu noſtro de indificientia animę humanę aīam noſtram ſortitam fuiſſe à Deo ĩ creatione vitam ĩconſumptibilem:corpus autem,vt conſtat, corruptibile eſt pluribuſq́ue miſerijs quàm brutorum corpora ſubiectum. Vnde & maiori difficultate enutritur & ſeruatur.Id autem non videtur conueniens aīæ immortali iſtru-

Aīam intellectiuam incorruptibilē corpori humano corruptibili quō Deus iunxit.

mentũ, nec ſibi proportionatum. Decet enim formã incorruptibilẽ vniri corpori incorruptibili: quoniã ſicut proportionatur locus locato, ſic forma materiæ, & econuerſo. Videmus autem, quòd in locatione elementorum, vilius elementũ vt terra, in loco inferiori vtpote ignobiliori locat. Ignis autẽ vt dignior in loco ſuperiori, q̃ propinquꝰ eſt cœlo Lunæ. Ergo & forma nobilior nobiliori corpori vnienda eſt, ſicut & vidimus formam cœli nobilem vniri corpori cęleſti immortali. Cùm igitur humana anima ſit nobiliſsima, vt pote immortalis, vt forma cœli & intellectualis vt angelus: corpus autem noſtrum corruptibile & imbecille, non videtur in hoc Deum iuſtè regere humanum genus.

Pro ſolutione huius dubij inuenio quatuor reſponſiões: duas quidem falſas, & duas veras.

Prima falſa fuit Manichæi, q̃ concedens hanc improportionem dixit Deum non creaſſe corpus hoc noſtrũ terrenũ, nec ei vniſſe à principio animã intellectiuam, ſed dicit demonẽ illud produxiſſe: animam verò creatam ab æterno, & ſimul cum angelis peccaſſe, & in pœnã peccati ligatam ac demerſam fuiſſe in hoc cœnoſo corpore: propter quod dixit Manichæus hoc corpus non eſſe inſtrumentũ, ſed impedimentum & carcerem animæ, trahens ad propoſitum ſuũ illud Pauli ad Roma. cap. 8. Infelix ego homo, q̃s me liberabit de carcere mortis huius? Verùm hęc reſponſio veritati naturali & ſacræ ſcripturæ repugnat. Nã, vt videre poteris in libro 12. Metaphyſi. tam in epitome quàm in quęſtionibus noſtris: demonſtratũ eſt Deũ eſſe causã omnium ſuperiorũ & inferiorum, neceſſariorũ & contingentiũ productiuam: ergo & humani corporis: & Geneſis cap. 2. Formauit Deus hominẽ de limo terræ. Conſtat autẽ, quòd id non poteſt de anima intelligi, ſed de corpore: quod enim de materia corporea, qualis eſt limus, formatur, corpus eſt: anima autẽ penitus incorporea eſt: ergo, &c. Patet idẽ ex ſcriptura: Nam præpoſito, quòd hominem de limo formauerat, ſtatim ſubiungit, Et inſpirauit ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viuentem.

Secũda, ſed falſa eſt eorum, qui dogmatizant de homine ad mentẽ Platonis, inter quos inuenio Plotinum, Iamblicũ Chalcidium, Apuleium, & Porphyrium & Senecã, quãuis in pluribus ſequatur Stoicorum viam. Iſti dicunt animam noſtram vniri duplici corpori, ſcilicet ſubtili aëreo incorruptibili, à quo nunquam ſeparatur: & dicunt hominẽ cõponi indiſſolubiliter ex anima, & hoc ſubtili corpore: & homo ſic compoſitus inuiſibilis & intangibilis eſt, ſicut dæmõ qui apud Apuleium Platonicum in libro de dogmate Platonis, eſt animal corpore aëreum, animo rationale, mente paſſiuum, tẽpore æternum. Vltra corpus ſubtile dictum, aſsignant animę vt inſtrumentum ſecundarium hoc corpꝰ corruptibile & ignobile, vt i eo exerceat opera vegetatiua, & ſenſitiua, quo per mortẽ ſpoliatur. Ad dubium ergo dicunt nõ requiri ꝓportionẽ inter animã & hoc corpus ignobile, modò ſaluetur iter ipſam & corpus ſubtile incorruptibile, à quo non ſeparatur anima. Dicunt ergo animã iuſtè vnitã fuiſſe à Deo huic corpori incorruptibili, ſicut formã incorruptibilem materiæ incorruptibili.

Sed & hæc reſponſio non eſt vera: q̃m repugnat ſacrę fidei, cui non ſubeſt falſum. Nã ex hac reſponſione ſequitur, q̃ ſi hoc corpus corruptibile nõ eſt primum & per ſe inſtrumentum animę humanæ: non ſit neceſſe hominẽ reſurgere: quoniã ſi homo eſt, illud cõpoſitum eſt anima & corpore ſubtili incorruptibili: adhuc deſtructo hoc corpore corruptibili: & poſito, quòd nunquã reparetur, erit homo perfectus: & ſic non oportebit dare reſurrectionẽ. Verùm Platonici non reputant id inconueniens: vnde Porphyrius Platonicus, vt recitat diuus Auguſt. in libro 22. De ciuit. Dei. cap. 26. Dixit, vt anima beata ſit, omne corpus eſſe fugiendum. At decipitur: quoniam credit Chriſtianam fidem tenere reſurrectionem fiendam in corpore corruptibili. Quod nos non dicimus ſed in incorruptibili. Vnde diuus Auguſt. in eodem cap. arguens Prophyrium, inquit: Non ergo vt beatæ ſint animę corpus eſt omne fugiendũ: ſed corpus incorruptibile recipiendum: & in quo conuenientius incorruptibili corpore lætabuntur, quàm in quo corruptibili gemuerunt. Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas, quã poſuit ex Platone Vergilius, vbi ait: Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti. Sic inquam cupiditatem reuertendi ad corpora non habebunt, cùm corpora, in quę reuerti cupiunt ſe cum habebunt: & ſic habebunt, vt nunquam non habeant nunquam ea prorſus vel ad exiguum quamlibet tempus vlla morte deponant.

Et aduerte, q̃ hęc eſt Pauli doctrina primę ad Corin. c. 15. vbi de reſurrectione ſic habes. Sed dicit aliquis: Quõ reſurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Et reſpondens Paulus inquit: Sic eſt reſurrectio mortuorũ: Seminatur corpus in corruptione, & ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, & reſurget in gloria. Seminatur in infirmitate & reſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.

Tertia reſpõſio, quę eſt vera ad mentem veri philoſophi ſtat in hoc: Aliqua materia exiſtimatur cõueniens formæ, ꝓut deſeruit actionib. rei, cuius eſt forma. Vt ferrum reputatur cõueniens materia gladij: quoniam ex ſua duritie deſeruit inciſioni, quæ eſt propria gladij actio: ꝓpter hanc enim introducitur forma gladij in ferro. Quod autem ſit corruptibile & rubiginem generans eſt præter intentionem artis, dummodo deſeruiat artifici ad finem intentum. In propoſito igitur aduerte, q̃ ſecundum veram philoſophiam ănima vnitur corpori, vt ſuam perfectionem acquirat in corpore. Sua autem perfectio, vt eſt naturæ intellectualis, eſt intelligere. Sed, ꝓ hac vita intelligere non poteſt ſine ſenſu: q̃m vt experimur, omnis noſtra cognitio incipit à ſenſu. Senſus verò non poteſt naturaliter eſſe niſi in corpore elementato, & conſequenter corruptibili, eò q̃ omnes ſenſus ſupponũt tactum vt primum, vt declaratum eſt in ſecundo de anima. Organum autem tactus neceſſariò componitur ex contrarijs reductis ad medium: quæ ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum: ergo vt anima pro hac vita perfectionem acquireret ĩ corpore, iuſtè vnita fuit corpori corruptibili. Qđ verò ſit magis debile, pluribuſque miſerijs ſubiectum, quã brutorum corpora, non arguit vilitatem, imò maiorem nobilitatem. Nam quia humana complexio magis temperata eſt, magis ꝓpinquat ad medium, & ideo facilius offenditur: facilis eſt enim declinatio à medio, ſed quàm difficilè eſt attingere medium.

Ad dubium ergo diceret verus philoſophus, qui non cõtrariatur veritati fidei, q̃ decet materiã ꝓportionari formæ, nõ quidem quantum ad eſſe corruptibile, vel incorruptibile: ſed quantũ ad conditiones deſeruientes actionibꝰ, ꝓpter quas forma vnitur materiæ. Has autem conditiones habet corpus humanum, vt docuimus, licet ſit corruptibile. Quod autem de cęlo arguitur, non concludit: q̃m forma cęli non vnitur cælo, vt intelligat, ſed vt moueat, & perpetuet, ſiue continuet, ꝓductionem rerum inferiorum. Talis autem, ꝓductio melius ac commodius fit per corpus incorruptibile, quàm corruptibile.

Quarta rñſio, quę eſt vera, ad mentem ſacri Theologi: quam tenemus ex diuina ſcriptura, eſt hęc, Corpus humanũ à principio creationis ſuę ꝓductum fuit incorruptibile, nõ quidem ex natura: q̃m de limo terræ formatũ fuit, terra autem corruptibilis eſt: ſed ex gratia & Dei dono, quę fuit originalis iuſtitia, de qua aliàs dicturi ſumus: per hanc præſeruabatur à nociuis & corrumpẽtibus: & eſt ſimile, ſicut ſi artifex fabricans gladium temperaret ferrum in aliquo liquore, quo præſeruaretur à rubigine. Tunc enim verum eſſet dicere, quòd ferrum quandiu illius liquoris virtutem retinebit, rubiginem non contrahet. Quòd ſi eam amiſerit, relictum naturæ ſuæ rubiginabitur. Sic fecit Deus glorioſus in creatione hominis: intendens conſeruari hominem incorruptibilem. Videns enim id repugnare naturæ corporis elemẽtati, tẽtauit illud iuſtitiæ originalis dono: quam ſi Adam cõſeruaſſet, poſteri eius & ipſe immortales fuiſſent. Verùm, vt inquit Paulus primæ ad Corint. cap. 15. Per hominem, ſcilicet peccantem mors, & in Adam omnes moriuntur. Quod ergo anima nunc vniatur corpori corruptibili, nõ eſt ex parte Dei creantis: ſua nanque ſapientia optime proportionauit formam immortalem corpori indefectibili, ſed ex defectu hominis peccãtis. Iuſtitia ergo diuina in hoc optimè ſeruata eſt.

Et aduerte hanc reſolutionem eſſe ad mentem diui Chryſoſtomi, qui in quadam homilia arguens hæreticos idem dubium proponentes, ſic inquit: Ego autem, poſtquàm de his ceptus eſt ſermo, primum quidem illud dicere poſſem: Ne mihi ꝓponas hunc hominem præuaricatorem honore priuatum, & damnatum. Sed ſi vis diſcere quale nobis ab initio Deus corpus finxerit, in paradiſum eamus, & ab initio factum hominem videamus. Non eñ ſic erat corpus illud corruptibile & mortale: ſed tanquam aurea ſtatua de fornace ꝓgreſſa recenter & ſplendidè fulgens: Sic omni tali corruptione illud corpus abſolutum erat, Et neque labor vexabat, neque ſudor nocebat, neque curę inſidiabantur, neque obſidebant

obſidebant triſtitiæ:neq; aliud quicquã,qđ læderet,patieba tur. Poſtquàm verò non moderatè felicitatem tulit,ſed benefactorem Deum homo contumelia affecit,& fallacé dæmoné putauit eſſe gubernatorem,Deoque,q ipſum in honorem conſtituerat,fide digniorem:& Deus fieri ſperauit, tũc pfectò,& per ipſa Deus opera ipſum erudiens,corruptibilem & mortalem reddidit.Hæc de ſecũdo dubio dicta ſint.

Deus aũ iuſte egerit parando hominẽ aternam beatitudinẽ pro vltimo fine.

Tertium dubiũ eſt de fine,ad quem Deus hominem creauit,quem tenet fides noſtra eſſe beatitudinẽ æternam. Nam videtur,q indebitè & abſque ſapienti prouidentia Deus in hoc erga hominum genus ſe geſſerit. Quoniã quicũque iuſtè ſapienter aliquam naturam ordinat ad determinatum finem,inſtituit ſibi certa & valida media, quib' infallibiliter & remoto impedimento mouetur ac conſequit talem finẽ. Hæc patent in naturalibus. Videmus,q lapis ordinatus ad quieſcendũ in loco inferiori, ſortitus eſt ab autore naturæ grauitatem,qua remoto impediente,infallabiliter mouetur acquieſcit deorſum. Prætereà, Sol ordinat' ad pductionẽ rerum inferiorum ſortitus eſt pleniſsimam lucẽ,& circularem motũ per acceſſum & receſſum à capite noſtro ad cauſandam in vtroque hemiſphærio variã rerũ & alternam pductionem.Prætereà, Animalia ſecundum ſuam ſpeciẽ determinatas habent inditas virtutes : quibus operanť modo ſibi competenti,vt aues nidificantes,apes mellificantes,aranex texentes.Solus autẽ homo videtur nõ accepiſſe à Deo determinatũ medium,quo cõſequať beatũ finem ſuum, imò pro maiori parte eo priuatur hominum genus:quoniã arcta eſt via,quæ ducit ad illum,& pauci gradiuntur per eã Matthæi capite ſeptimo. Quòd autem homo determinatum mediũ non acceperit à Deo,quo infallibiliter conſequať beatam vitã,patet ex eo,quòd hoc mediũ non eſt niſi voluntas ſiue liberum arbitrium : quod, cùm ſit potentia rationalis, poteſt in bonum & in malum, & pro maiori parte declinare ad malum.Vnde Matthæi capite ſeptimo,Lata eſt via perditionis,& multi ambulant per eam:ex conſequenti eſt magis cauſa damnationis,quàm beatitudinis.

Pro reſolutiõe huius dubij tria agẽda ſunt:primò,ponet diſtinctio de fine hominis:ſecundò,declarabiť qđ mediũ datũ ſit homini ad conſequẽdũ vtrũque finẽ:tertiò,declarabiť qũo hoc medium ex parte Dei fuit conueniens & iuſtum.

Finis hominis multiplex eſt.

Quantũ ad primũ aduerte, q finis hominis eſt duplex, ſcilicet,naturalis & ſupernaturalis. Naturalis quidem eſt,q non eſt excedens hominis naturam, & per proprias ſuas operationes acquiri poteſt.Sed & hic duplex eſt. Quoniã quidam cõpetit homini,inquantum animal eſt:vt generare ſibi ſimile,ſentire,appetere appetitu ſenſitiua. Quidam autem competit homini inquantũ homo eſt:vt intelligere,moraliter viuere,ſeipſum,& familiã,& populum regere:& quantũ ad vtrunque finem naturalem indidit Deus homini determinata ac ſufficientia media, quæ ſunt potentiæ ſenſitiuæ appetitiuæ & ſecundum locum motiuę, & intellectiuæ:quib' poteſt vtrunque conſequi remoto impedimento : finis autẽ ſupernaturalis eſt ille,qui naturam hominis excedit quo ad acquiſitionẽ.Conſequi enim non poteſt, niſi per opera meritoria, quorũ principium eſt gratia per Ieſum Chriſtũ inquit enim Ioannis capite decimoquinto, Sine me nihil poteſtis facere.& ad Epheſios capite ſecũdo,Cuius gratia ſaluati eſtis.Quantũ igitur ad hunc finẽ conſequendũ,neceſſe eſt hominẽ habere mediũ proportionatum. Hoc autem non poteſt eſſe aliqua potentia vegetatiua,nec ſenſitiua, nec appetitiua ſenſitiua:quoniam omnes huiuſmodi potentiæ determinatę ſunt ad vnũ ex libro nono Metap.ex conſequenti ſunt naturales:ergo nõ poſſunt eſſe principiũ actus meritorij:quoniã in naturalibus,vt naturalia ſunt,neque meremur neque demeremur,quærendũ eſt igitur,qđ ſit hoc medium.

Quomodo homo finem ſuum conſequatur.

Quantum ad ſecundum dico,q hoc medium eſt liberum arbitrium motum à Deo p donum gratię ad eliciendum actum meritorium. Quod quidẽ liberum arbitrium eſt idem realiter cum voluntate, ſed ratione diſtinguitur. Nã homo vult finem & media ad finẽ, vt infirmus vult ſanitatem, & medicinã ordinatã ad illam. Inquantum vult ſanitatem vt finẽ,dicitur velle voluntate.Inquantum vult media, dicitur velle libero arbitrio.Nõ enim determinate vult ſolum hoc remedium,ſed põt velle hoc & aliud,& oppoſitũ,putà potare hanc medicinã,deãbulare,abſtinere à tali cibo,&c. Eſt eñ liberum arbitrium principium actiuum, quo poſſumus in aliquẽ actum & in ſuum oppoſitum contrariè, vel contradictoriè pro eodẽ nunc & diuiſim:quam diffinitionẽ declarauimus ad plenum in libro nono Meta. in quęſtiõe qnta, vbi determinauimus de natura potentiæ rationalis,& tu vide illic.Hoc igitur eſt medium,qđ Deꝰ homini indidit ad conſequendum felicitatem:qđ nec potuit dari bruto, eò q voluntas & liberum arbitrium conſequuntur intellectum: ſicut appetitus ſenſitiuus cõſequitur ſenſum:intellectus autem non potuit communicari bruto,aliter irrationale eſſet rationale,quod implicat:& ideo brutum non eſt felicitabile.Dixi,liberum arbitrium motum à Deo per donum gratię qñ,vt declarauimus in tra.de caritate,nulla animæ potentia,nec eius actio poteſt ex ſui virtute à Deo eleuare aĩam, q ſit condigna & bñ merita boni ſupernaturalis,vt eſt ęterna,ac Chriſtiana felicitas:& ió oportet aĩæ ĩfundi caritatẽ & gr̃am,qua eleueť & ꝛfortetur ad pmerendum tale bonũ.

Quomodo autem hoc medium fuerit iuſtè puiſum homini ad finem cõſequendum,ad quem creatꝰ eſt,declaro ſic.

Homo in duplici ſtatu ꝛſiderandus eſt:primò,in ſtatu innocentiæ:ſecundò,ĩ ſtatu peccati.Si in ſtatu innocentiæ dico,q liberum arbitriũ ita regulatum erat à Deo ex dono iuſtitię,ſiue gratiæ originalis, q homo in Deum infallibiliter tendiſſet.Sicut cñ corpus ita rectum viuificatúmq; erat ab aĩa,q incorruptibile pſeueraſſet,ita humana volũtas ita regebatur à Deo,q ad malum non declinaſſet, & id intendit Salomon in Eccleſiaſtes c.7.cùm dicit:Inueni, q Deus fecerit hominem rectum:ipſe autem ſe infinitis miſcuerit qõnibus,ſ.poſt peccatum primi hominis.Si autem cõſideratur in ſecundo ſtatu,conceditur,q eſt defectibile medium, eò q ex peccato primi hominis infirmatum eſt:& volũtas noſtra potius ſequitur appetitum ſenſitiuum & ſenſum,quæ prona ſunt ad malum quam rectum rõnis iudicium, atque diuinã legem.Verùm non eſt id imputandum Deo:qui indefectibiliter in ſtatu innocentiæ liberum arbitrium dirigebat ſeruabatque in bonum:ſicut & nunc in beatis.Sed imputetur homini peccanti, qui ſicut ex peccato ſe mortalem & miſerijs ſubiectum,ſic malum & deprauatum ſe fecit:& liberum arbitrium declinare à beato fine.Attamen diuina bonitas, miſerata cõditionis humanæ,dirigere non ceſſat hominẽ in bonũ per ſindereſim,& conſcientiã remordentẽ,per cõminationẽ æternæ pœnæ,per repromiſſionem æternę beatitudinis per doctrinã,ac vitam Dei filij incarnati,qui nobis exti tit via & veritas & vita,vt aliàs dicturi ſumus.Quod igitur dãnetur homo,imputetur ſibi:ſi ſaluatur, eſt ex ſuperabundãti Dei pietate:& in hoc ſenſu intelligendũ eſt illud Oſeę. c.13.Perditio tua ex te Iſraël,tantummõ in me auxiliũ tuũ. Hæc de tertio dubio dicta ſint.

Liberũ arbitrium num Deus conſtituerit.

Quartũ dubiũ eſt circa actus humanos liberos,de quibus vĩ,q nõ valeamus libertatem noſtrã ſaluare ſm principia à Deo homini inſtituta. Nam actus liber eſt à potentia libera,potentia libera eſt,quæ nulli neceſſitanti eam ſubijcitur. Liber eſt eñ,qui eſt gratia ſui,& ſibi ipſi dãs : ſed voluntas noſtra ſm principia à Deo homini inſtituta,& ſecundũ cauſarum creatarum ordinẽ,non poteſt dici libera:ergo nõ poteſt elicere actum liberum:ex conſequenti neque mereri vitã beatã,neque demereri damnationẽ.Videtur ergo, quòd Deus in hoc non iuſtè,& vt decet, regat hominum genus. Quod autẽ voluntas noſtra non ſit libera probatur ſic:Omnis actus eius pendet à cœlo tanquã ab vniuerſali cauſa.Primus enim motus,qui eſt cœli motus,eſt cauſa omnis motus in his inferioribus:quoniã primũ in quolibet genere eſt cauſa omniũ aliorũ in illo genere:ſicut primũ bonũ,primum lucidum,primum calidũ.Prætereà,tenent vniuerſaliter aſtronomi,quemlibet naſcentem ſecũ trahere diuerſas proprietates & inclinationes varijs aſtrorum aſpectibus & coniunctionibus concurrentibus in hora natiuitatis:puta natũ ſub Ioue futurum liberalem,natum ſub Marte,futurum iracundum,& bellicoſum.Natũ ſub Sole,futurũ principẽ & dominum.Natum ſub Mercurio,futurũ ſcientem & loquentẽ Muſicũ.Natum ſub Luna,futurum inſtabilẽ,proditorẽ. Natum ſub Venere,futurũ amatiuũ.Qũo ergo ſtant hæc duo ſimul, quòd diuina iuſtitia velit hoĩem tendere in bonũ, & declinare à malo,& quòd eũ tot cauſis ſubiecerit,quę eũ ad malum incitant,& quodãmodo impellunt.Non ergo in hoc iuſtè hominem regit.

Pro reſolutione huius dubij tres inuenio rñſiones:quarũ duas intẽdo reprobare,& iuxta tertiã determinare ppoſitũ.

Prima eſt Stoicorum,quorum autor princeps fuit Zeno Eleates, quẽ p maiori parte Mathematici ſectantur.Iſti dicunt,Omne,qđ fit in mundo inferiori,ex neceſſitate cauſari ex pluribus cauſis ſubordinatis,quæ omnes,cùm ſimul concurrerint,conſtituunt fatũ:dicunt enim fatũ eſſe connexionem & concatenationem cauſarum ſubordinatarum, eò q adinuicem colligantur ſicut anulo: & conſtituunt veluti

Fatũ quid.

catenam de neceſsitate trahentem eũ, cui applicatur, ad ſic vel ſic agendum vel patiendum. Et hæc eſt opinio, quæ vniuerſaliter inualuit inter poëtas. Reducunt eñ omnẽ humanũ actum in fatalem diſpoſitionem & concatenationem. Di cũtque hominẽ viuere, operari, pati, ꝓut fato trahitur. Inde dicunt, quòd nos fata trahunt, quòd agimur fatis, quòd ſic erat in fatis, quòd volentem nolentemque trahunt fata.

Miſeri iſti neſciunt humanam ſeruare libertatem, ſuadẽtes ſibi omnia de neceſsitate prouenire, quod veræ philoſophiæ & ſacræ fidei repugnat. Veræ quidẽ philoſophię: quoniam deſtruitur tota moralis philoſophia, q̃ eſt circa actus liberos. Deſtruitur omnis efficacia cõſilij, omnis correctio, omnis pœna à lege inſtituta. Nam ſi quicunq; eſt bonus vel malꝰ, ſic eſt ex neceſsitate: ꝓpter quid hic præmiatur, & ille punitur, ſi non eſt in eorum poteſtate bene vel malè agere. Hanc etiam opinionẽ, vt penitus deteſtandam, reprobat Ariſtoteles in ſecundo Ethicorum: & tu vide in epitome noſtra in ſecundo Ethicorum, in tract. primo, cap. 1. & in 3. Ethicorum, tract. primo, cap. 5.

Repugnat etiã ſacræ fidei. Nã ſi homo non habet voluntatẽ liberam, nec actum liberum, vanum eſſet admonere, ꝙ malus declinet à malo, & tendat in bonum, quòd Deũ oret, &c. Vndemeritò diuus Gregorius hanc ſectam deteſtãs inquit: Procul ſit fatum à cordibus fidelium.

Secunda eſt eorum, qui credunt ſe loqui ad mentem Platonis, qui viſus eſt opinari in libris de Rep. voluntatem humanã non moueri à cœlo ad bonũ, nec ad malum: ſed à duplici dæmone, quorum alter bonus, alter malus. Iſti, vt arbitratus eſt Plato, cùm in morte ſeparatur anima à corpore, ſociant eã ad Minoa Iudicem inferni: cui referunt, q̃ in hac vita geſſerit bona & mala: peracta relatione iudex pro ea, vel contra eã, ſententiã profert. Hæc opinio adeò inoleuit apud Platonicos, quòd Socrates Platonis magiſter, dæmonem bonum cuſtodem ſuũ, non eſt veritus appellare Deum ſuũ. Vnde & Apulei⁹ librum ſcripſit de Deo Socratis: quem aſſerit eſſe dæmonem illum bonum, cuius cõſilio & nutu & mãdato Socrates viuebat, agebat, & ſe ipſi dicauerat, adeò quòd in carcere conſtitutus, hauſto veneno, præcepit Cæbe diſcipulo ſuo, vt legimus in fine Phędonis, quòd Apollini gallum offerret, Sic enim dæmon ei ſuaſerat.

Sed hæc opinio chimerica eſt, & repugnans fidei. Nã licet ſacra fides teneat angelum bonum deputari cuſtodem animæ qui ſuadeat & horretur ad bonum, tamen ei non aſſignatur dæmon malus, vt cuſtos: ſed vt tentans eam ad maius meritum. Et hæc eſt doctrina Pauli ad Epheſios ca. 6. vbi inquit: Induite vos armaturam Dei, ſcilicet veritatem, iuſtitiam, fidem, orationem, obſecrationem, &c. vt poſitus ſtare aduerſus inſidias diaboli: quoniã non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ, &c. Nec eſt verum, angelum bonum ſociare animam in ſeparatione à corpore ad inferna. Nã ſi ſeparatur in gratia, ſociat eam in locum ſalutis: & malus triſtis recedit. Si verò ſeparatur extra gratiam, angelus cuſtos deſerit eam, & malus eam ſociat ad poenam. Et quidem, ꝙ ſolus bonꝰ ſit animę cuſtos, teſtatur Origenes in homilia 69. ſuper librum Numeri, vbi inquit: Agunt angeli diem feſtum lætantes ſuper his, qui diſfugientes conſortia dęmonum, per exercitia virtutum Angelicis feſtinant ſociari cõſortiis. Et homilia 71. inquit: Adeſt vnicuique noſtrum, etiã minimis, qui ſunt in eccleſia Dei, Angelus bonus domini, qui regat, qui moneat, q̃ gubernet, qui ꝓ actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidie videat faciem patris, qui in cælis eſt.

Nec eſt verum quòd animarũ iudex ſit in inferno: quoniam ab eodem iudice, qui reſidet in cęlo, iudicatur anima bona ad præmium: & mala ad pœnam: vnde Matthæi cap. 25. dicit bonis: Venite benedicti. Malis autem dicit: Ite maledicti. &c.

Tertia reſpõſio eſt veri Theologi, iuxta quã determinabit̃ dubium. & hic tria agenda ſunt: primò, aſsignabit̃ diſtinctio vna: ſecundò, declarabitur, ſi in aliquo ſenſu conceden dũ eſt à Chriſtiano actum voluntatis dependere à cęlo: tertiò, determinabitur dubium per ſolutionem argumenti.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ omnis animæ humanæ potentia vel eſt affixa organo corporeo, vel nõ. Si ſic, ex tali affixiõe fit quodammodo corporea. Talis eſt augmentatiua, & ſenſitiua, & appetitiua ſenſitiua, & ſecundũ locum motiua: & quantũ ſpectat ad actum earum, dico ꝙ directè pendet à cęlo, eò ꝙ agens corporeum, quale eſt cælum, habet naturalem vim ſuper patiens corporeum: quales ſunt ꝑ dictę potentiæ cum organis ſuis. Vñ & ab Ariſtotele dicunt potentiæ non ſolius aię, ſed ꝟiuncti: & ex conſequenti ꝟceditur cœlũ poſſe cauſare ægritudinẽ & ſanitatẽ in corpore, alterationẽ in ſenſu: cauſare in phãtaſia ſomnia, & iraſcibilẽ ac cõcupiſcibilẽ cõcitare. Si nõ ſunt affixę, organo, vt intellectus & volũtas, dico actũ earum nõ dependere directè à cęlo, eò ꝙ virtꝰ corporea nõ dñatur incorporeæ: tũ q̃ non ꝓportionat̃ illi, nec iferius ꝑualet in ſupius, vt ſuperius eſt.

Quantum ad ſm dico poſſe ꝟcedi actum voluntatis pendere à cęlo ꝑ aliud, id eſt, pet potentias organicas, q̃ per ſe ſubiacent cęlo. Nam licet intellectus nõ ſit ſenſus, tamẽ ſua cognitio pẽdet à ſenſu: qm̃ ex tertio de aĩa, ꝓ hac vita nihil intelligit ſine phantaſmate: phantaſia autẽ cùm ſit organica põt alterari, & impediri, & adiuuari à cælo: ex conſequenti & intellectio rõne alteratæ phantaſiæ, impediri poteſt. Similiter licet voluntas nõ ſit appetitus ſenſitiuus, tñ amat, ſperat, audet, timet ꝓpaſſiones ipſius appetitꝰ: & qm̃ hmõi paſſiones per ſe ſubiacent cęlo, ideo actus voluntatis rõne paſſionum ſubiacet cælo. Ex hoc tñ non infertur ꝙ cælum poſſit voluntatem neceſſitare, qm̃ non eſt idem, aliquid ſubiacere cælo per ſe, & ſubiacere per accidens. Ex quibus conſtat aſtrologiam diuinatoriam paruam, aut nullã circa actus humanos habere certitudinem, vt cum audet ꝓgnoſticari Socratem futurum iuſtum vel iniuſtum, vel furem, vel inhoneſtum. Nam licet ex aliqua ſiderũ diſpoſitione inclinetur ad hoc vel illud, põt tñ volũtas forti imperio tali inclinationi reſiſtere. Vñ Ptolemæus aduertens voluntatis libertatem dixit in centiloquio: Sapiens dominabitur aſtris, & ſapiẽs adiuuat opus ſtellarum. Quod ſic intelligẽdum eſt: Dato, ꝙ ſiderum diſpoſitio parum inclinaret ſapientis animum ad bonum, põt ipſe ex ſuo conſtanti ꝓpoſito hanc inclinationẽ augere, & operari bonum. Et ꝓpter hoc Ptolomęus aduertens Aſtrologię iudiciarię incertitudinem: hortatur Aſtrologum antequam iudicium ꝓferat, ſcrutari patriam, legem, mores illius, cuius iudicium ꝓlaturus eſt: vt ex his oĩbus rationabiliter ꝓgnoſticari poſſit de his, quæ ſibi euentura ſunt. Nam ſi ſolas ſyderum inclinationes attenderit, ſe deceptum inueniet in iudicio ſuo.

Voluntatis actus quõ pẽdet à cælo.

Quantum ad tertium, ꝑ reſolutione dubij, dico ad argumentum poſitum in principio dubij, ꝙ minor eſt falſa: & cõ ꝓbatur, qm̃ primus motus eſt cã omnis motus in his inferioribus: non eſt verum vniuerſaliter: niſi ipſum paſſum ſiue mobile ſit corpus, vel ſaltem virtus corporea. Cõſtat autem voluntatem noſtram non eſſe corpus, nec potentiam organicam, eò ꝙ obiectum ſuum eſt bonum vt bonũ: ſicut obiectũ intellectꝰ eſt ens vt ens. Qđ autem dicunt Aſtronomi, natum ſub tali ſidere, futurum talem, nullã habet neceſſitatem, nec certitudinem: & plerunq; inducunt hoĩem in errorẽ & deceptionem. Hæc de cã Paulus arguit Galatas taljum obſeruatores, vñ in c. 4. Epiſtolæ ſuæ ad Galatas inquit: Qũo cõuertimini iterum ad infirma & egena elementa, id eſt, corpora cęleſtia, quibus denuò ſeruire vultis? Dies obſeruatis & mẽſes & annos. Timeo vos, ne forte ſine cã laborauerim in vobis. Hęc de quarto dubio dicta ſint.

Quintum dubium eſt circa Chriſtianam fidem, quam vnicam catholica eccleſia tenet eſſe viã ad ſalutem: qm̃ in Actis Apoſtolorũ c. 4. legimꝰ: Hic eſt, q̃ reprobatꝰ eſt à vobis ędificantib. qui factus eſt in caput anguli: & non eſt ĩ alio aliquo ſalus. Nec eñ eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibꝰ, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Sed hanc Chriſtianam fidem non vꝫ ſapientia diuina homini bene ac iuſtè inſtituiſſe. Nã ſi decreuit hanc eſſe vnicam viam ſalutis, & vult omnem hominem ſaluum fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, ſm Paulum primæ ad Timotheũ c. 2. debuerat omni genti declarare hanc vnicam eſſe verã fidem, omnéſq; alias ſectas & leges deficientes & erroneas. Qđ tñ non fecit. Nam Iudæꝰ & Mahumetanus adeò legib. ſuis adhęrent & credunt, ꝙ abſq; dubio tenent in earum obſeruantia ſaluari, & mortem pro lege ſuſtinerent: reputantque ſe obſequium præſtare Deo, ſi Chriſtianum cõuertant ad ſectam ſuam. Non ergo Deus in hoc iuſtè ſe habet erga hominum genus.

Num iuſtè Deus agat non quẽuis in ſua fide ſe ſaluando.

Pro reſolutione huius dubij tria agenda ſunt: primò, ꝓponitur diſtinctio, ex qua elicit̃ dubij ſolutio: ſcđ̃ò reſpondebitur argumento præpoſito: tertiò remouebitur obiectio.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ Iudæus & Mahumetanus dupliꝫ cõſiderari poſſunt: primò in ſuis naturalibus in quantum vigent intellectu & lumine rationis in naturalib. ſecundò inquantum nutriti & aſſueti legibus, quas obſeruant. Stãte hac diſtinctione iudicandum eſt de eis, ſicut loquitur Auicenna in libro 9. ſuæ Method. de eo, qui eſt ſani guſtus

& de

& de eo,qui habet linguã infectam aliquo humore, aut prauo ſapore.Nã primus de omni ſapore iudicat,ſicut eſt, putà dulcia eſſe dulcia,pontica pontica,amara amara.Secũd⁹ autẽ falsè iudicat:qm̃ reputat omnes ſapores tales eſſe, quali infecta eſt lingua ei⁹.Sic in ꝓpoſito,ſi Iudæus & Machumetanus,ſtarent p̃cisè in lumine rationis naturalis, cognoſcerẽt errores ſuos:ſed malitia excæcauit eos:Iudęus q̃dẽ cognoſceret ſe peruersè exponere dicta ſcripturæ, in quibus declaratur trinitas perſonarũ in Deo,vt eſt illud, Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis.in quo dicto Seruator ꝯcluſit ora Phariſæorũ,vt legim⁹ Matthæi capite vigeſimoſecundo.Nec malè exponerent dicta ſcripturæ de aduẽtu Meſsiæ,de redẽptione mundi per mortem filij,de baptiſmo, de euchariſtia, &c. Sed ex duritia cordis obcęcatũ eſt cor eorũ in poenã: &, vt inquit Paulus ſecundæ ad Corint. cap.tertio.Obtuſi ſunt ſenſus eorũ, & vſque in hodiernum diem cùm legitur Moſes, velamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum.Cùm autem conuerſus fuerit,ſ. Iudæus ad Deum, inqt Paulus,auferetur velamen.Similiter ſi Machumetanus perſiſteret in lumine ac dictamine rationis rectæ,citò aduerteret legem Machumeti,plenam erroribus,eò q̃ non fuit à bono autore.Nam vt veræ tradunt hiſtoriæ, ſicut notat dominus Nicolaus Cuſſa in libro,quem edidit de cribratione Alchoran,fuit homo malus,inhoneſtus,epileptico morbo laborans:prætereà,in lege ſua nulla facta ſunt miracula,q̃bus declaret eius veritas,ſicut facta ſunt in lege Chriſtiana. Vñ cùm Machumetus interrogaretur,quare miracula nõ faciebat,reſpondit in Alchoran:Chriſto data eſt miraculorũ virtus,vt mundũ ꝯuerteret:mihi autem poteſtas gladij. & hac de cauſa præcepit legem ſuã non niſi gladio defenſandam & ſeruandã.Vnde & Machumetani ſacerdotes,cùm in templis admonent populũ ad obſeruantiam legis, tenẽtes manu gladiũ euaginatum,clamant dicentes:Hoc ferietur, qui Machumeti legem nõ ſeruat.Prętereà,Machumetus, ne detegerẽtur errores legis ſuæ,Philoſophię ſtudiũ ꝓhibuit:adiuertens q̃ homines vera Philoſophia illuminati, non acquieſcerent illi.Sicut fecerunt Auicẽna & Auerroes:q̃ cùm eſſent Machumetani,poſtquàm inſtructi fuerũt in Philoſophia,deſpexerũt legẽ eius.Vñ Auicenna in lib. 9. ſuæ Mẽta. Deſpiciens eius legem inquit: Et tu ſcis delectationes corporũ & gaudia quid ſunt. Lex enim quã dedit Machumet⁹, oſtendit diſpoſitionem felicitatis & miſeriæ,q̃ ſunt ſecundũ corpus.Sapiẽtibus verò Theologis multo maior cupiditas fuit ad conſequendam veram felicitatem,q̃ felicitatem corporum : quæ, quanuis daretur eis, non tam appretiati ſunt eam cõparatione veræ felicitatis, quæ coninncta eſt primæ veritati.Hæc ille.Prętereà.Multa vt principia in lege ſua diſpoſuit,q̃ cuilibet viuenti ſecundum dictamen rectæ rationis ſtatim falſa apparent. Inter quæ quatuor hic referimus.

Lex Machumeti ſtatuit nonnulla, quæ ſeruare recta abhorret ratio.

Primò, ſi quis deſideriũ habet coẽundi cũ muliere aliqua & non conat̃ omnino deſideriũ ꝯplere, peccat grauiſsimè.

Secũdò, ſtatuit quẽlibet inſanum & mente alienatum ꝓ ſancto haberi ac venerari:& dixit eos inordinatè loqui & ſine ꝓpoſito:qm̃ eorũ mens ſemper circa diuina verſatur.

Tertiò hortatur teſtantes, vt obligent hæredes per modum legati,ad nutriendos tot,vel tot catos,& catas.

Quartò,vt redimãt à pœnis animã defuncti, emunt à venatoribus auiũ, tot vel tot aues captas,quas liberas dimittunt,dicẽtes:Sic Deus liberet animã patris aut matris meæ.

Quis ſanæ mentis nõ aduertat has ineptias? Et ſi Machumetanus depuratus eſſet quo ad intellectũ,nõ perſiſteret in ſtultitia legis ſuæ:verùm,vt diximus,malè affectus eſt, ſicut infirmus: ideo non eſt veri iudicij : nec diſcernit quid veri & falſi in ea contineatur.Et hoc idem innuit Auicenna in libro nono ſuæ Metaphyſi.quaſi ſeipſum & alios eiuſdẽ legis arguens.& dicit:Sed q̃a nos in hoc noſtro ſeculo,& hoc noſtro corpore,demerſi ſumus in multa turpia : ideo nõ ſentimus delectationem illam,ſ.ſpiritualem : nec inquirimus eã, nec allicimur ad illam,niſi prius depoſuerimus à cerui cib⁹ noſtris iugum voluptatis & iræ : & ſorores earum,id eſt alias paſsiones:tunc remouebitur paralyſis,& ſpeculabimur veram delectationem,quę eſt apud regẽ ſeculorum.Hęc Auicenna.Conſtat autem, q̃ Chriſtiana & diuina lux nullum ex prædictis inconueniens ponit:ſed, vt docuimus in parte prima huius noſtri operis , omnia ſunt rationi conſona & virtuti & bonis moribus:vt patet in toto Chriſti euãgelio: & ideo non eſt mirum,ſi tenemus fidem noſtram vt vnicum medium ad beatitudinem.

Quantùm ad ſecundum,vt reſpondeam argumẽto facto in principio dubij,dico q̃ omnibus ſufficienter manifeſta eſt non ſolùm per Apoſtolos,ſed cõtinuè manifeſtat̃ in fidelib.quantum ſit ex parte Dei.Dedit em̃ cuilibet homini lumen naturale quo iudicare poteſt q̃d ſit conſonum & nõ cõſonum rationi,& ad bene viuendum:& ſi infidelis lumen illud aduerteret,diuina bonitas ſibi non deficeret,vt liberaretur à perfidia ſua.Si em̃ Deus miſericors non deficit homini in naturalib.neceſſarijs corpori,multo minus in medijs opportunis ad animę ſalutem.Et hac cõparatione vſus eſt Seruator noſter Matthæi,c.ſexto,cùm dixit: Nónne anima plus eſt quàm eſca,& corpus quàm veſtimentum? Quaſi inferat: Si Deus,quidet corpori & de eſca & de veſtimento ad ſalutem corporis,multo magis animæ de medijs ad ſalutem,niſi homo obſtaculum ponat.Quòd ergo infideles perſeuerẽt in erroribus ſuis:non imputetur Deo,ſed malæ conſuetudini ſuę:diuina nanque bonitas liberè coagit homini ad ſalutem,nec eſt ſuum cogere naturam intellectualem,quam cõſtituit in manu cõſilij ſui : ſed liberam dimittit.vnde Eccleſiaſtici capit.15.ſic legimus:Deus ab initio,id eſt,q̃ creauit eum,conſtituit eum,& reliquit in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare,conſeruabunt te:& in perpetuum fidem placitam ſeruare.Appoſui tibi ignem & aquam, ad quod volueris,porrige manum tuam.Ante hominem vita & mors, bonũ & malum.Quod placuerit ei,dabitut illi:q̃m multa ſapiẽtia Dei, & fortis in potentia,videns omnes ſine intermiſſione.Oculi domini ad timentes eum:ipſe agnoſcit omnem operã hominis.Nemini mandauit impiè agere:& nemini dedit ſpatiũ peccandi.Non enim concupiſcit multitudinem filiorũ infidelium & inutilium.

Quantùm ad tertium aduerte,q̃ quis cõtra prædicta poſſet ſic obijcere:Si lex Machumeti eſt falſa,cur mundus pro maiori parte ſequitur eam?

Rñdeo,& quæro à te:Cur ex Chriſtianis plures ſunt mali quàm boni?Nam ſi ex eò,q̃ plures ſequuntur Machumetũ quàm Chriſtum,ſequitur fm̃ te legem eius eſſe veram : eadẽ ratione ſequitur dęmonem eſſe maiorem & meliorem Deo vero:q̃m plures ex Chriſtianis vita mala ſequuntur dæmonem relicto vero Deo quo ad obſeruãtiam diuinę legis. Nõ potes ergo ex hoc concludere legem Machumeti eſſe verã: ſed q̃ hominum genus pro maiori parte viuit fm̃ appetitum ſenſitiuum, declinans à ratione recta & veritate : & pauci ambulant in ea.

Hæc dixerim ꝓ reſolutione ꝓpoſiti dubij & prędcedentiũ: pro quanto poteſt intellectus noſter capere de diuinis ſecretis:reliquum relinquo,donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum.Hæc de præſenti capit.dicta ſint,in quo terminatur Tractatus de diuina & Chriſtiana iuſtitia ad laudem Dei benedicti.

Tractatus quinti finis.

TRACTATVS SEXTVS SECVNDÆ partis Philoſophiæ Chriſtianæ,in ſeptem capita diuiſus.

¶De fortitudine diuina atque Chriſtiana, & eius oppoſito.

POſt cõſiderationẽ de diuina & Chriſtiana iuſtitia,i hoc tractatu agendũ eſt de diuina & Chriſtiana fortitudine:& diuidemus ipſum in ſeptẽ capita.Sed in primis aduerte,q̃ quæ de ea tractauerit Ariſtoteles iam reſoluim⁹ in epitomatib.noſtris, in tertio Ethicorum,in tract.ſecundo,vbi quatuor principaliter ad mentẽ Ariſtot.reſoluta ſunt:Primò,circa q̃ verſat̃ fortitudo:Scd̃ò,quis ſit ꝓprius actus viri fortis,& timidi,& audacis:Tertiò,qui & quot ſint modi nõ veræ ſed apparentis fortitudinis:Quartò,quę ſint ꝓprietates veræ fortitudinis.

Similiter apud Platonẽ,quæ fuerit mens ſua de fortitudine,iam docuimus in epitome moralis Philoſophiæ Platonicæ:in trac.5.in parte quarta:vbi duo principaliter acta ſunt: primò,Quo diuiditur in vniuerſaliter & ꝓriè ſumptã : & quid vtraq; ſit,& circa q̃ vtraq; verſat̃. Scd̃ò, an ſit dignior tẽperantia:& qm̃ non eſt intẽtionis meę ea repetere hìc : iõ tu vide ad placitũ.Nã hìc non intẽdo loqui de ea,niſi ex ratione,& fundamento diuinæ ſcripturæ ac ſacrorũ doctorũ.

Primò igitur videndum eſt quot modis dr̃,vt ſciamus ſecundum quem modum eſt virtus moralis diſtincta ab alijs.

Secundò,quid ſit.

Tertiò,circa quid verſatur.

Quartò, quid eſt eius proprius, ac principalis actus.
Quintò, quòd eſt eius præmium.
Sextò, quæ ſint eius partes.
Septimò, de vitiis oppoſitis fortitudini.

CAPVT I.

Quot modis Chriſtiana fortitudo capitur.

IN primo cap. agendum eſt de modis, quibus dicitur fortitudo. Tu igitur aduerte, quòd famoſiores ſunt quatuor.

Fortitudo eſt cuiuſcunque operãtis potentia.

Primò dicitur potentia, vel vis cuiuſcunq; operãtis: quo modo conſueuimus dicere, hunc regem, hunc exercitum, hunc calorem eſſe fortem, eo ꝙ vehementia ſunt in actionibus ſuis. In eodem ſenſu dicimus medicinam fortem vel debilem: quoniam multum aut parum ſoluit vẽtrem: & hãc rationem argumentum eſſe forte vel debile: quoniam multũ ſtringit aut parum intellectum audientis. De hoc modo dictæ fortitudinis habemus in tertio libro Eſdræ ca. 3. Forte eſt vinũ, fortior rex, fortiores mulieres, ſuper oĩa vincit veritas. Et Dauid in Pſalmo: Et occidit reges fortes. Et in primo Machabeorũ c. 4. Et viderunt exercitum fortẽ nimis. Et Lucæ c. 11. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ, in pace ſunt oĩa, quæ poſsidet. Si autẽ fortior eo ſuperuenerit, & vicerit eum, vniuerſa eius arma auferet, in quibus confidebat.

Fortitudo ſignificat corporis robur.

Secundò dicitur robur corporis: quomodo appellamus equum, leonem, vrſum virum robuſtum fortes. Hęc fortitudo famosè dicitur fortitudo virium, & dicitur homo fortis corpore.

De hoc modo habemus Iudicum cap. 16. vbi inquit Dalida ad Samſonem: Dic mihi obſecro, vbi eſt maxima fortitudo tua? Et in eodem cap. orat Samſon: Redde mihi priſtinã fortitudinem Deus meus. Et Iob cap. 39. Nunquid prębebis equo fortitudinem.

Fortitudo eſt animi cõſtãtia in opere bono.

Tertiò dicitur firmitas & animi conſtantia ac perſeuerantia in quocunque bono opere proſequendo vſque ad cõplementum.

De hoc modo habemus Nehemiæ c. 4. Gaudium domini eſt fortitudo noſtra. id eſt, conſtantia in opere noſtro. Et Prouer. c. 31. Fortitudo & decor indumentum eius. Et Iſaias ca. 12. Fortitudo mea & laus mea dominus, id eſt, ꝑſeuerantia in bono, & cap. 30. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra.

Quartò dicitur animi conſtantia in aggrediendis ſuſtinendisque periculis, quæ naturaliter timorem incutiunt: vt exiliũ, carcer, verbera, ignominię, mors gratia honeſti finis.

De hoc modo habemus Iudicũ c. 20. Filij Iſraël in fortitudine & numero confidentes poſuerunt caſtra in eodẽ loco. Et Prouer. c. 15. Domĩ iuſti, plurima fortitudo, & in Actis Apoſtolorum, c. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat ſigna magna in plebe.

Fortitudo in quo ſenſu ſit virtus moralis.

Poſitis famoſioribus modis, qbus dicitur fortitudo, aduerte ꝙ primo modo conſtat non eſſe virtutem moralem, cùm ſit cõmunis inanimato & animato, & homini, & bruto & dæmoni: Virtus autem moralis ineſt ſoli homini. Nec ſecũdo modo eſt virtus moralis: qm̃ eſt vigor corporeus. Virtus aũt eſt in anima: ꝑtereà, ineſt bruto & homini, prætereà, ineſt bonis & malis. Virtus aũt moralis ineſt ſolis bonis: quoniã bonũ facit habentẽ, vt docuimus in 2. Ethic. Nec tertio modo eſt ſpecifica virtus moralis ab aliis diſtĩcta, ſed eſt circunſtãtia & ꝙditio requiſita in omni actu virtutis. Vñ docuimus in ſecundo Ethic. ꝙ ad virtutis habitum ſpectat firmiter & delectabiliter operari. De hac loquẽs Diuus Hieronymus ſuper Iſaiã inquit, Fortitudo atq; ꝙſtantia, via regia eſt: à qua declinat ad dexterã, q temerarius & pertinax eſt: ad ſiniſtrã verò, q formidoloſus & timidus eſt. Quarto autem modo virtus moralis ab aliis diſtincta eſt. Nã verſatur circa determinatam materiã, quæ ſunt pericula & ardua ad ſuſtinendum, vt dicemus infrà. Qua igitur ratione prudẽtia eſt determinata virtus, eò ꝙ verſatur circa humana agibilia regulanda: & iuſtitia, quia verſatur circa operationes diſtributiuas & commutatiuas adæquandas, ſic & fortitudo quarto modo dicta erit ſpecifica virtus ꝑpter determinatã materiam: & qm̃ eſt timoris atq; audaciæ moderatiua. Prætermiſsis igitur primo & ſecundo modo, agemus in ſequẽtibus de tertio & quarto modo: & tandem immorabimur circa quartum. Hæc de primo cap. dicta ſint.

CAPVT II.

Fortitudo Chriſtiana quidnam ſit.

IN ſecundo c. agendum eſt de quidditate fortitudinis tertio & quarto modo: & primò quid ſit sũpta tertio modo: ſecundò quid ſit ſumpta quarto modo. Vt ĩcias quid ſit tertio modo, ſequar doctrinam diui Ambroſij & Gregorij.

Diuus quidem Ambroſiꝰ in primo de officijs eam ſic notificat: Non mediocris animi eſt fortitudo, q̃ ſola defendit virtutum ornamẽta oĩum: & iuſtitiam cuſtodit. Et quæ inexpiabili ꝓlio aduerſus oĩa vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad picula, rigidior aduerſus voluptates: auaritiã effugat tanquam labem quandam, quę virtutem effœminat.

Idem in eodem. In duobus gñrib. fortitudo ſpectatur animi: primò vt exteriora corporis ꝓ minimis habeat, & quaſi ſuperflua deſpicienda magis quã appetenda ducatur: ſecũdò, vt ea, quę ſumma ſunt, omneſq; res, in quibus eſt honeſtas, ꝑclara animi intentione vſque ad effectum proſequatur.

Diuus autem Gregorius in li. 8. Moralium ſic eam deſcribit: Iuſtorũ fortitudo eſt carnem vincere, ꝓprijs voluptatibus ꝏire, delectationem vitę prẽſentis extinguere, huius mũdi aſpera ꝓ æternis prẽmijs amare, ꝓſperitatis blandimẽta contemnere, aduerſitatis metum in corde ſuperare. Reproborum autem fortitudo eſt trãſitoria, ſine ceſſatione dilige gere, ꝏ flagella conditoris inſenſibiliter ꝓdurare, ab amore rerum temporalium, nec ex aduerſitate quieſcere, ad inanẽ gloriam etiam cum vitæ detrimẽto peruenire, malitię argumenta exquirere, bonorum vitam non ſolum verbis ac moribus, ſed etiam gladijs impugnare, in ſemetipſis ſpem ponere, iniquitatẽ quotidie ſine vllo deſiderij defectu perpetrare.

Fortitudo ſanctorũ quadris lapidis ſimilis eſt.

Idem ſuper Ezechielem in homilia 21. congrua ſimilitudine eam ſic deſcribit: Sancti, quorũ vita in ꝓſperitate & aduerſitate fortiter ſtat, lapidibus quadris comparantur: Lapis eñ quadrus ęqualiter ſtat in quocunq; fuerit latere verſus. Quiſquis igitur in ꝓſperitate non extollitur, in aduerſitate non frangitur, ſuaſionib. ad mala non trahitur, vituperationib. à bono opere non reuocatur: lapis quadrus eſt, qui quaſi ab omni latere ſtatum habet, qui caſum in qualibet mutatione non habet.

Fortitudinis varia exempla.

Huius fortitudinis tertio mõ ſumptæ in ſacra ſcriptura, exẽpla vt ſpecula nobis ꝓpoſita ſunt: Ioſeph, Moſes, Caleb, Ioſue, Samuel, Iſaias, Hieremias: qui veluti lapides firmiſſimi & quadri, in opere bono conſtantes, in deuitandis malis inuicti fuerunt. In lege autem Chriſti Paulus præcipuũ ſpeculum nobis ꝓpoſitum eſt: qui in ſecũdæ ad Cor. c. 6. ſic ſcribit, hortans ſeipſum & fideles ad hanc fortitudinem, tertio modo dictam: Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationib. in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carcerib. in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in caritate, non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Vt ſeductores, & veraces, ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.

Vt autem ſcias quid ſit, quarto modo dicta: & de qua hîc principaliter intendimus, tres adducam diffinitiones concordes in ſenſu: prima eſt communis acceptata apud Theologum, & eſt hæc: Fortitudo eſt virtus circa timores & audacias, timorum cohibitiua, & audaciarum moderatiua.

Primò eſt virtus, qm̃ dirigit hominem in arduis, ſ. qũo, & quando, & per quid, & quo fine aggredi, aut pati debeat diſcrimina & mala corporis, vt dicemus: prætereà eſt mediocritas inter duo extrema vitioſa, ſ. nunq̃ aggredi difficilia: ex timore ẽt exiſtente iuſta cã aggrediẽdi, & ſemp aggredi ſiue iuſtè ſiue iniuſtè. Omnis autẽ talis mediocritas reddit hominem ꝓbum & laudabilem: ergo eſt virtus. Secundò eſt circa timores & audacias, ſ. regulandas, vt in hoc diſtinguatur fortitudo à temperantia, q̃ eſt circa delectationes tactus & guſtus: vt declarabimus infrà: & à manſuetudine, q̃ eſt circa iras: & à iuſtitia q̃ eſt circa humanas operationes: & à prudentia, quę eſt directiua in cõſulendis & iudicandis ac ꝑcipiẽdis. Tertiò eſt cohibitiua timorum & moderatiua audaciarum: qm̃ cũ ſit medium inter ſemp & in oĩbus timere, & inter ſemper ac in oĩbus audere: oportet ipſam frenare timorẽ, & audaciam, q̃ ſunt iraſcibilis paſſiones, ne ꝏ rationis iudicium ac ꝑceptum prævaleant: ſed qñ ratio dictat timendum, timeat, & periculum deuitet: & quãdo dictat audendum, audeat, & periculum ſubeat. Vnde in ſcriptura ſacra quamplures nobis dati ſunt in ſpeculum veræ fortitudinis: qui excuſſo timore, & aſſumpta rõnabili audacia, nõ diffugerunt etiam proprię vitæ pericula, vt patet infrà.

Moſes Pharaonem minantem nõ timuit, ſed Dei auxilio & mandato intrepidè ſtetit ante eum, & reſtitit: Exodi ca. 5.

Nathan

Nathan Propheta,intrepidè arguit & cõminatur Dauid regi,vt iniquo homicidæ inquiens:Quare contẽpſiſti verbum domini,vt faceres malum in conſpectu meo: Vriam Etheum percuſiſti gladio,& vxorem illius accepiſti vxorẽ tibi:quamobrem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum,eò quòd deſpexeris me.in ſecundo Regũ capite duodecimo.

Helias intrepidè reſtitit in faciem Achab ei cõminanti, & inquit:Nõ ego turbaui Iſraël,ſed tu & dom⁹ tua,& dereliquiſti mãdata domini.in tertio Regũ cap.decimooctauo.

Heliſæus conſtanter reſpondit Ioram regi Iſraël dicens: Quid mihi & tibi eſt?Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. Viuit dominus,in cuius conſpectu ſto:ſi non vultũ Ioſaphat.regis Iuda erubeſcerẽ,nõ attendiſſem quidẽ te, nec reſpexiſſem.in quarto Regum capite quarto.

Zacharias Propheta filius Ioiadæ ſacerdotis mortẽ non formidans,inſurgit contra Ioas regẽ Iuda & principes ei⁹ idololatras,& dixit:Quare tranſgredimini præceptũ domini,quod vobis non proderit:& dereliquiſtis dominũ,vt derelinqueret vos?At illi lapidauerunt eum.In li.2.Paral.c.24.

Mardochæus inuicto animo minas Aman Siri contẽpſit: in libro Eſther capite tertio.

Eſther pro ſalute Mardochæi & populi ſui cum periculo mortis ad Aſſuerum regem acceſsit,oratura cõtra Amã Sirum pro liberatione populi ſui,Eſther capite quarto.

Sidrach.& ſocij,omni timore depoſito,regi minãti fornacẽ ignis reſponderunt:Non oportet nos de hac re reſpõdere tibi.Ecce eñ Deus noſter,quẽ colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardẽtis,& de manibus tuis ô rex liberare.Qđ ſi noluerit notũ ſit tibi rex,q̃ Deos tuos nõ colim⁹: nec ſtatuam auream,quam erexiſti adorabimus.Danie.ca.3.

In nouo autem teſtamento legimus de B. Stephano, qui intrepidè Phariſæis reſtitit,& obiecit dicẽs:Vos ſemp̃ ſpiritui ſancto reſtitiſtis duri & incircunciſi cordib⁹. In Actis Apoſtolorũ ca.ſeptimo,& Paulus poſit⁹ in duro carcere cũ Sila audacter cõqueſtus eſt de magiſtratu,dicens lictorib⁹: Cæſos nos nos publicè indẽnatos viros Romanos miſerũt in carcerẽ & nunc occultè nos eiiciunt?Non ita,ſed veniãt ipſi,& nos eiiciant.In Actis Apoſtolorũ capite decimoſexto.Itẽ in ca.vigeſimotertio,inſurgit contra pontificẽ Ananiam,qui iniuſtè præceperat aſtantibus,vt os Pauli percuterent.At Paulus veræ fortitudinis ſpiritu excitat⁹ ait ad põtificem:Percutiet te Deus,paries dealbate.

Ioãnes Baptiſta intrepidè arguit Phariſæos, dicẽs:O geninima viperarũ,quis oſtendit vobis fugere ab ira ventura ſ.Dei iudicis.Matt.c.tertio.Itẽ ca.decimoquarto,ne p̃pter carcerẽ,nec propter cõminatã mortẽ veritus eſt arguere. Herodem tenẽtem vxorem Philippi fratris ſui.

Fortitudinis quatuor actus.

Secũda diffinitio attribuitur diuo Auguſtino & eſt hęc: Fortitudo eſt immobilis animi inter aduerſa laborũ & periculorũ æqua ſuſceptio,cui⁹ ſecundũ ipſum, ſunt quatuor præcipui actus,ſ.firmare animũ contra tẽporales moleſtias: Nõ aduerſitatẽ nec mortẽ p̃pter iuſtã cauſam formidare: Nec à bono ſapienter electo vllis pœnis vlliſque terrorib⁹ euelli:PPro dilecto honeſto habendo aduerſa tolerare.

Tertia attribuitur Macrobio,quæ non diſſentit à prima nec à ſecunda,& eſt hæc:Fortitudo eſt virtus,quæ animum ſuper periculi metum agit,nihilq̃ nifi turpia timet,tolerat fortiter aduerſa:præſtat aũt fortitudo magnanimitatẽ, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam tolerantiam,firmitatem.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De fortitudinis obiecto,circa quod verſatur.

LIcet hactenus de fortitudine generaliter ſumpta,& vt eſt ſpecifica virt⁹,ſermonem habuerimus inueſtigando quid ſit,nunc relicta generaliter ſumpta,acturi ſumus vſq; in finẽ tractatus de ea,quę eſt propriè & ſpecifica virtus:& in preſenti capite inueſtigabimus circa quid principaliter verſatur.Tu igitur aduerte,q̃ verſatur circa timores malorum,& audacias ac ſufferentias difficilium atq; terribiliũ Sed diuerſa ratione:nã verſatur circa timores malorum negatiuè:ponitur enim fortitudo, vt non timeamus mala, nec diffugiamus quando oportet non timere. Tu tamen aduerte,quòd ex parte timoris non eſt laudabile nullum malum timere:quoniam quædam omnino timenda ſunt,nullaq̃ eis danda cauſa quòd nobis eueniant:aliter nõ timẽs ea nec præcauens quantum in ſe eſt inuerecundus & ſui ne glector exiſtimatur vt qui non timet malam de ſe opinionem,infamiam,& vituperium.Vnde Prouerbiorum cap.14. ſapiens timet,& declinat à malo.& Eccleſiaſtici cap.26, A tribus timuit cor meum,Deleturam ciuitatis & collectionem populi:& calumniam mendacẽ. Præterea,Mala quædam ſunt,quæ vtique timeri poſſunt abſque reprehenſione, eò quòd fortè impeditiua ſunt melioris boni:vt indigentia bonorũ exteriorum, & infirmitas. Et dato quòd quis non timeat ea,nõ propter hoc dicetur vir fortis ſimpliciter:q̃ non eſt in poteſtate ſua ea vitare,cum eueniant ex conditione naturę:& nolenti & præcauenti ne eueniant, ſæpius eueniunt.Non timere autem hæc,potius eſt viri patientis, quàm fortis ſimpliciter dicti.Quędam vera mala ſunt, quę & ardua & difficilia ſunt ad ſuſtinendũ,nec eueniunt ex cõditiõe naturæ,ſed inferuntur nobis ab extrinſeco vt ab hominibus malis cõtra iuſtitiam.Talia igitur timẽda nõ ſunt, quando ratio dictat, & ſubeſt cauſa vt timeantur.Et circa huiuſmodi timores verſatur fortitudo propriè dicta, ne ſ. timeamus ea:imò voluntariè & lætè ſuſtineamus p̃ Deo & aĩæ ſalute:& hæc eſt Chriſti doctrina Matthæi ca.10, Nolite timere eos,q̃ occidunt corpus,animã autẽ non poſſunt occidere.Paulus autem adeò fortitudine prẽmunitus erat, q̃ nõ ſolùm non timebat,ſed & ſibi cõplacebat in arduis. Vnde in 2.ad Cor.ca.12.inquit:Propter q̃d placeo mihi in infirmitatibus meis,in cõtumeliis,in neceſsitatibus,in pſecutionibus,& in anguſtiis pro Chriſto.Inter oĩa ardua nõ timenda à viro forti eſt mors pro defenſione diuinę legis & ſacræ fidei,p̃ defenſanda patria & parentibus & filiis in bello iuſto,& ideo non timenda:qui igitur circa laudabilẽ mortem impauidus eſt,& circa quęcunque inferunt mortẽ exiſtẽtia repentina ac impręmeditata,& præcipuè in bello, & in defenſione diuini cultus laudabiliter ſe gerit, hic p̃fectò fortiſsimus habendus eſt.

Verſatur aũt fortitudo circa audacias in aggrediẽdo & ſuſtinendo ardua ac terribilia.Non eñ ſufficit ad rationẽ fortitudinis nõ timere ardua:nonnulli eñ inueniuntur impauidi in arduis,nõ q̃d proponant ea aggredi & ſuſtinere cùm oportuerit,ſed confidunt in fuga,aut latibulis,aut excuſationibus,quibus ſe defendant,& caueant congreſſum: ſicut inertes milites,qui verbis ſe impauidos faciunt, & in tempore diſcriminis in ſola fuga aut ficta imaginatione cõfidunt.Ad fortitudinis igitur rationẽ duo ſpectant, ſ. non timere terribilia,& aggredi ac ſuſtinere: aggredi quidem reſiſtentia & pugna,ſuſtinere patientia:& has duas fortitudinis partes,ſ.non timere & aggredi paucis edocuit p̃batiſsimus Mathathias Machabæorum pater in 1.Machabęorum.ca.3.cùm dicit:Vos ergo filij confortamini,ideſt,nolite timere:& viriliter agite,id eſt,aggredimini opus Dei in expugnatione malorum.

Tu tñ aduerte,quòd ſicut ad fortem ſpectat non timere,nõ abſolutè,vt docuimus,ſed vt oportet,& gratia cuius oportet:ſic ſpectat ardua aggredi nõ abſolutè:ſed debitis circunſtãtiis,inter quas præcipua eſt circunſtantia boni ac p̃bati finis:vt ſi q̃s aggrediatur ardua p̃pter melius bonũ, vt propter defendendam veritatem:ſicut Ioannes Baptiſta apud Herodem,quẽ de adulterio arguebat Matthęi ca. 14. Aut propter conſeruandam iuſtitiam, ſicut Boëtius apud Theodoricum Gothorum regem:& de his inquit Seruator Matthæi cap.5 Beati qui perſecutionem patiuntur p̃pter iuſtitiam:q̃m ipſorum eſt regnum cœlorum.& 1.Petri cap. 3.Si quid patimini p̃pter iuſtitiam beati. Aut p̃pter diuinũ honorem & legis diuinę obſeruãtiam,ſicut Mathathias primo libro Machab. cap.2.qui inuitatus à nuntiis regis Antiochi,vt ſacrificaret idolis,alta voce ſic reſpondit.Et ſi oẽs gentes regi Antiocho obediunt, vt diſcedant vnuſquiſque à ſeruitute legis patrum ſuorum,& conſentiant mandatis eius,Ego & filij mei & fratres mei obedimus legi patrum noſtrorum.Propitius ſit nobis Deus:nõ eſt nobis vtile relinquere legem & iuſtitias Dei:nõ audiemus verba regis Antiochi:nec ſacrificabim⁹ tranſgrediẽtes legis noſtræ mãdata:aut p̃pter liberationẽ patriæ & populi ſui,ſicut Samſon in libro Iudicũ,cap.16.& in primo libro Machab.ca. 6. Eleazar filius Saura,q̃ elegit mori ſub elephante à ſe vulnerato & corruente,vt afferret victoriam populo ſuo: eúmq; de ſeruitute eriperet regis idololatræ:aut p̃pter defendẽdã teſtandámq; catholicam fidem,vt ſancti martyres,de q̃bus inquit Paulus ad Hebręos cap.6.Sancti per fidem vicerunt regna fortes facti ſunt in bello,&c.

Fortes quidam æſtimãtur qui non ſunt.

Hinc patet quot apud vulgares animos habent & venerantur vt fortes,q̃ tamen verè non ſunt:vt Cato Vticenſis, qui ſeipſum occidit,non p̃pter melius bonũ,ſed ne ad duram Cęſaris ſeruitutẽ deueniret:& Lucretia,quæ nõ p̃pter caſtitatem,

caſtitatem,quam iam amiſerat,ſed propter inanis glorię deſiderium,vt ſcilicet apud poſteros in eorũ memoria gloriosa viueret.Hos diuus Aug.in primo de ciuitate Dei,c. 23.reprobat,atteſtans ſibi manus iniecisſe non vt honeſtas turpia præcaueret,ſed ne infirmitas aduerſa ſuſtineret:ideo imbecilles & molles magis quàm fortes habendi ſunt. Præterea nõnulli ſeipſos intrepidè morti & diſcriminibus ſe offerũt ꝓpter diuitias,aut inhoneſtum amorẽ,aut vt mortis conceptores appareant,aut qm̃ ſuadẽt ſibi ipſis,nullũ poſſe ꝺ eos prævalere diſcrimen.Omnes huiuſmodi nõ fortes, ſed temerarij & beſtiales habendi ſunt,eò ꝙ nõ recta ratione,ſed impetuoſa cõcupiſcẽtia,aut effrænata ira in pericula ruũt. Vnde & Ariſt.vt docuimus in 3.Ethicorũ,tract.2.ſentit non verſari fortitudinẽ veram circa quãcunque mortem, quæ in omni caſu contingit,vt in mari vel in ægritudine:ſed q, vt oportet,& quando,& quo fine oportet,mortem & diffi cilia ſuſtinet & audet,fortis eſt:ſecundum enim dignitatẽ, &,vt ratio ſuadet,operatur fortis.Conſtat igitur circa quę verſatur vera fortitudo:& qm̃ perrari ſunt,qui extrema aggrediantur ac ſuſtineant diſcrimina ſecundũ debitas circũſtantias:ideo rara inuenitur fortitudinis virtus.Vnde Hieremiæ ca.9.dicit dominus,Non glorietur fortis, id eſt, qui ſe fortẽ exiſtimat,& nõ eſt,in fortitudine ſua:ſicut nec glorietur ſapiens,id eſt,arbitrãs ſe ſapientem,in ſapientia ſua. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT IIII.

De fortitudinis Chriſtianæ principali actu.

Fortitudinis actus duo ſunt.

IN capite quarto inueſtigandũ eſt quis ſit fortitudinis diuinę atque Chriſtianæ præcipuus ac principalis actus.Tu igitur aduerte,vt ex ſacris aperiemus ſcripturis & martyrũ fidiſsimis hiſtoriis,eius eſſe duos præcipuos actus.Primꝰ eſt conſtanter & inuicto aĩo ſe gerere in bello pro patria, pro populo pro Dei lege aſſumpto:& hæc dicitur vera ac iuſta prælialis fortitudo:ſecundus eſt,extrema ſumméque difficilia non declinare ſed æquo ferre animo & ſuſtinere, adeò quòd potius eligit fortis mori,quàm terga dare, aut aduerſario iniuſtè aſſentire,præcipuè vbi de vnius veriq; Dei cultu agitur:& hæc eſt teſtificatoria fortitudo,qualis in martyre exiſtit eiuſq; actus martyrium apud Græcos, teſtimoniũ fidei apud Latinos nuncupatur:& hic eſt principalior actꝰ fortitudinis Chriſtianæ,vt declarauimus.

Præcipuus fortitudinis actus eſt ſe conſtanter gerere ĩ bello iuſto.

Quantùm ad primũ aduerte,quòd licet cõſtanter ſe gerere in re difficili ac incutiente naturaliter timorẽ, ſpectet vniuerſaliter ad fortitudinem : quoniam eſt virtus firmans animum in periculis, tamen principaliter ad eam ſpectat animum firmare contra maxima pericula,quæ ſunt pericula mortis propter aliquod bonum conſequendum. Id autẽ maximè cõtingit in bello iuſto:quoniã geritur propter ſeruandam,aut recuperandam patriam:aut propter libertatẽ defenſandam:aut propter obſeruantiam paternarum legũ: quæ ſunt euidentiſsima bona:periculum autem mortis qd̃ prouenit ex ægritudine aut tempeſtate maris ,aut improuiſo latronum incurſu,ſiue alio modo,non videntur homini imminere directè ex,eo, quòd intẽdit proſequi aliquod bonum:ſed vel ex conditione naturæ,vt infirmo,vel aduerſo caſu.Et ideo conſtanter ſẽ gerere & aggredi hoſtem in bello iuſto exiſtimatur ab omnibus eſſe præcipuus fortitudinis actus,tam apud philoſophos,quàm in ſacris ſcripturis quod cõfirmatur ex eo, ꝙ in ſcriptura ſacra prę cæteris laudantur,qui in bello iuſto ſtrenuè habuerunt,ſuã exponẽtes vitam glorioſæ morti,vt patet infrà.

Legimus in libro Ioſue cap.8.ꝙ Ioſue pergens mandato domini in bello contra Hay,erat in fronte exercitus:ſurgẽs nanque diluculo,recenſuit ſocios,& aſcendit cum ſenioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum.

Legimus in libro Iudicum,quòd Gedeon vir fortiſsimꝰ cum trecentis viris,percuſſit exercitum Madianitarũ,quaſi virum vnum.

Legimus in 1.Regum cap.26. Dauid & Abiſai fortiſſimos abſque comitatu intraſſe tentorium Saul ſe perſequentis: & inde tulerunt haſtã fixã ad caput eius & ſcyphũ aquæ ꝓ hibuitq́ue Abiſai,ne eum interficeret dicens: Ne interficias eum:quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum domini & innocens erit?

Legimus in 2.Regum c.23.tres fortiſſimos inter milites Dauid irrupiſſe hoſtium caſtra,& hauſiſſe aquam de ciſterna Bethlehem,vt Dauid biberet,quam bibere noluit:ſed libauit eam domino dicens:Num ſanguinem hominũ iſtorũ qui profecti ſunt animarum periculo,bibam?

Legimꝰ in 4.Regum cap.9.& 10,quòd Iehu bellator fortiſsimus pro Dei cultu interfecit duos reges Ioram & Ochoziam,& ſeptuaginta filios Achab, & illam Iezabel, & fratres Ochoziæ regis,& prophetas Baal.

Legimus in 4.Regum ca.11.ꝙ Ioiada ſummus ſacerdos manu armata reſtitit impiiſsimæ Athalię & Ioas coronauit in regem:deſtruxit populus de eius mandato aras Baal, & ſtatuas contriuit,& Mathan ſacerdotem Baal interfecit.

Legimus in libro Nehemiæ cap.4.ꝙ filij tranſmigrationis reædificantes murum in circuitu Ieruſalem vna manu faciebant opus, altera ex animi fortitudine tenebant gladium vt hoſtibus reſiſtere poſſent.

Legimus in libro Iudith cap. 11. & 12. quàm incredibili fortitudine aggreſſa ſit & occiderit Holophernem: vt patriam liberaret.

Legimus in primo Machab.ca.6.admirabili fortitudine Eleazarum filium Saura cucurriſſe audacter ad elephantẽ, ſupra cuius machinam credebat eſſe regem:& illi ſe ſupponens occidit eum.

Legimus in toto Machabęorũ libro,admirabili fortitudine Mathatiam & eius filios Antiocho & Gręcis cõtinuis bellis pro patria,pro diuinæ legis obſeruantia reſtitiſſe.

His igitur glorioſis patrũ exemplis,oſtenditur q̃ rationabiliter p̃cipuus fortitudinis actus ſit conſtanter ie gerere in bello iuſto.In quo aſsidua imminent mortis pericula.

Hanc prælialem fortitudinẽ diuus Ambroſius in primo de officiis cap.40. ex patrum veteris teſtamenti p̃clariſsimis geſtis ſic extollit:Quã fortis Ieſus Naue,vt vno prelio quinq; reges captos ſterneret cũ populis ſuis.Deinde cùm aduerſus Gabaonitas ſurgeret prelij:& vereretur ne nox impediret victoriã magnitudine mẽtis , & fidei clamauit: Stet ſol,& ſtetit ſol,donec victoria cõſummaretur.Gedeon intrecentis viris,de indigenti populo & acerbo hoſte reuexit triumphũ.Ionathas adoleſcens virtutẽ fecit ĩ magno prelio.Quid de Machabæis loquar? Sed prius de populo dicã patrum:q, cùm eſſent parati pugnare ꝓ templo Dei & pro legitimis ſuis,dolo hoſtium laceſsiti die ſabbathi maluerunt vulneribus offerre nuda corpora,quàm repugnare ne violarent ſabbathum. Itaque oẽs læti ſe morti obtulerunt:ſed Machabęi conſiderantes,quòd hoc exemplo gens omnis poſſet perire,ſabbatho etiã cum ipſi in bello ꝓuocarentur,vlti ſunt innocẽtium fratrum ſuorum necẽ. Vnde poſteà ſtimulatus rex Antiochus,cùm bellum accẽderet ꝓ duces ſuos,Lyſiã,Nicanorem,& Gorgiam:ita cum Orientalibus ſuis & Aſſyriis attritus eſt copiis,vt quadraginta & octo millia in medio campi à tribus millibus ꝓſternerentẽ. Virtutẽ ducis Iudæ Machabæi,de vno eius milite conſiderate:Nanq; Eleazarus cùm ſupereminentẽ cæteris elephantem lorica veſtitum regia aduerteret, arbitratus quòd in eo eſſet rex:curſu cõcito in mediũ legionis ſe proripuit,& abiecto clypeo vtraque manu interficiebat beſtiã:atque intrauit ſub eam & ſubiecto gladio interemit eam.Itaque cadens beſtia oppreſsit Eleazarũ, atque ita mortuus eſt.Quã ta igitur virtus animi,primò vt mortem nõ timeret,deinde vt circunfuſus legionibus inimicorũ inconſertos raperet hoſtes,medium penetraret agmen,& cõtempta morte ferocior,abiecto clypeo,vtraque manu vulneratę beſtiæ molem ſubiret ac ſuſtineret,pòſt intra ipſam ſuccederet, quò pleniori feriret ictu:cuius ruina incluſus magiſq́ue oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho.Nec fefellit opinio virũ, quamuis regius fefellerit habitus.Tanto eñ virtutis ſpectaculo defixi hoſtes,inermem occupatũ incuſare nõ auſi,poſt caſum ruentis beſtię ſictrepidauerunt, vt impares ſe omnes vnius virtuti arbitrarentur.Denique rex Antiochus :qui cũ centũ viginti millibus hominum armatis venerat, & cũ triginta duobus elephantis:ita vt ab ortu Solis ꝓ ſingulas beſtias velut montes quidam armorũ coruſco tanquam lampadibus ardentibus refulgerãt, vnius territus fortitudine pacẽ rogaret.Itaque Eleazarus hęredẽ virtutis ſuę pacem reliquit:ſed hæc triumphatorũ ſint.Hæc diuus Ambroſius.

Fortitudinis actus eſt non modo conſtanter ſe in periculis gerere, ſed & viriliter ſuſtinere.

Quantum ad fin declarandum eſt quòd non ſolùm conſtanter agere in periculis pręcipuè in bello eſt præcipuus veræ fortitudinis actus,ſed & viriliter ſuſtinere : imò hic principalior eſt,quod tripliciter probatur.

Primò,quoniã fortitudo,vt ſuprà diximus,verſatur circa timores reprimendos & audacias frænandas:ſed difficilius eſt timorem reprimere, quàm audaciam moderari: ipſum nanque periculum : quantò magis conſideratum fuerit,tantò magis confert ad frenandam audaciam , ſed auget timorem:& ideo fortis magis laborat in reprimendo timorem ne excedat, quàm in moderando audaciam:

ſed ex

ſed ex eo quòd reprimitur timor, ſuſtinetur periculũ & nõ vitatur: ex eo autem quòd moderatur audacia, aggredimur periculum, quando, & vbi oportet. Cùm ergo difficilius ſit reprimere timorẽ quàm frænare audaciam: ſequitur quòd principalior actus fortitudinis eſt viriliter ſuſtinere difficilia, vt carcerem, exilium, mortem, & genera ſęuę mortis.

Secundò, cùm fortitudo verſetur circa difficilia, act⁹ ei⁹ graduãdi ſunt ſm gradus difficultatis. Vbi ergo erit maior difficultas, actus ille maior & principalior erit: ſed difficultas maior eſt ſuſtinere & viriliter ferre cõtriſtatiua, quã aggredi: primò, qm̃ ſuſtinẽs & patiẽs patitur ab aliquo fortiori inuadente: qui autem aggreditur, inuadit per modum fortioris: reputat enim ſe fortiorẽ, aliter non inuaderet: ſed facilius eſt inuadere debiliorem quã ſuſtinere fortiorẽ: ergo, &c. Scdò, qm̃ ſuſtinens & patiens ſuſtinet contriſtatiua iam præſentia: ſicut qui cruciatus, & plagas, & carcerẽ ſuſtinet: q aũt aggreditur vt futura & ſub ſpe aut euadendi aut ſuperãdi: ſed difficilius eſt nõ cõmoueri à cõtriſtatiuis præſentibus quàm à futuris: ergo, &c. Tertiò, ſuſtinere & ſufferre eſt cum aliqua temporis diuturnitate: ſed aggrediẽs poteſt aggredi ex ſubito motu iraſcibilis: eſt autem difficilius immobiliter & perſeueranter in arduo perſiſtere, quàm illud repentino motu aggredi: cuius ſignum eſt, q vt docuimus in tertio Ethicorum, tractatu ſecundo, capite ſecundo, audaces & fortes in hoc differũt, q audaces præuolant, id eſt, citiſſimè ad pericula feſtinãt impulſi impetu paſſionis præter rationem: ſed conſtituti in periculis quærunt retrocedere: qm̃ motus præcedentis paſſionis vincitur ab imminente periculo: fortes aũt conducti in periculis ſuſtinẽt viriliter: qm̃ antequàm periculum ſubeant, bene conſiderant. Non enim ex paſſione impellente, ſed firma rõnis deliberatione, pericula ſubeunt: ideo viriliter in eis perſiſtunt ſuſtinentes. Conſtat ergo quòd ſuſtinere ardua, eſt principalior fortitudinis actus. Vnde & in ſacra ſcriptura non promittitur corona aggredienti, ſed ſuſtinenti. Inquit enim Iacobus in epiſtola, capite primo: Beatus vir, qui ſuffert tentationẽ: qm̃, cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. & diuus Ambroſius in primo, de Officiis, clariſſimis ex ſacris ſcriptnris p̃ poſitum probat exemplis, atque ex martyrum coronis, vnde in capite quadrageſimoprimo, ſic ſcribit.

Verùm quia fortitudo non ſolum ſecundis, ſed etiam aduerſis probatur: ſpectemus Iudæ Machabæi exitum. Is enim poſt victum Nicanorem regis Demetrij ducẽ, ſecurior aduerſus viginti millia exercitus regis cũ nongentis viris bellũ adorſus, volentibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, glorioſam magis mortẽ quàm turpẽ fugã ſuaſit. Ne crimẽ, inquit, noſtrę gloriæ relinquamus: itaque commiſſo prælio: cùm à primo ortu diei vſque ad veſperam dimicaretur, dextrum cornu, in quo validiſſimam hoſtiũ manum, aduertit, & conuenerunt cum ipſo omnes cõſtantes corde: ſed dum fugientes ſequitur à tergo, vulneri locum præbuit. Itaque glorioſiorem triumphis locum mortis inuenit. Quid Ionatham fratrem attexam, qui cũ parua manu aduerſus exercitus regios pugnans, deſertus à ſuis, & cum duobus tantũ relictus, bellum reparauit, auertit hoſtes, fugitantes ſuos ad ſocietatem reuocauit triumphi? Quid autem dicam de martyrum paſſionibus? Et ne longè vagemur, Num minorem de ſuperbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphum, quàm parentes proprij? Si quidem illi armati, iſti ſine armis vicerunt: ſtetit inuicta ſeptem puerorum cohors, regiis cincta legionibus, defecerunt ſupplicia, ceſſerunt tortores non defecerunt martyres. Alius eorum capitis exut⁹ ſpeciem mutauerat, virtutem auxerat. Alius linguam iuſſus amputandam promere reſpondit: Non ſolos dominus audit loquentes, qui audiebat Moſen tacentem, plus audit tacitas cogitationes ſuorum, quàm voces omnium. Linguæ flagellũ times, flagellum ſanguinis non times? Habet & ſanguis vocẽ ſuam, qua clamat ad Deum: ſicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar q̃ ſpectabat læta quot funera, tot trophæa, & morientium vocibus tanquam pſallentium cantibus delectabatur: pulcherrimam ventris ſui citharam in filiis cernens, & pietatis harmoniam omni Lyræ numero ſuauioré? Quid debimulis loquar? qui antè palmam victoriæ acceperunt, quàm ſenſum naturæ? Quid de ſancta Agnete, quæ in duarum maximarum rerum poſita periculo, caſtitatis & ſalutis, caſtitatẽ protexit, ſalutẽ cum immortalitate cõmutauit? Non prætereamus etiã Laurentiũ ſanctũ, qui cùm videret Sixtũ epiſcopũ ſuum ad martyrium duci, flere cœpit: non paſſionem illius, ſed ſuam remanſionẽ. Itaque his verbis appellare cœpit: Quò progrederis ſine filio pater? Quò ſacerdos ſine diacono properas? Tu nunquã ſacrificium ſine miniſtro offerre cõſueueras: quid in me ergo diſplicuit pater? Nũ degenerem probaſti? Experire certè, vtrum idoneum miniſtrum elegeris. Cui cõmiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem, cui conſumendorum conſortium ſacramẽtorum, huic conſortium ſanguinis tui negas? Videne periclitetur iudicium tuũ, dum fortitudo laudatur. Abiectio diſcipuli, detrimentum eſt magiſtri: quid quòd pſtantes & illuſtres viri magis diſcipulorum certaminibus quàm ſuis vincũt. Deniqne Abraham filium obtulit, Stephanum Petr⁹ præmiſit. & tu pater oſtende in filio virtutẽ tuam, offer quẽ erudiſti vt ſecurus iudicij tui comitatu nobili perueniat ad coronam. Tunc Sixtus ait, Non ego te, fili, derelinquo ac deſero, ſed maiora tibi debẽtur certamina. Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus, te quaſi iuuenem manet glorioſior de tyranno triũph⁹. Mox venies: ſlere deſiſte, poſt triduum me ſequeris. Inter ſacerdotẽ & leuitã hic medius numerus decet. Non erat tuum ſub magiſtro vincere, quaſi adiutorẽ quæreres: Quid conſortium paſſionis meæ expetis? Totã tibi eius hæreditatem dimitto, quid præſentiam meam requiris: infirmi diſcipuli magiſtrum præcedant: fortes ſequantur, vt vincant ſine magiſtro, q̃ iam non indigent magiſterio ſic & Helias Heliſæum reliquit. Tibi ergo commendo noſtræ virtutis ſucceſsionẽ. Talis erat contentio digna ſanè, de qua certarent ſacerdos & miniſter: q̃s prior pateretur p̃ Chriſti nomine. In fabulis fuerunt tragicis, excitatos theatri magnos eſſe plauſus, cùm ſe Pylades Oreſtem diceret, Oreſtes (vt erat) Oreſtem ſe eſſe aſſeueraret. Ille, vt pro Oreſte necaretur, Oreſtes ne Pyladẽ p̃ ſe pateretur necari: ſed illis nõ licebat viuere, quòd vterque eſſe parricidij reus: alter q̃ feciſſet, alter qui adiuuiſſet. Hìc Laurentium ſanctum ad hoc nullus vrgebat niſi deuotionis amor: tñ & ipſe poſt triduum cum illuſo tyranno impoſitus ſup craticulam exureretur: Aſſatum eſt, inquit, verſa & manduca. Ita animi virtute vincebat ignis naturã. Hæc diuus Ambroſius. Ex quibus omnibus conſtat principalioré fortitudinis actum eſſe, ſuſtinere inuictè contriſtatiua, & extrema pericula pro Deo glorioſo. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Martyrũ Laurentij cõtuentur exemplare exemplum.

CAPVT V.

De Fortitudinis Diuinæ ac Chriſtianæ præmio.

IN quinto cap. inueſtigandũ eſt quod & quale ſit fortitudinis præmium: & p̃cipuè eorum, qui inuictè ſuſtinent contriſtatiua, & mortem ſubeunt glorioſam pro patria, pro lege, pro diuino cultu, pro iuſtitia, pro ſacra fide decertantes. Tu igitur aduerte, quòd aliud præmium aſsignatur viro forti ſecundum humanas leges, & aliud ſecundum diuinam, atque Chriſtianam.

Fortis viri præmiũ ex humanis legibus.

Secundum quidem humanas leges, & antiquas cõſuetudines, ſolet in tribus conſiſtere.

Primò, acta fortium, & præcipuè qui pro patria ac gente ſua ſe glorioſè in bello geſſerunt, deſcribuntur ab oratoribus & poëtis & hiſtoricis: vt apud Gentiles, Hector, Achilles & Vlyſſes famoſi redditi ſunt apud poſteros per Homerum: Aeneas per Vergilium, Cæſar & Pompeius per Lucanum. Et tu vide in diſpoſitione noſtra moralis philoſophiæ Platonicę in tracta. 5. parte 4. quàm egregiè Plato fortes extollit, qui vt patet in Menexeno, pro patria vitam exponunt: nec etiam ſacra ſcriptura eorum laudes ac merita tacet, ſed ex propoſito ac ſtudioſiſsimè commendantur: vt Ioſue, Caleb, Iephthe, Gedeon, Dauid, Mathathias, Iudas Machabæus, & fratres eius. Vnde in Eccleſiaſtico, capite 44. ſic legimus: Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit dominus magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis homines magni virtute & prudentia ſua præditi, homines diuites in virtute: pulchritudinis ſtudium habentes. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt: & in diebus ſuis habentur in laudibus, qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Inter alios laudatur Moſes ſua fortitudine, & Ioſue, & Caleb, & Dauid.

De Moſe inquit in cap. 45. Dilectus Deo & hominibus Moſes, cuius memoria in benedictione eſt: ſimilẽ illum fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illum in conſpectu regum, &c.

De Ioſue inquit in ca. 46. Fortis in bello Ieſus Naue ſucceſſit Moſi in prophetis. ui fuit magnus ſecũdũ nomẽ ſuum

ſuum,maximus in ſalutem electorum Dei,expugnare inſurgentes hoſtes vt cõſequeretur hæreditatẽ Iſraël.Quis ante illum ſic reſtitit?Nã hoſtes ipſe dominus percuſsit, impetũ fecit contra gentem hoſtilem,& in deſcenſum perdidit cõtrarios,vt cognoſcant gentes potentiam eius,&c.

De Caleb inquit in eodem cap.Et dedit dominus Caleb filio Iephonæ fortitudinẽ,& vſque in ſenectutẽ permanſit illi virtus,vt aſcenderet in excelſum terræ locum,& ſemen ipſius obtinuit hæreditatem,&c.

De Dauid inquit c.47.Quaſi adeps ſeparatus à carne ſic Dauid à filiis Iſraël,cum leonibus luſit quaſi cum agnis:& in vrſis ſimiliter fecit ſicut in agnis ouium. In iuuentute ſua nunquid nõ occidit gigantem,& abſtulit opprobriũ de gẽte?In tollendo manum,in ſaxo fundæ deiecit exultationem Goliat:vbi inuocauit Deum omnipotentẽ, & dedit in dextra eius tollere hominem fortẽ in bello , & exaltare cornu gentis ſuæ:ſic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus domini, in offerendo illi coronã glorię.Contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philiſthæos contrarios vſque in hodiernum diem.&c.

Ex oppoſito aũt qui pro patria non ſe viriliter gerunt in bello,aut terga vertunt,omni digni ſunt vituperio:& apud ſcriptores tam gẽtiles quã ſacros vt infames & memoria indigni apud poſteros deſcribũtur:vſi apud Homerũ in Iliad. Vlyſſes quoſdã ex Grẽcis arguit,qui parua inuẽta occaſione terga vertebant.Et Vlyſſes Tarſitẽ vnum ex illis reprehẽdens,inquit:Ignaue perdita patriæ ꝓditor,pdãt te dij immortales. Tales igitur aut infamandi ſunt , aũt nulla de eis habẽda mẽtio,ac ſi nati nõ fuiſſent:vt habem⁹ i Eccleſ.c.44. vbi ſic legim⁹:Et ſunt,quorũ nõ eſt memoria,perierũt,quaſi ꝙ nõ fuerit,& nati ſũt quaſi nõ nati,& filij ipſorũ cũ ipſis.

Secundò fabricant eis publicæ imagines,& tituli & honoranda ſepulchra,vt in his eorũ celebrata memoria perſeueret:hac de cauſa Plato in Menexeno in perſona virorum fortiũ,qui ꝓ patria in bello occubuerãt,& quib⁹ à ciuitate honorati titulo ac imagines dedicatæ fuerãt inquit: Hę noſtræ imagines,hi noſtri tituli,quos non ignania , ſed felici dextra cõparauimus.& Ariſt.in 3.Ethic.inquit: Concordes fortibus fiunt honores in ciuitatibus & apud monarchias. In bello nanque fortiter dimicãtibus,& in vita:& poſt mortẽ congrui exhibentur honores.Similiter in 1.Machabęorũ c.13.legimus ꝙ Simon Machabæus ædificauit ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrũ ſuorũ ædificiũ altum viſu lapide polito antè & retrò,& ſtatuit ſeptem pyramidas:vnã cõtra vnam, patri & matri & quatuor fratribus , & his circumpoſuit columnas magnas,& ſuper columnas arma , ad memoriam æternam,& iuxta arma naues ſculptas , quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.

Tertiò eorum filij enutriuntur erudiunturq; ære publico,aut à regibus:& cùm adoleuerint,ſi fuerint patrũ ſuorũ imitatores,ad patrias dignitates & honores aſſumuntur.Iuſtum eſt enim,vt qui pro tuẽda patria patrẽ nutritorem ac ſeruatorem perdidit,publicis expenſis eius iactura reſtauretur.Vnde & Plato in Menexeno introducit patriã fortiũ filios in filios aſſumentẽ,& inquit:Hi noſtri filij,quorum patres defenſores noſtri fuerũt.Et ipſe Plato ad Syracuſanos ſcribẽs hortatur eos,vt filium ſuum honorent,& ad patrię regimen aſſumant , eò quòd eorum patriam à tyrannide liberauerit.

Et Dauid, vt legimus in 2.Regũ cap.8.poſt mortem Saul & Ionathæ,qui pro patria in bello contra Philiſthæos gloriosè occubuerant,quæſiuit ſi quis reſiduus eſſet de domo Saul & Ionathæ:& inuento Miphiboſeth filio Ionathæ accerſiuit eũ ad ſe,cui inquit Dauid:Ne timeas. quia faciã in te miſericordiam propter Ionatham patrem tuum,& reſtituã tibi oẽs agros Saul patris tui:& tu comedes panem in menſa mea ſemper.Vocauit itaque Dauid rex Siban puerũ Saul,& dixit ei:Omnia quæcunque fuerant Saul, & vniuerſam domum dedi filio domini tui:operare igitur terram eius,& filij tui,& ſerui tui: & iferes filio domini tui cibos,vt alatur:Miphiboſeth autem filius domini tui comedet ſemper panem ſuper menſam meam.

Fortibus aſſignatur ex diuina lege triplex præmium.

Secundum diuinam autem & Chriſtianam legem, præmium veræ fortitudinis ſtat in trib⁹ & præcipuè his, qui ꝓ diuino cultu,& ſacra fide decertant,& perſecutionem patiuntur,ac viriliter ſuſtinent,nec vincuntur.

Primò,annui dies feſti eis dedicantur,quibus eorũ ſacra geſta,& inuicta patientia celebrãtur. Vnde in libro Iudith legimus c.vltimo, ꝙ mortuã Iudith luxit omnis populus diebus ſeptem,& in omni ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Iſraël,& poſt mortẽ eius annis multis.Dies autem victorię huius ab Hebræis in numero ſanctorum dierũ recipitur,& colitur à Iudæis,ex illo tempore vſque in præſentẽ diem,& in libro Eſther cap.vltimo ſic legimus : Vnde & vos inter cæteros feſtos dies,hanc habetote diẽ,& celebrate eã cum omni lætitia, vt in poſterum cognoſcant omnes, ꝙ fideliter Perſis obediunt,dignam pro fide recipere mercedem.In Chriſtiana verò republica & eccleſia notiſsimũ eſt ſacratiſsimas martyrũ coronas certis diebꝰ à Chriſti fidelibus omni deuotione celebrari,vt & eorũ exemplo pati diſcamus ꝓ Chriſto,& ſanctis adiuuemur precibus.Nã,vt inqt Diuus Chryſoſtomus ſermone de martyribus: Qui ſanctorũ glorias frequenti laude colloquitur,eorũ mores ſanctos imitetur,aut eũ imitari debet,aut laudare non debet. Propterea ſeipſos nobis pbẽt exẽplũ,vt ex ipſis ꝓficiamus.

Martyr eſt teſtis omni acceptione dignus.

Secundò,nobiliſsimum nomen eis aſcriptũ eſt,vt ſ.ſint, & nuncupẽtur ſacræ fidei teſtes.Nam martyr apud Grẽcos eſt Latinè teſtis,ad verè autem in re ardua teſtandum , non quærũtur,nec admittuntur improbi,aut infames,aut leues, aut ignorãtia preſsi:ſed virtuoſi,conſtantes,prudẽtes, & ſanę mentis.Meritò igitur noſtræ fidei teſtes honorandi ſunt tanto nomine,eò ꝙ fidei veritatem teſtificati ſunt nõ diuitiis,non potentia,non humana ſapientia,non doctis verbis,non inflata philoſophia ſed proprio ſanguine.

Sed dicis,Non videtur martyr pati ꝓpter fidem,ſed ꝓpter caritatem,qm̃ inquit Seruator Ioannis cap. 15. Maioré caritatem nemo habet,vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis,Præterea iam diximus, quòd ſuſtinere eſt præcipuus actus fortitudinis:ergo martyrium eſt actus fortitudinis,& non fidei.

Martyrij cauſa eſt fides ac caritas.

Reſpondetur,cauſa martyrij eſt fortitudo,& caritas,& fides:ſed diuerſa ratione,qm̃ fortitudo, vt eliciens,caritas, vt imperans:fides,vt gratia cuius,& qm̃ à fine i actis humanis fit denominatio,ideo attribuitur fidei.Eſt eñ martyr teſtis veritatis non cuiuſcunque , qm̃ non geometricę nec phyſicę,ſed diuinæ,quæ dicitur veritas,pietatis ſiue diuini cult⁹,quam Dei filius nobis reuelauit,inquantum igitur qs hanc veritatem reuelatam,quę eſt veritas fidei,proteſtatur, martyr dici meretur.Proteſtatur autem non ſolùm verbis, ſed ex eo quòd inuictè contriſtatiua ſuſtinet vſque ad mortem incluſiuè:in qua plenè manifeſtatur, quòd cætera oĩa propter Chriſtum poſtponit.

Tertiò,coronantur ſpeciali priuilegio, & diuina ꝓmiſsione i Chriſtiana ac euangelica lege ęterna beatitudine. Nã licet,vt dicemus in vltima parte huius operis , æterna felicitas ſit ꝓmiũ virtutis abſolutè, tñ ſub ſpeciali ratione, & quaſi vnica ꝓmittitur ſuſtinentibus ꝓpter Chriſtũ , &, vt id tibi cõſtet,aduerte dicta ſacræ ſcripturæ,vt infrà, Matthæi ca.11.A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud:quaſi dicat,vt inquit Hieronymus exponens:Grandis violentia eſt naſci in terra,& rapere cœlum,& poſſe per virtutem qd̃ non poſſumus per naturam:& ideo violenti rapiunt illud,id eſt.q faciunt ſibi violentiam:coërcẽdo ſe à delectabilibus:& ſuſtinendo triſtia propter Chriſtum:ſicut faciunt ſacri martyres.

Lucę cap.24.Nónne hęc oportuit Chriſtum pati , & ita intrare in gloriam ſuam.

Matthęi ca.5.Beati, q perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam:quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Lucæ cap.6.Beati eſtis,cùm vos oderint homines,& eiecerint,&c.Gaudete & exultate:quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

Paulus ad Rom.ca.8.Si filij,& hęredes:hęredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti,ſi tñ compatimur , vt glorificemur:Exiſtimo eñ quòd non ſunt condignę paſsiones huius tẽporis ad futurã gloriam,quæ reuelabitur in nobis.

Et in primę ad Cor.cap.9.Omnis,q i agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.& illi qdem vt corruptibilem coronam accipiant:nos autem incorruptam.

Et in 2.ad Tim.c.4.Bonũ certamẽ certaui,curſum cõſumaui,fidẽ ſeruaui ireliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię.

Et ad Heb.ca.10.Rememoramini priſtinos dies,in quib⁹ illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum: & in altero qdem opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti:in altero autẽ ſocij taliter conſeruantium effecti:nam & vinctis compaſsi eſtis , & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis,cognoſcentes vos habere melioré & manentem ſubſtantiam.Nolite itaque amittere cõfidentiam,quę magnam habet remunerationem.

Et Petrus in prima epiſtola,capite tertio.Si qd patimini propter

propter iuſtitiam,beati eritis.Timorem aũt eorũ ne timueritis,vt non conturbemini,& in capite quarto,cõmunicantes Chriſti paſsionibus gaudete,vt & in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes:ſi exprobramini in nomine Chriſti,beati eritis:quoniam quod eſt honoris gloriæ & virtutis Dei,& qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcent.

Et Ioannes in Apocalypſi,capite ſecundo,Vincẽti dabo edere de ligno vitæ:quod eſt in paradiſo Dei mei.

Et in eodem capite.Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidũ:& in calculo nomen nouum ſcriptum,quod nemo ſcit,niſi qui accipit.

Et in capite ſeptimo,Hi ſunt,qui venerunt ex magna tribulatione,& lauerunt ſtolas ſuas,dealbauerũt eas in ſanguine agni:ideo ſunt ante thronũ Dei,& ſeruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius:& qui ſedet in throno,habitabit ſup illos: nõ eſurient,neq; ſitiẽt amplius,neque cadet ſuper illos Sol, neq; vll⁹ ęſtus:qm̃ agnus Dei,qui in medio throni eſt,reget eos,& deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

Et in capite vigeſimo ſecundo,Beati qui lauãt ſtolas ſuas in ſanguine agni,id eſt mortem ſuſtinent ꝓpter Chriſtum, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ:& per portas intrent in ciuitatem,ſcilicet,Ieruſalem cæleſtem.

Conſtat igitur ex Chriſtiana lege,quomodo his,qui pro fide,pro iuſtitia,ꝓ veritate,dura,& vſque ad mortẽ ſuſtinẽt aſsignatur ex diuina ꝓmiſſione & ſpeciali priuilegio ętterna beatitudo.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

De Chriſtianæ fortitudinis partibus.

Fortitudinis quanſunt plures partes ſubiectiuæ.

IN capite ſexto pertractandũ eſt de partibus fortitudinis diuinæ atque Chriſtianæ.Tu igitur aduerte ꝙ fortitudo, cùm nõ diſtinguatur in multas ſpecies,eò ꝙ verſatur circa materiam admodum ſpecialem,quæ ſunt diſcrimina mortis,iuſta cauſa non aſſignantur ſibi partes ſubiectiuæ.Ideo de eis non eſt pertractandum,nec immorandum eſt in partibus eius potentialib⁹ quæ ſunt virtutes verſantes circa difficilia,minus tñ ardua quàm ſint pericula mortis,vt magnificentia circa difficiles & magnos ſumptus.Magnanimitas circa magnos honores ex difficultate acquiſibiles. Manſuetudo circa difficiles iræ ac vindictę cohibitiones. Iuſtitia punitiua circa coërcendos malos.Prudentia regitiua circa difficiles ſedationes litiũ,& cõſeruationẽ pacis.De his cm̃ ſatis dixim⁹ ĩ Philoſophia morali pipatetica & academica.

De partibus aũt eius integralibus cõſiderare oportet. Sunt enim illæ virtutes, ſine quibus duo actus fortitudinis prẽcipui,quorum vnus eſt aggredi pericula, alter eſt ſuſtinere perfici non poſſunt.

Tu igitur aduerte,ꝙ licet diuerſi doctores diuerſimodè aſsignent huiuſmodi partes potentiales:quatuor tñ ſunt famoſiores,in quibus eſt communis conſenſus Theologi: & ſunt iſtæ:Fiducia,Securitas,Patientia,Perſeuerantia.

Fortitudinis potentiales partes q.

Sufficientia autem earũ ſic aſſignatur:Actus fortitudinis eſt duplex, vt ſuprà docuimus,ſ.aggredi pericula, & ea ſuſtinere.Quantùm ad primũ,vt perfectè ac virtuosè homo in eo ſe habeat,duo requiruntur:vnum intrinſecũ in diſpoſitione animi:alterum extrinſecũ in executione operis. Intrinſecè quidẽ requiritur,vt vir fortis aggreſſurus pericula & maximè vbi vita exponitur, ꝙ deliberatũ poſt oĩa rectè cõſiderata,ac prõptũ remota omni hæſitatione habeat animum ad aggrediendum periculum,dicens cum Dauide in Pſalmo,Dominus ſalus mea,quẽ timebo,Dominus protector vitę meę,à quo trepidabo? Si exurgat aduerſum me prælium,in hoc ego ſperabo .Et quantũ ad hanc animi ꝓmptitudinem ſociatur fortitudini fiducia, per quã in magnis & honeſtis rebus ſpes optima locatur cõſequendæ victorię reſpectu boni,cuius gratia periculum aggreditur fortis. Extrinſecè autem & in ipſa periculi aggreſsione requiritur ne fortis deficiat in ipſa periculi aggreſsione, quam ſemel inchoauit,donec ſperatum conſequatur bonũ,gratia cuius pugnat.Et ad hoc ſociatur fortitudini cõſtantia,que figuat amplam & virilem perſecutionem periculi aggreſsi gratia boni ſperati.

Quantùm ad ſm id eſt,vt vir fortis gloriosè ſuſtineat,& nõ ſuccumbat,nec defatigetur in doloroſis ac contriſtatiuis malis ſibi illatis,& maxime in cruciatibus & morte ſibi intentata,duo requiruntur:Primò,ne difficultate incumbẽtium ſibi malorũ frangatur animus per triſtitiam, & decidat à ſua magnitudine & optima ſpe.Et quantũ ad hoc ſociatur fortitudini patientia: eſt em̃ patientia cauſa boni honeſti,aut verè vtilis rei arduæ & difficilis voluntaria:ac diuturna perpeſsio.Secundò,requiritur quòd ex diuturna tolerantia rei arduæ homo adeò nõ defatigetur, ꝙ pati & ſuſtinere deſiſtat cedens aduerſario:& quãtum ad hoc ſociatur fortitudini ꝓſeuerantia.Eſt em̃ ꝓſeuerantia in re ardua ſtabilis & continuata vſque in finẽ laudata permanſio. Et hæc eſt,quæ coronatur:qm̃ q perſeuerauerit vſque in finẽ, ſaluus erit.Matth.c.10.Patet igitur,qũo fiducia & conſtantia,patientia & perſeuerantia,requiruntur ad actus fortitudinis perficiendos:ideo meritò dicuntur partes integrales fortitudinis,eò quòd integrant & perficiunt ei⁹ actus.

Nunc autem de ſingulis in ſpecie agendũ eſt: Primò,de fiducia:Secundò,de conſtantia:Tertiò,de patientia: Quartò,de perſeuerantia.

Quantum ad fiduciam tria agenda ſunt:Primò, in qbus fundatur:Secundo, qd ſit:Tertiò,quomodo ad fortitudinẽ ſpectat.

Fiducia fundatur in fide ac ſpe.

Quantum ad primũ aduerte,quòd fundatur in fide & ĩ ſpe.In fide quidem, qm̃ ad hoc, quòd aliquis cõfidat, neceſſe eſt vt de aliquo firmam opinionẽ habeat, propter quã confidere poſsit,aliter vana eſſet eius fiducia.Verbi gratia, Qui confidit ſe diu victurum:oportet ipſum firmiter opinari ſe ſanum beneq́ue complexionatum eſſe.Quod ſi oppoſitum de ſe ſentiat,diffidit.Qui confidit ſe ſanandum, dum infirmatur,oportet ipſum bene ac firmiter opinari de prudẽtia & beneuolentia medici, aliter diffidit. Et qm̃ firma opinio de aliquo,fidem generat,ideo fiducia in fide fundatur Vnde & a fide fiducia ſiue confidentia dicitur: In ſpe verò fundatur conſequenter.Nam ex eo,ꝙ qs credit ſe auxilium recepturũ ab aliquo,vt infirmus à medico,pauper à diuite,debilis & oppreſſus à fortiori, vt amicus ab amico potente ſpem cõcipit,& ſperat huiuſmodi medio cõſequi bonũ deſideratum.Patet ergo,ꝙ fiducia primò fundatur in fide,ſecundò,per fidem habitam fundatur in ſpe:vnde Iob cap.11.dicitur:Habebis fiduciam propoſita tibi ſpe.

Et aduerte,ꝙ in ſcriptura ſacra aliquando fit mẽtio de fiducia,vt fundatur in fide:vt primæ ad Timo.cap. 3. inquit Paulus:Qui bene miniſtrauerint,gradum bonũ ſibi acquirent,& multã fiduciam in fide,quæ eſt in Chriſto Ieſu. Aliquãdo vt fundatur in ſpe:vt in 1.Paral.cap.17.dixit Salomõ ad Dominum,Inuenit ſeruus tuus multã fiduciam, vt oret corã te.Aliquando vt fundatur in fide & in ſpe, vt ad Hebræ.cap.3.inquit Paulus:Chriſtus verò tanquã filius in domo ſua,quæ domus nos ſumus, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmam teneamus.

Fiducia quid ſit.

Quantum ad ſm aduerte,ꝙ ex prędictis põt ſic diffiniri:Fiducia eſt habitus,quo quis ſpem concipit ex fide in aliquo habita ad conſequendum bonum arduum deſideratũ. Vel ſic,Fiducia eſt ſpes roborata ex fide in aliquo habita. Vtraque patet ex prędictis.Et in aliquo poteſt tripliciter exponi:primò,in ſeipſo:ſecũdò,in proximo:tertiò,in Deo. In ſeipſo quidem,quando ſe tantum exiſtimat ſiue in robore corporis,ſiue in ſcientia,ſiue in prudentia,ſiue in experientia,quòd omnẽ ſpem ſuam in ſua propria virtute reponit: & tunc fiduciam nõ habet,niſi in ſeipſo.Hęc eſt temeraria fiducia,qua laborant ſtulti,& ignorantes, & nimis ſeipſos amantes.Hęc reprobatur Iob cap.8.vbi inquit:Spes hypocritæ peribit,& ſicut tela aranearum fiducia eius. In proximo autem,quando quis amico aut alteri adeò credit, ꝙ non dubitat eius medio quodcunque arduum aggredi & vincere,omnem q́ue ſpem ſuã in eo reponit.Hæc eſt humana,ſed irrationalis fiducia,quam paſsim ſcriptura ſacra reprehendit.Vnde Dauid in Pſalmo:Nolite confidere in Principibus,in filiis hominum,in quibus non eſt ſalus.& Hieremias cap.17.Maledictus homo,q cõfidit in homine.In Deo verò,quando credit Deum ſolum omnipotentem miſericordem,& reſpicientem ſuper clamantes ad ſe,& in eo omnẽ ſpem firmat.Hęc eſt vera fiducia atque Chriſtiana,quã ſapientes mundi ignorant,quã ſolam ſcriptura ſacra approbat.Hac ſaluata fuit Suſanna de manu falſorum iudicũ & ſenum:Daniel de lacu leonũ:Tres pueri de fornace. De hac loquitur Salomon Prouerb.cap.3.Habe fiduciam in domino:ex toto corde tuo,& ne innitaris prudentię tuæ.In omnibus viis tuis cogita illum,& ipſe diriget greſſus tuos:ne ſis ſapiens apud temetipſum.Time Deum,& recede à malo. Et Paulus ſecundæ ad Corinth.cap.3.Fiduciam autem talem habemus per Ieſum Chriſtum ad Deum. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficentia noſtra ex Deo eſt.

Fiducia cuſpabilis eſt ĩ ſeipſo confidere.

Fiducia irrationalis quæ.

Fiducia qũo ad fortitudinem ſpectat.

Quantùm ad tertium aduerte,quòd ideo fiducia ad fortitudinem ſpectat: quoniam robur & firmitatem ſpei in fide alicuius fundatam importat, vt diximus, Spes autem audaciam

audaciam cauſat,ſicut deſperatio timoré.Audacia verò ad fortitudinem ſpectat,fortis enim audet,vt & quando oportet & foras excutit timorem:ergo ex cõſequenti fiducia ad fortitudinem ſpectat:tanquam concurrens ad actum eius perficiendum, qui eſt aggredi ardua gratia boni ſeparati. Hæc de fiducia dicta ſint.

Quantum ad ſecuritatem duo pertractanda ſunt:primò, quid importat:ſecundò,quomodo ad fortitudinẽ ſpectat.

Securitas quid ſit. Quantũ ad primũ aduerte,quòd ſecurus eſt, qui eſt ſine cura & ſollicitudine timoris,id eſt,qui non timet quin præualeat,ſi periculum vt oportet aggreditur: ita q̃ ſecuritas importat in aĩo pacem & requiẽ per excluſionẽ perturbationis & anxietatis,qua quis titubat,an aggredi debeat periculũ.Et ſic patet,q̃ ſicut fiducia importat firmitatẽ ſpei, quæ generat audaciã:ita ſecuritas importat tranquillitatẽ animi per excluſionẽ timoris & hæſitationis.Quod tibi aptum erit ex ſacra ſcriptura,vbi de ſecuro & ſecuritate eſt ſermo, vt in libro Iudicũ c.8.legitur,q̃ Gedæon peuſſit caſtra hoſtiũ,qui erant ſecuri,id eſt, ſine timore,& nihil aduerſi ſuſpicabantur.& c.18.legitur,q̃ quinq; viri exploratores miſsi à filiis Dan,venerunt Lais:videruntq; populum habitantẽ in ea abſque vllo timore iuxta conſuetudinem Sidoniorum,ſecurum & quietum,nullo eis penitus reſiſtente.Et in 2.Regũ c.19.dixit Dauid ad Berzellã Galaaditẽ: Veni mecum,vt requieſcas ſecurus in Ieruſalẽ.Et Iudith cap. 14.dixit Iudith ad populum:Cùm cognoueritis eos fugere,ſcilicet Aſſyrios,ite ſecuri poſt eos.

Securitas ad fortitudinẽ ſpectat. Quantũ ad ſecundũ aduerte,q̃ ideo ſpectat ad fortitudinẽ:quoniã importat animi quietẽ à perturbatione timoris: quæ quidẽ quies cõfert actus fortitudinis:q̃m dũ anim⁹ timore agitatur,non ſtrenuè periculũ aggreditur:Præterea, Sicut ſpes eſt cauſa audaciæ,ſic timor eſt cauſa deſperationis:ergo ſicut fiducia fũdata in ſpe causãte audaciã ſpectat adfortitudinẽ,ſic & ſecuritas:q̃a remouet timorẽ,ex quãto prohibet deſperationẽ,confert & ſpectat ad fortitudinem.

Sed dices:ſi ſecuritas cõfert fortitudini,ergo eſſe ſine cura,vel nõ curare de agendis,eſt cõditio virtuoſi:q̃d eſt falſum.Conſequẽtia patet:q̃m apud Iſidorũ in lib.de Etymologiis ſecuritas negat curã,& dicitur ſecurus,id eſt,ſine cura falſitas verò conſequẽtis cõſtat ex eo,q̃ virtuoſum curare oportet de rebus honeſtis:vnde Paulus 2.ad Timo.c.2. inq̃t: Sollicitè cura teipſum probabilẽ exhibere Deo operarium, inconfuſibilem,rectè tractantem verbum veritatis.

Reſpondetur,cura & ſollicitudo abſtrahunt à bono & à malo,q̃m non ſemper bonum eſt habere curam & ſollicitudinem,nec ſemper malũ eſt, ſed aliquãdo bonũ,aliquando malum.Bonũ quidẽ,quando oportet:malũ autẽ quando nõ expedit:Paulus intendit,quãdo oportet:& ſic eſt conditio virtutis.Malum autẽ eſſet habere curã & ſollicitudinẽ poſt debitam cõſiderationem, & conſilium, & deliberationem factam de aggrediendo periculo:& tũc ſecuritas,id eſt,remotio curæ eſt laudabilis,& perficit fortitudinis actũ. Et quidẽ q̃ cura & ſollicitudo aliquando ſit laudabilis,aliquãdo nõ,teſtem habemus ſcripturã ſacrã pro vtroque ſenſu. In primo ſenſu.2.Petri ca.1.Vos autẽ curã omnem ſub inferẽtes miniſtrare in fide veſtra virtutem,in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam,in abſtinentia patientiam,in patiẽtia pietatem,in pietate amorem fraternitatis in amore fraternitatis caritatem.in ſecundo ſenſu Lucæ capit.21,Attendite vobis,ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate,& curis huius vitæ:& ſuperueniat in vos dies illa repentina.Et Eccleſiaſtes cap.2. Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam,& ſcientiam,& lætitiã peccatori autẽ dedit afflictionem & curam ſuperfluam.Hæc de fiducia & ſecuritate,vt perficiunt actũ fortitudinis,qui eſt aggredi ardua vt impedientia bonum deſideratum.Nunc agẽdum eſt de patientia & perſeuerantia, quæ perficiunt actũ fortitudinis:qui eſt ſuſtinere,& æquo animo ferre contriſtatiua & dolorosa.

Quantũ ad patientiã.quoniã non intendimus hinc de ea loqui,niſi vt cõmendatur in diuina ac Chriſtiana lege:ideo quatuor cõſideranda ſunt:primò,quotuplex ſit:ſecundò relictis aliis modis,q̃d ſit patientia diuina & Chriſtiana:tertiò, quomodo ad fortitudinem ſpectat:quartò quid ſit ſpeculum patientiæ noſtræ.

Patientia quos modis ſumatur. Quantum ad primum aduerte,quòd patientia abſolutè & vniuerſaliſsimè ſumpta eſt ſuſtinẽtia,ſiue ferẽtia,aut tolerãtia alicuius mali cõtriſtatiui,quo priuamur bono oppoſito deſiderato:& pati,eſt æquo ac virili aĩo ferre huiuſmodi mala.Vñ patientia circa mala cõtriſtatiua verſat, huiuſmodi autem ſuſtinentia poteſt tribus modis fieri.

Patiuntur aliqui vltima ſuſtinent qui deteſtabiliter ſunt. Primò,nonnulli mala ſuſtinẽt,vt mala faciant: vt latrones & piratæ & adulteri:vnde inquit Aug.in lib. de Patientia:Multa in laboribus & doloribus ſuſtinẽt homines,propter ea q̃ vitioſè diligũt:vt latro ꝓpter rapinã, adulter ꝓpter adulteriũ,gulosus ꝓpter gulę obſcœnã voluptatem. Hæc eſt nõ vera,ſed metaphoricè patientia:nec tales nuncupandi ſunt patiẽtes,ſed inſenſati,& beſtialiter ſuſtinentes:Sũt emꝫ vt bruta,q̃ nec verberib⁹ abſtrahi poſſunt à luxu ſuo.Hæc fuit patientia incontinentis Thamar nurus Iudæ, q̃ aſſentiens cõcubitui nefario dixit Iudæ,Patiar qd̃ vis, ſi dederis mihi arrabonem, donec mittas quod polliceris & hæc relinquenda eſt à nobis:q̃m nec apud philoſophũ moralem,nec apud Theologum laudabilis eſt.

Patiuntur aliqui ob bona creata. Secundò,aliqui mala ſuſtinẽt ꝓpter bonũ creatũ tantũ vt parẽtes ꝓpter filios ditandos,ciues ꝓpter libertatẽ ſeruandã,ambitioſi propter famã & honorẽ. Hæc eſt patientia humana moralis,quã ſapientes huius mundi extollunt, vt præcipuam virtutem.Quam Cicero in libr.de officiis ſic deſcribit:Patientia eſt honeſtatis ac vtilitatis,cauſa voluntaria & diuturna perpeſsio rerum arduarum & difficilium.

Primò,dicitur honeſtatis cauſa,id eſt,gratia virtutis ſiue boni honeſti,ad differentiã eorum:q̃ contriſtatiua & laborioſa ſuſtinent,non gratia boni honeſti, ſed propter auaritiã,& concupiſcentiã,& rapinam,vt mercatores, philocapti,fures,milites prædatores etiã propriæ patriæ. Necnon eſt patientia,vt diximus,ſed irrationabilis tolerantia,

Secundò dicitur,& vtilitatis,ad differentiã eorum, q̃ ꝓ leui & vili ingentes ferũt labores,vt ſpectatores ludorũ,& hiſtriones tẽpore caumatis,& hyemis:& ſtulti luſores tota nocte vigilantes,vt ſua diſsipent,& deos ipſos blaſphemẽt. Iſti non ſunt patientes,ſed beſtialiter tolerantes.

Tertiò dicitur,voluntaria ꝓpeſsio,q̃m violenter patinõ generat habitum huius virtutis:eſt emꝫ virtus voluntaria,& principium eius voluntarium, vt docuimus in tertio Eth. aliter opus virtutis non eſſet laudabile:vnde q̃ penitus inuoluntariè ſuſtinent iniuriam,ꝫpaupertatem, infirmitatem non patientes,ſed inuiti ſuſtinentes dicendi ſunt.

Quartò dicitur,diuturna ꝓpeſsio:q̃m ex frequẽtatis & cõtinuatis actibus patiẽdi, generatur patiẽtia. Nam ſicut docuimus in 2.Eth.nec vna dies ſerena facit æſtatem, nec vnicus ſtudioſus actus generat virtutem: ex conſequenti nec patientiam.

Quintò dicitur,arduarũ & difficiliũ:q̃m ſicut fortitudo circa extrema ꝑicula verſatur,ſic & patientia circa ardua & difficilia:vnde ſicut q̃ cõmunia pericula & nõ extrema, vt eſt mors,aggreditur,nõ dicitur ſimpliciter ſed ſecundũ q̃d fortis:ſic q̃ leuia mala ſuſtinet nõ ſimpliciter.ſed ſm q̃d patiens eſt:eſt autẽ circa difficilia:q̃m & ſi oĩs virtus circa difficile ſit ex primo Ethic.ſpecialiter tamen patientia: q̃m malum contriſtatiuũ ſuſtinere eſt cõtra inclinationem ſappetitus,ex cõſequenti laborioſum & difficile,ſicut homini aſcendere,cũ ſit natura grauis.Verũ & hæc patientia ſimpliciter ad Philoſophum moralem ſpectat, vt cognoſcere poteris ex his,quæ dixim⁹ in 3.Eth.trac.2.q̃ eſt de fortitudine morali:tertiò,aliq̃ vt veri Chriſti ſerui & imitatores mala contriſtatiua æquo aĩo ſuiſtnent propter meliora ac maxima bona, quæ ad aĩę perpetuã ſalutẽ ac felicitatem ſpectant:& hæc eſt diuina atque Chriſtiana patientia,q̃ ſola ĩter alios patiẽtiæ modos,virt⁹ ſimpliciter dicẽda ſit. Eſt emꝫ ꝑfectũ opus habens,vt dicitur Iacobi cap.1.&,in ea poſſidemus aĩas noſtras:Lucæ c.21.& ſm diuũ Greg.in quadã homilia:eſt radix & cuſtos omniũ virtutũ:& de ea intẽdim⁹ mãifeſtare q̃d ſit:Hæc emꝫ ſola Chriſtiano negocio deſeruit.

Patientia quæ Chriſtianos decet quid ſit. Tu igitur aduerte quantũ ad ſm ſpectat, quòd diuus Aug.in libr.de Patientia eã ſic diffinit:Chriſtiana patientia eſt virtus,qua æquo animo mala toleramus, ne animo iniquo deſeramus bona,per quæ ad meliora perueniamus.

Primò eſt virtus:nã omne moderans ac tẽperans aliquã vel aliquas ex paſsionibus appetitus humani, virtus eſt vt plenè docuimus in 4.Eth.tẽperãtia emꝫ virtus eſt,q̃m frænat delectationes tactus & guſtus:vt tibi conſtabit in trac. ſequenti:& fortitudo virtus eſt,vt docuimus ſuprà,q̃m temperat timores & audacias.Sed patientia temperat triſtitias & dolores:ne,ſ.adeò triſtemur malo ſuperuenienti, quòd ratio ſuccũbat:ſed ſuſtineatur,vt ratio dictat:& diuina lex diſponit:niſi emꝫ ꝓ patiẽtiã triſtitia refrẽetur,adeò efficax eſt,quòd hominem trãhit ad mortẽ & corporis & animæ: vnde Paulus 2.ad Cor.c.7.inquit.Quæ ſecũdũ Deũ triſtitia eſt,id eſt,rationabilis pœnitẽtiam ĩ ſalutem ſtabilẽ operatur:

tur:ſeculi autem triſtitia,id eſt, immoderata mortem operatur.Et eccleſiaſtici cap. 13. ſic legimus: Miſerere animæ tuæ placens Deo,& cõtinue,& congrega cor tuum in ſanctitate eius:& triſtitiam longè expelle à te.Multos enim occidit triſtitia,ſcilicet,immoderata:& non eſt vtilitas in ea.Cõſtat ergo,quòd patientia eſt virtus.

Secundò dicitur,æquo animo mala ſcilicet, cõtriſtatiua toleramus,id eſt,iuſto animo,& vt decet: vnde aduerte, q̃ patientia media eſt inter lætum animum & iniquum, id eſt, non æquum,non rectum.Bona nanque deſiderata,ſi ſuperueniant, faciunt hominem lætari. Non eſt autẽ neceſſe patientem lætari malo ſuperueniẽti,ſicut nec fortem lætari in periculis mortis niſi ratione finis:ſed ſufficit nõ repugnare,vt docuimus in tertio Ethicorum,tractatu ſecundo c. quarto, Quòd ſi qui in extremis contriſtatiuis ferendis exultant, id p̃fectò eſt ſpeciale donum Dei:vt declarabimus per ſeptem diuina dona.Mala verò,q̃ ſuperueniunt homini non viuenti ſecundum rationis dictamen,& ſecundum Chriſtianam legẽ:ſed ſua apprehenſione atque impetu, cauſant in eo animum iniquum,id eſt,non equum, ſed nec rectũ neque bene diſpoſitũ in contriſtatiuis ferendis.Patiẽtia igitur vt media ſi ſuperuenerit,facit æquum animũ in huiuſmodi malis ferẽ dis:q̃ quidẽ æquitas media eſt inter lætitiã & nõ æquitatẽ.

Hãc animi æquitatẽ per patientiã nobis declarauit Eleazarus ſummæ virtutis in 1.Macha.c.ſexto, qui patienter ſupplicia ſuſtinẽs,deſtinauit in corde ſuo nõ admittere illicita. Ad hanc hortatus eſt Ochozias populũ ab Holopherne obſeſſum,Iudith c.ſeptimo inquiens: Aequo animo eſtote fratres,& expectemus per hos quinque dies Dei miſericordiã.

Tertiò dicit̃,ne animo iniquo bona deſeramus.Aduerte, q̃ qui non æquo animo ſed coactè aduerſa tolerat,duo deſerit bona:primò,patientiæ fructum perdit. Eſt autem patiẽtiæ fructus 2.Petri cap.1.pietas & amor fraternitatis & caritas:ſecundò,non ſolùm apud Deum non meretur,imò demeretur: & peccat, & animã perdit: q̃m ſicut per patientiam poſsidemus animas noſtras, Lucæ capite vigeſimoprimo, ſic per impatientiam perdimus: quoniam, vt legimus Prouerbiorum cap.14. Vir impatiens operabitur ſtultitiam.

Iniquo animo antiochus rex ſceleſtus,vt legimus in ſecũdo Machabæ.capite nono,Dei flagellũ in corpore ſuo ſuſtinuit:ideo licet Deum oraret,non eſt miſericordiã conſecutus:ſed vt homicida & blaſphemus peſsima plaga percuſſus peregrè in montibus miſerabili obitu vita functus eſt.

Quartò dicitur,per quæ ad meliora perueniamus.Melio ra quidẽ ſunt illa bona in Chriſtiana lege,ad q̃ patiẽtia ipſa & eius meritum tandem nos deducunt.Hęc autẽ ſunt æterna bona:quæ abſque patientia conſequi nõ poſſumus. Niſi enim æquo animo ſuſtineamus mala, quib' vita præſens aſpergitur,in deſperationẽ nos deducunt.Deſperatio aũt præcludit nobis viã æternę felicitatis conſequendæ, & animũ eneruat,Prouerbiorum cap.vigeſimoquarto, Si deſperaueris in die anguſtiæ,minuetur fortitudo tua:finis igitur patiẽtiæ Chriſtianę eſt ęternum præmium.Prętereà,inquit Seruator Matt.c.5.Beati, q̃ perſecutionem patiuntur p̃pter iuſtitiam,q̃m ipſorum eſt regnum cęlorum. Conſtat igitur quid ſit diuina atq; Chriſtiana patiẽtia ad mentẽ ſacri Theologi.

Patiẽtia ad fortitudinẽ ſpectat.

Quantùm ad tertium aduerte, q̃ ideo ad fortitudinem ſpectat,& ei coniungitur:q̃m ad patientiam pertinet,vt docuimus,mala nobis illata æquo animo ferre.Inter huiuſmodi mala ea præcipuè ſunt ,ꝫ quę ſunt diſcrimina mortis.Sed circa hęc eſt fortitudo,vt ſuprà docuimus:ergo vt fortis ea viriliter ferat, & nõ ſuccumbat p̃ magnitudine triſtitię neceſſe eſt ei patientiã adeſſe, q̃ eſt moderatiua triſtitiæ & doloris.Prætereà ad fortitudinem non ſolùm ſpectat, quòd in bono rationis perſiſtat contra timores futurorũ diſcriminum,ſed ne deficiat præ triſtitia: & in hoc adiuuatur à patientia:nam patiens dicitur nõ ex eo q̃ pericula & aduerſa nõ fugit,ſed ex eo q̃ laudabiliter ſe habet in ferendo quę nocẽt & ꝓtriſtatiua: vt ſ. propter illa nõ inordinatè triſtet.

Sed dicis:Nunquid ſit contra rationem patientiæ, inſurgere contra inferentem nobis mala?

Reſponſio: ſi mala redundant ꝺ̃ diuinum honorem, aut ꝺ̃ bonum reip.poteſt & debet patiens inſurgere. Vñ Chryſoſtomus ſuper illud Matthæi capite 4.Vade Satana,inquit: Iniuriis; propriis patientem eſſe, laudabile eſt: Iniurias autem Dei patienter ſuſtinere impium eſt. Hac de cauſa inſurrexit Chriſtus contra cedentem eum, Ioannis capite 18. & dixit:Si malè locutus ſum', teſtimoniũ perhibe de malo. Si bñ. cur me cedis.Et Paulus in actis Apoſtolorũ cap.23.inſurgit cõtra Ananiam ſacerdotem pręcipientẽ, q̃ os Pauli percuteretur.Contra quem inſurgens Paulus inquit:Percutiet te Deus,paries dealbate.Sic omnes martyres, qui omni patientia præmuniti erant ꝺ̃ tyrãnos inſurgebant ,p̃ diuino honore & ſacra fide defenſanda.Quòd etiam,p̃ bono reipu. liceat patienti inſurgere,teſtatur diuus Auguſt. ſcribens ad Marcellinum,& inquit:Patientiæ pręcepta non ꝺ̃riantur bono reipu.,p̃ quo conſeruando ꝺ̃ inimicos pugnatur: quẽadmodum legimus in libris Machabęorum per totum de patientiſſimo ac fortiſſimo Mathathia & ſeptem eius filijs:qđ princeps extitit Iudas Machabęus:de quo legim' in primo Macha.cap.tertiò,q̃ ſimilis factus eſt leoni in operib' ſuis. & ſicut catulus leonis rugiens in venatione,& p̃ſecutus eſt iniquos,p̃ſcrutans eos,& qui ꝓturbabant populum ſuũ,eos ſuccendit flammis,&c.Conſtat igitur qũo Chriſtiana patientia ad fortitudinem ſpectat.

Patiẽtiæ noſtræ ſpeculũ Chriſtus eſt.

Quantum ad quartum aduerte,q̃ licet omnes iuſti atque Deo p̃bati,ſpeculum ſint nobis Chriſtianæ patientię:q̃m,vt inquit Paulus 2.ad Timo.ca.3.Omnes,qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur: tñ vnicum & admirandum poſitum eſt nobis ſpeculum, in quo iugiter ſpeculandum nobis eſt,hic eſt Seruator noſter, qui & doctrina & omni ſua vita nobis patientiam commendauit.Et quidem quòd doctrina,conſtat Matthęi capite 5.vbi inquit:Audiſtis quid dictum eſt ſ.in lege Moſi:Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtite malo: ſed ſi quis te percuſſerit in vna maxilla,præbe ei & alteram: & ei,qui vult tecum in iudicio contendere,& tunicam tuã tollere,dimitte ei & pallium.Et quicunque angariauerit te mille paſſus,vade cum eo & alia duo.

Quòd autem in omni vita ſua factum ſit nobis patientiæ ſpeculum,& p̃cipuè in paſſionis myſterio,teſtatur Paul' ad Hebręos,ca.12.vbi inquit: Deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum per patientiam curramus ad p̃poſitum nobis certamẽ,aſpiciẽtes in autorẽ fidei,& cõſummatorem Ieſum:qui p̃poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet.Recogitate eñ eum qui talem ſuſtinuit à peccatorib. aduerſus ſemetipſum ꝺ̃dictionem,vt ne fatigemini animis veſtris deficientes.Nondum eñ vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes.

Apertius idem nobis declarat Petrus in prima Epiſtola ca.2.inquiens:Hæc eſt gratia ſi p̃pter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè.Quę eñ eſt gratia,ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis:hæc eſt gratia apud Deum.In hoc enim vocati eſtis:quia & Chriſtus paſſus eſt p̃ nobis,vobis relinquens exemplum,vt ſequamini veſtigia eius.Qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius:qui cum malediceret, non maledicebat:cũ pateretur,non cõminabatur. Tradebat autẽ iudicanti ſe iniuſtè.Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſup lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis.Eratis eñ ſicut oues errãtes,ſed cõuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.Diuus quoque Auguſti.ſcribens ad Alipium,Seruatorẽ ipſum vt totius imitandæ patientiæ ſpeculum illi propoſuit inquiens:Noli admirari frater,ſi poſtquàm Chriſtianus effectus es,mille te vndique tribulationes vexant.Quoniã Chriſtus noſtræ religionis caput eſt,nóſque eius membra ſumus. Debemus ergo non ſolum eum,ſed & vitam eius æmulatiſſimè ſequi. Vita enim Chriſti reſperſa fuit anguſtijs plurimis, ſumma paupertate circundata, à Scribis & Phariſæis fuit deriſus:tandem p̃pter nos peccatores morti turpiſſimę traditus eſt.Vnde coniectura eſt,cùm te Deus immenſis p̃ſecutionibus corripit,te in electorum ſuorum numero deputaſſe.Nam ſine huiuſmodi tribulationibus nunquam ad eũ peruenire poſſumus.Omnes enim qui ad paradiſum redire deſiderant,oportet per ignem & aquam tranſire:ſiue fuerit Petrus Apoſtolus,cui datæ ſunt claues regni cælorum, ſiue Paulus vas electionis,ſiue Ioannes,cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia,neceſſe eſt vt omnes dicant:Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Hæc de patientia Chriſtiana dicta ſint.

Quantũ ad perſeuerantiam tria agẽda ſunt:Primò, quid ſit:Secundò,qũo ad fortitudinem ſpectat:Tertiò,quanta ſit eius neceſſitas.

Perſeuerantia quid ſit.

Quantùm ad primũ,vt ſcias quid propriè ſit Chriſtiana p̃ſeuerantia aduerte,q̃ alio modo ſumitur perſeuerantia apud communiter loquentes,& alio modo apud Philoſophũ moralem,& alio modo & intentione diuinæ ac Chriſtianæ legis.

Nam apud communiter loquentes perſeuerãtia importat durationem & perſiſtentiã cuiuſcũq; rei in genere ſuo. vt perſeuerat Sol in ortu, & occaſu quotidiano: vñ Dauid in Pſalmo: Ordinatione tua perſeuerant dies. Et Eccleſiaſtes cap. 3. Opera Dei perſeuerant in æternũ. Et ſecundæ Petri c. 3. Ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio, & in hoc ſenſu vtimur ea in bonum & in malum. In malo quidem, vt in primo Regum cap. 12. vbi ſic legimus: Si perſeueraueritis in malitia, & vos & Rex veſter peribitis. & in c. 20. inquit Ionathas ad Dauid orans & conſtans coram domino: Si perſeuerauerit malitia patris mei aduerſum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te in pace. In bono autẽ tã corporali quàm ſpirituali. In corporali, vt inquit Caleb in lib. Ioſue, cap. 14. Hodie octogintaquinque annorum ſuũ, ſic valens vt eo tempore valebam, quando ad explorandum miſſus ſum: illius in me temporis fortitudo vſque hodie ꝓſeuerat tã ad bellandum quàm ad gradiendum. In ſpirituali verò, vt Eccleſiaſtes cap. Sapientia perſeuerauit mecũ: Et in Actis Apoſtolorum cap. 1. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cũ mulieribus & Maria matre Ieſu & fratribus. Et in c. 2. erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorũ & communicatione fractionis panis, & in orationibus. Et in hoc quidem ſenſu conſtat perſeuerantiam nõ eſſe virtutem: cum verificetur tã de duratione mali: circa quod eſt vitium, quàm de duratione boni.

Patiẽtia vtimur & in bonum, & in malum.

Apud philoſophum moralem aduerte, vt docuimus in 7. Eth. Tract. 1. cap. 7. quòd importat victoriam ſuper intenſam triſtitiam: & illi opponitur mollities & delicia: nã mollities importat paſsiuam ſuperationẽ ſiue à leui ſiue à graui triſtitia. Delicia autem importat ſuperationem paſsiuam à quacunq; leui triſtitia proueniente ex labore: vñ vt videbis in 7. Ethi. in eodem Tract. & c. perſeuerans eſt ille, q̃ non deiicitur nec ꝓſternitur à magnis triſtitiis: vt qui fortiter ſuſtinet famem & ſitim, & abſentiam ſiue priuationem amatæ perſonæ, putà vnici filij, caræ vxoris, &c. Mollis aũt eſt ille, qui à leuibus quibuſcunq; triſtitiis vincitur. Delicatus aũt, q̃ omnem refugit triſtitiam, cui annexus ſit labor: ſed de his vide in ſeptimo Ethicorum: vbi docuimus differentiã inter continentem & perſeuerantem: inter incontinẽtem & mollem & delicatum. Et de perſeuerantia in hoc ſenſu intelligitur illud Matthæi ca. 15. vbi Seruator inquit: Miſereor ſuper turbam: quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habẽt quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.

Verùm aduerte, q̃ perſeuerantia in hoc ſecundo ſenſu apud philoſophum videtur eſſe idem, quod conſtantia: vnde & Ariſt. in ſeptimo Ethic. c. 7. appellat virum conſtantem. & oppoſitum virum mollem. Nos autem intendimus loqui de perſeuerantia, vt eſt diſtincta à conſtantia: quam philoſophus non videtur diſtinguere à patientia.

Apud diuinam autem & Chriſtianam legẽ, vt eſt ſpecialis virtus diſtincta à fortitudine & patientia, importat perſiſtentiã in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex diuturnitate actus. Vnde aduerte, q̃ ſicut patientia addit ſupra fortitudinem: ita perſeuerantia ſupra patientiam. Patientia quidem addit ſupra fortitudinem, æquo animo & viriliter ſuſtinere: perſeuerantia autem addit diuturnitatem, id eſt, perſiſtere vſque in finẽ: vnde perſeuerare eſt durare. Et quidem q̃ diſtinguatur à patiẽtia, patet eo quòd multi ſunt patientes, non tamen perſeuerantes: quia non durant in bono actu, aut in bona ferentia mali vſque in finem: & in hoc ſenſu in Chriſtiana lege eſt vera & ſpecifica virtus, modò ſit ꝓpter Deum vt beatum finem noſtrum. Et ſic accepta ſolet apud Theologum ſic diffiniri: Chriſtiana perſeuerantia eſt perſiſtentia ſiue perduratio principaliter in bono actu interiori ordinato ad debitum finem, quocunque tempore, & quandiu oportet ipſum exercere.

Primò dicitur, perſiſtẽtia vel perduratio in bono actu: ꝓſeuerare enim eſt durare: vñ poẽta. Durate & vos rebus ſeruate ſecundis, id eſt, in laboribus & arduis perſeuerate. Dicitur in bono actu: ad differentiam perſeuerantiũ in malo talis nanque perſiſtentia non meretur dici perſeuerãtia ſed induratio & obſtinatio: qualis fuit in Pharaone contra dominũ: vt legimus in lib. Exod. c. 3. & in Sennacherib rege Syriæ: vt legimus in 4. Regum cap. 19. & in Nabuchodonoſor, & Holopherne, vt legimus in toto lib. Iudith.

Secundò dicit, principaliter in bono actu interiori: quoniã apud omnes morales & ſacros Theologos actus bonus trahit primò bonitatem à bona voluntate & recta electiõe Vñ bonus actus exterior, quo ad bonitatẽ ſe habet ad interiorem ſicut ramus ad radicem. Conſtat autem rami bonitatem pendere à bonitate radicis, & nõ econuerſo: ſic in ꝓpoſito actus exterior continuatus ex ꝓſeuerantia, in tantũ eſt bonus, ꝓ quanto à bona voluntate & recta electione ꝓuenit. Hinc ſequitur, q̃ qui habet exteriorem actum bonum: & ꝓſeuerat i eo, aut humano reſpectu, aut timore, aut ſpe honoris ac laudis: quales ſunt hypocritæ, non merentur dici ꝓſeuerantes niſi materialiter. Prætereà. Qui violẽter in actu bono ꝓſiſtunt, non ſunt perſeuerantes perſeuerãtia, quæ ſit virtus, ſed quadam ſimilitudine: qm̃, vt docuimus in 2. Eth. Inuoluntarium & violentum eſt extra rationem veri actꝰ moralis.

Tertiò dr̃, ordinato ad debitum finem. Multi nanque ꝓſiſtunt in ꝓbitate vitæ bene operantes, aduerſa ꝓſtanter ferẽtes, in apparentia hominum, qui tñ habent principiũ intrinſecum non ſyncerum, id eſt, intentionem obliquam, deuiantes à debito fine. Nam fm morales, agendum eſt bonum gratia virtutis: fm Theologum autem ꝓpter Deum, vt documꝰ in prima parte huiꝰ operis: & fm doctrinam Pauli primæ ad Cor. ca. 10. quicquid boni agimus, in gloriam Dei agendum eſt. Plures autem operantur bonum aut hypocriſi, aut alio malo fine: ideo non ſunt verè perſeuerantes. Propterea Seruator innuens hâc boni finis circunſtantiam in actu bono eſſe nobis neceſſariam, dixit Matthæi ca. 6. Neſciat finiſtra tua quid faciat dextera tua, id eſt, noli operari bona exterius cũ obliqua intentione.

Quartò dr̃, quocunque tempore & quandiu ipſum exercere oportuerit: nam ſunt aliqui actus boni in quibus oportet ſine intermiſſione, & vſque ad mortẽ ꝓſeuerare: vt Deũ diligere: & præcepta negatiua, quæ obligant nos ꝓ omni tẽpore. Quidam autem exercendi ſunt non ſemper, ſed determinato tpe, & ꝓut oportet, & q̃, & quantum, & quãdiu, & tunc deſiſtere: & in hoc completur ratio Chriſtianę perſeuerantiæ, quæ ſola, vt dicemus, coronatur.

Perſeuerantia quãtũ ad fortitudinem ſpectat.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ perſeuerantia in vno ſenſu ſpectat ad omnem virtutem, in alio autem ſpecialiter ad fortitudinẽ. Nam cùm ſit de rõne virtutis moralis eſſe habitum bene operatiuum & de difficili mobilem: ſi ſumatur perſeuerantia ꝓ firma promptitudine & continuata in bene operando, q̃ſ̃, & quandiu oportet, concomitatur omnẽ virtutem moralem. Nam iuſtus eſt, qui perſiſtit in iuſtè operando: & prudens politicus, qui perſiſtit in prudenter regendo ſubditos: & temperatus qui perſiſtit in moderando ac frenãdo delectationes guſtus & tactus: & de perſeuerãtia in hoc ſenſu intelligitur dictum Auguſtini ad Eudoxium ſcribens, vbi inquit: Vos autem fratres hortamur in domino, vt ꝓpoſitum veſtrum, ſ. bene ac iuſtè viuendi in omni virtutis opere cuſtodiatis, & vſque ad finem vitę perſeueretis. Et B. Gregorius in moralib. inquit In caſſum quippe bonũ agitur, ſi ante vitę terminũ deſeratur: quia & fruſtra velociter currit, qui priuſquam ad metas venerit, deficit. Si autem ſumatur perſeuerantia pro perſiſtentia indefeſſa in rebus maximè arduis: circa quæ verſatur fortitudo & patientia, & per quãcunq; diuturnitatem difficultatis, animus non frangitur: ſic ſpectat ad fortitudinem, & omnino perficit actum eius, qui eſt maxime ardua vſque in finem ſuſtinere: & hęc eſt, quæ coronatur: & de hac intendit Seruator Matthæi c. 10. & ca. 24. cũ dicit: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit. Præmiſerat em̃ maximas triſtitias, & mortem, & carcerem, quas paſſuri erant. Nam ſic inquit c. 10. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filij in parẽtes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus hominibꝰ ꝓpter nomen meum. & in ca. 24. inquit: Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Deinde concludit: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Hęc eſt vera perſeuerantia quę coronauit martyres, & beatificauit Apoſtolos: vnde Seruator Lucę ca. 22. inquit Apſtolis: Vos eſtis qui permanſiſtis, id eſt, perſeueraſtis mecum in tentationibus, id eſt, anguſtijs meis: & ego, ſcilicet propter hanc perſeuerantiam diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus Regnũ, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper Thronos iudicantes duodecim tribus Iſraël.

Perſeuerantia quãtũ neceſſaria ſit.

Quantùm ad tertium ꝓbanda eſt eius neceſſitas triplici via, ſcilicet naturali, morali, & diuina.

Naturali quidẽ: q̃m ſenſu percipimus q̃ natura in quocunque genere gradatim procedit, non perficit opus ſuum, niſi vſq; ad vltimum gradum ꝓſeuerauerit: cõſtat id in grano ſeminato, qđ quidem ex terra naſcitur, & in herbã creſcit, deinde in ſpicam, deinde floreſcit, demum cõſimile formatur

matur granum, & matureſcit. Quod ſi contingat ex indiſpo ſitione materię, aut ex contrario agente in aliquo prædicto rum graduum naturâ impediri dicitur vel penitus defeciſ ſe, vel monſtrũ produxiſſe: quod apud Philoſophum naturæ peccatũ appellatur. Igitur, ſi aduertimus naturam adeò diligentem ac perſeuerantem in ordine ſuo, vt cõtraria remoueat, & perfectionẽ operi ſuo debitam conſequatur. Longè amplius à nobis cogitandum & indubiè ſentiendum eſt, quomodo in bono & præcipuè in arduis perſeuerãdum eſt: aliter vltimam, ad quam nati ſumus, perfectionem cõſequi non valemus. Ergo eſt nobis penitus neceſſaria.

Actus moralis finis circunſtantia in ſpecie cõſtituitur.

Morali autem: quoniam, vt docuimus: in ſecundo Ethicorum licet bonus actus moralis quamplures requirat ad ſui perfectionem circunſtantias, principalior tamen eſt circũſtantia finis. Hæc autẽ duplex eſt: prima eſt vt actus ipſe ordinetur in debitum finẽ, ſicut ſuprà docuimus: ſecũda eſt, ꝙ ſic quidem fiat, quòd per ipſum conſequamur debitum finẽ ad quem ordinatus eſt. Hæc autem conſecutio fieri non poteſt niſi ex perſeuerantia. Vñ Paulus ſecundæ ad Timot. cap. ſecundo, Non coronabitur, niſi qui legitimè, id eſt, bene & perſeueranter certauerit. Hac de cauſa Philoſophi aſſimilant hominem operantem bonum & in eo deficientem homini ædificãti domum, & relinquenti eam ſine tecto. Et Socrates merito dicere conſueuerat: Opus bonum ſine perſeuerantia, eſt veluti corpus pulchrum ſine anima. Inde legimus in vitis Philoſophorũ & hiſtoriis, eos ſemper habitos in deriſum, q̃ præclara aggreſsi ſunt, & nõ perſeuerarunt.

Diuina verò: qm̃ inquit Seruator Lucæ capite nono, Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, id eſt, non perſeuerans eſt aptus regno Dei. & Apocalyp. capite 2. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. & Seruator Matthęi capite decimo. Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Quod exponens Diuus Bernardus inqt: Abſque perſeuerantia nec qui pugnat, victoriam, nec palmã victor conſequitur: perſeuerantia nutrix eſt ad meritũ, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, pacis amica, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficiũ gratia, nec laudem fortitudo: ſola eſt cui æternitas redditur, vel potius, quæ æternitati hominẽ reddit, dicente domino: Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Cõſtat igitur omnimoda neceſsitas pſeuerantiæ operãtibus bonum, vt optatũ conſequãtur finẽ.

Perſeuerantia num ſit in poteſtate noſtra.

Sed dices: an ſit in poteſtate mea, ex frequẽtatis actibus bonis perſeuerantiam acquirere, ſicut acquirimus alias virtutes morales.

Reſpondetur. ꝙ non, & maximè in ſtatu, in quo nunc ſumus, ſcilicet in ſtatu naturæ corruptæ, & quo ad obſeruantiã Chriſtianæ legis. Quòd declaratur primò dicto diui Auguſtini, qui in libro de perſeuerantia inquit: Aſſerimus donũ Dei eſſe perſeuerantiam, qua vſque ad mortem perſeueratũ in Chriſto. Donum autẽ Dei non eſt ex operibus noſtris, ſed Dei infuſione gratuita: nam ſi eſſet ex operibus, nõ eſſet donum: Secundò declaratur ratiõe ſic: ſi eſt in poteſtate noſtra acquirere perſeuerantiã actualem in bono vſque ad mortẽ: ergo oportet aliquam eius cauſam nobis intrinſecam aſsignare: ſed hæc non datur: quoniam aut eſſet voluntas, aut habitus acquiſitus, aut infuſus, non voluntas: qm̃ cùm libera ſit, poteſt inclinare ad malum & ad bonũ, ſed magis ad malum quàm ad bonum: quoniam ad malum ex ſe ſufficit, ad bonum autem non ex ſe, ſed Dei auxilo: non ex aliquo habitu acquiſito nec infuſo, qualis eſt gratia gratũ faciens: quoniam licet gratia releuet hominem à peccato: & conſtituat eum in bono: non tamen immobilitat liberum arbitrium ad bonum, aliter nullus iuſtus poſſet decidere à gratia nec peccare: vnde immobilitate hominem in bono eſt gratiæ cõſummatæ, qualẽ habent beati. Cùm igitur quandiu homo viuit etiam in gratia conſtitutus habeat liberũ arbitrium mobile & vertibile ad bonum & ad malum, non poteſt ex ſe perſeuerare in bono niſi ex dono diuinæ bonitatis, quod tamen nulli negat, niſi ponenti obicem. Vñ confidendum eſt in Dei largitate. Nã, vt inquit Petrus in prima epiſtola c. 5. Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternã ſuã gloriam in Chriſto Ieſu modicũ paſſos, ipſe perficiet, cõfirmabit, ſolidabitque. Ipſi gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ. Hæc de pſeuerãtia Chriſtiana dicta ſint: & hic terminãt pręſens caput.

CAPVT VII.

De vitiis, quæ Chriſtianæ fortitudini aduerſantur.

IN capite ſeptimo agendũ eſt de vitiis oppoſitis fortitudini: & quoniã eſt moderatiua timoris & audaciæ, ex parte timoris duo vitia ei opponuntur: vnum per exceſſum, alterũ per defectum. Quod eſt per exceſſum, nũcupatur timiditas. Timidus eſt em̃, qui omnia & in omnibus timet. Quod eſt p defectum, dicitur, intimiditas. Intimidus em̃ eſt, qm̃ in nulla re timet: fortis autem medius eſt, qm̃ timet quod eſt timendum, vbi, & quando oportet: & non timet quod non eſt timendum cum debitis circunſtantijs. Ex parte autem audacię tantum vnũ vitium, qđ eſt per exceſſum, opponitur fortitudini: quod quidem nomine ꝓprio caret: ſed nomine paſſionis, quę eſt ipſa audacia nuncupatur. Nam, vt docuimus in quarto Ethicorum, qm̃ virtutib. aliquibus & vitijs oppoſitis non ſunt inuenta ꝓpria nomina, neceſſe fuit ea nominare nominibus paſſionum, & præcipuè qñ paſſiones verſantur circa malum, quales ſunt odium, ira, audacia. Vnde per odium, nominamus vitium oppoſitum caritati: per iram, vitium oppoſitum manſuetudini: per audaciam, vitium oppoſitũ fortitudini: licet aliquando per audaciam intelligatur fortitudo, vt declarabimus infrà.

Sed dicas: Quare ex parte audaciæ non aſſignantur duo vitia oppoſita fortitudini, vnũ per exceſſum, alterum ꝓ defectum: ſicut aſſignantur ex parte timoris?

Reſpondetur: Audacia inſurgit in ꝺrium impeditiuum illius boni aut exiſtimati boni, ad quod appetitus inclinatur: Nec deſiſtit inſurgere: niſi reuocetur ex timore patiendi nocumentum à ꝺrio impeditiuo: ideo vitio per exceſſum audaciæ non opponitur vitium per defectum eiuſdem, ſed vitiũ per exceſſum timoris, quod eſt timiditas. Nam ſumus natura audaces, nec retrahimur in aggrediendo ꝺria, niſi ex timore. De tribus igitur vitijs oppoſitis fortitudini agendum eſt, ſcilicet,

De Timiditate,
De Intimiditate,
De Audacia.

Quantum ad timiditatem tria agenda ſunt: Primò, qd ſit Secundò, quomõ opponitur fortitudini: Tertiò, cuius grauitatis ſit quò ad peccatum.

Timiditas qui ſit.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ timiditas in Chriſtiana doctrina ſic diffinienda eſt: Timiditas eſt vitium, quo fugit homo ea quæ ſuſtinenda ſunt, & non ꝓſequitur ꝓſequenda, vbi, quando, & quoties recta ratio dictat, aut diuina & Chriſtiana lex inſtituit. Pro cuius euidentia aduerte, quòd naturalis ordo in rationali creatura exigit, quòd apetit⁹ vtpote inferior ſubdatur regimini ac dictamini rationis, q̃ ſuperior eſt: Ratio autẽ & diuina ac Chriſtiana lex, quæ eſt ſm̃ rationem poſita, dictat aliqua eſſe fugiẽda, vt infirmitas, & mors, quando non ſubeſt rationabilis cauſa: vnde Seruator Matthæi ca. 10. inquit: Cùm vos perſequentur in ciuitate iſta fugite in aliam. Dictat etiam aliqua ꝓſequenda & ſuſtinenda, vt fames, nuditas, perſecutio, & multa, quæ appetitui repugnant: & hoc, quando cedunt in diuinum honorem, aut in ſalutem ꝓximi, aut propter ſeruandam iuſtitiam, vt hortabatur Seruator diſcipulos Matthęi capite quinto, Beati qui lugent, qui eſuriunt, qui perſecutionem patiuntur ꝓpter iuſtitiam, &c. Dictat etiam ratio aliqua magis fugienda quã alia vt ſunt magis mala, & aliqua magis ſuſtinenda, quàm alia ꝓpter maiora bona. Quando igitur appetitus fugit, quę ratio dictat eſſe fugienda: aut non ꝓſequitur, quæ ratio dictat non ꝓſequenda cum debitis circunſtantijs: appetitus debitè ordinatus ac regulatus eſt: vnde ſi timet, laudabiliter timet: qm̃ ratio dictat eſſe timendum. Quando autem fugit non fugienda, aut non ꝓſequitur, vel non ſuſtinet ꝓſequenda vel ſuſtinenda ſm̃ dictamen rectæ rationis & inſtitutionem diuinę ac Chriſtianæ legis ſtantibus debitis circunſtantijs, tũc appetitus irregulatus eſt, & malè timet. Timiditáſque illa vitium eſt, cùm ſit contra rationem rectam: & hæc eſt timiditas, quam ſub timoris & timidi nomine, ſacra ſcriptura reprobat: vnde Dauid in Pſal. Illic trepidauerunt, vbi non erat timor, id eſt, vbi non erit timendũ, Prouer. c. 18. Pigrum deiicit timor, & primæ Ioannis ca. 4. Perfecta caritas foras mittit timorem, id eſt, timiditatis vitium. & Apocalyp. ca. 21. Timidis & incredulis, pars illorum in ſtagno ardenti. Conſtat igitur quid ſit timiditas, vt vitium eſt.

Quantùm ad ſecundum aduerte, ꝙ timiditas in vno ſenſu ſpectat ad quodcunq; vitium, & in alio ad fortitudinem. Nam quilibet malus timet priuari obiecto, circa qđ intendit. Vt auarus timet priuari pecunia, guloſus delicato cibo & potu, luxurioſus voluptate, ſuperbus honore & ſuperioritate: vñ ſicut virtuoſus in oĩ gñre virtutis op⁹ virtuoſum amat, ſic vitioſus in oĩ genere vitij vitioſum opus amat: & ſicut virtuoſus laudabiliter timet impediri in virtutis ope,

ſic malꝰ malè timet impediri in opere malo:ideo omnis malus eſt timidus:Vñ Sapẽtiæ 17. Cùm ſit timida neqtia,data eſt in omnium condemnationem. In hoc igitur ſenſu timiditas circuit omne vitiũ:& opponitur omni virtuti. In ſpecie autem qui timet & refugit ſuſtinere ardua ac pericula mortis:circa quæ verſatur fortitudo,quando, & vbi oportet: & propter melius bonum laborat timiditate oppoſita fortitudini & ad remotionem timiditatis oppoſitæ fortitudini:paſsim hortatur ſcriptura ſacra,vñ in libro Numeri ſic legimus:Nolite rebelles eſſe contra dominũ, neque timeatis populum terræ huius:quia ſicut panem eos poſſumus deuorare.Receſsit ab eis omne præſidium,dominus nobiſcum eſt:nolite metuere.& Deut.cap.7.non timebis eos:quia dominus Deus tuus in medio tui eſt.& Hiere.cap.1.Ne timeas à facie eorum:quia ego tecum ſum tãquam bellator fortis. & Matth.cap.10.Ne ergo timueritis eos.& iterum,Nolite timere eos,qui occidunt corpus.

Timiditas ſum ſit peccatum.

Quantùm ad tertium aduerte, ꝙ timiditas in tota ſua latitudine ſumpta, aliquando nullum penitus peccatum eſt, aliquando veniale,aliquãdo mortale.Nã cùm timor ſit paſſio naturalis,in qua vt naturalis eſt,non ſit meritum neq; demeritum.Ad hoc,ꝙ timiditas ſit peccatum, oportet ſit cum timore inordinato,prout homo ex timore inſurgente fugit aliquid,quod ex ratione non eſt fugiendũ:imò aut ꝓſequẽdũ,aut ferendum. Contingit autem deordinationem timoris fieri tribus modis:nã aliquando talis deordinatio ſtat in appetitu ſenſitiuo, non accedente vllo modo aſſenſu volũtatis,imò repugnante:& tunc cùm peccatũ nullum ſit', niſi aliquo modo voluntariũ, talis timiditas vt ſic peccatũ non eſt:poteſt etiam contingere, ꝙ accedente conſenſu voluntatis,non erit niſi peccatum veniale, vt quando quis ꝓpter timorẽ refugit aliquid, quod non eſt de neceſsitate ſalutis nec præceptũ in diuina lege,ſed eſt ad bene eſſe & de ꝯſilio putà ſalutare & benefacere inimico extra caſum neceſsitatis.Poteſt tertiò cõtingere,ꝙ accedẽte conſenſu volũtatis, quis refugit aliquid,qđ obligatur ex ꝓcepto diuinæ legis ſuſtinere aut proſequi:& tunc timiditas eſt peccatum mortale:Verbi gratia,Tyrannus dicit mihi:Aut ſacrifica idolo,aut morieris:ſi,vt fugiam morte,ſacrifico, mortale peccatũ eſt: quoniam contra primum legis præceptum eſt.Præterea aduerte,ꝙ non ſolùm peccatum eſt timiditas,quãdo fugimus non fugienda,& non proſequimur proſequenda : ſed etiam quando non ſeruatur ordo inter non fugienda.Ordo autem graduatur iuxta graduationem bonorum. Bona verò ſunt tria apud nos ſcilicet bonum animæ,bonum corporis,bonũ fortunæ,vt pecunia.Inter hæc, bonũ animæ obtinet primũ gradum:Bonum corporis,ſecundum : Bonum fortunæ,tertium.Si quis igitur ex timore perdendi bona fortunę nõ fugit mala corporis,imò ſuſtinet,putà flagella & mortem, timiditas hæc mala eſt. Si qais ex timore perdendi ſalutem corporis incidit in mala'animæ,putà dicit teſtimonium falſum,ne exilium aut carcerem patiatur,timiditas mala eſt:econuerſo autem timiditas bona eſt, vt qui timens Deum & animæ ſalutem,ſuſtinet mala corporis:& timens mala corporis ſuſtinet perditionem bonorum externorũ. Et aduerte ꝙ Seruator Matth. c.16.hunc ordinem inſtituit, reprobans oppoſitum,inquit enim:Qui perdiderit animam ſuam propter me,ſaluam faciet illam. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimẽtum patiatur?Et intendit, quòd qui non timet perdere vitã corporalem propter Chriſtum,ſaluam facit animam ſuam.Qui autem timens perdere vitam aut bona fortunæ nõ agit, aut non ſuſtinet quæ ſuſtinenda ſunt propter Chriſtum,ſeipſum perdit:& timiditas hæc peſsima eſt,quam reprobat Paulus ſecundæ ad Timo.cap.1.dicens:Non enim dedit nobis Deus ſpiritũ timoris,ſed virtutis,& dilectiõis,& ſobrietatis.Hęc de timiditate dicta ſint.

Intimiditas quid ſit.

Quantùm ad intimiditatem timiditati oppoſitã ꝓ defectum timoris tria agenda ſunt:primò, quid ſit:ſecundò, ſi opponitur fortitudini:tertiò ſi peccatum eſt,& quando.

Quantùm ad primum aduerte,ꝙ intimiditas eſt vitium, quo homo nihil timet eorum quæ ratio dictat eſſe timenda, quando,& vbi oportet, proueniens aut ex defectu amoris, aut ex elatione animi, aut ex ſtultitia & inſania.

Primò dicitur, ꝙ eſt vitium : qm̃ ſicut omnia timere vel timere aliqua,quæ & quando & vbi timenda non ſunt, eſt vituperabile & vitium timiditatis ſic nihil timere,vel nõ timere quę & quando & vbi timenda ſunt reprehenſibile eſt, & vitium oppoſitũ timiditati,quod apud moralem dicitur impauiditas. Vnde aduerte, ꝙ ſicut ſe habent prodigalitas & auaritia ad liberalitatem,ſic timiditas & impauiditas ad fortitudinem.Nam vt docuimus in quarto Ethicorum:Prodigalitas opponitur liberalitati per exceſſum diſtributionis pecuniæ ſiue bonorum temporalium abſq; debitis circunſtãtijs.Auaritia aũt per defectum, ſic & timiditas dicit exceſſum timoris ſine debitis circunſtantijs:Impauiditas autem defectũ:Ideo ſicut ꝓdigalitas & auaritia ſunt duo vitia oppoſita inter ſe,& oppoſita liberalitati:ſic timiditas & impauiditas ſe habent ad ſe inuicem,& ad fortitudinem.

Secundò dicitur,quod homo nihil timet eorum quę ratio dictat eſſe timenda,&c.Nam ſicut rõ dictat aliqua non timenda,licet ſint arduа:ſed ſuſtinenda,quando,& vbi oportet,ſ.propter maius bonum:vt ferenda eſt perditio pecuniæ propter ſeruandam vitam:& non timenda mors propter ſalutem animę & Dei cultũ ac legem. Sic ratio dictat aliqua timenda qñ & vbi oportet,ſcilicet, quãdo non ſequitur maius bonum,ſed potius maius malum : vt timenda eſt perditio rerum temporalium propter vitam conſeruandam:& timenda eſt infirmitas, ne impediamur in virtuoſis operibus: & timenda infamia,ne minuatur bona opinio apud viros ꝓbos. Nihil ergo horum timere conſtituit impauiditatis vitium.

Non Amare cẽ eſt non timendi.

Tertiò dicitur, ꝓueniens ex defectu amoris aut elatione animi aut ſtultitia:primò,ex defectu amoris,nam ſicut amare eſt cã timendi , quæ enim amamus,perdere metuim', ſic non amare eſt cauſa non timendi. Quę enim non amamus, non curamus,ſiue ſint,ſiue non ſint:ideo non cauſant in nobis timorem:& hinc prouenit impauiditas.Secundò,ex elatione animi:nam ſiquis de ſe exceſſiuè præſumit,& cæteros contemnit,exiſtimat mala oppoſita bonis q̃ amat non poſſe ſibi inferri,nec ea ſibi euenire:vt confidens nimis in fortitudine corporis neminem timet ſibi poſſe in ꝓſona nocere:& confidens in amicis,in diuitijs,in fauore principum, neminem timet in ꝓditione rerum temporalium:& tunc ex ſuꝓbia & elatione cauſat in ſeipſo impauiditatis vitium:Tertiò ex ſtultitia & inſania,hæc em̃ cauſat rationis defectum , & rectum iudicium impedit,ideo ſtultus non apprehendit timenda vt timẽda,ſed vt fera,& ebrius tendit , & prœceps in pericula ruit,fitque ſine ratione impauidus, & ſola violentia ſibi illata cohibetur.Conſtat igitur quid ſit impauiditatis vitium.

Intimiditas cur aduerſatur fortitudini.

Quantum ad ſm aduerte,ꝙ ideo opponitur fortitudini, qm̃ ipſa eſt moderatiua timoris & audaciæ ſm rectã rationem.Inclinat em̃ hominem, vt timeat, qñ timendum eſt : & non timeat,qñ non eſt timendum:ex conſequenti timorẽ regulat.Omne igitur vitium , per qđ timor ipſe deordinatur, & non regulatur per rationem rectam,opponitur fortitudini:ſed ꝓ vitium impauiditatis deordinatur timor ꝓ defectum:& per vitium pauiditatis deordinatur per exceſſum: ergo vtrunque opponitur fortitudini.

Intimiditas quãdnã peccatum ſit.

Quantum ad tertiũ aduerte,ꝙ cùm impauiditas cauſari poſſit ex defectu amoris,& ex ſuperbia,& ex ſtultitia:ſi cauſatur ex ſtultitia,q̃ tanta ſit,ꝙ rõnem penitus impediat, nõ erit peccatum,ſed defectus naturalis:tunc em̃ iudicandum erit,ſicut de impauiditate immanis ferę, in qua peccatũ nõ cadit:ſi cauſatur ex ſuperbia,cõſtat ꝙ eſt peccatum:qm̃ cuius cã mala eſt,ipſum quoq; malum eſt.Nam Matth.c.7. Nõ põt arbor mala fructus bonos facere:ſi cauſatur ex defectu debiti amoris & naturalis,peccatũ eſt:Verbi gratia, Quilibet naturaliter amat ſeipſum,& vitam ſuã,& ſui ꝯſeruationem,ad quã vt inſtrumenta requirunt bona tẽporalia,quibꝰ nutrimur & ſeruamur.Qui ergo ſm rectam rõnem nõ timet ꝓpriam vitam ꝓdere & bona temporalia vt media ꝯſeruatiua,ſed irrationabiliter exponit ſe morti, & occaſionẽ ꝓſtat ꝓdẽdi bona temporalia,agit ꝯ inclinationẽ naturalẽ:ex cõſequẽti peccat.Cõſtat igit impauiditaté eſſe peccatũ,& qñ.

Et aduerte,ꝙ in ſcriptura exempla tibi ꝓponuntur impauiditatis ex defectu amoris,& ſuperbia,ex ſtultitia.

Impauiditatis varia exempla.

Ex defectu amoris ꝓpriæ vitę & rerum ſuarũ impauidi fuerunt,qui ſeipſos necauerũt,vt Achitophel in 2.Reg.c. 17. & Iudas Matt.ca.27.Iſti tñ non totaliter recedunt ab amore ſui:qm̃ nemo poteſt omnino relinquere naturalem inclinationem.Vñ & qui necant ſeipſos,licet non timeant ꝓpriam perdere,vitam,eligunt tñ eam perdere , vt eam liberent ab anguſtijs:cuius ſignum eſt,ꝙ non omnino deciderunt à ſui amore.

Ex ſuperbia impauidi fuerunt, Pharao Exodi ca.5.qui extrema ſuperbia elatus reſpondit:quis eſt dominus vt audiã vocem eius,& dimittam Iſraël?Neſcio dominum, & Iſraël non dimittam.

Goliath Philiſtæus in primo Regũ capite decimoſeptimo, qui vt temerarius confidens in ſui robore, & exercitum Iſraël deſpiciés, ſtans clamabat aduerſum Phalãgas Iſraël, dicens: Quare veniſtis parati ad prælium? Nunquid ego nõ Philiſtæus ſum, & vos ſerui Saul? &c.

Nabuchodonoſor, vt legimus in libro Iudith, ca. primo, & ſecundo, cuius cor adeò eleuatum eſt, ꝙ nullius timens potentiam, cogitauit omnem terram ſuo imperio ſubiicere.

Aman de ſtirpe Agag, vt legimus in libro Eſther, cap. tertio, Qui cùm ꝓ certo cognouiſſet ſe non adorari à Mardochæo Iudæo, ſuperbia tumens non timuit apud Aſſuerũ regem impetrare omnium Iudæorum interfectionem.

Super omnes impauidus ex ſuperbia factus eſt Leuiatã, de quo ſcribitur Iob capite quadrageſimoprimo; ꝙ factus eſt vt nullum timeret, omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

Ex ſtultitia, quæ tamen magis imprudentia atque incõſideratio fuit, q̃ inſania, impauidus fuit Amalechites ille, de quo legimus in ſecundo Regum capite primo, ꝙ Saulem ſeminecem interfecit in caſtris in monte Gelboë, cui dixit Dauid: Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres Chriſtum domini, Hæc de impauiditate dicta ſint.

Quantum ad audaciam aduerte, quòd ex vi nominis nõ dicit vitium, ſed paſsionem naturalem, vt docuimus in ſecũdo Ethicorum: ſed ex penuria terminorum imponitur ad ſignandum vitium oppoſitũ timiditati: quod tamẽ apud Platonem denominatũ eſt ferocitatis ſiue temeritatis nomine. De audacia igitur, vt vitiũ eſt, duo agenda ſunt: Primo, q̃d ſit: Secundò, quomodo opponitur fortitudini.

Audacia quid ſit.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ audacia vt vitium eſt, ſic diffinitur: Audacia eſt audacię paſsionis exceſſus, quo ꝙs audet & aggreditur nõ audenda, neq; aggrediẽda ignorantia aut imprudentia proueniens, aut iraſcibilis feritate.

Primò dicitur, exceſſus, &c. Nam opponitur timiditati: ergo ſicut timiditas eſt exceſſus timoris, vt eſt paſsio, ſic audaciæ vitium eſt exceſſus audaciæ, vt eſt paſsio.

Seçundò dicitur, quo quis audet, &c. Nã ſicut timidus ꝓ exceſſum timoris timet nõ timenda, & ceſſat aggredi aggredienda, aut ſuſtinere ſuſtinenda: ſic ex oppoſito audax laborans vitio audaciæ aggreditur non aggredienda, putà q̃m indigna ſunt, vt aggrediantur: ſicut dux non debet cõgredi cũ ruſtico, neque vir cum muliere, neque adultus cũ puero, neque armatus cum inermi. Quòd ſi aliter egerit, non fortis ſed audax temerarius exiſtimandus eſt.

Tertiò dicitur, ex ignorantia, &c. Nam quidã adeò ſunt ingenio hebetes, vt nullum ſibi ſuadeant imminere periculum: & veluti pueri, aut ſtulti, aut bruta, ſolo impetu aggrediuntur ardua, non aduertentes, an ſint pares, an inferiores, an ſuperiores viribus. Nonnulli verò, etſi ingenio valeãt, nõ curant maturo cõſilio, & ordinato diſcurſu ſed impremeditatè proſiliunt in quæcũque diſcrimina. Iſti audaces vituperabiliter ſunt ex imprudentia, ſicut præcedentes ex ignorãtia: alij autem ſortiti iraſcibilem, igneam, & Martialem, ꝓpoſito ſibi obſtaculo, ne concupitum aſſequantur bonũ ſiue verum ſiue exiſtimatum, aggrediuntur hoſtẽ, vt feræ irritatæ: & dicuntur apud Ariſtotelẽ, vt docuimus in tertio Ethicorum, audaces prǫuolantes, q̃ tamen in periculis iam aggreſsis non ſunt perſiſtentes: ſed poſtquã ſenſerint ſe in diſcrimine vitæ conſtitutos, pedem retrahunt, & fugam etiam cũ dedecore parant. Iſti ex ferina iraſcibili audacia peccãt: quales ſunt inhabitantes partem Septentrionalem cõfiſi robore corporis, & deficientes ingenio. Sed de qualitate inhabitantium partes Meridionales & Septẽtrionales, & Mediam locuti ſumus in epitomatibus politicis ſm viam Peripateticã: & tu vide illic. Cõſtat igit̃ q̃d ſit audacia, vt eſt vitiũ.

Audacia qua ratione opponatur fortitudini.

Quantùm ad ſecundum aduerte: q̃m fortitudo verſatur circa pericula ardua aggredienda & ſuſtinenda cum debitis circunſtantiis, aliter nõ: & audaciæ vitium verſatur circa eadẽ abſque debitis circunſtãtiis: ideo opponitur fortitudini, ſicut immoderatũ moderato per exceſſum audẽdi ſicut timiditas per exceſſum timendi & fugiendi ardua.

Tu tamẽ aduerte, quòd in ſcriptura ſacra vt in pluribus audacia ſumitur ꝓ fortitudine & in bonũ ac laudabiliter: vñ in ſecundo Paralipom. capite decimoſeptimo, dicit̃ de Rege Ioſaphat, ꝙ cùm ſumpſiſſet cor eius audaciam ꝓpter vias domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit. Et in libro Iudith, capite decimoſexto dicitur, ꝙ Perſæ horruerũt conſtantiam Iudith, & Medi audaciã eius. & in primo Machab. capite quarto, dicitur ꝙ Lyſias videns fugam ſuorum & Iudæorum audaciam: & quòd parati ſunt aut viuere aut mori fortiter, abijt Antiochiã. Audax aũt ꝓ maiori parte in ſcriptura ſacra ſonat vitium: vñ Eccleſiaſtici ca. 8. dicit̃: Cum audace nõ eas in via, ne fortè grauet mala ſua in te. Ipſe em̃ ſm voluntatem ſuam vadit, & ſimul cum ſtultitia ſua peribis. Et ibidem dr̃: Cum audace non eas in deſertum: q̃m quaſi nihil eſt ante eum ſanguis: & vbi non eſt adiutorium, elidet. & c. 22. Patrem & virum cõfudit audax. Et Petrus in epiſtola ſecunda c. 2. Nouit Deus audaces ſibi placentes, qui ſectas non metuũt introducere blaſphemantes. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Tractatus ſexti finis.

TRACTATVS SEPTIMVS SECVNDÆ partis Philoſophiæ Chriſtianæ, quinque complexus capitibus.

¶De temperantia diuina atque Chriſtiana, & vitijs ei oppoſitis.

SEptimo loco ſupeſt tractare de tẽperantia diuina atque Chriſtiana, ſed prius aduerte, ꝙ in ſcriptura ſacra, hęc virt' nõ eſt ſignata nomine tẽperantiæ. Hic em̃ terminus non eſt in vſu in ſacris eloquijs: ſed ſolũ apud Philoſophos, vt Apud Ariſtotelem, & Platonem, & Senecam, & Ciceronẽ & Macrobium, & Andronicum, & apud doctores ſacræ eccleſiæ. In ſacra autem ſcriptura intelligitur ſub nomine moderantiæ, vel modeſtię, & ideo de ea vt de moderatia ptractabimus in pñti tractatu quem diuidemus ī quinq; capita.

Temperãtia nomine non vtitur ſacra ſcriptura.

Primò, quot modis ſumi cõſueuit, vt ſcias q̃o eſt ſpãlis virtus diſtincta ab alijs moralib. & quomodo non.

Secundò, quid ſit ſecundũ vnumquenq; modum, & circa quid verſatur.

Tertiò, de vitijs ei oppoſitis.

Quartò, de partibus eius integralib. & ſubiectiuis & potentialibus.

Quintò, de vitijs oppoſitis partibus temperantiæ.

CAPVT I.

Quot modis ſumatur diuina ac Chriſtiana temperantia ſeu moderantia.

IN primo capite aſſignandi ſunt modi ipſius: & q̃m nõ intẽdimus repetere, q̃ de ea ptractauim' in tertio Ethicorum ad mentem Ari. ideo aduerte, ꝙ Ari. non ptractauit de ea niſi vt eſt virtus cõdiſtincta ꝺ alias, aſſignans circa q̃d verſat: q̃m circa vehementes cõcupiſcentias guſtus & tact', & qui ſint actus eius & ſui oppoſiti, & quo ſe habet ad timiditatẽ, & puerorũ vitia. Hæc oĩa videre poteris in Epitomatib. noſtris in tertio lib. Ethicorum tractatu tertio, qui eſt de tẽperantia. Plato aũt diſtinguit tẽperantiam impropriè & vniuerſaliter ſumptã: diffiniens q̃d vtraq; ſit, & circa quæ verſatur, & ad quot vniuerſaliter ſumpta applicatur. Declaratur inſuꝑ vñ ꝓuenit difficultas diffiniendi & acquirendi eam. Poſtremò defenſat ꝺ callidũ Sophiſtam, ꝙ ſit vera virtus ex natura ſua, & nõ ſolũ inuẽtu ac ęſtimatiõe humana, & hæc oĩa videre poteris in epitome Philoſophiæ moralis, quã fecimus ad mentem Platonis. Vide tractatum quintum, in parte tertia, vbi eſt de temperantia ſermo.

Nunc igitur intendimus de ea ꝓtractare ſub nomine moderantiæ ad mentem ſacrę ſcripturę ſanctorumq; doctorũ & in præſenti capite aſſignare modos, ſm quos ſumit̃ apud eos. Tu igitur aduerte, ꝙ moderantia duobus modis ſumit̃, ſ. vniuerſaliter, & ſpecificè: vniuerſaliter dicit temperiem, & frænationem, ſiue menſuram in omnib' cõcupiſcibilibus humanis, quæ apta ſunt vltra debitum rõnis commouere appetitum ad ſui deſiderium & ꝓſecutionem. Et in hoc ſenſu cadit moderantia & ſuum oppoſitũ in omnib. aĩæ virib', vt in vegetatiuis, ſenſitiuis, appetitiuis, motiuis ſm locũ, & intellectiuis. Conſtat em̃, ꝙ quis ſm ꝙ decet, & quadã mediocritate laudabili, & ẽt per oppoſitum poteſt ſe nutrire, & actui gñrationis vacare, vt lege diſpoſitũ eſt & ꝺ legem: primo modo moderatus erit ſecũdo modo immoderatus. Idẽ intellige in ſenſibus: videre enim & audire, & odorare, &c. poteſt & debet homo cum menſura & debitis circunſtãtijs: & quonim vt pluribus homines vtuntur ſenſibus abſque frẽno & menſura, ideo ſunt immoderati, & incircunciſi ſenſib. Idem intellige de potentia progreſſiua, de appetitu concupiſcibili, & iraſcibili, de intellectu, quo quis vult plus ſapere quàm oportet. Specificè ſumpta dicit̃ temperiem & menſuram circa delectabilia guſtus & tactus, quæ vehemen-

tia ſunt,& turpidinem ſecum deferunt,vt circa cibũ & potum & furioſam Venerem.Vñ ſicut fortitudo, vt eſt ſpecifica virtus,verſatur circa maxima pericula,quę ſunt pericula mortis:ſic moderãtia ſpecificè ſumpta verſatur circa maximè delectabilia ſecundũ corpus, quæ nobis & brutis communia ſunt.Vniuerſaliter ſumpta,nõ eſt ſpecifica virtus, ſed potius conditio requiſita in omni virtute.Stat enim virt⁹ vt virtus in mediocritate & menſura quadam, vt docuim⁹ in ſecundo Ethicorũ.Specificè verò ſumpta eſt virtus moralis diſtincta ab omnibus aliis,eò quòd verſatur circa particularé materiam regulandam, ſicut & fortitudo & iuſtitia &c. Oportet em̃ cõcupiſcentias guſtus & tactus regulare ſecũdum rectã rationem,aliter in his non differret homo à bruto:virtus autem circa huiuſmodi regulanda,cõmuni omniũ ſententia ponitur temperantia apud philoſophos,& moderantia apud ſacra eloquia.Hæc de primo cap.dicta ſint.

CAPVT II.

Quid ſit Chriſtiana moderantia, & quantæ excellentiæ cæteris virtutibus comparata.

IN ſecundo c.diffinienda eſt moderãtia, & hic tria agenda ſunt:primò,diffinietur vniuerſaliter ſumpta:ſecundò,ſpecificè ſumpta:tertiò,declarabitur cuius excellentiæ ſit cõparata aliis virtutibus præcedentibus, ſcilicet, prudentiæ, iuſtitiæ,& fortitudini.

Quantùm ad primum aduerte, q̃ Cicero & ſacri doctores,vt in pluribus diffiniunt ac pertractãt de moderãtia ſub titulo temperantiæ vniuerſaliter ſumptæ.Nã Cicero in Rhetorica ſic eam diffinit:Temperantia eſt animi firma & moderata dominatio ſuper libidines,atque alios non rectos animi impetus & motus. In primo autem de officiis inquit: Ad temperantiam pertinet perturbationum,quæ ſunt in animo,ſedatio,& rerum modus,non ſolùm in interioribus ſed exterioribus actibus ſeruandus.Conſtat autem ex his, q̃ diximus in precedenti cap. q̃ Ciceronis intentio verſatur circa moderantiam vniuerſaliter ſumptam: quoniam ſtatuit eam circa omnes animi impetus & motus inordinatos:pôt autem non ſolùm impetus & motus delectationis ſecundũ guſtũ & tactum,circa quem frænandum ponitur moderantia ſpecificè ſumpta, eſſe inordinatus:ſed & motus amoris, & deſiderij,& timoris,& audaciæ, & iræ: vt experimur in nobis:ergo Cicero diffinit ac pertractat de moderantia vniuerſaliter ſumpta.

Diuus quoque Aug.in lib.de moribus eccleſiæ pertractans de temperantia,intendit de ea vniuerſaliter ſumpta, inquit enim:Munus temperantiæ eſt in coërcendis ſedãdiſq́ue cupiditatibus, quibus vertimur in ea, q̃ nos auertunt à legibus Dei,à fructu bonitatis illius.Cuius officium eſt cõtemnere omnes corporales illecebras laudẽq́ue populare.

Diuus Ambroſius in libro de Virgi.de tẽperantia vniuerſali pertractat inquiens: Temperantia in nobis ſit omnium inordinatorũ motuum frænum vt furentis equi:& quidem q̃ diuus Augu.& Ambro.intendant de temperantia vniuerſaliter ſumpta,conſtat ex eo,q̃ non ſolùm inordinatę concupiſcentiæ guſtus & tactus auertũt nos à Dei legibus, ſed & inordinatæ delectationes aliorum ſenſuum,aliter non oraret Dauid in Pſalmo:Auerte oculos meos,ne videant vanitatem.& de auribus Eccleſiaſtici c.28.Sepi aures tuas ſpinis,& linguam nequam noli audire.& de ore, in eodem ca. Ori tuo facito oſtia & ſeras auribꝰ tuis.Cupiditates quoq; diuitiarum & mundanæ gloriæ plerũque deordinatæ ſunt: aliter non diceret Paulus primæ ad Timo.c.vltimo, Radix omnium malorum eſt cupiditas:vñ qui volunt diuites fieri, inquit ibidem Paulus,incidant in tentationem, & in laqueũ Diaboli,& deſideria multa & nociua:quę mergunt hominẽ in interitum & in damnationem. Patet ergo quid ſit moderantia vniuerſaliter ſumpta, & circa quæ verſatur & quomodo non eſt ſpecifica virtus:ſed circundat omnem virtutem ſicut & iuſtitia & fortitudo vniuerſaliter ſumptæ, vt docuimus ſuprà.

Quantum ad ſecundũ,vt ſcias quid ſit,& circa quæ ſpecificè ſumpta verſatur,& quomodo eſt ſpecifica virtus, aduerte quòd non eſt circa omnes delectatiões,ſed circa eas, quæ contra rationem rectam maximè commouent concupiſcibilem:ſicut fortitudo excitat iraſcibilem ſecundum rectam rationem & debitas circunſtantias ad aggrediendum & ſuſtinendum maximè ardua,quæ ſolent naturaliter incutere timorem,vt diſcrimina mortis:& vt ſic cõmuni omniũ ſententia ponitur ſpecifica virtus:quoniam,& ſi omnes cõcupiſcibilis paſsiones inſurgant contra rationem rectam, aliquę tñ vt concupiſcentia cibi & potus,& libidines Veneris,niſi forti rationis imperio cohibeantur, rationem adeò obumbrãt,q̃ videntur trãsferre hominem in brutum,& efficitur ſicut porcus & mulus, in quibus non eſt intellectus. Rationabiliter igitur ad moderandas hmõi acutiſſimas cõcupiſcentias ponitur ſpecifica virtus ſignata nomine moderantiæ:quam Ari.in tertio Ethicorum dixit eſſe medietatẽ, id eſt,mediocritatẽ circa delectationes tactus primò & per ſe:non autem circa delectationes aliarum virium animæ niſi per accidens:& tu horum declarationem vide in epitom. noſtris in 3.Ethicorum,tract.primo,ca.1.ne fiat inutilis repetitio.

Quantum verò ſpectat ad Chriſtianam doctrinam diffinienda eſt,vt diffinit Iſidorus in libr.Etymologiarũ:quæ diffinitio nec diſſentit ab ea,quam aſſignauim⁹ ad mentem Platonis ĩ diſpoſitione moralis philoſophiæ Platonicæ in trac. 6.parte tertia:vbi ſic eam diffinitam inuenies: Temperantia ſpecificè ſumpta eſt particularis virtus, q̃ circa cohibendas frænandaſq́ue vehementes gulę & Veneris libidines atque voluptates verſatur.Iſidori autem diffinitio hęc eſt:Temperantia eſt virtus,qua libido & concupiſcentia fręnantur:& tu p̃ libidinem,intellige luxuriam:& per concupiſcentiam, intellige gulam.Nam qui caſtè viuunt, aut Venerem ſm̃ legem matrimonij ſeruant debitis ac honeſtis circunſtantijs, temperati dicuntur iuxta doctrinam Pauli primę ad Theſſalo.ca.4.vbi inquit:Hęc eſt voluntas Dei,ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos ab omni fornicatione:vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũm vas ſuum poſſidere in ſanctificationem & honorẽ, non in paſſionem deſiderij,ſicut gentes quæ ignorant Deũ. At econtrà, q̃ qui impudica & inconceſſa Venere vtuntur, intemperati & obſcœni denominandi ſunt,iuxta Pauli doctrinam ad Roman.cap.1.vbi inquit:Propterea tradidit eos Deos in paſſiones ignominę:nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturalem vſum in eum vſum qui eſt ꝺ naturam. Similiter autem & maſculi,relicto naturali vſu fœminæ exarſerũt in deſiderijs ſuis in inuicem,maſculi in maſculos turpitudinem operantes:& mercedem,quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Præterea,qui ſobrio viuunt cibo & potu & ſalubri,& determinatis horis,certiſq́ue diebus,ſobrij ac tẽperati dicuntur iuxta Pauli doctrinam: qui ſcribens ad Timot.in prima epiſtola c.3.admonet epiſcopum,vt ſit ſobrius & mulieres vt ſint ſobrię ac pudicæ. At econtrà:crapulãtes & ebrioſos intemperatos dicimus ac ventri deditos,vt Paulus inquit ad Ro.c.16.Huiuſcemodi em̃ Chriſto domino nõ ſeruiunt,ſed ſuo ventri.Circa has igitur gulę & Veneris cõ cupiſcentias verſatur moderantia ſpecificè ſumpta: qm̃ ab ea tantum,& à ſuo oppoſito denominantur,ppriè moderati & immoderati.Nam licet ſm̃ intellectum contingat aliquẽ magis delectari quàm deceat in ſpeculatione alicuius obiecti,putà inutilis,aut vani,aut vilis:ſicut qui nimis intendũt in fictione fabularum vel figmentorum,vt poëtæ:& incumbentes rithmis:tñ hunc non dicimus immoderatum,ſed vanum vel curioſum.Moderantia em̃ ſpecificè ſumpta eſt circa delectabilia frænanda,quibus admixta eſt aliqua turpitudo.Delectationes aũt intellectus, licet poſſint eſſe vanę & curioſæ ex parte obiecti,non tamen turpes:ergo,&c. Præterea ſecundum delectabilia inordinata quo ad auditum & locutionem,non dicitur quis immoderatus,ſed garrulus & nugax:vt qui totam expendit diem in audiendis narrandiſque fabuloſis, & nouis falſis, vel ſaltem incertis. Præterea ſed inordinata delectabilia concernentia viſum,vt viſus,eſt niſi ex viſu moueatur concupiſcibilis ad turpia,non dicitur quis intemperatus,ſed potius curioſus,ſicut diximus de intellectu:vt qui inordinatè videt pulchra.Præterea,qui inordinatè delectatur odorabilibus,vt odorabilia ſunt, niſi cõmouẽat ad gulam aut Venerem reprehenſibiliter,non dicũtur intemperati,ſed appellari conſueuerunt ſenſuales. Qui autem inordinatè delectatur delectabilibus guſtu & tactu, ſimpliciter & abſolutè dicitur intemperatus ſiue immoderatus:quoniam in his communicat homo cum brutis. Non autem communicat in intellectu,nec auditu,vt reſpicit ſermonem, nec communicat locutione propriè dicta,quæ eſt cum intentione ſignificandi conceptum:& notitia ſignificati per terminum. Nec odoratu, vt apprehendit odorabile ſub ratione delectabilis.Bruta enim,vt docuim⁹ in libro de ſenſu & ſenſato,non curant de odore niſi in reſpectu ad cibũ.Communicat autem homo cum brutis in guſtu & tactu, ſecundum quòd guſtus & tactus ſunt.Vnde & bruta,ſi vigerent intellectu: & eorum concupiſcentia poſſet ratione

regulari

regulari,poneretur moderantia & eius oppositum.Verùm, quia in his inferioribus solus homo est rationis particeps, ideo in ipso solo regulantur cõcupiscibilia per temperantiã, & irregulantur per intemperantiã. Bruta verò à cõcupiscẽtiis suiis arcentur per hominẽ verberibus,aut vinculis, aut clausura:vñ Dauid in Psalmo innuens hanc inter nos differentiam & bruta,inquit:Intellectum tibi dabo & instruam te í via hac,qua gradieris:firmabo sup te oculos.Nolite fieri sicut equus & mulus,in quibus non est intellectus : In camo & fræno maxillas eorũ cõstringe , qui non approximãt ad te,quasi dicat:Tibi vt rationali creaturæ tribuã intellectũ & rationis iudicium,vt scias irrationales tuas concupiscentias moderare & frænare:super bruta autem te dominũ & rectorẽ constituam,vt ea vinculis cõpescas, quia nó approximant tibi secundum naturam , cùm sint irrationalia: ideo se ipsa regulare nesciunt,nec valent.Constat igitur qd sit,& circa quæ versatur :& quomodo est motus distincta moderantia specificè sumpta.

Temperãtiæ excellẽtia.

Quantùm ad tertiũ,s.cuius laudis atque excellentię sit comparata iustitiæ atque fortitudini , aduerte q ex parte obiecti est minoris excellentię:nam qualis est comparatio inter bonum vniuersale & particulare,talis est inter moderantiam , & iustitiam, atque fortitudinem quo ad excellentiã:sed iustitia,præcipuè distributiua,est circa bonũ reipubli.& fortitudo circa patriæ defensionem & conseruantiã diuini cultus ac sacræ fidei,vt suprà docuimus:quorum vtrunque est bonũ cõmune,ex consequenti diuinius atque excellentius.Moderantia autem est tantùm circa concupiscentias vniuscuiusque hominis temperandas , quod est bonũ particulare:ex cõsequenti minus excellens:ergo cõstat esse minoris excellentiæ quã iustitia & fortitudo. Vnde & Aristotel.dixit in primo Rhetoricæ,eas esse maximas virtutes,quæ aliis maximè sunt vtiles:& propterea iustos & fortes maximè honoramus.

Tu tamen aduerte,quòd etsi sit minoris excellentiæ quo ad obiectũ,tamen maioris est:prout est via ac method' ad excellentissimos habitus,quos teste diuina scriptura , diuina bonitas nobis infundit:vt patet infrà.

Ioseph propter tẽperantiam diuinam sortitus est sapiẽtiam,& effectus est Aegypti Saluator:Genesis capite 41.

Moses temperantia sua per quadraginta dies ascendit & stetit in monte Sina loquens cũ Deo excelso,Prophetiæ donum recipiens,& sacratissimam legem:Exodi capite 19.

Helias abstinentia sua,Dei Propheta effectus est,& in cęlum per turbinẽ leuatus:in quarto Regum capite secundo.

Heliseus tẽperantia sua, pphetia & miraculis maximis claruit,vt legimus penè per totum librum quartum Regũ.

Iudith sobrietate sua seruata est de manu Holophernis, & tandem prævaluit occidẽs eum,ac liberans populũ suũ: Iudith per totum.

Esther abstinentia & ieiunio exaudita est à domino,liberauitque gentem suam à morte instituta sibi per Aman, Esther capite quarto.

Daniel Azarias,Ananias,Misael tẽperantia cibi & pot' & castitate,receperunt à domino scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia:Daniel autem in specie intelligẽtiam omnium visionum atque somniorum : Danielis cap.1.

Ioannes domini præcursor temperantia, qua in deserto vixit (nam vt scribit Matthęus cap.3.esca eius erat locustæ & mel syluestre)promeruit esse propheta.& domini Baptista [Matthęi cap.3.]

Seruator noster exemplo docturus temperantiam duct' in desertum quadraginta diebus & noctibus ieiunauit:Matthęi cap.4.

Paulus in omni doctrina sua moderantiã sibi & potus & castitatẽ in seipso seruauit aliosque indefessè docuit & hortatus est,detestans semper oppositum. Vnde in prima ad Cor.cap.9.inquit:Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo.Per corpus intendit,carnis concupiscentias.Castigare est secundũ rectã rationem temperare:& ad Rom. ca. 13. inquit:Sicut in die honestè ambulemus,nõ in comessationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitiis, nó in contentione & æmulatione:sed induimini dominum Iesum Christum,& carnis curam ne feceritis in desideriis.

Timotheũ & Titum,vt patet in epistolis suis,sobrios & castos hortatur viuere.

Petrus in epistola prima cap.4.non aliud scutum' proponit fidelibus contra dæmonem,nisi sobrietatẽ cum fide , inquit enim:Sobrij estote,& vigilate,&c.

Seruator noster Lucæ cap. vigesimoprimo, inter cętera admonet discipulos de tẽperantia,dicens:Attendite vobis, ne fortè grauẽtur corda vestra crapula,& ebrietate,& curis huius vitę.

Constat igitur cuius excellentiæ sit cõparata præcedentib' virtutibus moralibus,& prout est via ac dispositio ad diuinos habitus Dei bonitate homini infusos.Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

De vitijs,quæ Christianæ moderantiæ aduersantur,insensibilitate scilicet, & immoderantia.

IN capite tertio agendum est de vitiis oppositis moderãtię:sunt autem duo,vnum secundum defectum,& appellari consueuit insensibilitas.Alterum per excessum,& dicitur immoderantia.Primò,igitur agendũ est de insensibilitate.Secũdò,de immoderantia.De insensibilitate duo agẽda sunt:primò,quid sit:secundò,quando est vitium & quãdo non secundum diuinam ac Christianam legem.

Quantùm ad primum aduerte,q sicut temperat' est ille, qui vtitur delectabilibus gustus & tactus,prout recta ratio dictat,& lex ipsa disponit , & non aliter : ex consequenti tenet medium virtutis:sic insensibilis est ille,qui absque ratione recta,sed ductus aut incuria,aut imaginatione falsa, aut dementia,aut indispositiõe organi,sensus,gustus & tactus,nullo vtitur delectabili:sicut qui non curat quo cibo nutriatur condito vel non condito,calido vel frigido,odo, rifero vel non.Isti dicuntur apud Aristotelem agrestes,qua si extra humanitatem constituti.Inter hos computati sunt Diogenes Cinicus,& Xenocrates:Verùm quia paucissimi inter homines inueniuntur tales.eò q delectatio est propriũ animalium:ideo si qui huiusmodi reperiuntur, censentur vt monstra, nec propter hanc insensibilitatem digni sunt homines nominari,sed vt viles despiciendi sunt.Insensibilitas igit est vitiũ,quo qs refugit & se priuat omni delectabili secundum gustum & tactum absque dictamine ratiõis rectæ:& contra dispositionem iustę legis.Lex ẽm iusta disponit,& recta ratio dictat:q quilibet moderatè se nutriat, saporoso & salubri cibo & potu,ad sui cõseruationẽ: & q absque ratione mouente oppositũ agit,reprehensibilis est, eo q contra naturæ inclinationem agit.Vnde in Ecclesiastes ca. 6.sic legimus: Vade ergo & comede in lætitia panẽ tuum,& bibe cum gaudio vinum tuum:qa Deo placẽt opera tua:omni tempore sint vestimenta tua candida , & oleũ de capite tuo non deficiat:perfruere vita cum vxore,quam diligis cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ:q dati tibi sunt sub sole omni tempore vanitatis tuæ.Hęc est enim pars in vita,& in labore tuo, quo laboras sub sole. Constat igitur quid sit insensibilitas vt opponitur moderantię.

Quantum ad secundũ aduerte, quòd fugere delectabilia gustus & tactus cum debitis circunstantiis absque rationabili causa vitium & peccatum est:quoniam id fit contra conseruationem naturæ:sicut qui data opera nolunt comedere conuenientia sibi & in mensura debita, vt infirmentur,vel vt humanam sibi quærant laudem : quales sunt hypocritæ,quos Seruator reprobat Matthæi capite 6.dicens: Cùm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes,&c.Vel pter superstitionẽ sicut illi de qbus loquitur Paulus primę ad Timo.cap.4.vbi inquit. Abstinentes à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cũ gratiarum actione fidelibus, & his,q cognouerunt veritatem:quia omnis creatura bona est,& nihil reiiciendum , quod cum gratiarum actione suscipitur:sanctificatur ẽm per verbum Dei & orationem: fugere autem & nolle vti quibusdam delectabilibus gust', dummodo satisfiat necessitati naturę propter rationabilẽ causam,non est attribuendũ vitio insensibilitatis,sed potiꝰ virtuti temperantię:causa autẽ rationabilis potest esse sex modis:Sanitas corporis,Officium,Salus animę,Eleuatio affectus ad diuina,Speculatio,Exemplum.

Sanitate quidem corporis aut recuperanda aut conseruanda:oportet enim iuxta complexionẽ & ætatem & regionem à nonnullis etiã cum debita mẽsura abstinere cibis iuxta prudentis medici dispositionẽ.& oppositũ agere,est intemperantię vitium,& cõtra legem:præcipitur enim Ecclesiastici cap.38.Da locum medico : etenim illum dominus creauit: & nó discedat à te,qa opera ei' sunt necessaria.Est ẽm tempus,quando in manibus illorum incurras.Prętereà, non solùm diuina lege,sed dictante ratione pter salutem corporis multi sunt delectabiles fugiendi cibi , etiam cum moderata quantitate.Vnde in Platonis vita legimus, q in

Academia loco ſalubri quartana diu laborauit febre à qua ſola abſtinẽtia delectabiliũ & inſalubriũ ciborũ cõualuit.

Officio ſiue exercitio: ſunt enim officia quædã, in quib' exequẽdis oportet à multis cibis oĩno abſtinere, vt Athletę & Curſores ab omni ventoſo & grauis digeſtionis cibo ne ceſſariò abſtinent: aliter nec victoriam conſequuntur, nec corporis ſalutem ſeruãt. Vnde Paulus huius abſtinentię memor inquit primæ ad Cor. cap. 9. Omnis qui in agone cõtendit, ab omnibus, ſcilicet cibis ipſum grauare valentibus abſtinet, vt corruptibilem coronam accipiat.

Salute animæ: vt pœnitentes peccatorum, dum ieiunant à ſubſtantificis cibis, quales ſunt carnes & oua, ſe abſtinent oĩno, & à quocunque alio cibo, præterquàm ſemel & moderatè in die, ne inedia aut deficiant aut infirmentur. Oportet em̃ ieiuniũ eſſe corporis afflictiuum: vt homo corde cõtritus, mente eleuatus, Deum ſibi propitium faciat. Nõ ſtat autem corporis afflictio cum deliciis & ſaturitate epularũ. Quapropter ſic abſtinere, non eſt inſenſibilitatis vitiũ, ſed moderantiæ virtus.

Eleuatione affectus ad diuina: quoniam multiplicitas & ſaturitas delectabilium ciborum aggrauat animam: & ſenſum deprimit. Vnde qui Anacoreticam vitam ducere cõtendunt in primis ſtudent, ne gaſtrimargiæ vitiũ incurrant: experientia ipſum edocti, quòd ſi gulæ & ventri ſeruirent, iã non eorum cogitatus & cõuerſatio in cælis eſſet, ſed in limo ꝓfundi, vt turpiſsimi ſues. Hinc legim' ſanctos ꝓphetas ſolitariè viuentes, primos religionũ autores, in ieiunio, in multorum ac delectabilium ciborũ priuatione regulare inſtituiſſe obſeruãtiam, vt religioſa mens à carnalibus affectibus libera, cæleſtia & diuina peteret ardentius. Legimus & in collationibus patrum, veriſsimam eorum & probatiſsimam eſſe ſententiã, ieiuniorũ & abſtinentiæ modum, in mẽſura parcitatis tantũ & caſtigatione conſiſtere, & hunc eſſe perfectæ virtutis terminum, vt ab eſcis ſolùm cauſa ſuſtentandi corporis ſumendis: adhuc in eorũ appetitu poſiti nos temperemus. Inquit enim Paulus: Carnis curam ne feceritis in deſideriis. Vbi non curam carnis interdixit, ſed voluptuoſam eius diligentiam, ne corruptum noſtro vitio corp' ſpirituales operationes implere nõ poſsit. Integritas nanq; & eleuatio mentis ventri cohæret & inediæ, modò naturæ ſatisfiat indigentiæ.

Speculatione: quoniã cùm pro hoc vitæ ſtatu anima nihil ſine phantaſmate intelligat, præcauere oportet ſpeculatorem rerum altiſsimarum à cibis vaporatiuis & ſtomachũ grauantibus, & ex quibus craſsi generantur ſpiritus. Hæc enim ſenſus interiores, qui ſpeculationi maximè deſeruiunt obnubilant, & phantaſmatum ordinem ac deputationem impediunt: ſuper omnia vinum immoderatè ſumptum, ſapientiæ ſtudio aduerſatur. Vnde Salomon Eccleſiaſtes cap. 2. inquit: Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum transferrem ad ſapientiam, & deuitarem ſtultitiam. & Eccleſiaſtici cap. 9. Quàm ſufficiens eſt viro erudito vinum exiguum.

Exemplo: nam diuina ac Chriſtiana lege à proximi ſcandalo præcauendũ eſt: ſi igitur quis vtens aliquo cibo ex ſui natura bono & licito proximum ſcandalizat: talem cibum fugere non erit inſenſibilitatis vitium, ſed moderantiæ virtus. Sic em̃ nos docuit Paulus primæ ad Corint. capite octauo, vbi inquit: Videte ne fortè hæc licentia veſtra, ſcilicet, comedendi, offendiculũ fiat infirmis. (& infrà) quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Conſtat igitur quot modis cõtingit fugere delectabilia ſecundum guſtum & tactum, & non committitur inſenſibilitatis vitium: ſed moderantiæ virtus perfectiori modo ſeruatur.

De intemperantia duo videnda ſunt: primò, quid ſit: ſecũdò, quale vitium ſit.

Quantum ad primũ aduerte, cùm intemperantia opponatur temperantiæ per exceſſum, ſicut inſenſibilitas per defectum, quod eſt vitium, quo exceſsiuè & ſuperfluè quis ſequitur concupiſcentias guſtus & tactus potius procuratas humano inuentu, quàm naturali.

Primò dicitur, quo exceſsiuè, &c. Nam intemperat' eſt, qui abſque debita menſura & modo honeſto omnes concupiſcẽtias guſtus & tactus inſequitur, & à nullis ſe abſtinet, etiã quòd ſint lege prohibitæ: ſed veluti beſtia tẽdit in eas.

Secundò dicitur, potius procuratas, &c. quoniam ſi quis delectatur dum bibit & comedit, id quidem naturale eſt: ingeniauit enim naturæ autor in comeſtione ſolatiũ: vt ea libentius vtamur ad noſtri conſeruationem. Quod autem naturale eſt, vt ſic vitioſum nõ eſt. Efficitur autẽ vitioſum ex modo, id eſt, ꝓpter exceſſum & qualitatẽ cibi & potus: ſi quis autẽ vtatur cibis nõ neceſſariis vitæ, aut lautè præparatis poti' ad incitamenta gulæ & Veneris, quàm ad cõſeruationem vitæ, circa huiuſmodi voluptates adinuentas, eſt maximè intemperatus: Vnde Seruator Lucæ capite 16. non arguit diuitem de intemperantia quòd comedebat, ſed ꝙ epulabat quotidie ſplendidè: ſimiliter ꝙ ſequitur voluptates nõ humanas, ſed poti' beſtiales & ferinas, ſupremo modo intemperatus eſt: vt qui delectatur eſu carnis humanæ, aut concupiſcẽtia nefandæ Veneris contra naturã ſeipſum deturpans in maſculis aut brutis, aut innaturali fœmineo concubitu. Patet igitur quid ſit intemperantia

Intemperãcia meliguitas.

Quantum ad ſm aduerte quod intemperantię vitio tres attribuuntur conditiones malæ, ex quibus qualificatur, & eius grauitas tibi manifeſtabitur.

Primò, eſt vitium puerile.

Secundò, eſt maximè exprobrabile.

Tertiò, eſt & fuit ab initio ſeculi origo & cauſa grauiſsimorum malorum vt tibi declarabitur ex ſcriptura ſacra.

Primò eſt puerile vitium: qđ intellige per ſimilitudinẽ: qm̃ tria inueniuntur in puero, ſi permittatur abſque diſciplina & caſtigatione viuere: primò inclinatur & ſequitur turpia, qualis eſt comeſtio abſq; decore: & inhoneſtas corporis quo ad nuditatẽ verecundam, & laſciuia in pudendis, cuius ratio eſt, ꝙ puer non operatur iudicio rationis, quę nondũ in eo viget: ſed mouetur imaginatiua & appetitu ſenſitiuo vt beſtia: ideo non operatur, nec viuit debitis circunſtatiis. Vnde neceſſe eſt loco rationis adhibere ſibi pædagogos & directores, qui eum à prædictis reuocent, & inſtruant in oppoſitum, aliquando minis aliquando verberibus. Hac de cauſa inquit Salomon Eccleſiaſtici capite trigeſimo, Equus indomitus euadet durus, filius remiſſus, id eſt, in ſua libertate dimiſſus euadet præceps. Lacta filiũ tuum, & pauentem te faciet: lactare eſt delitioſè & molliter enutrire, Lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas ei, ne cõdoleas: & in nouiſsimo obſtupeſcent dentes tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute ſua, ſed tunde latera eius, dum infans eſt, ne fortè induret, & non credet tibi, & erit tibi dolor animę: doce filium tuum, & operare in illo, nec in turpitudinem illius offendas.

Secundò, ſi puer ſuæ voluntati relinquatur adeò creſcit in ea, ꝙ vt ſtultus ſine lege ac reſpectu viueret. Inquit em̃ Salomon Prouerbiorum capite 12. Colligata, id eſt, cõgenita eſt ſtultitia in corde pueri, & virga diſciplinę fugabit eã: quaſi dicat, niſi per diſciplinã cohibeatur, ſemper creſcet, & firmabitur in ea.

Tertiò, puer non reuocatur ad honeſta & ꝓbos mores blanditiis aut ſimplici adhortatione, ſed aſperis ꝓ tempore adhibitis remediis, qualia ſunt verbera & minæ, & clauſura, & alia. In primis tamẽ adhibenda ſunt leuiora, quales ſunt benignæ ac paternæ admonitiones: quę ſi non proderunt, ad duriora procedes iuxta Salomonis doctrinam Prouerbiorum capite vigeſimotertio, vbi & benigna & duriora docuit remedia. Quo ad benigna ſic inquit vt pater: Fili mi, ſi ſapiẽs fuerit anim' tuus, gaudebit tecũ cor meũ: & exultabunt renes mei: cùm locuta fuerint recta labia tua. Non æmuletur cor tuum peccatores: ſed in timore domini eſto tota die: quia habebis ſpem in nouiſsimo, & præſtolatio tua nõ auferatur. Audi fili mi & eſto ſapiẽs: & dirige in via animum tuum. Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. Audi patrem tuum, qui genuit te: & ne contemnas, cùm ſenuerit mater tua. Veritatẽ eme, & noli vendere ſapientiam & doctrinã & intelligentiam. Gaudet pater iuſti ꝙ ſapientẽ genuit lætabitur in illo: gaudeat pater tuus & mater tua: & exultet ꝙ te genuit: præbe, fili mi cor tuum mihi & oculi tui vias meas cuſtodiant.

Hęc eſt paterna adhortatio Salomonis ad puerum: quę ſi non proderit, conſulit patrem vt ad duriora procedat in quiens in eodem cap. Noli ſubtrahere à puero diſciplinã. Si enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.

In his tribus intemperantiæ vitium aſsimilatur puero: ideo non immeritò nuncupari conſueuit puerile vitium.

In temperãtia vitium puero aſſimilatur.

Primò quidem inclinat hominem ad turpia: nã turpe in opere eſt, quòd opponitur pulchro atque decoro. Pulchrũ verò & decorũ in opere eſt, quod eſt hominis excellentiæ cõſentaneũ, ſecũdũ illud, in quo natura ei' ab aliis differt.

Differt

Differt autem homo ab aliis ratione. Illud ergo opus, quod fit ſm rationem eſt decorum & pulchrum: quod autem, contra rationem fit, & maximè in eo, in quo communicat homo cum bruto, quale eſt delectabile ſecundum guſtum & tactū turpe atque verecundum eſt. Conſtat autem quòd intemperantiæ vitium inclinat hominem ad opera contra rationem in illis delectabilibus, quæ ſibi & brutis communia ſunt: ergo, vt inquit Diuus Ambroſius in libro de Officiis, ſicut in temperantia maximè honeſti cura & decoris conſideratur & quæritur: ſic in intéperantia inhoneſtū atque indecorum.

Secundò creſcit ſine termino, ſi ſibi relinquatur intéperatus. Nā ſicut non ſatiatur auarus pecunia, ſic nec guloſus, nec luxurioſus voluptatibus ſuis obſcœnis. Inſuper intéperantię vitium in neceſſitatem trāſit. Vnde diuus Aug. in 7. li. confeſſionum inquit: Dum ſeruitur libidini, facta eſt cōſuetudo: & dum conſuetudini nō reſiſtitur, facta eſt neceſſitas.

Tertiò intéperantiæ vitio non reſiſtitur, nec ad temperātiā homo reducitur, niſi forti remedio in oppoſitum. Quòd quidem remedium eſt otium vitare, à delectabilibus allicié tibus ſe elongare. Mentis affectum ad ſpeculabilia atque ſuperiora dirigere. Vnde inquit diuus Auguſtinus in ſeptimo Muſicæ: Mente in ſpiritualia ſuſpenſa, atque ibi fixa manente, Cōſuetudinis carnalis cōcupiſcētiæ frāgitur impetus, & paulatim repreſſus extinguitur. Maior enim erat, cū ſequeremur. Non oīno nullus, ſed certè minor, cùm refrænamus. Conſtat ergo propter quas omnino vitandas conditiones intemperantiæ vitium, puerile nuncupatur.

Secūdò eſt maximè exprobrabile, licet non maximè graue. Pro cuius euidentia aduerte, q̄ ab alio ſumitur graduatio grauitatis in vitio, & ab alio graduatio exprobratiōis. Nā prima ſumitur ab offenſa eī⁹, in quē peccatur. Vnde grauiſſima peccata ſunt, idololatria, hēſis, blaſphemia: quæ ſunt cōtra Deū: inter humana autē grauiſſima ſunt, homicidiū, proditio patriæ. Inter homicidia dantur gradus grauitatis ſm excellentiam & proximitatem perſonarum: vt homicidium iuſti principis, homicidium conſanguinei, & grauiſſimum eſt in patrem & matrem. Secunda autē ſumitur ex indecentia peccantis & ex infamia. Vnde quę magis dedecēt hominem, vt homo eſt, ipſumq́; magis infamēt & contēptibilem reddunt, etiā q̄ eſſent minoris offenſæ, magis exprobrabilia ſunt, ex his declaratur vitium intemperātiæ vt gulam & inconceſſam Venerem, eſſe magis exprobrabile non tſ maioris grauitatis. Primum ſic patet: vitium intemperantię reddit hominem infamem & turpem ex duobus. Primò, quoniam eſt circa delectabilia communia nobis & brutis: in quibus homo ſupra bruta nullam habet excellentiā: imò qui ſectatur ea, exiſtimatur & nominatur brutum: vt guloſum, dicimus porcum: luxurioſum, equum & aſinum. Secundò, quoniam obumbrant lumen rationis, & efficiunt hominē veluti ebrium & cęcum. In lumine autem rōnis ſtat hominis claritas & pulchritudo: & in oppoſito hominis confuſo & turpitudo: ideo meritiſſimè intemperantiæ vitium diffamat & deturpat hominem: ex conſequenti eſt maximè exprobrabile. Hinc aduerte nobilium & potentum huius ſeculi cæcitatem qui ſeipſos magnificant, & ab adulatoribus extolluntur: non q̄ iuſtè ſibi commiſſos regant & ſeruent, q̄ bonum publicum & legum obſeruantiam manu teneant, q̄ moraliter bene viuant: ſed quoniam epulis, & ebrietatibus, & luxuriis profanis vacant: quitamen pro veritate non ſeipſos in his dignificāt, ſed abominabiles & viles redduntur: aſſimilantes ſe brutis: vnde inquit Dauid in Pſalmo: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt. & diuus Hieronymus: Qui poſt carnem ambulant, in ventrem & libidinem proni quaſi iumenta computantur. Conſtat igitur propter quid intemperantiæ vitium reddit hominem infamem & maximè reprehenſibilem: & confirmatur ex eo, q̄ in ſcriptura ſacra Salomoni maximè exprobratur propter intemperantiam circa mulieres: vnde in Eccleſiaſtico capite quadrageſimoſeptimo ſic legimus: Et inclinaſti tu, ſcilicet Salomon femora tua mulieribus. Poteſtatem habuiſti in corpore tuo. Dediſti maculam in gloria tua: & profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos: & in cæteris ſtultitiam tuam.

Quòd autem non ſit maioris grauitatis inter omnia vitia patet ex prædictis: quoniam intemperatus directè ſolùm ſe ipſum offendit aut in re, aut in perſona, aut in vtroq;: quādo, ſcilicet res ſuas conſumit, & ſe infirmitati aut morti p̄pter intemperantiam ſupponit: per alia autē vitia Deus aut proximus directè offenditur: vt Deus per idololatriam & blaſphemiam: & proximus per homicidiū aut rapinam, &c.

Vnde Diuus Gregorius in moralibus rectè dixit: Vitia carnalia, quæ ſunt intemperantię vitia, licet ſint minoris culpę ſunt tamen minoris infamiæ.

Tertiò, licet in ſe & ex ſui natura nō ſit maioris culpę: tñ eſt & fuit ab initio origo & occaſio maximorum malorū: vt tibi declarabitur ex ſcriptura ſacra. Pro cui⁹ notitia aduerte, quòd ſæpe contingit grauiſsimum malum occaſionari à paruo, ſicut docuimus in Politicis, quòd ſeditiones incipiunt à paruis, & terminantur ad maxima mala: qualia ſunt homicidia, bella, deprædationes: ſicut habemus in libro Iudicum capite decimonono, q̄ p̄pter abuſum vnius cōcubinæ, quaſi ex toto tribus Beniamin exterminata fuit: & ſæpenumerò ex ſimplici cōuitio inteſtinū oritur bellū: ſic in p̄poſito licet intemperantię vitium, ſub quo continē tur gaſtrimargia, id eſt, gulę vitium & luxuria, non ſit grauiſsimum in ſe: ab eo tamen occaſionata ſunt grauiſsima ſcelera, vt patet infrà.

Primi perētes humani generis p̄pter intéparantiā exules facti ſunt à paradiſo, mortem incurrerunt, totūq; genus noſtrum infinitis miſeriis ſuppoſuerunt, Geneſ. cap. 3.

Sichem filius Emor Euęi princeps p̄pter intéperantiam luxuriæ, qua Dinam filiam Iacob oppreſsit, interfectus eſt ipſe & totus ciuitatis populus à filiis Iacob, Geneſ. cap. 14.

Eſau propter gulæ intemperantiā vendidit primogenita ſua Iacob ſub iuramento, ſéque & benedictione & hæreditate paterna & primogenituræ excellentia expoliauit, atque Iacob ſeruituti occaſionaliter ſe viliſsimè ſuppoſuit: vt legimus Geneſis cap. 25. & 27.

Vxor Phutifaris Eunuchi principis exercitus Pharaonis propter luxurię intéperantiam, Ioſeph falſo accuſauit, poſituſque fuit in carcere, à quo non niſi Dei maximi auxilio infundentis ſapientiam in Ioſeph liberatus eſt: Gene. c. 39. & 40.

Hebræi egreſsi de Aegypto pluries prouocarūt Dei irā ſupra ſe ex intemperantia & inordinatiſsima cōcupiſcentia. Vnde percuſsi ſunt ſæuiſsimis plagis, & præcipuè quādo petierunt carnes à Moſe, nauſeantes ſup̄ manna: & nutriti ac repleti coturnicibus percuſsi ſunt à domino plaga magna nimis: & vocatus eſt nomen loci illius, ſepulcra cōcupiſcentiæ: qm̄ ibi ſepultus eſt populus, qui carnes concupierat. Num. cap. 11.

Dauid ex intemperantia adulterium cum Bethſabee, & homicidium Vriæ viri Bethſabee commiſit: p̄pter qđ perſecutiones multas pertulit. In 2. Reg. cap. 11.

Amon filius primogenitus Dauid ex intemperantia, nefariè oppreſsit Thamar ſororem ſuam propter qđ Abſalon frater vterinus Thamar, interfecit Amon: in 2. Reg. cap. 13.

Adonias filius Dauid & frater Salomonis ex intemperātia ſua, qua concupiuit Abiſac Sunamitē interfectus eſt iuſſu Salomonis: in 3. Reg. cap. 2.

Salomon cùm iā eſſet ſenex intemperatiſsimúſque adamauit mulieres alienigenas, quæ ipſum idololatrare fecerūt: p̄pter qđ iratus dominus ſcidit regnū Iſraël: & tātùm tribus Iuda relicta eſt Roboam Salomonis filio: & hinc ortum eſt inteſtinum bellum inter tribū Iuda, & reliquas decem tribus: in 3. Reg. cap. 11.

Holophernes ex concupiſcentia ſua & ebrietate ſopora tus, occiſus eſt à Iudith: in libro Iudith, cap. 14.

Diues ex intemperantia, qua epulabatur quotidie ſplendidè, ſepultus eſt inferno: Lucæ cap. 16.

Filius p̄digus ex intemperantia conſumpſit oīa ſua viuens luxuriosè, deinde egeſtate preſſus comedit ſiliquas porcorum, velut porcus effectus: Lucæ cap. 15.

Ex his igitur tibi conſtat quot malorū ſemper fuit, & eſt intemperantiæ vitium. Vnde non immeritò Paulus in omni doctrina ſua docuit & ſuaſit hoc vitium vitandum ſectandamque modeſtiam: vt ad Coloſſenſes cap. 3. inquit: Induite ergo vos ſicut electi Dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam: per modeſtiam intendit temperantiam. Hæc de vitiis temperātiæ oppoſitis dicta ſint: & hîc terminatur caput tertium.

CAPVT IIII.

De Chriſtiana ac Diuina Temperantia variis partibus.

VN capite quarto agendum eſt de partibus tēperantiæ integralibus, & ſubiectiuis & potentialibus. Integrales q̄dē ſunt, quę diſponunt nos & quodammodo cōſeruant in temperantia: & duæ ſunt, ſcilicet, Verecundia, Honeſtas.

Subiectiuæ ſunt, in quas diuiditur temperantia, vt gen⁹ in ſpecies, & quatuor ſunt.

Abſtinen

Abſtinentia, Sobrietas, Caſtitas, Pudicitia.

Potentiales ſunt, quæ aſsimilantur tẽperantiæ in eò, q̃ frænant & temperant materias, circa quas ſunt ſicut temperantia frænat delectationes guſtus & tact⁹ difficiliores ad frænandum quàm materia, circa quam aliæ ponuntur virtutes, vt partes potentiales temperantiæ: ſunt autem ſex,

Continentia, Humilitas, Manſuetudo.

Iſtę tres frænant & temperant motus animi interiores, vt declarabimus.

Modeſtia, cuius partes ſunt, ordinatio, ornatus, grauitas, vt declarabitur infrà. Hæc ponitur circa actus & geſtus exteriores corporales moderandos.

Parcitas ſiue p̃ ſe ſufficiẽtia. Moderatio ſiue ſimplicitas.

Iſtæ duæ ponuntur circa res exteriores moderandas: ne quæramus quid nimis: neque quid minus, vt declarabimus.

Temperantiam conſeruant & integrant verecundia & honeſtas.

Sufficientiæ ratio duarum partiũ integraliũ ſtat in hoc. Duæ conditiones laudabiles appropriantur tẽperato, ſicut duæ oppoſitæ intemperato. Prima eſt, quòd temperatus naturaliter refugit & vitat turpia: & in hoc diſponitur ad tẽperantiã ac adiuuatur & perſeuerat per verecũdiam: q̃m, vt dicemus, verecundia eſt timor de turpi actu, aut dicto, aut geſtu: quæ autem timemus, naturaliter fugim⁹: & per oppoſitum intemperatus tendit in turpia, & diſponitur ac adiuuatur per inuerecundiã ſiue inerubeſcentiam, ſiue impudẽtiam, vt dicemus infrà: ſecunda eſt, q̃ tẽperatus tam in dictis quàm in geſtu & in actis quendã diligit decorẽ & pulchritudinẽ. Vñ diuus Ambroſius de in lib de Officiis inquit: In tẽperantia honeſti cura, & decoris conſideratio quęrit, & ad hoc diſponitur, ac perficitur per honeſtatẽ. Eſt em̃ honeſtas pulchritudinis ac decoris in rebus humanis obſeruãtia, & per oppoſitũ intẽperatus diligit in omnib. turpitudinẽ ac deformitatem: & ad hoc tendit per inhoneſtatem, & dictis, & actis, & geſtis: & ideo ſe maximè exprobrabilem reddit. Conſtat igitur quàm rationabiliter verecundia & honeſtas integrant temperantiam.

Temperãtia diuiditur in quatuor partes.

Ratio ſufficientiæ quatuor partium ſubiectiuarũ ſtat in hoc. Temperantia eſt circa delectabilia guſtus & tactus moderanda. Hæc autem in duo diuiduntur genera, ſcilicet in delectabilia ordinata ad conſeruationẽ indiuidui, quales ſunt cibi & pot⁹, & ordinata ad generationẽ p̃ cõſeruãda ſpecie, quales ſunt voluptates Veneris. Circa prima moderãda quo ad cibos datur abſtinentia, per quã ſignatur decens & moderata cibi ſumptio cum omnibus debitis circunſtãtiis: quo ad potum datur ſobrietas, per quam ſignatur cõuenientis potus & maximè vini moderata ſuſceptio: circa ſecũda dantur duæ, ſ. pudicitia & caſtitas: pudicitia quidem circa præuia & ad generationis actũ diſponẽtia: quales sũt tactus, amplexus, & oſcula: poſſunt enim honeſtè & inhoneſtè fieri: ideo vt quadã decentia ac honeſtate fiant, datur pudicitia frænãs huiuſmodi laſciua ac impudica. Caſtitas aũt circa Veneris actum regulandum: qui quidem quot modis regulandus ſit, dicemus infrà, cùm loquemur de ſpecieb. caſtitatis ad mentem Chriſtianæ legis: quæ omnem veneris in honeſtatem excludit. Conſtat igitur quare quatuor aſsignãtur partes ſubiectiuæ in temperantia.

Temperantia ſex ſunt potentiales partes.

Ratio ſufficientiæ ſex partium potẽtialiũ tẽperantię ſumitur hinc. Partes potẽtiales tẽperantiæ ſunt illæ virtutes, quę ita frænant obiecta, circa quæ verſantur, ſicut, ſicut tẽperantia frænat obiectũ ſuũ, ſ. delectabile ſecundum guſtũ & tactum. Obiecta autem frænanda ſunt in triplici differẽtia: quędã ſunt intrinſeca nobis, vt motus appetitus: quædã extrinſeca, & diuiduntur in duo: quoniam quędam ſunt, vt dicta, & actus, & geſtus corporis: quędam ſunt ipſæ res quibus vtimur ad conſeruationem noſtri, vt habitatio, veſtitus facultas temporalis, tam in re quàm in pecunia.

Inter oẽs motus appetitus tres præcipuè ſunt regulandi, quando inſurgunt: quoniam impetuoſi ſunt: & niſi frænẽtur, deducunt homines in præceps. Primus eſt motus cõcupiſcentiæ circa guſtabilia & venerea: & hic licet principaliter & perfectè frænandus ſit temperãtia; tñ ſecundariò frænandus eſt quodã medio, quod ad temperantiã comparatur, vt imperfectum ad perfectum: & dicitur continẽtia, qua ſignatur quòd licet homo graues & acutas patiatur cõcupiſcentias gulæ & Veneris, tamen rationẽ non ſuperant. Quomodo autem differant & conueniant cõtinentia & tẽperantia, ad plenum reſoluimus in Epitome ſuper Ethicen. Vide in libro ſeptimo, tractatu primo, cap. 7. & 8.

Secundus motus appetitus frænandus eſt: mot⁹ audacię quę licet principaliter frænetur per fortitudinem in periculis mortis, tñ ſecundariò & in minus arduis quàm ſint crimina mortis frenanda eſt alio habitu, quem dicimus eſſe humilitatem, qua frenatur animus, ne immoderatè tendat ad alta, vt declarabimus infrà.

Tertius motus appetitus frenandus, eſt motus irę, quę cùm ſit impetuoſa impellit hominem ad nocumentum ſiue ad vindictam contra proximum: & hæc quidem frænatur manſuetudine, ſiue clementia, quę retrahit animũ à vindicta & nocumẽto inferendo. Patet igitur ratio, quare aſsignãtur tres habitus moderatiui triũ motuũ in appetitu: & vt ſic rationabiliter dicuntur partes potentialas temperantię.

Extrinſeca noſtra, quę ab intrinſecis animi motib⁹ p̃cedunt, ſunt verba & actus & geſtus corporis. Quæ quidem qualitatem tam in bonũ quàm in malum recipiunt à motibus intrinſecis. Nam ſi animus bene diſpoſitus fuerit, bene fient: ſi malè, malè. vt igitur hæc noſtra moderatè & decenter fiant, datur modeſtia: quæ ſit moderatiua verborum, & actuum, & geſtuũ: cui aſsignantur tres partes, ſcilicet grauitas, & ordinatio: & decor ſiue ornatus. Ordinatiõe q̃dem, vt diſcernat homo quid agendum, quãdo, quomodo, p̃pter quid, & quid, & quando, & quomodo, & propter quid non agendum. Ornatu, vt in omnibus, quæ agit quandam decentiam & decorẽ ſeruet. Grauitate, vt in verbis & colloquiis neminem, & præcipuè amicum non offendat: ſed poti⁹ ædificet, & ſe delectabilem omni honeſtate reddat. Meritò igitur modeſtia ponitur vt pars potentialis temperantiæ.

Extrinſecæ res noſtrę, quæ moderatione indigent, dupliciter regulandę ſunt. Primò aduertendũ ne ſuperflua quęrantur: nec fiant etiam quòd fieri poſſent vt domus, veſtis, menſa: famulatus: & circa hæc ponitur per ſe ſufficientia: ſecundo ne nimis exquiſita neque minus neglecta fiant. & circa hæc ponitur moderatio, ſiue ſimplicitas vt ita loquamur. Neque em̃ habemus terminos proprios ad huiuſmodi habitus nominandos, ſed terminos communes appropriamus eis. Patet igitur ratio ſufficientię partium integraliũ: & ſubiectiuarum: & potentialium temperantiæ.

Verùm, q̃m non ſufficit morali doctrinę Chriſtianæ, qua præparatur anima ad ſummum bonum cõſequendũ, ſiſtere in conſideratione generica, ac vniuerſali virtutum: ſed ad ſpecificã & exactam deſcendere oportet, vt inuitetur fidelis ad prædictarum virtutum acquiſitionem & obſeruantiã: ideo de ſingulis temperantiæ partibus prædictis particulariter & compendioſè tractabimns hoc ordine.

Primò, de verecundia.
Secundò, de honeſtate.
Tertiò de abſtinentia,
Quartò, de ſobrietate.
Quintò, de pudicitia.
Sextò, de caſtitate,
Septimò, de continentia.
Octauò de humilitate.
Nonò de manſuetudine.
Decimò, de modeſtia,
Vndecimò, de parcitate, id eſt, per ſe ſufficientia.
Duodecimò, de moderatione, id eſt, ſimplicitate.

DE VERECVNDIA.

Ariſtotelis ſententia de verecundia ad hanc reducitur.

Quantum ad verecundiam, ne fiat repetitio eorum, quæ de ea determinauimus ad mẽtem Ariſtotelis in libro quarto Ethicorũ, tractatu nono, vide illic & inuenies tria præcipuè de ea determinata: primò, quòd nõ eſt virtus, ſed paſſio laudabilis: ſecundò, q̃ decet iuuentutem in mari, nõ aũt ſenectutem, neque virum virtuoſum: decet autem mulierẽ pro omni ętate: tertiò, ſoluuntur tria dubia quę oriuntur ex eo, quod dicit Ariſtoteles, quòd non oportet virtuoſum verecundari.

Ad intentionem autẽ diuinæ ſcripturę & ſacri theologi quatuor conſideranda ſunt: primò, ſi eſt virtus: ſecundò, q̃d ſit: tertiò, ſi decet omnem ętatem, & omnem hominum cõditionem: quartò, ſi eſt ſemper laudabilis.

Verecundia non niſi cõmuniter vitus eſt, cum laudabile indicium ſit imperfectionis humanæ.

Quantum ad primũ aduerte, quòd loquẽtes de virtute in ſuo propriiſsimo ſignificato, non concedunt verecundiã eſſe virtutem. Nam virtus ex ſeptimo Phyſicorum eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, & vt docuimus in ſecundo Ethicorum perficit habentem, & opus ſuum facit bonum ſimpliciter: ſed verecundia deficit à perfectione: & eſt ſignum imperfectionis: non enim perfectè bonus verecundatur: quoniã verecũdia procedit ex defectu bonæ operationis, ita quòd ex cauſa mala eſt: licet eius effect⁹ ſit bon⁹, ſcilicet ſignũ emendatiõis: ergo nõ eſt perfectio, ſed poti⁹

nota

nota imperfectionis. Si enim perfectus est homo non verecundatur: quia non deficit in operando: si non est perfectio ergo non est virtus propriè sumpta. Hinc est, quòd loquentes doctrinaliter & in stricto significato virtutis, vt Ari. in quarto Ethicorum, & in secundo Rhetoricorum, constituit eam inter passiones. Nam in quarto Ethicorum dicit verecundiā esse timorē ingloriationis, id est, dedecoris & cōfusionis. Vnde & verecundia à vereor, dicitur: vereri aūt est timere. In secundo verò Rhetoricorū dicit, quòd est dolor & perturbatio prouenies ex malis prēteritis, aut præsentib⁹, aut futuris, quæ inferunt infamiam. Constat autē doloré sicut & tristitiam passionem esse: non solum Aristoteles, sed ex Theologis aliqui doctrinaliter ꝓcedētes, inter quos est Damascenus in libro secundo sententiarum, capite decimo quinto, locat eam in numero passionum laudabilium, vnde inquit: Verecundia est timor ex expectatione cōuitij: & hic affectus optimus est. Erubescentia est timor ex re turpi perpetrata: neq; hic quidē affectus est fine spe salutis: hæc ille.

Qui verò de virtute cōmuniter accepta loquūtur dicētes virtutem esse quodcunque laudabile in humanis sermonib. ac gestis & actib⁹: tenent, ꝙ verecundia est virt⁹: qm̄ laudabilis est præcipuè in adolescente: & verecundari est optimum salutis indicium: & in hoc sensu loquitur Diuus Ambrosius secūdo de officiis, cùm, inquit, Pulchra virt⁹ est verecundia suauis gratia, quæ non solùm in factis, sed etiā in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mētis plerunque in verbis refulget: patet igitur quomodo est virtus, & quomodo non: & tamen in vtroq; sensu bona ac laudabilis est: non ex causa, sed ex effectu.

Verecundia quid sit. Quantum ad secundum aduerte, ꝙ verecūdia vt est passio laudabilis, apud Theologum est timor vituperationis siue cōfusionis ꝓueniens ex malis turpiter perpetratis: quorum homo est causa.

Primò est timor: qm̄ cùm sit cum transmutatione corporali, vt patet, ꝙ verecūdans calescit & rubescit in facie: certum est, ꝙ est passio: & qm̄ est cum apprehēsione futuri mali, scilicet vituperij: ideo constat, quòd est timor.

Secundò, est timor confusionis: qm̄ sicut gloriæ claritas est causa honorationis: sic alicuius turpis cōmissio est causa confusionis, quā verecundans timet ex aliquo turpi perpetrato: prouenit enim verecundia ex aliquo turpi perpetrato secundum magnum Gregorium Nazanzenum.

Tertiò, ꝓueniens ex malis turpiter ꝓpetratis: vt in hoc distinguatur ab ea, qua solent aliqui affici in bonis agēdis: sicut qui erubescunt mendicare pro Christo, & ieiunare, & vilibus vestiri, & euangeliū prædicare: de quibus inquit Seruator Lucæ, capite nono, Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, &c. Hæc verecundia nō est laudabilis, sed oppositum, vt dicemus infrà: & de hac nō intendit prædicta diffinitio: qm̄ ista est passio timoris vituperabilis. Vituperabile est enim erubescere de bono, sicut laudabile est erubescere de malo.

Quartò quorū homo est causa: pro cui⁹ notitia aduerte quòd aliquando homines vituperantur ab extrinseco: dato ꝙ bene operati fuerint: licet secundū falsam opinionē hominum existimentur malè egisse, & tunc si perfecti fuerint, huiusmodi non verecundabuntur: sed potius lætabuntur, vt martyres delusi ante tyrannos, & Apostoli, de quibus dicitur in Actis Apostolorum, cap. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Prēterea: aliqui erubescunt ꝓpter defectus aliquos, quos patiuntur absque eorum culpa: vt dies factus pauper, qui mendicare erubescit: & qui natus est monoculus, aut luscus aut strabo, aut in facie deformiter vulneratus. Horum verecundia excusabilis est, quoniam non ex propria culpa, sed ex naturę fragilitate procedit. Vnde & Aristoteles dixit hominem debere minus verecundari de defectibus, qui absque eius culpa proueniunt. Prætereà, quidam verecundantur de re turpi non ab eis, sed ab alio sibi coniuncto commissa, aut secundum veritatem, aut secundum relationem etiam falsam. Istorum verecundia laudabilis est: quoniam reputant patientem opprobrium etiam immeritè tanquam seipsos. Hac verecundia erubuerunt serui Susannæ: postquam audierāt iudices senes, licet falsò infamantes eam de adulterio. Vnde Danielis cap. 13. dicitur, quòd, postquā senes locuti sunt, scilicet infamātes Susannam, erubuerunt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de ea. Aliquando autem vituperatur homo de turpiter commissis ex sua voluntate, quā do ad notitiam deuenerint: & hęc est vera ac propriè verecūdia, de qua intendit ipsa diffinitio: & est passio laudata, vt declarabimus infrà.

Quantum ad tertium aduerte, quòd apud Theologum, cùm non sit homo, qui non peccet. Verecundia conueniens est omni ætati, omniq; personę, præcipuè autē iuuentuti: & in hoc tam philosophi quām Theologi cōueniunt: philosophi quidem, vt docuimus in quarto Ethicorum ad mētem Aristotelis: & cōfirmatur ex dicto Senecę epistola 11. vbi inquit: Bonū in adolescente signum est, quum illi ex alto rubor suffunditur. Magis in iuuenibus apparet, q̄bus & plus caloris est, & tenera frons. Veteranos & senes nihilominus tangit. *Verecundia omni hominum ætati conuenit præsertim iuuenibus.*

Theologi autem id apertissimè sentiunt. Vnde diu⁹ Ambrosius in libro secūdo de Officiis inquit: Verecundia cùm sit omnibus ætatibus, psonis, & temporibus, & locis apta, tñ adolescentes iuuenilesq; annos, maximè decet. Vt artifex in materia commodiore, melius operari solet, sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet. Ita tñ vt ipse nō sit affectat⁹ decor corporis, sed naturalis, simplex, magisq; neglectus q̄ ornatus, vel cultus, vel expeditus. Beatus insuper Bernardus sup cātica inquit, Quid amabili⁹ verecūdo adolescente? q̄ pulchra & quā splendida morū gēma est verecundia in vita & vultu adolescētis, q̄ vera & minimè dubia bonæ spei, nuntia bonę indolis, virga disciplinæ, expugnatrix malorū, ꝓpugnatrix puritatis ínatę, speialis gloria cōscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutū primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honesti.

Sed dices, videtur ꝙ verecundia non tantùm præcipuè, sed & soli conueniat iuuentuti: qm̄ & senex & virtuosus cauet sibi à turpibus: ideo non habet vnde verecundetur. *Senibus verecundia cōuenit.*

Respondetur de sene quidem nō est vniuersaliter verū, ꝙ à turpibus se abstineat: vt experientia scimus, & suprà docuimus de Salomone & iudicibus falsis contra Susannam. De virtuoso autē vt virtuosus est, & quandiu virtuosus, verum est: quoniam implicat virtuosum operari turpia: ergo non timet ex sua culpa inhonorari & confundi. Cū hoc tñ stat, quòd absque culpa sua potest tribus modis pati verecundiam: primò ex turpi commissio à persona sibi coniuncta. Existimat enim huiusmodi turpitudinem retundi in psonā propriam. Sicut mater pudica verecundatur de filia impudica. Secundo ex specie, vel opinione alicuius turpis. Ad virtuosum em̄ spectat nō solùm vitare turpia, sed etiā omnem similitudinem & apparēntiam turpitudinis. Vnde & Aristot. inquit in 2. Rhetor. ꝙ homines non tantùm vitia, sed & vitiorum signa erubescunt. Huiusmodi autem signa inueniri possunt in virtuoso, præcipuè impremeditatè: vt si ioco dicat aliq̄d turpe, ex quo existimari posset apud vulgares vt inhonestus: & tunc decet eum verecundari, & abstinere iuxta doctrinam Pauli primę ad Thessalon. cap. 5. Ab omni specie mali abstinete vos. Tertiò, ex infamatione sibi falsò data. Verùm de hoc non verecundatur nisi pro quanto motus verecundię rationem præuenit: nam secundum rationem, cùm sit innocens & indignus tali infamatione, non est sibi verecundandum.

Quantum ad quartum aduerte, ꝙ verecundia duobus modis esse contingit, scilicet de malo turpiter ꝓpetrato: vt qui verecundatur de adulterio: & de bono, vt qui verecūdatur practicans cum gulosis ieiunare: primo modo semp laudabilis est, signum est em̄ emendationis: & vt inquit Diuus Ambrosius in 2. de Officiis, iacit prima tēperantię fundamenta, & disponit ad illam. *Verecundia num sit semper laudabilis.*

Prætereà suum oppositū est detestabile, scilicet, inuerecundia in turpiter peccante: signum est em̄ incorrectionis ac perseuerantiæ in peccato, vnde Hierem. ca. 3. exprobratur populo Israëlis inuerecundè peccāti sub figura meretricis, sic em̄ inquit, Frons mulieris meretricis facta est tibi, nescisti erubescere: ergo verecundia de malo semp laudabilis est. Hanc diuus Ambrosius supremè extollens in 2. de Officiis inquit: Est em̄ verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Nonne hæc ꝓtulit Publicanum & cōmendauit eum: qui nec oculos suos audebat ad cęlum leuare? Et Paulus orationem deferri præcepit cū verecundia & sobrietate.

Insuper B. ille Abbas Bernardus super cantica, sic inquit: Verecundia soror est continentiæ nullum ęquè indicium columbinę simplicitatis: & ideo etiā testis est innocentię. Lampas pudicitię mentis iugiter lucens, vt nil in ea turpe vel indecorum residere attentet: quod non illa illico perdat.

Secundo

Verecundari de b. no opere ſem p malum eſt.

Secundo autem modo ſemper mala & reprehẽſibilis eſt per ſe: qm̃ operationes bonæ ex natura ſua laudabiles ſunt & pulchræ: ergo non ſunt per ſe vituperabiles: ergo nec p ſe verecundabiles, cùm verecundia ſit de turpi & vitupera bili. Ergo verecundari de bono, malum eſt: vnde diu⁹ Grego rius ſuper Ezechielem inquit: Sicut verecundia laudabilis eſt in malo, ita reprehenſibilis in bono. Erubeſcere em̃ malũ ſapientię eſt. Bonum vero erubeſcere, fatuitatis: qui erube ſcit pœnitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatẽ peruenit: qui verò erubeſcit bona facere, à ſtatu rectitudinis cadit: ſicq; ad damnationẽ tendit: ſicut per redemptorẽ dicitur, Qui me erubuerit, & meos ſermones, &c. Dixi autẽ per ſe: quoniam non inconuenit hominem verecũdari in bonis p accidens: ex conſequenti retrahi ab illis, non q̃ bona ſunt: quoniã vt ſic laudabilia ſunt, ſed quoniã admixta ſunt non nullis circunſtantiis, quæ de facili interpretantur in malum: ſicut virtuoſus intendens cõuertere meretricẽ, verecundat intrare proſtibulum: & deſiderans orare, verecundatur ora re in publico: deſiderans eleemoſynam facere, verecundat eam facere in publico, ne ſimulationis notã incurrat: & hęc verecundia, quamuis ſit de bono, tamen ex prædictis circũ ſtantiis laudabilis eſt: & ad mentẽ Seruatoris Mat. ca. 6. vbi inquit: Attendite ne iuſtitiam veſtram, id eſt, bona opera ve ſtra, faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cælis eſt: & illic exemplificat de eleemoſyna & oratione & ieiu nio. Cõſtat igitur quæ verecundia ſit laudabilis, & quæ nõ.

Pro complemento conſiderationis de verecundia aduer te, q̃ nullũ eſt remediũ intenſius retractiuũ hominis à ma lo, quàm verecũdari ſiue pudere proborum, & ſeniorum, & ſui. Quilibet enim bene diſpoſitus ſecundum mentem maxi mè abhorret vituperari coram probis & ſenioribus: quo niam quærit apud eos in admiratione ac bona opinone ha beri. Pudor etiam ſui maximè reuocat hominẽ à turpitudi ne: quoniã cùm animaduertit naturæ ſuæ ſuper bruta excel lentiã, atque animæ ſuæ dignitatem: etiam quòd null⁹ adſit teſtis, dedignatur ad brutales declinare inordinatas volu ptates: quales ſunt gulę & veneris. Vnde Pythagoras in ver ſib⁹ aureis egregiè docuit inquiens: Facies aũt turpe vnquã nihil neque cum alio neque ſolus. Omnium autem maximè verecundare tui ipſius. Hæc de verecundia iuxta diuinã ac Chriſtianam legem dicta ſint.

DE HONESTATE.

Quantùm ad honeſtatem, quæ inclinat hominem ad op⁹ temperantię ex ſui decore & pulchritudine, ſicut verecun dia reuocat ab opere intemperantiæ ex ſui turpitudine & obſcœnitate, duo agenda ſunt: primò quid ſit: ſecundò quo modo ſit pars temperantię.

Honeſtas quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte, quòd ad mentẽ Theolo gi ſic diffiniẽda eſt: Honeſtas eſt interior animi decor & pul chritudo, à qua in dictis, actis, geſtiſque exterioribus laudabilis, ſiue honorabilis emanat decentia, cum omni exclu ſione turpitudinis.

Honeſtas eſt in animo vt eius pulchritudo & decor.

Primò quidem & radicaliter honeſtas eſt in animo: quo niam bonum honeſtum, vt declarauimus in 7. Ethicorũ, eſt bonum virtutis. Virtus autem eſt habit⁹ animi, ſiue in appe titu ſenſitiuo, vt temperantia & fortitudo, ſiue in voluntate & iuſtitia, ſiue in intellectu vt prudẽtia: ergo radicaliter & primò honeſtas eſt in animo. Vnde & diuus Auguſtinus impudicum oculum reducit in impudicum cor.

Secundò, eſt decor & pulchritudo in animo: quoniam ſicut inhoneſtas & obſcœnitas eſt in animo turpitudo, red dẽs hominẽ odioſum & contemptibilem apud probos: ſic honeſtas eſt decor & pulchritudo faciens hominẽ, & præci puè mulierem amabilem ac honorabilem. Vnde Eccleſiaſti ci c. 24. inquit Sapientia, Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis, & Cicero in primo de Officiis inquit, Formam ipſam, id eſt ipſam pulchritudinem tanquam faciem honeſti vides: quæ ſi oculis cerneretur: mirabiles amores, vt ait Plato, excita ret ſapientiæ.

Tertiò, ex interiori animi pulchritudine, quam dicimus honeſtatem, emanat ad exteriora in dictis, actis, geſtiſq; o mnimoda decentia excluſiua omnis turpitudinis: nam ſicut ab adæquata humorum temperantia, emanat ad extra colo ris ac virium & ſpirituũ vigacitas, atque venuſtas omniſq; deformitas & macies & debilitas propulſatur: ſic ab intrin ſeca animi honeſtate emanat ad extra quicquid verbis, actis geſtiſque decorũ eſt atque laudabile: vnde, vt inquit Cice ro in libro primo Officiorum, Docet ipſa animi honeſtas nihil turpe faciendum viro bono: etiã ſi ex omni parte la teat, etiã ſi oẽs deos homineſque celare poſſet. Nihil autẽ nobis faciendũ eſt auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinoſè, nihil incontinenter: Sapientis em̃ proprium eſt nihil, quod pœni tere poſsit facere: nihil iniuſtè, ſed ſplendidè, cõſtanter, gra uiter, honeſtè omnia. Patet igitur quid ſit ipſa honeſtas.

Quantum ad ſecundum aduerte, vt ſcias qũo ad tem perãtiam ſpectet, & qũo non, quòd honeſtas tam apud phi loſophum quàm apud Theologum & ſacram ſcripturam vt tibi declarabitur, ſumi cõſueuit pro omni eo, quo homo redditur honorabilis, & qm̃ virtute fit homo honorabilis eſt em̃ honor virtutis præmium, ideo bonum honeſtum eſt bonum virtutis & ipſa virtus eſt honeſtas: nam virtus parit operationes pulchras, & decoras, & amabiles, & honorabiles: ideo & iuſtitia & prudentia & fortitudo ſicut tẽperantia poteſt dici honeſtas & bonũ honeſtum. Præterea apud vulgares diuitiæ reddunt hominẽ honorabilẽ, ſicut paupertas deſpectibilem. Vnde communi vulgarium opinione diues eſt honeſtus, quia honoratus: pauper autem dehoneſtus, quia deſpectus. Præterà, qui in cunctis ſtudiis ſuis, & verbis, & geſtis, & ſcriptis nil indecorè, aut repre henſibiliter agit: honeſtus dicitur: ex oppoſito autẽ dehoneſtus. Præterea, q̃ in cõtractibus ac negotiis ad alterũ ſe tractabilẽ ac ducibilẽ exhibet, ſiue emendo, ſiue vendendo, & quocunque alio modo, honeſtus dicitur: & ex oppoſito dehoneſtus. Præterea, q̃ in his, quæ concernunt nutritionẽ & generationem nil indecorũ & turpe facit, honeſtus eſt: ex oppoſito autẽ dehoneſtus: & in hoc vltimo ſenſu appro priatur tẽperãtiæ, & eſt pars eius integeralis: qm̃ diſponit ad eam, & actum eius perficit: qm̃ in hoc vltimo ſenſu ver ſatur circa delectabilia guſtus & tactus, ſicut ipſa tempe rantia: & qdem quòd in ſcriptura ſacra ſumatur honeſtas p̃ honore: patet Sapientiæ ca. 7. vbi de ſapientia dicitur, Ve nerunt mihi oĩa bona pariter cum illa: & innumerabilis ho neſtas, id eſt, honor per manus illius. & quòd honeſtare ſit honorare, patet Sapientiæ cap. 10. vbi inquit: Honeſtauit, id eſt, honorauit ex præmio eũ in laboribus: & compleuit la bores illius. Quod autẽ ſumitnr p̃ bono virtutis generali ter patet Sapientię cap. 8. vbi de Sapientia dicitur, q̃ in a micitia illius eſt delectatio bona, & in operib⁹ manuũ illius honeſtas ſine defectione. Quòd verò ſumatur p̃ diuitiis, pa tet Eccleſiaſtici ca. 11. vbi inquit: Bona & mala, mors & vita, paupertas & honeſtas, id eſt, diuitiæ à Deo ſunt. Quod aũt ſumatur pro decẽtia cuiuſcunque ſtatus & operis & nego cij, patet in doctrina Pauli: vnde ad Ro. cap. 13. Sicut in die honeſtè, id eſt, decẽter ambulemus. Et primę ad Corin. c. 14. Omnia honeſtè, & ſecundum ordinẽ fiant in vobis, Quod verò ſumatur p̃ tractabilitate in omni negocio ad p̃ximũ, docet Paulus primę ad Theſſ. cap. 4. vbi inquit: Hortamur, vt honeſtè ambuleris ad eos, q̃ foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. Quòd autẽ ſumatur p̃ decore, qui ſeruand⁹ eſt inguſtu & tactu, patet Eccleſiaſtici ca. 37. vbi inquit: Cùm in honeſto tracta de honeſtate. Conſtat igitur qũo ad tẽpe rantiam ſpectat, & quomõ ad alias virtutes, ceteráque humana ſtudia. Hæc de honeſtate dicta ſint.

Honeſtas quidam honor eſt.

DE ABSTINENTIA.

Quantùm ad abſtinentiam, vt ſcias qũo eſt temperantiæ pars ſubiectiua, tria agenda ſunt: primò, quid ſit in ſua vni uerſalitate ſumpta: ſecũdò, quotuplex ſit: tertiò, in quo ſen ſu eſt pars ſubiectiua temperantiæ.

Abſtinentia quid ſit.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd duobus modis diffi niri pót. Primò quantum ad illud, à quo nomen imponitur. Secundò, quantum ad illud, cui nomen imponitur.

Si primo modo, cùm dicatur abſtinentia ab abſtinere: Abſtinere autẽ ſit ſe ſubtrahere vel remouere, abſtinẽtia eſt à quocunque ſubtractio, ſiue licito, ſiue illicito: & ĩ hoc ſen ſu, q̃ abſtinet ſe à furto, à blaſphemia, à fornicatione, habet abſtinentiam quantum ad id, à quo nomẽ imponitur. Qui etiam abſtinet à licitis reputãs ipſa vt illicita, habet abſtinẽ tiam eodem ſenſu: vt illi, de q̃bus dicitur, quòd propter ſu perſtitionem abſtinent ſe à multis. Et in hoc ſenſu cõſueuit ſcriptura vti nomine abſtinentię, vt patet Tobię ca. primo: Abſtinete ab omni peccato. Eccleſiaſtici cap. 28. Abſtinete à lite. primę ad ad Corint. cap. 9. Qui in ſtadio currunt, ab o mnibus ſe abſtinent. primæ ad Theſſ. cap. quarto: Ab omni ſpecie mali abſtinete vos.

Si ſecundo modo, cùm impoſita ſit ad ſignificandũ pri uationem cibi ſiue nutrimenti, ſic diffinitur: Abſtinẽtia eſt negatio

negatio ſiue ſubtractio cibi & in ſcriptura ſacra additur etiam vini & cuiuſcunque inebriatiui ſubtractio. Vñ de Samſonis matre, inquit Angelus, Iudicũ cap. decimotertio, Ab omnibus, quæ locutus ſum vxori tuæ abſtineat ſe: & quicquid ex vinea naſcitur non comedat, vinum & ſiceram non bibat, nullo veſcatur immundo. & Numeri cap. 6. dicitur A vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt.

Et aduerte, quòd diffinita ſiue primo modo, ſiue ſecundo modo non eſt virtus, niſi, vt nos agemus infrà, limitetur ex debitis circunſtantiis.

Abſtinentia hominis ex multa cauſa.

Quantum ad ſecundum aduerte, q̃ abſtinentia in ſecũdo ſenſu diffinita, ſcilicet, vt eſt cibi ſubtractio, apud Theologum multipliciter contingit fieri.

Primò, propter valetudinẽ ſolam corporis reparandam aut conſeruandam: & hæc eſt de conſideratione medici: iuxta quem ſenſum dicitur Eccleſiaſtici capite trigeſimoſeptimo, Qui abſtinens eſt, adiiciet vitam.

Secundò, propter indigentiam & paupertatem, vt famelici & mendicantes: verùm hęc eſt violenta.

Tertiò, propter auaritiã, ſicut auarus, qui nec panem ad ſufficientiam vitæ comedere audet.

Quartò propter delectabiliorem in comeſtione ſequenti ſumptionem cibi: vt guloſus, qui famem ſuſtinet, non ex temperantia, ſed ex ingluuie.

Quintò, propter hypocriſim: vt qui ieiunant oſtentatione humana, quorum abſtinentiam Seruator reprobat Matthęi capite ſexto, Vos autẽ, cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.

Sextò, propter ꝓximi ſcandalum vitandum: ſicut Paulus ſuadebat Corinthiis abſtinere ab immolatis ꝓpter ſcãdalũ proximi. Vnde primæ ad Corinthios cap. 8. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.

Septimò, propter Deum & animæ ac corporis ſalutem, vt dicati diuino obſequio abſtinentes à carnibus & delicatioribus cibis, inſiſtentéſque ieiuniis.

Sed aduerte, q̃ in hoc ſeptimo ſenſu, aliquãdo eſt diſcreta, aliquando indiſcreta. Diſcreta quidẽ eſt moderata ciborum ſuſceptio, recta ratione regulata cum debitis circunſtãtiis ſ. vt oportet, vt congruit inter perſonas, cùm quibus viuitur, vt decens eſt perſonę & proprio ſtatui, vt ſufficit bonę valetudini, vt diuina lex inſtituit, &c. Indiſcreta autẽ eſt, quando licet natura paucis contenta ſit, ſubtrahuntur neceſſaria pro conſeruatione vitæ. Hæc nanque reprobata eſt. Vñ Hieronymus: De rapina holocauſtum offert, qui temporalium bonorum, vel ciborum nimia egeſtate, vel ſomni nimia penuria immoderatè corpus affligit. vel quando ſubtrahũtur neceſſaria pro cõſeruãda bona valetudine in ordine ad animã, conſiderata proprietate, cõplexione, ætate, officio, loco, regione, in qua viuitur: vel quando præponitur huiuſmodi abſtinentia maioribus bonis, magis̃que neceſſariis ad ſalutem, ſicut viri profani ſuadentes ſibi, dummodo ieiunẽt die ſabbathi, licere ſibi viuere vt liber, in odio, in rapinis, in blaſphemiis, in omni effrenatæ libidinis genere. Hæc damnanda abſtinentia eſt: vnde Hieronymus: Rationabiliter homo dignitatem ſuam amittit, qui ieiunium caritati, vel vigilias ſenſus integritati præfert.

Quantùm ad tertium aduerte, q̃ in ſexto & ſeptimo ſenſu eſt pars temperantiæ, atque laudatiſſima & meritoria virtus: facit enim abſtinentem bonum & opus ſuum reddit bonũ, dũmodo ſit rationabilis & diſcreta, vt expoſuimus. Opus autem ſuum eſt carnis concupiſcentias comprimere, mentem ad diuina extollere, & adiuncto moderato ieiunio peccatorum indulgentiã promereri. De primo inquit Paulus ſecundæ ad Corinthios capite ſexto, In ieiuniis multis, in ſcientia, in caſtitate: quaſi dicat, Ex abſtinentia & ieiunio ſeruat caſtitas. De ſecundo habemus Danielis capite decimo, quòd poſt trium hebdomadarum ieiunium, reuelationẽ accepit à Deo. De tertio habemus Ioëlis capite ſecũdo: Cõuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, &c. Diuus aũt Auguſt. in ſermone de oratione & ieiunio inquit Ieiunium purgat animam, mentem ſubleuat, carnẽ ſpiritui ſubiicit, cor contritum reddit, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinũ ardores extinguit, caſtitatis verò lumen accendit. Conſtat ergo, q̃ abſtinentia ſexto & ſeptimo modo ſumpta eſt virtus, quæ eſt temperantiæ ſpecies.

Sed aduerte, q̃ ſi ſit indiſcreta, vel ſiniſtra intentione facta & non propter Deũ ac proximi ædificationem, non eſt virtus: nec apud Deũ meritoria: & in hoc ſenſu intelligendum eſt dictum Pauli, primę ad Corinthios capite decimoquarto, Non eſt regnũ Dei eſca & potus. Vbi ſic habet gloſa: Nec in in abſtinẽdo, nec in manducando eſt iuſtitia, id eſt opus meritorium, & primæ ad Corinthios ca. 8. Eſca nos nõ commendat Deo. Neq; eñ ſi non manducauerimus, nõ deficiemus, ſ. à gratia Dei: neque ſi manducauerimus, abundabimus, ſ. in Dei gratia & merito: quaſi dicat, ſi abſtinentia noſtra non ſit rationabilis & ꝓpter Deum, vana eſt. Vñ ꝓ Iſaiã c. 58. reprobatur hmõi abſtinentia ſub nomine ieiunij: vbi ſic legimus, Rogant me, ſ. Hebræi, vt reſpondeam. Quare ieiunauimus, & nõ aſpexiſti humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Reſpondit dominus reprehendens eorum abſtinẽtiam: Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, id eſt, nõ eſtis occupati in ſpiritualib. ſed omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare vſque ad hanc diem. Nunquid hoc eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominẽ animam ſuam? Nũquid contorquere quaſi circulum caput ſuũ, & ſaccum & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocabis ieiunium & diem acceptabilẽ domino? Nõne hoc eſt magis ieiunium, quod eligitur, Frange eſurienti panem, & egenos, vagoſq́ue induc in domum tuam: & carnem tuam, id eſt cõ ſanguineos tuos, ne deſpexeris. Conſtat igitur q̃d ſit abſtinẽtia, & quot modis ſumitur, & cũ eſt virtus, quæ eſt temperantiæ ſpecies, & cũ non. Et aduerte, q̃ licet ſit virtutis ſpecies, non eſt commendabilis, niſi adiuncta alijs virtutibus, & præcipuè caritati & miſericordiæ. Propterea inquit Diuus Grẽgorius in paſtorali: Abſtinentię virtus non niſi ex alijs virtutib. commendatur. Nam per ſeipſam niſi rõne regu letur, ſuperbiam & hypocriſim generat: & ſuperbia etiã bonis operibus inſidiatur, vt pereant quo ad meritum. Hęc de abſtinentia dicta ſint.

Abſt. mẽtis mala & illaudabilis.

DE SOBRIETATE.

Quantum ad ſobrietatem, vt ſcias cũ eſt ſpecifica virtus & pars ſubiectiua temperantię tria agenda ſunt: Primò, quid ſit: Secundò, cũ eſt ſpecifica virtus, quę eſt ſpecies tẽperantiæ: Tertiò, cui ętati & hominum conditioni maximè conueniat.

Sobrietas quid.

Quantum ad primum aduerte, q̃ ſobrietas duobus modis ſumitur: Primò, communiter: Secũdò, ꝓpriè ſiue appropriatè. Communiter quidem ſumpta eſt mẽſura in omnibus ſeruanda, in quibus cõtingere poteſt exceſſus & defect⁹: & vt ſic in omnibus humanis, vt poſſumus nomine ſobrietatis, vt ſobriè, id eſt, menſuratè loquendum, ſtudendum, ludendũ, ambulandum, laborandum, &c. Et in hoc ſenſu loquitur Paulus ad Romanos c. 12. cùm dicit: Non plus ſapere, quã ſapere oportet: ſed ſapere ad ſobrietatem, id eſt, ſ̃m debitam menſuram: quaſi dicat: Inquantum ſufficit. & ad Titum ca. 2. Sobriè & piè & iuſtè viuamus: ſobriè, id eſt, cum debita mẽſura in omnib. obſeruata: & dicitur Sapientię ca. 8. q̃ Dei ſapientia ſobrietatem, id eſt, menſuram & prudentiam in agendis docet.

Propriè autem ſiue appropriatè ſumpta, tracta eſt ad mẽſuram potus inebriatiui, ita q̃ ſicut ebrietas dicit exceſſum pot⁹ inebriatiui, ſic ſobrietas, vt illi oppoſita, dicit menſurã eiuſdem potus: vnde ſobrium dicimus eum, qui debitis circunſtantijs bibit vinum, & aliud inebriatiuum: & ſobrietas ꝓpriè ſumpta ſic diffinienda eſt. Sobrietas eſt debita ac mẽſurata ſumptio vini & cuiuſcunque potus inebriatiui, potẽtis cerebrum perturbare, & rationis vſum impedire cõſiderata loci, & ætatis, & perſonę conditione: & ipſius vini potentia.

Primò, eſt debita, &c. opponitur enim ſobrietas ebrietati: ergo differentijs oppoſitis diffiniendæ ſunt: ſed ebrietas eſt indebita & immenſurata vini ſumptio: ergo ſobrietas eſt per oppoſitum.

Secundò, eſt vini & cuiuſcunque potus inebriatiui, &c. nam cerebrum perturbatur ex fumoſa vaparatione ſtomachi ad caput: inter fumoſa aũt vinũ eſt ꝓcipuum, ꝓpter multam ſpirituum abundantiam: eſt eñ ſpumoſum, & ſpirituoſum: vnde indebitè ſumptum ſenſus interiores, & præcipuè phantaſiam ac cogitatiuam cõfundit in opere. Quędã alia, vt ſicera, & opium, & zizania, quod vulgò dicitur lolium, & mandragora cerebrum perturbant non ex abundãtia ſpirituum, ſed ipſa groſſitie vaporũ: quibus repleꝰ caput, & ligantur ſenſus, vt in dormitione: ſed circa hæc non ꝓpriè ponitur ſobrietas, ſed circa vinum: q̃m potentius eſt ad confundendum cerebrum, & impediendum opus ſenſuũ interiorũ. Cuius ſignum eſt, quòd in ſcriptura non reprobatur niſi immoderata vini ſumptio: nam dicitur Eccleſiaſtici capite 31.

Vinum multum potatum,irritationé & iram & ruinas multas facit.De moderatè autem ſumpto dicitur ibidé: Exultatio animæ & cordis,vinum moderatè potatum.

Tertiò dicitur, & rationis vſum impedire, &c. Nam per conſequentiam ſequitur,q̃ ſi ſenſus interiores ſituati in cerebro,vt docuimus in tertio de anima,ex immoderato vini potu ꝯfunduntur:& ratio ipſa ſiue intellectus in opere ſuo impeditur:quoniam pro præſenti vita oportet hos ſenſus,& præcipuè phantaſiã intellectui deſeruire: nam ex primo de Anima,intelligere non eſt ſine phantaſia. Vnde ſicut acuta ira,& mania,& atra bilis rationem impediunt,ita q̃ non videtur differre homo à bruto:ſic ebrietas cauſata ex immoderato vini potu,rationis actum impedit:vnde Iſaiæ cap.28. Hi quoque præ vino neſcierunt & præ ebrietate errauerũt. Et Oſeas cap.4.Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor,id eſt,rationis vſum atque iudicium.

Quartò dicitur,conſiderata loci & ætatis,&c.qm̃,vt docuimus in 3.Ethicorum agentes de temperantia:non eadem quantitas & menſura cibi & potus competit omnibus: q̃a non ſunt æquales indigentię,nec vniformes ætates & complexiones: & ideo potus vini ſub tanta quantitate ſufficiẽs puero non ſufficit viro. Vna ergo vini menſura in vno erit ſobrietas,in alio ebrietas.

Quintò dicitur,conſiderata ipſius vini potentia:nã quædã potẽtiſsima ſunt,& ſupremè fumoſa:vt Cretica,& Chia, & Corſica:quædam minus,vt Italica mõtuoſa:quædam adhuc minus,vt Italica non montuoſa:quædam adhuc minus, vt q̃ dicuntur vina aquoſa, vt quæ naſcuntur in locis paludoſis & vmbroſis:ſicut Ferrarienſia,Mantuana,&c.Vñ vinũ quantò potentius,tantò ſub minori menſura ſufficit: & ex oppoſito quãtò debilius, tantò ſub maiori menſura ſeruat ſobrietas.Conſtat igitur quid ſit ſobrietas propriè ſumpta.

Sobrietas q̃ad temperantiam ſpectat.

Quantum ad ſecundum aduerte,q̃ ſobrietas communiter ſumpta applicatur omni actui virtutis,ſicut diximus ſuprà de fortitudine, vt importat firmitatem & ſtabilitatem: nã in omni virtute requiritur firmitas animi: cùm virtus ſit habitus,& habitus ſit de difficili mobilis. Similiter temperantia,vt communiter dicit quandam moderationem, ſiue mediocritatem circundat omnem virtutem:& eſt conditio requiſita in actu cuiuſcunque virtutis: ſicut autẽ fortitudo applicata periculis extremis,vt ſunt pericula mortis,eſt ſpecifica virtus:& temperantia applicata voluptatibus guſtus & tactus:ſic & ſobrietas applicata potui & rei inebriatiuę, eſt virtus & ſpecies tẽperantiæ diſtincta à quacunq; alia virtute.Quod ſic probatur:In moralibus, vbi inuenitur ſpeciale impeditiuum rationis, ita q̃ impedit ne homo viuat ſecundum rectum rationis iudicium, ſed vt beſtia agitata paſſione & phantaſia, neceſſe eſt ponere virtutem particulare moderatiuam & remotiuam talis impedimenti:ſed ſobrietas eſt,quæ remouet hoc impedimentum:ponit enim in potu ebriatiuo mẽſuram,ne perturbetur caput, & impediatur ratio:ergo conuenienter ponitur ſpecifica virtus, & quòd ſit ſpecies temperantiæ patet ex eo quòd verſatur circa voluptatem guſtus frænandam in potu, ſicut abſtinentia frænat in cibo.

Sobrietas omnem decet hominũ ætatem, & conditionẽ.

Quantum ad tertium aduerte, q̃ licet ſobrietas ſicut & abſtinentia deceant omnem hominem, p̃ omni ſtatu,& cõditione,& ætate:quoniam,vt inquit diuus Auguſtinus ſcribens ad ſacras virgines,Sobrietas eſt mẽtis & ſenſus & mẽbrorũ omnium corporisque tutela,caſtitatis pudicitiæque munimentum,pudori proxima,amicitiæ & pacis ſerua, honeſtati ſemper coniuncta, criminum ac vitiorum omnium profuga:tamen ſub vna ratione eſt magis opportuna iuuenibus & mulieribus:& ſub alia ſenibus,& prælatis, & principibus,ſiue regibus:nam ratione comprimendi impetuoſas Veneris concupiſcentias,quibus iuuentus & mulier agitatur.Iuuentus quidem propter caloris ſpermatisque abundãtiã:mulier autem,quoniam propter rationis & prudẽtię & ſexus debilitatem, de facili ſuccumbit concupiſcentiis & carnis blanditiis:& quoniã inter omnia vinum eſt res luxurioſa,ideo opportuna eſt ſobrietas iuuenibus & mulieribꝰ. Hæc de cauſa inquit Paulus ad Ephe.cap.4. Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria. Et Diuus Hieronymus ſcribens ad amicum:in vino eſt luxuria:& vbicunque ſaturitas & ebrietas,ibi libido dominatur. Et ſcribens ad Euſtochiũ inquit, Vinum & adoleſcentia,duplex voluptatis incendium:quid oleum flammæ adiicimus? Licet autem Paulus ad Epheſi. ſcribens hortatus fuerit eos generaliter abſtinere à vino,in quo eſt luxuria:tamen in ſpecie ſcribẽs in prima ad Timot. cap.3.loquitur de mulieribus dicẽs: Oportet mulieres eſſe pudicas,non detrahentes,ſobrias,fideles in omnibus: & de iuuenibus ſcribens ad Titum cap.2.inquit:Iuuenes ſimiliter hortare,vt ſobrij ſint.

Senibus aũt vtriuſq; ſexus,& prælatis,ac Deo dicatis,& regib.ac principibus,maximè opportuna eſt ſobrietas propter operum ſuorum pfectionem:à quibus deficiunt,niſi ſobrietatem ſeruent.Nam ſenum vtriuſque ſexus eſt iuuentutem docere,atq; erudire:quę duo ſobrietate perficiũtur,& ebrietate & crapula imperficiuntur,ꝑpter rationis obũbrationem: ergo oportet ſenes tanquam iuuentutis nutritores in diſciplinis & eruditione bona ſobrios eſſe.Hac de cauſa ſcribit Paulus ad Titum ca.2.dicens:Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam:ſenes vt ſobrij ſint,pudici,prudentes,ſani in fide.in dilectione,in patiẽtia:anus ſimiliter in habitu ſancto,non criminatrices, non multo vino ſeruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant.

Prælatorum aũt & eorum, qui diuino cultui mancipati ſunt,officium eſt mentem & affectum ad diuina leuare,ſecularesq; & ꝑfanos verbo & exemplo ædificare:cum his aũt nõ ſtat crapula & violentia,qm̃ deprimunt cor, & linguã effrenem faciunt:ergo prælatis,quales ſunt Epiſcopi,& diuino cultui mancipatis,quales ſunt ſacerdotes,diaconi & religioſi,opportuna eſt ſobrietas.Hac de cã ſcribit Paulꝰ primę ad Timotheum c.3.de Epiſcopo,q̃ oportet eum eſſe irreprehenſibilem,ſobrium,pudicum,non vinolentum. De diacono autem,q̃ oportet diaconos eſſe pudicos,nõ bilingues nõ multo vino deditos. De ſacerdotibus inſtituit Moſes legem ex ore Dei,ne biberent vinum quoties intrabant tabernaculum fœderis,vt poſſent diſcernere inter ſanctum & ꝑfanum.Vñ ſic legimus Leuitici ca. 10.Dixitq̃ dominus ad Aaron:Vinum,& omne,quod inebriare poteſt,nõ bibetis tu & filij tui,qñ intrabitis in tabernaculum teſtimonij,ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras:& vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum,inter polutum & mundum:doceatisque filios Iſraël omnia legitima mea,quæ locutus ſum ad eos per manum Moyſi.

Regum verò ac principum officium eſt ſubditos prudẽtia,& iuſtitia,& clementia regere. Non ſtat autem prudentia regitiua,neque iuſtum iudicium, neque manſuetudo cũ crapula & ebrietate: qm̃ & iudicium & rationẽ puertunt, & iras ſuſcitant:ergo eis opportuna eſt ſobrietas.Hac de cã prohibetur vinum,ſ.immoderatũ regibus:Prouerbiorum c. 31.Noli regibus dare vinum:quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas.Ne fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorum:& mutent cauſam filiorum pauperis.Hæc de ſobrietate dicta ſint.

DE PVDICITIA.

Quantum ad pudicitiam,quam ſuprà ꝑpoſuimus vt frenatiuam eorum,quæ diſponunt ad actum Veneris, vt aſpectus,oſculum,amplexus, tactus, præcipuè earum partium, quibus excitatur libido,duo agenda ſunt:primò,quid ſit:ſecundò,ſi ea,circa quæ verſatur,ſint in Chriſtiana lege omnino prohibita, vel in aliquo ſenſu conceſſa.

Pudicitia quidnã ſit.

Quantum ad primum aduerte,quòd pudicitia à pudore dicitur:eſt autem pudor,vt inquit Ariſtot.in 2.Rhetoricorũ, timor iuſtæ vituperationis:qui quidem timor laudatiſſimus ac honeſtiſſimus eſt,quoniam retrahit timentem à venerea turpitudine: & quoniam pudor tam ab actu turpi,quàm à præcedentibus ſignis,ac inductiuis ꝑuenire poteſt,ideo pudicitia ſe extendit ad actus venereos & ſigna præcedentia cohibenda:& tunc ſic diffiniẽda eſt:Pudicitia eſt animi virtus,qua verecundatur homo de actibus ac inductiuis ſignis quibus naturaliter & maximè verecundatur,quales ſunt venerei actus,& aſpectus,& tactus,& amplexus,& oſcula. Et pudicitia ſic accepta ac diffinita videtur in ſe continere caſtitatem,quæ propriè eſt frænatiua venereæ commixtionis, vt dicemus infrà. Tu igitur, vt diſtinguas eas ab inuicem ex parte eorum,circa quę verſantur,ſic diffinies pudicitiam.

Pudicitia eſt animi virtus,frænatiua ſignorum diſponentium ac impellentium tam marem quàm fœminam ad Veneris commixtionem:quę quidem ſigna ſunt libidinoſus aſpectus,nutus,tactus,amplexus,& aliç illecebræ.

Primò,dr̃ animi virtus:qm̃, vt ſcribit Diuus Auguſtinus contra Iulianum libr.4. Pudicitia eſt res animę, virginitas verò corporis. Denique illa integra in anima permanente,poteſt iſta de corpore ſibi violenter auferri: & quum

iſta

iſta integra manet corpori, poteſt illa in animo laſciui voluntate corrumpi.

Secũdò dicitur, frænatina ſignorum, &c. vt diſtinguatur ſpecificè à caſtitate: quæ quidem diſtinctio ſumitur à diſtinctione delectationis ſiue voluptatis. Alia eſt em̃ voluptas ſignorum diſponentium, alia actus venerei: & hæc comparatur ad illam: ſicut diſpoſitio, & ſicut via ad terminum: ex cõſequenti vt incompleta ad completam. Vnde ſicut conceſſa via eſt aditus ad terminum, ſic ea negata, negatur & terminus. Hinc eſt, q̃ apud doctores ſacros pudicus oculus pudici cordis eſt ianitor: impudicus verò impudici. Vñ Hugo in libro ſecũdo de clauſtro ſic ſcribit: Pudicus oculus, ianitor eſt cordis: ſedet ad ianuam, nec permittit intrare q̃d̃ noceat nihil nuntiat, niſi quod deceat: quicquid indecens nouerit eſſe excludit & eliminat. Impudic⁹ verò quęrẽs q̃d̃ placeat p̃ omnia diſcurrit, volentes intrare permittit & patitur: nolentes verò monet & hortatur, vnde dicit ſcriptura: Oculi ſunt prima tela adulterę. Conſtat igitur quid ſit pudicitia, vt ſe extendit ad caſtitatem, & vt eſt ſpecificè diſtincta.

Pudicitia materia, vt oſcula, amplexus, &c. ſint prohibita.

Quantùm ad ſecundum: quoniam, vt præpoſuimus, pudicitia, p̃priè ſumpta, verſatur circa ſigna prævia actui venereo: quales ſunt amplexus, & tactus, & oſcula, &c. inueſtigãdum eſt, ſi, & quomodo ſunt mala, ac prohibita in diuina ac Chriſtiana lege: vel ſi in aliquo ſenſu cõceſſa, & ſi mala, qua grauitate, an mortaliter an venialiter: & quoniam multi in hoc diuerſa ſenſerunt, ideò quod mihi videtur dicam, ſaluo ſemper ſaniori iudicio. Vt autem ordinatè procedam, præpono diſtinctionem vt infrà.

Amplexus & oſcula aut fiunt bono & laudato fine, aut malo & vituperabili, aut medio: ſi primo modo, dupliciter: quoniam aut cauſa ſalutandi & oſtendendi honeſtam benevolentiam: aut cauſa conſeruandi vel renouandi pacem & remittendi iniuriam. Si ſecundo modo, dupliciter: quoniam aut cauſa decipiendi & prodendi proximum: aut cauſa inducendi ad illicitam venerem. Si tertio modo, dupliciter: quoniam medius finis inter bonum & malũ, cùm ſapiat naturam extremorum: aut magis declinat ad bonum, quàm ad malum: aut magis ad malum, quàm ad bonum.

Tactus aut eſt ſecundum partes honeſtas, qualis eſt manus & pars ſuperior verſus caput: aut ſecundum partes naturaliter verendas & ſecretas. Si primo modo, aſsignentur iidẽ modi, ſicut dictũ eſt de amplexu & oſculo. Si ſecũdo modo, dupliciter, aut voluptate aut neceſsitate, qualis eſt tact⁹ obſtetricis & medici. Stãte hac diſtinctione ꝟſtat amplexũ, oſculum, & tactum manus in primo ſenſu tam primo quàm ſecundo modo licita eſſe & laudabilia. Cuius em̃ finis bon⁹ eſt & laudabilis, ipſum quoque bonum & laudabile eſt. Tali oſculo Iacob cùm peruenĩſſet in Meſopotamiã & adaquaſſet gregem Rachelis, oſculatus eſt eam eò q̃ eſſet eius conſobrina. Tali amplexu & oſculo recepit Labã Iacob in domum ſuam, Geneſis capite vigeſimonono. Ad reconciliandam pacem remittendamq̃ offenſam oſculatus & amplexat⁹ eſt Ioſeph ſingulos fratres ſuos, Geneſis capite quadrageſimoquinto: ſcribit Paulus primæ ad Corinthios capite decimoſexto, Salutate vos inuicem in oſculo ſancto.

Conſtat etiam q̃ in ſecundo ſenſu tam primo quàm ſecundo modo mala & peccata mortalia ſunt: quoniam cuius finis malus, & crimen mortale eſt: ipſum quoque malum & mortale eſt. Quæ enim ſunt ad finem, malitiam & bonitatẽ ſecundum qualitatem & quantitatem ſumũt à fine: ſed finis oſculi, & amplexus, & tactus etiam ſecundum partẽ honeſtam in ſecundo ſenſu & primo & ſecundo modo malus, & crimen mortale eſt: nam ſi eſt cauſa decipiendi & prodẽdi, eſt contra caritatem directè: ſi cauſa inducendi ad illicitam venerem, eſt contra præceptum, Non mœchaberis: nã ſi, vt inquit Seruator Matthæi capite quinto, Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: multo magis, qui amplexatus & oſculatus, & tetigerit etiã ſola manu, vel facie ad cõcupiſcendũ eã. Hæc enim magis impulſiua ſunt, q̃ ſimplex aſpectus. De oſculo doloſo dicitur Prouerbiorum capite vigeſimoſeptimo, Meliora ſunt vulnera diligentis, q̃ oſcula fraudulenta odiẽtis. Tali oſculo Ioab Amaſam p̃didit & occidit in ſecundo Regum capite vigeſimo, vbi ſic legimus: Dixit Ioab ad Amaſam: Salue mi frater, & tenuit manu dextra mentum Amaſæ quaſi deoſculans eum. Porro Amaſa nõ obſeruauit gladiũ, quem habebat Ioab. Qui percuſsit eũ in latere: & effudit inteſtina eius in terram, & mortuus eſt. Et Iudas prodidit Seruatorẽ cõſimili oſculo, Lucæ cap. vigeſimoſecundo. De libidinoſo amplexu & oſculo ad illicitam venerem ordinato dicitur Eccleſiaſtici c. 13. Videns oculis & ingemiſcens, quia ſ. conſequi non poteſt quod videt: ſicut ſpado complectens virginẽ & ſuſpirans, quia ſ. complere non poteſt concupiſcentiã veneream illicitam.

Quantum ad tertium ſenſum, put declinant magis ad bonum quàm ad malum, cenſentur bona, dummodo non excedant limites honeſtatis: talia cenſentur oſcula maritalia, & amplexus, & tactus, præcedentia actum generationis licitæ ſm̃ matrimonialem legem: nam cùm actus ille ſit licitus, prę uia ad illum non poſſunt damnari, niſi inuerecundè & impudicè fiant: vnde non ex fine, ſed ex modo, ſ. ſi exceſſiuè & non vt decet fiant, recipiunt malitiam. Prout autem declinant magis ad malum quàm ad bonum: quoniam videntur eſſe ſimilia ſignis ordinatis ad concubitum illicitum: de eis eſt varia ſententia. Nam licet omnes concordent, q̃ illicita ſunt & vituperabilia: cuius ſignum ex eo ſumitur, q̃ verecũdatur homo ea in publico facere: tamen non concordant in grauitate criminis. Nam aliqui ex doctoribus catholicis tenent ea eſſe peccata mortalia, eò q̃ operans ea conſentit ſic agere p̃pter delectationem tactus: & conſenſus in talẽ delectationem eſt conſenſus in delectationem fornicationis, licet non in opus. Aliqui autem tenent, q̃ licet ſint mala, non tamen mortalia, ſed venialia: nã nec exercitium talium, nec delectatio conſequens inuenitur alicubi prohibita ſub grauitate peccati mortalis, niſi ordinentur ad concubitum illicitum, vt patet Matthæi ca. quinto, de vidente mulierem ad concupiſcendum eam, & non dicit, ad delectandum in viſu. Sicut enim inquit Diuus Auguſtinus: quando proceditis, fœminas videre non prohibemini: ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle, criminoſum eſt. Talia videntur eſſe oſcula, & amplexus, & tactus partium honeſtarum inter philocaptos honeſtos, qui fiſtunt in hmõi delectatione: nec vllo modo intendunt concubitum, etiam quòd facultatem habeant: ſed ſignis illis contentantur, & vltrà procedere dedignantur apprehendentes vt rem vilem & indecoram. Iſti dicũtur apud vulgum pulchri & honeſti amatores: & niſi timerent ſiniſtrã hominum opinionem, non verecundarentur hmõi amoris ſigna ſibi inuicem coram alijs exhibere. Hos autem damnare de peccato mortali, durum eſt, & totam adoleſcentiam maximè in ſexu muliebri illaqueare. Amant enim & affectãt iuuenculæ amari ſaluo pudoris honore. Declino igitur ad hanc viam: & ratio opinionis oppoſitę non concludit: conceſſo enim, quòd operans hæc conſentiat in delectationẽ tactus, nego q̃ regulariter cõſenſus in tali delectatione ſit cõſenſus in delectationem fornicationis. Nam delectatio tact⁹ ſm̃ partes honeſtas poteſt eſſe duobus modis: Primò, q̃ hæc delectatio nõ quæratur principaliter p̃pter ſeipſam, ſed p̃pter delectationem cõcubitus illiciti, ad quam intendit, & alium allicit: & vt ſic verum eſt, q̃ conſenſus in tali delectatione eſt cõſenſus in delectationẽ fornicationis. Secundò, q̃ quæratur p̃pter ſeipſam præciſè ſtãdo in tactu partiũ honeſtarum, ita q̃ ſi imaginatiua offerat delectationem fornicationis: voluntas & rõ ſtatim renuat & tunc nego, q̃ conſenſus in delectationem tactus honeſti ſit cõſenſus in delectationem fornicationis: qm̃ iſtæ duę delectationes, licet videãtur aſſimilari, nõ tñ ſunt eiuſdem rationis. Nam altera eſt ſicut via ad terminum malum: altera autem ſiſtit in ſe: & vt in ſe ſiſtit, non habet vnde poſſit de mortali damnari.

Dixi oſcula & amplexus, & tactus partium honeſtarum: qm̃ ſi hmõi fiant in partibus pudibundis, & cum non ſua: ne ſcio videre quin interpretatiuè & virtualiter ordinentur ad actum turpẽ illicitæ Veneris: licet quàm plures ſeipſos excuſent, non ſic intendere. Nam ſi tuti eſſent ab infamia, excuſatio ſua falſa appareret: & poſito, q̃ in principio non ſic intenderent: tamen dicto illaqueantur. Sed enim ſunt ſecundum Caſſiodorum ſuper Matthæum, quę incorruptam ſeruant caſtitatem, ſcilicet ſobrietas, operatio, aſperitas cult⁹, inhibitio ſenſuum, raritas ſermonis cum honeſtate, euitatio opportunitatis perſonæ & loci & temporis: & ſex oppoſita eam deſtruunt & maculant. Hæc de pudicitia dicta ſint.

DE CASTITATE.

Quantũ ad caſtitatem quatuor agenda: Primò, quot modis ſumi conſueuit: Secundò, quid ſit ſm̃ vnumquenque modum. Tertiò, quomodo diſtinguitur ſufficienter in coniugalem, vidualem, & originalem: Quartò, remouetur dubium de virginali.

Quantum ad primum aduerte, q̃ caſtitas à caſtigatione

Castitas quot modis sumatur.

dicitur. Castigare aũt est corrigere & refrænare: vnde & pueri lasciuientes dum corriguntur minis, aut verberibus, dicuntur castigari: & quoniam omnes passiones appetitus sensitiui contra rationis debitũ insurgunt, iuxta Pauli doctrinã ad Rom.c.7. Video aliam legem in mẽbris meis, &c. Ideo indigent castigatione: castigantur autem per virtutes quæ versantur circa illas: vt fortitudo castigat timores & audacias, mansuetudo iras & vindictas, temperantia amorem lasciuum & delectatiões gustus & tactus: & sic castitas quantum ad illud, à quo nomen imponitur, circundat omnem virtutem: ita ꝙ sicut omnis virtus est quædam mediocritas, vt declarauimus in secundo Ethicorum: sic potest dici castitas quasi castigans, & frenans, & regulans ea circa ꝙ versatur. Vnde & prudentia dicitur in hoc sensu castitas: quoniam regit & corrigit humanas actiones, & iustitia est castitas, quoniam corrigit & regulat distributiones ac cõmutationes bonorum: & in hoc sensu hominem castum dicimus, qui nil inordinatè facit, sed omnino secũdum legem & rectam rationem viuit: in quo sensu Paulus castam intẽdit secundæ ad Cor.cap.11. cùm inquit: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: quasi dicat, Despondi vos exhibere Christo correctos, & bene regulatos secundum omnes sensus vestros: vnde exponens ac declarans se sic intendere subiungit dicens: Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu.

Licet autem omnes passiones indigeant castigatione, pcipuè tamen passio amoris & delectationis cõcupiscentiæ, quæ versatur circa venerea, eò ꝙ impetuosa & vehemẽs sit & nisi cohibeatur, crescit in immensum: assimilaturque paeroi, vt docuimus in 3. Ethicorum, qui si voluntati suæ relinquatur, efficitur petulantissimus & indomitus: ideo subiici tur pædagogis, sic si absque regula nutrias & faueas cõcupiscẽtiis delectabilium gustus & veneris, efficitur effrænis, ideo indiget maximè castigari per aliquam specificam virtutem: hanc autem antonomasicè, & quantum ad id, cui nomen imponitur, appellamus castitatem. Vnde sicut circa delectabilia gustus assignauimus abstinentiam & sobrietatẽ propriè dictam: & circa pericula mortis fortitudinem propriè dictam: sic circa actum & commissionem veneream assignamus castitatem distinctam à pudicitia, vt docuimus in præcedenti determinatione: quã fecimus de pudicitia. Cõstat igitur, ꝙ castitas duobus modis sumitur, primò Metaphoricè, & hęc est ꝙ circundat omnem virtutem, quoniam omnis virtus est castigatiua ac regulatiua materiæ, circa quã versatur, secundò propriè & per antonomasiam: & sic

Castitas quid sit.

est specifica virtus circa Venerem frænandam.

Quantum ad secundum diffinienda est castitas in vtroque sensu. In primo sensu sic diffinitur à Diuo Augustino in libro de diffinitionibus: Castitas est per edomitas vitiorum furias, munda & honesta totius mentis corporisque habitudo.

In secũdo sensu diffinitur sic ab eodem ibidem: Castitas est virtus sub iugo rationis impetum libidinis, scilicet, quo ad actum generationis refrenans.

De castitate in primo sensu loquitur Petrus in epistola prima c.1. inquiens, Animas vestras castificantes, id est, corrigentes & regulantes in obiecta caritatis, in fraternitatis amore simplici ex corde diligite attentius, renati nõ ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui, & permanentis in æternum.

De castitate in secundo sensu intendit Paulus primæ ad Timot.ca.5. cùm dicit: Te ipsum castũ custodi. & Sapientiæ c.4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate.

Pro vtroque sensu potest intelligi, quod inquit Paulus 1. ad Timo.cap.2. Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ castitas propriè sumpta se habet ad actum Veneris, sicut sobrietas ad potum vini, quoniam sicut sobrietas regulat potum, sic castitas Venerem. Per sobrietatem autem quis potest tripliciter se regulare, primò, quòd statuat omni tempore bibere vinum, sed moderatè & secundum legem, proponens vitare nõ solùm ebrietatem, sed & quemcunque excessum reprehensibilem in potu, secundò, quòd statuat nullo tempore bibere vinum, & hoc non ex imaginatione irrationabili, sed vt animum transferat ad sapientiam, vt dicitur Ecclesiastes capit. 2. & 3. quòd pro aliquo tempore statuat non bibere vinum, pro quo, scilicet sibi noceret, vt quandiu podagra laborat. Nam si tunc non abstineret, reprehensibilis esset transacto autem infirmitatis tempore, si moderate vtatur vino, non desinit esse sobrius: & in omnibus his tribus modis dicitur homo sobrius, & non possunt dari plures, & sic ordinantur. Qui nunquam bibere vinum statuit secundum rectum rationis iudicium, vt Anachoretæ propter diuinorũ contemplationem & liberiorem, ac puriorem affectum, obtinet primum sobrietatis gradum & excellentiorem. Qui pro tempore statuit non bibere vinum, ne agat contra medicinę canones, & corpori noceat: obtinet secundum gradum imperfectiorem primo: quoniam difficilius est semper, quàm pro tempore abstinere. Qui omni tempore statuit bibere vinum moderatè tamen, obtinet tertium gradum adhuc imperfectiorem primo & secundo, quoniam adhuc minus difficile est. Virtus autem stat in arduo, vt declarauimus in primo Ethicorum: sic in proposito per castitatem quis potest se tribus modis regulare circa actum Veneris: primò, quòd statuat ab omni Venere & omni tempore abstinere tã ab illicita quàm à concessa lege matrimoniali: non quoniã insensibilis sit aut agrestis, sed vt cogitet quæ Dei sunt, & in terris positus, mente cælum inhabitet: secũdò, quòd statuat omni tempore non absolutè, sed quo non est matrimonio ligatus, abstinere, vt legem seruet: qua non conceditur, vt licita Venus nisi per matrimonium: & per quam omnis luxuriæ species prohibetur, vt docebimus in parte tertia huius operis. Tertiò, quòd statuat pro nullo tempore, quo est alligatus matrimonio abstinere à sua, seruatis tamẽ debitis circunstantijs: à quacunq; autem alia siue soluta siue nupta abstinere, & à quocũque alio illicito actu venereo. In oĩbus his gradibus dicitur homo castus: quoniam est seipsum regulans secundum debitam rationem circa venerea. Sed primus gradus obtinet principatum, & est virginalis status à Theologis supremè laudatus, eò quòd diuinum bonum est potius humano: & bonum animę prę fertur bono corporis. Et bonum contemplatiuæ vitæ præfertur bono actiuæ. Vnde Lucæ capite decimo, Maria optimam partem elegit, id est, vitam contemplatiuam. Sed castitas virginalis ordinatur ad bonum animę secundum vitam contẽplatiuam: quod est cogitare quę Dei sunt, & illis solis amore inhęrere. Castitas autem coniugalis ordinatur ad corporis bonum, quod est ꝓpagatio humani generis: & versatur circa vitam actiuam. Coniuges enim necessariò circa ea, quæ mundi sunt, occupantur, vt regere familiam, parare sibi nutrimentum & vestitum: & hęc à diuinis distrahũt. Post virginalem castitatem sequitur vidualis. Difficilius est enim longo tempore à Venere se abstinere, quàm ea vti pro omni tempore cum debitis circunstantijs. Vnde meritò coniugalis castitas obtinet tertium locum. Et cum non possint plures esse modi seruandi castitatem, constat quòd sufficienter diuiditur in virginalem, & vidualem, & coniugalem.

Anachoretæ maxima sobrietas.

Per castitatẽ homo tribus modis regulatur.

Castitas virginalis prima & præclara est.

De castitate virginali exemplum habemus Tobiæ c.3. de Sarra, quę postea fuit Tobiæ iunioris vxor. Quę antequàm nupsisset viro, inquit: Tu scis domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

Habemus exemplũ de virgine Maria, Lucæ primo: Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco? De Ioanne Baptista, de Christo virginis filio, de Ioanne Euangelista. Hanc approbat Paulus primæ ad Corinthios capite septimò. De virginibus præceptum non habeo. Bonum est homini sic esse.

De castitate viduali exemplum habemus Iudith c. 8. quę post mortem viri clausa manens domi habebat cilicium super lumbos suos, & omnibus diebus ieiunans. Verè viduas, id est, castas præcipit Paulus Timotheo honorare, primæ ad Timotheum, capite quinto.

De castitate matrimoniali exemplum habemus Genesis c.28. de Sarra vxore Abrahæ: quę marito obediebat, & dominum illum vocabat: Et de Susanna, quæ pro castitate matrimoniali exposuit se morti damnata à iudicib' iniquis: Dan. capite 13. Hæc de castitatis gradibus dixerim: quæ, vt inquit Diuus Augustinus contra Faustum, pulchritudo est animæ, siue filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietate.

Quantum ad quartum aduerte: ꝙ quidam voluptuosi, vt videantur irreprehensibiliter posse frui voluptate venerea, conati sunt destruere excellentiã virginitatis, asserentes eã esse illicitã & reprobatam diuina lege & humana: nec in se esse virtutem, imò vitium: Et primum quidem sic probant:

Virginitatẽ esse prohibitã & malã nulli fidelium opinandum.

Sicut

Sicut præcepit Deus homini, vt de omni ligno id eſt de fructu comederet, qđ eſt in paradiſo: præterquàm de ligno ſcientiæ boni & mali vt ſeipſum conſeruaret in eſſe: ſic præcepit vt creſceret & multiplicaretur, ſ. per propagationem: Geneſis capite ſecundo: ergo ſicut faceret contra præceptum legis, qui vellet ab omni cibo abſtinere: quoniã ageret cõtra bonum proprium, ſ. priuando ſe vita: ſic facit contra p̃ceptum legis de multiplicatione generis humani: qui proponit ab omni voluptate venerea ſemper & omnib' modis abſtinere: ſicut proponit virgo. Cùm igitur quod eſt contra Dei præceptum ſit illicitum & reprobatum: virginitas non eſt licita, imò prohibenda. Quòd autẽ humana lege ſit reꝓbata patet ex eo, quod antiqui, vt recitat Valerius, puniebãt volentes vitam cælibem ſeruare: & Plato, vt docuimus in diſpoſitione ciuilis Philoſophiæ Platonicæ, tractatu ſexto in lege de matrimoniis inſtituit pœnas nolentibus nubere. Ergo apud Deum & homines virginitas eſt reprobata.

Secũdum autem, ſcilicet, quòd nõ ſit virtus ſed vitiũ ſic probant: Virtus habet rationem medij: ex ſecũdo Ethicorũ, ſed virginitas nõ habet rationem medij, imò extremi: quoniam dicit abſtinentiam ab omni voluptate venerea. Mediũ autem eſt vti voluptate venerea, vt oportet, & quãdo, & ꝓpter quem finem, & cum qua oportet, vt ſit in caſto & fideli matrimonio. Ergo ſicut vitium eſt velle omni voluptate venerea vti. ſic & nolle aliqua vti etiã cõceſſa & approbata ꝑ legem matrimonij: ergo virginitas nõ eſt virtus, ſed vitium.

Sed ꝙ hæc opinio falſa atque deteſtanda ſic declaratur: Primò, ꝙ non ſit illicita, ſed cõmendabilis virginitas: Secũdò, ꝙ ſit virtus & excellens: Tertiò, reſpondebitur obiectis.

Quòd nõ ſit illicita arguitur ſic: In diuina lege, quæ caret omni reprehenſione atq; falſitate, vt docuimus in parte prima huius operis, nõ cõſulitur homo de illicito ſeruãdo, ſed de bono & rationabili: Sed in ea datur conſiliũ de virginitate ſeruanda ſecundum Paulũ primæ ad Corinthios capite ſeptimo, Dicit enim: De virginibus præceptum domini non habeo: Conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſequutus à Deo, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe: & infrà, Si quis ſtatuit in corde ſuo firmus nõ habẽs neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis: & hoc iudiçat in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, benefacit. Igit & qui matrimonio iungit virginem ſuam, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Ergo ſecundum Paulum melius eſt cælibem vitam ducere ex voluntate & libero propoſito q̃ nubere: ergo virginitas nõ eſt illicita ſed cõmendabilis eſt.

Præterea, Cùm tria ſint bona humana, vt docuim' in primo Ethicorum. ſ. exteriora, corporis, & animæ ſi quis abſtineat ab aliquibus bonis exterioribus propter ſalutem corporis, quæ tamen abſolutè loquẽdo poſſet iuſtè poſsidere, & hoc faciat ſecundum rationẽ rectam, licitum & laudabile eſt: ergo ſiquis abſtinet ab aliquibus bonis corporis, putà à tali nutrimẽto & à voluptate venerea propter bonũ animę & non quia ſit inſenſibilis & aggreſtis: ſed quoniã ſic ratio dictat propter honeſtum finem: licitum & laudabile eſt. Sed ad hoc tendit vera virginitas, vt ſcilicet, abſtinere ꝓponat ab omni Venere etiã licita ex ſe, vt liberius diuinis inſiſtat. Nam, vt inquit Paulus primę ad Corinthios capite ſeptimo, Mulier innupta & virgo cogitat, quæ domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ mundi ſunt: & quomodo placeat viro. Conſtat igitur virginitatem eſſe quid laudabile & licitum.

Quòd verò ſit virtus & excellẽs probatur ſic: Quòd importat ſpeciale bonum eſt habens ſpecialem laudem & excellentiam: ná hac de cauſa probatum eſt in quarto Ethicorum magnificentiam eſſe ſpecialem & diſtinctam virtutẽ à liberalitate: quoniam verſatur circa magnas expẽſas, quas dignas & excellẽtes dicimus: liberalitas autẽ verſatur circa mediocres & cõmunes expenſas. Sed virginitas in gradibus caſtitatis importat ſpecialem excellẽtiam & laudem, ſcilicet, omnimodam abſtinẽtiam à venerea voluptate toto tempore præſentis vitæ: & id quidẽ excellentius eſt, quàm ab inordinatis tãtum venereis voluptatibus abſtinere ſicut facit coniugalis caſtitas, & quàm ab omni voluptate huiuſmodi abſtinere pro aliquo tẽpore, ſicut caſtitas vidualis, & ideo virginitas merito addit ſpecialem & excellentẽ virtutem ſupra communem caſtitatem, ſicut magnificẽtia ſupra cõmunes expenſas. Patet igitur quòd eſt virtus & laudatiſſima, de qua inquit diuus Ambroſius in libro de viduis, Supgreditur virginitas conditionem humanę naturæ, per quam homines angelis aſsimilantur, maior tamẽ eſt victoria virginum, q̃ angelorum, Angeli enim ſine carne viuunt, virgines verò in carne triumphãt. Ad primum ergo dicitur, ꝙ ꝑceptũ de comeſtione & prçceptũ de generatione non ſunt eiuſdem rationis: Nam primum datur cuilibet: ideo omnis homo ad illud tenetur, vt ſe conſeruet in eſſe: Secundum autem datur multitudini humanę, & ſufficit ꝙ à multitudine obſeruetur, quod ab vno ſolo obſeruari non poteſt: Nullus enim vnus ſingularis perpetuare poteſt humanam ſpeciem: & tamen à multitudine ſibi inuicem ſuccedentium generantium perpetuatur.

Sed aduerte, vt inquit diuus Auguſtinus in libro de bono coniugali, murmurant quidam & dicunt: Quòd ſi omnes homines velint ab omni cõcubitu continere, vnde ſubſiſtet genus humanum? Quibus reſpõdens Diu' Auguſtinus, inquit: Vtinam hoc oẽs vellent duntaxat in caritate: nam multo citius Dei ciuitas impleretur, & acceleraretur ſeculi termin': Quid enim aliud optat Apoſtolus, cùm dicit, Volo oẽs homines eſſe ſicut meipſum.

Ad ſm dico, ꝙ humanæ leges non abſolutè reprobant virginitatem: cuius ſignum eſt, ꝙ apud Troianos laudatur Caſſandra virgo fatidica, apud Romanos Veſtales virgines. Et Pythagoras legitur filiam habuiſſe, quam virginitatem ſeruare docuit. Et Plato ſm Diuum Auguſtinum cęlibatum coluit. Nec obſtat ꝙ in ſenectute ſacra fecit naturæ: Ideo enim fecit non exprobrans cęlibatum, ſed vt ab obiecto vulgi ſe purgaret: obiectum nanq; ſibi fuerat, ꝙ eſſet ſterilis & infœcundus. At ipſe ex cõcubitu genuit filiũ, vt fœcunditatẽ ex effectu demõſtraret. Nõ obſtat ẽt pœna, quam inſtituit non nubentib. id eñ fecit, vt patet in diſpoſitione ſuæ ciuilis Philoſophiæ, quã nos diſpoſuimus, in tract. primo, cap. 4. ne minueretur numerus familiarum & domorũ, quem in ciuitate inſtituerat perpetuo cõſeruãdum, vt illic videre poteris: & non vt abſolutè damnaret cælibatum.

Ad tertium nego, quin virginitas teneat mediũ. Sed aduerte, vt docuimus in quarto Ethicorum, in tractatu de Magnanimitate ꝙ medium in virtute non accipitur ſecundum quantitatem rei, ſed ſecundum rationem rectam: vnde quantumcunque magnum ſit opus, quod facit homo, dummodo à recta ratione non recedat, non propter hoc eſt extra virtutis medium. Sed vitia oppoſita ſuperabundant, & deficiunt ab eo, quod ratio recta dictat: & ideo ſunt extra medium.

Sic in ꝓpoſito virginitas, licet ſm quantitatem rei teneat extremum, quia eſt abſtinentia ab omni voluptate venerea: tamen ſecundum rationem rectam tenet medium inter inſenſibilitatem & luxuriam. Nam inſenſibilis abſque ratione recta refugit omnem voluptatem, Virgo autem ſecundum rationem rectam ſectatur omnem voluptatem. Virgo autẽ ſm rationem rectã abſtinet ab omni: ratio eñ recta ſuadet ſibi abſtinere, vt vacare poſſit diuinis cõtemplatione & affectu.

Et Aduerte, ꝙ idem argumentũ ſit de mente Ariſt. in quarto Ethicorum, quo ꝓbatur magnanimitatem nõ eſſe virtutem, ſed vitium. Sic enim arguitur, Magnanimitas nõ eſt circa paruos, nec mediocres honores, ſed ſemꝑ circa magnos ergo tenet extremum, çquale eñ ſine mediocre eſt medium inter magnum & paruũ. Si ergo magnanimitas tenet extremum, non eſt virtus ſed vitium.

Ad hoc rñdens Ariſtoteles inquit: Magnanimus re quidẽ extremus eſt: rõne autẽ & decentia medius: & intendit Ariſtoteles, ꝙ magnanimus quantũ ad magna, quibus ſe exiſtimat dignum, tenet extremũ: nõ eñ aſſumit, nec operatur niſi magna: ſed inquantũ hoc facit ſm quod decet: quia ſ. ſeipſum dignificat magnis ſm quòd eſt dignus: in veritate tenet medium ſecundum rationem rectam. Nam præſumptuoſus facit ſeipſum dignum magnis, cũ tñ ſit indignus & Puſillanimus facit ſe indignum magnis, cũ tñ ſit dignus: Magnanimus autem facit ſe dignũ magnis: qm̃ eſt dign', & ſic decet: & ſic patet, quòd magnanimitas tenet medium, ſecundum rationem rectam inter præſumptionem & puſillanimitatẽ: eodem modo tenet virginitas medium inter inſenſibilitatẽ & luxuriam: ergo eſt virtus & excellens. Hęc de caſtitate dicta ſint.

DE CONTINENTIA.

Expedita conſideratione de partibus integralibus & ſubiectiuis temperantiæ, agendum eſt de partibus potentialib. inter quas prima eſt continentia: ſecunda, humilitas: tertia, manſuetudo: quarta, modeſtia: quinta per ſe ſufficientia: ſexta, moderatio ſine ſimplicitas.

De continentia, quot & quanta docuerit Aristo. in septimo Ethicorũ, vide in epitomatibus nostris in septimo Ethicorum, tractatu primo, vbi inuenies quid sit ad mẽtem Aristo. quibus modis dicitur, quomodo ab aliis differt habitibus moralib⁹. Similiter quid de ea docuerit Plato, vide in dispositione nostra moralis philosophiæ ad mentem Plat. in tract. 5. parte 9. Nunc autem illis suppositis, quę etiã consona sunt Christianæ veritati, de mente sacri Theologi tria de ea consideranda sunt: primò, quid sit: secundò, circa quid versatur: tertiò, quomodo se habet ad temperantiam, vtrum sit ea dignior, vel indignior.

Cõtinentia quid sit. Quantùm ad primum aduerte, vt scias quid sit, inquantũ est pars potentialis temperantiæ, ꝙ apud sacrum theologũ tribus modis consueuit sumi: primò, pro refrænatione cuiuscunque inordinati effectus: Dicitur enim continentia à continere. Continere autem in moralibus, est quasi inuitum & repugnantem tenere, ne suo agat libito: & ideo qui tenet appetitum, ne sectetur amorem inhonestum, nec iram, nec auaritiam nec fraudem, nec immeritos honores, &c. dicitur vir continens: & in hoc sensu intelligitur illud Ecclesiastici c. 26. Omnis ponderatio non est digna animæ continentis, id est, abstinentis se ab illicitis & ab omni deordine affectu: quasi dicat, Excellentior est quocunque pondere auri & argenti. Et in hoc sensu non est particularis habitus nec virtus, sed seruatur in omni virtute, sicut diximus suprà de temperantia communiter sumpta. Omnis enim virtus habet refrænare potentiam animæ in qua est, siue passionem circa quã est. Et in hoc sensu diffinitur à diuo Hieronymo in epistola ad Damasum pontificem, sic: Continentia est appetitus omnium malarum rerum refrænatio. Secundò sumitur pro abstinentia à quacunque voluptate venerea siue absolutè, id est, pro tota vita, sicut est virginitas: siue ad tempus, vt castitas puellaris ante matrimonium: & vidualis, in quo sensu videtur sumi à Paulo ad Gal. c. 5. vbi inter dona spiritus enumerat continentiam & castitatem, & sic diffiniri solet: Cõtinentia est habitus inuictus ab omni delectatione venerea: & vt sic non est pars potentialis temperantiæ, sed subiectiua: quoniam ad castitatem spectat, quæ, vt suprà docuimus, est species temperantiæ. Tertiò sumitur pro animi persistentia in non assentiendo vehemẽtibus passionibus voluptuosis gulæ & Veneris insurgentibus contra rationem: quales communiter in iuuentute insurgunt: & vt sic diffinitur, ꝙ est laudabilis passio, qua ratio firmatur contra malas & turpes passiones vehementer & impetuosè insurgentes: vnde continens in hoc sensu est ille qui colluctatur & certat cõtra malas & furiosas concupiscentias, nec superatur. Hæc est continentia de qua Paulus Ephesios hortatur cap. 6. cùm dicit: Fratres confortamini in domino & in potentia virtutis eius: Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. & infrà, In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi extinguere, id est, acutissimas concupiscentias carnis. Et in hoc sensus est pars temperantiæ potentialis: quoniam versatur circa voluptates, circa quas & temperantia, licet alio modo, vt dicemus. Nam temperantia habet reducere voluptates ad medium secundum rationem rectam: continentia autem habet pugnare contra eas, ne ratio succumbat. Cõstat igitur quid sit continentia, vt est pars potentialis temperantiæ: & aduerte, quòd de ea tantùm in hoc tertio sensu pertractaui Aristoteles in septimo Ethicorum.

Cõtinentia circa quid versetur. Quantùm ad secundum non est immorandum: constare enim tibi potest ex præmissis, ꝙ in primo sensu versatur circa quemcunque malum & inordinatum affectum refrænãdum: vnde secundum Andronicum, continentia est cohibitio gulæ, luxuriæ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis, & superbiæ. In secundo autẽ sensu versatur circa omnimodam abstinentiam voluptatis venereæ pro tota vita, vt in virgine vel ad tempus, scilicet, extra matrimonij tempus, vt puella nondum nupta, vel nupta relicta. In tertio sensu versatur circa resistentiam vehementium concupiscentiarum tactus, quales sunt gulæ & Veneris.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ continentia sumpta in primo sensu nobilior est quàm sola temperantia: perfectius est enim refrænare omnem malum appetitum, quàm solum appetitum gulæ & Veneris. Nam sicut bonum quantò vniuersalius, tanto melius: sic & remedium contra malum quã tò vniuersalius, tanto perfectius. Præterea, Continentia in primo sensu includit temperantiam, & addit, inquantum alios inordinatos appetitus cohibet, vt diximus secũdum Andronicum: ergo, &c. Similiter sumpta in secundo sensu est nobilior temperantia simpliciter dicta, vt docuim⁹ de virginitate & castitate viduali, ꝙ sunt præstantiores castitate coniugali. In tertio autem sensu imperfectior est: qm̃ si sumatur virtus ꝑpriè, non est virtus, sed dispositio & via ad virtutem: temperantia autem est ꝑpriè virtus, vt docuimus suprà & in tertio libro Ethicorum. Et ratio quare non sit ꝑpriè virtus, est hæc: Ad rationem ꝑpriè virtutis moralis exigitur ꝙ appetitus sensitiuus ita subdatur rationi, ꝙ vehementes passiones rationi contrariæ non insurgant, sed sint vt domitę: sed in continente insurgunt passiones vehementes, quibus tñ ratio adeò resistit, ꝙ non succumbit: ergo continentia deficit à ratione virtutis: est tamen via & dispositio ad virtutem: qm̃ ratio ita firmatur in resistendo, ꝙ non assentit. Ratio autem, propter quam temperantia est ꝑpriè virtus, est hęc: In temperato plus viget ratio, quàm in continente: quoniam temperatus adeo deuicit passiones, quòd iam edomitæ sunt: & licet insurgant, non tamen impetuosè, & de facili comprimuntur, ita quòd per temperantiam ad medium deductæ sunt: ideo temperantia est verè & propriè virtus.

Tu tamen aduerte, vt diximus suprà de verecũdia, quòd apud Theologum omne principium operandi laudabile solet virtus appellari. Vnde apud eos dicitur continentia habitus inuictus à delectatione: habitus autem bonus moralis virtus est.

Sed dicis: Videtur continentia esse perfectiori modo virtus quàm temperantiam: nam cùm magis laboret continens in euincendo vehementes passiones, quàm tẽperatus, qui iã eas edomuit, videtur magis merere: maius autem præmium maiori virtuti correspondet: sicut maior corona maiori victorię: ergo, &c.

Respondetur: Maior labor simpliciter non meretur maiꝰ præmium, nisi adsit ratio magis vigens: aliter operari⁹ archi tecti magis ꝑmiaretur, quã architectus. In ꝑposito ergo dico, ꝙ licet continens magis laboret, quã tẽperatus, non tñ magis meretur: quia magis præualet ratio in eo, quã in continente. In tantum em̃ præualet, quòd iam edomuit passiones vehementes: continens autem non edomuit, sed cum eis decertat. Præterea, omnis temperatus prius fuit continens: oportuit em̃ prius certare, quàm potuerit subiugare rationi furiosas concupiscentias: sed continens non prius fuit tẽperatus aliter nõ decertaret: ergo tẽperantia non obstante maiori labore est perfectè virtus respectu continentiæ. Hęc de continentia dicta sint.

DE HVMILITATE.

Quantùm ad humilitatem tria agenda sunt. Primò, quid sit: secundò, qũo est spectans ad temperantiam, vt pars eius potentialis: tertiò, in quo conuenit, & in quo differũt humilitas posita à philosophis & humilitas Christiana.

Humilitas quid sit. Quantùm ad primũ aduerte, ꝙ humilitas est virtus, qua quis motum spei & animi sui spiritum refręnat, ne tendat in magna & excelsa contra rationem rectam.

Primò est virtus: quoniam in moralibus omne principiũ moderatiuum motus inordinati in appetitu est virtus, vt docuimus in secũdo Ethic. Sed in appetitu cõtingit esse motũ spei inordinatum: sicut qui sperat & præsumit ad altiora, quã sit dignus: & circa hunc motum ac spiritum regulãdum ponitur humilitas, ergo est virtus: & confirmatur per Origenem super Lucam: qui ait: Humilitas propriè in scripturis, vna de virtutibus prædicatur. Ait quippe Saluator: Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

Secundò est, qua quis motum spei & animi spiritum refrænat, &c. Aduerte, ꝙ in appetitu circa bonũ arduũ & difficile experimur duos motus ȝrios, quorũ vtrunq, cõtingit esse inordinatũ: Vnus est, quo repellimur, & quodammodo deterremur à ꝑsecutione ꝓ motum desperationis: vt qñ videtur nobis impossibile illud ϙequi, ét quod ró dictet illud esse ꝑsequendum: & ȝ hunc inordinatum respectionis motum ponitur magnanimitas, qua firmatur animus ad ꝑsequẽdum bonum arduũ, à quo repellimur vtilitate animi & desperationis motu: Alter est, quo inordinatè incitamur & impellimur ad consequendum bonum arduum & maius quàm sint vires & virtus nostra: & ȝ hunc motum inordinatum refrænandũ insurgentem ex vana & irrationabili spe: ponitur humilitas. Humilis est em̃ qui cognita suę virtutis quantitate, altiora de se non præsumit.

Tertiò dr, ne tendat in magna contra rationem rectam. Vnde aduerte, ꝙ radix humilitatis est cognitio sui: vnusquisque

Humilitatis radix est cognitio sui.

que autem seipsum cognoscit recto rationis iudicio, & falso seipsum ignorat & decipit. Qui igitur propriâ virtutem cognoscit, & vltra illius terminos nõ præsumit, humilis est. Et quidem quòd sui cognitio sit humilitatis radix, exemplũ in Abraham: qui Geneseos capite decimooctauo, considerata paruitate suæ inquit: Loquar ad dominũ, cum sim puluis & cinis. Et Diuus Augustinus dicit, quòd humilitas est intuitu propriæ conditionis, & sui conditoris cognita excellentia, voluntaria mentis inclinatio atque subiectio erga suũ conditorem: Constat igitur quid sit humilitas.

Humilitas qua ratione ad temperãtiã spectet.

Quantum ad secundũ aduerte, quòd humilitas non est spectans ad temperantiam ratione materiæ circa quã: non enim versatur circa voluptates vt tẽperantia, sed circa magnorum desiderium moderandum. Spectat autem quantũ ad modum: nam assimilatur temperantię in hoc, quòd sicut temperantia refrænat motũ concupiscentiarum, sic humilitas refrænat motum spei, ne scilicet, quis tendat in magna vltrà propriã virtutẽ. Et ratione huius similitudinis ponitur pars potentialis tẽperantię sicut etiã dicemus de mansuetudine: vnde & Origenes super Lucã dicit quòd humilitas, quã respicit Deus, est ea quam Philosophi dicunt moderationem, quæ manifestè ad modestiam vel temperantiam pertinet.

Humilitas Christiana ab humilitate Philosophorũ quid differat.

Quantum ad tertiũ aduerte, quòd humilitas à Philosophis posita, in vno conuenit cum Christiana ac diuina, & in vno differt.

Cõuenit quidẽ, quòd vtraque ponitur moderatiua spei, & frenatiua desiderij circa magna & excelsa, ne scilicet, homo ambulet in magnis supra se, id est, vltra virtutẽ suam: sed in paruis cõmensuratis virtuti & facultati suæ: vnde Aristoteles in quarto Ethicorũ, quem nos dicimus humilẽ, appellat temperatũ: illũ scilicet, qui tendit non in magna, sed in parua sibi ꝓportionata, & vt decet: & Tullius appellat eam moderationem spiritus.

Differt autẽ: quoniã humilitas Philosophorum non ordinatur ad Deum, excepto Platone, sed ad ciuilem vitam atque pacificã conuersationem humanam: vnde apud Aristotelem, qui de virtutibus agit vt ordinantur ad conuictũ laudabilem ac politicum, humilitas dicit subiectionẽ vnius hominis alteri secundũ ordinẽ lege determinatum, & apud Andronicum humilitas est habitus non superabundans sumptibus & prꝑationibus. Solent enim excessiui sumptus & apparatus ex iactantia prouenire: iactantiam autem humilitas reprimit.

Dixi, excepto Platone: quoniã vt animorum medicus & Dei maximi cultor de humilitate in ordine ad Deũ considerat, vt docuimus in dispositione moralis Philosophię Platonicę tractatu quarto, capite primo. Illic inuenies, ꝙ per humilitatẽ intendit Deo optimo debitam subiectionẽ, & de seipso non alta sentire, nec quocunque alio perfectiorẽ se existimare, nec appetere videri se quid magni esse, cùm fortè nihil sit: nec quid dignius existimare suprà virtutẽ ac vitæ probitatem.

Humilitas autẽ, quam docemus in diuina ac Christiana religione ordinatur ad Deum & ad proximũ propter Deũ. Dicit enim subiectionẽ, qua homo Deo se subiicit, & homini propter Deũ: vnde Petrus in prima epistola capite quinto, inquit: Humiliemini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Et quò ad proximũ inquit in capite secundo: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deũ, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam à Deo missis ad vindictã malorũ, laudẽ verò bonorũ. Hæc humilitas est vera virtus: quoniã refrænat spiritum humanũ in ordine ad Deum, cuius merces est beatitudo, vnde Matthæi capito quinto: Beati pauperes spiritu, id est, humiles: quoniã ipsorum est regnũ cælorum. Hęc in tota scriptura antiqua & euangelica, vt præcipua apud Deũ cõmendatur: sicut detestatur oppositum, scilicet superbia & arrogantia: vt patet infrà.

Humilium & mansuetorum semper tibi placuit domine Deus deprecatio: Iudith capite nono.

Et Iob cap. 5. Qui scilicet Deus ponit in sublime humiles & mœrentes erigit sospitate.

Et Dauid in Psalmis: Tu populũ humilem saluũ facies. Et iterũ: Et humiles spiritu saluabit. Et iterum: Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum: Et iterum Excelsus dominus & humilia respicit.

Et Isaias ca. 66. Super quẽ requiescet spiritus meus, nisi super humilẽ & contritum & trementem sermones meos?

Et Matthæi capite decimooctauo: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Præterea patres, & duces populi Israël laudantur q fuerunt humiles, & reprobantur arrogantes: Iacob dilectus fuit à Domino humilitate sua, & Esau reprobatus ex arrogantia, vt colligere possumus Geneseos cap. 27. & 28. Ioseph humilitate sua exaltatus est, vt colligere possumus Geneseos cap. 41. Moses, quoniam, vt scribitur Numeri cap. 12. mitissimus fuit hominum super terram, placuit Deo, Samuel humilitate sua gratiã inuenit apud dominum: vt colligere possumus in primo Regum capite tertio. Dauid humilitate & mansuetudine sua placuit domino, & confirmatus est in regem: vnde Michol vxori suæ irridenti eũ, quòd ante arcam domini saltasset, respondit: Ludam & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis. Saul autem quandiu paruꝰ fuit & humilis in cõspectu domini, placuit ei: sed postquàm intumuit, reprobatus cecidit: vnde dicitur in primo Regũ capite 15. Cùm esses paruulꝰ in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es: vnxitq́ue te dominꝰ in regem super Israël. & infrà, Pro eo quòd abiecisti sermonem domini, scilicet ex arrogantia & inobedientia tua, abiecit te dominus ne sis rex. Ezechias, Iosias, Ochozias, Iosaphat humilitate sua, qua se domino & legi suæ subiecerunt, placuerunt Deo: Roboã autẽ & Ieroboã & Achab, & Manasses, superbia sua reprobati sunt: vt videre poteris in tertio & quarto Regum.

In lege autẽ euangelica Seruator noster in omnibus se speculũ humilitatis exhibuit, totaq́ue vita sua non nisi humilitatẽ redolet: vnde, vt legimus Matthęi cap. 19. non erubescit humilis Seruator paruulos complecti dicens discipulis: Nisi efficiamini vt paruuli, qui scilicet nesciunt supbire, non intrabitis in regnum cęlorum.

Apostoli in omnibus studuerunt humilitatẽ suadere: vnde Paulus ad Romanos capite 12. inquit: Nõ alta sapientes, sed humilibus consentientes. & Petrus in prima epistola, capite tertio: Deꝰ superbis resistit humilibus autẽ dat gratiã. & capite quinto, Humilitatẽ animi vobis infixã habete. Et Iacobus in epistola capite secũdo inquit: Audite fratres, Nónne pauperes, scilicet spiritu, id est, humiles elegit dominꝰ in hoc mundo, diuites in fide, & hęredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se. Hæc de diuina & Christiana humilitate dicta sint, quã superba philosophia non attendit, nec curauit.

DE MANSVETVDINE.

Quantùm ad mansuetudinẽ, ne faciamus coincidentiã cũ his, quæ de ea ꝓtractat Aristo. in quarto Ethicorũ, vide in epitomatibus nostris in quarto Ethicorũ tract. 5. illic inuenies quinq; ꝓtractata: primò, circa q̃d versatur: secũdò, de ea cõsideratur. & quæ sint vitia ei opposita: tertiò, ꝓtractatur de vitiis illi oppositis: quartò, comparãtur vitia opposita ad mãsuetudinem: vt scias, q̃s eorum illi magis opponitur: quintò, soluitur dubiũ, quo q̃s quęrere põt: qualiter, quando, & qua de causa rationabiliter irascendum sit.

Nunc autẽ ad mentẽ sacri Theologi quatuor de ea pertractare intendimus primò, quid sit: secundò, qũo se habet ad clementiã: tertiò, qũo vtraque se habet ad tẽperantiam: quartò, cuius excellentię sint comparatę ad alias virtutes.

Mansuetudo quid sit.

Quantũ ad primũ aduerte, quòd mansuetudo sic diffinitur ad mentẽ Theologi: Mansuetudo est virtus, qua sedatur atque deprimitur ira secundum rationem rectã, ne homo prouocatus tendat in vindictam.

Primò est virtus: quoniã principium moderatiuum motus inordinati alicuius passionis appetitus est virtꝰ: est em̃ de ratione virtutis moralis esse moderatiuũ, ac regulatiuũ passionis, vel actionis humanæ, vt docuimus in 2. Ethi. Sed mãsuetudo est principium moderatiuũ iræ: Nam, vt inquit Chrysostomus super Matthæum: Mansuetus est ille, qui ꝓuocatus nec cogitat facere, nec facit vindictã: ergo mansuetudo est virtus moderatiua irę. Quod cõfirmatur dicto Isidori in secundo Soliloquiorũ, qui inquit: Magna est virtus, si non lędas, à quo læsus es. Id autem prouenit ex mansuetudine: ergo est virtus.

Mitis & mansuetus quo differant.

Secundò est, qua sedatur atque deprimitur ira: & id ponitur ad differentiam lenitatis, quam possumus appellare mititatem, à qua dicitur, Mitis: nam mitis est, qui ex natura suę lenitate siue humanitate, etiam prouocatus non irascitur, cùm meritò posset irasci. Mansuetus autem est, qui prouocatus irascitur, sed per rationis imperium ita moderatur iram, quòd non prosilit in vindictam prouocantis &

lædentis. Vnde esse mitem plus est, quàm esse mansuetũ, ꝓpterea Seruator ad ostendendam omnimodam lenitatem & pietatem & humilitatem, non dixit Matthæi capite vndecimo Discite à me, quia mansuetus sum: sed dixit, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animab⁹ vestris. & Dauid in Psalmo dominũ laudans ex misericordia, non appellat eum mansuetum, sed suauem & mitem dicens: Quoniam tu domine, suauis & mitis es, & multæ mansuetudinis omnibus inuocantibus te.

Tertiò dicitur, ne homo prouocatus tendat in vindictã. Nam hic est mansuetudinis effectus: quoniam, vt inquit Augustinus in Sermone domini in monte: Mansueti siue mites sunt, qui cedunt improbitatibus & non resistunt in malum, scilicet inferentes vindictam, sed vincunt in bono malum, & Cassiodorus super Psalmos inquit: Mansuetos appellam⁹ manu consuetos, id est, patientes, qui alienas iniquitates tolerant, nec aliquem grauare præsumunt. Constat igitur qd sit mansuetudo.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd aliqui arbitrant clementiam non distinguere, sed tantum nomine à mansuetudine. Nam clementia est virtus moderatiua pœnæ & vindictæ. Vnde clemens est, qui moderatè punit: sed pœna & vindicta infligitur propter iram: ergo sicut mansuetudo est moderatiua iræ, sic & clemẽtia: ex cõsequenti nõ distinguũtur re. Præterea clementia dicitur virtus moderatiua odij. Clemens est enim, secundum Tullium in secundo Rhetoricæ, cuius animus in odium alicuius concitatus, benignitate retinetur. Sed odium est ira inueterata: ergo & mansuetudo & clementia moderantur iram: ex consequenti sunt idem re.

Sed hæc opinio non est vera: differunt enim non solùm nomine, sed & re in rebus: primò: quia mansuetudo directè & per se reprimit iræ motum, ne iratus prosiliat in vindictam & nocumentum prouocantis contra rationem rectam: sed clementia modificat pœnam, quæ iustè infligitur: & posset maior infligi secundum legem. Clemens enim iudex est, qui ex leni animi affectu & cõpassione citra condignũ punit. Secundò, quia mansuetudo cuilibet homini decens est, congruum enim est omnem hominem furiosam iram reprimere, ne more ferarum proximum lædat: sed aut ignoscat, aut iudicem petat. Sed clementia propriè non cuilibet, sed existenti in autoritate conuenit: nam cùm sit moderatiua iustæ pœnæ & vindictæ, illius tantùm est moderari pœnã, cuius est punire: sed ad solũ superiorem spectat iustè punire, quoniã est iustitiæ minister: ergo superiori tantum tribuitur clementia. Vnde & Seneca in libro de Clementia inquit: Nullũ magis decet clementia quàm principẽ. & Prouerbiorum capite decimosexto, Laudatur rex ex clementia sic enim legimus: In hilaritate vultus regis vita & clementia eius imber serotinus. & ca. 20 Misericordia & veritas domini custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Hinc est, quòd Deum, & reges, & principes, & imperatores clementes appellare consueuimus. Vnde & Tertullianus in actis Apostolorum capite vigesimo quarto accusaturus Paulum coram Festo Felice inquit: Oro, vt nos audias pro tua clementia. Constat igitur, quomodo differunt mansuetudo & clementia.

Rationes autem oppositæ opinionis non concludunt: licet enim vtraque versetur circa moderationem iræ, non tñ æquè primò & eadem ratione: nam moderari iram ad mansuetũ primò & per se pertinet, & non moderari pœnã: quoniã mansueto, vt mansuetus est, non conuenit punire, sed vt princeps. Moderari autẽ pœnã primò & per se ad clementẽ spectat: consequenter autẽ moderari irã ne per excessum iræ excedat, aut seuerus sit in puniendo: & sic patet, quòd ex distinctione formali sumpta ex obiecto distinguũtur realiter sicut duo distincti habitus morales.

Quantum ad tertiũ aduerte, q̃ vtraque est pars potentialis tẽperantiæ non quo ad obiectũ: non enim versantur circa concupiscentias moderandas, sicut temperantia: sed altera circa iras, altera circa pœnas mitigandas ex affectu animi, & non tantùm ex lege, sed quo ad modũ: cõueniunt enim in hoc, quod est frænare & moderari: illa quidem concupiscentias, ista autem iras & pœnas: quare, &c.

Quantum ad quartũ aduerte, quòd simpliciter loquendo non sunt excellentiores virtutibus, quibus consequimur aliquod bonum: excellens: quales sunt fortitudo, iustitia, & prudentia: & super eas virtutes theologicæ. Nam per mansuetudinem & clementiam retrahimur à malo, scilicet ab excessu iræ & pœnæ: sed longè perfectius est consequi bonum, quàm carere malo. Ergo simpliciter loquendo non sunt digniores aliis virtutibus. Præterea, cùm sint adiunctę temperantiæ, non sunt digniores ea: temperantia autem, vt docuimus suprà, non est dignior fortitudine, nec iustitia, nec prudentia ergo, &c.

Cum hoc tamen stat, quòd respectu alicuius singularis cõmodi & auxilij, quod ex his solis consequimur, sint excellentiores atque magis laudatę: & ad eas in scriptura sacra omni diligentia inuitamur, eò quòd remouent acriora impedimenta, quibus impedimur à consecutione summi boni. Hęc autẽ impedimenta sunt præcipuè duo, scilicet non liberũ iudicium de veritate, & seueritas agendi contra proximum: à primo liberamur per mansuetudinem: nam ira est, quæ facit hominem non compotem sui, & aufert verum animi iudicium, iuxta illud Sapientis: Ira impedit animum, ne possit cernere verum. Cùm igitur mansuetudo reprimat & sedet iram, facit hominem compotem sui, & reddit animum prius impeditum ex ira liberum ad iudicandũ de veritate: vnde dicitur mansuetudo disponere hominem ad veram Dei & suæ salutis cognitionẽ. Propterea inquit Iacobus in epistola capite primo: In mansuetudine suscipite verbum, quod potest saluare animas vestras. & per verbum intendit veram Dei cognitionem traditã ex sacra fide. Et diuus Dionysius scribit ad Demophilum, Mosem propter suã mansuetudinẽ dignũ habitũ fuisse Dei apparitione in monte, sicẽ incipit epistola: Hebræorum tradit historia animose Demophile, etiã sanctũ illũ virum Mosem eximiæ mansuetudinis merito, diuina amicitia atque familiaritate dignatum. Ac si quando ipsum à diuino aspectu excidisse cõmemorat: non id ei priusquã à mansuetudine defecerit, contigisse describit.

Mansueta diuis quis fructus.

Et aduerte, quòd mansuetudo non solùm facit hominẽ sui compotem, sed & Deo & hominibus carum atque dilectum, Deo quidẽ, vnde dicitur Ecclesiastici primo: Beneplacitum est Deo fides & mansuetudo, Hominibus autem, quoniã dicitur Ecclesiastici capite tertio: Fili mansuetudine perfice opera tua, & super hominum gloriam diligeris. A secundo autem liberamur per clementiam: nam cùm fit remissiua pœnarũ remouet omnẽ seueritatem agendi contra proximũ: & sic reducit nos ad dilectionẽ eius, quę est actus caritatis. His igitur de causis mansuetudo & clementia cõputantur inter præcipuas virtutes. Quantũ verò mãsuetudo reddat nos hominibus caros, præcipuũ exemplũ habemus in Samuele, qui in 1. Regum. c. 12. cùm senuisset, & iã in regem vnxisset Saul, rationi se exposuit omni populo de ratione reddenda pro toto tẽpore, quo populum iudicauerat. Hæc de mansuetudine & clementia dicta sint.

DE MODESTIA.

Quantum ad modestiam propriè sumptã duo considerանda sunt. Primò, quid sit: Secundò, qũo est pars tẽperantiæ potentialis.

Modestia quando sit.

Quantũ ad primũ aduerte, quòd modestia, vt distinguitur à tẽperantia, & mansuetudine, & clementia, est quædã animi moderatio, atque compositio, à qua ad exteriora ꝓcedit in dictis, siue ioco, siue serio: & actis & corporis gestibus laudabilis decentia, atque ornatus.

Primò est quædam animi moderatio. Dicitur enim modestia à moderando. Omnis autẽ exterior moderatio ab intrinseca procedit, aliter non esset habitus moralis. Omnis nanque moralis habitus est in aliqua animæ potentia, vt docuimus in secũdo Ethicorũ. Modestia igitur exterior pullulat ab animi moderatione, sicut flos à radice. Cuius enim animus moderatus est, exteriora sunt cõposita: vnde dicitur Ecclesiastici ca. 19. Amictus corporis, & risus dentiũ, & incessus hominis, enunciant de illo: quasi dicat, Qualis in animo, talis extra se gerit.

Secundò dicitur, à qua ad exteriora, &c. Nã modestia ea regulat, quibus homo in cõuictu humano laudari, atque vituperari potest: hęc autẽ sunt verba, & acta, & gestus, & motus corporis: circa quæ regulanda Aristoteles in 4. Ethicorũ circa verba posuit affabilitatẽ & veritatẽ, circa ludos eutrapeliã, circa acta & gestus & motus corporis ponitur grauitas, ꝓportionata ætati, complexioni, statui psonę, Hęc autẽ oĩa intendit diuina scriptura & sacer Theologus modestia regulari: vnde cùm Paulus ad Philippenses capite quarto, inquit: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: intendit decentiam in omnibus prædictis. Quod distinctius explicat diuus Augustinus in regula, cùm dicit: In incessu, habitu, statu, & in omnibus motibus vestris, nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed vestrã deceat sanctitatem

ſtitatem. Conſtat igitur quid ſit modeſtia propriè dicta.

Quantum ad ſecundum aduerte, ſicut dicimus de mãſuetudine eſſe partem potentialem temperantiæ: non quia cõueniat in materia circa quam, ſed quoniam conuenit in modo. Nam ſicut temperantia refrænat & regulat turpes cõcupiſcentias, ſic manſuetudo refrænat & mitigat iras. In ꝓpoſito modeſtia non eſt pars temperantiæ ratione materiæ, circa quam, ſed ratione modi. Nam ſicut temperantia regulat motus concupiſcentiarum, quos ex impetu ſuo & ex pronitate naturæ difficillimum eſt refrænare: ſic modeſtia regulat exteriora noſtra, vt verba, acta, geſtus, nutus, &c. quæ minori difficultate regulantur: & tamen oportet circa ea particularé aſsignare virtutem regulatiuã, eò quòd decens eſt humanam vitam quo ad omnia interiora & exteriora eſſe regulatam ſecundum rectam rationem. Hanc autem particularem virtutem regulatiuam exteriorũ dicimus eſſe modeſtiam: de qua diuus Ambroſius in primo de Officiis inqt: Eſt in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda modeſtia. Habitus em̃ mẽtis in corporis ſtatu cognoſcitur. Hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior Aut cõtrà grauior, conſtantior, & purior, & maturior æſtimatur: Itaque vox quædam eſt animi, motus corporis, & imãgo: Eſt etiam greſſus probabilis, in quo ſit ſpecies autoritatis grauitatiſque pondus, tranquillitatis veſtigiũ: ita tamen, ſi ſtudiũ deſit & affectio, ſed motus ſit purus & ſimplex: nihil enim fucatũ placet motũ natura informet: ſi quid ſanè in natura vitij eſt, induſtria emendet: vt ars deſit non deſit correctio. Hæc de modeſtia dicta ſint.

DE PARCITATE.

Quantum ad parcitatem, quam nonnulli per ſe ſufficiẽtiam vocant, duo agenda ſunt: Primò, quid ſit: Secundò, quo modo eſt pars potentialis temperantiæ.

Parcitas quid ſit.

Quantum ad primum aduerte, quòd ſicut modeſtia dicit decentiam & decorem quendam in verbis, & actis & geſtis & nutibus, & motibus corporis: ſic parcitas dicit decentiã & ſufficientiã laudabilẽ in exteriori cultu, & apparatu, & ornatu corporis, ac domus & familiæ: & ſic diffinitur: Parcitas eſt virtus, qua contentatur homo in cultu & apparatu opportunis & decentibus ad bene & honeſtè viuere: pro cui' notitia aduerte, q' in apparatu & cultu corporis ac domus & familiæ cõtingit eſſe exceſſus & defect' & mediocritas. Exceſſus quidem tribus modis: primò, quantũ ad ſtatũ & conſuetudines hominum & patriæ, in qua & cũ quib. viuit: vt ſi Romæ ciues vtuntur tali vel tali habitu talis coloris vel pretij, vel figurę, & aliquis exiſtens ciuis Roman' ac viuens Romæ: non vult aliis conformari, ſed excellere. Hoc vtique vitioſum eſt: qm̃, vt inquit diuus Auguſtinus in libro tertio confeſsionũ: Quæ contra mores hominũ ſunt, flagitia pro morũ diuerſitate vitanda ſunt, vt pactum inter ſe ciuitatis & gentis conſuetudine vel lege firmatũ nulli' ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis eſt em̃ oĩs pars vniuerſo ſuo non congruens. Secundò, quantũ ad affectum gloriæ. Sunt enim quãplures, qui ſuperfluo apparatu & nitore veſtiti, vanam ſibi gloriam affectant: vt huius mundi diuites & curiales. Et quòd hic exceſſus culpa ſit propter mundi gloriam, declarat diuus Gregorius loquens in homilia diuitis epulantis, vbi inquit: Sunt nonnulli, qui cultũ ſubtilium pretioſarũmque veſtium peccatũ eſſe non putant.

Quòd ſi culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret q' diues, qui torquebatur in inferno, byſſo & purpura indutus fuiſſet. Nemo quippe veſtimenta præcipua, id eſt ſtatum ſuum excedentia, niſi ad inanẽ gloriam quærit. Tertiò, propter corporis mollitiem & delicias de his inquit Seruator Matthæi capite vndecimo: Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Defectus autẽ duobus modis contingit: primò, ex inertia & torpore: vt qui adeò negligunt ſeipſos & ſuos, quòd nõ curant vtrum veſtitus & ornatus corporis ſit mund' aut ſordid', integer aut laerat': Iſti appellantur miſeri, ſordidi & molles: de q' bus diximus in ſeptimo Ethicorum, quòd adeò torpent, q' laborant in elauandis veſtibus, dum per lutoſam viam incedunt. Iſti ſunt pigri, de quibus dicitur Prouerbiorum capite vigeſimo primo: Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Secundò, ex hypocriſi. Sunt enim aliqui, qui ſicut per abſtinentiam, ſic per vilitatem veſtitus vltra ſui ſtatus decentiam affectant laudari atque pro ſanctis haberi: de his intẽdit diuus Auguſtinus in ſermone domini in monte, cùm ait: Non in ſolo rerum corporearum nitore atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus & lutoſis eſſe poteſt iactantia, & eò periculoſior, quò ſub nomine diuini cultus decipit. Inter exceſſum autem & defectum mediat mediocritas, quam dicimus parcitatem ſiue ſufficientiam: qua contentatur homo decentib' & opportunis ſtatui ſuo: Hic eſt habitus Chriſtianæ parcitatis, de quo intendit Paulus primæ ad Timotheum capite ſexto, cùm dicit: Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Nihil em̃ intulimus in hunc mundũ, haud dubium quia nec offerre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.

Quantũ ad ſecundũ aduerte, quòd vt diximus de modeſtia, quòd eſt pars potentialis temperantiæ, non propter materiam circa quam, ſed ꝓpter conſimilem modum, nam ſicut temperantia eſt regulatiua turpiũ concupiſcentiarũ, & manſuetudo iræ, & modeſtia ſermonis, & geſtuum, & mot' corporis: ſic parcitas eſt regulatiua cultus & apparatus exterioris inter excedentiam & defectũ. Hac de cauſa ponitur pars potentialis temperantiæ.

Sed aduerte, quòd vti viliori cultu in veſtibus & aliis: licet, quando fit ex hypocriſi, vitium & ſuperſtitio ſit: qm̃ declinat à medio & ſecundum rem & ſecundum rationem rectam: tamen ſi fiat ratione humilitatis & pœnitentiæ, ſicut conſuetum eſt apud ſolitarios Anachoretas, & religioſos pauperes gratia exempli, & antiquitus apud ꝓphetas, ſicut legimus de Helia & Heliſæo in libro quarto Regum: & de Ioanne Baptiſta, vt legimus Matthæi capite tertio, q' erat indutus veſtimento de pilis camelorum: non eſt vitiũ, ſed laudabile: quoniam etſi declinant ad extremum per defectum ſecundum rem, tamen non declinant à medio ſecundum rectam rationem: ſicut etiam diximus ſuprà de magnanimitate & de virginitate. Hæc de parcitate dicta ſint.

DE SIMPLICITATE.

Quãtum ad ſimplicitatem, quam aliqui vocant moderationem, ſufficit videre quid ſit: quo viſo conſtabit quomodo eſt temperantiæ pars potentialis. Tu igitur aduerte, quòd ſimplicitas eſt habit' moderatiu' ſollicitudinis, qua anxiatur homo in procurandis ſibi bonis exterioribus neceſſariis ad victum & veſtitum. Nam in hac ſollicitudine cõtingit eſſe exceſſus & defectus & medium: excedit quidem ille, qui nil aliud curat niſi de his: ita quòd poſtponit bona animæ & corporis, vt his ſolis intendat, vt faciunt auari. Præterea ille excedit q' irrationabile ſtudium ponit in temporalibus acquirendis, ponens finem ſuum in illis: & quærens vltra neceſsitatem vel ſufficientiam vitæ. Hæc ſollicitudo eſt mala: & prohibetur à Seruatore, Matthęi capite ſexto: Nolite ſolliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut cooperiemur. Deficit autem ille, qui quærere & laborare negligit: ſuadeat ſibi neceſſaria vitæ prouidenda ſibi à Deo: iſti ſunt deſides & pigri, de quibus dicitur Prouerbiorum capite 21. Omnis piger ſemper in egeſtate erit: medium autem tenet, qui ſecundum quòd decet ſtudet in quęrendis ſibi ad ſufficientiam vitæ bonis, labore, exercitio, & ſtudio, ſiue officio laudabili: & habitus, quo quis tenet hoc medium, dicitur ſimplicitas, quę eſt pars potentialis temperantiæ: quoniam ſicut illa moderatur concupiſcentias vehementes & turpes, ſic iſta moderatur inordinatam ſollicitudinem erga temporalia acquirenda. Hæc de ſimplicitate, vt eſt pars potentialis temperantiæ, dicta ſint.

Simplicitas quid ſit.

Dixi vt eſt pars potentialis temperantiæ, ſcilicet refrænatiua immoderatæ ſollicitudinis in acquirendis & prouidendis temporalibus pro ſufficientia vitæ iuxta ſtatũ qualitatemque perſonarum. Nam in ſcriptura ſacra, & apud ſacros doctores ſumi conſueuit ſimplicitas, vt eſt habitus, quo quis ſe præſeruat ne decipiat, & nec decipiatur: & opponitur doloſitati ac fraudulentię: & hæc eſt, quæ eſt adiuncta prudentię. Nam hanc commendat Seruator Matthæi cap. 10. dicens: Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę. Nam ſi ſimplicitas ſit ſeparata à prudentia, non laudabilis eſt, imò ruditas & ineptia reputatur: vnde diuus Hieronymus ſuper Oſeam inquit: Prudentia abſque ſimplicitate, malitia eſt: & ſimplicitas abſq; ratione, ſtultitia nominatur. Hæc in tota ſcriptura commendatur, quoties eſt ſermo de ea. Laudatur Iob ca. 1. quoniã vir ſimplex & rectus, & recedens à malo. Hęc in Prouerbiorum libro ſępiſsimè & eminenter laudatur, vt ca. 9.

ſimplicem

ſimplices permanebunt in terra. & capite vndecimo, Qui ambulat ſimpliciter, ambulat cõfidenter. &c. 20. ſimplicitas iuſtorum diriget eos. & cap. 28. Melior eſt pauper ambulãs in ſimplicitate ſua, quàm diues in ſuis itineribus. De hac inquit diuus Gregorius in libro 12. moralium dicens: Nihil eſt felicius corde ſimplici: quia innocentiam erga alios perhibet. Nihil eſt quod pati ab aliis formidet. Habet enim quaſi arcem quandam, ſimplicitatem ſuam: nec ſuſpectus eſt pati quod ſe feciſſe non meminit. At contrà mens praua ſemper in laboribus eſt: quia aut molitur mala, quæ inferat: aut metuit ne ſibi hæc ab aliis inferantur. Hæc de ſimplicitate dicta ſint. Et hîc terminatur conſideratio de partibus integralibus & ſubiectiuis & potentialibus temperantiæ.

CAPVT V.

De vitijs oppoſitis temperantiæ.

IN capite quinto agendum eſt de vitiis oppoſitis partibus temperantiæ & quidem verecundiæ opponitur inuerecũdia, & honeſtati inhoneſtas, & abſtinentiæ gula, & ſobrietati ebrietas: pudicitiæ, impudicitia, caſtitati luxuria, continentiæ incontinentia, humilitati ſuperbia, manſuetudini iracundia, clementiæ crudelitas, modeſtiæ incõpoſitio, parcitati luxus, ſimplicitati anxietas. Verùm quia prædicta oppoſita ſe habent ad bonos habitus morales, quibus opponuntur, vt priuatio ad habitũ, & habita cognitione de habitu cognoſcit & ipſa priuatio per habitũ: vt cognito viſu ſcit q̃d ſit cæcitas, & per vitã cognoſco mortẽ: ideo circa huiuſmodi oppoſita pertractanda non multũ immorabimur, & præcipuè q̃m in tertia parte huius operis intendimus loqui de ſeptem vitiis capitalibus, ſub quibus prædicta oppoſita continentur: & tunc erit ſermo de vnoquoque, cum pertractabimus de vitio capitali, ſub quo, vel ad quod reducitur. Verbi gratia, in tractatu de luxuria, erit ſermo de inuerecũdia: de inhoneſtate, de impudicitia, de incontinentia. In tractatu de gula erit ſermo de crapula, quę ꝓpriè opponitur abſtinentiæ, & de ebrietate. In tractatu de ſuperbia, erit ſermo de omnibus oppoſitis humilitati. In tractatu de ira erit ſermo de iracundia & crudelitate. In tractatu de auaritia erit ſermo de luxu & anxietate. Hîc igitur terminatur ſecunda pars moralis philoſophiæ diuinæ atque Chriſtianæ, aſpirante diuino lumine à quo illuminati ſunt ſedentes in tenebris & vmbra mortis: vt affectus ſuos dirigerent in vitam æternæ beatitudinis, quam huius mundi ſapientes ignorarunt, excepto Platone, qui propinquius ad eam acceſſiſſe viſus eſt, vt docuimus in diſpoſitione ſuę moralis philoſophiæ Tractatu ſeptimo, vt videre poteris.

Explicit ſecunda pars diuinæ atque Chriſtianæ philoſophiæ moralis, in qua pertractatum eſt de ſeptem virtutibus tribus quidem theologicis, & quatuor cardinalibus moralibus, diſpoſita per Chryſoſtomum Iauellum Canapicium philoſophiæ, ac theologiæ profeſſorem, anno Domini 1536. die 23. Iulij.

PARS TERTIA MORALIS PHILOSOPHIAE chriſtianæ,

¶ De ſeptem vitiis capitalibus.

In Octo complexa tractatibus.

PRoposuimus in primo huius noſtri negocij moralis diuini atq; Chriſtiani, poſt cõſiderationem habitam de ſeptem virtutib. tribus quidem Theologicis, ſiue diuinis, & quatuor moralibus primis: ad quas ſubſequentes reduximus tractare de ſeptem vitiorum capitibus, quæ famoſum eſt ſeptẽ peccata mortalia in Chriſtiana religione nuncupari, quib' à ſalutis via diuertimur, atque ab æterna beatitudine reuocamur: ſicut ex oppoſito per ſeptem virtutes prædictas ad eam diſponimur, atque deducimur.

Vt igitur in hoc noſtro propoſito clariſſimo ordine atq; reſolutè procedamus, intentionem noſtram in octo tractatibus complectemur.

Primus erit de pręcognoſcendis, antequàm deſcendam' ad ſpecificã conſiderationẽ vniuſcuiuſque vitij capitalis.

Secundus de ſuperbia, ſiue de inani gloria.

Tertius de inuida.

Quartus de ira.

Quintus de acidia.

Sextus de auaritia.

Septimus de gula.

Octauus de luxuria.

TRACTATVS PRIMVS Tertiæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ, duobus diuiſus capitibus.

¶ De præcognoſcendis in conſideratione ſeptem vitiorum capitalium.

IN hoc primo Tractatu agendum eſt de aliquibus præcognoſcendis, vt vniuerſalibus principiis: ſine quorum prænotitia ſpecifica, & reſoluta de ſeptẽ capitalibus delictis doctrina haberi nõ poſſet. Cùm igitur naturalis doctrinæ ordo requirat, quòd ab vniuerſalioribus, & notioribus nobis procedamus, tractatum hunc in duo capita partimur.

Primò, quid ſit peccatum.

Secũdò, quotuplex ſit: & hîc ordinaturi ſum' oẽs generales diuiſiones peccati, & de ſingulis membris agemus, pro quanto neceſſe fuerit pro tradenda reſoluta doctrina ſeptẽ vitiorum capitalium: quando mortalia peccata ſint, & quando non, & quorum vitiorum ſingulũ ſit caput & origo, & cui virtuti ſingulũ opponatur. Et aduerte, quòd apud philoſophias morales humanas doctrina de huiuſmodi vitiis capitalibus parua, truncata, & penè nulla eſt, reſpectu doctrinæ diuinæ atque Chriſtianę. Non enim humano inuentu ſed diuino lumine atque traditione nobis innotuerunt & ex diuina lege: Vnde inquit Paulus ad Rom. cap. 7. Peccatum non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, &c.

CAPVT I.

De quidd tate peccati & eius grauitate.

IN primo capite inueſtigandum eſt quid ſit peccatum. Et hîc quatuor agenda ſunt: primò, quid ſit abſolutè & vniuerſaliſsimè ſumptum: ſecundò, quid ſit cõtractũ ad diuinam, & Chriſtianam legem: tertiò, vnde prouenit maior & minor peccati grauitas: quartò, quoniam dicemus peccatum eſſe actum malum, ſiue opus malum, aſsignabimus diſtinctionem de actu malo, & bono, & neutro. *Peccatũ ab ſolutè ſum.*

Quantum ad primum aduerte, quòd peccatũ abſolutè, & vniuerſaliſsimè ſumptũ ſic diffinitur: Peccatum eſt act' declinans, ſiue deficiens à rectitudine, q̃ debet actui ineſſe ſecundum regulam naturæ, aut artis, aut rationis, aut legis ſcriptæ, ſiue humanæ ſiue diuinę. *ptum quid ſit.*

Primò dicitur, actus declinans, &c. q̃m virtuoſè operari, & peccare opponuntur. Virtuoſè autẽ operari, eſt rectè & perfectè operari vt operandum eſt: quoniam virtus perfectio eſt, vt docuimus in ſecundo Ethicorum, Ergo ex oppoſito peccare eſt oblique & deficienter operari, cùm rectè & integrè operandũ eſſet. Sicut igitur virtus pfectio eſt, ſic peccatum defectus eſt: & peccare eſt deficere. Vnde omnis actus, ſiue in naturalibus, ſiue in artificiatis, ſiue in moralibus, qui aliter fit, quàm fieri debeat, peccatum eſt.

Secundò dicitur, à certitudine, quæ debet actui ineſſe ſecundum regulam naturæ, aut artis, &c. Nam autor naturæ agẽtibus naturalibus indidit determinatas virtutes, certũque operandi modum, præcipuè in generando ſibi ſimile, attingendóque pręſtitutum ſibi finem: à quibus ſi non deuiant, dicuntur rectè & naturaliter operari: vt homo generans hominem rectè, & integrè. Si autem deuiant, dicuntur peccare: vt homo generans monſtrum peccat, quoniam deficit in actu ſuo naturali. Vnde & apud Ariſtotelẽ in ſecũdo Phyſicorũ: Monſtra ſunt peccata naturæ, id eſt, defect'.

Similiter autor artis adinuenit determinata media certáſque regulas, quib' ſeruatis rectè, & vt debet fit artificiatum. Quòd ſi artifex aliter operatur, artificiatum nõ rectè fit: & dicitur artifex in arte ſua peccare, quoniã deficit & declinat à regula artis: vt Grammatic' incongruè loquens peccat. Logicus non ſyllogizans in modo, & in figura, peccat:

cat:Phyſicus non deducens concluſionem ex veris & propriis principiis peccat.

Similiter Deus optimus naturæ humanæ indidit principia prima practicabilia,ſecundum quorum cognitionẽ ſciat bene agere in moralibus,& œconomicis & politicis, & declinare à malo.Et hæc eſt ratio recta,ſiue rectum rationis dictamen,ſicut docuimus in ſexto Ethicorum. Qui igitur in regendo ſe ipſum agit vt ratio dictat,bene & moraliter viuit:qui autem à recta ratione deuiat,vt incontinens,intẽperatus,& iniuſtus, peccat in moralibus. Idem intellige in regimine familiæ domeſticæ,& in regimine populi.

Similiter Deus optimus vltra dictamen rationis rectę inſtituit nobis diuinã legẽ p Moſen & Prophetas, & Chriſtianam per filium humanatum,ſecundum quam agentes recte viuimus:& cõtra quam operantes,obliquè viuimus : & hoc eſt peccare.Vñ Dauid ĩ Pſalmo p declinare à rectitudine diuinæ legis inſinuauit nobis quid ſit peccare,inquit eñ: omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt:nõ eſt qui faciat bonum.Et Baruc ca.quarto:Declinauerunt à lege Dei. Conſtat ergo quid ſit peccatum vniuerſaliſsimè ſumptum in naturalibus quàm in artificiatis,& in moralibus,& in diuina,& Chriſtiana lege.Et aduerte,q̃ hęc diffinitio concorditer acceptatur à Philoſopho naturali, & morali, & Theologo:vnicuiq; enim deſeruit in ſua propria materia, circa quam verſatur,vt declarauimus.

Quantum ad ſecundum aduerte, quòd hîc non intendimus de peccato in naturalibus,nec in artificiatis,nec in moralibus traditis præciſè in lege humanitus inuenta : ſed de peccato prohibito ex diuina & Chriſtiana lege. Et in hoc ſenſu ſic diffiniri notum eſt apud Theologum:

Peccatũ vt legi diuinæ aduerſatur, quid ſit.

Peccatum eſt auerſio voluntatis creatæ ab incommutabili bono,id eſt,à Deo,qui ſolus eſt immutabilis, & ſemper idem permanens bonus ad bonum commutabile,id eſt,creatum conuerſio.Cùm enim omne creatũ ſit ex ſe nõ ens, eſt ex ſe mutabile:& niſi diuina virtute ſeruaret in eſſe,verteretur in nihilum,ſicut ex nihilo productum eſt.Hæc autẽ voluntatis creatæ auerſio conſiſtit in deformitate voluntatis creatæ à voluntate diuina,quæ in omni peccato inuenitur. Peccat enim creatura rationalis:quoniam aliquid vult qđ Deus nõ vult:vel non vult eo modo, quo Deus vult : verbi gratia,Deus vult hominem generare ſibi ſimilem per legẽ matrimonij,quam condidit,Geneſis capite ſecundo:Homo autem vult generare per adulterium,quod Deus prohibuit ideo peccat.Deus vult hominem loqui veritatem cum proximo:homo autem vult mentiri,Deus nõ vult:aliter nõ perderet omnes, qui loquuntur mendacium, vt in Dauid in Pſalmo.

Sed aduerte,quòd licet de ratione peccati in diuina & Chriſtiana lege ſit auerſio à Deo,& conuerſio ad bonũ creatum:tamen principale eſt auerſio. Nam ſi quis conuertit ſe ad creaturã,& nõ auertit ſe à Deo ſicut qui ſperat in amico ſpe ordinata,& qui diligit creaturam amore ordinato, & debito creaturæ,nõ peccat:imò bene ac laudabiliter facit. Hæc eſt diffinitio Diui Auguſtini,in lib. de libero arbitrio, quæ tibi pro preſenti conſideratione ſufficiat,vt manuducaris ad notitiã peccati mortalis:in q̃ perfectè verificatur prędicta diffinitio,vt tibi declarabitur.Nam cùm peccatum veniale non ſit peccatum ſimpliciter,ſed ſecundũ quid:(vt dicemus) ſic nec de eo verificatur ſimꝑ aſsignata diffinitio.Vñ aduerte,q̃ peccatũ,& diffinitio eiꝰ,ſe habet ad mortale & veniale,ſicut ens & diffinitio entis ſe habet ad ſubſtantiã & accidens .Nã ſicut ſubſtantia eſt ſimpliciter ens, & ei debetur eſſe ſimpliciter:accidens autem eſt ens ſecundũ quid,& ei debetur eſſe ſecundũ quid:(vt docuimꝰ in ſeptimo Metaphyſicæ)ſic peccatum mortale eſt peccatũ ſimpliciter:& eſt auerſio à Deo ſimpliciter:Veniale autem tãtùm ſecundum quid.Et id tibi manifeſtabitur,cùm aſſignabimus differentias inter mortale & veniale.

Peccati variatũ à Deo ſimpliciter, & ſecundũ quid diffinitiones aſſignatæ.

Aliæ ſolent de peccato diffinitiones aſsignari, præcipuè in doctrina Diui Aug.vt q̃ peccare eſt (neglectis rebꝰ æternis)temporalia ſectari.Item eſt vtendis frui:& fruendis vti Item,peccatum eſt voluntas retinẽdi vel conſequẽdi quod iuſtitia vetat.Item eſt affectio mala,ſed voluntaria. Verùm quia ſuprà poſita,& declarata diffinitio eſſentialis & formalis eſt,ideo in alijs non immorabimur.Sufficit eñ nobis hîc iacere fundamenta pro tradenda doctrina ſeptẽ vitiorum capitalium.

Peccatum altero grauius eſſe.

Quantum ad tertium aduertequòd peccatũ poteſt eſſe grauius altero propter decem.

Primò,ex cauſalitate:& eſt illud,à quo,vt à prima radice, prouenit omne peccatum:& in hoc ſenſu ,peccatum Luciferi grauiſsimum fuit:fecit enim reliquos angelicos ſpiritus,qui ei adhæſerunt,peccare.& primos parẽtes peccare fecit Geneſis capite tertio,ideo autor fuit omnis peccati. Quod inſinuat Seruator Ioannis capite octauo, cùm dicit Iudæis.Vos ex patre diabolo eſtis , & deſideria patris veſtri vultis facere.Ille homicida erat ab initio & in veritate nõ ſtetit:qa non eſt veritas in eo: cùm loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur,quia mendax eſt & pater eius. *multifariã contingit.*

Secundò,ex generalitate:& eſt illud,quod oẽs deſcendentes ab vno primo peccãte maculat & inficit. Et in hoc ſenſu peccatum primi hominis grauiſsimũ fuit.Ab ipſo eñ in omnem hominem tranſit.Vnde Paulus ad Rom.cap. tertio,Omnes peccauerunt,ſcilicet deſcendẽtes ab Adam, & egent gloria Dei.Et capite quinto,Sicut per vnum hominẽ in hunc mundum intrauit peccatum,& p peccatum mors: & ita in omnes homines mors ptranſiit,in quo omnes peccauerunt. *Peccatum primi hominis cæteris grauius eſt ex ſua generalitate.*

Tertiò,ex maxima deformitate atque abominatione. Et in hoc ſenſu peccatum Iudæ grauiſsimũ fuit.Vnde Seruator velut abhorrens ſceleris immanitatẽ, dixit ei ,Matthæi cap.26.Amice ad quid veniſti? Quaſi dicat,In quàm horrẽdum facinus decediſti? Et cùm cõſtitutus eſſet ante Pilatũ declarans Iudę impietatem deteſtabilem,inquit : Qui me tradidit tibi,maius peccatum habet:Ioannis ca. 19. Quaſi dicat:Licet tu graue peccatum committes,ſi me innocentem condemnabis:grauius tamẽ,imò grauiſsimè peccauit proditor meus. *Iudæ peccatum grauiſſimũ fuit ex deformitate.*

Quartò ex difficultate veniæ:quale eſt peccatũ in ſpiritum ſanctum,de quo inquit Seruator Mat.hęi cap.12.quòd non remittetur neque in præſenti ſeculo,neque in futuro. Quod quomodo intelligendum ſit,& quod propriè ſit peccatum in ſpiritũ ſanctum declarabitur infra.Pro nunc autem ſatis tibi ſit declarare ipſum eſſe grauiſsimũ. Tu igitur aduerte,quòd peccatum in ſpiritum ſanctum , eſt peccatũ ex malitia:peccat autem qs ex malitia,quando ſcit , & põt ſe abſtinere,& tamen eligit nõ abſtinere ex contemptu , & inobedientia legis.Et ex hoc efficitur grauiſsimum :qm ſicut quę committuntur ex impotentia, vel ignorantia merentur veniã ſic ex oppoſito quę committuntur ex potentia,& certa ſcientia,cum ꝓpoſito non abſtinendi, non merentur veniã,quantum ſit ex parte delinquentis:ex difficultate igitur veniæ cenſetur eſſe grauius cęteris criminibus. *Peccatum in ſpiritum ſanctũ grauiſſimũ eſt ex eo quod irremiſſibile dicitur.*

Quintò ex periculo.Et hoc eſt,quando qs ex ignorãtia, à qua poteſt purgari peccat:vt qui non vult intelligere, vt bene agat:diciturq; affectata,de qua ad plenũ locuti ſumus in libro tertio Ethicorum.Hęc eſt mater cunctorum errorũ,hęc principium damnationis:ideo Paulus Epheſios hortatur,vt hanc diffugiant,vtpote laqueum , & occaſionem omnis peccati:vnde in cap.4.ad Epheſios inquit : Hoc igitur dico & teſtificor in domino:vt iam non ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris,ſcilicet ignorantię obſcuratum habentes iutellectum,alienati à vita Dei per ignorantiam , quæ eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum : qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ in auaritiam.Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis,ſicut eſt veritas in Ieſu,&c. *Peccatum ex ignorantia affectata procedẽs grauiſſimũ.*

Sextò:ex inſanabilitate : & hoc eſt peccatum ,in quo ſiquis inuolutus fuerit, efficitur vt hydropicus : qui quantò magis bibit, tantò magis ſitit : ideo laborat morbo incurabili.Hæc eſt auaritia atque habendi cupiditas, cui (vt inquit Hieremias capite 6.) omnes ſtudent : & cap.22. cor & oculi hominum ad auaritiam. Grauiſsimum quidem peccatum eſt:quoniam eſt vt infirmitas inſanabilis , à qua non niſi morte ægrotans liberatur.Et quidem quòd inſanabilis ſit,& propter quid,& præſertim in ſenectute , iam docuimus in 4.Ethicorum.Et confirmatur Eccleſiaſtes cap. 5.Auarus non implebitur pecunia. Et quòd ſit peccatum grauiſsimum,conſtat ex eo,quod dicitur Eccleſiaſtici cap. 10.Auaro nihil eſt ſceleſtius.& Paulus ad Epheſi. capite 5. dicit auaritiam eſſe idolorum ſeruitutem ideo ex ſua grauitate non nominandam inter ſanctos.Verùm de eius maxima & diffugienda grauitate loquemur in tractatu ſexto, cùm erit ſermo de filiabus auaritię, & eius deteſtandis effectibus. *Auaritia ideo grauiſſimum peccatum dicitur, quia inſanabilis eſt.*

Septimò,ex pronitate atque mala & generali inclinatione ad illud. Et hoc eſt peccatum intemperantiæ, quod verſatur circa gulam & Venerem. Nam omne animal ad huiuſmo *Intemperantia vitium eſt grauiſſimum,quia ad eam magis inclinamur.*

huiusmodi obſcœnas voluptates declinat:& homo niſi fortiori ratione prævaleat cõtra concupiſcentias carnis,adeò inuoluitur quòd efficitur vt brutum:ſicut docuimns in parte ſecunda,tractatu ſeptimo,agentes de temperantia, & eius oppoſito.Licet igitur peccatum carnis nõ ſit ex culpa grauiſsimũ,eſt tamen ex pronitate atque innata inclinatione. Sed de eo pleni⁹ loquemur in tractatu ſeptimo, & octauo.

In Deum peccatũ grauiſſimũ eſt.

Octauò,ex Dei offenſa.Et eſt illud,quo Deus maximè offenditur ac inhonoratur,& eſt grauiſsimum abſolutè inter omnia peccata.Et hoc eſt infidelitas,& idololatria, & blaſphemia.Cuius maximè grauitatis ſignum ex eo ſumitur, quòd in ſcriptura ſacra Deus de nullo peccato ita ſe vindicauit,ſicut de infidelitate,& idololatria atque blaſphemia.

Nam Exodi cap.14.Pharao cum exercitu ſubmergitur in mari rubro.

Iſraël propter idololatriam venditus eſt hoſtib⁹ ſuis, Iudicum capite ſecundo.

Iſraël tandem propter idololatriam ſuam tranſlatus eſt in Aſſyrios vſque in hodiernum diem:quarti Regum capite decimoſeptimo.

Tribus Iuda tranſlata eſt in Babylonem propter neſandam idololatriam Manaſſæ regis Iuda:quarti Regum capite 24.

De vindicta autem diuina inflicta propter blaſphemiam in Deum.

Primò dicitur Leuitici cap.24 .Homo qui maledixerit Deo ſuo,portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur. Lapidibus obruet eum omnis populus,ſiue ille ſit ciuis,ſiue peregrinus.

Et in eodem capite præcepit dominus blaſphemum in carcere poſitum per Moſem extra caſtra adduci, & à toto populo lapidari.

Iudith capite ſexto,quoniam Holophernes blaſphemauit,dicens ad Achior:Quoniam prophetaſti nobis dicens, quòd gens Iſraël defendatur à Deo ſuo : vt oſtendam tibi quoniam non Deus niſi Nabuchodonoſor,cùm percuſſerimus eos omnes:tunc & ipſe cum illis cum gladio Aſſyriorum peribis,viliſſime periit,interfectus à Iudith.

In primo Regum capite ſecundo,dixit Heli ſacerdos filiis ſuis:Si peccauerit vir in virum,placari poteſt ei Deus.Si autem in Deum peccauerit,ſcilicet per infidelitatem, aut blaſphemiam,quis orabit pro eo?

In tertio Regum cap.20.quoniam Syri blaſphemant dominum dicentes:Quia Deus montium eſt,& Deus vallium, occiduntur

In quarto Regum cap.19.Serui & omnis exercitus Sennacherib propter blaſphemiam in Deum periit.

Hieremiæ ca.4 Pereunt filij Iſraël,quoniam blaſphemãt Deum dicentes:Seruiamus reginæ cæli,ſicut patres noſtri.

Danielis capite tertio,quoniam Nabuchodonoſor blaſphemat Deum dicens tribus pueris:Quis eſt Deus,qui eripiat vos de manu mea,eiectus eſt de regno,effectus vt beſtia fœnũ comedens.Conſtat igitur ex diuina vindicta peccatum infidelitatis & idololatriæ & blaſphemiç grauiſsimum eſſe propter maximam Dei offenſam.

Superbia qua ratione ſit grauiſſimum peccatum.

Nonò ex difficultate illud expugnandi:& eſt illud, qđ tam in bene,quàm in malè actis ſe ingerit.Et hæc eſt ſuperbia ſiue inanis gloria,de qua inquit Diuus Auguſt. in libro de natura & gratia.Cætera vitia in malefactis valent,ſuperbia etiã in rectè actis eſt cauenda:Non ſolum autem ex difficultate expugnandi,ſed quoniam(vt docebimus in tractatu ſecundo)radix & origo eſt omnium vitiorum capitaliũ, grauiſsimum peccatum eſt.

Ira grauiſſimum vitiorũ eſt,quia hominẽ obcæcat.

Decimò,ex mentis cæcitate:& eſt illud,quod mentem confundit,rationis rectum iudicium impedit.Et hæc eſt ira quæ niſi frænata fuerit,hominem in furiam rapit, de qua inquit Diuus Gregorius in libro quarto Moralium.Quanta ſit iracundiæ culpa penſare poſſumus,per quam patientia perditur:vt quid,quo ordine ſit agendum neſciatur omnino quia nimirum intelligentiæ lumen ira ſubtrahit : quum mentem permouendo confundit,per iram lux veritatis amittitur:quia quum menti iracundia confuſionis tenebras incutit,huic Deus radium ſuç cognitionis abſcondit. Hæc de cauſis vniuerſalibus maioris grauitatis vnius peccati ſuper alterum dictaſint.

Quantum ad quartum aduerte, quòd in actibus humanis reſpectu mali & boni , triplex genus actuum inuenitur ſcilicet actus malus,actus bonus,& actus neuter.

Actus mali dupl.æ

Actus malus eſt duplex:quidam eſt ex ſui natura , & ex ſuo genere malus:ita tamen quòd ex aliquibus circunſtãtiis et aduenientibus ceſſat eſſe malus:Sicut homicidiũ , & raptus rei alienæ ex ſe mala ſunt:qm̃ ſunt contra ordinatam erga proximum caritatem. Si tamen homicidium fiat ſecundum legem,id eſt per miniſtrum publicæ iuſtitiæ,& ex cauſa,qua ſecundum legem homo mortem meretur, deſinit eſſe actus malus.Similiter ſi quis in neceſsitate cõſtitutus rapit alienum, quia non poteſt aliter viuere , nec alio modo poteſt ſibi prouidere,deſinit eſſe actus malus: vt declarabimus,cùm loquemur de auaritia.

Quidam eſt ex ſe,& ſecundum ſe totum adeò malus, q ex quacunque circunſtantia ſuperueniente nunquam põt bene fieri:vt odiſſe Deum,blaſphemare Deum, odiſſe proximum ratione naturæ,adulterare,iniquè teſtificari.

Actus bon⁹ duplex.

Actus bonus duplex eſt:quidam eſt ex ſe,& ex ſuo genere bonus:ita tamen quòd per aliquas circunſtantias ſuperuenientes poteſt eſſe malus,nõ ratione ſui,ſed ratione malæ circunſtantiæ:vt dare eleemoſynam indigenti, eſt ex ſe bonum:quoniam (vt docuimus in parte ſecunda) puenit ex miſericordia,quæ prouenit ex caritate. Verùm ſiquis vt hypocrita vel fornicator dat eleemoſynam, vt laudetur ab hominibus,vel vt deducat indigentem ad turpitudinem, erit actus malus.

Quidam eſt ex ſui natura,& ſecundum ſe totum bonus: ita quòd per nullam circunſtantiam poteſt fieri malus , vt diligere Deum ex toto corde,& proximum propter Deũ, ſanctificare ſabbathum propter Deum, honorare parẽtes, eiſque in indigentia ſubſidium præſtare.

Actus indifferentes qui ſint.

Actus neuter eſt ille,qui ex ſui natura neque bonus , neque malus eſt apud moralem & Theologum,ſed tm̃ eſt bonus bonitate naturæ.Iſti ſunt actus potẽtiæ ſenſitiuç & motiuæ,vt videre,audire,guſtare, ambulare,mouere caput & manum,& extendere digitum , &c. Huiuſmodi actus ex ſolis circunſtantiis efficiuntur boni & mali : nam ſi fiunt, quando,& qũo,& gratia cuius recta ratio dictat,boniſunt moraliter & laudabiles.Si autem fiunt,quando,& quomodo,& gratia cuius non oportet,mali ſunt.Vnde ſolet dici, quòd nõ ex ſe,ſed ex modis quibus fiunt,put. ſcilicet ſunt conceſsi lege vel prohibiti,recipiunt bonitatẽ, & malitiã moralem:putà,q comedit temperatè,vt ſeruetur in eſſe, & virtuoſè operetur , comeſtio bona eſt moraliter & apud Theologum:qui autẽ ſuperfluè,& ex libidine comedit, & à cibis p tẽpore ex lege prohibitis nõ ſe abſtinet, comeſtio mala eſt & demeritoria:quoniã non ſolùm fit contra dictamen rationis rectæ ſed etiam cõtra legem Chriſtianæ religionis.Hæc de preſenti capite dicta ſint.

CVPVT II.

De variis peccatorum diuiſionibus.

IN ſecundo capite agendũ eſt de diſtinctionibus vniuerſalib⁹ peccati,vt ordinatè deſcendamus ad diuiſionẽ per ſeptem vitia capitalia.Sic igitur procedendum eſt:

Prima diſtinctio,

Peccatum,aliud mortale,aliud veniale.

Secunda diſtinctio,

Mortale,aliud originale,aliud actuale ſiue perſonale.

Tertia diſtinctio,

Mortale actuale,aliud fit cõmittendo,aliud omittendo.

Quarta diſtinctio,

Mortale committendo,aliud fit cõtra Deum,aliud cõtra proximum,aliud contra ſeipſum.

Quinta diſtincto,

Mortale cõtra Deum,aliud fit contra Deum,vt De⁹ eſt: aliud contra patrem,aliud cõtra filium,ſiue Verbum, aliud contra Spiritum ſanctum.

Sexta diſtinctio,

Mortale contra Deum,& proximum,& ſeipſum diſtinguitur in ſeptem vitia capitalia,ſcilicet in

Superbiam,

Inuidiam,

Iram,

Acidiam,

Auaritiam,

Gulam,

Luxuriam.

Nam ex his quædam committuntur in Deum, & proximum,vt ſuperbia & ira.Quędam in proximum, vt inuidia. Quædam in proximum & in ſeipſum, vt auaritia,& luxuria.Quędam in ſeipſum,vt gula.Quædam in Deum,& proximum & ſeipſum,vt acidia,

Verum

Verùm etſi noſtra prima intentio ſit, vt propoſuimus in hactertia parte exactè pertractare de ſexta diſtinctione, & ſingulis eius membris: tamen ne præcedentes diſtinctiones, & earum ſingulæ partes ignotæ tibi permaneant, reſolutè, & compendiosè de eis pertractabimus: quoniã illis incognitis ſeptem capitalia vitia non niſi confusè comprehendere poſſes. Procedemus igitur, vt infrà.

Primò, de mortali.
Secundò, de veniali.
Tertiò, de originali.
Quartò, de mortali actuali in committendo.
Quintò, de eodem in omittendo.
Sextò, de mortali contra Deum, & patrem & filium & ſpiritum ſanctum.
Septimò de mortali contra proximum.
Octauò, de mortali contra ſeipſum.
Nonò, in quot animæ potentiis, & in qua principaliter poſsit eſſe peccatum.
Decimò, de ſumma peccatorum, quæ committuntur corde, ore, opere, omiſsione.

Primò de Mortali.

Quantùm ad primum, tria de mortali pertractanda ſunt.
Primò, quid ſit.
Secundò, quibus nominibus communiter nominatur.
Tertiò, quos & quàm graues effectus cauſat.

Mortale peccatum quid ſit.

Quantùm ad primum aduerte, quòd communi ſententia apud Theologũ acceptatur vt ſufficiens diffinitio Diui Auguſtini quæ eſt hęc: Peccatũ mortale eſt dictũ, aut factum, aut concupitum contra legem æternam. Quæ quidem diffinitio ideo reputatur ſufficiens, quoniã ſufficienter explicat naturam peccati mortalis, & cõuenit omni cõtento ſub eo, & facit ipſum differre à veniali. Quòd ſufficienter explicet naturam eius, patet ex eo q̃ peccatum mortale dicit duo, vnum vt materiale, alterum vt formale. Materiale quidem eſt actus ſiue habit⁹ malus, vt agere iniuſta, eſt iniuſtitia formale autem eſt deordinatio vel declinatio à ratiõe recta & ab æterna lege, vt à prima regula, q̃ eſt diuina lex. Et in hoc formali completur ratio peccati: nã niſi actus ſiue habitus eſſet coniunctus huic deordinationi, nõ eſſet malus. Et in tali deordinatione ſtat auerſio ab incommutabili bono, quã diximus in capite præcedenti eſſe principale in diffinitiõe peccati abſolutè ſumpti: Et quoniam à formali habet peccatum q̃ ſit peccatum, ideo dicitur quòd peccatum formaliter eſt defect⁹ eſt priuatio, eſt obliquitas, eſt deformitas, eſt declinatio à rectitudine, quæ debet actui, vel habitui ineſſe ſecundum rationem rectam, & æternam legem. Quòd autẽ conueniat omni contento ſub diffinito patet ex eo q̃ omnis actus deordinatus vel eſt interior, & hoc eſt peccatũ cordis, quod ſignatur per ly concupitum: vel eſt exterior, & hic duplex: qm̃ vel eſt oris, & ſignatur per ly dictum: vel operis, & ſignatur per ly factũ. Quòd etiam conueniat peccato omiſsionis declarabitur infrà. Manifeſtabimus enim quomodo ad ipſum cõcurrat actus. Quòd faciat differre mortale à veniali, patet per ly contra legẽ æternam. Nam declarabimus infrà peccatum veniale non eſſe propriè contra legem Dei, ſed præter legem: nec facit propriè voluntatẽ creatam auerti à bono incommutabili. Conſtat igitur quomodo prædicta diffinitio eſt ſufficiens. Et licet aliæ formẽtur diffinitiones, ea quę Diuo Auguſtino aſcribitur in libro de duabus animabus. Peccatum mortale eſt voluntas retinẽdi, vel faciendi vel conſequendi, quod iuſtitia vetat. Et ea, quæ attribuitur Diuo Ambroſio: Peccatum mortale eſt diuinæ legis pręuaricatio, & cęleſtium inobedientia mandatorũ, tamen in his non eſt immorandum: quoniam etſi veræ ſint, nõ tamen ita ſufficienter declarant naturam eius, ſicut prędicens: nam ea, quę eſt Auguſtini principaliter datur per cauſam effectiuam, quæ eſt voluntas deordinata. Quæ autẽ eſt Ambroſij, explicat formale, quod eſt priuatio ſiue deordinatio per ly prævaricatio, & ly inobedientia.

Sed dices, cùm lex æterna ſit ratio Dei, & ratio Dei ſit recta: & omne peccatum mortale fiat contra rationem rectã: quare in prædicta diffinitione non dicitur contra rationem rectam, ſicut contra legem æternam?

Reſpõdetur: Si diuus Auguſtinus diffiniſſet peccatũ mortale, vt Philoſophus moralis, vtique dixiſſet contra rationẽ rectã: quoniam, ſicut docuimus in ſecundo, & ſexto Ethicorum, actus bonus eſt, qui fit ſecundum rationem rectã: malus autem, qui ſecundum rationem non rectam: ex conſequenti fit contra rationem rectam. At quoniam, vt Theologus diffinit, & Theolog⁹ maximè cõſiderat in actu malo Dei offenſam, quæ committitur ex eo, q̃ quis agit contra diuinã inſtitutionem & diuinum mandatum: ideo cõgruè dixit cõtra diuinam ſeu æternam legem. Prętereà aduertit Auguſtinus, q̃ in Chriſtiana religione in multis dirigimur per diuinam legem antiquã, & euangelicã, præcipuè in his, quæ cõcernunt fidem, in quibus non poſsumus præcisè per rationẽ rectam naturalem regulari, vt docuimus in prima parte, agẽtes de celſitudine huius ſcientiæ ſupra humanas: pręcipuè in diligendo, & colendo Deo vno & trino. In ordinandis actionibus noſtris ad ſuperęceleſtem beatitudinẽ: & hæc Philoſophi humana ratione recta inueſtigare non potuerunt. Prætereà, in parte quarta, in qua acturi ſumus de diuinis donis, declarabitur tibi qũo excellentius dirigimur per diuinam legem, quàm per rationem rectam naturalem, à qua, q̃ dierunt virtutes morales à Philoſophis inuentæ: & ab eius obliquitate vitia oppoſita.

Peccatũ mortale variis nuncupatur nominibus.

Quantum ad f̃m aduerte, q̃ peccatum mortale in ſacra ſcriptura pluribus ſolet nominibus atteſtantibus grauitatẽ ſuam denominari.

Et primò, dicitur mortale: qm̃ per ipſum priuatur anima vita ſua, quæ eſt Dei gratia. Vnde f̃m doctrinam Pauli peccato mortali homo moritur, & gratia, quæ eſt per Chriſtum Ieſum viuit. Dicit em̃ ad Romanos cap. ſexto, Exiſtimate vos mortuos quidem peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu, & infrà: Finis illorum mors, & ſtipendia peccati mors: gratia autem Dei vita ęterna.

Mortale peccatum macula eſt.

Secundò, dicitur Macula: quoniam inficit & deturbat animam per expulſionem decoris, q̃ eſt Dei gratia: vnde Ioſue cap. 22. exprobrans filios Ruben inquit: An parum vobis eſt, q̃ peccaſtis in Beelphegor, & vſque in præſentem macula huius ſceleris permanet in vobis. Et Apocalypſis cap. decimoquarto, Sine macula, id eſt, ſine peccato, ſunt ante thronum Dei.

Mortale vitium reatus dicitur.

Tertiò, dicitur Reatus: eſt autem Reatus, ſecundũ Theologum & ciuilem Philoſophum obligatio ad pœnam ex actu malo: Dicitur igitur peccatum mortale Reatus: qm̃ eſt cauſa, q̃ homo pœnę obligatur ex lege & diuino inſtituto. Sed aduerte, q̃ hic terminus, Reatus, non eſt in vſu in ſcriptura ſacra, in qua tamen ipſius ſignificatum, ſcilicet, obligatio ad pœnam talem vel talẽ paſſim habetur, & inſtituitur, Deo autore legis: nam Geneſis c. 3. Deus Euam inobedientẽ obligat his pœnis: Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos: In dolore paries filios, ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adam autem his pœnis obligauit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo pręceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitę tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua aſſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. In libro autem Numeri & Leuitici inuenies ſingulos Reatus, ſingulis peccatis correſpondentes: In euangelica verò lege vnus vniuerſalis Reatus q̃ peccato denuntiatur, ſ. damnatio ęterna: ſicut pro innocenti vita pręmium æternum. Matthęi, capite vigeſimoquinto, Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

Mortale peccatum delictum cur dicatur.

Quartò, delictum dicitur: eſt autem delictum f̃m diuum Auguſtinum in quæſtionibus ſuper Leuiticum, illud, per qd̃ ſummum bonum derelinquitur. Et quoniã per peccatũ mortale fit auerſio à ſummo bono, ex conſequenti derelictio: iõ congruè delictum nominatur. Quod Moſes in cantico eleganter exprimit dicens: Dominum, qui te genuit, dereliquiſti, oblitus es domini creatoris tui.

Mortale vitium culpa nuncupatur.

Quintò, dicitur culpa, eſt autem culpa voluntaria actus deordinatio, propter quam pœnam meretur, & incurrit: & quoniam in omni peccato mortali & præcipuè actuali eſt huiuſmodi voluntaria deordinatio: ideo congruè culpa nũcupatur. De hac legimus Numeri capite decimoquinto. Si per ignorantiam pterieritis quicquam horum, quæ locutus eſt dñs ad Moſem, & mandauit per eum ad vos, & infrà Dimittetur vniuerſę plebi filiorum Iſraël & aduenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam.

Mortale peccatum offenſa dei eſt.

Sextò, dicitur offenſa, ſ. Dei. Nam licet peccans mortaliter aliquando & directè offendat proximum, vt homicida, & fur: aliquando ſeipſum, vt prodigus & guloſus: tamen primò Deum vt legis diuinæ autorem offendit, in quantum ſtatuit agenda, & prohibuit non agenda: ideo peccatum mortale

tale meritò dicitur offensa : quoniam peccato offenditur: vnde Iudith capite vndecimo, dixit Holopherni : Constat Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per Prophetas ad populum quòd tradet eum pro peccatis suis. & Paulus ad Philippẽses capite primo, per offensam intendit peccatum mortale, inquit enim : Vt sitis sine offensa in diem Christi.

Mortale delictum præuaricatio est.

Septimò, dicitur præuaricatio, inquantùm diuinam legem respicit, quæ transgrediendo præuaricatur. Nam, vt inquit Paulus ad Romanos capite quarto, vbi non est lex, non est præuaricatio: peccatum ergo est præuaricatio, quoniam est legis transgressio : si igitur Deus legem non dedisset, peccatum non congruè diceretur transgressio. Quod igitur peccatum in scripturis sacris præuaricatio dicatur, patet Hieremiæ capite quinto : Multæ sunt præuaricationes eorum, & cõfortatæ sunt auersiones eorum, & infrà, Præuaricatione præuaricauit in me domus Israël, & domus Iuda.

Mortale peccatũ scelus est.

Octauò, dicitur scelus, ex eo, quòd est magna Dei iniuria: licet grauiora peccata in Deum, vt idololatria, blasphemia & in proximum, vt parricidium, proditio, expoliatio, appropriatè dicantur scelera. Vnde in scriptura sacra per scelus non quodcunque peccatum mortale, sed enorme designatur. Vnde Genesis capite decimonono, peccatum Sodomorum appellatur scelus. Dicunt enim Angeli ad Loth: Surge, tolle vxorem tuam & duas filias, quas habes, ne & tu pereas in scelere ciuitatis, & capite quinquagesimo, venditio Ioseph appellatur scelus. Sic enim dicunt fratres eius ad, eum, nomine Iacob patris iam defuncti: Pater tuus præcepit nobis antequàm moreretur, vt hæc tibi verbis illius dicerem': Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te.

Mortale vitium est nefas.

Nonò, dicitur nefas, eò quòd non est licitum personæ perpetranti. Maximè autem nefas dicitur peccatum commissum ab eo, qui obligatur agere oppositum, vt filius percutiens patrem, amicus offendens amicum in persona, aut in fama, ciuis agens contra patriam, beneficiatus peccans in benefactorem. Vnde in scriptura sacra per nefas intelligitur detestabile peccatum. Sic enim legimus Leuitici capite vigesimo, Qui dormierit cum masculo fœmineo coitu, vterque operatus est nefas, morte moriatur. Qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius, scelus operatus est : viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

Mortale peccatum crimen appellatur.

Decimò, dicitur Crimen, eò quòd accusationem & pœnam meretur. Vnde scriptura sacra, vt in pluribus, non vtitur criminis nomine, nisi respectu accusationis : nam Genesis capite trigesimoseptimo dicitur q Ioseph accusauit fratres apud patrem de crimine pessimo & in primo Machabæorum capite septimo dicitur, quod Alchimus accessit ad regem, & accusauit Iudam, & qui cum eo erant, multis criminibus, & in actis Apostolorum capite vigesimo quinto, dixit Festus Iudæis persequentibus & sæuientibus in Paulum : Qui in vobis potentes sunt, si quod est in viro crimen, accusent eum. Constat igitur quibus nominibus communiter nominatur in scripturis sanctis peccatum mortale.

Mortalis criminis varij effectus.

Quantùm ad tertium aduerte effectus peccati mortalis, pœnas innumerabiles esse: Qui tamen ex scripturis sacris eliciuntur ad octo reducuntur.

Primò, Deum optimum, qui pius est pater omnium, & seruator, & suauis dominus: iudicem, punitorem, & vindicatorem fecit: Nam si nullum esset peccatum, nulla pœna, nullumque supplicium adesset: Iustitia enim requirit, quòd non prius sit Deus victor, quàm sit homo peccator: peccatum igitur Deum punitorem fecit: vnde Genesis capite quarto. Deus ad Cain dixit : Nonne si bene egeris recipies. Sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum erit : quasi dicat, Manifestum fiet peccatum tuum ex pœna, quam tibi infligam : & Esdræ libro tertio, capite primo. Igitur dominus ad populum Iuda : Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam, petentibus vobis misericordiam non miserebor, quando inuocabitis me, non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cõmittendum homicidia: Non quidem me dereliquistis, sed vos ipsos dicit dominus. Et Dauid in Psalm. Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator: conuertantur peccatores in infernum, oẽs gentes, quæ obliuiscuntur Deum. Et Ecclesiastici cap. quinto. Ne dixeris, peccaui: & quid mihi accidit triste : Altissimus enim est patiens redditor : De propiciato noli esse sine metu: Neque adiicias peccatum super peccatum: Et ne dicas, Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia eñ & ira citò ꝓximant: & in peccatores respicit ira illius: non tardes cõuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ disperdet te.

Mortale vitium naturalia vulnerat.

Secundò, Naturalia vulnerat, & debilitat, & præcipuè intellectum, ac voluntatem : Nam intellectum, obscurat in cognitione veritatis, & voluntatem tepescere facit in bene operando. De primo habemus Iob, capite decimooctauo: Nonne lux impij, scilicet, quò ad intellectum ex peccato extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna, quæ super eum est, extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. Et Prouerbiorum capite quarto: Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Et Sophoniæ capite primo, Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. De secundo habemus Apocalypsis capite tertio, vbi scribit Ioannes Angelo, id est, sacerdoti siue populo ecclesiæ Sardis, Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus: vtinam frigid' esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo.

Mortale peccatum animam deformat.

Tertiò, Animam deformat & confundit. Sicut enim gratia format & illustrat, quoniam est nitor animę sanctum concilians amorem, scilicet, Dei erga animam, sic peccatum deformat & confundit. Et de hoc habemus Apocalypsis capite tertio : vbi Ioannes continuat supradicta, inquiens: Nescis quia tu es miser, scilicet ex peccato, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, id est, quęrere vt infundam tibi caritatem & gratiam, vt locuples fias : & vestimentis albis induaris, id est, operibus gratiæ, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Et collyrio inunge oculos tuos, vt videas.

Peccatũ mortale cor indurat.

Quarto, Cor indurat: Sicut enim gratia & caritas reddũt hominem docilem & suasibilem in bonum : sic oppositum gratiæ, quod est peccatum mortale, causat oppositum. De hac inductione dicitur in secundo Paralipomenon, capite trigesimosexto, quòd Sedechias rex Iuda postquàm fecerat malum coram domino, nec erubuerat faciem Hieremiæ ꝓphetæ loquentis ad eum ore domini, indurauit ceruicem suam & cor: vt non reuerteretur ad dominum Deum Israël. Et Iob capite quadragesimo primo, Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Et Paulus ad Hebręos capite tertio, Videte fratres ne fortè sit in aliquo vestrũm cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

Mortale peccatum animi pace priuat.

Quintò pace intrinseca priuat : destruit enim contemperantiam & ordinem inter superiorem animæ partem & inferiorem, quam vocamus appetitum sensitiuum: & secundum Pauli doctrinam pars superior, id est, intellectualis appellatur spiritus: & pars inferior dicitur caro : & propter peccatum sibi inuicem aduersantur : ex gratia autem concordantur. & quidem quòd peccatum hac pace nos expoliet, sacra scriptura passim testatur : vnde Isaiæ capite quadragesimooctauo, non est pax impijs, dicit dominus. Idem replicat capite quinquagesimoseptimo. Et Hieremiæ capite duodecimo. Non est pax vniuersę carni, id est, viuentibus secundum carnem, vt peccatores. & Dauid in Psalmo: Viam pacis non cognouerunt. & Paulus ad Romanos capite octauo, Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt : qui verò secundum spiritum, quę sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus pax & vita, &c. Ergo ex oppositio prudentia carnis, secundum quam viuunt peccatores, est bellum & mors.

Mortale peccatum bona opera infructuosa facit.

Sextò opera bona infructuosa reddit. Est enim peccatum in anima, vt vermis in radice, quo inficiuntur & marcescunt fructus. Vnde anima sub peccato est sicut ficulnea, cui maledixit dominus, Marci capite vndecimo. Et quidem quòd peccatum infructuosa & inutilia & mortua, scilicet, ratione meriti faciat opera, patet Apocalypsis capit. 3.

vbi

vbi ſic ſcribit Ioānes Angelo, id eſt, ſacerdoti eccleſiæ Sardis: Scio opera tua, quia nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Eſto vigilans, id eſt ſurge à peccato, in quo dormis: & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena, id eſt, perfecta & fructuoſa corā Deo meo.

Mortale peccatū reddit hominē inſanum. Septimò hominem ſtultum & inſanum reddit: nam, vt diximus, rationem obſcurat & confundit, vt in Pſalmo: Cōfuſi ſunt, ſcilicet, ex peccato: quoniam Deus ſprenit eos. Mente autem confuſa, non eſt homo ſanæ & integræ rationis, ſed infirmus. Rationis vera infirmitas amentia & ſtultia eſt. Et quidem quòd peccatum reddat hominem ſtultū legimus Prouerbiorū capite quinto: Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur: ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam: & in multitudine ſtultitiæ ſuę decipietur. Et Paul⁹ ad Romanos capite primo: Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorū: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

Peccatum mortale ad miſeriā deducit. Octauò ad vltimam miſeriam deducit. Sicut enim virtus ad beatitudinem diſponit, quoniā eſt diſpoſitio perfecti ad optimum: ſic peccatum & vitium ad miſeriā: & hæc eſt peccantis ſors. Vnde Eccleſiaſtici capite quadrageſimo primo, Veh vobis viri impij, qui dereliquiſtis legem domini altiſſimi. Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini. & ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra. Et Boëtius libro quarto de cōſola. proſa quarta inquit: Si miſeria miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt diuturnior nequā. Quos infeliciſsimos eſſe iudicarem, ſi non eorum malitiam, ſaltem mors extrema finiret. Etenim ſi de prauitatis infortunio vera cōcluſimus: infinitam dico liquet eſſe miſeriam, quam eſſe conſtat æternam. Hęc de peccati mortalis quidditate & nominibus & effectibus dicta ſint.

Secundò de veniali.

Quantùm ad peccatū veniale, cuius pręcognitio neceſſaria eſt in cōſideratione, Septem vitiorum Capitaliū: (declaraturi enim ſumus, quando ſuperbia, & ira, &c. ſunt mortalia: & quando venialia) duo agenda ſunt. Primò, quid ſit ſecundum ſuum proprium ſignificatum, vt diſtinguitur à mortali, Secundò, ſi poteſt fieri mortale.

Veniale peccatū tripliciter venialē dicitur. Quantùm ad primum aduerte, vt ſcias quid propriè ſit ſumptū in ſuo proprio ſignificato: quòd trib⁹ modis cōſuetū eſt apud Theologum peccatum dici veniale. Primò, ex euentu. Secundò, ex cauſa. Tertiò, ex genere ſiue ex ratione obiecti. Ex euentu quidem dicitur peccatum veniale, ex eo quòd meretur, & obtenta eſt venia: ita quòd ex effectu, id eſt, ex eo quòd dimiſſum eſt, dicitur veniale. Et in hoc ſenſu ſm doctrinā Diui Ambroſij: omne peccatū quātūcūque mortale, per pœnitentiam efficitur veniale: qm̄ ex pœnitentia remittitur. Dixit em̄ Deus Iſaiæ capite primo, Quieſciteagere peruersè, diſcite bene facere. Si fuerint peccata vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Ex cauſa aūt, vt licet fortè ſit ex ſuo genere mortale, tamē in ſe aliquid importat per quod minuitur culpa, & grauitas: putà quoniā ex infirmitate, aut forti tentatione, aut ignorantia, aut prouocatione, aut ingēti timore proceſsit, quæ omnia culpā leuiant: ſicut ex oppoſito malitia, & cōtemptus grauat. Hinc prouenit, quòd peccatum mortale ex malitia, aut contemptu eſt inueniale: prædicta autē venialia cenſentur. Ex genere autem & ex ratione obiecti: quia licet dicat aliquam deordinationē & obliquitatē à recta regula viuendi & operādi ſm legem diuinam & rectam rationem, tamen non ponit hominem extra ordinē vltimi finis: ex conſequenti non meretur æternam pœnam: & per conſequens veniale eſt, id eſt, non eſt talis naturæ quòd non mereatur veniam. ex quo non auertit hominem à Deo, nec per ipſum conuertitur homo ad creaturam relicto Deo, vt declarabimus. Et quoniā veniale, iuxta primum & ſecundum modum, non diſtingui tur contra mortale, ideo tantùm iuxta tertium modū diffiniendum eſt: quoniā hìc intendimus de veniali, vt diſtingui tur contra mortale.

Veniale peccatum quid ſit. Peccatū igitur veniale apud Theologum ſic diffinitur: Peccatū veniale eſt deordinatio ſiue obliquitas voluntatis à prima regula humanæ vitæ, non contra, ſed prętęr legem declinantis ad complacentiam creaturæ non ſupra, ſed citra Deum: ideo non obligatur ad reatum perpetuæ mortis, ſed facile ſibi indulgetur.

Primò dicit, deordinatio, ſeu obliquitas: quoniā in capite prædicto declarauimus declinationem ſiue obliquitatem à rectitudine regulæ, ſecundū quā operandum eſt, eſſe de ratione peccati vniuerſaliter & abſolutè ſumpti: ergo & de ratione peccati venialis, cùm ſit contentum ſub eo, vt minus commune ſub magis communi.

Regula vitæ humanæ duplex eſt. Secundò dicitur, voluntatis à prima regula humanæ vitę: aduerte, quòd humanæ vitæ duplex eſt regula: Vna qdē proxima, & hæc eſt recta ratio, de qua pertractatū eſt in ſecundo, & ſexto Ethicorum, & apud Philoſophum moralem commenſuratio humani actus ad rationem rectam, facit actum ipſum eſſe bonum moraliter. Vnde dicimus actum bonum, & laudabilem factum ſecundum dictamē rationis rectæ. Incommenſuratio autem oppoſita, quæ eſt declinatio à ratione recta, facit peccatum, & actum vitioſum. Altera eſt diuina & ęternalex, quæ dicitur ratio Dei: & hæc eſt prima ac vniuerſalis regula humanæ vitæ, iuxta cuius cōmenſurationem & conformitatem fit actus bonus apud Theologū: & iuxta incommenſurationem ac difformitatem fit actus malus, qui dicitur peccatum. Et iuxta maiorem incommenſurationem vel minorem fit peccatum maius, aut minus: & ab eius graduatione ſumitur diuiſio in mortale & veniale, vt ſtatim declarabitur.

Tertiò dicitur, non contra legem, ſed prætęr. Aduerte q deordinatio à prima regula humanæ vitæ fit duob⁹ modis. Primò, per ſubtractionem principij & finis debiti ordinis, ſ. Dei: & eſt, quando voluntas deordinatur vſque ad auerſionem ab vltimo fine, ad quem omnia referre, & ei per caritatem vniri debemus: & hęc deordinatio eſt contra legē: quia tunc voluntas prætermittit id, ad qđ lex diuina obligat, & facit qđ lex prohibet: & hęc deordinatio eſt peccatum mortale. Secundò, fit deordinatio non per auerſionem ab vltimo fine, ſed quoniam voluntas non obſeruat modum rationis, quē lex intendit, putà lex diuina intendit in omni ſtatu & verbo, & geſtu nihil incompoſitè, & nihil diminutè, & nihil ſuperfluè agere. In his aūt voluntas ſæpius deficit, licet non agat contra præceptum legis affirmatiuum, aut negatiuum: & hoc eſt peccatū veniale: quod ideo nō eſt cōtra legem, ſed prætęr: quoniam, vt diximus, peccans venialiter non facit quod lex prohibet, nec dimittit qđ obligat, ſed aliqualiter tranſgreditur rationis debitæ modum, ideo eſt prætęr legē. Ex quibus ſequitur peccatum non diuidi in mortale & veniale: vt genus in ſpecies ex æquo, ſed vt analogum in analogata ſecundū prius & poſterius, & in ordine vnius ad alterum, id eſt venialis ad mortale.

Venialis & mortalis diſcrimē. Quartò dicitur: declinantis ad complacentiam creaturę citra Deū. Aduerte, quòd & in hoc diſtinguitur à mortali. Nam apud Theologum, mortale eſt libido vel voluptas in creatura ſupra Deum. vel ęquè vt Deo. Veniale autem eſt complacentia in creatura vel voluptas infrà, vel citra Deū: qa venialiter peccans nō vult finaliter inhęrere creaturę, nec propter illud Deo diſplicere, aut ſcienter contra eius mandata quicquam agere.

Et aduerte, quòd apud Theologum deordinatio duplex inuenta in peccato mortali, & veniali aſsimilatur deordinationi & incommenſurationi humorum in complexione animalis: quę & duobus modis cōtingit. Nā aliquado eſt tanta deordinatio, quòd procedit vſque ad deſtructionem principij vitalis, id eſt cordis & tūc ſequitur mors, & huic aſsimilatur deordinatio peccati mortalis, ideo dicit mors animæ: aliquando aūt ſaluo principio primo vitali, fit tantùm in humoribus, & tūc talis deordinatio eſt ſolùm ægritudo, ſiue langor, ſiue debilitas: & huic aſsimilatur deordinatio peccati venialis, propter quod in ſcriptura ſacra cōuenienter appellatur infirmitas. Vnde Dauid in Pſalmo: Quiſanat omnes infirmitates tuas.

Quintò dicitur, Et ideo non obligatur, &c. Aduerte q & in hoc diſtinguitur à mortali: qm̄ cùm ſit mors animę: ſi homo decedit in eo, curationem non recipit: ſed ſecunda morte, quę eſt damnatio perpetua, punitur. Veniale autem & in hoc ſeculo & in futuro, cùm ſit ęgritudo, & nō mors, curationem recipit: ideo facile ſibi indulgetur per remiſſionem culpę & liberationem à pœna. Conſtat igitur qd ſit peccatum veniale, & in quibus differt à mortali.

Veniale quomō contingat fieri mortale. Quantum ad ſecundum aduerte, quòd peccatum veniale poſſe fieri mortale poteſt intelligi dupliciter. Primò, ex ratione obiecti vel ex genere ſuo. Secundò, ex diſpoſitione agentis, primo modo eſt impoſsibile: quoniam ex genere ſuo, vt docuimus, non eſt contra legem, ſed prętęr: nec dicit

cit deordinationē ab vltimo fine,quæ eſt auerſio à ſummo bono,ſed aliqualem deordinationē in modo rationis. Sed peccatum mortale,vt patet ex dictis in diffinitione ſua, & contra legem,dicit deordinationem ab vltimo fine: ergo veniale ex genere ſuo non pōt fieri mortale:ſicut nec mortale ex genere ſuo fieri veniale. Secundo autem modo non inconuenit:quoniam actus humani nō ſolùm recipiunt bonitatem & malitiam ex obiecto,ſed etiam ex diſpoſitione, vel intentione agentis:poteſt autem contingere,quòd agēs in eo,in quo peccabat venialiter,conſtituit vltimum finem ſuum: verbi gratia,Sortes ex ſua ſenſualitate vſque ad hāc horam amauit Bertham citra Deum aliquali deordinato appetitu,vſque nunc peccauit venialiter:Deinde intantum in huiuſmodi amore procedit,quòd adhæret Barthę cōtra legem,auertens ſe à Deo: tunc patet huiuſmodi amorem, qui ex genere ſuo veniale peccatum erat,fieri mortale ex mala diſpoſitione & intentione ſuperueniente in Sorte: Et id ſæpe contingit in peccatis intemperantiæ ꝓpter delectationes,ad quas naturaliter homo procliuis eſt,quæ ſunt gulæ & Veneris:nam niſi ratio vigiler,facile ſuccumbit:vt dicemus agentes de Gula,& Luxuria. Prętereà, poteſt contingere,quòd agens ordinat id,quod eſt ex genere ſuo veniale,ad mortale:verbi gratia:Sortes dicit verbum ociosum, quod ex ſe eſt veniale: & ordinat ad diſponendum mulierem ad adulterium, tunc ex tali ordinatione efficitur mortale.

Et aduerte,quòd ſimili modo id,quod ex genere ſuo eſt mortale,efficitur veniale ex diſpoſitione agentis,putà quia agens non habet actum perfectè malum, id eſt, non complerè deliberatum à ratione, quę eſt primum principium regulatiuum in moralibus:ſicut contingit in primis motibus infidelitatis,& blaſphemiæ,& inuidiæ, quam declarabimus ex ſuo genere eſſe mortale:quoniam, vt diximus in ſecunda parte, contrariatur charitati proximi: ſi tamen in motu imperfecto,& nō plenè à ratione deliberato pſiſtat, erit ſolùm veniale:qđ ex ſuo genere eſt mortale, vt declarabitur tibi agentes de inuidia. Cōſtat igitur quomodo, & quando veniale efficitur mortale:& quo, & quomodo, & quando non. Hæc de veniali dicta ſint.

Tertiò, De originali.

Quātùm ad originale,quod ſub mortali continetur,eò quòd priuat diuina gratia,quatuor agenda ſunt:primò, qd ſit iuſtitia originalis:hac enim nō præcognita,ignorari neceſſe eſt quid ſit peccatum originale. Comparatur enim ad illam,vt priuatio ad habitum: priuatio autem notificatur per habitum,vt tenebræ per lucem,ſecundò, quid ſit peccatum originale,tertiò,quid ſit concipi, vel non concipi in peccato originali. Quartò, quot modis apud Theologum ſolet nominari.

Iuſtitia originalis quid ſit.

Quantum ad primum aduerte,ꝙ apud Theologos præcipuè Beatum Thomam in quęſtione diſputata de peccato originali,& Scotū,in ſecundo ſentēciarū diſtinctione vigeſima nona,quęſtione prima,ſic diffinienda eſt:Iuſtitia originalis eſt donum ſupernaturale à Deo collatum ipſi Adā, vt principio humani generis:ex quo cauſata erat in Adā trāquillitas & pax inter naturam, ſiue partē eius ſuperiorem, & inferiorem.

Primò dicitur,donum:quoniam non ex natura,ſed gratis datum fuerat homini à conditore. Nam ſi ex natura,remoueri non potuiſſet ab homine,quin deſtructa fuiſſet hominis natura. Quæ enim ſunt de natura, aut conſequuntur naturam rei,inſeparabilia ſunt. Vnde non poteſt Deus auferre riſibilitatem ab homine,neque calorem ab igne,quin deſtruatur ignis natura. Conſtat autem, quòd Adam fuit idē homo exiſtens in iuſtitia orignali, & priuatus ea. Ergo fuit donum.

Secūdò dicitur,donum ſupernaturale: quoniam reddebat Deum delectabiliorem & cariorem voluntati humanę, quàm aliquod bonum ſenſibile appetibile: quod fieri non poterat ex aliquo dono naturali:quoniā voluntas cōiuncta potentię ſenſitiuę,naturaliter magis inclinatur deorſum q̄ ſurſum,id eſt,magis ad bona ſenſibilia quàm ſpiritualia:ſicut & intellectus coniunctus magis tendit ad cognitionē ſenſibilium,quàm immaterialium.

Tetriò dicitur,ex quo cauſata erat in Adam, &c. Nam vires animæ ſuperiores odinatæ erant in Deum, remota omni difficultate:ita ꝙ ratio & voluntas in quolibet ſuo actu conformes erant diuinæ legi:& tunc experiebatur homo quod inquit Dauid in Pſalmo: Deſiderabilia, ſcilicet mandata tua ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, dulciora ſuper mel & fauum. Appetitus quoque inferior diſtinctus in vim cōcupiſcendi,& irāſcendi,totaliter abſq; repugnantia regulabatur ab appetitu ſuperiori:ita ꝙ inter carnē & ſpiritum repugnantia nulla erat. Corpus inſuper primi hominis ſecundum eſſe naturale,totaliter regulatum atque conſeruatum erat ab anima vt forma: ita quòd nec alterari,nec infirmari:nec à contrariis offendi poterat: ſicut ex fide tenemus conſimilem effectum cauſandum ex dote impaſsibilitatis in corpore glorioſo,vt declarabimus in parte vltima huius noſtri operis. Cōſtat igitur tibi qd ſit originalis iuſtitia. Quare autem dicatur originalis,declarabitur tibi,quando aſsignabimus rationem,propter quā peccatum ei oppoſitum nuncupatur originale.

Originale peccatum quid ſit.

Quantum ad ſecundum aduerte,quòd apud Theologos variæ diffinitiones aſsignantur de peccato originali. Quidam dicunt ex doctrina Diui Auguſtini, quòd eſt auerſio quædam habitualis à Deo,qua anima prona eſt nō reddere iuſtitiam,quam debet. Alij autem dicunt, quòd eſt corruptio ſeu vitium,quod naſcendō contrahimus per ignorantiam in mente,& cōcupiſcentiam in carne. Anſelmus verò in libro de conceptu virginali,capite vigeſimoſeptimo,ſic diffinit:Peccatum originale eſt nuditas iuſtitię originalis per inobedientiam facta. Et quoniam præcipui Theologi doctrinales,vt Beatus Thomas & Scotus,vbi ſuprà, declarant hanc diffinitionem:ideo aliis prædictis poſtpoſitis immorabimur in hui' manifeſtatiōe. Tu igitur aduerte, quòd peccatum,vt in capite præcedenti docuimus,quò ad ſuum formale eſt priuatio & defectus,vt etiam patet ex ſecundo libro Phyſicorum apud Ariſtotelem. Omnis autē priuatio eſt negatio alicuius determinatæ perfectionis in ſubiecto apto habere illam,ex quinto & decimo libro Metaph. Igitur ſicut cæcitas eſt negatio & remotio potentiæ viſiuę in animali apto videre,& tenebra eſt remotio lucis à medio illuminabili:ſic peccatū originale eſt nuditas,id eſt,expoliatio,ſiue ablatio iuſtitię originalis ab homine nato habere illam. Quę quidem ablatio ex triplici intranquillitate, atque deordinatione ſubſecuta manifeſtatur. Nam ratio & voluntas poſt tranſgreſsionem Adam cœperunt non obedire diuinę legi. Appetitus inferior repugnat ſuperiori, adeò quòd aliquando rationem obumbrat & ſubuertit: corpus factum eſt infirmum & morti ſubiectum. Vnde, vt inquit Anſelmus in libro de caſu diaboli, capite quinto, accidit homini peccanti ſicut equo fracto fræno, & naui fracto gubernaculo. Nam tunc incipit equus euagare, diſcurrere incompoſitè & impetuosè calcitrans: nauis autem agitatur modo ſurſum, modo deorſum prout vēti irregulariter impellunt. Conſtat igitur tibi quid ſit originale peccatum: nec diffinitionem clariorem, magiſque ſufficientem inuenies.

Concipi in peccato originali quid ſit.

Quantum ad tertium,vt ſcias quid & quomodo ſit concipi in peccato originali,pri' manifeſtabitur tibi quot modis contingit non concipi. Nam per oppoſitum ſtatim percipies quid ſit concipi,& quot modis. Tu igitur aduerte ad mentem Beati Thomę, & Scoti, vbi ſupra, quòd triplici modo contingere poteſt animam,dum vnitur corpori,non contrahere peccatum originale. Primò,ſi anima creatur cum gratia,ſicut tenent communiter Theologi de angelis: & exiſtens ſub gratia vnitur corpori formato ex ſemine humano,non contrahit maculam originalem, etiam quòd vniatur corpori infecto atque formato ex immundo ſemine Adam: nam ſi creata & permanens in gratia, dum vnitur corpori, contrahit maculam originalem, quam conſtat eſſe peccatum mortale, quoniam priuat animam æterna beatitudine,vt tenet fides de pueris non baptizatis morientibus,qui non alia culpa quàm originali detinentur in limbo priuati æterna viſione: ſequitur, quòd ſimul erit ſub gratia & peccato mortali: quod implicat contradictionem.

Secundò,Anima creata in puris naturalibus poteſt vniri corpori formato ex ſemine mundo: ſicut contigiſſet, ſi Adam filios genuiſſet in ſtatu iuſtitię originalis: Tunc non contraheretur,vt conſtat peccatum originale: ſicut nec cō tractum fuit in conceptione Chriſti: quoniam corpus eius formatum non fuit ex infecto ſemine humano, ſed virtute Spiritus ſancti.

Tertiò

Tertiò, Anima poteſt creari in puris naturalibus, & vniri corpori non quidem ex ſemine mundo, ſed diuina virtute mundato: Tunc quidem anima non contraheret maculam originalem: quoniam nulla in corpore ſic mundato remanet contagio, qua anima ipſa vnita maculari poſſet. Et hunc modum tenent: qui dicunt Bea. Virginem non cõceptam in peccato originali ſicut videre poteris in tractatu, quem diſpoſuimus, & nuncupauimus de conceptione virginis: atq; impreſsioni dedimus.

Nondum editum innouimus.

Præintellectis his tribus modis negatiuis, facilè eſt tibi intelligere per oppoſitos modos, quid ſit in peccato originali concipi.

Tu igitur aduerte, ꝙ concipi in peccato originali, eſt animam creatam in puris naturalib⁹ ſine gratia vniri corpori non mũdo ex ſe, nec mundato ex diuina virtute, ſed ex viciato ſemine humano formato, & immũdo permanente. Et quoniam id accidit communi curſu in propagatione humani generis poſt primi parentis peccatũ, ideo omnes in peccato concipiuntur.

Originalis criminis varia nomina.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd partim in ſcriptura ſacra, partim apud ſanctos & primos Theologos his terminis ſignatur,

Culpa originalis,
Infirmitas,
Fœditas,
Pronitas,
Naturæ languor,
Lex carnis,
Lex membrorum,
Tyrannus,
Fomes,
Stimulus carnis,
Concupiſcentia.

Originale peccatũ culpa dicitur.

Culpa quidem originalis ideo dicitur, qm̃ priuat nos iuſtitia originali: quæ dicta eſt originalis, quoniam data fuit ipſi Adæ non ſicut perſonæ priuatæ, ſed vt principio primo totius originis humani, in quantũ tranſitura erat in omnes ab Adam deſcendentes, ſi non tranſgreſſus fuiſſet præceptũ Dei: eadem igitur ratione dicitur peccatum illi oppoſitum culpa originalis, quoniam deſcendit ab Adam principio primo originis humanæ: & tranſit in omnes poſteros, ſicut & iuſtitia illa tranſitura erat. Infirmitas ideo dicitur, quia reddit animam infirmam, & debilem ad reſiſtendum, & regulandum motus paſſionum, præcipuè quæ ſunt in concupiſcibili.

Originale vitium infirmitatis eſt.

Originale vitium fœditatis eſt ac pronitas, & natura languor et carnis lex, ac membrorum.

Fœditas ideo dicitur quoniam macula, quæ eſt in corpore formato ex in mundo ſemine redundat in animam & ipſam deturpat.

Pronitas ideo dicitur: quoniam ex eo cõtracta eſt in nobis continua inclinatio ad malum. Naturæ languor ideo dicitur: quoniam in natura corrupta continuè perſeuerat: vel vt morbus, & languor ſicut Phthiſis radicata in corpore: licet enim per baptiſmum mundemur à culpa, non tamen liberamur ab eius pœnalitatibus, vt à pugna inter appetitum & rationem, & à corporis miſeriis, & morte.

Lex carnis ideo dicitur: quia diuina lege punitiua eſt carni inflicta.

Lex membrorum ideo dicitur: quoniam commouet ea etiam contra rationem ad opera concupiſcentiæ: qualia ſunt opera guſtus, & Veneris.

Originale vitium tyrannni, Fomes, & carnis ſtimul⁹, ac cõcupiſcẽtia dicitur.

Tyrannus ideo dicitur: propter dominiũ penè violentũ: quod obtinuit ſuper hominum genus. Omnes nanque corrupti, & abominabiles facti ſunt in concupiſcentiis ſuis: & vix continens ac temperatus inuenitur.

Fomes ideo dicitur: quoniam ſicut calidi cineres ignem fouent, ita per ipſum fouetur in membris & carne noſtra peccatum.

Stimulus carnis ideo dicitur: quoniam incitat carnẽ ad primos motus, & animum ad conſenſum in malum.

Concupiſcentia ideo dicitur: quoniam excitat concupiſcibilem ad voluptuoſos actus, quos vocamus concupiſcentias. Hæc de peccato mortali originali dicta ſufficiant.

Quartò: De peccato mortali actuali.

Quantùm ad peccatum mortale actuale aduerte, quòd conſiſtit in actu deordinato ipſius peccantis interiori vel exteriori: qui eſt in poteſtate ipſius, quo auertitur à ſummo bono, & conuertitur ad creaturam.

Primò dicitur quòd conſiſtit in actu, &c. per quod diſtinguitur ab originali, & à peccato mortali omiſſionis: Ab originali quidem: qm̃ & ſi reſpectu primi hominis tranſgredientis mandatum Dei ſit actuale: (nam per actum gulę guſtando pomum vetitum auertit ſe à ſummo bono agens contra legem Dei ſibi datam) tamen reſpectu poſterorum, in quos tranſit, dum in vtero concipiuntur, non eſt actuale, cùm fœtus ꝓ illo tempore nullum habeat rationis vſum neq; actũ voluntatis, ſed contrahitur ex vnione animæ ad corpus formatum in cõcupiſcentia: propterea apud Theologum dicitur peccatum mortale habituale, reſpectu deſcendẽtium: & originale modo quo expoſuim⁹: reſpectu autem Adę poteſt dici originale: qm̃ expoliauit eum iuſtitia originali, & poteſt dici perſonale actuale: qm̃ ipſe actu deordinato perpetrato ꝯ legem peccauit. Eadem particula diſtinguitur à peccato mortali omiſſionis: quod incurrit homo, non quia agit, ſed quia non agit quod, & quando debet, & poteſt agere, vt declarabimus.

Secundò dicitur, qui eſt in poteſtate operantis. Neceſſe eſt em̃, vt declarabimus infrà, peccatum eſſe voluntariũ vel ſimpliciter, vel interpretatiuè. Si ergo actus eſſet penit⁹ violentus, ex conſequenti nullo mõ in poteſtate operantis peccatũ non eſſet: & cõfirmatur ex Diuo Auguſtino in libro de vera religione, qui inquit: Vſq, adeò peccatum volũtarium malum eſt, vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium.

Tertiò dicitur: quo auertitur, &c. per hoc diſtinguitur à peccato veniali actuali: & omiſſionis: quoniam, vt docuim⁹ ſuprà, peccans venialiter non agit contra legem, ſed prętęr: ideo non auertit ſe ab vltimo fine, &c. Conſtat igitur quid ſit peccatum mortale actuale: & aduerte, ꝙ ſemper cõmitti tur agendo contra præcepta negatiua: vt qui furatur, cũ nõ debeat furari, & qui occidit, & qui mœchatur, cùm hęc ſint lege prohibita. Hæc de peccato mortali actuali dicta ſufficiant.

Quintò, de peccato omiſſionis.

Quantùm ad peccatum omiſſionis aduerte primò, ꝙ nõ cõuertitur cum mortali, neq; cum veniali, ſed ab vtroq; abſtrahit: qm̃ aliquando eſt mortale, vt qñ quis omittit agere qđ poteſt, & debet ſm̃ legem agere, & qñ & gratia cui⁹ debet agere. Aliquando autem eſt veniale: vt qñ quis non agit quæ decens eſt agere, licet nõ obligetur ſimpliciter ex lege: vt qui in omni geſtu, & motu, & verbo, non ſeruat debitam grauitatem iuxta ſtatum ſuum. Aduerte ſecũdò, ꝙ ſicut peccatum actuale cõſiſtit in aliquo actu deordinato, ſic peccatum omiſſionis conſiſtit in negatione alicuius actus ordinati & debiti ac decentis ex lege, ita ꝙ ſicut peccatum actuale cõſiſtit in cõmittendo, ſic omiſſionis in omittẽdo. Sed aduerte, ꝙ non omnis omiſſio actus debiti & decentis eſt peccatũ omiſſionis: ſed aliqñ ſic, aliquando non. Vt autem ſcias quando ſic, & quando non, aduerte ꝙ omiſſio actus debiti poteſt tribus modis contingere.

Actum debitum omittere tribus modis cõtingit.

Primò, ex mera & non ꝓcurata oblìuione: & ſic non eſt peccatum, ſed defectus naturæ prouenięs ex impotẽtia memorandi: nam ſuppoſito, ꝙ nõ ſit procurata: nullo modo eſt voluntaria: ex conſequenti nec peccatum.

Secundò, ex cauſis ſiue occaſionib. quæ nõ ſubijciuntur voluntati noſtræ, imò diſplicent, & non poſſumus in oppoſitum: vt infirmitas, detẽtio violenta agentis, à quo non poſſumus liberari: & ſic non eſt peccatum, ſicut nec prędcedens: Sicut qui in die feſto nõ intereſt miſſę ex infirmitate, vel detentus contra voluntatem.

Tertiò, ex cauſis vel occaſionib. ſubiectis voluntati omittentis: & tũc ſemper eſt peccatum vel mortale vel veniale: Mortale quidẽ ſi omittit, quæ ſunt præcepta legis, & ſunt ꝓcepta affirmatiua: vt honorare Deũ, ſanctificare ſabbathũ, amare, obedire, & ſubuenire parentib. Veniale autẽ, ſi omittit, quę ſunt ad bene eſſe: nam talis cauſa vel occaſio ſubiecta voluntati noſtrę, à qua ꝓuenit omiſſio poteſt habere aliquem actum voluntatis aliquando interiorem, aliquãdo exteriorem. Interiorem quidem, quo fertur voluntas ſuper ipſam omiſſionem actus debiti: Sicut qui tali die obligat intereſſe miſſę, & decreuit nolle intereſſe: aut ex deſpectu aut ex euitatione laboris ẽt parui: & talis actus, ꝓpriè & per ſe ſecundum aliquos ad omiſſionis peccatum ſpectat. Voluntas enim cuiuſlibet peccati ad illud per ſe pertinet, & facit eſſe peccatũ: putà velle furari, nolle diligere, ſed poti⁹ odiſſe ꝓximum. Exteriorem autem ſiue coniunctum omiſſioni,

ſiue præcedentem. Et eſt quando huiuſmodi actus voluntatis non fertur directè ad omiſsionem, ſed ad aliud, ex quo ſequitur omiſsio actus debiti: verbi gratia, Sortes omittit die feſto intereſſe miſſæ: non quia decreuit nolle intereſſe, ſed quoniam vult ludere & ludit: & quoniam non poteſt ſimul ludere & intereſſe miſſæ: ideo ex hoc actu exteriori, à quo non vult abſtinere hora miſſæ, ſequitur omiſsio miſſæ: & tunc omiſsio habet actum exteriorem voluntarium coniunctum, ex quo occaſionatur. Quomodo etiam habeat actū exteriorem præcedentem, à quo occaſionatur, patet hinc: verbi gratia, Sortes ante diem feſtum multum laborare, ac vigilare voluit: ex longo labore & vigilia grauatus, nō ſurget hora miſſæ: & ſic miſſam, cui obligatur omittit. Hæc omiſsio, vt patet, occaſionatur ex actu voluntario præcedente, qui non excuſat à peccato omiſsionis: quoniā fuit in poteſtate voluntatis tamdiu laborare, & vigilare: & ſic ſecundum hanc opinionem ad peccatum omiſsionis ſemper & neceſſariò concurrit aliquis actus vel interior vel exterior. Si exterior, vel coniunctus, vel præcedēs. Sed diuerſimodè, quoniam interior propriè & per ſe ad omiſsionis peccatum pertinet, exterior autem per accidens: & ratio quidē huius opinionis fuit, quoniam niſi aliquis actus per ſe ſpectaret ad peccatum omiſsionis, diffinitio peccati abſolutè ſumpti, quam ſuprà formauimus, non competeret peccato omiſsionis. Dictum eſt enim peccatum eſſe actū deordinatum ſiue declinantem à rectitudine, quæ debet actui ineſſe. Si ergo de ratione peccati omiſsionis non eſt aliquis actus ſaltem interior, diffinitio illa eſt inſufficiens data de peccato abſolutè ſumpto. Sed contra hanc opinionem eſt B. Tho. quem ſequimur in ſecundo ſent. diſt. 35. q. prima, art. 3. qui tenet peccatum omiſsionis non requirere de neceſsitate neque per ſe aliquem actum voluntatis intrinſecum, nec extrinſecum: ſed conſiſtere formaliter in negatione actus debiti: quem obligatur homo habere datis debitis circunſtantiis, quæ ſint in poteſtate ſua. Et ratio ſua ſtat in hoc: eſt in poteſtate voluntatis ex ſua libertate habere actus oppoſitos diuiſim circa idem obiectum, & neutrum habere, ſed vtrunque ſuſpendere: verbi gratia, Poſſum nunc velle comedere, & poſſum nolle: & poſſum vtrunque ſuſpendere, ita quòd poſſum neq; velle, neque nolle, ſed ſimpliciter non velle, nihil eſt enim adeò in libertate voluntatis quàm actus eius. Si igitur ſit tale obiectum, circa quod non obligatur voluntas habere vel le, neque obligatur habere nolle: ſiue velit, ſiue nolit, ſiue vtrunque ſuſpendat, non peccat: ſicut eſt ſedere, vel nunc comedere, vel leuare feſtucam. Si autem circa tale vel tale obiectum obligatur ex lege nunc habere velle, ſi eſt reſpectu boni: vel nolle, ſi eſt reſpectu mali non poteſt actum ſuſpendere. Quòd ſi ſuſpendit pro tempore, pro quo obligatur, peccat peccato omiſsionis: quoniam omittit actum, quem obligatur nunc habere: verbi gratia, Obligor nunc intereſſe miſſæ: ſi nolo intereſſe, pecco, ſi habeo neque velle, neque nolle, pecco: quoniam obligor velle: & ſi non habeo ipſum velle, quod nūc obligor habere, pecco peccato omiſsionis: quod in tali caſu conſtat conſiſtere in negatione actus debiti, quem ex lege obligor habere. Ergo ad peccatum omiſsionis non ſpectat nec requiritur de neceſsitate & per ſe aliqs actus etiam interior, ſed conſiſtit formaliter in negatione actus debiti. Quòd autem concurrat ad peccatum omiſsionis actus interior, vel exterior, ſiue coniunctus, ſiue præcedens, eſt per accidens. Ad rationem ergo alterius opinionis, negatur conſequentia. Ad hoc enim, ꝙ verificetur de omni peccato, ſufficit ꝙ ſit actus vel negatio ſiue priuatio actus debiti: quoniam oppoſita ad idem genus reducūtur, in quo vtrunque eſt per ſe, vt contraria & oppoſita relatiuè: vel vnum eſt per ſe, alterum autem reductiuè, vt priuatio & habitus: ſicut finitū & infinitum in genere quantitatis, corporeū & incorporeum, genitum & non genitū. In eo ergo, ꝙ dicitur peccatum eſſe actum indebitum, includitur per reductionem omiſsio actus debiti, ſicut eius priuatio. Non enim actus ex affirmatione habet, ꝙ ſit peccatum: aliter omnis actus eſſet peccatum: ſed ex eo, quod eſt in poteſtate voluntatis, & deordinatur à debito fine. Sic & eodē modo non agere quando agendum eſt, eſt peccatum: quoniam eſt in poteſtate voluntatis agere, & obligatur agere: tunc enim non agens deuiat à debita regula & lege, quæ diſponit, & ſtatuit agendum. Ergo peccat non committendo, ſed omittendo. Hæc de peccato omiſsionis dicta ſint.

Miſſam omittere quādo peccatū.

Et aduerte, ꝙ hæc doctrina non ſolùm eſt ad mentem veri Theologi, ſed & veri philoſophi moralis, vt patet in tertio Ethico. in cap. de voluntario & inuoluntario, vbi docet Ari. ꝙ ſi quis omittit agere, quæ debet agere ex lege, & quæ tenetur ſcire: aut ſi non vitat vitanda ex lege: allegans ſe ex ignorare, nō excuſatur, nec meretur veniam ex lege: qm̄ hęc ignorantia eſt voluntaria interpretatiuè: vnde ſicut non vitans vitanda ex lege peccat, & punitur: ſic non agens agēda quæ tenetur, & poteſt ſcire: peccatum ergo omiſſionis apud philoſophum moralem & Theologum conſiſtit formaliter in negatione actus debiti & obligationis, & non in actu intrinſeco vel extrinſeco voluntario coniuncto vel præcedēti, ex quo occaſionatur omiſſio, vt ſuprà docuimus.

Sextò, De peccato mortali in Deum, vt Deus eſt.

In Deū pt cat homo dupliciter.

Quantum ad peccatum mortale commiſſum in Deū aduerte, ꝙ dupliciter homo peccat in Deum: primò, vt De⁹ eſt, id eſt, quo ad eſſentialia, putà in quantum potentiſſimus, & iuſtiſſimus, & optimus eſt: ſecundò, vt eſt trinus, & tunc peccatur in Deum trinum, qñ peccatur in Patrem, aut in Filium aut in Spiritum ſanctum. De peccato mortali in Deum trinū agemus in ſequentib. nunc autem agendum eſt de peccato in Deum, vt Deus eſt. Tu igitur aduerte, ꝙ in Deum vt Deus peccat homo quadrupliciter: primò, per infidelitatem malè & falſè de eo ſentiendo: ſicut peccabāt illi, de quibus inquit Paulus ad Romanos capite primo, Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſerpentum: ſecundò, ipſum impiè & ꝓfanè blaſphemādo, ſicut filij Iſraël, de quibus inquit Iſaias cap. primo: Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctū Iſraël, alienati ſunt retrorſum: tertiò, indignè miniſtrātes in diuino cultu, vt mali ſacerdotes, ſicut filij Heli ſummi ſacerdotis, de quibus legim⁹ in primo Regum cap. ſecundo, ꝙ indignè & cum populi ſcandalo miniſtrabant in templo domini, auferentes vi quæ immolanda erant: & dormiebant cū mulierib. quę obſeruabant ad oſtiū tabernaculi. Vnde dicit ſcriptura, ꝙ erant filij Belial, neſciētes Dominum, neque officium ſacerdotum ad populū: quarto, tentando eum vt volentes experiri eius potentiā, vel iuſtitiam, vel bonitatem: potentiam quidem petendo ſignum: ſicut illi, de quibus dr̄ Lucę capite vndecimo. Et alij tentantes ſignum de cęlo quęrebant ab eo: quos arguens Seruator inquit: Generatio hæc generatio nequam, ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionę. Iuſtitiam verò exquirentes à Deo iudicium, & ſententiam ꝓbationibus non ſm̄ legem, vt qui per ferrum ignitum, aut duellum, aut venenum expectant Dei iuſtitiam ſibi reuelandam. Bonitatem autem ſeu eius miſericordiam tentant: qui ſtultis & ſine rōnabili cauſa non curantes humana remedia exponunt ſe periculis dicentes: Confidimus liberari diuina bonitate. Iſti ſunt vniuerſaliores modi, quib⁹ peccatum mortale committitur in Deum, vt Deus eſt.

Septimò, De peccato mortali in Deum, vt trinus eſt.

Peccātes in infirmitatē aut ignorātia, vel malitia, in Deū peccāt vltimus eſt.

Quantùm ad peccatum mortale commiſſum ꝫ Deum vt trinum, aduerte, ꝙ licet perfectiones eſſentiales, quales ſunt potentia, ſapientia, bonitas, communes ſint ſingulis diuis ꝑſonis: (Nam ſicut patris, & filij, & ſpiritus ſancti, idē eſt eſſe & viuere, & intelligere: ſic eadem eſt potentia, & ſapientia, & bonitas) tamen potentia appropriatur patri, vt principio non de principio: filio appropriatur ſapiētia, qm̄ eſt verbum patris: ſpiritui ſancto appropriatur bonitas, qm̄ eſt amor inter patrem, & filium: Amor autem eſt radix bonitatis. Peccare igitur in Deum vt trinum, eſt peccare in patrem ratione ꝑfectionis ſibi appropriatæ, id eſt, ꝫ potentiam eius. Peccatur autem contra potentiam, quando peccatur ex infirmitate, quę opponitur potentiæ. Vñ apud Theologum: qui peccat ex infirmitate, & fragilitate, dr̄ peccare in patrē: & peccare in filium eſt ratione perfectionis ſibi appropriatæ, id eſt ꝫ eius ſapientiam: peccatur autem ꝫ ſapientiam, quando peccatur ex ignorantia, quæ opponitur ſapientiæ. Vnde peccata ex ignorantia dicuntur committi contra filium: & peccare in ſpiritum ſanctum eſt ratione perfectionis ſibi appropriatæ, id eſt, contra eius bonitatem: peccatur autem ꝫ bonitatem, quando peccatur ex malitia, & contemptu. Vnde peccata ex malitia ſiue ex contemptu dicuntur committi in ſpiritum ſanctum apud aliquos Theologos: licet alij aliud aſſignēt peccatum in ſpiritum ſanctum, vt dicem⁹. De peccato ex infirmitate, & fragilitate in patrē, & ex ignorantia in filium, intelligitur illud Pſalmi: Delicta iuuentutis

mex,& ignorantias meas ne memineris. De peccato ex malitia in ſpiritum ſanctum intelligitur illud Pſalmi:Quid gloriaris in malitia,qui potens es in iniquitate.

Viſo quid ſit peccare in Deum trinũ,declaranda eſt grauitas huiuſmodi peccatorum.Tu igitur aduerte, quòd cõmuni ſententia peccatum in ſpiritum ſanctũ grauius eſt in comparabiliter quàm peccatum in patrem & filium. Quæ quidem grauitas pendet ex duobus.

Peccare in ſpiritũ ſanctum grauius eſt quã peccare in patrẽ,vel filiũ, quia magis voluntarium.

Primò quia peccatum in patrem & filium eſt ex infirmitate,& ignorantia quæ videntur alleuiare culpam peccantis.Qui enim ex infirmitate & fragilitate peccat,trahitur ex paſſione,putà concupiſcentiæ,ad quam naturalem habem' inclinationẽ,& qui ex ignorantia peccat, ex inaduertentia, & inconſideratione peccat.Peccatum autem in ſpiritũ ſanctum eſt ex malitia,quæ culpam aggrauat:quoniam peccare ex malitia,eſt quando peccans ſcit,& poteſt malo reſiſtere,& ſe abſtinere,& tamen illud ex propoſito eligit,dicẽs: ſcio & poſſũ me abſtinere,ſed nolo:& delibero agere cõtra legẽ Dei:ex qua conſtat peccatum in ſpiritũ ſanctũ eſſe purè voluntarium:peccatum autem in patrem & filium eſſe voluntarium mixtum.Cùm igitur peccatum in tantũ ſit peccatum,in quantum voluntarium,patet peccatum in ſpiritũ ſanctum grauiſsimum eſſe.

Peccatum in ſpiritum ſanctũ qua ratione ſit irremiſſibile.

Secundò,quia differunt per remiſsibile & irremiſsibile. Nam Seruator Matthæi capite duodecimo,inquit:Quicunque dixerit verbum contra filium hominis,id eſt,qui peccauerit in filium,remittetur ei.Qui autẽ dixerit verbũ contra ſpiritum ſanctum,non remittetur ei,neque in præſenti ſeculo,neque in futuro.Lucæ autem capite duodecimo,inquit: Qui autẽ blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum,non remittetur ei.Vt autem ſcias quomodo,& in quo ſenſu differunt p remiſsibile & irremiſsibile,aduerte,q̃ dupliciter cõſiderari poſſunt,ſcilicet,quò ad pœnã,& quò ad culpam.Quantùm ad pœnã conſtat minorem pœnam mereri peccantẽ ex fragilitate & ignorantia,quàm ex malitia:quoniam minus voluntariè peccat:verbi gratia,Loquendo in p̃poſito, in quo Seruator loquebatur Iudæis Matthæi capite duodecimo, Certũ,eſt quòd cùm dicerẽt ipſum eſſe voratorem potatorẽ vini,publicanorum amicum,peccabant,& blaſphemabãt in filiũ,ſed aliqualem videbatur eis habere excuſationẽ,ſcilicet,propter infirmitatẽ carnis,quã in ipſo aſpiciebant:& vt ſic videbãtur mereri pœnam minorem & remiſsibilem. Verùm,quando dicebant curationes infirmitatum & dęmoniorum & cęcorum,&c.eas per ipſum fieri in principe dæmoniorum Beelzebub,blaſphemabant diuinitatẽ: quoniã hæc fieri non poterant,niſi in virtute diuinitatis,& ſpiritus ſanctiideo ex malitia & deprauato iudicio peccabant,nec excuſationem habere poterant:nec minorem pœnã mereri: ſicut ante ex apparentia fragilitatis in carne,ex cõſequenti merebantur pœnam irremiſsibilem.Nec de facto eis fuit remiſſa in præſenti ſeculo nec in futuro:quoniam,vt exponit Chryſoſtomus,Iudæi fuerunt per Romanos duriſſimè puniti,fame & gladio perempti,alij venundati,& in ſeruitutem deducti: futuro aũt ſeculo perpetuo dãnati.Quantũ ad culpam conſtat ex eadẽ cauſa peccatũ in filium & patrem eſſe remiſsibile, quoniam non omnino voluntarium eſt,vt docuimus:peccatum autem in Spiritum ſanctum eſt irremiſſibile,quoniam aſſimilatur morbo corporis incurabili:& eſt ille,qui in ſe continet ea,per quæ tolluntur regulariter remedia curatiua:verbi gratia,Quando cibi faſtidium inducit,quãdo retinendi medicinam facultatem tollit.Cùm hoc tamen ſtat,quòd Deus gratia & miraculo morbum humana facultate incurabile curare poteſt,& curat,ſed rarò.Sic in propoſito hic morbus animæ quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum dicitur ſecundum ſuam naturam incurabilis & irremiſſibilis:quoniam excludit ea,per quæ diuina ordinatione dimittuntur peccata,vt voluntaria remedia,& inducit oppoſita.Pro cuius euidentia aduerte,quòd hic terminus irremiſsibile,tripliciter ſumitur ſecundum Theologum,ſcilicet negatiuè,priuatiuè,contrariè:irremiſſibile negatiuè eſt peccatũ,quod nullo modo poteſt remitti: & eſt: quando per ipſum vel poſt ipſum peccãs conſtituitur extra ſtatum pœnitendi.Tale eſt peccatum Luciferi & defunctorum damnatorum:quoniam ſunt in termino, & non in via: & pœnitentia non datur apud inferos, nec remiſſio. Vnde Eccleſiaſtes capite nono dicitur:Quodcunque poteſt manus tua,ſcilicet dum viuis,inſtanter operare:quoniã nec ratio,nec opus,nec ſapientia, nec ſcientia, ſcilicet merendi aut pœnitendi erunt apud inferos,quo tu p̃peras.Hoc modo peccatum in Spiritum ſanctum commiſſum in præſenti vita,ſcilicet dum viuit homo:non eſt remiſsibile: quoniam quandiu viuit homo,conuerti & pœnitere, & indulgentiã conſeq; poteſt.Vnde Ezechielis capite decimooctauo dicit dominus:Conuertimini,& agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris,& non erit vobis in ruinam iniquitas: proiicite à vobis oẽs iniquitates veſtras: in q̃bus præuaricati eſtis.Et facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et quare moriemini domus Iſraël:Quia nolo mortem morientis,dicit dominus Deus:Reuertimini,& viuite.

mereturre miſſionẽ, vel quatenus obſtinatio nẽ in malo.

Irremiſsibile priuatiuè,eſt peccatũ, q̃ ex ſe cõgruentiã non habet,propter quam remitti debeat: licet ſtet congruentia,& poteſtas ex parte diuinæ bonitatis: vt remitti poſsit.Et in hoc ſenſu omne peccatũ mortale eſt irremiſsibile:q̃n conſiderata offenſa infiniti boni,à quo recepit peccator q̃quid habet boni non eſt ex parte ſui dignus venia,ſed miſeratione maxima Dei liberatur.Vnde Cain poſt quàm occidit fratrẽ Abel,cõſiderans inſe nil habere, quo cogruè ſibi præſtaretur à Deo venia,dixit ad dominum:Maior eſt iniquitas mea qua, ſcilicet offendi te infinitũ bonũ, quàm vt veniã merear. Et dicit Hieremias in Trenis: Miſericordiæ domini,q̃a non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius,quaſi dicat:Quantũ ſit ex nobis,merebamur conſumi:ſed ſola Dei miſericordia non ſumus conſumpti.Et aduerte,quòd propter peccatum mortale,quo omnis caro corruperat viã ſuam,vt dicitur Geneſis capite ſexto,ſtatuit Deus delere hominem à facie terræ,ſaluo ſolo Noë cũ generatione ſua:vt declararet peccatorem contra bonum infinitum non eſſe ex ſe dignum venia, nec peccatũ ſuum ex ſe aptum & cõgruum,vt remittatur.Et ideo omne peccatum mortale merito dicitur irremiſsibile priuatiuè.

Irremiſsibile contrariè eſt peccatũ,quod in ſe includit diſpoſitionẽ contrariam remiſsioni.Et hoc propriè eſt peccatũ in ſpiritum ſanctum.Quod, vt ſcias qũo includit diſpoſitionem contrariam gratiæ remittenti peccatum,aduerte,quòd peccatum in ſpiritum ſanctum parit ſex filias p̃hibitiuas remiſsionis,ſcilicet,deſperationem,præſumptionem,obſtinationẽ,finalem impœnitentiam, impugnationẽ cognitæ veritatis,inuidentiam gratiæ fraternæ.Quomodo autem iſta ſex, quæ non ſeparantur à peccato in ſpiritum ſanctum faciant peccatum irremiſsibile contrariè, aduerte,quòd ad remiſsionem tria concurrunt, ſcilicet, Remittens,Ille cui remittitur,& diſpoſitio in eo, cui remittitur. In remittente,qui eſt Deus,duo requiruntur, ſ. miſericordia & iuſtitia.Contra primum peccatur per deſperationẽ, contra ſecundum per præſumptionem: nam ex Dei miſericordia conſurgere debet in peccante ſpes venię. Qui autẽ in ſpiritũ ſanctũ peccat,à ſe abiicit hanc ſpem,& deſperationem de Dei miſericodia incurrit, ſicut Iudas proditor. Itẽ ex Dei iuſtitia inſurgere debet in peccante timor,vt retrahatur à peccato.Qui autẽ in ſpiritum ſanctum peccat,à ſe timorẽ hunc expellit per contemptum & p̃ſumptionẽ,qua audet beatitudinem ſine meritis ſperare. In eo, cui remittitur,vt ſe dignum reddat,duo requiruntur, ſcilicet, dolor de commiſsis,& propoſitum abſtinendi.Contra primum peccatur per obſtinationẽ, contra ſecundum per finalem impœnitentiã: nam peccans in ſpiritum ſanctum, ſ.ex p̃poſito,& malitia:ſicut ſtatuit peccare,ſic ſtatuit nolle dolere,& nolle pœnitere,neque abſtinere,sicq̃ue in peccato mori.Tales erant Iudęi,quibus inquit Seruator Ioannis cap.4.Vos in peccato veſtro moriemini.

Sex ſunt, qua efficiũt peccatum in remiſſibile.

Nullum in hac vita eſt peccatum ir remiſſibile ſimpliciter: ſed vel quia ex ſe non

Diſpoſitio in eo,cui remittitur,vt ſit congruitas in eo remittendi eſt duplex,ſ.cognitio veritatis per veram fidẽ, ex qua debet homo ſe à peccato ſubtrahere,& Amor verbi boni cõmunicati proximo: vt ſimul Deo ſeruiant, & ſe mutuò adiuuent.Contra primum peccatur per impugnationem cognitæ veritatis, contra ſecundum per inuidentiã fraternæ gratiæ & doni ſibi à Deo collati: & qui peccant ex malitia, per vtrunque peccant: Nolunt enim veritati acquieſcere, vt hæretici: neque placent eis bona & gratiæ proximi.Cùm igitur peccatum cenſetur remiſsibile ex miſericordia & iuſtitia Dei,ex contritione & pœnitentia,& cognitione veritatis,& complacentia fraternæ gratiæ:Peccatum in ſpiritum ſanctum,quod p̃dicta ſex remouet,& ſex numerata oppoſita inducit, meritò cenſetur irremiſsibile contrariè.

Tu tamẽ aduerte,q̃ licet ſit irremiſsibile cõtrariè modo quo ex poſuimus,nõ excludit omnino via ſalutis,& remiſ-

sionis secũdũ Dei omnipotentiã & misericordiã, qua licet rarò,& quasi miraculo, se sanat, vt Saulũ. De nullo em̃ donec viuit, desperandum est, quantum sit ex parte Dei: licet quantũ sit ex parte peccantium consideratis conditionibus peccati, quas suprà docuimus, aliqui possint reputari & dici filij diffidentiæ. De quibus inquit Paulus ad Ephes. capite quinto, quòd venit ira Dei in filios diffidentiæ. Hæc de peccato mortali in Deum vt trinum.

Octauò, De peccato mortali in proximum.

In proximũ variis modis peccare contingit.

Quantùm ad peccatum mortale in proximum aduerte, q̃ cõmittitur per nocumentum sibi illatum: quod quinque modis contingit, Primò in persona, vt verbere, vulneratione, occisione. Secundò, in fama vt detrahendo, murmurando, referẽdo, siue susurrãdo, cõuitiando iniuriãdo. Tertiò, in re, vt bona sua iustè auferẽdo, siue falso iudicio. Quartò, in negatione subsidij corporalis in casu necessitatis: & hoc reducitur ad homicidium. Nam inquit diu⁹ Ambrosius in libro de Offic. Quot cibare potuisti, & nó pauisti, occidisti. Quintò, peruersa persuasione, vel deprauato exemplo, eum ad malum inducendo. Sicut faciunt, quos Salomon in Prouerbiis capite primo dicit non esse audiendos, inquit enim Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tẽdicula contra insontem, deglutiamus eum sicut infernus viuentem. Omnẽ pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, Sortem mitte nobiscum marsupium sit vnum omniũ nostrũm. Fili mi, ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Hæc de peccato mortali in proximum quò ad modos generales dicta sint. De eodem autem in specie pertractabimus loquentes de Auaritia, & ira & inuidia.

De Peccato mortali in seipsum.

Quantùm ad peccatum mortale in seipsum aduerte duo primò, quòd eius radix sicut & cæterorum criminum est inordinatus amor sui: vnde Paulus in secunda ad Timotheũ capite tertio, inquit: Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, sceleśti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes q̃dem speciem pietatis, virtutem autẽ eius abnegantes. Secundò aduerte q̃ quis peccat in seipsum, quando sibi soli nocere videtur. hoc autem fit tribus modis: primò, quando maculat & deturpat seipsum: & hoc fit per peccatum luxuriæ, vt dicemus infrà: secundò, quando quis necessaria sibi subtrahit, vel nimis superfluè se nutrit, & contra legem Dei & catholicæ ecclesiæ: & hoc fit per peccatum gulæ. Tertiò vltra vires & debitum moderamen aliquod aggrediens, & fit ex audacia nõ regulata. Hęc de peccato í seipso loquẽdo in genere dicta sint. Nam in specie ad plenum loquemur agentes de gula, & luxuria.

Nonò, De potentiis animæ, in quibus, & in qua principaliter possit esse peccatum.

Quantùm ad potentias, in quibus, & in qua principaliter possit esse peccatũ, quatuor agenda sunt. Primò, quæ & quot sint animæ potentiæ. Secundò, in quib⁹ possit esse peccatum, & in quibus non. Tertiò, in quibus esse peccatum veniale & mortale. Quartò, in quibus moribus primò incipit esse peccatum.

Quantùm ad primũ aduerte, quod in epitomate nostro in secundo de Anima, assignauimus summam potentiarum animæ per ordinatas diuisiones. In Epitomate nostro super Ethicen in fine primi libri, Tract. quarto, capite secundo, repetimus eandem summam: non absolutè, sed vt deseruit negocio morali: vt sciri possit, in quibus potentiis valeat esse virtus & vitium illi oppositum. Nuuc tertiò, vt, euidentiorẽ tradamus doctrinã, repetimus potentiarum animæ diuisiones non vniuersaliter sed vt Theologo opportunum est. Tu igitur aduerte q̃ potentiarum animæ quædam dicuntur & sunt naturales: istæ sunt potentiæ animæ vegetatiuæ, quæ sunt, nutritiua, augmentatiua, generatiua. Quædam sunt potentię sensitiuæ exteriores, istæ sunt, Visus, auditus, odorat⁹ gustus, tactus, Quædam sunt sensitiuæ interiores, Istę, sunt, Sensus communis, phantasia quam aliqui vocant imaginatiuam: Cogitatiua, quæ in bruto dicitur excimatiua: Reminiscentia, quæ in bruto est tantùm memoria. Quædam sunt potentię appetitiuę sensitiuę: Istæ sunt, Appetitus concupiscibilis, & irascibilis, in quib⁹ situãtur passiones: sex in cõcupiscibili, scilicet Amor & odium, desiderium & fuga, delectatio & tristitia. Quinque in irascibili, scilicet spes & desperatio, timor & audacia, ira: quædam sunt potentiæ motiuę fm̃ locum, ex quibus aliquæ motiuę directiuè, vt phantasia, & ratio practica. Aliquæ sunt motiuæ imperatiuè, vt concupiscibilis & irascibilis, & voluntas. Aliquæ sunt motiuè executiuè: Istę sunt spirit⁹ & virtutes diffusę in musculis & neruis, & iuncturis: & primũ motus localis instrumentũ est cor. Quædam sunt potentiæ intellectuales per essentiã, Istæ sunt, intellectus, qui & ratio dicitur: & voluntas, quæ appetitus intellectiuus, & liberum arbitrium vocatur. Hæc est summa potentiarũ animę. De potentiis animæ vegetatiuæ & sibi deseruientibus, vide in Epitome in secundo de Anima, in tract. secundo, capite quarto.

Potentiarũ animæ famosa diuisio ac Theologo opportuna.

De potentiis sensitiuis exterioribus, vide in Epitome in secundo de Anima, tract. tertio, per totum.

De potentiis sensitiuis interioribus, vide in Epitome in tertio libro de Anima, tract. primo, per totum.

De potentiis sensitiuis appetitiuis & passionibus in eis, vide in Epitome in tertio libro de Anima, tract. tertio. parte prima per totum.

De potentiis animæ motiuis fm̃ locum, vide in Epitome in tertio libro de Anima, tract. tertio, parte secunda.

De potentiis intellectualibus, vide in Epitome in tertio de Anima, tract. secundo, in parte prima & secunda.

Quantùm ad fm̃ pono tres conclusiões ad mentẽ Theologi, à quibus nec moralis philosophus dissentit.

Potentiarũ animæ naturalium motus secundum se peccata non sunt.

Prima, Motus potentiarũ naturalium, id est, vegetatiuarũ & sensitiuarum exteriorum, & interiorum nullo modo secundum se sunt peccata: probatur apud philosophũ moralem: circa eos nulla ponitur virtus moralis, vt declaratũ est in tertio & quarto & quinto libro Ethicorum in Epitome nostra, ergo nec aliquod vitium: quoniam opposita habent fieri circa idem. Sic nec vitiũ, ergo nec peccatũ, omne enim peccatum vitium est: quoniam est vituperabile, sicut virtus est laudabilis. Præterea docuimus in Ethicis, quòd in naturalibus neque meremur, neque demeremur: ergo in eis neque virtus neque peccatum est. Apud Theologum autẽ sic probatur. Motus naturales harum potentiarum causantur ex dispositione qualitatum naturalium, per quas actus suos exercent: vnde subitò, & repentinè causantur, etiam non præuia imaginatione, vt desiderium cibi & potus: & generatiuè & genitalium motus & secundũ naturam suam nec rationi nec voluntati obediunt: ergo non potest in eis esse peccatum: patet antecedens ex ipsa experientia: quod quilibet in seipso experiri potest. Consequentia verò probatur, quoniam apud Theologum: nullum est peccatũ nisi in respectu ad rationem & voluntatẽ, quæ est principium omnium actuum moralium: vnde apud Theologum famosum est genus moris incipere, vbi primum voluntatis dominium inuenitur.

In passionibus cõtingit esse peccatum.

Secunda: In motibus potentiarũ sensitiuarum appetitiuarum, in quibus sunt passiones humanæ, potest esse peccatum: hęc conclusio apud philosophum moralẽ patet: Nam circa hos motus regulandos, vt docuim⁹ in tertio & quarto libro. Ethicorũ, ponũtur varię virtutes morales, vt Temperantia in cõcupiscibili. Mansuetudo in irascibili, &c. ergo, & vitia eis opposita. Vitia autẽ sunt peccata: ergo, &c. Apud Theologum autẽ sic probatur: Motus appetitus sensitiui est, qui ex præcedenti imaginatione, vel præcedenti motu naturali consurgit: verbi gratia, Sortes imaginatur mulierẽ, cõcupiscibilis insurgit in eius desiderium. Sortes post laborem sitit, concupiscibilis insurgit in desiderũ potus. Postquàm insurgit siue eximaginatione p̃cedenti, siue ex appetitu potentię naturalis, putà nutritiuè, vehementer impellit desiderantem ad consequendum rem desideratã. Huiusmodi autẽ motus sunt vno modo in potestate nostra, & vno modo non. Nam accepti figillatim sunt in potestate nostra: quemlibet enim signatũ possumus declinare præuidendo & impediendo ex imperio voluntatis, non quidem ne insurgant, sed ne procedant vsque ad delectationẽ, & cum sensu. Si autem simul & coniunctim sumantur, non sunt in potestate nostra: quoniã licet isti, & isti diuisim obuiare possimus, non tamen omnibus simul: quoniam dum vni obuiamur, alter insurgit. Non enim esse potest simul intentio renitendi contra tot diuersa in actu. Et est simile de nauta qui potest singula nauis foramina obturare, ne aqua subintret: sed nõ potest omnia simul obturare: imò dũ intẽdit

tendit vni, a qua per aliud ſubintrat: Sic eſt in caſu propoſito. Horũ igitur motuum diuiſim acceptorũ ſi ordinétur, voluntas dicitur cauſa, non quidem per ſe: quoniã non imperat eos, vt ſupponitur, ſed per accidens: quoniam non comprimit, nec impedit; vt põt: ergo vt deordinati ſunt aliquo modo voluntarij, ergo ſunt peccata ſaltem venialia: quoniã licet voluntas non habeat completum dominium ſuper huiuſmodi motus, quia nõ poteſt impedire vniuerſaliter quin inſurgant, poteſt tamen prohibere ne poſtquàm inſurrexerint, impellant hominem contra dictamen rationis rectę. Patet igitur quomodo in motibus appetitus ſenſitiui poteſt eſſe peccatum, & quomodo poteſt vitari, & quomodo nõ: quoniam ſigillatim eſt in poteſtate noſtra, coniunctim autẽ non. Hinc prouenit, quòd Theologus tenet hominem poſſe vitare omnia peccata venialia diuiſim, ſed non omnia coniunctim.

Peccatũ eſſe contingit in motibus vitium animæ motiuarum.

Tertia, in motibus potentiarum motiuarum, & rationalium, ſi deordinati fuerint, & ab ipſa voluntate imperati, cõmittitur peccatũ, & grauius quàm in motib⁹ appetitus ſenſitiui non repreſſi à voluntate. Probatur primò, q̃ in eis ſit peccatum. Nam ſi deordinati ſunt, & imperati à voluntate, ſunt in poteſtate voluntatis: potuit enim imperare, & nõ imperare, ex conſequenti ſunt voluntarij: ergo in eis eſt peccatum. Patet conſequentia: quoniam ex dictis in primo capit. omnis actus deordinat⁹ volũtarius declinat à rectitudine, quæ debet actui ineſſe: ergo eſt peccatũ ex diffinitione data de peccato. Probatur ſecundò, q̃ ſit grauius quàm peccatum appetitus ſenſitiui non repreſſi. Nam reſpectu actus imperati voluntas eſt cauſa per ſe: reſpectu autẽ actus non impediti vel non repreſſi, eſt cauſa per accidens. Sed in genere mali peius eſt eſſe cauſa per ſe quàm cã per accidens: ergo, & effectus peior eſt. Prætereà, Grauius eſt imperare malum quã permittere: imperanti enim placet imperatum, ſed permittenti nõ placet permiſſum, licet videatur ei placere, quia non prohibet, nec impedit efficaciter. Conſtat igit hìc eſſe grauius peccatum: verbi gratia, Sint duo, ſcilicet, Plato & Socrates: Plato inſurgit in appetitũ vindictæ illicitæ. Et voluntas hunc appetitum nõ reprimit, nec ei expreſſe aſſentit, ſed medio modo ſe habet: Socrates inſurgit in appetitũ vindictę illicitæ: & non ſolùm voluntas hunc non reprimit: imò imperat, vt ad executionem mandetur, conſtat euidenter vtrunque peccare, ſed Socratem, grauius.

Quantùm ad tertium aduerte, q̃ in ſenſualitate vt ſenſualitas eſt, nullum eſt peccatum, neque veniale, neque mortale: quoniam vt ſenſualitas eſt, communis eſt nobis & brutis: & tã in nobis quàm in illis habet motus ſuos naturales, qui ex ſe ſcilicet, vt ſunt naturales, non ſunt laudabiles neq; vituperabiles, ex conſequenti nec culpabiles: nec vt naturaliter inſurgunt, ſunt in poteſtate noſtra: ideo nec peccata. Nam ſicut eſt naturale igni aſcendere, lucere, calefacere, exiccare, conſumere. Sic concupiſcibili amare, deſiderare, delectari: & iraſcibili, audere, vindicare, &c. In ſenſualitate autem, vt eſt humana, id eſt, apta obedire rationi, & per eã regulari, poteſt eſſe peccatum ſi deordinatur, vt docuim⁹: ſed veniale tantùm: Nam, vt diximus, voluntas non habet plenum, & perfectum dominium ſuper tales actus, niſi ſint imperati à voluntate: Nunc enim loquimur, non vt de imperatis à voluntate, ſed non compreſſis aut non impeditis, cũ poſſent comprimi, & impediri ne vltra naturalitatem ſuam procederent. In his igitur, vt præcedunt apprehenſionem rationis, & vt reprimi à voluntate poterant, ne deordinatè inſurgerent, & impellerent nos ad malum, eſt peccatum veniale ſequens ex fomite peccati originalis, quo deordinata eſt in nobis concupiſcentia: ſicut ante peccatum per iuſtitiam originalem frænata ac ordinatiſſima rationi, & voluntati erat. In parte autem rationali, quæ complectitur intellectum & voluntatem, poteſt eſſe peccatum & veniale, & mortale: nam voluntas poteſt ſuper eos plenum habere dominum: quoniam ſunt eliciti aut imperati ab ea & ſequuntur non ſolùm apprehenſionem, ſed & deliberationem rationis: & in his conſiſtunt actus virtutis, ſi ſint boni, & ordinati & actus peccati mortalis, ſi ſint mali: & contra legem & huiuſmodi actuum, voluntas eſt cauſa per ſe: quoniam aut ſunt eliciti aut imperati ab ea: & iuxta hanc diſtinctionem de actu elicito, & imperato intelligendũ eſt illud principium apud Theologum, quo dicitur, Omne peccatum eſt in voluntate. Quod ſic verificatur: Omne peccatum eſt in voluntate vel vt in ſubiecto, vt quando elicit actum malum dicens, Volo q̃ Sortes occidatur: vel vt in cauſa per ſe, vel vt quando præcipit intellectui, quòd permaneat in tali vel tali hæreſi, & errore: vel vt in cauſa per accidens, vt quãdo non reprimit motus ſenſualitatis, ne cõtra rationem præualeant. Nam, vt diximus, licet non poſſit prohibere, quin inſurgant, poteſt tamen comprimere, ne præualeant.

Peccatum per ſe eſt in parte anima rationali.

Peccatum in voluntate eſſe quid nam ſit.

Quantùm ad quartum aduerte talem progreſſum in peccatis inueniri incipiendo à primo principio.

Primus motus ſenſualitatis vt primò primus, id eſt, vt naturaliter inſurgit, nullum peccatum eſt.

Motus ſenſualitatis non primò primus, ſed ſecundò primus, id eſt, vt à fomite procedit, & incipit deordinari per delectationem, eſt peccatum veniale. Delectatio moroſa mora temporis in his, quæ ſunt ex genere ſuo venialia, peccatum veniale eſt etiam his, quæ ſunt ex ſuo genere mortalia, dummodo non adſit mora conſenſus expreſsi vel taciti peccatum veniale eſt.

Delectatio moroſa mora conſenſus expreſsi vel taciti in his, quæ ex genere ſuo ſunt mortalia mortale peccatum eſt. In venialibus autem veniale eſt. Hæc de potentis animæ, in quibus, & in qua principaliter poteſt eſſe peccatum.

Decimò, De ſumma peccatorum cordis, & oris, & operis, & omiſſionis.

Quoniam omne peccatum cuiuſcunque generis, excepto originali, committi poteſt aut corde, aut ore aut opere, aut omiſſione, pro terminatione huius primi Tractatus aſſignabimus ſummam ſingulorum.

Summa peccatorum cordis.

Peccata cordis, quæ & cogitationis dicuntur, ſunt hæc.
Cogitatio mala.
Delectatio mala.
Conſenſus malus.
Deſiderium mali.
Voluntas peruerſa.
Infidelitas.
Superſtitio.
Indeuotio.
Præſumptio.
Deſperatio.
Prudentia carnis.
Suſpicio,
Inuidia.
Ira.
Odium.
Timor ſeruilis.
Exultatio in aduerſis proximi.
Dolor in proſperis proximi.
Contemptus pauperum.
Contemptus peccatorum.
Perſonarum acceptio.
Perfidia.
Carnalis affectus parentum.
Inepta lætitia.
Seculi triſtitia.
Impatientia.
Auaritia.
Sollicitudo temporalium.
Superbia.
Obſtinatio.
Malitia.
Acidia, quæ eſt tædium boni.
Inconſtantia.
Impœnitentia.
Dolor de bene actis.
Hypocriſis.
Amor placendi inordinatus.
Timor diſplicendi.
Verecundia de bono opere.
Amor priuatus.
Senſus ſingularis.
Ambitio dignitatum.
Vana gloria de bonis naturæ, vel gratiæ, vel fortunæ.
Verecundia de pauperibus cognatis aut amicis.
Contemptus admonitionum, & correctionum.
Immiſericordia ſiue crudelitas. Hæc eſt ſumma: & difficile eſt plura inuenire, quæ ad hæc non reducantur.

Summa

Summa peccatorum oris.

Peccata oris, quæ & locutionis dicuntur vt in pluribus sunt hæc,

Mendacium.
Non necessaria, & inutilis crebra iuratio.
Periurium.
Blasphemia.
Nomen Dei in vanum, & irreuerenter assumere.
Veritatem impugnare.
Deum iniustum dicere, & iudicare.
Contra Deum murmurare.
Detrahere proximo.
Adulatio.
Vituperium.
Maledictio.
Infamatio.
Contentio.
Comminatio.
Seminatio discordiæ.
Proditio.
Falsum testimonium.
Peruersum consilium.
Derisio.
Contradictio
Bene acta vertere, & interpretari in malum.
Ad iram hominem prouocare.
Reprehendere in alio, quod ipse facit, & dicit.
Vaniloquium.
Multiloquium.
Stultiloquium.
Scurrilitas.
Verba ociosa, superflua, vel curiosa proferre.
Iactantia.
Peccatorum defensio.
Clamor, & Risus, & cachinnus inordinatus.
Turpiloquium.
Lænocinium.
In iniusta causa aduocare.
Malum commendare.

Hęc est summa: & difficile est plura inuenire, quæ ad hęc non reducantur.

Summa peccatorum operis.

Peccata operis, vt in pluribus sunt hæc:

Crapula.
Ebrietas.
Luxuria.
Sacrilegium.
Simonia.
Sortilegium.
Violatio diei festi.
Votorum fractio.
Proximi læsio, in persona, in re, in fama.
Furtum.
Rapina.
Vsura.
Deceptio.
Illicitus ludus.
Venditio iniusta.
Emptio iniusta.
Exactio indebita.
Telonium iniustum.
Malis & profanis sua dare.
Necessaria sibi subtrahere.
Supra vires concupiscentia aggredi
Consuetudo peccandi.
Recidiuatio in peccatum.
Exercere officium, ad quod homo non est sufficiens: vel quod non sine peccato agitur.
Maioribus rebellare.
Minores opprimere.
Visu
Auditu
Tactu
Odoratu
Gustu
} peccare.

Hæc est summa: & difficile est plura inuenire, quæ ad hæc non reducantur.

Summa peccatorum omissionis.

Peccata omissiõis peccatis cordis, & oris, & operis correspondent, & vt in pluribus sunt hæc,

De Deo, vt debitum est, & quando, non cogitare.
Deum non timere, non amare, non honorare, non illi obedire, gratias sibi de beneficiis non agere, opera bona ad ipsum non referre.
De peccatis, vt decet, non dolere.
Pro gratia Dei recipienda se non præparare.
Gratia accepta non vti, nec eam conseruare.
Ad diuinam inspirationem non se conuertere.
Voluntati diuinæ voluntatem suam non conformare.
Non attentè orare.
Debitas, aut quibus obligatur, orationes omittere.
Ea quibus voto vel præcepto vel officio obligatur negligere vel omittere.
Parentes non honorare.
Seipsum non cognoscere nec corrigere.
Seipsum nec sua vt debet curare.
Conscientiam suam negligere, Ecclesias, diuina officia, ac Dei verbum non frequentare.
Tentationibus non resistere.
Pœnitentias iniunctas omittere, aut negligenter adimplere.
Quę sine mora agenda sunt differre.
Bonis proximi non gaudere.
Malis eius non tristari.
Iniurias non remittere.
Fidem proximo non seruare.
Beneficiis eius non correspondere.
Delinquentes non corripere.
Lites non sedare.
Ignorantes non instruere.
Afflictos non consolari,
Admonitionibus saniśque consiliis non acquiescere.
Egenti siue cibo, siue potu, siue vestitu, siue domo non subuenire.

Hæc sit summa: ad quæ si alia inueneris de facili reduce re poteris.

Hæc de præcognoscendis pro tradenda doctrina septẽ vitiorum capitalium dicta sint.

Explicit Tractatus primus tertiæ partis philosophiæ moralis diuinæ atque Christianæ, ordinatus per Chrysostomum Iauellũ Canapicium philosophiæ & sacræ Theologiæ professorem.

TRACTATVS SECVNDVS
Tertiæ partis Philosophiæ Christianæ, sex partitus capitibus.

¶ De Superbia.

POstquàm in tractatu pręcedenti præmisimus quę præcognoscere est necesse, vt vniuersalia principia in genere mali, nunc descendemus ad specificam doctrinam sextæ diuisionis positæ in Tractatu præcedenti, quæ fuit peccati mortalis actualis in septem vitia capitalia: quorum primũ ponitur superbia, cuius considerationem faciemus in præsenti Tract. quem diuidemus in sex capita.

Primò, agendum est de sufficientia septem vitiorum capitalium.

Secundò, de superbia, quid sit, & quomodo se habet ad vanam gloriam.

Tertiò, si est peccatum mortale, & quando.

Quartò, de speciebus superbiæ.

Quintò, agendum est de vana gloria, quid sit. Si est peccatum mortale: & de peccatis, quæ ex ea oriuntur, vt filiæ à matre.

Sextò, agendum est de remediis contra superbiam,

CAPVT I.

Septem esse vitia capitalia ostendit.

IN capite primo assignanda est ratio sufficientiæ septem vitiorum capitalium, id est, propter quid sunt septem, & non plura nec pauciora: & hîc quinque agẽda sunt: Primò,

quare

quare dicuntur vitia capitalia,& nõ simpliciter vitia. Secũ dò,quare sunt septẽ.Tertiò,quod aliquando manifestè, aliquando latenter,& deceptoriè animã subintrant. Quartò quibus ex rebus corporalibus maximè assimilantur. Quinto,quomodo vnum ex alio succesiuè oriri potest.

Peccata cur capitalia dicãtur.

Quantum ad primum aduerte,quòd sicut quatuor virtutes morales,de quibus pertractauimus in secunda parte,dicuntur cardinales,id est,principales,quoniã ex eis aliæ deriuantur,& ad eas reducuntur,vt docuim⁹ in secunda parte assignãtes cuilibet partes suas potentiales:sic hæc septẽ vitia dicuntur capitalia,q̃a sunt capita, & principia aliorũ vt tibi constabit,cùm de singulis agemus, qñ assignabimus eis filias veluti ramos egredientes à trunco. Et vt ex nunc scias quare,& in quo sensu dici consueuerunt vitia capitalia,aduerte q̃ caput & vitium capitale dicitur trib⁹ modis.

Quantũ ad terminũ,caput,primò dicitur membrum superius in animali,in quo situãtur virtutes sensitiuę exteriores,& interiores:& in hoc sensu intendit Paulus de viro & muliere,quomodo debeant orare,scribens ad Ephesios ca. vndecimo,vbi inquit:Omnis vir orans prophetans velato capite deturpat caput suum.Omnis autẽ mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat suum.Vnum est ẽm ac si decaluetur:nam si non velatur mulier decaluetur. Si verò turpe est mulieri decaluari aut tõderi,velet caput suũ. vir quidem non debet velare caput suum,quoniam imago, & gloria Dei est:Mulier autem gloria viri est:Non enim vir ex muliere,sed mulier ex viro.

Secundò dicitur,cuiuscunq; rei principium:iuxta quod intelligitur illud Geneſis cap. quadragesimoseptimo.Adorauit Israël dominũ conuersus ad lectuli caput,id est,principium.Et Trenorũ quarto,Lapides sanctuarij dispersi sũt in capite platearum,id est,in principio.Et Ezechielis capite decimosexto,Ad omne caput viæ,id est in principio vię ędificasti signum prostitutionis tuæ.

Tertiò dicitur,princeps,& rector populi,ad similitudinem capitis iuxta primũ modũ.Sicut enim cætera mẽbra reguntur vigore capitis,& languent languente capite: sic & populi reguntur & seruantur à principe:& si princeps deficit aut patitur, sic & populus:& iuxta hunc sensum intelligitur illud in primo Regũ ca.decimoquinto,de Saul,cui dicit,Cùm esses paruulus in oculis tuis,caput id est, rex in tribubus Israël factus es.Et illud Amos ca.septimo:Capita populorũ,id est,principes põpaticè ingrediuntur domũ Israël Et illud Pauli ad Ephes.capite primo,Et ipsum s. Christum dedit caput,id est principem super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius.

Quantum ad terminum capitale,aduerte q̃ correspondenter dicitur tribus modis.Primò,dicitur capitale à capi. iuxta primum modum.Secundò iuxta secundum.Tertiò iuxta tertiũ.Et secundum omnes tres modos dicitur vitium capitale.Nam iuxta prin ũ modum dicitur vitium siue crimen capitale quod ex lege puniendum est pœna capitis:iuxta secundum dicitur vitium capitale quod est principium & causa alterius: & secundum hunc sensum peccatũ Luciferi,& primi hominis,est vitium siue peccatum capitale:Iuxta tertium dicitur vitium capitale,ad quod plura vitia ordinantur tanquam ad finẽ.Et secundum hunc sensum auaritia est vitium capitale respectu fraudis, & deceptionis, & omnis illiciti contractus. Nã omnia hæc vitia ordinantur ad auaritiam quò ad finem:ordinantur enim ad cumulandã pecuniam,quæ est finis auaritiæ.

Propositis modis,quibus dicitur caput,& capitale, aduerte quòd septem vitia non dicuntur capitalia iuxta primũ sensum:neque enim diuina lege neque humana decretũ est,quemcunque peccantem superbia aut inuidia &c.debere pœna capitis puniri:sed post mortem damnari, si peccauerit mortaliter,& pœnitens non fuerit.Sic enim promulgatum est per Ezechielem ex parte Dei iusti: Vnde inquit capite decimooctauo: Iustitia iusti erit super eum, & impietas impij erit super eum. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est: & custodierit omnia prę̃cepta mea,vita viuet, & non morietur, scilicet per damnationem:possunt autem dici capitalia iuxta secũdum sensum:quoniam sunt causa, & principium aliorum per modum inclinationis,aut materiæ,aut finis.Inclinationis quidem:quoniam qui peccat per superbiam disponitur ad iactantiam,ad inuidiam,ad vindictam,&c, Qui peccat per gulam,disponitur ad furtum,ad luxuriam,&c.

Capitale vitium dicitur non quia capitis pœna puniatur, sed ratione originis, vel finaliter.

Et quoniã disponũ t ac inclinant ad alia,Gregorius in libro trigesimoprimo Moraliũ appellat ea vitia principalia, vtpote aliorum principia. Aliquando sunt principia aliorum,eò quòd materiam peccandi subministrant:Sicut Gula ministrat materiam luxuriæ,& irę, & ira homicidio, & auaritia discordię,& inuidia detractioni. Aliquando sunt principia aliorum ex parte finis:quoniã scilicet aliqua alia vitia ordinantur ad vitiũ capitale: & in hoc sensu auaritia est causa & principium doli & fraudis: finis enim auaritię est lucrum,& cumulatio pecunię:& ad eundem finem ordinantur fraus & dolus. Verius autẽ & magis propriè dicuntur vitia capitalia iuxta tertium sensum. Sunt enim veluti duces,& principes mali in populo malo:qui ordinant, & trahunt populum sibi subditum ad eundẽ finem malum, quem intendunt.Nam ducis & exercitus est idem finis intentus,vt docuimus in libro duodecimo Metaphysices. Sic in proposito vnumquodque horum septẽ vitiorum ordinat ad eundem finem vitia,quę ab eo originem trahunt:vt qñ vana gloria ordinatur ad manifestationẽ propriæ excellẽtiæ siue verę siue existimatæ, ad eandem manifestãdam ordinantur filiæ,quę ex ea oriuntur:vt tibi declarabitur,cùm loquemur de vana gloria:& ideo respectu earum dicitur vitium capitale. Dicuntur ergo vitia capitalia secundum diuum Gregorium:quoniam sunt vt duces, & principes & vitia,quæ oriuntur ex eis sunt vt populus vel exercitus malus ordinatus ad eundem finem malum,quem principes intendunt.Tenebis ergo dici capitalia vitia iuxta secundum sensum.Magis autem propriè iuxta tertium,ita quòd interrogat⁹,quare dicuntur & censentur vitia capitalia:respondebis,quia habẽt quosdam fines principaliter desideratos à peccante tali vitio,putà auaritia, aut ira,aut luxuria: ad quos etiam ordinantur vitia orientia ex illis,vt tibi notum erit in tractatu proprio,quem formabimus de vnoquoque horum septem.

Quantum ad fm assignanda est ratio sufficientiæ eorũ, scilicet quare sunt septem,scilicet. Superbia vel vana gloria,inuidia ira,auaritia,acidia,gula,luxuria.

Septem tantum sunt vitia capitalia.

Aduerte igitur, quòd ratio est hæc: voluntas humana peccat,quia deordinatè & indebitè appetit aliquod bonum,quod licet sit laudabile ipsum ordinatè appetere,non tamen indebitè,aut quia refugit aliquid, quod non est refugiendum. Si primo modo, cùm tria sint hominis bona scilicet,animæ corporis, & exteriora, quæ dicuntur fortunæ: aut appetit inordinatè bonum animi potius imaginatum, quàm verè existens: qualis est excellentia, & superioritas inter alios,& gloria, & honor, & laus. Et circa huiusmodi in ordinatum appetitum versatur superbia: aut inordinatè appetit bonum & delectabile corporis, qđ est duplex:quoniam alterum est ordinatum ad conseruationem individui: vt cibus,& potus: & circa huius boni inordinatum appetitum versatur gula.Alterum est ordinatum ad conseruationem speciei,vt actus Veneris: & circa huius inordinatum appetitum versatur Luxuria: Aut inordinatè appetit bona fortunæ:& circa hunc inordinatum appetitum versatur auaritia: & sic habemus quatuor vitia capitalia,scilicet,superbiam siue vanam gloriam, gulam, luxuriam, auaritiam. Si voluntas inordinatè refugit aliquid,quod non debet refugere,hoc est tribus modis, quoniam non refugit nisi quia est impeditiuum alicuius boni inordinatè concupiti.Hoc autem tribus modis contingit: quoniam aut illud bonum impeditiuũ est in ipso appetente,ita quòd vnum impedit aliud:verbi gratia,Bonum spirituale impedit bonum corporale: & quoniam homo vellet inordinatè possidere bonum corporale, ideo vt impeditiuum refugit bonum spirituale.Et circa hoc versatur acidia,quam dicemus esse tristitiam de bono spirituali,vtpote impeditiuo boni corporalis : Aut bonum impeditiuum est in alio:verbi gratia ,In Sorte est aliquod bonum, puta honor,diuitię,quod impedit bonum meum: quoniam imaginor, quòd si Sortes non haberet talem honorem, ego haberem:& ideo tristor, & nollem Sortem honorari, nec diuitem esse. Et circa hoc versatur inuidia,quam dicemus esse dolorem boni alieni. Aut bonum impeditiuum ita est in alio quòd nisi insurgam contra eum per vindictam, nec conseruare, nec reparare possum bonum meum : siue sit bonum animæ, siue corporis, siue fortunę: & circa hoc versatur ira. Et sic habemus tria vitia capitalia, scilicet, inuidiam, acidiam, iram. Cùm igitur sint tantũ tria appetibilia bona,scilicet animi,& corporis, & fortunæ:& bonum corporis sit duplex,scilicet ordinatum,ad

conserua

conſeruationē indiuidui:& ordinatum, ad conſeruationē ſpeciei:& circa hęc contingat voluntaté in appetendo deordinari.Et cùm ſint tres modi refugiendi inordinati: aliquod bonum vt impeditiuū alterius boni, ſiue tale bonum impeditiuū ſit in ipſo appetente ſiue in alio,patet quòd rationabiliter aſsignata ſunt ſeptem vitia capitalia. Hæc de eorum ſufficientia dicta ſint.

Quantum ad tertium aduerte,quòd hæc ſeptem vitia capitalia aliquādo in nobis manifeſtè deprehendimus,vt quā do arrogantiā monſtramus,vindictam quærimus,ebrietati, & crapulæ,& veneri inhoneſtæ indulgemus,&c.Aliquando autem latenter & apparētis boni ſpecie in animo ſubintrāt hoc modo:verbi gratia,Socrates ex latenti intrinſecus ſuperbia ſub boni ſpecie ſibi ipſi ſuadet,volo & appeto præeſſe,vt poſſim multis prodeſſe,quibus nec iuſtitia, nec pietas nec miſericordia ſeruatur.Ex inuidia latenti ſic ſibi ſuadet:Bona illis non deſidero,imò nec placent:quoniā prę deo,quòd nimis ex proſpero ſucceſſu ſeipſos extollerēt. Ex ira ſic ſibi ſuadet. Non eſt æquū me illata mala ferre,ne qui mihi nocuerunt nocere amplius aſſueſcant.Ex acidia ſic ſibi ſuadet:Rationabiliter à laboribus mihi parco,ne dura in diſcretè aggrediens deficiam,& vt indiſcretus arguar. Ex auaritia ſic ſibi ſuadet,expedit vt multa congregē bona ꝓpter fortuitos & inopinatos caſus,ne ex improuiſo ad inopiā deducar,diffugiámque occaſionē furandi,& inuſtè lucrandi.Ex gula ſic ſibi ſuadet,Complexioni meæ cōuenit,vt cibis delicatis nutriar pro ſanitatis & virium obſeruantia, vt in virtuoſis operibus perſeuerē ſiue practicis ſiue ſpeculatiuis.Ex luxuria ſic ſibi ſuadet,Humanū eſt pro aliquo tēpore placitè & delectabiliter ſecundum ſenſum viuere. Deinde in ſenectute veraciter me emendabo, & pœnitebit:& ſic patet quomodo furtiuè ſub boni ſpecie vitia capitalia ſe nobis ingerūt:ex cōmuni illa & peſtifera radice proueniunt,ſcilicet ex inordinato ſui amore:Ideo ſi ratio nō eui gilat,de facili ab his vitiis irretitur animus modis abſcondi tis & apparenter,ſed non verè bonis.

Septem vitia ſeptem generi bꝰ animaliū & infirmitatibus ſimilia ſunt.

Quantùm ad quartū aduerte, ꝙ apud doctores ſacros varia eſt opinio.Omnes tamen rationabiles ſunt: aliqui dicunt Superbiā aſſimilari leoni, iram cani, Inuidiam lupo, acidiā aſino.Gulam vrſo,luxuriā porco , auaritiā Hericio. Alij aſsimilant ſeptem hæc vitia,ſeptem infirmitatibus.Superbiam corporis inflationi,Iram phreneſi,Inuidiam leprę acidiam Lethargiæ,auaritiam hydropiſi, Gulam epylepſiæ, Luxuriam febri.Alij dicunt ea ſignari per ſeptē capita draconis,de quo loquitur Ioannes Apoca.capite duodecimo, Vbi inquit:Et ecce draco magnus rufus habēs capita ſeptē & cornua decem , & in capitibus ſuis ſeptem diademata:per draconem , intelligunt diabolum , per ſeptem, capita ,intelligunt ſeptem peccata mortalia:quæ vt ſignata per capita draconis dicuntur capitalia.Per decem cornua, intelligunt decē legis præcepta,quorum obſeruantiā quærit Diabolus deſtruere per ſeptē vitia capitalia.Per ſeptem diademata,intelligunt ſeptē ſiue vniuerſalē victoriam quā obtinuerunt ſeptem vitia capitalia in toto mundo. Homines enim pro maiori parte ea ſequuntur:lata eſt enim via perditionis,& multi ingrediuntur per eam:Matthęi capite ſeptimo.Verùm,quia in his ſimilitudinibus poteſt vnuſquiſque exercere ingenium,& prout ſibi videbitur exponere populo rudi,modò nihil cōtra ſacram doctrinam proferat: ideo in his non eſt à me immorandum.

Quantùm ad quintum aduerte,quòd ſeptem vitia capitalia ad duo comparari poſſunt:primo,ad ea vitia , quæ ad eoſdem fines ordinantur,ad quos ipſa ſeptem vitia,& dicū tur eorum filiæ,vt tibi manifeſtabitur:ſecundo, poſſunt ad ſe inuicem cōparari,vt inuidia ad ſuperbiam,ira ad inuidiā acidia ad iram , &c.Si comparantur ad vitia , quæ eorum filię nuncupantur,reſpectu eorum dicuntur & ſunt capitalia:quoniam filiæ oriuntur ex eis, & non econuerſò. Si autem comparantur ad ſe inuicem,non eſt neceſſe quòd ſemper ſint capitalia:quoniam vnum oritur aliquando ex altero,Repugnat autem caput,vt caput ex alio capite , vt caput eſt oriri , ſicut repugnat principio vt principium eſt, principari.Quod autem aliquando vnū oriatur ex alio declaratur ſic:Superbus,quoniam ſtudet & appetit omnes excellere,nec ſuperiorem,aut æqualem ferre poteſt, ſi aduertit aliquem ſibi velle ſuperiorem aut æqualem fieri aut timet,dolet,& perturbari incipit : Deinde contra illum mouetur,quærens ipſum impedire,& minuere gradum ſuum: ne aut ſuperior,aut æqualis ſibi fiat:Motus autē talis eſt inuidia,qm̄,vt dicem⁹,inuidia eſt dolor de bono alterius tā quam impeditiuo boni ſui ipſius. Ex ſuperbia ergo oritur inuidia.

Inuidus autē iraſcitur ei cui inuidet:& ſi poteſt nocet ei, aut in re,aut in fama,aut in perſona.Sicut Cain in Abel, & fratres Ioſeph in Ioſeph.Nam Geneſis capite quarto,videns Cain munera & Abel grata Deo:ſe autē nec munera ſua reſpici à domino,inuidit fratri ſuo:& irat⁹ occidit eū. Et Geneſis capite trigeſimoſeptimo,fratres Ioſeph videtes eū à patre Iacob præ cunctis filiis amari,inuidentes ei venderunt ipſum Iſmaëlitis.Ex inuidia ergo oritur ira.

Iratus autē,ſi vindictam tentat in eum:cui inuidet , aut qui ſibi nocuit,& non præualēt contra eū:ſed deficit velit nolit,tunc triſtatur & animo tabeſcit: & ſic ex ira oritur mentis triſtitia,qua iratus adeò infeſtatur, quòd tædiū incurrit de bono virtutis ac ſpirituali:& hæc triſtitia ac mētis tædiū eſt acidia , vt tibi declarabitur, cùm agemus de acidia.Ex ira ergo oritur acidia. Acidioſus verò , quoniam triſtitia tabeſcit,in qua nullus diu viuere poteſt,ſubleuatio nē ab extrinſco quęrit, vt ſe vindicare valeat. Tunc conuertit ſe ad cōgregandas diuitias quocunque ſuo ingenio, vt potens ſit ad vindicandum ſe:& ſic ex acidia oritur auaritia. Auarus cùm impleuerit marſupia ſua declinat ad voluptates gulę:ſicut ille,de quo loquitur Seruator Lucæ capite duodecimo,qui poſtquàm multa cōgregauerat, dicebat animæ ſuæ:Anima habes multa bona poſita,id eſt, im poſita in annos plurimos:requieſce,comede,bibe, epulare. Et ſic ex auaritia oritur gula.

Guloſus autē ex crapula,& potu materiam luxuriæ adminiſtrat: & ſic ex gula oritur luxuria. Conſtat igitur qūo vnum oritur ex altero.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quid ſit ſuperbia & quomodo comparetur ad inanem gloriam.

IN ſecundo capite inueſtigandū eſt de ſuperbia quid ſit, & qūo ſe habet ad vanam gloriā,& hīc tria agenda ſunt: primò,diſtinguendū eſt de ſuperbia:ſecundò, vtrunque diuiſionis membrum diffiniendū eſt:tertiò , inueſtigabitur ſi diſtinguitur à vana gloria,vel non.

Quantùm ad primū aduerte,quòd ſuperbia dupliciter ſumitur apud Theologum,ſcilicet generaliter & ſpecificè: Generaliter quidem dicitur eſſe radix,& principium omnium vitiorū,ſicut & cupiditas, de qua inquit Paulus primæ ad Timotheum capite ſexto: Radix omnium malorum eſt cupiditas.De ſuperbia autē dicitur Eccleſiaſtici capite decimo:Initiū omnis peccati ſuperbia.Sed aduerte ,quòd alia & alia ratiōe ſunt radix omniū malorū ſuperbia & cupiditas.Nā in peccato,vt declaratū eſt ſuprà, duo ſunt ſcilicet,auerſio à Deo & cōuerſio ad creatum bonum appetitu inordinato. Ratione primi dicitur ſuperbia generaliter ſumpta radix omniū malorū. Qui em̄ ſuperbit ,nō ſubiicit ſe Deo & legi diuinę:ergo auertit ſe à Deo,& à lege.Ratione ſecundi,dicitur cupiditas radix omnium malorum,Cupidus em̄ inordinatè applicat ſe & cōuertit ad bonū proprium,eò ꝙ inordinatè amat ſeipſum : inordinatus autē amor ſui eſt radix omniū vitiorū,vt docuim⁹ in philoſophia morali Platonis in tractatu tertio.Et diuus Auguſtin⁹ in libro decimoquarto,de Ciuitate Dei dicit: quòd ſicut amor Dei fecit ciuitatē Dei,ſic inordinatus amor ſui fecit ciuitatem Babylonis,id eſt, congregationem omnium vitiorum. Et ſi quæras quot modis contingit ſuperbiam generaliter ſumptā,radicem eſſe omnium vitiorum declarabitur tibi, cùm diffiniuerimus eā.Specificè autē ſumpta eſt,peccatum diſtinctum cōtra alia vitia capitalia ꝓpter particulare obiectum,circa qđ verſatur:& vt dicemus eſt inordinat⁹ appetitus ꝓpriæ excellentiæ.Nā ſingula vitia capitalia adinuicem diſtinguuntur ꝓpter ſingulares obiectorum ſuorū formales rationes,vt declarabimus agētes de vnoquoque vitio capitali.

Superbia dupliciter ſumitur.

Superbia eſt radix omnium vitiorū quòd ad auerſionē ab vno cōmutabili bono, cupiditas vero quòd ad conuerſionē ad cōmutabile bonum.

Quātùm ad ſm aduerte,ꝙ ſuperbia generaliter ſumpta ſic diffinienda eſt:Superbia eſt rebellio contra legem Dei, virtualiter ſeruata in omni vitio per diffuſionem effectus, ab inordinato amore ſui procedens.

Superbia quid ſit.

Primò dicitur, rebellio cōtra legem Dei. Quicunque em̄ peccat,ſubtrahit ſe à voluntate ſuperioris,nec ſubiicit ſe legi ſuæ.Hoc autē eſt ſuperbire,ſcilicet nolle ſubeſſe vt iuſtum

iuſtum ac decens eſt. Nolle autem ſubeſſe eſt rebellare, ſecũ do conuenienter dicitur rebellio contra legẽ Dei, quod intellige expreſsè, vel interpretatiuè, vel per conſequentiam. Nam bene ſequitur: Qui peccat, non obſeruat legem Dei: ergo non ſubiicit ſe legi, ergo rebellat contra legem.

Secũdò dicitur, virtualiter ſeruata in omni vitio per diffuſionẽ effectꝰ: nã ſicut in genere virtutis caritas apud Theologum diffundit ſe in omni actu aliarum virtutũ, vt teſtatur Paulus primæ ad Cor. cap. 13. dicens, ꝙ patiens eſt, benigna eſt, nõ æmulatur, &c. omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, &c. Et hac de cauſa dicitur forma ac materia cæterarũ virtutum, ita ꝙ ſine ipſa nulla eſt alia virtus. Et ſicut apud Philoſophum moralẽ, vt declarauimus in quarto Ethicorũ, tractatu tertio, magnanimitas diffundit ſe in omni virtute. Eſt em̃ magnanimꝰ, vt inquit Ariſtoteles, qui magnanimiter ſe habet in opere cuiuſlibet virtutis. Non em̃ magno honore dignus eſt, qui nõ magnè, & excellenter operatur actum virtutis. Nam quælibet alia virtus operatur quod eſt ſibi ꝓpriũ circa propriam materiam: verbi gratia, Fortis fortiter agit: ſed magnanimus intendit magnanimiter operari in fortiter agẽdo. Sic Superbia in genere vitij diffundit ſe in omni actu vitioſo: vnde ſecũdum Diuũ Gregoriũ in lib. 13. Moralium, nuncupatur regina omnium peccatorũ. Dicitur autem, per diffuſionem effectus. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ vnumquodque peccatum conſiderari poteſt ſecundũ affectum, & ſecundum effectum. Et contingit aliquẽ habere effectum vnius peccati, qui tamen nõ habet affectum nec intentionem: & aliquem habere affectum, qui non habet effectum, & aliquem habere vtrunq;. Exemplũ primi, Sortes occidit patrem, credens & intendens occidere hoſtem. Committit parricidiũ quòd ad effectum, ſed nõ quòd ad affectum. Exemplũ ſecundi: Sortes deſiderat mulierẽ intentione mœchandi, ſed non poteſt eam habere. Exemplũ tertij ex ſe patet. In propoſito dicitur, quòd ſuperbia diffunditur in omni actu cuiuſcunque vitij quo ad effectũ: effectus em̃ ſuperbiæ eſt non ſubiici, & nõ obedire legi ſuperioris: & hic effectus eſt in omni peccante quocunq; peccato. Nã ſi obediret legi, non peccaret: prohibet em̃ lex præcipuè diuina & Chriſtiana omne peccatum, cùm ſit lex immaculata. Non autem eſt neceſſe, ꝙ quicunque peccat, intendat actu non obedire legi: qm̃ fortè delectationem, vt incontinens, aut vindictã, vt iratus, aut lucrũ, vt auarus. Et idéo nõ eſt neceſſe omnẽ peccantẽ peccare ſuperbia quo ad affectũ & intentionẽ: ſed aliquãdo peccat aut ex incõſideratione, aut ex infirmitate, aut ex alia paſsione agitatus. Patet ergo qũo ſuperbia diffundit ſe in oĩ genere vitij quo ad effectũ, licet nõ quo ad affectũ.

Effectum peccati non nunquã aliquem contingit habere & non affectum, aliquando affectum, & non affectum, nõ nunquã vtrunque.

Superbia eſt ſecundò in omni actu vitioſe ſe diffundit.

Tertiò dicitur, ex inordinato ſui amore procedens: qm̃ vt declaratum eſt ſuprà, radices omniũ vitiorum includunt inordinatũ ſui amorem. Non em̃ auarus pecuniam illicite congregaret, nec adulter mœcharetur, nec iratus vindicaret ſe, &c. niſi nimis & inordinatè ſeipſos diligerẽt. Vñ Paulus in ſecunda à Tim. c. 3. deſcripturus malos in omni genere mali: verbi gratia cupidos, elatos, ſuperbos, blaſphemos, ingratos, ſceleſtos, &c. præmiſit vniuerſalẽ radicẽ mali, dicẽs: Scito, quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes. Conſtat igitur quid ſit ſuperbia generaliter ſumpta. Superbia autẽ ſpecificè, & vt eſt diſtinctũ vitiũ capitale ab aliis ex ꝓprio obiecto ſic diffinitur per Diuũ Auguſtinũ in lib. 14. de Ciui. Dei: Superbia eſt peruerſus ſiue inordinatus ꝓpriæ excellẽtiæ appetitus.

Superbia ſpecificè.

Superbia eſt inordinatus propriæ excellentiæ appetitus.

Primò dicitur peruerſus ſiue inordinatus, &c. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ naturale eſt homini appetere ſui proprij boni excellentiã id eſt, perfectionem. Hoc autem naturale deſiderium põt eſſe regulatum ſecundum rationem rectam non ſolùm ex humana cognitione, ſed etiam ſecũdum quòd informatur, & eruditur ex diuina lege. (Nã humana cognitio cùm in multis deficiat, vt docuimꝰ in prima parte, nõ poteſt in omnibus perfectam rationẽ informare:) Poteſt etiã eſſe irregulatũ, ita ꝙ homo aliquando appetit propriam excellentiam magis quàm oportet, & minus quàm oportet, & ſecundũ ꝙ oportet, & quidẽ ſi appetit, vt oportet, id eſt, ſecundũ rationem informatã ex diuina lege, virtuoſum, & laudabile eſt. Sicut Paulus optabat exiſtimari fidelis miniſter, & verꝰ Chriſti Apoſtolꝰ & gentiũ doctor, vt fructuosè audiretꝰ: & ne fideles ꝓ falſos Apoſtolos deciperentꝰ. Vñ in ſecũda ad Cor. c. 10. aduerſus pſeudoapoſtolos inqt: Si ampliꝰ aliquid gloriatꝰ fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis dominꝰ in ædificationẽ & nõ in deſtructionẽ veſtrã, nõ erubeſcã: quaſi dicat, nõ malè, ſed bñ faciam: quoniã non ꝓpter vanam exaltationem meã, ſed in vtilitatẽ veſtram: vt ſ. cõfirmemini in doctrina vera, quam prędicaui vobis. Et in eodem ca. inquit: Nos autem non in immenſum, id eſt, ſine debita menſura gloriabimur: ſicut, ſ. gloriantur falſi & ſupbi Apoſtoli: ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus, id eſt, quam nos docuit Deus in lege: vt ſcilicet, in domino gloriemur: ſicut ipſe Paulus in fine eiuſdem capitis docuit, inquit em̃: Qui gloriatur, in domino glorietur: non em̃ qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Si autem appetit ſui excellentiam minus quàm oportet peccat vitio indiſcretæ puſillanimitatis, & ſe contemptibilem reddit: licet pauciſſimi tales inueniantur: qm̃ naturaliter homo inclinatur ad oppoſitum. Si verò magis quàm oportet, & ɔ legem Dei appetit ꝓpriam excellentiam, iſte peccat vitio ſuperbię diſtincto contra alia vitia. Vnumquodque enim vitium capitale habet proprium obiectum circa quod, & circa peruerſum ac irregulatum appetitum excellentiæ non verſatur niſi ſuperbia: vt manifeſtum tibi erit, poſtquàm de ſingulis vitijs capitalibꝰ pertractatum fuerit. Conſtat igitur tibi quid ſit ſuperbia ſpecificè ſumpta qm̃ eſt inordinatus, & ſine debita menſura appetitus ꝓpriæ excellentię, ſiue celſitudinis.

Sed aduerte duo: primò, qm̃ menſura menſuratũ reſpicit & debet ei ꝓportionari: cũ non omne menſuratũ ſit eiuſdẽ rationis, nec eadem in oĩbus ſeruãda eſt menſura appetitus excellentię. Hinc ꝓuenit, ꝙ vni imputatur ad ſuperbiam aliquid, quod non imputaretur alteri: quia forte eſt altioris ſtatus. Idem autem non conuenit ſuperiori & inferiori ſtatui, vt ſi princeps exercet quæ ad principem ſpectant, nõ ſuperbè ſe gerit. Si aũt ciuis eadẽ exerceret, ſuperbus meritò eſtimaretur. Superbia ergo eſt appetitus ꝓpriæ excellentiæ, carens debitis circunſtantijs. Quòd ſi ſit cũ debitis circunſtantijs, non ſuperbia, ſed magnanimitas dicenda eſt.

Secundò aduerte, ꝙ ſuperbia eſt tam malignãtis naturæ, ꝙ non ſolũ in malis operibus exercetur, ſed vt inquit Diuus Auguſtinus in regula, ẽt bonis operib. inſidiatur, vt pereant: & in libro de natura & gratia inquit: Cuncta vitia in malè factis valent, ſuperbia ẽt in rectè actis cauenda eſt. Nam appetitus humanæ laudis adeò homini ingenitus eſt, ꝙ niſi rõ vigilet, & Deũ prę oculis ſtatuat, multoties habetur ab operante bonum ꝓ fine ſuo. Et hęc eſt ſuperbia abſcondita, qua irretiuntur hypocritæ, quam ſemper deteſtatꝰ eſt Seruator noſter: vnde Mat. c. 5. inquit: Attendite, ne faciatis iuſtitiam veſtram coram hominib. vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Superbia bonis etiã inſidiatur operibus.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ hic eſt duplex & famoſa ſnia, quarum autores præcipui fuerũt Aug. & Greg. Aug. tenet, ꝙ ſunt diſtincta & particularia vitia, quorum ſuperbia verſatur circa peruerſum appetitũ celſitudinis ſine menſura: Vana gloria autem verſatur circa appetitum inordinatum manifeſtandi propriam excellentiam coram hominibꝰ. Et quidem ꝙ Augu. ſentiat Superbiam eſſe vitiũ ab alijs diſcretum, patet in libro de natura & gratia, vbi inquit. Quęrat & inueniat ſ. in legem Dei ſuperbiam eſſe peccatum multum diſcretũ ab alijs vitijs. Deinde Aug. ſuperbię ſicut alijs vitijs ꝓprium & diſtinctum obiectum aſſignat: Gregoriꝰ autem in lib. 31. Moralium, non diſtinguit ſuperbiam cõtra alia vitia, nec ponit eam vnum ex ſeptem vitijs capitalibus, ſed communem & vniuerſalem radicem omnium vitiorum capitalium: & loco ſuperbiæ in numeratione ſeptem vitiorum capitalium aſſignat vanam gloriam: vnde ſic inquit: Radix quippe cũcti mali, & regina oĩum vitiorum ſuperbia eſt, de qua ſcriptura atteſtãte dr: Initium omnis peccati ſuperbia. Septem principalia vitia de ſuperbię virulenta radice ꝓferuntur, inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, id eſt, acedia, auaritia, ventris ingluuies, & luxuria. Nam quia nos ſeptem his vitijs captos diabolus tenuit: idcirco redemptor noſter ad ſpũale liberationis bellum ſeptiformis gratiæ plenus venit. Et aduerte, ꝙ Gregor. ſentit non ſolum ſeptem vitia capitalia oriri ex ſuperbia, ſed & cętera vitia ſecũdaria, mediãtib. tñ ſeptem capitalibus. Vnde in libro trigeſimoprimo, Moralium ſubiungit: Ipſa vitiorum regina ſuperbia, cũ deuictum cor plenè ceperit, mox illud ſeptem vitijs principalibus ducibus ſuis deuaſtandum tradit: ex quibus vitiorum multitudines oriuntur. Mentem Gregorij ſequi vł Iſidorus in libro de Summo bono, qui inter ſeptem vitia capitalia nõ enumerat ſuperbiam, ſed vnam gloriam. Sed aduerte, ꝙ duę iſtæ ſententiæ de facili concordari poſſunt. Nam beatus Gregorius nõ cõſiderauit ſuperbiam niſi generaliter ſumptam, de qua concluſimus non eſſe vitium particulare, ſed radicem omnis vitij, eò ꝙ diffundit ſe in omni vitio, vt docuimus ſu-

pra.De ſuperbia autem ſpecificè ſumpta Greg. non cõſiderauit,ſed arbitratus eſt eam,quam dicit Aug.eſſe ſuperbiam particularem,eſſe vanã gloriã, ita q̃ ſicut dicit Augu.ſuperbiam eſſe peruerſum & inordinatũ appetitum propriæ excellentiæ,Gregorius reputat hanc diffinitionem competere vanæ gloriæ:ideo loco ſuperbiæ poſuit vanam gloriam vnum ex vitiis capitalibus: ſecundum ergo Auguſt.diſtinguuntur ſpecificè ex obiecto:ſecundum Gregorium nõ diſtinguunt,niſi ſicut vniuerſale & particulare ſub vniuerſali.

Verùm,quia diuus Auguſtinus magis doctrinaliter ꝓceſſit,ideo intendo ſequi mentem eius,& de ſuperbia ac vana gloria,vt de duobus diſtinctis ac particularibus vitiis pertractare, ſemper intelligendo de ſuperbia non generaliter ſed ſpecificè ſumpta.Nam, vt declarabitur in cap.5. alia eſt formalis ratio obiecti in vitio ſuperbię,& alia in vitio vanę gloriæ.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPV III.

Superbiam eſſe ex capitalibus vitiis grauiſſimum oſtendit.

IN tertio c.ſuppoſito ex capite præcedenti ſuperbiam eſſe vitium particulare diſtinctum à vana gloria, inueſtigandum eſt,ſi & quando eſt peccatum mortale,& quando non: tria igitur agẽda ſunt:primò, declarabitur q̃ ex genere ſuo eſt peccatum mortale:ſecundò,quòd eſt grauiſsimum : tertiò,quot conditiones requiruntur ad hoc, quòd ſit peccatum mortale.

Quantum ad primum aduerte, q̃ ſuperbiam ex genere ſuo eſſe peccatum mortale probatur ex hoc, q̃ quis dicitur ꝓpriè peccare ex ſuperbia : qñ extollit ſe ſupra id quod eſt ſibi præfixum ſecundum diuinam legem,aut regulã, aut mẽſuram. Sed extollere ſe ſupra id, quod eſt ſibi præfixum ſm diuinam legem,non eſt ſine ſubiectionis defectu,quo,ſ.ſubtrahit ſe à Deo inſtituente legem:ex conſequenti auertit ſe à Deo.Et qñ in auerſione à Deo, vt declaratum eſt in tract. præcedenti,conſiſtit principaliter ratio peccati mortalis:ſequitur ex genere ſuo ſuperbiam eſſe peccatum mortale.Prętereà ſuperbia in ſuo proprio ſignificato importat contemptum Dei,vel contemptum proximi in ordine ad Deũ : ſed huiuſmodi cõtemptus opponitur caritati, & diuino honori:ergo eſt peccatum mortale ex genere ſuo.Prętereà,Deus præcipuè ſuperbis reſiſtit, eò quòd ſuperbia ei maximè diſplicet:ergo ex genere ſuo eſt peccatum mortale.

Superbiam Deus variis exemplis deteſtatus eſt.

Quantum ad ſecundum aduerte, q̃ eius grauitas clariſſimè patet ex ſcriptura ſacra. Nam deteſtabilis, & odibilis, & abominabilis deſcribitur coram Deo,Prouerb.cap.8.Arrogantiam,& ſuperbiam deteſtor.Eccleſi. cap. 10. Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia. Amos cap.6.Iurauit Dominus Deus in anima ſua dicens : Deteſtor ego ſuperbiã Iacob,& domos eius odi.

Prętereà, nullum inuenimus crimen tam grauiter punitum,quàm ſuperbiam.

Luciferum traxit à cœlo:Iſaiæ cap.14.

Primum hominem de Paradiſo expulit, & morti ac pœnis ſubiecit:Geneſis cap.3.

Gigantes exterminauit,Geneſis cap.6.

Linguas ædificantium Babel confudit,Geneſis cap.11.

Eſau hæreditate priuauit,Geneſis cap.27.

Pharaonem poſt multas plagas cum exercitu ſubmerſit in mari,Exodi cap.15.

Saul primum Iſraël regem reprobauit,in 1. Regum ca.15.

Michol filiam Saul ſterilem fecit,in 2.Regum cap.6.

Sennacherib Syriæ regem cum exercitu exterminauit,in 4.Regum cap.19.

Nabuchodonoſor de regno eiecit,& in beſtiam mutatus eſt,donec recognouit Deum cæli,Danielis cap.4.

Balthaſar rex filius Nabuchodonozor ex ſua ſuperbia interficitur,& regnum eius datum eſt Medis,cui ſucceſsit Darius Medus.Danielis cap.5.

Antiochus Græcorũ rex,ſcaturientibus vermib⁹ de corpore ſuperbi miſerabiliter obiit,in ſecundo Machab.cap.9.

Et ſic patet, q̃ Deus excelſus, cui ſoli debetur honor & excellentia abſq; menſura,vt oſtenderet quantum ſibi diſpliceat ſuperbus,qui Deo ſe ſimilat quærens celſitudinẽ ſupra alios abſq; debita menſura,ſemp depoſuit potẽtes,id eſt,ſuperbos de ſede,& exaltauit humiles.Conſtat ergo ſuperbiã eſſe grauiſsimũ peccatum. Quod confirmatur expoſitione Diui Auguſtini ſuper illud Pſal. Et emũdabor à delicto maximo:vbi inquit Auguſtinus:Quo alio,niſi ſuperbiæ.Non eſt enim maius peccatum quàm apoſtatare à Deo, qđ eſt initiũ ſupbię hominis.Et verè ille immaculatus eſt, qui hoc delicto caret.Quia hoc eſt vltimum redeuntib. ad Deum, quod recedentibus primum fuit.Quantùm ad tertium aduerte, q̃ in homine ſuperbia incipit in parte ſenſitiua, & terminatur ac completur in parte intellectiua.In angelo autem eſt ſolũ in parte intellectiua,qm̃ caret ſenſitiua:& qm̃ in malis ratio cum voluntate accedente conſenſu,& deliberatione faciũt peccatum mortale,vt declaratum eſt in tract.præcedenti,iõ in Angelo malo ſemper eſt peccatũ mortale:qm̃ ex electione retrahit ſe à Deo,& deliberat nolle illi ſubijci.Quoniam igitur in homine eſt pars ſenſitiua & intellectiua, ſuperbia in eo incipit in parte ſenſitiua,cognoſcitiua, & appetitiua. Ex parte ſenſitiuę cognoſcitiuę incipit ab imaginatiua,ſiue cogitatiua.Nam hoĩes communiter imaginantur,& cogitãt ſemper quandam ſui excellentiam,qua exiſtimant ſe aliquid eſſe,cum fortè nihil aut quid parui ſint.Hanc imaginationẽ requirit appetitus ſenſitiuus,ita q̃ deſiderat & ſuadet ſibiipſi eſſe quid magni,& maximè vbi rõ non viget.Vñ ſimplices,& ſtulti de facili capiuntur tali imaginatione & appetitu:exaltãtes in ſeipſis ſeipſos ſupra alios in immenſum.Huc uſq; non eſt peccatum mortale:qm̃,vt diximus in tract.præcedenti,in ſenſualitate humana non eſt peccatum mortale, niſi aliud ſuperueniat:qđ nunc tibi aperiam.Aduerte igitur, ſi rõ approbat hanc imaginationem:& informata diuina lege cognoſcit hanc imaginationem eſſe contra legem, qua ꝓhibetur homini non maiora de ſe ipſo præſumere,quã dignus ſit:imò quæ habet bona nõ ſibi,ſed Deo attribuere:& quæ nõ habet,non dicat ſe habere:& quanto maior eſt, obligatur ſe magis humiliare.Si,inquam,non obſtante diuina lege rõ prædictam imaginationem approbat,& voluntas aſſentit,ita q̃ concordat appetitui ſenſitiuo,tunc abſq; dubio eſt peccatum mortale:qm̃ rõ peruerſa & obliquata à ſua rectitudine iudicij & voluntas inordinata complent peccatũ mortale in his,quæ ſunt lege ꝓhibita,aut mandata.Et ſic patet qũo & qñ ſuperbia eſt peccatum mortale,& quando nõ quod & magis tibi notum erit in cap.ſequenti,agentib.nobis de ſpeciebus & gradibus ſuperbię.Hæc de prẽſenti cap. dicta ſint.

Vnde ſumat initium ſuperbia.

CAPVT IIII.

De ſuperbiæ ſpeciebus & gradibus.

IN 4.cap.agendum eſt de ſpecieb⁹ ſiue modis ſuperbiæ, & eius gradib.Diſtinguunt autem ſpẽs ſuperbię à gradibus in hoc,quòd ſpecies ſumuntur ab eo quod eſt formale & eſſentiale in ea,& diuerſificatur ac plurificatur : verbi gratia,Dictũ eſt ſuperbiã eſſe peruerſum & inordinatũ appetitũ excellẽtiæ.Si igitur huiuſmodi appetitus inueniretur tantùm vno modo,tãtùm eſſet vna ſuperbiæ ſpecies : ſicut ſi animal nõ diuerſificaretur in rerũ natura ꝓ diuerſos gradus formales,q̃ ſunt diuerſæ differẽtiæ eſſentiales,daretur tantùm vna ſpecies animalis.Verùm q̃ pluribus modis diuerſificatur huiuſmodi inordinatus appetitus,ſicut diuerſificatur natura animalis ſenſitiua:ideo dãtur plures ſpecies ſuperbiæ,ſicut & plures animalis ſpecies.Grad⁹ autẽ nõ oẽs ſumuntur ab eſſentia ꝓpria ſuperbię,ſed aliqui ꝓ comparationẽ ad diuerſas hominũ conditiones & ſtatus: prout aliqui ſunt maiores,aliqui æquales,aliqui minores. Sumuntur etiã aliqui penes antecedẽtia ſuperbiã, & aliqui penes cõſequenter ſe habentia.Antecedit autẽ ſuperbiã,id eſt,appetitum inordinatũ propriæ excellentiæ,falſa hominis exiſtimatio ſiue imaginatio, q̃ tanta excellẽtia ſibi competat, q̃ pro rei veritate non competit.Conſequitur verò, q̃ ex tali exiſtimatione & appetitu ꝓrumpit in dicta vel acta oſtenſiua prędictæ exiſtimationis.Sumuntur aũt à B. Bernardo ꝓ oppoſitum ad 12.gradus humilitatis,quos aſsignat in monachali regula B.Benedictus : loquemur igitur prius & reſolutè de ſpeciebus, deinde de gradibus.

Gradus diuerſi ſunt à ſuperbia ſpecie bus.

Superbia quã tuor ſunt ſpecies.

Quantùm ad ſpecies aduerte q̃ Diuus Greg. in libr. 24. Moraliũ,quatuor ſpecies aſsignat,vbi inquit:Quatuor q̃pe ſpecies ſunt,quibus oĩs tumor arrogantium demonſtratur:cùm bonum aut à ſeipſis habere exiſtimant,aut ſibi datum deſuper,aut pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis credunt. Aut certè,cùm iactant ſe habere qđ nõ habent,aut deſpectis cæteris,ſingulariter appetunt videri.

Sed aduerte, quòd ſecundũ Hieronymum addenda eſt ingratitudo,inquit em̃:Nil eſt tam ſuperbum, quàm ingratum videri.Et ſecundum Auguſtinum addenda eſt peccatorum excuſatio. Aliqui addunt prẽſumptionẽ, qua quis tendit ad conſequendum vel exercendum aliquid, quod vires ei⁹ excedit.Verùm,vt tibi declarabitur,iſtę tres virtualiter cõtinentur in quatuor aſsignatis à B.Gregorio.Nunc igitur

aſsignanda

aſsignanda eſt ratio, quare quatuor ſunt ſuperbiæ ſpecies ſufficienter aſsignatæ à beato Gregorio.

Itaque aduerte, quòd ſuperbus vmbrā quandam diuinæ ſimilitudinis peruerſo appetitu cupit imitari. Vñ autor ſuperbiæ Lucifer dixit in corde ſuo: In cęlum conſcendam, ſimilis ero altiſsimo. Et Diuus Auguſtinus loquens ad Deum inquit: Superbia celſitudinem imitatur, cùm tu ſis vnus ſup omnia excelſus. Deus autem in celſitudine & excellētia bonitatis ſuæ quatuor ſibi ſoli cōuenientes cōditiones habet. Primò, Deus bonitatē ſuam habet à ſe: & omnia creata habent ab eo. Secundò, Deus nō medio alterius cauſæ, ſed ex ſui natura habet omnem perfectionem ſuam, & omnia creata medio diuino. Tertiò, Deus in ſe continet omnem bonitatem & ſine menſura, ita ꝙ non eſt verum dicere, Datur aliquod bonum vel maius bonum, quod nō eſt in Deo. Nulla autem creatura omnem bonitatem continet: & quam cōtinet non abſolutè, ſed ſub certa menſura, ita ꝙ verum eſt dicere, aliquam & limitatā bonitatem habet, & aliquam nec pro aliquo gradu habet. Quartò, Quoniam ſolus à ſe & in ſe omnē bonitatis excellentiam & celſitudinē cōtinet: ideo ipſi ſoli honor, & gloria ſuper omnia. Nulli autem creaturę id conuenit: cùm ex ſe nullam habeat excellentiā, ſed omne ſuum bonum deſcendit à primo, vt riuus à fonte: ideo nec gloriari in ſeipſa, nec ſeipſam exaltare aut magnificare pōt, quaſi non acceperit. Iſtæ igitur ſunt quatuor diuinæ excellentiæ, de quibus intelligitur illud Pauli ad Romanos capite decimo, Ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Dei ſunt, quatuor excellentia.

His præpoſitis aduerte, quòd humilis, & ſuperbus in his quatuor excellentiis oppoſito modo ſe habent. Nā humilis recta ratione iudicat omne bonum ſuum à Deo pēdere effectiuè, & in Deum autorem referēdum: & hęc eſt prima humilitatis ſpecies. At ſuperbus oppoſito modo iudicat peruerſa ac deprauata ratiōe bonū, quod habet, habere à ſe. In quo iudicio peruersè aſsimilat ſe Deo iuxta primā Dei excellentiam: humilis autem meritiſsimè diſsimilat ſe Deo, & iuxta hoc iudicium atque appetitum peruerſum excellētiæ ſumitur prima ſuperbiæ ſpecies.

Superbiæ prima ſpecies.

Prætereà, Humilis rectè iudicat omne bonum ſuum nō ſolùm pēdere à Deo effectiuè, ſed & merito ac auxilio diuino illud recipiſſe. & hæc eſt ſecunda humilitatis ſpecies. At ſuperbus, poſito quod iudicet bonum ſuum à Deo effectiuè pendere, tamen peruersè iudicat illud accepiſſe à Deo propriis meritis, excluſo diuino merito. In quo iudicio peruersè aſsimilat ſe Deo. Humilis autē ſapienter ſe diſsimilat iuxta ſecundam Dei excellentiam: & ex hoc deteſtabili iudicio ſumitur ſecunda ſuperbiæ ſpecies.

Superbia ſecunda ſpecies.

Prætereà Humilis rectè iudicat, non omnē in ſe continere bonitatem: & quam continet habere ſub certo gradu, & potius minori quā maiori. Vnde non magnificat ſeipſum habere, qđ non habet, vel magis quàm habet. Et hæc eſt tertia humilitatis ſpecies correſpondēs tertiæ Dei excellentiæ. At ſuperbus, qđ non habet ſuadet ſibi, & curat aliis ſuadere ꝙ habeat, & ſi habet plus q̄ habeat. Et in hoc aſsimilat ſe Deo peruersè iuxta tertiam Dei excellentiam: in qua prudenter humilis ſe diſsimilem facit. Et hæc eſt tertia ſuperbiæ ſpecies.

Superbia tertia ſpecies.

Prætereà, Humilis agnoſcens ſe nil boni habere, quod à Deo non acceperit: & nō propriis meritis, nec inaniter gloriatur, nec cęteris deſpectis, appetit ſolus apparere & honorari: ſed quanto maior eſt, tāto magis ſe coram Deo & hominibus humilem reddet. Et hæc eſt quarta humilitatis ſpecies. At ſuperbus peruerſo iudicio & falſa imaginatione ſe longè cæteris maiorem exiſtimat, & ſe ſolùm magnificans vult ſolus honorari, in hoc peruersè aſsimilans ſe Deo: in quo iuſtiſsimè humilis diſsimilē ſe facit. Et hæc eſt quarta & peſsima ſuperbiæ ſpecies, cui Deus reſiſtit: vt pote ferre nolens vilem vermem ſibi aſsimilari: vnde Eccleſiaſtic. ca. decimoſexto, de Gigantibus ſuperbis, qui hac quarta ſpecie prę cæteris peccabant ſic legimus: Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui Gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti: & non pepercit dominus peregrinationi eorū, ſed percuſsit eos, & execratus eſt eos præ ſuperbia verbi eorum. Non miſertus eſt illis, gentem totam perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis. Conſtat igitur quàm rationabiliter aſsignatæ quatuor ſuperbiæ ſpecies, nec aliam inuenies, quæ ad aliquam prædictarum non reducatur.

Superbia quarta ſpecies.

Vnde aduerte, ꝙ ingratitudo, quam Hieronymus ſpeciē ſuperbiæ dicit, ad primam reducitur: nam ingratus cùm recognoſcere nolit beneficium ab alio acceptum, videtur ſibi illud quaſi à ſeipſo attribuere: & gloriatur quaſi nō accepe rit ab alio. Sic facit ſuperbus, vt docuimus in prima ſpecie. Similiter excuſatio à peccatis, quam dicit Auguſtinus eſſe ſuperbiæ ſpeciem, reducitur ad tertiam ſpeciē: qm̄ ſic ſe excuſans, intendit ſe iactare de bono quod non habet, ſ. de bono innocentię, quam certum eſt ipſum nō habere: quoniam non ſtant ſimul, quòd peccauerit, puta peccato furti, & ꝙ ſit innocens à furto. Similiter præſumptio reducitur ad quartam ſpeciem. Præſumptuoſus enim eſt, qui ſupra virtutem ſuam aliquid aggreditur: quoniam appetit præ alijs videri & exiſtimari, ſicut & ſuperbus appetit. Sufficiēter ergo beatus Gregorius, de ſuperbię ſpeciebus doctrinam dedit. Hęc de ſpeciebus dicta ſint.

Ingratitudo quomodo ad ſpeciē ſuperbiæ reducat.

Nunc de ſuperbiæ gradib. agendum eſt, vt eos diſpoſuit beatus Bernardus in tractatu particulari de ſuperbia confecto, & intitulatur de Gradibus ſuperbiæ inter opuſcula ſua. Sunt autem duodecim, ſcilicet,

Gradus ſuperbiæ duodecim.

Curioſitas,
Mentis leuitas,
Inepta lætitia,
Iactantia,
Singularitas,
Arrogantia,
Præſumptio,
Defenſio peccatorum,
Simulata confeſſio,
Rebellio,
Libertas,
Conſuetudo peccandi.

Antequam deſcēdamus ad vniuſcuiuſq; declarationem, aduerte ꝙ ideo dicuntur gradus, qm̄ vnus alteri ſuccedit in maiori grauitate. Vñ ſecundus eſt grauior primo, & tertius ſecundo, & quartus tertio, & ſic ſucceſſiuè vſque ad 12. qui eſt grauiſſimus reſpectu prēcedentium, vt declarabitur.

Primus igitur gradus dī curioſitas, ſ. alienę vitæ, cuius ratio eſt ſm beatum Bernardum: qm̄ ſuperbus dum per vanam imaginationem atque exiſtimationem propriorum meritorum ꝓcedit, ſeipſum non conſiderat nec propriam mentem curat: factus autem incurioſus ſuijpſius, alienæ vitæ & morum curioſus ac iudex efficitur: & ad ea, quæ ad ipſum non ſpectant cognoſcenda, vel mores vitiáque aliorum inquirēda ſe transfert. Hinc inde oculis vagari, capite erecto, auribuſq́ue ſuſpenſis incedere incipit. Huic gradui beatus Benedictus in monachorum regula, gradū humilitatis oppoſuit, quem dicit talem eſſe: Corde & opere defixis in terrā aſpectibus, ſemper humilitatem oſtendere. Prædictum ſuperbiæ gradum reprobat Sapiens Eccleſiaſt. c. 3. vbi inquit: In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Et in pluribus eius operibus non eris curioſus. Eandem curioſitatem ſcrutandæ alienæ vitæ & morum reprehēdit Seruator Matthæi ca. ſeptimo, curioſum appellans hypocritam, qui eſt ſuperbus occult⁹, inquit igitur: Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & ecce trabes eſt in oculo tuo? Hypocrita eijce primū trabem de oculo, id eſt, cura prius teipſum, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.

Curioſitas eſt ſuperbiæ gradus primus.

Secundus ſuperbiæ gradus oriens à primo eſt mentis leuitas, de qua inquit beatus Bernardus declarans qūo à primo oriatur: Animus hominis in nulla ſui cura occupatus, ne que aggrauatus, dum mores, & vitia aliorum circūſpicit in quandam leuitatem, & inſtabilitatem tranſit. Nam dum aliquos ſuperiores ſibi aſpicit, iam ſe ſuperari dolet & per inuidiam tabeſcit: dū verò alios ſe inferiores cernit, per quādam vanam excellentiam pueriliter hilareſcit. Nunc pauca & mordacia loquit, nūc multa & inania, nūc riſu, nūc luctu plena. Huic gradui opponit beatus Benedictus gradum humilitatis talem: Pauca verba, & rationabilia quis loquatur, & non clamoſa voce. Hæc mentis leuitas Tobiæ cap. tertio, reprobatur, Inquit enim Sarra filia Raguelis orans: Nunquā cum ludentibus, ſ. inhoneſtè me miſcui: neque his, qui in leuitate ambulant, participem me prębui.

Leuitas mētis grad⁹ eſt ſuperbia.

Tertius ſuperbię grad⁹ oriens à ſecūdo, eſt inepta lætitia de qua beatus Bernardus declarans qūo ex ſecūdo oriatur, inquit: Nam dum ꝓ curioſitatem ad animi ſeu mentis leuitatem deuenit, & gaudium, qđ ex ſui præſumptione concepit per triſtitiam quam interdum de alienis bonis contrahit interpolari meruit: ſtatim ad remedium falſæ conſolationis confugit, ita vt bene ſui conſcius, vel ſui oblitus, vel ab omni culpa abſolutus putet. Nunc apparet in fronte hilaritas, nunc inſignis ſcurrilitas, nunc ad iocum ꝓnitas, nunc vanitas in inceſſu, nūc facilitas in riſu. Huic beatus Benedict⁹ talem humilitatis gradum opponit: Nō ſit facilis aut prōptus

Inepta Lætitia eſt ſuperbia gradus.

in risum. Hæc est inepta & stulta lætitia, de qua inquiũt impij Sapiẽtiæ cap. 2. Vbique relinquamus signa lętitiæ nostræ hæc est pars nostra, hęc est sors nostra.

Iactantia. Quartus superbiæ gradus oriẽs ex tertio est iactãtia, quẽ B. Bernardus declarans oriri ex tertio, inqt: At postquã vanitas, quam diximus ineptam lætitiam crescere & vt vesica grossescere cœperit: necesse est vt ampliori foramine, laxato sinu ventositas eructetur. Sic superbus inepta redundãte lætitia, dum eam risu & signis aperire nõ sufficit in iactatoria verba prorũpit. Esurit & sitit auditores, quibus suas iactitat vanitates quibus omne, quod sentit, effundat: quibus qualis & quantus sit innotescat. Si de his sermo oritur, vera proferuntur, nouę volant sententiæ. Ambulosa verba resonant, pręuenit interrogantem, nõ quęrenti respondet. Ipse quærit ipse soluit, & verba colloquutoris pręcidit impfecta. Si de religione agitur, statim visiones & somnia ꝓferuntur. Deinde laudat ieiunia, cõmendat vigilias: & orationes super omnia. Si ad lubrica sermo conuertitur, in his quãto assuetior, tanto loquacior inuenitur. Et vt totũ in breui colligam, in multiloquio nota iactantiam. Huic B. Benedictus opponit gradum humilitatis, quem dicit esse taciturnitatẽ vsque ad interrogationem. Hanc iactantiam sapiens Prouerbiorum cap. 28. reprobat dicens: Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat.

Singularitas est gradus superbiæ. Quintus superbiæ gradus oriens ex quarto est singularitas, quę beatus Bernardus declarãs quõ ex quarto oriatur, inquit: Turpe esset, qui se supra cæteros iactat, si non plus cæteris aliquid agat, per quod vltra cæteros appareat. Non tamen melior esse studet, sed videri: non melius viuere, sed videri melius viuere gestit: quatenus dicere possit: Non sum sicut cęteri hominum. Cùm autem ex his, quæ singulariter sed inaniter agit: apud simpliciores eius opinio excreuerit: qui profectò opera probant, quæ cernunt, sed vnde prodeant, non discernunt: dum miserum beatificant, in errorem inducunt. Huic B. Benedictus talem opponit humilitatis gradum. Tenere, id est, vincere & operari secundum illud, quod communis habet obseruantia. Hanc singularitatẽ lamentatur Dauid in Psalmo dicens sub metaphora vineæ: Singularis ferus, id est homo viuẽs singulariter, depastus est eam, id est, deuastauit communem & approbatam viuendi normam & legem.

Arrogantia est quidã superbiæ gradus. Sextus superbiæ gradus oriens à quinto est arrogantia, quẽ declarans B. Bernardus quomodo oriatur à quinto, inquit: Credit, s. iactans se, quod audit: laudat, quod agit, & qđ intendat non intendit. Obliuiscitur intentionem dum amplectitur opinionem. Et qui de omni alia re plus sibi credit quàm aliis, de se sõlo plus credit aliis quàm sibi: vt nõ tam verbo, aut sola operum ostentatione suam præferat religionem, sed intimo cordis affectu omnibus se sanctiorem. Et quicquid de se laudatum agnouerit, non ignorantiæ, aut benęuolentiæ laudatoris, sed suis meritis arroganter ascribit. Vnde post singularitatem sextum sibi gradum iure arrogantia vendicat. Huic B. Benedictus talem opponit humilitatis gradum: Credere & pronuntiare se omnibus viliorem. Hãc arrogantiam detestatur Deus Prouerb. capi. 16. Abominatio est domino omnis arrogans.

Præsumptio superbiæ gradus est. Septimus superbiæ gradus oriẽs à sexto, est præsumptio, quam B. Bernardus declarãs à sexto procedere, inquit: Qui alios se pręcellere putat, quomodo non plus de se quàm de alijs pręsumet? Talis in conuentibus primus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit: non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fecerit, aut ordinauerit, nec rectè factum, nec pulchrè ordinatum existimat, iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis. Si mediocris ei obedientia iniungitur, indignatur, aspernatur, arbitrans se non esse in minoribus occupandũ, qui ad maiora se sentit idoneũ. Huic beatus Benedictus opponit talem humilitatis gradum: Se ad omnia indignum & inutilem credere & confiteri. Hanc præsumptionem sapiẽs exclamat detestandam: vnde Eccles. capi. 37. inquit: O pręsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia & dolositate?

Defensio peccatorũ gradus superbiæ est. Octauus superbię gradus oriens à septimo, est peccatorum defensio, quem B. Bernardus declarans quomodo ex septimo oritur, inquit: Qui ex pręsumptione faciliter se ad omnia ingerit, impossibile quasi est quin aliquando deficiat: cùm ergo talis à superiori suo corrigi cœperit, culpam suam, quia eam habere non putat, non agnoscit. Et tunc ad varias peccatorum suorum excusationes se conuertit. Aut enim feciſſe negat, aut feciſſe confitetur: sed bene, aut si malè se feciſſe confitetur, non multum malè: aut si multum malè, non mala intentione. Et si de mala intentione conuincitur aliena se dicit suasione peccasse. Huic opponit B. Benedictus talem humilitatis gradum: Peccatorum confessio. Hanc vt pessimam peccatorum defensionem Dauid in Psal. appellat excusationem, quam petit à se remoueri dicens: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Nõ declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Simulata confessio superbiæ gradus est. Nonus superbiæ gradus ex octauo oriẽs, est simulata cõfessio, quem beatus Bernardus declarãs ex octauo oriri, inquit: Nonnulli cùm de apertioribus culpis arguuntur, scientes quòd si se defenderent, sibi non crederetur, subtilius inuenerunt defensionis argumentum, verba, scilicet, respondentes dolosæ confessionis. Scriptum est enim: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Vultus demittitur, ꝓsternitur corpus. Aliquas sibi lacrymulas extorquent, si possunt: vocem suspirijs, verba gemitibus interrumpunt. Sed hęc tergiuersatio citò à prælato deprehenditur, si vna vel leui contumelia, aut exigua pœna affectus fuerit. Iam humilitatem simulatam dissimulare non potest. Murmurat, frendet, irascitur. Huic beatus Benedictus talem opponit humilitatis gradum: Pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Contra hanc simulatam confessionem inquit Sapiens Ecclesiastici capite quarto: Non contradicas verbo verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua.

Rebellio est quidam superbiæ gradus. Decimus superbię gradus oriens ex nono est rebellio, quem beatus Bernardus declarans, quomodo ex nono oriatur, inquit: cùm enim sic simulatè suam culpam confitens sibi impositam pœnam impatienter sustinet, seque iam ab alijs notam, ac suam falsitatem conspici, & ex inde suam opinionem & laudem diminui videt, grandem in corde superbo confusionem suscipit. Tunc difficile est huiusmodi hominem vniuersorum iudicijs acquiescere, sed mox frontosus & impudens & quasi desperatus in rebellionem ruit. Et qui prius latenter arrogans fratres contempserat, iam patenter inobediens etiam magistrum, id est, superiorem contemnit. Huic beatus Benedictus talem opponit humilitatis gradum. Cum obedientia quis se subiiciat maiori. Rebellio quantum Deo displiceat, patet in libro Numeri, capite decimoquinto, vbi sic legimus: Anima, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatẽ suam.

Libertas est gradus superbiæ. Vndecimus superbiæ gradus oriens ex decimo est pecandi libertas, quem beatus Bernardus declarans quomodo ex decimo oritur, inquit: Cùm subditus magistrum vel superiorem non timere incipit, nec ꝓximos siue fratres habent, quos vereatur, in quadam securitate maioríque libertate ad sua desideria implenda ꝓfluit, in ipsísque adimplendis delectatur. Et quamuis forsitan non penitus in principio Dei formidine abiecta, quasi vadum tentans illicita cũ quodãm timore perficiat, postmodùm tamen pedetentim in vitiorum gurgitem intrat. Huic B. Benedictus talem opponit humilitatis gradum: Voluntatem propriam non delectetur implere. Hæc peccandi libertas in scriptura sacra malitię libertas nuncupatur, quam reprobat Petrus in prima Epistola cap. 2. inquiens: quasi liberi, scilicet, sub gratia constituti, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.

Peccandi consuetudo superbiæ status. Duodecimus superbiæ gradus oriens ex vndecimo, est peccandi consuetudo, quem beatus Bernardus declarans, quomodo ex vndecimo oritur, inquit: Postquàm terribili Dei iudicio prima flagitia impunitas sequitur, tunc per malorum actuum frequentiam homo in peccandi consuetudinem trahitur, & hinc carnalibus desiderijs absorptus, & rationis & Dei timoris oblitus, indifferenter suis libitis vtitur, nec ab illicitis cogitandis agendísque restringitur: sed quicquid sibi in corde, in ore, in opere occurrit, machinatur, garrit, operatur, maleuolus, & magniloquus, & facinorosus. Huic B. Benedictus talem opponit humilitatis gradum: Deum timeat, & memor sit omnium, quę præcepit. Hanc peccandi consuetudinem assimilat Hieremias immutationi pellis Aethiopis: vnde inquit capite decimotertio: Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut Pardus varietatem suam, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis

ritis malum,id eſt,agere malum duxeritis in habitum & cõ ſuetudinẽ.Hæc de gradibus ſuperbiæ dicta ſint.Et hæc ſufficiant de præſenti capite.

CAPVT V.

De inani gloria,ciúſque filiabus.

IN capite quinto agendum eſt de vana gloria, quæ immediatè ſuperbiam ſubſequitur, de qua tria perſcrutanda ſunt.Primò,quid ſit.Secundò,ſi & quando eſt peccatũ mortale.Tertiò,de filiabus eius.

Quantùm ad primum aduerte,quòd cùm vana gloria duo includat,ſ.vanum & gloriam,conſtare tibi non poterit qd ſit,niſi prius declaratum tibi fuerit quid ſit, & quotuplex ſit gloria,& quid ſit vanum,& quot modis dicatur. Tu igit aduerte,quòd gloria ſecundum Diuum Ambroſium, ſuper Epiſtolã ad Romanos eſt clara notitia cum laude.De ratione ergo gloriæ duo ſunt, ſcilicet, claritas & laus Claritas aũt manifeſtationem inportat.Vnde clara dicimus,quę manifeſta ſunt,& clarificari,quę manifeſtantur, & clarificare, quod manifeſtat:vnde aërem dicimus clarificari præſentia Solis,& obſcurari abſentia.Quod aũt dicim⁹ clarificare in corporalibus, eſt glorificare in ſpiritualib.Vnde in ſcriptura euangelica,& apud Paulum,clarificare eſt glorificare,vt Ioannis capite decimoſeptimo,Pater clarifica filium tuum. Et Paulus ad Galatas capite primo,In me clarificabãt Deũ. Cùm igitur ratione gloriæ ſit claritas & claritas ſit manifeſtatio,importat manifeſtationem.Manifeſtatio autem notitiã apud aliquẽ facit.Ad gloriã ergo requiritur notitia.Secundò de ratione gloriæ eſt laus & honor:quoniã, ſi ex manifeſtatione & notitia alicuius acti, aut dicti non ſequitur laus,ſed vituperium agentis,aut dicentis,nõ erit gloria,ſed oppoſitum,id eſt ignominia & cõfuſio. Ex quo ſequitur,q̃ gloriæ fundamentum non eſt niſi bonum.Vnde qui glorian tur aut ab aliis glorificãtur in malis deteſtandi ſunt,vt qui gloriãt cũ malè fecerint.Conſtat igitur tibi quid ſit gloria.

Gloria quid nam ſit.

Eſt aũt triplex,ſcilicet communis,priuata,ſingularis.Cõmunis eſt,quando bonum alicuius multitudini vt populo & ciuitati regno manifeſtatur:vt Salomonis gloria, cuius gratia tracta fuit regina Aethiopum venire Ieruſalẽ, in tertio Regum capite decimo.

Priuata eſt,quãdo vni vel paucis manifeſtatur:ſicut gloria Seruatoris in monte Thabor coram tribus, Petro Ioanne & Iacobo,Matthæi capite decimoſexto.

Singularis eſt,quando quis in ſeipſo bonum aliquod cõfiderat ſiue ſcientiã,ſiue artis alicuius peritiam, nondũ ad extra manifeſtatam,& delectatur in ſeipſo, cum deſiderio manifeſtandi.Hanc habuit Paul⁹ in ſecunda ad Corinthios capite vndecimo,contra pſeudo apoſtolos:qui gloriabãtur in infirmitatibus ſuis,vt in eo inhabitaret virtus Chriſti.

Viſo quid ſit gloria,& quotuplex ſit,videndum eſt quid ſit vanum.Tu igitur aduerte,quòd vanum eſt quod ſubſiſtẽtia aut ſoliditate,aut debita virtute,aut debito fine caret.

Vanum eſt quod ſibi debitis caret.

Primo modo falſa dicuntur vana,quoniam falſa nõ ſunt nec ſubſiſtunt.Sicut enim verum eſt quod eſt, ſic falſum eſt quod non eſt.De hoc modo intelligitur illud Ezechielis capite decimotertio Vident vana, id eſt falſa, & diuinant Et Iſaias capite quadrageſimo primo,Omnes iniuſti,& opera eorum vana,id eſt falſa.

Secundo modo inſtabilia dicuntur vana.vt diuitiæ, ſanitas humana gratia & pulchritudo:& quoniam nil ſub cælo ſtabile,ideo per totũ librum Eccleſiaſtes bona huius mundi deſignantur nomine vanitatis,cùm dicit,Et omnia vanitas.

Tertio mõ dicuntur vana ſemina & fructus, qñ propriã amittunt bonitatem & virtutem,vt granum corroſum, pomum exiccatum,medicamen antiquatum,homo ſine aliqua virtute.De hoc modo intelligendum eſt illud Pauli ad Titũ capite tertio,Pugnas legis deuita:ſunt enim inutiles,& vanæ,id eſt,ſine profectu & virtute.

Quarto modo dicuntur vana,quæ ordinãda ſunt ad bonum finem,& non ordinantur:ſed potius ad oppoſitũ. Vel ſi ordinantur,non tamen acquiritur finis:in primo ſenſu diuitiæ ordinatæ ad ſuperbiam vel voluptatem vanæ dicẽdę ſunt quoniam non ad hæc,ſed vt ſint inſtrumenta recta viuendi ordinandæ ſunt.De hoc intelligendum eſt illud Pſalmi,Qui in vanitate diuitiarũ ſuarũ gloriant.In ſecundo ſenſu Medicina eſt alia media ordinata ad ſanitatem, ſi nõ ſanant infirmum,vana dicuntur.De hoc intelligendum eſt illud Pſalmi,in vanum laborauerunt,qui ædificant eam. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.

Conſtat igitur quid & quot modis dicatur vanum.

Viſo quid ſit gloria,& quid vanũ facile eſt tibi ſcire q̃d ſit vana gloria.Tu igitur aduerte,quòd ſic diffinitur. Vana gloria eſt appetitus inordinatus manifeſtationis alicuius ꝑprij boni non habiti,ſed imaginati ab appetente:aut habiti,ſed inſtabilis:aut habiti etiam ſtabilis, ſed non ordinati ad debitum finem.

Vana gloria quid ſit.

Primò dicitur,appetitus inordinatus,& in hoc conuenit cum ſuperbia,quam dixim⁹ eſſe inordinatum, & puer ſum appetitum cuiuſdam excellentiæ ſupra alios.

Secundò dicitur,manifeſtationis:& in hoc diſtinguitur à ſuperbia:quoniam ipſa conſiſtit in appetitu interiori. Superbus eſt eñ, q̃ ſe ſupra alios exiſtimat,& appetit ſuperior eſſe.Sed vana gloria conſiſtit in appetitu manifeſtandi excellentiã ſuã imaginatam.Nã vanè glorioſus eſt ille,qui dictis aut ſignis aut factis non ſecundum rectã rationem deſiderat excellentiam ſuam ſiue veram,ſiue imaginatam,ad notitiam exteriorem peruenire,vt inde laudetur.

Tertiò dicitur,alicuius proprij boni,&c.Aduerte q̃ tribus modis poteſt quis vanè gloriari.Primò,de bono, quod non habet,ſed imaginatur habere:ſicut neſcientes arbitrantes de ſcire,vt Sophiſtæ.Vel de bono quod etſi habet,nõ habet à ſe:& tamen gloriatur ac ſi non haberet ab alio. Sic vanè gloriabatur ille,de quo inquit Paulus primæ ad Corinthios quarto,Quid habes quod non acceꝑiſti?Si aũté acceꝑiſti,quid gloriaris,quaſi non acceperis?Secundò,de bono, qđ habet,ſed bonũ illud inſtabilitati & vanitati ſubiacet,vt bona fortunæ & corporis. Et de hac gloria vana intelligit illud Iſa.capite quadrageſimo,Omnis carogi fœnũ,& gloria eius tanquã flos agri,Exiccatũ eſt fœnũ,& cecidit flos, qa ſpiritus domini exſufflauit in eo.Tertio,de bono, quod quis habet etiã ſtabile:vt bona animi,quales ſunt ſcientiæ & peritiæ,& prudentia regitiua:ſed nõ ordinat hãc gloriã ad debitum finem,vt intendit diuina & Chriſtiana lex. Pro cuius euidentia aduerte,q̃ tribus modis ex lege diuina humana gloria ordinanda eſt in debitum finem. Primò quidẽ ad Dei laudem & honorem,vt ex bonis noſtris manifeſtatis glorificetur Deus:& hæc eſt vera & licita gloria.Et de hoc mõ intelligitur illud Seruatoris Matthæi capite quinto,Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant, opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Secundò,ad ſaluté & ædificationem proximi,qui cognoſcens tale bonũ eſſe in aliquo,illius exẽplo excitatur ad imitandũ illud.Et de hoc modo intelligitur illud Pauli primæ ad corinthios capite decimo,Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bonũ ad ędificationẽ.Tertiò,ad vtilitatem habentis tale bonũ.Boni nanque dum aduertunt bona ſua ab aliis laudari,non euaneſcunt intumẽtes,ſed gratias Deo agẽtes,in bonis ipſis perſiſtunt & proficiunt,Hac de cauſa Paul⁹ cõuerſos populos laudat cõmemorans eorum fidem,pietatẽ,conſtantiã,eleemoſynas,patientiam,& veritatem,vt ſtabiliti ꝑſeuerent,& ad profectũ animentur,Vnde ad Theſſalonicenſes ſcribens capite tertio inquit:Veniẽte Timotheo ad nos à vobis,& anuntiante nobis fidem & caritatẽ veſtrã: & qa memoriam noſtri bonam habetis ſemper deſiderantes nos videre,ſicut & nos quoque vos:ideo cõſolati ſum⁹ fratres in nobis in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidẽ veſtram:quoniã nunc viuimus, ſi vos ſtatis in domino, &c. Per oppoſitum,ſi nullo ex his tribus modis, qui gloriatur, non ordinat bonum,de quo gloriatur ad debitum finem,vanè gloriatur.Conſtat igitur quid ſit gloria,quid vanum:qd vana gloria.

Gloriari quẽpiã tri fariam contingit.

Quantum ad ſecundũ aduerte,quòd communi doctorũ ſententia,Vana gloria non eſt peccatum mortale ex genere ſuo nec de ſui natura:aliter in quocũque inueniretur, talis eſſet extra gratiam.Hoc autem eſt impium dicere: nam inquit Chryſoſtomus ſuper Matthæum Cùm cætera vitia locum habeãt in ſeruis diaboli,inanis gloria locum habet ét in ſeruis Chriſti.Conſtat aũté,quòd in ſeruis Chriſti nõ eſt peccatum mortale, aliter non diſtinguerentur à ſeruis diaboli:ergo vana gloria,vt vana gloria,non eſt peccatũ mortale,ſed aliquando ſic,aliquando non, ſecundum diuerſos reſpectus,vt declarabitur.

Tu igitur aduerte,q̃ vanam gloriam eſſe peccatum mortale aut veniale ex duobus cõtingere poteſt.Primò:ex fine, propter quem gloria & laus quæritur.Nam opus cuiuſcunque tale eſt,qualis eſt finis,propter quem appetitur. Nã regula topica non fallit in hoc qua dicitur,Cuius finis bonus vel malus,ipſum quoque bonum,vel malum eſt.Secundò,ex opere,in quo gloria & laus quæritur.

Gloria quadruplici fine deſiderari poteſt.

Quantũ ad finem aduerte,quòd quadruplici fine gloria

appeti poteſt. Primò, ad vitandum infamiam, obligamur enim diuina lege famam non negligere, vt in nobis benedicatur Deus, & ædificetur proximus. Et in hoc ſenſu gloriã & laudem quęſiuit Samuel in primo Regum, cap. 12. Vbi poſtquam creauerat Saul in Regem, volens oſtendere innocentiam ſuam in regimine populi, & à populo approbari, dixit coram toto Iſraël: Conuerſatus ſum coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hanc diem: Ecce præſto ſum, loquimini de me coram domino, & coram Chriſto eius: vtrũ bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum, aut ſi quem calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, & reſtituam vobis. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quidpiã. Et dixit Samuel ad eos, Teſtis es dominus aduerſum vos & teſtis Chriſtus eius in die hac: quia non inueneritis in manu mea quidpiam. Et dixerunt teſtis. Secundò, propter corroborationem proximi, vt perſiſtat in doctrina ſana. Et in hoc ſenſu laudauit ſe Paulus contra falſos Apoſtolos, qui deſtruere ſtudebãt eius veram doctrinam in perditionem animarum. Contra hos igitur inquit in ſecunda ad Corinth. cap. 11. Quod autem facio & faciam, id eſt, quòd autem me laudo & glorior, hoc ideo facio, vt amputem occaſionem eorum, qui volunt occaſionem, vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos. Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Iterũ dico, ne qs me putet inſipientem, alioquin velut inſipientem accipite me: vt & ego modicum quid glorier. Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor, &c. Tertiò propter lucrũ ex auaritia, aut propter alium reprobatum finem, putà propter gulã, propter hypocriſim, &c. Et in hoc ſenſu gloriam & laudem affectabant in populo Scribæ & & Phariſæi, de quibus inquit Seruator Matthæi cap. vigeſimotertio. Dilatant philacteria ſua, magnificant fimbrias, amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabi. Væh vobis Scribæ & Phariſęi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Quartò, propter finem, ſeu actum, qui ex ſe eſt peccatum veniale, vt quando quis laudari appetit, quoniam ipſa laude delectatur: nec aliud malum intendit, ſed naturaliter ſic ſibi complacet: iſti apud Philoſophum moralem dicuntur fumoſi ſiue pompatici, vt curiales, & nobiles ocioſi.

Primus modus laudabilis eſt & prouidentiæ: Secundus meritorius & caritatis: Tertius eſt peccatũ mortale. Et idẽ intelligendum eſt de omni actu, cuius finis, qui principaliter intenditur, eſt peccatum mortale. Quartus eſt peccatum veniale, ſi delectatio, quæ in laude habetur, ſit venialis.

Quantũ ad opus in quo laus & gloria quęritur, vt ſcias qñ eſt mortale, & quando non, aduerte quòd opus ipſum poteſt eſſe in triplici genere: quoniam vel eſt illicitum, vel virtuoſum, vel neutrum. Si illicitum, vana gloria in eo eſt tale peccatũ, quale eſt ipſum opus: nam ſi ſit peccatum mortale, vt adulterium: vanè gloriari de eo eſt peccatum mortale. Si autem opus ſit peccatum veniale, vt dicere mẽdacium iocoſum, vanè gloriari in eo, eſt peccatum veniale.

Si opus ſit virtuoſum, dupliciter cõtingere poteſt laus circa ipſum, vel appetitus laudis. Primò quòd appetit' glorię & laudis adiungatur operi virtuoſo incidenter, & non vt principaliter intentus, ſed quædam innata complacentia aliquantulum tamen inordinata, vt accidit cantãtibus, ſaltantibus, diſputantibus, prędicantibus, & exercentibus opera ſancta: & tunc vana gloria, aut nullum aut tantùm veniale peccatum eſt. Secundò, quòd appetitus humanę glorię & laudis ſit finis principaliter intentus in opere virtuoſo, ita quòd non operetur quis virtuosè propter Deum, nec ꝓpter ſui ſalutem, nec propter proximum, ſed vt laudetur apud homines, & memoriam ſibi faciat apud poſteros. Et tunc eſt peccatum mortale, quoniam finem ſuum vltimum proſtituit ſibi aliquod creatum: ex conſequenti auertit ſe ab vltimo fine increato, qui eſt Deus. Et in hac auerſione ſtat principaliter peccatum mortale, vt declaratum eſt in tract. præcedenti.

Si opus ſit neutrum, vt habere diuitias, veſtiri pretioſè, ornari corpore: tunc ſi huiuſmodi nõ vltra progrediantur, quã in habendam quandam laudem modo humano, vana gloria non erit niſi peccatum veniale. Si autem ita progrediantur quòd ordinentur ad peccatum mortale: ſicut acquirere pecuniam ad opprimendum proximũ, ordinari ad adulterium, vel prouocandum homines ad luxuriam, vt mulieres fucatæ more meretricio, vel quoniam lege prohibita ſunt, dato quòd ex natura ſua non ſint mala, ſicut torneamẽta, vel haſtiludia, ſi eſſent ab Eccleſia prohibita, vana gloria in hiſ erit peccatum mortale.

Patet igitur quomodo & quando gloria eſt peccatum mortale, & quando non.

Vanagloriæ filiæ ſeptem ſunt.

Quantum ad tertium aduertè quòd Theologi cõmuniter concordant cum B. Gregorio, qui in lib. 31. moraliũ enumerat ſeptem filias vanę gloriæ: & ſunt iſtæ,

Inobedientia,
Iactantia,
Hypocriſis,
Contentio,
Pertinacia,
Diſcordia,
Præſumptio nouitatum.

De his igitur tria pertractanda ſunt: primò, quare dicuntur filiæ: ſecundò quare ſunt ſeptem: tertiò, Si ſpectant tantùm ad vanam gloriam, & ſi alia vitia oriuntur ex ea.

Inanis gloriæ quæ filiæ dicantur.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd hæc ſeptem vitia attribuuntur vanæ gloriæ ad mentem Gregorij ſupponendo, vt dictum eſt ſuprà, ſuperbiam eſſe radicem ſeptem vitiorũ capitalium, inter quæ vana gloria ſit vnum. Si igitur conſideretur vitium capitale, quod dicitur à capite regitiuo mẽbrorum & influente in eis, hæc ſeptem dicentur membra, ſiue rami vanæ gloriæ. Si autem conſiderentur vt concipiũtur in ea, & ex ea oriuntur, habet vicem matris, & ipſæ in reſpectu ad vanam gloriam vt ad matrem dicuntur filiæ. Ordinantur enim ad finem intentum à vana gloria, qui eſt manifeſtatio propriæ excellentiæ ſiue veræ ſiue imaginatę. Nam eius filiæ ad idem propriè tendunt, modis tamen illicitis vt videbis.

Inanis gloriæ filiæ ſeptem tantùm ſunt.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd earum ſufficientia hinc ſumitur: Vana gloria & earum filiæ affectu inordinato ordinantur ad manifeſtationem propriæ excellentię. Hæc autẽ poteſt inordinatè manifeſtari dupliciter, ſcilicet, directè & indirectè. Directè quidem dupliciter: quoniã aut per verba põpoſa & iactatoria, & ſic manifeſtatur per iactãtiã. Eſt enim iactantia vana de ſe & ſtulta gloriatio, per quã quis ſe extollit ſupra bonum, quod in ſe habet: vel ſupra illud, quod de eo ꝙ alij opinantur. Vnde Cicero in quarto Tuſcul. quæſtionum inquit, Iactantia eſt voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. Et iactator propriè apud Ariſt. in magnis moralibus, eſt, qui fingit plura in ſe eſſe laude digna, quàm ſint, aut ſcire quę neſcit. Aut per acta, & hoc dupliciter: quoniam aut per acta vera, ſed noua & inſolita, quæ aliquam excitant admirationem: & ſic manifeſtatur per præſumptionem nouitatum: nam quæ de nouo & inſolitè fiunt, tenent homines in admiratione, & laudant mirabiliter autorem, & ipſum præſumptuoſum reddunt, tunc vanè ſe extollit inueniſſe & feciſſe quæ alius non fecit. Hæc eſt vitium execrabile: quoniam vt inquit Caſſiodorus ſuper Pſalmos: Omne malum execrabilius redditur, quando publica præſumptione tractatur. Aut per acta non vera ſed ficta, & ſic manifeſtatur per hypocriſim. Hypocrita enim ſimulator eſt, qui appetit videri quod non eſt. Vnde Diuus Auguſtinus in ſermone domini in mõte, inquit: Quiſquis appetit videri quod non eſt, hypocrita eſt. Simulat enim ſe iuſtum, nec exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit.

Indirectè autem quis poteſt oſtendere ac manifeſtare excellentiam ſuam ſiue veram ſiue imaginatam quatuor modis inordinatis, in quibus intendit ſe manifeſtare eſſe maiorem, vel non minorem aliis, dato quòd eſſet: & primò, quantum ad intellectum: ſecundò, quo ad voluntatẽ: tertiò quo ad verba: quartò, quo ad opera.

Si per intellectum, id oſtendit ex pertinacia, per quam ſic adhæret propriæ ſententiæ & opinioni, quod repugnat ſententiæ ſaniori cedere. Nam, ſecundum Iſidorum in libro Etymo. pertinax, eſt qui propoſitũ imprudenter ad ſolã ſui victoriam tenet. Vnde dicitur pertinax quaſi omnino tenax ſicut glatinum & viſcus: & conuenit cum obſtinato: & in ſacra ſcriptura appellatur duræ ceruicis.

Si per voluntatem, id oſtendit per diſcordiam, dum per voluntatem non concordat voluntati, & electioni meliorũ vt maior exiſtimetur, aut eis ęqualis. Eſt enim diſcordia voluntatũ diſgregatio, qua voluntas vnius fertur in vnum: & voluntas alterius fertur in aliud.

Si per verba, id oſtendit contentione, qua non patitur verbis

verbis ab alio ſuperari,ne minor eo credatur à circunſtãti bus. Eſt em̃ contentio,vt eſt filia vanæ gloriæ, concertatio in verbis,cum vehementia & confidentia clamoris.

Si ꝑ opera,id oſtendit inobedientia,qua non vult opera ſua,prꝫceptis & legi ſuperioris ſubiicere,vt manifeſtet ſe non eſſe minoris excellentiæ & ſufficientiæ quàm ille.

Ex his igitur conſtat tibi quàm rationabiliter aſsignantur ſeptem vanæ gloriæ filiæ.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ iactantia in vno ſenſu eſt tertia ſpecies ſuperbiæ,vt docuimus ſuprà,& in alio eſt filia inanis gloriæ.Nã quantũ ad interiorem affectum, quo ꝙs ſibi complacet de ſua excellentia imaginata,& quo deſi derat eam vltra menſuram,& gradum ſuum eſt ſpecies ſuperbiæ:quantũ ad exteriorem actum, quo ꝙs pompaticis verbis manifeſtat excellentiam ſuã,ſiue veram, ſiue imaginatam,eſt filia inanis gloriæ.

Prꝫtereà,Inobedientia in vno ſenſu eſt generale peccatum,in alio autẽ eſt filia inanis gloriæ.Nã inquantùm dicit vniuerſalem,& ſimplicẽ trãſgreſsionẽ legis ac mandatorũ Dei,eſt peccatũ vniuerſale,quod in omni peccato includitur.Quicunque enim peccat, non obedit Deo,qui prꝫcipit non peccandum.Inquantum autẽ dicit renitentiam, & cõtemptũ factum contra particulare prꝫceptum alicuius ſuperioris,ſic eſt filia vanæ gloriæ.De inobedientia primo mõ dicta intelligitur illud ad Hebræos capite ſecundo: Si oĩs inobedientia & prævaricatio accepit iuſtã mercedis retributionem,qũo nos effugiemus,ſi tantã neglexerimus ſalutem? De ſecundo modo dicta intelligitur illud ad Romanos capite quinto,Sicut em̃ per vnius,id eſt,Adã inobediẽtiam,peccatores conſtituti ſunt multi,ita per vnius, id eſt, Chriſti obedientiam,iuſti conſtituentur multi.

Prætereà, contentio & diſcordia in vno ſenſu ſunt filiꝫ irꝫ:& in alio filiæ inanis gloriꝫ.Nã ſi irꝫ adiungatur inanis gloria,tunc deuenitur ad cõtentionem & diſcordiam qm̃ iratus eleuatus appetitu manifeſtãdi excellentiam ſuã, cũ non vult apparere minor alio: non vult reducere voluntatẽ ſuã ad voluntatem illius:& ſic ex ira adiuncta vanæ gloriæ ſequitur diſcordia.Similiter pati nõ vult verba ſua apparere minus valida:& ſic ſequitur cõtentio. Si aũt ira non adiungatur vanæ gloriæ,nõ ſequitur diſcordia ne cõtentio, ſed nocumentũ illius,contra quẽ iraſcitur, data facultate. Nã,cùm ira ſit appetitus vindictæ,iratus inſurgit nõ vt cõtẽdat,ſed vt noceat.Patet igiꝫ in quo ſenſu aliquæ ex filiabus inanis gloriæ poſſunt alteri vitio attribui,& in quo nõ.

Sed videtur,ꝙ nõ ſolùm ſeptem prædictæ filiꝫ oriantur ex vana gloria:ſed & alia,vt rebellio, faſtus, pompoſitas, ſchiſma,bellũ,&c.ergo filiæ vanæ gloriæ non ſunt ſufficienter aſsignatæ.

Reſpondetur,Conceſſo, ꝙ prædicta orirentur ex vana gloria,nõ merentur dici eius filiæ ſicut prꝫdictæ ſeptẽ: qm̃ ad hoc,quòd vitium aliquod denominetur filia alterius, oportet ipſum principaliter & immediatè oriri ex eo.Rebellio autẽ & faſtus,& ſchiſma,& bellum, non immediatè & principaliter oriuntur ex vana gloria,ſed ex eius filiab⁹:nã rebellio oritur immediatè ex inobedientia: faſtus & pompoſitas in verbis,in nutibus,in geſtu ex iactãtia: ſchiſma & bellũ ex diſcordia & contentione.Patet igitur, ꝙ non ſunt vocandæ filiæ inanis gloriæ, licet ex ea mediatè oriantur. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VI.

Conſilia,ſeu remedia contra ſuperbiam.

IN ſexto capite agendũ eſt de remediis, ac documentis, ꝙbus ſuaderi põt ſuperbo,vt ab ea ad oppoſitũ recedat:& Pro nunc quinque prꝫcipuè occurrunt.

Primum eſt conuiuere & cõmunicare cum humilibus: cut ꝙ cõmunicauerit ſuperbo induet ſuperbiã, vt dicitur Eccleſiaſtici capite decimotertio ſic,Qui communicauerit humili,paulatim induet humilitatẽ,& expoliabitur oppoſito.Hoc documentũ ſeruauit Dauid in Pſalmo cùm dixit: Superbo oculo & inſatiabili corde,cum hoc non edebam.

Superbo ex nã vnumquodque trahit ad ſibi ſimile, & generat. Vnde ſipedit cum humilib⁹ cõmunicare.

Secundũ eſt cognitio ſui: ex hac enim aduertet vilitatẽ proprij corporis,mutabilitatẽ animi, inſtabilitatem ſuæ fortunæ quò ad exteriora bona.Quꝫ ſingula ad humilitatẽ prouocant,& à ſuperba reuocant.

Cognitio ſui obijcitab homine ꝙ ſuperbiam.

Quanta ſit corporis humani miſeria,& ex ꝙbus conſtet inquæ reſoluendum ſit,non eſt opus vt te doceam : nam ad ſenſum cõſtat.Et ſapiens Eccleſiaſtici capite decimo,breuibus exprimit,dicens: Cùm morietur homo hꝫreditabit ſerpentes,& beſtias, & vermes. Ideo in eodem capite exprobrat ſuperbũ dicens,Quid ſuperbis terra & cinis? Hac ſui cognitione humilians ſe Abraham coram Deo, vt legimus Geneſis cap.18.dixit:Loquar ad dominũ, cùm ſimpluis & cinis.Eadẽ cognitione humiliauit ſe Miphiboſeth filius Ionathꝫ coram Dauid,vt legimus in ſecundo libro Regum cap.8.dixit enim ad Dauid.Quis ego ſum ſeruus tuus, quia reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei.

Quanta ſit animi humani mutabilitas,experiẽtia docet: qui nunquam in eodem ſtatu permanet, vt verè dicatur, ꝙ homo vanitati ſimilis factus eſt,& ſecundum partem intellectiuam & ſm partem affectiuam: non ergo ſuperbiendũ eſt,ſed conſiderandum, vt inquit Michꝫas cap. ſexto, ad hominem:Humiliatio in medio tui eſt,id eſt,ſi aduertis quꝫ in te ſunt infirma & vilia ex parte corporis & animæ, non ſuperbia,ſed humiliatio erit in te.

De inſtabilitate bonorũ fortunæ,omnibus conſtat:ideo ſtultũ eſt ſuperbire in his,ꝙ ĩ autoritate poſsidẽtis nõ ſunt.

Tertium eſt miſera ſeruitus,quã ſuperbus incurrit.Nam licet oĩs peccans ſeruus fiat peccati; maximè tñ ex ſuperbia:Nam diabolus rex eſt ſuperborum,omniſque ſuperbus ſeruus eius:vnde inquit Iob cap.41.Rex eſt,ſcilicet diabol⁹, ſuper omnes filios ſuperbiæ.

Superbus eſt ſeruus.

Quartum eſt diuinum,& tremendum iudicium contra ſuperbum.Nam licet Deus contra omnes peccantes ex ſua iuſtitia iudiciũ exerceat,prꝫcipuè tamen contra ſuperbũ, teſte ſacra ſciptura,Dauid enim in Pſalm.inquit:Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.Et Iſaias cap. ſecundo, Exaltabitur dominus ſolus in die illa,ꝙa dies domini exercituum ſuper omnẽ ſuperbum & arrogantem, & humiliabitur:& infrà,Et incuruabitur omnis ſublimis hominũ, & humiliabitur altitudo virorum:& exaltabitur dominus ſolus in die illa.Et introibunt,ſ.ſuperbi in ſpeluncas petrarũ, & in voragines terræ:à facie formidinis domini, & à gloria maieſtatis eius,cùm ſurrexerit percutere terram.

Superbos maximè Deus punit.

Quintũ eſt vita Seruatoris noſtri, quæ non niſi ſpeculũ humilitatis fuit,qui humilitatus eſt vſque ad mortẽ,ꝙ dixit Diſcite à me ꝙa mitis ſum ,& humilis corde.Matthꝫi c.11. De quo inquit Diu⁹ Auguſt.Medicina tumoris hominis,eſt humilitas Chriſti:Erubeſcat homo eſſe ſuperbus:quia humilis factus eſt Chriſt⁹ Deus.Intolerabilis eſt ſuperbia, quòd miles ſuper ſcamnũ ſedeat,cùm rex iuxta eũ ſedeat ad terrã.Hæc dicta ſint pro documentis contra ſuperbiam:& hîc termino conſiderationem de ſuperbia, & inani gloria & filiabus eius.

Tractatus ſecundi Finis.

TRACTATVS TERTIVS

Tertiæ partis Philoſophiꝫ Chriſtianæ, in quinque capita diuiſus.

¶ De Inuidia.

POST conſiderationem de ſuperbia,vt de primo vitio capitali, ordo doctrinæ requirit, ꝙ tractemus de inuidia: quoniã naturali ſequela ſequitur ad ſuperbiã, & ex ea ꝓcedit. Docuimus em̃ in cap.primo tract.prꝫcedentis,quòd ſuperbus ex eo,quòd ſtudet & appetit oĩs excellere, nec ſuperiorem,nec ꝙalem ferre poteſt,Vnde,ſi aduertit,aut timet aliquem ſibi velle ſuperiorẽ,aut æqualem fieri,dolet & triſtari incipit.Deinde cõtra illũ inſurgit ingenians impedimenta,ne ſuperior,aut æqualis ſibi fiat.Motus aũt animi,quo cõtra eum inſurgit dicitur inuidia,qm̃, vt dicem⁹, inuidia eſt dolor de bono alterius, vt impeditiuo proprij boni.Et ſic conſtat,quòd ex ſuperbia oritur inuidia. Quod & inſinuat Iacobus in Epiſtola cap.4.dicens:Ad inuidiã cõcupiſcit ſpiritus,ſ.ſuperbiꝫ, qui habitat in vobis.& quòd intelligat de ſuperbia,declarat inquiẽs: Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autẽ dat gratiã.Acturi igitur de inuidia in præſenti tractatu ipſum diuidemus in quinque capita.

Primò:quid ſit inuidia.

Secundò,ſi eſt peccatum mortale capitale.

Tertiò,cuius,& quantæ grauitatis ſit.

Quartò,de filiabus eius.

Quintò,aſsignabuntur remedia contra eam.

CAPVT I.

Quidnam sit Inuidia, & quomodo vitium capitale, & quo pacto à Zelo diuersa sit.

IN primo capite inuestigandũ est quid sit inuidia. Et hîc tria agenda sunt: Primò, à quo, & cui nomen ipsum imponitur: Secundò, qd sit inquantum est vitiũ capitale: Tertiò, in quo conuenit aut differt à zelo, siue æmulatione.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd inuidia imponitur à non videre: nam, vt dicemus, inuidia importat animi displicentiam super alterius bona. Et qm̃ qui inuidet, hanc animi displicentiam ad extra manifestat, non solùm quia nõ libenter audit bona, neque dicit, neque approbat de eo, cui inuidet, imò detrahit: sed etiã auertit oculum, ne videat, aut toruo aspectu & tristi fronte aspicit in eum: dicit em̃ Seneca, Quicquid mente fugimus, ingestum oculis vix videm⁹: ideo imponitur hoc nomen à non, vel nolle videre: vnde Sapientiæ capite secundo, dicunt impij de iusto, cui inuidebant: Grauis est etiam nobis ad videndum.

Quantum ad id, cui nomen imponitur, aduerte quòd cõmuni cõsensu philosophi moralis & Theologi imponitur ad significandum tristitiam, siue dolorem, siue displicentiã alieni boni: vnde Aristoteles in secundo Rhetoricorum dicit, inuidiã esse tristitiam de apparenti alicuius felicitate. Et Damascenus in libro secundo Sententiarũ, capite decimoquarto, inquit: Inuidia est tristitia de alienis bonis proueniens. Et Augustinus super Psalmos, inquit: Inuidia est odium, id est, displicentia alienæ felicitatis, id est, prosperitatis, siue bonę fortunæ. Nam, vt docuimus in Ethicis, apud veteres felicitas & bona fortuna sæpius pro eodem accipiuntur. Patet igitur à quo, & cui hoc nomen inuidia imponitur. Verum, qa, vt declarabimus in capite scdo, non oĩs tristitia de bono alieno est peccatum mortale, ideo vlterius videndũ est qd sit, inquãtum est peccatum capitale.

Quantum igitur ad fm aduerte, vt scias in quo sensu inuidia, vt vitium capitale, diffinienda sit, quod tristitia de bono alieno, potest haberi quatuor modis.

Primò, qs potest tristari de bono alieno ex eo, quòd timet sibi, vel aliis bonis nocumentum. Hac tristitia tenentur boni ciues, si vident tyrannum prosperar, timent enim oppressionẽ patriæ. Hac tristitia tenebatur Esther & Mardochæus, videntes exaltationem Aman inimici gentis Hebræę: qui decreuerat apud Assuerum omnes Iudæos debere occidi, vt legimus Esther capite secundo. Hanc tristitiam passus est Dauid. & populus, qui cum eo erat, recedens ab Ierusalem propter Absalõ, & intelligens prosperitatem & gratiam Achitophel cũ Absalon. Timebat enim consilium Achitophel, ne cederet in ruinam suã & populi: & ideo, vt legimus in libro secundo Regũ capite decimoquinto: Dauid pedibus incedẽs nudis & flens operto capite, & ois populus, qui cum eo erat, operto capite & plorans ascendebat, orault Dauid dominũ dicens: Infatua, quæso, domine consilium Achitophel: Nam, vt in eodem libro dicitur in capite decimosexto cõsilium Achitophel, quod dabat in illis diebus, quasi si quis consuleret Deum. Ideo non immeritò Dauid & populus tristabantur de eius gratia apud Absalon, & timebant sibi malum.

Inuidia non expellit caritatẽ.

Inuidia in hoc sensu non est contra caritatem, imò stat cũ caritate: vnde diuus Gregorius in libro trigesimosecundo Moralium inquit: Euenire solet plerunque, vt non amissa caritate, etiã inimici ruina nos lętificet, & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa contristet: quia per hoc quosdam bene erigi credimus, & proficientes illos plerunque iniustè opprimi formidamus.

Zelus quid sit.

Secundò, quis põt tristari de bono alterius ex eo, quòd caret bono, quod alius habet. Et hic propriè est zelus, vt placet Aristoteli in secundo Rhetoricorũ. Et hæc quidem tristitia si sit circa honesta & virtuosa, laudabilis est, vt declarabitur in sequenti capite. Si autem sit circa tẽporalia, potest esse peccatum & non peccatum, vt dicemus.

Tertiò, quis potest testari de bonis alterius nõ absolutè: sed qm̃ qui habet, est indignus: & qui nõ habet, esset dign⁹: vt proditorem patrię indignum est esse diuitem. Verũ aũt ciuem pauperem, dignum esset esse diuitem. Hanc tristitiã philosophus moralis approbat, vt laudabilẽ. Et Aristoteles in secundo Rhetoricorum dicit eam spectare ad bonos mores, & appellat eam Nemesim. Vtrum autem licita sit in diuina & Christiana lege, dicemus in ca. sequenti.

Quartò, qs potest contristari de bono alterius, inquantum excedit ipsum in bonis, & vellet ipsum esse priuatum, siue sit dignus, siue indignus, vt ipse inuidens haberet, vel plus haberet.

Positis his quatuor modis, constat inuidiam, vt est vitiũ capitale, non diffiniendam iuxta primum modum: quoniã, vt docuimus, modus ille stat cum caritate, cum qua nõ stat vitium capitale. Nec iuxta secundum modum, qm̃ circa virtuosa est laudabilis: & circa temporalia potest esse sine peccato vt declarabimus in capite sequenti. Vitium autẽ capitale semper est peccatum. Nec iuxta tertium, quoniam vitium capitale non solùm diuina lege, sed communi hominum iudicio est vituperabile: nullus enim auarum, luxuriosum, superbum laudat. Sed inuidia iuxta tertium modum communi hominum iudicio non est vituperabilis, vt docuit Aristoteles in secũdo Rhetoricorũ: licet diuina lex aliter disponat, vt dicemus. Et ideo nec iuxta tertium modũ sumẽda ac diffiniẽda est, vt vitiũ capitale. Superest ergo à sufficienti diuisione, ꝑ diffiniatur iuxta quartũ modum.

Inuidia quid sit.

Tu igitur aduerte, quòd ex cõmuni & vniuersali sententia Theologi sic diffinitur. Inuidia (ꝑut est vitiũ capitale) est tristitia de bono alieno, qđ ab inuidente existimatur vt malum ꝑprium, inquantùm illud alterius bonum est impeditiuum, vel minoratiuum ꝑpriæ gloriæ vel excellentiæ.

Primò dicitur, tristitia de bono alieno: qm̃ hoc est de ratione inuidiæ, nõ solùm, vt est vitium capitale, sed etiã vniuersalissimè sumptæ: vt distinxim⁹ suprà de quatuor modis.

Secundò dicitur, existimatur ab inuidente vt malum ꝑprium: nã si duo sint penitus diuersorum statuum, quorum vnus existimet bonũ alterius non sibi competere, nec aptũ ad illud, non inuidebit: qm̃ non existimat bonum alterius sibi nocere ex eo ꝙ caret illo. Dicit em̃ in seipso, Nõ tristor de bono Socratis, licet eo caream: qm̃ non sum natus habere illud. Hinc prouenit, quòd pauper non inuidet regi de honore, & autoritate regis, neque idiota omnino inuidet doctori, vt ergo inter aliquos sit inuidia, oportet eos esse aptos, saltem fm propriam imaginationem participare in bono, respectu cuius inuident adinuicem.

Curialibus maximè ꝓpria est inuidia.

Tertiò dicitur, inquantum illud alterius bonum: nã inuidia cõmuniter est fundata in bonis illis, in qbus solent homines gloriosi & honorabiles reputari, pręcipuè in vulgo. Bona autẽ hæc sunt. Diuitiæ, dignitates, autoritates, tituli, scientia, pulchritudo, corporis ornatus, gratia superiorũ. Ideo videmus in curia principum maximam vigere inuidiam. Neque possunt superiorem, neque æqualem pati: & inferiorem, quantum possunt, deprimunt, ne ęqualis, aut superior eis fiat. Quod confirmatur ex diuo Augustino sup Genesim libro tertio, vbi inquit, Cùm inuidia sit odium felicitatis alienę, vnde nascatur, satis in ꝑmptu est. Amando em̃ vnusquisque propriam excellentiam, vel paribus inuideat, quòd ei coæquantur: vel inferioribus, ne coæquentur: vel superioribus, quòd ei non coæquentur.

Quantum ad tertium aduerte, quòd zelus in scriptura sacra multipliciter sumitur.

Primò ꝑ furore iræ. Sic em̃ intelligitur Sophon. capite tertio, In igne zeli mei deuorabitur oĩs terra. Et illud Psal. Accendetur velut ignis zelus tuus.

Secundò, ꝑ intenso amore, quo quis mouetur ad defendendum diuinum honorem, vel ad obseruantiã diuinæ legis: in quo sensu dicit dominus Numeri cap. 25. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meã à filiis Israël: quia zelo meo commotus est contra eos.

Tertiò, ꝑ intenso amore voluptuoso, siue honesto, vt accidit inter coniuges: & scriptura sacra nuncupatur zelotypia, de qua dicitur Numeri cap. 5. Si spiritus zelotypię concitauerit virum cõtra vxorem, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione impetitur, adducet eã ad sacerdotem, &c. Siue inhonesto, vt accidit inter adamãtes, & diffinitur quòd est amor intensus non permittens consortium cum amato.

Quartò, ꝑ tristitia de bono alterius: non quia alter habet, sed qa tristans non habet: verbi gratia, Sortes videns Platonẽ doctum, siue diuitem, siue principi gratũ, seipsum autem aduertit indoctum, vel mendicum, vel non carum: dicit intra se, Non doleo de bono Platonis, sed doleo quòd & ego non habeo sicut ipse habet.

Quintò, ꝑ tristitia de bono alieno: & si daretur tristantis facultas, priuaret habentem, & sibi attribueret, vel alij loco sui. Et in hoc sensu inquit Paulus secundæ ad Cor. c. 3. ùm sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis?

His præpositis aduerte ꝙ zelus differt ab inuidia sumptus primo & secundo & tertio mõ, vt patet. Differt & ab

inuidia vt eſt vitium capitale ſumptus quarto modo: nõ aũt differt ab inuidia ſumpta iuxta ſecundum & tertium modũ ſecundum diſtinctionem quadrimembrẽ de modis triſtitiç prçnotatam: In quinto aũt modo eſt idem cum inuidia, vt eſt vitiũ capitale. In quo ſenſu intelligitur illud ĩ actis Apoſtolorũ, capite decimotertio, Videntes Iudæi turbas repleti ſunt zelo, id eſt, inuidia contra Apoſtolos. Apud tamen cõmuniter, & vulgo loquentes ſolent indifferenter ſumi ꝓ eodem. Licet ſecundum propriũ ſignificatum cõuertatur cum inuidia ſecundo modo ſumpta, vt etiam teſtatur Ari. in ſecundo Rhetoricorum. Hæc pro præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quo pacto inuidia mortale ſit peccatum & capitale vitium.

IN ſecundo capite inueſtigãdum eſt, ſi inuidia eſt peccatũ mortale capitale. Et hîc tria agenda ſunt. Primò, ſi ſemper eſt peccatum. Secundò, ſi ex ſui natura, & ex genere eſt mortale. Tertiò, ſi eſt capitale.

Quantũ ad primum aduerte, quòd cùm diſtinxerimus in capite præcedenti inuidiam per quatuor modos, ex quibus aliqui ſunt laudabiles, aliqui autem non, nõ poteſt reſolui quæſitũ vnica reſponſione, quoniam ſecundum aliquẽ ſenſum nunquam eſt peccatum, ſecundũ aliquẽ aliqñ ſic, aliqñ non, ſecundum aliquem ſemper eſt peccatum. Pro vniuerſali igitur reſolutione pono quinque concluſiones.

Prima eſt: Inuidia primi modi ex quatuor ſuprà poſitis nunquã eſt peccatum, modò feratur intẽtio ſic triſtantis ad bonum ſecundũ ordinẽ caritatis, & non ſolùm ad propriũ commodum. Quod dico: quoniam ſi quis triſtaretur de imperio tyranni, ſolùm quia timet ſibi nocumentũ, non curãs de nocumento proximi, neq; boni publici, hęc triſtitia peccato non careret: quoniã procederet ex inordinato ſui amore. Remota autem hac obliqua intentione, nunquã eſſet peccatum. Et hanc concluſionem ſuprà manifeſtauimus ex autoritate Diui Gregorij.

Secunda eſt: Inuidia ſecundi modi, ſi ſit circa virtuoſa & ſpiritualia, nunquã eſt peccatum imò laudabilis & ſectãda quoniam eſt occaſio proficiendi ipſi triſtanti, dum excitat exemplo habentis illud bonum ſpirituale, quo ipſe caret. Et ad hanc hortatur Paulus ſecundæ ad Corinthios capite decimoquarto, & diuus Hieronymus, ad Alcthã. Inquit Paul⁹: Æmulamini ſpiritualia. Sumit autem æmulationem pro zelo, & zelum pro Inuidia ſecundi modi circa virtuoſa & honeſta. Beatus autem Hieronym. ad Alcthan inquit: Habeat ſocias, cum quibus diſcat, quibus inuideat, quarum laudib⁹ mordeatur: ergo, &c.

Tertia eſt: Inuidia ſecundi modi, ſi ſit circa temporalia, aut corporalia bona, quales ſunt diuitiæ, & ſanitas, & robur pót eſſe cũ peccato, & ſine peccato. Sine peccato, qdẽ ſi triſtor me nõ habere diuitias, vt alius habet, vt vterer in bonũ ſicut ille vtitur, & ſi beneplacitum ſi eſſet diuinæ voluntati. Cum peccato autem, ſi triſtarer me non habere diuitias, vt alius habet: & vt vterer ad voluptatem & pompã, vt forte ille vtitur. Tunc enim non appeto diuitias niſi in ordine ad malum, & ideo vt ſic huiuſmodi inuidia, quæ dicitur zelus temporalium, eſt peccatum, Vnde prohibetur in Pſal. Noli æmulari in malignãtibus: quaſi dicat, Noli triſtari, quòd nõ fruaris bonis temporalibus, ſicut fruuntur malignãtes, ſcilicet in malum: quoniã tanquam fœnum velociter arelcent.

Zelus temporalium quo modo peccatum ſit.

Quarta eſt: Inuidia tertij modi, licet à philoſophis laudetur, tamen diuina & Chriſtiana lege peccatũ eſt: pro cui⁹ notitia aduerte, quòd philoſophi, prçcipuè Peripatetici, nõ cõſiderant in moralibus de felicitate, ſiue practica, ſiue ſpeculatiua, niſi vt haberi poteſt pro præſenti vita: ſicut docuimus in Epitomatibus noſtris in decimo Ethicorũ, tractatu ſecundo. Ex conſequenti non magnificiunt bona temporalia, niſi vt ſint inſtrumẽta felicitatis præſentis vitæ. Et ideo cùm vident malum abundare diuitiis, & non ordinãtẽ eas, vt inſtrumenta ad felicitatem, dicunt, quòd laudabiliter de hoc triſtandum eſt, non quia habet diuitias, ſed quoniam ſe indignum facit diuitiis malè vtens eis. & ſic apud eos inuidia tertij modi, quam vocant Nemeſim, quaſi iuſtam indignationẽ, non eſt peccatum nec vitium, ſed quid virtuoſum. Sed diuina atque Chriſtiana lex, quæ felicitatem promittit æternam, hanc inuidiam non approbat quoniam via ad illam plerunque ſunt magis, paupertas, infirmitas, tribulatio, quàm diuitiæ, & ſanitas, & mundi proſperitas: vnde Seruator Matthæi capite quinto: beatos dicit nõ diuites ſed pauperes, eſurientes, ſitientes, perſecutos propter iuſtitiam. Hac de cauſa diuina, & Chriſtiana, lex pro minimo reputat diuitias in cõparatiõe boni æterni: & ideo dicitur in Pſalmo, Nolite ſperare in vanitate: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et quoniam non ſunt maiora bona, ideo diuina bonitas malis & bonis eas impartitur. Bonis qdem ad bonum, malis autem aut ad ſui recognitionem, aut ad iuſtitiã damnationis. Cùm igitur ex parte diuinæ prouidentiæ rationabiliter dentur bonis dignis, & malis indignis vita beata, fidelis non debet triſtari, cùm videt malos diuites & ꝓſperantes, ſciens pro certo id fieri diuina & iuſta voluntate: & quoniã fidelis obligatur voluntatem ſuam conformare Dei voluntati, ideo triſtari ꝓhibetur de eo, quod volitum & diſpoſitum eſt à Deo. Nõ ergo laudabilis eſt inuidia tertij modi, imò peccatum eſt, vtpote in diuina lege prohibita, cuius prohibitio habetur Eccleſiaſtici capite nono, vbi ſic legimus: Non zeles gloriam & opes peccatoris. Non ẽm ſcis quæ ventura ſit illius ſubuerſio. Quòd autẽ hæc fuerit Seruatoris noſtri doctrina, & intentio patet Matthçi capite quinto, vbi inquit: Vt ſitis filij patris veſtri, qui in cçlis eſt: qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.

Quinta eſt: Inuidia quarti modi ſemper eſt peccatum: hæc vniuerſaliter acceptatur vt vera, & à philoſophis, & à Theologo. A Philoſophis quidem, quoniã, vt dicit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, ſemper eſt qd prauum: ergo ſemper eſt vitium, & peccatum: nã recta ratio dictare non poteſt deſiderandum eſſe, quòd quis ſpolietur bono ſuo vt illud habeam, vel magis habeam, niſi ex iuſtitia mihi proueniant. A Theologo autem, quoniam ex dilectione proximi ſecundum caritatem obligor contentari de bono ſuo, vt de bono meo. Ergo triſtari de bono proximi, iuxta quartum modum, ſemper eſt peccatũ: vnde Paulus ad Galatas capite ſexto, prohibet eam dicens: Nõ efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Patet igitur quibus modis peccatum eſt, & quibus non eſt.

Inuidia qua ratione mortale vitium ſit.

Quantum ad ſecundum duo declaranda ſunt: primò, ꝙ ex genere ſuo eſt mortale: ſecundò, quòd ꝓpter aliquas cõditiones poteſt remanere veniale.

Primum quidem ſic manifeſtatur: Oppoſitum caritati erga proximum eſt mortale: quoniam non ſtat caritas cum ſuo oppoſito: ſed inuidia quarto modo ſumpta (de hac ẽm ſola hîc intendimus) eſt oppoſita caritati erga ꝓximum: nã ex caritate, quę eſt dilectio & amicitia, vt docuimus in ſecunda parte in tract. tertio, obligor velle bona ꝓximo, ſicut & mihi, & de eius bono gaudere: ſed ex inuidia neque volo, neque gaudeo de eius bono, imò triſtor. Et ſi poſſem, auferrem ab eo: ergo directè opponitur caritati ꝓximali: ergo ex genere ſuo eſt mortale. Et confirmatur: Nam dicitur Iob capite quinto: Paruulum occidit inuidia. Sed occiſio ſpiritualis, de qua intendit Iob, nõ eſt niſi per peccatum mortale. Eſt ẽm, & dicitur mortale: quia priuat animam vita gratiæ. Prętereà inquit Ioannes in Epiſtola prima capite tertio: Qui non diligit, manet in morte. Sed inuidens proximo non diligit eum, imò odit: ergo manet in morte: ergo eſt extra gratiam, quæ eſt vita animæ, ergo Iuidia eſt peccatum mortale.

Quantũ ad ſecundum aduerte, quòd in genere alicuius peccati mortalis inueniri poteſt act⁹ aliquis, q propter ſui imperfectionem nõ attingit perfectam rationem illius generis: ex conſequenti actus ille nõ erit peccatum mortale: ſed vel nõ erit vllo modo peccatum, vel remanebit veniale. Et id tibi cõſtet in peccato inuidiæ. Aduerte, quòd quatuor modis accidere poteſt dolor in homine de bono alieno.

Primò, dolor iſte poteſt eſſe primò prim⁹ motus ex natura inſurgens, qui in diuerſis propter naturam corruptam plus & minus inſurgit. Sunt ẽm aliqui ex inordinatione ac deprauatione naturæ, & varietate complexionis proniores ad motus inuidiæ quàm alij. Sicut etiã in ſpecie canis, aliq ſunt magis & minus iracundi. Et hic qdem primò prim⁹ mot⁹ inuidiæ, nullo modo eſt peccatũ: qa vt ſic eſt merè naturalis, & nullo modo voluntarius. Et hoc idẽ intelligẽdum eſt de omnibus motibus primò primis in quocunque genere vitiorum.

Secundo dolor iſte poteſt eſſe motus non primò primus ſed ſecundò primus. Et id cõtingit, quando eſt in appetitu ſenſitiuo, quem dicimus ſenſualitatẽ, ſine tamen completa deliberatione, etiã quòd ſic dolens tali dolore afficiatur. Et id propriè contingit, quando ille ſecundò primus mot⁹ non ita citò à ratione repimitur, vt poteſt reprimi: tamen ante conſenſum plenum, imò quodammodo diſplicere incipit.

cipit. Et tunc inuidia eſt peccatum veniale: & idem intelligendum eſt de aliis ſecundò primis motibus in quocunque genere vitiorum mortalium: vt in adulterio, in homicidio, qui motus ideo non ſunt peccata mortalia, quia non attingunt perfectam rationem actus moralis, cuius principium eſt ipſa ratio.

Tertiò, dolor iſte poteſt homini euenire propter aliquã intentionem, aut cauſam, per quam extra propriam rationẽ & naturam inuidiæ, putà quando dolor ille inſurgit in dolente ex cauſa rationabili, ſicut diximus in capite præcedẽti in primo modo aſsignato de inuidia, vt quando quis dolet de proſperitate alicuius, qui effectus potẽs nocebit multis bonis, aut reipublicæ, aut ſuæ ꝓpriæ ſaluti. Et hic dolor non eſt peccatum, quoniam maius bonum minori præponendum eſt.

Inuidia venialis.

Quartò, dolor iſte poteſt eſſe de paruo & modico bono proximi: putà quòd quis inuideat proximo: quia meli⁹ cantat, aut melius currit, aut melius ludit ad pilam, ſimilia ludicra faciendo. Et tunc non eſt iudicandum vt ſic talem inuidiam eſſe peccatum mortale. Quod enim modicum eſt quaſi pro nihilo accipit ratio: ſicut conſtat in natura furti, nam ſi quis in agro alterius accipiat modicos fructus, putà põma, aut vuas, ex quibus qui accipit nõ multũ acquirit, & ille, à cui⁹ agro acccipiũtur non ſenſibiliter damnũ patitur, ſtultum eſſet de peccato mortali ipſum dãnare. Sic in ꝓpoſito de inuidia. Conſtat igitur, q̃ licet inuidia quarto modo ſumpta iuxta diuiſionem factam in cap. præcedẽti, ex genere ſuo peccatũ ſit mortale, tamen ex conditionibus prædictis cõcurrẽtib⁹, aut nullũ, aut veniale peccatũ remanebit.

Inuidia an ſit vitiũ mortale capitale.

Quantùm ad tertium, ſcilicet, an ſit peccatũ mortale capitale: reſpondetur, quòd ſic, & ratio eſt hæc: Vitiũ dicitur capitale, vt docuimus in tract. prẽcedenti, cap. primo: quoniam eſt caput & principium multorum vitiorum, quę ex eo oriuntur, vt docuimus in tract. prẽcedenti. Sed ex inuidia multa vitia oriuntur, quæ ordinantur ad repellendã triſtitiam prouenientem ex bono alieno: ergo eſt vitium capitale. Maior quidẽ patet ex diffinitione vitij capitalis: Minor aũt ſic deducitur: In appetitu ſunt duo motus, vt declarauimus in 3. de Anima, in tract. de potentia motiua, ſcilicet, proſecutio boni, & fuga mali. Ad ꝓſecutionẽ boni, cùm acquiſitum fuerit, ſequitur delectatio, quæ eſt quies & fruitio boni: Ad fugam mali, ſi non poteſt vitari, vel timetur nõ poſſe vitari, ſequitur triſtitia, quę eſt inquietudo, & perturbatio mali ſuperuenientis. Sicut autem naturaliter inclinamur ad proſequendum bonum, & in eo delectandum, ſic inclinamur ad fugiendum malum, & propulſandum triſtitiam ex eo prouenientem. Sed ex eo, quòd inclinamur naturaliter ad proſequendum, & delectandum in bono, inclinamur cõſequenter ad multa inordinatè agenda: per quę conſequamur deſideratum bonum contra dictamẽ rationis rectæ, vt declarabimus in tract. de Auaritia, & Gula, & Luxuria: agẽtes de ſpeciebus, & filiabus earum: ergo ex eo, quòd inclinamur ad repellendam triſtitiam, & prẽcipuè prouenientem ex bono alieno, quæ eſt inuidia, inclinamur cõſequẽter ad committenda multa illicita cõtra proximi famam: putà detrahere, ſuſurrare & obloqui, &c. Cùm igitur hęc vitia cõcomitentur, & oriantur ex inuidia, conſtat eam eſſe peccatum mortale capitale. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quot malorum cauſa ſit inuidia.

IN tertio capite declarandũ eſt quàm graue, & nociuũ ſit inuidię vitium, cuius grauitas ex duobus manifeſtãda eſt: Primò ex nocumentis, quę cauſat in ipſo inuidente: ſecundò, ex malis, quorũ cauſa fuit ab initio, teſte ſcriptura ſacra.

Quantum ad primũ aduerte, quòd plura ex vitiis capitalibus afferunt peccanti bonum aliquod & ſolatium ſecundum ſenſum. Delectatur enim ſuperbus in appetitu excellẽtię ſuę, & auarus in lucro, & guloſus in epulis & irat⁹ cùm vindictã fecerit, & luxurioſus in cõcupiſcẽtiis: ſol⁹ inuid⁹, & acidioſus triſtãtur. Nam inuidus aliena proſperitate torquetur, & acidioſus ſua deſidia & ſuimet diſplicentia conſumitur. At nunc dicendum eſt de inuidia, quæ experientia, & communi philoſophorum ac Theologi ſententia pœna, & flagellum eſt inuidenti, inuiſo autem gloriam parat. Et quidẽ quod inuidenti pœna, & ęgritudo ſit, declaratur ex autoribus Gentilium, & diuinis doctoribus.

Inuidia pœna eſt inuidenti, inuiſo autem cõſolatio.

Primò, ex poëtis, Horatius libro primo Epiſtolarum.

Inuidus alterius marceſcit rebus opimis.
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Ouidus in libro ſecundo Metamorpho.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies: liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores,
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo,
Succeſſus hominum: carpitque, & carpitur vnà,
Suppliciumque ſuum eſt.

Heſiodus in primo libro Epigrammatum,

Inuidia eſt peſsimũ q̃d, ſed habet quoddã in ſe pulchrũ. Conſumit enim inuidentium oculos, & cor.

Periander,

Ne inuideas: quemadmodum enim rubigo ferrũ, ſic inuidia animam illius, in quo eſt conterit.

Quintus Curtius de geſtis Alexandri libro octauo.

Alexãder dixit inuidos homines nil aliud eſſe, q̃ ipſorũ tormenta.

Seneca in libro de moribus,

Vtinã inuidi oculos haberent in omnibus ciuitatib⁹, vt de omnium felicitatibus torquerentur. Nã quanta felicium ſunt gaudia, tanti ſunt inuidorum gemitus.

Proſper in libro tertio de vitiis & virtutibus,

Inuidia in ſuum autorẽ reciproca eſt, de bono alterius tabeſcentis cruciatus.

Chryſoſtomus ſuper Matthæum,

O inuidia, quæ ſemper ſibi inimica eſt: nam qui inuidet, ſibi q̃dem ignominiam facit, illi, cui inuidet gloriam parit.

Hierony. ad Demetriadem,

Oro te quid delectationis præſtat inuidia: quẽ ſecretis quibuſdam cõſcientię vngulis liuor ipſe diſcrepat, & alienam felicitatem eius tormentum facit.

Sapiens in libro Eccleſiaſtici capite 14.

Nequam eſt oculus liuidi, & auertens faciẽ ſuam, & deſpiciens animã ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis nõ ſatiabitur, donec cõſumat areſcens animã ſuã.

Conſtat ergo inuidiæ grauitas ex nocumentis, quæ in ipſo inuidente cauſat, inuiſum autem glorioſiorem reddit: quoniam, vt inquit Laërtius de moribus, & vita philoſophorũ, felicitas eſt ſemꝑ ſubiecta inuidię. Sola ergo miſeria inuidia caret.

Quãtùm ad ſecundũ, vt ſcias quàm grauis ſit inuidia ex malis, quorũ cauſa fuit ab initio, teſte ſcriptura: aduerte, vt inquit Iob capite quarto, Paruulũ occidit ĩuidia. Quod exponens beatus Gregorius in libro quinto Moraliũ, inquit: Ideo paruulum occidit inuidia: quoniã inuidere non poſſum⁹ niſi eis, quos nobis in aliquo meliores ſputamus. Paruulus ergo eſt, qui liuore occiditur: quia ipſe ſibi teſtimoniũ perhibet, quòd eo minor ſit, cuius inuidia torquetur. Quot autẽ & quàm grauia mala ab initio parturierit, beat⁹ Gregorius ſic declarat, ibidem ex variis ſacræ doctrinæ locis.

Paruulos occidit inuidia.

Primò, Hoſtis callidus, id eſt, malus dæmon, primo homini inuidendo ſurripuit: q̃a amiſſa beatitudine minorẽ ſe immortalitate illius agnouit. Curauit ergo vt vetitum fructũ comederet, ne facto mortali & miſero inuideret, Geneſis capite tertio: Huius peſsimi mali memoratus eſt Sapiens in libro Sapientiæ capite ſecũdo inquiens: Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur illum, q̃ ſunt ex parte illius, quales ſcilicet ſunt inuidi.

Secundò Cain ex inuidia, Geneſis ca. 4. ad perpetrandũ fratricidium corruit: quia deſpecto ſuo ſacrificio prælatũ ſibi infremuit, cuius Deus hoſtiam accepit: & quem meliorem ſe eſſe exhorruit, ne vtcunque eſſet, amputauit.

Tertiò Eſau ex inuidia, Geneſis capite vigeſimoquinto, ad perſcruationẽ fratris exarſit: q̃a primogenitorũ benedictione perdita, quam tamen eſu lenticulę vendiderat, minorem ei ſe quem naſcendo præibat, ingemuit.

Quartò ex inuidia Ioſeph fratres Geneſis capite trigeſimoſeptimo Iſmaëlitis tranſeuntibus vendiderunt: quia cognito reuelationis myſterio, ne ſe fieret melior, eius ꝓfectibus obuiare conati ſunt.

Quintò ex inuidia Saul Dauid ſubditũ lancea intorquẽdo perſequitur: quia quẽ magnis quotidie augeri virtutum ſucceſsibus ſenſit, vltra ſe excreſcere expauit: paruulus itaque eſt qui inuidia occiditur: quia niſi ipſe inferior exiſteret, de bono alterius non doleret.

Hæc mala cauſata ex inuidia refert beatus Gregorius: vbi

vbi ſuprà. Verùm, ſi ſcripturas ſacras ſcrutatus fueris, inuentes quàm plura alia. Nam Geneſis capite vigſimoſexto, Ex inuidia Palæſtini obſtruxerunt puteos, quos foderant ſerui Abraham, ne Iſaac aquam haberet pro armentis, & ouibus: & vt recederet ab eis, ne ditaretur in terra eorum. Vnde dixit eis Abimelech Palæſtinorum Rex ex inuidia concitatus, Recede à nobis, quoniam ditior, & potentior nobis factus es.

Rachel ex inuidia Geneſis capite tertio, commota eſt contra Liam ſororem ſuam, eò quòd Lia fœcunda erat: Rachel autẽ ſe infœcundam cernens inuidit ſorori, & præ triſtitia dixit Iacob marito ſuo: Da mihi filios, alioquin moriar.

Pharao & Aegyptij Exodi capite primo, ex inuidia inſurrexerunt contra Hebræos: oderántque eos, affligebántque inuidentes eis, & ad amaritudinem perducebant animã eorũ, eò quòd fortiores & potentiores eis videbãtur: Dathan & Abiron, & congregatio Core ex inuidia, Numeri capite decimoſexto, circundederunt Aaron, & Moſem in deſerto, & dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, in ipſis eſt dominus. Cur eleuamini ſupra populum domini?

Pſeudo apoſtoli ex inuidia inſurgentes cõtra Paulũ, ſicut ipſe ſcribit ad Philip. capite primo, prædicabant quidam ex eius Chriſtum propter inuidiam, quidam propter contentionem, vt preſſuram ſuſcitarẽt aduerſus Paulum. Denique ſacerdotes, & ſcribæ ꝓpter inuidiam inſurgẽtes contra Chriſtum, tradiderunt eum in manu Pilati, vt crucifigeretur. Sic em̃ legimus Matthæi capite vigeſimoſeptimo. Sciebat enim ſcilicet Pilatus, quòd ꝓ inuidiã tradidiſſẽt eum. Meritò ergo eſt vitium grauiſsimum, & ſingulariter ex doctrina Diui Auguſtini, dicitur diabolicũ. Vnde inquit ĩ libro, de doctrina Chriſtiana. Inuidia vitium diabolicũ, quo ſolo diabolus eſt reus, & inexpiabiliter reus: non enim diabolo dicitur vt damnetur, Adulterium cõmiſiſti, furtum feciſti, villam alienam rapuiſti, ſed quia homini ſtatim inuidiſti.

Inuidentis fraternam gratia.

Tu tñ aduerte, quòd licet inuidia ex ſe ſit grauiſsimum vitiũ, tamen inter ſpecies ſuas dantur gradus, ita quòd grauiſsima eſt illa, q̃ ſolet nuncupari inuidentia fraternæ gratiæ: & eſt, quando quis dolet non ſolùm de bono ꝓximi, ed étiã de augmento gratiæ Dei in eo: & ponitur peccatũ in ſpiritum ſanctum: q̃m per huiuſmodi inuidentiam videtur inuidens inuidere non ſolùm proximo, ſed etiam ſpiritui ſancto inquantũ triſtatur de tali augmento, quod eſt à ſpiritu ſancto, & per quod glorificatur. De peccato quidé in ſpiritum ſanctũ iam locuti ſumus in tractatu primo, huius tertiæ partis, capite ſecundo, vbi actum eſt de peccato mortali actuali in Deũ trinum, vt trinus eſt. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

De inuidiæ filiabus.

IN quarto capite agendum eſt de filiabus inuidiæ: nã cùm ꝓbatum ſit in capite ſecundo eam eſſe peccatum capitale, de cuius ratione eſt, quòd ſit caput, & principiũ aliquorum vitiorum ordinatorum ad eundé malum finem & intẽtum, ad quẽ vitium ipſum capitale ordinatur, cõſequens eſt vt de vitiis illis pertractemus. Tu igitur aduerte, q̃ apud Theologum quinque numerantur vitia, vt filiæ inuidiæ quę aſſumuntur ex B. Gregorio in libro 31. Moralium & ſunt,

Suſurratio,
Detractio,
Exaltatio in aduerſis proximi,
Afflictio in eius proſperis,
Odium.

Quot ſint inuidiæ filiæ.

De his igitur duo ꝓtractanda ſunt: primò, de eorum ſufficientia, vbi & de ſingulo q̃d ſit manifeſtabitur: ſecundò, ſi poſſunt alteri vitio attribui quàm inuidiæ.

Quantũ ad primũ aduerte, quòd ratio ſufficientiæ hinc ſumitur: Inuidens mouetur ad minuendum & impediẽdum: vel, ſi poteſt, ad totaliter priuandem proximũ bono & gloria ac fama ſua. Hic autem motus habet aliquid pro principio, & aliquid pro medio, & aliquid pro fine. Principiũ quidem eſt, vt inuidus procuret apud alios minuere famã eius, cui inuidet: hęc autẽ minutio dupliciter fit, ſcilicet in ſecreto & publicè: Si in ſecreto, fit per ſuſurrationẽ: eſt enim ſuſurratio oblocutio mala de ꝓximo occultè facta, cui' finis eſt aliquorum amicitiã deſtruere, & inter concordes diſcordiam parare. Vnde ſuſurro dicitur homo maledicus, loquax non apertè, ſed voce demiſſa ad aurem loquens: & dicitur magis obſtrepere, quàm loqui & ſecundũ Iſidorum in lib. de Etymo. dicitur à ſono demiſſo locutionis: q̃m ſuſurro in aure, & ſecretè, & non in faciem hominum ſtudet proximi famã denigrare. Hoc eſt illud ſceleſtiſsimum: vitiũde quo dicitur Leuiti. capite 19. Non eris criminator, nec ſuſurro ĩ populis. & Eccleſiaſtici c. 28. Suſurro, & bilinguis maledictus: multos em̃ turbauit pacem habentes, lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentẽ, ciuitates muratas diuitum deſtruxit, domos magnatorũ effodit, virtus populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit: q̃ reſpicit illam, non habebit regẽ: nec habebit amicum, in quo requieſcat. Si publicè, fit ꝓ detractionẽ: eſt em̃ detractio alienæ famæ publica denigratio ꝓ infamatoria verba ĩ abſentia eius, cui detrahitur, ꝓlata: & in hoc diſtinguitur à contumelia: quoniã contumelia eſt denigratio per verba in faciẽ. Detractio autẽ in abſentia, hoc eſt deteſtabile vitiũ, de quo ſcribitur Prouer. capite quarto, Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint ꝓcul à te. & cap. 24. Cum detractoribus non cõmiſcearis. Et Paulus ad Roma. capite primo, Detractores Deo odibiles. & Iacobꝰ in Epiſtola ſua, capite tertiò, Nolite detrahere in alterutrũ, fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuũ, detrahit legi, & iudicat legem.

Detractionis & denigrationis diſcrimen.

Medium aũt apud inuidum eſt, vt per ſe vel per alterum de facto procuret proximum impediri, ne poſſideat bona ſua, & decidat à bona fama: & ex hoc medio duo oriuntur vitia, ſcilicet, exultatio in aduerſis proximi, & afflictio in proſperis: nam ſi inuidus aſſequitur intentum ſuum, ſcilicet quòd priuet inuiſum bonis, propter quæ ſibi inuidet: aut inuideat ipſum per alterum, ſiue mala fortuna priuatum, exultat in aduerſitate illius, ideſt, præ gaudio non capit ſeipſum: eſt em̃ exultatio lætitię exterior expreſsio, prorumpens in ſignũ gaudij interioris. Vnde in gaudiis magnis ſolum exultatio verificatur. Propterea Dauid præ gaudio nõ ſe continens, dixit in Pſalm. Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Si autem nõ poteſt ipſum priuare, nec videre aliquo ſiniſtro caſu priuatum, ſed potius ꝓſperè ſe habere, & creſcere in bonis, affligitur inuidens ꝓſperitate inuiſi, & animo torquetur. Eſt enim afflictio cordis ægritudo cum vexatione, & inquietudine eiuſdé: quod declarat Dauid in Pſal. dicens: Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.

Terminus autem, ad quẽ terminatur motus inuidentis contra inuiſum. eſt vniuerſalis diſplicentia, quã habet inuidens de bonis inuiſi. nã adeò malignatur inuidia ĩ inuidente, q̃ paulatim incipiunt ei diſplicere non ſolùm bona particularia, à q̃bus orta eſt inuidia, ſed & quæcunq; illius bona, & eius cognati & amici, & omnis eorũ felix ſucceſſus: & hæc vniuerſalis bonorum diſplicentia, odiũ appellatur. Eſt enim odiũ diſplicentia in appetitu animali, ſiue rationali, prouenientes ex apprehenſo incõuenienti, & cõtriſtatiuo. Sicut per oppoſitũ amor eſt complacentia in appetitu animali vel rationali, ꝓueniens ex apprehenſo cõuenienti, & delectatiuo. Conſtat igitur ratio, propter quã cõuenienter aſsignantur quinque prædictæ filiæ inuidię.

Quantum ad ſecundũ aduerte, quòd nõ inconuenit prędicta vitia ab alio quàm ab inuidia oriri, ſub tamẽ diſtincta ratione. Nam odium ex ira, ex luxuria, ex inuidia oriri poteſt. Ex ira quidẽ, inquantum prouocans alterum ad iram, illi nocumentum intulit. Ex inuidia autẽ, inquantum bonũ inuiſi eſt impeditiuum, vel minoratium propriæ excellentię ipſius inuidentis. Ex luxuria autem, quomodo odium oriatur, manifeſtum tibi erit in tract. de luxuria. Detractio autem, & ſuſurratio, & exultatio oriuntur ex odio & ira, inquantum iratus, & odiens ſe offenſum exiſtimans ſtudet verbo & opere minuere ac diſtrahere omne bonum eius quem odit. Ex inuidia autem oriuntur, inquantum inuidens ſolùm intendit minuere & impedire excellentiam inuiſi, ne ſuperior eo appareat. Non enim inuidens curat omnino bonis priuare inuiſum, ſed tantùm ne excedat ipſum, & ne illo inferior ſit. Similiter afflictio in proſperis dupliciter conſiderari poteſt: Primò ſecundum quandam generalitatem, ſcilicet, quando quis triſtatur de proſperis proximi, prout continent quandam excellentiam diminutiuam excellentię ipſius triſtantis. Et vt ſic cum afflictio ſit triſtitia, & dolor de bono alieno: & hæc eadem ſit diffinitio inuidiæ, vt docuimus ſuprà, non diſtinguitur. nec eſt filia inuidię, ſed eſt ipſamet inuidia. Secundò ſumitur ſecundũ rationem particulare, ſcilicet inquantũ inuidens inſurgens contra inuiſum, conatur impedire, & minuere per ſe, vel ꝓ alterum

alterũ excellentiam inuiſi: quòd ſi non poteſt, oritur in corde eius afflictio de proſperis ipſius inuiſi. Tunc enim afflictio fundatur, & oritur ex inuidia præcedente: & vt ſic dicitur inuidiæ filia. Conſtat igitur, quo non cõuenit, quinque prædicta eſſe inuidiæ filias, & ex alia vitio ſecundum diuerſam rationem procedere. Hæc de quarto capite dicta ſint.

CAPVT V.

Quænam contra inuidiam remedia afferantur.

IN quinto capite, agẽdum eſt de remediis contra inuidiã ex quib⁹ quatuor præcipua ſunt, & de ſingulis pertractãdum eſt.

Primum eſt deſideriũ euitandi damna & miſerias, quas inuido parturit inuidia.

Secũdũ eſt dilectio boni, quod partitione nõ minuitur.

Tertium eſt ſocialis fraternitas inter homines, & præcipuè inter fideles.

Quartũ eſt contemplatio corporis myſtici, cuius caput eſt Dei filius, & nos membra.

Inuidus varias ſuſtinet moleſtias.

Quantum ad primum aduerte quamplures eſſe pœnas ac miſerias, de quibus partim locuti ſumus in cap. tertio huius trac, quas inuidus ineuitabiliter ſuſtinet: quas ſi animo reuolueret, eligeret nulli inuidere, ne tã miſerè viueret. Has autem pœnas B. Greg. in libro quinto moralium capite. 34. ſumma diligentia deſcripſit, cuius ſententiam hic inſerim⁹ p fructuoſa legentium eruditione, vt diſcant peſtifero inuidiæ morbo non maculari. Sic igitur inquit: Quamuis per oẽ vitium, quod perpetratur, humano cordi hoſtis antiqui vir⁹ infunditur: in hac tamen inuidiæ nequitia tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimendæ malitiæ peſtẽ vomit, de quo nimirum ſcriptum eſt: Inuidia Diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum. Nam cùm deuictũ cor liuoris putredo corruperit, ipſa quoque exteriora indicant quàm grauiter veſania animum inſtigat, color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigeſcunt. Fit in cogitatione rabies, in dentibus ſtridor: cúmque in lateribus cordis creſcens abſconditur odium, dolore cæco fremebat conſcientiam vulnus incluſum, nil lætum de propriis libet: quia tabeſcentẽ mentem ſua pœna ſauciat, quam felicitas torquet aliena: quantoque extranei operis in altum fabrica ducitur, tantò fundamentum menti liuidæ profundius ſuffodit: vt quò alij ad meliora properant, eò res ipſa deterius ruat: qua ruina videlicet etiam illud deſtruitur, quod ĩ aliis actibus perfecto opere ſurrexiſſe putabatur. Nam inuidia, cùm mentem tabefecerit: cuncta, quæ inuenerit bene geſta, conſumit. Hæc B. Gregorius. Qui igitur has miſerias euitare deſiderat, inuidiam vt peſtem abhorreat.

Secundũ eſt dilectio illius boni, quod partitione nõ minuitur, quod eſt æterna beatitudo atque hęreditas. Et hoc documentum vt ſingulare deſcribit B. Greg. libro quinto, Moraliũ cap. vltimo, ſic inquit: Sed cur hæc de inuidia dicimus, ſi nõ etiã qualiter eruatur intimemus? Difficile nanq; eſt vt hoc alteri non inuideat, quod adipiſci alter exoptat: qa quicquid tẽporale percipitur, tantò fit minus ſingulis, quãtò diuiditur in multis: & idcirco deſiderantis mentẽ liuor excruciat: quia hoc, quod appetit, aut funditus alter accipiens adimit, aut à quantitate reſtringit. Qui ergo liuoris peſte plenè carere deſiderat, illam hæreditatẽ diligat, q̃ cohæredum numerus non anguſtat: quæ & omnibus vna eſt & ſingulis eſt tota: quæ tantò largior eſſe oſtenditur, quantò ad hanc percipientium multitudo dilatatur: Imminutio ergo liuoris, eſt affectus ſurgens internæ dulcedinis: & plena mors eius eſt perfectus amor æternitatis. Nã cũ mens ab eius rei appetitu retrahitur, quæ accipientium numero partitur tantò magis proximum diligit, quantò minus ex profecta illius ſua damna pertimeſcit. Quæ ſi perfectè in amorẽ cæleſtis patrię rapitur, plenè etiam in proximi dilectione ſolidatur: quia cùm nulla terrena deſiderat, nihil eſt qđ eius erga proximũ caritati contradicat. Quæ nimirum caritas, quid eſt aliud quàm oculus mentis, qui ſi terreni amoris puluere tangitur, ab internæ lucis mox intuitu læſus reuerberatur. Hæc B. Grego. ex quibus conſtat optimũ remediũ contra inuidiam eſſe, vt eleuet homo affectum à terrenis bonis, quæ ſunt inuidiæ fomentũ, eò quòd quantò magis partiuntur, tantò minus ab vnoquoque poſſidentur, diſcatque amare cęleſtia, vtpote vniuerſalia bona, quæ partitione, & communicatione non minuuntur: ideò ab eis omnis eſt relegata inuidia.

Inuido expedit affectum à terrenis reuocare.

Tertiũ eſt fraternalis ſocietas inter homines, præcipuè inter fideles: pro cuius notitia aduerte, quòd naturaliter nõ eſt inuidia inter æquales: dixi mus em̃ quòd paruulũ occidit inuidia, id eſt, nullus inuidet alij, niſi illum maiorem aut melioré ſe exiſtimet, vel timeat ab aliis exiſtimari. Cùm igitur omnes homines ex natura ſint fratres: qm̃ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ab eiſdẽ parentibus primis procedẽtes, ſunt ex natura pares. Ergo inuidia eſt inter eos abominabilis: Neque eſt fratrũ, quos ſanguinis nexus ligat ab inuicẽ diſſidere, ĩuicem inuidere. Nã, vt legimus Geneſis cap. 13. cùm Abrahã videret rixas inter paſtores ſuos & paſtores Loth, dixit ad Loth: Ne quęſo, ſit iurgiũ inter me, & te: inter paſtores tuos, & meos: fratres enim ſumus.

Omnes cum fratres ſim⁹ nõ decet inuidos eſſe.

Licet autem oẽs homines ſint natura fratres, maior tñ vnitas, & æqualitas eſt inter fideles: qm̃ eſt vnitas naturalis, & ſpiritualis: cõmunicant em̃ in vna fide, vno baptiſmate, vno beatifico fine, vno reguntur capite, vni ſubduntur legi, ideo deteſtabilis eſt ĩter fideles ĩuidia. Quòd ſi fidelis fideli inuidet, iã nõ eſt ſpiritualis, ſed carnalis, id eſt, diligẽs carnalia bona: quæ, vt diximus ſunt inuidię origo, & fomẽtũ vnde Paulus primę ad Cor. capite tertio, inquit: Et ego fratres non potũi vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: adhuc em̃ carnales eſtis. Cùm em̃ ſit inter vos zelus, id eſt, inuidia, & cõtentio, nonne carnales eſtis, & ſm̃ hominem ambulatis?

Quartũ eſt contemplatio corporis myſtici, &c. & hoc documentũ habemus à Paulo: nam ſtudens fideles hortari, qũo vnanimes, ſine inuidia, ſine contentione viuerent, qũo non adinuicẽ rixari, ſed mutuo deſeruire, ſimul compati, ſimul gaudere, figuram poſuit corporis dicens ad Ro. cap. 12. Sicut em̃ in vno corpore multa membra habem⁹, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Singuli autẽ alter alterius membra: & qm̃ vnũ corpus ſumus omnes fideles in Chriſto, ideo ſubiungit Paulus qũo conuiuere, & communicare debemus, dicens: Dilectio ſine ſimulatione, odientes malum, adhærentes bono, caritatis fraternitatem inuicem diligentes. Ex qbus intendit inuidiã excludere qm̃ nõ ſtat cũ fraterna caritate. In prima aũt ad Cor. cap. 12. proſequens eandẽ metaphoram declarat concordiam, & mutua obſequia, quæ ſeruant membra adinuicem, ex his innuens ſic ſeruandum inter fideles: qui ſunt vnum corpus myſticum in Chriſto, vnde inquit: Sic Deus temperauit corp⁹, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſint ſollicita membra. Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur oĩa membra. Siue gloriatur vnum membrum, congaudẽt omnia membra. Vos autẽ eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Quaſi inferat. Ergo debetis pacificè, & ſine inuidia, & rixa conuiuere. Conſtat ergo quòd qui inuidia agitantur, non ſunt membra Chriſti, ſed diaboli. Ideo vt fideles inuidiam deuitent: cogitent ſe eſſe membra vnius corporis myſtici: aliter ſunt velut membra truncata, & à corpore diuiſa, quæ non niſi æquiuocè dicenda ſunt membra. Hæc de pręſenti cap. dicta ſint.

Tractatus Tertij finis.

TRACTATVS QVARTVS
Tertiæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ, ſex complexus capitibus.

¶ De Ira.

DOcuimus in Tract. ſecundò capite primo hui⁹ tertiæ partis, q̃ ſicut inuidia ex ſuperbia oritur, ſic ira ex inuidia. Ordo ergo doctrinæ exquirit, vt poſt conſiderationẽ factã de inuidia tractemus de ira. De ea igitur præſentẽ tractatum formabimus, quem in ſex capita diuidimus.

Primò, quid ſit.

Secundò, quotuplex ſit.

Tertiò, ſi & quando eſt peccatum mortale capitale, & quando non.

Quartò, quæ ſint eius filię.

Quinto, cuius grauitatis ſit.

Sextò, quę remedia ſint contra eam.

CAPVT I.

Quidnam ſit ira.

IN primo capite inueſtigandum eſt quid ſit ira: & hîc duo agenda ſunt.

Primò

Primò quid ſit ira vniuerſaliſsimè ſumpta.

Secundò, quid ſit vitium capitale.

Iram bifariàm definiri contingit.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd ira abſolutè ſumpta apud Philoſophos, & Theologos communi conſenſu dupliciter diffinitur, quoniam aut ſecundum ſuum materiale, aut ſecundũ formale: & aliqui diffiniunt eam ſecundũ ſuum formale, materiale, aliqui ſecundum ſuum formale tantùm. Ex Philoſophis Ariſtoteles in primo de Anima diffinit ſecundũ vtrunque. Nam quò ad materiale dicit, quòd eſt accenſio ſanguinis circa cor: quò ad formale dicit quòd eſt appetit⁹ vindictæ. Cicero autem in libro Tuſcul. quæſtionum, diffinit quò ad formale tantum, inquit enim: Ira eſt cupiditas puniendi eum, qui nos iniuria læſiſſe videtur.

Ex Theologis autem Damaſcenus libro ſecundo Sententiarum capite decimoſexto, ſecundũ vtrũque diffinit. Quò ad materiale ſic: Ira eſt efferuentia ſanguinis circa cor ex euaporatione & ex ſuſcitatione bilis proueniens: quæ ꝑpter & bilis, & biloſa, id eſt, cholera & cholerica dicitur. Quò ad formale ſic: Ira eſt deſiderium appetitúſque vindictæ. Nã iniuriati, aut arbitrantes iniuria affici, iraſcimur.

Auguſtin. ſuper Geneſim diffinit quò ad formale dicens Ira eſt vlciſcendi libido.

Caſsiodorus ſuper Pſalm. quò ad vtrunque diffinit dicẽs Ira eſt immoderatus animi motus, concitati ad pœnam ſeu vindictam.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd ira, vt eſt vitiũ capitale, cõmuni ſententia apud Theologum ſic diffinitur: Ira eſt appetitus iniuſtæ & indebitæ vindictæ, ſiue punitionis.

Primò dicitur, appetitus: & in hoc conuenit cum ira abſolutè ſumpta. De cuius ratione formali eſt appetitus, ſiue libido vindictæ, vt diximus.

Secundò dicitur, iniuſtę & indebitæ. Et in hoc diſtinguit ab ira, quæ non eſt peccatum, imò poteſt eſſe virtus, quã appellamus zelum: & quę eſt velut calcar ad excutionem iuſtitiæ punitiuæ, vt loquemur infrà agentes de multiplicitate iræ. Quatuor autem modis poteſt ly iniuſtæ & indebitæ, intelligi: quorum ſinguli ſunt ex genere ſuo vitium capitale, ex conſequenti peccatum mortale.

Primò intelligitur iniuſta punitio, quando appetitur puniri innocens, qui pœnam nõ meruit, ſicut iudices iniqui cõdemnantes Suſannam, Danielis capite decimotertio, vbi ſic legimus, Nunc venerunt peccata tua quę prius operabaris iudicãs iudicia iniuſta, innocẽtes opprimẽs, & dimittẽs noxios: dicente domino, Innocentẽ, & iuſtũ non interficies.

Secundò, qñ appetitur quis puniri magis quàm meruit, & in hoc ſenſu intelligitur illud Prouerbiorum capite vigeſimoſeptimo, Ira non habet miſericordiã, nec erumpens furor, & impetum concitati ſpiritus quis ferre poterit?

Tertiò quando appetitur quis puniri, non ſecundũ legis ordinem, nec à competenti, & conſtituto iudice, ſed ſeipſo vel alio non habente autoritatem. Et in hoc ſenſu Paulus ad Romanos capite duodecimo, prohibet vindictam, & irã dicens: Non vos vindicantes cariſſimi, ſed date locum iræ.

Quartò, quando appetitur quis puniri non propter debitũ finẽ, putà propter iuſtitiam & legis obſeruantiã aut correctionẽ delinquentis, aut aliorum exemplum: ſed vt ſatiet proprium appetitum quo appetit & delectatur pœna ꝓximi: & in hoc ſenſu Ioab appetiuit mortẽ Abner: & quoniã Dauid rex dimiſit eum in pace, quẽ deſiderauerat Ioab occidi, ira concitatus, in dolo occidit eum: vt legimus in ſecundo libro Regum, capite tertio. Patet igitur quid ſit ira abſolutè ſumpta & ira vt eſt vitium capitale. Hęc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

De variis generibus iræ, cauſis, & effectibus.

IN ſecundo capite inueſtigandum eſt, quotuplex ſit ira, & quotuplex eius cauſa in genere, & quotuplex eius effect⁹ in genere.

Quantum ad irę multiplicitatem aduerte, ꝙ apud Theologum tribus modis ſumitur.

Primò pro paſſione naturali. Secundò pro virtute, quę dicitur zelus. Tertiò, pro vitio. & dicitur iracundia, quæ ſignificat inordinatam & irrationabilem iram. Ira, vt paſsio naturalis, eſt in iraſcibili. & eſt ꝓpulſatrix triſtitiæ ex iniuria illata prouenientis: ideo ira inſurgit ad vindictam. Quẽ ordinẽ aũt habeat inter paſsiones iraſcibilis: & cui paſsioni correſpondeat in concupiſcibili, iam docuimus in tertio de anima, tractatu de potentia motiua, & in ſecundo Ethicorum, tractatu ſecundo. Vide tu illic.

Ira, vt eſt virtus, quę dicitur zelus, eſt appetitus intenſus puniendi malum, ſecundum tamen rationis, & legis diſpoſitionem propter iuſtitiæ, & diuini honoris obſeruantiam. Huiuſmodi ira commotus fuit Helias in libro tertio Regũ capite decimonono, cũ dixit: Zelo zelatus ſum pro domino exercituũ, quia dereliquerũt pactum domini filij Iſraël: Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua deſtruxerunt. Ira, vt eſt vitium, eſt inordinat⁹ appetitus vindictæ, & aliter quã recta ratio dictet: quę aliquando eſt peccatum veniale, aliquando mortale, vt declarabitur.

Relictis primo & ſecundo modo, quoniam hîc proprię intendimus de ira, vt eſt vitium, (Nam vt eſt paſsio, de ea locuti ſumus in tertio de anima, in tractatu de potentia motiua: vt aũt eſt zelus, & de modis quibus dicitur zelus, locuti ſum⁹ in tractatu de inuidia, capite primo,) inueſtigãdę ſunt cauſę generales: quibus vt in pluribus non eſt homo adeò remiſſus, quin concitetur ad iram: & ſunt vt infrà,

Iræ variæ ſunt cauſæ.

Paruipenſio,
Denuntiatio triſtium,
Lętitia in aduerſitate,
Impedimentum propoſiti,
Contumelia,
Defectus,
Diſparitas ſtatus, aut qualitatis.

Paruipenſio iram concitat.

Paruipenſio quidé concitat iram quoniã naturaliter homo conſeruat ſe & honorem. Vnde, cùm aduertit ſe vilificari, aut perſonam ſibi coniunctam, ſiue ſanguine, ſiue amicitia, ſiue ſuperioritate dedignatus feruet ira. Hac de cauſa filij Iacob occiderunt Sichem filium Emor, & populum, vt legimus Geneſis capite trigeſimoquarto. Exiſtimantes enim ſe paruipenſos ob ſtuprum Dinę ſororis, fœuientes ira vindicarunt iniuriam dicentes Iacob patri eorum: Num quid ſorore noſtra vt ſcorto debuit abuti?

Eadem cauſa Abiſai filius Saruię occidere ſtatuit Semei filium Gera, quoniam vilificabat regem Dauid egredientẽ Ieruſalem propter Abſalon, & illi maledicebat (vt legimus in ſecundo Regum capite decimoſexto.) Vnde Abiſai accẽſus ira paruipenſionem regis ferre non valens inquit: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo ęput eius.

Eadem cauſa Naaman princeps militię regis Syrię irat⁹ eſt contra Heliſæum Prophetam putans ſe ab eo paruipendi, (vt legimus in quarto Regum capite quinto,) eò quòd non eſt egreſſus ad eum, ſed miſit ad eum nuntium, dicens: Vade & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatẽ caro tua, & mundaberis. Iratus autem Naaman exiſtimans ſe paruipenſum recedebat, dicens: Putabã, quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Dei ſui, & manu tangeret locum leprę, & curaret me. Nunquid non meliores ſunt Abana, & Pharfar, fluuij Damaſci omnib⁹ aquis Iſraël, vt lauer, & munder in eis?

Eadem cauſa Aman filius Amadathi exaltat⁹ ab Aſſuero Perſarum rege exiſtimans ſe paruipendi à Mardochæo Iudeò eò ꝙ ei genu nõ flecteret, nec eum adoraret, vt legim⁹ Eſther capite tertio, iratus decreuit, vt Mardochæus & tota Iudæorum gens, quæ erat in Suſis, occideretur. Quod vtiq; actum fuiſſet, niſi Eſther Regina contra Aman prævaluiſſet. Conſtat igitur, quomodo paruipenſio excitat irã, & in vindictam iniuſtam impellit.

Denuntiatio triſtium ſuſcitat irã.

Denuntiatio triſtium ſuſcitat iram: quoniam audiens exiſtimat malum ſuperueniens ſibi aut patriæ, aut amicis, aut conſanguineis. Malum autem ſuperueniens, vel imaginatum ſuperuenturum inducit triſtitiã: triſtitia autem eſt occaſio irę quaſi quòd triſtitiam ſubleuare, aut propellere debeat.

Hac de cauſa iratus eſt Saul cõtra Achimelech ſacerdotem, cum denuntiatum ſibi fuiſſet per Doeg Idumæũ, quòd Achimelech recepiſſet Dauid fugientem à facie Saul, eique cibaria miniſtraſſet, & Goliath gladiũ dediſſet, noluitque Saul placari, ſed ſacerdotem, & oẽm eius domum iuſsit occidi vt legimus in primo Regum capite vigeſimoſecundo.

Eadẽ cauſa Dauid iratus, licet rationabiliter cõtra Amalecitem nunciantem ſibi mortem Saul, & Ionathæ, & populi Iſraël per Philiſthęos: & quòd Saul ſemiuum occidiſſet, iuſſit eũ occidi vt legimus in ſecundo Regũ capite primo.

Eadem cauſa Dauid audiens Ioab interfeciſſe Abner filiũ Ner, in dolo iratus eſt: ſed irã continuit, vindictãque impoſuit Salomoni fiendam, vt legimus in tertio Regum cap. ſecundo, vbi moriturus Dauid ſic diſpoſuit cum Salomone facto rege, dicens: Tu noſti, quæ fecerit mihi Ioab fili⁹ Saruię q̃ fecerit duobus principib⁹ exercit⁹ Iſraël Abner filio

Ner,& Amasæ filio Iether,quos occidit: & effudit sanguinem belli in pace, non deduces caniciem eius pacificè ad inferos.

Eadem causa Antiochus Græcorum rex,cùm reuerteretur de Perside,& audisset fugam, & stragem factã à Iudæis contra Nicanorem & Timotheum,elatus in ira (vt legimus in 2.Machab.9.)statuit se venturum Ierusalem, & congerie sepulchri Iudæorum eam facturum.

Eadem causa Herodes audiens à Magis regem Iudæorũ natum,accipiens id vt triste nouum,turbatus est.Deinde ita tuens occidere Christum natum regem Iudæorum,cùm illi per aliam viam rediissent in regionem suam,videns se delusum à magis,iratus est valdè,& mittens occidit omnes pueros,qui erant in Bethlehem Iudæ,& in omnibus finibus eius Matthæi cap.2.

Lætitia in aduersitate excitat irã.

Lætitia in aduersitate suscitat iram:quoniam constituit in infortunio,& tribulatione indiget subleuante, & compatiente:vt docuimus in 8.libr.Ethico.Quòd si viderit eos,quorum est simul tristari,lætari & exultare,vel saltem nolle tristari,& succurrere,aggrauatur aduersitate: & tristior effectus surgit in iram.

Hac de causa Saul videns se nõ posse deprehendere Dauid,& comprehendere latitantem,velut inimicum insidiantem regno suo,& aduertens nullum ex assistentibus sibi cõpati,nec inquirere vbinam esset,iratus & dolens mala sorte sua,vt legimus in 1 Regum cap. 22. inquit ad circunstantes Audite me nunc oro filij Iemini:Nunquid omnib' vobis dabit filius Isai agros & vineas:& vniuersos vos faciet tribunos & centuriones,quoniã cõiurastis omnes aduersum me, & nõ est qui vicẽ meã doleat ex vobis,neque qui anuntiet.

Eadẽ causa videtur Iob iratus fuisse cõtra amicos suos disputantes cum eo:quoniã non miserebantur eius,sed potius affligebant,& verbis conterebant.Vnde Iob cap. 19.dicit ad eos:Vsquequo affligitis animam meã, & atteritis me sermonibus.En decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me.& infrà,Miseremini mei saltem vos amici mei,quia manus domini tetigit me.Quare me persequimini sicut Deus,& carnibus meis saturamini?

Impedimentum obiecti boni excitat ad iram.

Impedimentum propositi siue desiderari obiecti excitat in iram,quoniam sicut homo ex prosecutione & cõsecutione desiderati boni lætatur, sic ex impedimento tristatur. Vnde insurgit irascibilis per iram contra molientem impedimentum.

Hac de causa iratus est Esau contra Iacob. Genesis capite vigesimoseptimo, quoniam consilio matris impedierat eum,ne benediceretur ab Isaac. Vnde iratus Esau dixit in corde suo:Venient dies luctus patris mei,id est,mortis suę, & occidam Iacob fratrem meum.

Eadem causa iratus est Iacob contra Laban auunculum suum,eò quòd,vt legimus Genesis cap. 29.cùm seruisset ꝓ Rachel septem annis, impediuit eum ne frueretur copula eius,supponens ei occultè Liam,ideo iratus dixit ad Labã: Quid est quod facere voluisti?Nonne pro Rachel seruiui tibi?Quare imposuisti mihi?Quasi dicat Quare posuisti mihi impedimentum,ne fruerer Rachel.

Eadem causa iratus est Saul contra Ionathan in lib.2. Regũ eò ꝙ impediret eum,ne occideretur Dauid:vnde in cap. 20.sic legimus:Iratus Saul aduersus Ionathan dixit illi, fili mulieris vltro virum rapientis,nunquid ignoro, ꝙ diligis filiumI sai in confusionem tuam?Omnibus enim diebꝰ qui bus filius Isai vixerit super terram,non stabilieris tu,neque regnum tuum.

Eadem causa Saul iratus est contra Michol filiã suam & vxorẽ Dauid:vnde cùm admonuisset Dauid vt fugeret:venit Saul iratus,& dixit ad eam:Quare sic illusisti mihi,& dimisisti inimicum meum vt fugeret?

Iram accendit contumelia.

Contumelia iram succendit:quoniã ex contumelia videtur imminui fama,& opinio eius. cui fit contumelia: ex cõsequenti iniuriatus in appetitũ vindictæ cõsurgit hic appetitus,vt docuimus,est ira qua mouetur ad vindicandum iniuriam illatam ex contumelia.

Hac de causa iratus est Dauid cõtra Hanon regem Ammon,eò quòd,vt legimus in 2.Reg.cap.10.iniuriam & cõtumeliam intulissetnuntiis Dauid,quos miserat ad cõsolandũ Ammon super mortem patris.At ipse suasus à malis, ne crederet eos missos ad consolandum eum, sed ad explorandũ ciuitatem,radere fecit eorũ medias barbas,& incidere vestes vsq; ad nates:ex qua iniuria & contumelia motus Dauid prælium cõmisit cõtra filiosAmmon,& Syros auxiliatores suos:& prœualuit contra eos in maxima strage.

Eadem causa concitatus est in iram Absalon contra Ammon frratrem suum,vt legimus in 1. Reg.ca.13. eò ꝙ contumeliam fecisset Thamar sorori suæ vt opprimens eam, nec cessauit Absalon donec Ammon occidit.

Eadem causa iratus est Isboseth filius Saul cõtra Abner principẽ militiæ,& exercitus sui,eò quòd ingressus fuisset ad concubinam Saul patris sui,& ignominiam ac contumeliam fecisset Saul patri suo defuncto: & ipsi eiusdem filio, vt legimus in secundo Regum,capite tertio.Vnde dixit iratus Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubinam patris mei?

Iram concitant defectus.

Defectus, vt est infirmitas, & ignorantia & paupertas, & impotentia concitant iram.Causant enim in patiente tristitiam,& afflictionem:tristitiam autem, & afflictionem cõ comitatur ira propteranimi amaritudinem,& inquietudinem:& quoniam patiens agnoscit bona opposita, quibus priuatur.

Ex infirmitate iratus est Iob qui postquàm vlcere graui percussus fuit à planta pedis vsq; ad verticem, vt legimus Iob cap.3.cœpit maledicere diei,in qua natus erat.

Ex ignorantia irati sunt Iudæi contra cæcum natũ, à Seruatore curatum,vt legimus Ioannis ca.9. vnde sæuientes in em dixerunt: Tu totus in peccatis natus es, & doces nos.

Ex paupertate irata est vxor Tobiæ, vt legimus Tobię c.2.Nã cùm labore suo,quo operabatur i texrrino, pro mercede recepisset hœdum, ne fortè ex furto fuisset,impatiens & irata tum ex paupertate tum admonitione Tobiæ prorupit in exprobrationem Tobiæ,dicens:Manifestè vana facta est spes tua,& eleemosynæ tuæ modò apparuerunt.

Ex impotentia irata est Martha contra sororẽ, eò ꝙ non adiuuabat eam,vt legimus Lucæ cap.10.vnde dixit illi Seruator:Martha,Martha,turbaris erga plurima.

Irã excitat status disparitas

Disparitas status & conditionis iram excitat:causat enim differmitatem vitæ & morum,& existimationis.Nam superior de seipso,& rebus suis altiora sentit:hinc de facili inferiori,vel ei,quem existimat se inferiorem indignatur,vt dines pauper,sapiens ignoranti,potens impotentiori.

Hac causa iratus est Ioas Rex Israël contra Amasiã regẽ Iuda,vt legimus in lib.4,Regum cap.14.Misit enim Ioas nũtios ad Amasiam,vt superiorem se existimans,dicens:Contentus esto gloria tua & sede in domo tua.Quare ꝓuocas malum,vt cadas tu & Iudas tecum?

Eadem causa exarsit ira Holophernes contra Hebræos, qui parauerant se ad resistendum potentiæ Assyriorum.Vñ, vt legimus Esther.cap.5.furore nimio exarsit in iracundia magna,& vocauit omnes principes Moab,& duces Ammõ, dixitq; eis:Quis est populus iste, &c? Et quoniam Achior dux filiorum Ammon exaltauit populum Hebræorum, indignatus Holophernes & omnes magnates eius cogitabãt eum interficere,dicentes ad alterutrum: Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ.Vt ergo agnoscat Achior,quoniam fallit nos,ascendemus in montana:& cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur, vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor deus est terræ,& præter ipsum alius non est.Hæc de causis iræ in genere dicta sint.

Quantum ad effectus iræ in genere aduerte,quòd aliqui causantur in corpore ex suo materiali,quod est feruor, vel ebullitio sanguinis circa cor:aliqui in animo ex suo formali,quod est vindictæ appetitus.

Ira effectus in corpore varij sunt.

Ex ebullitione sanguinis solent in pluribus tales causari effectus in corpore.

Concitatio cordis,

Tremor in membris,

Rubor,& aliquando pallor in facie,

Impedimentum linguæ.

Toruitas,siue asperitas visus,

Clamor impetuosus,siue exaggeratio vocis,& aliquando taciturnitas.

Verborum confusio.

Ex his Diuus Hieronymus super Iohel,nõnullos commorat,inquiens:Est ira,quæ iustitiam Dei non operatur: & fuorir

furori proxima, quæ menti vim poteſtate facit, intantum vt labia trement, dentes concrepent, vultus pallore mutet. Recte illud laudatur Architæ Tarentini: qui cùm villico iratus eſſet, inquit, Iam te cæderem, niſi iratus eſſem.

Iratus nemi nem cadas.

Beatus autem Gregorius in libro quinto Moralium fermè oēs enumerat dicens: Iræ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi: & nequaquā recognoſcuntur noti, ore quidē clamorem format, ſed intus quid loquatur ignorat: In quo itaque ab arreptitiis iſte differt, qui actionis ſuæ cōſcius nō eſt, quaſi dixerit, Parū ab arreptitio differt: quoniā nec iſte, nec ille compos ſui eſt.

Seneca in libro de Ira ex ipſis effectibus iram ſic figurat: eamque vitandam ſic ſuadet, Nihil æquè iratis profuit quā intueri deformitatem rei, id eſt, ipſius iræ. Nam in ea facies turbatior ora pulcherrima fœdat, toruos vultus ex trāquillitate reddit. Linquit decor omnis iratos. Qualē putas animum, cuius extra imago tam fœda eſt? Qualia poëtæ infernalia monſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus, & igneo flatu, talem nobis iram figuremus.

Ira, in animo varijs effectus.

Ex ſuo formali, id eſt, ex vindictæ appetitu ſolent in pluribus tales intus cauſari effectus.

Rationis perturbatio: vnde beatus Gregorius in libro quinto Moralium inquit Per iram ſapientia perditur, vt qd quóve ordine agendum ſit, neſciatur, & infrā, Ira per vitiū mentis oculos excæcat. Ira autem per zelum turbat.

Delectatio: vnde Ariſtoteles ſecundo Rhetoricorum inquit: Ad iram ex ſpe vindictæ ſequitur delectatio. Vnde Homerus inquit, Iram dulciorem eſſe melle ſtillante.

Tu tamē aduerte huiuſmodi delectationē tribus modis poſſe contingere. Primò, ex ſpe concepta de vindicta fienda certis datis, & determinatis mediis. Secundò ex continuata cogitatione de vindicta fienda. Tertiò, ex præſenti, & actuali vindicatione. Tunc enim velut exoneratus quieſcit animus.

Iuſtitia derelinquitur,
Gratia ſocialis vitæ frangitur,
Manſuetudo amittitur,
Concordia ſoluitur,
Lux veritatis deperditur,
Spiritus ſancti ſplendor excutitur.

Singulos hos effectus beatus Gregorius in quinto Moralium enumerat, & exponit in capite trigeſimoprimo, dicēs: Quanta ſit iracundiæ culpa penſemus per quam dum manſuetudo amittitur ſuperni imaginis ſimilitudo vitiatur: Per iram ſapientia perditur: vt quid vel quo ordine agendū ſit neſciatur: ſicut ſcriptum eſt, ſcilicet Eccleſiaſtes capite ſeptimo, Ira in ſinu ſtulti requieſcit, quia nimirum intelligentiæ lucem ſubtrahit cùm mentem permouendo confundit. Per iram prudentia amittitur, et ſi ſapientia teneri videatur: ſicut ſcriptum eſt, ſcilicet, Iacobi capite primo. Ira perdit ēt prudentes, quia ſcilicet, cōfuſus animus nequaquā explet, etiā ſi quid intelligere prudenter valet: Per iram iuſtitia relinquitur, ſicut ſcriptum eſt, ſcilicet, Iacobi primo. Ira viri iuſtitiā Dei non operatur: quia dum perturbata mens iudicium ſuę rationis exaſperat omne quod furor ſuggerit, rectū putat. Per iram gratia ſocialis vitæ amittitur, ſicut ſcriptū eſt ſ. Prouerbiorum capite vigeſimoſexto, Noli eſſe aſsiduus cū homine iracundo ne diſcas ſemitas eius. & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et item: Quis poterit habitare cū homine, cuius ſpiritus facilis eſt ad iraſcendū? Quia qui ſe ex humana ratione non temperat neceſſe eſt vt ſolus beſtialiter viuat. Per iram concordia rumpitur, quia ſcriptū eſt, Vir aīoſus parit rixas, & vir iracundus effundit peccata. Iracundus peccata effundit: quia etiam malos, quos ad diſcordiā prouocat, peiores facit. Per iram lux veritatis amittitur, ſicut ſcriptū eſt, ſcilicet, ad Epheſios capite quarto, Sol non occidat ſuper iracundiā veſtram: quia cùm menti iracundia cōfuſionis tenebras incutit, hinc Deus radiū ſuæ cognitionis abſcondit. Per iram ſancti ſpiritus ſplendor excutitur, quo contra iuxta vetuſtam tranſlationem ſcriptum eſt, ſcilicet, Iſaiæ capi. ſexageſimoſexto, Super quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quietum, & trementē ſermones meos, Cùm enim humilem diceret quietum, protinus adiunxit, Si ergo ira quietē mentis ſubtrahit, ſuā ſancto ſpiritui habitationē claudit. Cuius receſsione aīus vacua ad apertā mox inſaniam ducitur. Hæc beatus Gregorius. Ex quibus omnibus conſtat qui & quot ſint iræ effectus mali tam exteriores in corpore, quàm interiores in aīo. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Num ira ſit mortale ac capitale vitium & quo pacto veniale.

IN tertio capite inueſtigādū eſt ſi & qñ eſt peccatum mortale, capitale, & qñ non. Et hīc quatuor agenda ſunt. Primò, ſi ira ſemper eſt peccatū. Secundò, ſi ex genere ſuo eſt mortale. Tertiò, ſi ex genere eſt capitale. Quartò, quot modis cōtingit ipſā eſſe peccatū veniale tñ & nō mortale.

Quantùm ad primum aduerte, q hoc quæſitum pendet ex alio priori, ſcilicet, Si omnis ira eſt mala vel omnis bona vel aliqua bona, aliqua mala. Nā bene ſequitur, ſi omnis eſt mala, ſemper eſt peccatum intelligendo malum in genere moris. Oportet ergo prius hoc quæſitum reſoluere, ex quo ſtatim apparebit veritas propoſiti.

Tu igitur aduerte q, vt docuimus ſuprà, ira dicit duo, ſ. formale, quod appetitus eſt vindictæ: & materiale quòd eſt feruor ſanguinis circa cor. Quantùm ad formale, eſt ſubiectiuè in appetitu: & poteſt eſſe in appetitu ſenſitiuo ſolo, & in voluntate ſola, & in vtroq;. In appetitu ſenſitiuo ſolo eſt, quando iraſcibilis apperit vindictam de aliquo non ſecundò rectam rationem & voluntas ei repugnat. In voluntate ſola, quando ratio dictat aliquē puniendū & voluntas aſſentit: ſed, ſi iraſcibilis repugnat, putà quia puniēdus eſt amicꝰ: in vtroque autē eſt quando voluntas aſſentit rationi rectæ, & iraſcibilis obedit. Vel quando nec voluntas, nec iraſcibilis aſſentiunt rationi rectæ, ſed tendunt in oppoſitum. Si talis appetitus vindictæ ſit in iraſcibili tantū ira neque eſt bona, neque mala moraliter: ſed naturalis. Principiū ēm boni & mali moraliter eſt voluntas, vt docuimus in tractatu primo huius tertiæ partis Sī in volūtate tātùm, & cōformis rationi rectæ, bona eſt. Actus enim moralis bonꝰ eſt, qui ſit vt recta ratio dictat, vt docuimus in ſecundo & ſexto Ethicorum, Si in vtroque eſt conformis rationi rectæ, cōſtat quòd bona eſt. Si deformis rationi rectæ cùm ſit voluntaria conſtat quòd eſt mala.

Ex his conſtare tibi poteſt ſi ira ſe ſemper eſt peccatū vel non. Nam cùm peccatum ſit malum in genere moris, ira vt eſt appetitus vindictæ in primo ſenſu, cùm ſit merè naturalis, nō eſt peccatum. Nam vt ſic eſt cōmunis nobis & bruto. Præterea cùm Deus ſit autor naturæ, ſi motus naturalis iræ peccatum eſſet, Deus vtique autor eſſet peccati: quod dicere impium eſt. Nō ergo motus ille præcisè ſumptꝰ eſt peccatū. Et confirmatur dicto Chryſoſtomi de laudibus Pauli Homilia ſexta, qui inquit Cōmoueri, ſcilicet, ad iram malum non eſt, ſed irrationabiliter nulloque flagitāte iuſto negocio commoueri. Et Diuus Ambroſius, exponens illud, Ira ſcimini, & nolire peccare, inquit Ira non imperat, ſed indulget naturæ. Iram enim homo prēuenire non poteſt, mitigare poteſt. Igitur & ſi iraſcimur, affectus noſter modum recipiat, ſed ſecundum naturam: nam peccatum prēter naturā, ſcilicet eſt. Si in ſecundo ſenſu & in tertio non ſolùm nō eſt malū, imò laudabilis & bonus: & calcar ad virtutem & præcipuè ad correctionem vitij ſiue ſit in nobis, ſiue in alio, vt cùm quis appetit vindictā delinquentis ſecundū debitū iuſtitię ordinem & ad correctionem, & ad exemplum aliorū, & aduerte, quòd non ſolùm bona, ſed & neceſſaria & prēcipuè in docente, in regente, in iudicante & puniente ex officio. Vnde Chryſoſtomus ſuper Matthæum inquit: Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant nec crimina cōpeſcuntur. Itaque qui cum cauſa iraſcitur, nō peccat. Patiētia ēm irrationabilis vitia ſeminat, negligentiā nutrit: & non ſolùm malos, ſed etiā bonos ad malum inuitat: & Diuus Ambroſius in primo de Officijs inquit, Iraſcimini vbi eſt culpa, cui iraſci debeatis. Non poteſt enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur: alioquin non virtus, ſed lenitudo & remiſsio iudicatur.

Si in quarto ſenſu, conſtat quòd eſt peccatum, quoniam eſt appetitus vindictæ inordinatus: vt quando quis quærit vindictā præter ordinem iuſtitiæ, vel magis intendens ruinā & exterminationem quàm correctionem peccantis: vel ſi iudex magis ex ira quam ex iuſtitia, etiam ſtante iuſta cauſa punitionis, ſententiam profert: vnde bea. Gregor. in libro vigeſimoſexto moralium inquit: Si is, qui corrigere nititur, ira ſuperatur, opprimit antequam corrigat. Nam dum plus quā debet accenditur, ſub iuſtæ vltionis obtentu ad immanitatē crudelitatis effrænatur.

Ira vt eſt in corpore non mala ſit.

Quantùm ad materiale eſt ſubiectiuè in corpore, quoniā in corde: eſt enim ebullitio illa ſanguinis cum manifeſta alteratione, vt docuimus in capite prēcedenti, vt cū tremore & pallore, aut rubore. Vtrum ergo quantū ad materiale ſit mala

mala inuestigandum est:nam aliqui tenent quòd sic, ex eo quòd mentem perturbat,qui est effectus malus: malus autē effectus non est nisi à causa mala. Aliqui autem tenent quòd non:quoniam est merè naturale. Nam sicut ex timore restringuntur spiritus in corde, & exteriora frigescunt, sic ex ira accenduntur spiritus,& feruet sanguis,& exterio ra inflammantur.

Vt igitur scias quæ opinio vera sit aduerte, quòd ira vt passio,id est,quantū ad motū & feruorē spirituū potest ad rationem diiudicatiuam dupliciter comparari:primò, an tecedenter: secūdò,cōsequenter.Antecedēter quidē, id est vt præcedit modum,& iudicium rationis, quo determinat quomodo agenda sit punitio & vindicta:& sic ira & nō solùm ira,sed & timor,& audacia, & desperatio, & tristitia iudiciū rationis impediunt,& perturbant:quoniam animæ propriū est veritatem cognoscere in tranquillitate,id est dū quiescit à motibus passionū.Vñ in 7.Physic.dixit Arist.Animam quiescendo,& sedendo fieri prudentē.Prudentię autē est bene iudicare,vt docuimus in 6. Ethic. Cōsequenter verò, id est,postq̄ ratio iudicauit ac disposuit modum debitum in punitione seruandum,& tunc passio insurgit qua si excitata à ratione,& voluntate.vt sicut instrumentū executioni deseruiat.Et vt sic non perturbat rationis iudiciū, quoniam iam illud præcessit,sed adiuuat in exequendo: & tunc constat q̄ non est mala non est causa effectus mali, sed potius instrumentum virtutis prudentiæ executiuæ incorrectionibus & castigatione malorum. Et quod diximus de ira antecedenter & consequenter comparata iudicio rationis,confirmatur ex doctrina B.Grego.De antecedente quidem,ne ea feruēte fiat punitio,nec punitionis iudicium, sic scribit ad Mauritium Imperatorē: illa præpositorū sollicitudo vtilis est.Illa ex cautela laudabilis,in qua totum ratio agit,& furor nihil sibi vendicat,Restringenda est sub ratione potestas.Nec quid agendū prius quàm concitata ad tranquillitatē mens redeat.Nam commotionis,scilicet, irę tempore,iustum putat omne quod fecerit.

De consequente autē,vt debet executionis iusti iudicij punitiui esse instrumētum sic scribit in lib.quinto Moraliū. Curandum summopere est,ne ira,quę vt instrumentum virtutis assumitur,menti dominetur, ne quasi domina præeat: sed velut ancilla ad obsequium parata,à rationis tergo nequaquam recedat.tunc em̄ robustus contra vitia erigitur, cùm subdita rationi famulatur. Ex his omnibus constat, vtranque opinionem veram esse. Prima nanque loquitur de antecedente,secunda autem de cōsequente ira. Verùm, si in antecedente ira sit malū:q̄d propriè sit peccatum veniale,vel mortale,dicemus infrà.

Ira vt vitiū est, semper mortale peccatum est.

Quantùm ad secundū aduerte, quòd cōmuni sententia Theologi,Ira vt est vitium & peccatū est peccatum mortale ex suo genere.Importat enim radicaliter voluntatē nocendi proximo iniustè ꝓpter aliquam offensam realem, aut imaginatam præcedentem. Et versatur circa iniustam vindictam inferendam,vt circa proprium obiectum: quę quidem vindicta iniusta dicit nocumentum illatum,aut delibe ratum inferendi contra debitum iustitiæ. Debitum autem iustitię erga proximum est de præcepto naturæ, & diuinæ legis.Dicitur em̄ Matthæi cap.7.Quæcunque vultis faciant vobis homines,facite vos illis.Ergo q̄d opponitur debito iustitiæ est ex se contra præceptum Dei,ex cōsequenti peccatum mortale.Cùm igitur ira,vt vitium est, sit contra debitum iustitię,cōstat quòd ex genere suo est peccatū mortale.Et confirmatur ex doctrina euangelica.Dicit enim Sanator Matth.ca.5.Audistis,quia dictum est antiquis,Nō occides:q̄ autem occiderit,reus erit iudicio.Ego autem dico vobis,Qui irascitur fratri suo,scilicet cū intentione nocendi,& nō zelo iustitiæ,reus erit iudicio.Sed q̄ occiderit,peccat mortaliter:quoniam agit contra prȩceptum,Non occides:ergo qui irascitur modo suprādicto,est peccatum mortale.Præterea,Si ex genere suo nō esset peccatum mortale, Iacobus cap.1.nō dixisset.Ira viri iustitiam Dei non operatur, id est,non stat cum præcepto Dei.Nā in scriptura sacra iustitia Dei præceptum Dei significat:Psalmus,Iustitię domini rectè,lætificantes corda.Præterea.Si ex se nō esset peccatum mortale,B.Grego.vt allegatum est suprà, nō diceret in libro quinto moralium, quòd per iram iustitia relinquitur,concordia rumpitur:& spiritus sancti splendor excluditur.

Ira est vitiū capitale.

Quantùm ad tertium aduerte,vt dictū est in tract.de inuidia.Vitium dicitur capitale,si non solùm sit ex se peccatū mortale,sed si sit caput, & principium aliquorum vitiorū: quæ ordinentur ad eundem malū finem, ad quem ordinatur & principale.Sed vt declarabitur tibi in ca.sequenti ex vitio iræ ordinato ad iniustā,& indebitam vindictam inferendā proximo,oriuntur quamplura vitia ordinata ad eundem finem,quæ dicuntur filię irę,vt tibi declarabitur.Ergo est vitium capitale.

Sed dices,Vitium capitale est peccatū speciale:distinximus em̄ in tract.primo huius tertiæ partis in vltima distinctione peccati mortalis,peccatū mortale actuale ꝑ septem vitia specialia capitalia.Sed vitium irę nō videtur speciale, sed commune ac generale.Vitium enim speciale vni tantū virtuti opponitur,vt iniustitia tantùm iustitiæ, auaritia tantùm liberalitati,intemperantia tantùm tēperantię. Sed ira nō opponitur tantùm vni virtuti,putà mansuetudini,sed & caritati,& mansuetudini,& iustitiæ opponitur:ergo potius dicenda est vitium generale mortale ex genere suo, quàm vitiū capitale speciale,& confirmatur ex glossa super illud Prouerb.cap.29.Vir iracundus ꝓuocat rixas, in qua sic habetur:Ianua omnium vitiorū est iracundia, qua clausa virtutibus intrinsecus debetur quies:qua aperta,ad omne faci nus armatur animus.

Respondetur, licet sit speciale vitiū,quoniā versatur circa speciale obiectum:quod est vindicta indebita, tamen nō inconuenit eam opponi diuersis virtutibus,& non tantum vni,sed secundum distinctas rationes:nā quantùm ad vehementiā passionis, opponitur mansuetudini quæ est frenatiua impetus irę:quantùm ad nocumentum intentū ab irato contra proximum opponitur caritati:quantùm ad rationem apparentis iustitię,quam sibi imaginatur iratus, & ꝓpter quā sibi falsò suadet licere nocumentum inferre proximo,cùm tamē nō sit vera iustitia,opponitur veræ iustitię. Et quidē quòd irato ira sua videatur iusta,licet non sit declarat Diuus August.scribens ad Dioscorū,vbi inquit:Nulli irascenti ira sua videtur esse iniusta,& causam assignat in lib.de Cōflictu vitiorū & virtutū,vbi inquit,Ira dicit: Quę equanimiter erga te ferri nō possunt,hęc omnino patienter tolerare peccatum est,quia nisi eis cū magna exasperatione resistitur,contra te deinceps sine mensura cumulantur.

Quantū adquartū aduerte,quòd licet ira ex suo genere sit peccatum mortale, vt docuimus, tamen ex quatuor conditionibus potest non esse mortale:sed aut nullum, aut veniale solùm erit.

Primò quidem pōt considerari ira,prout importat quādam animi inquietudinem & impatientiam actualē absque tñ reali appetitu vindictę:sicut euenire solet in infirmis, & in occupatis in aliquo subtili meditando, dum distrahuntur,aut impediuntur contra voluntatem suam, & ex improuiso.Talis irę motus etiam deliberatus,aut nullum, aut solùm veniale peccatum est:quoniam non habet completam rationē irę,& prȩcipuè quò ad formale,quod est appetitus vindictę:sed tantùm habet materiale,scilicet,commotionē sanguinis & spirituum,quę naturaliter cōsurgit ex quocūque apprehenso,vt displicente & contristante.

Secundò potest ira considerari prout importat actualē impatientiam cum appetitu vindictę:& hoc tripliciter cōtingere potest:primò ex naturali complexione,aut dispositione,sicut cōtingit in melancholicis & senibus, & mulieribus,& pueris,q̄ de facili irascuntur,& malum imprecantur contra eū,cui irascuntur.Et alis ira, cùm ex dispositione naturali ꝓueniat ni adsit deliberatus animus nocendi & in graui,aut nullum,aut veniale peccatū est:secundò ex appetitu subito vindictæ nondum tamen à ratiōe deliberato, dato quòd irascens ex naturali dispositiōe nō sit pronus ad iram,& talis ira,cùm permaneat in appetitu sensitiuo, in quo non est peccatum,nisi voluntas assentiat, aut nullum, aut veniale peccatum est:tertiò. potest esse cum deliberatione nocendi,sed leuiter,sicut vir,qui iratus puero siue cū causa siue non,trahit eum per capillos,aut aures, vt moris est.Talis ira etiam quòd esset deliberata, tamen propter nocumenti paruitatem,non est iudicanda peccatum mortale,sed veniale si sit sine causa:si autem sit cum causa,putà puer quid mali commisit,erit laudabilis:quoniā est ira correctiua ac emendatiua.

His prædictis modis contingit iram,quę ex genere suo est peccatum mortale,esse aut nullum,aut veniale.Si autem quis intēdit non seruata iustitia alicui grauiter nocere: & hoc deliberato animo,proculdubio semper est peccatum mortale, quoniam directè opponitur dilectioni proximi, cui obligamur ex diuino præcepto.

Et aduerte,quòd hos gradus,quomodo,scilicet,progreditur

ditur ira à motu naturali ad culpam siue venialé, siue mortalé, designat Diuus Ambrosius in libro primo de Iacob, & beata vitâ, vbi inquit: Ira est grauissima passio, quam ratio emollit & comprimit: emolliri enim potest, eradicari nõ potest: quoniam animus, qui est rationis capax, non est suarũ passionum dominus, sed repressor. Neque enim fieri potest, vt facilis ad iracundiã nõ irascatur, sed vt ratione se temperet, indignationem cohibeat, à puniendo se reuocet. Sicut & propheta docet nos dicens Irascimini & nolite peccare, concessit quod naturæ est, negauit quod culpæ est. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT IIII.

Quotnam & quæ filiæ sint iræ.

IN quarto capite inuestigandum est quæ & quot sint eius filiæ: nam cùm probatum fuerit in capite præcedenti, irã esse vitiũ capitale, oportet eius filias assignare. Tu igitur aduerte, quòd bea. Grego. in lib. 31. Moraliũ capite trigesimo-primo, sex numerat, Inquit enim: De ira rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemiæ proferuntur. *Iræ sex sunt filiæ.*

De singulis igitur pertractandum est, & duo principaliter agenda sunt. Primò, de eorum sufficientia, & qd sit singulũ eorũ. Secundò. Si ex aliis vitiis quã ex ira oriri possũt.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd apud Theologũ ratio sufficientiæ hinc sumitur, Ira habet esse in corde, in ore, in opere. Inquantum est in corde ex ea oriuntur duo vitia. Vnũ per respectũ ad eum, contra quem iratus irascitur, alterũ p respectũ ad irascẽtem. Primũ dicitur indignatio: nam siquis alicui irascitur nõ vult eum videre, nec de eo bonũ audire, sed abhorret, & indignatur, quòd ei aliquãdo seruierit, aut benefecerit, aut defensauerit. Vnde ĩdignatio licet absolutè sumpta sit dolor perturbãs hominem, cùm videt res secundas collatas indigno, vt dicit Arist. in secundo Rhetoricorum, tamen vt est filia iræ, est qua iratus nec vult videre, nec audire eum cui irascitur. Secundũ dicitur tumor mẽtis. Nam iratus in animo suo imaginatur, & reuoluit varias se vindicandi vias, & huiusmodi cogitationibus animũ suũ replet, taliq́ repletio tumor appellatur. Quæ enim plena sunt, tumẽtia appellare solemus, vnde tumor, vt est filia irę, sic apud Theologum describitur: Tumor est conatus quidã aut audacia intentantis vindictam contra proximum, & tu mescere est implicare mentem, deliberare, ac ex proposito varijs modis se vindicandi, & in illis firmari atq; præsumere. Quid aũt sit mentis tumor, vt ex superbia ꝓcedit, dicemus infrà. Et aduerte, quòd nonnulli per tumorem exponũt clausuram iræ in corde cum excogitatione vindictæ, qua clausura ira tumet, sicut calidum in olla antequàm feruear, & euaporet, & id videtur consonũ doctrinæ beati Gregorij in libro quinto Moralium capite trigesimoprimo, vbi inquit: Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentiũ indicit, & quo se foras per linguam non exprimit, intus deterius ignoscit, & infrà.

Plerunque ira per silentium clausa intra mentem vehemẽtius æstuat, & clamosas tacita voces format: verba sibi, quibus exasperetur, obiicit: quasi in causæ examine posita, durius exasperata respondet. Sicq́ue fit, vt perturbat⁹ animus maiorẽ strepitũ sui silentij sentiat, eumq́ue graui⁹ clausa iræ flamma consumat. Vnde bene ante nos sapiens quidã dixit. Cogitationes iracundi, viperęæ sunt generationes, mẽtem comedunt matrem suam.

Inquantum autem ira est in ore, ex ea tria oriuntur vitia, quorum vnum est clamor: Secundum est contumelia: Tertiũ est blasphemia. Clamor quidem, quoniam iratus in loquendo exhalans iram confusè, inordinatè, & sonorè loquitur, & hoc est clamare. Clamor enim est sermo eleuatus, quo quis contra aliquem inordinatè, & confusè loquitur. Vnde secundum aliquos clamor dicitur quasi calamor, eo ꝙ assimilatur sono, quem reddunt calami, id est, arundines vento agitatę. Est enim strepitosus & confusus. Sic dum iratus vociferat, & clamat, magis obstrepit quàm loquatur. Cõtumelia autem, quoniam feruente ira, iratus non solũ vociferat clamans, sed in verba iniuriosa prorumpit: quæ significanẽ per contumeliam. Est enim contumelia verbum prolatum contra aliquem confusiuum ac denigratiuũ honoris, & famæ, iuxta vniuscuiusque loquentis propriũ idioma. Blasphemia verò, quoniam iratus inebriatus ira, non solùm contra proximum, sed & contra diuinum honorem euomit & hoc est blasphemare. Est enim blasphemia conuitium vel contumelia, in iniuriam creatoris, qua Deo attribuitur, quod sibi non conuenit: vel ab eo subtrahitur, quod ex sua perfectione ei conuenit.

Inquantùm ira est in opere, ex ea oritur vitiũ, quod rixa appellatur. Nam iratus nõ contentatur machinari vindictã, nec dicere iniuriosa contra eum cui irascitur: sed conatur de facto nocumentum ei violenter inferre in re, aut in persona: & id designatur per rixam: Est enim rixa audax voluntas adiuncta operi offensiuo, vindicandi iniuriam factã cũ contradictione, & resistentia alterius partis. Vnde rixa dicitur priuatũ bellum inter personã, & personã absque publica autoritate. Et sic constat tibi ratio propter quam irę assignantur sex vitia vt filiç. *Ex ira rixa oritur.*

Sed dices, non videtur sufficientia conueniens: nã odiũ computandum est inter filias iræ, quoniam oritur ex ea: nã ira crescit in odium: & August. super Psal. dicit: Ira inueterata odium est: ira turbat oculum, odium extinguit. Ira festuca est, odiũ trabs. Homines quotidie irascuntur filiis, non tñ oderũt. Insufficiẽter ergo assignauit Bea. Gregor. filias iræ.

Huic obiectioni respondebitur in immediatè sequẽtib.

Quantùm igitur ad secundum aduerte, ꝙ nõ inconuenit idem vitium secundum diuersas rationes oriri ex diuersis vitiis capitalibus: & sic erit filia pluriũ ex plurificata ratione. Vnde blasphemia quã docuimus esse filiam iræ, dupliciter considerari potest: primò, inquantùm deliberata mẽte & contemptu erga Deum prorumpit in blasphemiã: nõ existimans diuinum honorem, neque potentiam, neque bonitatem: & sic oritur ex superbia. Qua blasphemia peccauit Pharao Exodi, capite quinto, respondens Mosi & Aaron: Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israël? Nescio dominũ: & Israël non dimittam. Peccauit vt Rabsaces nuntius regis Assyriorũ, in quarto Regũ capite decimooctauo, qui, vt induceret Hebræos ad seruiendum regi blasphemans superbè, inquit. Quòd si dixeritis, In domino Deo nostro habemus fiduciam, nónne iste Deus cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & præcepit Iudæ, & Ierusalem: ante altare hoc adorabitis in Ierusalem. Secundò, inquantũ qs ex commotione sanguinis, & spiritus prorumpit in blasphemiam: & sic oritur, & est filia concepta ac parta ex ira feruẽte. Qua blasphemia peccauit Holophernes, Iudith capite quinto, qñ ira succẽsus cum magnatibus suis cõtra Achior laudantem Hebræos, dixit blasphemans: Vt sciat omnis gẽs quoniam Nabuchodonosor Deus terrę est, & prẽter ipsum alius non est. Et impius Nicanor, in primo Machabęorũ capit. septimo, qui ira succensus clamauit contra sacerdotes, Nisi tradideritis Iudam & exercitũ eius inmanus meas, cũ reuersus fuero, succendam domum istam, id est, templũ Dei Et exiit cum ira magna.

Similiter tumor mẽtis, si procedit ex magna existimatione sui & despectu aliorum, est idem quod superbia qua homo intendit super alios ire, & existimari: & in hoc sensu intelligitur illud Esther capite decimosexto, Amã filius Amadathi animo & gente Macedo in tantũ arrogantię tumorẽ sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu. Si aũt es irę commotione procedit, qua iratus audax effect⁹ excogitat varias vindicandi vias, est iræ filia.

Similiter odium, licet sępenumerò ex ira inualescente, & perseuerante procedat, tamen priorem causam habet, scilicet tristitiã: nam sicut ex delectatione causatur, & augetur amor, sic ex tristitia causatur, & inualescit odiũ. Et quoniã, vt dicemus in tractatu de Acidia, acidia est tristitia: ideo cõuenientius odium ponemus filiam acidię quàm irę. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT V.

Quàm graue sit ira vitium.

IN quinto capite agendum est de grauitate irę, vt est vitiũ capitale. Et hîc inuestigandum est de grauitate per cõparationem ad aliqua vitia capitalia: deinde comparando species iræ ad inuicem.

Quantùm ad primum aduerte, quòd apud Theologum dubitatur de grauitate irę, præcipuè comparata ad inuidiã, ad odium ad concupiscentiam carnis. Nãm cõparata inuidię videtur esse grauior: quoniam inuidia, quærit auferre bonũ proximi: est enim tristitia de bono proximi. Ira autem aufert bonum ipsiúsmet irascentis: qm̃ aufert, vel saltẽ impedit rationis vsum, vt dictũ est suprà. Cõparata autẽ odio videtur esse grauior: quoniam est causa odij, & non ecõuerso. Cõparata verò concupiscentiæ carnis videtur grauior: qm̃ est causa effectus grauioris quocunq; effectu procedẽte à cõcupiscentia carnis: hic autẽ effectus est homicidiũ. *Ira an sit grauior inuidia, odio, & concupiscentia carnis.*

Vt igitur scias quomodo ira grauior est, aut minus grauis quo ad culpãtribus prædictis, aduerte quòd nõ incõuenit eam esse grauiorem ex aliquibus circunstantiis superuenientibus

nientibus,quę tamen in ſe,& ex ſuo genere nō eſt grauior, Vnde ponitur hæc reſponſiua concluſio: Ira ex ſe & per ſe non eſt grauior,in ō minus quàm inuidia,& odium, & concupiſcentia carnis.Quantum ad inuidiam declaratur ſic:Inuidia contrariatur bono proximi, quærens abſolutè priuare ipſum,ſi poteſt:aut in parte impedire,ne ſibi remaneat ſuperior,nec æqualis.Sed ira nō quærit abſolutè malum ꝓximi, ſed ſub ratione cuiuſdā apparentis iuſtitiæ. Videtur em̄ irato iuſtum,quòd ſi offenſus eſt, reddat offenſam: Remota autem cauſa offenſæ,iratus non contrariatur proximo.Inuidus autem ſiue offendatur ab eo,cui inuidet,ſiue nō ſemper quærit priuare ipſum bono ſuo, vel ſaltē diminuere. Ergo conſtat inuidiam ex ſua natura eſſe grauiorem.

Nec obſtat quòd videtur auferre bonum iraſcentis:inuidia autem tantum bonum proximi,quoniam ira,nō directè ſed indirectè aufert bonum ipſiuſmet iraſcentis, inquantū per corporalem commotionem iræ,& perturbationem ſpirituum impediretur rationis actus.Sed inuidus directè, & per ſe cōtrariatur bono proximi.Et ideo longè grauior eſt abſolutè loquendo.

Quantum ad odium,quòd ſit abſolutè grauius quàm ira nō ſoiùm conſtat ex doctrina Auguſtini, qui in regula ſua cōparat iram feſtucæ, & odium trabi:ſed etiam ratione declaratur,quam tangit Ariſt.in 2.Rhetor.& ſtat in hoc:Ira nō intendit nocumentum proximi, niſi ſub ratione cuiuſdam imaginatæ & ſuaſæ iuſtitiæ.Non enim iratus intendit nocere,niſi eis qui ſibi,aut ſibi cōiunctis nocuerunt:vt fiat quaſi quædā recompenſatio.Sed odium poteſt eſſe contra quoſcunque extraneos dato quòd nos non læſerint:& hoc quoniam fortè eorum diſpoſitio contrariatur affectui noſtro. Prætereà Ira ſemper eſt contra ſingularem perſonam: qm̄ cauſatur ex actu aut dicto offenſiuo,actus autem ſunt ſingularium ex primo libro Metaphyſices. Odium autem poteſt eſſe contra cōmune collegium,aut tale genus hominum puta contra gulóſos vniuerſaliter,aut ſeditioſos,aut ſuſurrones,&c. Prætereà Iratus non ſtudet nocere proximo abſq; menſura,ſed pro quanto retribuat ſibi iniuriam acceptam: quia id ſibi videtur quędam iuſtitia, qua adimpleta, ſedatur, ira. Sed odiens quærit malum proximi abſque menſura:nam ſi poſſet,annihilaret illum.Prætereà,Iratus appetit,quòd ei cui nocet ex iniuria accepta innoteſcat quare ſibi nocet,vt videatur iuſtificari.Et ſæpenumerò iratus dicit aut committit ꝙ dicatur ei cui nocet:Meritò nocui tibi in hoc,quoniam tu prius nocuiſti mihi.Sed odiens dummodò noceat nocenti ſibi,non curat ſiue ſciat,ſiue non. Cùm igit̄ quatuor prædicta aggrauēt odium ſuper iram, cōſtat odiū abſolutè eſſe grauius.

Quantum ad concupiſcentiam carnis declaratur ſic:Cōcupiſcentia ideo eſt peccatum,quia inordinatè tēdit in bonum delectabile ſecundum ſenſum.Ira aût tendit in bonum quod eſt apparens iuſtum ſecundum rationem,licet non ſit verè iuſtum:nam diximus,quòd iratus ideo nocet nocenti ſibi,quia ſic videtur exigere iuſtitia.Cùm igitur bonū rationis,vel apparens,ſit melius quàm bonum ſenſus,qm̄ & ratio melior eſt quàm ſenſus,cōſtat concupiſcentiam carnis eſſe abſolutè grauiorem quàm ſit ira.

Nec obſtat,quòd odium eſt effectus iræ non enim penſatur grauitas,aut leuitas irę ex eo quòd eſt cauſa odij,ſed ex quatuor prædictis conditionibus,quibus,allueiatur ira ſupra odium & ex quatuor oppoſitis grauatur odium ſupra iram.Nec obſtat, quòd ira eſt cauſa grauioris effectus, vt homicidij,ex conſequenti videtur grauior quàm concupiſcentia carnis:hoc,inquam non ſequitur, quoniā ſtat à minori malo occaſionari maius:ſicut ex raptura Helenæ occaſionata fuit tota deſtructio Troiæ,& regni Priami:& dicit Ariſtoteles in Politicis,lites occaſionari à paruis,& creſcere in immenſum. Quòd igitur ira ſit cauſa homicidij,non eſt ex maiori grauitate,ſed ex ſua acuitate.Patet igitur quo modo ira comparata inuidiæ, & odio, & concupiſcentiæ carnis non eſt grauior.

Ira quomodo ſit homicidij cauſa

Iræ tres ſpecies.

Quantùm ad ſecundum,vt ſcias gradus grauitatis inter ſpecies iræ aduerte ꝙ Theologus aſſignat tres irę ſpecies & præcipuè Grego.Nicenus,& Damaſcen⁹ in ſecundo ſenten,ca.16.Primam appellant felleam ſiue bileam,id eſt, cholericā:& eſt ea quę de facili inſurgit,ſed cito deſinit:Secūdā dicunt maniam:& eſt ea quæ diu permanet, & cum difficultate terminatur:Tertiam dicunt furorem:& eſt ea, quæ non remittitur niſi peracta vindicta, aut inflicto ſupplicio, Theologo concordat Ariſtoteles in 4.Ethicor.vt videre poteris in Epito,noſtris ſuper Ethicen,in lib.4.in tract.de Man ſuetudine.Illic inuenies quomodo ex iratis quidā ſunt acuti,quidam amari,quidam difficiles ſiue graues. Acuti ſunt, qui citò iraſcuntur,& citò irā terminant.Amari ſunt,quorū ira diu permanet,& cum difficultate remittitur. Difficiles ſunt,quorum ira non terminatur ſine punitione Iram in prima ſpecie inuenimus in ſanctis patribus,ſicut inter Abrahā & Loth,Geneſis cap.13.inter Iacob & Laban, Geneſis cap. 29.Inter Iacob & Rachel.Geneſis cap. 30. Inter Paulum & Petrum,ad Galat.cap. 2. Iram in ſecunda ſpecie oſtendit Dauid contra Abſalon,poſtquàm occiderat Amnon fratrē ſuum,vt legimus in 2. Regum,cap. 13. & 14. Iram in tertia ſpecie ſeruauit Abſalon contra Amnon fratrem ſuum poſtquàm violauerat Thamar ſororem ſuam:noluit enim Abſalon ab ira quieſcere,donec interfecit Amnon fratrem ſuum vt legimus in 2.Reg.cap.13.

Aſſignatis tribus ſpeciebus irę, non eſt difficile videre, quæ ſit grauior,& quæ non. Conſtat enim primam eſſe leuiorem:quoniā aut eſt cum ſola impatientia animi ſine appetitu vindictæ,aut eſt cum appetitu vindictæ,ſed per modum tranſeuntis:Secunda autem grauior eſt,quoniam & firmata pmanet:& cum difficultate retrahitur ab effectu vindicandi ſe:Tertia autem grauiſsima eſt quoniam eſt cū deliberato & firmo propoſito vindictæ.& nō niſi executione vindictæ remittitur.Hæc eſt contra quam comminatur Seruator Matth.cap.18.inquiens:Sic pater veſter cæleſtis faciet vobis niſi remiſeritis vnuſquiſq; fratri veſtro de cordibus veſtris.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VI.

Quinque contra Iram aſſignantur remedia.

IN 6.cap.aſſignanda ſunt nonnulla remedia contra irā: & præcipua fundata in ſcriptura ſacra ſunt quinque.

Primum eſt ſilentium,quod quidem prodeſt contra iram alienam mitigandam & contra propriam, ne creſcat. Contra alienam quidem:quoniam ſi non reſponderis iraſcenti, auferes occaſionem multiplicandi iram contra te:ſicut qui remouet ligna ab igne,aut minuit,aut ī toto extinguit ignē. Hoc remedium datur Prouerb.cap.16.vbi dicitur: cùm defecerint lingna,extinguetur ignis.Et per ligna intendit verba,per ignem iram,Vnde ſubiungit,Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignem,ſic iracundus ſuſcitat rixas. *Silentiū irę coppeſcit.*

Contra propriā aût: quoniam ſi tacueris dum iraſceris, paulatim in te debilitatur iræ motus.Vnde ſuper illud Prouerb.cap.12.Stultus ſtatim indicat irā, dicit gloſſa:Natura irę eſt,vt ꝓlata magis ferueat,& occultata lāgueſcat.Quòd ſi ſilentium ſeruare nō potes,recede ab irato contra te: vel ab eo,contra quē iraſceris:Sicut enim qui recedit ab igne, nec amplius calefit, nec aduritur, ſed paulatim frigeſcit,ſic in ꝓpoſito.Et hoc remediū dedit Paulus Romanis c. 12.cū dicit:Nō vos defendentes cariſſimi,ſed date locū iræ.

Secundum eſt beneficium præſtitum iraſcēti, vel odiēti. Deuincitur em̄ irę rabies ex huiuſmodi humanitate. Et hoc eſt remedium memoratum à Paulo Romanis ca.12.& aſſumptū ex cap.25.Prouerbiorū:Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.Si ſitit,da illi bibere: prunas enim cōgregabis ſuper caput eius.

Tertium eſt cognitio propriorū defectuum, facilius em̄ ſuſtinemus proximi defectus,ſi noſtros conſideram⁹. Remedium hoc docuit Seruator Lucæ cap.6.cùm inquit:Quid vides feſtucam in oculo fratris tui,trabem autem, quæ in oculo tuo eſt,non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo,Frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo: & ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo,& tunc perſpices vt educas feſtum de oculo fratris tui.

Quartū eſt cōſideratio nouiſſimorū noſtrorū:id eſt, mortis,& eorū,quæ poſt mortē remanent. Tunc enim exibit ſpiritus,& corp⁹ reuertetur in terrā,& peribūt oēs cogitationes corū.Hoc remediū docuit Sapiens,vt legimus Eccleſiaſtici c.38.vbi ſic ſcribitur:Memento nouiſsimorū,& noli inimicari. Memento timorem domini, & non iraſcaris proximo.

Quintum eſt memoria eorum, quę Seruator pro nobis ſuſtinuit:& hoc eſt apud fideles ſupremum remediū: quod & Diuus Auguſtinus in libr.de cōflictu vitiorum & virtutum,vt præcipuum contra iram commemorat, dicens: Ira dicit,Quę erga te æquanimiter fieri non poſſunt, hæc omnino patienter tolerare peccatum eſt:quia niſi eis cum magna exaſperatione reſiſtatur,cōtra te deinceps ſine mēſura cumulan

cumulantur. Patientia respondet, Si passio redemptoris ad memoriam reducitur, nihil tam durũ, qđ nõ ęquè toleretur. Quanta em̃ sunt hæc, quæ patimur in comparatione illius? ille opprobria, irrisiones, cõtumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit, & nos miseri vno sermone fatigamur, vno verbo deiicimur. Hæc de præsenti capite dicta sint.

Tractatus quarti finis.

TRACTATVS QVINTVS

Tertiæ partis Philosophię Christianæ, quatuor diuisus capitibus.

¶ De Acidia.

POst cõsiderationem peractam de Ira, agendum est de Acidia, quam in primo huius tertiæ partis tractatu docuimus oriri ex ira: & confirmatur ex doctrina Beati Gregorij, qui in libro trigesimo primo Moralium, capite trigesimo primo, inquit: Ex ira quoque tristitia oritur, (accipit autẽ tristitiam pro acidia) qa turbata mens quo se inordinatè cõcutit, eò ad dicẽdũ cõfundit, & cùm dulcedinẽ trãquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex perturbatiõe subsequés mœror pascit. Hunc igitur tractatũ diuidemus in quatuor capita.

Primò, quid sit acidia.

Secundò, si est peccatum speciale, & ex genere suo mortale & capitale.

Tertiò, de filiabus eius.

Quartò, de remediis contra eam.

CAPVT I.

Qui dnam sit acidia.

IN primo capite inuestigandum est quid sit Acidia. Et qm̃ apud doctores plurib⁹ modis sumitur, ideo sunt assignãdi, vt sm vnumquemque modum diffiniatur, vt tandẽ scias in quo sensu ponitur capitale vitium ab aliis distinctum.

Acidia variè ex Doctoribus modo.

Tu igitur aduerte, q⁹ Acidia sumi cõsueuit octo modis.

Primò, ꝓ pigritia & inertia: & sic describit à Cicerone in libro Tusculanarũ quæstionũ: Acidia est pigritia, & inertia, fatigatioque animi, qua qs bonum inchoatum fastidit.

Secundò ꝓ quadam vtriusque hominis deiectione operãdo, & opere ꝓficiendo: & sic describitur à beato Gregorio in Homilia. Cur hic statis tota die ociosi: Acidia est de virtutum laudabili exercitio vtriusque hominis languida deiectio.

Tertiò, pro torpore & mentis ignauia, & sic describitur à Richardo: Acidia est torpor mentis bona inchoare negligentis.

Quartò, ꝓ quadam animi amaritudine siue tristitia immoderata. & sic describitur sm Hugonem in secundo libro de Sacramentis: Acidia est ex confusione mentis nata tristitia, siue animi amaritudo immoderata.

Quintò, ꝓ tristitia premẽte animũ circa bonũ agendũ, & sic describitur ꝓ Damascenum in secũdo sent. Acidia est tristitia mentem aggrauans, vt nil boni agere sibi libeat.

Sextò, ꝓ tædio bene operãdi, vel tristitia de bono spirituali vniuersaliter sumpto, & sic describitur apud Theologum. Acidia est tristitia, qua mens refugit bonũ spirituale cuiusque virtutis oppositæ vitio sibi correspondenti.

Septimò, pro tristitia, & horrore & detestatione diuini boni ac spiritualis, cui tenetur homo inhærere. Et sic describitur apud Theologum: Acidia est tristitia de bono diuino, inquantum diuinum est, de quo caritas gaudet.

Octauò, pro dissidentia de ꝓpriis viribus, & Dei auxilio, quo ad difficilia bona operanda atque continuanda: & sic describitur apud Theologum: Acidia est de seipso Deique auxilio concepta diffidentia in bono arduo, & laborioso operando prosequendo, atque continuando.

Constat igitur quot modis sumi consueuit acidia, & qđ sit iuxta vnumquenque modum. & aduerte q⁹ infrà determinabimus eã esse capitale vitium ab aliis distinctũ iuxta septimum modum.

De Acidia primi modi intelligitur illud Prouerbiorum capite sexto: Vade piger ad formicam, & cõsidera vias ei⁹, & disce sapientiam. Quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & cõgregat in messe quòd comedat in hyeme.

De Acidia secundi modi intelligitur illud Iacobi in Epistola, cap. 4. Nolite deficere benefacientes.

De Acidia tertij modi intelligitur illud Isidori in libro scdo Soliloquiorũ: Per torporẽ vires, & ingenũ defluunt.

De Acidia quarti modi intelligendum est illud Ioannis Cassiani in libro decimo de institutionibus monachorũ: Acidia est solitariis magis experta, & in eremo cõmorantibus infestior hostis & frequens.

De Acidia quinti modi intelligendum est illud Diui Hieronymi ad Demetriadem: Nihil in sancto proposito deterius est ocio: quod nõ solùm modò non acquirit noua, sed etiam peracta consumit. Sanctæ vitæ ratio processu gaudet & crescit, cessatione torpescit, & deficit. Quotidianis ac recentibus virtutũ incrementis instaurãda mens est: & viuẽdi hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum est.

De Acidia sexti modi itelligendũ est illud Ioannis Cassiani in libro decimo, de Institutionibus monachorũ: Maximè acidia circa horam sextã monachum inquietat, vt quædam febris ingruens tempore pręstituto, ardentissimos æstus accessionum suarum solitis ac statutis horis animę inferens ægrotanti.

De Acidia septimi modi intelligitur illud Pauli secundę ad Cor. cap. 7, Tristitia seculi id est Acidia mortem operatur, nõ potest exponi pro tristitia bona, quæ est secundum Deum, qm̃ vt illic præmittit Paulus, Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

De Acidia octaui modi intelligendum est illud Chrysostomi in lib. de lapsu: Radix desperatiõis est ignauia: (Sumit em̃ ignauiam ꝓ acidia) & nõ solùm radix, sed nutrix eius & mater. Nam sicut vestimentum & tineam generat & nutrit ita ignauia nõ solùm gignit ex se desperationẽ, sed alit & fouet. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Acidia num sit vitium mortale ac capitale.

IN secundo capite inuestigandum est si est peccatum, &c. Et hîc quatuor inuestiganda sunt: primò, si est peccatũ: secũdò, posito quòd sic: si est peccatũ speciale ab aliis distinctũ, an generale, ita quòd seruatur in quolibet alio: tertiò, posito quòd sit speciale, an ex genere suo sit mortale: quartò, an sit capitale.

Quantũ ad primum aduerte, quòd hîc intendimus de Acidia sumpta sexto & septimo modo: licet em̃ probari posset, quòd secundum oẽs modos mala est: quoniam & pigritia, & ignauia, & torpor, & animi deiectio, & dissidentia circa bonum operandum, vituperabilia sunt: tamẽ directè intendimus de Acidia secundum suum proprium significatum. Significat autẽ tristitiam & tędium boni spiritualis, & intrinseci, vt dicit Augustinus super Psal. exponens illud: Omnẽ escam abominata est anima eorum. Quòd igitur ex natura sua sit peccatũ, declaratur sic: Amor & delectatio de bono spirituali, & tristitia ac displicentia de eodẽ opposita sunt. Sed Acidia (vt docuimus) est tristitia, & displicentia de eo dẽ bono spirituali: Ergo, cùm primum sit laudabile, & meritorium, secundum est vituperabile & demeritorium: ergo est peccatum. Et confirmatur: quoniã in scriptura interdicitur: legimus em̃ in Ecclesiast. cap. 6. Subiice humerum tuum, scilicet sapientiæ, & ne acideris in vinculis eius. Cõstat igitur ipsam esse peccatum.

Quantùm ad secundũ, vt scias quando est peccatum speciale, & quando generale, aduerte, q⁹ cùm Acidia sexto & septimo modo, iuxta quos de ea hîc intendim⁹, sit tristitia, & displicentia de bono spirituali, hæc tristitia põt esse de bono spirituali tribus modis: primò, de bono spirituali indifferẽter siue cõmuniter, & sic annectitur acidia cuilibet peccato, in quo quis peccat: quoniam oĩs peccans quocunque peccato deliquerit, tristatur de bono, circa quod versatur virt⁹ illi peccato oppositæ: sicut delectatur de malo, circa qđ peccatum illud versatur: verbi gratia. Quia iracund⁹ delectatur vindicta, tristatur & refugit indulgere nocenti. Quia luxuriosus delectatur inhonesta Venere, tristatur castitate, & displicet sibi. Quia gulosus delectatur crapula, tristatur sobrietate. Quia auar⁹ delectatur rapina, tristatur liberalitate. Quoniam igitur acidia, vt significat tristitiam de bono spirituali, qđ est bonum virtutis indifferenter sumptũ, cõcomitatur omne peccatum, sicut & iniustitiã vniuersaliter sumptã, ideo, vt sic, nõ est peccatum speciale, sed vt dixi mus generale per concomitantiam, vt diximus.

Secundò modo potest esse de bono spirituali considerato sub ratione ardui & laboriosi: quoniam virtus circa

difficile verſatur, vt docuimus in ſecundo Ethicorũ, & præcipuè inquantũ impedit delectationẽ & quietem corporis, quã acidioſus indebitè quęrit, nimis indulgens carni inſurgenti contra ſpiritum: & ſic annectitur acidia particulari ratione vitiis carnalibus, quę ſunt incontinentia, intemperantia, mollities, deliciæ, gula, luxuria, nec ab eis ſeparatur. Intioluti enim in prædictis vitiis virtutis arduitate exaſperati, & voluptate canis deliniti, lætantur & gaudẽt voluptuoſis: circa quę vitia illa verſantur, & diffugiũt, abhorrent, deteſtantur oppoſita vt difficilia & impeditiua cõcupiſcentiarum ſuarũ: & vt ſic acidia non eſt vitium ſpeciale, ſed cõmune concomitans inſeparabiliter carnalia vitia: eſt tamen minus commune, quàm in primo modo: quoniã illa concomitatur omne peccatum, hæc autem determinatur ad vitia carnalia.

Tertio modo põt eſſe de bono ſpirituali diuino, inquantũ eſt diuinum. Pro cuius notitia aduerte, quòd dicitur bonum ſpirituale, quod eſt bonum virtutis: **bonum** diuinum non ſolùm, quia ſit in Deo modo, quo ſibi conuenit, ſed qm̃ communicatur nobis à Deo & per illud tendimus in Deũ, vt per iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem: & præcepit nobis Deus in lege bonum ſpirituale ſectandum & amandum: carnale aũt nõ niſi ad neceſsitatem, & modis debitis ſectandum. Qui igitur triſtatur, & dolet de bono diuino, in quantum eſt diuinum, id eſt, inquantum cõmunicatur nobis à Deo, vt medium ad Deum, & præcipitur nobis obſeruandum, hic laborat deteſtabili acidia, & in hoc ſenſu eſt peccatum ſpeciale: quoniam vitium oppoſitum ſpeciali virtuti eſt ſpeciale. Acidia autem in hoc tertio modo opponitur caritati: qm̃ caritas de bono diuino gaudet, & amat illud. Acidia autem oppoſito modo ſe habet: ergo eſt ſpeciale vitium ex ſpeciali ratiõe ſui proprij obiecti, quod eſt triſtitia de bono diuino, vt diuinum eſt.

Acidia deteſtabilis.

Quantùm ad tertium aduerte: q hic eſt duplex opinio. Quidam tenẽt, quòd ex genere ſuo non eſt niſi veniale: & ex circunſtantiis ſuperuenientibus poteſt fieri mortale. Primum ſic probant: Acidia non eſt niſi tædium de bono ſpirituali laborioſo & impeditiuo corporeæ quietis: ſed hoc de ſe non opponitur caritati. Dicit em̃ ſolùm quandã diminutionem, & remiſsionẽ feruoris caritatis: in qua diminutione feruoris ſtat peccatũ veniale, vt docuimus in tractatu primo huius tertię partis agentes de diſtinctione peccati in mortale & veniale.

Tædium ſpiritualis boni quinque ſumitur modis.

Quomodo autẽ ex circunſtantiis ſuperueniẽtib⁹ tranſeat ad mortale, ſic per gradus declarant: Tędium de bono ſpirituali laborioſo quinque modis contingere poteſt. Primò vt eſt ſolus motus naturalis: quo naturaliter homo laborem & difficultatem operandi abhorret: & huiuſmodi motus nullum eſt peccatum, ſi ſit merè naturalis: quoniam, vt ſic, non eſt in poteſtate noſtra.

Secundò, vt eſt motus appetitus ſenſitiui cõtriſtati & fatigati ex opere ſpirituali laborioſo. Et talis mot⁹, ſi eſt peccatum non eſt niſi veniale: quoniam, vt docuimus in primo tract. huius tertiæ partis, in ſenſualitate ante completã deliberationem rationis non poteſt eſſe peccatum mortale.

Tertiò, vt huiuſmodi tædium de bono ſpirituali in tantum procedit vltra motum naturalem, motumque appetit⁹ ſenſitiui, q⁹ ꝓpter ipſum homo dimittit ea adimplere, quæ ſaluti ſuæ ex vi præcepti vel alias neceſſaria ſunt. Sicut qui ex tędio laborioſi itineris ſtante ſanitate corporis, & remoto periculo non tendit ad eccleſiam pro audienda miſſa in die feſto de præcepto: & tũc talis acidia eſt peccatũ mortale: quoniam ex tali tędio abſque rationabili cauſa nõ implet legis præceptum.

Quartò, huiuſmodi tędiũ de bono ſpirituali laborioſo põt adhuc grauius tranſire tantúmque eſſe, quòd ex omiſſione boni laborioſi ſpiritualis, & ex difficultate ipſum agrediendi, homo in quandã propriæ vitę diſplicẽtiam inducitur. & exinde in deſperationem cadit. Et huiuſmodi tædium non ſolùm eſt peccatum mortale, ſed & peccatum in Spiritum ſanctum, vt diximus de eo in tract. primo huius tertiæ partis. Et hæc eſt acidia octaui modi.

Quintò huiuſmodi tædium intantũ poteſt creſcere q⁹ homo ſibiipſi manus iniiciet, & ſeipſum occidet: & tunc patet eſſe peccatum mortale grauiſsimum: quoniam magis tenetur diligere corpus proprium, quàm proximi, vt docuim⁹ in ſecunda parte in tract. de caritate. Patet igitur ſecundum hanc opinionẽ, qũo acidia, licet ex genere ſuo ſit peccatum veniale, tranſit gradatim ad mortale.

Alia eſt opinio, quę tenet acidiã ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, eò quòd Paulus ſecundæ ad Corint. capite ſeptimo, dicit triſtitiam ſeculi, per quam intendit Acidiam mortem operari. Conſtat autem, quòd peccatum veniale non operatur mortem animæ: quoniam non priuat ipſam gratia. Ergo acidia eſt de genere mortalium, ſumendo acidiam in ſeptimo modo: ſic enim de ea hîc intendimus. Et quoniam hanc opinionem tenet beat. Thomas in 2. 2. quęſt. 35. artic. 3. ideo eam intendo ſequi. Et ratio huius opinionis eſt, qm̃ acidia ſumpta 7. modo eſt triſtitia, & diſplicentia de bono diuino, modo quo expoſuimus: de quo & in quo caritas gaudet, & complacet: ergo directè opponitur caritati. Sed vitium oppoſitũ caritati directè eſt peccatũ mortale: qm̃ non ſtat caritas cum eo, cum oppoſita ſint incompoſsibilia: ſtat autem cum peccato veniali: ergo acidia, vt eſt vitium ſpeciale, eſt ex genere ſuo peccatum mortale.

Ratio autem, quam adducit præcedens opinio, nõ concludit: negandum eſt em̃ acidiam ſeptimi modi, quã diximus eſſe peccatum ſpeciale, nõ eſt aliud, quàm tædiũ ſpiritualis boni laborioſi, vt eſt impeditiuũ corporeæ quietis, ac delectationis. Nam acidiam ſic ſumptam docuimus nõ eſſe peccatũ ſpeciale, ſed generale concomitans inſeparabiliter vitia carnalia, circa quæ verſatur intemperantia, vt docuimus in ſecunda parte, in tract. de temperantia. Ex cõſequenti negandũ eſt acidiam ſeptimi modi importare tm̃ diminutionẽ feruoris caritatis: imò, vt diximus directè & ſecundum propriam rationẽ contrariatur eſſencię, & non ſolùm feruori caritatis: Ideo merito concluſimus eam ex genere ſuo eſſe peccatum mortale.

Mortale ex imperfectione actus ſit veniale.

Tu tm̃ aduerte, vt docuim⁹ ſuprà de ſuperbia & inuidia, quòd nõ inconuenit aliquod vitium eſſe ex natura ſua mortale, quod tamen ex imperfecta ratione remanet veniale (ſicut docuimus de inuidia) propter paruitatẽ obiecti: vel quia ratio nondum deliberauit. Sic in propoſito de acidia ſeptimi modi, licet ſit de genere ſuo peccatũ mortale: poteſt tamen concurrentibus q⁹buſdam conditionibus diminutiuis eſſe vel nullum peccatum, vel remanere veniale. Huiuſmodi autem conditiones poſſunt eſſe quatuor.

Acidia ex quibus nam conditionibus ſiat venialis.

Primò, accidere põt triſtitia de bono diuino ex infirmitate, & debilitate corporis, per quam reſoluuntur ſpiritus, aut ex ſenectute, aut ex maximo infortunio, quo fit homo quodammodo extra ſe. Solent em̃ hæc ſic hominem conſtituere, quòd de quocunque bono tam humano quàm diuino non videtur curare, imo potius triſtari: ſitque ſicut infirmus, q⁹ perdito appetitu, de quocũque bono cibo triſtatur. Et id conſonat ipſi nomini acidiæ, Dicitur enim acidia ab acedine: quia per eam anima quandam patitur aced. nem, id eſt: cruditatem & indiſpoſitionem, & nauſeã ſpiritualis guſtus & diuini boni. Et talis acidia, cùm proueniat ex defectu naturę ſimpliciter, ſuper quẽ nec ratio nec voluntas dominium obtinet, nullum eſt peccatum. Et hanc acidiam patiuntur viri ſancti in ſenio conſtituti: q⁹, niſi aduertant id prouenire ex defectu naturę, conſtituuntur in timore vehemẽti, ſuſpicantes ſe derelictos à Deo, & eſſe extra ſalutis ſtatum, eò q⁹ circa diuina bona ſe adeò inſipidos, frigidos, nauſeantes aduertunt. Verùm ſe animare oportet, ne in deterius labantur. Sumit em̃ hinc malus dæmon occaſionem tentandi bonos de deſperatione.

Secundò: poteſt accidere triſtitia de bono diuino, ad qđ homo non ex præcepto, ſed ex conſilio tenetur, quam triſtitiam paſſus eſt ille princeps, de quo legimus Lucæ ca. 18. quòd cùm audiſſet Ieſum dicentem, Adhuc vnũ tibi deeſt: oĩa quæcunque habes vende & da pauperibus, & habebis theſaurum in cęlo: & veni ſequere me. His auditis cõtriſtatus eſt, quia dives erat valde. Videns autem Ieſus illũ triſtẽ factum, dixit: Quàm difficilè, q⁹ pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Hęc triſtitia non eſt peccatum mortale, etiã ſi ſit cum conſenſu rationis: qm̃ conſilia non obligant ad obſeruantiam. Vnde acidia, quæ eſt peccatum mortale, nõ eſt repulſio, neque diſplicentia mentis de quocunque bono ſpirituali, ſed de bono diuino, cui neceſſe eſt mentem adhærere ex neceſsitate ſalutis. Hinc ſequitur, quòd ſi quis contriſtetur de eo, quòd aliquis eum cogit ſeruare quę ex lege & præcepto non obligatur, non eſt peccatum mortale acidię, ſed quoniam contriſtatur & refugit ea, quæ agere, & obſeruare tenetur propter Deum.

Tertiò põt accidere triſtitia de bono diuino in ſola ſenſualitate propter repugnantiã carnis ad ſpiritum, & tũc ſi nõ peruenitur ad rationis cõſenſum, eſt tm̃ peccatũ veniale ꝓpter imperfectionem actus: ſicut & in genere adulterij concupiſcentia orta in ſenſualitate, ante rationis cõſenſum

eſt tm̃ peccatū veniale. Cōſumatio tm̃ peccati eſt in cōſen ſu rationis, vt dictū eſt in tractatu primo hui' tertiæ partis.

Quartò, accidere pōt huiuſmodi triſtitia vſque ad conſenſum rationis, quæ cōſentit in fugā, & deteſtationē boni diuini obligantis hominē ad ſui obſeruantiā. Et id euenit, quoties caro omnino præualet contra ſpiritū: & tunc clarum eſt acidiam eſſe peccatum mortale.

De acidia primo modo, quę nullum eſt peccatum, intelligi poteſt illud Pſalmi, Cùm defecerit virtus noſtra, ne derelinquas nos domine.

De acidia ſecundo modo exemplū dedimus ex Euangelio Lucæ capite decimooctauo.

De acidia tertio mō loquitur Ioannes Caſsianus in libro nono, de inſtitutis cœnobiorum, dicens: Acidia eſt ſolitariis magis experta, & in eremo commorantibus infeſtior hoſtis & frequens.

De acidia quarto mō intelligitur illud Pauli ad Romanos capite ſeptimo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati quæ eſt in membris meis.

Conſtat igitur, qūo acidia eſt peccatum mortale ex genere ſuo: & quibus conditionibus aduenientibus, aut nullum, aut veniale peccatum eſt.

Quantum ad quartum nō eſt difficile oſtendere, q̄ cùm probatum fuerit acidiam eſſe peccatum ſpeciale, & ex genere ſuo mortale, eſſe etiā capitale. Nam vt ſæpe dictū eſt, vitiū ex quo manifeſtè & immediatè aliqua alia vitia oriuntur ordinata ad eundē finem, dicitur ex diffinitiōe ſua eſſe vitium capitale. Sed ex acidia oriuntur immediatè & manifeſtè alia vitia ordinata ad eundem finem malum, ad quem ordinatur acidia, & dicuntur eius filiæ. Et id totum tibi manifeſtabitur in capite ſequenti: ergo eſt vitiū capitale. Hæc de pręſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quanam & quot ſint acidiæ filiæ.

IN tertio capite agendum eſt de filiabus acidiæ: circa quarum aſsignationem nō, concordant beat. Gregor. & Iſidorus in libro de ſummo bono: Nā bea. Gregor. in libro trigeſimoprimo Moralium, ſex enumerat, vbi inquit: De triſtitia (appellat autem acidiam triſtitiam) malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mētis circa illicita naſcitur. Iſidorus aūt in libro de ſummo bono aſsignat ſeptē: quæ ſunt, ocioſitas, ſomnolentia, importunitas mētis, curioſitas, verboſitas, inquietudo, corporis īſtabilitas. Vt igitur præſens propoſitū reſoluatur, quatuor agenda ſunt. Primò, declarabitur radix differētię inter beat. Gregor. & Iſidorum. Secundò, declarabitur ſufficientia filiarum quas beat. Gregor. aſsignat. Tertiò, declarabitur qūo filiæ aſsignatæ ab Iſidoro reducuntur ad aliquas ex aſsignatis à beat. Gregor. Quartò, declarabitur, ſi huiuſmodi filię oriri poſſunt ex aliis vitiis quàm ex acidia.

Acidia eſt vitium capitale.

Quantùm ad primum aduerte, q̄ radix huius differentię oritur ex eo, quòd beat. Gregor. non diſtinguit acidiā à triſtitia, ſicut vitium à vitio diſtinctum: ſed intendit acidiam eſſe eſſentialiter triſtitiam, ita, quòd triſtitia eſt genus prædicatum de inuidia & acidia: ſed diſtinctæ differentiæ trahūt triſtitiā ad diſtinctas ſpecies: putà triſtitia de bono alieno, eſt inuidia. Triſtitia de bono diuino modo quo ſuprà expoſuimus, eſt acidia.

Iſidorus autem exiſtimat triſtitiam & acidiā eſſe duo ab inuicem diſtincta vitia. Arbitratur enim triſtitiam eſſe animi diſplicentiam, propter quam homo recedit à bono, ad qđ homo obligatur, ex eo quòd eſt graue & laborioſum.

Acidiam verò licet eſſe, inquantum homo exaſperatus grauitate & labore, quem aduertit in obſeruantia boni ſpiritualis, conuertitſe ad indebitam quietem corporalem, indulgens delectationi ſecundum ſenſum. Verū ſententia beati Gregorij rationabilior videtur: quoniā triſtitia ex ſui natura, ſecundum quam quis à graui & laborioſo opere bono recedit, vel ſecundū quam ex aliis cauſis quis triſtatur, non eſt vitium ſpeciale ab aliis diſtinctum ſed tunc ſolùm, vt ſuprà docuimus, quando triſtatur homo de bono diuino: & id ſpectat ad acidiam, vt peccatum capitale: ſicut declarauimus in capite præcedenti. propter quam triſtitiam intantū homo ſe ad indebitam quietem corporalem conuertit, inquantum diuinum bonum aſpernatur, vtpotè graue & laborioſum. Et ſic patet, quòd acidia duo importat: vnum eſſentialiter, ſcilicet triſtitiā de bono diuino: quia graue & laborioſum ad operandum & obſeruandum. Alterum conſequē ter, ſcilicet conuerſionem ad indebitam quietem & delectationem corporis: & iuxta hæc duo aſſignabitur ratio ſufficientiæ filiarum acidiæ ſecundum mentem beati Gregorij.

Filiarū acidiæ numerus.

Quantum ad ſecundū aduerte, quòd ratio ſufficientię filiarum acidiæ, quæ aſſignantur à beato Gregorio, hinc ſumitur. Cum acidia ſit triſtitia, & ea circa quæ verſatur ſint ſecundū ſenſum cōtriſtatiua, vtpotè grauia & laborioſa: acidioſus duo intendit ſcilicet fugere triſtia, & conuertere ſe ad delectabilia, in quibus ſecundū ſenſum quieſcat. Ea autem bona, quæ ſunt triſtia, vel contriſtantia acidioſum, ſunt in duplici differentia: quoniam aut ſunt finis, aut ad finem. Si finis hic eſt Deus, cui tenetur homo inhærere, & in eo ſpem ponere, & ad eum tendere. Hoc autem bonum acidioſus refugit per deſperationem. Recedit enim à Deo quia ex triſtitia mentem opprimente cadit in diffidentiā de Deo, ita quòd imaginatur ſibi impoſsibile tendere in Deū, & illi adhęrere. ideo deſperat de Deo. Eſt enim deſperatio apud Theologum receſſus à bono deſiderato propter exiſtimatam impoſſibilitatem conſequendi illud: vnde & Cicero dixit in libro quarto Tuſculanarum quęſtionū, quòd deſperatio eſt ęgritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum. Si ſunt bona ad finem, vel cadunt ſub conſilio, vel ſub præcepto ſecundum communem iuſtitiam. Si ſub conſilio, repugnant ſenſui, vtpotè ardua: quale eſt vēdere omnia & dare pauperibus: benefacere inimico non conſtituto in extrema neceſsitate. Dico, non conſtituto: quoniam ſi eſt cōſtitutus, obligor ex pręcepto, de dilectione proximi: ſeruare caſtitatē, abſtinere ſe ab eſu carniū, ſuppoponere ſe obedientiæ alicuius, cui ex præcepto con obligatur. Et huiuſmodi bona refugit acidioſus per puſillanimitatem: nam puſillanimitas, vt docuimus in quarto Ethicorum, eſt vitiū oppoſitum magnanimitati per defectum, ſicut præſumptio per exceſſum: & peccat puſillanimis, quia imaginatur ſe minus poſſe quàm poſſit: ideo ceſſat aggredi bonum, commenſuratum tamen potentię ſuę. Eodem vitio laborat acidioſus circa bona, quæ ſunt de conſilio, exiſtimans ea excedere vires ſuas. Ideo deiicitur animo, & refugit ea per vitiū puſillanimitatis ortum ex acidia. Si cadunt ſub præcepto ſecundum communem iuſtitiam, acidioſus circa ea torpet, id eſt, negligenter & remiſsè ſe habet ad illa, licet nō omittat. Eſt enim torpor remiſsio in executione boni, & præcipuè cui obligamur: Sicut ſacerdos acidioſus orat, celebrat prædicat: ſaluti proximi intendit cum torpore. Et ſic patet quòd iam habemus tres filias acidię, ſcilicet deſperationē, puſillanimitatem, & torporem: quę oriuntur ex acidia, ex eo quòd acidioſus contriſtantia refugit.

Sed aduerte, quòd acidioſus non contentatur refugere bona contriſtantia, ſiue ſint finis, ſiue ad finem: ſed vlterius ad grauiora procedens, ſtudet ea impugnare & illis reſiſtere. Quæ quidem impugnatio dupliciter fieri poteſt, ſ. indirectè & directè. Indirectè quidem, quando acidioſus reſiſtit non ipſis bonis immediatè, ſed inducentibus, & ſuadentibus, aut autoritate cogentibus ad obſeruantiā bonorum ſpiritualium: vt quando ſubditus acidioſus repugnat: prælato inducenti ipſum ad obſeruantiam alicuius cōtenti in regula. Et hæc repugnantia fit per rancorem, id eſt, per indignationem. Indignatur enim acidioſus contra hortantem & inducentem ipſum ad bonum ſpirituale. Eſt enim rancor iniuſta indignatio ſecundum Theologum contra inducentē hominem ad obſeruantiā diuini boni, & propter quam malum illi deſiderat & quærit. Directè autem, quando acidioſus non ſolùm indignatur cōtra inducentem ipſū ad bona ſpiritualia, ſed etiā deteſtatur, & reprobat ipſa bona, ſtudens impugnare eorum veritatem. Sicut religioſus malus acidioſus, qui non ſolùm refugit legem ſuam obſeruare, ſed etiam ad ſui peſsimam excuſationem impugnat contenta in lege, vtpotè, aut falſa, aut irrationabilia, aut iniuſtè mandata: & hęc impugnatio fit ex malitia, quę (vt patet) ex acidia oritur. Eſt autem malitia apud Theologum, & pręcipuè apud Diuum Ambroſium in Hexameron mentis atque animi deprauatio à tramite veritatis deuians.

Ex acidiæ quo & quæ ratione oriātur rancor ac malitia.

Et ſic patet alias duas filias acidiæ, ſcilicet, rancorē, & malitiam oriri ex ea, inquantum acidioſus refugit contriſtantia. Inquantum autem ad quietem corporalem, & exteriora delectabilia ſe conuertit, ex ea naſcitur mentis vagatio per illicita: nam quia in nullo exteriori delectabili ſatiatur, nec à deſiderio quieſcit, ideo modò hoc, modò illud delectabile quærit. Hinc eſt, quòd acidioſi & otioſi neſciūt vacare niſi ludis, fabulis, crapulis auditionibus, & narrationibus

nibus nouorũ,quæ plerunque sunt falsa, ita quòd cùm sint vacui mente,replentur eorũ sensus nugis, & vento: & hoc propriè est mente per illicita & inutilia vagare. Vnde vagi propriẽ dicuntur,qui vt vacui,id est,sine honestis negociis viuentes modò huc,modò illuc,inutiliter discurrunt,tempus infructuosè dispensantes. Et sic habemus sextam filiã, quæ est mentis vagatio p illicita & infructuosa,ortum habens ex detestabili acidia.Constat igitur ratio, quare sm beatum Gregorium sex sunt acidiæ filiæ.

Quantùm ad tertiũ,vt scias quo filiæ assignatæ ab Isidoro de tristitia,& acidia reducantur ad eas,quas numerauit beatus Gregorius aduerte, q̃ Isidorus ex tristitia arbitratus est quatuor nasci,quæ sunt,rancor,pusillanimitas,amaritudo,desperatio.Ex acidia autẽ septem quæ sunt, ociositas,somnolentia,importunitas mẽtis,curiositas,verbositas inquietudo,instabilitas corporis.Quatuor quidem assignatæ tristitiæ concordant cum assignatis à beato Gregorio: nam,vt patet ex prędictis,Gregorius expressè posuit rancorẽ,& pusillanimitatem,& desperationem,amaritudinem autem latenter posuit: continetur enim in rancore, sicut effectus in causa.Aliæ septem assignatæ ab Isidoro, vt filiæ acidiæ reducuntur,duę quidem ad torporem,quinque autẽ ad vagationem mentis,Ad torporem reducuntur ociositas,& somnolẽtia.Nã ociosus in bonis spiritualibus prætermittit quę sunt præcepta Somnolentus autẽ negligenter ea adimplet:vterque autẽ subtorpente continetur. Qui enim torpet,aut amittit agere,aut negligenter agit. Ad mẽtis vagationem reducuntur aliæ quinque sub diuersa ratione.Nam qui mentis vagationem patitur intrinsecus animo multa reuoluit,& in eis se instabiliter diffundit,modò hoc, modò illud cogitans,& proponens agere;deinde propositum reuocat,& ad alia se transfert & in nullo,aut vix,se determinat.Hęc intrinseca variatio,quę profectò est secreta mentis vagatio,dicitur mẽtis importunitas,quæ significat mentis inquietudinẽ,perturbationem,& molestiam. Vnde virum importunum dicimus procacem,inquietum,& molestiam proximo inferentẽ.Præterea vagus mente, id est in seipso vacuus libenter occupat se in p̃scrutandis,& cognoscendis rebus aliorũ, seipsum relinquens,& alios quasi curare volens.Hęc dicitur curiositas,quæ est mẽtis vagatio ĩ alienis inuiliter cognoscendis atque iudicandis. Præterea vagus mẽte in verbis & fabulis diem infructuosè cõsumit. Hæc est verbositas.Præterea vagus mente, motibus partiũ corporis,vt agitatiõe manuum,agitatione capitis, incessu interrupto,tibiarum motu se vacuum mente ostendit.Talis autẽ motuum & nutuum in partibus corporis agitatio, dicitur inquietudo.Præterea vagus mẽte de quocunque leui, & de quacunque mora in eodem loco fatiditur:ideo quærit dietim loca mutare, modò huc modò illuc discurrens, gradiens & regrediens,ita quòd sicut mente,sic nec corpore stabilitur.Hæc locorum vagatio,quæ à mentis vagatione originẽ trahit,dicitur ab Isidoro corporis instabilitas. Contra quam Seneca ad Lucillum Epistola 71. inquit: Mucare te loca.& de alio in alium ire nolo, primum quia tam frequens mutatio instabilis animi est.Qui coalescere ocio non potest,nisi desierit circunspicere & errare. Vt animum possis continere,corporis tibi fugã fiste. Deinde plurima remedia continuata proficiunt. Et in Epistola secunda,inquit:Bonam spem de te concipio,quòd nõ discurris,nec locorũ mutationibus inquietaris.Aegri animi est ista vagatio. Constat igitur,quomodo filiæ acidiæ & tristitiæ assignatæ ab Isidoro non discordant in re ab assignatis à beato Gregorio.

Curiositas ex acidia oritur.

Quantùm ad secundum aduerte,quòd non inconuenit prædicta vitia in vno sensu esse filias acidiæ, in alio autem non:& incipiendo à malitia aduerte,quòd duob⁹ modis sumitur.Primò,in sua generalitate,& sic circundat omne vitium:sicut em̃ omnis virtus est quædam bonitas, sic omne vitium est quædã malitia: & in hoc sensu intelligitur illud Psalmi Quid gloriaris in malitia,id est in prauitate vitæ.Et vt sic non est specialis filia acidiæ. sed genus prædicatũ de omni vitio.Secundò,pro hac particulari ratione, inquantum importat impugnationem & reprobationem spiritualium bonorum,& vt sic est filia acidię, vt docuimus, rancor dupliciter sumitur:primò,pro odio,quo quis de proximo ex firmata ira vindictam quærit, & vindicandi tempus obseruat:Et sic est iræ filia.Secundò, p indignatione contra inducentem hominem ad diuina & spiritualia bona: & sic,vt docuimus,est filia acidię. Pusillanimitas & desperatio possunt dupliciter considerari.Primò, inquantum sunt in irascibili & sic non videntur conuenire acidiæ, quæ est in concupiscibili:nam acidia est tristitia,& tristitia sicut delectatio est in concupiscibili.Secundò, inquantùm omnes passiones irascibilis oriuntur ex passionibus cõcupiscibilis,vt docuimus in tertio de Anima,in tractatu de potentia motiua,& in secundo Ethicorũ:& sic nõ conuenit pusillanimitatem & desperationem oriri ex acidia,inquantum est tristitia de bonis spiritualibus.Torpor aliquando significat displicentiam,& tædium bonorum spiritualium, & vt sic non est filia acidiæ,sed idem realiter cum acidia:quam nominamus aliquando nomine ignauię:& aliquando nomine tædij aliquando nomine torporis: aliquando autem significat effectum acidiæ prout acidia causat remissionem, & deiectionem animi circa præcepta seruanda:& vt sic est filia acdiæ, vt docuimus suprà. Euagatio autem mentis ad duo comparari potest:Primò ad principium, ex quo occasionem sumit.Secundò,ad terminum,propter quem intenditur & fit.Ratione primi est filia acidię: nam cùm sit tristitia,& tristitia premat cor:acidiosus vt diffugiat huiusmodi tristitiam,quærit per diuersa euagare secundũ mentem, vt ab huiusmodi tristitia per diuersionem subleuetur:& sic intendit per euagationem mentis,aut qualemcunque lętitiã,aut alleuiationem tristitiæ.& sic patet, quòd euagatio mentis licet quò ad terminũ intentum non sit filia acidiæ, est tñ quo ad principium vnde prouenit.Cõstat igitur,qũo prædictæ sex filiæ acidiæ,sunt eius filiæ: & qũo & in quo sensu abundè prouenire, aut ad aliud terminari possunt. Hæc de prẽsenti capite dicta sint.

CAPVT IIII.

Quænam sint accidiæ remedia.

IN quarto capite agendũ est de remediis contra acidiam: & prẽcipua apud doctores sacros sunt quinque: Primũ, est bonarum occupationum continuata diuersitas. nam sicut desideria occidunt pigrum, vt dicitur Prouerbiorum cap.21.sic occupatio bona excutit acidiam.Vnde Hieronymus ad Rusticum monachum inquit,Facito aliquid operis, vt diabolus semper te inueniat occupatum. Oportet autẽ in diuersis bene occupari:quoniam, vt docuimus in libro 9 Ethic mutabilitas humanæ naturę pro hac vita non põt in vno semper delectari.sed oportet ab vno ad aliud transire:vt delectatio ex diuersitate operationum renouetur. Vnde viri sancti docent manciparum diuino obsequio sępius ac sæpius bona opera diuersificare, vt modò legant, modò orent,modò psallant,modò manibus laborent,vt,acidiæ vitium propellant.

Secundũ,est incertitudo horæ mortis.Et hoc remedium docuit nos Seruator in Euangelio Matthęi ca.12.& 13.cùm dicit: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit.& per vigiliã intendit fugam acidiæ, quę somnolentiam parit,vt docuimus suprà.Ad idem tẽdit parabola de decẽ virginibus fatuis Matthæi cap.25.de quibus dicitur quòd dormitauerunt oẽs & dormierũt id est,acidiosæ vixerunt:Ideo clausa fuit eis ianua regni. Nam, vt inquit pontifex Leo in sermone de apparitione non dormientibus prouenit regnũ cęlorũ:nec ocio & desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur.

Tertiũ est cõsideratio copiosi præmij post vitæ præsentis labores.Hæc em̃ animum corroborat, & torporem excutit Vnde inquit diuus August.Labor te terret?Vide mercedẽ.Et dominus(vt legimus Genes.cap.15.) excitans Abraham ad laborem, sustinentiamque difficilium,à quibus nos reuocat acidia inquit:Noli timere Abrahã:ego protector tuus,& merces tua magna nimis.

Quartum,est bonorum societas:se enim mutuo hortantur,& excitant simulque adiuuant: & quem viderint debilitari ĩ bono,simul roborare cõtendunt:sicut Aaron,& Hur sustentabant manus Mosi,dum pugnaret contra Amalec.vt legimus Exodi cap.17.Hac de causa dicitur Ecclesiastes ca. 4.Melius est ergo duos esse simul quàm vnum:habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero sulcietur.

Quintum est recognitio beneficiorũ Dei,quæ ex sui natura excitare debent hominem in amorem & lætitiam bonorum diuinorum,quibus opponitur.Acidia,cùm sit tristitia de bonis spiritualibus,vt docuim⁹ suprà.Et hic est ignis, quem iubet Deus seruari,& ardere semper in altari suo, id est in corde,vt legimus Leuitici capite sexto.Hæc de præsenti capite dicta sint.

Tractatus quinti finis.

TRACT

TRACTATVS SEXTVS
Tertię partis Philoſophiæ Chriſtianæ, in ſex capita diuiſus.

¶ De Auaritia.

PEracta conſideratione de Acidia ex ordine doctrinæ agendum eſt de Auaritia. Nam ex acidia, vt teſtatur beat. Gregor. in libro trigeſimo primo Moralium, ruit acidioſus in auaritiam. Vnde inquit Triſtitia quoque, id eſt, acidia ad auaritiam deriuatur: quia dum cõfuſum cor bonum lætitię in ſemetipſo int' amiſerit, vnde cõſolari debeat foris quærit: & tanto magis exteriora bona adipiſci deſiderat, quanto gaudiũ non habet ad quæ intrinſecus recurrat. Hunc igitur tractatũ de auaritia diſponentes in ſex cap. diuidemus.

Primò, quid ſit auaritia.
Secundo, ſi eſt peccatum ſpeciale, mortale capitale.
Tertiò, cuius grauitatis ſit.
Quartò, de ſpeciebus eius, & præcipuè de vſura,
Quintò, de filiabus eius.
Sextò, de remediis contra eam.

CAPVT I.
Quidnam ſit auaritia.

IN primo capite inueſtigandum eſt q̃d ſit auaritia: & hîc tria agenda ſunt. Primò præponitur duplex diſtinctio de auaritia. Secundò: declarabitur à quo & cui nomen ipſum imponitur. Tertiò, diffinietur iuxta modos diſtinctionis, & tibi manifeſtabitur quid ſit inquantum eſt capitale vitium: quoniam de ea hîc intendimus loqui.

Quatùm ad primum aduerte iuxta doctrinã Diui Auguſtini, in libro vndecimo, ſuper Geneſim ad literã, quòd auaritia dupliciter ſumi poteſt. Primo: abſolutè & generaliter. Secundò, determinatè & ſpecificè. Primo modo ſignificat inordinatum appetitum habendi quodcunque bonum. Secundo modo ſignificat inordinatũ appetitũ habendi bona fortunæ, quæ ſunt poſſeſsiones, pecuniæ, & alia.

Secunda diſtinctio ſit hæc: Cùm circa poſſeſsiones & pecunias verſentur duę virtutes, vt docuimus in quarto & quinto Ethicorum, ſ. liberalitas & iuſtitia, præcipuè commutatiua: auaritia determinatè, & ſpecificè ſumpta põt cõſiderari, vt opponitur iuſtitię, & vt opponitur liberalitati. Diffinienda eſt igit' abſolutè ſumpta, & determinatè accepta, & vt opponitur iuſtitiæ, & vt opponitur liberalitati: ne fm aliquem ex prædictis modis incognita tibi relinquatur.

Auaritia nomẽ vnde ſumptum fuerit.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ auaritia imponitur prima impoſitione ab auiditate æris, ſiue pecuniæ, quæ fit ex ære præcipuè argento. Vnde auarus fm Iſidorum in libro Etymo. dicitur quaſi auidus æris. Et id conſonat termino Græco. Nam Græcè auaritia philargiria dicitur: eſt autẽ philos amor, & argirion argentũ, quaſi amor, & cupiditas argenti, ex quo pecunia cuditur: licet autem imponatur ab amore, & auiditate inordinata argenti, nõ tamen cõſueuimus vti hoc nomine ſine auaritia ad ſignificandũ ſolã inordinatã auiditatem pecuniæ, ſed ad quamcunque inordinatam cupiditatem aliquid habendi, ſiue ad animum, ſiue ad corpus ſpectet. Quamuis ergo ab aliqua ſpeciali materia, id eſt, ab argenti, ſiue pecuniæ auiditate impoſitum nomen fuerit, tamen ſecundum aliquam ſimilitudinem ad quodcunque aliud bonum inordinatè concupitum ſignificandũ transfertur. Et hęc eſt doctrina Diui Auguſtini in libro tertio, de libero arbitrio, vbi inquit: Auaritia, quę Græcè philargiria dicitur, non in ſolo argento, vnde nomẽ duxiſſe ſonat, ſed in omnibus rebus, quæ immoderatè cupiuntur intelligenda eſt: vbicũque omnino plus vult quiſque quàm ſatis. Hęc autem auaritia cupiditas eſt: cupiditas verò eſt improba voluntas. Conſtat ergo à quo, & cui hoc nomen auaritia impoſitum ſit. Nam à materia ſpeciali impoſitum eſt, ad ſignificandum materiam ſpecialem, & vniuerſalem tranſlatum, & amplificatum eſt.

Quantũ ad tertium aduerte, quòd auaritia abſolutè, & generaliter ſumpta apud Theologum, & præcipuè diuum Auguſtinum in tertio libro de libero arbitrio, ſic diffinitur: Auaritia eſt quarumlibet rerũ inſatiabilis & inhoneſta cupido. Item ſic: Auaritia eſt inordinatus amor habendi. Et in hoc ſenſu gloriæ, honoris, dominij, ſcientiæ, diuitiarum, & reliquorũ bonorum cupiditates immoderatæ ſub auaritia vniuerſaliter ſumpta cõtinentur. Et de ea intelligitur illud Pauli ad Philippenſes cap. 2. Hoc ſentite in vobis, q̃d & in Chriſto Ieſu: qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo.

Auaritia autem determinatè & ſpecificè ſumpta, vt verſatur affectu inordinato circa pecuniam, ſumendo pecuniã pro omni bono temporali, quod in nummum commutari poteſt, ſic diffinitur apud Theologum: Auaritia eſt inordinata cupiditas amandi, acquirendi, retinendiq̃ pecuniã. Apud Ciceronẽ autem in lib. 4. Tuſcul. quæſt. ſic diffinitur: Auaritia eſt vehemens opinio de pecunia, quaſi valde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita.

Diuus autem Paulus ad Galat. cap. 5 & ad Epheſios cap. quinto, dicit, quòd auaritia, ſcilicet quę circa pecuniã verſatur, eſt idolorum ſeruitus. Quod ſic intelligendum eſt: Auaritia ideo eſt idolorum ſeruitus, quia auarus deteſtabili auaritia detentus, prout eſt capitale vitium, creaturæ exhibet quod eſt debitum creatori, ſcilicet fidem, ſpẽ, dilectionem in ſummo. Nam in pecuniæ theſauro, vt in eo vnde ſibi omne bonum prouenturum credit, ipſem ſuam conſtituit: & ex inde in immenſum eius amorem ſurgit. Hac de cauſa beatus Gregorius in regiſtro, auaritiam ad infidelitatem reducit, inquiens Cùm omnis auaritia idolorũ ſit ſeruitus, quiſquis hanc, & maximè in dandis honoribus Eccleſiſticis nõ præcauet, infidelitatis perditioni ſubiicitur, etia ſi tenere fidem verbis, quam facto negat, videatur.

Auaritia ſpecificè ſumpta, vt opponitur iuſtitiæ, ſic diffinitur: Auaritia eſt vitium, quo quis accipit, aut detinet aliena contra debitum iuſtitiæ. De modis autẽ q̃bus auarus accipit aut detinet alienum contra iuſtitiam, dicemus infrà.

Vt aũt opponitur liberalitati ſic diffinitur: Auaritia eſt vitium p̃ exceſſum in amando, acquirẽdo, retinendo pecuniam etiam modo licito: & eſt vitium p̃ defectum in communicatione, & emiſsione pecuniæ. Verũ de auaritia oppoſita liberalitati ſatis diximus í libro quarto Ethicorũ, ideo hîc circa eam non multùm immorabimur. Intentio enim noſtra eſt loqui de ea, vt eſt contra iuſtitiam. & caritatem: quoniam hinc pendet grauitas culpæ, quę inuenitur in ea. Cõſtat igitur q̃d ſit auaritia vniuerſaliter & ſpecificè ſumpta & vt opponitur iuſtitię, & liberalitati. Hęc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT II.
Quo pacto auaritia ſit generale ac ſpeciale vitium.

IN 2. cap. inueſtigandum eſt, ſi auaritia eſt peccatum, &c. Et hic quatuor agenda ſunt. Primò ſi eſt peccatum, ſecundo, poſito quòd ſic, ſi eſt peccatum generale, an ſpeciale ab aliis diſtinctum, tertiò, poſito q̃ ſit ſpeciale, ſi eſt mortale ex genere ſuo: quartò poſito q̃ ſit mortale, ſi eſt capitale.

Quantùm ad primũ ponitur cõcluſio absque exceptione aliqua. Auaritia vt auaritia, peccatum eſt: probatur, Auaritia generaliter & ſpecificè ſumpta eſt inordinatus amor, & inſatiabilis cupido rerum temporalium: ergo peccatum eſt. Antecedens patet ex capite præcedenti, conſequentia nota: quoniam inordinatio in appetitu eſt contra dictamen rationis rectæ. Dictat enim ratio bona temporalia, quę non ſunt felicitas, ſed ad felicitatem ordinata, debita menſura atque debitis circunſtantiis amanda eſſe, & deſideranda, & acquirenda & poſsidenda, & communicanda. Cùm igitur auaritia in huiuſmodi bonis neque menſurã neque debitas ſeruet circunſtantias, conſtat quòd eſt peccatum. Prætereà, vt docuimus in capite præcedenti, opponitur iuſtitiæ, & liberalitati: quod autem opponitur virtuti, peccatum eſt: ergo, &c. Prætereà, Si non eſſet peccatum, non prohiberetur in ſcriptura ſacra. Dicit autem Seruator Lucæ cap. 12. Videte, & cauete ab omni auaritia. Et Paulus ad Hebr. cap. vltimo. Sint mores ſine auaritia, cõtenti præſentibus. Ipſe enim dixit. Non te deſerã neque derelinquam, ita vt cõfidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

Auaritia eſt peccatũ ſemper.

Auaritia generale peccatum eſt, ſi generaliter capitur.

Quantũ ad ſecundũ aduerte, quòd auaritia iuxta diſtinctionem primã aſsignatam in cap. præcedenti, generaliter ſumpta non eſt ſpeciale, ſed generale peccatum: nã cùm ſit inordinatus amor habendi. & homo nõ ſolum deſiderat, & amat inordinatè habere pecuniã, circa quã verſat auaritia ſpecificè ſumpta, ſed honores, voluptates, principat', & cætera mutabilia bona ſiue ſpectẽt ad animũ, ſiue ad corpus: ſequitur q̃ auaritia generaliter ſumpta nõ diſtinguitur ab aliis capitalibus vitiis, ſed ea inſeparabiliter cõtomitatur. Vbi enim eſt ſuperbia, ibi eſt inordinatus appetit' habendi excellen

excellentiã ſuper alios. Vbi ira, ibi inordinatus amor habẽdi vindictam pro iniuria ſibi illata. Vbi gula & luxuria, ibi cupido inordinata voluptatum: vbi vana gloria, ibi ſcientiæ & altitudinis cupido ſupra debitum modum ambitur. Cùm igitur vt ſic circundet alia vitia, non eſt ſpeciale peccatũ, ſed potius cõditio generalis adiuncta aliis ſpecificis vitiis. Hac de cauſa dictũ eſt à Paulo primæ ad Timot. cap. 6. q̃ radix (ſcilicet tanquam vitium generale) omniũ malorum eſt cupiditas.

Auaritia ſpecificè accepta eſt ſpeciale vitiũ.

Specificè autẽ & determinatè ſumpta, eſt peccatum ab aliis diſtinctum, qđ ſic declaratur: Auaritia ſpecificè ſumpta verſatur circa particulare obiectum, ab obiectis aliorũ vitiorũ diſtinctum: quod eſt pecunia inordinatè cõcupita, acquiſita, retenta, non debitè cõmunicata: ergo eſt ſpeciale vitium. Antecedens patet ex cap. præcedenti, cõſequẽtia nota: qm̃, vt docuimus in ſecundo libro de Anima, ſicut habitus tam practicus quàm ſpeculatiuus, tam bonus quàm malus moraliter recipit vnitatem ab vnitate obiecti forma liter ſumpti, ſic diſtinctionẽ, & pluralitatẽ accipit à diſtinctiõe & pluralitate formali ſui obiecti: verbi gratia, Auaritia determinatè ſumpta diſtinguitur à gula & luxuria: quoniã hæc circa bonum vtile, illę autẽ circa bonũ delectabile verſantur. Prętereà, Paulus ad Rom. ca. 1. diſtinguit auaritiam ab aliis vitiis, quæ illic numerat ineſſe infidelibus idololatris Deum negantibus, inquit enim: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ nõ conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, &c. Conſtat ergo quomodo auaritia eſt peccatum ſpeciale: & quomodo non.

Quantum ad tertium aduerte vt ſcias qũo eſt peccatum mortale ex ſuo genere, & qũo non: quod poteſt cõſiderari, vt opponitur iuſtitiæ: & vt opponitur liberalitati. Et hîc tria agenda ſunt. primò, ꝓbabitur, quòd vt opponitur iuſtitię eſt de genere ſuo peccatum mortale. ſecundò, quòd vt opponitur libralitati, non eſt de genere ſuo peccatum mortale. tertiò, deſcendemus ad particulares modos, in quibus tibi manifeſtabitur: quando eſt peccatum mortale, & quãdo veniale, & quando nullum.

Auaritia vt iuſtitia ad uerſatur, mortale peccatum eſt.

Quantum ad primum ponitur hæc cõcluſio: Auaritia, vt opponitur iuſtitiæ, eſt de genere ſuo peccatum mortale. ꝓbatur: Ad auaritiam, vt opponitur iuſtitię, ſpectat quòd q̃s iniuſtè accipiat: vel retineat res alienas, inuito domino rei. Accipere autẽ, vel retinere iniuſtè res alienas, inuito domino, pertinet ad furtum, vel rapinam, quę ſunt ex ſe peccata mortalia: quoniam diuino præcepto prohibita ſunt. Nã in lege Decalogi dicitur, Non facies furtum, Nõ concupiſces rem proximi tui, &c: ergo cõſtat auaritiam oppoſitam iuſtitię eſſe peccatum mortale ex genere ſuo. Prætereà, auaritia vt opponitur iuſtitiæ, facit hominem dignũ morte quo ad animam ſecundũ Paulum ad Rom. cap. 1. nam cùm præmiſiſſet, Repletos omni iniquitate, fornicatione, auaritia, ſubdit, Qui talia agunt digni ſunt morte: ergo eſt peccatũ mortale ex genere ſuo. Tu tñ aduerte, quòd, vt dixim⁹ ſuprà de aliis vitiis capitalib⁹, licet ex genere ſuo ſint peccata mortalia, tñ ex aliquibus conditionibus poſſunt remanere venialia: putà, ſi motus rapiendi aliena eſſet in ſenſualitate, non deliberatus p rationem, vel ſi eſſet de re modici momenti.

Auaritia aput liberalitatis aduerſatur non ſemper mortale peccatum eſt.

Quantùm ad ſecundũ ponitur hæc concluſio. Auaritia, vt opponitur liberalitati, abſtrahit à mortali, & à veniali: qm̃ pro aliquo caſu eſt peccatum mortale, & pro aliquo eſt veniale: verbi gratia, Cùm auaritia, vt opponitur liberalitati, importet inordinatum diuitiarum affectum, ſi talis affectus adeò creſcat, q̃ quis ꝓpter diuitias agat contra caritatẽ Dei & proximi, erit peccatum mortale. Sicut ille, q̃ videt fratrẽ ſuũ extremè egere, & nõ tribuit illi: & hæc eſt auaritia, de qua loquitur Ioannes in Epiſtola prima: capite tertio, dicens: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in illo. Si autem affect⁹ ille ſiſtat infra limites caritatis, ita quòd licet homo inordinatè amet diuitias, & eas retineat, nec libenter diſtribuat, tamen propter hoc non ageret quid contra diuinum præceptum, ſed tantum contriſtaretur, ſicut ille, de quo legimus Marci capite decimo, quòd cùm ei dixiſſet Seruator, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperib⁹, quo audito abiit triſtis: eſt peccatum veniale, vt infrà magis explicabimus.

Quantùm ad tertium, vt ſcias magis in particulari mõ, quibus auaritia eſt peccatum mortale, & quibus non, pono talem diſtinctionem; Cùm auaritia determinatè ſumpta, id eſt, vt verſatur circa pecuniã, ſumendo pecuniam pro quolibet fortunæ bono, quod in pecuniam commutari poteſt, ſit immoderatus amor circa huiuſmodi bona, talis immoderatus amor poteſt in tribus conſiſtere.

Primò, in appetendo bona prædicta.

Secundò, in acquirendo.

Tertiò, in retinendo, & non diſtribuendo.

Si in appetendo, talis amor incordinat⁹ poteſt quinque modis contingere.

Auaritia appetit⁹ vbi mortale vitiũ eſſe contingit.

Primò, põt quis appetere aliena appetitu completo & deliberato, ita quòd ſi facultas adeſſet, exiret in opus & raperet occultè vel publicè. Et hęc auaritia eſt peccatũ mortale, ſi talis appetitus eſt de re aliena cũ euidenti & notabili damno proximi. Eſt em̃ contra illud Decalogi præceptũ, Non concupiſces rem proximi tui, non bouem, nõ aſinum, non ancillam. &c.

Secundò, põt quis appetere appetitu completo, & deliberato non quidẽ aliena, ſed illicita ſibi, id eſt, quibus non eſt dignus: putà quis cognoſcit ſe, vel poteſt ſe cognoſcere eſſe indignum tali officio, vel beneficio, quod exercendum eſt per virum doctum, prudentem, & grauem. Se autem cognoſcit rudem non aptum⁹ ad diſciplinam, imprudentem, natura leuem & inconſtantem: tunc eſt peccatum mortale: quoniam de ſeipſo peſsima prę ſumit, & in damnum proximi. & præcipuè ſi huiuſmodi officium ſit ſubditorum regitiuum: quales ſunt ſacerdotes animarum curatores, de quibus dicitur Oſeæ cap. 4. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi.

Tertiò, poteſt quis appetere non aliena nec illicita, ſed ſuperflua, & quibus nõ indiget appetitu deliberato adeò intẽſo, & ardenti, quòd mens ex eo oppreſſa impediatur omnino à conſideratione eorum, quæ ad eius ſalutem ſpectant. Et hęc eſt illa pernicioſa auaritia, quæ in ſcriptura ſacra cura ſeculi, & anxia ſollicitudo dicitur, de qua intelligitur illud Matthęi capite decimotertio: Sollicitudo huius ſeculi, & fallacia diuitiarũ ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur. Hãc ꝓhibuit Seruator Matthæi capite ſexto, cùm dixit: Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, q̃d manducabimus: aut quid bibemus, aut quo operiemur: &c. Et aduerte, quòd nõ intendit Seruator prohibere diligentiam & laborem quęrendi victum, ſed talem affectum, quòd non videtur homo aliud curare, neque de diuino honore, neque de obſeruantia legis diuinæ, neque de animæ ſalute: qualem ſollicitudinem gentes habent, quę Deum ignorant. Hanc igitur prohibet Seruator, vtpotè aduerſantem humanæ ſaluti. Et Paulus de eadem intẽdit ſcribens ad Corinthios, Epiſtola prima, capite ſeptimo, cùm dicit: Prętерit figura hui⁹ mundi. Volo autẽ vos ſine ſollicitudine eſſe. Hæc igitur auaritia in tam ardenti affectu ſuffocante, & deprimente mentem, ita vt ſuæ ſalutis fiat immemor, vtique eſt peccatum mortale: quoniam conuertit mentem omnino ad bonum creatum, abſque cura propriæ ſalutis.

Quartò, poteſt q̃s appetere aliena, vel illicita appetitu completo, & deliberato, nõ tamen abſolutè, ſed conditionatè: putà, ſi Deus non offenderetur, nec proximus aliter non. Et tunc manifeſtum eſt, quòd aut nullum, aut veniale peccatum eſt: quoniam non recedit ab ordine caritatis. Et aduerte, quòd ſufficit hunc affectum eſſe conditionatũ cõditione actualiter vel habitualiter poſita. Ponitur autem habitualiter, quando homo aſſuetus eſt in deſideriis ſuis intendere, nec Deum, nec proximum velle offendere.

Tu tamen aduerte id intelligendum eſſe, dũmodo appetens ſic cõditionatè, nõ vanè ſe nutriat ac perdat in huiuſmodi affectibus cõditionatis omittens bonum illud agere, ad quod ex lege tenetur. Et dummodo paulatim nõ aſſuefaciat malum habitum in ſe generare, quẽ cùm voluerit, remouere non poſsit. Tunc enim pararet in ſeipſo diſpoſitionem ad mortale.

Quintò, quis poteſt appetere ſuperflua, & quibus nõ indiget appetitu inordinato, nõ tamen tali quòd opponatur diuino amori, & ꝓximi: nec obſeruantiæ diuinorum præceptorum, nec poſtponat curam ſalutis ſuę. Et tunc eſt veniale tantùm. Et hoc laborant, vt in pluribus patresfamilias: & qui poſteris hęreditatem parant, quibus tamen vigilandum eſt, ne ad iniuſtas lucrandi inuentiones pedetentim, & latenter ſe conuertant: quoniam, vt dicitur Eccleſiaſtici capite decimoquarto, Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, aliis cõgregat: & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequã eſt, cui alius bon⁹ erit: & nõ iucũdabitur in bonis ſuis. Cõſtat igitur tibi quinque eſſe modos, q̃bus peccat auarus

in ap

in appetendo: & in tribus est peccatum mortale: in duob' autem veniale.

Si in acquirendo, id tribus modis fieri potest.

Quæst' an vitia quãdo nã sit peccãtũ mortale.

Primò, quis potest acquirere diuitias iniustè, & indebitè à quocunque, & qũocunque potest: vt per furtum, rapinam, vsurã, venditionem, emptionem iniustam: & tunc cõstat esse peccatum mortale: quoniam est directè contra caritatẽ proximi, & contra legis Decalogi præceptum: Non furtum facies, in quo intelligitur prohibita omnis iniusta acquisitio.

Secundò quis potest acquirere res, quæ nec ex parte acquirentis, nec ex parte eius, à quo acquiruntur, nec ex sui natura sunt illicitæ, sed acquiruntur arte, aut officio illicito: qđ ex natura sui peccatum mortale est. Sicut meretrix ex fornicatione acquirens peccat mortaliter: q̃m fornicari est peccatum mortale, & fœnerator acquirens ex vsura, quę est peccatũ mortale, & simoniacus ex simonia Et hoc semp est peçcatum mortale ratione artis, & officij, quod exerceri nõ potest sine cũ lucro, sine nõ, nisi cũ peccato mortali.

Tertiò, quis potest acquirere res per officium, aut artẽ: quod etsi ex natura sua nõ sit laudabile, nec approbatũ, tamen non est nisi peccatũ veniale, nisi superueniat aliud, vt dicemus. Quale officium exercent ioculatores, qui ex principum complacentia, & populi solatio ad iocosa, & ludos exercendos se conuertunt, vt inde lucrentur & viuant, cùm aliã non habuerint artem: Isti ex natura talis artis non peccant mortaliter, nisi ita se dissoluant, q̃ ex verbis & gestis impudicis deducunt astantes ad concupiscentias inconcessas. Vel nisi tali arti inhæreant, quòd immemores fiant salutis suæ, & obseruantiæ diuinæ legis, tunc ex tali omissione causata ex arte prædicta, peccant mortaliter. Quòd si non sunt immemores salutis suę, nec ad inhonesta ex intentione ad cõcupiscentias malas prouocent astantes, & artem prædictã exerceant gratia sustentandi ꝓpriã vitã, cũ fortè aliũ modum nõ habeant, isti computandi sunt inter eutrapelos, & non peccant.

Cõstant igitur tibi tres modi auaritiæ in acquirendo: ex quibus duo sunt peccatum mortale, tertius autem ex natura sui, aut veniale, aut nullum peccatum est.

Auaritia affectus in retinendo quãdo sit mortale peccatũ.

Si in retinendo acquisita, & id potest contingere quinque modis.

Primò, quis potest retinere scienter, & animo deliberato ea, quæ scit esse restituenda, putà quia scit ea iniustè possidere: & scit ac pro certo credit retinere contra voluntatẽ eius, cuius sunt, & tunc est peccatum mortale: quoniam ęquiparatur furto, aut rapinæ.

Sed aduerte duas conditiones requiri, vt peccet mortaliter. Primò, q̃ res detenta sit notabilis nocumenti ei, cuius est. Secundò, quòd detinens detineat deliberato animo. Detinet autẽ deliberato aĩo quando proposuit non restituere etiam data facultate rei, & temporis, & loci, & personæ.

Secundò, quis potest retinere quæ sua sunt, & iustè acquisita ad sui, & suorum honestam ac moderatam sustentationẽ & conseruantiam sui status, quem traxit à maioribus: & vt sic, nisi aliud superueniat deordinans rectam intentionẽ, nullum est peccatum, imò laudabile: quoniam sicut naturaliter quisque optat conseruari in esse, sic & in debita status seruatione.

Tertiò, quis potest retinere quæ sua sunt & iustè acquisita: tam necessaria pro conseruatione vitæ, & sui status, quàm superabundantia. Et hoc quidẽ remoto tẽpore extremæ necessitatis, in qua cognoscat non esse proximũ, nõ est peccatũ mortale, q̃m non fit iniustitia proximo propter iniustam detentionem, nec committitur impietas contra eũ, cùm non cognoscat eum in extrema necessitate. Si autẽ sit tempus extremę necessitatis & cognoscere possit proximũ in ea conititutum, & de superabundãti possit ei succurrere, & non succurrit, est peccatum mortale: quoniam homo homini constituto in tali casu obligatur ex præcepto caritatis erga proximum subuenire: quoniam, vt docuimus in parte secunda, in tractatu tertio, obligatur homo plùs diligere vitã proximi quàm bona temporalia.

Tenetur homo non tam tã superfluis in casu extremæ necessitatis proximo suo impendere.

Et aduerte, q̃ in casu extremæ necessitatis obligatur homo non solùm de superfluis: sed etiam de necessariis ꝓ cõseruatione sui status, subuenire ꝓximo. Dico autẽ pro cõseruatione sui status, vt excludã necessaria pro conseruatione propriæ vitæ: quoniam in tali casu homo obligatur magis diligere propriã vitam quàm vitam proximi. Vnde licet sibi occidere proximum: si non potest aliter vitam propriam seruare.

Quartò quis potest retinere sua tam necessaria quã sup flua extra tempus extremæ necessitatis: retinet autem tã insatiabili cupiditate, & ardore, quòd potius permittit bona ipsa putrefieri, & perire, quàm velit viliter & piè distribuere, siue pro diuino cultu, siue pro amico bene merito, siue ꝓ miserorũ, & infirmantium indigentia. Et id quidem est peccatũ mortale: quoniã abutitur bonis à Deo sibi collatis, & est maximè ingratus. Hæc est pessima auaritia, quæ huius seculi diuites sibi subiecit: contra quam Deus comminat Hieremię capite octauo, Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, quia à minimo vsque ad maximum omnes auaritiã sequuntur, à propheta vsque ad sacerdotem omnes faciunt mendacium.

sed etiam ea necessaria pro sui status cõseruatione.

Quintò q̃s potest retinere sua licitè acquisita tã sibi necessaria quàm superabundantia inordinato affectu, non tamẽ inordinato, adeò quòd sit insatiabilis, & tenacissimus, sed quadã immoderantia, q̃ in parte, licet nõ ĩ toto, à bonõ virtutis, id est, liberalitatis declinat: & tunc est peccatũ veniale, modò non adsit casus extremæ necessitatis in proximo, quã cognoscat inesse. Hæc auaritia vt in pluribus est in his, qui ingenti labore acquirunt sibi bona: aut filiis parant hæreditatem, aut ad altiorem statum ascendere contendũt. Hanc Paulus reprobat primę ad Timotheum cap. sexto inquiens: Nihil intulimus in hunc mundũ, haud dubiũ q̃a nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quib' tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & perditionẽ. Constant igitur tibi quinque modi auaritiæ in retinendo acquisita: ex quibus primus est peccatũ mortale. Secundus, nullũ peccatũ est. Tertius, est mortale in casu extremæ necessitatis tm. Quartus est mortale étremoto casu extremæ necessitatis. Quintus est veniale. Hæc de præsenti capite dicta sint. Nã q̃ sit capitale vitium manifestabitur tibi in capite quinto, cùm agemus de filiabus auaritiæ.

CAPVT III.

Quàm graue sit auaritia vitium si comparetur ad alia vitia.

IN tertio capite declarandum est cuius, & quantæ grauitatis sit cõparatum ad alia capitalia vitia. Tu igitur aduerte quòd grauitas peccati ex sex graduari potest.

Grauit at peccati ex sex cognosci potest.

Primò ex bono quod per tale peccatum corrumpitur, & quantum ad hoc auaritia non est grauissimum peccatũ: sed blasphemia, idololatria, hæresis grauiora sunt. Itẽ homicidium, & adulterium grauiora sunt. Nam peccatum tantò grauius est, quantò maius bonum est quod destruit, aut contemnit, aut aufert. Cùm autem tria sint bonorũ genera, s. bonum diuinũ, bonum corporis & animæ bonum fortunæ: & primum maius sit quàm secundum & secundum quàm tertium, constat peccata commissa contra Deum, & contra bonum animę, aut corporis proximi maiora esse quàm commissa contra bona fortunæ, Auaritia autem committitur cõtra bona fortunæ: ergo ex hac parte non est grauissimum peccatum.

Secundò, ex bono, cui subiicitur inordinatè per tale peccatum appetitus humanus: quod quidem bonum quãtò minus, vilius est, tantò peccatum deformius ac reprehensibilius est. Indecentius est enim subiici inferiori, quàm superiori. Cùm igitur bona fortunæ, vt aurum, & argentum, circa quę cumulãda laborat auarus, sint inferiora ac minora quã bona corporis, & animę: Auarus subiiciens appetitum suũ & in seruitutem redigens auri & argenti, peccat peccato maximè deformi, & apud oẽm rectã rationẽ vtentẽ maximè reprehensibili. Quid enim est argentum & aurũ nisi densum terræ lutum? Vnde Habacuc capite secundo, Væh qui multiplicat non sua. Vsquequo, & aggrauat cõtra se densũ lutum? Et Ecclesiastici capite decimo, Nihil est iniquius quã amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Apud gentiles aũt nullũ ex vitiis magis exprobratur quàm auaritia. Dicit Cicero in primo de Officiis, Nihil est tam augusti tamque parui animi quàm amare pecuniam. Dicit Seneca ad Lucil. Epistola nonagesimasexta: Nulli nos vitio natura conciliat. Illa nos integros liberos genuit. Nihil quod auaritiã nostrã irritaret posuit in aperto. Pedibus aurũ & argentum subiecit, calcandum q̃ue, nec premendum dedit. Illa vultus nostros erexit ad cælum.

Tertiò, ex difficultate correctionis: sicut enim in infirmitatibus corporis illa grauior censetur, quę minus sanabilis est. Quę autẽ insanabilis aĩno, grauissima habetur. Sicut in

tervitia,quę minus corrigibilia ſunt, grauiora meritò dicuntur:quę aũt incorrigibilia, grauiſsima dicuntur, eò q animam inenitabiliter miſeram reddunt. Inter omnia autẽ vitia communi experiẽtia auaritia incorrigibilis eſt, quod & ſcriptura ſacra & philoſophi paſsim declamant.Dicitur Proverb.cap.27.Infernus,& perditio nunquam replentur. Similiter & oculi hominũ inſatiabiles.Dicit Diuus Ambro. de eo,quod ſcriptum eſt in Euangelio: Hominis cuiuſdam diuitis fructus,&c.Sicut hi,q per inſaniam mente tranſlati ſunt,non iam res ipſas,ſed phantaſias paſsionis ſuę vident: ita mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum,ſemper argentum videt,ſemper reditus computat: gratius intuetur aurum quàm ſolem,ipſa eius oratio,& deprecatio ad Deum,aurum quærit.Ariſtoteles vt docuimus in quarto Ethicorum,aduertit omne vitium,aut voluntate; aut ſenectute poſſe ſanari:ſolam auaritiam inſanabilẽ dixit in ſenectute,imò & augmẽtabilem:quod Terentius Comicus comœdia quarta confirmat,dicens,Ad omnia alia ætate ſapimus rectius.Solum hoc vnum vitium affert ſenectus hominibus,quòd attentiores ad rẽ ſumus, quàm ſat eſt. Itẽ vitium commune omnium eſt,quòd ad rẽ nimiũ in ſenectute attenti ſumus.

Quartò,ex inſatiabilitate.In cæteris nanque vitiis videtur homo ſe aliquo modo menſurare,ne in immenſum pecceat:ſolus auarus inſatiabilis eſt,& vt hydropicus, quantò magis bibit,tantò magis ſitit,ſic,vt inquit B.Grego.in libr. 14.Moralium:Auarus ex potu ſitim multiplicat: quia cùm ea,quę appetit,adeptus fuerit, ad obtinenda alia amplius anhelat.Eſt auar⁹ vt ignis,de quo inquit B.Grego.in lib. 15. Moralium:Auaritia deſideratis adeptiſque rebus nõ extinguitur,ſed augetur:nã more ignis:cùm ligna,quę cõſumit, acceperit,excreſcit:& vnde videtur ad momentũ flamma comprimi,inde paulò pòſt cernitur dilatari: ex hac igitur inſatiabilitate reputatur auaritia grauiſsimum peccatũ & maxime deteſtabile,ſicut meritò eã deteſtatur Diuus Auguſt.in libr.de verbis domini,vbi admirans,inquit:Quæ eſt iſta auiditas cõcupiſcentiæ,cùm & ipſæ beluæ habeant modum? Tunc emẽ rapiunt,quando eſuriunt:Parcunt verò prædæ,cùm ſenſerint ſatietatẽ.Inſatiabilis eſt ſola auaritia diuitum.Semper rapit,& nunquam ſatiatur. Nec Deũ timet, nec hominẽ reueretur.Nec patri parcit, nec matrẽ cognoſcit,nec fratri obtemperat,nec amico fidem ſeruat,viduam opprimit,pupillum inuadit, liberos in ſeruitium reuocat, teſtimoniũ falſum profert, res mortui occupantur. Quare &q faciunt non moriuntur? Quę eſt illa animarũ inſania, amittere vitam,appetere mortem,acquirere aurum,perdere cœlum?Præterea Cicero in libro quinto,de finibus bo.& malorum deteſtans,inquit:Quòd ſi corporis grauioribus morbis vitæ iucunditas impeditur, quantò magis animi morbis impediri neceſſe eſt? Animi autem morbi ſunt cupiditates immenſæ,inanes diuitiarum gloriæ, dominationes libidinoſarum voluptatum.Accedunt ęgritudines,moleſtię,mœrores,q animos excruciant conficiuntque curis. Conſtat igitur ex ſua inſatibilitate quàm grauis & deteſtanda ſit auaritia.

Quintò ex occaſione malorũ inde prouenientium: peccatum enim,quod nõ ſolùm in ſe peccatum eſt,ſed & aliorum occaſio,grauius eſt.Conſtat autem ex experientia, & ex ſacra doctrina & ex diuinis atque externis doctoribus, penè infinita mala ex auaritia cauſari. Dicit enim Paulus primæ ad Timotheum capite tertio,Radix omnium malorũ eſt cupiditas.Dicit Diuus Auguſtinus in libro de libero arbitrio,Cùm auaritia alicui dominatur, ſubiectus omnibus malis demonſtratur.Quia de auaritia oĩa mala oriuntur,& peccatorum omnium ſpinę producuntur,dicit beat⁹ Gregorius in libro vigeſimo Moralium: Auaritia latenter oritur in mente,ſed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione.Dicit Cicero in ſecundo Rhetor.no.Auaritia ad quoduis malum hominẽ perducit. Et in libro primo de finibus bono.& malo.inquit:Cupiditates inſatiabiles ſunt,quæ nõ modò ſingulos homines,ſed vniuerſas familias euertunt,totam etiam labefactant ſæpe rempub.Ex cupiditatibus odia,diſsidia, diſcordię,ſeditiones,bella naſcuntur. Nec hæ ſeſe foris ſolùm iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt,ſed intus etiam in animis incluſę inter ſe diſsident & diſcordant.Ex quo vitam amariſsimam neceſſe eſt effici. Dicit Salluſtius in Catilinario:Pecunię imperiique libido, ſunt quaſi materies omnium malorum.Nanque auaritia fidem,probitatem,cęteraſque bonas artes euertit.

Ex auaritia mala penè infinita oriuntur.

Sextò,ex punitione diuina,qua Deus benedictus inſigniter auaros,teſte ſacra ſcriptura,mulctauit. *Auaritia maximè Deo pœnis infeſta cutus eſt.*

Primò Sodomitæ,quoniam diuites,& auari,& luxurioſi fuere exterminati de terra.Geneſis cap.29.

Acham filius Charmi accipiens ex auaritia de anathemate Hierico,lapidatur,Ioſue cap.7.Nabal diues,& auarus negans alimenta Dauid,& his,qui cum eo erant, in mõte Carmelo percuſſus eſt à domino,& mortuus eſt, in primo Regum cap.25.

Saul propter concupiſcentiam prædæ, quam prępoſuit Dei verbo & mandato,reprobatus fuit à Deo & regno priuatus,in 1.Reg.cap.15.

Giezi diſcipulus Heliſæi accipiens ex auaritia argentum à Naaman Syro mundato à lepra,percuſſus eſt lepra, in libro 4.Regum cap.5.

Diuitis auari anima rapitur media nocte,Lucæ cap.12.

Iudas Scarioth auaritiæ ſuæ præmium habuit, q laqueo ſe ſuſpendẽs crepuit medius,Matth.cap.27.& in Actis Apoſtolorum cap.2.

Ananias & Sapphira,quia ex auaritia de pretio agri mẽtiti ſunt Apoſtolis,Deus interfecit eos,in Actis Apoſtolorũ cap.5.Conſtat igitur tibi ex omnib⁹ prædictis quàm graue ſit auaritiæ vitium.Ideo non eſt mirum,ſi Paulus eam dicit idolorũ ſeruitutem,ad Epheſios cap.5.& Eccleſiaſtici cap. 10.dicitur,q auaro nihil eſt ſceleſtius.Et Auguſt.dicit in lib. 83.q.quòd caritatis venenum eſt cupiditas.Et Chryſoſtom⁹ dicit,quòd animæ tenebra eſt pecuniarum cupido. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT IIII.

De variis Auaritiæ ſpeciebus.

IN cap.4.agendum eſt de ſpeciebus auaritiæ: verùm quia de his egim⁹ in 4.Ethi.in tract.de liberalitate ſub nomine illiberalitatis:& in concreto ſub nomine illiberalis,vbi Ari. plura aſſignat genera illiberalium:ideo hîc perfunctorię procedemus.Neq; enim Theologus recedit à determinatis per Ariſtotelem.Tu igitur aduerte,quòd reſolutè procedendo, genera auaritiæ ſunt tria.primum ſumitur ex defectu dãdi. ſecundum ex exceſſu accipiendi:& hoc dupliciter:quoniã aut ex turpiter lucrando,aut ex iniuſtè lucrando.

Sub primo genere tres auarorum ſpecies alsignãtur,ſcilicet,Parcus,Tenax,Cyminibilis,

Parcus eſt,qui parum dat:cùm multum poſſet, & deberet dare. *Parcus quis ſit.*

Tu tamen aduerte quòd apud doctores parcus,& parcitas aliqñ ſumuntur in bonum,aliquando in malum In bonũ quidem parcus ſumitur pro moderato,& abſtinente in cibo & potu,non tamen ſibi,nec aliis eius curæ commiſſis neceſſaria ſubtrahens iuxta facultatem ſuam.Eodem modo ſumitur in bonum parcitas & parſimonia. Significant emẽ moderatam conſeruationem,atque expenſionem facultatũ,vtilis & honeſti cauſa:ne diſpendium patiatur homo bona ſua inutiliter inhoneſtéque cõſumens.In hoc ſenſu Phocylides poẽta parſimoniam ſumit, cùm dicit:Quum incipis,ſcilicet vti bonis tuis,parſimonia vtere in omnibus, ne in fine indigeas.In bonum etiam ſumitur parcitas in hymno eccleſiæ, in quo dicitur,carnis terat ſuperbiam,pot⁹ cibiq; parcitas. In malum ſumitur parcus pro penurioſo id eſt,pro eo q parum dat & expendit,ſibi & aliis quibus prouidere habet neceſſaria ſubtrahens cùm poſſit prouidere.Eodẽ mõ ſumitur in malũ parcitas,& parſimonia,& parcè,id eſt,penuriosè.Et in hoc ſenſu intelligitur illud Pauli ſecundæ ad Cor. cap.9. Qui parcè,id eſt,penuriosè ſeminat,parcè & metet. *Parcus malus.* *Tenax qui.*

Tenax eſt,qui nec parum,nec multum dat, cum dare deberet,& apud vulgum ſtrictus appellatur. Tu tamen aduerte q ſicut parcus,ſi tenax in bonum & in malum ſumitur.In bonum quidem ſumitur pro eo, qui in propoſito iuſto, & graui conſtans,ac grauis eſt:In hoc ſenſu loquitur Horati⁹, cùm dicit:Iuſtum & tenacẽ propoſiti virum. In malo autẽ ſumitur pro obſtinato ĩ ſententia ſua,& dicit pertinax, quaſi maximè tenax,vt glutinum.In hoc ſenſu non eſt ſpecies auaritiæ ſed vanæ gloriæ.Sumitur etiam pro nimis cupido in retinendo ſua.Et in hoc ſenſu loquitur Eccleſiaſt.c.14.Viro nimis cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia.

Cyminibilis eſt,qui cũ difficultate dat,& de paruis magnam vim facit:quaſi ſit cymini venditor.Cyminibiles erãt Phariſæi auari,quibus comminatur Seruator Matth. ca. 23. Væh vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ:qui decimatis mẽtam,& anethum & cyminum: & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis,iudicium & miſericordiam. *Cyminibilis qui.*

Sub

Sub ſecundo genere,id eſt,ex turpiter lucrando,continẽtur duæ ſpecies,ſcilicet,

Vilis & illiberalis lucrator,

Vitioſus lucrator,

Lucratorvibs. Villis lucrator eſt ille,qui propter lucrum vilia,& ſeruili opera exercet non decentia ſtatum,vt ciuis non redact⁹ ad indigentiã exercens artem coriarij,aut fullonis,aut mũdantis immunda.

Vitioſus lucrator eſt ille, qui ex opere vitioſo ac malo congregat ſibi lucrum,vt meretrix,Cinædus,leno.

Sub tertio genere,id eſt,ex iniuſtè lucrando continẽtur quatuor ſpecies,ſcilicet,

Fœnerator,

Latro,

Spoliator mortuorum,

Aleator.

Fœnerator. Fœnerator eſt ille,qui lucratur ex gratis concedendis,vt tibi manifeſtabimus.

Latro. Latro eſt ille,qui aliena lucratur viuis vim inferendo.

Spoliator. Spoliator mortuorum eſt ille,qui lucratur mortuis vim, vel potius iniuriam inferendo.

Aleator. Aleator eſt ille,qui lucratur amicis vim inferendo.

Hæc dicta ſint de ſpeciebus auaritiæ perfunctoriè tranſeundo præterquàm de vſura,de qua infrà ſpecificè cõſiderabimus,vt de grauiori,& magis odioſa.

Tu tamen aduerte,quòd Hugo in libro ſecundo de claſtro aliter aſſignat auaritiæ genera dicens:Quatuor ſunt in rebus poſſeſsis obſeruanda,ſcilicet,ne licita iniuſtè quæram⁹.Ne iuſtè acquiſitis illicitè perfruamur. Ne multa quãuis licite poſsideamus.Ne licita illicitè defendam⁹. Malè enim acquirere,aut malè vti acquiſitis,de licito facit illicitũ.Multa poſſidere,propinquũ eſt cupiditati:& fit quãdoque quod nimiũ diligitur, malè defenditur. Duo ſunt quæ illicitè ſolent acquirere,ſcilicet, cupiditas, & ſuperbia. Et duo quæ malè fruuntur acquiſitis,gula & luxuria.Duo autem ſunt,q malè poſſidere volunt,prodigus & auarus: vnus vt congreget,alter vt diſpergat.Et duo quæ poſſeſſa defendant. Incẽperantia,& mundi prudẽtia.Superbia diabolo clauſit cęlũ, gula primo paréti abſtulit paradiſũ.Auaritia diuiti aperuit infernum:intemperantia verò adhuc corrumpit mundum.

Pro complemento huius capitis conſiderandũ decreui de vſura in particulari:vt ſcias quo peccatũ ſit,& cui⁹ grauitatis.Et præcipuè,qm̃ nonnulli tenent, quod dare ad vſuram,non ſit peccatum,niſi quia in lege prohibitum eſt.

DE VSVRA.

De vſura igitur videnda ſunt tria:primò,quid ſit:ſecũdò, ſi eſt peccatum mortale ſolùm,quia prohibita eſt,vel ex ſui natura:tertiò,cuius deteſtationis ſit, tam apud philoſophũ naturalem quàm apud Theologum.

Quantum ad primùm aduerte, quòd in ſcriptura ſacra aliquando ſumitur pro ſimplici mutuo, vt idẽ ſit fœnerari, & mutuare,iuxta quẽ ſenſum intelligitur id Eccleſiaſtici capit.29.Multi verò cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt , id eſt, non mutuauerunt , & illud Deutero. capite 28. Fœnerabis gentibus multis,& ipſe à nullo fœnus accipies:quaſi dicat, Adeò abundabis bonis temporalibus , quòd mutuabis aliis gentibus, & tu nõ indigebis mutuo accipere.Et in hoc ſenſu non intendimus hìc pertractare,nec diffinire vſuram:qm̃ conſtat in hoc ſenſu non eſſe peccatum , imò ſecundum iuſtitiam naturalẽ,& caritatem proximi. Aliquando ſumitur pro mutuare cum lucro vltra capitale contra iuſtitiam : & ſic in hoc ſenſu intelligitur illud Exodi, capite 22. Si pecuniam tuã ad vſuram dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum,non vrgebis eum quaſi exactor,nec vſuris opprimes.Et Ezechię.capite 18. Qui vſuras, id eſt , lucrum ſupra capitale non acceperit,vita viuet.Et in hoc ſenſu hìc diffinienda eſt:verùm quia aliud eſt à quo hoc nomen vſura imponitur,qm̃ imponitur ab vſu æris,id eſt,pecuniæ:& aliud, cui imponitur:quoniam imponitur ad ſignificandum nõ ſolùm pretium pecunię mutuatæ , ſed & pretium cuiuſcunq; rei,cuius vſus eſt conſumptio, & diſtractio rei : ideo iuxta vtrunque diffinienda eſt.

Quantũ ad id à quo nomen imponitur,ſic diffinitur,Vſura eſt pretium pecuniæ mutuatæ: quod pretiũ deducitur in pactum in ipſo mutui contractu : vel intenditur abſque expreſſione vel exigitur poſt contractum.

Quantum ad id cui nomẽ imponitur,ſic diffinitur apud Theologũ, & ſacros canones : vſura eſt quicquid accipitur ex intentione,vel pacto,ſiue in ipſo contractu,ſiue poſt,pro vſu cuiuſcunque rei mutuatæ,quæ res ipſo vſu conſumitur, & diſtrahitur,remoto iuſto damno mutuantis.

Primò dicitur,quicquid accipitur ex intentione,vel pacto,vt excludamus quod liberè datur ratione amicitiæ,aut ex recognitione beneficij.Nam ſicut creditor poteſt minus accipere à debitore quàm ſit debitum exſua libera volũtate,ſic debitor poteſt ex libera voluntate amplius dare creditori,& creditor licitè accipere.Verùm ſi id deducatur in pactum,vel creditor det hac intentione, & ſpe , ita ꝙ aliter non mutuaret:vel poſito quòd dum mutuat,non deducat in pactum plus accipere , nec intendat, nec ſperet , tamẽ dum tempus exigendi mutuatum aduenerit,velit plus,& obliget debitorem,non vitat vſuræ vitium:quoniam & ſi contract⁹ in principio fuerit licitus,acceſſoriè,id eſt,in exigendo efficitur vſurarius.

Secundò dicitur,pro vſu cuiuſcunque rei mutuatę , quæ ipſo vſu conſumitur,vt excludamus res,quę ipſo vſu nõ cõſumuntur:ſed poſt vſum permanẽt.Pro cuius notitia aduerte,quòd rerum quædam ſunt,quarum vſus eſt conſumptio in ſubſtantia earum,ita ꝙ poſt vſum non permanent.Vt propri⁹ vſus cuiuſcũque rei potabilis eſt vt bibatur, & poſtquã bibita eſt conſumpta eſt ſecundum ſubſtantiam. Et propri⁹ vſus cuiuſcunque rei comeſtibilis eſt, vt comedatur:& poſt quàm conſumpta eſt per comeſtionem,ſubſtantia eius non eſt.ita quòd vſus rei non diſtinguitur à rei ſubſtantia:quaſi quòd poſſit tranſire vſus,& remanere ſubſtantia,poſt vſum. Similiter vſus proprius pecuniæ eſt, vt expendatur pro cõmutatione aliarum rerũ.Nam,vt docuimus in quinto Ethicorum,& in primo Politicorum,inuentus eſt nmmmus nõ gratia ſui,ſed gratia commutationis.Sunt autẽ res quædã, in quibus diſtinguitur vſus & ſubſtantia, ita quòd per vſum non conſumuntur:quòd ſi ex vſu meliorantur, vel deteriorantur,eſt per accidens.In iſtis ſtat vſus cum ſubſtantia , & ſubſtantia ſine vſu.Tales ſunt domus,veſtis,equus,ſeru⁹,ſupellectilis,&c.Nũ enim eſt de ratione harum rerũ,quòd per vſum conſumantur,aut diſtrahantur.Quoniã ergo huiuſmodi res non conſumuntur per vſum per ſe loquendo,licet tã pro re quàm pro vſu rei pretium ſtatuere,pro,re quidem , ſi vendantur,pro vſu autem,ſi locentur . In rebus autem,quæ per vſum conſumuntur,non poteſt ſeparari ſubſtantiæ pretium,à pretio vſus:quoniã,vt dictũ eſt in his reb⁹ per vſum conſumptibilibus,non eſt aliud vſus rei à ſubſtantia rei:hac de cauſa dicitur in diffinitione vſuræ,pro vſu cuiuſque rei mutuatę,quæ per vſum conſumitur.Vnde qui vẽdit domũ, & retinet ſibi vſum ad tempus,non facit vſurã:& qui vẽdit vſum per locationem,retinens ſibi dominium ſubſtantię domus,non facit vſuram.Qui autem mutuat triticum, aut pecuniã,aut alind vſu cõſumptibile vel diſtrahibile,& vltra rẽ mutuatam accipit in reſtituendo quid certi vltra mutuatũ, committit vſuram:quoniam vendit id quod non eſt,ſcilicet vſum rei non diſtinctum à ſubſtantia rei,vel bis vendit idẽ, ſcilicet ſubſtantiam & vſum rei,qui non diſtinguitur à ſubſtantia rei,qnæ per vſum conſumitur.

Tertio dicitur remoto iuſto damno mutuantis. Pro cui⁹ notitia aduerte,quòd mutuans poteſt ex pecunia,& ex qua cunque alia re mutuata,cuius vſus eſt conſumptio ſubſtantię rei,pati damnum dupliciter.primò,ſi ſibi nõ reſtituitur res mutuata in tempore conſtituto inter partes. Et hoc eſt iuſtũ damnũ,& qui mutuo accepit,tenetur ad recompenſationẽ,& mutuãs non committit vſuram accipiens vltra tem quid ſuprà pro damno ſuo.Secundò , quando reſtituitur in tempore ſtatuto:& tunc non tenetur ad intereſſe qui accepit.Et ſi mutuans obligat ipſum ad intereſſe , cõmittit vſuram:quia non eſt iuſtum,quòd mutuo accipiens tale dãnum recompenſet:non enim fuit cauſa talis damni , ex quo in tempore ſtatuto reſtituit mutuatũ.Cõſtat igitur tibi qd ſit vſura,vt eſt ſpecies auaritiæ.

Vſura ſinuſit mortale peccatum exſui natura, an quia prohibita.

Quantum ad ſecundum aduerte,quòd circa hoc eſt duplex opinio:Quidam dicunt vſurã eſſe peccatũ mortale ex ſui natura,ita quòd ét ſi non eſſet lege prohibita,adhuc eſſet peccatum mortale:& ratio eſt,quoniam vſura eſt cõtra iuſtitiã naturalem,ergo eſt ex natura ſui illicita.Conſequẽtia patet:Antecedens probatur ex prædictis:in diffinitione vſuræ.Nã qui dat pecuniam,aut aliam rẽ vſu conſumptibilẽ,ſi vendit vſum rei,quæ ipſo vſu cõſumitur,vẽdit illud qd non eſt:vel bis idem vendit,ſcilicet,ſubſtantiã rei, & vſum, qui non diſtinguitur à ſubſtantia in re, quæ vſu cõſumitur. Vendere autem id,quod non eſt, aut idẽ bis vendere ſimul & eidem eſt contra iuſtitiam naturalem:ergo vſura eſt illicita,& peccatũ mortale non ſolùm ex lege,ſed ex ſui natura.

Hanc conclusionem non solùm verus Theologus,sed & philosophus ductus lumine naturali cognouit.Dicit enim Ari. in primo Politicorum,quòd ars fœneratoria rationabiliter vituperatur,& est odiosa: quoniam fœnaretor intendit q̃ nummus augeat seipsum ex seipso: quasi quòd habeat in seipso virtutem generatiuam & fructificatiuam.sicut terra & arbores & animalia fructificant & multiplicãtur:ideò hoc lucrum appellatur fœnus,quasi quidam denarij fœtus: ac si nummus nummum pareret, & seipsum multiplicaret. Sed vt inquit Aristot.hoc lucrum est contra naturam:quoniam secundum naturam est quòd nummus acquiratur ex rebus naturalibus aut ingenio,aut artificio, aut labore: & non quòd nummus fiat ex nummo.Vnde sicut est contra naturam sterilem parere,sic est contra naturam nummum facere nummum:& ideo fœneratoria nequitia habetur odio, vt quid monstruosum,& apud viuẽtes secundum rationem vniuersaliter reprobatur,apud Ciceronẽ in lib.2.de officiis habemus,quòd cùm à Catone maiore interrogaretur quid maximè in re familiari expediret,respondit, bene pascere. Quid secundũ?Satis bene pascere,id est,ad sufficiẽtiã.Quid tertiũ?bene vesti.Quid quartũ?Rarè:& cùm ille,qui quęsierat,dixisset.Quid fœnerari?Tunc Cato,Quid hominẽ (inquit) occidere? Constat autem,quòd homicidium est illicitum ex lege naturæ:ergo & vsura.Et quoniam hæc cõclusio in se est verissima:ideo eam sustinere intendimus.

Et q̃m nonnulli tenent oppositum suadere nitentes vsurã non esse ex se illicitam, nisi pro quanto prohibeatur lege, ideo eorum rationes formabimus & soluemus.

Prima ratio: Consilium non est de peccato mortali ex natura sed de meliori bono,aut minori malo:Sed in lege euãgelica,Lucæ cap.6.dare pecuniam sine vsura numeratur nõ inter prȩcepta,sed inter consilia. Nã cùm dedisset consiliũ. Seruator dicẽs:Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos:subiunxit,Mutuum date,nihil inde sperantes:ergo non est ex se peccatum mortale.

Respondetur:Quæ illic recitantur,in vno sensu sunt cõsilia:in alio sunt præcepta.Nã diligere & benefacere inimico extra casum necessitatis est de consilio.In casu autẽ necessitatis est de præcepto:quoniam cadit sub præcepto caritatis proximalis,vt docuimus in parte secũda in tract.3. Sic & in hoc,Mutuũ date: id quidẽ sub cõsilio cadit, q̃m est signũ humanitatis: nihil inde sperãtes.id, cadit prȩcepto.

Secunda ratio:Illud ad quod tenetur homo ex iure naturali:non est ex se peccatum mortale.Sed recõpensare bene ficiũ benefactori tenetur homo ex iure naturali, aliter incurrit ingratitudinẽ.Constat aũt,quòd mutuans pecuniam proximo benefacit ei:ergo non peccat,qui mutuo accepit: si quid ei vltra sortem recompensat.

Respondetur : Minor est intelligenda quò ad affectũ : & quãdo opportunitas aderit similiter benefactori deseruire vt etiam docuimus in lib.9. Ethic. Obligare verò beneficium in certum quid vltra sortem,nõ est de iure naturæ,nec gratia honesti,sed potius iniustum & inhumanum,& maximè in rebus,quarum vsus est ipsarum rerum consumptiuus.

Tertia ratio,Neque lex diuina,neque humana,si recta & iusta sit,concedit id quod est ex se peccatum mortale:quoniam vera,& iusta lex non est de malo nisi vitando:sed diuina lex concedit vsuram.Dicitur enim Deut.cap.22. Nõ fœneraberis fratri tuo pecuniam ad vsurã,neque fruges, neq; quãcunque aliam rẽ,sed alieno.Quòd autem in iure ciuili concedatur.notorium est:ergo,&c.

Respondetur:neque diuina neque ciuilis lex humana concedit vt licitum,& approbatum, vsuram : cuius signum est, quòd Deus per Dauid in Psalmo,& per Ezechielẽ absolutè vsuram prohibet:& in Exodo cap.22. dicitur : Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi,qui habitat tecum,nõ vrgebis eum quasi exactor,nec vsuris opprimes : vbi inquit Rabi Salomon,quòd nec excipitur populus gentilis:q̃m vsura ex se mala,& illicita est.Si autem in scriptura Deut. & in ciuili videtur concessa vsura:hoc non fuit approbãdo, sed permittendo,vt maiꝰ euitaretur malum absolutè tamen malum est:Sicut & Deus permisit libellum repudij, & ciuilis permittit lupanar,& duellum.

Quarta ratio:Homicidium grauius est quàm vsura : q̃m vita præponitur bono fortunæ : sed homicidium in aliquo casu licet:ergo & vsura.Quod autem ex se peccatũ est,nũquam licet:ergo vsura non est ex se peccatum mortale.

Respondetur :Hominem occidere (absolutè loquendo) potest esse bonum & malum:similiter absolutè mutuare potest esse bonum, & malum. Verùm si occidere hominem determinetur,puta occidere innocentem, semper est malũ ex sui natura:quoniam est contra iustitiam naturalem punitiuam. Vnde in scriptura sacra semper Deus comminatur contra effundentes sanguinem innoxium. Sic in proposito si determinetur mutuare ad vsuram, semper est malum ex se:quoniam est contra iustitiam, & dictamen rectæ rationis.

Quinta ratio:Si accipere vel sperare aliquid vltra sortẽ est vsura & illicitum:ergo mutuans si sperat donum,aut obsequium ab eo, cui mutuat committit vsuram, & peccat: quod est valde durum.Vix enim inueniretur etiã inter amicos,qui mutuare vellet.

Respondetur:Si mutuans sperat donum vel obsequiũ ex re mutuata sub debito & obligatione tacita, vel expressa, nutu,aut verbo,aut pacto,illicitè sperat & peccat.Si autem nõ sub debito,& obligatione,sed gratuitè & ex quadã decentia sperat non peccat:quoniam congruũ est benefactorem à beneficiato recognosci.

Sexta ratio:Si mutuans ad vsuram peccat accipiẽs vltra sortem:ergo dans mutuanti vltra sortem peccat: quoniam sicut ille consentit accipere, iste consentit dare : non enim mutuans violentat ipsum.Sed impium est dicere accipientem mutuo,& dantem vsuram mutuanti peccare: ergo nec mutuans.

Respondetur:negatur consequentia : ad probationẽ nego q̃ dans vltra sortem consentiat.Vult enim mutuũ, & in hoc cõsentit:sed nõ vultcũ vsurã,imò in ea dissentit.Dat autem nolens,& quodammodo coactus:quoniam alio modo non potest prouidere sibi.

Septima ratio.Qui consentit peccanti mortaliter, peccat mortaliter.Dicit enim Paulus ad Rom.ca.1. Digni sunt morte,nõ solùm qui faciũt,sed etiam qui facientibus cõsentiunt.Sed accipiens ad vsurã,consentit danti:aliter nõ acciperet ergo si dans peccat mortaliter accipiens etiã & eodem modo peccat:quod est totum & maximè bonos indigentes illaqueare.

Respondetur:Qui accipit ad vsuram, non consentit malitiæ dantis:sed vtitur, licet inuoluntariè, malitia eius ad redimendum damnum suum:licet autem sit peccatum consentire malitiæ alicuius:non tamen vti malitia in bonũ suũ. Nam & Deus vtitur peccatis hominum ex eis eliciens bonum:vt ex persecutione tyranni elicit confirmationem fidei.Vnde & homini licet vti peccato alterius bonũ. Quod firmatur sententia Aug.qui Publicolæ quærenti, vtrum liceret vti iuramento Paganꝰ,qui per falsos deos iurat, in quo Paganꝰ manifestè iurant:respondit,quòd qui vtitur fide illius,quem constat per falsos deos iurare,& hoc non ad malum,sed ad bonum:non peccato illius se associat, quo per dęmonia iurat:sed pacto bono eius, quo fidem seruauit. Si cui tam placeret quòd alius per falsos deos iuraret,& ipsum induceret peccaret. Eodẽ modo dicendũ est in proposito quòd si quis propter bonum suum, putà vt redimat se à carcere,vel se nutriat,aut vestiat,vtitur malitia fœneratoris,accipiẽs mutuum ad vsuram non peccat.Si vero psuaderet vt perseueraret mutuans ad vsuram:vel induceret nõ paratum ad fœnerandum,vt fœneraretur,tunc peccaret vt potè consentiens & inducens ad peccandum.

Octaua ratio:Si vsura est peccatum mortale ex se:ergo nulli pro quacunq; necessitate vitandi damnum temporale, licet accipere mutuum ad vsuram:quod est contra communem doctorum sententiam.Consequentiam probatur: Pro nullo temporali dãno vitando debet quis cõsentire,aut misericordiam ministrare peccato alterius:quoniã magis debemus animam proximi diligere quàm omnia fortunæ bona ergo pro tali necessitate nõ excusatur quis à peccato accipiens pecuniam ad vsuram à fœneratore.

Respondetur:aliud est pro in commodo temporali vitãdo peccato alterius consentire:& aliud peccato seu malitia vti:nam primũ nõ licet, vt diximus:secundũ autẽ licet: imò & materiam peccandi non subtrahere, sed prȩbere q̃n videt ipsum ad peccandum paratum & in damnum suum maius.Sicut si latro inueniat Sortem in agro,in quo sit thesaurus absconditus,& dicat ei latro : Aut iugulabo te, aut ostende thesaurum,quem volo furari.Tunc licet Sorti indicare thesaurum diripiendum à fure,vt mortem effugiat:& tamen scit furem peccaturum mortaliter furando thesaurum.Exemplum huiꝰ habemus Hieremiæ cap. 41. de decem viris,qui ne occiderentur ab Ismaẽle filio Nathaniæ qui socios suos occiderat dixerũt ei:Noli nos occidere:qa habemus thesaurũ in agro frumenti, & hordei,olei,& mellis:&

cessauit

ceſſauit nõ interficiens eos. Conſtat igitur quomodo nulla ex prædictis rationibus concludit:& ſic tenendum eſt vſuram eſſe ex ſe peccatũ mortale,nec inuenies tenentem oppoſitum,niſi quia vellet abſque infamia fœnerari.

Quantum ad tertiũ aduerte, quòd Plato, vt docuimus in diſpoſitione ſuæ philoſophiæ ciuilis, inter leges hanc ſtatuit ad deteſtationẽ fœnoris,quòd fœneratori nõ redderetur capitale nec fœnus.De Ariſtotele iam diximus, qui in primo Politicorum appellat fœnus lucrum contra naturã, & monſtruoſum:ideo deteſtandum. Cato æquiparauit vſuram homicidio,vt diximus ſupra.In ſcriptura ſacra appellatur morſus,ſcilicet ſerpentis. Nam Exodi cap.22.vbi nos habemus:Neque vſuris opprimes:in Hæbraico habetur: Neq; morſui expones eum.Vbi inquit Rabi Salomon: Vſura appellatur morſus ſerpentis:quoniam ſicut morſus ille in principio vix ſentitur,deinde diffunditur & inflatur corpus, & occidit hominem:ſic vſura in principio non extimatur, ſed in proceſſu totam hominis ſubſtantiam cõſumit. Chryſoſtomus ſuper Matthæum deteſtans,inquit:Nihil vſuris turpius, nihil crudelius:alienas hic negotiatur miſerias,& lucrũ ſuũ alterius aduerſitate facit.Talis eſt quaſi naum ſuſcipiẽs,& in naufragiũ impellens. Et hîc terminamus reſolutã conſiderationem de vſura.Hæc de præſenti ca.dicta ſufficiant.

CAPVT V.

De filiabus auaritiæ.

IN cap.5.agẽdum eſt de filiabus auaritiæ:Eſt enim vitium capitale,ſecundũ B.Gregoriũ in lib. 31. Moraliũ: & ratio quidẽ eſt:quoniã vt ſæpe diximus,de ratione vitij capitalis eſt,q̃ ordinetur ad aliquẽ finem conſequendum, propter quem homo multa operatur mala. Vnde vitia ordinata ad eundem finẽ vt cõcomitantia & deſeruientia eidẽ principali vitio,dicuntur filiæ ſiue partus illius.Cùm igitur auaritia ordinetur ad diuitias indebitè acquirendas & retinẽdas ex appetitu inordinato:&, vt cõſtat homo propter hujuſmodi diuitias indebitè acquirendas & retinẽdas multa operetur mala:putà decipit,mentitur, peierat: ſequitur q̃ vitia talifini deſeruientia ſint auaritiæ filię:& ipſa,vt mater ſit vitium capitale.

Tu igitur aduerte,quòd B.Gregorius in lib. 31. Moraliũ vno quidem modo aſſignat auaritiæ filias, & Iſidorus alio mõ.Sic igitur procedemus:primò,declarabitur via B.Gregorij aſſignãdo rationem ſufficientiæ filiarum, quas numerat:ſecundò,declarabitur quomodo opinio Iſidori in ſenſu non diſcordat à mente B.Gregorij: tertiò ſoluetur quædam obiectio.

Quantũ ad primũ aduertè q̃ B. Gregorius in libr.11.Moralium ſeptem aſſignat auaritiæ filias, dicẽs:De auaritia p ditio,fraus,fallacia,periuria,inquietudo,violentię,& contra miſericordiã obdurationes cordis oriuntur.Quarum quidem ratio hæc eſt, Cùm auaritia ſit inordinatus amor diuitiarũ,auarus in duobus excedit:primò, in retinendo diuitias acquiſitas:& ex hoc oritur contra miſericordiam obduratio cordis nam cor auari crudeſcit, & non emollitur ad ſuccurrendũ miſeriis indigentiũ,& ſic agit cõtra miſericordiã ex ipſa obduratione Obduratio eñ in ſpiritualibus importat inflexionem affectus : ſecundò , excedit auarus in acquirendo & hoc contingit ſex modis:primò,in affectu:Nã auarus accenditur dietim affectu acquirendi : & ſic ex auaritia oritur in animo inquietudo : quoniã auarus repletur ſuperfluis curis & ſolicitudinibus, quo cumulare, & acquirere poſſit:& qm̃ ſine mẽſura diuitias appetit,ideo ſemper eſt affectu inquietus:quoniã,vt dicitur Eccleſiaſtici cap.5.Auarus non implebitur pecunia:ſecundò,in verbo: Auarus enim modo acquirat, vtitur deceptoriis ac falſis verbis:& hoc dupliciter quoniã aut vtitur ſimpliciter decep toriis verbis,& ſic ex auaritia oritur fallacia, id eſt mẽdaciũ:aut deceptorio verbo adiũgit iuramentũ,& ſic ex auaritia oritur periurium.

Tertiò in opere:Auarus enim q̃ fallacia & piurio agere nõ poteſt, opere cõplere cõtendit:& hoc tripliciter:primò inferendo violentiã, & cogẽs maximè inferiorẽ ſe ad tribuendũ ſibi iuſtè:& ſic ex auaritia oritur vis ſiue coactio. Secũdò,machinãdo dolũ in re,quã deſiderat acquirere:putà furtiuè ſubripiẽdo,aut rẽ falſificãdo : & ſic ex auaritia oritur fraus.Tertiò machinãdo in perſonã:& ſic ex ea oritˇ proditio,quã exercuit Iudas ex auaritia cõtra Chriſtũ ſeruatorẽ.Conſtat igitur quomodo ex auaritia rationabiliter docuimus oriri ſeptẽ filias ad mentem B.Gregorij.

Quantum ad ſecundum,quòd Iſidorus aſſignat auaritię nouem filias,quæ ſunt,

Mendacium,
Fraus,
Furtum,
Periurium,
Turpis lucri appetitus,
Falſa Teſtimonia,
Violentia
Inhumanitas,
Rapacitas.

Ex quibus in tribus conuenit cũ B.Gregorio : quæ ſunt, fraus,periurium,violentia.De aliis autem ſex nõ videtur B. Greg.mentionẽ feciſſe.Tu tamẽ aduerte,quòd etſi nõ verbo,tñ in virtute illas ſex cõprehendit ſub fallacia , & fraude,& inquietudine,& violentia,& obdurationẽ. Nã mendaciũ & falſum teſtimoniũ ſub fallacia cõtinentur: qm̃ & mendaciũ & falſũ teſtimoniũ falſa ſunt:ſed in hoc differũt, q̃ mẽdaciũ eſt ſicut genus:falſum aũt teſtimoniũ eſt quędã mendacij ſpecificatio.Qui eñ falſum teſtimoniũ perhibet, non ſimpliciter mentitur:ſed mentitur coràm iudice,& præſtito iuramento:furtũ aũt ſub fraude cõtinetur, qm̃ eſt ſpecies fraudis.Appetitus turpis lucri cõtinetur ſub inquietudine : qm̃ appetitus ille termino caret,ideo auari intentio in lucrando ſemper eſt in motu:propterea quieteˇ neſcit.Rapacitas continetur ſub violẽtia,qm̃ eſt ſpecies eius.Inhumanitas continetur ſub obdurationẽ:inhumanus eſt enim, qui non vult miſereri:& hic obduratus eſt corde.Cõſtat igitur q̃ in re non diſcordant B.Greg.& Iſidorus.

Quãtũ ad tertiũ,aduerte, q̃ non videtur has eſſe filias auaritię,quoniã aliquæ earum opponuntur prudentiæ, vt proditio,fraus & fallacia:periuriũ autẽ opponitur religioni,inquietudo charitati,quę quieſcit in amato deſiderato: violentia iuſtitiæ,obduratio miſericordiæ.

Reſpondetur:Ad hoc quòd vitiũ ſit filia alterius vitij, non oportet ipſum pertinere ad genus illius , imò poſſunt eſſe diſtinctorum generũ,ſed ſufficit q̃ ordinetur ad finem illius vitij conſequendũ:poſito igitur q̃ prædicta vitia nõ pertinereẽt ad genus auaritiæ,ſed quædã ad imprudentiam, quædam ad irreligioſitatẽ, quædã ad iniuſtitiam , propter hoc nõ obſtat,quin ſint auaritiæ filiæ:quoniã ordinãtur ad inordinatũ diuitiarũ amorẽ,ſiue in retinendo,ſiue in acquirẽdo,ſicut & auaritia.Nec obſtat etiã quòd ſecũdum B.Gregoriũ in tertio moraliũ auaritia multoties ex aliis vitiis oritur,vt ex elatione,& timore. Inquit enim:Dũ quidã deficere ſibi neceſſaria ad ſumptũ timent ad auaritiã animũ relaxãt.Sunt alij,qui dũ potẽtiores videri appetunt,ad alienarũ rerũ ambitũ ſuccẽduntur.Et ſic videtur auaritia, nõ eſſe vitium capitale,cùm oriatur ex aliis.Hoc inquã non obſtat quoniã non dicitur vitiũ capitale,eò quòd nõ ſit ab altero: ſed q̃ ex eo quòd oriũtur alia vitia,vt docuimus. Vnde dicimus hominem eſſe patrẽ,non quia nõ eſt ab alio, ſed quia ab eo progeniti ſunt alij,quos dicimus eius filios. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VI.

De remediis contra auaritiam.

IN 6.cap.agendum eſt de remediis contra auaritiã, inter quæ præcipua ſunt quatuor.

Primũ eſt,vt homo ſociet ſe modeſtis , & & liberalibus, & elonget ab auaris,nec audiat eorũ ſtudia:Nã vnũquodq; trahit ad ſuũ ſimile,ſicut in bonũ ſic & in malũ.Hoc fuit primũ documentũ datum à Salomone in Prouerbiis cap.1. vbi inquit:Fili mi,ſi dixerint peccatores(de quibus propriè intendit auaros)ſortem mitte nobiſcum : marſupium ſit vnũ omnium noſtrũm fili mi ne ambules cum eis , prohibe pedẽ tuũ à ſemitis eorum.Sic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt.

Secundum eſt cõſideratio multiplicium miſeriarũ quas ſecũ defert auaritia:inter quas præcipuę ſunt, q̃ auarus in acquirẽdo non ſatiatur,in ſeruãdo acquiſita eſt in cõtinua anxietate & timore,in expendendo ſibi & aliis miſerabilis & poſt ipſum deuorabit alienus ridens ſuper eum , dicens. Ecce homo , qui non poſuit Deum adiutorem ſuum , ſed ſperauit in vanitate diuitiarũ:& non dabit Deo placationem ſuam,neque pretium redemptionis animæ ſuæ. De miſeria auari in acquirẽdo & cuſtodiẽdo acquiſita , inquit B.Gregorius in lib.15.Moralium.

Prius mens auari doloré habuit in ipſa ſuę concupiſcentiæ fatigatione , Qualiter concupita raperet, Quomodo aliqua blãdimẽtis,aliqua terroribus auferret:Atq; poſtquã acquiſitis rebus peruenit ad deſiderium , alius hunc dolor fatigat,vt cũ ſolicito timore cuſtodiat: quod cum grani

labore meminit acquisitum. Hinc inde insidiatores metuit atq; hoc se perpeti qđ ipse facit, ab aliis fieri pertimescit.

Tertium est consideratio brevis vsus diuitiarũ: nã cùm sit vita hæc brævis, & post vitã diuitiis non fruamur, vanũ est in his tantũ solicitari: sed sufficit victui cõdecentiã parare. Ideo inquit B. Gregorius in Homilia, Cursum suum quisq; cõsideret, & cognoscet sibi sufficere parua quæ habet. Sed fortasse metuit, ne in huius vitæ itinere sumptus defit. Longa nostra desideria increpat vita brevis. Incassum multa portantur, quum iuxta est quò pergitur. Idem firmatur per Philemonem poëtam Græcum, qui inquit: Diuitiis ne parce, recordare quòd mortalis es, non licet in inferno diuitias habere, & pecunias afferre.

Quartũ est exẽplũ Seruatoris, qui doctrina & vita auaritiã semper detestatus est. Cõtra diuites clamat Luc. c. 6. Veh vobis diuites, qui habetis cõsolationẽ vestrã. Cõtra auaritiã clamat Matt. cap. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Non potestis Deo seruire & mãmonæ, id est, diuitiis. Auarus autem diuitiarum non dominus, sed seruus est.

Hæc de præsenti cap. dicta sint.

Tractatus sexti Tertiæ partis philosophiæ Christianæ.
Finis.

TRACTATVS SEPTIMVS TERTIAE partis Philosophiæ Christianę, sex partit⁹ capitib⁹.

¶ De Gula.

VT doctrinæ ordo seruetur ad mẽtem B. Gregorij, post tractatum de auaritia, agendum est de Gula: quoniã vt docuimus in trac. primo huius tertię partis, oritur ex auaritia: vnde & B. Gregorius in lib. 31. Moralium dicit: Quòd post prędicta vitia, scilicet post superbiã, inuidiam, iram, acidiam, sequuntur duo carnalia vitia, scilicet, ingluuies & luxuria. De gula igitur præsentem tract. formabimus, quem diuidemus in sex capita.

Primò, quid sit gula, vt vitium est.

Secũdò, si est peccatũ mortale ex gñre suo & capitale.

Tertiò, cuius grauitatis sit.

Quartò, quæ sint præcipuæ gulæ species, siue mod, in quibus peccamus.

Quintò, quæ & quot sint eius filiæ.

Sextò, de remediis contra eam.

CAPVT I.

Quidnam sit gula.

IN 1. ca. inuestigandũ est quid sit gula, vt est vitiũ. Aduertè igitur, q̃ tribus modis sumi cõsueuit: primò, pro appetitu naturali cibi, & potus ad restaurandum deperditũ: quia appetitus est in parte vegetatiua, & præuenit appetitiuã sensitiuam: & nominatur per famen, siue esuriem, & sitim. De quo appetitu pertractauimus in secũdo de anima, in trac. de potẽtiis vegetatiuis. Et gula sumpta pro tali appetitu est motus merè naturalis, sicut susc̃ipere, retinere, & digerere cibũ: & quoniã potentiæ vegetatiuę nõ sunt aptę obedire rationi: vt docuimus in fine primi Ethi. ideo gula sic sumpta nullo modo est peccatũ, nec vitiũ: sed conditio naturæ quę nõ nisi receptione & cõuersione nutrimenti in substantiam cõseruari potest in esse. De gula sic dicta intelligitur illud Matth. Omne, qđ intrat per os, nõ coinquinat hominẽ. Secũdò, sumi cõsueuit pro appetitu sensitiuo cõcupiscibili, quo ad cõplacẽtiã, & desideriũ, & delectationẽ cibi & potus & hic amor ac desideriũ & delectatio in sumptione cõuenientis nutrimẽti sunt naturaliter omni animali, & p̃cipuè homini, vt se cõseruent in esse: quæ cũ sint naturalia, vt sic, nec vitiũ nec peccatũ sunt: ratione regulata laudabilia, ac ad tẽperantiæ virtutẽ spectant, vt docuimus in tertio Ethic. & parte secunda huius operis in trac. de temperantia Christiana. Si autem deordinata sunt aliquantulũ sunt peccatũ veniale: vt manifestabimus infrà. Iuxta igitur hunc secundum modũ dicitur gula motus appetitus sensitiui cõcupiscibilis se delectãtis sensualiter in cibi potusq̃ desiderio, & sumptione. Et gula hoc secundo modo penè à nullo etiam perfecto omnino remoueri potest: quoniam delectatio illa inseparabiliter cõcomitatur necessitatẽ nutrimẽti. Experimur enim, q̃ quantò maiorẽ patimur famẽ & sitim, sumentes cibũ etiã nõ delicatũ, & bibẽtes etiam aquã purã, tantò magis delectamur. Vnde Cicero in lib. Tusc. quæst. refert, Quòd cũ Dionys. tyrannus cœnasset, negauit se delectatum esse in cibo. respondit coquus: Minimè mirũ: quia cõ dimẽta deficiunt. Qui cum quęreret, quę essent illa: respõdit, labor, sudor, cursus, fames, sitis. Talibus enim Lacedęmoniorum epulæ cõdiuntur. Quòd autẽ gula sumpta hoc secundo modo penè à nullo remoueri omnino possit, testatur D. Augu. in 10. confes. dicens: Quis est domine, qui aliquãtulũ extra metas necessitatis cibũ non sumit? Tertiò, sumitur gula pro inordinata, & immoderata cibi potusq̃ cõcupiscẽtia, sub qua cõcupiscentia cõtinetur immoderatus amor, & desiderĩũ, & delectatio effrænata in sumptione cibi, & vt sic vitiũ est: & opponit tẽperantię: & qm̃ de hac solũ hîc intẽdimus tractare qũo & quale peccatũ sit, in hoc tertio sensu sic diffinitur apud Theologũ: Gula est inordinata cibi potusq̃ auiditas, cum voraci edacitate, naturæ finibus non contenta.

Primò dicitur, immoderata cibi auiditas. Nã gulæ vitiũ nõ cõsistit in substãtia cibi, nec quãtitate, nec qualitate absolutè sumpta: sed in deordinata cibi cõcupiscẽtia: est autẽ deordinata cibi cõcupiscentia quæ nõ regulat rationẽ: sed relinquit vt in appetitu sensitiuo insurgit: siue hæc ordinatio sit in substãtia, siue in quãtitate, siue in qualitate cibi. Hinc sequitur, quòd si quis exceda⁹ in quantitate cibi, quia putat sibi necessariã: vel in qualitate, quia putat sibi salubrẽ: & nõ quia delectatur in excessu quãtitatis & qualitatis cibi, nõ peccat peccato gulę: sed potius ignorãtia, siue imperitia, quia in sua imaginatione decipitur suadens sibi falsò, q̃ indigeat tanta quãtitate, vel tali qualitate cibi, aut potus. Ad hoc ergo, q̃ peccato gulæ quis peccet, oportet q̃ propter cõcupiscentiã cibi aut potus delectabilis vt delectabilis, & nõ apprehẽsi vt necessarij, aut salubris excedat debitam mensuram, aut modum in eius sumptione.

Secũdò dicitur, cũ voraci edacitate ex parte cibi, aut auidiori ingurgitatione ex parte potus. Nã licet gula primò & essentialiter cõsistat intrinsecè in animo, cũ sit subiectiuè in cõcupiscibili, sicut & intẽperãtia: tamẽ cõplemẽtum accipit ab actu exteriori, qui est voracitas, aut ingurgitatio aliter nõ diceretur vitiũ carnale: ea enim sunt carnalia vitia quorũ opera cõsumuntur in corpore, siue in carne.

Tertiò dicitur naturæ finibus nõ cõtenta. Vbi aduerte, q̃ sicut homines distinguũtur cõplexione, & ætate, & exercitio, & regione: sic alij & alij cõuenit varia cibi mensura, & quãtitas, & qualitas. Vnde licet varij sint naturę termini, & fines necessitatis sumẽdi cibũ dũmodo vnusquisque contẽtetur mẽsura sua, nunquã est gulę vitiũ. Hinc ꝓuenit, q̃ quãtitas cibi necessaria Socr. erit materia gulę in Plat. quia minori indiget cibo. quãdiu igitur homo se nutriẽs stat in terminis indigentiæ naturalis respectu suæ complexionis, aut vel minimũ quid excedit, vitio gulæ nõ laborat. Dixi autẽ, vel minimũ quid excedit: qm̃, vt inquit D. Aug. in li. 9. cõfes. Cùm salus sit causa edẽdi & bibendi: adiũgit se tãquã pedisequa periculosa incũditas, quæ plerunque præire conatur, vt eius, s. causa fiat, quod salutis causa facere me dico vel volo. Si autẽ euidenter naturali indigentiæ terminos pertranseat, à vitio gulę nõ excusatur, & paulatim intẽperans efficitur. Et hæc est D. Aug. doct. in lib. q. euange. vbi sic legimus: Non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruat in generibus alimẽtorum his, cum quibus tibi viuendum est: neque quantum sumas, interest multum: cùm videamus aliorum stomachum citius saturari cibis, &c. Constat igitur tibi quid sit gula, vt vitium est: & sub intemperantia continetur. Hęc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Gula an sit peccatum & quale.

IN 2. c. inuestigãdum est, si & qũo gula, quam diffinimus est peccatum. Et hîc tria agenda sunt: Primò, si est peccatum: Secundò, posito quòd sic: si ex genere suo est mortale vel non: Tertiò, si est capitale.

Quantum ad primũ ponitur hęc conclusio: Gula tertio modo sumpta, quã in c. præced. diffinimus, est ex se peccatũ, probatur. in quibuscunq; contingit à regula rationis rectæ recedere, in his est peccatum. Nã peccatum, vt docuimus in 1. tract. huius tertiæ part. est actus declinans à rectitudine, quæ sibi debet inesse, Sed contingit homini, & in passionibus intrinsecis, & in actibus extrinsecis à rectæ rationis regula recedere, quæ tamen secundum rationem rectam moderandæ ordinãdęque sunt. Inter omnes autem passiones difficilius est delectationẽ gustus, & tactus rectè ordinare, eò quòd congenitæ sunt nobis ad conseruationem individui & speciei: ergo circa eos, nisi ordinentur,

contingit

contingit eſſet peccatũ. Quoties igitur harũ delectationũ cõcupiſcentia rationis regulã excedit euidẽter, peccatum eſt. Sed gula, vt eã diffinimus, dicit inordinatam concupiſcentiã, cibi & potus delectabilis: ergo eſt peccatũ ex ſe. Quod cõfirmatur ex doctrina Diui Aug. i lib. 10. confeſ. Vbi inquit: Nõ ego immunditiã obſonij timeo, ſcilicet, quo ad conſcientia peccati: ſed immoderantiam cupiditatis. & B. Greg. in lib. 30. Moral. inquit: Ad cõflictum ſpiritualis agonis non aſſurgitur niſi prius inter noſmetipſos hoſtis poſitus, Gulæ, ſ. appetitus edomatur: ergo conſtat Gulã tertiõ modo ſumptã eſſe ex ſe peccatum.

Nec obſtat, q̃ Seruator dicit Matth. cap 15. Quod intrat per os, nõ coinquinat hominẽ, ſcilicet quò ad animam. Reprobat enim Phariſæorum ſentẽtiam, qui opinabantur hominem infici ſecundum animam ex ſubſtantia ciborum immũdorum: quod non eſt verũ: quoniam immunditia ſubſtantię cibi non redundat in immunditiam animæ, niſi adſit in corde mala concupiſcentia, quæ coinquinat animam, ſi nõ moderatur. Quod innuit, dũ ſubiungit: Quæ de corde exeunt, coinquinant hominem. De corde autem exeunt cogitationes malæ, inter quas continetur inordinata cibi & potus concupiſcentia, circa quæ verſatur gula.

Nec obſtat q̃ Aug. dicit in lib. 2. de libero arb. q̃ vbi eſt natura & neceſsitas, q̃ ibi nulla dominatur culpa. Conſtat autem, q̃ in actu gulæ eſt natura, & neceſsitas, aliter homo deficeret. Hoc inquã non obſtat: quoniã niſi adeſſet aliud, quàm natura, & neceſsitas, culpa nõ eſſet: ſed quoniam ſuperuenit cõcupiſcentia inordinata: ideo niſi reprimatur imperio rationis, ex ea prouenit gulæ culpa. Nec obſtat quod dicit Aug. in lib. 10. confeſ. ſumenda eſſe alimẽta ſicut medicamenta: conſtat autẽ non eſſe peccatũ ſumere medicamẽtũ: ergo nec ſumere alimentũ. Hoc inquã non obſtat: quia nõ intendit Aug. aſsimilare ſumptionem nutrimenti ſumptioni medicinæ, niſi in his conditionibus, ſcilicet. Sicut infirmus accipit medicinã ex neceſsitate ſanationis & tanta menſura: quia ſi plus, noceret, ſi minus, non ſanaret: ſic accedens ad alimentũ ſumere debet ipſum proportionaliter & menſuratè iuxta ætatẽ, exercitium, complexionem, ſtatum, regionem, & cauere ne plus ſumat ex voluptate, nec multũ minus, ne nimis debilitetur, & ſufficiens nõ ſit ad bene operandũ: nam ſicut peccaret homo ex inordinato appetitu comedẽdi plus quàm oporteat, ſic ex determinatione voluntatis volentis ſibi neceſsitatem cibi negare, ſicut quidam indiſcretè faciunt arbitrantes perfectionẽ vitæ in hoc conſiſtere, quod reprobat Paulus ad Ro. cap. 14. dicens, Non eſt enim regnum Dei eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ ĩ ſpiritu ſancto. Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt hominibus. Idem cõfirmatur ex doctrina beati Greg. qui in lib. 30. mor. capi. 28. inquit: Neceſſe eſt vt artẽ quiſque continentię ſic teneat, quòd nõ carnem, ſed carnis vitia occidat. Nã plerunque dum plus iuſto caro reſtringitur etiã ab exercitatione boni operis enerua tur, vt ad orationem quoque vel prædicationem non ſufficiat, dum incentiua vitiorum in ſe funditus ſuffocare feſtinat.

Gula non ſi ſemper peccatum mortale.

Quantùm ad ſecundũ ponitur hæc concluſio: Gula non eſt ex ſuo genere peccatũ mortale, ſed ſecundum diuerſas conditiones aliquando eſt mortale, aliquando veniale. Prima pars ſic probatur: Species mortalis actus ſumitur ex obiecto: ergo ſi obiectũ alicuius peccati cõtrariatur caritati, quæ eſt animę vita, illud ex ſuo genere erit mortale. Sicut blaſphemia, quoniã contrariatur dilectioni Dei: & homicidiũ, q̃n contrariatur dilectioni proximi, ſunt ex genere ſuo mortalia. Sed peccatum gulæ conſiſtit in deordinata concupiſcentia delectationis ciborum: Huiuſmodi autem deordinata concupiſcẽtia ex ſui natura & omnibus modis ſumpta: nõ cõtrariatur dilectioni Dei nec proximi, ſed ex quibuſdam conditionibus, quas explicabimus infrà: ergo gula non eſt ex ſuo genere peccatum mortale, ſed abſtrahit à mortali & veniali. Secunda pars ſic manifeſtatur. Quoniã gula eſt immoderatus appetitus cibi, vt delectabilis eſt, vel appetenti delectabilis videtur: talis appetitus quinque modis conſiderari poteſt.

Primò, vt eſt præcisè naturalis. ſicut naturaliter homo intensè appetit comedere, & bibere cùm fameſcit, & ſitit. Et hic appetitus & ipſa delectatio conſequens ipſum ſtando in terminis naturalitatis non eſt peccatum: quoniam eſt in ſuffragium naturæ deficientis, niſi cibo reſtauretur.

Secũdò, inquantũ illi appetitui, & delectationi naturali ac neceſſario pro cõſeruatione indiuidui, ſuperuenit quidam appetitus delectationis in cibo ex concupiſcibili: & tunc niſi aliud ſuperueniat, ſi eſt tm̃ veniale. Dico niſi aliud ſuperueniat: q̃n ſi in tm̃ procederet, quòd propter cibi voluptatẽ remota neceſsitate fieret cõtra præceptum legis: putà, de ieiunio præcepto ab eccleſia, vel abſtinentia alicuius cibi, quæ eſſet ſub præcepto aut religionis, aut eccleſiæ, eſſet peccatũ mortale, non propter ſolam deordinatam delectationẽ cibi, ſed propter præcepti tranſgreſsionẽ. Dico remota neceſsitate: q̃n ſi tranſgreſsio præcepti fieret ex cauſa ſufficienter excuſante, vt ex labore, peregrinatione, infirmitate, ſenectute, paupertate, cõplexionis debilitate: ita quòd non ſtaret verisimiliter ſalus corporis & cõueniens eius vis ad bene operandum opera ſibi debita ex officio vel ſtatu viuendi: tunc non eſſet peccatũ: imò poſſet talis eſſe neceſsitas, quòd obſeruantia præcepti eſſet demeritoria. In talibus tm̃ obſeruantiis abſtinentiæ ad quas tenetur quis ex præcepto eccleſiæ, vel religionis, vel voto, vel pœnitentia ſacramentali iniuncta: ſi aduenit impedimentum rationabile cõſulendus eſt vterque medicus, ne in ſuo proprio iudicio confidat: Amor nanque ſui plerunque iudicium rectum ſubuertit.

Tertiò, poteſt appetitus comedẽdi & bibendi eſſe cum tanta cõcupiſcẽtia & ardore, quòd homo ex finali affectu illi inhæreret, adeò quòd aliud nõ curaret, nec diuinum amorem, nec timorẽ, nec reuerentiã legis, niſi gulæ, id eſt & ventri inſeruire (vt Epicurus, & illi, de quibus inquit Paul⁹ ad Philip. ca. 3. Quorum Deus venter eſt:) tunc manifeſtum eſt gulam eſſe peccatum mortale. *Gula quando eſt peccatum mortale.*

Quartò, poteſt illa appetitus & inordinata delectatio cibi ac potus in talẽ habitum ac conſuetudinem conuerti, quòd homo per totã vitam ſuam non vacat niſi crapulæ & ebrietati, & tunc profectò eſt in malo ſtatu, & æquiparatur diuiti, qui epulabatur quotidie ſplendidè: ideo ſepultus eſt in inferno. Et Paul⁹ ebrietates, & comeſſationes computat inter mortalia ad Gala. cap. 5. Dicit em̃ quòd qui talia agũt, ſ. per habitum, ſ, p malũ, neſcientes niſi vt bruta viuere. quę nõ niſi gulæ & ventri viuunt regnum Dei nõ poſsidebunt.

Quintò, poteſt quis non delectari inordinatè in cibo & potu quò ad perſonam ſuã, ſed delectatur in perſona alterius ſcilicet inducens alterum ad crapulã & ebrietatem, vt euertat mentis eius ſtatum, & exponat eum ludibrio, eſt peccatum mortale: q̃n eſt cõtra charitatem proximi, & magis ſibi nocet, quàm ſi eum in corpore, aut in re lęderet: bonum em̃ intellectus prędertur bono corporis. Ex prædictis tibi conſtat quomodo & quando gula eſt peccatum veniale. & quando mortale, quæ ex ſuo genere nõ eſt mortale. Quod cõfirmat ex doctrina Diui Aug. & B. Greg. Inquit em̃ Diu⁹ Aug. in ſermone de purg. Quoties aliquis in cibo & potu plus accipit quàm neceſſe ſit, ad minuta peccata nouerit pertinere. Inquit. B. Grego. in libr. 10. Moral. Ex vanitate in iniquitatẽ ducimur: cùm prius per leuia delicta deffluimus, vt vſu cuncta leuigante, nequaquã poſt etiam grauiora cõmittere timeamus, & inter alia de gula exemplificat, ſubdens: Dũ gulæ incumbitur, protinus ad leuitatis inſaniã proditur. Secundum D. ergo Aug. gula cõputatur inter peccata minuta: & ſecundũ B Greg. inter peccata leuia: ſed q̃ ex genere ſuo mortalia ſunt, grauia & nõ leuia, magna, & nõ minuta dicuntur: ergo conſtat gulam ex ſuo genere non eſſe peccatum mortale. Et licet aliquando ſit mortale aliquãdo veniale, vt docuimus, tamen id poſſe ſemper diſcernere quam difficile eſt propter delectationẽ nobis innatam qua durante: dum comedimus, videtur neceſsitati naturę atteſtari. & ſic latẽter ac paliatè nos decipit. Quod B. Gre. egregiè in lib. 28. Mora. pertractat, dicens: Sciendum verò eſt: quia ſic voluptas ſub neceſſitate ſe palliat, vt vix eam perfectus quiſque diſcernat. Nam dum ſolui debitum neceſsitas petit, voluptas expleri deſiderium ſuppetit: & tantò gula ſecurius in prœceps rapit, quantò, ſub honeſto nomine neceſsitatis explendæ ſe cõtegit. Sæpe autem in ipſa edendi via, furtiuè adiuncta voluptas ſubſequitur. Nõnunquã verò impudẽter libera etiã pĩre conatur: facile aũt eſt deprehẽdere, cũ voluptas eſus neceſsitatẽ preuenit: ſed valde eſt difficile diſcernere, cũ in ipſo eſu neceſſario, ſe occulta ſubiũgit: Nã q̃a præũtẽ natura appetitũ ſequit. quaſi à tergo veniẽs tardè videtur. Eo enim tẽpore, quo neceſſitati debitum ſoluitur, quia per eſum voluptas neceſsitati miſcetur neceſsitas q̃d petat: & q̃d (vt dictũ eſt) voluptas ſuppetit ignorat: Sæpe verò & diſcernim⁹: & quia vtranque per experientiam coniunctam eſſe nouimus, in hoc q̃ extra metas nos rapiũt: libet vt ſciẽdo fallamur: & dum ſibi mens

ex neceſsitate blãditur, ex voluptate decipitur. Scriptum quippe eſt, ſcilicet per Paulum ad Rom. ca. 13. carnis curam ne feceritis in deſideriis. Quæ igitur cura in deſideriis fieri prohibetur, in neceſsitate conceditur.

Gula eſt vitium capitale.

Quantum ad tertium ponitur hæc concluſio: Gula eſt vitium capitale: probatur, Vitium capitale eſt illud, ex quo vitia multa oriuntur ordinata ad eundẽm finem: ad quem ordinatur principaliter vitium capitale. Sed multa vitia, vt declarabitur, oriuntur ex gula, ordinata ad fiuem gulæ, qui eſt inordinata concupiſcentia cibi & potus delectabilis: ergo eſt vitium capitale. Præterea gula eſt circa finẽ multum appetibilem, quæ eſt delectatio: & ſignum, quòd delectatio ſit multum appetibilis, conſtat ex eo quòd non datur felicitas abſque delectatione: felicitas autẽ eſt ſummè appetibilis, vt docuimus in primo Ethicorum: ergo & delectatio. Sed ex eo, q̃ homo finẽ aliquẽ ſummè appetit, multa operatur in bonũ, ſi finis eſt bonus: & multa in malum, ſi finis eſt malus. Cùm igitur gula ſit circa id, quod vehementer appetitur, ſ. delectatio: conſequens eſt vt ex ea multa oriantur vitia. Et ideo rationabiliter numeratur inter vitia capitalia. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT III.

De Gulæ grauitate.

IN tertio capite inueſtigandum eſt q̃ graue ſi gulę peccatũ. Pro cuius euidẽtia præpono diſtinctionem de peccati grauitate: deinde reſoluetur propoſitũ per concluſiones.

Tu igitur aduerte, q̃ vltra gradus & modos grauitatis peccati, quos aſsignauimus in Trac. 1. & cap. 1. huius tertiæ partis, deſcendentes ad peccatum gulæ, poſſumus ſic diſtinguere: Grauitas peccati poteſt ex tribus prouenire. primò, ex materia, circa quã verſatur. Nã quantò materia ſiue obiectũ nobilius eſt: tantò peccatum grauius eſt. Vnde homicidiũ grauius eſt, quàm furtũ: q̃m vita hominis, quæ per homicidium aufertur, nobilior eſt bono tẽporali. Et blaſphemia grauior eſt quã auaritia: quoniã illa eſt contra diuinũ honorem, hæc autẽ contra bonum humanũ. Secundò, ex maiori aut minori inclinatione peccandi: Nam in his, ad quæ non naturaliter inclinamur: ſi peccamus, grauius peccamus: quoniam minus excuſabiles ſumus. In his autem, ad quæ naturaliter inclinamur: leuius peccamus, & digni ſumus miſeratione. Vnde diximus ſuprà inuidiam eſſe grauiorem ira: & odium grauius ira. Tertiò, ex maiori occaſione ruendi in alia peccata: nã quantò magis peccatum aliquod eſt occaſio ſiue radix cadendi in alia, tãto grauius eſt. Vnde ſuprà diximus ſuperbiam, & auaritiam occaſionaliter eſſe grauiſsima peccata: quoniam videntur radices omnium malorũ, vt diximus ſuprà agentes de ſuperbia & auaritia.

Grauitas peccati ex tribus penſatur.

Stante hac diſtinctione ponuntur tres concluſiones.

Gula nõ eſt grauiſſimũ peccatũ ex obiecto neque ex parte peccãtis.

Prima eſt. Gula non eſt grauiſsimum peccatum ex materia ſiue obiecto: probatur, Peccata, quæ ſunt contra diuinum honorẽ grauiora ſunt peccatis quę ſunt circa bonum corporis inordinatè appetitũ & amatũ: Sed gula eſt peccatũ circa bonũ corporis, id eſt circa ſuſtentationem corporis inordinatè appetitã ex delectatione cibi: quamplura autẽ peccata ſunt cõtra diuinũ honorẽ, vt idololatria, infidelitas, blaſphemia. ergo grauiora ſunt quam gula.

Secunda cõcluſio: Gula ex parte peccãtis nõ eſt grauiſsimũ peccatũ: probatur, Peccans ex gula magis excuſabilis eſt, quàm peccãs exinuidia, ex odio, ex rapina. Nã excuſatur propter neceſsitatẽ ſumendi cibũ, cui naturaliter adiuncta eſt delectatio. Item excuſatur quoniã, vt docuimus in cap. præcedenti, difficilimũ eſt diſcernere quando expleta ſit neceſsitas naturæ, & quãdo delectatio inordinata eſt in ſumptione cibi. Tales autem excuſationes non habet inuidus, nec raptor, nec odiẽs, &c. ergo gula nõ eſt grauiſsimũ peccatũ ex parte peccãtis: niſi velim⁹ appellare ipſum grauiſsimũ ex generali pronitate, eò q̃ vix inuenitur perfectus, qui hoc vitio pro aliquo gradu nõ laboret: & ſi non ſemper, aliquãdo tñ. Vnde inquit d. Aug. in li. 10. cõfeſſ. Quis eſt domine, q̃ aliquãtulũ extra metas neceſsitatis cibũ non ſumat. Et ratione huius vniuerſalis pronitatis malæ quę eſt velut vniuerſalis peſtis, dixim⁹ in tra. 1. & c. 1. huius. 3. partis gulã & luxuriã eſſe peccata grauiſsima.

Gula ex ipſa occaſione grauiſsima eſt.

Tertia cõcluſio: Gula occaſionaliter eſt grauiſsimũ peccatũ. Hæc manifeſtatur paſsim in ſcrip. ſac. propter peccata, & flagitia, & punitiones, quæ ex ea occaſionata ſunt.

Nam primi parentes ex gula de paradiſo electi fuere, mortales & miſeri facti ſunt, Geneſis cap. 3.

Noë perfectus in generationibus ſuis, ex potu vini inebriatus, nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Geneſis cap. 9.

Loth, quem Sodoma non vicit, gulæ vitio victus potu vini inebriatus, duplicem inceſtum commiſit ex concubitu filiarum, Geneſis cap. 19.

Eſau appetitu inordinato comedendi lentẽ, primogenita amiſit, benedictione paterna ſe priuauit, Gen. cap. 21.

Propter gulam populus Hebræorũ appetens carnes faſtidiens mãna irã Dei excitauit, & percuſſus eſt in deſerto: nam legimus in lib. Num. ca. 11. quòd adhuc carnes erant in dentibus eorũ, & percuſsi ſunt à Deo plaga magna: & vocatus eſt locus, vbi ſepelierunt populum qui deſideranerat carnes, ſepulcra concupiſcentiæ.

Ammon primogenitus Dauid factus temulentus vino, occiſus eſt ab Abſalon in conuiuio ſuo, quod fecerat filiis regis, vt legimus in 2. Regum, cap. 12.

Holophernes poſtquàm biberat multum vinũ, quantum nunquam in vna die in vita ſua biberat ebrius & ſoporatus à vino interfectus eſt à Iudith Hebræa, Iudith cap. 11. Herodes conuiuiũ facies principibus Galilææ Ioannẽ decolauit in carcere ex ſuggeſtione impudicæ Herod. Luc. cap. 3.

Gula vitio pereũt animi bona, corporis & ſua.

Augetur gulę grauitas ex dãnis ſpiritualibus atque corporalibus, quæ occaſionãtur ex ea. Nam cùm tria ſint bona hominis, ſcilicet animi & corporis & facultates externæ, quæ dicuntur fortunæ bona: ſingula ex ingluuie guloſus perdit. Non enim ſtat ſapiẽtia, neque prudẽtia, neque conſilium, neque ſubtiliũ ſpeculatio cum crapula & ebrietate. Vnde Prouer. cap. 20. Qui his, ſcilicet epulis, & potu delectatur, nõ erit ſapiens. Et Iob cap. 28. Sapiẽtia non inuenitur in terra ſuauiter, id eſt, deliciosè, & crapulosè viuentium. Et Seneca ad Lucillũ: Copia ciborũ ingenij ſubtilitas impeditur. Et Cicero: Mente recta vti nõ poſſunt, multo cibo potuque repleti: & vniuerſaliter rationis vſus tam practicè quàm ſpeculatiuè auferetur: & in hoc ſenſu intelligitur illud Oſeę cap. 4. Vinũ & ebrietas auferunt cor. i. vſum rationis: ex cõſequẽti prudentiã, & cõſiliũ, & ſpeculationem.

Neque cũ crapula & immoderato potu ſtant bona corporis, quę ſunt ſanitas, robur, agilitas, pulchritudo, & lõgitudo vitæ. Hæc omnia gula aufert, & inducit oppoſitum. Vnde Eccleſiaſt. capit. 37. In multis eſcis erit infirmitas. Et Iob. capit. 20. Cùm ſatiatus fuerit, artabitur, & omnis dolor irruet ſuper eũ. & Seneca ad Lucil. Quis hoſtis tam contumelioſus vnquã fuit, quàm in quoſdã voluptates ſuæ ſunt. Sufficit alicui, ſi hoſtẽ ſuum excæcat: ſed voluptates non modo excęcant voluptuoſos ſed etiã impotentes reddunt contractos, & leproſos, variiſq́ue infirmitatibus affligunt. Quòd autem cum vitio gulæ nõ ſtet vitæ longitudo teſtatur ſcriptura Eccleſ. c. 37. Propter crapulã multi obierunt: q̃ autem abſtinens eſt, adiiciet vitã. Et Seneca ad Luci. Poteſt noſtra prouidẽtia huic corpuſculo noſtro longiorem prolongare moram: ſi voluptates, quib⁹ maior pars perit, regere poterimus, & coërcere.

Neque cum gula ſeruabitur externa facultas, neceſſe eſt ex immoderatis expenſis egeſtatem tandem incurrere. Vnde Prou. cap. 21 Qui diligit epulas, in egeſtate erit. Qui amat vinũ & pinguia, non ditabitur. Conſtat igitur q̃ gula omnia noſtra bona occaſionaliter aufert: ideo merito deteſtabile vitiũ eſt & apud philoſophũ beſtiale vitium nuncupatur, vt docuimus in 3. lib. Ethi. Vertit enim hominẽ in brutũ quo ad mores, & ſtudia, licet non quo ad ſubſtantiã. Vnde Hieronymus, Qui poſt carnẽ ambulãt in ventrem. & libidinẽ proni, quaſi irrationabilia iumenta reputantur. Et Seneca ad Lucil. quoſdã ventri obedientes, loco animalium numeremus, nõ hominum. Vt igitur tanti vitij labem declinemus, ſeruanda eſt Hier. ſenten. in Epiſt. 80. Sic ſemper comedas, vt ſemper eſurias: vt ſtatim poſt cibum legere & pſallere, & orare valeas. Quomodo autem ex gula luxuriæ nefandę materia miniſtretur, declarabitur tibi in cap. ſequenti, Hęc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

De quinque Gulæ ſpeciebus.

IN cap. 4. inueſtigandum eſt, quæ & quot ſint gulę ſpecies, ſiue modi, quibus cõmuniter hominũ genus irretitur. Tu igitur aduerte, q̃ B. Greg. in lib. 30. Mora. cap. 27. quinque aſsignat modos ſiue ſpecies gulæ, de quibus ſingulis exemplificat in ſcriptura ſacra. Hìc igitur tria agenda ſunt: primò, aſsignandi ſunt hi quinque modi, ſecundò aſsiganda eſt ratio ſufficientiæ eorum, tertiò, de ſingulis exempla feremus ex ſacra ſcriptura.

Quantum ad primũ aduerte has 5. ſpecies ſic nominari.

Lautè

Studioſè.

Studiosè,
Nimis,
Præproperè,
Ardenter.

Lautè q̃ dé peccamus, cũ cibaria nimis ꝓtiosa quærim⁹.
Studiosè peccamus, cùm cibaria nimis accurata q̃rim⁹.
Nimis peccam⁹, cùm quãtitas cibi maior debitosumitur.
Præproperè peccamus, cùm nimium prǫuenimus congruam reficiendi horam.

Ardenter peccamus, cùm debitus & honestus modus comedendi non seruatur.

De singulis his modis sic scribit beatus Gregorius in trigesimo libro Moralium, capite vigesimoseptimo: Sciendum prætereà est q̃ nos quinque modis gulę vitiũ tentat. Aliquando nanquè indigentię tępora prævenit: Aliqñ verò tempus non prævenit, sed cibos lautiores quærit: Aliquãdo quælibet sumenda præparari accuratius expetit: Aliquãdo autem, & qualitati ciborum, & tempori congruit: sed in ipsa quantitate sumendi, mensurã moderatæ refectionis excedit. Nonnunquam verò, & abiectius est quod desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderij peccat. Hęc beatus Gregorius.

Quantum ad fm̃ aduerte rationem sufficiętię prędictorum modorum hinc sumi: Cùm gulæ vitium consistat in deordinata cibi & potus concupiscentia: huiusmodi deordinatio circa duo contingere potest. Primò, circa cibũ: secundò, circa ipsam cibi sumptionẽ. Si primo modo, id tripliciter contingere potest: qm̃ vel circa cibi substantiam: putà, quia cõcupiscit, & omni studio quærit pretiosos cibos: & sic peccat lautè. Et de hac specie intendit Diuus Hieronymus cõtra Iouinianum scribens, vbi inquit. Ne tales accipiam⁹ cibos, quos aut difficulter digerere comestos, aut magno paratos labore doleamus. Olerum & pomorũ, & leguminũ facilior apparatus est, & arte impendiisq̃ coquorum non indiget: & sine cura sustẽtat humanũ genus moderatè sumptus. Quia nec auidè deuoratur qđ irritamenta gulę non habet, & leuiore digestione decoquitur. Vel contingit deordinatio circa cibi qualitatem s. nimis acuratè præparando ipsum, & condiendo, etiam q̃ in substantiæ pretiositate non sit excessus: Et sic homo peccat studiosè. Contra hanc speciẽ scribit beatus Bernardus ad abbatẽ Cluniacensem, dicens: Tanta quippe accuratione, & arte coquorũ omnia apparãtur, q̃ quatuor, aut quinque ferculis deuoratis priora nõ impediunt nouissima, nec saturitas minuit appetitũ. Post venter quidẽ tumescit & oneratur, sed varietas tollit fastidium. Aut ipsa deordinatio est circa cibi quantitatem: qm̃, scilicet, plus sumitur quàm sit naturæ necessitas, & q̃dem si hic excessus notabilis sit, peccamus nimis, scilicet, comedendo, aut bibendo. Cõtra hanc speciem scribit Diu⁹ Hieronymus in Epistola octuagesima, dicens: Ne prǫcepta gulæ longius protraham, Sic semper comedas, vt semper esurias. Dixi si hic excessus sit notabilis. qm̃ si aliquantulus est, non est ex eo arguendus homo, vt gulosus. Communis em̃ conditio est propter delectationem adiunctam necessitati. Vnde & viri sancti ab hoc paruo excessu, vix se tẽperãt.

Propterea inquit diuus Augustin⁹ in lib. decimo cõfessio. Quis est domine, qui aliquantum extra metas necessitatis cibum non sumat? Si contingat deordinatio circa cibi sumptionẽ, potest esse dupliciter. Primò, q̃a prævenit horã congruã: ita q̃ non ex necessitate sed ingluuie tempus reficiendi debitum nõ expectat remoto tamen mõtiuo rationabili. Quod dico, qm̃ si non sit in potestate sua, excusatur: sicut serv⁹ alter⁹, aut pauper, aut peregrin⁹ in itinere, aut infirmus in manu medici. His exceptis, qui est sui iuris, & habet vnde se temperatè nutriat: si congruum tempus comestioni nõ seruat: peccat præproperè: De hora comestioni congrua scribit Laertius de vita & moribus philosophorum, quòd interrogatus Diogenes quæ hora esset comessationi cõgrua, ait: Habenti quod comedat, hora congrua est, q̃n famescit: non habenti vero, quando habere potest.

Secundò, qui nimis auidè, & incompositè, & immundè comedit, vt videatur magis vorare more beluæ q̃ comedere: & tunc peccat ardenter. Contra huiusmodi voracitatẽ & immunditiam scribit Ouidius in libro de arte amandi.

Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi:
Ora nec immunda tota perunge manu.
Priamides Helenem, auide si spectet edentem,
Oderit: & dicet, stulta rapina mea est.

Constat igitur ratio, qua rationabiliter quinque modi siue species assignantur vitio gulæ.

Quantùm ad tertium aduerte, ne huiusmodi species videantur à superstitiosis, & agrestibus viris inuentæ, beatus Gregorius singulas firmat ex sacra scriptura: Et eã quidẽ, quę dicitur, Præproperè, firmat exemplo Ionathæ, dicens: Mortis quippe sententiam patris ore Ionathas meruit: quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit: qđ legimus in primo Regum ca. 14. Eam verò, quę dicitur lautè, firmat exemplo populi Hebræi indeserto, dicens: Et ex Aegypto populus eductus ĩ eremo occubuit: quia desp̃ecto manna, cibos carnium petiit quos lautiores putauit: qđ legimus in lib. Numeri cap. 11 Illam autẽ, quæ dicitur studiosè, firmat exemplo filiorum Heli summi sacerdotis, dicens. Et prima filiorum Heli culpa suborta est, quòd ex eorũ voto sacerdotis puer nõ antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere, sed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet: quod legimus in primo Regum capite secũdo. Et illã quæ dicitur nimis, firmat exemplo saturitatis Hierusalem & Sodomæ dicens: Et cùm ad Hierusalem dicitur, Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia aquę apertè ostenditur, q̃ idcirco salutẽ perdidit, q̃a cùm superbiæ vitio mensuram moderatæ refectionis excesit: qđ legimus Ezechielis cap. 16. Et eim, quę dicitur ardenter, firmat exemplo Esau, dicens Et primogeniti gloriam Esau amisit quia magno ęstu desiderij vilem cibum. id est, lenticulam concupiuit: quam dum vendendis etiã primogenitis prætulit, quo in illã appetitu anhelaret, indicauit: neque em̃ cibus, sed appetit⁹ in vitio est. Vnde & lautiores cibos plerunque sine culpa sumim⁹: & abiectiores nõ sine reatu conscientiæ degustamus. Hic q̃ppe, quẽ diximus Esau, primatum p̃ lenticulam perdidit: quod legimus Gene. c. 25. Et Helias in eremo virtutẽ spiritus carnes edendo seruauit. Vnde & antiquus hostis q̃a non cibum, sed cibi concupiscentiam esse causãm damnationis intelligit, primũ hominem nõ carne, sed pomo sibi subdit, quod legimus Genesis cap. 3. Et fm̃, id est, Christum non carne, sed pane tentauit: quod legimus Matthæi cap. 4. Hinc est quòd plerunque culpa committitur, etiam cùm abiecta, & vilia sumuntur. Neque em̃ Adã solus, vt à vetito se pomo suspenderet, præceptum prohibitionis accepit. Nam cùm alimẽta quædã saluti nostrę contraria indicat: ab his nos quasi per sententiam vetat: & cum concupiscentes noxia attingimus, p̃fecto q̃d aliud q̃ vetita degustamus: Ea itaq; sumenda sunt, quæ naturę necessitas quærit: & nõ quæ edendi libido suggerit. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT V.

De Gulæ filiabus.

IN ca. 5. agendũ est de filiabus gulę. Et hîc tria agenda sunt. primò, quæ & quot sint: secũdò, quæ sit ratio sufficientiæ earum: tertiò si ex aliis vitiis quam ex gula oriri potest.

Quantum ad primum aduerte, q̃ B. Gregorius in lib. 31. Mora. cap. 31 quinq; numerat gulę filias, dicens: De ventris ingluuie, inepta lætitia, scurrilitas: immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur.

Quantùm ad fm̃ aduerte, q̃ ratio sufficiẽtiæ earũ hinc sumitur. Quoniam gula est inordinata concupiscentia cibi & potus. vitia quę ex tali concupiscentia emanant, & vt in plurib⁹ cõcomitant, filiæ gulę sunt. Talia autẽ vitia aut sunt insurgẽtia ex parte animæ, aut ex parte corporis. si ex parte corporis, dicitur immunditia, qua ex crapula, & ebrietate sordidatur gulosi corpus. Constat em̃ quòd ex immoderata cibi & potus receptiõe ex corpore exeunt turpes & fœtidæ modo inhonesto superfluitates: quales sunt ventris fluxus sudor vsctuosus, vomit⁹, & eructatio cũ odore malo. Congruè igitur ponitur immunditia gulę filia. Contra quã sic scribit Franciscus Petrar. de remed. vtriusque fortunæ. *Ex gula immunditia oritur.*

Cibus tenuis ac modicus, siccos, validos, & aspectu placidos: ac odores corporis nec sibi nec aliis molestos facit: Victus autem crapulę, madidos, æstuates, tremulos, & olentes, & (vt Ciceronis vtar verbis) sudãtes & ructãtes facit, vt aspectu videatur q̃d interfit ĩter frugalitatẽ & crapulã. Si ex parte aĩæ, hoc quadrupliciter contingit: primò. Quantum ad virtutẽ intellectiuam, cuius acies hebetatur, & lumen obfuscãtur ex immoderato cibo & potu, eò quòd fumosi vapores eleuati à stomacho repleto, caput pturbant, ex cõsequenti sensus interiores, præcipuè phãtasia, virtuti intellectiuę deseruire nõ possunt, Econtrariò aût abstinentia mentẽ acuit, & ad sapientiã disponit: ideo dixit Sapiens Ecclesiastes, cap. secundo: Cogitaui abstrahere à vino carnẽ meam, *Hebetudo sensus interioris ex gula oritur.*

meam,vt animum transferrem ad ſapientiam.Et Daniel cũ tribus pueris propter abſtinentiam obtinuerunt ſapientiã, vt legimus Danielis cap.1. Meritò igitur hebetudo ſenſus circa intelligentiam ponitur gulæ filia.Secundò, quantum ad virtutẽ appetitiuam ſenſitiuam in qua eſt concupiſcibilis:& in concupiſcibili eſt paſsio lætitiæ & triſtitiæ,quæ nõ diſtinguuntur eſſentialiter à delectatiõe.Ex cibo igitur,& maximè ex vno excitatur, & ꝓrumpit concupiſcibilis in quandam incompoſitam lætitiã ſopito iudicio rationis: ex qua ꝓueniunt ſtulti riſus,& cachinni, & leues garritus. Et hæc dicitur inepta lætitiã,quę ꝓpriè eſt effectus nimiæ potationis:ideo meritò ponitur filia gulę.De hac intelligitur illud ſecundi Eſdrę capite tertio, Vinum omnem mentem conuertit in ſecuritatem,& iucunditatem. Tertiò, quantũ ad ſermonem ſiue verbũ:Nam vacantes crapulæ efficiuntur verboſi,& ſine fræno proferunt verba inuenta incompoſitè,tam in bonum quàm in malum.Hæc autẽ inordinata locutio multiloquium appellatur:ideo ponitur gulæ filia, de qua inquit beatus Gregorius in primo Moralium: Nam nulla ſunt vitia,quæ à conuiuiis ſeparari vix poſſunt: penè omnes epulas comitatur voluptas. Nã cùm corpus in refectionis delectatione reſoluitur,cor ad inane gaudiũ relaxatur.Vnde ſcriptũ eſt:Sedit populus manducare,& bibere,& ſurrexerunt ludere.Penè ſemper epulas loquacitas ſequitur.Cumque venter reficitur,lingua effrænatur. Vnde dines apud inferos in lingua cruciabatur.Quartò,quantũ ad actus & geſtus exteriores.Nam guloſus repleto ventre, & factus incũdior:ſicut incompoſita loquitur,ſic actus & geſtus leues oſtendit cõmouentes ad riſum. Et hęc dicitur ſcurrilitas ꝓueniens ex rationis defectu:qm̃ ſicut in guloſo verba ordinare non poteſt,ſic nec geſtus. Inde videmus ebrios geſticulare,vt ſimias,tortuoſè incedere,verba confundere,qm̃ mouetur vt nauis irregulariter fracto gubernaculo:ideo ſcurrilitas meritò numeratur inter gulę filias: de qua inquit Paulus ad Epheſ.cap.5.Nõ nominetur in vobis turpitudo,aut ſtultiloquium,aut ſcurrilitas,quę ad rem non pertinet,id eſt,nullius eſt vtilitatis Conſtat igitur q̃ rationabiliter aſsignantur quinque filię gulę.

Inordinata lætitia & multiloquiũ ex gula oritur.

Scurrilitas ex gula oritur.

Immunditia quæ ratione ſit luxuriæ, & gulæ filia.

Quantum ad tertiũ aduerte,quòd non incouuenit prædicta vitia diuerſa ratione eſſe filias gulæ:& ab aliis ꝓcedere vitiis,verbi gratia,Immunditia dupliciter ſumitur: primò, pro emiſsione ſuperflui ſpermatis:& vt ſic attribuitur luxurię,nec ad gulã ſpectat:ſi prout luxuriæ materiã miniſtrat,quæ eſt cibus inordinatus,aut in ſubſtantia,aut in qualitate,aut in quantitate, vt docuimus in ca. prȩcedenti.Secundò,ꝓ emiſsione aliarum ſuperfluitatum:vt eſt vomitus ex repletione gulæ,& crapulæ,& aliæ ſuperfluę emiſsiões fœtidæ:& vt ſic numerauimus eã inter filias gulæ.Dixi, vt eſt vomitus ex repletione gulæ & crapulæ:qm̃ ſi contingat ex alia cauſa,putà ex debilitate virtutis retentiuę,ex malitia cibi moderatè ſumpti:quia fortè eſt virulẽtus ex euacuatione malorum humorũ,vt conſulunt medici,non eſt vitiũ nec filia gulę:ſed tm̃ in primo ſenſu:in quo ītelligitur illud Iſaiæ cap.28.Omnes menſæ repletę ſunt vomitu ſordium.

Hebetudo ſenſus qua ratione ſit gulæ filia

Similiter habetudo ſenſus circa duo pót cõtingere.Primò,circa eligibilia & moraliter operabilia.Et ſic cõſequitur omne peccatum mortale.Diximus enim in primo tract. cap.2.huius tertiæ partis,quòd peccatũ mortale naturalia vulnerat ac debilitat:& prȩcipuè intellectum,quem excæcat:hinc prouenit,ꝙ omnis peccans eſt ignorans,vt docuimus in tertio & ſeptimo libro Ethicor.inter omnia autem peccata mortalia conſequitur,maximè iram, vt docuimus in tractatu de ira.Vnde ira eſt ebrietas quędam; qm̃ ſicut ebrius ponitur extra mentem ex vaporatione potus, ſic iratus ex feruore iræ.Secundò,contingere poteſt circa ſpeculabilia,in quibus neceſſe eſt pura & quieta phantaſmata intellectui deſeruire:quoniã ſine eis nihil intelligit ꝓ hac vita,vt docuimus in libro tertio de Anima.Et vt ſic eſt filia gulæ,qm̃(vt diximus) ex crapula fumi ad caput aſcendentes perturbant interiores vires, quibus perturbatis intellectus non poteſt quid veri limpide ſpeculari.

Inepta lętitia nõ tantũ gulã ſed omne vitium cõſequi poteſt.

Similiter inepta lætitia ex duobus ꝓuenire pót: Primò, ex malo habitu peccandi,vt quando quis gloriatur ſic vel ſic peccaſſe:& vt ſic ꝓuenire poteſt ex omni peccato.Gloriatur em̃ ſuperb⁹ in ſuperbia ſua,& auarus in diuitiis ſuis, & iratus in vindicta facta,& adulter in adulterio, &c. Secundò,prouenit in ſpecie ex gula:nam qui bene biberit, ſe magnificè extollit,omnia audet,omnibus minatur, donec mero exhauſto feruet:& vt ſic filia eſt gulæ.

Similiter ſcurrilitas ex tribus ꝓuenire poteſt:Primò,ex cupiditate lucri,ſicut ioculatores,qui ex geſtibus,& induſtria corporis quærunt aſtantes ad riſum ꝓmouere, & eos delectare,vt ab eis lucrũ recipiant.Hos vulgariter nuncupam⁹ Zaratanos.Et qm̃ hęc ſcurrilitas exinordinato affectu pecuniæ & lucri ꝓcedit,ideo ad auaritiam & nõ ad gulam reducitur.Secundò,ex deſiderio inducẽdi aliquẽ ad luxuriam:ſicut qui turpiter geſticulant inhoneſtè loquentes: & vt ſic non ad gulã,non ad auaritiam,ſed ad luxuriã reducitur.Tertiò,ex ſuperfluo cibo & potu ſumpto inter diſſolutos conuiuas.Tunc em̃ ſe totũ effundit geſticulans,ſaltans, cachinnans:& tunc ſcurrilitas apertè oritur ex gula. Et ſic conſtat,quomodo,& in quo ſenſu, ſunt filiæ gulæ, & quo non.Hęc de præſenti capite dicta ſint.

Scurrilitas non ſemper ex gula oritur.

CAPVT VI.

De quinque remediis gulæ.

IN capite ſexto aſsignanda ſunt remedia cõtra gulam.Tu igitur aduerte,quòd præcipua ſunt quinque.

Moderata occupatio abiicit gulam.

Primum eſt aſsidua,& moderata occupatio:Hoc eſt præcipuum remedium apud Ioannem Caſsianum de inſtitutis monachorum in collatione de gaſtrimargia:cuius quidem ratio eſt,Quando moderata, & aſsidua occupatio detinet hominẽ,ne congruã horã præueniat refectionis,& ne multum ſollicitus ſit in præparatione ciborum: nam hora aduenientę congrua,naturali appetitu ad refectionem famescens accedit:& tunc fame ſapiunt, & condiuntur omnia. Quòd ſi qs ocioſè viuit,& habet vnde crapulari poſsit:nõ aliud meditatur niſi irritamenta gulæ:horam debitam non ſeruans,menſurã neceſsitatis naturæ ignorans,& velut brutũ dies nocteſque ventri dedicat,ideo īquit Sapiẽs Prouerbiorum cap.21.Deſideria occidunt pigrum, noluerunt q̃quam operari manus eius,tota die concupiſcit & deſiderat.

Secundum eſt cauere incitatoria gulę, niſi ꝓ quanto corporis ſanitas,& complexio,& exercitiũ requirit.Incitatoria ſunt nimis delicata,& varia,& voluptoſè præparata,& in abundantia.Vnde,ſi ſimplex,& ſalubris cibus ſumatur, id maximè confert ad reſtringendam ingluuiem,& conſeruandam ſanitatem

Tertium eſt nõ immiſcere ſe crapuloſis,nec conuiuiorũ, & potatorum frequentare loca. Nam velis nolis paulatim aſsimilaberis eis:qm̃,cùm videris crapulantes, cùm audieris te adhortantes,cùm præparati cibi ſuauem ſaporẽ guſtaueris,& odorem odoratus fueris,ardenter inſurget cõcupiſcibilis,quã frænare non poteris Nam & Eua(vt legimus Geneſis cap.3.) audiens ſerpẽtis adhortationẽ, videns pomum quòd eſſet bonum ad veſcendum, pulchrũ oculis, aſpectu delectabile,peccauit ex gula.

Quartũ eſt aſſueſcere nõ præuenire congruã refectiõis horã,frequenter ieiunare,& ſi non ieiunio afflictiuo ſaltem abſtinentia.Aſſueſcere ſe cõmunibus,& non ptetioſis cibis, & quantum ætas,& exercitium,& complexio ferrepót:Sic em̃ corporis vires magis ſeruantur,& euitatur ingluuies.

Quintum eſt meditatio miſeriarum,quas ſecũ trahit ingluuies:& ꝑcipuè ſunt animæ corporiſque deteſtandæ ægritudines,& accelerata mors,& vilis infamia.Quid enim apud mortales magis exprobrabile quàm gulæ vitiũ: quo nõ amplius homines,ſed bruta immundi guloſi nuncupantur,puta ſues,lupi,vrſi,canes,cati,&c.Hæc de ꝑſenti ca.dicta ſint.Et hìc terminatur conſideratio noſtra de ingluuie.

Tractatus ſeptimi tertiæ partis finis.

TRACTATVS OCTAVVS

Tertiæ partis Philoſophię Chriſtianæ, ſex partitus capitibus,

¶ De Luxuria.

QVoniam luxuria ex gula ꝓcedit: ſubminiſtrat enim gula luxuriæ materiã & formentũ. Vnde beatus Gregor.in lib.31.Moral.c.31.inquit:Cunctis liquet,quòd de vẽtris ingluuie luxuria naſcitur,dũ in ipſa diſtributione membrorũ ventri genitalia ſubnexa videntur.Vnde dũ vnũ inordinatè reficitur,aliud ꝓculdubio ad cõtumeliasexcitatur.Ordo doctrinæ requirit,vt poſt iugluuię de luxuria pertractemus. Prȩſentẽ igitur de luxuria tractatũ in ſex capita diuidem⁹.

Primò,quid ſit luxuria,vt eſt vitium capitale.

Secundò,ſi omnis luxurię actus eſt peccatũ,& peccatũ mortale:

mortale:& ſi ipſa luxuria eſt ex ſui natura peccatū mortale capitale.

Tertiò,de grauitate luxurię.

Quarto,de ſpecibus eius.

Quintò,de filiabus eius.

Sextò,de remediis contra eam.

CAPVT I.

Luxuria quidnam ſit.

IN primo capite inueſtigandum eſt quid ſit luxuria, vt eſt vnū ex vitiis capitalibus.Et hîc duo agenda ſunt. Primò, quot modis luxuria dici cōſueuit·Secundò,q̄d ſit in eo ſenſu & modo,quo ponitur capitale vitium.

Luxuria ſumitur quinque modis.

Quantum ad primum aduerte,quòd modi famoſi, q̄bus dicitur luxuria,ſunt quinque.

Primò,ſumi conſueuit pro quadā animi diſſolutione in quacunque voluptate:& ſic dicimus luxurioſum,q̄ effundit ſe abſq; de fræno in voluptatibus cuiuſcunque ſenſus tā viſus,q̄ auditus,& odoratus, & guſtus,& tactus:iuxta quem ſenſum intelligitur illud Eccleſiaſt. capite decimoquarto, Qui aceruat,id eſt,cōgregat diuitias ex animo ſuo iniuſtè, aliis congregat:& in bonis illius alius luxuriabitur.

Et in hoc ſenſu diffinitur p Iſidorū in libro Etymologiarum,quòd eſt ſolutio in voluptates.

Secundò ſumitur p appetitu immoderato cuiuſcunque rei gratæ,non obtemperante rationi rectæ.In hoc ſenſu intelligitur illud ſapientię capite ſecundo. Venite fruamur bonis quæ ſunt:& vtamur creatura tanquā in iuuentute celeriter:vino pretioſo & vnguento nos impleamus, & nō p̄tereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis,antequàm marceſcāt:nullum pratum ſit,quod nō pertranſeat luxuria noſtra nemo veſtrūm exors ſit luxurię noſtræ.

Tertiò,ſumitur p immoderata p̄fuſione in victu & veſtitu & ornatu : & eſt idem,q̄ molliter delicatè ac turpiter viuere.Et i hoc ſenſu intelligitur illud Lucę capite decimo quinto,de filio prodigo,q̄ peregrè profectus eſt in regionē longinquam:& ibi diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam viuendo luxuriosè.

Quartò,ſumitur p nimia abundantia,ſicut dicere ſolemus:Luxuriāt diuites in diuitiis ſuis,& dixit Virg.Luxuriē ſegetum tenera depaſcit in herba.

Quintò,ſumitur p inordinato appetitu rei venereæ. Et in hoc ſenſu tantùm relictis præcedentibus tractaturi ſum' de ea:quoniam vt ſic ponitur vitium capitale,& ſic diffinitur apud Theologū:Luxuria eſt cōcupiſcentia experiendę voluptatis venereæ,vel concubitus deſiderium ſupra modum,vel contra rationem efferens.

Luxuria quid ſit.

Primò dicitur,eſt cōcupiſcētia,&c.vt in hoc diſtinguat à luxuria prædictis modis ſumpta,quæ nō ſolùm circa venerē,ſed circa omniū ſenſuū voluptates inordinatas verſatur.

Secundò dicitur,vel concubitus deſiderium ſupra modū, vel contra rationē:vt diſtinguatur à deſiderio concubitus matrimonialis q̄ eſt ſm legem & rectam rationē: modò q̄s ex ardore libidinis non abutatur matrimonio:ſed ſciat, ſm Paulū primæ ad Theſſ.c.4.vnuſquiſque vas ſuum poſsidere in ſanctificationem & non in paſsionem deſiderij,

Secundū Auguſt.in lib.12.de Ciuit.Dei,ſic diffinitur:Luxuria eſt vitium nō pulchrorum corporum vel ſuauium,ſed animæ peruerſè amantis corporeas voluptates : neglecta tēperantia,qua rebus ſpiritualiter pulcrioribus,& incomparabiliter ſuauioribus coaptamur.Cōſtat igitur quot modis luxuria ſumitur,& quid ſit in eo ſenſu, in quo capitale vitium ponitur.Hæc de capite primo dicta ſint.

CAPVT II.

Num luxuria vitium ſit peccatum mortale.

IN ſecundo c.inueſtigandū eſt,ſi oīs luxuriæ actus eſt peccatū.Et hîc quatuor agēda ſunt:Primò,ſi oīs act' luxurię voluntarius & deliberatus eſt peccatū:Secundò,ſi eſt peccatum mortale.Tertiò ſi ipſum luxuriæ vitium eſt ex ſui natura peccatum mortale.Quartò ſi eſt vitium capitale.

Nē quinis luxuriæ act⁹ ſit peccatū.

Quantum ad primum aduerte,q̄ hîc eſt duplex famoſa opinio.Vna tenet,q̄ omnis actus deliberatus luxuriæ præter actum matrimonialem exercitum cum debitis & honeſtis circunſtantiis,eſt peccatū.Dico,præter actum matrimonialē:quoniam ille eſt ſecundū intentionem autoris naturæ,& ex lege ad p̄petuādam hominū ſpeciē. Vnde in omni gente à principio ſeculi,quæ vixerit vſu & dictamine rationis rectę,celebrantur matrimonia.Dicit,cū debitis circunſtantiis: quoniam ſi quis ad vxorem accedat nimia libidine, geſtis inhoneſtis & deteſtandis,ſicut equus,& mulus,aut ſi niſtra intentione: putà quia intentionem habet ad alteram nō ſuam:aut ingeniās ſic coire,quòd nō generet filios:tunc licet copula inquantum matrimonialis non ſit mala, tamen ex prędictis circunſtātiis eſt cū declinatione à rectitudine rationis & ab intentione legis:ideo mala eſt ex tali deordinatione,& non ex ſe.

Altera opinio tenet nullum actum luxuriæ eſſe peccatū, dummodo fiat de voluntate partium,ſine offenſa p̄ximi, & remoto ſcandalo.Dicitur,dummodo fiat de voluntate partium,ſcilicet maris,& fœminæ quoniam tam mas quàm fœmina ſunt domini corporis ſui,ſicut & ſuæ proprię facultatis.Vnde ſicut poſſunt ſibi inuicē donare de facultate ſua, puta veſtem,annulum,calceum:ſic & vſum corporis ſui ad mutuam delectationem.Dicitur,ſine offenſa p̄ximi:vt excludatur adulterium,quod non ſolum ex diuina lege,ſed & apud omnes gentes criminale eſt,eò quòd infertur iniuria proximo magis quàm ex furto.Dicitur, remoto ſcandalo, vt excludatur inceſtus,& ſacrilegium,& rapt⁹ virginis,q̄m ſingula hęc dictamine naturæ prohibita ſunt,vtpote apprehenſa ſub ratione indignationis,& cauſatiua multorū malorū,vt declarabimus infrà. His remotis tenet hęc opinio, cęteros luxuriæ actus,vt mollitiem,fornicationem, Sodomiam,non eſſe peccatum.

Et quoniam hęc opinio in diuina & Chriſtiana lege nō ſolùm falſa,ſed & deteſtanda eſt: prima autem vera & catholica eſt:ideo intendo ſtabilire primam ratione & autoritate diuinæ legis. Deinde ſoluam fundamenta ac rationes apparentes opinionis oppoſitæ.

Pono igitur hanc cōcluſionem vniuerſalem:Omnis act⁹ luxuriæ eſt peccatum,ſumendo luxuriā quinto mō, vt eam diffiniuimus,& probatur ſic:Omnis actus human⁹ ordinatus ex intentione autoris naturæ ad debitum finē:ſi deuiat, & improportionatur illi fini,peccatū eſt.Hæc patet ex diffinitione peccati,quā docuimus in tract.1.huius tertiæ partis:& confirmatur.Quoniā comeſtio ordinata eſt ad ſalutē & conſeruationē indiuidui, ſi improportionatur tali fini, vitioſa eſt,& eſt actus intemperantiæ & gulę, vt docuimus in tract.de gula.Sed actus & vſus genitaliū ordinat⁹ eſt ab autore naturę ad debitum finē qui eſt conſeruatio ſpeciei humanæ p generationē prolis & certā ac debitā eius educationem:ergo ſi deuiat à tali fine, ſiue pro prima, ſiue pro ſecunda,ſiue pro vtraque cōditione,& impropo tionetur illi,peccatum eſt.Sed extra matrimonium oīs actus & vſus genitaliū deuiat ab hoc fine:aliquis quidē p vtraque conditione,ſicut mollities,& cōcubitus contra naturā: aliquis p ſecūda:ſicut adulteriū & fornicatio p quæ aufertur certitudo prolis,ex conſequenti debita educatio.Nullus enim ſollicitè curat rem,quā nō eſt certus eſſe ſuam:ergo cōſtat omnē actū luxuriæ & vſum genitaliū p̄ter vſum matrimonialem cum debitis & honeſtis circunſtātis:eſſe inordinatū & deuiantem à rectitudine rationis,& ſic eſſe peccatum.

Fornicatio peccatū eſt.

Autoritate autē diuinæ legis,& Chriſtianæ probatur eadem cōcluſio:Nam in ea prohibetur actus ille, qui videtur minus deordinatus,qualis eſt fornicatio ſimplex:ergo multo magis reliqui q̄ ſunt contra naturā: aut cū offenſa proximi:Antecedens manifeſtatur ex antiqua & noua lege:Ex antiqua quidem,quoniam Leuit.cap.vigeſimoprimo, prohibetur ſcortum,& vile proſtibulum duci in vxorē.Et Deuteron.ca.23 Non erit meretrix de filiabus Iſraël,neque fornicator de filiis Iſraël.Et Tobiæ cap. quarto, Attende tibi fili mi ab omni fornicatione.Et Eccleſiaſt.ca.19. q̄ ſe iungit fornicariis,erit nequam : In noua autē lege Paulus ſtuduit omni diligentia reprobare fornicationē : & omnem alium concubitum vt illicitum præter matrimonialem: vnde primæ ad Cor.cap. ſexto inquit : Nolite errare, neque fornicarij,neque idolis ſeruiētes,neque adulteri,neque molles, neque maſculorum concubitores,neque fures, neque auari,neque ebrioſi,neque maledici,neque rapaces,regnū Dei poſsidebunt.Et iterum ibidem ſubiungit : An neſcitis q̄m qui adhæret meretrici,vnum corpus efficitur. Erunt enim inquit duo in carne vna.Qui autem adhæret domino,vnus ſpiritus eſt: fugite fornicationem : Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt : Qui autem fornicatur,in corpore ſuo peccat.Et ad Epheſios cap.quinto,Fornicatio autem & immunditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Et in eodem capite inquit:Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator,aut immundus,aut auarus,quod eſt idolorum ſeruitus: nō habebit hęreditatē i regno Chriſti & Dei.Et ad Theſſalonicenſes Epiſtola prima,c.4.inquit:Hæc eſt voluntas Dei vt

abſtineatis

abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſquiſque vas ſuũ poſsidere in ſanctificatiõe & honore,nõ in paſsione deſiderij,ſicut gentes,quæ ignorant Deum.Et ad Hebræos cap.12. inquit:Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.Et prima lex,quam inſtituerunt Apoſtoli (gentilibus cõuerſis ad fidem) fuit vt abſtinerent ſe à fornicatione. Nã arbitrabantur ex ſua cæcitate,quòd non eſſet illicita:quoniam ignorabant legem Dei,inqua prohibetur oĩs concubitus & vſus genitalium præter matrimonialem.Dicit enim Diuus Auguſtinus, quòd nomine Mœchię oĩs illicitus concubitus,atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi:ſicut & nomine furti oĩs illicita vſurpatio rei alienæ.Lex igitur prima apoſtolorũ in actis apoſtolicis capite 15.fuit hęc:Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris q̃ hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum,& ſanguine:& ſuffocato,& fornicatione,à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Et Ioannes in Apocal.cap.21.inquit: Timidis autem, & incredulis,& execratis,& homicidis,& fornicatoribus,& veneficis,& idololatris,& omnibus mendacibus, pars illorũ erit in ſtagno ardenti igne,& ſulphure.

Nec valet quod dicunt aliqui fornicationé prohibitam in lege,& à Paulo intelligendam eſſe pro adulterio,& non pro concubitu ſoluti cum ſoluta. Hoc inquam non valet: quoniam vt docuimus,Paulus diſtinctè prohibet adulteriũ per ſe,& fornicationem,& mollitiem,& maſculorum concubitum, ſcribens in prima ad Cor.ca. 4. ſicut recitauimus. Hæc pro opinione prima dicta ſint.

Nunc ſupereſt ꝓtractare ſecundam opinionem,cui vulgares fauent optantes eam defenſari, vt impunè ſequantur concupiſcentias ſuas.Tu igitur aduerte, q̃ hæc opinio ſuſtentat ſe ſuper hoc:Si omnis actus deliberatus luxurię eſt peccatum:vel hoc eſt ex natura ipſius actus,vel ex prohibitione legis diuinæ.Sed neutro modo:ergo , &c.Et quidem, quòd non primo modo,probatur quadrupliciter.

Primò ſic:Actus naturalis non eſt ex ſui natura peccatũ quia in naturalibus nec meremur, nec demeremur. Sed cognoſcere mulierem eſt actus naturalis,ſicut videre eam:ergo ſicut videre eam non eſt peccatum,ſic nec cognoſcere.

Ad hoc reſpondetur,quòd argumentum concludit: cognoſcere mulierem abſolutè loquendo non eſſe peccatum: quod verum eſt:nam ſi cognoſcere mulierẽ,vt cognoſcere mulierem,eſſet peccatum:ſemper,& omnibus modis,& ex matrimonio eſſet peccatum.Cum hoc tamen ſtat,quòd cognoſcere tali modo eſt peccatum:putà extra ordinẽ & intẽtionẽ autoris naturæ.Omnis autẽ actus luxurię eſt extra ordinem ,& intentionem autoris naturę,prꝛeter actum matrimonialẽ:& ideo ex tali modo inordinato eſt peccatũ.Idem dicendũ eſt de actu videndi:nã cùm videre ſit naturale , videre vt videre mulierem,non eſt peccatum. Videre autem tali modo,putà ad concupiſcendum non ſuam,peccatũ eſt. Prætereà nõ eſt eadem ratio de videre & cognoſcere mulierem. Non enim obſtat aliquid eſſe meum ad videndum, q̃m non prohibeor videre,quòd tamen non eſt meum in vtendo,aut poſsidendo.Nam aurum in platea poſitum mihi videre licet:non autem vti & poſsidere, niſi fiat meum ex iuſtitia.Sic in propoſito,videre mulierẽ ſiue meam, ſiue nõ meam,non prohibeor:ſed appetere, vel ab ea appeti velle, niſi prius ex lege matrimonij fiat mea,criminoſum eſt.

Fornicationum ſit peccatum.

Secundò ſic:ſi omnis actus luxuriæ eſt ex ſui natura peccatum:ergo & fornicatio ſimplex.Hoc autem eſt falſum,& probatur ſic:Si eſt peccatum,ergo vel eſt ratione potentiæ, à qua egreditur,vel ratione materię,vel ratione finis. Non ratione potentiæ,quoniam eſt naturalis:eſt enim actus virtutis generatiuę,cuius naturaliſsimũ eſt generare ſibi ſimile,vt docuimus in ſcõo libro de Anima.Et prætereà, Generatiua potentia eſt ſpecies potentiæ vegetatiuę,quę eſt , & dicitur potentia naturalis,ex ſcõo de Anima. Non ratione materiæ:q̃m hęc eſt fœmina quæ ex intentione autoris naturę in qualibet ſpecie animalis perfecti, ad hoc officium ꝓducta eſt.Vnde dixit Deus Geneſis cap.ſecundo,Faciam' ei adiutorium, ſcilicet ad generandũ ſimile ſibi.Non ratione finis:q̃m etſi multoties fornicans cũ muliere,putà meretrice,non intendat prolem,nec eam educare, tamen nõ inconuenit Sortem ſolutum conuenire cum Bertha ſoluta,ad ſimul fornicandum,vt filium generent, & educant vt ſucceſſorem ſuum,nolentes tamen matrimonium contrahere dainuicem.Cùm igitur hæc fornicatio ſit mala,nec ex parte potentiæ,nec ex parte materiæ, vt excludam concubitum marium, nec ex parte finis : quoniam in caſu dicto non ſiſtit intentio in delectatione , ſed in generatione ꝓlis cũ intentione ipſam rectè educandi, ſequitur , quòd nullo modo ſit peccatum.

Ad hoc reſpondetur,quòd eſt peccatũ ex parte potẽtię, nõ inquãtùm eſt naturalis,ſed ex parte modi viſus talis potentię:quia non licet vti ea niſi lege matrimonij.Et eſt peccatum ex parte materię:quoniam fœmina vt fœmina nõ eſt materia liciti concubitus,ſed fœmina per matrimoniũ determinata. Vnde Deus,poſtquàm produxit Euam ex Adã, adduxit eam ad Adam , & inſtitutum fuit matrimonium: Dixitque Adam Geneſis capite ſecundo , Relinquet homo patrem & matrẽ,& adhęrebit vxori ſuæ.& aduerte , quòd non dixit,Adhęrebit mulieri,vt mulier eſt:quaſi ſibi liceret adhærere indifferenter mulieri,ſed dixit mulieri,cũ determinatione ſua,ſcilicet vxori. Et hęc eſt lex naturæ,extra quam quocunque modo vti muliere peccatũ eſt.Et eſt peccatũ ex parte finis,quoniã talis actus ex ſui natura eſt deordinatus,cùm declinet à lege naturæ:& licet ex intentiõe particularis agentis videatur excuſari,putà Sortis intẽdentis prolem,& eius debitam educationem:tamen hæc particularis intentio nõ excuſat actum, nec eximit eũ à genere peccati:ſicut nec excuſatur,qui furatur intendens eleemoſynam facere.Obligatur enim, aut facere eleemoſynam de re ſua,aut ceſſare:ſic generans obligatur ex inſtituto naturæ generare ex ea,quæ eſt vxor,aut ceſſare.

Tertiò,Sperma eſt ſuperfluũ alimenti ex ſecundo de Anima.Sed alia ſuperflua negrauent aut inficiant corp', licet quocunque modo emittere,ſiue ex motu naturę,ſiue ex arte:& quocunque modo procuretur eorum emiſsio, non eſt peccatum:ergo idem tenendum eſt de ſpermate.

Ad hoc reſpondetur, q̃ non eſt eadem ratio de ſpermate,&aliis ſuperfluis.Nã alia ſuperflua non ſunt neceſſaria, nec reſeruanda ꝓ aliquo opere naturæ: imò emittenda ad ſalutem naturæ.Sed ſperma,etſi ſit ſuperfluũ reſpectu nutritiuæ,nõ tamen reſpectu generatiuæ : imò ordinatum eſt ad propagationem ſpeciei:& ideo non licet ꝓcurare eius emiſsionem,niſi fructuoſè,& ex inſtituto naturæ.

Quartò,Si luxuria ex ſui natura,& ꝓ quolibet actu extra matrimonium eſt peccatum : ergo & virginitas,& perpetua continentia,eſt peccatum:quod eſt falſum. Nam & apud gentiles virginitas honorabilis fuit.Conſequentia ſic deducitur:Sicut luxuria dicit extremum in exceſſu cõcupiſcentiæ venereæ:ſic virginitas,& continentia ꝑpetua dicit extremum in defectu eiuſdem concupiſcentiæ.Nã ſicut luxurioſus eſt,q̃ quocunque modo vacat voluptati venereæ: ſic virgo,& perpetuò continens,eſt,qui omnibus modis ſe abſtinet:ergo ſi luxuria eſt peccatum,ſimili modo,& virginitas,& continentia perpetua.

Ad hoc negatur conſequentia.Ad probationem negatur virginitatem & continentiam perpetuam eſſe extremum, imò ſunt medium:non quidem ſm quantitatem rei , ſed ſm rationem rectam:quoniam idem argumentum ſoluimus in parte ſecunda,in tractatu de temperantia. Vide illic diffuſius.

Quòd autẽ non ſit peccatum ſecundo modo,ſcilicet ex ꝓhibitione diuinæ legis:probatur.Nullum peccatum prꝛecipitur in diuina lege,cùm ſit lex veritatis cõuertens animas:vt docuimus in prima parte huius noſtri operis,cap. 5. Sed Deus aliquando præcepit fornicationẽ.Nã Oſeę ca.1. præcepit ei dominus,dicens:Vade,ſume tibi vxorẽ fornicationũ,& fac filios fornicationũ : q̃a fornicabitur terra à domino:ergo nõ eſt peccatum ex ꝓhibitione diuinæ legis.

Reſpondetur:præcepit Deus Exodi ca.22. Nõ furandũ: & tñ Exodi c.12.ordinauit Deus filiis Iſraël, vt ſpoliarent Aegyptum aſportantes pretioſa:ergo prohibuit , qđ prius ordinauerat fieri.Quod vtique nõ fuit inconueniens ꝓ loco,& tempore.Nam oſtẽdere voluit in ſua autoritate oĩa temporalia eſſe poſita:auferens ab vno, & tribuens alteri: quã tamen autoritatem ſibi reſeruauit , ita quòd prohibet cuicũque accipere nõ ſuum niſi ipſo diſpenſante:Vnde expoliatio Aegypti vtique furtũ fuiſſet,niſi De' diſpenſatiuè aliter ordinaſſet.Sic in propoſito Deus creauit virũ & fœminã ad generandum prolem,non quocunque modo, ſed ex inſtitutione matrimonij:qua legẽ vult obſeruari : & faciens oppoſitũ peccat,niſi Deus autor legis matrimonij: diſpenſet in ea:& ſic diſpenſauit Oſeæ:Nã concubitus ille, niſi Deus diſpenſaſſet,fornicatio ex conſequenti peccatum fuiſſet,ſicut diximus de expoliatione Aegypti.

Tu tamẽ aduerte,q̃ alij aliter reſpondent, & bene,ſicet q̃ Deus non præcepit Oſeæ fornicari,ſed q̃ in vxorem

acciperet

ciperet mulierem fornicationum, id est, meretricem, quam duceret in vxorem: & ex ea faceret filios fornicationum qui non dicuntur fornicationum, quia concepti sint ex fornicatione, ex quo mater erat vxor Oseæ, sed denominatur fornicationũ denominatione extrinsecà, q̃a sunt à matre fornicationum, antequàm esset vxor Oseæ. Et hęc respõsio rationabilior est.

Secundò, arguitur sic. In Actis Apostolorum cap. 15. prohibetur fornicatio non aliter quam quorundam ciborum comestio: sed nulli cibi prohibentur sub peccato, quoniam, vt inquit Paulus primæ ad Timot. cap. 4. nihil reiiciendum est, quod cum gratiarum actione sumitur. Prohibentur aũt, non quia sit peccatum, sed quia scandalum erat eos cibos manducare apud Iudæos: ergo eodem modo dictum est de fornicatione.

Respondetur: Apostoli non prohibent fornicationem Gẽtilibus eadem ratione, qua cibos præcisè. Nam prohibent vtrunque ratione scandali: sicut enim scandalizabantur Iudæi de Gentilibus, cùm videbant eos vesci immolatis idolis, & sanguine: sic scandalizabantur Gentiles, cùm videbant Iudæos se abstinere, à fornicatione, vt peccato. Licet enim Iudæi ex lege sibi data à Deo scirent fornicationem esse peccatum, non tamen Gentiles: quoniam ex sua cęcitate, & ex concupiscentia, tantùm adulterium propter proximi offensam credebant esse peccatum: Apostoli igitur hac ratione prohibuerunt quosdam cibos Gentilib⁹ propter vitandum scandalum Iudæorum: fornicationem autem, & propter vitandum scandalum, & quoniam prohibita fuit in lege Dei, & quoniam ex se peccatum est. Non ergo est eadem præcisa ratio prohibitionis ciborum & fornicationis. Cuius signum est, quòd Paulus semper studuit minuere, & remouere obseruantiam ciborum: sed augere prohibitionem fornicationis, comminans damnationem æternam fornicariis ad Ephesios, cap. 5. vt dictum est suprà.

Tertiò, arguitur sic: In scriptura sacra fornicatio attribuitur iustitiæ. Nam dicitur Genesis cap. 38. quòd Iudas filius Iacob, postquàm fornicatus fuerat cum Thamar nuru sua, dixit: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Si ergo quia fornicata est, facta est iustior: fornicatio nec ex se, nec ex prohibitione diuinæ scripturæ est peccatum.

Respondetur: Iudas non loquitur iustificando, sed excusando: quasi dicens, Dedi ei causam fornicandi, nõ tradens ei filium meum vt promiseram: ideo etsi vterque peccauimus fornicantes, ipsa tamen iustior est comparatiuè minus peccans: ego enim peccaui frãgens fidem promissam & fornicans, ipsa autem tantùm fornicans. Et sic patet rationem non concludere. Cùm igitur hæc opinio nullum habeat verum fundamentum, & sit occasio pessima peccandi, reiicienda est vt falsa, & hæretica in diuina & Christiana lege.

Num quoniam luxuria est peccatum mortale.

Quantùm ad secundum inuestigandum est, si omnis luxuriæ actus deliberatus, est peccatum mortale. Nam multi concedunt de veniali propter inordinatã concupiscentiam quæ reperitur in quolibet eius actu, non autẽ mortali. Hic igitur duo agenda sunt: primò, probandum est quencunque luxuriæ actum consummatum deliberatum esse peccatum mortale. Secundò, soluentur obiectiones tres.

Quantùm ad primum arguitur sic: cùm Autor naturæ intendat vsum genitaliũ propter generationem, & educationem prolis, actus luxuriæ vel est propter solam & inordinatam concupiscentiam, sicut mollities, & vitium contra naturam, & concubitus meretricius: & sic patet, quòd est peccatum mortale: quoniam est directè contra intentionem creatoris: vnde Genes. capitul. 38. percussit Deus Onan filium Iudę filij Iacob, quia fundebat semen in terram, agens rem detestabilem. Aequiualenter autem fundit semen in terram, qui se voluntariè polluit, & coit contra naturam, & meretrici se copulat. Rarissimè enim meretrix concipit ex distemperantia spermatum. Quoniam igitur infructuosè seminant, nec intendunt fructuosè semi nare, sed soli concupiscentiæ, more bruti satisfacere, ideo peccant mortaliter: vel est propter generationem prolis sed indebitè, & contra diuinum præceptum, vt in adulterio, aut intentione lata extra limites matrimonij: vt ille, qui cognoscit vxorem hac intentione, quòd sit altera non sua, siue vxorata, siue soluta, Et sic patet, quòd est peccatum mortale quoniam in vtroque casu committitur adulterium: in vno quidem per actum exteriorem, in alterò autem per actum interiorem. Constat ergò omnem actum luxuriæ consummatum, & deliberatum esse peccatũ mortale.

Quantum ad secundũ aduerte, q̃ contra determinationem prædictã tres solent fieri obiectiones satis apparẽtes.

Prima est: Omne peccatum mortale contrariatur charitati: quoniam non stant simul, sicut nec mors & vita. Sed nõ omnis actus luxuriæ contrariatur charitati: & sumo simplicem fornicationem cum meretrice, constat, quòd non contrariatur dilectioni Dei: non enim fit contra Deum, sicut blasphemia, aut periurium, nec dilectioni proximi, quoniã meretrici consentienti non fit offensio, sed placitum ex voluntate & lucro: ergo, &c.

Respondetur: Est contra dilectionẽ Dei & proximi: Dei quidem, quoniam agit contra legem suam, qui instituit matrimonium, & nullum genitalium vsum extra matrimoniũ concessit: vt docuimus suprà. Et est contra dilectionem proximi, non quidem meretricis consentientis sed prolis generandę: nam sperma est homo in potẽtia si debitè seminatur. Vnde qui seminat indebitè, vt in meretrice, quæ rarò, vel nunquam generat, quantùm sit ex se priuat prolem generãdam vita. Propterea, si peccat mortaliter, qui priuat proximum alimentis per furtum: multò magis qui quantum sit ex se priuat vita. Præterea, Si prodigus peccat effundens inutiliter substantiam iustè acquisitam, multo magis effundens sperma: cuius opus est quid diuinum, scilicet producere hominem.

Secunda est, Pono casum, quòd Sortes solutus conueniat cum Bertha soluta: & vtentes copula intendant generationem & debitam educationem prolis: & sic faciant. Cõstat, quòd in hac fornicatione non peccatur contra Deum, nec offenditur Bertha, nec proles generanda impeditur: imò procuratur, & prouidetur de educatione conuenienti ergo ex nulla parte est peccatum mortale.

Respondetur, Ratio concluderet, nisi fornicatio esset ex sui natura actus malus & inordinatus. Nam quando actus est ex se inordinatus, per intentionem bonam alicuius particularis, non fit ordinatus. Pro cuius notitia aduerte, quòd actus generandi prolem est ordinatus ad bonum speciei, q̃d est bonum commune. Sed bonum commune quo ad ordinationem distinguitur à bono priuato in hoc, quòd illud est inordinabile cõmuni lege, & decreto alicuius priuati. Hoc autem ordinabile est dispositione particularis agentis: cuius est tale bonum priuatum. Homo autem in se virtualiter continet bonum priuatum, & bonum commune. Priuatum quidem est propria vita, commune autem est propagatio speciei, Quantùm ad primum est in sua dispositione ordinare quo alimento velit vti, vel non vti. Quantùm autem ad secundum non spectat ad ipsum ordinare modum propagandi, sed ad communem legislatorem, qui est autor naturæ, qui determinauit ex matrimonio. Et ideo licet Sortes vtatur cum Bertha copula carnali intentione generandæ & educandæ prolis non tamen excusatur à peccato mortali: quia non est suum immutare legem primi & vniuersalissimi legislatoris ordinatam ad bonum cõmune. Vnde sua intentio, etsi videatur bona, non tamen fit bene: propterea non excusatur.

Tertia est, Si actus luxuriæ factus ex sola concupiscentia & ex quo non generatur proles est peccatum mortale, ergo maritus cognoscens vxorem prægnantem, vel sterilem, vel iam antiquatã, ita quòd sit extra ætatem aptam generationi, peccat mortaliter, quod est impium dicere: factũ em esset matrimonium in scandalum, & perditionem. Patet cõsequentia: quoniam secundum re omnis vsus genitaliũ gratia concupiscẽtiæ & non prolis generandę, & educandæ est peccatum mortale. Constat autẽ hic, quòd non est spes generationis: ergo, &c.

Respondetur, In lege attenditur id, quod est per se, & nõ quòd est per accidens: Autor autem naturæ intendit, quòd matrimonium sit inter virum, & vxorem, & vxor contineatur sub specie, & sexu, ex quo apta est concipi proles humana. Vnde si vir cognosceret capram, aut aliud fœmineum brutum, nec esset matrimonium, nec modus cõcipiendi humanam prolem, sed monstrum. Dummodò igitur vxor sit in sexu fœmineo humano, & bono cognoscat eam modo naturali, agitur ad intentionem primi legislatoris: quòd autem fœmina sit non disposita ad generationem, est per accidens: quoniam non ex se inquantum fœmina vxorata, sed inquantum prægnans, aut aut sterilis antiquata: nec cognoscens vxorem existentem

ſub aliqua harum conditionum habet intentionem contra prolem generandam:imò quantum ſit ex ſe, agit ad generationem prolis:quòd autem non ſequatur, nō eſt ex defectu agentis,ſed ex defectu materiæ.Tu tamen aduerte, quòd ſi vxoratus cognoſcens vxorem habere intentionem contra prolem generandam, & cooperaretur ad impediēdam generationem, peccaret mortaliter: quoniam directè ageret contra legiſlatoris Dei intentionem. Hæc igitur dicta ſint pro defenſione veritatis in hac materia:quod tamen diſplicet voluptuoſis,qui ingeniant ſibi, & alijs ſuadere oppoſitum vt non reprehendantur.

Quantum ad tertium duo agenda ſunt: primò probandum,quòd ex genere ſuo eſt peccatum mortale:ſecundò,ex quibus circunſtantiis cognoſci poteſt, quando remanet veniale,licet ex ſuo genere ſit mortale.

Luxuria eſt ex genere ſuo peccatū mortale.

Quantum ad primum arguitur ſic: Omnis actus luxuriæ cōſummatus,& deliberatus eſt peccatum mortale,vt docuimus in prædictis: ergo luxuria eſt ex ſe peccatum mortale. Probatur conſequentia:quoniam grauitas culpæ,quæ eſt in effectu,conſurgit ex grauitate mali,quę eſt in cauſa.Non enim poteſt eſſe fructus malus niſi ab arbore mala.Si ergo omnis actus luxurię conſummati ſunt peccatū mortale,ergo luxuria ex ſui natura eſt peccatum mortale.

Quantùm ad ſecundum aduerte q̄ cùm luxuria ſit libidinoſa circa actus venereos voluptatis concupiſcentia,dupliciter conſiderari poteſt:primò,vt eſt in corde tantùm:ſecūdò,vt procedit ad extra.Si primo modo,hoc poteſt triplicier contingere: primo, prout ipſa libidinoſa concupiſcentia in ſolo primo motu conſiſtit: & tunc eſt peccatum,ſed non niſi veniale.Quòd ſit peccatum,procedit ex eo,q̄ appetitus concupiſcibilis magis infectus eſt in virtute generatiua,quam nutritiua ex peccato primi hominis.Vnde,quis poteſt primo motu concupiſcere cibum illicitum,& non peccabit: non tamen concupiſcere poteſt primo motu concubitum illicitum ſine peccato ex radice adeò infecta in primo parente. Quòd autem ſit tantum veniale procedit ex eo q̄ præuenit cōſenſum,& deliberationem rationis,à qua actus in moralibus trahit complementum tam in bonis quā in malis.Secūdò,conſiderari poteſt ipſa concupiſcentia, inquantum motū naturalem conſequitur conſenſus in delectatione habita ex cogitatione ſuper actum venereum ſiue factū, ſiue qui poſſet fieri à cogitante perſiſtente in tali delectatione ,licet non conſentiat in opere. Et vt ſic eſt peccatum mortale.Et hoc intellige,ſiue talis conſenſus in delectatione ſit reſpectu ſuiipſius,ſiue reſpectualiorum. Nam quis poteſt cogitare ſuper actum venereum à ſeipſo perpetrato,vel poſsibili perpetrari ſi vellet: & in tali cogitatione delectari,& delectationi conſentire:poteſt etiam cogitare de actu venereo perpetrato ab amico ſuo & ſimiliter delectari, & delectationi conſentire.Quòd ſi delectatio ex cogitatione inſurgit:& non adeſt rationis conſenſus, non eſt peccatum niſi veniale.Tertiò,poteſt conſiderari ipſa concupiſcentia, prout interuenit conſenſus deliberatus non ſolùm in delectationem,ſed etiam in actum:& tunc eſt peccatum mortale etiam quòd non tranſeat in opus exterius.Et hæc eſt concupiſcentia, de qua inquit Seruator Matth.capit.5o.Qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.Si ſecundo modo, id eſt, vt concupiſcentia procedit ad extra,contingere poteſt duobus modis:primò,prout procedit quantùm in ſe eſt in actum luxurię completum & conſummatum ex deliberatione. Et ſic conſtat eſſe peccatum mortale.ſecundò, prout procedit in alia præuia,& ſuffiçienter diſpoſitiua,qualiter eſt aſpectus libidinoſus cum deſiderio deliberato actus venerei: & verba inhoneſta prouocantia ex intentione ad actum venereum,& oſcula,amplexus,tactus ad eundem actum ordinata.Hęc omnia mortalia ſunt ex deprauata, & corrupta intentione: q̄ ſi ex quadam ſenſualitate fiant, abſque deliberatione in actum luxuriæ,venialia ſunt.Amplexus autem,& oſcula ſine ſcādalo,& honeſtè fiant:vt eſt mos alicuius patriæ, ſicut ſuprà diximus,nullum peccatum ſunt:modò non detur occaſio inhoneſtæ concupiſcentiæ.Et q̄n id ſeruare difficillimum eſt,ideo bonum eſt remouere ſe ab huiuſmodi.

Luxuria eſt vitium capitale.

Quantū ad quartū,ſcilicet ſi eſt vitium capitale, probatur q̄ ſic.Nam capitale vitiū eſt,cuius finis multum appetibilis eſt: quoniam propter talem finem conſequendū homo multa cōmittit,quæ mala & vitioſa ſunt: ſicut diximꝰ ſuprà de ſuperbo,& inuidioſo,& guloſo.Sed luxuria eſt circa finē multum appetibilem,qui eſt delectatio carnalis,animalibus inſita,& connaturalis:eſt autem huiuſmodi delectatio maximè appetibilis ex appetitu concupiſcibili propter eius vehementiā: & propter eius inſeparabilitatem,cùm ſit nobis connaturalis.Ergo rationabiliter B.Gregorius in lib.31.moralium connumerat eam inter capitalia vitia. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT III. *De Luxuriæ grauitate.*

IN tertio ca.agendum eſt de grauitate Luxuriæ. Tu igitur aduerte,vt docuimus ſuprà de gula,quòd peccata carnalia nō ſunt grauiſsima quo ad culpā: quoniam in eis minus offenditur Deus,quam per blaſphemiam,& idololatriā: & grauitas culpæ minuitur etiā ex pronitate & connaturalitate delectationis: grauitas autem ſua ponderatur ex malis effectibus,& malorum occaſionibus ex luxuria prouenientibus:Inter quos effectus præcipui ſunt anxietas,pudor ſiue erubeſcentia,deperditio ſubſtantię,propriæ vitæ, famæ, & honoris:& in fine non remanet niſi infamia & pœnitentia.

Quot mentis anxietates atq; miſerias,vt labores,vigilias, lacrymas,gemitus,famem,ſitim,calores frigus,ſeruitutē ſuſtineant luxurioſi amantes, iam docuimus diffusè in philoſophia morali Plato.in tra.de recta & obliqua delectatione ſui,& vide tu illic,nec hîc repetendum eſt.

Ex luxuria quot mala hominem manant.

Quantæ erubeſcentiæ ſit,patet ex hoc,q̄ libidinoſi ſemper latibula quærunt,& ſtudent ne publicētur. Hinc patet, quàm verū ſit verbum Iob ca.23. Oculus adulteri obſeruat caliginē,id eſt tenebras & latibula, ne agnoſcatur ex verecundia.Et Paulus ad Ro.c 6. Quā cōſolationem habuiſtis in illis,ſ.inhoneſtis,in quibus nunc erubeſcitis.

Quod per luxuriam perdatur ſubſtantia, patet Eccleſiaſtici ca.29.Qui nutrit ſcortum,perdet ſubſtantiam Et Iob c. 31.aſsimilat eam igni omnia conſumenti,inquit enim: Ignis eſt vſque ad conſumptionem deuorans, & omnia eradicas. Exemplo confirmatur Lucæ cap.15.de filio prodigo,qui conſummauit omnia,viuendo luxuriosè.

Quòd perdatur vita,luce clarius patet: nam quot duella, quot lites, quot regnorum & ciuitatum, & familiarum euerſiones propter luxuriam eueniant,ſcriptura ſacra(vt dicemus infra loquentes de ſpeciebus luxurię) manifeſtat. Et idē diffusè docuimus in Epito.noſtris in octauo libro Politicorū,vbi aſsignamus corruptiua politiarū, & tu vide illic.

Quòd perdatur fama, & honor,& honoris argumentū, patet hinc:luxuria reddit hominē vilē & deſpectū, adeò q̄ exiſtimatur vt fœdiſsimum brutum.Vnde Iohel cap.1.Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo,id'eſt luxurioſi.Sic ēm exponit beatus Gregorius dicens: Iumenta computreſcere in ſtercore ſuo, eſt homines in luxuriæ fœtore vitam finire. Aſsimilatur & porco propter immunditiam: & de vilitate mulieris fornicariæ inquit Eccleſiaſt.capit.9. Omnis mulier fornicaria ,quaſi ſtercus in via ab hominibus prętereuntib. conculcabitur.Patet ergo quomodo reddit perſonam infamem.

Quod autem priuet honore, iam docuimus in philoſophia ciuili Platonica,in Trac.de leg.in ſpecie: vbi Pla.particulari lege inſtituit adulterum priuādum omni honore publico & quòd in ciuitate,vt peregrinus priuatus viueret:de gimus Geneſis capit.penult.cùm Iacob benediceret filijs loquens ad Rubē primogenitum, qui concubuerat cum nouerca ſua inquit:Ruben primogenitus meus prior in donis, & maior in imperio,ſcilicet, eſſe debueras: qui tu es primogenitus meus:(Sed ſequitur) non c.eſcas, ſcilicet,in honore & imperio:quia tu maculaſti cubile patris tui.Dicitur & de Salomone facto infami ex luxuria,Eccleſiaſt.c. cap.7. Inclinaſti femora tua mulieribus,& maculam dedīſti in gloria tua.Et adultero dicitur Prouerb.capit 6.Turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi,& opprobrium illius non delebitur.

Quòd autem non niſi pœnitentia in fine,& dolor remaneant ,prouenit ex eo q̄ voluptas tranſit,& turpitudo manet,hinc amaritudo animi:ideo Dominꝰ in Oſea c.2.loquēs de luxurioſa ſub metaphora dicit:Sepiam viam ſpinis,& ſepiam eam maceria:Per ſpinas intendit dolores,& amaritudines ex remotione gaudij:vnde ſubinfert, Et ceſſare faciā omne gaudium eius.Et in Prou.c.5.dicitur de muliere voluptuoſa:Nouiſsima autem illius amara quaſi abſinthiū.Quod autem à luxuria penè innumera mala in omni genere procedant,declarabimus in c.ſequenti agentes de luxuriæ ſpeciebus,& declarantes quę mala parturierit vnaquæque ſpecies:& ideo ratione effectuū, & occaſione quaſi innumerabiliū malorū merito cōputatur inter grauiſsima vitia. Propterea inquit Diuus Aug.in lib.de doc.Chriſtia. Luxuria eſt inimica Deo,inimica virtutib.perdit omnē ſubſtantiā,& ad

præsens voluptate deliniens, futuram nō sinit cogitare pau pertatem. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT IIII. *De Luxuriæ speciebus.*

IN 4. cap. agendum est de speciebus luxuriæ. Tu igitur ad uerte, quòd communiter à Theologis septem numerantur species, scilicet,

Fornicatio simplex,
Stuprum,
Adulterium,
Sacrilegium,
Incestus,
Raptus,
Peccatum contra naturam.

Aliqui addunt impudicitiam. De eis ergo duo pertractā da, ſ. earum sufficientiæ ratio: & de vnaquaque ac eius grauitate consideratio fiet.

Quot sint luxuriæ species.

Quantum ad primum aduerte q̄ ratio sufficientiæ hinc sumitur: Actus luxuriæ est actꝰ cōcupiscentiæ deordinatus fm rationem. Potest autem esse deordinatus dupliciter, primò quia ex eo non est apta cō sequi gn̄ratio prolis: & sic est peccatū ꝺ naturam. secundò, quia etsi sit apta consequi generatio prolis: non tamen debita ex parte materiæ, quæ est fœmina. Et hoc tripliciter, primò, q̄a fœmina non est determinata viro per matrimoniū sed est libera: & sic est fornicatio. secūdò, quia nō est determinata nec determinabilis viro, ita q̄ fiat sua: & hoc aut ꝓpter ꝓpinquitatē sanguinis, & sic est incestus: aut propter reuerentiam, & Dei cultum, cui fœmina dedicata est, & sic est sacrilegiū: aut ꝓpter puritatē, & sic est stuprū. tertiò, q̄a mulier est sub alterius lege, putà matrimonio copulata, & sic est adulteriū: vel sub alterius potestate, putà sub potestate patris, & rapitur de manibus eius: & sic est raptus. Impudicitia autē non est de actu consummato luxuriæ, sed de præcedentibus ac disponentibus ad actum, vt oscula, tactus, amplexus inhonesti. Patet igitur ratio sufficientiæ septem specierum luxuriæ.

Impudicitia nō est species luxuriæ.

Vitium contra naturam quale sit.

Nunc agendū est de singulis speciebus in particulari: & primò de peccato contra naturā: ꝓ quo aduerte q̄ quatuor modis cōmitti pōt, primò sine cōcubitu, vt qñ causa præcisè delectationis venereæ pollutio procuratur, & nominari solet mollities, spectatq̄e ad peccatum immunditiæ.

Secundò, cùm concubitu cum animali extra speciem humanam, & dicitur bestialitas.

Tertiò cū concubitu cum alio speciei humanæ, sed non ad debitū sexum: vt mas cum mari, fœmina cum fœmina: & dicitur Sodomia, quę tamen principaliter est inter mares.

Quartò cum concubitu fœminę in debito vase, sed non debitis modis: imò bestialibus, & monstruosis viis concūbēdi, vt faciunt vxorati insanientes, & furiosi: qui nil intacti relinquunt vt expleant furorem libidinis suæ vtentes vxoribus potius ad ludibrium quàm ad generationē. Sed de modis licitis & illicitis coniugatorum dicemus infrà.

Molliciem Deus punit.

Quantæ grauitatis sit hoc vitiū iuxta prędictos quatuor modos, declaratur ex punitione, quam manifestat scriptura sacra. Nam de modo primo legimus Gene. c. 38. de Onan filio Iudæ filij Iacob, quem percussit dominus quia fundebat semen in terra, eò q̄ rem detestabilem faceret.

Bestiarum concubitum Deus odit.

De secundo modo dicitur Exod. cap. 22. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. & Leui. ca. 20. Mulier, quæ accesserit ad iumentū, & vult ascendi ab eo, interficietis mulierem: & pecus morte moriatur, ſ. ad detestandum vitium.

De tertio modo constat Gen. ca. 16. de subuersione quinque ciuitatum: & ad declarādum immanitatem sceleris puniuit Deus non modò adultos, sed & paruulos, & iumenta, & terram ipsam, & regionem adiacentem, conuertens eam in mare mortuum: qm̄ hic nihil viuificatur. Sed & vxorem Loth respicientem retro conuertit in statuam salis, vt indicaret non solum peccatum ipsum, sed & eius memoriā sum mè displicere Deo. Pro hoc scelere puniendo sic statuit Deus Leui. ca. 20. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas morte moriātur, sanguis eorum super eos. Pro eodem scelere dicitur Ioelis c. 4. Quòd Deus congregabit omnes gentes in valle Iosaphat, & discepтabit cum eis: & vnam ex causis subiungit dicens, eò quòd posuerunt puerum in ꝓstibulo. Hoc peccatū adeò graue est q̄ in scriptura sacra dicitur abominatio in abstracto, & turpitudo: vnde Leuit. cap. 18. Cum masculo non miscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Et Paulus ad Rom. cap. 1. Masculi in masculos turpitudinem operantes, vt contumeliis afficiant corpora sua: propterà tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. Peccatum hoc adeò graue habitum est apud patres antiquos, quòd vt illud euitaretur, exponere volebant filias & vxores: filias quidem vt Loth, qui vt legimus Gene. c. 19. dixit Sodomitis, Nolite, quęso, fratres mei, nolite hoc malum facere. Habeo duas filias quę necdum cognouerūt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis. Vxores autem, vt legimus in lib. iudicum ca. 19. de sene, qui erat de monte Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa, vt autem auerteret Gabaonitas, ne abuterentur contra naturam hospite, qui a pud eum hospitatus fuerat cum vxore & puero, egressus ad eos dixit: Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia: Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam. id est, vxorem, educam eas ad vos vt humilietis eas: & compleatis libidinem vestram: tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. Nō solùm in scriptura sacra, sed & apud Platonem vitium hoc interdicitur, vt detestabile, & humani generis perditiuum. Vnde, vt docuimus in morali philosophia Platonica Tract. 6. c. 2. Plato sic instituit in 8. de legibus: Nemo generosas, & liberas mulieres præter vxorem tangere audeat: nec vllus nothus, & concubina suscipiatur, nec quis cū maribus congrediatur: nam qui istis vtuntur, genus hominū dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, vbi radices agere q̄ ferit nunquam poterit.

De quarto modo tenetur apud Hebr. vnam ex causis introducti diluuij fuisse, quia non solùm mares intantū exarserant in alterum quòd simul coibant: sed & mulieres ad tātam deuenerant vesaniam, q̄ supergressæ abutebantur viris: & sic peruertebant modum naturę, exhibentes se vt agentes: quæ ex natura creatæ sunt, vt sint patientes. Hunc quartum modum contra naturā reprehēdit Paul. 1. ad Thes. c. 4. inquiens. Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificationem, id est, honestè secundum intentionē naturæ, &c. ex consequenti non seruant intentionem nec modum naturæ. Hęc de modis vitij contra naturam, & de eius grauitate dicta sint.

De Incestu.

Secundo agendum est de incestu. Tu igitur, aduerte, q̄ incestus propriè est consanguineorum, vel affiniū venereus abusus. Incestuosiq̄e dicuntur, qui affinibus aut consanguineis abutuntur. Et si quæras propter quid, cū ex tali cōcubitu apta sit sequi generatio & educatio debita, plis, prohibitus est, per legem etiam matrimonij. Non em̄ ex lege possunt consanguinei pro certis gradibus simul celebrare matrimonia. Respondetur ad mentem Theol. id rationabiliter actū fuisse. Primò qm̄ inter sanguine coniunctos reuerentia & honor seruandus est, hæc aūt non stant cū copula carnali. Secundò qm̄ cū consanguinei se naturaliter diligant, si adderetur amor concupiscentiæ, fierent in amore velut ebrij, & furentes. Dicitur autem incestus ab incendendo, qm̄ incestuosi pœna est incendiū. vnde Leui. c. 20. sic habetur: Qui supra vxorem filiā duxerit matrē eius: scelus operatus est, viuus ardebit cum eis, &c.

Quantæ autē grauitatis sit patet in Scriptura sacra ex tribus: primò, ex pœna taxata in lege diuina, Leuit. c. 20. quam recitauim⁹, & est incendiū. Secundò, ex eo q̄ Paul. 1. ad Cor. 5. tradidit Satanæ vexandum corporaliter eū, qui cū vxore patris sui concubuerat. Vnde Pau. ibi sic scribit: Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorē patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctū habuistis vt tollatur de medio vestri qui hoc opus fecit. Tertiò, ex eo q̄ mala grauia vt fratricidia inde oriuntur: Nam Absalon in 2. Regū 12. occidit Ammon fratrē suū propter incestū perpetratū cū Thamar sorore sua. Adde q̄ incestus similat hominē cani qui inter bruta impudicissimus iudicatur, eò q̄ non abstinet se à concubitu matris & filiæ. Cōstat igitur quid sit incestus: & cuius grauitatis sit, quam confirmat D. Aug. in lib. de Adul. Cōiug. dicens: Adulterij malū vincit fornicationē, vincitur autem ab incestu. Peius est em̄ cum matre, quàm cum alterius vxore concumbere.

De stupro.

Tertiò, agendum est de stupro. Tu igitur aduerte, q̄ apud Theologum stuprum proprie est illicita virginum deflora tio existentium sub parentum cura. Aliquando autem sumitur pro quocunque concubitu lege vetito, vt cum vxore alterius, aut mari, aut sacrā virgine, aut inuectone violentiæ, etiam quòd esset ancilla: aut cum consanguinea, siue affine. Solent omnes hi pessimi concubitus communi nomine stupri nominari: licet in suo proprijssimo significato verificetur tantum de defloratione virginum. In suo proprio significato sumitur Genesis capit. 34. vbi legimus,

q̄ fratres Dinæ filiæ Iacob ſeruiebant in Sichem propter ſtuprū ſororis. Pro communi autē ſignificato ſumitur Gene. cap. 39. vbi dicitur, quòd Ioſeph recuſabat ſtuprum, id eſt, adulterium cum vxore Eunuchi Putipharis. Quantę aūt grauitatis ſit patet ex eo, q̄ propter ſtuprum Dinæ pater Sichē, & Sichem & totus populus occiſus fuit à filiis Iacob: Patet etiam ex eo, quòd à fœmina aufertur id quod in ea pretioſius eſſe poſſit. Vnde quandiu virgo eſt pretioſa & admirabilis habetur. Corrupta autem, dicitur humiliata: vnde Hieremias deplorans inquit in oratione ſua: Mulieres humiliauerunt, & virgines & in ciuitatibus Iuda. Conſtat & ex eo, quod virginitas irrecuperabilis eſt.

De Sacrilegio. Quartò, agendum eſt de ſacrilegio. Tu igitur aduerte q̄ ſacrilegium abſolutè ſumptum apud Theologum & Philoſophum moralem eſt irreuerentia, vel violatio, vel vſurpatio rei diuinæ & ſacræ. Vnde qui Deum & diuina inhonorat, vt blaſphemus, idololatra, hæreticus, ſacrilegus eſt. Qui Deo dicata violat, & polluit, vt qui templo Deo Dicato quid inhoneſtè operatur: puta fornicans, aut ſe polluens, ſacrilegus eſt. Qui Deo dedicata rapit, vt furans in templo, ſacrilegus eſt. Qui perſonam Deo ſpiritualiter deſponſatam violat, aut polluit ex luxuria, qualis eſt religioſa voto caſtitatis Deo dicata, ſacrilegus eſt: & in hoc vltimo ſenſu eſt diſtincta luxuriæ ſpecies. Quæ tamen coniungi poteſt cum inceſtu: & adulterio, & raptu. Nam ſi quis abutatur perſona ſibi coniuncta ſecundum ſpiritualem cognationem qualis eſt commater, vel filia ſpiritualis ex baptiſmo, eſt ſacrilegium cum inceſtu ſpirituali. Si quis abutatur perſona religioſa Chriſto deſponſata, eſt ſacrilegiū cum adulterio ſpirituali. Si quis abutatur perſona exiſtente ſub poteſtate & cura patris ſpiritualis eſt ſacrilegium cum ſtupro ſpirituali. Si quis nō ſolum abutatur, ſed & violentiam inferat perſonæ Deo dicatæ & ſacratæ eſt ſacrilegium cū raptu ſpirituali.

Vitiū Sacrilegij quàm graue ſit, manifeſtatur ex pœna lege inſtituta: nam q̄ grauiſsimè mulctandus ſit, vide in ciuili philoſophia Platonica in tract. 6. in lege de ſacrilegio. Apud ciuiles autem & imperatorias leges, quibus reſpub. Chriſtiana regitur, & apud ſacros canones quàm ſeuerè mulctandus ſit, cuilibet vel parum exercitato conſtare poteſt. In ſacra ſcriptura in lib. 2. Macha. cap. 3. legimus duriſsimè cæſum diuina virtute Heliodorum ſacrilegum, qui ærarium templi expoliare nitebatur. In cap. 4. legimus Andronicum occiſorem Oniæ ſacerdotis purpura exutum per totam ciuitatem circunduci, deinde vita priuari, domino illi condignam retribuente pœnam: legimus ibidē poſt multa ſacrilegia in templo commiſſa per Lyſimachum: in ipſum ſacrilegum turbę irruentes eum circa templi ærarium interfecerunt. Maximam pœnam comminatus eſt Seruator Iudæis ſacrilegis Matthei cap. 23. cùm dixit: Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ: quem occidiſtis inter templum & altare.

De raptu. Quintò, agendum eſt de Raptu. Tu igitur aduerte quòd in genere luxurię ſi abſolutè ſumatur importat illicitū concubitum per violentiam factum ſiue, quæ rapitur, ſit coniugata, ſiue vidua, ſiue virgo. Vnde raptus aliquando eſt coniunctus adulterio, vt quando rapitur vxorata: aliquando ſtupro, vt cum rapitur virgo: aliquando inceſtui, vt quando rapitur conſanguinea: aliquando ſimplici fornicationi, vt quando rapitur ſoluta, quę nec virgo, nec propinqua eſt. Determinatè autem ſumitur pro violento concubitu virginis raptæ de manu patris, aut parentum prius facta violentia virgini, aut parentibus eius: & ſic eſt diſtincta luxuriæ ſpecies. De quo raptu dicitur Geneſis ca. 34. q̄ Sichem adamauit Dinam virginem, & rapuit eam, id eſt violentiam ille fecit, & dormiuit cum ea. Et in li. Iudicum c. 21. legimus, q̄ filij Beniamin rapuerunt ſibi virgines in vxores in Silo. Et Romāni rapuerunt virgines Sabinas, de quibus inquit Virgilius Raptas ſine more Sabinas.

De adulterio. Grauitas huius vitij oſtenditur ex homicidiis & inteſtinis inde exortis bellis, & odiis æternis. Iam diximus ex raptu Dinæ occiſum fuiſſe Sichem & populum, propter raptū virginum in Silo, niſi congregati filij Iſrael delinire ſtatuiſſent indignationem parentum, iam bellum paratum fuiſſet. De ſeditionibus, & odiis, & bellis inter Sabinos & Romanos, inter Troianos & Græcos ex raptu Halenæ, licet virgo non eſſet, cuilibet, vel parum exercitato in hiſtoriis Romanis atq; Græcis manifeſtum eſt.

Sexto agendum eſt de adulterio. Tu igitur aduerte, q̄ in ſcriptura ſacra aliquando ſumitur ſpiritualiter: vt Iſaiæ c. 51. Iuxta me diſcooperuiſti te: & ſuſcepiſti adulterum. Et in hoc ſenſu peccatum dicitur adulterium, de quo non intēdimus hīc. Aliquando ſumitur carnaliter: vt Exodi c. 20. Nō mœchaberis. Et vt ſic eſt ſpecies luxuriæ: & apud Theologū eſt alieni thori violatio, & dicitur adulterium, quaſi ad alienum thorum acceſſus: & eſt duplex, qm̄ aliquādo eſt ex vna parte tantum, vt quando alter eſt ſolutus, alter autem coniugatus. Aliquando ex vtraque parte, vt quando vterque eſt coniugatus.

Huius vitij grauitas oſtenditur ex tribus. primò, ex pœna inſtituta in diuina, atq; humana lege: in diuina, qm̄ ſic habemus Leuit. c. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium ꝑpetrauerit cū coniuge ꝓximi ſui, morte moriatur, & mœchus, & adultera. Et in lib. Deut. ca. 22. ſic habemus. Si puellam virginem deſponderit vir & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cū ea, educes vtrūque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cùm eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem ꝓximi ſui. In humana autem quam dicimus ciuili, morte damnantur. In ciuili Platonica, vt docuimus in Tract. 6. in lege de adulteris, priuantur omni ciuitatis honore. Secundò, ex punitione facta ꝓpter adulteriū, de qua legimus in 2. Regū c. 12. Quòd dominus miſit Nathan ꝓphetā ad Dauid dicens: Vriam Ethæum ꝑcuſiſti gladio, & vxorē illius accepiſti in vxorem tibi: & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon: quamobrem non recedat gladius de domo tua, vſque in ſempiternum, eò q̄ deſpexeris me: & acceperis vxorem Vrię Ethæi, vt eſſet vxor tua. Itaq; hæc dicit dominus. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua: & tollā vxores tuas in oculis tuis & dabo ꝓximo tuo: & dormiet cū vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Propter hoc adulteriū Dauid de regno expulſus eſt per Abſalonē, Abſalon ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui, Deus percuſſit puerum natum ex Bethſabee per adulterium: & mortuus eſt, vt omnia hęc conſtant in libr. 2. Reg. capit. 12. & 16. Tertiò conſtat grauitas huius vitij ex malis inde orientibus, quæ ſunt exhæredationes filiorum, mortes regum, & ciuiū ſeditiones, & pugnæ, quæ omnia in hiſtorijs, & quotidiana experientia conſtant.

De Fornicatione. Septimò agendum eſt de fornicatione. Tu igitur aduerte q̄ in ſcriptura ſacra, aliqñ ſumitur fornicatio ꝓ quocunque illicito concubitu, & vt ſic eſt genus cōparatū adulterio, & ſtupro, & inceſtui &c. ita q̄ in hoc ſenſu, hæc eſt vera. Adulteriū eſt fornicatio, iuxta quē verificat illud Matthæi c. 19. Quicunq; dimiſerit vxorem niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et hæc eſt fornicatio cōiter dicta de qua nō intendimus hic. Aliqñ ſumit determinatè ꝓ illicito concubitu ſm̄ naturā inter perſonas ſolutas, & liberas corporis ſui, ita q̄ non ſint alligatæ coniugio, neq; voto neque religioni, neque ordini, neque coniūctæ ſanguine, neq; affinitate, neq; ſub paterna poteſtate temporali, vel ſpūali. Et in hoc ſenſu eſt ſpecies luxuriæ à prædictis diſtincta: & eſt propriè viduarū, meretricū, & concubinarū: & dicitur fornicatio à fornice, qm̄ ſub fornicib. meretrices fornicari conſueuerūt. Sunt aūt fornices loca per modū arcuū ædificata. Nonnulli dicūt fornicationem denominari à fornice, id eſt ab arcu triūphali: vbi Romæ meretrices habitabant luxuriantes.

Grauitas huiꝰ ſpeciei minor eſt quàm in ſupradictis: qm̄ neque irreuerentia erga Deum, nec violentia, nec iniuria fit erga proximum. Verū, quoniam gradus habet, ideo vna pro tali gradu, eſt grauior altera. Verbi gratia: Si quis cum puella non meretrice, ſed nubili fornicatus fuerit grauior eſt quam cum meretrice, aut concubina, cuius ſignum ſumitur ex diuina lege, in qua vt legimus Exodi capite vigeſimoſecūdo, ſic inſtituitur: Si ſeduxerit quis virginem nondū deſponſatam, dormieritq; cū ea, dotabit eam: & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis: quam virgines dare conſueuerunt. Et in Deutero. capite vigeſimoſecūdo, ſic legimus: Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum: & apprehendens concubuerit cū illa, & res ad iudicium venerit dabit qui dormiuit cum ea patri puellę quinquaginta Siclos argenti: & habebit eam vxorem, quia humiliauit eam. Nec poterit eam dimittere cunctis diebus vitæ ſuæ. Præterea, Si fidelis fornicatur cū infideli grauior eſt propter periculum fidei: ne fidelis ex amore concepto propter concubitum peruertatur ab infideli: cuius ſignum eſt quòd in libro Numeri capite vigeſimoſecūdo, cū fornicatus eſſet populꝰ Iſrael cùm filiabꝰ Moab idololatris, iuſſit dominus cunctos

principes

principes populi ſuſpendi in patibulo contra ſolem: & occiſi ſunt de populo xx. millia hominum. Et Phinees interficiens Zábri coeuntem cum Madianitide, ſacerdotium ſempiternum promeruit: & iram Dei à populo auertit. Nulla eſt enim efficacior via inducendi ad malũ, & ſuaſio recedẽdi à Deo quã amor concupiſcentiæ. Vnde Balaã conſilium dedit regi Moab, vt permitteret fornicari filias populi cum filiis Iſrael, vt auerterent eos à cultu veri Dei, & tunc relinquerentur à Deo. Et in 3. Reg. cap. 10. legimus Salomonem idololatraſſe propter amorem concupiſcentiæ erga Moabitidas, & Amonitidas, & Sidonias gentiles de quibus præceperat dominus Exodi c. 34. dicens: Nec ingrediemini ad eas, nec de illis ingredientur ad veſtras. Certiſsimè enim auertent corda veſtra: vt ſequamini deos earum. His itaque copulatus eſt Salomõ ardentiſsimo amore. Et auerterunt cor eius. Cumque iam eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres: vt ſequeretur deos alienos. Conſtat igitur quomodo vna fornicatio grauior eſt altera. Et licet cõparata cæteris ſpeciebus luxuriæ reliquis paribus ſit minus grauis: tamen in ſe videtur grauior quam homicidium & furtum, qm̃ pro nullo caſu fornicari licet, pro aliquo aũt caſu licet hominé occidere, putà in ſui defenſionem: aut ratione iuſtitię, ſicut iudex occidit furem. Et pro extrema neceſsitate furari licet: in lege autẽ diuina & Chriſtiana nunquã fornicari licet, quoniam ex ſui natura, & non ſolum ex prohibitione legis, mala eſt. Vnde non admittitur in Chriſtiana religione ſententia Com. 1. in 5. Ethic. qui tenet ꝙ licet virtuoſo fornicari, aut adulterari cum vxore tyranni vt interficiat tyrannum & patriam liberet. Nunquã enim licet facere malum quod eſt ex natura ſui malum: vt eueniat tẽporale bonum. Hęc igitur dicta ſint de ſpeciebus luxuriæ: & earum grauitate.

CAPVT V.

De octo Luxuriæ filiabus.

IN c. 5. agendum eſt de filiabus Luxuriæ, quæ ſunt octo ſecundum B. Grego. in lib. 31. moralium, vbi in cap. 31. inquit, De luxuria generantur,

Cæcitas mentis.
Inconſideratio.
Inconſtantia.
Præcipitatio.
Amor ſui.
Odium Dei.
Affectus præſentis ſeculi.
Horror vel deſperatio futuri.

Iſidorus autem quatuor ponit: quæ non videntur in prędictis contineri, ſcilicet,

Turpiloquia.
Verba ſcurrilia.
Verba ludicra.
Stultiloquia.

De filiabus igitur luxuriæ tria agenda ſunt.

Primò declarabitur ratio ſufficientiæ earum, quæ aſsignantur à B. Gregor.

Secundò declarabitur, qũo verificatur ſententia Iſidori

Tertiò declarabitur, in quo ſenſu prædicta ſunt filiæ luxuriæ: & in quo ſenſu oriri poſſunt ex aliis vitiis.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ ratio ſufficientię octo filiarum ſecundum Greg. hinc ſumitur: Docuimus in lib. 7. Ethic. ꝙ quando appetitus ſenſitiuus, & præcipuè concupiſcibilis vehementer intendit obiecto delectabili, debilitantur actus ſuperiorum virtutum animæ, quæ ſunt intellectus & voluntas, & non ſolum debilitantur, ſed etiam deordinantur: Sed ex vitio luxurię concupiſcibilis vehementer intendit obiecto delectabili, vt patet. Et ideo ratio, & voluntas impediuntur ac deordinantur. Rationis autem in agendis humanis quatuor ſunt actus, ſcilicet ſimplex intelligentia, qua intellectus apprehendit aliquid vt bonũ agẽdum: & aliquid vt malũ merito fugiendũ, putà bona fama, & fugiẽda infamia. Hic aũt actus per luxuriã impeditur, & ordinatur: quoniã cõcupiſcibilis excitata furore luxuriæ excæcat mentẽ: ita ꝙ non agnoſcit quid verè agendum quid ve fugiẽdũ ſit. Vñ Danie. c. 13. dicitur, Species decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum, id eſt excæcauit rõnem tuam. Et quantũ ad hoc ponitur filia luxuriæ cęcitas mentis. Secundus rõnis actus in agendis eſt cõſilium de agendis ꝓpter finẽ præconceptũ: aut fugiendis. Et hic impeditur & auferetur propter luxuriã: qñ homo ex vehementia voluptatis, & deſiderij fruendi obiecti voluptuoſi: non exquiſito conſilio, ſed dubio: & inordinatè ad aliquid agendum fertur. Et qm̃ conſilio de agendis opponitur p̃cipitatio, quæ propriè importat ſubtractionem conſilij: ideo ad hoc ponitur pręcipitatio filia luxuriæ. Tertius rõnis actus eſt iudicium rectũ de agendis poſt maturum habitum conſilium: & hic etiam per luxuriæ feruorem impeditur. Vnde de ſenibus condemnantib. Suſannam dr̃ Dan. c. 13. Auerterunt ſenſum ſuum: vt non recordarent̃ iudiciorum iuſtorũ. Et quantũ ad hoc ponitur inconſideratio filia luxuriæ: qua ex impetu luxuriæ in rectè iudicando deficit homo, qm̃, ſ. contemnit, aut non curat attendere ea, ex quibus rectum iudiciũ ꝓcedere debet.

Quartus eſt præceptum de agendis, quod facit de conſiliatis ac rectè iudicatis ꝓ executione fienda. Et hic etiam ꝓ luxuriam impeditur: pro quanto homo ex tali impetu impeditur ne ad exequendum ꝓcedat, qđ rõ iudicauit exequendum, ſed à recto ꝓpoſito recedit: & quantũ ad hoc filia luxuriæ ponitur inconſtantia, q̃ ſignificat receſſum à bono ꝓpoſito, ꝓpter aliquod inordinatè placitũ & cõcupitum. Et hoc præcipuè cauſat impet⁹ luxuriæ, ꝓpter quã trahitur homo ad repudiendũ qđ prius vt bonum acceptauerat. Et hoc vtiq; ex defectu: & culpa luxurioſi euenit: qm̃ noluit reſiſtere impulſui concupiſcentiæ, vt ꝓfeueraret in propoſito firmato. Ideo merito ponitur inconſtantia filia luxuriæ.

Luxuria duplicem voluntatis actum impedit.

Reſpectu autem voluntatis, duplex eius actus per luxuriam impeditur. Sunt aũt voluntatis actus appetitus finis, & appetitus eorũ q̃ ſunt ad finem. Sicut aũt voluntas appetit finem: ſic fugit & odit contraria fini: & ſicut appetit ea quæ ſunt ad finẽ, ſic refugit oppoſita. Reſpectu deordinati appetitus finis: ponitur filia luxuriæ, Amor ſui, inquantum luxurioſus ꝓ venerea voluptate, ſeipſum inordinatè diligit, & deſeruientia dictæ voluptati ſibi ꝓcurat, & quærit, ex oppoſito autem ponitur filia luxurię odium Dei, qđ ſignat Dei & legis ſuæ in animo luxurioſi diſplicentiam, eò ꝙ Deus luxuriæ actum in lege ꝓhibuit. Vellet enim luxurioſus omne libitum eſſe ſibi licitum. Reſpectu deordinati appetitus eorũ quæ ſunt ad finẽ ponitur luxurię filia, affectus præſentis ſeculi, inquantum luxurioſus vt diu fruatur venerea delectatione ꝓſentem vitam, & quę ſibi deſeruiunt inordinatè diligit: & in eis ſibi maximè complacet. Ex oppoſito autem ponitur filia eius deſperatio futuri ſeculi: nam dũ luxurioſus voluptate captiuatur venerea, nõ curat de delectatione, & felicitate futuræ vitę, imò eam faſtidit, & deſperat eam poſſe cõſequi allectus carnis concupiſcentia. Sic igitur cõſtat ratio ſufficientiæ octo filiarum luxuriæ ad mentẽ B. Grego.

Quantũ ad ſm aduerte ꝙ Iſido. non realiter diſcrepat à prędictis, ſed magis immoratur ad declarandum vitia quæ quò ad locutionem ex luxuria oriuntur. Sunt aũt quatuor recitata, quorum ſufficientia hinc ſumitur. In locutione ex impetu luxurię cõtingit quadrupliciter peccare: primo quãtum ad materiam, de qua eſt locutio: ſecundò quantum ad cauſam: tertiò quantũ ad finẽ: quartò quãtum ad ſententiã.

Si quò ad materiã, ſic luxurioſus peccat ꝓ turpiloquia. Cũ enim ex abundantia cordis loquatur luxurioſus cuius cor cõcupiſcentijs repletur, de facili in turpia verba ꝓrumpit.

Si quò ad cauſam, cũ impetus luxurię, vt diximus inconſiderationem & præcipitationem cauſet, de facili luxurioſus ꝓrumpit in verba leuiter, & incõſideratè ꝓlata, quę ſcurrilia dicuntur.

Si quò ad finem: Cũ luxurioſus ex impetu cõcupiſcentiæ delectationem quærat ſermones ſuos ad immoderatam delectationem ordinat. Et ſic in verba ludicra prorumpit: quæ propriè iocularia dicuntur, & ad luxuriam ſpectant & ad inordinatum ſui amorem pertinere videntur.

Si quò ad verborum ſnĩam & grauitatem cum luxuriæ ardor mentis conſiderationem auferat, conſequens eſt vt rectum iudicium decentemq; in verbis grauitatem auferat: inde luxurioſus in ſtultiloquia ꝓrumpit. Conſtat igitur quã rationabiliter Iſidorus circa locutionem quatuor aſſignat luxurię filias.

Cæcitas mẽtis qua rõne ad luxuriam ſpectet.

Quantũ ad tertiũ aduerte ꝙ cecitas mentis & p̃cipitatio & incõſideratio in vno ſenſu ad imprudentiam ſpectant: & in alio ad luxuriam. Nã ſicut conſilium & cõſideratio immediatè oriuntur ex prudentia, vt docuimus in ſexto Ethic. ſic hęc oriuntur immediatè ex imprudẽtia: Verum ſicut temperantia conſeruat prudentiam, ſic intemperantia eã corrũpit. Vnde originaliter, & vt ex prima radice conſilium & cõſideratio ꝓcedunt ex temperantia, & oppoſita ex intemperantia. Inter ſpecies autem intemperantiæ luxuria eſt pręcipua: & ideo dicuntur originaliter filiæ luxurię.

Inconſtãtia quõ ſit luxuriæ filia.

Similiter inconſtantia prout opponitur conſtantiæ inarduis, quæ eſt pars fortitudinis, non eſt filia luxurię: ſed

prout opponitur conſtantiæ in abſtinendo à voluptatibus venereis:quæ eſt pars continentiæ.Vnde ſicut continens eſt cõſtans,ſic luxurioſus incõſtans:luxuria nanque cor emollit,& hominem effœminat:Ideo dicitur Oſeæ cap.4.Fornicatio,& vinum,& ebrietas auferunt cor.

Similiter amor ſui inordinatus: quo quis vniuerſaliter appetit ſibi bona non ſecundum rationem eſt omniũ peccatorum cauſa, & principium: vt docuimus etiam in morali philoſophia Platonica, in Tract. de recta & obliqua dilectione ſui.Et vt ſic non eſt filia luxuriæ. Amor autẽ ſui quo quis inordinatè ſibi appetit voluptates carnis eſt filia luxuriæ:& ſic patet in quo ſenſu prædicta vitia ſunt filiæ luxuriæ,& in quo non.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VI.

De remediis contra luxuriam.

IN c.6.agendum eſt de remediis contra luxuriam. Et licet de eis in morali Platonica in tract.de recta,& obliqua dilectione ſui,& in epitomate noſtro ſuper œconomicam Ariſtotelis de optimo remedio contra adulterium pertractauerimus, hic tamen expedit diligentius de eis ſermonem facere procedentes ex diuinis ſcripturis,atque ratione. Tu igitur aduerte quòd quinque ſunt pręcipua remedia contra eam.

Primum eſt,vitare occaſiones.
Secundum eſt,temperatus victus.
Tertium eſt,honeſta occupatio.
Quartum eſt,accelerata fuga,
Quintum eſt,ſingularis ad Deum deprecatio.

Luxuriæ quinque occaſiones ſũt, quas fugere oportet adeũ vitandam.

Quantum ad primũ aduerte q̃ occaſiones luxuriæ ſunt quinque. Primò eſt defixus oculus in muliere:& mulieris in virum, penetrant enim oculorum radij præcordia amantium:& quodammodo faſcinant, & nectunt: ideo non expedit intueri quæ non licet concupiſcere. Si Eua pomum vetitum non curioſius vidiſſet,non peccaſſet. Vnde beatus Greg.exponens illud Geneſis. cap. 2. Vidit mulier lignum, &c.inquit: Penſandum nobis eſt quãtum oculos reſtringere debemus, qui mortaliter viuimus:ſi mater viuentium ad mortem per oculos venit. Quoniam Sychem filius Emor Euei:defixo oculo vidit Dinam, adamauit & rapui eam, & dormiuit cum ea:Geneſis cap.34.Quoniam domina Ioſeph iniecit oculos in eum:eius amore ſauciata eſt,& dixit:Dormi mecum,Geneſis c.39.Quoniam Dauid vidit Berſabee lauantem ſe ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: (erat autem mulier pulchra valde) miſsis nunciis tulit eam,in 2. Reg.cap. 2.Quoniam Holofernes incautè reſpexit in Iudith ornatam colligatis cincinis & mitram, & ſandalia habentem in pedibus,captiuatus fuit eius amore:Iudith cap.16. Optimũ ergo remedium eſt non defigere oculum, ideo dicitur Eccleſiaſtici cap.9. Virginem non conſpicias:ne forte ſcandalizeris in decore eius(& iterum.)Auerte faciem tuam à muliere compta.Et Iob cap.31.Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine. Vbi inquit gloſſa, Fœdus cum oculis pepigit:ne prius incautè aſpiceret quod poſteà in vitiis amaret.

Secundò eſt frequens,& licentioſum colloquium. Verba enim mulierum mollia,& ſuauia,animum deliniunt, capiunt,irretiant,& inflammant. Vnde dicitur Prouerbio. c. 7.Cuſtodi te à muliere extranea,& aliena,id eſt quæ non eſt vxor tua quę dulcia verba componit.Irretit enim eum multis ſermonibus:& blanditiis labiorum protraxit illum. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam: & quaſi agnus laſciuiens,& ignorans,& neſcit q̃ ad vincula ſtultus trahitur.donec transfigat ſagitta iecur eius:velut ſi auis feſtinet ad laqueum.Quòd autem inflamment teſtatur Eccleſiaſtici cap.9.vbi inquit,Colloquium illius:quaſi ignis exardeſcit. Vnde Iudith ſtatim dulci colloquio captauit cuſtodes exercitus. Nam, vt audierunt eam loquentem admirati,& eius amore capti, dixerunt, Non eſt talis mulier ſuper terram in pulchritudine, & ſenſu verborum: Iudith cap.11.

Tertiò eſt audire turpiloquia, cantus laſciuos, & intereſſe ludis libidinoſis: Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala,inquit Paulus 1.ad Corint. cap. 15. Et Eccleſiaſtici cap.9.dicitur: Noli eſſe aſsiduus cum ſaltatrice,nec audias illam: ne forte pereas in efficacia eius. Vnde docuimus in Epito.noſtris in 7. Politicorum non permittendos eſſe pueros videre,nec audire,nec intereſſe turpibus,& obſcœnis,ne cùm adoleuerint inclinentur ad illa.

Quartò eſt tactus,& domeſtica propinquatio mulieris. Nam luxuria eſt ſpecies intemperantiæ: intemperantia aũt verſatur & augetur ex inordinato guſtu, & tactu venereorum,ideo tactus,& propinquatio mulieris periculoſa ſunt. Vnde dicitur Eccle.c.9.Cum aliena muliere ne ſedeas omnino,nec accumbas cum ea ſuper cubitum.Et Prouer.ca.6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo:vt veſtimenta eius nó ardeant,aut ambulare ſuper prunas, & nó comburantur Plantæ eius?Sic qui ingreditur ad vxorem proximi ſui non erit mundus cum tetigerit eam.

Quintò ſunt loca,& tempora ſecreta ſine aſtantib. Hac occaſione peccauit Ammon cum Thamar ſorore ſua, legimus enim in 2.Reg.ca.13.q̃ Ammon ſimulans langorem petiit à patre Dauid vt Thamar faceret ei cibos,& ſorbitiũculas quibus factis, & delatis in camera per manum Thamar dixit Ammon:Eijcite omnes à me.Cúmq; eieciſſent omnes,dicit Ammon ad Thamar:Infer cibos & in cõclaui, vt veſcar de manu tua (& infra.)Cúmque obtuliſſet ei cibum,apprehendit eam, & ait: Veni ſoror mea:& cuba mecũ.Et ſic qm̃ aſtantes non aderant,ei violentiam intulit.Eadem occaſione peccare voluit domina Ioſeph cũ eo: legimus enim Gene.c.39.q̃ cùm quadam die intraret Ioſeph domum, & operis quidpiam abſque arbitris ageret: illa apprehenſa lacima veſtimenti eius diceret,Dormi mecũ:qui relicto in manu eius pallio fugit:Iſtę ſunt præcipuæ occaſiones luxuriæ in quacunque eius ſpecie.

Temperantia luxuriam reprimit.

Secundum remedium eſt temperatus victus:ſe habẽt em̃ cibus & potus ſuperfluus ad luxuriam,ſicut ligna ficca apoſita igni.Vnde ſicut deridend⁹ eſt qui dicit ſe velle ſeruare domum ſuam ab incendio:& tamen ſine menſura igni apponit ligna,ſic deridendus eſt qui dicit ſe velle caſtè viuere & cibis delicatis ac mero ſine menſura ſe replet. Sine Cere re & Baccho friget Venus, inquit poeta.Et D.Hier.in Epiſ. ad Furiam de viduitate ſeruanda inquit.Non Aethnæ ignes non vulcania tellus,non Veſuuius non Olymp⁹ tantis ardoribus æſtuant vt iuueniles medullæ vino plenæ & dapibus inflammatæ.Et in libro 2.contra Iouinianum inquit:Eſus carnium,& potus vini,ventriſque ſaturitas: ſeminaria ſunt libidinis.

Occupatio in honeſtis laboribus luxuriam reprimet.

Tertium remedium eſt honeſta occupatio.Multam namque maliciam docuit ocioſitas Eccle.cap.38.Et Chryſ.ſuper Matth.inquit:Vitium libidinis facilè ex vacantia & ocio naſcitur. Vnde poëta Ouid. Ocia ſi collas periere cupidinis arcus:contemptæque iacent,& ſine luce facés.Honeſta igitur occupatio optimum eſt remedium contra omne vitium præcipuè autem contra luxuriam:Nam vt inquit Chryſoſtomus ſuper Matthæum,diffinitio amoris,ſ.libidinoſi hęc eſt: Animæ vacantis paſſio.

Luxuria ſic fugienda eſt.

Quartum remedum eſt accelerata fuga:qua ſ.homo elõget ſe ab impellentib.ad luxuriam:vnde inquit Paul. 1. ad Cor.c.6.Fugite fornicationem.Quod commentans.D. Ambro.inquit:Cũ alijs nempe vitijs poteſt expectari cõflictus. Hanc fugite,ne adproximetis:neque em̃ poteſt aliter meli⁹ vinci.Et confirmatur exẽplo Ioſeph: qui vt legimus Gene. c.39.cũ domina ſua ei dixiſſet,Dormi mecum:relicto in manu eius pallio fugit,& egreſſus eſt foras.

Oratione luxuria non cẽdum extinguitur.

Quintum remediũ eſt ſingularis ad Deum deprecatio. Non enim in hoc ſufficientes ſumus ex nobis,ideo orandus Deus.Nam,vt dicitur Sapientię capitulo 8. ſciui quoniam aliter non poſſum eſſe continens,niſi Deus, &c. Et hoc ipſum erat ſumma ſapientia:ſcire cui⁹ eſſet hoc donum. Adij dominum & deprecat⁹ ſum illum ex totis pręcordijs meis. Hęc de remedijs vniuerſalibus contra quancunque luxuriæ ſpeciem dicta ſint.

Coniugatorum triplex concubitus.

Poſtremò aſſignandum eſt præcipuũ remedium pro coniugatis,ne coniugalis caſtitatis limites excedant.Eſt autem hoc:Studeant ac ſtatuant ſe à concubitu impetuoſo abſtinere.Pro cuius notitia aduerte q̃ inter coniugatos contingit eſſe triplex concubitus.ſ.Licitus,fragilis,impetuoſus:licit⁹ poteſt fieri triplici cauſa.primò cauſa generandæ & educãdę prolis pro ſucceſſione humani generis,ad Dei honorem & cultum.ſecundò pro debito matrimoniali reddendo,qñ exigitur.tertiò pro vitãda fornicatione & adulterio. In his nullum eſt peccatum. Primus ad pietatem ſpectat. Secundus ad iuſtitiam.Tertius ad prudentiam. Fragilis eſt ille qui fit cauſa delectationis, & hic quidem non eſt omnino licitus: quoniam fit cum deordinatione concupiſcentiæ. Et ideo ſemper intereuenit peccatum aliquando mortale, aliquando veniale. Mortale quidem, ſi amor & deſiderium delectationis pręponatur

Deo

Deo & æternę beatitudini: vt quando luxurioſi veluti bruta non aliud deſiderant bonum, nec de ęterna curant beatitudine: modò perſeuerent in voluptuoſa delectatione. Veniale autem ſi non præponitur Deo, nec æternę ſaluti, nec propter huiuſmodi delectationem agerent coniugati contra Dei legem. Impetuoſus aũt eſt qui ex ſola libidine prouenięs vt in equo & mulo, metas rationis atque honeſtatis excedit: & contingit fieri quinque modis. Primò per meritricias blãditias ſolùm ad libidinem magis exſaturandam ſecundò quando fit cõtra naturalem modũ. tertio, quando fit tempore prohibito vt diebus maximè feſtiuis. quartò, quando fit in loco prohibito, vt in eccleſia, vel monaſterio, vel ſacrato, vt in cœmeterio. quintò quando mulier eſt pręgnans vicina partui, vel quando eſt mẽſtruoſa. Si igitur coniugati ab his quinque modis impetuoſi concubitus ſe cõtinebunt, auferetur ab eis occaſio adulterandi: ſcientęque vas ſuum poſſidere in ſanctificationem, & non in paſſionibus effrænatis, ſicut Gentes viuentes ſecundũ animã brutalem, & Deũ ignorantes. Et hîc terminam⁹ conſiderationẽ noſtrã de ſeptẽ vitiis capitalib⁹ iuxta doctrinã diuinæ ac Chriſtianæ legis. Nã Philoſophi in his veluti cæcutientes ſe habuerũt. Deo igitur optimo laus & honor in ſecula, Amen.

Tertiæ Partis Finis.

QVARTA PARS

PHILOSOPHIÆ CHRISTIANÆ,

¶ De ſeptem donis Spiritus ſancti,

Vnico complexa Tractatu, qui nouem diuiditur capitibus.

Proœmium.

Eracta conſideratione de ſeptem virtutibus veluti ſeptẽ colũnis ædificij ſpiritualis, ac de ſeptẽ vitiis capitalib⁹ eidẽ oppoſitis, ordo doctrinę requirit, vt de ſeptẽ donis ſpirit⁹ ſancti pertractem⁹: qm̃ (vt declarabimus) cõparantur ad ſeptẽ virtutes, vt perfectiua: ad ſeptẽ verò vitia capitalia, vt antidota, ac remedia efficaciſſima. Hanc igitur conſiderationẽ cõplectemur in vnico tractatu quem diuidemus in nouem capita.

Primum erit de præcognoſcendis, antequam deſcendamus ad ſpecificam vniuſcuiuſque doni ſpeculationem.

Secundum, de dono timoris.
Tertium de dono pietatis.
Quartum, de dono ſcientiæ.
Quintum, de dono fortitudinis.
Sextum de dono conſilij.
Septimum, de dono intellectus.
Octauum de dono ſapientię.
Nonum, de neceſſitate, & permanentia donorum.

CAPVT I.

De Præcognoſcendis in conſideratione donorum ſpiritus ſancti.

IN primo capite agendum eſt de dono in communi. In omni enim ordinata doctrina incipiendũ eſt ab vniuerſalioribus, deinde deſcendendum ad conſiderationem ſpecificam. Hîc præcognoſcenda ſunt ſex: primò, quid ſit donum abſolutè ſumptum. ſecundò quid ſit diuinum donum. tertiò quotupiex eſt: & hîc manifeſtabitur in quo ſenſu ſumitur donum ſpiritus ſancti. quartò quot ſint, & qũo ordinantur: & reddetur ratio quare ſunt ſeptem. quinto quomodo ſe habent ad ſeptem virtutes, de quibus actum eſt in parte ſecunda: & ad ſeptem vitia capitalia, de quibus actum eſt in tertia parte.

Quantum ad primum aduerte, quòd apud Philoſophũ moralem, & Theologum donum abſolutè & propriè ſumptum, vt diſtinguitur à munere, & à præmio ſic diffinitur,

Donũ quid ſit.

Donum eſt rei licitæ, atque honeſtæ: quę eſt in poteſtate donantis nullo iure cogente, ſed ex amore atque meraliberalitate: ſine retributionis intentione facta collatio.

Quod nõ honeſtatis causa datur donum minime eſt.

Primo dicitur rei licitæ, & honeſtæ: vt excludamus collationes rerum illicitarum atque inhoneſtarum: quales faciunt libidinoſi amatis ſuis cauſa fruendæ turpitudinis. Hęc non merentur dici dona, ſed turpes quæſtus: quoniam quod eſt vere donum, donanti plerunque cedit in laudem: & reſpectu eius cui donatur, ſignum eſt honoris. Sed libidinoſæ collationes, nec in dantis laudem, nec in accipientis cedunt honorem apud recta ratione viuentes.

Secundo dicitur, quæ eſt in poteſtate donantis: vt excludamus collationes, quas nonnulli faciunt de alienis, vt fures, & fœneratores. Nam ſicut beneficium & eleemoſynam præſtari non poſſunt: niſi de proprio, ſic nec donum. Vnde donum ſupponit authoritatem: & iuſtam poſſeſſionem in donante. *Aliena non donantur.*

Tertiò dicitur, nullo iure cogente: vt diſtinguatur à debito & à mutuo: quę ex lege debitor, & mutuans reſtituere, obligatur. Donum autem nulla iuris neceſsitate præſtatur ſed ſponte: & ſi non præſtatur, nulla eſt iuſta querela, neque reprehenſio.

Quartò dicitur, ſed ex amore atque mera liberalitate: nam donum eſt gratioſa, & nõ obligata rei licitę collatio. Gratioſæ autem collationis origo, & radix eſt amor. Nam quoniam alicui volumus bonum quod eſt amare: ideo ex rebus noſtris ei donamus. Vnde qui donat non ex amore, ſed ex timore, ne offendatur: vel ſperato fauore vt adiuuetur, vel ne auarus, aut ruſticus, aut ingratus iudicetur, nõ eſt verè & propriè, ſed quadam ſimilitudine, donans.

Quintò dicitur, ſine intentione retributionis: quoniam & apud Ariſto. in 4. Topicorum, Donum eſt datio irredibilis, i. quæ non datur ſub ſpe recompenſationis. Nam quæcũque ſub tali ſpe, aut intentione, aut cõuentione dantur: nõ dona, ſed mutua, & præſtatiões dicẽdæ ſunt. Hinc corollarie ſequitur, quòd nullus verè, & propriè donat: niſi Deus benedictus. Ipſe enim ſolus in ſe, & à ſe omnem bonorum ſufficientiam, & abſolutam poſſeſſionem poſſidet, nec ex quacunque retributione poteſt ſibi aliquid boni accreſcere, nec ex quantacunque communicatione creaturis facta, aliquid ſibi ſubtrahi. Omnis autem creatura quantuncunque perfecta non eſt in omnibus diues, ideo ſufficientius poteſt habere: ex conſequenti ſi quid tribuit, põt retributionem intendere. Nam & homo ſeruiens Deo, inclinat cor ſuum propter retributionem. Solus ergo De⁹ meretur dici verus donator, & bonorum largitor. Hac de cauſa dicit Iacobus in Epiſto. cap. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, i. quod eſt verè donum, vt diffiniuimus, eſt à patre luminum. Idem confirmatur per Auicennam in 6. lib. ſuę Meta. vbi declarans quòd dans propter intentionẽ retributionis non eſt donator: & quicunque dat intendens retributionem eſt imperfectus in ſua eſſentia. Cùm igitur ſolus Deus ſit in eſſentia omnino perfectus: ſolus eſt donator, ſolus liberalis largitor. Igitur inquit Auic. vbi ſuprà ca. vltimo. Apud omnes linguas donator eſt tribuens alteri donum non propter retributionem. Si enim propter illud retributionem intendit, videtur venditor vel accommodator vel fœnerator. Adulatio verò, & collaudatio & fama, & omnes diſpoſitiones, quæ appetuntur, non reputantur à vulgo eſſe retributiones: niſi ſint ſubſtantiæ, vel retributiones, quæ intelliguntur in ſubiectis. Putant enim quòd is qui dat alij donum per quod acquiratur ſibi laus, ſit liberalis & non venditor, vel accommodator: cùm tamen ipſe verè ſit venditor, quia ex hoc quòd ipſe benefacit alteri, ipſe lucratur, ſiue retributionem ſubſtantialem ſui generis vel alterius, vel laudem, vel adulationem, per quam gaudeat: ſiue lucretur quòd fiat nobilis & laudabilis. Vulgus verò non computat has diſpoſitiones inter retributiones. Vnde eum qui benefacit alicui propter aliquod prædictorum non ceſſat vocare ipſum liberalem. Sed ſi bene attenderet hanc intentionem, non vocaret eum liberalem: eò quòd id quod agit, putà tribuens beneficium, agit propter cauſam, ex conſequenti propter retributionem. Si autem diligenter inquiratur quis ſit ſenſus verè liberalis: inuenietur quòd liberalis eſt, qui dat alteri perfectione in ſubſtantia eius, vel in partibus eius: ſic, vt nõ fiat ſibi retributio vllo modo. Sed dico, quòd retributio & voluntas retributionis, non aduenit niſi rei imperfectę in eſſentia: hæc Auicen. Cùm ergo omnis ſubſtantia præter Deum ſit imperfecta in ſubſtantia: cum non contineat in ſe omne bonum omnibus modis, ſolus Deus liberalis & donator eſt. Vnde per antonomaſiam dicitur bonus, & liberalis: quoniam, vt inquit Auicen. in 8. lib. ſuę Meta. cap. 7. non intendit retributionem in largitione bonitatis ſuæ. Item confirmatur per authorem libri de cauſis in propoſitione 21. vbi inquit: Primum eſt diues per ſeipſum. & eſt diues magis, & per primum intendit Deũ, & q̃ ſit magis diues, probat ex eo q̃ influit bonitates in omnibus rebus, & nulla influit in eũ, imò omnes accipiũt ab eo:

Deus ſolus donare dicitur.

quoniam posterius accipit à priori,& non è contrariò. Ergo omnes res creatę intellectuales,& corporales,non sunt diuites per seipsas:imò sunt indigentes,vno primo diuite influente super eas omnes bonitates & gratias:ex consequenti solus est per seipsum diues,solus liberalis,largitor,atque donator.

Tu tamen aduerte q̄ licet Deus solus sit verus donator: & quæ ab eo prouenium sint vera dona, tamen scriptura sacra vtitur nomine doni,& donationis, & donare vniuersaliter,pro omni datione,& remissione gratuita ac libera, tam respectu Deiquā respectu creaturæ. Vnde donum,& donare aliquādo ſtat ꝓ liberè & gratioſè à seruitute liberare: iuxta quem sensum,dicitur Deut.capit.15. Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus,aut Hebræa:& sex annis seruierit tibi,in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris nequaquā vacuū abire patieris. Aliquādo sumitur pro liberè concedere, vel permittere: iuxta illud Marci c.15. Pilatus donauit Ioseph corpus Iesu. Aliquando sumitur pro liberè remittere debitum iuxta illud Luc.c. 7. Non habentibus illis vnde redderent donauit vtrisque. Aliquando sumitur pro remissione & indulgentia peccati aut offensionis,aut iniuriæ iuxta illud Pauli ad Colosſ.ca.3. Donantes inuicem si quis aduersus aliquē habent querellā. Sicut dominus donauit vobis:ita & vos. Aliquādo sumitur pro honesto,& gratioso munere:sicut est mos inter amicos, & consanguineos,& propter sponsalitia:iuxta illud Gene. ca.24. Quod seruus missus ab Abrahā pro accipienda vxore filio suo Isaac fratribus Rebeccę,& eius matri dona obtulit. Aliquando sumitur pro oblatione Deo facta, iuxta illud Dauid in Psalm. Reges Arabum & Saba dona domino Deo adducent. In oībus tñ his modis seruatur prima conditio, & principalis:quam manifestauimus esse de ratione doni, scilicet libera,& gratiosa, & absque obligatione collatio siue concessio. Constat igitur quid sit donum absolute sumptum.

Donare multis modis dicitur.

Quantū ad secundum aduerte,quòd cùm radix doni sit amor:ipsumque donū sit libera & ex amore rei collatio:& amor,& libertas insit omni & soli substantiæ intellectuali, in qua conuenit Deus,& angelꝰ, & homo:donū potest fieri à Deo,ab angelo ab homine:licet(vt diximus)verè,& propriissime à deo. Si fit à deo:dicitur diuinū donum. Si ab homine:humanū. Relicto secundo & tertio inuestigandum est in præsenti propositō quid sit donum diuinum:qm̄ inter diuina dona connumerantur dona spiritus sancti: de quibus acturi sumus.

Triplex est donū.

Diuinum, Angelicum & humanū

Tu igitur aduerte,q̄ apud Theologū donum diuinum in sua maximè vniuersalitate sumptum,vt sub se continet donum naturale,donum gratis datum,donum gratum faciés, sic diffinitur,Donum diuinū est quicquid boni Deus creaturæ intellectuali ex amore & mera sua bonitate cōfert:vt eius bonitas,& sufficientia manifestetur,& creatura intellectualis in Deū vt in suum optimum finem ordinetur.

Donum diuinum quid sit.

Primò dicitur quicquid boni, vt excludamus pœnas & punitiones,vt mala sunt. Donum enim,vt donum,rationem perfectiui habet,ex consequenti de ratione doni est quòd sit bonum. Vnde deridendus est qui dicit dona mihi morte aut ægritudinem aut egestatem. Deus ergo donator est, inquantùm naturam perficit: ergo inquantum aliquid boni nobis impartitur.

Deus quid quid nobis donat bonū est.

Secundò dicitur creaturę intellectuali: quoniam vt dicemus infrà:donū datur à Deo,vt creatura bene,id est moraliter,& laudabiliter operetur. Sic autem operari nō conuenit nisi creaturæ intellectuali vt declarauimus in Ethicis & in secunda parte huius nostri operis. Vnde bona communicata à Deo creaturæ irrationali,licet inquantùm communicantur ex parte Dei ex amore,& absque intentione retributionis possent dici dona:non tamen ex parte recipientis, quoniam non est apta ex operatione sua tendere in Deum, vt in finem amatum & cognitum.

Tertiò dicitur ex amore,quoniam,hoc est de ratione doni absolutè sumpti,vt diximus supra. Vnde si deus alicui se debitoré faceret aliquid boni sibi tribuere, inquantū debitor non esset donator:opponitur enim debitū, & mera gratiosa largitio,quam dicimus donum.

Quartò dicitur vt manifestetur eius bonitas, &c. Hic tā gitur causa finalis:de qua ad plenum loquemur in sequentibus declarantes propter quid Deus optimus, varia dona nobis communicat. Constat igitur tibi quid sit diuinum donum vniuersaliter sumptum.

Quantùm ad tertium aduerte quòd cum creatura intellectualis ex se,& à se nil boni habeat:sed recipiat à primo bono ex amore,& gratuita largitione,omne bonum cōmunicatum à Deo creaturæ intellectuali potest dici donū diuinum:ex consequenti iuxta distinctionem eiusdem boni communicati,distinguendum est de diuinis donis.

Donorum diuinorum diuisio.

Tu igitur aduerte q̄ bona communicata à Deo homini sunt duplicia:quædam corporea,quędam spiritualia. Corporea diuiduntur in tria,s.in bona fortunæ, in bona familię quales sunt filij,& vxor,in bona proprij corporis,vt sunt sanitas,robur,pulchritudo,integritas membrorum & sensuū. Spiritualia sunt bona animæ,quæ diuiduntur in quinque:quoniam quędam spectant ad essentiam animæ,vt potentię suę tam appetitiuæ quam intellectiuę,& sensitiuę,& motiuæ,& vegetatiuę,quædam ad habitus intellectuales, quædam ad habitus morales,quędam ad quasdam gratias gratis datas,quædam ad gratias gratum facientes: omnia hæc diuina dona nuncupare possumus. Correspondenter igitur diuinum donum prima diuisione diuiditur in duo, scilicet in donū corporeum,& donum spirituale:& donum corporeum in tria, scilicet in donum bonorum exteriorū, in donum familiæ,in donum proprij corporis. Et quidem quòd bona externa computentur inter diuina dona probatur Genes.cap.33. vbi Iacob offerens Esau occurrenti sibi munera,dixit si inueni gratiam in oculis tuis:accipe munusculum de manibus meis,suscipe benedictionem quam attuli tibi,& quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Quod autem bonum familiæ prędpuè filij connumerentur inter diuina dona patet:Gene.capite.33. vbi postquam Esau vidit vxores,& filios Iacob,dixit ad Iacob,Quid sibi volūt isti: & si ad te pertineant? Respondit Iacob: Paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo. Quòd verò bona corporis, sint Dei dona probatur. Nam in 2.lib Macha.cap. 3. dicitur: Oniæ sacerdoti gratias age Heliodore. Nam propter eum tibi dominus vitam donauit. Et Lucæ cap.7. dicitur de seruatore,quòd visum cæcis multis donauit. Donum autem spirituale prima diuisione diuiditur in naturale,& supernaturale. Donum naturale est beneficium homini à Deo præstitum,nō excedens naturę humanę facultatem,putà,quòd homo habeat potentias intellectiuas & sensitiuas quibus operetur opera sibi conuenientia,quòd ex frequentatis actibus acquirat habitus bonos morales, quòd ex discursu scientiam acquirat. Hæc enim sunt debita naturę humanæ, considerata conditione sua:ideo naturalia dona dicuntur. De his intelligitur illud Eccle.ca.8. Da altissimo secundum dona eius. Donum autem diuinum supernaturale, est illud quod excedit communē hominum facultatem eleuans hominem ad altiorem statum, quales sunt habitus virtutum Theologalium,& gratia gratum faciens, & gratiæ gratis datæ,& septem dona spiritus sancti. Quomodo autem eleuent hominem ad altiorem statum,dicemus in sequentibus. De his supernaturalibus donis intelligitur illud Pauli ad Rom.cap.8. Quoniam cum ipso,scilicet Christo omnia nobis Deus donauit. De vtrisque intelligitur illud Eccle. cap. 1. Vtraque sunt dona Dei. Inter dona supernaturalia connumeranda sunt dona spiritus sancti:quoniam vt declarabimus quando loquemur de distinctione virtutum, & donorum eleuant hominem supra communem humanum modum operandi.

Bona externa computantur inter diuina dona.

Corporis bona à Deo sunt.

Quantum ad quartum, vt scias quot sint,& qūo ordinentur dona spiritus sancti:tria agenda sunt. Primò,notificandū est quid sit,ne procedamus per incognita. secundò, quot sint & ratio sufficientię eorum:tertiò,qūo ordinātur.

Donum spirit. sc. quid sit.

Quantùm ad primum aduerte, quod secundum communiorem,& magis rationabilem Theologorum sententiā sic diffinitur: Donum spiritus sancti est illud,quod hominē eleuat ad operandū opera virtutum intellectualium & moralium supra communem & humanum modum, ita q̄ donum spiritus sancti se habet ad virtutem intellectualem & moralem,sicut virtus heroica putà fortitudo heroica ad fortitudinem quę communiter in hominibus inuenitur: & sapientia heroica,& prudentia heroica ad sapientiam, & prudentiam communiter in hominibus inuentam. Nam, vt docuimus in 7. Ethic. tract.1.cap.1. Virtus heroica adeò perficit hominem,quando virtuosè operatur, quòd magis diuinus:quàm humanus videtur. Vnde citat Aristo. Homerū dicentem de Hectore,quòd propter virtutis excellentiam magis deorum quàm hominis videbatur filius: ideo in Hectore non fortitudinem & prudentiam communiter inuentā laudauit,sed diuinā,quā dicit heroicam, quę in raris inuenitur:& iuxta quam heroes,& diui homines nūcupantur.

tur. Sic in proposito dona spiritus sancti adeò perficiunt hominem in operatione virtutũ, q̃ respectu aliorũ operantiũ secundũ virtutes cõmuniter inuentas, videntur dij eleuati supra humanũ modũ viuendi, cognoscendi, prouidendi, cõsulendi, & sustinendi ardua, Deũ colendi, cum hominibus cõuersandi, vt dicemus infrà. Patet igitur quid sit donũ spiritus sancti. Vtrum autem distinguantur à virtutibus, siue infusis, siue acquisitis tam intellectualibus quàm moralibus, declarabimus infrà.

Spiritus sancti Dona septem tantum sunt.

Quantum ad secundũ aduerte, q̃ cõmunis Theolog. sententia est, q̃ sint tantùm septem eo q̃ omnes fundant se super Isaiam. c.11. qui nõ nisi septẽ enumerat. Sic enim inquit: Requiescet super eum. s. Messiam, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis: & replebit eũ spiritus timoris domini. Hæc quidem dona primò fuerũt in Christo, deinde per ipsum data sunt hominibus: iuxta Pauli doctrinam ad Ephes. capit. 4. vbi inquit: Vnicuiq; nostrũm data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, s. Dauid in Psalm. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, Tu tamẽ aduerte, q̃ longè differẽter fuerunt Christo data, & per Christum hominibus: primò, quia in Christo pleniſſimè, & absque mensura fuerunt: in hominibꝰ aũt sub certa mensura, vt donauit Christus. Vnde dicitur Io. cap. 1. Omnes de plenitudine eius accepimus. Secundò, quia in Christo permanenter fuerunt. Vnde dicitur Ioan. c. 1. Super quem videris spiritum descendentem, & manentẽ sup eum. Ideo Isaias notanter dixit, Requiescet super eum spiritus sapientiæ, &c. In hominibus autem aliquando sunt, aliquãdo subtrahuntur, ita q̃ potius adueniunt, & transeunt, quàm requiescant. Et hæc est doctrina B. Grego in lib. 2. Moralium, capit. 41. vbi inquit: In cunctis fidelibus spiritus venit, sed in solo Mediatore semper singulariter permanet: quia eius humanitatem nunquam deseruit: ex cuius diuinitate procedit. In illo igitur manet, qui solus, & omnia & sẽper potest. Nec obstat quòd Ioan. c. 14. inquit Seruator discipulis: Apud vos manebit, & in vobis erit. Alia nanque (inqt B. Grego.) sunt dona spiritus sancti, sine quibus ad vitam non pertingitur. Alia, quibus vitæ sanctitas pro aliorum vtilitate declaratur, mansuetudo nanque, humilitas, patientia, fides, spes caritas, dona eius sunt: sed ea, sine quibus ad vitam homines nequaquã peruenire possunt. Prophetia autem, & virtus curationum, genera linguarum, interpretatio sermonum, dona eius sunt: sed quæ virtutis eius præsentiam pro correctione intuentium ostendunt. In his igitur donis, sine quibus ad vitam peruenire non potest, spiritus sanctus in electis omnibus semper manet: in illis autem, quibus per ostensionem illius nõ nostra vita seruatur, sed aliorum quæritur, nequaquã semper in electis manet: quia semper quidã eorum cordi ad bene viuendum præsidet: nec tamen per eos virtutum signa semper ostendit. sed aliquãdo se eis à signorum ostensionibus subtrahit vt eò humilius virtutes eius habeantur, quo habitæ teneri non possunt. Mediator autẽ Dei & hominũ homo Christus Iesus, in cũctis eũ, & semper, & continuè habet præsentem, quia ex illo idẽ spiritus per substantiam procedit. Rectè ergo, & cùm in sanctis prædicatoribꝰ maneat, in mediatore singulariter manere perhibetur, quia & in istis per gratiam manet ad aliquid: in illo autem manet per substantiam ad cuncta. Hæc B. Greg. Tertiò in Christo fuerunt omnia simul dona spiritus sancti, in nullo autem homine omnia simul fuerunt. sed vt distribuit idem spiritus. Et hęc est B. Grego. doctrina in lib. 29. Moralium cap. 30. vbi exponens illud Iob, c. 38. nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiades, inquit: Nullus hominũ operationes sancti spiritus simul omnes habuit, nisi solus Mediator Dei, & hominum: cuius est idem spiritus, qui de patre ante secula procedit. Bene ergo dicitur, s. per Zachariã cap. 3. Super lapidẽ vnũ septẽ sunt oculi. Huic eñ lapidi septem sunt oculi, quia simul omnem virtutem spiritus septiformis gratiæ in operatione retinet. Alius nanque prophetiam, alius scientiam, alius virtutes, aliꝰ genera linguarum, alius interpretationes sermonũ, iuxta distributionem sancti spiritus accepit: ad habenda vero cuncta eiusdem spiritus munera nemo pertingit. At verò conditor noster infirmanostra susciens: quia per diuinitatis suæ potentiã simul se habere omnes sancti spiritus virtutes edocuit, micantes proculdubio Pleiades iunxit. Hæc Beatus Grego. Constat igit quàm differenter dona sancti spiritus fuerint in Christo, & tribuantur hominibus.

Eo Christo & hominibus differenter spiritus sancti dona fuerunt.

Lapis septẽ oculorum Christus est.

Viso quòd sunt septem ex doctrina sacræ scripturæ, reddenda est ratio quare sunt septem. Et hic aduerte, quòd varij varias rationes assignant. Aliqui nanque dicunt quòd sunt septem: quoniam, dantur tanquam septem remedia cõtra septem vitia capitalia. Sed de hoc dicemus infrà. Aliqui autem dicunt, quòd sunt septem: quoniam opponuntur septem vitiis, quæ causantur in potentiis animæ, scilicet in irascibili, & concupiscibili, & rationali ex peccato. Nam in concupiscibili ex peccato causatur duritia, qua non flectitur homo ad subueniendũ indigenti proximo. Et contra hãc infunditur donum pietatis. In irascibili autem ex peccato causatur timiditas aggrediendi, & sustinendi ardua pro Deo, & virtute. Et cõtra hanc infunditur fortitudo. Causatur etiam præsumptio, & temeritas: qua quis præsumit se magis dignum quàm sit. Et contra hanc infunditur donũ timoris. In parte rationali causatur hebetudo respectu finis, per quam impeditur homo, ne verum, & vltimum finem suum cognoscat, & de eo consideret: & contra hanc hebetudinem causatur in nobis donũ intellectus. Causatur, & stultitia ex peccato, qua homo non surgit in desiderium, & sitim & gustum vltimi sui veri finis: & contra hanc infunditur in nobis donum sapientiæ. Respectu autem eorum, quę media sunt ad verum, & vltimum finem, causatur ex peccato ignorantia, qua nescit homo eligere media conuenientia ad consecutionem vltimi finis: & contra hanc infunditur donum scientiæ. Causatur etiam ex peccato præcipitatio, qua homo in agendis magis impetu passionis q̃ electiõe ducitur. Et contra hanc infunditur donum consilij. Hæc quidẽ ratio sufficiẽtię nil falsi cõtinet, & sustineri pôt. Verùm rationabilior videtur sententia eorũ, qui rationem septẽ donorũ accipiunt ex eo, q̃ dona pficiũt vitã contemplatiuam & actiuam, excellentius quidem q̃ habitus in electuales, & morales. Nam ipsa dona (vt dicemus infrà) cõparãtur ad virtutes sicut perfectiones, & expeditiões quædam superadditæ, ita quòd longè magis perficiunt hominẽ in operatione speculatiua, & actiua quàm ipsæ virtutes. Hinc ergo sic sumitur ratio sufficientię septem donorum. Cùm dona sint perficientia virtutem, vel perficiunt virtutẽ spectantem ad vitam contemplatiuam, qualis est sapientia & intellectus, vel spectantem ad vitam actiuam, qualis est fortitudo & pietas, & consilium, siue prudentia. Si quo ad vitam contemplatiuam, quæ versatur circa diuina & cęlestia: aut perficiunt ipsam virtutem per modum experientię, & gustus. Et hoc fit per donum sapientiæ, vt declarabitur tibi apertiſsimè in capite de dono sapientiæ: aut per modum intimæ penetrationis & speculationis, & hoc fit per donum intellectus. Quod quomodo fiat, & quomodo distinguatur donum intellectus ab habitu primorum principiorũ, qui apud Aristotelem in lib. 6. Ethicor. nũcupatur intellectus, dicemus infrà in cap. de dono intellectus. Si quo ad vitam actiuam, quæ circa humana agibilia versatur aut perficiunt ipsam virtutẽ quantum ad recessum à malo: & hoc fit per donum timoris, quo timet homo peccare non propter pœnam, sed ex Dei vt patris dilectione, vt tibi manifestabitur in capite de dono timoris: vel perficiunt quantum ad operandum bonum, & hoc dupliciter: quoniam vel ad illud bonum omnes tenentur operari, vel non omnes. Si omnes, iterum dupliciter: quoniam vel donum in ipsa operatione virtutem perficit tanquam opus ipsum exequens. Et hoc fit per donum pietatis, vel tanquam opus ipsum dirigens: & hoc fit per donum scientiæ. Si quantum ad operationem boni, ad quod non omnes tenentur, iterum contingit dupliciter: quoniã vel donum, perficit virtutem in operatione, tanquam opus ipsum arduum exequens: & hoc fit per donum fortitudinis, vel tanquam opus ipsum arduum dirigens, & hoc fit per donum cõsilij.

Vitia septẽ in viribus animæ causantur, quæ à spiritu sancto curãtur suis donis.

Spiritus sancti dona quomodo ordinentur.

Constat igitur ratio, quare hæc dona sint septem: vt autem scias, quomodo ordinantur aduerte quòd hęc septem dona constituunt veluti scalam spiritualis ascensus ad diuina. In qua primus gradus est Timoris.

Secundus pietatis,
Tertius scientiæ,
Quartus fortitudinis,
Quintus consilij,
Sextus intellectus,
Septimus sapientiæ.

Et ratio huius ordinis est hæc: Primum fundamentũ spiritualis vitæ, & initium salutis est Timor domini. Vnde sapientiæ ca. 14. Timor dñi est fons vitę. Timor ergo est basis

in ſcala ſpirituali. A timore autem fit aſcenſus ordinarius ad alia dona. Nam vt timor conceptus non fiat gelidus, aut aridus, aſcendendum eſt ad donum pietatis, quæ ſecundum Paulum in ſecunda ad Timo. c. 4. ad omnia vtilis eſt. Et ne pietas nimis remiſſa, aut prodiga, aut quocunq; modo ſit inordinata, aſcendendum eſt ad donũ ſcientię, quæ pietatis opera dirigat, vt diſcretè fiant, & ne ſcientia infructuoſa, & inualida ſit, aſcendendũ eſt ad donum fortitudinis: vt quod per ſcientiam quis facere nouit, per donum fortitudinis roboratus exequatur. Et ne fortitudo impetuoſa ſit, aſcendendum eſt ad donum conſilij, quo regulari poſſit opus fortitudinis: nam fortitudo ſine conſilio præcipitat ſecundum B. Greg. in primo Moralium cap. 15. Et ne conſilium incautũ fiat, aſcendendum eſt ad donum intellectus, qui eſt cognitio bonorum ſpiritualium, quo conſilium in ipſa bona ſpiritualia congrue dirigi poſſit. Vt autem intellectus debitè temperetur & ordinetur, aſcendendum eſt ad donum ſapiẽtiæ, quæ (vt dicemus infrà) eſt cognitio guſtatiua diuinæ dulcedinis, de qua intelligitur illud: Guſtate & videte, qm̃ ſuauis eſt dominus. & illud primæ Petri capit. 2. Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt dominus. Et hæc diuina ſapientia non à ſapere ſed à ſapore dicta eſt, vt dicemus in capit. de dono ſapientiæ. Sic igitur in ſcala ſpirituali ordinanda ſunt dona ſpiritus ſancti in aſcendendo. In deſcendendo autem incipiendo à perfectiori, ordinatur vt Iſaias deſcripſit.

Spiritus ſancti dona nũ à virtutibus diſtinguuntur.

Quantum ad ſecundum inueſtigandum eſt quomodo ſeptem dona ſe habent ad ſeptẽ virtutes, tres ſcilicet Theologicas, & quatuor morales. Deinde quomodo ſe habent ad ſeptem vitia capitalia. Et quidem quantum ad virtutes ſemper dubitatum fuit an ſint diſtinctæ realiter ab ipſis donis: nam antiqui doctores, vt Aug. & Greg. videntur declinare ad partem negatiuam: quoniam ipſas virtutes appellant dona. Dicit enim B. Greg. in primo Moralium: Septem nobis naſcuntur filij, cùm per conceptionem bonæ cogitationis ſancti ſpiritus ſeptẽ in nobis virtutes oriuntur. Et B. Auguſt. in lib. de quæſtionibus euang. dicit, quòd ſeptem vitia ſunt contraria ſeptem virtutibus ſpiritus ſancti. Et in lib. 15. de Trini, appellat caritatẽ donum, dicens: Nullũ eſt iſto dono excellentius. Solũ eſt, quod diuidit inter filios regni & filios perditionis. Dantur & alia per ſpiritum ſanctũ munera, ſed ſine caritate nihil proſunt. Doctores autem doctrinales in hoc partiti ſunt: qm̃ aliqui, vt Scot. in 3. ſenté. diſt. 34. declinat ad partẽ negatiuã. Aliqui, vt B. Tho. in 1.2. q. 68. art. 1. ad partem affirmatiuam: & in 3. ſencen. diſtin. 34. quæſt. 1. arti. 1. Magiſter autem ſententiarum in 3. lib. diſtinctio. 34. videtur declinare ad hanc partem, quòd dona ſint virtutes, fundans ſe ſuper dictum diui Ambroſij.

Pro reſolutione igitur huius ꝓpoſiti aduerte, quòd hoc quæſitũ, vtrũ dona ſpiritus ſancti ſint virtutes, poteſt habere duplicem ſenſum: primus eſt, Vtrum id, quod eſt de ratione virtutis, ſit de ratione doni: & in hoc ſenſu dona ſunt virtutes. Nam virtus eſt perfectiua eius, cuius eſt virtus: ſic & donũ perficit eum, cui donatur: puta donũ ſapientię facit hominem ſapientem. Et in hoc ſenſu loquuntur Beatus Auguſtinus, & Gregorius & Ambroſius.

Secũdus ſenſus eſt. Vtrũ dona ſpiritus ſancti ſint idẽ realiter, ita ꝙ diſtinguãtur ſolo nomine à virtutibꝰ Theologicis, & intellectualibus moralibus. Quę quidẽ nominũ diſtinctio ſumatur ex hoc, ꝙ eadẽ virtus, puta ſapientia, dicatur donũ inquantũ eſt à Deo ex mera & gratuita voluntate, & nõ ex præcedẽtibus meritis, nec ex debito conditionis naturę. Dicatur aũt virtus inquantũ perficit ſubiectum: & eſt principium cognoſcendi diuina. Et in hoc ſenſu teneo cum B. Theo. partẽ negatiuã, quã ſic manifeſto. Non ſingulis virtutibus Theologicis & cardinalibus correſpõdet aliquod donũ. Patet enim in numeratione ſeptẽ donorũ, nullum correſpondere caritati & ſpei. ſoli autẽ fidei correſpõdet donũ intellectus & ſapientię: ergo cõſtat, ꝙ non ſunt idẽ. Præterea, Timor eſt donum, & tamen non virtus, neq; Theologica. neque cardinalis, vt patet: ergo, &c. Præterea, Dona infunduntur à Deo, virtutes autem cardinales, & etiã intellectuales, de quibus actum eſt in 6. Ethicorum, non infunduntur, nec inſunt nobis à natura, ſed exercitio humano acquiruntur: ergo dona ſaltem non ſunt idem cum virtutibus intellectualibus & moralibus.

Sed aduerte, quòd hæc diſtinctio nõ ſumitur præciſè ex eo, ꝙ dona mouent hominẽ ad actum bonũ motione diuina extrinſeca, virtutes autem motione intrinſeca: nec ex eo ꝙ virtutes mouent ad actus bonos humanos, dona auté ad actus diuinos: ſed ex eo, ꝙ virtutes ordinãt diuerſas potentias ad bonũ, putà Theologicæ ordinant intellectum, & voluntatem ad Deum vt vltimum finem. Intellectuales pficiunt intellectum practicum & ſpeculatiũ in actibus ſuis. Morales perficiũt partem appetitiuam per rationem regulantem. Dona autem ſpiritus ſancti perficiũt omnes animæ vires, vt debitè Deo primo motori ſubdantur, & in ipſum ordinentur. Item diſtinguuntur ex eo, ꝙ virtutes ſunt principia in homine operandi bonum modo humano, i. vt communiter, & ꝓportionaliter inuenitur in homine. Dona aũt ſunt principia impulſiua, & directiua in bonum, altiori, perfectiori, & diuino modo, ita quòd dum homo afflatur dono ſpiritus ſancti videtur in opere illius doni nõ homo, ſed quid diuinum. Sicut Ioan. Euangel. afflatus dono ſapientiæ, & intellectus, intonuit: In principio erat verbũ, &c. Et Stephanus afflatus dono fortitudinis, faciebat ſigna, & prodigia magna in populo: & Paulus in omnibus epiſtolis, ſuis, magis diuinè quàm humanè ſe habet. In hoc ergo ſtat reſoluta donorum diſtinctio à virtutibus: quòd virtutes perficiunt hominẽ modo humano, & inducunt ipſum ad operandum modo humano. Sed Dona perficiunt altiori modo, & faciunt oẽs vires animæ operari modo ſuprà humano. Ideo poſſunt dici diuinæ virtutes, & reducuntur ad virtutes exemplares: quas ponimus in Deo ꝓpter earũ excellentiã, de quibus cõſtat, ꝙ nõ ſunt idẽ cũ virtutibus humanis politicis neq; cũ humanis moralibus, ſed altioris ordinis.

Demum aduerte, ꝙ ſicut Magnanimitas, vt docuimus in 4. Ethic. tract. 3. c. 1. ſe habet ad alias virtutes morales, ſic dona ſpiritus ſancti ad virtutes. Magnanimitas autem in hoc diſtinguitur à cæteris virtutibus: quod eſt principium operandi bonũ excellentiſsimè, & magnanimè in omni genere virtutis. Cæteræ autem virtutes ſunt principium operandi bonum vt eas communi modo & conſueto ſpectat: verbi gratia, Fortis fortiter agit: ſed magnanimus intendit magnanimiter operari in fortiter agendo, Vnde magnanimitas comparatur ad alias virtutes, vt perfectio ſuperaddita. Sic dona comparantur ad virtutes, vt ſuperadditæ diuinitus perfectiones, quibus homo bene operatur excellentiſsimè ac diuino modo. Prętereà ſicut bona fortuna) vt docuimus in epitomatibus noſtris naturalibus in tracta. de bona fortuna) excedit ſapientiam, & prudentiam humanam, eò quòd, vt inquit illic Ariſtot. humana ratio de futuris cõtingentibus paruam aut nullam præcognitionem habet: bona autem fortuna futurum reſpicit, ſuper quod eſt maximè diuinatiua: qm̃ impetus, & impulſus factus in anima, impoſitus per bonam fortunam eſt à Deo, vt motore vniuerſali, qui, vt inquit Ariſt. per ſe, & bene videt præſens, & futurũ, & quod præteriit: ſic dona ſpiritus ſancti excedũt virtutes in modo operandi, eò quòd faciunt in homine operationes potius diuinas quàm humanas. Prætereà, Sicut ſe habet virtus heroica, putà fortitudo heroica ad fortitudinem communiter inuentam, & prudentia heroica ad prudentiã communiter inuentam: ſic dona ſpiritus ſancti ad virtutes. Conſtat autem, ꝙ virtus heroica diſtinguitur ex 7. Ethic. à virtute cõmuniter inuenta ex altiori, & penè diuino modo operãdt, ita quòd habentes virtutẽ heroicam reputantur in humano genere quaſi quidam dij inter cæteros virtuoſos. Sic in propoſito dona ſpiritus ſancti diſtinguũtur à cęteris virtutibus, eo quòd ſunt principia altiorum, atque diuinarum operationum, in cõparatione ad opera per alias virtutes elicitas. Hinc eſt, quòd Paulus inquit ad Rom. c. 8. Quicunque ſpiritu Dei aguntur, id eſt, ad bene operandum inducuntur & impellũtur, hi filij Dei ſunt: quaſi dicat, Adeò perfectè & diuinè operantur, quòd videtur vt dij inter homines: cuius rei certiſsimum argumentum nobis faciunt opera Apoſtolorum diſſeminantiũ fidem, qui non in ſapientiæ humanæ verbis, nec potentia temporali, nec prudentia, nec fortitudine humana, ſed roborati, & illuſtrati, atque eleuati ſupra communem hominum ſtatum, ex diuinis donis, mundum vicerunt, ad Deum conuerterunt, & profanũ idolorum cultum deſtruxerũt. Conſtat igitur quomodo & propter quid dona ſpiritus ſancti diſtinguuntur à reliquis virtutibus. Et, vt verbo concludam, virtutes non eleuãt hominẽ ſupra humanũ ſtatũ: dona verò trahunt ipſum ad diuinum ſtatum, & per ea verificatur illud: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oẽs. Vnde ex donis à Deo Moſi infuſis, conſtitutus fuit Deus Pharaonis, vt legimus exodi c. 7. eò ꝙ ex donis illi infuſis operabatur, nõ vt homo coram Pharaone, ſed vt Deus: Eiſdem donis Samuel, Dauid, & Salomõ antequam peccaret: potius diuino quã humano regimine Iſraẽlẽ gu-

bernabant. Eisdem donis, Helias contra Acab, & prophetas ac sacerdotes Belial prævaluit. Eisdé donis Helisæus adeò eleuatus est, quòd vt quidam Deus existimatus est in terra. Eisdem donis veri heroes, & diuini fuerunt patres antiqui testamenti, quos vt patriarchas Iesus Sirarch Hierosolymita qui renouauit sapientiam de corde suo, in libro. Eccle siastio. capi. 44. & 45. & 46. & 47. commemorat, & extollit, dicens: Laudemus viros glorioſos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit dominus magnificentia sua à seculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua, id est diuina præditi. Omnes isti in generationibus gentis suæ adepti sunt laudé. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclesia.

Enoch placuit Deo & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam.

Noë inuentus est perfectus & iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

Abraham magnus pater multitudinis gentium, & nó est inuentus similis illi in gloria.

Isaac benedictionem omnium gentium dedit dominus.

Testamentum suum confirmauit super Iacob, agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem.

Moses dilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictiõe est, Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.

Excelsum fecit Aaron fratrem suum, & similem sui de tribu Leui. Dedit illi sacerdotium gentium, & beatificauit illum in gloria.

Phinees filius Eleazari tertius in gloria in bonitate, & alacritate animæ suæ placuit Deo Israël. Ideo statuit illi testamentum pacis, & principem sanctorum, & gentis suæ fecit illum: vt sit illi, & semini eius, & sacerdotij dignitas in æternum.

Iesus Naue successor Mosis in prophetis fortis in bello, fuit magnus secundum nomen suum, & maximus in salutẽ electorum.

Caleb filio Iephonę dedit dominus fortitudiné, & vsq; in senecta permansit illi virtus: vt ascenderet in excelsum terræ locũ, & semen ipsius obtinuit hæreditaté, & viderunt omnes filij Israël: quia bonum est obsequi sancto Deo.

Samuel propheta domini, dilectus domino Deo suo renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua. In lege domini iudicauit congregationem, & vidit Deum Iacob, & in fide sua probatus est propheta.

Nathan surrexit propheta in diebus Dauid.

Dauid quasi adeps separat' à carne, sic ipse à filiis Israël. De omni corde suo laudauit dominum & dilexit Deũ, qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam.

Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum: quemadmodum est in iuuentute sua, & impletus est quasi flumen sapientia.

Helias propheta surrexit quasi ignis, & verba eius, quasi facula ardebant. Verbo domini continuit cælum, & eiecit à se ignem terræ. Sic amplificatus est Helias in mirabilibus suis, & quis potest similiter sic gloriari?

In Helisæo cõpletus est spiritus Heliæ. In diebus suis nó pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. Nec superauit illum verbũ aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

Ezechias fecit quod placuit Deo, & fortiter iuit in via patris sui Dauid, quam mandauit illi Isaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.

Iosias, cuius memoria in omni ore quasi mel indulcabitur, est directus diuinitus in pœnitentia gentis: & tulit abominationes impietatis, & gubernauit ad dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.

Ezechiel vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi Deus in curru Cherubim.

Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam & ipsum quasi signum in dextra manu Israël.

Et Iesum filium Iosedech qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum domino, paratum in gloriam sempiternam.

Et Neemias in memoria multi temporis, qui erexit muros euersos, & stare fecit portas, & seras: qui erexit domos nostras.

Ioseph, qui natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum stabilimentum populi.

Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt & sup omnem animam in origine Adam.

Omues prænominati ex donis Dei quasi, & supra cõmunem hominũ statum vixerunt, & operati sunt: ergo certissimum signũ est, bona ipsa esse altioris ordinis, vt sunt principia altius diuinisque operandi quàm cæteræ virtutes.

Vtrũ autẽ hæc diuina dona sint homini necessaria ad salutem vltra virtutes Theologicas infusas, & vtrũ permaneant in patria cælesti: declarabimus í fine præsentis Tract.

Viso quomodo septem dona se habent ad virtutes, declarandum est, quomodo se habent ad septem vitia capitalia. Tu igitur aduerte ad mentem veri Theologi, & præcipuè Diui August. in lib. de quæst. Euang. quòd septem vitia contraria sunt septem donis, vt septem ægritudines, septẽ salutaribus remediis. Sicut ergo septem vitia inficiuntanimam, sic septem dona sanat, expulsione septem vitiorum. Et, vt descendamus in specie, aduerte, quòd incipiendum est à timore, vt fundamento salutis. *Dona quomodo se habent ad vitia capitalia.*

Timor excludit superbiam, qua quis super alios inordinatè se extollit. Nam timor animam frænat & comprimit, ne temerè homo se supra alios eleuet.

Pietas iram excludit, qua vindicta, & nocumentũ proximi quæritur: quoniã homo ex pietate iniurias remittit.

Scientia inuidiam excludit mentẽ excæcantem: quoniã scientia mentis oculos illuminat.

Fortitudo acidiã expellit, quæ í infimis torpet: quoniam fortitudo, quę excellit in arduis segnitiẽ & torporẽ expellit, & mentẽ excitat ad viriliter fortiterque bene agendũ.

Consiliũ, vt est donũ diuinũ expellit auaritiã, quæ in terrenis tãtùm studet negociari. Sed consiliũ, vt est donũ spiritus sancti, vt dicemus in c. de dono cõsilij, docet pro terrenis æterna lucrari, & ad illa opportuna media inuenire.

Intellectus excludit gulam: quoniam vitium gulæ inordinatè, & turpiter delectatur in carnalibus. At donum intellectus docet his spretis, delectari & gustare in spiritualibus: vt dicemus in cap. de dono consilij.

Sapientia excludit luxuriam. Nam per eam captiuatur homo in delectatione fœdæ concupiscentiæ carnalis. At sapientia trahit hominẽ, vt in solo Deo delectetur. Cuius amore anima per donum sapientiæ languet, & fit it, iuxta illud Dauid: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quã veniam, & apparebo ante faciem Dei mei?

Se habent igitur hæc septem dona ad animam, vt septẽ lampades ardẽtes de quibus dicitur in Apocalyp. ca. 4. quòd sũt septẽ spirit' Dei, quibus mens nostra illuminatur, vt abiiciamus opera tenebrarum, id est peccatorum, & induamur arma lucis. Hæc de præsenti c. dicta sint.

CAPVT II. *De Dono Timoris.*

PRæmissis vniuersalibus principiis, quorum præcognitio necessaria est ad resoluendam & specificam doctrinã tradendã de septẽ donis spiritus sancti, accedẽdum est ad singulorũ considerationẽ eo ordine, quẽ præposuimus in principio Tract. s. in ascẽdendo, vt in scala spirituali: cuius primũ gradũ obtinet timor, de quo in præsenti c. agendum est. Pro cuius resoluta doctrina quatuor agenda sunt.

Primò, quid sit timor absolutè sumptus.

Secundo quot sint timoris species.

Tertiò, quis ex timoribus sit donum spiritus sancti, & quod sit eius præcipuum opus.

Quartò cuius excellentiæ & necessitatis sit ex scripturis sacris, timor initialis & castus.

Quantum ad primum aduerte. quòd plures assignãtur de Timore absolutè sumpto diffinitiones: quæ potius verbis, quàm sensu distinguuntur. *Timor quid sit.*

Apud Ciceroné in lib. Tuscu. quæst. sic diffinitur: Timor est metus impendentis, id est imminentis mali.

Aristoteles autem, vt docuimus in tertio Ethicorum. diffinit, quòd est expectatio mali.

Perfectius autem diffinit in lib. 2. Rhet. dicens q̃ est animi perturbatio & dolor, ex phãtasia, i. imaginatione vel apprehẽsione futuri mali corruptiui vel cõtristatiui proueniẽs.

Verùm quia in præsenti opere nostro innitimur sacris Theologis, ne confundamus moralẽ doctrinã Christianam cum ea, quę est Philosophorũ, ideo illis diffinitionibus relictis, non quia non sint verę: sed q̃m sunt ab extraneis ideò inuestigandum est quid sit timor apud sacros Theologos.

Tu igitur aduerte, quòd secundum Diuum Augustinum duas habemus diffinitiones, quarum prima est super Ioannem, & est hæc: Timor est fuga animi, ne perdat

quod

quod diligit: ſecunda eſt in libro. 14. de Ciui. Dei, & eſt hæc: Timor eſt affectio vel amor fugiens quod ei aduerſatur. Et vtriuſque diffinitionis ratio eſt, vt tenet Aug. in lib. 83. quæſtionum: quoniam non alia ex cauſa timemus quoties timemus, niſi ne id quod amamus, aut adepti ſumus, amittamus: aut quod ſperamus non adipiſcamur. Ab amore ergo oritur timor. Vnde ſi de aliquo bono non curamus, pro eo nõ timemus: ſicut ſunt minima bona, aut quæ à nobis maximè diſtant, aut quę poſſe conſequi non ſperamus, vt improportionata ſtatui & conditioni noſtræ: ſicut pauper non timet amittere regiam coronam.

Secundum Damaſcenum autem in lib. 3. ſenten. in cap. 23. ſic diffinitur: Timor eſt virtus contractionis. Et aduerte, quòd per virtutem non intendit habitum, ſed motum, aut actionem appetitus ſenſitiui prouenientem, & cauſatam ab apprehenſione futuri mali contriſtatiui. Per contractionem intẽdit diſtinctiuam differentiam, qua diſtinguitur timor ab aliis paſsionibus, & præcipuè ab audacia & ſpe & gaudio. Nam licet omnes ſint cum alteratione & tranſmutatione cordis, oppoſito tamen modo: ſicut & prędictæ paſsiones oppoſitæ ſunt. Nam ſecundum Auicennam in lib. 6. naturalium diſpoſitionum cordis, quædam ſunt actiuæ, quædam paſsiuę. Actiuæ ſunt duobus modis primò ſecundum perfectionem cordis in ſeipſo: quam perfectionem contentationem, vt ita liceat loqui, appellare poſſumus, quæ quidem perfectio conſiſtit in ampliatione & dilatatione ſpirituũ in corde, ita quòd redundant in facie, in oculis, in ore, in geſtu corporis. Hæc perfectio prouenit ex gaudio, & delectatione, & lætitia, quæ prouenit ex deſiderato bono ſu peruenienti & pręcipuè ſi magnum exiſtimatur, ſi ex improuiſo & quaſi ex inſperato venit. Secundò, ſecundum perfectionem cordis ad aliquid agendum, vel ſuſtinendum, vel obtinendum. Quæ quidem perfectio conſiſtit in confortationem, & corroborationem cordis, quę prouenit ex vnione multiplicatorum ſpirituum in corde: qui vniti adeò vigorantur, quòd impetum faciunt ad extra: ſuntque inſtrumenta, quibus homo efficitur audax in aggrediendis, & ſuſtinendis arduis.

Paſsiuæ verò diſpoſitiones cordis duobus modis oppoſitis prioribus fiunt: primò, per defectũ cordis in ſeipſo: quem quidem defectum debilitatem appellare poſſumus, quę prouenit ex paucitate, & attenuatione ſpirituum, qui congregantur in corde ad qualecunque fomentum cordis: recedentes ab exterioribus membris, ex quo receſſu membra exteriora debilitantur, aliquando tremũt, & facies exhauſto vigore palleſcit. Et id cõtingit in paſsione triſtitię, quæ opponitur gaudio & delectationi. Et ideo ſicut per delectationem ſpiritus dilatantur in corde, ita per triſtitiam congregantur, & coarctantur Secundò, per defectum cordis in comparatione ad aliquid agendum, vel ſuſtinendum: quem quidem defectum delectionem cordis appellare poſſumus, vt cùm dicimus, Non ſufficit mihi animus ſic agere, ſic pati, ſic obtinere. Et id quidem prouenit, vt prius ſcilicet ex debilitate, & paucitate ſpirituum congregatorum in corde. Quod experimur in paſsione vehementis amoris, q̃ languere facit: & in paſsione timoris, qui opponitur audaciæ. Nam ex apprehenſione imminentis mali ſpiritus contrahuntur in corde: recedentes à partibus exterioribus. Rationabiliter ergo Damaſcenus dicit timorem eſſe virtutẽ cõtractionis, id eſt motum quo recedentes ſpiritus ab exterioribus contrahuntur in corde, & illic ſiſtunt ad fomentum cordis.

Sed aduerte, quòd licet hęc diffinitio conuenire poſſit timori exiſtenti in voluntate per quandam ſimilitudinem, non tamen proprie: quoniam, cùm voluntas ſit virtus inorganica, in ea non cadit dilatatio, neque contractio ſpirituum: per ſimilitudinem autem ei conuenire poteſt, quoniã & voluntas ex apprehenſione facta per intellectum de malo futuro cõtriſtatiuo, & nociuo, & reſtringit ſe in ſeipſam & in ſeipſam ſiſtit, & in opus non exit: in quod exiret, ſi bõ eſſet apprehenſio futuri mali. Et vt ſic poteſt dici qđ Timor in voluntate eſt virtus contractiua per ſimilitudinem: modo quo dictum eſt. Vnde modo expoſito diffinitio Damaſceni verificatur in omni ſpecie Timoris, vt declarabimus infrà.

Tu tamen aduerte, q̃ intendit Damaſcenus de Timore naturali, nam illic declarare intendit quomodo in Chriſto paſsionis tempore fuit timor mortis, qui eſt timor ſecundum naturam, & in eo non fuit timor præter naturam: quẽ irrationalem vocat, qui conſurgit ex errore cogitationũ & diffidentia. Vnde de primo inquit, vbi ſuprà, Timoris nomẽ duplicem habet intelligentiam, id eſt dupliciter intelligi ſeu accipi poteſt. Nam eſt Timor naturalis nolente anima ſeparari à corpore: propter naturalem inditam illi à rerum conditore à principio compaſsionem & familiaritatem: propter quam naturaliter timet, agonizat, renuit mortem. Cuius diffinitio eſt: Timor ſecundum naturam eſt contractionis virtus, ipſius eſſe appetitiua. Nam ſi ex nihilo ad eſſe deducta ſunt omnia à rerum opifice ipſius eſſe, & nequaquam non eſſe naturaliter habent deſiderium. Deus igitur verbum homo factus, habuit hoc deſiderium in his, quæ naturæ erant conſtitutiua motum declarans: & cibi & potus & ſomni appetens, & naturaliter harum rerum experientia vſus: in corruptiuis autem reformidationem, vt in tempore paſsionis contractionem ad mortem ſpontaneè factam. *Timor naturalis quid.*

Quòd in Chriſto non fuerit Timor præter naturam, quẽ vocat irrationalem contractionem, ſic declarat vbi ſuprà inquiens, Eſt rurſus timor, qui ex errore cogitationum prouenit & diffidentia, & ex eo quòd quis mortis horã ignorat: vt quando nocte timemus ſtrepitu aliquo facto: qui quidem timor præter naturã eſt, quẽ & diffinientes dicimus, Timor præter naturam eſt irrationalis contractio. Hunc autem dominus nõ ſuſtinuit Ideo non timuit vnquam niſi paſsionis tempore: etſi diſpenſatiuè in ſemetipſo infremuit ſæpè: Non enim ignorabat tempus. Patet igitur quomodo Damaſceni diffinitio propriè datur de Timore non vniuerſaliter ſumpto: ſed de Timore in parte appetitiua ſenſitiua, & quomodo per ſimilitudinem verificari poteſt in ſpiritualibus, vt in voluntate. Quid autem proprie ſit Timor, vt eſt donum: & quomodo ab aliis ſpecieb⁹ timoris diſtinguitur, manifeſtum tibi erit in ſequentibus. Hæc de primo dicta ſint. *Timor præter naturã quid.*

Quantùm ad ſecundum inueſtigandum eſt quot ſint timoris ſpecies, vt ſciamus quis bonus, & quis malus, & quis neuter, & quis eſt donum ſpiritus ſancti. Tu igitur aduerte non eſſe intentionis noſtræ hic ſcrutari omnes doctorum diuerſitates in aſsignandis ſpeciebus timoris. Nam Damaſcenus in lib. 2. cap. 15. ſex ſpecies aſsignat, ſcilicet concitationem, verecundiam, erubeſcentiam, ſtuporem, terrorem, agoniam, & ſingulas diffinit. Verùm quia nulla earum eſt donum ſpiritus ſancti: ideo eas prætermittendas cenſemus Magiſter ſenten. in 3. diſt. 34. recitat ſententiã Bedæ aſſignantis duas timoris ſpecies, ſcilicet ſeruilem, quem dicit eſſe initium ſapientiæ: & amicabilem, quem dicit comitari ſapientiæ perfectionem. Magiſter autẽ quatuor aſsignat ſpecies, ſ. mundanã, ſeruilem, initialẽ, filialem. Sed nec aliqua harum diſtinctionum plenè, & expreſſe continet omnes timoris ſpecies: ideo illis relictis, ponitur diſtinctio totalis, quæ ſub ſe ſex timoris ſpecies continet, & hanc intendim⁹ proſequi ſingulas declarando ſpecies, quot ſint, an ſint bonæ, vel malæ moraliter, & quomodo fundantur in ſcriptura ſacra.

Tu igitur aduerte quòd Timor ſub ſe ſex ſpecies continet, nec plures inueniri poſſunt, quin ad aliquam earum reducantur.

Primus eſt naturalis.
Secundus humanus.
Tertius mundanus.
Quartus ſeruilis.
Quintus initialis.
Sextus filialis, qui caſtus, & reuerentialis ſolet ab aliquibus nuncupari.

Naturalis eſt quo quis timet naturaliter mortem & alia terribilia, vt carcerem, ſupplicia, exilium, famem, &c. Et hunc diffiniuit Damaſcenus, vt ſuprà docuimus: & circa quem regulandum Philoſoph. in 3. Ethic. poſuit fortitudinem: & Theologus fortitudinem Chriſtianam, vt docuimus in ſecunda parte in Tractatu de fortitudine. Hic fuit in ſeruatore tempore paſsionis: nam Marci cap. 14. dicitur quod cępit pauere & tædere. Et Lucæ cap. 22. dicitur quòd factus eſt in agonia, & ſudor vultus eius velut guttę ſanguinis decurrentis in terram: & quòd angelus apparuit ei, confortans eum. Hic tamen timor in eo regulatiſſimus fuit, quoniam ad patrem orabat dicens: Verũtamen non mea voluntas: ſed tua fiat. Hic timor ante rationis deliberationem nec bonus, nec malus eſt in genere mortis: neque peccatum, neque virtus eſt, neque meritorius, neque demeritorius: quoniam eius primus motus non ſubeſt voluntati. Hoc timore timuit Iſaac apud Abimelech *Timor naturalis quid.*

melech regem Palæſtinorum, vt legimus Geneſis cap. 26. ne interficeretur propter pulchritudinem Rebechæ: ideo interrogatus reſpondit, Timui ne morerer propter pulchritudinem ſuam. Timuit Iacob Eſau dum occurreret ei reuertenti ex Meſopotamia Syriæ: Gen. cap 32. Vnde orauit dominum dicens, Erue me de manu fratris mei Eſau: quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matres cum filiis. Timuit Moſes Exodi cap. 2. cum audiſſet verbum diuulgatũ fuiſſe: quòd interfeciſſet Aegyptium nã Pharao quærebat Moyſen interficere, ideo timens fugit ad ſacerdotem Madiam. Timuit populus Iſrael, & ſeniores Deut. cap. 5. ideo non aſcenderunt in montem. Timuit Helias Iezabel cõminantem ſibi mortem in 3. Reg. cap. 19. Et ſurgens abiit in deſertum.

Timuit Ioſeph cum reuerteretur ex Aegypto cum puero Ieſu, & matre: Matth. cap. 2. audiens. quòd Archelaus regnaret in Iudæa. Timuit Petrus Matth. cap. 14. videns ventum validum: & cùm cepiſſet mergi, clamauit dicẽs, Domine ſaluum me fac. Patet igitur quis ſit timor naturalis: & quòd non eſt in genere boni & mali moraliter.

Timor humanus quid. Humanus eſt, quo quis pluſquã debeat, & ratio dictat, corporis pœnam timet, propter quam vitandam agit contra legem, & iuſtitiam. Sicut qui ne moriantur, negãt fidem, produnt patriam, peierant, falſum teſtimonium dicunt. Hic eſt peſsimus in genere moris: & in Chriſtiana lege interdictus. Vnde Matth. cap. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Oritur ex inordinato amore ſui: & præſentis vitæ vnde qualis eſt culpa in tali amore, ſic & in humano timore. Amor autem ſui inordinatus aliquando eſt peccatum veniale, vt ſi eſt circa Deum: aliquando mortale, vt ſi eſt ſupra Deum. Sic & timor humanus ſi oritur ex amore ſui inordinato, qui ſit peccatum veniale: eſt peccatum veniale. Si ex eo qui eſt peccatum mortale, eſt peccatum mortale. Hoc Timore timuit Petrus, quando ſeruatorem negauit. Matth. cap. 26. Eodem timuit Pilatus ſententiam proferens contra Seruatorem, ne ſcilicet, incurreret indignationem Cæſaris: Ioannis capit. 16. Ab hoc Timore ſeparant ſe qui piè viuere volunt, præponentes obſeruantiam diuinæ legis corporali vitæ: vt Apoſtoli, & ſacri martyres. Hic eſt Timor, quem foras mittit charitas: & eſt ſemper malus, quoniam eſt occaſio agendi contra diuinam legem.

Timor mundanus quid. Mundanus eſt quo quis pluſquam debeat mundi bona, quæ dicuntur fortunæ, amittere metuit, & ne ea amittat agit contra ſalutem ſuam: ſicut auarus, & ſuperbus honoris cupidus. Iſti nanque ſemper ſunt in timore mundano conſtituti: metuentes acquiſitis carere. Vnde Iſidorus in lib. 3. de ſummo bono inquit, Qui bona mundi diligit, velit nolit, timoris & doloris pœnæ ſuccumbit. Hic ſemper malus *Timor mundanus ſemper malus.* eſt, quoniam eo impellitur homo ad homicidia, ad rapinas, ad iniuſtitias. Hoc timore Iudæi timuerũt, & propter ipſum curarunt occidi Seruatorem. Vnde: Ioan. cap. 11. dicunt: Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Hic, ſicut nec humanus, ſtat cum charitate, quando eſt peccatum mortale vt patet. Dixi quando eſt peccatum mortale, quoniam ſi eſt tantum veniale, vt quãdo oritur ex inordinato ſui amore qui eſt tantum peccatum veniale: (ſicut diximus de timore humano) non eſt niſi peccatum veniale. Cum veniali autem ſtat charitas, vt docuimus in parte 3. in Tract. 1.

Timor ſeruilis quid ſit. Seruilis eſt, quo quis offendere timet, vel bonum operatur non gratia boni, ſed ne pœnam ſuſtineat. Et dicitur ſeruilis, quoniam eſt proprius ſeruorum. Serui enim obediunt domino non ex amore, & cauent peccare contra dominũ, nõ quia peccare malũ eſt, ſed quoniã ex lege punitiua ſibi impoſita nollent incurrere pœnã, nã ſi pro certo ſcirent ſe non puniendos nõ auerterent ſe à malo, & ceſſarent operari bonũ. Hic timor neque laudem, neque meritum habet, quoniam vt ſeruilis eſt, non eſt principium declinãdi à malo, & faciendi bonũ voluntariè. Ideo licet nõ ſit in ſe malꝰ, tamen non facit hominẽ bonum moraliter, quoniam non aufert malam voluntarem. Vnde Chriſoſtomus in ſermone Ioãnis Baptiſtæ inquit, Facile deuiat à iuſtitia, qui in cauſis non Deum ſed homines timet. Hic timor peccandi facultatem differre poteſt, voluntatem auferre non poteſt. Et Aug. contra Pelagium lib. 2. inquit, Quando timore pœnæ, non amore iuſtitiæ fit bonũ: nondum bene fit, nec fit in corde quod fieri videtur in opere, quod mallet homo non facere, ſi poſſet impune. Hoc timore maior hominum pars cauet à malo: & viuit in aliquali legum obſeruantia, qui tamen ineſſe non deberet vxori erga virum, neque filijs erga patrem, neque ciuibus erga iuſtos principes vt docuimꝰ ad mentem Ariſt. in Epitomate noſtro in Œconomicis. Illic eñ Ariſtoteles duas aſſignat timoris ſpecies. vnam cum reuerẽtia, & pudore: qua vtuntur filij modeſti ad patres, & ciues bene morati ad benenolos gubernatores. Altera eſt cum inimicitia, & odio: ſicut ſerui ad dominos, & ciues ad tyrannos iniuſtos & ſeueros. Primus filialis, ſecundus ſeruilis nũcupatur. Hic timor, etſi vt merè ſeruilis meritorius non ſit, qm̃ penitus inuoluntarius eſt: tamen vtilis eſt qm̃ eſt veluti prima diſpoſitio ad bonum morale, & apud fidelem ad charitatem. Qui enim timet peccare formidine pœnę, paulatim diſponitur ad virtutis amorem: & ad Dei reuerentiam ac dilectionem. Vnde apud Theologum, vt notat Magiſter in .ſenten. diſt. 34. dicitur præparare locum charitati, ſicut primum pharmacum, quod medici vocant minoratiuum: præparat corpus infirmum ad ſanitatem. Et hęc eſt communis ac vniuerſalis via poſt peccatũ primi hominis: qua homines primò retrahuntur à malo, & operantur bonum: quoniam conſenſus & cogitatio humana poſt peccatum ſint prona ad malum: Geneſis capit. 6. & virtus poſita ſit in arduo contra appetitum ſenſitiuum: niſi aſſignaretur pœna peccanti, & præmium abſtinenti à peccato & bene operanti, non inueniretur qui declinaret à malo, & faceret bonum. Vnde primi legum inſtitutores, vt arcerent ſubditos à malo, condiderunt leges punitiuas: & vt alacriores eſſent ad bonum, inſtituerunt præmiatiuas. Sic & Deus benedictus in lege apoſuit maledictiones peccantibus: & benedictiones bene operantibus, vt legimus in Deuter. ca. 26. Sic & Seruator. Vnde Ioannis c. 6. concluditur. Quòd qui bona fecerunt procedent in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicij: ſcilicet damnatiui. Vtilis eſt ergo timor ſeruilis, vt poté diſpoſitio ad initialem: de quo nunc loquemur.

Timor ſeruilis quo ſit hominibus vtilis. De timore ſeruili quis ſit, & quomodo vtilis, & quomodo ad initialem. & caſtum diſponat: ſic inquit Magiſter in 3. ſenten. diſt. 34. ad mentem diui Augu. Timor ſeruilis eſt cũ per timorem gehennæ continet ſe homo à peccato quo præſentiam iudicis, & pœnas metuit: & timore facit quicquid boni facit: non timore amittendi æternum bonum, quod nõ amat, ſed timore patiendi malum, quod formidat: nõ timet ne perdat amplexus pulcherrimi ſponſi, ſed timet ne mittatur in gehennam. Bonus eſt timor iſte, vtilis, licet inſufficiẽs per quem ſit paulatim conſuetudo iuſtitiæ: & ſuccedit initialis timor, quando incipit quod dulcum eſt amari: & ſic incipit excludi timor ſeruilis à charitate.

Timor initialis quis ſit. Initialis timor eſt, quando quis non ſolùm timore pœnæ ſed etiam amore præmij quod amat: abſtinet à malo, & operatur bonum. Vnde medius eſt inter ſeruilem, & filialem: nam vt docuimus ſeruilis tantum reſpicit fugam pœnæ, filialis autem vt dicemus tantum amorem virtutis & præmij & reuerentiam primi boni: & quoniam initialis medius eſt vt diximꝰ, apud Theologum figuratur habere duos oculos: Siniſtrum quo cauet ne incidat in pœnam, dextrũ, quo trahitur ad præmium. Dicitur initialis: quoniam eſt vera diſpoſitio & via ad charitatem. Eſt meritorius, quoniam eſt voluntarius prout reſpicit præmium. Eſt autem voluntarius mixtus: quoniam vt eſt coniunctus ſeruili inuoluntarius eſt. Stat cum charitate licet imperfecta, quoniam non eſt deputatus à ſeruili, quẽ omnino excludit perfecta charitas, vt dicemus. Hic eſt timor de quo dicitur Eccleſiaſtici cap. 1. Initium ſapientiæ, timor domini, & iterum, Timor domini expellit peccatum, quia ſine timore nemo poteſt iuſtificari. De hoc timore intelligendũ eſt illud Apoca. cap. 14. Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius per ly Honorem, reſpicit præmium, per ly Iudicij eius reſpicit pœnam. Hic timor medius eſt inter metum & amorem. De eo intelligitur illud pſalm. Dulcis & rectus dominus ſuper timentes eum. Quod exponens Caſſiodorus, inquit. Cum audis quòd dominus Deus tuus dulcis eſt: attende quid diligas. Cùm audis quòd rectus attende quid timeas, vt timore & amore Dei excitatus, legem eius cuſtodias. Hoc timore viuunt conuerſi ad Dominum donec ad vitæ ſpiritualis terminum perueniant. Tunc enim obiecto ſeruili & relicto initiali, ſolo timore filiali viuunt, & bene operantur. De quo ſtatim dicturus ſum.

Timor filialis quis ſit. Filialis eſt, quo timemus à Deo ſeparari, ipſum offendere ex amore & reuerentia ei adhærentes, ipſo frui deſiderantes. Hic dicitur timor caſtus: quoniam aſſimilatur timori,

mori,quo casta vxor pudore,& reuerentia,& amore syncero,timet virum offendere,& priuari solatio suo. Dicitur filialis: quoniam assimilatur timori, quo dilectus filius timet offendere patrem,quem diligit,& veneratur:quo timore actus Iacob dixit matri suæ,Gene.cap.27. Si attrectauerit me pater meus, & senserit: timeo ne putet sibi voluisse me illudere:& inducat super me maledictionem pro benedictione.Dicitur amicabilis:quoniam amici secundum virtutem adinuicem ex amore hunc timorem seruant.Sicut seruarunt sibi mutuo Dauid,& Ionathas filius Saul, ex 1. Reg. cap.20.Dicitur reuerentialis:quoniam qui alium hoc timore timet honorat & reueretur: vt legimus de Bersabee in 3. Reg.cap.1.quando ingressa est ad Dauid pro Salomone: vt instituereturrex, & de Hester,in libro Hester cap.5.quando ingressa est ad Assuerum: pro liberatione populi sui contra Aman.Hic est timor castus, quem Dauid appellat timorem sanctum,de quo inquit Paulus ad Rom.cap.8.Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater.Et in 2.ad Timo. cap. 1.inquit, Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis & dilectionis, & sobrietatis.Hunc charitas non excludit:quoniam & in Christo & in sanctis permanet, & in patria cælesti non deficiet:vt declarabimus infrà. Hic solus animam sanctificat, de quo inquit Chrysostomus in sermone. Ioannis Baptistæ: Solus est Dei timor,qui mentes corrigit,fugat crimina,innocentiam seruat,& omnis boni tribuit facultatem. Hæc de speciebus timoris dicta sint.

Timorum quisnam sit spiritus sancti donum.

Quantùm ad tertium inuestigãdum est quis ex his timoribus sit donum spiritus sancti, & quod sit eius præcipuum opus:quo distinguitur à quocunque alio habitu.

Timor naturalis neque humanus. nec seruilis sunt donum sancti Spiritus.

Vt autem scias quis ex prædictis timoribus sit donum spiritus sancti,& quis non,pono duas conclusiones.

Prima est: Neque timor naturalis, neque humanus, neque mundanus,neque seruilis,vt stat mere seruilis, sunt donum spiritus sancti. De naturali constat: quoniam donum est infusum in anima vt principium merendi & agendi bonum modo altiori quàm humano, vt docuimus suprà. Sed timor naturalis non est infusus in anima,imò est passio cõgenita,& communis nobis ac brutis:nec est principium merendi, quoniam actus eius cùm sit merè naturalis, neque bonus,neque malus est moraliter. De humano, & mundano constat:quoniam vt docuimus vterque inordinatus & malus est.Dona autem spiritus sancti non modò bona,sed meliora sunt etiam virtutibus intellectualibus,& moralibus: quoniam altiori ac pene diuino modo sunt principia agendi bonum:virtutes autem tantùm modo humano: vt magis declarabimus infrà.De seruili vt præcisè seruilis est probatur Seruilis vt seruilis omnino inuoluntarius est: ergo non est bonus moraliter .Donum autem bonum est. Præterea: Seruilis est imperfectior virtute morali,quoniam omnis virtus moralis est principium agendi bonum, gratia boni vel propter vitationem improperij, & turpitudins. Sed timor seruilis est tantum propter vitationem pœnæ:ergo inferior est virtute morali.Sed donum est perfectius virtute morali: ergo Timor seruilis vt seruilis non attingit perfectionem doni.

Dixi, vt merè seruilis:quoniam vt includitur in timore initiali,non est mere seruilis. Timor enim initialis oritur ex timore & amore,vt diximus supra. Et ideo vt includitur in initiali non excluditur omnino à dono spiritus sancti.

Tu tamen aduerte q̃ licet timor seruilis non sit donum spiritus sancti,& non stet cum spiritu sancto, id est cũ charitate: est tamen à spiritu sancto: quoniam timere pœnas æternas est bonum: retrahit enim hominem à peccato: sed omne bonum est à spiritu sancto. Vnde gloss.super illud ad Roma.cap.8.Non accepistis spiritum seruitutis ,inquit. Vnus spiritus est qui facit duos timores ,scilicet seruilem & castum. Nec inconuenit quòd sit à spiritu sancto. & tamen non stet cum spiritu sancto,sicut & fides informis. Nã quædam sunt, quæ sunt à spiritusancto, & cum eo permanent, vt gratia, & charitas & opus meritorium: quædam autem sunt,quæ quidem sunt à spiritu sancto,sed non cũ eo permanent: vt fides non formata, de qua diximus in parte 2.in Tract. de fide, vbi docuimus fidem esse habitum infusum:& dicit Aug. fidem esse donum Dei, sumendo donum non propriè,vt suprà diffinitimus, sed communiter,prout omne datum à Deo dicitur donum Dei, secundum doctrinam Iacob.in epist. sua cap.1.Quædam verò non sunt à spiritusancto: & tamen simul sunt in anima cum gratia spiritus sancti,sicut peccata venialia,quę non excludunt gratiã. Quædam autem nec sunt, nec permanent cum spiritu sancto, vt peccata mortalia: sicut docuimus in parte tertia in Tract.1.Constat igitur tibi ratio, propter quam nec timor naturalis,nec humanus nec mundanus,nec seruilis,vt merè seruilis,sunt donum spiritus sancti.

Timor initialis, ac filialis donum Dei sunt.

Secunda conclusio:Timor initialis vt participat timorẽ filialem,& timor filialis sunt donum Dei. Dixi de initiali vt participat filialem,vt excludamus eum ex ea parte, qua participat seruilem:quoniam iam conclusimus seruilem non esse donum spiritus sancti:ergo nec initialis vt participat seruilem.Vt autem scias propter quid est donum,vt participat filialem probabitur de filiali, de quo simpliciter verum est dicere quòd est donum spiritus sancti: & ex consequenti probatum erit de initiali.Quòd igitur filialis sit donum spiritus sancti probatur sic:Diximus in ca.1. quòd donum spiritus sancti est illud quod eleuat hominem ad operandum bonum suprà communẽ modum humanum: sicut virtus heroica,comparata virtutibus communiter inuentæ. Sed Timor castus sic eleuat hominem: ergo est donum spiritus sancti. Maior patet:& minor probatur. Tu igitur aduerte, quòd homo secundum virtutes morales retrahitur à malo, quia ratio sic dictat,& vt effugiat turpitudinem, & vituperium: nam apud Philosophum moralem, finis boni operis est laus & honor, mali autem vituperium:vt docuimus in Ethicis. Vnde timor vituperij,ex malo opere prouenientis & desiderium laudis ex bono opere prouenientis, annexa sunt omni virtuti morali:& virtuoso semper insunt. Timet enim iustus agere iniusta ne vituperetur: & desiderat agere iusta, vt approbetur. Sed timor Dei filialis infusus in anima secundum Christianam religionem non solùm retrahit à malo,& incitat ad bonum ex fuga vituperij,& desiderio laudis: hoc enim humanum est,sed retrahit a malo, & trahit ad bonum ne separetur homo à Deo,ne ipsum vt patrem offendat, ne priuetur fruitione sua, & hoc est superhumanum, quoniam ad hoc trahitur non sola ratione recta sic dictante, sed Deo ex particulari dono sic allicente. Et sic patet quomodo castus timor eleuat hominem ad fugiendum peccatum & operandum bonum, modo superhumano, quod non faciunt virtutes morales.

Præterea. In passionibus concupiscibilis, quæ respectu boni sunt amor,& concupiscentia,id est,desiderium,& delectatio, dirigimur & regulamur secundum dictamen rationis rectę,vt,scilicet amemus,& desideremus bona tẽporalia,& bona corporis,vt decet:& vt eis ad certam mensuram indigemus. Et propter hoc regimen ponuntur Liberalitas, Magnificentia, & Temperantia:de quibus sermonẽ completum fecimus in 3.& 4.Ethico.& de temperantia diuina atque Christiana in secunda parte huius nostri operis, in Tract.de Temperantia. Quod autem homo omnia huiusmodi bona ex reuerentia diuinę maiestatis, & tractus sui amore,non solùm non desideret imò vt vile stercus reputet, est superhumanum: nec hoc facere possunt virtutes morales.facit autẽ hoc Timor castus infusus in anima:ideo dicitur eleuare hominem ad operandum bonum & declinandum à malo modo superhumano. Hinc patet, quòd timor passio,& timor Dei castus oppositio modo se habent ad fortitudinem:nam timor passio hominẽ reddit non fortem, sed debilem in arduis.Timor autem Dei castus fortitudinem in arduis,& terribilibus fouet & sibi ministrat. Et hæc est doctrina B.Grego.in libro primo,moralium:qui inquit,In via Dei à timore incipitur:vt ad fortitudinẽ veniatur. Nam sicut in via seculi,audacia fortitudinem, ita in via Dei debilitatem parit. Et sicut in via seculi,timor debilitatem:ita in via Dei fortitudinẽ gignit.Hæc B.Gregor. Et id luce clarius constat ex sacris martyribus:qui compresso humano ac mundano timore, excitati timore Dei filiali, ne scilicet offenderent,ne separarentur à summo bono,omnia humana blandimenta respuebant. Non timebant incidere in manus hominum propter diuinæ legis obseruantiam.Sicut Susanna in lib. Danielis capite decimoquarto, & tres pueri in fornace,Danielis capite tertio, & Danielis in lacu leonum cap.sexto,& Ioseph.in carcere:Genes.cap. 39.& Mathatias in primo Machab.capit.2.& Eleazarus iam senex in secundo Macha.ca.6.& mater cum septem filijs ca. 7.Qualis & quant⁹ hic timor Dei castus in Paulo fuerit,declarant passim Epistolæ suæ & præcipuè ad Philip.capi.tertio,vbi inquit,Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam.Constat igitur quomodo timor filialis est

donum

donum ſpiritus ſancti, ex conſequenti clarum eſt tibi, initialem prout participat filialem, eſſe donum. Nam vt participat filialem eſt vt filialis, ſicut tepidum vt participat calidum, eſt vt calidũ, & eſt principiũ calefaciẽdi, licet remiſſe: ſic & initialis eſt principium, quo declinat homo à malo, & agit bonum modo ſuper humano, remiſsius tamen quàm purus filialis: quoniam admixtus eſt ſeruili, qui non eſt donũ ſpiritus ſancti per concluſionem primam. Hæc de timore, qui eſt donum ſpiritus ſancti & de eius præcipuo opere modo ſuper humano dicta ſint.

Timor domini initialis, & caſtus, in qualis quid excellens. & neceſſarius ſit.

Quantum ad quartum inueſtigandum eſt ex ſcripturis ſacris: cuius excellentiæ ſit, & cuius neceſsitatis timor, domini initialis & caſtus. Tu igitur aduerte quòd eius excellentia manifeſtatur ex tribus.

Primò ex eo ꝙ præcipitur in ſcriptnra ſancta magis & frequentius & efficacius, quã cuiuſcunq; alius habitus bonus, qm̃ eſt primum principium declinandi à malo, & agẽdi bonũ & quidẽ ꝙ magis, & frequẽtius ꝑcipiatur patet hinc: Legimus in Deut. cap. 6. ꝙ Moſes ad populum loquens, & legem condens inquit: Hæc ſunt præcepta & cæremoniæ atque iudicia, quæ mandauit Deus veſter vt faciatis ea, & vt timeas dominum Deum tuum: & poſtquam præceptum dilectione dederat ſubiungit: Dominum Deum tuum timebis & illi ſoli ſeruies: & per nomen illius iurabis. Et in cap. 10. replicat dicens, Et nunc Iſraël, quid dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis eius. Deinde ſubiungit de dilectione dicens: Et diligas eum ac ſeruias ei in toto corde, &c. Ideo autem amori præpoſuit timorem, quoniam eſt via ad amorem (vt dicemus infrà) Ioſue cap. 10. reiterat præceptum timoris: Inquit enim, Timete dominum, & ſeruite illi corde perfecto. Dauid in pſal. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Eccleſ. cap. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia, & timore. In tota anima tua time Deum. Eccleſ. cap. vltimo. Time Deum & mandata eius ſerua. Matth. cap. 10. Timete eum qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennam ignis. Paulus ad Rom. cap. 11. Noli altum ſapere, ſed time 1. Petri cap. 2. Deum timete, Regem honorate. Apoca. 14. Timete Deum: & date illi honorem.

Secundò ex eo ꝙ omnes promiſsiones diuinæ tã in genere quam in ſpecie, fiunt timentibus Deum. In genere quidem vt patet Tobiæ c. 4. vbi ſic legimus: multa bona habebimus, ſi timuerimus Deũ, & receſſerimus à peccato, & fecerimus bonum. Et Ecc. c. 1. Timenti Deum bene erit in extremis, & in diebus defunctionis eius benedicetur. Et in eodẽ, Timenti Deum bene erit, & in diebus conſummationis eius benedicetur. In ſpecie aũt beatitudo promittitur timẽti Deum: Prouer c. 28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum. Eccl. c. 25. Beatus cui donatum habere timorem domini, & in c. 23. Timẽti Deum beata eſt anima eius. Dauid in Pſal. Beati omnes qui timent dominum.

Tertiò ex eo ꝙ Deus timẽtes ſe reſpicit, liberat, exaudit. Vnde Dauid in Pſal. Oculi domini ſuper timentes eũ, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Et iterum, ſi mamẽtum eſt dominus timentibus eum. Et iterum, Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum domine: Et iterum, Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe. Eccl. ca. 33. Timenti Deũ non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſeruabit, & liberabit à malis. Actuum c. 10. In omni gente qui timet Deũ & operatur iuſtiã acceptus eſt illi. Conſtat igiẽ quanta ſit eius excellentia.

Neceſsitas ſua manifeſtaẽ in ſacra ſcriptura ex duobus.

Primò ex eo ꝙ eſt principium & via ad virtutes & bonos habitus, vt ad charitatem. Eccle. cap. 25. Timor domini initium dilectionis eius. Ad ſpem, Prouerb. ca. 24. In timore domini eſto quotidie, & habebis ſpem in nouiſsimo. Ad ſapientiã, rouer. c. 1. initium ſapientiæ timor domini, Eccl. ca. 1. Radix ſapientiæ timere Deum. Itẽ, Plenitudo ſapientiæ timere Deum. Ad fortitudinem, Prouerb. c. 14. In timore domini fiducia fortitudinis. Ad obedientiã, Eccl. cap. 2. Qui timent dominum cuſtodient mandata eius, & Gene. cap. 22. dixit dominus ad Abraham, poſtquã obedierat ſacrificare filium. Nunc cognoui quòd times dominũ. Ad contemptum terrenorum. Se habet enim ad animã, ſicut timor naufragij ad nautas. Vnde inquit Iob in cap. 31. Sẽper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum. Vbi B. Greg. exponẽs inquit: Cùm fluctus tumentes ſuperuenient, nulla tũc curarum temporalium nauigantibus, nulla carnis delectatio ad memoriam reducitur, eaque ex naui proiiciunt, pro quibus longa nauigia ſumpſerunt. Sic timentes Deum, terrena quò ad affectum inordinatum à ſe proijciunt: vtentes hoc mundo tanquam non vtentes.

Secundò ex eo ꝙ eſt animæ contra peccatum ſalutaris medicina. Curat enim à commiſſo: & præſeruat à committendo. A commiſſo quidem: Eccl. cap. 1. Timor Dei expellit peccatum: nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.. A cõmittendo autem: ecl. c. 12. Qui timẽt Deum præparabũt corda ſua in conſpectu illius: ſanctificabunt animas ſuas: & Exodi c. 20. dicit Moyſes ad populum: Vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. Cõſtat igitur ex dictis q̃ & quanta ſit diuini Timoris in nobis excellentia & neceſsitas.

Ad timorẽ quæ nos diſponamus.

Reliquum eſſet pertractare quam expediens ſit homini ſemper timere, exiſtimendũ eſt em̃ diuinũ timorem ſe habere in nobis ſicut frænũ, & calcar in equo: fræno em̃ regulatur ne cadat, ne inordinatè incedat: calcari aũt premitur ne pigreſcat. Sic diuin' timor frænat hoĩem ne peccet & p̃mit ne pigreſcat in bono opere. Quæ autem maximè inducunt, nos vt Deum timeamus ſunt diuina iuſtitia, quę nil impunitum relinquit, & diuina ſapientia atque cognitio, cui aperta ſunt omnia; & fragilitas nr̃a qua de facili cadim' à bono in malum, à gratia in peccatũ, & impotentia reſurgendi niſi adſit Dei auxiliũ ex pietate ſua. Verũ quia penes doctores catholicos hæc in ſcriptis habenẽ: ideo non eſt nobis in his immorandũ. Hęc de dono Timoris dicta ſint. Vtrũ aũt remaneat in patria & quomodo, declarabitur in fine Tract.

CAPVT III.

De dono Pietatis.

IN cap. 3. vt ordinatè procedamus in aſcendendo, poſt cõſiderationem de dono timoris agendum eſt de dono pietatis, quę fundatur in timore diuino vt in baſi & primo fundamento ſcalæ ſpiritualis. De pietate igitur tria pertractanda ſunt.

Primò quot modis ſumitur in ſacris ſcripturis.

Secundò iuxta quem modum determinanda ſit eſſe donum ſpiritus ſancti.

Tertiò quæ & quot pro priè ſint opera attributa dono pietatis: & inter quæ, quod ſit primum ac præcipuum. Et hic aſſignabuntur ſex, vt videbis.

Pietas quatuor ſumitur modis.

Quantùm ad primũ aduerte ꝙ famoſi modi quibus dicitur Pietas ſunt quatuor.

Primò ſumitur apud vulgum pro compaſſione, & miſeratione, qua mouetur animus ad ſubleuandũ proximi indigentiam & defectum. Et in hoc ſenſu coincidit cum miſericordia: de qua inquit B. Greg. in 1. li. mora. Quod pietas cordis viſcera, miſericordiæ operibus replet. Iuxta hunc modũ dicitur homo pius à pietate, id eſt miſericordia. De pietate ſic dicta intelligitur illud Eccl. cap. 44. Viri miſericordię ſunt, quorum pietates, id eſt commiſerationes, & ſubuẽtiones erga indigentes & oppreſſos non defuerũt. De pio à pietate ſic determinato, iuxta illud Iudith. capite 7. Tu qui pius es, miſerere noſtri: & Eccle. cap. ſecundo. Pius & miſericors eſt Deus: & remittit in die tribulationis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate.

Pietas clementia aliquando eſt.

Secundò ſumit̃ pro mãſuetudine & clementia: & in hoc ſenſu pietas opponitur crudelitati, & pius idem eſt ꝙ clemens & mitis: iuxta quem ſenſum intelligitur illud ſecundi Paralip. 30. Pius em̃ & clemens eſt Deus veſter: & non auertet faciem ſuam à vobis: ſi reuerſi fueritis ad eum.

Tertiò ſumitur ꝓ virtute, qua ꝓgenitorib. & alijs ſanguine coniunctis, & patriæ & ciuibus & amicis officium & diligens tribuitur cultus. De hac poteſt intelligi illud Pauli 1. ad Tim. cap. 4. Exerce te ad pietatem. Et ſubinfert: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

Pietas reſpicit Deum vt patrem, religio vt Dominum ac creatorem.

Quartò ſumitur pro cultu diuino: quo Deum ipſum colimus & veneramur. Sed aduerte, ꝙ Deum ſub duplici ratione colere poſſumus: primo ſub ratione domini & creatoris & ſic colimus per religionem, quæ importat diuinum cultum exteriorem quem exhibemus ſacrificijs, viſitationibus, donarijs, & corporalibus ceremonijs: & obſeruantia dierum feſtorum: ſecundo ſub ratione patris & conſeruatoris & beatificantis, vt in ſe continet omne bonum. Et ſui fruitione nos beatificat: & ſic colitur pietate: quę proprie importat cultum & ſeruitutem interiorem erga Deum patrẽ. Et hæc eſt pietas quam Græci vocant Theoſebiam: & opoſitum ſuum in ſcriptura ſacra dicitur impietas, quę eſt incultus ſiue irreuerentia erga Deum vt patrem: de qua intel

ligitur illud Pauli ad Titum cap.2. Vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè, & piè, id eſt bene colentes Deum patrem, viuamus in hoc ſeculo. Et aduerte quòd pietas hoc quarto modo, non ſolùm dicit cultum Dei: ſed & omnium diuinorum, vt ſunt vnum in Deo, vt angeli beati. & ſancti. Vnde qua pietate colimus Deum patrem, colimus omnes ſanctos, & Deo dicata. Et debitum officium exhibemus omni humanæ creaturæ, non ſolùm quia communicamus in natura rationali, ſed quoniam eſt ad imaginem Dei & ab eodem patre Deo à quo & nos ſumus. Et ſic patet quòd pietate quarto modo ſumpta, primò colimus Deum vt patrem, ſecundò ſanctos vt vnitos Deo factoſque deiformes, tertiò omnem hominem non qui indigens, aut coniunctus ſanguine nobis eſt: ſed quoniã creatura rationalis eſt ab eodem patre ad eandem beatitudinem, à quo & ad quem ſumus. Et in hoc vltimo ſenſu diffiniri ſolet Pietas apud Theologos, ꝙ eſt ex benignæ mentis dulcedine omnibus auxiliatrix affectio. Patet igitur quot modis dicitur pietas.

Pietas vt eſt miſericordia non eſt donũ Spiritus ſancti.

Quantùm ad ſecundum inueſtigandum eſt per quem modum ex prædictis ſit donum ſpiritus ſancti. Pro reſolutione igitur pono quinque concluſiones.

Prima eſt. Pietas primo modo ſumpta non eſt donum ſpiritus ſancti. probatur, Donum vt docuimus in 1. cap. differt à paſsione naturali, & virtute morali, quia illæ operantur modo humano, donum autem modo ſuprahumano, Sed pietas primo modo ſumpta, non eſt diſtincta à miſericordia: quæ ſecundum Damaſ. in lib. 2. cap. 14. eſt paſsio: dicit enim triſtitiam de aliorum malis. Eſt etiam virtus moralis, vt dicit motum voluntatis regulatum ſuper alienam miſeriam: & per quem motum regulari poteſt triſtitia & dolor exiſtens in appetitu ſenſitiuo de alterius miſeria: ergo conſtat quòd pietas primo modo ſumpta, non eſt donum ſpiritus ſancti.

Pietas pro clementia non eſt donum Spiritus ſancti.

Secunda eſt: Pietas ſecundo modo ſumpta, non eſt donũ ſpiritus ſancti. probatur, Pietas in hoc ſenſu non diſtinguitur à manſuetudine & clementia: quæ ſunt virtutes morales vt docuimus in 2. parte. Donum autem non eſt virtus, vt diximus in 1. cap. huius Tract. ergo &c.

Pietas in parentes non eſt donũ Spiritus ſancti.

Tertia eſt: Pietas tertio modo ſumpta, non eſt donum ſpiritus ſancti. probatur, Eſt pars iuſtitiæ naturalis, & ad amicitiam naturalem ſpectat: vt docuimus in 5. Ethico. & in 8. Ethic. in tract. 2. cap. 6. vbi conſiderationem fecimus de ſpeciebus amicitiæ inter conſanguineos. Sed donum non coincidit cum iuſtitia, neque cum amicitia cùm alterum ſit virtus, alterum paſsio laudabilis: ergo, &c.

Pietas quæ eſt religionõ eſt donum Spiritus ſancti.

Quarta eſt: Pietas vt dicit cultum diuinũ, quo honoramus Deum, vt dominum & creatorem & cultu exteriori, ſacrificiis, & cæremonialibus non eſt donum ſpiritus ſancti. Probatur: Huiuſmodi pietas eſt idẽ quod religio: hęc aũt virtus eſt, & eſt pars iuſtitiæ vt docuimus in lib. 5. Ethico. eò quòd ratio dictat debitum honorem reddendum Deo, vt ſuperiori, & creatori, & benefactori noſtro. Sed donũ ſpiritus ſancti non eſt virtus moralis, vt religio, quoniam vt docuimus in 1. cap. perficit virtutem moralem, & eſt ſuperius ex modo agendi ſuperhumano. Præterea communis ratio probatiua omnium præcedentium concluſionum ſumitur ex eo quod quis ſine gratia, & extra charitatem exiſtens poteſt habere opus pietatis primo & ſecundo & tertio modo ſumptę & opus religionis vt eſt virtus moralis. Sed donum nõ fiat ſigne gratia & charitate. Hic enim intendimus de dono gratum faciente, & non de gratis dato, vt virtus eſt miraculorum, & genera linguarum, ergo conſtat veritas præcedentium concluſionum.

Pietas, qua Deũ vt Patrem, & beneficum colimus, eſt donum Spiritus ſancti.

Quinta eſt, Pietas, vt diuinus cultus, quo in anima colimus Deum & afficimur ad eum, vt filij ad patrẽ beneficũ, & in ſe digniſsimum honore eſt donum ſpiritus ſancti. probatur, Non eſt naturale homini, ſed ſupernaturale, quòd tali affectu honoret Deum: naturale eſt enim honorare eum propter beneficia accepta, aut ſperata, & ne vindictam ſumat de peccatis noſtris: placantes eum orationibus, ſacrificiis & pœnitentia, filiali autẽ affectu, & amplexibus ſpiritualibus eũ complecti, & illi amore inhærere, nec aliud intendere, quã illi placere, ei obedire, omnes propter ipſum purè & ſyncerè diligere, ꝙ ſolus ipſe nobis ſufficiat, quòd ſolus cor noſtrũ poſsideat ꝙ ei nos ipſos ſanctos ſacrificiũ exhibeamus, non eſt alicuius habitus, aut diſpoſitionis naturalis ſed donum Dei benigniſsimi, à quo ſecundum Pauli doctrinam ad Ro. c. 8. accipimus ſpiritũ adoptionis filiorũ, quod eſt donũ pietatis, in quo clamamus, Abba pater. Ergo huiuſmodi pietas meritò numeratur inter diuina dona.

Præterea: Pietas hoc modo accepta eſt principium quo homo communicat ſeipſum & bona ſua Deo, & proximo propter Deum: & non propter bonum ipſius communicãtis, nec propter bonum proximi, cui communicantur: ita ꝙ ratio talis communicationis eſt ſolus Deus. Hoc autem nõ fit per habitum aliquem moralem, vt declarabitur: ergo pietas ſic accepta non eſt virtus moralis, ſed donum in anima infuſum, quomodo ſuperhumano communicat ſeipſum & ſua Deo, & creaturæ rationali propter Deum. Quòd autem hęc communicatio non fiat per aliquem habitum moralem declaratur ſic, Omnes operationes, quibus fit communicatio ad alterum per habitus morales, vel regulantur ex illo, cui fit communicatio, vt quando illi tribuitur quod eſt ſibi debitum. Et hoc facit iuſtitia, vel regulantur ex ipſo cõmunicante bona ſua, vel ſeipſum: inquantũ in tali communicatione manifeſtatur bonum ipſius communicantis. Si inquantum cõmunicat bona, hoc facit liberalitas in expenſis & donis moderatis: in magnis aũt hoc facit magnificentia, vt docuimus in 4. Ethic. Si inquantum cõicat ſeipſum, hoc fit duobus modis, primo vt exhibet ſe alteri per cognitionem: vt ſcilicet, cognoſcetur talis in dictis & factis qualis eſt, & hoc facit virtus dicta veritas vel veracitas, de qua pertractauimus in quarto Ethic. ſecundò, inquantum exhibet ſe alteri per affectionem, ſcilicet inquantum ſe delectabilem reddit ſocijs in iocis & ludis, & hoc facit eutrapelia, aut in omni ſua conuerſatione & vita: & hoc facit virtus, quam in 4. Ethic. nominauimus affabilitatem. In omnibus his habitibus patet, quomodo homo cõmunicat bona ſua & ſeipſum alteri modo humano, id eſt propter bonum ſuum, & non ꝓpter Deum, aut ꝓter proximum in ordine ad Deum. Quod igitur homo ſe, & ſua offerat Deo propter Deum, & exhibeat ſe, & ſua ꝓximo, & ſe ei bñuolum exhibeat, non propter bonum ab eodem ſperatum in recõpenſationẽ ſed qm̃ eſt ad imaginem Dei, & eandem beatitudinem, & ſibi obſequatur, ſiue ſit ſanguine coniunctus, ſiue non, hoc non facit niſi diuinum donum qm̃ id excedit modum humanum. Hoc autem donum eſt ipſa pietas: qua colimus Deum affectu filiali, & proximum in ordine ad Deum. Hęc eſt pietas, à qua dicuntur pij, de quibus inquit Petrus in Epiſt. 2. cap. 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò reſeruare in die iudicij cruciandos. Hanc demonſtrabat Paulus erga ꝓximum propter Deum, ſcribens ad Gal. cap. 4. cùm inquit, Filioli mei quos iterum parturio: donec formetur Chriſtus in vobis. De hoc intelligitur illud in 2. Machab. c. 12. Et quia conſiderabat, ſ. vir fortiſſimus Iudas Machabæus, ꝙ hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Conſtat igitur tibi quis ex modis, quib⁹ dicitur pietas, ſit donum ſpiritus ſancti.

Quantũ ad tertiũ inueſtigandum eſt, quot opera attribuantur pietati vt eſt donum ſpiritus ſancti. Tu igitur aduerte quòd ſex attribuuntur ei.

Primum & potiſſimum eſt erga Deum, cætera vero erga proximum, vt quid diuinum in ſe continentem.

Pietatis dono ſex opera tribuuntur.

Primum eſt Dei cultus, & honor interior, qui cõſiſtit in affectu filiali, vt erga patrem noſtrum, à quo ſumus, in quo viuimus, ad cuius hęreditatem per æternam beatitudinem vocati ſumus. Ipſum dignè per pietatis donum colimus ſi mente ipſum complectimur. Si amore ſuper omnia illi inhæremus. Si quicquid boni agimus, ad illius honorem & gloriam reducimus. Si legis ſuæ mandata & ſacras cęremonias cuſtodimus. Hoc eſt primum & præcipuum pietatis opus, quo ſuper nos Deus paterno oculo reſpicit, fouet, protegit vt pupillam oculi ſui.

Secundũ eſt erga ſanctos angelos & beatas animas Deo in patria coniunctas. Nam dum honoramus & colimus eos deuoto affectu, laudibus, orationibus, viſitationibus, ſyncera vitæ ꝓimitatione, non vt creaturas, ſed vt deiformes & diuinos effectos colimus, & ſic non eos in ſe, ſed in Deo: & propter Deum ex pietatis dono colimus.

Tertium eſt erga bonos & probatos adhuc in carne viuentes, quid diuinum in ſe repreſentantes: qui potius angeli terreſtres quam homines nuncupandi ſunt. Hos dum colimus, & veneramur per pietatis donum deum in ſanctis ſuis honoramus & benedicimus.

Quartum eſt erga ꝓgenitores noſtros, à quibus eſſe, & educationem, & eruditionem accipimus: & in hoc habendi ſunt ac colendi à nobis vt dij ſecundi. In hoc enim quid diuini imitatiuè habere videntur: nam vt docuimus in Epit. noſtro ſuper œconomica Ariſtot. ſicut à Deo primo recepi-

mus

mus esse,educationem,& eruditionem vt à causa prima:sic secundariò eadem recipimus,vt à causis secundis à progenitoribus nostris:ideo vt quid diuinum in se habentes sunt à nobis pietate colendi.Et in philos. moral. Plato. in Tract. 6.cap.1. inuenies quòd progenitores nostros præcipuè in senectute curare oportet, eosque semper vereri,& viuis & defunctis debitus honor præstandus,eorum facies non aliter venerari debemus, quàm deorum inuisibilium imagines,peiusque est parentum facies non honorare, quàm inanimatas deorum facies despicere.Merito ergo erga parentes nostros pietas seruanda est.

Quintum erga pauperes & egenos. In illis enim Deum humanarum pauperem factum colimus: & quæ eis exhibemus beneficia ac subsidia,Deo seruatori exhibentur. Dicit enim Matthæi cap.25.Quandiu feciſtis,scilicet, subsidium, vni ex minimis istis mihi feciſtis.

Sextum erga omnem creaturam rationalem,non inquãtum est sanguine nobis coniuncta, vel patria, vel amicitia, vel beneficio, vel officio, sed solùm vt est Dei creatura ad sui imaginem: quoniam colentes eam vt sic, in ea colimus Deum patrem vniuersalem.Et quantum ad hoc vltimum opus verificatur propriè diffinitio de pietate suprà posita,in qua diximus quòd pietas est ex benignæ mentis dulcedine, omnibus auxiliatrix affectio. Constat igitur quæ opera attribuenda sint dono pietatis.

Et si tu quæras, cuius excellentiæ sit comparata pietati quæ est moralis virtus,& religioni:dico quòd excellentior est.Nam per pietatem,quæ est virtus moralis colimus & ob sequium præstamus progenitoribus & consanguineis, per religionem colimus Deum vt dominum, per donum pietatis colimus Deum,vt patrem:quod præstantius est.Sic ergo ordinantur: Religio est excellentior pietate quę est virtus moralis. Religione autem excellentior est pietas, quæ est donum Spiritus sancti.

Reliquum est pertractare de eius necessitate,atque permanentia in patria,sed id differimus vsque in finem Tract. vbi simul de omnibus donis, hæc determinabimus. Hæc de præsenti capite dicta sint:in quo quantuncunque valuimus perscrutationem fecimus Deo optimo auxiliante de pietatis dono.Sequitur consideratio de dono scientiæ vt seruemus ordinem in ascendendo.

CAPVT IIII.

De Dono Scientia.

IN cap.4.agendum est de dono scientiæ:quod in ascendendo in scala spirituali, donum pietatis sequitur. De dono igitur scientiæ tria consideranda sunt.

Primò,quot modis dicitur scientia.

Secundò, quis ex modis illis sit donum spiritus sancti.

Tertiò quæ sint opera scientiæ vt est donum.

Scientia capitur bifariam.

Quantum ad primũ aduerte, quòd apud Philosophum scientia duobus modis sumitur:primò propriè,secundò per similitudinem.

Propriè quidem est habitus per demonstrationem acquisitus de re,quę non potest aliter se habere, ita quòd de ratione scientiæ propriè dictæ est q̃ sit certa rei cognitio,vt in hoc distinguatur ab opinione,& de re necessaria ac immutabili:& acquisibilis per doctrinam ex principiis notioribꝰ apud addiscentem ipsa conclusione. Et de scientia sic dicta iam pertractauimus in lib.6.Ethic.in tract.2.cap.2.& tu vide illic.

Secundum similitudinem autem scientia est omnis certa rei cognitio,siue in singulari,siue in vniuersali:quæ ad sensum habetur, etiam quòd nulla alia existeret ratio, & in hoc sensu dicimur scire ignem calidum: quoniam secundũ tactum certissimè cognoscimus eius calorem, & niuem esse albam, quoniam sic videmus, & sic de aliis sensibus. In quo quidem sensu scientia idem est quod sensatio siue experimentum. Et hic modus est manifestissimus apud communiter loquentes.

Scientia apud theologos quinque sumitur modis.

Apud Theologum autẽ & præcipuè in doctrina D. Aug. sumitur quinque modis. Primò, pr vniuersali absoluta rerum humanarum cognitione,tam in practicis quàm in speculatiuis, tam vtilibus quàm non vtilibus, & in hoc sensu scientia non distinguitur ab arte, quoniam & ars est rerum humanarum per intellectum producibilium cognitio: nec distinguitur à cognitione qua cognoscimus vana & inutilia,profectiua & nociua,laudabilia, & vituperabilia in humanis.

Secundò, sumit pro cognitione practica, qua nouimus res humanas rectè ac iustè acqrere, eisq; benè & recte vti.

Tertiò,sumitur pro cognitione, qua fides saluberrima, quę ad veram beatitudinem ducit,gignitur,nutritur,defenditur,roboratur.

Quartò,sumitur pro lumine spirituali, quo nouit homo quæ & quomodo operari debeat conducentia ad beatam vitam,& vt iustè ac piè viuat in hoc seculo.

Quintò,sumitur pro vero ac certo iudicio discernendi inter credenda & non credenda secundum orthodoxam fidem:quod quidem iudicium non est per discursum ratiocinatiuum:sed per simplicem ac veluti diuinum intuitum.His modis sumitur scientia ex B.Augu. & præcipuè ex libris de Trinit.

Scientia quo pacto sit donum spiritus sancti.

Quantum ad fin,vt scias quis ex modis prædictis sit donum scientiæ pono quinque conclusiones.

Prima est:Scientia nec propriè nec per similitudinem sumpta apud Philosophum,est donum spiritus sancti: probatur:Illa est naturaliter acquisibilis modis quos ponit Aristote.in 1.Poste.& in 1.Metaphy.& in 6.Ethicor. scilicet per doctrinam,aut inuentionem. Sed donum spiritus sancti nõ est naturaliter acquisibile,sed diuino lumine infunditur:aliter non esset principiũ operandi modo superhumano,quod tamen est de ratione doni,vt docuimus in cap.primo, huius tract.ergo non est donum,sed habitus per naturæ rationalis virtutem intellectiuam acquisibilis.Præterea,Donum nõ est certa cognitia:nisi eorum quę ad salutem spectant. Sed scientia de qua intendit Philosophus, ad salutem non spectat, aliter soli Philosophi saluarentur : quod est stultum dicere.

Secunda est:Scientia primo modo sumpta apud Theologum non est donum spiritus sancti,probatur, Donum spiritus sancti nulli est occasio peccãdi,sed principium merendi.Sed scientia primo modo sumpta contingit esse occasio peccandi.Et hoc tam ex parte obiecti scibilis quàm ex parte scientis. Ex parte quidem obiecti scibilis, tripliciter: primò quando ad malum de facili inclinat hac de causa ,prohibitæ sunt scientiæ magicæ, ne sciens ad earum exercitium se conuertat,secundò quando excedit virtutem scientis. Ideo dicitur Eccles.cap.4.Altiora te ne quæsieris.tertiò quando paruæ, aut nullius est vtilitatis, vt velle scire acta hominum: quæ scienti non conferunt , quæ vanos & curiosos reddit. Et parte autem scientis dupliciter. Primo quando occupatus in studio talis scientiæ desistit ab officio cui tenetur , vt si iudex deditus Astrologię desistat à causis expediendis,& sacerdos ab officijs sacerdotis.Secundò quando ex delectatione studij in tali scientia contemnit aliquid,quod venerari oportet.Sicut B.Hieronymus, qui adeò delectabatur studio scientiæ Ciceronis,q̃ sacram scripturam contemnebat:ideo in somnijs verberatus fuit. Et sicut in illis qui adeò adhærent rationibus humanis:quòd ea quę sunt fidei,aut parui pendunt,aut impugnãt,vt sectatores Auerrois,de æternitate mundi,de infinitate primi mouentis,de prouidentia Dei erga singularia, de incorruptibilitate animæ humanæ. Cùm igitur scientia primo modo sumpta apud Theologum sit tot inconuenientium causa:tamen per accidens non potest esse donum spiritus sancti.

Tertia est:Scientia secundo modo sumpta non est donũ spiritus sancti,probatur,Rebus humanis bene vti, & eas iustè acquirere cognoscere possumus scientia morali: per habitum liberalitatis,& magnificentię,& iustitiæ, vt docuimꝰ in 4.& 5.Ethicorum:ergo non oportet nobis infundi.Donũ autem spiritus sancti infunditur:ergo non est donum spiritus sancti.

Quarta est: Scientia tertio modo sumpta non est donũ spiritus sancti sumendo donũ,ppriè,vt s. est gratum faciens: & non solum gratis datum.Sic enim hic intendimus de dono,probatur:Donũ datur omni fideli existenti in charitate quoniam dona sunt de necessitate salutis, vt declarabimus in fine huius Tracta.Sed scientia tertio modo sumpta , non datur omni fideli:non em̃ omnes fideles habent virtutem roborandi fidem,neque defendendi,neq; resistendi impugnãtibus:sed id spectat ad doctores,& prędicatores diuini verbi.Vnde Paulus in prima ad Cor.ca.12.inquit,Diuisiones verò gratiarum sunt,quę s.gratis dantur:idem autem spiritus (& paucis interpositis subinfert) Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem:alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ,alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum,alteri fides in eodem spiritu,alij gratia sanitatum in vno spiritu, &c. Ex quibus constat q̃ scientia iuxta

tertium modum ſumpta connumeratur inter gratias gratis datas:& confirmatur per Auguſt.in lib.13.de Trinit. qui loquens de ſcientia vt eſt gratia gratis data inquit: Scientia non pollent plurimi fideles,quamuis polleant ipſa fide. Aliud eſt enim ſcire tantummodò quid homo credere debeat,aliud ſcire quemadmodum hoc ipſum quod creditur, & piis auribus opituletur, & contra impios defendatur. Non igitur ſcientia tertio modo ſumpta eſt donum ſpiritus ſancti,ſed gratia gratis data, quæ ſtat in homine etiam remota charitate:quod non eſt verum de dono, vt docuimus in 1.cap.huius Tractatus.

Quinta eſt Scientia 4.& 5. modo ſumpta eſt donum ſpiritus ſancti. Pro euidentia ſcientiæ quarto modo ſumptæ aduerte,quòd in vita humana dirigimur in agendis duplici via.primò ex experientia habita de his, quæ ſolent frequentius accidere,& in his dirigimur prudentia & gnomi, & ſyneſi,vt videre poteris in Epitom.noſtris in lib.6. Ethicorum. Verum hæc via imperfecta eſt ad dirigendum hominem in animam æternæ ſalutis quòd ad agenda & vitanda:experimentum enim humanum fallax, iudicium incertum, prudentia imperfecta: ideo indigemus alterio iudicio,in quo non ſit error: quod quidem iudicium nobis infunditur ex dono ſcientiæ quo dirigimur in agendis & vitandis pro animę ſalute dum peregrinamur à Deo. Et hæc eſt ſcientia, quæ in ſcriptura ſacra dicitur ſcientia charitatis,& ſanctorum : vt manifeſtabimus infrà.Pro euidentia autem ſcientiæ quinto modo ſumptæ quomodo ſit donum: aduerte quòd fides quæ eſt virtus infuſa facit indubiè intellectũ adhærere credibilibus,quę ſunt ſupra intellectũ noſtrum, vt quòd Deus ſit trinus, quòd filius humanatus, quòd verè mortuus, quòd verè reſurrexerit. Sed hoc non ſufficit: quoniam in modo credendi multiplex error contingere poteſt.V.g.Credens Deum trinum, poteſt credere patrem à nullo, filium à patre, ſpiritum ſanctum à patre & filio,& à patre ſolo. Item filium mittere ſpiritum ſanctum & patrem non mittere. De filio humanato, poteſt quis credere habuiſſe animam rationalem: poteſt etiam credere.diuinitatem in eo ſupplentem vicem animæ rationalis. Et ex hac diuerſitate credendi proceſſerunt multiplices hæreſes: quæ religionem Chriſtianam confundere conatæ ſunt. Vt igitur ſciat homo quæ credenda,& quomodo credendum & non credendum: indigemus dono ſcientię ſupra fidem infuſam,vt certum iudicium & rectum habeamus diſcernendi credenda & non credenda,& modum verè credendi. Hoc dono excelluit Paulus inſtruens fideles quomodo à legis Moſaicæ obſeruantia recederent: & ſancti patres primitiuæ eccleſiæ congregantes concilia contra hæreticos. Hęc eſt ſcientia 4. & 5. modo ſumpta, de qua intendit ſacra ſcriptura,Leuit.cap.10. Vt habeatis ſciẽtiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum : inter mundum & pollutum.& Prouer.cap.11.Iuſti liberabuntur ſcientia.& Sapientiæ cap.10.Scientiam Sanctorum dedit illi. & Lucæ cap.1. ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſsionem peccatorum eorum. & Paulus ad Epheſ. cap.3. Scire etiam ſupereminentem ſcientię charitatem Chriſti:vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. & ad Phili. cap.1. Oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet, in omni ſcientia,& in omni ſenſu:vt probetis potiora, vt ſitis ſyncери,& ſine offenſa in diem Chriſti. Conſtat igitur quis modus ſcientiæ, ſit donum Spiritus ſancti, & quis non. Et aduerte hanc eſſe ſcientiam : quam Dauid optabat ſibi à Deo communicari,vt ſciret quid ſibi agendum coram Domino. Hac de cauſa inquit.Dirige Domine Deus meus in conſpectu tuo viam meam. Vtinam dirigantur viæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Scientia dirigens hominem in vitã æternam eſt donum Spiritus ſancti.

Scientia,donum quæ opera Scientiæ donum attribuũtur

Quantum ad tertium inueſtigandum eſt quę & quot ſint opera attributa dono ſcientiæ.Tu igitur aduerte quòd ſacri Doctores quatuor opera attribuunt ei.

Primo facit cognoſcere ac diſcernere quæ ſint verè bona:& quæ verè mala & quæ ſint potius bonorum vmbræ,ac ſimilitudines quàm vera bona.Iudicat enim homo per ſcientiæ donum bona animæ eſſe verè bona, & mala animę vt vitia & peccata,vere mala.Corporis autem bona & fortunæ, magis bonorum vmbræ quàm verè bona.Et hoc eſt iudiciũ verum, quo ſpiritualis homo per ſcientię donum iudicat omnia : & à nemine iudicatur,vt inquit Paulus 1.ad Cor.ca. 2.Carnalis homo,hoc ſcientiæ dono expoliatus,falſo iudicat & oppoſito modo.Cótra quem inquit Iſaias cap.5. Væh qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes lucem tenebras,& tenebras lucem.

Secũdò,cognoſcere facit varias animę infirmitates:quæ figurantur varijs infirmitatib.corporis.Aliqui nanque laborant prophana luxuria figurata ex febre.Aliqui melancholia: qui ſunt ſemper triſtes ex rebus ſeculi, dum non ſuccedunt ad vota ſua:quæ quidem triſtitia mortem operatur 2. ad Cor.c.7.Aliqui vana & ſtulta lętitia, qua gaudent vbi lugendum eſt. Aliqui cupiditate auaritiæ : velut hydropici ſemper ſitientes ad diuitias aceruandas.Aliqui adeò in terrenis affectibus demerſi,& velut pecora curuato ad terram capite viuunt Aliqui vana gloria, & ſui opinione adeò dementantur,quòd ſe ſolos ſapiẽtes,nobiles dominos,ac ſummos reges exiſtimant.Ab his infirmitatibus ſola ſcientia ſpiritus ſancti curat:qm̃ ſpirituali lumine illuſtrati intelligere incipiunt,qũo in tenebris,& in vmbra mortis reſident. Hac ſcientia illuſtratus Dauid inquit in Pſa.Benedic anima mea Domino,qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Tertiò, facit diſcernere inter veram ac timendam mortem,& non veram,nec timendam : & inter veram vitam ac non veram.Nam vera mors eſt ſeparatio animæ à Deo:& vera vita coniunctio animæ cum Deo in præſenti per gratiam in futuro per beatitudinem.Hanc mortem & vitam cæci huius vitæ amatores ignorant,ſuadẽtes ſibi non aliã ſupereſſe vitam miſeram vel felicem.Ab hac ignorantia purgatur homo per ſcientiæ donum.

Quartò facit cognoſcere,& meditari p̃ſentis vitę breuitatem,miſeriam,amaritudinem,infinita eius pericula. Docet cognoſcere magis inſiſtendum eſſe munditiæ ſpirituali, quàm corporali : omnia terrena vt lutũ exiſtimare reſpectu æternorum.

De neceſſitate & permanentia eius ét poſt hanc vitã dicemus in fine tractatus.Hæc de ſciẽtiæ dono dicta ſint,quæ differt ab humana quantũ lux à tenebra:nam humana lõgo tempore,multiplici & ambiguo diſcurſu,& plerunq; admixtione falſi, vix acquiritur.Hęc aũt indiuiſibiliter, & ſimplici intuitu,& clara certitudine infunditur:eſt enim diuinæ ſcientiæ ſimilitudo,& participatio.Deus aũt ſimpliciſſimo intuitu & infallibili & clariſſimo ſcit omnia. Vnde habentes hoc ſcientiæ donum,dicuntur docibiles Dei, id eſt, qui à Deo immediatè hanc ſcientiam docentur.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT V.

De dono Fortitudinis.

IN cap.5. agẽdum eſt in aſcendendo de dono fortitudinis: & quoniam eſt virtus moralis & donum, quantũ ſpectat ad conſiderationem eius vt eſt virtus,iam de ea pertractaui mus ad mentem Ari.in 3.Ethi.in Tract. de fortitudine. & in philoſophia morali Platonis in tractatu quinto,parte quarta.& in ſecunda parte huius noſtri operis actũ eſt de fortitudine diuina & Chriſtiana, in tractatu de fortitudine: & tu omnia vide ad placitum in locis p̃dictis, qm̃ hic non intẽdimus ea replicare, ſed tantùm immorari in reſoluta doctrina doni fortitudinis.De quo tria agenda ſunt.

Primò,quas paſſiones appetitus ſenſitiui habet regulare & ſecundum quam regulam.

Secundò quid ſit vt diſtinguitur à virtute fortitudinis.

Tertiò,quæ ſint eius præcipua opera.

Fortitudinis donum circa quid verſatur.

Quantum ad primũ aduerte, q̃ Donum fortitudinis habet regulare paſſiones iraſcibilis:quæ ſunt ſpes & deſperatio,timor & audacia, & ira, vt docuimus in tertio de Anima:in Tractatu de potentia motiua.Dirigit em̃ & regulat in operib.virtutis arduis p̃ficiendis,& non ſolùm inchoandis, quę excedere videntur virtutem̃ operantis. Dirigit nos in periculis ſubeundis,quæ viribus proprijs & humano auxilio ſuſtinere non poſſumus.Dirigit in ferendis & non vindicandis iniurijs nobis iniuſtè illatis,& non ſolum inferendis & non vindicandis,imò gloriandi in eis ex deſiderio æternæ retributionis:quoniam promiſit Deus regnum cælorum perſecutionem patientibus propter iuſtitiam. In operibus arduis virtutis,dirigit ſpem & deſperationem. In periculis ſubeũdis dirigit timorem & audaciam. In ferendis & non vindicandis iniurijs,dirigit iram.Verùm quia apud Philoſophum moralem magnanimitas,& alia virtus innominata, quæ verſatur circa mediocres honores,& fortitudo, vt eſt virtus moralis,& mãſuetudo,dirigunt eaſdem paſſiones irascibilis:ideo vt ſcias quàm̃ differenter regulãtur,& diuerſa menſura diriguntur, aduerte q̃ regulantur per prędictas virtutes regula humana,& modo humano:per donũ autem

fortitu

fortitudinis,regula diuina,& modo ſuperhumano. Quod ſic declaratur:Spes & ſuum oppoſitū ſunt circa bonum arduum conſequendum:nam ſi præſēratur deſideranti medium,per quod exiſtimet poſſe illud bonum conſequi,insurgit & ſtat ſpes.Si autem medium non occurrit,cadit ſpes & inſurgit deſperatio. Spes igitur modo humano dirigitur in bonum arduū conſequendum ex hoc q̄ homo conſideratis viribus propriis,& conſiderata qualitate mediorū occurrentium,ſecundum eorum menſuram, & proportionem ad ardua virtutis opera ſe extendit.Et id facit magnanimitas,quæ cōuerſatur circamagnos honores, & alia innominata virtus,quæ verſatur circa mediocres honores,de quibus ad plenum pertractauimus in 4.Ethi.Trac.3.& 4.Timor autem & audacia,quæ reſpiciunt malum difficile & arduum imminens,diriguntur,inquantum homo vt ratio dictat,vires ſuas conſiderat:& ſecundum earum qnantitatem & proportionem concurrentibus debitis circunſtantiis huiuſmodi malum imminens audacter aggreditur, vel rationabiliter declinat & fugit.Et id facit virtus fortitudinis, vt docuimus in 3.Ethic.in Tract.de fortitudine.Ira verò, quæ conſurgit ex nocumento illato,ſiue in ſiue in perſona, ſiue in fama,dirigitur & regulatur inquantum homo non inſurgit in vindictam niſi vt ratio dictat:ſcilitet non vltra quātitatem offenſæ:& non niſi vt lex diſponit:& hoc facit virtus manſuetudinis.& omnes quidem prædictæ directiones ac regulationes paſſionum per prædictas virtutes ſiunt modo humano, id eſt per dictamen rationis rectæ:quæ eſt primum principium regulatiuum in moralibus, vt docuimus in 6. li.Ethi.Quomodo aūt per donum fortitudinis infuſū à Deo regulentur prædictę paſſiones regula diuina & modo ſuperhumano aduerte hinc:Quòd homo ad ardua virtutis opera ſe accingat,& extendat,ad quæ homo ſcit pro certo ex viribus ſuis,& mediis humanis non ſufficere, imò penitus ſe improportionatum:quòd pericula non formidet quæ viribus ſuis aggredi non poteſt,nechumano auxilio euitare,ſed tamen diuino inixus auxilio,quòd de illatis iniuriis,non modò vindictam non requirat,etiam ſecundum ordinē iuris ſed in eis glorietur:& Deo gratias agens,reſpiciēs ad promiſſam ſibi æternam remunerationem (mites enim poſſidebunt terram.)Hæc omnia conſtat nō fieri aliqua virtute morali,nec modo humano,ſed regula diuina dirigente & modo ſuperhumano.Regula quidem diuina, eſt donum Spiritus ſancti,quod dicitur fortitudo:& motio ipſa diuina Conſtat igitur quomodo donum fortitudinis perficit & regulat paſſiones irascibilis altiori modo quàm virtus fortitudinis naturaliter acquiſita.

Fortitudinis dono quo modo regulentur paſſiones irascibiles.

Quantùm ad ſecundum aduerte quòd ex doctrina Diui Auguſtini in libro de Spiritu & anima, ſic deſcribitur, Donum fortitudinis eſt animi affectio, qua terrena cupiditas reprimitur : nullaque aduerſitas formidatur.Secundum Theologos autem doctrinales ſic deſcribitur, Donum fortitudinis eſt habitus à Deo infuſus,quo poteſt homo innixus diuino auxilio & non viribus, aut mediis humanis, operari opera virtutis ardua :& quæcunque pericula aggredi ac ſuſtinere facultatem humanam excedentia & nocumenta illata non modò patienter ſed & glorianter ſuſtinere:ad quæ ſingula non ſufficit fortitudo moralis quantumcunque perfectè habeatur:quoniam innititur viribus, & mediis humanis. Et quidem quòd donum fortitudinis fundetur ſuper diuinum auxilium,patet ex Scriptura ſacra, in quo omnes qui ardua ſupra humanam facultatem operati ſunt, aut aggreſi: aut perpeſſi ſunt, in nomine Domini,& in diuino auxilio confidentes fuerunt.

Vnde Dauid inermis,in nomine Domini aggreſſus eſt gigātem:vt legimus in 1.Reg.c.17.Dixit enim ad Goliath,

Tu venis ad me cū gladio,& haſta & clypeo:ego autem venio ad te in nomine Domini exercituū agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie. Et dabit te Dominus in manu mea:& percutiam te,& auferam caput tuum ex te.

Iudith.cap.13.daliberato animo inſurgens in Holoferné ſciens opus impar viribus ſuis,dixit orans ſilentio : Confirma me domine Deus Iſrael in hac hora:& reſpice ad opera manum mearum.

Heſter capite 14.ſtatuens apud Aſſuerum liberare populum Hebręum de manu Aman, ſciens pro certo id non poſſe ſuis viribus, neque meritis, ad Dominum confugiens inquit, Domine mi, qui rex noſter eſt ſolus, adiuua me ſolitariam : cui prēter te non eſt auxiliator. Et ſic diuino auxilio roborata exponens ſe morti, ad regem non vocata acceſsit:& contra Aman hoſtem ſuū prēualuit.

Dauid diffidens ſuo ingenio,ſuis viribus poſſe ſe liberare de manu Saul,totus in Deo coſiſus inquit,Dominus mihi adiutor,non timebo quid faciat mihi homo : Dominus protector meus,à quo trepidabo?

Helias in 3.Regum cap.19.dono fortitudinis occidit qn gentos prophetas Baal.Heliſæus in 4.Regum capite.6.prævaluit contra regem Iuda,qui iurauerat & iam miſerat, viros,vt Heliſæum occiderent.Mathathias pater Machabæorū in 1.Machab.capite 2.prævaluit contra idololatras Græcos,& filios Iſraël:qui receſſerant à lege Dei,ad leges & ritus Gentium.

Paulus ex dono fortitudinis inquit ad Philip.capite.vlt. Vbique & in omnibus inſtitutus ſum,& ſatiari,& eſurire, & abundare,& penuriam pati.Omnia poſſum in eo qui me confortat.

Stephanus in actis Apoſtolorum cap.7. dono fortitudinis prævaluit diſputans contra Iudæos:& faciebat ſigna ac prodigia magna in populo,

Apoſtoli in actis Apoſtolorum cap. 5. poſtquàm cęſi & verberati fuerāt,ne loquerētur de nomine Ieſu,ibant gaudentes à conſpectu conſilij ex dono fortitudinis, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati:& omni die non ceſſabant in tęplo & circa domos docentes, & euangelizantes Chriſtum Ieſum:& nō deſtiterūt donec mundum ſub fide captiuarunt.Conſtat igitur quomodo donum fortitudinis innititur non humanis viribus, ſed Dei auxilio,& quid ſit.

Quantùm ad tertium aduerte quòd ſecundum Doctores ſacros quatuor præcipuè opera ei attribuuntur.

Fortitudinis dono quæ tribuantur opera.

Primò, dirigit & corroborat hominem in operibus arduis,ad quæ non tenetur ex pręcepto,ſed de conſilio,& dicunrur opera ſupererogationis:quę ad ſtatum perfectionis ſpectāt,vt vendere oīa,& dare pauperibus,priuare ſe libertate,& ſupponere ſe vnius authoritati & obedientię perpetuā ſeruare caſtitatem.Seruire inimico extra caſum neceſsitatis:nam hæc oīa ex ſua difficultate, requirunt auxilium ſuprahumanum:quod pręſtatur à Deo ex dono fortitudinis.Ideo inquit Dauid in Pſa. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam.

Secundò,ex doctrina Diui Auguſtini in lib. de Doctrina Chriſtiana:Donū fortitudinis facit hominem ab omnium tranſeuntium mortifera iocunditate ſeipſum ſequeſtrare.

Tertiò,ex doctrina.B.Grego.in 3.Moraliū,Donū fortitudinis circa aduerſa fiduciā præſtat trepidanti.Vnde & eccleſia orat ſibi concedi pro diuino amore in nixa dono fortitudinis,proſpera mundi deſpicere,& nulla eius aduerſa formidare.

Quartò,opus ſuū vniuerſale eſt ſuſtinere oēs difficultates,ſiue in paſsionibus appetitus moderandis,ſiue in operationibus:& difficilia & ardua aggredi ſpe indubia diuini auxilij.Et in hoc pportionatur virtuti fortitudinis. Nā ſicut fortitudo exiſtens circa timores,& audacias moderandas,vt docuimus in 3.Ethic.duos habet actus:vnum qui eſt aggredi difficilia,inquantùm tęperat audacias.Alterū,q̄ eſt ſuſtinere inquātùm tęperat timores.Et hic eſt principalior, qm̄ vt docuimus in ſecunda parte in Trac. de fortitudine Chriſtiana,difficilius eſt ſuſtinere cōtriſtatiua periculoſa, præſentia q̄ tendere in adhuc abſentia.Sic & doni fortitudinis duo ſunt actus,ſcilicet aggredi,& ſuſtinere, vt diximus:quorum principalior eſt ſuſtinere ratione dicta.

Fortitudinis doni magis eſt ſuſtinere, quàm aggredi.

Et quidem,q̄ fortitudinis vt eſt virtus, & vt eſt donum, principalis actus ſit ſuſtinere difficilia,& non aggredi,conſtat vbique in Scriptura ſacra:in qua magis attribuitur pminum,& frequentius ſuſtinenti quàm aggredienti. Dicitur enim quòd beatus eſt qui ſuffert tentationem. Et beati quiperſecutiōem patiūtur propter iuſtitiā.Etſi q̄d patimini propter iuſtitiā,beati.In patiētia veſtra poſsidebitis aīas veſtras,&c.Hæc de pręcipuis Doni fortitudinis operibus dicta ſint.Et hīc terminatur cōſideratio de dono fortitudinis, inquātùm diſtinguitur à virtute fortitudinis.De eius aūt neceſsitate & pmanentia poſt hanc vitā dicturi ſumus in fine pręſentis Tractatus.Hæc nunc ſufficiant pro pręſenti cap.

CAPVT VI.

De dono Conſilij.

IN capite ſexto agendum eſt de dono conſilij: quoniam donum fortitudinis & donum conſilij inſeparabilia ſuę

ab inuicem:nam fortitudo ſine cõſilio ducit in præceps.Cõ ſilium aũt ſine fortitudine inualidũ & inefficax eſt,ad operandũ & exequendũ.De dono igitur conſilij tria inueſtigãda ſunt.Primò,quomodo differt à virtute morali bene conſiliatiua,quam Graci dicunt eubuliã,id eſt bonã conſultationem.2.quid ſit,3.quæ ſint eius opera præcipua.

Conſilij donum quo differat à virtute bene cõſiliatiua.

Quantũ ad primũ aduerte quòd eubulia vt docuimus in lib.6.Ethic.importat rectitudinem conſilij:quod ſit ordinatum ad debitum & honeſtum finem,per media cõgrua, vt ſ. non faciat mala propter bona, tẽpore conuenienti & apto rebus agendis ne per diuturnitatem,& tarditatẽ cõſilij tẽpus operandi bonum,aut vitandi malũ propter quod fit cõſilium,tranſeat.Et hæc omnia videbis in Epitom. noſtris in 6.Ethic.Tract.3.cap.1.

Conſilium nõ ſumitur à quinque rerum generibus.

Aduerte in ſuper,vt docuimus in 3.Ethic.q cõſiliũ humanum non fit de quinque rerũ generibus,ſ.de æternis,de naturalibus,de fortuitis,de determinatis in arte, De his quæ fiunt remotiſsimis partibus orbis. De tribus autem rerum generibus maximè fit:primò de his quæ ſæpè eueniunt, ſed incertũ eſt quomodo euenire debeat,vtrum citò vel tardè benè vel male, aũt melius, & peius. 2. de his de quibus non eſt determinatum qualiter oporteat ea agere & pertractare.3.de his,quę ſunt magna & dubia in euẽtu,& circa quorum prouiſionem exiſtimamus nos inſufficientes: ideo quærimus conſilium ab aliis.Et hæc omnia vide in Epit.noſtris in 3.Ethic.Tract.1.ca.3.

Aduerte etiam quòd per humanum conſilium, etiam à prudentiſsimis & ſapientiſſimis habitum, licet cõſiliatus magis declinet ad vnam partem quàm ad alteram, nunquã tamen certus eſſe poterit,quoniam operabilia humana contingentia ſunt,& penè infinitis modis impediri poſſunt, ne ad cõſiliatum finem perueniant:ideo non eſt humanum prębere rei conſiliatę,ſiue agendę,ſiue vitandæ certitudinem. Præterea,futura contingentia ſuper quæ conſulunt homines ſunt in diuina voluntate atque poteſtate recondita:ergo per certitudinem determinari non poſſunt niſi à Deo, cuius conſpectui futura ſunt præſentia. Vnde omnes humanæ prouidentiæ timidę ſunt & incertæ. Sapientiæ cap.9.

Donum autem conſilij non eſt de humanis relatis ad finem humanum, ſed ad æternam ſalutem. Nam ſpiritus ſanctus in agendis ſiue vitandis contingentibus non dirigit humanam mentem vt conſulens, niſi in ordine ad ſalutem animæ.

Prętereà donũ cõſilij non eſt per inquiſitionem & diſcurſum,ſed per illuminationem illuminatur enim mẽs à primo lumine,quid & quomodo agendum,vel non agendum.

Prętereà,Conſilium diuinum eſt certum: quoniam conſulens qui eſt Deus,omnium differentiarum temporis certiſſimam cognitionem habet.

Prætereà Diuinum conſilium efficaciſſimum eſt:quoniã Deo nil ſuperius,aut potentius,aut ſapientius:cuius Authoritate diuinum conſilium fieri poſſit inualidum, Hinc ſequitur quòd omne humanum conſilium Deus inualidare poteſt & inualidat iuxta voluntatem, & ſapientiam ſuam, ſed non econuersò. Vnde in Scriptura ſacra paſſim legimus quomodo Deus humana conſilia diſsipat, & præcipuè malorum dum conſulunt contra diuinum honorem & bonum proximi.Quòd ſ. permittit malorum cõſilium adimpleri,cõuertit in capita eorum.

De primo legimus Geneſis 48.quòd fratres Ioſeph. non potuerunt contra conſilium quod decreuerat Deus pro Ioſeph:imò magis promouerunt voluntatem Dei.Vnde dixit Ioſeph fratribus ſuis:Non veſtro conſilio,ſed Dei voluntate huc miſſus ſum,qui fecit me quaſi patrem Pharaonis dominum vniuerſæ domus ſuæ. Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus conuertit illud in bonum.

Et Iob cap.3.inquit:Qui ponit humiles in ſublime:& męrentes erigit ſoſpitate.Qui diſſipat cogitationes malignorum:ne poſsint implere manus eorum quod cęperant. Qui apprehendit ſapientes in ſtultitia eorum,&conſilia prauorum diſsipat.

Et Dauid in pſal.inquit:Dominus diſsipãt conſilia gentiũ reprobat autem cogitationes populorum: & reprobat conſilia principum. Conſilium autem Domini in æternum manet.

Et Prouer.ca.21 Non eſt ſapientia,non eſt ſcientia,non eſt conſilium contra Dominum.

Et Iſaiæ ca.8. Inite conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum & non fiet,quia nobiſcum Deus.

Et cap.19.Dirũpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo.

Et ibidem,ſtulti principes Thaneos, ſapientes & conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Vbi nunc ſunt ſapientes tui? Anuncient tibi:& indicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Aegyptum.

Et ca.29.Væh qui profundi eſtis corde,vt à Domino abſcondatis conſiliũ:quorũ ſunt in tenebris opera,& dicunt: Quis videt nos.& quis nouit nos? peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio quaſi lutũ ɔ figulũ cogitet,& dicat opus factori ſuo,Non feciſti me & figmẽtum fictori ſuo: Non intelligis.

Et ca.30.inquit:Væh filij deſertores,dicit dominus:vt faceretis conſilium,& nõ ex me:vt ordiremini telam,& non per ſpiritum meũ,&c.& erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem.Et ca.46.inquit:Conſiliũ meũ ſtabit: & omnis voluntas mea fiet, vocans ab oriente iuſtum,&c.

Cõſtat igitur qũo Dei conſiliũ firmiſsimũ & certiſsimũ eſt:humanũ autem in manu domini,cuius eſt firmare & debilitare,approbare & reprobare.

Conſiliam la Deus per uertit.

Quòd autẽ conſilia mala impiorum,vertat Deus in capita eorum inſcriptura ſacra liquidiſsimè cõſtat.Nam in 2.Regum.cap.10.filij Amon male conſulentes regi ſuo, vt nunciorum Dauid veſtes truncaret,dederunt pœnas: eòq domino cooperante Dauid miſsis exercitibus debellatus eſt eos:& Syros qui in eorum auxilium venerant.

Et cap.17.Achitophel iniquè conſulens Abſaloni contra patrẽ Dauid,laqueo ſe ſuſpendit,& Abſalon miſerè periit.

Et in 3.Reg. cap. 11.cùm Salomon conſultus ac ſuaſus à mulieribus gentilibus fuiſſet, vt coleret deos alienos: & erigeret eis templa,derelictus à Domino,vexatus eſt ab inimicis ſuis,& filius eius Roboan,& vix ſuper tribum vnam, ſcilicet,Iuda,regnum obtinuit.

Et in 2.Parali.c.22.Ochozias rex,quoniã acquieuit conſilio impiæ matris ſuæ Athaliæ in Deum peccauit & periit. Et Heſter.c.3.Aman ex malo amicorũ ſuorum conſilio: quo conſultus fuerat procurare apud Aſſuerũ Hebręos omnes interficiendos fore,periit in trabe ſuſpenſus.

Et Danielis ca.6.Nabuchodonoſor ex malis conſiliariis ſeductus, leges iniquas quas de idololatria condidit propter quod de regno eiicitur vt beſtia fenum comedens.

Conſtat igitur quomodo diuina bonitas malum conſiliũ vertit in pernicem male conſulentium.Vnde bene dicitur Eccleſiaſt.cap.27.Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo,offendit in eum:& qui laqueũ alij parat,peribit in illo: facienti nequiſsimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur,& non agnoſcet vnde veniat illi, laqueo peribunt qui delectantur caſu iuſtorum:Et ſic ex omnibus prædictis patet,quantum & in quibus differat donum conſilij ab eubulia,& ab humano conſilio, & ſi bene aduertas inuenies, quòd magis diſtat quàm ſcientia ab opinione.

Conſilij donum quid ſit.

Quantum ad ſecũdũ aduerte q ex prędictis ſic diffiniri poteſt:donum cõſilij eſt habitus ſiue lumen à Deo in anima infuſum:quo per certitudinem dirigitur homo in agendis, & vitandis modo ſuperhumano,pro cuius notitia aduerte quòd in cognitione practica,quæ dirigit hominem in moralibus agendis & vitãdis, inuenitur duplex via directiua, ſcilicet,inuentio & iudicium.In directione per inuentionẽ humanus modus eſt quod procedatur inquirendo & conijecturando ex his quæ ſolent accidere, & concludatur meliori modo quo poteſt concludi:licet non per certitudinem quid agendum vel quid vitandum, quomodo qualiter,&c. Et circa huiuſmodi directionem per inuentionem perficitur homo per virtutem eubuliam (vt diximus in præcedentibus.) Quòd autem homo dirigatur in agendis & vitandis non per coniecturam, ſed per certitudinem; hoc non poteſt eſſe via humana: quoniam de futuris contingentibus non habet homo via & inquiſitione naturali determinatam veritatem. Indiget ergo dirigi ab eo, cui tam præterita quàm præſentia, & futura aperta ſunt. Hic verò eſt ſolus Deus. Et huiuſmodi directio eſt ſupra modum humanum: ideo eſt donum diuinum. Rationabiliter ergo dicitur: donum conſilij eſt lumen in anima à Deo infuſum, quo per certitudiñem dirigitur homo in agendis & vitandis modo ſuperhumano. Hoc directus erat Paulus ſcribens in prima ad Corinth. capite, 9. Ego enim ſic curro non quaſi in incertum. Et ad Romanos capite octauo. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita ſeparabunt me à charitate Chriſti. Certus autem eſſe non potuit humana peritia,neque humana deliberatione

ratione,quæ multoties à fine propoſito deficit.Certus ergo fuit dono,id eſt,lumine ſpiritus ſancti ipſum dirigẽte & illuſtrante.De directione autẽ per viam iudicij diximus in c. 4.Spectat enim ad donum ſcientię.

Conſilij donum quæ opera tribuuntur.

Quantum ad tertium aduerte q̃ apud doctores ſacros tria opera vt præcipua attribuuntur dono conſilij.

Primò,frænat & cohibet hominem: ne confiſus in fortitudine ſua,feratur in præceps. Vnde B.Gre.in primo moralium inquit:Cõſiliũ dum ratione animũ implet, prohibet eſſe præcipitẽ.Nã fortitudo ſine cõſilio ruit in præceps.

Secundò,dirigit hominẽ præcipuè in his,quæ ſunt ad pacem & tranquillitatẽ mentis:etiam q̃ nõ ſint ſub præcepto: & talia erant Seruatoris noſtri conſilia, putà: Non expedit homini ditari.Non expedit nubere.Non expedit delitioſè viuere.Non expedit molibus veſtiri. Non expedit in curia principum verſari.Non expedit principatum affectare,&c. Hæc nanque inquietum & diſtractũ, & penè ſalutis ſuæ immemorem reddunthominem.

Tertiò,expedienter,faciliter,certè & tutè dirigit hominem in viam æternæ ſalutis.Suadetur enim homini ex motione & illuminatione ſpiritus ſancti vt expediẽtia ſaluti p̃ ponat damnoſis:faciliter autẽ dirigit ex eleuatione affect' ad diuina.Certè verò,quoniã diuina motio eſt ſine defectu & errore:ficut etiam ſpeculamur in regulatiſſimo & continuo corporum cęleſtium motu.Deniq; tutè dirigit: quoniã in his,quæ periculoſa ſunt animæ ſaluti:protegit:nec pmittit hominẽ tẽptari ſupra id quod poteſt.modo innitatur diuino auxilio & nõ propriis viribus. Et hîc terminatur cõſideratio de dono cõſilij.De eius autem neceſsitate & permanentia poſt hanc vitã,dicemus in fine Tract.Hæc de præſenti ca.dicta ſint.

CAPVT VII.

De dono intellectus.

IN cap.7.& 8.agendum eſt de donis perficientibus hominẽ pro vita cõtemplatiua,ſcilicet de dono intellectus & ſapientiæ.Hactenus enim pertractatũ eſt de donis ſpectantibus ad perfectionem vitæ actiuæ:in præſenti igitur c. agemus de dono intellectus,de quo tria videnda ſunt.

Intellectus ſeptem modis ſumitur.

Primò, quòt modis dicitur intellectus, vt ſcias in quo ſenſu eſt donum ſpiritus ſancti.

Secundò quid ſit donum intellectus.

Tertiò,quæ ſint eius præcipua opera.

Quantùm ad primum aduerte quòd intellectus ſumi poteſt ſeptem modis.

Primò dicitur de potentia animæ rationalis immateriali inorganica,cuius obiectum eſt natura vniuerſalis: & diſtinguitur in agentem & potentialem,in practicum & ſpeculatiuũ. Et in hoc ſenſu ſatis de eo pertractauim' in Epit. noſtris naturalibus in 3.lib.de Anima in Trac.de parte animæ intellectiua.

Secundò dicitur de ſubſtantia ſimplici immateriali intellectuali perfecta in ſpecie,id eſt,quæ nõ eſt pars ſpeciei ad differentiã aĩæ intellectiuę:ſicut eſt Deus & angelus. Vnde apud Metaphy.Deus & angelus dicuntur ſimplices intellectus,& ſimplices intelligentię,& mẽtes,& abſtractę ſubſtãtię:& in hoc ſenſu de eo pertractauimus in Epit.noſtris Metaphyſicis,in 12.metaphyſicę ĩ Tract.vlt.& in quæſt.noſtris metaphyſicis in libr.12.vt videre poteris.

Tertiò,dicitur de phantaſia & cogitatiua in homine: vocat enim eam Ari.in 2.de Anima textu 20.intellectum paſſiuum.Et in hoc ſenſu de eo pertractauimus in q. noſtris in 3. de Anima,q. ſeptima.

Quartò,dicitur de primorũ principiorũ habitu,q̃ generatur in nobis non ex diſcurſu ex priorib' & notiorib.principiis vt ſciẽtia:ſed ex euidentia primorũ terminorũ. Et de hoc pertractauimus in lib.6.Ethicorum,Tract.2.ca.5.

Quintò,dicitur de prima & ſimplici operatione intellectus:eſt enim triplex humani intellectus operatio,ſ.Simpliciũ apprehẽſio, cõpoſitio & diuiſio,& diſcurſus ſiue argumẽtatio: prima igit' ſolet apud philoſophos denominari intellectus,& ſimplex intelligentia.Et in hoc ſenſu pertractamus de eo in tertio de Anima,& in 12.Metaphyſicę.

Sextò,dicitur de omni operatione intellectus: ita quòd intelligere ſignificatur nomine intellectus, ſicut velle nomine voluntatis,& videre ſiue viſio nomine viſus. Et hic ſenſus familiaris ac frequentatus eſt in Scriptura ſacra. Nam de voluntate habemus in Pſalm. Voluntatem, id eſt,velle & deſiderium timentium ſe faciet.De viſu habemus in actis apoſtolorum,cap.12.de Petro educto per angelum de carcere,quòd exiſtimabat ſe viſum,id eſt,viſionẽ videre:qualis fit in ſomno. De intellectu habemus ſecundę ad Tim.ca.2.Dabit enim tibi dominus intellectũ id eſt, cognitionem intellectualem.

Septimò,dicitur de lumine ſupernaturali, quo eleuatur homo ad cognoſcendum aliqua: quę naturali lumine intellectus poſita etiam tota eius virtute nec intelligere nec intimè ad eorum certam cognitionẽ peruenire poſſumus. Et ſpectant ad fidei confirmationẽ, ad diuinum honorem, ad animæ ſalutem:vt quando in his creatis effectibus, ſpeculamur Dei altitudinem, ſapientiã, bonitatem,modo ſuperhumano,id eſt,non naturali diſcurſu ab effectu ad cauſam:ſed quodã intimo intuitu ex ſuperinfuſo lumine illuſtrati.Et quando in figuris ac ænigmatibus intuemur diuina ſignificata:ad quorum certã cognitionem,nec tota mundi peritia,nec philoſophia pertingere valeret: & quãdo in verbis per reuelationẽ habitis pertingimus ad ſecreta, & diuina eorũ ſignificata,quæ humani intellectus virtutẽ & lumẽ tranſcendunt:& in hoc ſenſu,quẽ mundi philoſophia ignorauit,loquitur Dauid in Pſal.Declaratio ſermonũ tuorum illuminat,& intellectum dat paruulis.Da mihi intellectũ & ſcrutabor legem tuã & Seruator Matr.ca.18 arguens diſcipulos inquit:Adhuc & vos ſine intellectu eſtis, id eſt, nondũ eſtis illuſtrati lumine diuino, vt intelligatis diuinos ſenſus.Patet igitur quot modis dicatur intellectus.

Intellectus quatenus ſit donum S. ſpiritus.

Quantũ ad ſecundũ aduerte manifeſtum eſſe, quòd intellectus nullo prædictorum modorum eſt donum præter quam 7.modo,nam in omnibus aliis, aut dicit potentiam congenitam,vt in anima intellectiua : aut ſubſtantiam ſiue eſſentiam ſimplicem aut operationem naturalem. Donum autem ſpiritus ſancti,de quo hîc propriè intẽdimus, eſt q̃d ſupernaturale,& eſt principiũ operandi in ō ſupernaturali: ideo cõueniẽter inter oẽs modos aſsignatos,tantùm ſeptimus eſt donum:quoniã ex diuino lumine ſperinfuſo adeò mens eleuatur quòd ad diuina & ſpiritualia inſpiciẽda ſub certitudine deducitur. Et aduerte quòd donum intellectus aſsimilatur intellectui ſumpto pro habitu primorũ principiorũ in hoc q̃ de auditis & reuelatis credibilibus adeò mentẽ illuſtrat,q̃ velut principia ſtatim audita approbat. Vnde qui donũ hoc conſecutus fuerit,ita firmatur in reuelatis credẽdis,q̃ nulla ratione,nullis pœnis,pôt in oppoſitũ ſuaderi:vt patet in Apoſtolis,& ſacris martyribus.Patet igitur in quo ſenſu dicatur intellectus donum ſpiritus ſancti. Et ex conſequenti patet ex dictis quid ſit.

Intellectus dono quæ operatribuã tur.

Quantùm ad ſm aduerte q̃ ꝑcipua eius opera ſunt hęc: Primò,ſm B.Gregorium primo moraliũ : de auditis per reuelationem mentem illuſtrat.

Secundò,ſm D.Aug.in ſermone de timore: Ab omni infirmitate corda mundat,vt pura intentio dirigatur in finẽ, id eſt in Deum.Et aduerte q̃ per' infirmitatẽ intendit corporalia phantaſmata,quæ remouenda ſunt â corde tendente per contẽplationem in Deum:quoniam Ioannis 14. Spiritus eſt Deus,& in ſolo ſpiritu oportet ipſum adorare, & venerari & contemplari.

Tertiò,dat intelligentiam ſenſus miſtici veluti in ſignis antiquę legis,& in parabolis euangelicis.

Quartò,facit diuinas perfectiones cognoſci & contemplari in creaturis viſibilibus.Vnde mens illuſtrata dono intellectus,Deum & Dei admirabilem ſapientiam & pulchritudinem,& bonitatẽ velut in libro legit:& tũc propriè verificatur illud ad Rom.ca.1.Inuiſibilia Dei, ꝑ ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.

Quintò,facit ſanctas fidelium mentes,qui nunquam humanas ſ̃teras didicerunt,adeò eruditas,quòd de diuinis, de ſubtilibus,de de difficilibus,clarius & altius loquuntur quàm huius mundi exiſtimati ſummi philoſophi & ſapientes,Hoc donum fecit apoſtolos orbis doctores: & Paulum doctorem gentium. De neceſsitate & permanentia eius poſt præſentem vitam dicemus in fine Tract. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VIII.

De dono Sapientiæ.

IN hoc capite agendũ eſt de dono ſapientię, q̃d eſt vltimũ in aſcenſu,& perfectiſsimum:de quo tria videnda ſunt.

Primò,

Primò quot modis ſumitur ſapientia.

Secundò, iuxta quem modum eſt donum: & quid ſit, & quomodo differt à dono intellectus.

Tertiò quæ ſint præcipua opera eius.

Sapientiæ varij ſunt modi.

Quantùm ad primum aduerte quòd ſapientia conſueuit ſumi ſeptem modis.

Primò ſapientia dicitur ſcientia & certa cognitio rerũ ſummè difficilium altiſsimarum & admirabilium: qualia ſunt diuina entia, vt Deus & intelligentiæ eorumq́ue perfectiones intrinſecæ. Hæc eſt tãtæ excellentiæ apud Ariſtotelẽ (vt docuimus in primo Meta.) q̃ appellat eam deam ſciẽtiarum, diuinam poſſeſſionem, & ſcientiã veritatis: in qua (vt docuimus in 10. Ethicorum) repoſuit omnem humanã felicitatem ſpeculatiuam poſſibilem pro hac vita haberi.

Secundò, ſumitur pro ſuprema peritia in quacũque arte qua peritus in arte illa iudicat & ordinat, & regulat inferiores: iuxta quem ſenſum dicimus ſapientẽ ducem exercitus, ſapientem nauis gubernatorem, & ſapientem architectũ. Et in hoc ſenſu locuti ſum⁹ de ea in 6. Eth. trac. 2. de ſapientia.

Tertiò, ſumitur pro peritia ciuili regitiua multitudinis: qua perit⁹ ſcit ſubditos optimè regere, iuſtè iudicare, & vnũquenque ad cõgruum & aptum ſibi finem ordinare. Iuxta hunc ſenſum dicimus ſapientem regem, ſapientem patrem familiãs: & de ea pertractauimus in philoſophia morali Platonis Tract. 5. parte octaua. Et iuxta ſecundum & tertiũ modum communiter de ea loquitur ſcriptura ſacra.

De ſecundo ſenſu ſcribitur Exo. ca. 31. de Beſeleel, quem impleuit dominus ſapientia: id eſt ſumma peritia ad excogitandum quicquid poteſt fabrefieri ex auro & argento & ære, & marmore, & gemmis. De tertio ſenſu ſcribitur paſſim de Salomone, cui dedit Deus ſcientiam regendi, & iudicandi populum: quam appellat ſapientiam.

Quartò, ſumitur pro ſcientia interpretandi enigmata & ſomnia. Vnde Ioſeph apud Pharaonẽ, & Daniel apud Nabuchodonoſor, & Balthaſar, dicti ſunt ſapientes.

Quintò ſumitur pro conſummata aſtrorum & motuum cæleſtium peritia: iuxta quem ſenſum Aegyptij, Chaldei, & Arabes dicti ſunt magi: id eſt ſapientes, eò quòd in tali peritia maximè excellebant.

Sextò, ſumitur pro ſcientia colendi deos ceremoniis, ritibus, & ſacrificiis, Vnde Plato in Alcibiade de voto, vt docuimus in philoſophia morali Plato. Tract. 4. commemorat magiam Zoroaſtris Oromaſij: quæ non eſt aliud quàm ſcientia colendi Deos. Et in ſcriptura ſacta ſcientia colendi verũ Deum tradita per Moſem dicitur ſapientia. Vnde Deut. cap. 4. ſic inquit Moſes ad populum. Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis. vt audientes vniuerſa præcepta hæc dicant, En populus ſapiens & intelligens gens magna, non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt Deus noſter cunctis obſeruationibus noſtris. Quę enim eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtaque iudicia: & vniuerſam legem quam ego proponam hodie ante oculos veſtros.

Septimò ſumitur pro cognitione rerum diuinarũ & ſpiritualium, ad quæ non ſufficit virtus humani intellectus cũ omni inquiſitione ſua: cui cognitioni adiungitur amor & dulcedo, ſiue delectatio ad illa: per quàm cognitionem homo iudicat rectè de contemplandis & agendis: & ordinat ſeipſum & alios in viam ſalutis. Et hic modus ſumitur abeo cui nomen imponitur. Dicitur enim ſapientia quaſi ſapida ſcientia, ſapit autem per amorem & dulcedinem: & in hoc diſtinguitur à ſapientia primo modo dicta, quoniam Philoſophus licet ſciat diuina non tamen allicitur ad illa amore & deſiderio & bonitate vitæ: ſed vt inquit Paul. ad Rom. capit. primo, Euanuerunt in cogitationibus ſuis, obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Conſtat igitur quot modis apud Philoſophos, & Theologos ſumi conſueuit ſapientia.

Sapientia quanam ſit donum S. Spiritus.

Quantùm ad ſecundũ aduerte manifeſtum eſſe apud intellectum rectè diſpoſitum donum ſapientiæ non ſumi penes aliquem ex prædictis modis, præter penes ſeptimum: omnes enim præcedentes, humano ſtudio & inquiſitione acquiri poſſunt: ergo non ſunt donum Spiritus Sancti. Prætereà. Stant in homine cum peccato mortali: & prophana vita, vt patet in philoſophis, & peritiſſimis artificibus: quorum vita in pluribus mala eſt. Prætereà in modis præcedentibus ſeptimum contingit inuenire ſapientiam malam, & diabolicam: vt dicit Iacobus in epiſtola in capit. 3. vbi inquit: Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudinem ſapientiæ. Quòd ſi zelũ amarũ habetis & contentiones ſint in cordibus veſtris nolite gloriari, & q̃ ſitis ſapientes, & mendaces eſſe aduerſus veritatem: non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens à patre luminum, ſed terrena animalis & diabolica.

Sapientia donum quid ſit.

Cùm igitur liquidò pateat ſapientiam iuxta ſeptimum modum eſſe donum ſpiritus ſancti, quoniam eſt ſuprahumanum modum velut virtus heroica: ſic diffiniri poteſt colligendo ex prædictis, Sapientia vt eſt donũ, eſt cognitio rerum diuinarum: non humana inquiſitione, aut doctrina acquiſita: ſed à Deo mẽti infuſa, fundata in Dei amore & dulcedine, qua ſpiritualis homo de omnibus rectè iudicat, & ſeipſum ac proximum debitè ordinat in viam ſalutis.

Dicitur cognitio rerum diuinarum, vt diſtinguatur à ſcientia: nam, vt inquit D. Augu. in 13. de Trini. Hæc eſt ſapiẽtię atque ſcientiæ recta diſtinctio, vt ad ſapientiã pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis: ad ſcientiam verò cognitio temporalium rationalis.

Dicitur non humana inquiſitione, &c. vt diſtinguatur à ſapientia: vt eſt virtus, ſiue habitus intellectualis: de qua pertractatur in 6. Ethicorum.

Dicitur fundata in Dei amore: quoniam guſtare facit q̃ ſuauis, quam bonus ſit Deus his, qui recto ſunt corde.

Dicitur qua ſpiritualis homo &c. vt diſtinguatur à dono intellectus, nam ad ipſum ſpectat apprehendere diuina modo ſuperhumano, vt docuimus in cap. præcedenti. Iudicium verò & ordinatio, ad ſapientiam ſpectat. Vnde & ſapientis ſapientia humana officium eſt iudicare & ordinare, vt docuimus in primo Metaphyſicæ, & in 6. Ethi. Conſtat igitur quis modus ſapientiæ ſit donum & quid ſit: & quõ differt à dono intellectus, & dono ſcientiæ.

Sapientiæ dono quatuor tribuuntur opera.

Quantùm ad tertium aduerte quod præcipua ſapientiæ opera vt eſt donum, ſunt quatuor.

Primò facit omnia terrena in mente noſtra vileſcere: diuina autẽ & æterna dulciora melle. Vnde dicitur in ꝑſona ſapientiæ Eccleſiaſtici ca. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis: & hæreditas mea ſup mel & fauum. Et confirmatur dicto beati Gregorij: Guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro.

Secundò, facit hominem corpore quidem eſſe in mundo, conuerſatione autem & contemplatione inter diuinos ſpiritus viuere. Vnde Paulus dono ſapientiæ effectus pene cœleſtis inquit ad Philip. cap. 3. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.

Tertiò, ſicut facit bona æterna dulciora ſup mel: & toto corde deſiderare: ſic mala his oppoſita omnino abhorrere & abominare, nã velut à facie ſerpẽtis facit diffugere carnales concupiſcentias, & omnia vitia quibus declinat, homo à via ſalutis. Non enim habitat in maliuolam animam nec in corpore ſubdito peccatis. Sapientiæ cap. primo.

Demum Iacobus in Epiſtola ca. 3. paucis colligit proprietates doni ſapientiæ dicens, Quę de ſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuauis, bonis conſentiens, plena miſericordiæ, & fructibus, id eſt, operibus bonis iudicans ſine ſimulatione. Hęc de ſapiẽtiæ dono dicta ſint. De eius autẽ neceſsitate & permanentia poſt hanc vitam ſicut & de aliis donis: dicemus in cap. ſequenti Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IX.

De donorum neceſsitate ac permanentia.

IN hoc cap. inueſtigandum eſt de omnibus donis pertractatis ſi omnia: aut nulla ſunt neceſſaria viatori ad ſaluté. Item ſi omnia, aut aliqua, aut nulla ſunt permanentia in patria.

Primò igitur de eorum neceſsitate. Secundò, de eorum permanentia pertractandum eſt.

Quantùm ad neceſsitatem, duę ſunt ſententię. Aliqui em̃ dicunt q̃ dona licet ſint ad bene eſſe, non tamen de neceſsitate ſalutis. Quod manifeſtant triplici ratione.

Primò dona ſunt quædam perfectiones ſuperadditæ virtutibus: vt homo perfectius, & expeditius operetur bonum, vt per donum fortitudinis, perficitur virtus fortitudinis, & per donum ſcientiæ, & ſapientiæ, & intellectus perficiuntur ſcientia, & ſapientia, & intellectus. vt ſunt habitus naturales intellectuales, id eſt, humano modo acquiſiti. Sed ad conſequendam ſalutem ſufficit q̃ homo operetur bonum ſecundũ cõmunẽ ſtatũ virtuoſum. Quòd autẽ operetur maiori pfectione nõ eſt neceſſe, ſed ad bene eſſe:

ſicut

ſicut operantur perfecti: qui non ſolùm ea, quæ ſub præcepto, ſed etiam quę de conſilio ſunt, obſeruant: vt nil proprij poſſidere, caſtè viuere, &c. Conſtat igitur quod dona licet ſint vtilia, non tamen neceſſaria ſaluti.

Secundò vt homo ſaluetur, ſufficit q; ſeruet mandata: Matth. cap. 19. Si vis ad vitā ingredi, ſerua mandata Dei. Nā ex obſeruātia mandatorum homo bene ſe habet erga Deū per fidem, ſpem, & charitatem: & bene ſe habet per virtutes morales erga proximum. Sed ſuprà probatum eſt, q; dona ſunt diſtincta à virtutibus vt perfectiones ſuperadditę: ergo non ſunt neceſſaria ſaluti.

Tertiò, Dantur dona vt quædam remedia, quibus auferantur oppoſiti defectus, ſicut dicit B. Gregorius in ſecūdo moralium: quòd datur ſapientia vt auferatur ſtultitia, & intellectus vt auferatur hebetudo, & conſilium vt auferatur præcipitatio, & fortitudo vt auferatur timor, & ſcientia vt auferatur ignorantia, & pietas vt auferatur duritia. Sed hęc omnia auferuntur per habitus oppoſitos: quoniam cùm contrarientur ad inuicem, poſito vno remouetur aliud, vt patet in ſingulis: Nam habitus ſapientiæ non ſecum compatitur inſipientiam, ſiue ſtultitiam, ſicut nec lux tenebras: nec habitus intellectus per quem penetramus intima rei ſecum compatitur habetudinem, quæ ſignat non penetrationem. Neque conſilium præcipitationem, neque fortitudo timorem, neque habitus ſcientiæ ignorantiam. Importat enim ſcientia euidentiam: ignorantia ineuidentiam. Et per miſericordiam aufertur cordis duritia. Non ergo neceſſaria ſunt dona, vt auferantur prædicti defectus: ex conſequenti non ſunt de neceſſitate ſalutis.

Eſt autem alia opinio in oppoſitum, quæ fundat ſe ſuper hoc. Duo dona extrema, ſcilicet timor & ſapientia ſunt de neceſsitate ſalutis: ergo & alia intermedia. Conſequentia patet: quoniam non poteſt aſſignari maior ratio de extremis quàm de mediis. Antecedens autem probatur: nam de timore dicitur Eccleſiaſtici capit. 1. Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari ergo nec ſaluari, quoniam ſalus ſupponit iuſtificationem. Ad Rom. cap. 8. inquit Paulus, Quos iuſtificauit illos & magnificauit.

De ſapientia autem dicitur ſapientię cap. 7. Neminem diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Sed ſine dilectione Dei, nemo ſaluatur: ergo nec ſine ſapientia.

Et quoniam hęc opinio rationabilior exiſtimatur: ideo intendo iuxta eam determinare propoſitum. Vnde aſſignabitur ratio neceſſitatis donorum, deinde ſoluētur rationes opinionis oppoſitæ.

Dona non modò ad bene eſſe, ſed ſimpliciter ad ſalutem neceſſaria ſunt.

Tu igitur aduerte quòd ratio neceſſitatis donorum hinc ſumitur. Deus vt optimus prouiſor vnicuique naturę prouidet de mediis conuenientibus, quibus proprium conſequatur finem. Homo autem duos habet fines, ſcilicet naturalē, & ſupernaturalem. Naturalis quidem vt animal eſt: vt generet ſibi ſimile, & ſeipſum in eſſe conſeruet: & ad hunc finem conſequendum indidit homini virtutem nutritiuam & generatiuam. Vt autem homo, id eſt, vt intellectualis naturæ: eius finis naturalis vt rerum naturas intelligat, & moraliter viuat. Et ad hunc finem conſequendum indidit ſibi intellectum & voluntatem, & primorum principiorum ſpeculabilium euidentiam: in quibus fundatur omnis ſcientia, & primorum principiorum practicabilium certitudinem: in quibus omnis moralitas fundatur, & morales virtutes originātur ex eis. Vt igitur homo hūc finem naturalem cōſequeretur, neceſſe fuit ei largiri virtutes animæ vegetatiuæ, & vt homini: virtutes intellectuales, ſcilicet rationem & voluntatem, & habitum primorum principiorum tam in ſpeculatiuis quàm in practicis, & habitus morales, quibus erga humana bene ſe haberet.

Supernaturalis autem eſt vt vniatur per viſionē & fruitionem ſummæ ac primę veritati qui eſt Deus trinus & vnus. Ad hanc autem vnionem conſequendam, non ſufficiunt habitus intellectuales & morales naturaliter acquiſiti: quoniam ſicut finis eſt naturalis, media debent eſſe naturalia: ita etiam ſi finis eſt ſupernaturalis, media debent eſſe ſupernaturalia, id eſt, non naturaliter acquiſibilia: ſed diuina virtute in anima infuſa. Vt igitur homo finem ſuum ſupernaturalem conſequeretur: neceſſe fuit Deum in anima infundere virtutes tres Theologicas, fidem, ſpem, charitatem: quib. homo bene diſponitur, bene operatur ad conſequendum ęternā beatitudinem. Et quidem ſi huiuſmodi virtutes perfectè poſſiderentur à viatore & perfectè ſecundum eas ac expeditè operatur opera meritoria: nō eſſet neceſſe ſuper ad di alium habitum infuſum: quo virtus ipſa Theologica cōfortetur, & ſit principium perfectioris operationis, ſicut habens perfectè formam aliquam, poteſt per formam illā perfectè operari ſine adminiculo alterius: vt quia ignis perfectè habet calorem, poteſt per ſuum calorem perfectè calefacere, nec eſt neceſſe ipſum adiuuari ab alio. Verum quia viatori communicantur virtutes Theologicæ, modo imperfecto: quoniam quandiu ſumus in corpore peregrinamur à Deo. & imperfectè ipſum cognoſcimus atque diligimus, & hic modus eſt proportionatus imbecillitati humanæ, quæ pro hac vita debiliter participat actu intelligendi diuina, & ex conſequenti actu diligendi: ideo vt perfectius & expeditius tendat intellectu & affectu, ac rectius ſe habeat & certius in humanis agendis, atque virandis neceſſe eſt vt diuina bonitas hominem moueat per habitus bonos ſupra naturales additos virtutibus Theologicis, quos dicimus dona diuina. Sicut qui imperfectè habet formam aliquam, non poteſt per illam perfectè operari, niſi adiuuetur ab eo, in quo perfectè forma illa reperitur. Hinc eſt quòd luna non poteſt perfectè illuminare niſi adiuuetur luce ſolis: & diſcipulus non poteſt perfectè diſputare, niſi adiuuetur doctrina præceptoris. Sic in propoſito dicendum eſt de donis. Bonitas diuina, quę non deficit in neceſſariis naturalibus, minus deficit in his quæ opportuna ſunt ad humanam ſalutem. Quomodo autem vnumquodque donum perficiat hominem in opere ſuo modo perfectiori quàm perficiant virtutes, iam docuimus agentes de ſingulis donis: vbi declarauimus virtutes eſſe principia operādi modo humano, dona autem modo ſuperhumano. Rationabiliter ergo non ſolum vtilia, ſed neceſſaria ſunt viatori dona ſpiritus ſancti intelligendo de donis gratū facientibus: & non de donis gratis datis, vt ſunt genera linguarū, virtutes miraculorum, &c.

Ad primam rationem opinionis oppoſitæ dicitur, q; fundatur in falſa imaginatione: imaginatur enim, quòd dona ita excedant communem perfectionem virtutum, quòd ſint principia perfectiorum operum, quæ ſint diſtincta genere ab operibus virtutum, & quę non ſpectant niſi ad perfectos: qui non ſolùm ſeruant ea quæ ſunt de præcepto, ſed etiam de conſilio: & dicūtur opera ſuperaerogationis. Hęc inquam imaginatio eſt falſa, quoniam dona infunduntur à Deo ſimul cum charitate in omni fideli exiſtente in gratia, vt operetur opera virtutum tam moralium quàm Theologalium modo ſuperhumano, quę à virtutibus procedere non poſſunt niſi modo humano, vt docuimus ſuprà: qui modus ſuperhumanus ideo eſt neceſſarius ſaluti, quoniam finis noſter ſupernaturalis eſt: ergo vt modus tendendi in ipſum ſit ei proportionatus, debet eſſe ſuperhumanus, ex conſequenti ſupernaturalis. Hac igitur ratione ponimus dona neceſſaria ſaluti, & non quia tantum ſunt principia operum, quæ ſunt de conſilio: nam ſi ſic eſſet, profecto non eſſent neceſſaria, ſed tantum ad bene eſſe: quoniam opera ſupererogationis non ſunt neceſſaria ſaluti.

Ad ſecundam ſupponit falſum, ſcilicet quòd homo poſſit ſeruare mandata, & bene ac ſufficienter operari per virtutes Theologicas & morales in ordine ad vltimum finem, abſque adminiculo doni, quod eſt falſum: quoniā niſi operetur opera mandatorum & virtutum modo ſuperhumano, non ſufficienter ordinat ſe in finem ſupernaturalem. Et ideo vltra virtutes indigemus donis ratione operandi modo ſuperhumano.

Ad tertiam negatur minor. Ad probationē dico, quòd licet ſint oppoſita & nō ſe cōpatiantur in gradibus intenſis, tamen vnum non omnino eſt impermixtum alteri niſi habeatur in ſummo: vt licet cum calido in ſummo non ſtet aliquis gradus frigiditatis, tamen cum calido vt 6. ſtat aliquis frigiditatis gradus, vt docuimus in quæſtionibus noſtris in libro. 10. metaphyſicæ. Cùm igitur non poſſideamus in ſummo virtutes Theologicas, & pauciſſimi habeant morales in ſummo, niſi ſint vt heroes qui in humana ſpecie rariſſimi ſunt, non poſſumus per ſolas virtutes ab oppoſitis liberari omnino, & ſufficienter, ita vt ſimus tuti in via ſalutis. Et ideo oportet, vt diuina bonitas: cuius ſcientia omnia nouit: cuius potentia omnia poteſt: cuius ſapientia omnia diſponit & iudicat: infundat nobis dona: quibus perfectiori modo liberamur ab ignorantia, & hebetudine, & ſtultitia, & duritia, &c. Hæc de neceſsitate donorū dicta ſint.

De Donorum permanentia.

Quantùm ad permanentiam, aduerte quòd communiter Theolo

Theolog. tenẽt dona remanere in beatis. Primò, quia verè fuerũt in Christo per Ila. cap. 11. qui fuit simul viator & beatus: ergo per assecutionem beatitudinis nõ excluduntur. Secundò, quia magist. senten. in tertio dist. 34. tenet partem affirmatiuã fundans se super dictum Diui Ambrosij in lib. de spiritu sancto: qui inquit, Ciuitas Dei illa Ierusalem cœlestis non meatu alicuius fluuij terrestris abluitur, sed ex vitæ fõte procedens spiritus sanctus: cuius nos breuiẽ satiamur haustu in illis cœlestibus spiritibus redundantibus videtur effluere. Pleno septem virtutum spiritualium feruens meatu, quas enumerauit Isaias dicens, Spiritus sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ, & pietatis & timoris domini. Hæc Diuus Ambrosius. Super quæ magister fundãs se inquit, Hic expressè traditũ est, septem dona virtutes esse & sanctificationes mentium fidelium: & in futuro non defitura, cùm sint & in angelis. Permanebunt igitur dona quò ad essentiam suam in patria, sed secundũ quẽ modum & secundum quos actus distinguendum est: quoniã cùm nullum imperfectum nullumque superfluum maneat in patria, & dona pro præsenti statu sint principia aliquorum actuum, qui superflui essent in patria: ideo inuestigandũ est in singulis donis secundum quem actum maneant, & secundum quem non incipiendo à timore.

Timoris donum secundum quid manet in patria.

De timore filiali, quem diximus esse donum, in præsenti statu habemus tres actus. Primò, facit nos timere, ne Deum vt patrem peccantes offendamus. Secundò, ne ex offensa repellamur & separemur ab eo. Tertiò, facit nos eum vt patrẽ reuereri: & ei voluntariè subiici. Donum timoris quo ad primum & secundum actum non erit in patria: quoniam confirmati in gratia non timebimus eum offendere per peccatum nec ab eo repelli & separari, quò ad secundum: quò ad tertium verò remanebit: quoniam ex charitate perfecta, ei reuerentiam & honorem & voluntariam subiectionem vt filij dilectissimo patri exhibemus. Vnde in Apoc. 6. sancti in cælo Deũ colunt dicentes, Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo Deo nostro in secula.

Pietatis donum quare ratione manet in patria.

Dono pietatis vt docuimus in cap. 3. attribuuntur quam plures actus: ex quibus primus & secundus perfectissimè erit in patria, cultus Dei & sanctorum. Reliqui autem inquãtum versantur circa opera misericordiæ, non permanebunt quoniam illic nulla indigentia erit, cum beatitudo sit statꝰ omnium bonorum aggregatione perfectus.

Scientiæ donum manet in patria.

Dono scientiæ attribuitur certa rerum temporalium cognitio, & id quidem perfectissimè erit in patria. Quid est enim quod non videant, qui videntẽ omnia vident. Cæteri aũt actus, quos ei attribuimus in cap. 4. præcipuè secundus & tertius & quartus, non erunt: quoniam beati liberi erunt ab omni morte, omni infirmitate, omni amaritudine præsentis vitæ.

Dono fortitudinis attribuitur constanter & inuictè bono inhærere: & id perfectissimè erit in patria, vbi inseparabiliter beati primo bono inuitẽtur ex perfectissima Dei dilectione. Reliqui autem actus quos assignauimus in cap. 5 non remanebunt: quoniam cõcernunt difficultates & discrimina præsentis status.

Dono consilij attribuitur secundum B. Gregor. in primo moralium quò ratione animum replet, & mentem illuminat: & id perfectissimè seruabitur in patria. Reliqui autẽ actus quos posuimus in cap. 6 cessabunt: quoniam spectant ad vitam actiuam, quę in præsenti vita terminatur.

Dono intellectus attribuimus in cap. 7. quinque actus: ex quibus quartus & quintus perfectissimè erunt in patria, reliqui vero cessabunt: quoniam concernunt statum præsentis vitæ.

Dono sapientiæ in cap. 8. attribuimus tres actus, qui oẽs purgati ab omni imperfectione erũt in patria. Proprietates etiam sibi attributæ à beato Iacobo in Epistola, in patria deputate & perfectissimè conseruantur. Vnde inter omnia dona in patria maximè permanebit donum sapientiæ: quoniã magis perficit vitam contemplatiuã quàm scientia, & intellectus. Constat igitur quomodo dona permanent in patria & quomodo non. Hęc de præsenti cap. dicta sint.

Quartæ partis Christianæ Philosophiæ, finis.

QVINTA PARS PHILOSOPHIAE Christianæ,

¶ De septem Ecclesiæ sacramentis.

Octo Tractatibus diuisa.

Proœmium.

INtẽtio nostra in hac quinta parte versabitur circa duo.

Primò, circa doctrinã catholicã traditam & obseruatã in sancta matre ecclesia de septẽ sacramentis in genere, & de vnoquoque in specie.

Secundò circa defensionem eorum, cõtra peruersè dogmatizantes: &, vt ordinatè procedamus, diuidemus intentũ nostrũ in octo tractatus.

Primus erit de sacramẽtis, & eorũ defensione in genere.
Secundus de Baptismo & eius defensione.
Tertius de confirmatione. & eius defensione.
Quartus de Eucharistia, & eius defensione.
Quintus de pœnitentia, & eius defensione.
Sextus de extrema vnctione, & eius defensione.
Septimus de sacramento ordinis, & eius defensione.
Octauus de matrimonio, & eius defensione.

TRACTATVS PRIMVS

Quintæ partis Philosophiæ Christianæ, in quinque capita complexus.

De Sacramentis in vniuersali.

TRactatus primus est de sacramentis in genere, & diuiditur in quinque capita.

Primum est, quid sit sacramentum.

Secundum, quibus de causis instituta sunt sacramenta per signa sensibilia.

Tertium, in quibus consistit sacramentum.

Quartũ, qũo differũt sacramẽta antiquæ & nouæ legis.

Quintum, quot sunt sacramẽta nouæ legis, & inuestigatur ratio quare sunt septem.

CAPVT I.

Quidnam sit Sacramentum.

IN primo capite inuestigandum est quid sit sacramentum: & hic duo agenda sunt. Primò, ponitur eius formalis definitio, & declaratur quò ad singulas particulas. Secũdò, defensatur contra malè sentientes de sacramentis.

Sacramẽti quid sit.

Quantùm ad primum aduerte, quòd oẽs doctrinales Theologi recipiunt diffinitionem sacramenti datam à magistro sententiarum ex 4. lib. distinct. prima, & sumpta est ex doctrina diui Aug. & est hæc, Sacramentum est forma visibilis inuisibilis gratiæ, imaginem ipsius gerens: & causa ipsius existens.

Sacramentum est forma gratiæ non quidem intrinseca sed extrinseca, eius imaginẽ gerens.

Primò dicitur est forma: aduerte quòd forma rei est duplex, scilicet intrinseca & extrinseca. Intrinseca est quę dat esse rei: & est duplex, quoniam aut dat esse substantiale rei cuiꝰ est forma, & dicitur forma intrinseca substantialis, vt anima est forma hominis, quoniam per animam constituitur, & seruatur in esse, & per eius remotionem desinit esse: & est pars eius cuius est forma. Aut dat esse accidentale ei cui inest: & dicitur forma intrinseca accidentalis, vt albedo est forma parietis dealbati, quoniam dat sibi esse album, & per eius remotionem desinit esse album, sed non est pars parietis: quoniam posito quòd non esset albus, adhuc permanet paries. Vnde potest adesse & abesse à subiecto præter subiecti corruptionem. Forma extrinseca est quæ non dat esse rei, sed repræsentat rem, & ducit in eius cognitionem, ex similitudine quam habet ad rem cuius est forma. Et hoc modo imago & exemplar rei, vt imago Herculis, est forma Herculis: quoniam ipsum repręsentat & signat. Vnde forma in hoc sensu, solet appellari signum sensibile: quo signatur & repręsentatur signatum, ex aliqua similitudine, quam

quam habet ad ipſum. In prædicta diffinitione non ſumitur forma pro forma intrinſeca, ſed extrinſeca. Non enim ſacramentum eſt pars gratiæ, neque dat eſſe ſubſtantiale, nec accidentale ipſi gratiæ, in genere cauſæ formalis. Sumitur autem pro forma extrinſeca: quoniam cum gratia inuiſibili quandam habet ſimilitudinem. Verb. grā. In Sacramento baptiſmi, proprietas quædam ineſt aquæ, quæ inuiſibilem gratiam repræſentat. Vt virtus refrigeratiua, quæ ineſt aquæ, repreſentat refrigerium gratiæ contra feruorem fomitis. Et virtus ablutiua quæ ineſt aquæ repreſentat ablutionem à macula originali: qua mundatur homo per baptiſma, vt dicemus.

Quoniam igitur forma intrinſeca dat eſſe ideo appellari ſolet actus & perfectio rei: & quoniam extrinſeca non dat eſſe, ſed repreſentat & ſignat, ideo apud Theologum ſolet appellari ſignum, quia ſignat, manifeſtat, & repræſentat ſignatum. Vnde D. Aug. in lib. 1 de Trinit. c. 5. diffiniens ſacramentum, inquit: Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum.

Secundò dicitur viſibilis, id eſt ſenſibilis: nam quoniam viſus eſt excellentior ſenſus: & plures rerum differentias nobis demonſtrat (vt docuimus in primo metaphyſicæ) ſumi conſueuit pro aliis ſenſibus: & videre pro operatione non ſolùm viſus ſed etiam aliorum ſenſuum. Vnde dicere conſueuimus, Vide quomodo bene cantat, id eſt audi. Vide quomodo hoc eſt frigidum, id eſt tange. Vide quomodo ſapit, id eſt guſta. Hic igitur ſumitur forma viſibilis, pro ſigno ſenſibili: verbi gratia: Baptiſmus eſt ſignum ſenſibile, quoniam & materia quæ eſt aqua, eſt ſenſibilis viſu & tactu: & verba quæ ſunt forma, ſunt ſenſibilia auditu.

Tertiò dicitur, inuiſibilis gratiæ, id eſt gratiæ, quæ nobis infunditur per ſuſceptionem ſacramenti quę eſt inuiſibilis, id eſt inſenſibilis: quoniam cùm ſit quid merè ſpirituale, non cadit ſub aliquo ſenſu. Et hoc dicit ad differentiam formę corporeæ, quæ appellatur ſpecies, decor, pulchritudo. Hæc enim cùm conſiſtat in decentia coloris, in proportione, & debita quantitate membrorum, & integritate, viſibilis eſt. De hac intelligitur illud Dauid in Pſal. Speciosus forma præ filiis hominum. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

Quartò dicitur imaginem, ſcilicet gratię inuiſibilis gerens, id eſt habens ſimilitudinem ipſius gratiæ. Omne enim repræſentatiuum eſt ſimile repreſentato: pro tanto autem Sacramentum quod eſt ſignum ſenſibile inſenſibilis gratię, habet ſimilitudinem gratiæ: quoniam vt diximus habet aliquam proprietatem naturalem, quæ gratiam repræſentat: vt in baptiſmo, aqua enim duplicem habet virtutem, naturalem, ſcilicet refrigeratiuam & mundificatiuam corporis. Quò ad virtutem refrigeratiuam repræſentat gratiam vt refrigerat animam quò ad incendium fomitis. Quo ad virtutem mundificatiuam repræſentat gratiam, vt mundat animam à macula culpæ originalis. Hac igitur de cauſa dicitur quòd Sacramentum eſt gerens imaginem, id eſt ſimilitudinem inuiſibilis gratiæ: ſicut imago eſt gerēs imaginem, id eſt ſignum repreſentatiuum imaginati.

Sacramentum eſt cauſa gratiæ ſine qua ipſa gratia non poteſt haberi ex diuina inſtitutione.

Quintò dicitur, & cauſa eius, ſcilicet gratiæ exiſtens. Pro cuius notitia aduerte, quòd hic non ſumitur cauſa pro cauſa prima, à qua fluit gratia in anima. Hic enim eſt Deus: quoniam caritas & gratia gratum faciens ſunt eiuſdem ordinis, ſcilicet ſupernaturalis: ideo ſunt ab agente diuino ſupernaturali. Vnde non dicuntur habitus acquiſiti, ſed infuſi. Sed hic ſumitur cauſa pro eo, ſine quo non habetur gratia ex inſtitutione diuina: licet abſolutè Deus poſſet eā infundere. Verum quoniam inſtituit nullum liberandū à peccato originali ſine baptiſmo quando poteſt haberi, ex conſequenti non conciliari Deo per gratiam: ideo dicimus baptiſmum eſſe cauſam gratiæ. Hęc igitur ſit diffinitio ſacramenti. Sacramentum eſt ſenſibile ſignum gratię inſenſibilis, ſimilitudinem gratiæ gerens, & eiuſdem gratiæ cauſa, ſine qua non poteſt ex inſtitutione diuina, gratia ipſa haberi, quando adeſt facultas ſuſcipiendi ſacramētum. Quòd ſi nō adeſt, cauſa prima ex ſui bonitate immediatè cauſat gratiā, putà, quis vellet baptizari, & prohibetur: accipit gratiam, ſicut baptizatus. Quod enim accipit baptizatus per aquam baptiſmi, accipit non baptizatus propter defectum baptizā tis: aut quia non permittitur baptizari, à primo ſacerdote, id eſt Chriſto: in cuius manu eſt omnis poteſtas in cęlo & in terra, id eſt ſpiritualis & temporalis. Hęc de diffinitione ſacramenti dicta ſint.

Promiſſio nū ſit de ra-

Contra prædictam diffinitionem inſurgit Lutherus in lib. quem inſcribit Præludium de Captiuitate eccleſiæ Babylonica, & objicit ſic: Supradicta diffinitio eſt imperfecta quoniā ad veram & completam ſacramenti rationem duo requiruntur. Primò quòd ſit viſibile ſignum gerens imaginē gratiæ inuiſibilis. ſecundò quòd adſit diuina promiſſio ęternæ ſalutis, vel remiſſionis peccatorum. Vnde ſi alterum deſit non erit ſacramentum. Sed in diffinitione prædicta non ponitur diuina promiſſio: ergo eſt imperfecta. Et quidem ꝙ ſit neceſſaria diuina promiſſio, conſtat ex eo quòd in duobus primis ſacramentis, Seruator ea inſtituens: promiſſionē appoſuit. Nam Marci c. vltimo inſtituēs baptiſmum inquit: Euntes prædicante Euangelium omni creaturę: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Similiter inſtituens ſacramentum corporis & ſanguinis ſui Matth. ca. 26 inquit: Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti: qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Cùm igitur in duobus primis ſacramentis, appoſita ſit diuina promiſſio, ſignum eſt ꝙ eſt de ratione ſacramenti. Vnde quæcūque ſigna non annexa diuinæ promiſſioni, non ſunt vera ſacramenta. Tertiò ꝙ tale ſignum cum diuina promiſſione conſtet ex ſacro Euangelio inſtitutum fuiſſe à Chriſto. Vnde ſi quę tenentur vt ſacramenta: & tamen non apparet ꝙ à Chriſto fuerint inſtituta, non ſunt verè ſacramēta: vt oſtendetur infrà de confirmatione, & pœnitentia, & ordine, & extrema vnctione, & matrimonio. Et ſic ſecundum Lutherum, tantum duo ſunt ſacramenta, in quibus conſtat diuina promiſſio, & inſtitutio facta à Chriſto, ſ. baptiſmus & euchariſtia. Reliqua quinque dicit eſſe ſacramenta nō Chriſti, ſed papæ. Martinus igitur diceret hanc eſſe perfectam rationem ſacramenti: Sacramentum eſt ſignum viſibile, inuiſibilis gratiæ imaginem gerens, à Chriſto immediatè inſtitutum cum infallibili diuina promiſſione.

Reſpondetur: Conceditur prima pars ſcilicet ꝙ oportet eſſe ſignum viſibile, id eſt ſenſibile, modo quo eſt expoſitum. Conceditur tertia. Nam ſolius Chriſti eſt inſtituere ſacramentum, & non apoſtolorum, nec pontificis, nec eccleſiæ: quoniam ſacramenta, vim tutem, & efficaciam habent à ſola paſſione Chriſti. Chriſtus autem ſolus pro nobis paſſus eſt: ergo ad ipſum tantum ſpectat inſtituere ſacramenta. Sed aduerte quòd in diffinitione rei non ingreditur cauſa efficiens, quoniam diffinitio datur per genus & differentiam quæ ſunt prædicata intrinſeca. Cauſa autem efficiens, nec eſt genus, nec differentia: cùm non ingrediatur eſſentiā rei, vt docuimus: in ſecundo phyſicorum & in quinto metaphyſi. Et ideo non oportet in diffinitione ſacramenti ponere Chriſtum inſtituentē: ſicut in diffinitione hominis non oportet ponere hominem generantem, ſed tantum genus & differentiam, ſcilicet quòd eſt animal rationale. Illa autem pars, ſcilicet promiſſio diuina de æterna ſalute, aut de remiſſione peccatorum non eſt neceſſe explicari in omni ſacramēto, ſed ſufficit eam interpretatiuè includi. Quæ quidem includitur virtualiter ex dicto angeli ex parte Dei: quando Lucę capite primo dixit Mariæ: Ipſe enim ſaluum faciet populum à peccatis eorum, ſcilicet per paſſionem ſuam. & ſacramenta quæ inſtituet. Sed dices: Quare ergo inſtituens baptiſmum & Euchariſtiam, expreſſè apponit ꝙmiſſionem, & non in alijs: Reſpondetur: quoniam difficiliora erant vt reciperentur ab hominibus. Quis enim vellet aqua lauari, & credere quòd illa lotione facta in nomine patris mundaretur intrinſecus: niſi ipſe vt infallibilis veritas promitteret credenti, & baptizato, ſalutem æternam? Similiter niſi promiſſionem æternæ vitæ corpus ſuum, & ſanguinem ſumentibus appoſuiſſet, nullus acceptaſſet tale inſtitutum. Cuius ſignum eſt quòd Ioan. capite ſexto, multi audientes hoc verbum ſcandalizati ſunt: & eo relicto, abierunt retrorſum: & ſoli duodecimo, permanſerunt cum Ieſu. In alijs autem ſacramentis non tanta apparet difficultas ideo non fuit neceſſe in eorum inſtitutione expreſſè apponere diuinam promiſſionem. Non ergo diuina promiſſio expreſſa eſt conſtitutiua ſacramenti. Nam ſi quicquid eſt ſacramentum eſſet ſacramentum propter diuinam promiſſionem, ſeptem beatitudines, de quibus loquemur in parte ſeptima, eſſent ſacramenta: quoniam in ſingulis eſt diuina promiſſio, putà pauperibus ſpiritu, promittitur regnum cælorū. Manſuetis, poſſeſſio terræ, &c. Cōſtat ergo quòd in diffinitione quidditiua ſacramenti non oportet apponere diuinam promiſſionem expreſſè, neque Chriſtum inſtituentem, illa nanque ſupponuntur. Sed ſufficit aſſignare duo: quorum vnum eſt, vt genus, & hoc eſt ſignum ſenſibile: alterum eſt vt differentia, & hoc eſt inuiſibilis gratię, ſiue ſacræ rei. Vnde diffinitio Diui Augu-

ſtini decimo de Trini.cap.quinto eſt perfecta: qua dicitur, Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum, & ea quæ eſt Hugonis de ſacramentis libr.ſexto qua inquit, Sacramentum eſt materiale elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum: vt aqua in baptiſmo, panis in euchariſtia, ex inſtitutione figurans, & ſimilitudine repræſentans, & ſanctificatione aliquam inuiſibilem gratiam conferens. Item alia diffinitio ſic formatur, Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum, in quo ſub tegumento viſibilium, diuina virtus ſalutem ſecretius operatur. Hæc de ſacramento in vniuerſali quid ſit dicta ſint: & hic terminatur primum caput.

CAPVT II.

Quibus ex cauſis inſtituta fuerint ſacramenta per ſenſibilia ſigna.

IN ſecundo c. inueſtigãdum eſt, quibus per ſenſibilia ſigna cauſis inſtituta ſunt ſacramẽta. Tu igitur aduerte ꝙ ſecundum Magiſtrum in 4. Sentent. diſtinct. 1. triplici de cauſa inſtituta ſunt, ſcilicet propter humiliationem, & eruditionẽ, & exercitium. Sed nobis ſufficit declarare primam & ſecũdam: tertia enim eſt propoſito noſtro impertinens.

Propter humiliationem quidem, vt ſcilicet peccator, qui per inordinatum amorem ad creaturam ſe conuertit, auertens ſe à Deo, purgandus à macula, quam contraxit ex mala conuerſione ad creaturam, ſit creaturæ ſubiectus: & per eam Deo reconcilietur. Decet enim vt ibi peccatum oritur, ibi moriatur. Sicut dicimus de ligno, vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret.

Propter eruditionem autem: vt per ipſa exteriora ſigna ſenſibilia ad ſpiritualia cogitanda erudiamur & excitemur. Excitamur enim vt aduertamus per ea, quæ exterius videntur, purgationem animæ intrinſecam in ſacramento fieri. Si enim Deus animam per ſeipſum à macula culpæ curaret, nulla ſenſibili ſpecie appoſita, nunquam cogitaret rudis & infirmus homo de interiori animæ purgatione. Sed per hęc, quæ exterius fieri videt, putà puerum aqua baptizari, inſtruitur & excitatur, vt aduertat purgationẽ fieri in anima. Et id quidem diuina ſapientia ac prouidentia cõgruè factũ eſt. Quoniam ſicut cæteris rebus Deus iuxta earum conditionem prouidet, ſic & homini. Sed hominis proprietas & conditio eſt, quòd ad ſpiritualia, & intelligibilia capienda, naturaliter per ẽſibilia deducit. Oportuit ergo ſpiritualia remedia ad emũdationẽ animæ, quæ ſunt ſacramẽta, hominibus ſub ſignis ſenſibilibus inſtitui. Prætereà, Quia homo in peccatum ceciderat, rebus ſenſibilibus inordinatè adhęrendo, ne crederentur ex ſui natura mala eſſe & ex hoc hominem eis inhærentem peccaſſe, congruum fuit per ipſa ſenſibilia ſalutis remedia homini inſtitui, vt ſic appareret ipſa ſenſibilia ex ſui natura bona eſſe: quoniam à Deo bono & bonitate ſua creata ſunt ad bonum. Sed homini noxia fiunt, prout eis indebitè adhæret: ſalutifera verò ſecundum quòd ordinatè eis vtitur. Conſtat igitur quàm congruè diuina virtus ſacramenta inſtituit in ſignis ſenſibilibus. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT III.

In quibuſnam conſiſtat ſacramentum.

IN tertio cap. inueſtigandum eſt in quibus conſiſtat ſacramentum. Tu igitur aduerte, ꝙ, vt tenet Magiſter in 4. Sentent. diſtinct. 1. conſiſtit in rebus ſenſibilibus & verbis: res quidem ſunt materia, verba autem forma, nec vnum ſufficit ſine altero. Vnde ſi quis baptizaretur ſine aqua, dicente ſacerdote, Ego te baptizo, in nomine Patris, &c. vel ſi adeſſet aqua, & ſacerdos non diceret, Ego te baptizo, non eſſet ſacramentum.

Ad ſacramẽtum res requiruntur, & verba

Sed aduetre quòd per res intelliguntur omnia ſenſibilia ad ſacramentum neceſſaria præter verba: vt aqua, oleum, linitio, panis, vinum & cætera, de quibus dicemus in ſpecie, tractantes de ſingulis ſacramentis. Per verba intellige omnia verba, quę requiruntur ad formam ſacramenti: vt in baptiſmo, Ego te baptizo in nomine, &c. & in euchariſtia, Hoc eſt corpus meum, &c. Sed in ſpecie pertractabimus de verbis requiſitis ad formam ſinguli ſacramenti in locis ſuis propriis. Continent enim dubitationes multas huiuſmodi formæ. Tu tamen aduerte, quod res & verba, non ſunt ęquè neceſſaria in omni ſacramento. Nam matrimonium poteſt contrahi ſolo nutu & ſigno indicante conſenſum, vt in muto. Nutus autem gerit vicem verborum. Et ſacramentum pœnitentiæ poteſt in aliquo caſu haberi per ſolam contritionem, quando, ſcilicet non adeſt facultas confeſſionis ſacramentalis, & ſatisfactionis. Dicunt tñ aliqui ꝙ in illo caſu haberetur virtus & effectus pœnitentię, ſ. remiſſio peccatorum & infuſio gratię, ſed non conſequeretur pœnitentię ſacramentum, vt ſacramentum tres partes integrales habet, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Sine partibus autem integralibus non ſtat, nec ſaluatur totum: ſicut non ſaluatur domus ſine fundamento, tecto, & pariete. In caſu igitur ꝙ quis verè doleat de commiſſis, & omiſſis, & non habeat facultatem confitendi & ſatisfaciendi, pœnitentiæ virtutem conſequetur: qm̃ diuina miſericordia, & iuſtitia nõ obligat hominem ad impoſſibile. Conſtat igitur qũo ſacramentum conſiſtit in rebus ſenſibilib. & verbis, & in materia & forma. Sed de hoc in ſpecie agemus, aſſignantes ſingulis ſacramentis propriã materiam, & propriam formam.

Cõtra hoc caput inſurgit Lutherus in libr. prędicto contra Magiſtrum Sententiarum, & Theologos ſcribentes ſup ſententias, dicens, Magiſtrum cum Commentatoribus ſuis contemnendum eſſe: quoniam tantum de materia & forma ſacramentorum tractant, ſpiritum verò & vitam & vſum, & diuiuæ promiſſionis veritatem, & fidem noſtram penitus relinquunt intactam. Quod tamen aliter non probat.

Sed aduerte ꝙ Lutherus videtur illud Præludium ſcripſiſſe, quaſi ſuadens ſibi ſolos Grammaticos lecturos hunc ſuum librum, qui aliud neſciunt quàm Donatum & Priſcianum, fabuloſóque Poëtas: falſum eſt enim Magiſtrum ſententiarum & Theologos commentantes non tractare de fide, & ſoli materiæ, & formæ ſacramentorum intendere. Nã in 3. ſententiarum diſtinct. 23. quærit ex propoſito quid ſit fides, & eam diffiniens inquit, fides eſt virtus, qua creduntur quæ non videntur: quæ, ſcilicet ad Chriſtianam religionem pertinent. Multa nanque ſunt, quæ ſi Chriſtianus ignoret, aut credere nolit, nihil ad rem: vt ꝙ centrum terræ eſt indiuiſibile, ꝙ ſol non eſt immediatè ſuprà lunam. Non enim propter hoc à religione Chriſtiana deuiat. Deinde quęrit de fidei ſufficientia ad ſaluté, declarans qũo in illis qui Chriſti præceſſerunt aduentum, & qui ſequuntur videtur fides profeciſſe, ſecundum temporis ſucceſſum, ſed & diuinorum cognitio profecit. Eſt tamen quędam fidei menſura, ſine qua nunquam potuit eſſe animæ ſalus. Hanc explicat Paul. ad Hebr. ca. 11. inquiens, Accedentem ad Deum credere oportet; ꝙ Deus eſt, & ꝙ eſt remunerator ſperantium in ſe. Non ergo Magiſter Sententiarum, & eius commentatores contemnendi ſunt, quaſi de fide non tractauerint. Addo & vnum: Poſito ꝙ Magiſter & Commentatores eius non tractent de fide in locis vbi de ſacramentis pertractant: adhuc nec contemnendi neque arguendi ſunt. Principia enim non pertractantur, ſed ſupponuntur vera in ſcientia aliter non eſſent principia in ſcientia. Quis autem neſciat, ꝙ per baptiſmum fit homo ex infideli fidelis? Et ideo non eſt inconueniens, doctores agentes de ſacramentis ſupponere fidem, & ſuper eam ædificare. De qua tamen prius pertractauerãt, vt diximus, ſcilicet in 3. libr. Sententiarum. De ſacramentis autem pertractant in 4. libro. Vnde non oportebat repetere ſpecificum tractatum de fide. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT IIII.

Sacramenta Antiqua & Noua legis quomodo differant.

IN c. 4. inueſtigandum eſt qũo & quot modis differunt ſacramenta nouæ legis, & ſacramenta antiquæ legis. Tu igitur aduerte ꝙ ſecundum Aug. primò differunt, timore & amore: nam Antiqui ſacramenta ſua ſeruabant timore, eò ꝙ lex antiqua data fuit in timore, in igne, in fumo, in alijs terribilib. vt legimus in lib. Deut. c. 5. in vertice mõtis Sina. Nos autem Euangelica ſacramẽta ſeruamus ex amore: qm̃ Chriſtus legem ſuam tradidit in benignitate, & gratia & amore. Vnde dixit Matt. c. 11. Venite ad me oẽs qui onerati eſtis, & ego reficiam vos. Iugum enim meum, id eſt legis, quam vobis trado, ſuaue eſt: & onus meum leue. Secundum aũt Hugonem in lib. de ſacramẽtis, & ſm magiſtrum in 4. libr. ſent. diſtinct. 1. & communiter doctores Theologos, differunt in hoc quòd licet vtraque ſint ſigna viſibilia gratiæ, tñ illa tantum

Sacramenta noua, & antiqua legis timore & more differunt.

tantùm ſunt ſigna & non continent, nec dant gratiam. Sacramenta autem Euangelica:& ſunt ſigna, & cauſant gratiam quam in ſe continent. Vnde Aug. Paucis explicans hãc differentiam inquit:Illa promittebant tantum & ſignabant: hæc autem ſignant & dant ſalutem. Et ratio quidem huius differentiæ hinc ſumitur, ꝙ cùm huiuſmodi ſacramenta vifibilia ex paſsione Chriſti efficaciam habeant, & eam quo dammodo repræſentent, talia eſſe oportet, vt cõgruant ſaluti per chriſtum operatæ. Hæc autem ſalus ante eius incarnationem & mortem, erat quidem Antiquis promiſſa, ſed non exhibita. Verbum verò incarnatum & paſſum hanc ſalutem operatum eſt. Ergo ſacramenta incarnationẽ Chriſti præcedentia, talia eſſe oportuit, vt ſalutem ſignarent, & quodammodo promitterent. Sacramenta autẽ, quę Chriſti mortẽ ſequuntur, talia eſſe oportet, vt hominibus ſalutem dent & non ſolum ſignent. Hinc eſt ꝙ ſuprà in diffinitione ſacramenti, quod debet intelligi nouæ legis, dictum eſt, cauſa gratiæ exiſtens. Nam ex gratia prouenit nobis ſalus. Vnde Paulus ad Epheſ. capit. 2. Gratia enim ſaluati eſtis.

Veteris legis ſacramenta decuit vt ſalutem promitterent, non autem exhibent, ſicut ſacramenta noua legis.

Contra hanc determinationem inſurgit Luth. in prędicto Præludio:& dicit, Eſt error ſacramenta nouæ legis differre à ſacramentis veteris legis penes efficaciam ſignificationis. Vtraque enim æqualiter ſignificabant: quoniam idẽ Deus, qui nos nunc per baptiſmum ſaluat, ſaluauit Abel per ſacrificium, Noë per archam, Abraham per circunciſionem. Quare fieri non poteſt vt ſacramenta noua differant ab antiquis: habent enim æquè promiſsiones diuinas, & eundem ſpiritum fidei neque verum eſt ſacramentis ineſſe vim efficacem iuſtificationis, ſeu eſſe ea ſigna efficacia gratiæ. Hęc enim omnia dicuntur in iacturam fidei, ex ignorantia promiſsionis diuinæ.

Verùm ſi aduertes, inuenies hanc Luth. ſententiam ſacris Scripturis contradicere:& præcipuè Paulo ad Hebr. c. 1. vbi comparans ſacrificia & hoſtias antiquę legis illis, quæ celebrantur in noua lege inquit, Impoſsibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Sed conſtat ſecundum fidem catholicam ꝙ baptiſmus aufert peccata: ergo iuſtificat, & gratiam confert non ex ſe, ſed virtute paſsionis Chriſti, ergo conſtat differẽtia inter antiqua & noua ſacramẽta.

Prætereà, Subiungit Paulus in eodem cap. dicens. Quia hoſtias, & oblationes & holocoſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quę ſecundum legem offeruntur: tunc dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam Aufert primum vt ſequens ſtatuat, in qua voluntate ſanctificati ſumus, &c. Ex his conſtat ꝙ ſi Chriſtus non vult pro peccato holocauſta legis, & auferens illa, ſtatuit quæ in noua lege: ergo hæc præſtantiora & efficaciora ſunt illis ad delenda peccata: ex conſequenti ad collationem gratiæ. Prætera, Si non differunt quò ad collationem gratiæ cur dicitur, Ezechi. cap. 20. Dedi eis præcepta nõ bona & iudicia in quibus non viuent? De ſacramento autem altaris dicitur Ioan. cap. 6. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Et de ſacramento baptiſmi dicitur Matth. cap. Vltimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Igitur ſi ſacramẽta antiquæ legis non præſtant vitam æternam, quam tamen tribuunt ſacramenta nouæ legis, ex dictis ſacri Euangelij conſtat quantùm differunt.

Cùm autem Martinus nititur probare imaginationem ſuam, ex eo quòd vtraque æqualiter ſignificabant, falſum aſſumit: quoniam ſacramenta antiquæ legis erant ſicut vmbra & figura ſacramentorum nouæ legis. Omnia enim in figura contingebant illis inquit Paulus 1. ad Cor. ca. 10.

Similiter licet idem ſit Deus, qui nũc per baptiſmum ſaluat, ſaluauit Abel per ſacrificium, & Noë per archam, & Abraham per circunciſionem: tamen non ſequitur eiuſdem virtutis eſſe ſacrificium Abel & archam Noé cum baptiſmo & euchariſtia. Hæc enim iuſtificant & ſaluant ex gratia collata. Sacrificium autem & archa non ſaluant, ſed tantum ſunt præſtationes fidei: in qua Patres illi ſaluantur ſecundum Paulum ad Hebrę. cap. 11. Vbi loquens de Abel inquit, Fide plurimam hoſtiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus: teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Et de Noë inquit, Fide Noë reſponſo accepto: de his quæ adhuc non videbantur metuens aptauit archam in ſalutem domus ſuæ, per quam dãnaui mundum, & iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, & hęres inſtitutus. Conſtat igitur quòd irrationabiliter, inſurgit Luth. contra determinationem factam. Hęc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT V.

Quotnam ſint Eccleſiæ ſacramenta.

IN c. 5. inueſtigandum eſt quot ſint legis euangelicæ ſacramenta: & quoniam vniuerſaliter conceditur ea ſeptẽ eſſe in eccleſia Chriſti, ſcilicet,

Baptiſmus,
Confirmatio,
Euchariſtia,
Pœnitentia,
Extrema vnctio,
Ordo,
Matrimonium,

Quærenda eſt ratio, propter quam in ſeptenario numero inſtituuntur.

Tu igitur aduerte apud Theologos rationem huius numeri ſumi ex tribus.

Prima ſumitur per reſpectum ad ſeptẽ virtutes, ſcilicet, fidem, ſpem, charitatem, fortitudinem, iuſtitiam, prudẽtiam & temperantiam. *Sacramenta ſeptẽ totidẽ neceſſarijs virtutib. reſpondent.*

Nam baptiſmus correſpondet fidei, quoniam initiatur fides in baptiſmo.

Extrema vnctio correſpondet ſpei. Qui enim inungitur, ſperat ſpãliter in meritis eccleſiæ, & in miſericordia Dei.

Euchariſtia correſpondet charitati. Vnde Hilarius in li. 8. de Trin. appellat euchariſtiam ſacramentum amoris.

Cõfirmatio correſpondet fortitudini, quæ neceſſaria eſt ad pugnam ſpiritualem: propter quam quis accipit confirmationis ſacramentum per ſanctum chriſma.

Pœnitẽtia correſpondet iuſtitiæ propter ſatisfactionẽ: in qua vnicuique reddendum eſt, quod ſuum eſt.

Ordo correſpondet prudentiæ: propter clauem ſcientię quæ confertur ordinato.

Matrimonium correſpondet tẽperantiæ, eò ꝙ ex matrimonio frænatur & aufertur inordinata libido propter honeſtatem nuptiarum. *Sacramenta ſeptem vitia ſeptem ſuarum.*

Secunda ſumitur ex contrarietate ſeptem vitiorum capitalium. Sunt enim ſeptem ſacramenta ſeptem remedia contraria curatiua ſeptem vitiorum capitalium.

Baptiſmus ſuperbiam curat: nam homo maximè ſe humiliat. communiſſimo, ſcilicet elemento aquæ ſe ſubijciens.

Euchariſtia curat inuidiam: quoniam charitati contrariatur, ex conſequenti ſacramento euchariſtiæ quod diximus eſſe ſacramentum amoris.

Confirmatio curat acidiam: nam homo confirmatur vt fortis exiſtat in bonis ſpiritualibus, in quibus debilis & torpens eſt acidioſus, vt docuimus in parte 3. in Tractatu de Acidia.

Extrema vnctio curat iram: ira enim temere facit, & tumoris remiſſio eſt ab vnctione.

Ordo curat auaritiam, qm̃ ordinatus profitetur Deũ eſſe portionẽ & patrem hæreditatis ſuæ, & non aliqd̃ mundanum. Vnde in prima tonſura, quando ſuſcipitur, dicit ordinator in perſona ordinati, Dominus pars hæreditatis meæ: & calcidi mei: tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Pœnitentia curat gulam inducit enim carnis macerationem ex abſtinentia.

Matrimonium curat luxuriam, vbi turpis voluptas tẽperatur & aufertur honeſtate nuptiarum.

Tertia ſumitur ex comparatione ad vitam corporalem. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ cùm ſacramẽta ſint homini data, vt vitę ſpiritualis remedia, quæ ex Chriſti paſsione, vt ex ſpiritualis remedia, quę ex Chriſti paſsione, vt ex cauſa vniuerſali virtutem trahunt: tot cõuenit hęc remedia eſſe, quot opportuna ſunt vitę corporali. Nam ex corporalibus manudicimur ad ſpiritualia. *Septem ſacramenta ſeptem ſunt ſpiritualia remedia.*

Remedia autem, quib⁹ ꝓuidet vitæ corporali ſunt ſeptẽ.

Primum eſt generatio, vel natiuitas, qua homo eſſe & vitam recipit: huic correſpondet baptiſm⁹, in quo renaſcimur ex aqua & ſpiritu ſancto.

Secundum eſt argumentum: ꝓ qd̃ homo natus ad debitã virtutem naturalem & quantitatem perducitur. Huic correſpondet confirmationis ſacramentum. Nã per hoc ſacramentum baptizatus firmatur & roboratur in fide ſuſcepta in ſacramento, & pręcipuè baptizatus ante rationis vſum.

Tertium eſt nutrimentũ ꝓ qd̃ ſeruat vita & debita virtus in hoie genito, & augmẽtato: Et huic correſpõdet euchariſtia. Nam Ioã. c. 6. Qui mãducat hunc panẽ, viuet in ęternũ.

Quartum eſt medicina qua infirmatus homo reſtituitur priſtinæ ſanitati. Et huic correſpondet pœnitentia. Eſt enim infirmantis animę ꝓpter peccatum ſalutaris medicina. Vn-

de cantat ecclesia, Sana me medicamento pœnitentiæ Deus.

Quintum est medicamentum corporis ægrotantis simul & animæ. Et huic correspondet extrema vnctio.

Sextò ad prouidendum vitæ corporali propter conseruationem speciei & diuinum cultum, necessarij sunt propagatores & progenitores. Et huic correspõdet matrimoniũ, quo generatur proles ad diuinum cultum.

Septimò, ad optimè prouidendum vitæ corporali, vt scilicet viuant homines pacificè, & politicè, necessarij sunt reges & gubernatores. Et huic correspondet sacramentum ordinis, in quo instituuntur ecclesiæ ministri: vt curatores & rectores hominum spiritualiter. Triplici igitur prædicta ratione constat quare sacramenta nouæ legis in numero septennario constituta sunt.

Contra hanc determinationem septem sacramentorum antiquitus insurrexerunt hæretici Manichæi, qui tempore diui Aug. scilicet iam mille annis transactis, dogmatizarũt, vt recitat directorium inquisitionis, omnia sanctæ Romanæ ecclesiæ sacramenta, scilicet baptismum, eucharistiam, confirmationem, ordinem, extremam vnctionem pœnitentiam, & matrimonium vana esse & inutilia. Et loco ipsorum, quędam alia similia somniauerunt. Verum quia hæc secta iam euanuit, reliquamus eam.

Moderno autem tempore surrexit Luth. qui ex septem sacramentis non recipit nisi tria, scilicet baptismum, panem, pœnitentiam. Demum restringit se ad duo, scilicet ad baptismum, & panem. Vnde in principio sui Præludij sic inquit, Principio neganda sunt mihi septem sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda sunt. Baptismus, pœnitẽtia, panis. Quod autem tantum ad duo, scilicet ad baptismũ & panem se restringat manifestat in calce sui Præludij, vbi inquit, Propriè ea sacramenta vocari visum est, quæ annexis signis promissa sunt. Quo fit vt cætera, quia signis alligata non sunt, nuda promissa sunt. Vnde, si regidè loqui volumus, tantũ duo sunt in ecclesia Dei sacramenta, baptismus & panis, cum in his solis, & institutũ diuinitus signum, & promissionem remissionis peccatorum videamus. Nam pœnitentiæ sacramentum, quod his duobus accesit, signo visibili & diuinitus instituto caret.

Hæc est imaginatio sua. Et qua de causa neget septem sacramenta, non adducit nisi quòd pro voluntate sic proposuit: nisi fortè dicat, Sicut tu ea esse septem sine ratione affirmas, Sic & ego sine ratione nego.

Verum sic dicere non potest: quoniam triplici ratione docuimus, congruè instituta fuisse sacramenta sub septennario numero, addimus & quartam tractam ex antiquis Patribus Theologis ad declarandum diuinorum operum & effectuum celsitudinem. Hæc enim vt in pluribus septennario numero continentur prout ex diuinis Scripturis manifestè deducemus. Nam Deus 6. diebus mundum fabricauit. & in 7. quieuit. Gen. cap. 1. Septem diebus præcepit azima comedi, Exod. c. 12. Septẽ agnos anniculos præcepit imolari, Leui. cap. 13. Septem lucernas præcepit poni super candelabrum in sanctuario, Numeri cap. 8. solennitatem tabernaculorum præcepit celebrari septem diebus: Deut. cap. 16. Septem instituit tubas iubilæi, Iosue cap. 6. In septem capillis locauit Sansonis fortitudinem, Iudicum cap. 16. Septem vicibus præcepit Helisæus Naaman Syrum lauari in Iordane, & sanatus est à lepra sua, in 2. Regum cap. 2. Sapientia excidit sibi columnas septem, Prouerb. cap. 9. Septem panibus satiauit Christus tot millia hominum Mat. cap. 15. Septem dæmonia eiecit à Maria Magdalena, Marci cap. 16. Septem spiritus in conspectu throni eius sunt, Apoc. cap. 1. Septem candelabra aurea vidit Ioannes, Apoc. cap. 1. Septem stellæ in dextra filij hominis, id est Iesu Christi, Apoc. cap. 1. Si ergo diuina bonitas in effectibus suis, in obseruantiis, in cęremoniis, in miraculis, septennarium numerum adeo magnificat, sapientissimè certè disposuit & septẽ sacramenta in ecclesia sua, vt septem riuulos ex fonte charitatis filij sui pro nobis passi effluere. Hęc fuit primorum Patrum & Doctorum ecclesiæ contemplatio. Non ergo debuit Lutherus prolibito suo sacrum septennarium numerum sacramentorum negare. Agentes autem de singulis sacramentis in specie soluemus quascunque Lutheri rationes si quas adduxit pro negatione cuiuscunque sacramenti. Hęc de præsenti cap. dicta sint.

Tractatus primi, Quintæ Partis

Finis.

TRACTATVS SECVNDVS QVINTÆ patris Philosophiæ Christianæ, septem diuisus capitibus, De sacramento Baptismi.

TRactatus secundus erit de sacramento baptismi: & diuidemus eum in septem capita.

Primò, inuestigabitur quid sit baptismus generaliter sumptus, & quotuplex sit.

Secundò, quotuplex sit baptismus, vt est sacramentum institutum à Christo, & quid sit.

Tertiò, quæ sit materia eius.

Quartò, quæ sit eius forma.

Quintò, quotuplex sit eius effectus.

Sextò, quid sit eius minister.

Setimò, defensabitur hoc sacramentum contra Lutherũ: qui etsi non negat ipsum, tamen in multis deuiat, quę tenet sancta mater ecclesia.

CAPVT I.

Quid sit, & quotuplex Baptismi sacramentum generaliter sumptum.

IN 1. cap. inuestigandum est quid sit baptismus generaliter sumptus & quot modis sumitur in scriptura sacra.

Quantùm ad primum aduerte, q̃ hoc nomen Baptismus in sua generalitate sumptum, est idem quod lauacrum. Vnde baptizo Græcè, idem est quod lauo siuè abluo Latinè: & quod Græcus dicit baptismum, nos dicimus lauacrum, siue lotionem, siue ablutionem. Et sacramentum baptismi denominatur à lotione, quia lauat & mundat hominem à maculis peccati: Iuxta illud Isa. c. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum: & si fuerint peccata vestra vt coccinum, velut lana dealbabuntur.

Baptismus est ablutio à peccatis culæ.

Quantum ad ſm aduerte quòd baptismus aliquando sumitur in Euangelio pro lotione actiua: & sic intelligitur illud Mat. c. 21. Baptismus Ioannis è cælo erat, an ab hominib. id est, Ablutio qua Ioannes in Iordane, lauabat homines, è cælo erat? Aliquando sumitur pro lotione passiua, id est, p̃ susceptione passiua ipsius lotionis: & sic intelligitur illud Mat. ca. 7. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum, id est quibus lauantur calices & vrcei. Aliquando sumitur pro lotione sacramentali instituta à Christo, Marci c. vlti. de qua intelligitur illud 1. Petri c. 3. Vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. Et in hoc sensu sic diffinitur à Theologo ex doctrina diui Aug. Baptismus est tinctio in aqua: verbo vitę sanctificata. Pro cuius notitia aduerte q̃ intinctio hic sumitur passiuè, id est qua intingitur baptizatus in aqua: verbo vitæ sanctificata, id est per inuocationem sanctæ Trinitatis sanctificati, dicendo, In nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti.

Sed hæc diffinitio non videtur esse vera: quoniam baptismus in baptizato immutabiliter permanet, tinctio autem illa transit, cùm sit motus passio.

Respondetur, licet in se transeat: tamen in effectu permanet, sicut & sanatio transit: tñ quò ad effectum causatum, quæ est sanitas recepta in infirmo, fugata per medicinam ęgritudine, non transit. Sic dicendum est de intinctione baptismali, quæ vt passio est licet transeat, tamen quò ad effectum suum, qui est character causatus in anima indelebilis, non transit. De quo charactere loquemur infrà, agentes cõtra Lutherum negantem sacramentorum characteres. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT II.

De triplici Baptismo: Aquæ, Flaminis & sanguinis.

IN 2. c. inuestigandum est, quotuplex sit baptismus vt est sacramentum. Tu igitur aduerte q̃ apud Theologos cõmuniter est triplex, s. fluminis, flaminis, & sanguinis. Baptismus fluminis est qui fit in aqua cum inuocatione sanctę Trinitatis, secundum ritum obseruatum in ecclesia. Hic omnino liberat à culpa tam actuali quàm originali in adultis, & ab originali tantum in paruulis, neq; enim subijciuntur actuali cũ nondum habeant rõnis vlum. Præterea, liberatur omnino ab omni pœna debita pro culpa: ita q̃ si baptizatus decedat, statim fit beatus diuina visione & fruitione.

Baptis

Baptiſmus flaminis, id eſt gratiæ, & quando quis credens credenda, & deſiderans baptizari baptiſmo aquæ in nomine trium perſonarum, caret baptiſmo non ex negligentia, nec ex contemptu, ſed quia prohibetur, vt incarceratus: vel quia non adeſt baptizans. In hoc caſu gratia Spiritus ſancti ſupplet baptiſmum aquæ, ac dicitur renaſci ex Spiritu ſancto. Et hic baptiſmus liberat ab omni culpa & pœna, ſicut & baptiſmus aquæ: Nam diuina bonitas ſupplet pro cauſa ſecunda.

Baptiſmus ſanguinis eſt vt in martyribus, qui prohibiti baptizari baptiſmo aquæ, baptizantur in proprio ſanguine, & merito preciofiſsimi ſanguinis Chriſti in cruce effuſi. De quo baptiſmo intelligitur illud Apocalyp. cap. 22. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni. Et hic ſimiliter liberat ab omni culpa & pœna.

Sed aduerte, quòd baptiſmus gratiæ, & ſanguinis, ſunt baptiſmi virtualiter: quoniam idem operantur ſicut & baptiſmus aquæ, mundant enim ab omni cupla, & liberant ab omni pœna, ſicut ille, nõ autem ſunt baptiſmus formaliter, quoniam fit in aqua. Patet igitur quotuplex ſit baptiſmus, vt eſt ſacramentum vel formaliter, vel virtualiter.

CAPVT III.

De Baptiſmi Materia.

IN tertio capite inueſtigandum eſt quæ ſit materia ſacramenti baptiſmi formaliter ſumpti. Et hic duo agẽda ſunt: primò, declaratur quæ ſit eius propria materia. Secundò, ſoluentur quædam dubia.

Aqua elementalis eſt materia propria & conueniens baptiſmi.

Quantùm ad primum aduerte quòd regulariter materia baptiſmi eſt aqua elementalis, quæ ſimpliciter eſt & dicitur aqua: ad differentiam aquæ extractæ per artem à corporibus humidis, velut ab herbis, aut mineralibus, aut corporibus animalium. Et ratio quidem huius multiplex eſt apud Theologum. Primò, quia ſic Seruator inſtituit Ioannis ca. 3. dicens Nichodemo, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Secũdò, quia baptizatus à Ioanne, non ſuſcepit baptiſmum niſi aqua Iordanis, & tunc ex tactu ſuæ ſanctiſsimæ carnis virtutem dedit aquæ purgandi maculas animæ, per ſacramentum baptiſmi. tertiò, quia aquæ proprium eſt, refrigerare & purgare ſordes corporales: & ideo vt ſignum ſignificat gratiam abluentem & abolentem peccati ſordes, & refrigerantem incendium concupiſcentiæ, quod dicitur fomes peccati. Quartò, quia hoc ſacramentum eſt eſt de neceſsitate ſalutis, & ideo debuit inſtitui in communiſsimo elemento, quod vbique inueniri poteſt: & non eſt difficile inueniri & haberi tam à paupere quàm à diuite. Quòd ſecundum aliquos hoc ſacramentum initium ſumpſit ex latere Chriſti: ex quo non alius liquor niſi ſanguis & aqua exiuit. Conſtat igitur quę ſit propria materia baptiſmi inſtituti à Chriſto.

Nũ in qualibet aqua liceat baptizare.

Quantùm ad ſecundum aduerte multiplicem dubietatem inſurgi contra prædicta: & primò ſi liceat in quolibet aqueo baptizari, quod tamen non eſt aqua elementalis pura, qualis eſt aqua maris, quæ non eſt aqua pura, ſed admixta terreſtri aduſto: propter quod ſit ſalſa, vt docuimus in 2. lib. Meteororũ. Et aqua balnearis, quæ eſt admixta virtuti minerę, ex qua curantur variæ ægritudines. Et aqua, cui admiſti ſunt cineres, aut pinguedo, decocti in ea.

Quantùm ad hoc ſic diſtinguitur, Commixtio qua aliquid extraneum à natura aquæ elementalis, ei admiſcetur, vel tollit ſepeciem & proprietates aquę elementalis & trahit eam in aliam ſpeciem, vel non. Si primò non poteſt in ea fieri baptiſmus: quoniam tale mixtum perdit naturam elementi: & non dicitur aqua ſimpliciter in qua Chriſtus hoc baptiſmi ſacramentum inſtituit. Dixit enim, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & noluit baptizari niſi in aqua. Vnde in ceruiſia, in ruina, in vrina lymphato, in aquis alchymicis, quas faciunt Alchmiſtæ, ad mutanda & diſſoluenda metalla, in brodio adeò pingui, quòd videtur tranſmutata natura aquæ, non poteſt fieri baptiſmus: tale enim aqueum non retinet naturam refrigerandi & abluendi ſordes, imò alterat, & calefacit: & multoties magis maculat, quàm emundet. Si autem ſecundò, ita ꝙ talis commixtio non tollit naturam aquæ elementalis proprietates ſuas: licet eas aliquantulum remittat, in ea poteſt fieri ad neceſsitatem Baptiſmus, vt in aqua maris, ſiue ſalſa, in aqua turbida, in aqua balneari: in brodio ſi non fit remotum & alteratum in ſpecie elementi, propter rem in eo decoctam: in aqua calida, quoniam ꝓpter calorem non amittit aquæ naturam, cum inſit ei vt accidens ſeparabile, quod adeſt & abeſt à ſubiecto prẽter ſubiecti corruptionẽ. Et aduerte ꝙ nõ ſolum poteſt fieri baptiſmus in aqua calida: imò ꝓ aliquo tempore melius fieret in calida quam in frigida, putà tempore hyemali, quoniam aqua frigida intenſè de facili lædit corpus tenerum paruuli baptizandi: & diſponit ipſum ad graues infirmitates. Conſtat igitur quæ ſit propria materia baptiſmi.

Secundò, dubium oritur ex dicto Mat. c. 3. & fuit dictum Ioannis Baptiſtæ, ſ. Ego baptizo vos aqua, ipſe autẽ, ſ. Chriſtus baptizabit vos in ſpiritu & igne: ergo ſi Ioannes verum dixit, baptiſmus Chriſti debet fieri in igne, & non in aqua.

Numquid ſit baptiſmus in igne.

Reſpondetur, ꝙ debeat fieri in aqua: & ꝙ inſtitutus fuerit à Chriſto in aqua teſtatur Ioan. c. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. Quod aũt dr Mat. c. 1. in Spiritu & igne. Ioannes Baptiſta intendit ponere differentiam inter baptiſmum ſuum & baptiſmum Chriſti. Et differentia quidem ſtat in hoc: ꝙ licet vterque baptizet aqua, tamen Chriſtus baptizat non ſolum in aqua, ſed in ſpiritu & igne. Ioannes autem ſolùm in aqua qm̃ baptiſmus Ioannis non cauſabat gratiam ſignatam per Spiritum: nec charitatem ſignatam per ignem. Vñ cùm dicitur, In igne, non eſt intelligendum de igne materialiter, ſed myſticè, ſicut & qñ dixit Seruator Luc. c. 12. Ignem veni mittere in terram, id eſt amorem & charitatem erga Deum & proximum. Hinc patet error Indorum & Aethiopũ, qui intelligentes dictum Matthęi de igne materiali, baptizant in igne: nam ferro ignito cauterizant paruulum in fronte, & illud volunt eſſe baptiſmi ſignum, & non aqua. Hæc de materia baptiſmi dicta ſint.

CAPVT IIII.

De Baptiſmi Forma.

IN c. 4. inueſtigandum eſt quæ ſit forma neceſſaria in ſacramento baptiſmi. Et hic duo agenda ſunt. Primò quæ ſit ei⁹ forma. Secundò reſoluentur quædam dubia.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ triplex inuenitur baptiſmi forma. Prima eſt hęc, Ego te baptizo in nomine Ieſu Chriſti: hac forma baptizabant Apoſtoli in principio eccleſiæ. Vñ legimus in Actis Apoſtolorum c. 8. ꝙ Apoſtoli audiẽtes Samaritanos recepiſſe verbum Dei miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, vt reciperent Spiritum ſanctum: quia tantùm baptizati erant in nomine Ieſu Chriſti. Et eo quidem tempore licuit hac forma vti triplici ratione: primo quia in principio diſſeminandæ fidei, maximè apud Iudęos, nomen Ieſu odioſum erat. Vt ergo paulatim reuerenter audiretur, & inuocaretur, decreuerunt Apoſtoli baptizare in nomine Ieſu: ſicut etiam ſanabant infirmos, & alia ſigna faciebãt. Et id quidem ſapientiſſimè agebant: qm̃ ſicut eccleſiam ſuper hoc fundamentum, qui eſt Chriſtus Ieſus ædificabant, ſic oportebat in eodem nomine, ſacramenta miniſtrare.

Baptiſmi triplex forma.

Secunda ratio fuit, quia in nomine Ieſu, vt Deus eſt, intelligitur tota Trinitas, non enim eſt Deus niſi trinus & vnus. Prætereà, Ieſus Chriſtus interpretatur ſaluator vnctus: in vncto autem ſubintelligitur vngens, qui eſt pater, & vnctus qui eſt filius, & vnctio, quæ in Scriptura ſacra ſignat ſpiritum ſanctum, vt dicitur in epiſtola 1. Ioann. c. 2. vbi inquit, Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos. Sed ſicut vnctio docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium.

Tertia ratio fuit, quia ſic inſpirati ſunt Apoſtoli pro illo tempore, vt firmaretur in Chriſto Ieſu Chriſtiana fides: & præcipuè quò ad articulos ſpectantes ad eius diuinitatem. Multi nanque credebant Ieſum prophetam & ſanctum non tamen Deum, nec Dei filium ſubſtantialiter, Niſi enim ſic inſpirati fuiſſent Apoſtoli nõ vſi fuiſſent hac forma: quoniam non erat in eorum poteſtate immutare formam traditam à Chriſto in Euangelio. Dicit enim, Baptizantes eos in nomine Patris, &c. Non autem dicit, In nomine Ieſu Chriſti. Nunc autem, quoniam Chriſti nomen ſatis firmatum eſt & reuerẽtur inter fideles, ceſſauit illa forma. Sicut & omnino ceſſauit circunciſio, qua tamen voluit vti Paulus circuncidendo Timotheum propter Iudæos, vt legimus in Actis Apoſtolorum, ca. 16. ne in eccleſia adhuc debili & noua torrenti ſe opponeret.

Forma baptiſmi, qua Græci vtuntur.

Secunda forma eſt qua vſi ſunt Græci: & eſt hæc Baptizetur ſeruus Chriſti, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti

ſancti,amen.Et ratio quidem vtendi hac forma apud Græcos ſumpta eſt ex hoc, ꝙ apud eos tempore Apoſtolorum orta eſt opinio baptiſmum habere virtutem & efficaciam ex miniſtro baptizante : ita quòd baptizatus tanto maiorem gratiam accipiebat,quanto à ſanctiori miniſtro baptizatus fuiſſet. Vnde propter hanc falſam & ſchiſmaticam opinionem,Paulus in 1.epiſt.ad Cor.cap.1.reprehendit eos dicens, Hoc autem dico, quod vnusquiſque veſtrum dicit,Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus?Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Gratias ago Deo meo, ꝙ neminem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Caium: ne quis dicat ꝙ in nomine meo baptizati eſtis, &c. Vt igitur hoc ſchiſma & opinio erronea tolleretur, ordinatum fuit à Patribus Græcis, quòd miniſter non nominaretur in propria perſona,neque actus exprimeretur in modo indicatiuo ſed optatiuo. Tunc enim miniſter non ſignificatur eſſe author baptiſmi, ſed tantùm miniſter orans effectum baptiſmi conferendum à Deo ipſi baptizato.Et hanc quidem formam licuit Græcis ſeruare: quandiu inter eos ſtetit prædictum ſchiſma. Ablato autem ſchiſmate,tutius eſt vti forma Chriſti,in qua & miniſter & baptizatus exprimitur cum dicit,Baptizantes eos , in nomine expreſſo trium perſonarum.

Baptiſmi vera S. Romanæ eccleſiæ forma.

Tertia & perfectiſsima forma eſt, quam inſtituit Chriſtus Marci capit.vltimo : qua ſemper vſa eſt ſancta mater eccleſia Romana,& eſt hæc , Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti,amẽ:& hæc quidem tutiſsima eſt,quia nuſquam inuenitur Chriſtum in ea ſimpliciter diſpenſaſſe,Patet igitur quæ & quot modis inuenitur baptiſmi forma.

Quantùm ad ſecundum occurrunt circa formam baptiſmi ſeptem dubia.

Primum eſt, Si ly Ego eſt de eſſentia formæ: ita quòd ſi non dicatur non ſit baptizatus.

Reſpondetur quòd non,nam in hoc quòd dico , baptizo te,ſubintelligitur ego,cùm ſit prima perſona verbi. Nõ debet tamen omitti:quoniam nullius eſt priuatæ perſonæ mutare vſum firmatum in eccleſia catholica.Vnde omittens licet baptizaret,tamen peccaret, omittendo.

Secundum eſt , Si quis nunc baptizaret in nomine Ieſu Chriſti,vt baptizabant Apoſtoli,vtrum eſſet baptizatus.

Reſpondetur ꝙ ſic, dummodo in nomine Ieſu inquantùm Deus eſt intelligeret trinitatem. Si autem intelligeret inquantùum eſt homo,non eſſet baptizatus : quoniam directè ageret contra intentionem inſtituentis baptiſmum. Inſtituit enim baptizandum in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti,expreſsè vel ſaltem implicitè.

Tu tamen aduerte ꝙ ſi quis baptizaret in nomine Ieſu, peccaret,quoniam ceſſat ratio quę mouit Apoſtolos in principio eccleſiæ baptizare ſub tali forma : quam ſuprà manifeſtauimus.

Tertium eſt.Siquis baptizaret tantum in nomine Patris, nunquid eſſet baptizatus?

Reſpondetur , Si per ly Pater intenderet Deum , vt Patrem & creatorem omnium : & non vt eſt prima perſona in Trinitate,in quo ſenſu intelligunt Iudæi & Machumetani Deum eſſe Patrem:quoniam à Deo omnia habent eſſe , non eſſet baptizatus,quoniam non baptizaretur in nomine Trinitatis,neque expreſsè neque implicitè.Baptizans enim illo ſenſu negaret Trinitatem. Si autem per ly Pater intendit primam perſonam in Trinitate , valet baptiſmus : quoniam in patre perſonaliter ſumpto includitur Filius & Spiritus ſanctus.Eſt enim pater quia habet filium,ergo genuit ipſum & quia amat filium , ergo Spiritum ſanctum, qui eſt amor reciprocus inter Patrẽ & Filium. Et quidem quòd eſſet baptizatus arguitur ex hoc ꝙ quis baptizatus tantum in nomine Patris,non eſt baptizatus:ergo nec Apoſtoli baptizantes tantum in nomine Ieſu Chriſti , verè baptizabant,quod eſt falſum : Conſequentia patet , quoniam ſicut pater non eſt Trinitas , ſed prima Trinitatis perſona , ſic nec Ieſus , id eſt filius eſt Trinitas , ſed ſecunda Trinitatis perſona : ergo,&c.

Quartum eſt:Si quis baptizando tranſponeret perſonas dicendo,Ego te baptizo in nomine Filij & Spiritus ſancti, & patris,nunquid eſſet baptizatus?

Reſpondetur , Si quis baptizans inaduertenter tranſponit perſonas,peccat quidem,quoniam obligatur aduertere & ſeruare ordinem perſonarum.Sed baptizatus eſt, quoniã nihil relinquit exprimendum : licet non ordinatè ex inaduertentia.Si autẽ inaduertenter tranſponit intendens deridere huiuſmodi formam,aut inducere hæreſim,putà ꝙ Filius ſit prima perſona,aut quòd Filus non immediatè procedat à Patre,tunc grauiſsimè peccat,& non eſt baptizatus , propter prauam intentionem baptizantis.

Tu tamen aduerte,ꝙ etſi quò ad eccleſiam non eſſet baptizatus,tamen quò ad Deum,baptizatus eſt.Iuſtitia ẽm diuina non vult aliquem puniri in anima propter alterius culpam. Nam offerentes eccleſię Puerum baptizandum, fecerunt quod agere debuerant.

Quintum eſt , Si quis baptizando interponit alia verba quàm nomina trium perſonarum,Verbi gratia,Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & beatæ Virginis, & Spiritus ſancti nunquid eſt baptizatus?

Reſpondetur,Si interponit alia verba,quæ contrariantur formæ baptiſmi,ver.grã.Ego non te baptizo in nomine patris.Vel ſic,Ego te baptizo in nomine patris & diaboli:non eſt baptiſatus quò ad eccleſiam,qm̃ non ſolùm non ſeruat, aut minuit formam inſtitutam à Chriſto,ſed corrumpit eã: ideo non ſequitur effectus licet diuina bonitas ſuppleat defectum & vincat malitiã praui miniſtri.Si autem interponit alia verba non tamen contraria formæ inſtituę, vt in exemplo de beata Virgine,ex indiſcreta deuotione fortè putans baptiſmum efficacius fore , ſi fiat cum inuocatione beatæ virginis & omnium Sanctorum,& non ſolum trium diuinarum perſonarum,dummodò non credat virtutem baptiſmi partim procedere à tribus perſonis,& partim à Beata Virgine ſiue alio beato & creato Spiritu,baptiſmus valet:licet miniſter peccet indiſcretè apponendo non apponenda.

Sextum eſt,ſi quis baptizans interponat verba, quæ licet non ſint contra formam , nec interponat ex diſcreta deuotione,ſed verba penitus impertinentia, verbi gratia , Cùm dixit,Ego te baptizo,interponit, accende lampadem:deinde ſubſequitur,in nomine Patris & Filij &c.Vel ſic , Ego te baptizo in nomine Patris:deinde interponit,Vos compatrini,tangite puerum:deinde ſubſequitur , & Filij & Spiritus ſancti,an ſit baptizatus?

Reſpondetur,Si baptizans interponit dicta verba,nõ vanè,non irriſoriè,ſed rationabli cauſa,putà vt ſeruentur debitæ cæremoniæ non impeditur ſacramentum : qm̃ non deſtruunt formam baptiſmi , nec habemus à Chriſto inſtitutum eſſe ꝙ inuocatio trium perſonarum,fiat abſque quacunque interpoſitione:ſiue interpoſitio ſit cum cauſa, ſiue non. Si autem interponit irriſoriè,vt potè non bene ſentiens,vel cõtemnens formam ſacramenti, tunc reſpondendum eſt ſicut ad quintum.

Septimum eſt,Si quis baptizans profert nomina trium perſonarum,vel incongruè,ver.grã.Ego te baptizo in nomine Patris & filię,vel filium,aut truncatè,vt balbutiens , ver. gratia,In nomine Patris,& filij,& ſpiritus,an ſit baptizat⁹?

Reſpondetur,Si baptizans ſic ꝓfert ex ignorãtia doctrinæ,vel ex impotentia ꝓferendi,eſt baptizatus,qm̃ ſtat recta intentio miniſtri intẽdentis baptizare iuxta debitam & inſtitutam formam.Si aũt deriſoriè & cõtemnens, rñdetur vt ad quintum.In omnibus tñ ſupplet diuina bonitas,licet eccleſia aliter iudicet.Hæc de forma baptiſmi dicta ſint.

CAPVT V.

De variis Baptiſmi Effectibus.

IN.5.c.agendum eſt de effectibus baptiſmi.Tu igitur aduerte,ꝙ vniuerſali Theologorum ſententia effectus ſacri baptiſmi ſunt quatuor.

Baptiſmi effectus quatuor ſunt.

Primus eſt,omnimoda purgatio,& abſolutio à culpa originali in paruulo, & à culpa originali ac actuali in adulto. Scẽdò,abſoluit ab omni pœna debita pro originali & actuali culpa.Vñ Caſſiodor⁹ ſuper Pſa.inquit,In baptiſmo ſic oſa originalia delicta & ꝓ voluntatem cõmiſſa mundant. vt illi nos reſtituat puritati,i qua Adã noſcitur eſſe creat⁹.Tertiò, fomitẽ,i.malam inclinationẽ ad peccatũ debilitat,& diuinã grãm cõfert.ꝙ cæli ianuã baptizato ſi poſt baptiſmũ nõ deliquerit,& deceſſerit,patefacit. Et in hoc diſtinguit à circũciſione,q̃ licet ab originali purgaret, nõ tñ circũciſus decedẽs ad cęlum tendebat,ſed in ſinu Abrahæ recipiebat,qđ teſtatur Beda ſuper Lucam dicẽs,Idem ſalutiferæ curationis remediũ circunciſio in lege contra originalis peccati vulnus agebatur: quod baptiſmus agere reuelatę tempore gratiæ conſueuit,excepto ꝙ cæleſtis regni ianuam , nec dũ intrare poterãt,donec aduenies benedictionem daret qui legem dedit:vt videri poſſet Deus deorum in Sion:tantum in ſinu Abrahæ poſt mortem beata requie conſolari ſuper-

pernæ pacis ingreſſum, ſpe felici expectabant. Iſti ſunt præcipui effectus apud catholicos doctores.

Lutherus autem in præludio Captiuitatis Babylonicæ, addidit alium, quem infrà reprobabimus, ſcilicet, quòd ſolus baptiſmus non ſolùm paruulos decedentes ſaluat, ſed etiam adultos, qui poſt baptiſmum quantumcunque grauiter peccauerunt, nec indigent alia pœnitentia, niſi q̃ memorentur ſe baptizatos: & credant promiſſioni diuinæ, qua dixit Seruator, Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Verũ q̃ hæc opinio ſit falſa: manifeſtabitur in cap. 7. Hęc de effectibus ſacri baptiſmi dicta ſint.

CAPVT VI.

De Miniſtro idoneo huius Sacramenti.

IN c. 6. inueſtigandum eſt quis ſit huius baptiſmi miniſter: & hîc duo ſunt agenda. Primò, q̃s ſit ordinarius miniſter quantum ad Deum, & eccleſiam, & baptiſmi ſolennitatem. Secundò, quis ſit miniſter tempore neceſſitatis, quãdo ſ. nõ poteſt haberi ſacerdos, & vitæ periculum imminet.

Sacerdos eſt baptiſmi cõueniens & ordinarius miniſter, in caſu verò neceſſitatis quicunque.

Quãtùm ad primum aduerte quòd miniſter ordinarius eſt ſacerdos iuriſdictionem habens, putà Epiſcopus, aut parochianus: & qui eſt probatæ vitæ. Decet enim ſacra per ſacros viros miniſtrari, & qui ſint probatæ ac mũdæ vitæ: q̃m nefas eſt purum & ſanctum ab impuro & impio pertractari. Et quidem quòd ad ſolos ſacerdotes ſpectet, patet in Decretis de conſecra. diſtinct. 4. cap. Conſtat. Vbi ſic legimus, Conſtat baptiſma à ſolis ſacerdotibus eſſe tractandum, eiuſque myſterium. Nec ipſis Diaconibus explere eſt licitum abſque Epiſcopo, vel presbytero, id eſt ſacerdote, qui animarum curam gerit, abſque Epiſcopo vel presbytero, id eſt abſque eorum licentia: niſi his procul abſentibus, vltima langoris neceſſitas cogat: quod & laicis plerũque permittitur.

Quantùm ad ſecundũ aduerte, q̃ eueniente neceſſitate, miniſter baptiſmi eſt omnis homo, & maſculus & fœmina, cuiuſcunque gradus, & ſtatus, & legis, & vitæ exiſtant: ita quòd à quocunque miniſtratum fuerit baptiſma ſeruata forma inſtituta à Chriſto expreſsè vel implicitè, vt docuimus in capit. 4. non eſt reiterandum. Ex quibus ſequitur quòd mulier ſiue anus, ſiue ſancta, ſiue praua, omnis maſculus habens vſum rationis, & non mutus, nec ebrius, adeò quòd nõ poteſt verba proferre, tam Chriſtianus quàm Paganus ſiue infidelis, & hęreticus, tam bonus quàm malus, tam ſchiſmaticus quam catholicus, baptizare poteſt: & ratio quidem huius vniuerſaliſſimi miniſtri eſt hæc, Diuina bonitas inſtituit omnes ſaluari debere per ſacrum baptiſma habita facultate: & ne ex defectu baptiſmi aliquis periret, ex quo vt primo fundamento pẽdet ſalus noſtra ſicut prouidit materiam communiſſimam, id eſt aquam, quæ de facili haberi poteſt, & quaſi vbique inueniri: ita in caſu neceſſitatis de generaliſſimo miniſtro prouidit, ita quòd ſicut quacunque aqua elementari poteſt baptizari: ita quilibet poteſt aliũ baptizare. Nec obſtat diuerſitas ſtatus conditionis, vitæ, legis malitia vitæ: quoniam baptizans, non baptizat vt homo, ſed vt vicari⁹ Chriſti autoris ſacri baptiſmi, dũmodò baptizet vt diximus ſecundum formam inſtitutam à Chriſto explicitè vel implicitè, ſiue baptizans ſit baptizatus: ſiue non.

Mulier poteſt in caſu neceſſitatis baptizare.

Et quidem quòd mulier baptizare poſſit: quando neque preſbyter neq; diaconus, neque ordinatus quocũque alio ordine, neque vir laicus præſens eſt: habemus de cõſecra. diſt. 4. c. Mulier, vbi ſic legimus, Mulier quamuis docta & ſancta viros in cõtemptu docere, vel aliquos baptizare non præſumat, niſi cogente neceſſitate.

Laicus põt baptizare in neceſſitatis articulo.

Quòd laici vniuerſaliter, vbi periculũ vitæ imminet, & non adſunt eccleſię miniſtri baptizare poſſint, habetur de conſ. diſt. 4. c. in neceſſit. Vbi ſic legimus, In neceſſitate, cùm epiſcopi aut presbyteri, aut quilibet miniſtrorum non inueniuntur, & vrget periculum eius, qui petit, ne ſine iſto ſacramento vitã hanc finiat, etiã laicos ſolere dare ſacramentũ quod acceperunt ſolemus audire.

Paganus & Iudæus baptizare poſſunt in neceſſitate.

Quòd Paganus ſiue Iudæus baptizare poſſit modò baptizent in nomine, ſcilicet Trinitatis vel in nomine Ieſu Chriſti, habemus de conſecra. diſt. 4. capit. Romanus. Vbi ſic legimus. Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat: ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi, licet Paganus ſit qui baptizat: & c. immediatè ſequenti qui incipit, A quodam Iudæo neſcitis vtrum Chriſtiano an Pagano: multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quid inde ſit agendum conſulitis. Hi profectò ſi in nomine ſcilicet Trinitatis, vel tantum in nomine Chriſti, ſicut in Actib⁹ Apoſtolorũ legitur, vnũ quippe idemque eſt, vt San. Ambro. exponit: quia non illorum, ſed eius eſt, rebaptizari non debent.

Malus baptizare poteſt.

Quod malus ſicut bonus miniſter baptizare poſsit: habetur de conſecra. diſt. 4. cap. Si inter bonos: & eſt dictum D. Aug. contra Creſcentium Grammaticum, vbi ſic dicitur, Si inter bonos miniſtros, cùm ſit alius alio melior, non eſt melior baptiſmus, qui per meliorẽ datur quãdo idẽ baptiſmus datur, nullo mõ malus eſt, qui etiã per malũ miniſtrũ datur: quando idẽ baptiſmus datur, Baptiſmus enim talis eſt, qualis ille eſt in cuius poteſtate, id eſt authoritate & virtute datur, qui eſt Chriſtus ſummè bonus, non qualis, ille per cuius miniſterium datur.

Hæreticus poteſt baptizare.

Quod hæreticus baptizare poſsit, habetur de conſecr. diſtin. 4. ca. hi qui. Vbi ſic legitur, Hi qui apud illos hæreticos baptizati ſunt, qui in ſanctæ Trinitatis confeſsione baptizant, & veniunt ad catholicam fidem, recipiantur vt baptizati: ne ſanctæ Trinitatis inuocatio, vel confeſsio annulletur.

Schiſmaticus in caſu neceſſitatis põt baptizare.

Quòd ſchiſmaticus baptizare poſsit, habetur eadẽ diſt. c. Oſtenditur. vbi ſic legimus, Sicut eñ baptizatus ſi ab vnitate eccleſiæ recedit, non amittit baptiſmũ receptũ: ſic & ordinatus ſi ab vnitate eccleſiæ receſſerit ſacramentũ dandi baptiſmi non amittit: & aduerte quòd per ſacramentũ intendit poteſtatem, miniſtratoriam dandi baptiſmi.

Hæc de ordinario baptiſmi miniſtro & de vniuerſalitate in caſu neceſsitatis dicta ſint.

Sed contra prędicta quædam inſurgunt dubia.

Baptiſmum non ſimoniacè collatus valuit.

Primũ eſt, Scilicet aliquem in caſu neceſsitatis à ſacerdote per ſimoniam prouidere de baptiſmo pro ſe vel pro alio, ſiue paruulo, ſiue adulto: & præcipuè quando aquam pro ſe vel pro alio non niſi per ſimoniam habere non poteſt: ſcilicet eam emendo.

Reſpondetur ſecundũ aliquos, q̃ in illo caſu non debet precium dare, ſed potiùs non petere ab eo baptiſmum vt vitetur ſimonia, quoniã nõ ſunt facienda mala vt eueniant bona: ſed debet agere, ſicut ſi præſens non eſſet ſacerdos, ſcilicet petere baptiſmum pro ſe vel q̃ alio, à laico vel alio non ſacerdote.

Sed contra pono q̃ non ſit alius præſens niſi ſacerdos: & velit baptizari, & non poſsit ſeipſum baptizare vt declarabimus infrà: ergo ſi vult baptizari dabit precium & cõmittet ſimoniam, vel damnabitur moriens ſine baptiſmo.

Reſpõdetur ab aliis, ſtante hoc caſu debet petere baptiſmum & dare preciũ, nec emit aquã nec actũ baptiſmi: ſed in neceſsitate conſtitutus putà in articulo mortis redimit vexationẽ ſuam pro ſe vel pro alio baptizando. Et tunc non fiunt mala vt eueniant bona: quoniã de iure naturę vnicuique licet redimere vexationem ſui iuris. Vnde non committitur ſimonia ex parte petentis baptiſmum: nec committit ſe diſcrimini propriæ aut alterius ſalutis.

Num plures vnũ, & vn⁹ plures baptizare poſſit.

Secundum eſt, Si duo poſſunt vnum ſimul baptizare dicendo: Nos baptizamus te, vel econuerſõ, vnus duos dicendo, Ego baptizo vos in nomine Patris, &c.

Reſpondetur, Vnus quidẽ in caſu neceſsitatis & nõ aliter poteſt plures baptizare dicendo: Ego baptizo vos: nec idẽ eſt cõtra formam inſtitutam à Chriſto. Non enim dicit: Baptizantes vnum quẽ ſeparatim, ſed baptizantes eos. Vtrũ autem intelligat eos ſeparatim vel coniunctim nobis non conſtat. Vnde in caſu licet, puta ſi duo eſſent proximi morti, ita quòd dubitaretur dum vnus baptizatur, alter decederet. Si autem duo velint baptizare vnum non poſſunt niſi ſimul dicant verba, & ſimul mergant. Tunc enim duo gerũt vicem vnius ſicut duo trahentes nauẽ. Quòd ſi quilibet p̃ ſe dicat verba, & mergat, ſcilicet vnus poſt aliũ nõ poſſunt quia reiteratur baptiſmus quò ad formam & quo ad materiam, vt patet.

Num quis ſeipſum baptizare poſſit.

Tertium eſt, Si quis poteſt ſeipſum baptizare.

Reſpondetur ſecundum Canones ſacros quòd non: & huius ratio apud Theologum duplex eſt.

Primò, Si quis ſeipſum baptizare poſſet multoties ſine baptiſmo decederet deceptus hac ſpe: q̃ quandocunque vellet ſeipſum baptizaret, ſicut & multi ſeipſos decipiunt in ſacramento pœnitentiæ dicentes: Bene me emendabo, & confitebor, & ſic procraſtinantes ex improuiſo deducuntur ad mortem abſque pœnitentia.

Secundò, Quia ſicut contra naturã eſt quòd quis ſeipſum generet, ſic contra rationem eſt q̃ ſeipſum regenere

baptiſmus autem eſt regeneratio, Et in ſignum q̃ nullus poteſt ſeipſum baptizare, Chriſtus noluit ſeipſum: ſed à Ioanne baptizari. Tu tamen aduerte quòd ſi quis deſiderat baptiſmum, & ſit in ſolitudine vel in carcere conſtitutus, & in illo deſiderio moreretur ſaluus vtiq; eſſet: quoniã baptizatus eſſet à ſummo ſacerdote Chriſto baptiſmo flaminis, id eſt gratię, qui neceſſitate æquipollet baptiſmo aquæ.

Quartum eſt: Si quis alium iocosè, vel ioculatoriè baptizat, nunquid ſit baptizatus.

Reſpondetur, Si iocosè cum intentione tamen agendi quod agit eccleſia, ſcilicet proferendo verba quibus vtitur eccleſia, & mergendo in aqua, & qui baptizatur non reclamat, baptizatus eſt: eò quòd nõ totũ eſt ioculatoriũ, q̃m̃ intentio faciendi quod faciat eccleſia, non eſt ioculatoria. Si autẽ & verba, & merſio ioculatoria fuerint, & ipſe reclamauerit, actus vanus eſt, nec eſt, baptizatus. Tu tamen aduerte quòd de tali baptiſmo iocoſo ſecundũ totũ de cõſecra. diſt. 4. c. Solet etiã quęri: ex ſententia diui Aug. de vnico baptiſmo lib. 8. ſic legimus. Vbi totum ioculariter & inimicè ageretur & ludicrè: vtrum approbandus eſſet baptiſmus qui ſic daretur. diuinum iudiciũ per alicuius reuelationis orationis oraculum concordi oratione gemitibus implorandum eſſe cenſemus: ita ſanè vt poſt me dicturos ſententias, ſi quid iam exploratum & cognitum afferrent, humiliter explorarem. Hæc de ordinario & in neceſſitatis tẽpore miniſtro vniuerſali ſacri baptiſmatis dicta ſint.

CAPVT VII.

Diluuntur Hæreticorum ſententiæ contra baptiſmum.

IN c. 7. defenſandum eſt baptiſmatis ſacramentum contra Luth. qui etſi ipſum non negat, tamen quàm plura reprobat in eccleſia obſeruata ab antiquiſſimo tẽpore: & quoniã iniurias, opprobria & deteſtationes contra pontificem & doctores Theologos quos ſcolaſticos vocat: & cõtra epiſcopos, & ſacerdotes & religioſos & clauſtrales in illo ſuo Præludio frequentiſſimè euomit, quæ omnia ad doctrinam non conferunt: ideo in his relinquemus eum. Studebimus igitur rationes ſuas & fundaméta ſi quæ habet, diſſoluere.

Et quoniam ordinem nullũ ſeruat, quã & plura erronea huic tamen ſacramento impertinẽtia inſerit, ideo quæcunque reprobãda cenſemus, ſub certo numero comprehendẽda ſunt. Erunt autem hæc.

Baptiſmus non excludit pœnitentiam.

Primum eſt q̃ damnat illud quod videntur Theologi ſentire de pœnitentia, ſcilicet q̃ ſit ſecunda tabula poſt naufragium, id eſt, poſtquã homo decidit à gratia baptiſmali per peccatum mortale.

Vult enim baptiſmum eſſe veram pœnitentiam, & in eo ſaluari omnes qui ſaluantur. Et dũmodo homo poſt ſuſceptum baptiſmum mortaliter peccans recordetur baptiſmi in ſe ſuſcepti in nomine ſanctæ, Trinitatis, & promiſſionis diuinæ: qua promiſit, Quicunque baptizatus fuerit ſaluus erit: ſufficienter pœnitet & ſaluabitur. Verba autẽ Lutheri hæc ſunt: Vides quã periculoſum, imò falſum ſit opinari pœnitentiã eſſe ſcdã tabulã poſt naufragiũ: præbuit his occaſionem verbum illud periculoſum diui Hieron. ſiue male poſitum, ſiue male intellectum: quo pœnitentiam appellat ſecũdam poſt naufragium tabulam, quaſi baptiſmus non ſit pœnitentia. Hinc enim vbi in peccatum lapſi fuerint de prima tabula ſue naue deſperantes velut amiſſa, ſecundæ tantum incipiunt niti & fidere tabulæ, id eſt pœnitentiæ. Hæc ille.

Tu igitur aduerte q̃ Luth. paruipẽdẽs Doctores Theologos, intelligit eos illo ſenſu, qui ſibi placet, & iuxta huiuſmodi ſenſum eos reprobat abſque vlla ratione. Conſiderãdum eſt igitur, quòd ſacri doctores baptiſmũ appellant primam tabulam: quoniam principaliter liberat baptizatum à naufragio peccati originalis vt paruulum: & ab originali & actuali ſi adeſt vt adultum. Aduenientę autem vſu rationis in paruulo, ſi cadit ab innocentia baptiſmali in peccatum mortale actuale, & ſimiliter adultus poſtquam baptizatus eſt, neceſſe eſt vt per pœnitentiæ ſacramentum id eſt, per contritionem de peccato & confeſſionẽ & ſatisfactionem: liberetur à naufragio ſecundo quod patitur propter peccatum actuale poſt baptiſmum cõmiſſum. Quæ tamen pœnitentia nulla eſſet niſi in pœnitente perſiſteret fides in baptiſmo ſuſcepta, cùm ſit primum ſalutis fundamẽtum. Et in hoc ſe decepit Luthe. Aliud eſt enim baptiſmum eſſe pœnitentiã ſacramẽtalẽ, & aliud eſt eſſe fundamentum pœnitentiæ. Primũ nãque falſum: eſt q̃m̃ pœnitentiæ ſacramentũ in actione conſiſtit, vt confiteri & ſatisfacere. Baptiſmus aũt in ſpirituali renatiuitate. Dixit enim Seruato. Ioan. c. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spi. San. &c.

Secundũ autẽ eſt, eſt verum: q̃m̃ ſine fide eſt impoſsibile placere Deo, & ipſum placare. Ex his conſtat reprobationẽ quã facit Luth. contra Theologos nullam eſſe. Cùm enim inquit falſum eſſe opinari pœnitentiã ſecũda tabulam: falſum vtique eſſet ſi doctores opinarentur eſſe ſecundam tabulam, non innitendo ſacramento baptiſmi. Verùm non ſic opinantur: imò quòd ex fide accepta in baptiſmo pœnitentia efficaciũ habet. Negant autem & meritò baptiſmũ eſſe formaliter pœnitentiã, concedentes ipſum eſſe illius primũ fundamentũ. Quod verò inquit verbum D. Hiero. eſſe male poſitum, aut malè intellectum, non verum dicit. Sic enim Doct. intelligunt: Cùm baptiſmus liberet ab originali, quo primo patimur naufragium, quoniã naſcimur filij iræ. Vnde & Paulus ad Ephe. c. 2. inquit, Eramus & natura filij iræ: & pœnitentia liberet ab actuali commiſſo poſt baptiſmum, rationabiliter baptiſmus dicitur prima tabula & pœnitentia ſecunda. Et hic fuit verus ſenſus D. Hiero. In quo ſenſu licet baptiſmus non ſit pœnitentiæ ſacramentum: eſt tamẽ eiuſdem radix & fundamentum primum. Quod verò dicit, Secundæ tantùm incipiunt niti tabulæ & fidere: falſum imponit, nam verus pœnitens innititur fidei ſuſceptæ in baptiſmo: vt firmiſsimæ anchoræ ſuper quam ędificat veræ pœnitentiæ opera. Vnde contritio, quę eſt prima pœnitentiæ pars, dicitur eſſe veræ fidei fructus. Nullus eñ niſi credẽs credenda verè pœnitet.

Secundò, Luth. opinatur totam ſalutem noſtram pendere ex ſolo baptiſmo, ita quòd dubitare nõ debemus, nos fore ſaluos: poſtquam ſumus baptizati. Vnde inquit, In baptiſmo obſeruanda eſt diuina promiſsio, quę dicit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, Quę promiſſio præferenda eſt incomparabiliter vniuerſis pompis operũ, votorum, religionum. Nam in hac pendet vniuerſa ſalus noſtra. Sic autem obſeruanda eſt vt fidem exerceamus in ea, prorſus non dubitantes nos eſſe ſaluos poſtquam baptizati ſumus. Hæc ille.

Num ſola baptiſmi fides ad ſalutem ſit ſufficiens.

Luth. non aduertit q̃ dum conatur ſuadere fidelibus baptizatis vniuerſam ſalutem noſtram pendere ex ſolo baptiſmo deducit eos ad præſumptionem: & quod deterius eſt ad deſidiam & paruipenſionem bene iuſtéque operandi. Nam ſi ex hoc quòd creditur diuinæ promiſsioni per fidẽ ſuſceptam in baptiſmo ſufficienter ſaluamur quis non præſumet dicens, Deus miſericors eſt, Deus mihi baptizato beatitudinem promiſit, Deus in promiſsis fidelis eſt, credo Deo: ergo abſque dubio ſaluus ero. Hinc prouenit pigrities bene operandi. Quis enim paupertatem, infirmitatem, ignominiam conſtanter ſuſtinebit pro ſalute ſua, ſi ſolus baptiſmus ſufficit? Præterea: Cur ſcribit Petrus in 2. epiſtola cap. 1. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute, ſcientiam, in ſcié tia autem abſtinentiam, in abſtinentia, patientiam, in patientia, pietatem, in pietate, amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem: & infrà, Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera veſtra certam faciatis veſtram vocationem & electionem: hęc ille. Ergo ſola fides non ſufficit ad ſalutem in adulto niſi ſuperaddantur bona opera ſi adſit facultas. Cùm igitur dicit Luthe. in diuina promiſſione pendere vniuerſam ſalutem noſtram verum quidem eſt, vt in primo fundamento: quoniam ſecundum Paulum ad Hebræos capitu. primo, Accedentem ad Deum oportet credere. Non tamen credulitas ſola ſufficit: inquit enim Seruator, Matthæi capite. 7. Non omnis qui dicit, mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cęlorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei. In eo autem quòd Seruator dixit, Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, intendit fidem & baptiſma eſſe primò neceſſaria ad ſalutem, vt primas ſemitas: & ſufficientes vbi non abſit facultas ſuperędificandi bona opera, in adulto cadente in peccato mortali poſt ſuſceptum baptiſma. Cum hoc tamen ſtat quòd non ſufficiunt ſimpliciter. Nam ſi fides ſufficeret, non dixiſſet Chriſtus legisperito tentanti eum, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Sed dixiſſet. Si vis ſaluus fieri, crede & baptizare: quoniam qui baptizatus fuerit ſaluus erit. Aduertat igitur Lutherus, quòd dum conatur reſtituere Chriſtianis falſam libertatem, facit eos contemptores propriæ ſalutis.

Sic

Sic enim dicunt vulgares & animales homines, Deus bon⁹ & misericors est, certè saluabit me.

Tertiò, Luth. tenet pœnitere non esse aliud quam ad fidē reuerti: quasi quòd peccare sit à fide recedere. Inquit igitur Quare dum à peccatis resurgimus siue pœnitemus, non facimus aliud, quàm quòd ad baptismi virtutem, & fidē vnde cecideramus reuertimur: & ad promissionem tunc factam redimus, quam per peccatum deseruerамus. & infrà. Pœnitens confiteatur Domino, gaudens se tantùm adhuc in pfidio habere salutis, quòd baptizatus sit: detestásque suam impiam ingratitudinem quòd à fide & veritate eiusdem decesserit. Hæc ille.

Num pœnitere sit eadē in baptismo susceptā à quā 2 peccatum decidit reuerti.

Luth. doctores Theologos deridet: quasi quòd sine ratione procedant, in his quæ de sacramentis pertractant, seipsum autem non considerat quomodo hîc sine ratione loquitur. Nulla enim ratione probat quòd pœnitere non sit aliud quàm ad fidem reuerti, & peccare sit à fide recedere. Cōtra quod sic arguitur, Si pœnitere est ad fidem reuerti: ergo omnis peccans mortaliter post baptismum ex fideli efficitur infidelis, quod apertè constat esse falsum: quoniam stat aliquem credere omnia credenda, & tamen peccare mortaliter tractus concupiscentia, aut ira. Si dixisset, Pœnitere est ad gratiam, siue ad fidem formatam reuerti, & peccare mortaliter est à gratia & fide formata deficere, tolerari posset. Verùm vt præcisè loquitur, non est audiendus.

Quartò, tenet Luth. Christianum non posse non saluari quantumcunque peccet post baptismum nisi nolit credere. Vnde inquit, Vides quam diues sit homo baptizatus, qui etiam volens perdere non potest salutem suam quantiscunque peccatis nisi nolit credere: nulla enim peccata possunt ipsum damnare nisi sola incredulitas. Cætera omnia si redeat vel stet fides in promissionem diuinam baptizato factam in momento absorbentur per eandem fidem. Hæc ille.

Num Christian⁹ possit peccatis suis damnari.

Puto magis credendū esse diuinis Scripturis, & sacris Doctoribus, quàm nudis verbis Luth. Nos quidem habem⁹ ex B. Iacobo in epistola sua c. 2. q⁹ fides sine operibus inanis est, & quomodo intelligendum sit diffusè docuimus in parte secunda, Trac. de fide. Et Apoca. c. 14. dicit B. Ioan. Beati mortui qui in Domino moriuntur: opera enim illorum sequuntur illos. Si ergo sola incredulitas dānat cur non dicit fides enim illorum sequitur illos? Et propter quid Paulus 1. ad Cor. c. 13. inquit. Si habuero omnem fidem, ita vt mōtes transferam: charitatem autē nō habuero, nihil sum. Nō ergo sola fides omnia peccata absorbet.

Tu igitur aduerte, quòd dum Luth. conatur hanc suā imaginationem cordibus fidelium inserere, remouet omnem viam conuersionis ad Deum.

Præterea, Si sola incredulitas damnat, & redeunte vel stante fide non potest baptizatus dānari quantiscunque peccatis: ergo sola incredulitas est peccatum mortale.

Præterea, Si sola incredulitas dānat cur Paulus scribit ad Gal. c. 5. Manifesta sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Et subinfert, Qui talia agunt: regnum Dei non consequētur. Non ergo Luth. aliud agit in hoc suo dogmate, nisi suadere Christianis quòd dūmodò sint vasa signata fide licet vacua bonis operibus: non possunt damnari. Sed experietur ipse, cum fuerit in manu Dei: si id sibi sufficiet.

Quintò, Luth. tenet fidem esse omnium operum excellentissimum & arduissimum: quod vnicum Deus operatur in nobis sine nobis. Inquit igitur, Caue ne vilem habeas fidē quæ opus est omnium operum excellentissimum & arduissimum, quo solo etiam si cæteris omnibus carere cogeris seruaberis: est enim opus Dei non hominis, sicut Paulus docet. Cætera nobiscum & per nos operatur. Hoc vnicum in nobis sine nobis operatur Deus. Hæc ille.

Luth. hîc duo falsa proponit. Primò quòd fides est excellentissimum opus & arduissimum. Secundò quòd fidem solam Deus operatur in nobis sine nobis.

Fides nō est opus, sed habitus.

Primum quidem falsum est: quoniam fides non est opus sed habitus, sicut nec scientia est opus, sed habitus, cuius proprium opus est considerare. Præterea, charitas excellentior est fide: vnde Paulus 3. ad Cor. c 13. Maior autem horum, id est quàm fides & spes, est Charitas. Præterea, Vbi charitas, ibi meritum beatitudinis ex condigno. Stat autem fides sine tali merito, vt in Christiano peccatore: ergo opus charitatis excellentius est opere fidei. Secundò, falsum est quòd hoc, vnicū, id est fidē Deus operetur in nobis sine nobis. Nam cùm tres sint habitus infusi, fides, spes charitas: & de ratione habitus infusi, vt distinguitur cōtra habitū acquisitū sit quòd à Deo producatur in nobis sine nobis: si solam fidem Deus producit in nobis, quomodo tres sunt habitus infusi? Et si Luthe. negaret charitatem esse habitum infusum, ergo non esset maior fide: quod est contra Paulum.

Fidem Deꝰ operatur in nobis nō sine nobis.

Sextò, Luth. reprehendit contentiones Doctorum de varia baptismi forma. Dicitque Doctores nūc tenere, nullam aliā valere nisi hāc, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Vnde sic inquit, Quo cessat illa ociosa cōtentio, qua de forma baptismi litigant, Græcis dicentibus, Baptizetur seruus Christi: Latinis dicentibus, Ego te baptizo. Itē alij dānāt sic dici, Ego te baptizo in nomine Iesu Christi: quo ritu certū est Apostolos baptizasse, vt legimus in Actis Apostolicis, voluntque nullam aliam deinceps valere quàm istam, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Sed frustrà contendunt. Nihil enim probant. Sua somnia duntaxat afferunt. Quocunque modo tradatur baptismus, modò nō in nomine hominis, sed in nomine Dei, verè saluū facit.

Doctores Theologi agentes de baptismo: & eius forma & variatione formæ non ita leuiter se habent, vt Luth. eis imponit. Nam optimis rationibus procedunt: vt docuimus in capitibus præcedentibus huius Tracta. Tenent autem concorditer hanc esse optimam formam vtpotè institutam ab authore baptismi. Nec Græci à Latinis differunt, nisi ex parte ministri. Rationem autem huius differentiæ posuimus in cap. 4. huius Tra. & tu vide illic. Similiter Apostolis vti licuit ea forma, quæ legitur in actibus Apostolicis in primitiua ecclesia: & rationem adduximus in cap. 4. huius Trac. tu vide illic. Non igitur Doctores sua somnia duntaxat afferunt, sed grauissimè procedunt allegantes causas propter quas, & Apostolis & Græcis licuit pro aliquo tempore vti varia baptismi forma, vt suprà in capite. 4. manifestauimus. Nunc autem tutior est ea qua vtitur Latina ecclesia: quoniam author baptismi eam instituit & promulgauit: nec inuenitur in ea dispensasse absolutè. Quod autem inquit Luth. Doctores nolle nunc aliam formam valere, quàm istam: ego te baptizo in nomine Patris, &c. Luth. hoc ipsum eis falsè imponit. Nam non inuenio doctores præcipuos determinatè dicere, quòd nunc nulla alia forma valeat: sed vel relinquunt sub dubio: vel determinant pro parte affirmatiua, præcipuè Magister Sententiarū in 3. dist. 3. tenet, quòd qui baptizatur in nomine Christi, vt est filius Dei, baptizatur virtualiter in nomine Trinitatis, vt declarauimus in capite. 4. ex consequenti baptismus valet: falsè ergo Luth. eis imponit, quòd nolint nunc aliam formam valere, quàm eam qua vtuntur Latini. Aliud est enim dicere quòd non valeat & aliud quòd non sit in vsu ponenda cessante causa propter quam Apostoli & Græci alia forma vtebantur. Quod autem dicit Luth. Quocunque modo tradatur baptism⁹, modò in nomine Dei tradatur, saluum facit: non sane consulit, quoniam non est in facultate inferioris mutare, aut dispensare in lege superioris sui, nisi de mandato, aut assensu superioris. Christus qui est autor baptismi hanc formam instituit: Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Ergo non est hominis hanc immutare, nec Apostoli: nec sancti Patres Græci mutassent ad tempus, nisi moti diuino Spiritu. Non ergo consulendum est, vt Luthe. consulit: sed manutenendum, quod vti debemus forma à Christo instituta. Quòd si quis baptizaret in nomine Dei in sensu, quem exposuimus in capitulo quarto, vtique baptismus valeret: sed peccaret vtens tali forma pro sua voluntate, ideo hoc non est consulendum.

Septimò, Luther. tenet hominem esse verè baptizatum etiam quòd ab impio ministro baptizetur non in nomine Domini, dummodò ille recipiat in nomine Domini. Inquit igitur, Imò non dubitem si quis in nomine Dodini baptismum suscipit: etiam si ipsius, minister non det in nomine Domini verè baptizatum esse in nomine Domini. Non enim in conferentis tantùm, quantùm in suscipientis fide vel vsu, sita est virtus baptismi. Hęc Luther.

Si à forma rei prouenit, & stat esse rei, quomodo possibile est hunc esse baptizatum: cùm minister non seruet formam institutam ab authore baptismi, nec implicitè, nec explicitè: imò oppositam suppositò quòd non baptizet in nomine Dei, sed fortè in nomine Diaboli. Ergo Lut. in tali

casu verius & magis catholicè sentiret cum Doctoribus Theologis,qui timent,quòd si desit recta & bona intentio baptizantis non confertur sacramentum baptismi,quoniam non seruatur debita forma,imò oppositа, tamen ex hoc nullum salutis periculum prouenit baptizato: quoniam si est adultus,fides & deuotio & desideriū baptismi supplet defectum:ita quòd ex baptizatus baptismo flaminis. Si est infans:piè creditur quòd primus sacerdos,id est , Deus defectum suppleat baptizati,& ei salutem conferat. Et id rationabilius est quàm imaginatio Luth.

Octauò,Luth,dicit Theologos doctores tenere , sacramenta nouæ legis prodesse existentibus in peccatis mortalibus:nec requiri fidem,aut gratiam. Inquit igitur , Et hinc impulsi sunt tantū tribuere sacramentis nouæ legis,vt prodesse ea statuerent etiam his qui in mortalibus peccatis existunt. Nec requiri fidem,aut gratiam,sed sufficere nō posuisse obicem,id est actuale propositum denuò peccandi. Hæc ille.

Luth.suas augens imaginationes sub his terminis:quidā, quàm plures,quàm Plurimi , innuit Doctores Theologos. Qui tamen sint rarò vrel nunquam in specie manifestat: ne falsus deprehendatur. Igitur à quo traxit q̄ recipienti sacramenta nouæ legis,non est necessaria fides:Quicunque sit ille hic non est D. Tho. quem tantùm insequitur. Nā in 4. dist. 1.q &.2.art.5.quęst.2.& 3.tenet quòd suscipienti sacramentū nouæ legis,necessaria est fides,in infāti aliena & in adulto fides propria. Item respondens ad 3. in quæst. 2. inquit, Omnia sacramenta efficaciam sumunt ex fide. Hæc est doctrin a catholica: quam ecclesia seruat, & non imaginationem Luth.

Nonò,Luth.arbitratur adultū impium , & obstinatum posse conuerti aliena fide,putà si ecclesia orat pro eo:& sacramēta nouæ legis efficacia esse ad dandam gratiam etiā ponentibus obicem. Inquit igitur,Nec dubitarem etiā adultum impium ecclesia orante pro eo & offerente posse in quouis sacramento mutari:sicut de Paralytico Euangelico legimus aliena fide sanato. Atque hac ratione libens admitterem,sacramenta nouæ legis esse efficacia ad dādam gratiam:non modo non ponentibus obicem:sed etiam obstinatissimè ponentibus. Quid enim ecclesiæ fides,& oratio fidei non tolleret,cùm Paulum Apostolum , Stephanus hac vi conuertisse credatur?

Satis inconsideratè loquitur Luth.fundans se super Paralyticum Euangelicum sanatum, vt inquit aliena fide: ex eo q̄ dicitur Matth.c.9. Vidēs Iesus fidē eorū. Verū id parū sibi suffragatur. Audiat Chrysost.dictum illud exponentem cuius authoritas in ecclesia maior est incōparabiliter quā sensus Luth. Dictum igitur illum dupliciter exponit. Primò sic inquit,Nō aūt ab ægris solū,fidem quærit, putà cùm insaniunt ,vel aliter ob ægritudinem in excessus mentis fuerint. Vnde subditur,Videns Iesus fidem illorum,&c. Ex qua expositione constat alienam fidem suffragari adulto nō qui dem ipso obstinato, sed propter ægritudinem fortè extra mentē posito. In quo casu non aliter quam de infante non habente vsum rationis sentiendū est. Secundò,inquit Chrysos. Vel erat magna fides etiam huius infirmi, Nō enim permisisset se submitti,vt alius Euangelista dicit per tectum nō credens,hæc ille. Ergo nō solum aliena,sed etiā propria fide sanatus est. De Paulo conuerso per beatum Stephanum:negandum non est fidem B. Stephani suffragatam fuisse paulo in salutem,eo quòd pro se lapidantibus orauit. Verum nisi Paulus assensisset Christo eum vocanti non conuersus fuisset. Dixit enim Domine quid me vis facere,in Actis Apostolorum , capit. 9. Quibus verbis nobis innotescit Paulum adhæsisse Christo vocanti. Et sic credēs cōuersus est. Nō ergo sola Stephani fide:sed & propria mutatus est. Præterea, Quid irrationabilius quàm dicere sacramenta nouæ legis efficacia esse ad dandam gratiam etiam ponentibus obicē. Necesse est enim peccatorem à Deo auersum si gratiam ei infundendam credimus,ad Deum per motum liberi arbitrij conuerti. Hoc autem positioni obicis & obstinationi repugnat . Implicat ergo contradictionem tenere gratiam posse infundi obstinato adulto:& ipsum posse saluari ex mera aliena fide.

Fides aliena non semper prodest.

Decimò Luth.tenet quòd in baptismo plus vouim⁹ quā possimus implere. Vnde disuadens vota,inquit,Abūdè vouimus in baptismo,& plusquàm possimus implere:sat nego cij habituri,nisi huic vni intenderimus.

Luth.non aduertit ex hoc suo dogmate quantum deroget Christianæ & Euangelicę legi. Nam si in baptismo plus vouimus quàm possimus implere: quomodo lex noua est lex gratiæ & amoris:quomodo iugum Domini suaue est,& onus eius leue? Præterea, quomō verificantur verba Petri in Actis Apostolicis ca 15.qui reprehendens quosdam suadentes circuncisionē legis Mosaicę obseruantiam inquit, Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorū,quod neque nos,neque patres nostri ferre potuim⁹, Si igitur in baptismo plus vouim⁹ quàm implere possimus, qūo alleuiatum est iugum legis Mosaice: Nā & Petrus dicit iugum esse insupportabile,& Luthe. dicit votum baptismi non posse à nobis impleri. Cōstat ergo qūo Luth.in hoc derogat benignitati,& humanitati Saluatoris,qui ſm Paulum ad Titum .ca.3.per lauacrum regenerationis & renouationis saluos nos fecit. Hęc sunt præcipua in quibus Luth.insurgit contra Latinam sanctam matrem ecclesiam:in sacramento baptismi. Hæc de cap.7.dicta sint.

Tractatus secundi finis.

TRACTATVS TERTIVS

Quintæ Partis philosophiæ Christianæ sex partitus capitibus,De sacramento Confirmationis.

IN HOC 3.Tracta.agendum est de sacramēto confirmationis:& diuidemus ipsum in sex ca.

Primò,inuestigandū est , quæ sit necessitas huius sacramenti,an ſ.sit necessariū ad salutē.

Secundò,quę sit eius materia.

Tertiò,quæ sit eius forma.

Quartò,quis sit eius minister.

Quintò,quis sit eius effectus.

Sextò,defensabitur contra Luth.

CAPVT I

De necessitate sacramenti Confirmationis.

IN ca.1.inquirendū est,si est necessarium ad salutem. Et hìc duo agenda sunt: primò ponetur distinctio de necessario. Secundò resoluetur propositum.

Necessitas duplex.

Quantum ad primum aduerte,vt docuimus in lib.5.Metaphy.in c.de necesse, & est sententia communiter approbata,etiam apud Theologum,q̄ necessitas est duplex , scilicet absoluta & conditionata. Absoluta quidem est sine qua res simpliciter esse non potest,vt hominem habere animam intellectiuam est necesse absolute:qm̄ sine ea,non pōt esse homo. Conditionata est,sine qua res bene esse non potest:licet possit esse,vt bona nutritio necessaria est homini, vt viuat sine debilitate virium,& perfectè operetur opera sibi conuenientia. Nam licet viuere possit sine bona,& cōuenienti nutritione sicut viuit mendicans panē,nō tm̄ viuit ita q̄ valeat perfectè operari,& resistere difficilibus superuenientibus casibus sed de facili cedit,& succumbit.

Confirmationis sacramentum necessarium est ad salutem, non tamen simpliciter, vt baptism⁹ ac pœnitentia, sed ad bene esse, vt delices ad fidei confirmationem.

Quantùm ad secundum aduerte quòd in primo sensu tantùm baptismus , & pœnitentiæ sacramentum sunt necessaria. Baptismus quidem,quoniam nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu sancto nō intrabit in regnū Dei: pœnitentia verò,quoniam si post batismum quis labitur in peccatum mortale,oportet reconciliari Deo offenso,vt Patri: quod non fit nisi per pœnitentiæ sacramentum,vt declarabimus loco suo. In hoc primo sensu confirmatio non est necessaria: quoniam per baptismum,& pœnitentiā post baptismum diuina gratia potest sibi infundi: & ab omni culpa purgari. Est autem necessaria,secundo sensu. Non enim sufficit in baptismo fidem suscipere , sed in ea perseueranter consistere,& aduersantibus contradicere: & publicè confiteri. Et ad hoc ordinatum est confirmationis sacramentum. Datur enim ad robur conseruandæ fidei susceptæ in baptismo: qua non trepidamus contra persecutores & tyrannos sacramenta fidem confiteri, & in ea perseuerare. Vnde aduerte quòd hoc sacramentum se habet ad animam sanatam in baptismo ,sicut medicina confortatiua & consolidans ægram postquam sanatus est : ne de facili faciat recidiam. Et id confirmatur dicto domini Hugonis de S. Victore in li. de Sacramentis, vbi inquit, Quid prodest si per baptismum à lapsu erigeris , nisi etiam per confirmationem ad standum confirmeris. Hinc patet quā grauiter arguendi sunt parentes,qui non curant filios post baptisma confirmari. Sicut enim ita educant eos postquam nati sunt quòd possint labores , indigentias, frigus, &c a

& calores ferre pro tẽpore: & aduersantibus repugnare, sic & pro animæ salute, & perseuerantia in sacra fide, procurare debẽt filios post baptisma cõfirmati. Signũ huius habemus in Apostolis, qui licet baptizati à Christo (vt creditur,) licet ab eo eruditi: licèt omnia quæ superuentura erãt eis prædixisset, vtpotè q̃ traherẽtur ante reges & præsides q̃ à parentibus & cognatis traderẽtur in mortem: tamẽ voluit eos confirmari missione Spiritus sancti in die, s. pentecostes: quo suscepto vt leones intrepidi, nil difficile, nil asperum reputabant pro confitenda fide: vt patet passim in Actis Apostolicis & Paulus vbique in epistolis suis. Constat igitur in quo sensu necessarium sit sacramentum confirmationis.

CAPVT II.

De Materia confirmationis.

IN c.2. inuestigandum est quæ sit propria materia confirmationis. Et hîc duo videnda sunt. Primò quæ sit propria materia huius sacramenti, qua non seruata, non confertur hoc sacramentum. Secundò, si idem seruari debet & sit necesse in baptismo.

Oleum permixtum balsamo per cõsecrationem episcopi est materia cõfirmationis.

Quantùm ad primũ aduerte q̃ apud sacros Theologos. materia huius sacramenti est chrisma Græcè: quod significat vnctionem Latinè. Cõponitur aũt ex purissimo oliuarum oleo, & balsamo per consecrationẽ & sanctificationẽ pontificis. Vnde Rabanus de naturis rerum inquit. Balsamũ in cõfectione chrismatis liquori oliuæ cõmisceri, & bene dictione pontificali cõserari solet. Vnde oleum oliuarũ per se & balsamũ per se nisi simul mixta & consecrata non possunt esse materia huius sacramenti. Chrisma correspondet vnctioni, quam Deus instituit in antiqua lege, Exod. c.2. qua præcepit Deus Aaron, & filios eius inungi: vt fungerentur sacerdotio. Sed de hac loquemur in Trac. de sacramento ordinis. Constat igitur quæ sit huius sacramenti materia, quæ signum visibile est.

Quantùm ad secundũ aduerte q̃ licet in baptismo solenni, & facto per ordinarium ministrũ materia sit aqua cõsecrata, & benedicta, iuxta formã ecclasiasticam, tñ in casu necessitatis, materia est aqua naturalis absque consecratione & benedictione ecclesiastica, vt quando laicus in periculo mortis aliquem baptizat siue paruulum, siue adultum. In cõfirmatione autem pro nullo casu possunt oleum & balsamũ esse materia: nisi cõmista & cõsecrata per põtificem. Et ratio quidem differentiæ stat in hoc, quòd baptismus est sacramentum de necessitate salutis. Et ideo in casu mortis, absq; mora & expectatione aquæ consecratę, potest & debet baptizari ne damnetur. Confirmatio aũt nõ est de necessitate salutis absolutè, vt docuimus in 1.c. Vnde absque confirmatione baptizatus saluari potest, modo non interueniat contẽptus huius sacramenti. Hac de causa pro nullo casu licet aliquem confirmari oleo non consecrato. Hac de materia confirmationis dicta sint.

CAPVT III.

De Forma confirmationis.

IN 3.c. agendũ est de forma huius sacramenti, & hîc duo agenda sunt. primò quæ sit forma huius sacramenti. secũdò quomodo sit introducta in ecclesia.

Quantum ad primum aduerte q̃ forma qua vtũtur episcopi generaliter ĩ hoc sacramẽto talis est, Signo te signo crucis & cõfirmo te chrismate salutis, ĩ nomine Patris, &c. Nõ nulli etiã vtuntur hac forma, firmo te signo crucis, & chrismate salutis in nomine Patris, &c. Verum prima generalior & rationabilior, est. Pro cuius notitia aduerte q̃ cùm hoc sacramẽtũ ĩstitutũ sit cõtra debilitatẽ resistẽdi aduersantib. saluti nostræ: quę quidem debilitas prouenit ex inclinatione, & fomite peccati, qm̃ licet in baptismo culpa ipsa originalis omnino purgetur, non tamen ipsa inclinatio & fomes peccati, sed remanet homo debilis post baptismum ad resistendum, sicut æger & febricitans post liberationem à febre: debilis viribus remanet, & indiget paulatim roborari bono nutrimento & regulato exercitio. Huiusmodi autem debilitas duplex est. Vna quidem interior & altera exterior.

Interior est verecundia: & noxius respectus humanus: confitendi publicè nomen Christi. Et hæc quidem tollitur signatione & impressione crucis in fronte, per quã conscribuntur baptizati signo & vexillo summi Seruatoris, qui hoc signo triumphauit, mortemq̃ deuicit, & mundum Deo reconciliauit. Hoc igitur signo crucis confirmandus insignitur, vt depositio omni respectu humano, cõfiteatur se vetũ militẽ & seruũ Christi & in eo solo cupiat gloriari Sicut & Paulus inquit ad Gal. cap. vlt. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Hac igitur de causa, id est, vt remoueatur huius verecundia, quæ in facie manifestatur, vt docuimus in secunda parte & tertia huius operis dicit episcopus, Signo te signo crucis, s. in fronte.

Exterior autem debilitas est flexibilitas, & inconstantia inuictè persistendi in exteriori cõfessione nominis Christi coram persecutoribus, & inimicis crucis Christi. Et ad acquirendã talẽ constantiã, fit cõfirmatio chrismate salutis: q̃ designatur per vnctionem. Nam sicut vnctio corporalis robur ministrat pugnãti, vt in agone & palæstra: sic vnctio sacri chrismatis intrepidos & robustos nos reddit ad pugnãdũ ɔ principes tenebrarũ harũ, & aduersantes saluti nostræ, quales sunt mali homines nequissimi Dæmones, & etiã innatæ concupiscẽtiæ. Ad hoc igitur robur conferendum, dicit Pontifex, Confirmo te chrismate salutis, &c.

Quantũ ad secũdũ, aduerte q̃ licet in scripturis nullã inuenimus formam verborum, qua in confirmandis baptizatis vsi fuerint Apostoli: quoniam in Actis Apostolicis cap. 8. Videntur vsitantũ impositione manuũ, tamen maiores nostri sentiunt Apostolos nunquam baptizatos confirmasse absque aliqua determinata forma verborum: & materia sacri chrismatis. Et quidem de sacro chrismate, quo inungũtur baptizandi, & offerendi in templo, id est, confirmandi, expressam mentionem facit B. Dion. in libr. de Ecclesiastica Hierarchia, qui cum Apostolis fuit. Et credendum est Christum tradidisse Apostolis saltem virtualiter prædictam formam, & instituisse confectionem ac vsum sacri chrismatis. Vnde non est tenendum quòd soli episcopi post Apostolos hanc formam & materiam pro hoc sacramento imaginati fuerint. Neque enim vt dicemus, apostoli, neque episcopi, neque ecclesia autoritatem habent cõdendi sacramẽtũ, sed solus Christus ex virtute passionis suæ. Hæc de forma huius sacramenti dicta sint.

CAPVT IIII.

De Ministro sacramenti confirmationis.

IN c.4. agendum est de ministro huius sacramenti. Et hic duo agenda sunt. Primò quis sit eius minister. Secundò soluentur obiectiones.

Solus Epũs copus confirmare potest.

Quantum ad primũ aduerte q̃ cùm sacramentũ hoc non sit de absoluta necessitate salutis, non oportet in eo assignare ordinarium, & in casu necessitatis extraordinarium & generalem ministrum, sicut assignauimus in baptismo. Assignandus est ergo ordinarius minister, ita quòd nullus alius pro quocunque casu potest confirmare. Hic autem est solus episcopus, cuius ratio est, quia rem aliquam statuere, vel agere minorũ est, actã autem confirmare maiorum est. Et ideo baptizare quod est facere Christianum cõmune est omnium minorũ sacerdotum: sed cõfirmare maiorum, qui sunt episcopi. Et cõfirmatur argumento sumpto ab Apostolis: qui in actis Apostolicis c.8. cùm audissent Samariam recepisse verbum Dei, miserũt Petrum & Ioannẽ, vt cõfirmarent eos impositione manuũ & acciperẽt Spiritum sanctũ. Ecce quòd nõ miserunt aliquos ex cõuersis ad fidẽ, nec aliquos ex discipulis, sed Petrũ & Ioannẽ Apostolos, Apostolis aũt correspondent episcopi in ecclesia Dei. Rationabiliter igitur soli episcopi, sicut soli Apostoli baptizatos cõfirmant. Patet igitur quis huius sacramenti sit minister.

Quantùm ad secundum, aduerte duplicem obiectionẽ. Prima est, Si solus episcopus confirmat, hoc habet aut ex ordine, aut iurisdictione. Si primò, ergo idem potest quilibet simplex sacerdos: neque enim vllum habet ordinẽ episcopus, quem non habeat simplex sacerdos, præcipuè in eos qui episcopatum tenent esse officiũ, sed non ordinem. Si secundò, ergo episcopus electus & confirmatus ante consecrationem, omnimodam habet iurisdictionem.

Respondetur, quòd episcopus hoc non habet ex solo ordine nec ex sola iurisdictione, sed ex vtroque simul. Vnde authoritas confirmandi annexa est officio episcopali, sicut consecratio ecclesiæ, ordinatio clericorum, & velatio virginum.

Secũda obiectio est, Si episcopus perungat sacro chrismate non baptizatũ: & dicat formã verborũ supra positã, nunquid nõ baptizatus recipiat sacramẽtũ confirmationis?

Respondetur q̃ non, quoniam confirmari supponit rem in esse, per baptismum autẽ homo recipit esse spirituale: & per hoc sacramentũ confirmatur in tali esse: erg naturali

sequela

ſequela confirmatio ſubſequitur baptiſmũ. Prætereà, ſicut ſe habet fundamentum domus ad parietem, & tectum, ſic & baptiſmus ad alia ſacramenta. Conſtat autem quòd non poteſt fieri paries, nequetectum ante fundamentum: ergo nec recipi aliquod ſacramentum ante baptiſma. Hæc de miniſtro huius ſacramenti dicta ſint.

CAPVT V.

De Effectibus ſacramenti Confirmationis.

INq̃ c. agendum eſt de effectu huius ſacramenti. Tu igitur aduerte, quòd vt diximus ſuprà, & eſt vniuerſalis ſententia Theologorum præcipue Rabani in li. de Sacramentis, & Magiſtri ſententiarũ in 4. lib. effectus eius præcipuus eſt roboratio per Spiritũ ſanctũ vt homo baptizat' cõſtanter & intrepidè cõfiteatur fidem acceptã in baptiſmo: & in ea inuictè perſiſtat. Et ſecundũ Magiſtrũ eſt donatio Spiritus ſancti ad robur conſequendũ contra debilitatem & inſtabilitatẽ prouenientem ex inclinatione peccati. Sed dices: Secundũ effectũ cauſat in nobis panis cæleſtis, ideſt Euchariſtia. Nã ſi panis materialis cor hoĩs ꝓfirmat, vt dicit Dauid ĩ pſ. multo magis panis cæleſtis. Ergo cùm idem effectus cauſetur ab vtroque ſacramento, videtur alterum ſuperfluere.

Reſpondetur, ad aliud ſpectat confirmatio ſacrę Euchariſtiæ, & ad aliud cõfirmatio & robur huius ſacramẽti: pro cuĩ' notitia aduerte ꝙ de neceſſitate ſalutis ad duo obligamur. primò ad firmiter & abſque vlla dubitatione credendũ articulos fidei. ſecundò ad confitendũ eos exterius audacter & intrepidè publicè reqſiti de fide. Correſpõdenter duplici indigem' roboratione. Vna, quæ nos int' nutriat & cõfortet ad rectè, & firmiter credendũ, quæ credẽda ſunt. Et hanc cõſequimur per ſacrã Euchariſtiam. Et altera quæ nos roboret & cõfirmet ad cõfitendũ non. en Ieſu Chriſti exterius audacter, & intrepidè: & hanc conſequimur per ſacramẽtũ ꝓfirmationis. Propter has duas cõfirmationes rationabiliter recipimus intus panẽ cæleſtem: & cõfirmamur exterius in fronte. Conſtat igitur quis ſit præcipuus effect' huius ſacramenti, & quomodo differat à confirmatione cauſata per ſacram Euchariſtiam.

CAPVT VI.

Diluuntur obiecta à Martino Luthero contra hoc ſacramentum.

IN cap. 6. defenſandũ eſt hoc ſacramentum contra ea quæ obiicit Luthe. q̃ omo illiud negat. Tu igitur aduerte ꝙ cõtra hoc ſacramentum tria præcipuè obiicit.

Primò miratur in lib. quẽ edidit ſub titulo Præludij de captiuitate eccleſiæ Babilonica, quòd doctores Theologi teneant hoc ſacramentũ inſtituiſſe Chriſtũ ex impoſitione manuũ, qua paruulos tangebat. Sic igitur inquit: Mirũ eſt quid in mentẽ eis venerit, vt ſacramentũ cõfirmationis facerẽt ex impoſitione manuũ: qua legimus Chriſtũ tetigiſſe paruulos, cur nõ ex ſacramẽto panis, etiã ſacramentũ fecerũt cõfirmationis: qm̃ ſcriptũ eſt in actis apoſtolicis c. 9. Cũ accepiſſet cibum confortatus eſt: & in Pſal. & panis cor hominis confirmet: vt ſic confirmatio tria complectatur ſacramenta, ſcilicet panem, ordinem & confirmationem.

Lutherus hĩc leuiter ꝓcedit. Audiat igitur fundamenta Theologi de inſtitutione huius ſacramenti: & ceſſabit admirari. Hoc ſacramentũ tenetur à Theologicis fuiſſe à Chriſto inſtitutum: licet in Euangelio de eo mentio nõ fiat, nec de eius forma, nec de eius materia nec in actis apoſtolicis: qm̃ in primitiua eccleſia talia occultanda erant propter irriſionem gentilium. Nec eſt verum inſtitutum fuiſſe à Chriſto ex impoſitione manuũ ſuper paruulos, ſed fuit inſtitutionis ſignum. Vide ergo quomodo Luth. vanè laborat, credens dictum ſacramentum inſtitutum fuiſſe ſecundum opinionem Doctorum ex impoſitione manuũ: quod veri Theologi nec dicũt nec ſentiunt.

Cùm autẽ interrogat, cur nõ ex ſacramento panis etiam ſacramentum fecerunt confirmationis? Reſpondetur quòd laborat in æquiuoco: nam vt docuimus in cap. præcedenti: alio modo confirmat hominem Euchariſtia, & hoc ſacramentum. Cùm autem dicitur Paulus confortatus cùm accepiſſet cibum, conſtat confortationem illam fuiſſe corporalem. Nam ibidem legimus, quòd tribus diebus non vidit, nec manducauit, neque bibit. Similiter dictum Dauid in Pſalmo: Vt panis cor hominis confirmet, intelligendum eſt ad literam de confirmatione & roboratione corporali, licet myſticè exponi valeat de ſpirituali quantùm ad firmiter credendum ſacris articulis fidei. Et quòd ad literam intelligatur de corporali cõfirmatione patet ex his, quæ ꝓcedunt. Dicit enim. Vt educas panem de terra & vinũ lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciẽ in eo, & panis cor hominis confirmet. Conſtat igitur Luth. inſtantiam, nullam penitus eſſe.

Secundò damnat hoc ſacramentum à ſolis epiſcopis miniſtrari. Vnde inquit: At nũc nihil eius relictum eſt, niſi quãtum ipſi excogitauimus pro ornandis officiis epiſcoporũ, ne penitus ſint ſine opere in eccleſia. Poſtquàm enim ſacramenta illa negocioſa, vnà cum verbo aliis inferioribus vt viliora reliquerunt, iuſtum fuit, vt facile aliquid: quod tam delicatis & magnis heroibus moleſtum non eſſet, inueniremus: hæc ille.

Luthe. hĩc ſine ratione damnat huius ſacramenti miniſtros ſolos epiſcopos nec doctorũ rationes ad hoc adductas aduertit, nec ſoluit. Diximus enim in capite. 5. quòd non vt heroibus delicatis, vt ipſe fingit: ſed exemplo apoſtolorum, quorum ſucceſſores ſunt epiſcopi, & qui ſoli manus imponebant ſuper baptizatos, vt legimus in actis apoſtolicis cap. 8. Eccleſia rationabiliter huius ſacramenti miniſtros accipit ſolos epiſcopos. Prętereà ex ſacramento confirmationis perficitur homo vltra communem ſtatum baptizatorum. Efficitur enim ex receptione gratiæ ſpiritus ſancti: conſtans in confeſsione fidei, vt docuimus in cap. 5. Ergo à dignioribus & perfectioribus miniſtris meritò adt miniſtratur: quales ſunt epiſcopi, in quibus ſtat plenitudo poteſtatis ſpiritualis, deriuata à ſummo pontifice. Quòd autem inquit alia negocioſa ſacramenta, vt viliora relicta fuiſſe miniſtris inferioribus, non rectè dicit: non enim quia viliora, ſed quia neceſſaria, vt baptiſmus & euchariſtia & pœnitentia: Ideo oportuit miniſtrum fore communem, & ſimplicem ſacerdotem, quem paſsim inuenire non eſt difficile, ne ex miniſtri penuria, quis pateretur ſalutis periculum. Rationabiliter ergo & non imaginatione, vt putat Luthe. id inſtitutum eſt.

Tertio probat hoc ſacramentum nõ fuiſſe diuinitus, ſed hominum imaginatione inſtitutum. Vnde inquit, Nunc autem ſacramenta diuinitus inſtituta, quęrimus: inter quæ vt confirmationem inueniremus nullam inuenimus cauſam. Ad ſacramenti enim inſtitutionem, ante omnia requiritur verbum diuinæ promiſsionis quo fides exerceatur. At nihil legimus Chriſtum vſpiam de confirmatione promiſiſſe, licet ipſe multis manum impoſuerit: hæc ille.

Si Luth. dignatus fuiſſet Theologos doctrinales legere in 4. ſentent. & pręcipuè B. Tho. in diſtin. vij. quæſt. 1. art. 1. nõ ita leuiter inſurrexiſſet. Nam B. Tho. ſic arguit: Omne ſacramentum virtute & efficacia habet ab inſtitutione diuina, ſed confirmatio non legitur à domino inſtituta: ergo non eſt ſacramentum.

Ad hoc reſpondens B. Tho. inquit: Circa inſtitutionem huius ſacramenti triplex fuit opinio, vna dixit non fuiſſe iuſtitutum à Chriſto, nec ab apoſtolis, ſed proceſſu temporis in quodam concilio. Sed id videtur valde abſurdum: quoniam ſecundum hanc opinionem eadem authoritate in quolibet concilio poſſet eccleſia innouare ſacramẽta, aliqua inſtituendo, aliqua deſtituendo, & prætereà in Actis Apoſtolorum capite. 8. non ab aliis quàm ab apoſtolis hoc confirmandi officium fuit peractum, ergo ante omne eccleſiæ cõcilium celebratum poſt apoſtolos, hoc ſacramẽtum erat in vſu.

Secunda opinio dicit hoc ſacramentum non à Chriſto, ſed ab apoſtolis poſt aſcenſionem & pentecoſtem fuiſſe inſtitutum. Sed & hoc non eſt verum: quoniam licet apoſtoli eſſent bales eccleſiæ, non tamen legiſlatores. Vnde ad eos non ſpectat inſtituere ſacramenta, ſed promulgare: & ponere in vſu, & quòd à Chriſti fidelibus, & ad fidem conuerſis obſeruentur.

Tertia opinio dicit hoc ſacramentũ, ſicut & alia inſtituta fuiſſe à Chriſto: nec obſtat, quòd in euangelio, & in actis apoſtolicis non fit mentio de forma, nec de materia huius ſacramenti, quoniam formę ſacramentales ſ, & alia quæ in ſacramentis obſeruantur occultanda erant in primitiua eccleſia propter irriſionem Iudęorum & gentilium. Paulus enim dicit primę ad Cor. capite. 1. Prędicamus Chriſtum crucifixum Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Secus autem eſt de baptiſmo: quem vt ianuam ſalutis vnicam inſtituit: ideo abſque omni reſpectu apoſtolis impoſuit, vt irent in mundum vniuerſum prædicantes euangelium, & conuerſos baptizantes

aqua

aqua in nomine Patris,&c. Rationabiliter igitur hoc ſacramentũ computandũ eſt inter ſacramẽta diuinitus inſtituta.

Ad argumentum Luthe. cùm dicit, Ad inſtitutionẽ enim ſacramenti,&c. reſpondemus promiſsionẽ diuinam expreſsam non eſſe neceſſariã in conſtituendo ſacramento, inquãtùm ſacramentũ eſt: ꝙ ſi inueniatur in aliquo ſacramento, hoc ideo fecit diuina bonitas, vt quæ erant ad credendum difficilia, deuoto animo,& ex promiſsione diuina excitato acceptarentur: ſicut euchariſtia, baptiſmus,& pœnitẽtia. In aliis autem, vt in confirmatione & matrimonio,& vnctione extrema, ceſſante cauſa conſimilis difficultatis, non eſt appoſita diuina promiſsio. Sufficit in eis aſsignare ꝓpriã materiã & debitam formam. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus tertij Finis.

TRACTATVS QVARTVS

Quintæ partis Philoſophiæ Chriſtianę, ſeptem complexus capitibus,

¶ De Sacramento Euchariſtiæ.

IN hoc 4. Tract. acturi ſumus de ſacramento euchariſtiæ:& diuidemus ipſum in ſeptem ca.

Primò, quo tempore fuit inſtitutum:& conſecrationis verba efficaciã ac virtutẽ habuerũt.

Secundò, quæ ſit eius vtilitas, & quæ ſint eius præcipui effectus.

Tertiò, quę ſit eius materia.

Quartò, quæ ſit præciſa forma.

Quintò, quis ſit eius miniſter.

Sextò, mouentur ac reſoluuntur quàmplura dubia.

Septimò, defenſatur contra Luth. qui etſi ipſum ſacramentum concedat, multa tamen reprobat obſeruata & credita in eccleſia Latina.

CAPVT I.

De Inſtitutione huius Sacramenti.

IN primo cap. declarandum eſt quo tempore inſtitutum fuit. Tu igitur aduerte ꝙ apud Matth. cap. 26.& Marc. ca. 14.& Luc. cap. 22. antequam pateretur in cœna quando mãducabant paſcha, hoc ſacramentum inſtituit:& Paulus edo ctus à Chriſto, quando fuit conuerſus & ad tertium cęlum raptus clariſsimè manifeſtauit, 1. ad Cor. cap. 11. tempus inſtitutionis,& authoritatem datam Apoſtolis hoc ſacramentum conficiendi,& cauſam propter quam conficere debẽt. Inquit igitur, Ego enim accepi à domino, ꝙ & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem,& gratias agẽs fregit,& dixit, Accipite & manducate. Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis ttadetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicẽ poſt quam cœnauit dicens, Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcunque bibetis in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc,& calicem bibetis, mortem Domini annũtiabitis donec veniat. De tempore ergo inſtitutionis, & propter quid inſtituerit conſtat ex Euangelio,& Paulo. De verbis autem, quæ ſunt ſacramenti forma, quando incœperint habere à Chriſto efficaciam, & virtutem conuertendi panẽ & vinum in corpus & ſanguinem ſuum, triplex eſt opinio.

Quidam enim dicunt ꝙ nunquam hanc virtutem habuerunt, nec habent. Sed hanc opinionem reprobabimus in ca. 7. ſimul cum opinione Luth.

Quidam verò dicunt verba illa, ſ. Hoc eſt corpus meum, habuiſſe quidem virtutem, quam nunc habent, eo tempore quo Chriſtus in cœna pronunciauit: ſed eorum virtus ſuſpẽſa eſt vſque poſt inſtans reſurrectionis. Vnde ſecundum hãc opinionem nõ potuit corpus Chriſti confici in triduo mortis Chriſti, eò ꝙ verba illata virtutem ſuam receperunt ex paſsione & lateris apertione, & ſepultura, & reſurrectiõe Chriſti. Quorum nullum prꝫceſſerat: quando ſacramentum in cœna inſtituit,& verba conſecrationis pronunciauit.

Quidã autẽ dicũt ꝙ verba conſecrationis, ab eo inſtãti, in quo Chriſtus ea pronunciauit habuerunt & habẽt & habebunt virtutem & efficaciam conuertendi panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti, nec fuit ſuſpenſa in triduo mortis. Nam ſi quis ſacerdos, vel Apoſtolus in illo triduo ſuper panem & vinum verba illa pronuntiaſſet cũ intentione conſecrandi, vtique conſecraſſet. Eſt tamen verum, ꝙ conſecraſſet tale corpus, quale fuit, in triduo, ſcilicet, ſine ſanguine,& ſine anima:& talem ſanguinem, ſcilicet, ſine corpore,& ſine anima. Et hęc tertia opinio vt verior tenet, & rationabilior. Nam ſi ſecunda opinio eſſet vera, ſequitur ꝙ ſi Chriſtus poſt cœnam factam & inſtitutum ſacramentũ & pronuntiata verba conſecrationis per decem annos ſupuiuiſſet antequã pateretur, Apoſtoli non potuiſſent conſecrare: quod videtur inconueniens. Hęc pro nũc dicta ſint. Inferius autem res ipſa magis diſcutietur, quando hoc ſacramentum defenſabimus contra Luther. & alios. Hęc de prꝫſenti cap. dicta ſint.

CAPVT II.

De vtilitate & effectibus huius Sacramenti.

IN 2. cap. declarandum eſt quę ſit eius vtilitas:& prꝫcipui effectus.

Quantũ ad vtilitatem aduerte, ꝙ ſecundum ſacros Theologos prꝫcipuę vtilitates quę ex hoc ſacramento nobis ꝓueniunt ſunt ſex,& fuerunt potiſſimæ cauſæ, quibus Seruator ipſum inſtituit, poſt memoriam paſſionis ſuæ.

Prima fuit, vt ſicut homo per eſum ligni vetiti perdidit vitam, ita per eſum huius panis cæleſtis, eam recuperaret. Et hanc tangit Seruator Ioannis ca. 6. dicens, Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem habet vitam æternam,& iterum, Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri mãna,& mortui ſunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. *Vitale ſacramentum.*

Secunda eſt vt vniantur membra corporis Chriſti myſtici capiti, qui eſt Chriſtus Dei filius. Nam hic cibus oppoſito modo ſe habet ad cibum materialem. Ille enim conuertitur in ſubſtantiã nutriti, vt docuimus in lib. 2. de Anima: & in li. de Cauſa mortis & vitæ. Hic autem manducantem conuertit in ſe & vnit ſibi:& hanc tangit Aug. in lib. Confeſſionum vbi inquit, Cibus ſum grandium: creſce & manducabis me: nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Hanc vnionem tangit Seruator Ioannis c. 6. dicens, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. *Vnitatis ſacramentum.*

Tertia eſt, vt fidei meritum augeatur: qua in hoc ſacramento homo maximè meretur. Hanc tangit Seruator Ioannis c. 6. dicens, Qui credit in me habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ. *Sacramentum fidei.*

Quarta eſt ſubleuatio ſpei. Nam ex hoc, ꝙ dedit ſeipſum nobis in cibum pro hac mortali vita, ſperamus ſe nobis daturum æternam vitam tanquam cohæredibus ſuis. Vnde Pau. ad Tit. c. 3. inquit, Hęredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ. *Sacramentum ſpei.*

Quinta eſt confirmatio & augmentum charitatis erga Deum & ꝓximum: quę in ſumptione huius ſacramenti maximè augetur. Vnde Græcè appellatur Synaxis & Latinè cõmunio: qm̃ fideles ſumentes hoc ſacramentũ cõicant in vinculo pacis, relinquentes diſſenſiones & lites. Hac de cauſa Hilarius dicit euchariſtiam eſſe ſacramentum amoris. *Sacramentum charitatis.*

Sexta eſt, vt oſtenderet Seruator erga nos inæſtimabilem dilectionem. Nam qui amat, amato ſuccurrit in indigentijs & periculis, ſua ei cõicat,& cum vult ſummum amorẽ oſtẽdere, ſeipſum amato donat, pro eo vitam offert. Vnde Seruator inquit Ioan. c. 15. Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Quantũ ad prꝫcipuos effectus eius aduerte ꝙ ſm̃ ſacros Theologos,& ꝑcipuè ſm̃ Magiſtrum in 4. ſenten. diſt. 12 duo ſunt, ſ. augmentum virtutum, & prꝫcipuè charitatis, vt ſupradiximus,& remiſſio venialium, quod cõfirmat Magiſter ſententia Aug. qui inquit, Iteratur quotidie hęc oratio: qm̃ quotidie peccamus peccatis, ſine quibus viuere non poteſt humana fragilitas. Hæc autem ſunt venialia. *Euchariſtiæ duo prꝫcipui extant effectus.*

Sed hic quæruntur tria.

Primò, ſi in aliquo caſu delet omne peccatũ veniale: ita ꝙ in ſumente nullum remaneat: rñdetur ſm̃ communiorem ſententiam, qua tenetur ꝙ ſine veniali non poteſt quid in vita viuere: ꝙ nunquam delet omne peccatum veniale quin aliquid remaneat, eò ꝙ ſm̃ Aug. in hac vita non impletur ex toto illud prꝫceptum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Amor aũt Dei minor quã debeat eſſe, eſt peccatum veniale. Ergo ſumptio ſacræ Euchariſtię non delet omnino omne peccatum veniale.

Secundò, Si in aliquo caſu delet non ſolùm veniale, ſed etiam mortale.

Reſpondetur quòd non, quantum ſit de ſe:& ratio huius eſt, quoniam cum triplex ſit culpa, ſ. originalis, actualis mortalis, actualis venialis. Contra originale directè ordinatus

est baptismus. Contra actuale commissum propria voluntate,& est mortale,ordinatur sacramentum pœnitentiæ,vt dicemus in Tra.suo. Contra verò veniale ordinatur eucharistia:ideo de se tantum veniale delet. Hinc est q̃ sumens hoc sacramentum cum peccato mortali peccat mortaliter:& iudicium sibi manducat,& bibit:vt inquit Pau.1. ad Cor. c.11.

Tertiò,Si delet veniale: an deleat etiam pœnam pro eo debitam.

Respondetur q̃ sic,plus tamen & minus,secundũ q̃ magis & minus afficitur consecrans & sumens ad mortẽ & passionẽ Christi:quę in hoc sacramento repręsentantur. Vnde posset esse adeo remissa affectio q̃ pro nullo gradu pœnam venialis peccati deleret:& adeo intenta q̃ omnẽ.In 1.gradu sunt qui potius ex consuetudine quã deuotione celebrant: & similiter qui sine deuotione sumunt. In 2. gradu sunt qui celebrant,& qui sumunt omni deuotione & probatione cõscientiæ suæ.Medij verò,medio modo consequuntur remissionem pœnæ venialium. Constat igitur quæ sint præcipuę vtilitates atque principales effectus huius sacramenti.

CAPVT III.

De Materia Eucharistiæ.

IN 3.c.inuestigandum est quę sit materia huius sacrameti: & hic duo agenda sunt. Primò, quot concurrunt ad integrã materiã huius sacramenti.Secundò,resoluẽtur quã plura dubia,quæ solent agitari circa huiusmodi materiam.

Huius sacramenti materia est panis, et vinum aqua mixtũ.

Quantũ ad primum aduerte fm Theologos q̃ tria integrant hãc materiam,scilicet,panis,vinum, aqua:de duobus habemus expresse in Euangelio Matth.c.26.& Luc.c.22. De aqua licet non sit expressa in Euangelio,existimatur tamen Dominum in calice miscuisse aquam cum vino.Vnde in Decretis,de conse.dist.2.c.In sacramento.sic legimus,In sacramento corporis & sanguinis Domini, nihil amplius offeratur quàm quod ipse Dominus tradidit, hoc est panis & vinum aquæ mixtum.Et c.in sacramentorũ,sic legimus, Panis tantum & vinum aqua mixtum offeratur. Non vinum solũ, aut aqua sola,sed vtrumque permixtum: quia vtrunque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur.

Sed aduerte,q̃ non solũ ex eo q̃ ex latere eius fluxit sanguis & aqua apponitur aqua vino, sed etiam quia creditur Christum in cœna miscuisse in calice aquam vino antequã diceret Bibite ex eo omnes.Quod Omnes, confirmatur de consec.dist.2.c.Scriptura.A Domino admoniti sumus & instructi:vt calicem Domini cum aqua mixtum secundum q̃ Dominus obtulit offeramus.

Quantum ad secundum aduerte quòd circa hanc materiam plura mouentur dubia:quorum præcipua hic formabimus & resoluemus.

Primum est,Si deficiente in altari aliquo trium prædictorum,confici possit hoc sacramentum: putà si deficit panis, & adsit vinum cũm aqua,aut econuersò:similiter si adsit vinum & panis,& deficit aqua.

Panis si tantum adsit absque vino verè conficitur sacramẽtum.

Respondetur secundũ sententiã,in qua cõueniunt cõmuniter Doctores approbati ab ecclesia, q̃ in fine prolationis verborum,Hoc est enim corpus meum: & hic est calix,&c. fit trãsubstantiatio panis in corpus,& vini in sanguinem,dicendum:q̃ antequam proferantur verba super vinum aqua mixtum fit trãsubstantiatio panis in corpus Christi: alioquin deciperetur ecclesia in ordinatione hostiæ: antequam sanguis consecretur:vnde si in altari esset tãtum panis & sacerdos proferat verba cõsecrationis super panem,cõsecratur corpus Cristi viuum & integrum.Idem dico de sanguine,si adest vinũ aqua mixtum:& deficiat panis.Consecraretur enim sanguis, & totus Christus esset specie vini concomitanter:aliter deciperetur populus in eleuatione, & adoratione calicis. Peccaret tamen morraliter, qui prætermisso vno consecret aliud:nisi fortè ex infirmitate, aut ab infidelibus impediretur.Vnde si celebrans aduertit aliquid horum trium deesse, non debet prosequi missam: sed aut cessare,aut curare q̃ ante consecrationem omnia requisita sint præsentia. Quòd si celebrans consecrato pane, prohibetur ex infirmitate,aut aliquo impedimento exteriori cõsecrare vinum,alius sacerdos consecret loco eius. Quòd si panis & vinũ adsit,& tantùm aqua deficiat, aut nõ ponatur in calice cum vino, omittens graviter peccat, & tamen consecrat vinum nõ mixtum aqua: quoniam & si requiratur aqua non tamen ea necessitate qua & vinum. Nam licet in sola aqua non possit sanguis consecrari, potest tamen in puro vino, cuius ratio est: quoniam si aqua vino admisceatur,vt ex vino mixto cõsecretur sanguis:oportet ita modicam esse: q̃ à vini virtute absorbeatur vt totum sit vinum,& tunc inde conficitur sacramentum.Vñ prius transit aqua in vinum quàm vinum consecretur.Ergo ex puro vino sicut ex mixto potest sanguis consecrari, licet prohibeat talis consecratio,de cons.dist.2.c.Scriptura:non quia non valeat:sed quoniam deuiat ab institutione Christi.

In puro vino potest tamen non sine peccato consecrari.

Secundum est,Si potest confici in alio pane putà siligineo,aut miliaceo.

Panes frumẽti, non autẽ siligineo, vel miliaceo, vel triticeo cõficitur corpus Christi.

Respondetur q̃ non: qm̃ sicut non potest quis baptizari in alio liquore quã in aqua (vt docuimus in Tract.de Bapt.) eo q̃ sic seruator instituit:sic nec eucharistia potest confici nisi in pane frumenti.

Tu tamẽ aduerte quòd sicut alius liquor admixtus aquæ non impedit baptismum:dummodò non sit tantus & tantæ virtutis q̃ corrumpat naturam aquę:(vt docuim⁹ suprà) sic nec aliud granum commixtum tritico impedit cõfectionẽ huius sacramenti,dummodo sit in minori quantitate, & virtute quàm triticum,vt s.prędominetur triticum,& illudabsorbeatur à virtute tritici putà pugillus milij in 10.pugillis frumenti,aliter non remaneret panis triticeus:& in eo confici non posset.

Tertium est,Si potest confici tantum in pane triticeo nõ fermentato, vel etiam fermentato.

Respondetur q̃ in vtroque:qm̃ fermenti admixtio non corrumpit naturam frumenti:sicut nec modicus liquor admixtus aquę corrumpit speciem aquæ. Vnde sicut ex aqua non pura potest fieri baptismus,sic ex pane fermentato potest confici eucharistia,sicut conficiunt Græci. Peccaret tñ grauiter celebrans in fermentato in ecclesia Latina:quæ tenet Christum celebrasse Pascha legis in pane azimo:& in eo instituisse hoc sacramentum.

Quartum est,Si panis qm̃ consecratur conuertitur in carnem & sanguinem & animam & deitatẽ. Similiter & vinũ.

Respondetur,q̃ tot⁹ Christus est sub vtraque specie, sed ex vi verborum principaliter trãsit panis in corpus,siue carnem,& vinum in sanguinem.Verum quia totus Christ⁹ inseparabilis est,ideo ex consequenti ibi est sanguis & anima & deitas per cõcomitantiam,eò q̃ caro eius nũquam est sine sanguine & aĩa & deitate:aliter esset caro æquiuocè, sicut oculus mortuus. Similiter sub specie vini est sanguis p conuersionem,& reliqua prædicta per concomitantiam,eò q̃ sanguis Christi est sanguis viuus, qui non potest esse sine corpore & anima,&c.

Quintum est:Si aqua posita in calice cum vino transit in sanguinem.

Respondetur,Hic est duplex opinio:vna dicit q̃ non,qm̃ aqua non ponitur in calice cum vino,nisi vt significet vnionem populi cum Christo.Et hęc opinio tangitur de consec. dist.2.c.cũ omne.vbi sic dicitur,Calix Dominicus iuxta canonum præcepta vino & aqua permixtus debet offerri, qa videmus in aqua populum intelligi,in vino vero ostẽdi sanguinem Christi.Ergo cũ in calice aqua vino miscetur,Christo populus adunatur,& credentium plebs ei,in quem credit copulatur & iungitur.Hæc ibi:& sic secundum hanc opinionem permanet aqua in calice cum sanguine post conuersionem solius vini in sanguinem.Alia opinio, quæ cõmuniter est sacrorum Doctorum tenet, q̃ aqua conuertitur in sanguinem non immediatè,sed mediatè.Nã aqua prius cõuertitur in vinum:ideo modica ponit vt absorbeatur à virtute vini.Deinde conuersa in vinum simul cũ vino cõuertitur in sanguinem,& sic verum est dicere, q̃ nõ conuertitur iuxta primã opinionẽ,scilicet,immediatè:& q̃ conuertitur iuxta secundam,s.mediatè,id est,postquã conuersa est in vinum. Et hæc sententia credibilior est.

Sextũ est,Si potest confici in aliò liquore quàm in vinõ.

Rñdetur q̃ nõ,qm̃ Christus consecrauit tantum in vino. Nec est inferioris immutare institutionem superioris. Hinc patet error eorum qui dicunt posse confici in aceto, aut in agresta,in aceto quidem modò sit factum ex vino:in agresta quidem,quoniam est in via proxima ad vinum.

Sed hæc non valent.Nam licet acetum factũ sit ex vino: non tamen est vinum,sed corruptio ac priuatio vini,& non est regressus ad naturam vini(vt docuimus in li.9.Metaph.) q̃ à priuatione ad habitum non est regressus.Similiter licet agresta sit in via ꝓxima ad vinum: non tamen est vinum cũ habeat qualitatem oppositam.Vinum em̃ est virtute calidũ spirituosum,& lærificatiuum cordis.Acetum autem est frigidum virtute,similiter & agresta.

Tu tñ aduerte,q̃ dummodò in agresta incipiat vinum apparere,& fm gustum habere saporem vini, vt quando vua mollescit,& dr̃ semimatura: de liquore tali potest confici

sacramen

ſacramentum,quoniã tunc non purè agreſta, ſed vinũ acidum eſt:tamen non eſt ponendum in vſu propter reuerentiam ſacramenti. Idem dico de vino,cùm eſt in via ad acetum.Hæc de materia huius ſacramenti dicta ſint.

CAPVT IIII.

De forma huius ſacramenti.

IN c. 4. agendũ eſt de forma huius ſacramenti.Et hic duo agenda ſunt:primò,quæ ſit mera forma, ita ꝙ ſine ea non fieret conſecratio.Secundò,ſoluentur quædam dubia.

Quantũ ad primum aduerte quòd præciſa forma verborum reſpectu conſecrandi corporis eſt hæc, Hoc eſt corpus meum:Hac enim præciſè conſecrauit Chriſtus. Vnde verba præcedentia, ſcilicet, Accipite & comedite,ſpectant ad vſum ſacramenti.& non ad formam conficiendi:ſimiliter ly Enim,non eſt de eſſentia formæ:quoniã nec Chriſtus apoſuit,vt patet Matt.c.6.& Luc c.22.& Pau.1.ad Corin.cap. 11. forma autem verborum ſanguinis conſecrandi præciſa eſt hæc. Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei,qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.Et pro notitia horum aduerte,ꝙ licet omnia verba hæc non legantur ſeriatim in aliquo Euangelio:tamen credendum eſt eccleſiã ea recepiſſe ex ſpeciali traditione Domini ad diſcipulos, quod patet ex doctrina Pau.1.ad Cor.ca.11.Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis quia Dominus,&c.Et quoniam talis forma verborum vehementer impreſſa fuit in Diſcipulorum cordibus, tum ex traditione viua voce Chriſti, tum ex vſu ſic conſecrandi: ideo non eſt adeo diligenter ab Euangeliſtis ſcripta,ſolent enim notiſsima & vſu firmata, ſummatim & compendiosè ſcribi. Et ſic per ſucceſsiuas traditiones, eccleſia catholica cum hac forma conſecrat ſanguinem.Et id quidem conſonum eſt,quoniam ſicut non eſt eccleſiæ inſtituere ſacramẽtũ,ſic nec formã,ſed ſolius Chriſti.à quo ſolo ſacramenta trahũt virtutẽ,& ideo credendũ eſt vt diximus.

Quantum ad ſecundum duo dubia ſoluenda ſunt.

Primum eſt,Si ſolis verbis conſecrationis poteſt hoc ſacramentũ confici,relictis omnibus præcedentibus & ſequẽtibus,quæ dici conſueuerunt in miſſa,& relictis veſtibus ſacerdotalibus & calice conſecrato & quibuſcunque aliis.

Reſpondetur quòd ſic, quoniam dũmodò ſeruetur modus & forma, quibus primus ſacerdos Chriſtus conſecrauit,hoc ſacramentum conficitur. Conſtat autẽ ex Euãgelio & ex doctrina Pau.1.ad Cor.c.11.quòd Chriſtus abſque apparatu, quo nunc vtitur eccleſia ſola benedictione & prolatione verborum conſecrationis ſuper panem & vinũ conſecrauit.Vnde hæc eſt miſſa eſſentialiter. Cætera autẽ ſunt ad reuerentiam ſacramenti,ad diuinam laudem, & ad doctrinam fidelium,ad orationem, ad deuotionem ab eccleſia inſtituta.

Tu tamen aduerte,ꝙ licet ſacerdos ſolis verbis conſecrationis conſecraret.Peccaret tamen grauiſsimè,ſi reliqua relinqueret quæ dicuntur in miſſa,& ſacras veſtes,& vaſa cõſecrata & locum debitum,putà altare ſaltẽ portatile, quoniam ſic inſtituit & præcepit eccleſia.Vnde ſi quis deprehẽderetur his non obſeruatis conſecrare degradandus eſſet, quoniam præſumitur contemptor, & inobediens eccleſiæ.

Secundum eſt,Si in aliquo mutata forma verborum conſecrationis. V. g. Si minueretur vel adderetur vel mutaretur, vel truncatè pronunciaretur aliquod verbum, vtrum hoc ſacramentum conficeretur.

Reſpondetur,Si minuens,aut addens, &c. intendit contemnere formam inſtitutã, aut inducere hæreſim non conſecrat propter deprauatam intentionem, Sicut etiam diximus ſuprà de Baptiſmo.Si non contemnit, nec intendit per talem alterationem inducere hæreſim, adhuc diſtingũitur, quoniam aut ex tali variatione verborum ſtat ſenſus formę & ſententia inſtituta à Chriſto, aut non, ita quòd & ſeries & ſententia verborum, & totius orationis variatur, putà ſi quis dicat conſecrans, Hoc non eſt corpus meũ,vel ſic,hoc eſt ſignum corporis mei, vel ſic, hoc fuit vel erit corpus meum. Vel ſic, Hoc eſt corpus meum,& per meum non intendit corpus Chriſti,in cuius virtute,& authoritate conſecrat,ſed intendit orpus ipſius celebrantis.Si ſic,non conficitur,quoniam celebrans non eſt conformis in intentione cum primo inſtituente.Intendit enim Saluator non negatiuè,ſed affirmatiuè,nõ in præterito, vel in futuro,ſed de præſenti conuerti panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum. Si autem ſtat ſenſus & ſententia verborum quem intendit Chriſtus, cum tali variatione verborum conficitur. V. g. Conſecrans dicit, Meum eſt hoc corpus, vel ſic, Hoc certè meum eſt corpus,vel ſic,Amẽ dico vobis, qm̃ eſt hoc corpus meum.Vel ſi in quocunque vulgari vel altè proferantur & non ſecretè.Nam licet eccleſia quancunque variationem ꝓhibeat,propter reuerentiam, & authoritatem primi inſtituentis:& ne paulatim fiat lapſus in errorem, & qui variatione formæ quocunque modo faciat grauiſſima peccet agens contra inſtitutum eccleſiæ,cui obligãtur obedire:tñ conficit qm̃ nõ variatur ſenſus verborum primi inſtituentis:Neque enim attendendum eſt ad formam & modum ſermonis:dummodo ſenſus integer permaneat.Hęc de forma huius ſacramenti dicta ſint.

CAPVT V.

De miniſtro huius ſacramenti.

IN 5. c.agendũ eſt de miniſtro huius ſacramenti.Et hic duo agenda ſunt.Primò,ꝙ ſolus ſacerdos põt hoc ſacramentũ conſecrare:& non inferior eo ſiue laicus ſiue eccleſiaſticus ſit.Secundò, ſoluentur duo dubia.

Quantũ ad primũ aduerte,ꝙ vt habemus de cõſecr.diſt. 2.c.Tribus gradib.cõmiſſa ſunt ſacramenta diuinorũ ſecretorum,id eſt,corporis & ſanguinis Domini:presbytero, vt cõficiat, diacono,& miniſtro vt cuſtodiant:& cõſonat primę inſtitutioni.Nam Chriſtus in cœna cũ 12.Apoſtolis recubuit,quibus ſuccedũt ſacerdotes,& non alius gradus inferior:& his tantũ dixit,Hæc quotieſcunq; feceritis,id eſt,cõſecrabitis in mei memoriã facietis.Solis ergo ꝑſbyteris hãc virtutem & authoritatẽ dedit.Et aduerte ꝙ ſacerdos tã bonus quã malus ẽtſi ſit hæreticꝰ cõſecrare põt,modò ſeruet formã inſtitutã in eccleſia catholica & intentionem habeat conſecrandi,aliter nõ:nec obſtat ꝙ ſan ſacros canones ꝓhibitum eſt ſacramẽta recipere ab hæreticis,ſi moniacis,ſchiſmaticis,fornicarijs.Hoc ẽm̃ non ꝓhibetur eò ꝙ non conficiant,ſeruata forma eccleſiæ & intentione conſecrandi:ſed quia ſcandalum pariunt in mente fidelium recipientium ſacramenta,de manu talium.Sed de hoc diffuſius acturi ſumꝰ cum reprobabimus Lutherum. *Solus ſacerdos conficere poteſt hoc ſacramẽtum.*

Quantũ ad ſm̃ aduerte duo dubia:primum eſt, an liceat non ieiuno ſumere hoc ſacramentum,vt putà infirmꝰ poſtquàm prandiũ fecit,aut medicinale ſumpſit. Similiter ſi ſacerdos non ieiunus conſecrare poteſt,& ſumere.

Rñdetur:ex prima inſtitutione non ꝓhibetur non ieiunꝰ celebrare & ſumere:& non ieiuno dare.Nam Chriſtus nõ ieiunus,ſed cœnã cũ 12.conſecrauit.& dedit eis, & dans illis authoritatẽ nõ limitauit tẽpus,neq; horam,neque diẽ, neq; noctem,ſed ſolũ ꝙ hoc facerent in eius memoriam.Ex inſtituto autem eccleſię ꝓpter reuerentiam,maioremq; celebrãtis ac ſumẽtis diſpoſitionem,& eleuationẽ mentis, prohibitum eſt,vt legimus de conſecra.diſ.2.c.liquidò apparet. In quo declaratur,ꝓpter quid Dominus Apoſtolis in cœna hoc ſacramentum dedit:& ꝓpter quid eccleſia inſtituit non niſi à ieiunis ſumendum,& Apoſtoli tradiderunt ac inſtituerũt hoc idem.Vñ Pau.1.ad Cor.c.11.redarguit eos, eò ꝙ in meas ſuis ſacramentum hoc immiſcebant. Tu igitur aduerte, ꝙ ſi quis nunc non ieiunus cõſecraret & ſumeret, vtique ſacramentum eſſet,ſed grauiſsimè peccaret agens cõtra inſtitutum vniuerſalis eccleſiæ.Similiter intellige de laico ſumẽte non ieiuno,niſi cauſa mortis.

Secundum eſt,Si celebrans in loco non ſacro, nec ſuper altare,nec in vaſe ſacro,nec in veſtibus ſacris, conficit hoc ſacramentum.

Rñdetur vt ad primũ,ꝙ vtiq; conficit qm̃ Chriſtus in prima inſtitutione nullis his ſolemnitatibꝰ,& ceremonijs vſus eſt,nec de eis determinauit.Verũ propter inſtitutũ eccleſiæ de prędictis ſeruandis, cui obligatur celebrans deferre & obedire: peccat mortaliter ſi aliter facit, & hoc vide per totum in de conſecra.diſ.1.Hæc de Euchariſtię miniſtro dicta ſint.

CAPVT VI.

Diluuntur obiecta quæ contra hoc ſacramentum inferri ſolent.

IN cap.6.reſoluenda ſunt nonnulla dubia contingentia in hoc ſacramento:quorum quædam ſunt ex parte corporis Chriſti conſecrati ex pane,quædam ex parte recipientium.

Ex parte corporis Chriſti conſecrati duo ſunt. Primò, Quæritur qualiter poſt fractionem factam in ſpeciebus panis,totus Chriſtus ſit ſub qualibet particula:ſicut totus fuit ſub tota hoſtia.

Reſpondetur ,Hoc tranſcendit cognitionem ſenſuum & ibi opus eſt integra fide: quoniam ex ſenſatis hæc poſſi-

bilitas demonſtrari non poteſt. Propterea Chriſtus Ioannis c.6. vbi de hoc ſacramento loquebatur, nullam rationem adduxit, ſed fidem tãtùm requiſiuit. Vnde quoſdam arguit dicens, Sunt quidam ex vobis qui non credunt: & cantat mater eccleſia, Præſtet fides ſupplementum ſenſuum defectui. De integritate Chriſti ſub omni particula: vide in de conſecr. diſt. 2. c. Inuitat: & qui manducat & ſinguli: & vbi pars eſt. Apud Theologos datur exemplum de imagine in ſpeculo, quæ in ſpeculo integro apparet integra vna, & in ſpeculo fracto, nõ apparet fracta: neque diuiſa in partes prout diuiſę ſunt partes ſpeculi: ſed in omni parte apparet integra: Sic & Chriſtus qui eſt imago patris: ſub hoſtia integra ſtat totus & indiuiſus: & ſi frangitur, ſtat totus ſub qualibet parte. Hoc exemplum deficit in hoc, quòd licet in omni parte ſpeculi fracti appareat integrat imago non tamen eiuſdem magnitudinis. Nam ad ſenſum patet ꝙ in toto ſpeculo integro apparet maior. Et ſi frangatur in partes inæquales: in maiori apparet maior & minor in minori. Et poteſt pars ſpeculi eſſe adeò parua ꝙ nihil repræſentat. Nõ ſic autem contingit de corpore Chriſti ſub qualibet hoſtiæ particula: quoniam cùm idem corpus conſecretur quod fuit in cœna & in cruce eiuſdem quantitatis eſt in tota hoſtia & in omni parte diuiſa: ſiue magna, ſiue parua, licet non per modum quantitatis, ſed ſubſtantiæ, vt declarant Theologi in 4. Sententiarum.

Secũdò quæritur, ſi corpus Chriſti cùm recipitur intrat in ventrem vel non. Si ſic: quandiu ibi permanet.

Reſpondetur, Hîc diſtinguitur de ventre, quoniam vnus eſt ſuperior: & hic eſt in quo ſunt mẽbra vitalia, ſcilicet ſtomachus, hepar, pulmo, & cor. Alter inferior: in quo ſunt inteſtina ſiue viſcera, & dicitur aluus. Omnes Theologi concordant ꝙ non intrat in vẽtrem inferiorem: quoniam ſtante homine ſano, nullus cibus, neque potus illic recipitur: niſi cibus digeſtus ſit in ſtomacho: & purum ſeparatum ſit ab impuro vt docuimus in ſecundo de Anima: in Tract. de potentiis vegetatiuis. Et purum tranſit in ſubſtantiam: impurum autem deſcendit à ſtomacho in aluũ: & in ſeceſſum tendit. De ventre autem ſuperiori, id eſt de ſtomacho: eſt duplex opinio. Quidam dicunt ꝙ non intrat, nec permanet in ſtomacho etiam ſtantibus ſpeciebus panis & vini: ſed tãtùm in ore, ita quòd ſtatim cum degluditur deſcendentibus ſpeciebus in ſtomacho, corpus Chriſti deſinit eſſe ſub ſpeciebus, & tranſit in mentem. Et iſti fundant ſe ſuper Auguſtinum dicentem in quodam Sermone de euchariſtia, Quandiu eſt in ore, tandiu eſt in mente, nec datur in ſeceſſum: ſed rapitur in exceſſum.

Quidam verò dicunt, quòd intrat in os & in ventre ſuperiori, id eſt, in ſtomacho, & tandiu ſub ſpeciebus permanet, quandiu ſpecies ſeruantur in eſſe: corruptis verò ſpecie bus, deſinit ibi eſſe: non per corruptionem, & non eſt requirendum niſi in cęlo. Et idem accideret ſi diu ſeruaretur in pyxide, ita ꝙ aut humiditate loci, aut vermiculis, aut formicis, vt aliquando accidit corrumperentur ſpecies. Tũc enim corruptis ſpeciebus deſinit illic eſſe ſacramentum. Et hæc opinio verior habetur, & ſacri Theologi communiter illi adhęrent. Et confirmatur dupliciciter. Primò dicit Seruator Ioan. cap. 6. Niſi manducaueritis carnem filij, & biberitis, &c. Sed ſumere cibum, aut potum in ore, & non mittere in ſtomachum, non eſt ſimpliciter manducare: ſed tantum guſtare, ergo de intentione eius eſt quod caro, & ſanguis eius ſub ſpeciebus panis & vini deſcendunt in ſtomachum.

Secundò, eccleſia vanè inſtituiſſet quòd poſt communionem abſtineamus à comeſtione alterius cibi per notabile temporis ſpacium, ſcilicet, quandiu verisimile eſt ſpecies non eſſe corruptas in ſtomacho. Nã ſi tandiu eſt corpus ſub ſpeciebus, quandiu eſt in ore, & ſtatim ꝙ ſpecies deglutiuntur definit ſub illis eſſe corpus: ſufficeret abſtinere per ſpacium vnius credo, præcipuè ſtante palato bene diſpoſito & non exiccato. Relinquenda eſt ergo prior opinio: nec verbum Aug. fauet illi. Non enim intendit negare quin intret in ventrem, id eſt, in ſtomachum, ſed negat quòd traiiciatur in alimentum corporis, & quòd decoquatur in ſtomacho, & pars purior tranſmittatur ad membra in reſtaurationem de perditi: impurior autem mittatur in ſeceſſum. Hoc inquã negat Aug. Nam ſic opinari, & cogitare nephas & nephandiſsimum. Et hic fuit carnalis ſenſus eorum qui audientes Seruatorem dicentem Ioan. c. 6. Niſi manducaueritis carnẽ meam, &c. ſcandalizati ſunt & abierunt retrorſum dicentes. Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire? Ex parte autem recipientium laicorum, inſurgunt dubia.

Num liceat exiſtenti in mortali peccato ſumere hoc ſacramẽtum.

Primò, Si licet alicui exiſtenti in peccato mortali ſumere hoc ſacramentum.

Reſpondetur, Qui eſt in peccato mortali aut ſcit ſe eſſe in tali ſtatu, aut non ſcit, licet ſit. In primo caſu nõ licet imò peccat mortaliter, cùm ſciat ſe eſſe indignum, & iudicium ſibi manducat & bibit, vt inquit Pau. 1. ad Cor. c. 11. In 2. caſu ſi facto conſcientiæ ſcrutinio non poteſt comprehendere ſe eſſe in peccato mortali, & tñ fortè eſt: qm̃ vt inquit Dauid in Pſal. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me Domine: excuſatur ſi communicat. Nam ſecundum Pau. 1. ad Cor. c. 11. ſufficit ꝙ homo ſeipſum probet: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: aliter nullus quantumcunque bon⁹, præſumeret communionem ſumere: qm̃ licet nihil ſibi conſcius eſſet, tamen in hoc iuſtificatus non eſt: vt inquit Pau. 1. ad Cor. c. 4.

Num petenti cõionem ſi ſit mortali obnoxi⁹ debeat ſacerdos dare euchariſtiam.

Secundò, Si licet ſacerdoti dare ſacramentum exiſtenti in peccato mortali, & petenti ſibi dari & tamen ſcienti ſe eſſe in tali ſtatu.

Reſpondetur, Ille qui petit exiſtens in peccato mortali: & ſcit ſacerdos ipſum in tali ſtatu, aut eſt ſecret⁹ peccator, aut publicus. Si ſecretus, ſacerdos non debet ſibi negare, ſi petitur in publico, licet petens mortaliter peccet, qm̃ ſiue ſecretus, ſiue publicus in peccato coram Deo indignus eſt, ſacerdos tamen non debet negare ſi petens non acquieſcit ſacerdoti exhortanti ne petat: quoniam non licet ſibi publicare peccatum ſecretum propter famam ꝓximi. Vnde nec ſeruator negauit Iudæ communionem: licet iam determinaſſet in corde ſuo tradere eum, quoniam adhuc ſecretus erat. Si autem exiſtens in peccato mortali, & ſecretus ſecretè petat communionem, ſacerdos debet ſibi negare, quoniam non dat ſibi occaſionem committendi aliud peccatum mortale, nec minuit famam ſuam. Si autem peccatũ ſuum ſit publicum, publicè negare debet: ne detur populo occaſio ſcandali. Vnde in de conſecra. diſt. 2. c. Pro tua dilectione, determinatur non dandam communionem Mago & omni alij exiſtenti in mortali peccato notorio, quales ſunt publici vſurarij, adulteri, fornicarij, & meretrices & hiſtrio nes.

Num exiſtẽti in peccato & petẽti cõmunionẽ liceat dare hoſtiam nõ cõſecratam.

Tertiò, Si licet dare exiſtenti in peccato mortali & petenti cõmunionem, hoſtiã non cõſecratam loco cõſecratæ.

Rñdetur ꝙ non, qm̃ Chriſtus exemplo ſuo hoc non approbat, imò contrarium. Nam corpus ſuum dedit Iudæ, qué ſciebat eſſe in peccato mortali ex determinatione facta de ꝓditione eius. Prętereà talis ſimulatio nihil ꝓdeſſet ſumenti & exiſtẽti ſub peccato mortali: nam ex quo corpus Chriſti petit: & intendit ſumere hoſtiam conſecratam: per eũ nõ ſtat quin accipiat. Vnde æqualiter peccat. Secus autem eſſet ſi ipſe peteret ſibi dari hoſtiam non ϙſecratam ne indignè ſumat corpus Domini, tunc enim ſibi dari poſſet, ita tamen ꝙ talis hoſtia ponatur ſeorſum à ϙſecratis, ne eccleſia decipiatur: dando ei non conſecratam ac ſi eſſet ϙſecrata. Propter eandem cauſam ſacerdos ϙſcius ſibi de peccato mortali, reprobatur, ſi ſimulans ſe celebrando ϙficere ſacramentum, & non ϙficit, decipit enim eccleſiam. Et ideo prohibetur ex ſacro canone, vt legimus extra de celebratione miſſarum ca. de homine. Vbi habetur ꝙ grauiùs peccat qui ſimulat conficere & non conficit quàm qui conficit exiſtens in peccato mortali.

Num polluto ſacerdoti & laico ac mulieri, menſtruata liceat ſumere hoc ſacramentum.

Quartò, Si licet ei, qui nocte pollutus eſt ϙficere hoc ſacramentum, & laico pollnto ſumere: ſimiliter mulieri menſtruatæ.

Reſpondetur, Si talis pollutio contingit ex ſuperfluitate humorum vel debilitate naturæ, vel illuſione non prohibetur conficere neque ſumere, laudabile tamen eſt abſtinere propter ſacramenti reuerentiam. Si autem cõtingit propter crapulam, aut prędecedentem inhoneſtorũ cogitationem & locutionem cum delectatione & aſſenſu, tunc ſi poteſt fieri ſine ſcandalo abſtinere debet, quoniam non eſt immunis à culpa: & ſi non adſit magna neceſſitas, putà quia populus obligatur audire miſſam: & non eſt alius qui celebret. Menſtruata autem non eſt arcenda à communione eo ꝙ paſſio, & pœna ſit hoc pati, & non culpa: propter pœnam autem naturalem, non eſt quis prohibendus à communione. Deus enim ad mentem & non ad immunditiam naturalem corporis reſpicit.

Num qui die vel nocte prædecedente cognouit vxorem poſſit abſque culpa cõionem ſuſcipere.

Quintò, Si quis cognouit vxorem die vel nocte prædecedente, ſuſcipere poteſt cõionem abſque culpa. Similiter ſi obligatur abſtinere à copula in die receptionis.

Reſpondetur, Reddens debitum propter fidem thori, aut exigens propter bonum prolis: non eſt prohibendus abſolutè

absolutè, sed suo iudicio relinquendus: quoniam propter talem copulam tali fine intentam non peccat mortaliter, bo num tamen esset abstinere ex humilitate & deuotione erga tantum sacramentum. Si autem non fine prædicto, sed concitatus concupiscentia & infirmitate carnis, reddit, aut exigit debitum: monendus est vt abstineat, & non est suo iudicio relinquendus, quia non est immunis à culpa, licet non sit clarum de mortali.

Similiter abstinere debent coniugati in die communionis causa reuerentiæ, nisi vterque vel alter esset in periculo adulterandi: & de abstinentia à propria vxore ante sacrã cõmunionem tribus, aut quatuor, aut octo diebus habetur sta tutum in Decr. de conse. dist. 2. c. omnis homo.

Sextò, propter quid non datur laicis sacramentum sub vtraque specie.

Respõdetur id fieri duplici causa pro nunc. Nã in c. seq. ad plenius de hoc dicemus in defensione contra Luther.

Prima causa est imminens periculum effusionis & maximè in tanta multitudine communicãtium: facilius est enim guttam sanguinis cadere quàm particulã hostiæ, quoniam sanguis vt cætera liquida, fluxibilis est: hostia autem solida, in qua partes cohærent & non de facili ab inuicem separantur.

Num dari debeat laicis communio sub vtraque specie.

Secunda est præcedens signum in lege antiqua. Nam in lege qua in sacrificiis offerebãt libamina, de libaminẽ nihil habebant offerentes sed tantum sacerdotes. De sacrificiis autem oblatis partes habebant: vt ergo congruat veritas si gno, solus celebrans sacerdos sub vtraque specie hoc sacra mentum sumit, populus autem tantùm sub specie panis.

Et aduerte ꝙ prima causa est præcipua in hoc, & fuit vnicũ motiuũ, quo instituit ecclesia populum cõmunicandũ tantùm sub specie panis, ne sanguis effunderetur. Vnde Grꝛci qui sub vtraque specie laicos communicant propter euitandum effusionis periculum non dant seperatim corpus, deinde sanguinem: sed simul, scilicet, corpus cum sanguine, sicut sumit sacerdos tertiam particulam hostiæ in calice. Hæc de præsenti c. dicta sint.

CAPVT VII.

Lutheranorum diluuntur dogmata contra hoc sacramentum.

IN ca. 7. defensandum est hoc sacramentum contra Luthe. qui etsi recipiat ipsum cum baptismo, tamen in pluribus damnat ecclesiam, quæ obseruat & docet & credit, quæ Luther. damnat, & respuit, ac contemnit. Sunt autem quatuor principaliter.

Primum est, ꝙ damnat & arguit de ignorantia doctores Theologos modernos, quos scholasticos vocat, atque plures pontifices in multis suis Decretalibus: eò ꝙ falsè exponant. c. 6. Ioan. in Euang. Dicit enim Luth. c. illud omninò seponendum est: quoniam nec syllaba quidem de hoc sacramento loquitur. Et si dicas ꝙ in dict. c. inquit Seruator, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, Ego sum panis vitæ: patres vestri manducauerunt manna & mo. tui sunt. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, respondet Luth. dicens, cùm nondum esset hoc sacramentum institutum omnia contenta in dicto c. intelligenda sunt de manducatione spirituali, & non corporali. Cuius signum apparet ex hoc ꝙ Christus in fine eiusdem c. inquit, Verba quæ ego locutus sum vobis, spirit' & vita sũt. Quasi dixerit, Intelligenda sunt spiritualiter. Vnde & Aug. ait, Vt quid paras ventrem & dentem? Crede, & manducasti.

Hæc est prima Luth. impugnatio contra quem sic arguitur: deinde ratiunculæ suæ soluentur. D. Aug. Chrysostomus, Theophilus & Beda, commentantes dictum c. 6. Ioannis prædicta verba de vera & sacramentali manducatione, vt videre poteris in eorum Commentariis. Et isti non sunt moderni Doctores, sed antiqui & Patres primitiuæ, siue benè firmatę ecclesiæ: ergo omnes sunt falsarij, & solus Luthe. verax, & sic magna censetur impietas diuina quæ permisit Euangelij veritatem in primitiua & sancta ecclesia depraui. Quod cùm impium sit credere, non est in hoc audiendus Luthe.

Ratiunculæ verò suæ nullius momenti sunt apud virum bonæ mentis & in lege Euangelica peritum. Quid enim obstat verba illius c. intelligere de manducatione sacramentali: dato quòd institutum nondum esset hoc sacramentum? Nam consuetudo fuit Seruatoris reddere Discipulos suos dociles & cautos prædicens eis magna quæ ipse facturus, aut passurus erat, ne improuisi abirent retrorsum. Vnde prędicebat eis de morte & passione & resurrectione sua, & de dispersione ac persecutione quã passuri erant. Sic & de sacramẽto corporis ac sanguinis sui prædixit, ne in die cœnę scandalizarẽtur, si non fuissent præmoniti. Vnde in eodẽ c. 6. inquit Euangelista, ꝙ multi scandalizati sunt in verbo Christi dicentis, Qui manducat meam carnem, &c. Durus enim hic sermo apparuit eis: & reliquerunt ipsum: Soli autẽ duodecim permãserunt cum Christo. Si ergo solo auditu scãdalizati sunt, quid fecissent in cœna nisi præmoniti fuissent? Putãdum est, quòd eum vt stultum & insanum reliquissent. Nullius ergo momenti est argumentum Luth.

Præterea, adducta, s. Verba quę locutus sum vobis spiritus & vita sunt, in nullo deseruiũt Luth. sed absque ratione ea interpretatur fore intelligenda de manducatione merè spũali. Audiat igitur D. Augustinum. verba ipsa sic exponentem: Verba Christi sunt spiritus & vita, id est non habẽt sensum illum, quẽ carnales Iudæi audientes imaginabantur, vt s. carnem suam in frusta concideret, sicque laceratam daret ad manducandum. Verum intendebat corpus suum indiuisum incorruptum diuino verbo vnitum, dare ad manducandum. Quæ manducatio in comparatione illius quam imaginabantur rudes Iudæi, spiritualis est & sacra. Hęc est ex posi tio ad mentẽ D. Aug. & q̃ & Scripturæ sacræ conformis est. Nam & Pau. 1. ad Cor. c. 15. loquens de resurrectione inquit, Seminat corpus animale: & resurget corpus spirituale. Certum est autem & impossibile corpus fieri spiritum, nec rem spiritualem, cũ ex natura sua sit quantum. Sed Pauli mens fuit, ꝙ corpus resurgens, adeò perfectum & nobile & clarũ erit, ꝙ in comparatione huius corporis corruptibilis meritò potest dici spirituale.

Præterea, vt quid Luthe. D. Aug. pro se allegat dicentem, Vt quid paras dentem & ventrem? Crede & manducasti: loquitur eñ contra non credẽtem: & tamẽ hoc sacramẽtum sumẽtẽ. Quasi dicat, Nõ ꝓficit tibi mãducatio corporis, nisi credas verum Christi corpus ibi contineri. Vnde manducatio spiritualis quæ stat in fide, supponitur sumptioni corporali, aliter frustrà, imò indignè sumitur: licet autem Aug. dicat contra infidelem de maducatione spirituali præponenda, non tamen dicit hanc solam intentam esse à Christo: Ioan. c. 6. imò Aug. vt recitatur de ꝯsecra. d. 2. c. 1. declarat quomodo Christi verba Ioann. c. 6. non solùm spiritualiter, sed etiam sacramentaliter intelligenda sunt. Vnde verba illa exponens inquit, Spiritualiter ntelligite quæ locutus sum non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, nec bibituri illum sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod commendaui vobis: quasi dicat. Corpus meum non conteretur morsibus, sed integrum sub sacramento assumetis. Patet igitut Luth. leuitas, qui ventosis ratiunculis suis arguit de ignorantia catholicos Expositores: cum ipse eodem morbo maximè laboret.

Addit Luth. & aliam ratiunculam ad propositum suum: quam nolo pterire. Inquit igitur, Cùm Ioan. c. 6. dicat Seruator, Nisi manducaueritis carnem & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis: si intendit de manducatione sacramentali, ergo damnaret oẽs non sumentes hoc sacramentum: quod est impium dicere, quot eñ infirmi, quot infantes, quot absentes damnarentur? Ergo debet totum illud c. de mãducatione spirituali intelligi, quæ ꝯsistit in fide.

Ad id rñdetur ꝙ cũ diuina instituta sint maximè rationabilia: dictum illud Saluatoris intelligendum est remoto legitimo impedimẽto. Quod quidem potest esse duplex. Vnũ ex parte animæ: alterum ex parte corporis.

Ex parte quidem animæ: vt quando quis non habet actũ fidei circa hoc sacramentum. Manducatio enim sacramentalis supponit vt diximus spiritualem, quæ est firmiter credere. Et quoniam infantes, furiosi aut amentes non habent actum fidei circa hoc sacramentum, ideo rationabiliter excusantur ab eius sumptione & manducatione sacramentali.

Ex parte autem corporis impedimentum dupliciter contingere potest: primò, ex latitudine stomachi, aut tali indispositione ꝙ timetur vomitus: aut ex loco, putà quando est in naui, in qua celebrare est prohibitum: aut in locis remotis, in quibus non sint sacerdotes. Tunc enim manducatio spiritualis sufficit. Luth. autem dictũ Seruatoris putat intelligendum absolutè nulla exceptione facta. Propterea hanc suam rationem ita inconsideratè formauit, ideo nullius est momenti. Hæc de primo errore Luth. dicta sint, circa sacramentum Eucharistiæ.

De communione ſub vtraque ſpecie.

Secundò, Luth. conatur multiplici via damnare & reprobare vſum Romanæ eccleſiæ in eo quòd negat laicis communionem ſub vtraque ſpecie: arguit ergo multipliciter.

Primò ſic, Chriſtus dedit ſacramentum Diſcipulis in cœna ſub vtraque ſpecie. Dixit enim, Accipite & comedite: hoc eſt corpus meum. De ſanguine autem dixit, Bibite ex hoc omnes. Quod autem Chriſtus inſtituit & docuit, eccleſia Romana mutare non poteſt.

Secundò ſic, Vtraque, ſpecies in cœna aut data eſt ſolis presbyteris, aut presbyteris ſimul & laicis. Si ſolis ꝓsbyteris: ergo nullam ſpeciem licet dari laicis: non enim temerè danda eſt ei, cui Chriſtus prima inſtitutione non dedit. Si vtranque dedit presbyteris & laicis: ergo eccleſia Romana impiè agit negans laicis ſanguinem, quē eis dedit Chriſtus.

Tertiò, in præcepto Chriſti eccleſia non poteſt diſpenſare, nec illud mutare. Sed Chriſtus præcepit omnibus ſanguinem ſuum bibere. Sic enim inquit, Bibite ex eo omnes, ergo, &c.

Quartò, ſi vna ſpecies ſacramenti negari poteſt laicis: ergo & vna pars pœnitentiæ & baptiſmi: cum vtrobique ſit eadem ratio & poteſtas. Hoc autem impium eſt dicere.

Quintò, ſi eccleſia poteſt negare laico ſpeciem vini: ergo & ſpeciem panis, & ex conſequenti totum ſacramentum: quod eſt contra inſtitutionem Chriſti.

Sextò, ſanguis Chriſti illis negandus non eſt pro quibus effuſus eſt. Sed pro laicis effuſus eſt. Dicit enim Chriſtus, Qui pro vobis & pro multis effundetur, ergo, &c.

Septimò, negare laicis ſanguinem Chriſti, fuit occaſio ſchiſmatis in eccleſia Græca & Latina: ergo peſsimè egit Romana eccleſia id ſtatuere. Sunt enim in hoc optimè excuſati Græci & Boëmi: quoniam obſeruant in ſumptione huius ſacramenti formam inſtitutionis datam à Chriſto.

Octauò, Pau. 1. ad Cor. c. 11. præcepit vtramque ſpeciem debere accipi. Sic enim dicit, Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, id eſt, præcepi vobis. Chriſtus autem voluit vtranque ſpeciem ſumi, vt declaratū eſt: ergo impiè facit Romana eccle. Nec valet inquit Luth. expoſitio cuiuſdā fratris, qui exponit ly, Tradidi, pro permiſi: & non pro præcepi. Conſtat enim ꝙ hoc repugnat intētioni ipſius Pauli. Nam & frequenter vtitur ly Trado, pro præcipio.

Nonò, B. Cyprianus li. 3. in ſermone de lapſis: docet ſuo tēpore, laicos conſueuiſſe vtranque ſpeciem ſumere, & inſuper refert ipſo præſente diaconum quendam puellæ infanti dediſſe calicem domini, & eidem reluctanti infudiſſe ſanguinem Domini, negare ergo vtranque ſpeciem laicis, impium eſt & tyrannicum.

Decimò, concilium Baſilienſe ſtatuit Boëmis licere vtranque ſpeciem ſumere, nec obſtat concilium Conſtantiēſe, quoniam ſunt eiuſdem authoritatis. Si igitur per illud concilium licet Boëmis, cur non & aliis laicis?

Hæc ſunt præcipua, quibus Luth. arguit Romanam eccl. perperam negantem laicis vtranque euchariſtiæ ſpeciem.

His ſuis argumentis non eſt difficile reſpondere. Ad primū conceſſo ꝙ Chriſtus Diſcipulis ſuis, id eſt duodecim Apoſtolis (nā cum duodecim diſcubuit, vnde legimus Mat. c. 26. Veſpere facto diſcumbebat cum 12. diſcipulis ſuis) ſub vtraq; ſpecie ſacramentum dederit, tamen ex hoc non habetur eadem ratio de laicis. Nam Apoſtolis authoritatem dedit conſecrandi ſub vtraq; ſpecie. Sic ēm inquit, Hoc facite in meā commemorationē. Et quoniam ſecundū vtranq; ſpeciem conſecrant: decens eſt vt ſic conſecratū ſumant. Laicis autē conſecrare nō licet: ideo ſufficit, vt ſub tutiori ſpecie ſumant. Attento ꝙ ſub vtraque ſpecie diuiſim ſumpta, totū ſacramentum continetur. Panis enim conuertitur in corpus Chriſti viuum in quo neceſſario eſt ſanguis: nego igitur ꝙ Chriſtus inſtituerit in cœna & docuerit laicos communicari ſub vtraque ſpecie: licet id inſtituerit de Apoſtolis, id eſt, ſacerdotibus ratione prædicta.

Ad ſecundā dico ꝙ ſolis presbyteris vtranque ſpeciē dedit, & nego hanc conſequentiam, ergo nullam ſpeciē licet dari laicis. Nam Chriſtus Ioannis c. 6. iam mentem ſuam declarauerat, non ſolū diſcipulis, ſed & turbis ſequentibus eū: cū dixit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis: & Paulus 1. ad Cor. c. 11. eandē intentionem promulgauit omnibus fidelibus dicens, Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis. Sed Luth. dicet: Si hæc fuit Seruatoris intentio, quare in inſtitutione huius ſacramenti non dedit illud laicis?

Reſpondetur, Chriſtus Deus & homo in cœna ſua ſacerdotes inſtituit. Authoritatem cōſecrandi. teſtamentum ſuū cum eis diſpoſuit ſecreta cordis ſui eis vt filijs reuelauit. Decens autem non erat, vt ad hæc cōmunis & vulgaris turba cōueniret. Nam & qñ transfigurat' eſt ſolos tres ſecum habuit teſtes, ſ. Petrum, Iacobum & Ioannem. Qm̄ igitur diuina opera ordinatiſſimè procedunt, ſapienter quidem diſpoſitum eſt, vt huius ſacramenti author ſolos primos ſacerdotes communicaret. Deinde ſacerdotes laicos. Nam & in mundo intellectuali, Deus benedictus ſolū primam Hierarchiam immediatè illuminat. Et prima ſecundam, & ſecunda tertiam, & tertia nos homines qui tenemus vltimum gradū in genere intellectualium. Sufficit igitur ꝙ Seruator laicos communicandos inſtituerit non quidem per ſeipſum immediatè, ſed per ſacerdotes.

Ad tertiam, nego ꝙ Chriſtus præceperit omnibus bibere calicem ſanguinis ſui formaliter. Nam illud præcepit ſolis ſacerdotib', id eſt 12. Apoſtolis in cœna qñ dedit eis authoritatem conſecrandi. Nam ſubiunxit, Hoc facite in meam commemorationem, Lucæ c. 22.

Ad quartam nego conſequentiam: & nego eandem eſſe rationem in hoc ſacramento & in baptiſmo, & in pœnitentia: qm̄ ſub vna parte non ſtat totus baptiſmus, putà, Ego te baptizo: nec tota pœnitentia quę integratur ex contritione & confeſſione, & ſatisfactione. Verū hic ſub vna ſpecie ſtat totus Chriſtus, qm̄ conſecratur corpus Chriſti viuū, in quo neceſſario eſt ſanguis: quoniam eſt ſedes animæ, quandiu eſt corpori coniuncta.

Ad quintam nego conſequētiam: quoniam licet eccleſia negare valeat laico hanc vel illam ſpeciem, non tñ vtranq;: & ſufficit ꝙ alteram det, putà ſpeciem panis: qm̄ ſub ea ſtat corpus Chriſti viuum: & concomitanter ſanguis: & ſub vini ſpecie ſtat ſanguis viuus: & concomitanter corpus. Non enim eſt ſanguis viuus niſi in corpore viuo: Non dat autē eccleſia ſpeciem vini laico ꝓpter effuſionis periculum, quod etiam ſępè contingeret. Ideo rationabiliter poſtquàm cōfirmata fuit eccleſia, correxit ritum primitiuę eccle. ſicut & plura alia, vt patet in Decretis de conſec. diſt. 2. c. cū omne crimen: & c. relatum eſt nobis: & c. Comperimus.

Ad ſextam dico ꝙ ſufficit eccleſiæ non negare laicis ſanguinem pro omnibus effuſum: ſaltem in ſpecie panis. Nam vt dictum eſt, ſub illa continetur ſanguis cōcomitanter. Impiè autem ageret ſi vtranq; ſpeciem negaret: qm̄ hoc ſacramentum eſt pro omnibus fidelib. ſalubriter inſtitutum.

Ad ſeptimam nego id fuiſſe ſchiſmatis occaſionem præcipuam inter Græcam Latinámque eccle. Nam in hoc velut in alijs multis Græci tolerati fuiſſent: vt ꝙ in fermētato cōſecrarent, ꝙ ſacerdotes haberent vxores. Verū occaſio ſchiſmatis fuit nolle confiteri Spiritum ſanc. à patre & filio ꝓcedere, cum tñ præcipui Grācorum doctores nobiſcum ſentiant: vt Chryſoſtomus, Athanaſius, Cirillus, Didimus, & Epheſini concilij ꝓatres. Et quidem ꝙ hæc fuerit præcipua ſchiſmatis occaſio patet in 6. Decreta. de ſumma Tri. c. fideli ibi, ſed quia nōnulli. De ſchiſmate autem Boëmorū aduertendum eſt, ꝙ non hac de cauſa diuiſi ac reprobati ſunt ab eccleſia, ſed quoniam vt in veris annalibus conſtat, Ioannis Hus hæretici peruerſa dogmata receperunt: inter quæ hæc ſunt prēcipua ꝙ Romanus pontifex non eſt maior in authorithate quàm cæteri epiſcopi: ꝙ ignis purgatorius nō eſt, ꝙ vanum eſt orare pro mortuis. Et hoc fuit inuentum auarorum ſacerdotum: imagines Dei & Sanctorum delendæ ſunt. Mendicantium religiones, dæmones inuenerunt. Auriculares confeſſiones nugę ſunt. Sufficit nanque Deo peccata confiteri, ieiunijs ab eccle. inſtitutis nihil ineſt meriti. Hæc ſunt peruerſa dogmata propter quę ſchiſmatici, & reprobati habiti ſunt. Articulum autem communicandi laicos ſub vtraque ſpecie, dedit Boëmis Petrus quidam Dreſenſis prædicator, fundans ſe ſuper Ioan. c. 6. & Paulum 1. ad Cor. c. 11. inferens eccleſiam Romanam agere contra euangelicā & Pauli doctrinam. At non ſic eſt: qm̄ totum ſacramentum quod ſub vtraque ſpecie diſtinctè continetur, dat virtualiter totū ſub vna ſpecie, vt declarauimus. Propter hunc igitur articulum non ſunt principaliter reprobati, ſed ſimul cū prēcedentibus.

Boëmorum hæreſes.

Ad octauam nego, quòd Paulus Corinthijs prēcepit ſub vtraque ſpecie debere communicari: quoniam ly Tradidi non eſt exponendum pro Præcepi, nec Permiſi, ſed pro Annunciaui, conformiter Iſaiæ capite ſeptimo cum dicit: Quę audiui à Domino Iſraēl Deo exercituum, annunciaui vobis. Annunciauit igitur Paulus Chriſtum inſtituiſſe ſacramentum ſub vtraque ſpecie, non tamen annunciauit Chriſtum dediſſe omnibus ſub vtraque ſpecie. Nam

annun

anunciaſſet falſum,quoniã in cœna ſolos duodecim vt primos ſacerdotes cõmunicauit.Nec eſt verum Chriſtum præcepiſſe omnes fideles communicandos ſub vtraque ſpecie, quoniam eccleſia non ordinaſſet cõtra Chriſti præceptum. Præcepit aũt hoc ſacramentum integraliter ſumendũ,quod vtique totum & integrũ eſt ſub panis ſpecie, vt diximus ſuprà,eò q̃ non datur corpus Chriſti viuum ſine ſanguine.

Ad nonam,vanè laborat Luth. gratis enim concedimus tempore B.Cypr.& illius primitiuæ eccleſiæ hunc fuiſſe ritum, ſed procedente tempore & patrum diligenti conſideratione ritus ille correctus eſt.Nã inconuenientia multa ex indiſcretione,& imperfectione vulgi ſequebantur, quæ in primitiua eccleſia cum adhuc infans eſſet, tolerare oportuit: ſicut & Paulus ſuſtinuit Timotheum circuncidere propter Iudæos,vt legimus in Actis Apoſto.cap.16.ne videretur legem aſpernari. At nunc firmata eccleſia, doctrina,& autoritate plura correxit: quę vtique correctio non eſt contra Euangelicam doctrinam,ſed ſana & rationabilis eiuſdem interpretatio.Stultum ſiquidem eſt opinari Chriſtum voluiſſe illud,ad quod à cõmuniter accidentibus ſcãdalũ ſequitur.Difficillimũ nãque eſſet,imò impoſſibile,talé tantámq; dominici ſanguinis habere cuſtodiã, quin paſſim effunderetur cum ignominia:& adhæreret pannis & mappis ſiue digitis quibus labia tergimus.

Ad decimã,miror Luth. inconſiderationem: qui aſſerit Baſilienſe conciliũ eiuſdem rationis eſſe cũ Conſtantienſi. Nã hoc verũ conciliũ fuit:illud verò conciliabulũ: quoniã nõ ad aliud quã ad veri Pontificis Eugenii IIII. depoſitionem tendere viſum eſt.Nã vt refert Diuus Anton.Floren.archiep.in 2.part.ſummę in titulo de ſuperbia, Baſileæ cõgregatio baſilicũ peperit: præſumens auſu temerario Eugen. IIII.deponere & Amadeũ ducẽ Sabaudię creare Pontificẽ appellatum Felicem:propter quod autoritate Eugen. IIII. diſſolutum fuit concilium illud: quod ante fuerat eiuſdem autoritate firmatum.Non ergo æquiparãda ſunt acta in vero cõcilio actis in illo conciliabulo Baſileę. Rationabiliter igitur patres Conſtantienſis concilij prohibuerunt Boẽmis communionem ſub vtraque ſpecie,& irrationabiliter conceſſerunt qui congregati fuerant in conciliabulo Baſileæ: quoniam non ſpiritu catholico, ſed ſchiſmatico agebantur.

Conſtat igitur ex ſolutionibus prædictis infirmas eſſe Luth. rationes:quibus conatur reprobare eccleſiam Romanam cõmunicantẽ laicos tantũ in ſpecie panis. Sed & ipſe non aduertit quam peſsimè dogmatizat dum ſuggerit & docet poſt formatas ſuprà poſitas rationes,Chriſtum nõ præcepiſſe fidelibus ſuis debere cõmunicari neque in altera,neque in vtraque ſpecie:ſed reliquiſſe arbitrio cuiuſcunque cũ dixit,Quotieſcunque hæc feceritis in mei memoriã facietis.Sed contrà,Si Chriſtus id arbitrio noſtro reliquit, cur Ioannis cap.6.nobis cõminatur dicens,Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis,non habebitis vitã in vobis? Dictũ autem illud, Quotieſcunque hæc feceritis, &c.non deſeruit propoſito ſuo. Tunc enim loquebatur duodecim diſcumbentibus quibus conſecrandi autoritatẽ dedit:ideo dixit,Quotieſcunque hæc feceritis,id eſt,corpus & ſanguinem meum conſecraueritis in mei memoriam conſecrabitis.Hęc de ſecundo errore Luth.contra ſacram Euchariſtiã dicta ſint.

Tertio Luth.inſurgit contra eccleſiã Rom. & doctores doctrinales Theologos:tenent panẽ & vinũ trãſubſtãtiari in corpus & ſanguinem Chriſti.Hunc igitur errorem copẽdiosè adducam ſub certis punctis & reprobabitur.

De modo cõſecrationis.

Primò,tenet in altari remanere poſt conſecrationem panis & vini ſubſtantiam,& non ſolùm accidentia & quòd cũ ſubſtantia panis eſt corpus Chriſti: & cum ſubſtantia vini eſt ſanguis:& non per cõuerſionem, ſed per indiſtantiam ſeu ſimultatem localem:ſicut quãdo ad diſcipulos ingreſſus eſt ianuis clauſis,& quando de virgine natus eſt vtero clauſo:quando igitur ferrum,ſimul eſt ignis & ferrum.

Secundò ad probationem ſui erroris quinque adducit. Primò,quòd nõ eccleſia ſed Thomas Aquinas ſectator Ari. hanc cõuerſionem quã trãſubſtantiationẽ nominat inuenit. Secundò,quòd hæc conuerſio nõ poteſt trahi ex Euangelio Tertiò,quòd eccleſia ſtetit mille ducentis annis ſine poſitione huius conuerſionis.Quartò,fundamenta diui Tho. quæ non ex Euangelio,ſed ex Ariſto. traxit. Quinto declarare contendit quomodo licet panis & vinum non conuertãtur in corpꝰ & ſanguinem Chriſti:tamen hęc eſt vera & credẽda,Panis eſt corpus Chriſti, & vinum eſt ſanguis Chriſti.

Quantùm ad primum inquit Luth. Tandem ſtabiliui conſcientiam meam eſſe videlicet verũ panem verumq́ue vinũ in quibus vera caro,veruſq́ue ſanguis non aliter, nec minùs ſit,quã illi ſub accidentibus ſuis ponunt. Et hoc feci, quia vidi Thomiſtarum opiniones remanere opiniones: ſiue approbentur à Papa,ſiue à concilio, nec fieri articulos fidei. Hæc autem Thomæ opinio adeò ſine Scripturis,ſine ratione fluctuat,vt nec philoſ.nec dialecticã nouiſſe mihi videatur.Quod autẽ non ſit neceſſe talé conuerſionem ponere,declarat ſic Luthe. Cur non poteſt Chriſtus corpus ſuum intra ſubſtantiã panis cõtinere,ſicut in accidentibus? Ecce ignis & ferrum duæ ſubſtantiæ ſic miſcentur in ferro ignito,vt quælibet pars ſit ignis & ferrum.Cur non multò magis corpus glorioſum Chriſti:ſic in omni parte ſubſtantiæ eſſe poſsit?Præterea,Quid dicent de Chriſto,qui creditur natus ex vtero matris illęſo?Dicent fortè & hic carnem illam virginis interim fuiſſe annihilatam,ſiue,vt dicunt,trã ſubſtantiatam.Idem dicendum erit de ianua clauſa, & hoſtio monumenti,perſq́ue illæſa intrauit & exiuit

Hæc eſt Luth.poſitio,quam deſtruere non eſſe difficile apparebit ex ſequentibus.Nam quòd panis efficiatur caro Chriſti deducitur e dicto Ioan. capite 6. Caro mea verè eſt cibus:ergo panis efficitur caro Chriſti:aliter ex pane & Chriſti carne ſimul exiſtentibus: ſecundum Luth. fiet ſicut bolus ex pane & carne,quod imaginari prophanum eſt.

Prætereà,Hic error ante Luth. tempora fuit à nonnullis hæreticis ſomniatus:contra quem ſacri Theologi ſic arguunt,Chriſtus incipit eſſe in ſacramento: ergo vel per cõuerſionem,vel per loci mutationem:non per loci mutationem,quoniam quotidie millies,& millies deſineret eſſe in cælo: quod impium eſt opinari:ergo per conuerſionẽ, ergo non remanet ſubſtantia panis cum corpore Chriſti.

Præterea,Quòd incipit eſſe in loco cũ alio nõ eſt illud, ſed cum illo ſimul.Hęc enim eſt falſa,Hoſtiũ monumẽti eſt corpus Chriſti:ſed hęc eſt vera,Hoc demonſtratũ,eſt corpus meum:ergo panis conuertitur in corpus Chriſti. Has rationes,Luthe.neſciuit,vel neſcire ſe fingit:quoniã eas non ſoluit.Non ergo opinio Thomiſtarum ratione caret.

Quòd autem hęc conuerſio non fuerit Diui Thomæ inuentio manifeſtatur ſic,Diuus Ambro. in lib. de ſacramentis eſt eiuſdem mentis,qui tamen per quingentos annos & fortè plus præceſsit B.Tho.Vide igitur in Decretis,de conſecra.diſt.2.capite Re vera: quod totum acceptum eſt ex præfato Ambroſij libro.Vide & cap. Panis in altari: quod ex eodem libro.tractum eſt. Vide cap. ſub figura, extractum ex Augu.doctrina.Vide cap.Quia corpus aſſumptũ. Et eſt Euſebij Nicęni ſententia. Vide cap. Septies & ſimilitudo illarum rerum. Et eſt B.Gregorij in homelia paſchali.Non ergo diui Tho.fuit inuentio huiuſmodi conuerſio,ſed antiquorum Patrum firma ſententia. Eſt tamen verũ quòd Diuus Thom.& alij doctrinales Theologi, declarare ſtuderunt quã vera & fundata fuerit Patrum ſententia: trahentes ad ſuum propoſitum contra hęreticos veram philoſophiam veramq́ue dialecticam,quas Luth.reſpuit ne fortè illuminetur.

Nunc autem intueri licet,quàm leuiter ſe habeat in probanda poſiione ſua. Nam ſimilitudines ab eis adductę: ꝓpoſito ſuo non deſeruiunt. Et illa quidem de ferro ignito penitus falſa eſt.Neque enim naturaliter poſsibile eſt duo corpora eſſe ſimul,propter diſtinctionem dimenſionum ex ſitu:Nam ſi ſimul,id eſt,in eodem loco eſſent duo corpora: iudicarentur eſſe vnũ corpus,Igitut Luth. rudis eſt philoſ. ſi credit in ferro ignito, & ferrum & ignem ſimul eſſe. Non ſic eſt, ſed eſt ferrũ ſolum ſecundum ſubſtantiam, ſub intenſsimo calore ſibi impreſſo ab igne. Et ſi materię ferri ineſſet forma ignis,iam ceſſaſſet ineſſe forma ferri: quoniã duę formę ſpecificę diſparatę non ſe conpatiuntur in eadẽ materia: ſicut nec duo accidentia contraria in eſſe perfecto in eodem ſubiecto.

Prętereà,Simultas corporis Chriſti naſcentis cum vterò matris virginis,& cum ianuis clauſis,& cum hoſtio monumenti non proſunt Luth.in hoc propoſito. Nã ſi non aliter eſſent ſimul ſubſtãtia panis & corpus Chriſti in altari, quã corpus Chriſti cum prædictis,Sicut hęc nõ eſt vera, Vterus Virginis eſt corpus Chriſti naſcentis, & ſimiliter iſtę ſunt falſæ,Ianua eſt corpus Chriſti:& hæc,Hoſtium monumenti eſt corpus Chriſti:ſic hæc eſſet falſa,Hoc eſt corpus meũ: quod contradicit Euãgelio Matt.ca.26.& Pau.1.ad.Cor.11.

Improbata modo poſitione Luth. conſideremus pauliſper fundamenta ſua debilia,quæ ſunt quinque.

Primum eſt,quòd Thom. non vt diuinus Theolo.ſed vt imbutus vana philoſ.Ariſto.hanc conuerſionem quam tranſubſtãtiationem appellat, ſomniauit. Inquit Igitur, Tranſubſtantiationem verò diuina poteſtate factam cùm non ſit neceſſe poni,pro figméto humanæ opinionis debet haberi: quòd nulli rationi,nulli ſcripturæ nititur. & infrà, Si ideo tranſubſtãtiatio ponenda eſt,ne corpus Chriſti de pane verificetur,cur etiã nõ ponitur tranſaccidentatio : ne corpus Chriſti de accidente verificetur.Nam idem periculum manet ſi per ſubiectum quis intelligat,hoc album,hoc rotundũ eſt corpus meum.Sed fortè dices,Nolo ſubiectũ ſupponere pro accidente in hac propoſitione,Hoc eſt corpus meũ. Cur ergo non eadẽ facilitate tranſcendis ſubſtantiam panis,vt & illam nolis accipi per ſubiectũ:vt nõ minus in ſubſtantia quàm in accidẽte,ſit,cùm diuinum illud ſit opus & omnipotentis virtutis:quæ tantũ & taliter in ſubſtãtia:quãtum & qualiter in accidente operari poteſt.

Cur in hoc ſacramento non fit tranſaccidentatio, ſicut trã ſubſtantiatio.

Ad hæc reſpondetur,& primò falſum eſt diuum Thomã vt ſectatorem Ariſtotelis hanc tranſubſtantiationem inueniſſe.Nam in tota Philo.Ariſto.non inuenies, nec ſi propoſuiſſet quis Ariſto.eã non accepiſſet:quoniam non nouit niſi creationem,quę eſt ex nihilo:licet & plures Peripatetici præcipuè Auer.in 8.Phyſ.& in 12.Metaph.Ariſt.non accepta re creationem aſſerant:quoniam apud ipſum omne quod fit ex aliquo fit.ex 1.Phyſi.& omni motui ac mutationi ſuppo nitur ſubiectum.Diuus igitur Tho.vt verus Theol. aduertens totam ſubſtantiam panis conuerti in ſubſtantiam corporis Chriſti,propriiſſimè dixit ibi fieri tranſubſtantiationem,id eſt,tranſitum ſubſtantiæ in ſubſtantiam,ſtantibus accidentibus per diuinam virtutem.

Quod autem dicit Luth.hãc tranſubſtantiationem non eſſe neceſſariã,ſed figmentum,ſi Diui Ambro.meminiſſet,reuerentiùs ſe haberet.Nam vt habemus de conſec. diſt.4. ca. re vera:Diuus Ambro.inquit,Chriſti corpus ex pane creari quod vtique falſum eſſet ſumpto Creari propriè, neceſſe enim eſſet panem annihilari. Quod igitur D. Ambro. impropriè dixit creari Beat. Thom. & cæteri doctrinales Theol.dicunt tranſubſtantiari,id eſt,ſecundũ totam ſubſtãtiam conuerti in corpus Chriſti.Ergo, vt ſuprà deduximus ſi corpus Chriſti non incipit eſſe in altari per loci mutationem,conſequens eſt vt ſit per ſubſtantialem conuerſionem panis in ipſum:nõ igitur hoc eſt figmentum, nec humanum inuentum:ſed veritas Scripturæ & ratione firmata.

Ad illud quod quęrit Luth.cur non ita ponitur tranſaccidentatio ſicut tranſubſtantiatio:reſpondetur id eſſe quia ex hoc quòd conuertitur ſubſtantia in ſubſtantiam, non occupatur locus:ſubſtantia enim vt ſubſtantia eſt indiuiſibilis eſt:nec dimenſionatur:nec habet parté extra partem niſi per quantitaté naturæ poſteriorẽ ſubſtantia. Quantitas autem continua & diméſiua qualis eſt in pane & in corpore Chriſti locũ occupat:& vnumquodque eſt in loco ratione ſuæ quantitatis.Igitur ſi quantitas panis tranſmutaretur in quãtitaté corporis Chriſti:profectò eſſet inaſſumptibilis,niſi in fruſta ſecaretur vt in macello quod impium eſt imaginari. Similiter ſi figura panis verteretur in figurã corporis Chriſti horridum eſſet & inhumanũ illud aſſumere. Et ideo ſapientia diuina ſapientiſſimè diſpoſuit,hãc conuerſionẽ fieri ſolum ſecundũ ſubſtantiam:quæ vt ſic nec locũ occupat, nec ſenſum immutat.Conſideret igitur Luth. quàm rationabiliter ſeruatur in hoc ſacramento tranſubſtantiatio & nõ tranſaccidentatio.

Ad illud quod dicit,Cur ergo non eadẽ facilitate, &c. reſpondetur, Admiranda eſt ignorantia ſua. Credit enim cùm dicitur.Hoc,eſt corpus meum,ly Hoc, neceſſariò ſupponere pro accidentibus,aut ſubſtantia panis,quod nõ arbitramur.Scimus enim ſtultum eſſe credere,Hoc album circulare vel ſubſtantiã panis,quę eſt corruptibilis, & in animata,eſſe pretioſum animatũ & incorruptibile corp' Chriſti.Verùm nos tenemus ſic exponendum, Hoc contentum ſub his accidentibus,eſt corpus meum:& hoc fit per verba conſecrationis.Nam ante conſecrationem contentum ſub his accidentibus non erat Chriſti corpus,ſed panis ſubſtantia,quæ vertitur in ſubſtantiam Chriſti coporis accidentibus conſecrationis verbis. Illa ſiquidem verba ex virtute eis collata à Chriſto:non ſolum ſunt ſignificatiua, ſed etiam effectiua huius ſacramenti.Conſtat igitur inſtantiam Luth.nullius eſſe roboris.

Quantùm ad ſecundũ aduerte quòd Luth. conatur ſuadere hanc conuerſionẽ,non poſſe trahi ex Scriptura Euangelica.Euangeliſtæ clarè ſcribunt Chriſtum accepiſſe panem & benedixiſſe,& liber Actuũ Apoſtolorum, & Paulus 1.ad Cor.c.11.panẽ deinceps,id eſt,poſt benedictionẽ appellat,Igitur oportet verum intelligi panẽ, verumque vinum ſicut verum calicem.Non enim tranſubſtantiari calicẽ dicunt.Conuerſionem ergo illam,vt figmentum inuentionis humanę reiicimus.Hæc ille.

Ad hoc reſpondetur,Luth.mentẽ Euangeliſtarũ imperfectè adducit.Verũ quidẽ eſt,quòd Chriſtus accepit verum panẽ,& verũ vinũ,& benedixit,& vſque hic ſtat ſubſtantia panis & vini.Sed cùm intulit,Accipite & manducate, hoc eſt corpus meũ:conuerſio facta eſt,& peracta conuerſione, Chriſti corpus efficitur panis : non qualis ante, ſed panis viuus,vt ipſe inquit Ioã.c.6.& qui mãducat hũc panẽ viuet in æternũ.Eſto igitur q̃ Euangeliſtæ, & ante & poſt conſecrationẽ appellent panẽ,ex hoc non ſequitur,quin fiat cõuerſio.Nã ex Euãgelio habetur,Hoc eſt corpus, quod non poteſt verificari niſi data cõuerſione,vt deduximus ſuprà, & iterum docebimus infra.

Sed dices.Si poſt conuerſionẽ non ſtat panis, neque vini ſubſtantia,propter quid Euãgeliſtæ poſt conſecrationem &, Paulus nominant hoc ſacramentum, panem & calicem vini,cum re vera non ſit ibi panis nec vinum?

Reſpondetur,hoc ideo factũ, ne fideles ſcandalizarentur in verbo:ſicut & plures ſcandalizati ſunt,Ioan.capite 6. Cùm dixit eis,Qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ ſanguinẽ in me manet & ego in eo. Hac de cauſa ſub ſpecie panis & vini,& non ſub manifeſta ſpecie carnis & ſanguinis,ſeipſum nobis ad manducandum præbuit.Eadem cauſa diſpoſuit etiam poſt conſecrationem appellari panem: q̃m ſub panis ſpecie corpus ſuũ latet.Vnde B. Ambroſius in lib. de Sacramentis inquit, Illa ſpecies nominatur panis: poſt benedictionem ſignificatur corpus.

Quantùm ad tertiũ aduerte q̃ Luth.reprobat hanc cõuerſionẽ ex eo,q̃ vt inquit,eccleſia mille ducẽtis annis credidit,nec vſquã,nec vnquã de hac tranſubſtãtiatione portentoſo vocabulo meminerunt ſancti Patres : donec cœpit Ariſt.ſimulata Phi.in eccleſia graſſari in his trecentis nouiſſimis annis,in quibus & alia multa perperam ſunt determinata.Quale eſt diuinã eſſentiã non generare, nec generari. Animã eſſe formã ſubſtantialẽ corporis humani:quòd his ſimilia.Quę nullis prorſus aſſerũtur rationibus aut cauſis.

Reſpondetur,Luthe. hîc paucis verbis duo falſa dicit. primò,q̃ eccleſia mille ducentis annis credidit, &c. Hoc manifeſtè eſſe falſum conſtat ex doctrina B. Abro. & Aug. ex quibus habemus terminos ęquipollentes tranſubſtantiationi.Nam in de cõſecr.diſt.2.c.Re vera inquit B. Ambr. Si ergo tanta eſt vis in ſermone domini Ieſu, vt inciperet eſſe quod non erat:quãtò magis operatorius eſt vt ſint quæ erant:& in aliud cõmutentur? Et ſic quod erat panis ante conſecrationẽ,iam corpus Chriſti eſt poſt cõſecrationem: quia ſermo Chriſti creaturas mutat,& ſic pane ſit ex corpus Chriſti:& vinum cũ aqua in calice mixtum fit ſanguis.Hæc B.Ambroſius. Peto igitur à Luth. quomodo Chriſti ſermo mutat creaturã:quomodo ex pane fit corpus Chriſti, niſi mutetur in corpus,Quomodo mutatur, niſi quia ſubſtantia tranſit in ſubſtantiam. Et hæc eſt mutatio, quam nunc vno termino dicunt Tranſubſtantiationem.

Sed fortè quæret Luth.cur antiqui Doctores non vtuntur hoc termino.

Reſpondetur,quia nõ erãt ita doctrinales & formaliter loquentes, vt poſteriores Theologi : & hoc propter veræ philoſ.ac dialecticæ penuriam.Sufficere autẽ debet Luth.q̃ æquipollenter loquebãtur.Nã hæc duo ęquipollent, panis fit corpus Chriſti:& panis tranſubſtantiatur ſiue mutatur ſubſtantialiter in corpus Chriſti.Legat Luthe.dictum Aug. in de cõſecra.diſt 2.ca.Vtrũ ſub figura.Sic ibi inquit, Corpus & ſanguis Chriſti virtute Spiritus ſancti, ex panis & vini ſubſtantia efficitur.& infrà, Sicut Chriſtus eſt qui baptizat,ita ipſe eſt qui per Spiritum ſanctũ hanc ſuam efficit carnẽ:& tranſit vinum in ſanguinẽ. Quæro igitur quid aliud eſt corpus Chriſti effici ex ſubſtantia panis,& vinum tranſire in ſanguinem,niſi mutari ſubiectum in ſubſtantiã. Et hoc eſt tranſubſtantiari ex ſignificato termini. Conſtat ergo hanc ſententiam non introductam in eccleſia Chriſti à trecentis annis nouiſſimis, ſed etiam priorum Patrum firmam fuiſſe mentem & ſenſum.

Sed Luth.dicet,Cũ hic terminus Tranſubſtãtiatio nõ reperiatur in ſacra Scriptura,nec apud antiquiores Theologos,malè egerunt moderni Theologi illum introducere.

Reſpondetur,Si malè egiſſent,malè vtique egiſſet Aug.

Boëtius,Anſelmus & cæteri introducentes in eccleſia nomen perſonæ & ſuppoſiti & hypoſtaſis,& ingeniti in diuina Trinitate,Cùm huiuſmodi nomina non habeãtur in Scriptura ſacra.Sed optimè excuſantur quoniam etſi ipſa nomina formaliter non inueniantur in Scriptura ſacra,eorum tamen ſignificata habentur:eſt enim in diuinis pater ſimiliter & filius naturæ intellectualis indiuidua ſubſtantia & incómunicabilis:ergo eſt perſona & ſuppoſitũ & hypoſtaſis.Probatur conſequentia,Sicut enim à diffinitione ad diffinitum valet argumentum, ſic à ſignificato nominis ad ipſum nomen:nam bene ſequitur,Animal rationale eſt ergo homo eſt.Sic in propoſito,licet apud antiquos Theologos nõ inueniamus hunc terminum Tranſubſtantiatio, habetur tamẽ ſignificatum,ſicut declarauimus.

Philoſophia ſtudiũ quàm ſit vtile.

Quantùm ad illud,quod Luth.inquit,ſimulatam Philoſophiã Ariſto.cœpiſſe graſſari in eccleſia,non eſt audiendꝰ qm̃ paſſione loquitur.Dolet enim hanc Philo.introductam in eccleſ.quia per ipſam potens facta eſt eccleſ.ad contradicendũ hæreticis:& ad ſoluendum eorum ſophiſmata, qđ primi illi patres agere non poterant:vtpotè carentes Philoſo.& Dialectica.Hic eſt Luthe.dolor & amaritudo, & non vera charitas eum mouit.

Secundò,dicit falſum in hoc, quòd eccleſia & Doctores moderni plura determinauerunt abſque ratione: vt quòd eſſentia non generat,nec generatur:& quòd anima eſt forma ſubſtantialis corporis humani.

Eſſentia cum nõ generat, ſed perſona.

Certè ſi hæc tacuiſſet ſapientior & doctior haberetur. Audiat igitur rationem primi,Actio & paſſio ſunt proprietates ſuppoſiti:neque enim homo vt homo comedit,ſed hic vel ille homo:ſuppoſitum autem ſicut indiuiduum incommunicabile eſt,eſſentia vero cõmunicabilis, eſt enim communis tribus:ergo eſſentiæ repugnat generare & generari, quæ ſe habent vt agere & pati.

Aſſerere aũam humanã eſſe formam ſubſtãtialem hominis,non tantum error, ſed hæreſis eſt.

Ratio verò ſecundi eſt hæc,Quocunque principio aliqd operatur formaliter,eo eſt actu,& ab eo habet eſſe,ſiue ſubſtãtiale,ſiue accidẽtale:nã qa ignis operat calore, vt principio formali eo eſt actu calidꝰ:& ab eo habet eſſe calidũ:ſed aĩa homo operatur formaliter,nã per animã vegetatur ſentit, mouetur localiter,appetit & intelligit: ergo per animam eſt actu,& ab ea habet eſſe, non quidem accidentale, ſed ſubſtantiale,quoniam anima eſt ſubſtantia: ſed à quo res habet eſſe ſubſtantiale, illud eſt eius forma ſubſtantialis quoniã forma dat eſſe, ergo anima eſt forma ſubſtantialis hominis.Igitur ſi eccleſia id determinauit,non temerè, ſed rationabiliter id fecit:vt habemꝰ in clementinis, de ſumma Trini.& fide catholica.capit.fidei.Ibi, Quiſquis deinceps aſſerere,defenſare, ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit, quòd anima rationabilis non ſit forma corporis humani, per ſe & eſſentialiter, tanquam hæreticus ſit habendus: ergo non ſine cauſa eccleſia id determinauit: licet quàm plures aliæ & firmiſſimæ rationes ſint ad idem comprobandum tam apud Philoſophum quam apud Theologum:quas & pro nunc prætereo:quoniam hæc impertinentia ſunt præſenti propoſito.

Poſtquam Luthe.fundamenta ſuæ falſæ poſitionis addu xit,quæ iam deſtruximus conatur reprobare fundamenta catholicæ poſitionis de conuerſione ſubſtantiæ panis in Chriſti corpus permanentibus accidentibus.

Tu igitur aduerte,ꝙ eccleſia tenet ꝙ cum in pane ſit ſubſtantia:& eius accidentia,vt quantitas,color,ſapor, odor, &c.non inconuenit conuerſionem fieri ſecundum ſolam ſubſtantiam remanentibus accidentibus.

Contra id arguit Luth.dicens, Quis certò monſtrauit vnquam,calorem,colorem,frigus,pondus,figuras,eſſe accidentia,& non ſubſtantiam?

Reſpondetur,Ipſe vt indoctus monſtrare non poteſt:ſapientes aũt id firmiſſimè monſtrant,ex eo quòd aduertunt huiuſmodi aduenire & recedere à rei ſubſtantia præter eiꝰ corruptionem:ergo ad ſenſum accidentia ſunt etiam ex ipſius termini euidentia.Prætereà,Subſtantia, vt ſubſtantia, non ſubeſt ſenſibus,ſed intellectu apprehenditur:prædictæ verò ſubſunt ſenſibus.Attingit enim viſus colorem, tactus caloré, pondus figuram, guſtus ſaporem, &c.ergo conſtat apud quemcunque verè diſciplinatum quòd ſunt accidentia,& non ſubſtantia.

Secũdo tenet eccleſia ꝙ cũ accidentia panis nõ trãſmutẽtur,neque annihilentur remaneant ſiue ſubiecto poſt conuerſionem ſubſtantię panis in ſubſtantiã corporis Chriſti.

Contra hoc arguit Luth.dicens, Cũ apud Ariſtotelem accidentis eſſe ſit inheſſe,ergo tu ponis & fingis nouum eſſe creati à Deo ipſis accidentibꝰ,ex quo amplius non inſunt.

Reſpondetur,Ipſis accidentibus nõ creatur nouũ eſſe: alioquin non remanerẽt illamet accidentia,ſed remanet in eis illudmet eſſe,ꝙ prius.Mutatur autẽ modus eſſendi. Nã ante conuerſionẽ habebant modũ inhærentis actualiter, poſt conuerſionẽ verò habent modũ per ſe ſtantis, tamen cum aptitudine inhærendi.Et in hoc diſtinguũtur à ſubſtãtia,quæ nec actu,nec aptitudine,eſt apta inhærere.Nõ inconuenit autẽ eãdẽ rei naturam permanere, mutato modo eſſendi,ſeruata aptitudine. Etenim anima intellectiua in corpore habet modum eſſendi materialem, ſeparata verò modũ eſſendi immaterialem,vt intelligentiæ quas dicimus angelos,cum aptitudine tamen informandi corpus,cùm ſit forma ſubſtantialis humani corporis.

Tertiò,Luthe.allegat quaſdã propoſitiones quas ſacris Theolog.& Ariſt.attribuit,quæ tñ,vt ab eo allegantur, ab eis nõ habentur.Inquit igitur Luth.At dicẽt fortè ex Ariſt. docere ſubiectũ & prædicatum ꝓpoſitionis affirmatiuæ debere pro eodẽ ſupponere. Seu vt ipſius beſtiæ,id eſt,Ariſt. verba ponam ex lib.6.Metap.Ad affirmatiuam, extremorũ requiritur compoſitio:quam illi exponunt,pro eodem ſuppoſitionem. Quare dũ dico,hoc eſt corpus meũ:ſubiectum non poſſet pro pane ſupponere, ſed pro corpore Chriſti. Quid hic dicemus quando Ariſto.& humanas doctrinas ita facimus diuinarum rerum cenſores?Cur excluſa hac curioſitate verbis Chriſti ſimpliciter non inhęremus, parati neſcire quicquid ibi fiat contentióque verum Chriſti corpus virtute verborum illic eſſe?Hæc ille.

Reſpondetur,Quantum ad illam propoſitionem, Subiectum eſt prædicatum propoſitionis affirmatiuæ &c.dicimus non eſſe veram vniuerſaliter: vt patet in hac, Nix eſt alba:ſubiectum enim ſupponit pro ſubſtantia, & prædicatum pro accidente in concreto & ideo conſtat quòd non eſt vera vniuerſaliter,ſed ſufficit vel quòd prædicatum idẽ tificetur ſubiecto,vt hîc,Homo eſt animal, Homo eſt rationalis:vel quòd in ſit ſubiecto,vt quãdo formatur ꝓpoſitio affirmatiua in materia contingenti.

Quantùm ad allegationẽ factam ex Ariſt.in lib.6.Metaphy.mirandũ ſatis eſt de Luth.qui in toto ſuo Pręludio ſemel tñ aliegat Ariſto.& aliter quam ſe habeat: nam inquit Ariſtoteles,verum quidẽ eñ affirmationem contradictionis in cõpoſito habet. Relinquo iudicio cuiuſcunque vel leuiter docti quam diuerſum ſit hoc dictum Ariſtotelis ab eo,quod à Luth.allegatum eſt.

Quantùm ad reprehenſionẽ,qua inquit,Quid dicemus, quando Ariſtot.& humanas doctrinas,&c.nolo immorari, eſt enim purus loquens:nec videtur aliud intendere quã fideliũ animos à veritatis cognitione aduertere,dum ab eccleſia verà excludit Philoſo.vt ex hoc de facili decipiãtur ab hæreticis.Nam ſi ſimpliciter hęremus verbis Chriſti, in multos labimur errores. Quomodo enim eſt verum illud, Omne quod intrat per os,in ventrem vadit,& in ſeceſſum emittitur: & quomodo approbatur illud, Si oculus tuus ſcandalizat te erue eũ & proiice abs te?Prætereà, Si nudis Chriſti verbis hærere debemus,quomodo reſiſtemus hęreticis? Quomodo dictum Pau.a.ad Cor.ca.3.verificatur, Litera occidit,ſpiritus aũt viuificat?Vnde nõ immeritò ſacri Theologi oſtendere laborauerunt, quomodo hæc ſit vera, Hoc eſt corpus meũ:& duce vera Phil.quę per accidẽs eſt Ariſtot.inuenerunt non verificari niſi per conuerſionem. Omnes nãq; alij modi autinſufficientes,aut falſi ſunt quos D.Thom.recitat ſuper Epiſt. Pau. 1.ad Cor. 11. eas videat Luth.ad ſui placitũ nolo eñ iutili ꝓlixitate oneroſus fieri.

Poſtremò aduerte quòd licet Luth.neget cõuerſionem panis in corpus Chriſti,concedit tamẽ hanc eſſe verã,Hoc demonſtrato pane,eſt corpus meũ:vt ſit idem dicere, Hoc eſt corpus meũ:& hic panis eſt corpus meũ, inquit igitur Luth.& ſi non poſſum intelligere, quomodo hic panis ſit corpus Chriſti tamen captiuabo intellectũ meum: & verbis Chriſti ſimpliciter inhęrens:credo firmiter non modo corpus Chriſti eſſe in pane,ſed & panẽ eſſe corpꝰ Chriſti: ſic enim me ſeruabunt verba ſua cũ dicit,Accipite & manducate:hoc,id eſt,panis,quẽ acceperat eſt corpus meũ: & Paulus inquit,nonne panis,quẽ frangimus eſt participatio corporis Chriſti?non dicit in pane eſt ſed ipſe panis eſt participatio corporis Chriſti.Hæc Luth.

Deinde declarans mentẽ ſuam hac cõparatione ſic inquit:ſicut in Chriſto res ſe habet,ita & in ſacramento: ſed in incarnatione non fuit neceſſe humanitatem tranſubſtantiari in diuinitatem, vt diuinitas ipſa ſub accidentibus humanę

humanæ naturæ teneretur. ſed integra ſtante vtraque natura verè dicitur hic homo eſt Deus, Hic Deus eſt homo: ita & in ſacramento ſimul manentibus pane & corpore Chriſti verum eſt dicere, Hic panis eſt corpus Chriſti, Hoc vinũ eſt ſanguis Chriſti. Quod & ſi Philoſ. non capit, fides tamen capit. Hæc eſt tota Luth. ratio ad oſtentationem poſitionis ſuæ, ad declarãdum hanc eſſe veram, Hoc eſt corpus ſtante ſubſtantia & accidentibus panis.

Licet nũc aduertere quot falſa in paucis verb. cõplicat.

Primò, reputans ſe fidelem tenet hanc eſſe veram, Hic panis exiſtens panis, eſt corpus Chriſti. Contra hoc ſic arguitur, Si tenes hãc eſſe veram, ergo tenes contradictoria ſimul eſſe vera: quod nec diuina virtus facere poteſt. Quę em̃ contradictionẽ implicant, nulli potentię ſubſtant, quoniam habent rationem penitus impoſſibilis apud quemcunque recta ratione vtentem. Quod autem hîc ſit implicatio contradictionis, Hic panis exiſtens panis eſt corpus meum. hinc patet, Panis exiſtens panis eſt corpus Chriſti ergo panis eſt panis, & eſt corpus Chriſti: ergo eſt quid viuum ſiue anima tum. Conſecratur enim corpus Chriſti viuum: ergo panis non eſt panis, viuum enim repugnat pani. Præterea, Diſparatarum ſpecierum indiuidua impoſſibile eſt de ſe inuicem prædicare. Diſparata enim ad contraria reducũ tur propter differentiarũ contrarietatem. Contraria autem de ſe inuicem prædicare implicat contradictionem: nam ſi hæc eſt vera, Album eſt nigrum, Album eſt album: & eſt non album: quia ſecundum te eſt nigrum, quod eſt non album: & ſic ſequitur quòd album eſt album & non album: quæ ſunt contradictoria. Tunc vltrà. Sed hic panis & corp⁹ Chriſti ſunt indiuidua diſparatarum ſpecierum, vt patet: ergo impoſſibile eſt hanc eſſe veram, Hic panis eſt corp⁹ Chriſti. Stultum eſt ergo velle captiuare intellectum in his, quæ implicant contradictionem.

Secundò peſſimè exponit dictum Chriſti, ſcilicet, Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum: hoc, id eſt, Hic panis: nam, vt deduximus, propter implicationem cõtradictionis, nec hic panis eſt corpus Chriſti: nec econuersò, ſed ſic exponere oportet Hoc, id eſt contentum ſub his accidentibus, & cõuerſum, eſt corpus meum: quæ quidem conuerſio fit in fine prolationis huius vltimæ dictionis Meum. Eodem modo dictum Pauli exponendum eſt: nam panis, nõ exiſtẽs panis, ſed per conuerſionem eſt participatio corporis Chriſti, quoniã quando nobis diſtribuitur ſacra euchariſtia, participes ſumus corporis Chriſti.

Tertiò comparatio, quam facit inter panem & corpus Chriſti & inter humanam ac diuinã naturã in incarnatione nulla eſt. nam ſtante vtraque natura integra, ideò hæc eſt vera, Hic homo eſt Deus, quia natura humana aſſumpta eſt à diuina in vnitate ſuppoſiti: non autem Chriſtus aſſumit panem ad corpus ſuum in tali vnitate: ideo hæc non eſt vera, Panis eſt corpus Chriſti. Præterea, hamanam naturam trãſire in diuinam eſt penitus imaginabile; quoniam creatura efficeretur creator, & finitum infinitum & alia plura impoſſibilia. Quod autem panis tranſeat in corpus Chriſti, cum vtrũque ſit creatura: nullum ſequitur impoſſibile: quoniam eſt diuinæ virtutis vnam naturam in aliam vertere, vt aquã in vinũ: virgam inſerpentem, mortuum in vinum: Cõſtat igitur comparationem Luth. penitus irrationabilem eſſe. Hæc de tertio errore Luthe. circa euchariſtiam & eius reprobationedicta ſint.

Quartò, Luth. inſurgit contra doctores illos & contra Romanam eccleſiam, tenentes ac docentes miſſam eſſe non ſolũ ſacramentum, ſed etiam ſacrificium: quod offerendum ſit in eccleſia pro viuis ac defunctis. Poſtpoſitis autem iniuriis, quib. & inſurgit contra Monachos & ſacerdotes, doctores Sententiarios, id eſt, ſcribentes ſuper Sententias, quales ſunt B. Tho. Scot. Alex. Egidius, &c. colligemus errorem ſuum in ſeptem punctis: quorum ſingulum reprobabimus.

Num miſſa ſit ſacrifi cium.

Primò tenet miſſam non eſſe aliud quàm Chriſti teſtamentum, in ſacramento corporis ſui cõmendatum, ex conſequenti negat miſſam eſſe ſacrificium, nec vult corp⁹ Chriſti & ſanguinem poſſe dici oblationem, hoſtiam ſacrificium vt habemus in Canone miſſæ: ſed tantum ſacramentum, Quod ſic probare conatur. Primò, quoniam Chriſtus in cœna cum hoc ſacramentum inſtituiſſet non obtulit ipſum Patri pro ſeipſo, nec pro aliis: ex quo infert quòd ſi neceſſe fuiſſet ſacramentum hoc offerre, non plenè Chriſtus illud inſtituiſſet.

Secundò, inquit Luth. Quis fuit vnquam ita demens vt baptiſmum crederet eſſe opus bonum, quod pro ſe & aliis offerret Deo & communicaret? Si ergo in vno aliquo ſacramento nullũ eſt opus bonum cõmunicabile aliis: nec in miſſa cũ & ipſa non ſit niſi ſacramentũ & teſtamẽtum.

Tertiò, ſi miſſam poſſum aliis communicare & applicare, cum in miſſa non ſint niſi duo, ſcilicet, promiſsio diuina, & fides humana, quæ accipiat quod illa promittit: potero & pro aliis credere & baptizari, & abſolui à peccatis & pro alio fieri ſacerdos, & pro alio ducere vxorem, & confirmari & inungi: quę omnia abſurda ſunt, non ergo miſſa eſt ſacrificium, ſed ſolum Chriſti teſtamentum.

Hic eſt totus Luth. conatus ad deſtruendum miſſam eſſe ſacrificium, contra quem ſic procedimus. Quod miſſa ſtet eſſentialiter ĩ his verbis, Cœnãtib⁹ aũt eis accepit Ieſus panem, &c. Vſque ibi, Hoc facite in meã commemorationẽ, conuenimus cum Luth. Cætera enim ſunt acceſſoria: ſine quibus miſſa poteſt haberi: & in hoc concordat cum Diuo Ambr. in lib. de Sacramentis & recitatur in de conſecra. diſt. 2. ca. panis eſt in altari, &c. Ibi ſic inquit D. Ambro. nam per reliqua omnia quæ in ſuperioribus à ſacerdote dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris: vbi autem ſacrificium conficitur, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos vtitur ſed Chriſti, ergo ſermone Chriſti hoc ſacrificium conficitur. Hæc ille.

Item quòd hoc ſacramentum ſit diuina promiſsio & nouum Chriſti teſtamentum, quo remiſsio peccatorum nobis promittitur: & ſimiliter æterna hæreditas ad differentiam antiqui teſtamenti: in quo Deus Hebręis bona temporalia promiſit, cõuenimus cum Luthe. Item quòd cætera ſacramenta ſint tantum ſacramenta & non ſacrificia, conuenimus cum eo. Quod autem euchariſtia ſit tantum ſacramentum & non ſacrificium diſſentimus ab eo: quoniã non ſolùm id repugnat primitiuæ eccleſiæ ſanctis Doctoribus, quos non poteſt Luth. appellare Sententiarios, vt patet de conſecr. diſt. 2. pluribus cap. vt cap. ſemel oblatus eſt: & ca. in Chriſto Ieſu, & cap. quid ſit ſanguis: verum quoniã ſcio Luth. parum curare ſanctoru. n Doctorum ſententias: ideo ad probandum propoſitum rationes afferam in ſacra doctrina fundatas.

Primò igitur arguo, Paulus ad Hebręos. c. 7. docet tranſlata lege neceſſe eſſe ſacerdotij tranſlationem fieri. Quod autem tranſlatum ſit ſacerdotiũ, declarat Paulus, quoniam non ex Leuitico genere, ſed ſecundum ordinem Melchiſedec: & cum iureiurando adducens illud Pſalmi. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedec. Ergo ſacrificium nouæ legis eſt ſecundum ordinem Melchiſedec. Tale autem ſacrificiũ eſt panis & vini: Gen. ca. 14. Sed in eccleſia nõ alio mõ offeruntur panis & vinum, quam hoc ſacramentum. Ergo miſſa eſt verum ſacramentum & verum ſacrificium.

Secundò, quòd hoc ſit vnicum ſacrificium nouæ legis probatur ex Paulo ad Heb. c. vltimo vbi inquit, Habemus altare, de quo edere non habẽt poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Conſtat autem quòd in lege non comedebantur niſi oblata: ergo & nos habemus altare, de quo edere poſſumus. Hoc autem non aſsignatur in noua lege, niſi corpus & ſanguis Chriſti. Igitur prius offeruntur in altari corpus & ſanguis Chriſti. Deinde à fidelibus ſumuntur: aliter non haberemus nouum altare, ſi non habere mus nouum ſacrificium. Nam altare vt altare non eſt niſi reſpectu ſacrificij.

Tertiò, Si lex noua non habet ſacrificium ad expiationem deterioris eſt conditionis quém lex antiqua. Nullum autem poteſt aſsignari, nec à Sanctis Apoſtolis eſt promulgatum, niſi hoc ſacramentum: ergo eſt verum ſacrificium. Et ſi dicas, quòd non inconuenit legem nouam relictam fuiſſe ſine inſtitutione ſacrificij expiantis, quomodo ergo, vt inquit Petrus in 1. epiſt. cap. 2. ſumus genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ſi quotidie peccantes relicti ſumus ſine expiationis ſacrificio? Profecto hæc extitit potiſsima ratio, qua ſanctiſſimi Apoſtoli, & Patres antiqui inſtituerunt hoc ſacrificium debere frequantari: quoniam cùm quotidie peccamus ſaltem peccatis, ſine quibus mortalis infirmitas tranſire non poteſt (licet enim omnia peccata donentur nobis in baptiſmate, vt docuimus in Tracta. de baptiſ. infirmitas tamen & inclinatio ad peccatum in carne manet) oportet quotidie pro nobis Chriſtum myſticè imolari: vt qui ſemel moriendo morte vicerat, quotidie recidiua peccatorum noſtrorum per hoc diuiniſsimum ſacrificium relaxet. His igitur rationibus & teſtimoniis ſanctorum Patrum

tenendu n

tenendum eſt miſſam & ſacramentum & ſacrificium eſſe: quo delentur peccata:& virtutes augentur.

Nunc ſupereſt ſoluere conſequétias factas per Luth. Ad primam dico, primò quòd Chriſtus inſtituit illud offerri, cùm dixit Hoc facite in meam commemorationem: ita q̃ in verbis illis duo intendit, ſcilicet cõſecrate corpus & ſanguinem meum in mei memoriam, & offerte in remiſsionem peccatorum. Et hæc eſt ſententia Patrum, quæ præponenda eſt imaginationi Luth.

Secundò dico, quòd conceſſo Chriſtum non expreſsè in Euangelio inſtituiſſe tale ſacramentum debere offerri in ſacrificium, tamen id impoſuit & docuit Apoſtolos: qui promulgauerunt ſicut & plura alia circa illud euchariſtiæ ſacramentum, vt inſinuat Paulus 1.ad Cor.ca.11.cùm dicit, Cætera autem cum veniam diſponam: ex quibus verbis eliciũt ſacri Doctores, eccleſiam multa habere & ſeruare ex doctrina habita à Chriſto viuo oraculo: quæ non habentur in euangelio, præcipuè ſolemnis miſſæ celebratio, quam B. Iacob. inchoauit vt patet ex 6. ſynodo, & habetur de conſecratione diſt. 2. cap. Iacobus.

Ad ſecundam, nego ipſam: quia non eſt eadem ratio de euchariſtia, & de baptiſmo. Nam baptiſmus eſt tm̃ ſacramẽtũ: euchariſtia aũt, vt docuim⁹, eſt ſacramentũ & ſacrificiũ.

Ad tertiam, nego primò q̃ in miſſa ſint tantùm illa duo: promiſsio diuina & fides: quoniam vltra illa eſt verũ ſacrificium, & vera hoſtia. Præterea, nego ipſam conſequentiam: quoniam cætera ſacramenta ſunt tantum ſacramenta, vt diximus. Miſſa autem eſt ſacramentum & hoſtia. Et quoniam Luth. ſuas conſequentias ſine probatione reliquit, ideo circa illas non eſt amplius immorandum.

Num ſola fides præciſis operibus ſufficiens ſit ad tanti ſacrificij congruã diſpoſitionẽ.

Secundò, tenet Luthe. quòd ad miſſam, id eſt ſumptionẽ euchariſtiæ non debitè præparamur niſi ſola fide & quòd non eſt confidendum in aliis operibus bonis quaſi prę paratoriis ad hoc. Vnde inquit, Nullis operibus, nullis viribus, nullis meritis ad illam, ſcilicet ſacramenta, communionem acceditur, ſed ſola fide: vbi enim eſt verbum promittẽtis Dei, ibi eſt neceſſaria fides acceptantis hominis.

Et infrà inquit, Præparatio itaque digna nõ eſt niſi fides: qua creditur miſſæ, id eſt diuinæ promiſsioni. Tutiſsimum itaque fuerit ad miſſam, non alio animo accedere quam ſi ad audiendam quamlibet aliam promiſsionem Dei velis accedere. Hoc eſt, vt paratus ſis non multa operari & afferre, ſed omnia credere & accipere, quæ tibi illic promittuntur.

Et infra inquit, Opera ille nihil curat, nec eis indiget, quib. potius erga homines & cum hominibus, & nobis ipſis agimus. Indiget autem vt verax in promiſsis habeatur à nobis: & ſic fide, ſpe & charitate colatur.

Et infrà inquit, Summoperè cauendum, ne fiducia confeſsionis, orationis, præparationis quiſquam accedat, ſed his omnibus deſperatis in ſuperbia fiducia promittentis Chriſti: quia vt dictum eſt ſatis, verbum promiſsionis hic ſolum regnare debet in fide pura, quæ eſt vnica & ſufficiens præparatio.

Et infrà inquit, Scire quoque oportet orationes nihil valere nec oranti, nec his, pro quibus oratur: niſi primum teſtamentum fide perceptum ſit, vt fides oret, quæ ſola exauditur, ſicut docet Iacobus c.1.

In hoc ſuo proceſſu, non videtur Luthe. aliud intendere, quàm deducere fideles ad quandam prę ſumptionem ſperãdæ ſalutis, & vilipenſionem benè viuendi, & neglectum pro maiori parte præceptorum Dei, & non curare etiam grauiſsima crimina. Nam, ſi ſola fides nos ſacræ communioni ſuffi cienter præparet, ergo ſola iuſtificat. Dicet ergo quicunque etiam grauis peccator, Credo diuinis promiſsionib. credo ſacro Euangelio, & id mihi ſufficit. Hæc eſt peſsima doctrina. Quot enim ſunt credentes omnia credenda, & tamen actus peſsimos agunt tracti ſua concupiſcentia, aut auiditate lucrandi? Quid igitur hîc agit Luth. niſi totam ſubuertẽs moralem vitam? Cur tantum laborauit Chriſtus oſtendere beatos fore pauperes ſpiritu, pacificos, lugentes, perſecutionem ſuſtinentes? Cur dixit, Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cęlorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei, niſi quia ſola fides, ſi aliud bonum non concurrat, otioſa eſt? Nam vt inquit Iacob. in epiſt. c.2 Et dæmones credunt, & contremiſcunt.

Verùm, vt huius ſuæ ſententiæ falſitas appareat, contra eius dicta ſuprà recitata arguendum eſt.

Contra primum cùm dicit: nullis operibus, nullis meritis, &c. Si intelligat ſolam fidem eſſe primum fundamentum præparationis, verum dicit: quoniam ſine fide impoſsibile eſt Deo placere, & Paulus ad Heb. capite. 11. Fides eſt ſubſtantia, id eſt fundamentum ſperandarum rerum. Si aũt, intendit ipſam ſolam ſufficere, & nullum aliud opus bonũ requiri non eſt audiendus. Quomodo enim verificabitur illud Pauli 2. ad Cor. cap. 13. Si eſtis in fide, ipſi vos probate. Non probatur autẽ fides niſi operibus bonis, quibus manifeſtatur fructuoſa, ſicut radix viua ex pullulatione. Vnde Paulus 1. ad Cor. capite. 11. inquit, Probet autem ſeipſum, homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: ꝓbatio autẽ hęc non in ſola fide ſtat, ſed in conſcientiæ examine: vt ſ. in eo non ſit peccandi voluntas, vel aliquod peccatũ, de quo quantũ poſsibile ſibi ſit, non pœnituerit. Hæc eſt catholica pręparatio. Ea autem, quam fingit Luth. potius eſt præſumptio & temeritas.

Contra ſecundum cùm dicit, Præparatio itaque digna, &c. ſtat doctrina Iacobi in epiſt. cap. 2. cum dicit, Quid ꝓderit fratres mei, ſi quis dicat fidẽ ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? & infrà, Si fides non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicet quis, Tu fidem habes: & ego opera habeo, oſtende mihi fidem tuam ex operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis, quoniam vnus eſt Deus, benefacis, & Dæmones credunt, & contremiſcunt: hęc ille. Quomodo ergo dicere audet Luth. dignam præparationem ad ſumendam ſacram Euchariſtiam non eſſe niſi ſolam fidem, nec oportere ad paratum eſſe multa & bona operari: ſed ſufficere omnia credere quæ promittuntur? Ergo exiſtens & perſeuerans in peccato mortali, credens tamen toti Euangelio, erit ſufficienter præparatus & diſpoſitus ad ſacram communionem ſumendam: quod profanum eſt ſentire.

Contra tertium cùm dicit, Opera ille nihil curat, &c. ſtat Iacobus in epiſto. cap. 2. vbi inquit, Vis autem ſcire homo inanis, quoniam fides ſine operibus ocioſa eſt? Abraham pater noſter, nõne ex operibus iuſtificatus eſt: offerens filiũ ſuum Iſaac ſuper altare. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt: & infrà, Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum? Hęc ille. In quibus manifeſtè Luth. contradicit.

Contra quartum cùm dicit, Summoperè cauendum, &c. non alio modo inſtandum eſt quàm contra prędicta: nã idem petit, & Iacob. vt iam allegauimus, ei contradicit.

Contra quintum cùm dicit orationes nihil valere, &c. verùm quidem dicit orationem fructuoſam ſupponere fidem, aliter inualida erit. Neceſſe eſt enim poſtulantem nõ dubitare in fide, ſecundum Iacobum in epiſt. c. 1. Quod autem inquit ſolam fidem exaudiri mendax eſt: nec Iacobus id dicit, imò c. 2. vt ſupra adduximus docet ſolam fidẽ non ſufficere. Nam ſtare contingit fidem in peccatore: & ſecundum doctrinã Ioan. in Euangelio cap. 9. Scimus quoniam Deus peccatores nõ exaudit, ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatẽ eius facit, hunc Deus exaudit. In hoc ergo quòd Luth. Iacobo attribuit ſolam fidem exaudiri falſus eſt: & ſacro Euangelio contradicit. Conſtat igitur quòd ad ſacram communionem non dignè præparamus noſipſos ſola fide, ſed bonis operibus, & pœnitentia ac ſatisfactione malorum.

Num verba conſecrationis ſubmiſsè & ſecretè ſint proferenda.

Tertiò tenet Luth. damnandum eſſe eccleſiæ ritum, quo introductum eſt, verba conſecrationis proferenda eſſe ſecretè & ſubmiſsè. Opinatur enim melius eſſe ſi alta voce proferantur, vt etiam à laicis audiri & intelligi valeant: quod tamen nulla ratione, ſed tamen quadam ficta deploratione deſcribit dicens, Quin quòd ploramus in hac captiuitate omni ſtudio cauetur hodie, ne verba illa Chriſti vllus laicus audiat: quaſi ſacratiora quã vt vulgo tradi debeant. Sic enim in animus, & verba conſecrationis nobis ſacerdotibus ſolis arrogamus occultè dicenda: ſic tamẽ vt ne nobis quidẽ proſint, cũ nec ipſi ea, vt promiſsiones ſeu teſtamentũ habeamus ad fidẽ nutriendam, ſed neſcio qua ſuperſtitione & opinione impia ea reuereamur potius quã eis credimus. Qua miſeria noſtra quid aliud Satam in nobis operatur, quàm vt nihil de miſſa in eccleſia reliquũ faciat?

Suadet ſibi Luth. hãc ſuã deplorationẽ æquiualere ſanis rationibus. ſed profectò nõ ꝓficit niſi apud ſacerdotes ſibi ſimiles. Audiat igit rationes, quib⁹ mater eccleſ. ſapiẽtiſsimè diſpoſuit verba illa ſacratiſsima ſubmiſsè ꝓferẽda eſſe.

Primo, quia ſecretã & occultiſsimam virtutem habent, quę eſt conuerſiua ſubſtantiæ in ſubſtantiam: ideo meritò ſecreta dicuntur, & ſecretè proferenda ſunt.

Secundò

Secundò,qm̃ ſacerdos dum propinquat diuinæ conſecra tioni,omnes ſpiritus,totam ſuam virtutem, totámque intétionem colligere debet:vt ſeipſum totum excitet in Deum Huiuſmodi autem collectio difficillimè fieret,niſi omnis exterior ſtrepitus & ſonus etiá propriæ vocis remoueatur.Rationabiliter igitur non ſolũ conſecrationis verba, ſed etiá totus Canô ſubmiſsè profertur.

Tertiò,non minus ſe diſponere habet ſacerdos in hoc diuiniſſimo myſterio,quam in antiqua lege, cum ingreſſur⁹ erat tabernaculum ſummus ſacerdos,vt pro ſeipſo & familia & toto populo oraret.ſed ſolus intrabat Deo mandante nullum hominũ illic debere aſſiſtere,donec ex tabernaculo egrederetur,Leuitici.c.16. Igitur ſicut orationem ſummi ſacerdotis nullus hominum exiſtentium in loco ſacrificij audiebat,ſic,nec diuina conſecrationis verba fas eſt audire, nec audiente populo proferre. Vnde ſacerdotes ita altè conſecrantes,quòd ab aſtantibus audiuntur irreuerenter ſe habent. Aduerte & aliud : Verba, quæ proferuntur vt enunciatiua, ſicut ſacrum Euangelium, ita proferenda ſunt,quòd ab his quib⁹ aliquid nuntiatur intelligãtur.Quę autem proferuntur vt effectiua,non eſt neceſſe vt audiantur. Verba conſecrationis ſunt effectiua huius ſacramenti virtute ſibi data à Chriſto:ideo non eſt neceſſe,nec decet vt à circunſtantibus audiantur.Conſtat igitur quàm rationabiliter eccleſia inſtituit diuina illa verba ſilentio proferenda.

Quartò,Luth.audacter ſatis reprehendit Doctores ſentétiarios,quos ſcholaſticos vocat,eò quòd de teſtaméto Chriſti,de promiſſione diuina,de fide non docent, ſed in nugis Metaphyſicis immorantur.

Inquit igitur,Hîc vides quid & quãtum Theologi ſentétiarij in hac re præſtiterunt : primũ nẽpè Teſtamentum & verbum promiſſionis nullus eorum tractat,atque ita fidem & totam miſſæ virtutem nobis obliterant. Deinde alteram eius partẽ:ſcilicet ſignum ſeu ſacramentum ſolùm verſant, ſed ita vt nec in hac fidem doceant,ſed ſuas præparationes, & opera operata:vt ſcientiá verũque vſumtã Teſtamenti, quam ſacramenti abolerent cum vniuerſa fide.

Neſcio quos Theologos & quorũ libros legerit Luth. Profecto hi non ſunt Diuus Tho. nec Scotus. nec Egidius, nec Albertus,nec Alexander.Hi nanque & præſertim diuus Tho.quem Luth.ita maleuolè perſequitur in 4.Sen.diſt.8.q. 2.art.2.pertractat de effectu huius ſacramenti,qui eſt peccatorum remiſſio.Agit deſide,de nouo Teſtamento , quod eſt Teſtamentum Chriſti,cùm dixit Noui & æterni Teſtaméti, per quod æterna nobis bona promittuntur.Præterea diuus Tho.in 4.diſt.9.q.art.2.docet fidem neceſſariam eſſe accedẽti ad hoc ſacramentum , determinans , quomodo infidelis manducare ipſum non poteſt ſpiritualiter,nec ſacramentaliter,quoniam hoc eſt myſterium fidei. Quomodo ergo Luth.ita temerè præſumit inſurgere contra Theologos quòd non doceant Teſtamentum Chriſti , nec fidem , ſed tantum opera operata.Profectò,ſi quis tales ſunt Theologi,potiùs vulgaris fauoris quæſtuarij,quàm veri doctores habendi ſunt.Et hi ſunt.de quibus intendit Paulus 2.ad. Timot.cap.3.Voluptatum amatores magis , quàm Dei , habentes ſpeciem quidem pietatis,virtutem autem eius abnegantes.

Quinto Luth,innitens ſuo falſo fundamento , ſcilicet q̃ *Num miſſæ ſacrificium proſit defunctis.* miſſa ſit tantum,ſacramentum, & teſtamentum Chriſti : & non ſacrificiũ,damnat miſſarum celebrationes pro viuis & defunctis:ſiue pro quacunque alia neceſſitate. Vnde inquit Hodie ſacerdotes omnes ſunt in ſcientia peruerſa:quicunque miſſam celebrant pro opere,quo ſuccurrant ſuis , aut aliorum , ſiue viuorum,ſiue mortuorum neceſſitatibus.Inaudita & ſtupenda dico,ſed miſſam ſi intuearis quid ſit verame eſſe locutum cognoces.

Quoniam paruus error in principiis maximus eſt in fine:ideo Luth.errans in hoc primo principio, quo ſibi ſuaſit miſſam eſſe tantum ſacramentum & non ſacrificium ad hoc deuenit,vt eccleſię vniuerſalis morem, qui à primis Patribus emanauit de applicatione , & oblatione,huius diuiniſſimi ſacrificij tam pro viuis quàm pro defunctis reprobet & irrideat.Verùm,cum ſuprà ſatis,vt puto,declaratum à nobis fuerit,miſſam non ſolum ſacramentum , ſed & ſacrificium eſſe : conſtat hoc in loco Luth. conatum nullum eſſe & cùm nullam ſuæ falſæ imaginationis rationem adducat,relinquendus eſt. Sed erubeſcat impios appellare homines,qui morem hunc introduxerunt. Nam inter cæteros eſt diuus Aug.in lib.de Cura pro mortuis agenda : & B.Greg.in lib.Dialogorum,& qnàm plures primi ac ſancti ſimi Patres:vt Martinus,Simplicianus,Maximus,Benedictus,Baſilius.Chryſoſtomus,&c.Quid autem irrationabilius quam vni capitoſo adhærere , relicta patrum rationabiliſsima ſententia? Nonne ſacra admonemur Scriptura , Ambulate ſemitas antiquas,& non declinabitis ab eis?

Sextò,ad tantam deuenit Luth. arrogantiam , vt potius eligat ſacrum canonem miſſæ negare,in quo pluries haberet Patrũ fuiſſe ſententiam,miſſam eſſe ſacrificium, vt cum dicitur,Hoſtiam puram,hoſtiam ſanctam , hoſtiam immaculatam,&c.q̃ à pertinaci ſenſu ſuo peruerſo recedere:quo aſſerit miſſam non eſſe niſi ſacramentũ.Poſito autem quòd pro patrũ reuerentia acceptentur ſacri canonis verba,non placet Luth.quòd ſub alio acceptentur ſenſu,q̃ pro offerẽdis ante conſecrationem.Vnde inquit,Quid ergo dicemus ad Canonem,& autoritates patrum?

Reſpondeo,Sinihil habetur quod dicatur,tutius eſt oĩa negare quã miſſam cõcedere opus aut ſacrificium eſſe , ne verbũ Chriſti negemus,fidé ſimul cum miſſa peſſundantes. Tamen vt ſeruemus eos,dicemus vocabula ſacrificij & oblationis referri debere non ad ſacramentũ,ſed ad collectas ipſas:& infrà,Quocircà obſeruent ſe ſacerdotes qui ſacrificant. Primũ vt verba Canonis maioris & minoris cum collectis qnę apertè nimis ſacrificium ſonant dirigant non ad ſacramentũ , ſed ad ipſum panẽ & vinum conſecrandũ, vel ad orationem ſuas , & infra , Et in hoc negotio cogitet Euangelium præferendum eſſe omnibus Canonibus & collectis per homines cõpoſitis: Euangelium autẽ nõ finit miſſam eſſe ſacrificium vt audiſti.

Luth.hic nimis ſibi arrogat. Nam à quo Euangelio didicit Chriſtum negaſſe ſacram euchariſtiam eſſe ſacramentum & ſacrificium? Profectò à nullo. Quid igitur inquit potius totum miſſæ Canonem negandum,quàm concedere miſſã eſſe ſacrificium,Quaſi quòd Chriſtus id negauerit nõ Chriſtus ſed ipſe Luth.imò,vt ſuprà docuimus, neceſſe eſt oppoſitum concedere, ſcilicet miſſam eſſe ſacrificiũ.Aliter Chriſtus non fuiſſet ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec.Præterea,in eo ſenſu,in quo docet ſaluanda eſſe verba canonis,vanè laborat. Nam ſi in canone verba ſonãtia ſacrificium præcederent conſecrationem, & poſt conſecrationẽ non replicarentur forte imaginatio ſua aliqualẽ haberet apparentiam. Verùm poſt conſecrationem adhuc magis euidentia inferuntur,vt illa,Offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis , hoſtiam puram , hoſtiam ſanctam:hoſtiam immaculatam,panem ſanctum vitæ æternæ,& calicem ſalutis perpetuæ. Et conſtat vltima verba non verificari niſi de pane & calice conſecrato. Trahuntur enim ex Euangelio Ioan. capite.6. Qui manducat hunc panem viuet in æternum , panis enim non conſecratus,non eſt panis vitæ æternę.Conſtat ergo Luthe.valde inconſideratè reprobare Canonẽ , & magis irrationabiliter exponit.

Num Sacerdos (qui) ſit pro miſſis recipere mercedem.

Septimò,Luthe.ſuadet ſacerdotibus cùm requiruntur celebrare pro viuis , aut defunctis , aut pro voto : ne pro miſſa mercedem accipiant,ſed orationibus, quas Deo in miſſa effundunt. Inquit igitur,Quod ſi ſacerdos poſtulatur ab aliis votiuas miſſas celebrare,caueat ne mercedem pro miſſa accipiat , aut prę ſumat vllam votiuam celebrare ſeu ſacrificare,ſed ſtudeat hoc totum ad orationes referre:quas,ſiue pro viuis,ſiue pro defunctis offerat. Sic cogitet,Ecce,ibo,& mihi ſoli ſacramentum ſuſcipiam,ſed interſuſcipiendum pro illo orabo.ſic vt orationis, non miſſæ mercedẽ pro victu & amictu recipiat. Nec moueat quòd totus orbis contrarium.& ſenſum & vſum habeat.Euangelium certiſsimum habes,quo fretus facilè contemnes hominum ſenſus & opiniones. Hæc ſunt Luth. inuenta : & ad literam poſita.

Deuenit Luth. ad has ſuas perſuaſiones fiendas ſacerdotibus falſo iudicio ſuo ex eodem falſo ſuo fundamento ſupra reprobato , quòd ſcilicet miſſa non ſit ſacrificium, ſed tantùm ſacramentum:& quoniam id falſum eſſe demonſtrauimus , ideo quę hic ſacerdotibus conatur perſuadere,nullum robur continent. Quod autem dicit euangelium certiſsimum habes , quo fretus , &c. nimis audax eſt,& populi fauorem quęrens. Quis enim quatuor Euangelia etiam curſim legit , & inuenit Chriſtum dicentem, Miſſam eſſe tantum ſacramentum , & prohibentem ſacerdotibus mercedẽ pro miſſa acciperet?Præterea,poſito,ſed non conceſſo,miſſã eſſe tantum ſacramentum, quare non poteſt ſacerdos ita ſumere mercedem ſiue eleemoſynam

pro

pro celebrata missa,sicut pro ministratione baptismi, vel alterius sacramenti à liberaliter offerẽte.Nam & Paulus 1. ad Cor.c.9.inquit,Qui altario deseruiũt,de altario participes sint. Præterea,Quæ authoritas,quæ sanctitas est in Luthe.vt eius imaginatio & sententia præferri debeat sanctissimis illis primitiuæ ecclesiæ Patribus?Sileat ergo nec tantum præsumat. Hæc pro defensione sacramenti diuinæ eucharistiæ dicta sint.

TRACTATVS QVINTVS
quintæ partis Philosophiæ Christianæ, quinque complexus capitibus, De Sacramento Pœnitentiæ.

IN hoc 5.Tract.agendum est de sacramento pœnitentię:quem distinguimus in quinque capita.

Primò, quid sit pœnitentia cõmuniter sumpta,& quid applicata ad peccatum.

Secundò,quomodò sit sacramentũ, & quis eius effectus.

Tertiò,quæ sint eius species.

Quartò,quæ sint eius partes, & quid sit vnaquæq; earũ.

Quintò, defensabitur hoc sacramentum contra Luthe. qui ipsum negat,& pro maiori parte reprobat, quæ in hoc sacramento ab ecclesia seruantur.

CAPVT I.
Pœnitentia quidnam sit.

IN 1.c.inuestigãdũ est quid sit pœnitẽtia absolute sumpta, & quid sit vt est in Christiana lege applicata ad peccatũ.

Pœnitentia est mali cõmissi, & boni omissi pro prię.

Quantum ad primum aduerte ꝙ tam apud Philosophũ moralem quam apud Theologum, pœnitẽtia importat dolorẽ,siue animi tristitiam de cõmisso vel omisso, ita ꝙ si posset nollet illud cõmisisse vel omisisse:& si esset in eius facultate statim reuocaret.Et licet pœnitentia propriè sit mali commissi, vel boni omissi, tamen aliquando sumitur respectu boni commissi,& mali omissi.Sicut quando quis dicit,Pœnitet me,ꝙ tibi seruierim, vel opem dederim, vel donauerim:similiter quando quis dicit, Pœnitet me, ꝙ te non percusserim, vel deprædatus non fuerim. In scriptura quidem sacra vt in pluribus sumitur pro tristitia proueniente ex malo commisso,& bono omisso.Rarissimè aũt ex bono cõmisso,& malo omisso:non enim est naturale pœnitere de bono commisso,nisi ad illud sequatur euidens malum, in quo sensu dixit Deus Genesis ca.6.Pœnitet me fecisse hominem, & causa illic assignatur,quoniam cùm vidisset Deus ꝙ multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tẽpore, pœnituit eum ꝙ hominem fecisset in terra:similiter non est naturale pœnitere de malo omisso : nisi quia impedit aliquod bonũ:sicut ille qui pœnitet non occidisse furem inuentum, quoniam ab eo abstulisset multam pecuniam.

Quantum ad secundum,aduerte ꝙ in diuina & Christiana lege:pœnitentia non sumitur nisi pro dolore mali culpæ cõmissi contra Deũ vel proximũ, vel seipsum in ordine ad Deum,vel boni omissi propter quod incurritur peccatum omissionis:vnde apud Theologum sic diffinitur ex sententia.D.Ambro.in lib.de Sacra.Pœnitentia est præterita mala scilicet culpæ tam commissionis quã omissionis plangere: & plangenda iterum non cõmittere , id est, cum proposito non committendi ea propter quæ debeas pœnitere.

Pro cuius notitia aduerte ꝙ per ly Plangere intelligitur dolor animi,cum omnimoda displicentia de commisso vel omisso:vnde hic planctus idem est ꝙ contritio , ex qua exit vera & meritoria oris cõfessio, atque satisfactio:sunt enim pœnitentiæ interioris , quæ dicitur planctus, velut fructus ex radice viua : nam & confessio exterior & satisfactio , si absque pœnitentia interiori fiant,vana sunt:si ab ea procedunt sunt fructus digni pœnitentia.De quibus inquit Christus Lucæ c.3.Facite fructus dignos pœnitentia. Hinc est ꝙ siquis non habet facultatẽ confitendi ore,nec satisfaciendi, saluatur in virtute planctus interioris : qm̃ in ea cõtinentur radicaliter oris confessio & satisfactio. Et hunc planctũ vt penitus necessarium Deus ipse requirit qui non solũ exterioris,sed principaliter interioris pœnitentiæ cognitor est: & hanc vt cordis cognitor requirit.Propterea inquit Dominus Ioëli ca.2.Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Et in tota Scriptura non inuenies Deum pœnitentiam requirere ante omnia , nisi interiorem quæ cordialis dicitur. Hæc enim non fallax,neque simulata esse potest: ideo semper fructuosa. Exterior autem & hypocritarum , & verè pœnitentium communis est.Rationabiliter ergo dꝫ ꝙ pœnitentia vera & digna remissionis peccatorum est prẽterita mala plangere in corde,& non tantũ in oculis,qm̃ oculorum plãctus potest esse cum leui,vel nullo dolore cordis: & plangenda non committere ex efficaci deliberato ꝓposito,quod quidem efficax propositum requirit, vt auferantur causæ,occasiones,incentiua,inductiua ad peccatũ.Stultum est enim dicere : Doleo de commisso,& non rescindo causas recidiui.Sicut stultus reputandus est, qui dicit,Volo sanari,& tamen non abstinet se à nociuis. Hic est sicut ille qui dicit medico,Volo sanari,& medicum disponentem remedia audit,& nullũ ex eis seruat.Hic se interimit,qm̃ medici instituta non seruat.Hæc est hodie in Christianis nomine pœnitentia:quæ potius cęremonialis est , quam vera & realis:nam ꝓ maiori parte Christiani pœnitentiæ sacramẽtum in foro ecclesiæ obseruant,ne coram hominibus iudicẽtur extra fidem sed ante æternum iudicem pro nihilo habetur:sed de hoc latiùs loquimur in parte sequenti agẽtes de operibus Christianis. Pro nunc sufficiat tibi scire quid sit pœnitentia communiter sumpta:& quid in diuina ac Christiana lege.Hæc de primo cap.dicta sint.

Verè pœnitentis hæc sunt indicia.

CAPVT II.
Pœnitentia,quo pacto sit sacramentum.

IN 2.c.inuestigandum est qũo pœnitentia in Christiana lege sit sacramentũ.Tu igitur aduerte,quorundam esse opinionem,ꝙ non sit sacramentum ꝓpriè dictum,eò ꝙ diffinitio sacramenti quam in primo Trac.huius quintæ partis formauimus & exposuimus,non conueniat ei. Diximus em̃ ꝙ sacramentum est signum visibile,quod formam ingerit sensibus eius rei,quam inuisibiliter operatur : sed pœnitentia nullum tale signum diuinitus institutum habet in toto Euangelio,vt patet cuilibet exercitato in doctrina Euangelica: nã signum sensibile diuinitus institutũ non inuenitur ꝓpriè nisi in baptismo & eucharistia cum ꝓmissione remissionis peccatorum:in baptismo quidem,signum est aqua:in eucharistia aũt panis, & vinũ. In pœnitentia aũt est tantũ diuina ꝓmissio remissionis peccatorum. Dixit em̃ Christus Apostolis Lucæ c.24.ꝙ prædicarent pœnitentiã in remissionẽ peccatorum in omnes Gentes : ergo vel pœnitentia non est sacramentum,vel diffinitio sacramenti non est rectè assignata:vt igitur scias contra hanc opinionem sustinere qũo pœnitentia est sacramentum,aduerte, ꝙ diffinitio sacramenti verè competit illi:nam in pœnitentia est signum sensibile diuinitus institutum.Quod quidem apud sacros Theologos sunt absolutionis verba:quibus vtitur absoluens cum dicit, Ego absoluo te,&c.Quod autem sit signum diuinitus institutum declaratur sic,Iudex absoluens est diuinitus institutꝰ similiter & absolutio:nã dixit Christus Ioannis c.20.Accipite Spiritum sanctum , quorum remiseritis peccata, remissa sunt:si iudex absoluẽs & absolutio diuinitus instituta sunt, ergo & forma absolutionis.Nõ enim iudex absoluit nisi tali vel tali forma.

Sed dices,Hanc formam non habemus ex Euangelio. Respondeo habito principali subintelligi potest secundariũ: vnde cũ in Euangelio expressè habeantur absoluens & absolutio,interpretatiuè intelligi potest absolutionis forma: quam ꝓmulgarũt Apostoli,& vniuersalis ecclesia à sui principio vsa est & vtitur. Constat ergo quomodo in pœnitẽtia est signum sensibile diuinitus institutum. Quod autem hoc signum sensibile ingerat formam sensibus eius rei,quam inuisibiliter in anima operatur,declaratur sic,Sicut in baptismo ablutio corporalis,quod est quid sensibile,signat ablutionem & mundationem inuisibilem in anima ab omni peccato originali:& actuali,s.tunc abest in baptizato:ita absolutio verbalis quam facit sacerdos super confessum signat remissionem peccati actualis commissi post baptismum:quę quidem remissio inuisibilis est:& comparatur ad sacramentum pœnitentię,vt effectus ad causam ex virtute & authoritate Christi:vndelicet huic sacramento apud Theologum multiplex attribuatur effectus, hic tamen est præcipuus & primus,scilicet remissio peccatorum. Subsequentes autem sunt relaxatio pœnæ:vel commutatio pœnæ æternæ in temporalem,& prẽmium vitæ æternę.Constat igitur quomodo pœnitentia est sacramẽtum:& quomodo diffinitio communis data de sacramento conuenit ei.Hęc de secundo cap.dicta sint.

Pœnitentia institutio ex Euangelio hæc est.

CAPVT III.

Quot & quæ sint species sacramentalis Pœnitentiæ.

IN cap.3.declarandum est,quot sint pœnitentiæ sacramentalis species in ecclesia Christi institutæ.Tu igitur aduerte,quòd de vniuersali sententia Theologorum sunt tres.s. solennis,publica & secreta.

Pœnitentia solennis. Solennis quidem est,quæ statuto tempore imponitur & præcipitur seruari à toto Christiano populo:sicut ieiunium quadragesimale,& quatuor temporũ,& vigiliæ institutę ex præcepto ecclesiæ: & dicitur solemnis ,ppter obseruantiã vniuersalẽ fiendam in populo Christiano,ex instituto ecclesiæ:& de hac satis habetur in Decretis maximè in dist. de pœnitentia,vide tu ad placitum: & hæc correspondet pœnitentiis institutis in antiqua lege,quæ mandatæ sunt ab vniuerso Israël obseruari in ieiuniis de quib⁹ dicitur Zachariæ c.8.Ieiunium quarti,& ieiunium quinti,& ieiunium septimi & ieiunium decimi,s.mẽsis erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam & in solennitates præclaras,&c.

Publica Pœnitentia. Publica autem est,quæ non imponitur populo , sed per sonæ priuatæ propter publicum eius peccatum:quo scandalizatur populus,vel infertur publicum damnum populo:vel infertur iniuria ecclesiæ & diuinis sacramentis, aut catholicæ fidei.Huiusmodi pœnitentia est peregrinatio iniuncta,vel vestis talis significans pœnitentiã vel dehonestatio personæ,vt solet imponi hæreticis pœnitentibus.

Secreta pœnitentia. Secreta est quæ quotidie solet imponi à sacerdote audiẽte peccatoré in foro cõscientiæ,eò q̃ secretè cõfitetur:sed de his tribus speciebus non plura loquar:quoniã oĩum Canonistarum scripta & summæ de his abunde vsque ad satietatem pertractant.Hæc de præsenti ca.dicta sint.

CAPVT IIII.

De tribus partibus sacramenti Pœnitentiæ.

IN c.4.agendum est de partibus huius sacramenti quæ cõmuniter assignãtur à Theologis,contritio cordis , cõfessio oris & operis satisfactio,& hęc est trina dicta, qua tendimus in cælum,de qua dicitur Exodi c.3. Ibimus viã triũ dierũ in solitudinem:& immolabimus Domino. In hoc igitur cap.agendum est compendiosè:primò de contritione:secundo de confessione tertiò de satisfactione.

De contritione tria pertractanda sunt.

Primò quid sit.

Secundò,quantus dolor de peccato requiratur ad verã contritionem.

Tertiò,quantùm durare debeat contritio de peccato commisso,& præcipuè mortali.

Contritio quid sit. Quantùm ad primum aduerte,quòd à Theologis dupliciter solet diffiniri : Primò sic,Contritio est dolor voluntarius de peccatis,quo peccator semper punit in se quod dolet commisisse vel omisisse : & aduerte , q̃ licet hæc diffinitio videatur conuenire pœnitentię communiter sumptæ, tamen primò & per se conuenit contritioni,& pœnitentiæ propter contritionem : nam esse & ratio pœnitentiæ primò & maximè saluatur in contritione, eò q̃ necesse est eam semper ad esse actu cũ cæteris partibus pœnitentię: sed non econuersò:sufficit enim in aliquo casu adesse oris confessionem & satisfactionem secundum votum & voluntatem.Contritionem autem opus semper actu esse,alioquin pœnitentia nulla est:vnde contritio est æquiualenter tota pœnitentia,quando non ad est facultas confitendi & satisfaciendi,& iuxta hunc sensum intelligendum est illud Ezechielis cap.19.

Quacunque hora peccator ingemuerit,non recordabuntur peccata eius.

Secundò diffinitur sic,Contritio est dolor pro peccatis assumptus,cum proposito confitendi,& satisfaciendi. Dicitur cũ proposito confitendi & satisfaciendi , quoniam nisi adsit tale propositum,non cõtritio sed attritio nominatur.

Sed fortè obiicies,quòd confessio & satisfactio si adsit valida contritio , non sunt necessariæ ad salutem : nam ex valida cõtritione deletur culpa,& potest esse tanta : quod non solùm culpa , sed etiam tota deletur pœna:ergo confessio & satisfactio erunt superfluæ.

Respondetur,quoniã nemo nouit se talẽ ac tantã cõtritionẽ habere,q̃ vtrunque deleat,ideo ne discrimini se committat oportet ipsum proponere confiteri & satisfacere & de facto exequi data facultate , præcipuè : qm̃ hæc sunt de præcepto ecclesiæ,cui non parere est peccatũ mortale: & non solùm de præcepto ecclesiæ,sed & de lege diuina,vt dicemus in cap.vltimo contra Luth.

Tu tamen aduerte,quòd sola contritio in mortis articulo:vbi non apparet quomodo quis aut cui possit confiteri,sufficit ad salutem. Verùm cùm incertum sit homini,an tunc possit cõfiteri,stultum est tempus illud expectare,& tali periculo se reseruare.

Quantus dolor ad contritionem sufficiat. Quantùm ad secundum aduerte quòd ad veram & sufficientem contritionem remissiuã culpę requiritur , quòd tantus sit dolor & pœnitudo de peccato mortali commisso,vel per omisionem perpetrato: quòd homo potius eligat priuari omni bono creato & propria vita,quàm eligere iterum mortaliter peccare. Minus nanque bonum semper debet homo velle amittere , ne maius bonum amittat. Constat autem,quòd Deus qui per peccatum mortale amittitur,est in infinitum maius bonum quocunque creato bono & propria vita,ergo debet homo eligere priuari omni bono creato,quàm peccando priuari bono infinito , & hæc doctrina fundatur super illud Matthæi capite.10.vbi inquit Christus,Qui amat patrem,ant matrem plusquam me, non est me dignus:& qui amat filium ant filiam supra me , non est me dignus,& qui non accipit crucem suam & sequitur me,non est me dignus. Cùm igitur pœnitens profitetur se constanter esse in tali proposito,amplectendus est:quoniam absque dubio est sufficienter contritus , si profiteatur se in dubio esse an pro Deo omne creatum bonum, & propriam vitam relinqueret : adhuc non est abiiciendus:sed hortandus & admonendus , vt sic proponat , aliter nunquam erit plenè contritus:si vero deliberata voluntate dicat, se certũ esse,quòd potiùs mortaliter peccaret quam totum bonum creatum & propriam vitam relinqueret, constat hunc non esse contritum nec à Deo per confessionem & satisfactionem cõsequitur peccatorum remissionem. Hanc tamen quantitatem contritionis,non oportet confessorem à confitente requirere,vt eam ore proprio exponat , sed sufficit quòd eam per signa exteriora supponat, ne fortè confitens dicat plus,aut minus,& mentiatur.

Quantùm ad tertium,aduerte,quòd contritio dupliciter considerari potest : primò quantum ad delectationem culpæ commissæ in præterito. Secundò quantùm ad præseruationem à culpa in futuro.

Contritio quantum durare debeat. In primo sensu durare debet omni conatu & displicentia commissi,donec integra confessio , & satisfactio facta fuerit: quibus peractis,credendum est peccatum fuisse remissum,& peccatorem Dei gratiæ restitutum, sicut infirm⁹ sanitati:& tunc quoniam huiusmodi contritio comparatur ad peccatorem,sicut medicina curatiua ad infirmum,sicut cessat medic⁹ à medicina curatiua sanato infirmo,sic cessat huiusmodi contritio,sanato peccatore per veram cõfessionem & satisfactionem fundata super contritionem sufficiẽtem de peccatis.

Quantum ad secũdum sensum durare debet per totã vitam:& si homo viueret in æternum , deberet esse æterna. Quoniam sicut offensa in peccando fuit infinita : quoniam contra Deum qui est infinitus:sic dolor de offensa Dei & detestatio deberet esse infinita : verum , quia vita hominis finita est,saltem protẽdenda est huiusmodi detestatio vsque in finem vitæ:& ratio huius est. Quoniam & si morbus ac ægritudo peccati commissi euacuetur per conuenientem contritionem,& confessionem :& satisfactionem quantùm ad culpam & reatum, tamen remanet pronitas, & mala inclinatio ad recidiuam:& ideo vt præseruet se homo in futurum,quoties memoratur se peccasse , dolere , & detestari debet se peccasse:& proponere efficaciter se abstinere: & hæc contritio , & si non sit curatiua præteritæ culpę,est præseruatiua à recidiua.sicut & prudens medicus ordinat sanato infirmo aliqua confirmatiua sanitatis ac quisitæ , & præseruatiua ab ægritudine futura. Hæc de contritione dicta sint. Reliqua vide tu in summis aliorum Doctorum.

De confessione quatuor considerandа sunt.

Primò quid sit confefsio in Christiana religione.

Secundò,cui fienda est.

Tertiò quantum possit differri.

Confessio quidnam. Quartò,si est necessaria saluti,ita q̃ sine ea nõ possit hõ saluari data loci,& temporis,& confessoris opportunitate.

Quantùm ad primum aduerte,quòd apud Theologum confessio in Christiana religione sic diffinitur , Confessio est legitima coram Deo & sacerdote peccatorum manifestatio fundata super veram de peccatis contritionem.

Confessio triplex. Primò dicitur manifestatio peccatorum , id est, accusatio , quoniam diuina lege confessio sumitur tripliciter.Primò pro procuratione fidei, & iustitiæ, & veritatis

actus

actu exteriori,putà verbo,ſcripto,ſuſtinentia tormenti, vt in martyre. Et in hoc ſenſu loquitur Chriſtus, Lucæ. cap. 12. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Et Paulus ad Rom. cap. 1. Corde creditur ad iuſtitiam, confeſsio autem ore fit ad ſalutem.

Secundò, ſumitur pro laude & gratiarum actione: quam habemus ad Deum pro beneficiis acceptis ſua bonitate. Et in hoc ſenſu Dauid communiter in Pſalmis vtitur nomine Confiteri & confeſsionis, vt cùm dicit: Confeſsio & magnificentia opus eius, Confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius, Confitemini Domino, quoniam bonus, &c.

Tertiò, ſumitur pro accuſatione delicti, aliquando corã teſtibus: & hæc eſt ſecundum legem humanam confeſsio, de qua intelligitur illud Ioſue ca. 7. Fili mi da gloriam Domino Deo Iſraël, & confitere, & indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Aliquando coram Deo, de qua intelligitur illud numeri cap. 5. Vir & mulier quum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere & per negligentiam tranſgreſsi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, peccatum ſuum confitebitur. Aliquando coram Deo & ſacerdote, Et hæc eſt quæ Chriſtiana & ſacramentalis dicitur, de qua hic intendimus: & vt habetur in 4. Sent. diſt. 17. quæſt. 3. eſt delinquentis ſpontanea accuſatio, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur: & per eccleſiæ claues eſt ſatisfactoria.

Secundò, manifeſtatio peccatorum. Manifeſtatio quidé contra eos, qui dum confitentur potius occultãt, aut excuſant quam ſimpliciter manifeſtant. Peccatorũ aut, contra eos qui in confeſsione potius immorantur in recitando opera bona, ſi quæ faciunt vel negando ſe peccare ſic vel ſic: ſicut qui dicunt, Non ſum adulter, non homicida, non raptor, non blaſphemus, vel confitendo aliorum peccata reticendo ſua. Hæc eſt ſtulta confeſsio illius Phariſæi, de quo dicitur Lucæ c. 18. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, Deus gratias ago tibi, quia nõ ſum ſicut cæteri hominũ raptores, adulteri, iniuſti, velut hic Publicanus: Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſsideo? &c. Et quoniam hæc ſuperba erat confeſsio, ideo teſte euangelio vbi ſuprà non fuit iuſtificatus coram Deo: quemadmodum Publicanus ex humili confeſsione ſua.

Tertiò, dicitur coram Deo, & ſacerdote, & non tantum coram Deo, nec coram quocunque de populo, quoniã ſolis ſacerdotibus data eſt ex diuina & Chriſtiana lege authoritas ligandi atque ſoluẽdi: vt dicemus in c. 6. Quis autem ſit iſte ſacerdos, dicemus infrà. Tu tamen aduerte, quòd in caſu neceſsitatis, aut mortis: fieri poteſt coram Deo & homine non ſacerdote, vt plenius dicemus infrà.

Quartò, dicitur legitima manifeſtatio, quæ quidem importat oẽs conditiones & circunſtantias requiſitas ad hoc, q̃ ſacerdos peruenire valeat ad diſtinctam peccatorũ notitiã: aliter neque iudicare rectè valet, neq; cõueniẽté ſatisfactionem imponere. Quæ aũt & quot ſint huiuſmodi conditiones & circunſtãtiæ: quære tu apud doct. Teo. & Sum.

Confeſsio ſacramentalis proprio ſacerdoti facièda eſt.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ confeſsio de iure fiẽda ſoli & proprio ſacerdoti q̃m ſolus ordinariam habet poteſtatem abſoluendi ſubditos ſuos præterquam in caſibus ſpecialibus, puta quando pontifex, aut ordinarius, id eſt, epiſcopus in diœceſi ſua aſsignat proprio ſacerdoti adiutores, ſiue ſint religioſi clauſtrales, ſiue presbyteri ſeculares. Similiter quando pontifex tranſfert authoritatẽ ſuam in pœnitentiarios, aut nonnulos ordinat, qui prędicationibus, admonitionibus, exemplo ſanctæ vitæ ædificent populum, & illis authoritatem impartitur abſoluendi quoſcunque ad ſe venientes, non aliter petita licentia à proprio ſacerdote. Tales qui ſic inſtituuntur à Pontifice ſolent eſſe prædicatores generales.

Sunt & alij caſus in quibus poteſt quis alij confiteri quã proprio ſacerdoti, & tenetur proprius ſacerdos licentiare eum, vt alij confiteatur: quòd ſi non vult, debet pœnitens adire ſuperiorem & petere licentiam, vt alij quam proprio ſacerdoti confiteatur. Quod ſi non vult, pœnitens excuſatur, & ſufficit vt confiteatur Deo, cum propoſito confitẽdi ſacerdoti habita facultate, quam nunc non habet ſtante caſu q̃ nec proprius ſacerdos, nec eius ſuperior velit eum licentiare. Nemo enim obligatur exponere ſe diſcrimini animæ ſuę.

Caſus quibus non debet quis pro prium adire ſacerdotem.

Caſus autem, in quibus non debet quis adire proprium ſacerdotem inter alios ſunt iſti.

Primo, ſi pœnitens probabiliter credit illum reuelaturũ confeſsionem ſuam.

Secundò, ſi credit & fama ſit q̃ eſt adeò ignorans, q̃ nullo modo ſcit diſcernere inter peccatum & peccatum.

Tertiò ſi pœnitens fornicatus fuerit cum matre aut ſorore, aut aliqua alia conſanguinea proprij ſacerdotis propter quod ſuſpiciatur: q̃ ſi ei confiteatur odio habebitur: & fortè malum patietur.

Quartò ſi pœnitens aduertat ex ſignis, aut verbis aut alijs coniecturis, q̃ velit eum inclinare ad malum: putà ad ſecum, vel cum altero fornicandum.

Quintò, ſecundum aliquos, quando rem carnalem cum pœnitente habuerit.

Sextò, quando deprehenderetur hæreticus, & retrahere vellet pœnitentem à via catholica.

Sunt & alij caſus in quibus non oportet petere licentiã, nec adire ꝓprium ſacerdotem, neque ſuperiorẽ: & ſunt iſti.

Primò, q̃m quis peccauit in alterius parochia: vbi ratione delicti efficitur de iuriſdictione eius, in cuius parochia peccauit.

Secundò, q̃m quis domicilium tranſfert, & in alterius parochia habitat.

Tertiò, ſi eſt vagabundus non ſeruans certum domiciliũ, vt peregrini, & mercatores diſcurrentes.

Quartò, ſi pœnitẽs eſt in mortis periculo conſtitutus: in quo caſu omni ſacerdoti ſiue expoſito ſiue non poteſt confiteri nullo reſeruato.

Quantùm ad tertium, aduerte ſic diſtinguendum eſſe de eo qui peccauit: Aut nondum cõtritus eſt, ſed adhuc in peccato perſeuerat, vt vſurarius aſſaſinus, tyrannus, adulter, hæreticus, &c. Et tunc non confiteri, ſicut non conteri, non cõuerti, & maximè data confeſſoris oportunitate, eſt illi omni hora peccatum. Non quidem nouũ, ſed aggrauatio prioris, eò q̃ diuturnitas & perſeuerantia in peccato eſt circunſtantia aggrauans: & præcipuè q̃m admonuit & præcepit Seruator Matt. c. 24. Et vos eſtote parati, &c. Aut contritus & pœnitens eſt. Sicut qui ex paſſione & fragilitate peccat, & poſt peccatum coram Deo deteſtatur peccatum ſuum. Hic quidem coram Deo confeſſus eſt, ſed ex inſtituto diuino obligatur aliquando coram ſacerdote confiteri. Verum quia in diuina lege non eſt determinatum tempus, ne homo dietim tardans præoccupetur die mortis, ſancta mater eccleſia tempus determinauit. ſ. ſemel in anno: iuxta decretalem, Omnis vtriuſque ſexus, &c.

Hinc aduerte, q̃ ſi quis in peccato perſeuerans nulla vice confeſſus fuerit habita opportunitate cõfeſſoris, & præoccupatus ſubita morte conteri non poteſt, ſine dubio damnatur: q̃m tranſgreſſor eſt voluntarius diuinæ legis, quę præcepit aliquando confiteri: & præcepti eccleſiæ, quæ præcipit ſemel in anno confiteri. Hoc tamen non habet locum in eo qui ex cauſa confeſſionem differt: putà vt inueniat confeſſorem idoneum & prudentem, vel alia vtili cauſa: modò diligentiam adhibeat quærens, vt inueniat.

Confeſsio ſacramentalis neceſſaria eſt ad ſalutem.

Quantum ad quartum aduerte q̃ hic eſt duplex opinio. Quidam dicunt eam non eſſe neceſſariam ſaluti, q̃m nõ contineatur in aliquo decem mandatorum, vt patet. Ad ſalutem aũt ſufficit obſeruantia decé mandatorum. Dixit enim Seruator Matt. c. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.

Alij verò dicunt eam omnino neceſſariam: ita q̃ ſine cõfeſſione vocali coram ſacerdote habita oportunitate nullꝰ poteſt ſaluari eo q̃ ſit de iure diuino in lege euãgelica quæ perficit legem antiquam: & de præcepto eccleſię cui non parere ceſſante impedimento mortale peccatum eſt: & qui moritur inobediens eccleſiæ in peccato mortali moritur, ex cõſequenti damnatur. Et quoniã hæc opinio verior eſt: ideo eam ſuſtinebimus contra Luth. in c. ſequenti. vbi oſtendemus qũo eſt neceſſaria ſaluti: & inſtituta à Chriſto: & nõ ſolùm introducta ab vniuerſali conſuetudine eccleſiæ, vt quidam Canoniſtę tenent. Hæc de confeſsione pro nunc dicta ſint: reliqua proſequentur & defenſabimus in ca. ſequenti.

De ſatisfactione.

De ſatisfactione duo dicenda ſunt.

Primò quid ſit.

Secundò quot & quæ ſint eius partes.

Satisfactio quid ſit.

Quantum ad primũ aduerte q̃ ſatisfactio abſolutè ſumpta apud Philoſophum moralem & Theologum ſic diffinit. Satisfactio eſt damni, vel debiti vel iniuriæ ſiue offenſæ illatæ recompenſatio ſm̃ iudicium & ordinem iuris, & in hac generalitate ſumpta non eſt pars pœnitentiæ: ſed eſt genus ad ſatisfactionem, quæ eſt pars pœnitentiæ. Et vt genus ad iuſtitiam punitiuã ſpectat, de qua locuti ſumus in 5. Ethico. & in parte ſecunda Tract. de iuſtitia.

Satisfactio aût ſumpta in ſpecie vt eſt pars pœnitentiæ: dupliciter diffinitur ex doctrina diui Aug Primò ſic, Satisfactio eſt Deo debiti honoris pro culpa commiſſa impenſio. Secundò ſic, & habetur de pœn.di.3.cap.ſatisfactio: Satisfactio pœnitentiæ eſt cauſas peccatorũ excidere, & eorũ ſuggeſtionibus aditũ nõ indulgere. Pro cuius notitia aduerte, q̃ peccatorum cauſæ ſunt in duplici differentia. Quædã ſunt propinquæ. Quædam remotæ. Propinquæ ſunt, q̃ ſunt in poteſtate noſtra: quas poſſumus remouere & excidere ſi volumus. Ver.gra. Petrus cognoſcit q̃ ſi ſplendide cœnabit luxuriabitur: nam poſt crapulam ſequitur luxuria, Vnde dicitur Hieremiæ ca.6. Saturaui eos: & mœchati ſunt. Eſt in poteſtate Petri lautè cœnare, & non lautè cœnare. Si lautè cœnat fouet cauſam propinquam peccati. Si non, cauſam remouet. Remotę ſunt, quæ non ſunt in poteſtate noſtra: quin afferantur. Sunt tamen in poteſtate noſtra quantum, ad acceptationem, & non acceptationem. Verb.gra. Si amicus meus inuitat me ad cœnam ſplendidam, ad quam ſi acceſſero, timeo luxuriari vel inebriari, non eſt in mea poteſtate q̃ non inuitet me: eſt autem in meo arbitrio ire vel non ire. In eodem gradu ſunt tentationes Diaboli & mundi & appetitus ſenſitiui. Has Aug. vocat ſuggeſtiones, de quibus non dicit, vt de primis cauſis q̃ eas excidamus: quoniam vt diximus non ſunt in poteſtate quo ad oblationem, ſed quòd eis aditum non exhibeamus, i. non conſentiamus. Hoc enim eſt in noſtro arbitrio.

Peccatorũ duplices cauſæ.

Conſtat igitur quid ſit ſatisfactio abſolutè ſumpta, & vt eſt pars pœnitentiæ.

Quantùm ad ſecundum aduerte q̃ apud Theologos & fundamẽtum habetur ex Scriptura ſacra ſatisfactionis tres ſunt partes generales, ſcilicet,

Satisfactionis tres ſunt partes.

Oratio,
Eleemoſyna.
Ieiunium.

Quarum ratio eſt, quoniam omnis peccans aut peccat in Deum, putà per blaſphemiam, aut infidelitatem: aut contra proximum, putà nocendo in fama, aut in perſona, &c. aut contra ſeipſum, putà per gulam per luxuriam, per nimium ſui amorem, magis curans quæ corporis ſunt quàm animæ. Si peccat in Deum, ſatisfactio propriè fit per orationem, Deus enim neque eleemoſyna, neq; ieiunio noſtro indiget: ſed quærit à nobis honorem, obedientiam, deprecationem. Hæc enim debita ſunt ſubdito erga ſuperiorem, quem offendit, Si in proximum, ſatisfactio propriè fit per eleemoſynam: qua reintegratur damnum aut iniuria illata coram Deo.

Si in ſeipſum, ſatisfactio propriè fit per ieiunium. Bene enim ſequitur, Si per crapulam peccaſti: per ieiunium corrige. Patet igitur ratio trium partium ſatisfactionis, vt eſt pars pœnitentiæ ſacramentalis: de quibus intelligitur illud Tobiæ c.12. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna.

Tu tamen aduerte q̃ in Scriptura ſacra aliquando inuenimus pro ſatisfactione peccati commiſsi contra Deũ inſtitutam orationem, aliquãdo ieiuniũ, aliquando eleemoſynã.

De oratione habemus Ioël. cap. 2. Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium.

De ieiunio habemus Ionæ c. 3. Vbi audita prædicatione Ionæ Niniuitarum Rex pro conuerſione & reconciliatione ad Deum ieiunium vniuerſale indixit dicens per prẽconem publicum, Homines & iumenta & boues, & pecora non guſtent quicquam nec peſcantur, & aquam non bibant, & conuertatur vir à via ſua mala, ab iniquitate quę eſt in manibus eorum.

De eleemoſyna habemus Danielis cap. 4. vbi Daniel inquit ad regem Babylonis, Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum, forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. Hæc de ſatisfactione dicta ſint. Reliqua autem putà quomodo ſatisfactio fit per pœnam corporalem volũtariè aſſumptam, ad quam ſequitur vitæ innouatio: Quomodo non ſola fide cordis contriti ſatisfacimus peccatis: Quomodò conuenienter non præcedit, ſed ſubſequitur abſolutionem, pertractabimus in cap. ſequenti. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT V.

Eorum reprobatio ponitur, quæ à Luthero, contra hoc ſacramentum obiiciuntur.

IN 5.c. defenſandum eſt ſacramentum pœnitentiæ contra Luth. qui non ſolùm ipſum negat, ſed pro maiori parte reprobat, quæ in hoc ſacramento ab eccleſia ſeruantur: vt autem reſolutè procedamus, reducemus ea quæ reprobat: & quæ nos defenſabimus ad 16. pũcta, ſeu particulas. Primò peſſimè dogmatizat Chriſtum in eccleſia ſua non poteſtatẽ non dominationes, non imperia, ſed tantùm miniſteria conſtituiſſe: ita q̃ ſacerdos abſoluens pœnitentem non authoritatem, non poteſtatem, ſed tantum miniſterium habet: ita q̃ ſe habet velut merus auditor criminum, quibus offenditur Deus. Sic igitur inquit in illo ſuo Præludio, vniuerſis ſuis libris non hoc egerunt, vt docerent quid Chriſtianis in his verbis, Quodcunque ligaueris ſuper terram, & quorum remiſeritis peccata, &c. promiſſum eſſet: ſed quàm latè, longè & profundè ipſi violentia & potentia tyrannizarent, do nec quidam, & Angelis in cęlo cœperint mandare, & iactẽt incredibili impietate ſe cæleſtis & terreni imperij iura in his verbis accepiſſe: atque in cælis etiam poteſtatem ligandi habere: ita prorſus nihil de fide ſalutari, ſed de poteſtate tyrannica pontificum omnia blaterant, cum Chriſtus nihil de poteſtate, ſed de fide omnia agat: non enim imperia, non poteſtates, ſed miniſteria in eccleſia ſua conſtituit ſicut ex Apoſtolo didicimus dicente, Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, &c. & parum infrà inquit Luther. Et ſatis mirum eſt, quid acciderit cæcis illis, vt ex promiſſione baptiſmali, non etiam tyrannidem arrogarint, aut ſi hinc non arrogant, cur in pœnitentiali promiſſione id præſumpſerint cum vtrobique ſit par miniſterium, ſimilis promiſſio, eadem ſacramenti ratio, vt non poſſis negare ſi baptiſmus non ſoli Petro debetur, etiam claues impia tyrãnide ſoli Papæ arrogari: hæc ille.

Num ſit à Deo in eccleſia inſtituta poteſtas vel miniſterium tantum.

Luth. in hoc ſuo decurſu potius declamatorio quàm doctrinali, dicit, quę nec leuiter probat, primò inquit, Chriſtũ in eccleſia non inſtituiſſe poteſtatem, ſed miniſterium, quoniam in verbis illis, Quodcunque ligaueris & quorum remiſeritis, &c. continetur tantum promiſſio, & non authoritas. Profecto hic imperitiam ſuam oſtendit: nam ligare & ſoluere, & remittere iudicis eſt: iudex autem non eſt, niſi authoritatem habeat iudicandi, ſcilicet abſoluendi & cõdemnandi: ergo hæc duo contradicunt: in eccleſia inſtitutum fuiſſe iudicem: & non habere authoritatem, ſed tamen miniſterium.

Prætereà vnde accepit q̃ quidam cœperunt Angelis mãdare q̃ ſunt in cælo? Id certè aut eſt imaginatio ſua: aut aliquorum rudium, neque enim Chriſti ſacerdotes aut exorciſtæ: aliter præcipiunt Angelis: quàm Petrus Angelis malis deferentibus Simonem Magum. Prætereà, cùm dicit q̃ ſe iactant cęleſtis & terreni imperij iura accepiſſe à Chriſto in his verbis, Quodcunque ligaueris, &c. non verum dicit: ſed quando dixit Chriſtus Diſcipulis Matt. ca. vltimo, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra: Omnis quidem poteſtas, ſ. ſpiritualis & temporalis, quæ ſignatur per duos gladios, de quibus intelligitur illud, Lucæ cap. 22. Domine, ecce duo gladij hic.

Prætereà Quòd inquit atque in cælis & ligandi poteſtatẽ hñe, &c. peruerſè interpretat quaſi q̃ ſacerdotes dicãt ſe ptãtem habere ligandi eos, qui ſunt in cælo. Quæ interpretatio penitus irrationabilis eſt: ſed Chriſtus intendit cũ dicit, Quodcunque ligaueris ſup terrã, erit ligatum & in cælis, q̃ quicunque ligatur, i. excluditur in terris ab eccleſia militante per excommunicationem legitimè factam: ligatur & in cælis. i. ponitur illi impedimentum, ne tendat ad eccleſiam triumphantem: quoniam per militantem tendimus ad illam.

Prętereà, cùm inquit, Ita prorſus nihil de fide ſalutari: ſed de poteſtate tyrãnica pontificum omnia blaterant, &c. Iã pluries has de extinctione fidei querelas declamauit: verùm quam manifeſtè mentiatur non ſolũ ex prędictis cõprehendi poteſt, ſed & ex ſactis Theologis in 3. Sent. & præcipuè ex diuo Thoma, qui in ſecunda ſecundę in octo primis quęſtionibus, aliud non intendit, quã fidem magnificare, & eam in cordib. fidelium firmare: oſtendens quid ſit, quã neceſſaria ſit, circa quæ ſit, qũo augetur extenſiuè & intẽſiuè, in quo differt formata ab informi, & reliqua multa: & nos in ſecunda parte huius noſtri operis Chriſtiani, Tractatum de fide copioſum diſpoſuimus: vt videre poteris.

Præterea, Quam falſum ſit q̃ Chriſtus nihil de poteſtate ſed omnia de fide agit, & q̃ non imperia, non poteſtates, ſed miniſteria in eccleſia inſtituit diximus paulò antè: & iterum roboramus ſic, Dixit Chriſtus Petro, Tibi dabo claues regni cælorum, &c. Clauis autem poteſtatem importat, qua remouet obſtaculum, quo prohibetur homo cęlum ingredi. Hoc obſtaculum eſt peccatũ: ergo Chriſtus dedit Petro poteſta

testaté remouendi tale obstaculũ & non solum ministeriũ.

Præterea,si secundum Paulum debent Apostoli & sacerdotes existimari vt ministri & dispensatores. ergo habent claues, i.potestatem dispensandi. Omnis enim dispensator claues habet eorum quæ dispensat.

Præterea,cùm dicit Luth.Et satis mirum est,&c.nego q̃ sit eadem ratio de baptismo & de absolutione à peccatis: nam Christus omnibus dixit, Euntes baptizate eos.At soli Petro dixit,Tibi dabo claues regni cælorum.Quodcunque ligaueris &c.

Hæc de primo.

Num Sacerdos habeat potestatẽ sũ per pœnitentem.

Secundò Luth.tenet q̃ sicut manducantes corpus Christi,nihil potestatis habent super corpus Christi, sic nec absoluentes sacerdotes super pœnitentem:vnde inquit, ita cũ dicit accipite & manducate,hoc est corpus meum:hic calix est,&c.Fidem prouocat manducantium, vt certi sint se remissionem peccatorum accipere,si manducauerint,nec hic aliquid potestatis sonat,sed solum ministerium.

Luth.non aduertit cõparationem debere fieri non inter manducantes corpus Christi vt manducantes sunt, sed inter sacerdotes conficientes idem corpus:& inter absoluentes à peccatis.Nam & si ex præcisè manducantibus non eliciatur potestas, elicitur tamen ex conficientibus: quoniã Christus dixit,Hæc quotiescunque feceritis,in mei memoriam facietis.Patet ergo comparationem suam nihil valere, & si rectè fiat,s.inter conficientes & absoluẽtes concludet contra eum.Hæc de secundo dicta sint.

Pœnitentia fidem nõ excludit.

Tertiò Luth.imponit ecclesiasticis q̃ fidem negauerunt necessariam esse in sacramento pœnitentię: vnde inquit, Nec hoc contenta Babylonia nostra fidem quoque ita extinxit,vt impudenti fronte eam negauerit necessariam esse in hoc sacramento: imò antichristica impietate definiret hæresim esse,si fidem necessariam quis assereret.

Luth.hæc cõmentatus est:& fortè aliquos declamatores vulgares,sic docentes populum audiuit. Consimilia autem non inueniet in toto iure canonico: nec apud aliquem ex Theologis approbatum.Omnes enim in hoc cõueniunt:fundamentum omnium sacramẽtorum & basim esse sacrã fidẽ. Primumq̃ motum liberi arbitrij in Deũ,esse ex fide vt determinatur in 4 Senten.dist.17.non ergo oportet Luth.in his falsis cogitatibus tempus conterere.Hęc de 3.dicta sint.

Cõtritio fidem nõ præcedit.

Quartò Luth.imponit ecclesiasticis q̃ contritionem fide priorẽ fecerunt.vnde sic inquit,Contritionem sic docuerũt vt eam fide promissionis priorẽ facerent, & longè viliorẽ vt quæ non esset fidei opus sed meritum:imò non memorãtur eam. Sic enim operibus inhæserunt:& exẽplis Scripturarum in quibus leguntur multi veniam consecuti propter cordis contritionem,& humilitatem:sed non aduertunt fidem quæ contritionem,& dolorem cordis operata est sicut de Niniuitis Ionæ c.2.legitur : & crediderunt viri Niniuitæ in Domino:& prædicauerunt ieiunium.Hæc ille.

In hoc Luth.penitus falsum imponit ecclesiasticis peritis & bene sentientibus:quoniam magni Theologi & præciuè scribentes super 4.Sent.determinant contritionem ita subsequi actũ fidei:sicut actus voluntatis actũ intellectus: nam ex eo q̃ quis credit Deũ esse, & super omnia diligendum,ac iustum retributorem dolet se peccasse.

Præterea,Contritio quæ est perfecta de peccato displicentia & detestatio cum proposito non recidiuandi:connumeratur inter dona gratuita,quæ ex necessitate supponunt fidem vt primam radicem:ergo Luth.quæ hic dicit cõtritionę præcedere fidẽ, nõ apud approbatos Doctores inuenit, sed apud aliquos vulgares Cõcionatores,Hęc de quarto.

Attritio minime sufficiens ad pœnitentiæ sacramentum.

Quintò,eisdem ecclesiasticis imponit q̃ dixerũt attritionem fieri contritionem:vnde inquit, His audaciores & peiores finxerũt quandam attritionem, quæ virtute clauium, quam ignorant,fieret contritio eam donant impiis,& incredulis,vt sic vniuersa contritio aboleretur.Hæc ille.

Luth.& hoc ex eodem imperitiæ fonte traxit: nam sacri Theologi in 4. dist. 17.determinant id penitus esse impossibile,s.attritionem fieri contritionem.Primò,quia quorum sunt principia diuersa vnum non potest fieri alterũ:nam distinctarum causarum necessario distincti sunt effectus: sed attritionis principium est timor seruilis:cõtritionis autem est timor initialis, qui quomodo differant docuimus in tract.de donis in parte quarta. Præterea, naturale non potest fieri gratuitum,sunt enim diuersorum ordinũ, sicut nec habitus acquisitus fieri potest habitus infusus: sed attritio computatur inter naturalia, naturale est enim q̃ omnibus displiceant vitia & peccata cùm ad cor redeunt: verum q̃ hæc displicentia sit perfecta qualẽ importat contritio, vt docuimus suprà,iam est ex dono Dei gratuito:ergo attritio non potest fieri contritio,non est ergo Luthero in hoc laborandum,quoniam gratis concedimus.Hęc de quinto.

Dolere oportet de omnibus peccatis volentẽ absolui.

Sextò Reprehendit sacerdotes consulentes & docentes dolẽdum esse de omnibus peccatis vt recipiatur absolutio. Tenet enim ipse sufficere de his dolere,quæ primo aspectu memorię occurrunt:vnde inquit,Taceo hic insupportabile chaos laboris:quod nobis imposuerunt, s. vt omnium peccatorum formemus contritionem, cùm hoc sit impossibile: & minorem partem peccatorum scire possimus. Denique & bona opera inueniantur esse peccata iuxta illud Psalmi, Non intres in iudiciũ cum seruo tuo Domine,&c.Satis em̃ est,si ea doleamus peccata quæ prẽsente conscientia mordent:& facili ꝓspectu memoriæ cognoscuntur:nam qui sic affectus est absque dubio paratus est de omnibus dolere, & timere.Dolebitq̃ & timebit:vbi in futurum reuelatæ fuerint.Hæc ille.

Luth.hic pessimè dogmatizat,nec rationabili fundamento procedit:& si rationes doctorum ad hoc ꝓpositum considerasset,non ita leuiter rationem præpositam ad propositum suum formasset.Nam & Theologi in quarto Sent. & ꝑcipuè Diuus Thomas in dist.17.q.2.art.secundo,eam euidẽtius format:deinde soluit:format autem sic,Contritio est actus voluntatis,qui non potest esse de eo qđ cognitioni nõ subiacet:sed quædam peccata sunt quæ cognitioni nõ subiacent sicut oblita:ergo de eis non potest esse contritio.

Ad hoc respondens idẽ Doctor inquit,Obliuio de aliquo duobus modis contingere potest, aut quia totaliter à memoria excidit,& tunc non potest aliquis inquirere illud,aut quia partim excidit,& partim remanet, sicut cũ recolo me audiuisse aliquid in generali,sed nescio quid in speciali, & tunc requiro in memoria ad recognoscendum,& sm̃ hoc ẽt aliquod peccatum potest esse oblitum dupliciter, aut ita q̃ in generali memoria remaneat,sed non in speciali,tunc debet homo cogitare ad peccatum inueniendum,qm̃ de quolibet peccato mortali debet homo conteri in speciali:si aũt inuenire non potest sufficit de eo conteri, s.n q̃ in notitia tenetur:& debet homo non solùm de peccato,sed etiã de negligentia dolere,quæ fortè fuit obliuionis causa. Si autẽ peccatũ omnino excidit à memoria tunc excusatur homo: & sufficit generalis contritio de omni eo in quo Deum offendit,verùm si ad memoriam peccatum reuocatur tunc tenetur homo specialiter cõteri:sicut etiam de paupere,qui nõ potest soluere quod debet excusatur, & tm̃ tenetur quãprimum potuerit.Hęc est Diui Tho.solutio & determinatio quam noluit Luth.attendere: & aduerte q̃ Diuus Tho.non solum soluit rationem factam à Luth. sed probat cõclusionem:quam reprobat Luther. & est hæc, Oportet de omni mortali peccato actuali habere contritionem.Dico actuali: ad differentiam originalis,quod in baptismo remittitur nec est necesse de eo amplius conteri.Probatur autem sic prędicta conclusio,Pœnitentia est medicina contra omnia actualia peccata præcipuè mortalia:sed pœnitentia nõ est aliquorum,quorum nõ sic cùm sit prima pœnitentiæ pars:ergo de omnibus peccatis oportet pœnitentem contritionẽ habere.

Præterea,Peccatum nullum remittitur nisi quis iustificetur,sed ad iustificationem contritio requiritur,nullus enim à Deo iustificatur,nisi de omnibus offensis commissis cõtra Deum sufficienter doleat:ergo oportet pœnitentem de omni peccato mortali actuali dolere, & omni conatu studere rememorari.Aliter non excusatur coram Deo.

Quod autem inquit,Cũ bona opera inueniãtur esse peccata:hoc vtique in se non est verum,iustitia enim in se virt' est,& iustitiæ opus in se bonum est.Habet autem veritatem in comparatione ad optimas & perfectas operationes, Sanctorum & Dei:sicut omne quod est præter Deum in comparatione ad illum,potius est non ens quàm ens.In eodem sensu dixit Christus,Nemo bonus nisi solus Deus.

In eo q̃ Luth.inquit,Satis em̃ est si ea doleamus peccata quæ præsente cõscientia mordent,& facili ꝓspectu memoriæ cognoscuntur,&c.non sanum tribuit cõsilium. Dat em̃ fidelib.occasionem vt non laborent in discutiendo conscięntias suas:nec exerceant se in rememorando omni diligentia qũo & qualiter & quoties ꝯ Dei legẽ peccauerunt:ex consequenti nõ disponent se ad iustificationem. Præterea,Cur Dauid in Psa.inquit,Exercitabam & scopebam spiritũ meũ vt cõplacitior sit adhuc,nisi per exactissimum vitę suę examẽ indulgẽtiã obtineat pœnités à Deo:nõ ergo sufficit dolere ea peccata quæ facili ꝓspectu memorię cognoscuntur: sed omni sollicitudine quęrere, vt quæ non statim occurrunt memoriæ : per exercitium cogitandi rememorentur:

quo peracto, si non occurrunt, excusatur pœnitens.

Præterea, Pythagoras in versibus suis aureis, suadebat discipulis vt quolibet die excogitarent, quid boni aut mali egissent, vt de malo dolentes pœniterent, de bono autem gauderent excitantes seipsos ad virtutis amorem: ergo fortius fideles id agere debent propter salutem & diuinæ gratiæ assecutionem. Reuocet ergo Lutherus hoc suum non sanum consilium: ne deterior appareat his qui solo lumine rationis ducti diligentissimam & quotidianam propriæ vitæ recogitationem docebant & exemplo suæ vitæ prædicabant.

Confessio nõ modò vtilis, sed necessaria est ad salutem.

Septimò, Lutherus tenet confessionem occultam quam nos diximus sacramentalem, non haberi ex sacra Scriptura: esse tamen vtilẽ & eam approbat, vnde inquit, Occulta autem confessio, quæ modò celebratur, etsi ex Scriptura probari non possit, miro tamen modo placet, & vtilis imo necessaria est: nec vellem eam non esse in Christi ecclesia, cum sit ipsa afflictis conscientiis vnicum remedium. Siquidẽ detecta fratri nostro conscientia, & malo quod latebat familiariter reuelato: verbum solatij recipimus. Hæc ille.

Quod Lutherus confessionem occultam laudet & approbat: bene quidem se habet: suam tamen necessitatem nõ sicut nos accipit, nam sacri Doctores hanc necessitatem stricte intelligunt, ita scilicet quòd nemo saluetur nisi per huiusmodi confessionem habita tamen facultate vitæ, & loci, & idonei confessoris: Nec per violentiam impeditus. Lutherus autem necessitatem pro vtilitate tantum accipit: nam dicit infrà, De occultis audiendæ confessionis facultatem debere committi fratri, id est, proximo & sororibus, &c. Quod autem inquit, hanc confessionem non haberi ex Scriptura falsum esse demonstrabitur: nam Augustinus pertractans illud Euangelij, Quodcunque solueris super terram, in libro de Pœnitentia inquit, Nemo dicat sibi, Occultè agam pœnitentiam, nouit Deus, quia in corde ago, ergo sine causa dictum est, Quæcunque solueritis, &c. sine causa claues datæ sunt: & frustramus verbum Christi.

Præterea, Dixit Christus Ioan. cap. 20. Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remissa sunt & quorum retinueritis, retenta erunt. ex quo dicto præcipuè ex particula vltima, s. quorum retinueritis, &c. constat hanc confessionem institutam fuisse à Christo. Nam sic debet intelligi. Quorum retinueritis, i. quorum non remiseritis, non erunt remissa, modò successores Apostolorum, qui sunt sacerdotes, remittere non possunt nisi nouerint hominum peccata: sed nosse non poterunt saltem occulta, nisi peccator confiteatur: falsum ergo est tenere huiusmodi confessionẽ non esse à Christo institutam: nec haberi ex Scriptura sacra, nec in hoc audiendus est Glossator in Decretis, de pœnitẽtentia, dist. 5. ca. Confideret: vbi inquit, Melius dicitur eam institutam fuisse à quadam vniuersalis ecclesiæ traditione, potiusquàm ex noui, vel veteris Testamenti authoritate, sed vt inquit Scotus dist. 17. q. 1. salua viri reuerentia, irrationabiliter loquitur: sicut enim turpe esset Theologo dicere aliquid contineri in Biblia, & nescire vbi illud contineretur, sic & Canonistæ turpe est dicere, aliquid esse introductum ex vniuersali traditione ecclesiæ, & tamen non inueniri in Canone, si Canon sufficienter continet traditiones ecclesiæ vniuersales: nullum autem cap. allegat ad hanc traditionem, ideo non est audiendus in hoc cum habeamus expressum dictum Euangelij, quod suprà allegauimus: quo constat confessionem fuisse à Christo institutam. Taceat ergo ipse Glossator simul & Lutherus.

Iure factum est vt prælati quosdam sibi reseruẽt casus.

Octauò Luth. damnat prælatos superiores, qui deduxerunt confessionem in tyrannidem reseruando sibi casus, vnde inquit Hoc solùm detestor esse eam confessionem in tyrannidem & exactionem pontificum redactam: nam & occulta sibi reseruant. Quin ea potissimum reseruant impij tyranni, quæ minoris sunt momenti. Magna verò passim relinquunt vulgo sacerdotum. Qualia sunt ridicula illa confictaque in bulla cœnæ Domini: imò quo fit manifestatior peruersitatis impietas: ea quæ contra Dei cultum fidem & præcepta prima sunt, non modò non reseruant: sed & docent & prædicant, & probant. Qualia sunt discursus illi peregrinationum, cultus peruersi sanctorum, mendaces Legendæ Sanctorum: quibus omnibus fides Dei extinguitur: idololatria fouetur, sicut est dies hæc Hæc ille.

Luth. nulla ratione, sed tantum passione agitatus detestatur vt quandam tyrannidem reseruationem casuũ. Quod tamen in Christi ecclesia ab antiquo saluberrimè institutum, & seruatum fuit. Quod enim superioribus nonnulli reseruentur casus, multiplex ratio est: quam Luth. considerare noluit. Nam aliquando reseruantur, vt auferatur occasio & facilitas peccandi etiam si quis in occulto delinquat: vt incestuosus & sacrilegus. Aliquando vt agnoscatur immanitas criminis: vt homicidium & patricidium. Aliquando vt prouideatur detrimento populi Christiani, vt delatio armorũ ad infideles: aliquando vt vitetur scãdalum etiam si adsit minor culpa, vt laruatura clericorum: aliquando ne populus depranetur circa ea quę sunt fidei: vt hęresis & apostasia. Ex his constat q̃ non inconuenit superiores reseruare sibi aliquos casus, aliquando occultos, aliquando manifestos etiam quòd sint minoris culpę: sed maioris scandali ex causis dictis.

Cum aũt Luth. inquit ea quæ reseruantur in bulla cœnæ Domini esse ridicula: dignus est omni reprehensione. Ergo secundum ipsum hæresis & machinatio in personam pontificis, & hostibus fidei auxilium præstare: & libertatem sanctę matris ecclesiæ violare sunt ridicula. Quod nullus sanæ mentis diceret. Taceat ergo Luth. fatendum tamen est, q̃ aliquando superiorum indiscretio aliqua sibi reseruat non reseruanda. Verum velle ex hoc abusu reprobare vniuersaliter reseruationem casuum, temerarium est.

Cum autem dicit Luth. q̃ docent, & probãt ea, quæ sunt contra Dei cultum, qualia sunt illi peregrinationum discursus, vt passione & non ratione ductus loquitur. Quomodo enim peregrinationum discursus dãnat: cum & in lege Domini huiusmodi peregrinationes institutæ fuerint? Nã Deuteron. ca. 26. omnibus præcipitur, vt de omni loco, in quo habitant semel in anno accedant ad locum à Domino electũ: vt ibi offerant primitias, & benedicant Dominum Deum suum. Et cap. 31. præcipitur omnibus in anno remissionis vt conueniant in loco sancto vbi offerant sacrificia, & audiãt legem Domini. Præterea, Iesus cum matre virgine ascendit in templum secundum consuetudinem.

Sed fortè dicet Luth. Rationabiles peregrinationes non dãnosas, sed vagas & inutiles. Vt quid ergo generaliter absque vlla exceptione peregrinationes arguit? Verè in hoc q̃ non distinguit demonstrat imperitiam suam: intẽdens enim quod est malum per accidens reprobare, reprobat quod est bonum per se & laudabile.

In eo verò q̃ arguit Pontifices de peruerso cultu Sanctorum, innititur propriæ audaciæ. Nam si dignaretur inspicere sacras Decretales lib. 3. titulo 45. ca. audiuimus, & cap. cum ex eo: sciret profectò quãta consideratione sancta Romana ecclesia prohibet aliquem pro sancto venerari, vel reliquias passim ostendi: absque eiusdem ecclesiæ licentia, nõ ergo docet nec approbat peruersum cultum Sanctorum, imò prohibet & arguit. Præterea Sancta Romana ecclesia, vt legimus in Decretis dist. 15. omni solicitudine studuit separare libros fide dignos: quos fideles tutè legere & acceptare possunt à Legendis, & tractatibus apocryphis: quos omnes reijcit. Non ergo verum dicit Lutherus quòd pontifices docent, & probant mendaces Legendas Sanctorum.

Quod si fortè aliqui ex episcopis aut sacerdotibus inueniuntur talia mendacia astruere, aut docere, illi profectò mulctandi sunt. Non tamen propter hoc pontificib. & alijs ecclesiæ prælatis imponendum est, quòd peruersam inter fideles disseminant doctrinam.

Et cùm dicit Luther. quibus omnibus fides extinguitur, &c. Vtique si deuotæ peregrinationes assumptæ ex voto, aut pœnitẽtia essent illicitę, si ecclesia peruersè sanctos coleret, putà adorans diuino honore, colens malos vt stulta gentilitas: si mendaces approbaret sanctorum Legendas: fides extingueretur. Verùm vt docuimus his ecclesia non assentit. Ideo ex pijs peregrinationibus, ex deuoto, & probato Sanctorum cultu, ex veris Sanctorum Legendis, fides viuificatur: & in corde fidelium conseruatur ex frequenti rememoratione Sanctorum, sicut in lege Domini memoria diuinorum beneficiorum ex festis institutis, vt patet Deut. ca. 16. Hæc de octauo dicta sint.

Pontifices possunt sibi quasdam reseruare peccata.

Nonò tenet quòd Pontifices nulla possunt sibi reseruare peccata. Vnde inquit, Ius reseruandi eos habere nego, neque credo: quod nec vno apice, aut tota probare possunt. Ego autem contrarium probo.

Primùm, Si Christus Matthęi capite decimo octauo, de publicis peccatis dicit nos esse lucratos animam fratris, si correctus nos audierit: nec prodendum ecclesię nisi audire noluerit, ita inter fratres peccatum emendari potest: quanto magis de occultis verum erit ipsum tolli si frater fratri sponte confessus fuerit, vt non sit necesse

ecclesiæ,

ecclesiæ,id est prælato, aut sacerdoti, vt ipsi garriunt interpretantes id ipsum prodere ? In quam sententiam & aliam habemus Christi authoritate dicétis ibidé, Quodcunque ligaueritis super terrá,&c.& quodcunque solueritis,&c.Hoc enim omnibus Christianis dictum est. Vbi & iterum in idem dicit,Rursum dico vobis, Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quácunque petierint fiet illis à Patre meo.At frater fratri occulta sua pandens & veniam petens,certè cùm fratre suo consentit in veritate,quæ Christus est.De quo adhuc clarius ibidem prædicta confirmans dicit,Amen dico vobis vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,in medio eorum sum ego. Hæc ille.

Vt agnoscat Luthe.quòd non absque ratione Pontifices peccata aliqua sibi reseruant:formabo rationé ad hoc. Deinde Luthe.rationes soluam.

Arguitur igitur sic,Quicquid perfectionis & recti ordinis est in principatu tẽporali,inuenitur etiam in spirituali, & nobiliori modo:qualis est principatus ecclesiç militantis aduersus quam portæ inferi non præualent. Sed in principatu temporali hic est ordo quòd iurisdictio,& potestas plenariè est in vno primo,aut in optimatibus,vt in vno collegio:& ab ipso in inferiores gradatim descendit, prout diuersis officiis deputantur. Et ex hoc primus ille,vel collegium pro Reipublicæ cõseruatione, aliqua sibi reseruant, nec committunt inferiori nisi ex speciali mandato. Ergo & in spirituali principatu,rationabile est vt authoritas stet in 1.capite,& ab ipso in inferiores descendat.ex cõsequenti pro conseruatione Reip. Christianæ quò ad salutem animarum,potest primus aliqua sibi reseruare:propter causas,quas supra adduximus:alioquin non esset subditorũ saluti bene prouisum.Nam si etiam istantibus his reseruationibus Christiani passim in nephanda crimina ruunt: quid obsecro esset,si omnis sacerdos quemcunque peccatorem quantumcunque grauibus delictis irretitum absoluere posset?

Constat ergo quàm rationabiliter,pontifices aliqua sibi reseruant.Quod si in huiusmodi reseruationibus aliquis cõmittitur abusus propter auaritiam præsidentium,id nõ debet euacuare legem,quæ ex se bene, & rationabiliter fuit instituta.

Nunc intendo rationes siue argumenta sua soluere:quç super Christi authoritates fundat,quas non rectè interpretatur nec verè suo proposito deseruiunt.

Ad illud Mat.cap.18.de publicis peccatis nos esse lucratos,&c.respondetur,Nó intendit Christus,ex tali correctione & emendatione proximum esse absolutum absolutione sacramentali. Sed quoniam suscipit correctionem non perseuerat in malo:ex consequenti lucrati sumus proximũ nostrum, pro quanto declinat à malo, & proponit bene viuere. Cum hoc tamen obligatur ex institutione Christi & prçcepto ecclesiç præsentare se sacerdoti & confiteri & absolui.

Cùm autem dicit Christus,Dic ecclesiæ:non sumitur ecclesia pro sacerdote confessore,sed pro prælato, qui super peccantem iudiciariam potestatem habet p quã publicè eum punire potest.Et q̃ hęc fuerit dicti Euangelici intentio patet ex verbis immediatè prçcedentibus,quç sunt hęc, Si autem te non audierit adduc tecum vnum, aut duos, vt in ore duorum,vel trium testium stet omne verbum:constat autem quòd testes non adhibentur, nisi vt iudicialiter conuincatur & condemnetur,aut absoluatur.

Ex his dico ad rationem Luth. quòd in antecedente illy Lucratos esse,decipitur:quia Christus per lucratos non intelligit proximos absolutos esse,vt iam diximus: sed quoniam desinunt perseuerare in malo de quo correcti fuerant vltra quod adhuc supereſt absolutio per sacerdotem subsequens confessionem propriam.Ad illud autem, Quodcunque ligaueritis, & nego dictum fuisse omnibus Christianis. Nam in principio illius c fic legimus in illa hora accesserũt Discipuli ad Iesum dicentes,Quis putas,&c. & per totum caput loquitur ad solos discipulos:& non ad turbas. Vnde rationabiliter accipitur,vt dictũ solis sacerdotibus quò ad potestatem ordinis:& non quo ad potestatem iurisdictionis: Ipsam nanque soli Petro dedit cùm dixit, Tu es Petrus & super hanc petram: &c. &, Quodcunque solueris, &c.A Petro,autem, vt à principe descendit in inferiores sacerdotes.

Ad illud verò, Si duo ex vobis consenserint, &c. dico quòd non deseruit proposito suo. Quæ enim consequentia est hæc? Si duo consenserint, id est si erunt vnius sententiç,aut voti in petendo aliquid in oratiõe, de omni re quá petierint,fiet illis à Patre meo: & dicere alter soluit alterum:profectò constat quod non sequitur, nec Christus loquitur in tali proposito.

Ad illud etiam,Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo,& respõdeo eodem modo.Ibi enim loquitur de congregatione secundum charitaté.Tũc enim Christus est in eorum medio per gratiam. De remissione autem & absolutione à peccatis,nulla prorsus est in loco illo mentio: nec Christi loquentis intentio.Sicut etiam patet ex omniũ Doctorum expositionibus.Hæc de 9.dicta sint.

Decimò Luthe.tenet illum absolutum esse & non indigere absolutiõe sacerdotis,qui sponte confessus fratri suo fuerit,aut correctus veniam petierit. Vnde inquit, Proinde illũ non dubito absolutũ esse à peccatis occultis suis q̃squis siue sponte confessus fuerit,siue correctus veniam petierit corã quouis priuato fratre,quicquid contra hoc insanierit pontificum violentia,quando Christus & manifesta dedit absoluere cuilibet suo fideli. *Non quilibet fidelis, sed solus sacerdos absolucre potest à peccatis.*

Luth.inquit se non dubitare illum esse absolutum,&c.& tamen ad hoc nec leuem rationem habet.Quod enim dicit Christum dedisse facultatẽ cuilibet fideli absoluere manifesta,mendacium est:nec in toto Euangelio id inuenietur. Et si allegat illud Mat.cap.18.Quodcunque ligaueritis,&c. iam suprà ostendimus q̃ nõ omnibus,sed discipulis & præcipuè duodecim,quos sacerdotes reliquit,illud dixit.

Addo tamen contra eũ rationé,qua probatur solùm sacerdotem hãc facultatem à Christo recepisse: & arguo sic Christus vt sacerdos constitutus secundum ordinẽ Melchisedec,ex consequenti sacerdos in æternũ,& primus absoluit hominem à peccato,ergo cuicunque hãc dedit facultatem,& ministeriũ,ille debuit institui sacerdos per ordinis susceptionem:aliter non seruaretur conuenientia & proportio inter primum sacerdotẽ Christũ absolucntẽ,& inferiores absoluẽtes.Et propterea vniuersaliter doct. tenent hominem quantumcunque sanctum non existentem sacerdotem,non posse vti clauibus: quoniã etsi Christo maximè assimiletur gratia,& sanctitate, non tamen in sacerdotio. Vnde Luth.tenens quemlibet fidelem posse absoluere proximum suum indignificat sacerdotalem dignitatem:& occasionem Christianis præstat passim & inuerecundè peccare.Multi nanque cauent à peccatis propter confessionẽ fiendam sacerdoti.Hæc de decimo dicta sint.

Vndecimò Luth.hortatur prælatos vt de occultis facultatẽ audiendę cõfessionis permittant omnibus, etiã mulieribus.Vnde inquit,Quare ego monerẽ principes istos babylonis & episcopos Bethauẽ sibi tẽperẽt à reseruãdis casibus quibuscunque.Deinde de occultis audiendæ cõfessionis facultatem permittant liberrimã omnibus frat. & fororibus,vt peccatũ cui voluerit peccator reuelet,venia & solatium.i.verbum Christi ex ore proximi periturus.Hæc ille.

Vides hic in quantã cęcitatẽ cadit Luth.nec mirũ, quoniam in principiis errauit.Nam ex eo q̃ sacrã cõfessionem quo ad audientiam & absolutionẽ cõmunẽ fecit omnibus: & ad hoc deuenit vt mulieres garrulas,instabiles & nullius secreti velit huius diuini operis ministras esse. Quid magis stultũ docere potuit?Cur Pau.1.ad.Cor.c.14.& 1.ad Tim.c.2. tantùm arctauit mulieres si authoritate Christi possunt dispensare,& ministrare in diuinis officiis:vt est confessionũ audientia & absolutio à peccatis?Dixit Paulus, Mulier in silentio discat cum omni subiectione.Docere eñ mulierem non permitto:neque dominari in virum,sed esse in silẽtio.Quomodò ergo potest esse iudex,qualis est confessor? Ergo eadem ratione consecrare poterit Christi corpus & sanguinem:& multa alia in Christi ecclesia agere: quæ in diuina & humana lege rectè instituta absurda iudicantur. Hęc de vndecimo dicta sint.

Duodecimo Lutherus despicit Doctores, qui peccatis circunstantias assignarunt,& contemnit eas:nec curat eas explicari in confessione. Vnde inquit, His malis adiecerunt circunstantias:item matres, filias, sorores, affines,ramos, fructus peccatorum excogitata, scilicet per ociosissimos, & acutissimos homines etiam in peccatis arbore quadam consanguinitatis, & affinitatis, tam fœcunda est impietas, & inscitia. & infrà, At ego, quicquid est circunstantiarum consulerim penitus contemnere.Apud Christianos vna est circunstantia: quæ est peccasse in fratrem. Nulla enim persona, fraternitati Christianæ comparanda est. Nec aliquid facit obseruatio *Peccatores circumstantias confiteri oportet.*

locorum temporum:dierum,perſonarum. Et ſi qua eſt alia inflatura ſuperſtitioſa.Hæc ille.

Luth.in hoc loco in duobus maximè peccat. primo conatur totam moralitatē euertere.Nam circūſtantiæ ſpecificant,& variant humanos actus,comedere enim ex ſe peccatum nō eſt,tali autem hora,putā poſt dormitionē immediatè vitioſum eſt:quoniam eſt intemperantiæ ſignum,& tale cibū;putā carnes tali die,vt feria ſexta remota cauſa,peccatum eſt,qm̄ prohibitū ab eccleſia.Præterea, Boni habitus partes ſuas ſubiectiuas potentiales & eſſentiales habent,ſimiliter & mali vt docuimus in parte ſecunda & tertia.Huiuſmodi autem partes vocant Doctores ramos & filias.Nō ergo ſine ratione circunſtantiæ,& partes,& filiæ aſſignatæ ſunt à Doctoribus.

Secundò ex eo q̄ cōtēnit in cōfeſſione circunſtātias cōfitendas aufert viam emendationis & cōtritionis. Quis em̄ de peccatis perfectè dolet, niſi modos, cauſas, qualitates peccatum grauantes conſideret : & in quo & contra quem peccauerit?Præterea,Sine circunſtantiis.& præcipuè aggrauātibus,confeſſio non erit perfecta. Quicquid enim diuina lege prohibitū eſt,particulariter confitendū eſt,plures autem circunſtantiæ ex diuina lege prohibitæ ſunt vt ex eo q̄ quis accipit alienū inuito domino cōmittit furtū : ex eo q̄ accipit in loco ſacro,committit ſacrilegiū:ex eo q̄ cognoſcit propinquā committit inceſtū: & ſingula hęc in diuina lege prohibeantur.Ergo neceſſe eſt huiuſmodi circunſtātias confiteri.Præterea,Si Luth.Doctores quos vocat ſcholaſticos nō audit ſaltem diuū Augu.reuereatur. Qui in lib. de vera & falſa pœnitentia:recitatur in Decretis de pœnitētia diſt.5.c.confideret,omni diligentia inquirit de circunſtātiis peccatorum,quas tenet omnino confitendas,vt locum, tempus, perſonā perſeuerantiā,tentationē, frequentationē peccati.Erubeſcat ergo Luth.dicens obſeruantiā locorum temporum perſonarū nihil facere.Ergo non eſt maius peccatum occidere patrem quàm extraneum,non magis peccat prælatus quā ſubditus:nō maius peccatū eſt ſacrilegiū, quàm ſimplex furtū.Hoc aūt penitus abſurdū eſt.Luth.oēs arguit vt nugaces,ſe verò penitus irrationabiliter loquentem non conſiderat.Putat fortè ſe æqualē Deo,cuius dictū ipſa veritas eſt.Præterea,Quid eſt dictū,Apud Chriſtianos vnam eſſe circunſtantiā in fratrem peccaſſe,niſi vocem propriā ignorare?Nónne obligatur Chriſtiani bene virtuosè & moraliter viuere:ex cōſequenti ſecundū debitas circunſtātias formantes actum bonū?Credit Luth.ſic dicēs,Chriſtianum magnificare,& non aduertit q̄ in operando ipſum vt beſtia exiſtimat:ex quo ſecundū ipſum circunſtantiæ nihil faciunt,Hęc de 12.dicta ſint.

Decimotertiò,tenet Luth.ſatisfactionē poſt confeſſionē quæ fit in eccleſia per impoſitionem pœnitentię non eſſe debere aliquā pœnā corporalem ſed innouationem vitę:dam natąque vigilias, peregrinationes, ieiunia, flagellationes, quę voluntariè aſſumuntur, vel à ſacerdote imponuntur p ſatisfactione de confeſſis:vnde inquit, Satisfactionem ſic docuerunt vt populus verā ſatisfactionem nō intelligeret vnquā,quę eſt innouatio vitę.Deinde ſic inſtant & neceſſariam faciunt vt fidei in Chriſtum non relinquant locū miſerimè exarnificatis eo ſcrupulo conſcientiis alio currente Romam,alio huc,alio illuc, alio virgis ſe flagellante alio corpus ſuum vigiliis & ieiuniis occidente.Hæc ille.

Satisfactio ſacramentalis nō eſt noua vita, ſed aſſumptio,vel acceptatio pœnæ voluntariæ pro malis cō miſſis.

Luth.decreuit pro ſuo poſſe ſi pręualeret emendationis & correctionis vias populo Chriſtiano pręcludere.Nam ſatisfactio formaliter eſt aſſumptio vel acceptatio pœnę voluntarię pro commiſſis malis, vt reconciliemur Deo quem peccantes offendimus ergo non eſt formaliter innouatio vitæ:ſed talem ſatisfactionem,ſi eſt fructuoſa concomitatur innouatio vitę.Vnde ſe habet vt arbor bona, quę bonos fructus facit.Quod ſi ſatisfactio ſit non voluntaria volūtate efficaci,& deliberata:ſed ſimulata vel volūtate remiſſa:eſt ſicut arbor mala,vel infructifera.Prętereà, Luthe, damnans pœnas corporales aſſumptas pro ſatisfactione commiſſorū, contradicit ſcripturæ ſacrę. Dicitur enim per Ioēl prophetam cap.2. Conuertimini ad me in ieiunio &fletu,& planctu &c.Prętereà, Quomodo verificatur illud , Per quę peccat quis, per hęc & torquetur? Non enim verificabitur niſi ex gulla peccans,ſatisfaciat abſtinentia & ieiunio. Si peccauit laſciuia carnis,ſatisfaciat caſtigationibus,& carnis mortificatione. Si peccauit rapiens aliena,ſatisfaciat reſtitutione, & eleemoſynis, Luthe.non aduertit q̄ dum ociosis & delicatis complacere voluit,omni vicio viam aperuit. Cur enim Dauid poſt peccatum inquit,Laboraui in gemitu meo : lauabo per ſingulas noctes lectum:lachrymis meis ſtratum meum rigabo: ſi ad ſatisfactionem ſufficit innouatio vitæ ? Non ergo in hoc audiendus eſt Luthe. Hæc de decimotertio dicta ſint.

Decimoquartò tenet ſola fide cordis contriti, ſatisfieri peccatis commiſsis.Vnde inquit, Quę mōſtra tibi debemus Romana ſedes & tuis homicidis legibus,quibus totū mundum eò perdidiſti,vt arbitretur ſeſe poſſe Deo per opera ſatisfacere peccatis,cui ſola fides cordis cōtriti ſatisfacit quam tu his tumultibus non ſolum taceri facis,ſed etiā opprimis.Hęc ille.

Luth.confundatur in opprobriis ſuis, quæ pertranſeo: quoniam ad ſanam doctrinam non ſpectant. Quod verò inquit Romanā eccleſiam perdidiſſe mundū,eo q̄ arbitratur ſeſe poſſe,&c.hoc non eſt perdidiſſe mundum,ſed vera citer,& rectè docuiſſe. Si enim naturali principio quod ad ſenſum experimur contraria contrariis curantur, mala opera bonis oppoſitis corriguntur. Vt qui ſuperbus fiat humilis,qui luxurioſus fiat caſtus. Et hæc eſt Pauli doctrina,quam Luthe.intelligere noluit.Scribes enim ad Roma.c.8.inquit,Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundiciæ ad iniquitatem,ita nunc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem,id eſt operari opera iuſta & bona,quę ſanctificant:ſicut mala inficiunt. Prætereà,Quòd inquit Luthe.cui ſola fide ſatisfit, falſum vtique eſt:niſi enim ſit fides quę per charitatem operatur, vt inquit Paulus ad Gal.ca.5.vana eſt.Prætereà, Si fides ſufficit, quare Chriſtus in iudicio reprobat eos, qui miſericordiæ operibus non inſtiterunt?Prætereà,cur non dixit,Qui crediderunt:ibunt in reſurrectionem vitæ? Imò ad oſtendendum fidem non ſufficere dixit:qui bona fecerunt ibunt in reſurrectionem vitæ. Aduertat ergo Luthe. q̄ dum omne meritum,omnem ſatisfactionem,omne medium ad ſaluté tribuit ſoli fidei:vileſcere facit viam ſalutis.Quomodo em̄ arcta eſt via quæ ducit ad vitam,ſi ſola fides ſufficit? Ideo non per ſolam fidem,ſed per bona opera fundata in fide formata ſiue viua ſatagere debemus ad faciendam certam vocationem noſtram:& ſic ſatisfacere pro commiſsis contra Deum & proximum.Hæc de decimoquarto dicta ſint.

Non ſola cordis fides ad ſatisfactionem ſufficit.

Decimoquintò Luthe.damnat confeſsionē repetendam quando pœnitentia iniuncta fuerit neglecta.Sic igitur inquit.Proceſſerūt ex his quidam,ad illas deſperationis machinas vt ſtatuerent omnia peccata denuo eſſe repetenda confitenti:pro quibus iniuncta ſatisfactio eſſet neglecta. Et quid non auderent,qui in hoc nati fuerunt, vt nihil non decies captiuarent.

Neglecta pœnitentia repetēda eſt confeſsio.

Luth.ſtatutum commemorat, ſed rationem ſtatuti, aut ignorauit,aut noluit intelligere. Tu igitur aduerte,quòd ipſum ſtatutum ſi quod eſt ſic intelligēdum eſt apud ſacros & veros Theologos.Si ſatisfactio ita fuerit neglecta q̄ in obliuionem penitus tranſierit.Neque enim ſequens cōfeſſor pœnitenti ſatisfactionem conuenientem imponere valeret,niſi priora peccata pro quibus pœnitens non ſatisfecit agnoſceret.Vt igitur tanquā iudex totius cauſę grauitatem agnoſcat,& vt ſalubris medicus peccatori ęgrotanti oportuna adhibeat remedia: omnia peccata prędecedentis confeſsionis repetenda ſunt : & noua ſatisfactione curanda. Si autem in obliuionem non tranſiit,non eſt repetenda confeſsio.Sed pœnitenti ſufficit dolere & confiteri quòd ſatisfactionem iniunctam non adimpleuerit ,& confeſſor ei imponet quòd eam perficiat.Arbitrandum eſt enim confeſſorem prędecedentē diſcretum & idoneum fuiſſe animæ medicum : & conuenientem exhibuiſſe medicinam,niſi fortè ſatisfactio iniuncta penitùs irrationabilis appareret:tunc penitens non obligatur ad illam, & in eo caſu confeſſor ſequens debet eam commutare in aliam rationabilem. Hęc eſt ſtatuti de repetēda confeſsione vera intelligentia.Cùm igitur Luthe.rationem ſtatuti non recitet nec ſoluat,nec aliqua ratione,ſed tantum opprobriis verbis:ſacrę confeſsionis repetitionem damnet, ideo relinquendus eſt.Hæc de decimoquinto dicta ſint.

Decimoſexto,Damnat abſolutionem præcedere ſatisfactionem.Vnde inquit,Huic peruerſitati dedit occaſionē non modicam quòd peccantes abſoluimus ante ſatisfactionē impletā, qua ſit vt magis ſoliciti ſint de implenda ſatisfactione quę durat,quàm de contritione quā tranſiſſe inter confitendum credunt:cum econtrà abſolutionem oporteat eſſe ſicut erat in primitiua eccleſia ſatisfactione poſteriorē: vt fiebat vt opere ceſſante poſtea magis in fide & nouitate exercerentur.Hæc ille.

Satisfactio iure ſubſequitur abſolutionem.

Paucis

Paucis verbis Luthe.quàm plura falſa inculcat.Primò in eo q̃ damnat abſolutionem præcedere ſatisfactionem,cùm hic ſit rectus iuſtitiæ ordo,vt primò delinquẽs de offẽſa doleat,ſecundò eam cõfiteatur,tertiò per cõfeſſionem reconcilietur ei,in quem peccauit,veniã petens:deinde reus ſit pœnæ ad ſui emendationem ſi offenſa ſecreta ſit. Si aũt ſit publica,ad aliorum exemplum. Primum ſit per contritionem.ſecundum per abſolutionem.Poſtquàm qui reꝰ eſt pœnæ habet ſatisfacere.Et ideo recto ordine ſatisfactio ſubſequitur abſolutionem.

Secundò falſum dicit in eo q̃ aſſerit nos credere contritionem tranſire inter confitendum.Diximus enim in ca. præcedenti,quantum durare debeat contritio,& quomodo per totam vitam,& quomodo non. Et q̃ verè pœnitentes, quoties recordantur Deum & proximum offendiſſe dolent & dicunt,Sana Domine animam meam quia peccaui tibi.

Tertiò falſum dicit in eo quòd inquit ſatisfactionem præcedere debere abſolutionem, vt in primitiua eccleſia. Hoc vtique non eſt verum niſi de pœnitentia publica,quãdo imponenda erat pro exemplo populi.Tunc enim vt peccantis pœnitentia,& perſeuerantia probaretur,prius pœnitentiam publicam agebat quàm abſolueretur in faciem eccleſiæ.At nunc loquimur de abſolutione,& ſatisfactione in foro conſcientiæ.Vnde in hoc ſicut & in cæteris ſupradictis Luth.non eſt audiendus.

Hæc dicta ſint pro ſacramento ſalutiferæ pœnitentiæ, & eius defenſione.

Tractatus quinti de pœnitentia,finis.

TRACTATVS SEXTVS

Quintæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ,ſex partitus capitibus,De Sacramento extremæ Vnctionis.

IN hoc Tracta.6. acturi ſumus de ſacramento vltimæ vnctionis : quem diuidimus in ſex capita.

Primò inueſtigandum eſt quid ſit.

Secundò à quo,& vbi,& quando hoc ſacramentum inſtitutum fuerit.

Tertiò quæ ſit eius materia & forma.

Quartò quis ſit eius ordinarius miniſter : & quis eius effectus.

Quintò quis ſit receptiuus huius ſacramenti, & in quibus corporis partibus debeat perungi.

Sextò defenſandum eſt hoc ſacramentum contra Luth.

CAPVT I.

Extremæ Vnctionis Sacramentum quid ſit.

IN hoc 1.c.inueſtigandum eſt quid ſit extrema vnctio, vt ſumitur in eccleſia pro ſacramento. Tu igitur aduerte, q̃ ex cõmuni ſententia ſacrorum Theologorum extrahitur hæc diffinitio,Extrema vnctio eſt ſacramentum ex vnctione facta infirmo per oleum ſanctificatum, conferens infirmo remedium contra peccatorum reliquias:& quantũ expediat alleuiationem ferens corporis infirmantis.

Quatuor vnctiones ſunt.

Primò dicitur extrema vnctio, & ſumitur in vim vnius nominis:in reſpectu ad præcedentes.Nam in eccleſia quatuor inuenimus inſtitutas vnctiones.Prima eſt in baptiſmo. ſecunda in confirmatione,tertia in ſuſceptione ordinis ſacerdotalis,quarta in infirmitate:& poſt hanc non eſt alia: ideo merito dicitur extrema,id eſt vltima vnctio ſpiritualis in eccleſia inſtituta.

Secundò dicitur ex vnctione ſiue linitione facta infirmo pro quo aduerte q̃ vnctio poteſt teneri actiuè & paſſiue: actiuè quidem, vt eſt ab vngente:paſſiuè autẽ vt recipitur in infirmo qui linitur,ſicut etiam diximus de tinctione ſiue lotione, quæ fit in baptiſmo. Hic ſumitur linitio paſſiuè,quæ recipitur in infirmo:ſicut ſumitur tinctio paſſiuè, qua tingitur baptizatus.

Tertiò dicitur per oleum ſanctificatũ : vt in hoc diſtinguatur à ſacramento confirmationis:nam baptizatus linitur non ſimplici oleo ſanctificato per epiſcopum, ſed ſacro chriſmate:quod componitur ex oleo & balſamo, vt docuimus in Tracta.de ſacramento confirmationis.

Quartò dicitur conferens remediũ infirmo,&c.in quo tangitur effectus huius ſacramenti de hoc dicemus in c.4.

Conſtat igitur quid ſit vltimæ vnctionis ſacramentum.

CAPVT II.

De huius Sacramenti Inſtitutione

IN 2.cap.inueſtigandum eſt à quo & vbi & quando fuerit inſtitutum.Tu igitur aduerte q̃ hic eſt duplex opinio.

Prima tenet hoc ſacramentum fuiſſe ab Apoſtolis conſtitutũ.Et fundat ſe ſup gloſſam,quæ eſt ſuper illud Marci. 6.Vngebant oleo multos infirmos,& ſanabantur.Glo.autẽ ſic dicit,Ab Apoſtolis patet hũc morẽ eſſe traditũ,vt energumeni,& alij ægroti certo loco vngantur oleo à Pontifice cõſecrato.Secundum hanc ergo opinionem dicẽdum eſſet quòd Apoſtoli à Deo inſpirati, diuina authoritate & voluntate inſtituere potuerunt hoc ſacramentũ.Et cõfirmatur:qm̃ ſicut diuina inſpiratione, & authoritate potuerunt mutare formam ſacramenti,vt in baptiſmo quãdo baptizabant in nomine Ieſu Chriſti:ita eadem inſpiratione, & authoritate potuerunt inſtituere aliquod ſacramentum.

Secunda tenet quòd nec Apoſtoli,nec eccleſia,ſed ſolus Chriſtus ipſum inſtituit:qm̃ ſacramentum non habet efficaciam,nec virtutem,niſi ex paſſione Chriſti. Et hæc opinio verior reputatur.Nec valet illa gloſſa in hoc,nec eſt par ratio de mutatione formæ ſacramenti,& deinſtitutione eius. Maius eſt enim fm q̃ primũ:& præcipuè quãdo ſubeſt cauſa cum inſpiritione diuina ſicut docuimus in Tract. de baptiſmo quòd Apoſtoli ex rationabili cauſa formã baptiſmi mutarunt tempore ſuo quã cauſam manifeſtauimus in eodẽ Tract.Vtrũ autẽ Chriſtꝰ hoc ſacramẽtũ inſtituerit, Mar. ca.6.quando miſit Diſcipulos ad prædicandũ, & dicitur in eodem c.q̃ exibant Dæmonia,& qđ prædicabant vt pœnitentiã agerent,& vngebãt oleo multos infirmos:declarabimus in c.6.Vbi defenſabimus hoc ſacramentũ cõtra Luth.

CAPVT III.

De Forma & Materia huius ſacramenti

IN hoc 3.c agendum eſt de materia & forma huius ſacramenti.Quantum ad materiã conſtat eſſe oleum ſimplex p benedictionem epiſcopi ſanctificatum ſine admixtione alterius rei,putà balſami,vt ſit in ſacro chriſmate.Et ad hoc ratio talis allegatur,Oleum ſignificat nitorem conſcientiæ:balſamum ſignificat bonum odorem & ſuauitatem famæ.Sed morituris maximè indiget nitore conſcientiæ : & nõ multum ſuauitate famæ.Qui enim iudicat me Dominus eſt:ergo conuenienter liniuntur ſimplici oleo morituri, & non ſacro chriſmate.Et quoniam morituri indigent gratia ſanante non ſolum animam, ſed & illa corporis membra quibus diuerſimodè peccauerunt,ideo oportet eos inungi in illis membris.Quæ autem ſint dicemus infrà.

Morituri cur ſimplici potius oleo inunguntur quam chriſmate.

Quantum ad formam aduerte q̃ ſicut in aliis ſacramentis format conſiſtit in verbis & opere:ſic & in hoc.Ver.gra. In baptiſmo forma conſiſtit in his verbis : Ego te baptizo, &c.& in trina immerſione in aqua.Sic & in hoc ſacramẽto forma conſiſtit in his verbis:per iſtam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam dimittat tibi Deus quicquid per viſum peccaſti:& in hoc opere,ſcilicet in ſignatione membrorum per modum crucis dum liniuntur.

Sed dubitatur,cùm plures fiant vnctiones iuxta,pluralitatem membrorum quæ inunguntur,& multiplicetur verborũ prolatio,prout applicatur diuerſis membris putà ad viſum fit propria prolatio,ad auditum alia,ad guſtum alia: &c.quæritur an omnia ſimul peccata dimittantur, ſcilicet terminatis omnibus vnctionibus,an ſucceſsiuè,putà terminata vnctione oculorum dimittuntur peccata commiſſa per viſum & ſic de aliis ſucceſsiuè.

Reſpondetur,Communiter tenetur q̃ licet omnes illę vnctiones ſucceſsiuè fiant,& non omnes ſimul, tamen dimiſsio peccatorum fit ſimul in illo,ſcilicet inſtanti in quo omnes terminantur.Sicut etiam diximus de euchariſtia in Tract.ſuo,quòd panis conuertitur in vltimo inſtanti totius prolationis verborum,ſcilicet,Hoc eſt corpus meum,&c. Hęc de materia & forma huius ſacramenti dicta ſint. Reliqua autem circa idem dicemus in cap.6.

CAPVT IIII.

De huius Sacramenti ordinario miniſtro,& effectibus.

IN 4.cap.inueſtigandum eſt quis ſit eius ordinarius miniſter,& quis eius effectus.

Quantùm ad miniſtrum aduerte, quòd ſolus ſacerdos poteſt hoc ſacramentum conferre:nec pro vlla neceſsitate poteſt inferior clericus, nec laicus illud offerre: & in hoc diſtinguitur à baptiſmo & à pœnitentia. Poteſt enim homo baptizari & confiteri laico in caſu neceſsitatis, vt docuimus in Tractatu de baptiſmo.

&in

& in Tract.de pœnitentia.Et ratio huius est,quoniã baptismus est de necessitate salutis,sicut & pœnitentia:ideo debent habere in casu mortis ministrũ vniuersalẽ & nõ tantũ sacerdoté qui non semp haberi potest. Sed extrema vnctio sicut & confirmatio non sunt de necessitate salutis,ideo nõ oportet eis assignare ministrũ vniuersalem,sed sufficit sacerdos & episcopus oleum sanctificans.Quòd autem solus sacerdos debeat in hoc esse minister declaratur ex duob. prima authoritate Iacobi in epistola sua c. vlti. vbi inquit: Infirmatur quis in vobis:inducat presbyteros ecclesiæ : & orent super eum vngentes eum in nomine Domini,&c.Secũdò qa hoc sacramentũ est cõpletiuũ pœnitentiæ:& ideo ptinet regulariter ad claues:q̃ solis sacerdotib.cõferuntur.

Quantũ ad effectum aduerte q̃ magister in 4.Sentẽ.dist. 23.cui cõcordant omnes veri Theologi,assignat huic sacramẽto duplicem effectũ.Vnũ quidem principalem,qui est sanatio animæ,qui nõ fallit ĩ vero pœnitẽte.Alterũ vero secũdariũ,qui non regulariter sequitur,sed qñ & prout expedit corã diuina bonitate, qui est sanatio corporis.Vnde inquit Magister vbi suprà,Duplici ex causa ostenditur hoc sacramentũ institutũ,scilicet ad peccatorũ remissionẽ:& ad corporalis infirmitatis alleuiationẽ.Vnde cõstat eum qui hanc vnctionẽ fideliter deuoteq̃; pcipit, & in corpore & in aĩa alleuiari:si tñ expedit,vt in vtroq; alleuietur. Quod si fortè corporis valetudinẽ illi habere nõ expedit,illã quæ est animæ sanitatẽ,in hoc sacramento acquirit. Hæc de ministra & effectu huius sacramenti pro nũc dicta sint, Cætera dicemus in c.6.contra Luth.

CAPVT V.

De eo qui est hoc sacramentum percepturus.

IN 5.c.inuestigandũ est quis sit perceptiuus huius sacramẽti:& in quibus corporis partibus debeat inungi.

Quantũ ad primũ,aduerte duo. Primò secundũ morem ecclesiæ nõ omnis vexatus quacunque infirmitate debet inungi,sed infirmans cũ periculo mortis. Verũ quia omnis ægritudo per sui intensionem potest hominem ad mortem reducere,ideo cũ cœperit periculũ mortis imminere, debet hoc sacramentũ dari.Secundò, aduerte quòd paruuli, ignorãtes,amentes nõ sunt capaces huius sacramenti pœnitentiæ.Et ideo cùm huiusmodi homines nõ reçognoscãt huius sacramenti virtutẽ,nec postulent,non debet eis dari: nisi fortè amentes & furiosi habeant lucida interualla,tũc si petunt,non est eis negandum,aliter autem non:posset em̃ esse periculum tam in irreuerentia quàm in immunditiis, quæ in huiusmodi amentibns cõmuniter inueniuntur.

Quantũ ad secundũ aduerte.quòd apud diuersas nationes,diuersæ sunt consuetudines:apud aliquas em̃ solũ inũguntur loca quinque sensuũ exteriorum,vt oculi aures,nares,os manus & pedes.Apud aliquos inunguntur vltra præ dictas partes pectus,renes,vmbilicus propter peccatum luxuriæ.Verum cùm in his partibus sit naturalis verecundia: & sacramentum exhiberi debeat cum omni reuerẽtia non debent huiusmodi mẽbra denudari.Ideo Doctores communiter tenent quòd sufficit quinque sensuum loca liniri.

Sed dices Nunquid inungendus est mutilatus aut carẽs aliquo membro ex prædictis:vt qui est sine oculo, aut manu,aut pede?

Respondetur q̃ sic,qa licet mẽbro careat non tñ potentia qua completur act⁹ peccati ab intrà, licet nõ ab extrà. Vnde in loco mutilationis vel carentiæ, vel in loco magis vicino inungendus est.Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT VI.

Diluntur obiecta Lutheri contra hoc sacramentum.

IN c.6.defensandum est hoc sacramentum cõtra Luth. qui omnino negat ipsum:& conatur euertere quæcunque circa ipsum seruantur in ecclesia.Impugnat autem hoc sacramentum quantùm ad quinque particulas.

Primò reprobat sacros Theologos,quos credit tenere hoc sacramentum institutũ fuisse ab Apostolo Iacobo,quoniam in epistola sua ca.vlti.inquit,Infirmatur quis in vobis &c.Dicit igitur Luth.Verum habent hic, quod in os mihi retundant:nempe quòd authoritate Iacobi, hic promissio & signum sit quibus ego cõstitui sacramentum hactenus dixi. Dicit enim, Si infirmatur quis in vobis,inducat presbyteros eccle siæ & orent super eum,vngẽtes eum in nomine Domini,& oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit,dimittentur ei.Ecce inquiunt promissio remissionis peccatorum,& signũ olei.Ego autem dico,Si vspiã deliratũ est:hoc loco præcipuè deliratũ est: Omitto enim q̃ hãc epistolã non esse Iacobi apostoli, nec apostolico spiritũ dignã multi valde probabiliter asserãt: licet consuetudine authoritatẽ hucusq̃; sic obtinuerit. Tamen si etiã esset apostoli Iacobi, dicerẽ non licere apostolum sua authoritate sacramentũ instituere. Hoc enim ad solum Christum pertinebat, Nusquam autem legitur in Euangelio vnctionis istius extremæ sacramentũ.Hæc ille.

Luth.quoniam dedignatur Theologorum scribentium. super Sententias doctrinam & eorum libros, ideo inconsideratè & falsè eos arguit.Nam Diuus Tho. & Scotus in 4.dist 23.euacuant omnes eius imaginationes. Tangit igitur Luthe.in verbis suis recitatis tria principaliter. Quæ reprobanda sunt.

Primò imponit Theologis quòd opinantur hoc sacramentum institutum fuisse à Iacobo Apostolo.

Secundum,quia non legimus expresè, hoc sacramentũ in euangelio institutum fuisse à Christo,credit nõ esse Dei sacramentum.

Tertiò,declinat ad eos qui negant illam epistolam esse Iacobi.

Quantũ ad primum dico q̃ veri & principaliores Theologi non opinãtur illud.Cõcordant enim Iacobũ in verbis recitatis fuisse huius sacramenti præconem & promulgatorem.Christũ verò instituisse,quoniam ad ipsum solũ spectat sacramentum instituere.Vnde Scot.in 4.dist. 23. sic arguit,Omnia nouæ legis sacramenta instituta sunt à Christo.Sed extrema vnctio videtur instituta à Iacobo cum inquit,Si quis in vobis infirmatur, &c. ergo non est sacramentũ. Et respondens Scotus inquit,Hoc sacramẽtũ sicut & cætera constitutum est à Christo,Iacobus autem tantum promulgator erat sacramenti instituti á Christo. Eodẽ modo arguit,& respondet D.Tho.in 4.dist.23. q.1.arti.1. Sed id videtur cõtra mentem Magistri qui in 4.dist.23.inquit,Hoc sacramentũ vnctionis à Iacobo institutũ legitur,ergo non à Christo.Hoc non obstat.Nam D.Tho.vbi suprà saluat magistrum dicens,Magister inquit hoc sacramentũ institutum ab Apostolis,quia per eorum doctrinam promulgata est nobis eius institutio facta à Christo.Pulchrum est ergo videre quomodo sapientissimi doctores iam per trecentos annos,ante Luthe.imaginationes eius euacuarunt.

Quantùm ad secundũ aduerte q̃ & hanc suam leuẽ cõsequentiã:quæ stat in hoc,Nõ habemus in euãgelio hoc sacramentũ:ergo non est Dei sacramentum,B.Tho.in 4. dist. 23.q.1 art.1.sic soluit dicens,Multa Dominus fecit & dixit, quæ Euangeliis non continẽtur.Illa nanq; præcipuè curarunt Euangelistę scribere quę ad salutis necessitatem & ecclesiasticæ dispositionis pertinent: ideo potius baptismi & eucharistiæ & pœnitentiæ institutionẽ factam à Christo narrauerunt, quàm extremæ vnctionis & confirmationis, quę neque ad necessitatem salutis, neque ad dispositionẽ ecclesiæ sine distinctionem pertinent.Hæc diuus Thom. Ex quibus constat Luthe.rationem manifestè solutam.

Quãtum ad tertium aduerte q̃ Luthe.existimat se quid magni facere declinans ad eorum opinionẽ,qui asserũt epistolã Iacobi non esse Iacobi,sic ignorantes positiones suas falsas defensare nescientes,agere consueuerũt.Videant ergo D.Hiero.Prologum ad Eustochium præpositum septem Epistolis canonicis,in quo absque dubio primam attribuit Iacobo,duas Petrò,tres Ioanni,vnam Iudę,

At fortè dicet Luth.q̃ imò D.Hiero.in lib.de viris illustribus inquit,Ab alio sub nomine Iacobi edita asserit,licet consuetudine cuiuscunque sit, authoritatem obtinuerit.

Scio sic legi ín prędicto lib.impresso,qué corruptũ existimo:quoniam antiquissimis codicibus manu scriptis sacrę Bibliæ cũ glo.ordinaria in prin.epist. Iacobi , ponitur in margine eadẽ ferè tota Hiero.sententia:quæ etiã habetur in lib.de viris illustribus,& illic sic legitur,Licet ab alio sub nomine Iacobi editam quidã mentiatur. Vide quãtùm hęc duo distãt:asseritur,& mentiantur.Et hanc credo fuisse Hieronymi mentem:si enim dixisset q̃ asseritur ab alio edita,in proœmio præfato non attribuisset eã Iacobo absolutè , ne videretur sibi ipsi repugnans.Censendũ est ergo lib. de viris illustri. fuisse vitiatũ in hoc quem Luthe. ad propositũ suum sic vitiatum recipit.Hæc de primo dicta sint.

Secundò,Luthe.probat quòd in ecclesia Romana quò ad vsum huius vnctionis non seruatur intentio Iacobi Apostoli:imò in multis contrarium. Vnde inquit,Si putant seruandum quod Iacobus Apostolus dicit, qua authoritate mutant & resistunt ? Cur faciunt extremam & singularem vnctionem ex ea,quam Apostolus voluit esse generalem?Neque enim apostolus extremam esse voluit, & solis

Ritus extremæ vnctionis.

lis morituris dandam. Sed absolutè dicit, Si quis infirmatur non dicit, Si quis moritur. & infrà, Sed illud pulchrius, quòd promisio Apostoli expressè dicit, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus. Vide, Apostolus in hoc vngi & orare præcipit, vt infirmus sanetur hoc est vt non moriatur illi contradicunt non esse dandam: nisi decessuris hoc est vt non sanentur. & infrà, Vlterius, si vnctio ista sacramentum est, debet sine dubio esse vt dicunt efficax signum eius quod signat & promittit. At sanitatem promittit vt stant aperta verba apostoli. Quis autem non videt hanc promissionem in paucis, imò nullis impleri. Inter mille enim vix vnus sanatur, idque nemo sacramento sed beneficio naturæ aut medicinæ fieri putat. Quin vt iterum Theologorum istorũ prudentiam & vigilantiam cognoscamus: ideo extremã esse volunt vnctionem, ne stet ista promissio, hoc est, ne sacramentũ sit sacramentũ. Si enim extrema est, non sanat, sed cedit infirmitati. Si autem sanat, extrema esse non debet. Ita fit horũ interpretatione, vt Iacobus sibi cõtradicat. Hæc ille.

Luth. hoc in loco maximè verbosus est dicens idé & sæpiùs infructuosè replicans, fabricat aũt imaginationes suas super duo falsa: quę credit esse Theol. fundaméta & nõ sũt.

Primò credit Theologos vocare extremã vnctionem: qa non datur nisi in extremo, id est fine vitæ. Hæc nõ est Theologi præcisa més, sed ea q̃ Magister tangit in 4. dist. 23. vbi inquit, Sũt tria vnctionis genera. Est enim vnctio quæ chrisma te fit: quæ principalis dicitur, quia in ea principaliter datur Paracletus. Hac vnguntur capita regum & pontificum & baptizandorum in vertice: & confirmati vnguntur in fronte. Est & alia vnctio, qua cathecumini & neophiti vngũtur in pectore & inter scapulas. Tertia verò vnctio est quæ dicitur oleum infirmorum: de qua nunc agimus. Quoniam igitur chrisma est prima & perfectissima vnctio & oleum infirmorum est tertia, & post ipsam alia non sequitur: ideo proprié extrema dicitur. Vltimum enim & extremum idem. Quod igitur dicatur extrema ab extremo vitę: est de prima Theologi intentione: & posito sed non concesso quòd esset, adhuc Luthe. non prævalet, vt mox declarabo. *Triplex vnctio.*

Secundò, credit Luthe. hanc vnctionem principaliter institutam fuisse propter sanationem corporis, & hanc esse mentem Theologorum. Verum quantum decipiatur, videat D. Th. in 4. dist. 23. q. j. art. 2. Vbi sic inquit, Sicut baptismus per corporalem ablutionem operatur mundationem spiritualé ita hoc sacramentũ per medicationem sacramentalem exteriorem operatur sanationem interiorem: & sicut ablutio baptismi habet effectum corporalis ablutionis, ita extrema vnctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem. Sed hæc est differentia, quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi aquæ operatur mũdationem corporalem: ideo super eam operatur Sed extrema vnctio non operatur corporalem sanationem ex proprietate naturali ipsius materiæ quod est oleum, sed ex diuina virtute quæ non nisi rationabiliter operatur: & quoniã ratio operans secundarium effectũ nunquam inducit nisi vt expedit ad principalé: ideo ex hoc sacramento non sequitur corporalis sanatio nisi quãdo expedit ad spiritualem, & tunc semper eam inducit. Hæc D. Tho. Et respondens ad primũ argumentum inquit, Obiectio probat corporalem sanitatem non esse principalem effectũ huius sacramenti, quod vtique verũ est. Vt igitur omnes Luth. obiectiones euacuentur aduertendum est hoc sacramentũ fuisse duplici de causa diuina virtute institutũ. Primò quidem & præcipuè propter curationem finalé venialium omnium peccatorũ. Quod vtiq; congruũ fuit, & præsertim in extremo vitæ: venialia nanque nõ remissa impedimentũ forẽt & retardarent à consequenda gloria, quoniam nihil conquinatum intrabit in illã. Possunt autẽ nõ esse vniuersaliter remissa quasi vsque ad exitũ vitæ: quoniã peccator donec viuit vix diẽ transit absque veniali peccato. Diuina igitur bonitas optimè prouidit homini ægrotãti spiritualiter de salutari medicamine. Et id promulgauit Iacobus cum dixit, Et si in peccatis fuerit remittentur ei: quod vtique de venialibus intelligendum est. Mortalia enim non nisi baptismo & pœnitẽtia remittuntur. Secundò propter sanationé corporalé tanquã secundarium effectum, eo. s. tempore quo speratur corporis sanitas virtute naturæ: neque beneficio medicinæ: vt agnoscat tunc infirmus solius Dei esse animam & corpus curare. Deus autem corpus nõ curat nisi ad bonum animæ. Propterea nõ semper curatur infirmus cum inungitur. Semper autem curatur, quãdo saluti expedit ægrotantis. Ex his descendo ad euacuandum Luthe. obiectiones.

Primò nego vsum ecclesiæ contra intentione Apost. Iacobi. Intendit enim sic, Si quis in vobis infirmatur, ita vt destitutus sit auxilio humano. Quandiu enim iuuari potest infirmus beneficio naturali, quærendum est illud, quoniam hac de causa creauit Deus medicinã de terra. Et cùm dicit Luthe. Neque enim Apostolus extremam esse voluit, nego, quoniã cùm sit instituta, vt diximus ad finalé curationem venialium, in extremo vitę danda est. Et licet iudicio nostro detur tantũ morituris: salus tamen corporis est in potestate primi medici, respectu cuius homo tunc potest dici infirmari & non mori: ideo dicit Apostolus, si quis infirmat, & non dicit, si quis moritur. Nego insuper Apostolũ voluisse hãc vnctionẽ esse generalé, i. debere omni tẽpore dari & omni ægrotãti, quoniã cùm sit instituta, vt diximus ad curationé finalem venialiũ, determinato tempore danda est, scilicet quãdo homo iudicio humano exiturus est, & cessaturus peccare venialiter: aliter finalis curatio nõ esset. Debet etiam dari determinatis ægrotantibus, i. pœnitentibus. Pœnitentia autem rationis vsum & volũtatis propositũ requirit: & ideo vt diximus suprà, paruulis, amentibus, furiosis nisi habeãt quieta interualla, dari non debet. Et cùm inquit Luth. Vide, Apostolus in hoc vngi & orare præcipit, &c. concedo infirmũ inungendũ vt sanetur sed hunc esse secundariũ effectum: & ideo non sequitur nisi quando expedit: remissio autem venialium semper sequitur, nisi infirmus obicé ponat. Et cũ Luth. inquit, Illi contra dicũt nõ dãdam esse nisi exituris, i. morituris, &c. cõcedo nõ dandã esse nisi decessuris humano iudicio: licet in potestate Dei sit eorum salus. Et ideo vngũtur vt sanẽtur à Domino cum nõ speremus eos sanari humano medio, neque naturali. Et nego illam Luth. interpretationé qua dicit, Vt non sanẽtur & alleuientur, peruerse interpretat: vtpotè passiõe agitatus. Et cùm dicit, Vlterius si vnctio ista, &c. Leuissimum argumentum est hoc: quod & D. Tho. format, & breuissimè soluit. Arguit igitur sic in 4. Sent. dist. 23. q. j. art. 2. Sacramentum semper habet effectũ suũ, in eo qui fictus non accedit. Sed quandoque non sanatur, imò rarò corporaliter suscipiens ipsum, licet deuotus accipiat: ergo sanitas corporalis non est effectus eius. Respondens autẽ inquit, Obiectio probat saluté corporalé non esse principalem effectũ eius: quasi dicat, Maior argumenti nõ est vera nisi de effectu principali qui in hoc sacramento est remissio venialiũ. Eodem modo respondeo rationi ipsius Luth. & dico verba Apostoli Iacobi non principaliter promittere saluté corporalé, sed dimissionem peccatorũ. Et quantũ ad hoc dico, q̃ sacramẽtũ vnctionis est efficax signũ eius quod signat, Et cum inquit Luthe. Idque nemo sacramento, sed beneficio naturæ fieri putat, &c. Similes ipsi qui in diuinis sacramentis & in Deo spem non habent, putãt non sacramento, sed beneficio naturæ sanari: si post vnctionem sanantur. At veri catholici pœnitentes, cùm ad tantam deueniunt corporis ægritudinem, quòd à medicis desperantur ponunt in Deo spem suam, qui solus langores sanat & confidunt sacramento remedio liberari, si animæ suæ expediens sit. Taceatergo Luthe. cum sectatoribus suis. Et cùm inquit, Quin vt iterum Theologorũ istorũ prudentiam cognoscamus, &c. Ignoraly extremam: est enim apud Theologũ extrema, quoniã vltima in ordine, cũ tres sint vnctiones vt supra diximus. Et dicitur extrema, quoniam datur homini constituto in extremo vitæ, iudicio humano: qui secundum veritaté non semper est in extremo: quoniam aliquãdo sanatur diuino beneficio, Cum igitur inquit Luth. Ideo volunt esse extremã vnctionẽ, ne stet, &c. falsum dicit. Imò denominabant extremã iudicio humano, per quã tamen sperant promissionẽ sacramenti implen spiritualiter infallibiliter, & corporalite si expedit. Et si sanabitur corporaliter, nõ erit extrema secundũ rei veritatẽ, sed humano iudicio qđ sæpè fallitur. Vnde concedo q̃ si secundũ veritaté erit extrema, nõ sanat corporaliter, & si sanat non erit extrema: quoniam poterit replicari in alia infirmitate. Cum hoc tamen stat q̃ etiã si sanat, denominari potest extrema denominatione extrinseca, datur enim cõstituto in extremis iudicio humano: licet aliquãdo nõ sit iudicio diuino, in cuius manu est mors & vita. Et cũ inquit, Ita fit horum interpretatione vt Iacobus sibi contradicat, &c. Métitur: q̃ enim Iacobus velit infirmum primò sanari spũaliter, & secũdariò corporaliter si expedit, & q̃ denominetur extrema vnctio in ordine ad alias, vt diximus: & qñ datur homini cõstituto in extremo vitæ *Extrema vnctio aquibus denominetur.*

vitæ iudicio humano:& non ſemper iudicio diuino infallibili,contradictio nulla eſt.Exiſteret autem contradictio, ſi Iacobus vellet primò & principaliter per eam hominẽ infirmum ſanari corporaliter, & ſi eſſet vltima iudicio humano,& diuino,& ſic ſecundum rei veritatem,nam vt ſic eſſet vltima & non vltima.Sed nec Iacobus:nec Theologi ſic ſentiunt,vt ſæpe diximus.Ideo nulla eſt contradictio. Hæc de ſecundo dicta ſint.

Tertiò probat Luth.nec ſeruari in vſu eccleſiæ intentionẽ Iacobi in eo quòd inquit,Inducat presbyteros. nam vix vnus ſacerdotulus nunc mittitur, cum Apoſtolus Iacobus velit multos eſſe non propter vnctionem, ſed propter orationẽ.Vnde inquit,Oratio alleuiabit infirmum.Quanquam incertum eſt mihi an ſacerdotes velit intelligi, cum dicat presbyteros,id eſt ſeniores:neque enim continuò ſacerdos, aut miniſter eſt,qui ſenior eſt:quo ſuſpicari poſſis Apoſtolum voluiſſe, vt ſeniores & grauiores in eccleſia viſitarent infirmum, qui in fide orantes ſanarent eum:quanquam negari non poſſit, eccleſias olim à ſenioribus fuiſſe rectas,abſque iſtis ordinationibus & conſecrationibus propter ætatem & longum rerum vſum.Hæc ille.

Luth.hîc leuiter procedit,prout imaginatur.

Primò ly Presbyteros æquè bene diuiſim ſicut coniunctim intelligi poteſt.Rationabiliuſque eſt vt intelligatur diuiſim præcipuè in primitiua eccleſia in qua rariores ordinabantur ſacerdotes,& vni populo vnus deputabatur ſacerdos vt paſtor & rector in ſpiritualibus.

Secundò,cùm dicit Luth. non propter vnctionem,ſed propter orationem,&c.manifeſtat Luth.ſe ignorare, aut fingit ignorare,formam huius ſacramenti,nam eius forma eſt oratio. Dicit enim ſacerdos inungens,Per iſtã vnctionem, &c. In ſacramentis autem non eſt vſus formæ abſque vſu materiæ. Ergo intendit Apoſtolus Iacobus ſanari infirmum per vnctionem ſanctam,& per orationem ex quibus vt materia & forma integratur hoc ſacramentum.

Tertio,cùm dicit Luthe.Quanquam incertum ſit mihi, &c.Quoniam ſacerdotem non diſtinguit Luthe.à laico niſi electione multitudinis,vt declarabimus in Tract.de ſacramento ordinis:ideo dicit incertum eſſe ſibi.Non autem veris catholicis,qui nouerunt ex vera & Euangelica doctrina ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros & diſpenſatores ſacramentorum Dei.

Quartò cùm dicit Luth.Quanquam negari non poſſit eccleſias olim,&c.Id finxit Luthe.nec ſuę poſitionis fundamẽtum habet.Siquidem in omni Gente ſoli ſacerdotes diuino cultui præſunt,templa regunt,& ſacrificia offerunt,populũque iuxta ritus ſuos in diuinis erudiunt.

Præterea,Paulus ad Titum ſcribens c.1.inquit,Huius rei gratia reliqui te regere,vt ea quæ deſunt corrigas,& cõſtitutas presbyteros per ciuitates,ſicut & ergo diſpoſui tibi. Prebyteros autem intelligit epiſcopos:paucis enim interpositis inquit,Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, &c. Conſtat autem epiſcopum ſacerdotem eſſe.Si igitur Paul⁹ voluit in ciuitatibus presbyteros,id eſt epiſcopos inſtitui, falſum eſt quod dicit Luth. olim eccleſias à ſenioribus fuiſſe rectas. Quod autem in eccleſia tot ordinationum & conſecrationum cęremoniæ non eſſent in principio ſui ſicut nunc ſunt,propoſito nihil obſtat.Sufficit quòd eſſentialia ad ſacerdotium requiſita,non deficiebãt.Hæc de tertio dicta ſint.

Quartò arbitratur Luthe.hanc vnctionem eandem eſſe cum illa quæ ſcribitur Marc.cap.6.vnde inquit, Quare ego puto hanc vnctionem eandem eſſe quæ ſcribitur Mar. c. 6. vbi de apoſtolis ſcribitur, Et vngebant oleo multos infirmos & ſanabantur,ritum,ſcilicet quẽdam primitiuæ eccleſiæ,quo miracula faciebant ſuper infirmos, qui iamdudum defecit.Non ergo ſacramentum eſt extrema iſta,id eſt,ficta vnctio:ſed Iacobi conſilium,quo poſſint qui velint vti,ſumptum ex Euangelio Marci,vt dixi.Hæc ille.

Non aduertit Luth.quòd ſicut Ioan.baptiſm⁹ diſpoſitio fuit ad baptiſmum ſacramentalem poſteà inſtitutũ à Chriſto,ſic,vnctio qua diſcurrentes diſcipuli vngebant infirmos & ſanabantur corporaliter:diſpoſitio fuit ad vnctionem ſacramentalem inſtitutam à Chriſto promulgatam à Iacobo ordinatam principaliter ad dimiſſionem peccatorum.Non ergo eſt eadem,ſed illa eſt diſpoſitio ad iſtam. Taceat ergo Luth.nec dicat ſacram vnctionem fictam,nec Iacobum dediſſe conſilium,ſed diuinum publicaſſe inſtitutum. Hæc de quarto dicta ſint.

Quintò tenet Luth.promiſsionem ſanitatis & remiſſionis peccatorũ attribui à Iacobo non vnctioni,ſed orationi,ex conſequenti non ſacramento:quoniam nullum ſacramẽtũ exigit orationẽ miniſtri. Vnde inquit, Et hoc ipſum cautè & de induſtria Iacobus prouidit dum promiſsionem ſanitatis & remiſsionis peccatorum non vnctioni tribuit,ſed orationi fidei.Sacramentum enim non exigit orationem, aut fidem miniſtri,cùm ipſe etiam baptizet & cõſecret abſque oratione,ſed oratione, ſed nititur in ſola promiſsione & inſtitutione Dei exigens fidem ſuſcipientis.Hæc ille.

Luth.ideo hîc deficit,quoniam de hoc ſacramento quo ad formam penitus iudicat vt de baptiſmo & euchariſtia: in quibus non oratio de precatiua ſed indicatiua eſt forma.Dicitur enim, Ego te baptizo, Hoc eſt corpus meum, Verùm aduertat congruè & ſingulariter huic ſacramento attribui formam per orationem deprecatiuam.

Primò,quia infirmus hoc ſacramẽtũ ſuſcipiens,propriis viribus deſtituitur,ideo indiget oratione ſubleuari.

Secundò,quia datur his,qui iudicio humano ſunt extra ſpem ſalutis corporalis,ideo primo medico,qui ſolus omnes languores ſanare poteſt conuenienter commendatur.

Tertiò,quia hoc ſacramentũ non habet aliquẽ effectum qui ſemper & infallibiliter ex operatione miniſtri ſequatur,omnib⁹ ritè peractis quæ ſunt de eſſentia huius ſacramenti.Nam,vt videmus,ſanitas corporalis non ſemper ſequitur:remiſsio venialium impediri poteſt ex indiſpoſitione ſuſcipiẽtis.Sed in baptiſmo effectus, putà character & in confirmatione, & conuerſio panis in corpus Chriſti,ordinariè ſequuntur ſeruatis eſſentialibus horum ſacramentorum.Et ideo in eis forma eſt oratio indicatiua : hîc autẽ deprecatiua.Cùm igitur Lutherus promiſsionem ſanitatis non attribuit vnctioni,ſed orationi falſum eſt, quoniam Iacobus dicit,Orent ſuper eum vngentes eũ oleo in nomine domini,in quibus tangit formam &,materiam huius ſacramenti:formam cùm dicit,Orent.materiam cùm dicit, Vngentes eum oleo. Et cùm inquit Luth. Sacramentum non exigit orationem miniſtri.Hoc non eſt verum vniuerſaliter de omni ſacramento, qm̃ vt docuimus, multiplici ratione, in hoc ſacramento congruè ponitur forma per orationẽ deprecatiuã.Nec eſt ſimile de aliis vt baptiſmo, euchariſtia, &c.ratione ſuprà aſsignata,Ex quibus conſtat q; hoc ſacramentũ non ſolũ innititur & fundatur in promiſsione diuina,in inſtitutione Dei,in fide ſuſcipientis:ſed formam propriam quæ eſt oratio deprecatiua, & propriam materiam quæ eſt oleũ benedictũ,requirit vt ſua eſſentialia.Hæc ſunt præcipue contra quæ inſurgit Luthe.in ſacramento extremæ vnctionis.

Tractatus ſexti, Finis.

TRACTATVS SEPTIMVS

Quintæ partis Philoſophiæ Chriſtianæ,in ſex capita diuiſus,De ſacramento Ordinis.

IN hoc Tractatu ſeptimo agendum eſt de ſacramento ordinis:& diuidimus ipſum in ſex capita.

Primò quid ſit ordo, vt eſt ſacramentum ſiue ordinatio.

Secundò quid ſit ibi materia & forma & effectus.

Tertiò quot ſint ordinum gradus,& vnde ſumitur eorũ ſufficientia.

Quartò qui ex his ordinibus ſint ſacri,& quare ſacri dicantur.

Quintò quæ & quot ſint de neceſsitate huius ſacraméti.

Sextò defendendum eſt hoc ſacramentum contra Luthe.qui omninò negat ipſum.

CAPVT I.

Quid ſit Ordo,vel ſacramentum Ordinis.

IN 1.c.inueſtigandum eſt quid ſit ordo, ſiue ordinatio, vt eſt eccleſiæ ſacramentum. Tu igitur aduerte quòd ſecundum Magiſtrum in 4. Senten.diſt. 24. ſic diffinitur, Ordo eſt ſignaculum,id eſt ſacrum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas & officium traditur ordinatis in eccleſia. Pro cuius notitia aduerte, quod vt docuimus in primo Tract.huius quintę Partis,de ratione ſacramenti duo ſunt: primò eſt ſignum viſibile,ſiue ſenſibile.Secundò,eſt effectus

tus inuisibilis in anima eausatus ex signo visibili diuina virtute. Sicut in baptismo signum visibile exterius est trina lotio in aqua: effectus autem inuisibilis est gratiæ infusio & peccatorum remissio. Sic in sacramento ordinis signum exterius est quoddam signaculum de quo loquemur assignantes materiam & formã cuiuslibet ordinis in particulari: effectus autem interior inuisibilis est potestas spiritualis tradita, pro tali vel tali officio exercendo in ecclesia Christi.

Ab aliis autem Theologis, sic dif finitur, Ordo siue ordinatio in ecclesia, est institutio alicui' in gradu ecclesię præminente: cui conuenit aliquod ministerium circa eucharistiam exhibendum, facta à ministro idoneo certa verba proferente, & simul cum intẽtione debita, ministerium gradus illius aliquo visibili signo repræsentans, ex institutione diuina efficaciter signans gratiam præeminentem: qua ordinatus dignè aliquod ministerium exequatur.

Sed dices, Cùm ordo siue ordinatio multipliciter sumi consueuerit, in quo sensu ponitur sacramentum?

Respondeo, Ordo vno modo sumitur, vt diffinitur ab Augustlib. 19. de ciui. Dei c. 13. Ordo est rerum parium dispariumque vnicuique sua loca tribuens congrua dispositio, & hoc modo communiter sumimus ordinem, cùm dicimus entium in vniuerso esse ordinem, & in hoc sensu loquitur Arist. in 12. Meta. text. 52. quòd omnia ordinata sunt aliqualiter. Eodem modo sumitur ordo in politicis bene dispositis, vbi personarum parium & imparium in illa politia congrua dispositio dicitur esse ordo, à quo dicitur politia ordinata. Alio modo sumitur ordo pro gradu præeminente in tali politia: & sic persona in gradu præeminenti constituta, dicitur habere ordinem sicut per excellentiam dicitur habere gradum. Et quoniam ecclesia est politia spiritualis ordinata, ideo in ea est ordo iuxta duplicem acceptionem prædictam: secundum primam quidem tota ecclesia est ordinata illa congrua dispositione parium & imparium vniuscuiusq; in suo loco & officio & dignitate, vt declarabimus in 3. ca. Iuxta secundam acceptionem persona habens gradum eminentem in ecclesia, vt sacerdos, vel episcopus iuxta eorum opinionem, qui dicunt episcopatum esse ordinem, & non tantùm officium siue dignitatem, dicitur habere antonomasicè ordinem, quoniam omnes inferiores non sunt ordines nisi in respectu ad ipsum sacerdotem. Sunt enim ministri sacerdotis in conficiendo sacram eucharistiam, sicut pedites sagittarij, scutiferi, equites sũt milites in respectu ad ducem. Vnde patet ꝙ ordo vt est sacramentum dicitur respectu sacerdotij principaliter: respectu autem inferiorũ, vt subdiaconi, &c. in ordine ad sacerdotium. Sed de his clarius loquemur in 3 c. Patet igitur quid sit ordo vt est sacramentum in ecclesia Christi.

CAPVT II.

De Materia, Forma, & effectu huius sacramenti.

IN 2. ca. inuestigandum est quid sit materia & forma & effectus. Tu igitur aduerte quòd sicut in baptismo sunt tria scilicet materia, quæ est signum visibile, vt trina tinctio in aqua & forma, scilicet, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Et effectus, scilicet, emundatio à peccatis, & infusio gratiæ: sic in sacramento ordinis, materia sunt exteriora sensibilia signa, vt in hostiariis clauiũ traditio, in lectoribus traditio libri Prophetarum, in subdiacono traditio libri Epistolarum, &c. forma autem sunt verba, quæ dicit ordinator in collatione ordinis, vt disponuntur in pontificali: effectus autem est potestas spiritualis tradita ordinatis ad exercendũ tale vel tale officium in ecclesia: vt magis distinctè loquemur infrà.

Sed hic est dubium, Cùm hoc sacramentum sit vt diximus aliquod signũ sensibile exterius cũ forma verborum q̃ ad hoc ordinantur: & vnum nõ sufficiat sine altero, dubitatur si vnus proferat verbum pro forma, & alter tribuat signum sensibile pro materia, putà in diaconatus ordinatione: vnus, s. episcopus profert verba pro forma, alter porrigit lib. Euangeliorum, nunquid confertur ordo?

Respondetur quòd non. & hoc decisum habemus in Decretis dist. 23. cap. Quorundam clericorum tam ex textu quã ex glosa vt videre poteris. Constat igitur quæ sit materia & forma & effectus sacramenti ordinis.

CAPVT III.

De distinctione Ordinum.

IN 3. cap. inuestigandum est quot sint ordines in ecclesia & de eorum sufficientia.

Tu igitur aduerte ꝙ ibi sunt duæ sententiæ, satis famosę. Vna tenet, ꝙ ordines in ecclesia sunt tantùm septem, s.

Hostiarius,
Lector,
Exorcista,
Acolytus,
Subdiaconus,
Diaconus,
Sacerdos,

Quorum numerus & sufficiẽtia hinc sumitur. Ordinum primus & principalis est sacerdotium: alij secũdarij & deseruiẽtes. Ordo sacerdotij duos habet actus, s. principalem qui est consecrare corpus & sanguinem Christi: & secundarium qui est populum præparare vt dignè communicet. Secundarij autem ordines deseruientes sacerdotio, aut deseruiunt ei quò ad actum principalem qui est conficere corp' Christi: aut quò ad actum secũdarium qui est præparare populum vt idonee communicet. Si quò ad actum principalẽ tunc est potestas super hostias ex quibus conficitur corpus Christi. Et hoc potest esse dupliciter, aut quia in comparatione ad populum, qui eas offert templo, & sic est ordo subdiaconatus, nam secundum ritum primitiuę ecclesię subdiaconi interest accipere hostias à populo, & reponere in presbyterio, vt ipsas ministrare possit diacono secundũ sententiam Isidori. Aut est potestas super hostias in comparatione ad sacerdotem, & sic est ordo diaconat'. Diaconi em̃ interest hostias oblatas ponere super altare & ordinare, vt eas consecret sacerdos. Si autem est ordo deseruiens sacerdotio quò ad actum secundarium: qui est præparare populum, vt idoneè communicet, tũc aut deseruit ei in remouendo malum, aut in ordine ad bonum. Si primo modo iterum dupliciter, s. aut remouendo malum, quod est ad extrà, & sic est ordo hostiariorum: quorum officium est indignos excludere, & viles: ne violent locum communionis fidelium. Aut remouẽdo malum qđ est ab intrà, & tunc est ordo exorcistarum, quorum est arcere vim Dæmonis per adiurationes, ne impediat perceptionem sacramentorum. Si autẽ ordo deseruit sacerdotio in ordine ad bonum, hoc potest esse dupliciter: aut ex parte intellectus, & tunc est ordo lectorũ quorum officium est legere, aperte & distinctè Prophetias in ecclesia, ad illuminationem intellectus fidelium, aut ex parte affectus, & sic est ordo acolytorum, qui dicuntur ceroferarij. Qui in signum ignis spiritualis accendendi in cordibus fidelium, deferũt cereos accensos, siue flammigeros. Et sic patet numerus & sufficientia septem ordinum: & hãc sententiã sequitur Magister in 4. dist. xxiij.

Septemtantum sunt ordines.

Altera via tenet ꝙ in ecclesia ordines sunt nouem, sicut in ecclesia cælesti sunt nouem ordines Angelorum: & secundum hanc viam sic disponuntur,

Corona, id est, prima tonsura,
Hostiarius,
Lector,
Exorcista,
Acolytus,
Subdiaconus,
Diaconus,
Sacerdos,
Episcopus,

Quòd prima tonsura sit ordo qui est sacramentum, probatur sic, Est sacræ rei signum, quod quidem signum, est tonsura capillorum: cum forma verborum, quæ exprimuntur ab episcopo. Sacra res est dedicatio diuino cultui, cui dedicatur qui primam tonsuram accipit. Vnde dicitur clericus, i. sortitus in patrem Domini. Præterea, Habentes primam tonsuram gaudent priuilegio clericali, quod videtur esse proprium ordinatis, ergo est ordo.

Quòd autem episcopatus sit ordo probatur authoritate Diony. in lib. de Ecclesiastica Hierarchia vbi tres assignat ordines in dicta ecclesiastica Hierarchia, s. episcopũ, sacerdotem & ministrum, quem dicimus diaconum.

Sed hęc via communiter non tenetur, & primo de prima tonsura: quoniam ordines non dantur nisi in die sabbati & in celebratione missæ. Prima autem tonsura datur extra sabbatum, & absque celebratione missę.

Præterea, in collatione cuiuslibet ordinis confertur aliqua potestas spiritualis ipsi ordinato, vt patet ex verbis episcopi ordinantis, in collatione primæ tonsuræ, non datur aliqua potestas, sed tantum segregatur tonsus à statu laicali, & sortitur in partem Domini: ergo prima tonsura nõ est ordo, qui est sacramentum.

Nec valent rationes in oppoſitum,& primò nõ eſt ſignũ efficax rei ſacræ,id eſt,gratiæ diuinæ,& poteſtatis ſpiritualis,vt intelligi debet res ſacra in diffinitione ſacramenti, & in diffinitione ordinis vt eſt ſacramentum, vt ſuprà docuimus,ſed tantum eſt ſignum rei ſacræ,id eſt, cuiuſdam diuinæ ſortis.Accipiũt enim tõſi Deũ pro parte & ſua.Secũdò, non valet quod dicitur de priuilegio clericali. Nam & laici conuerſi ad religionem gaudent eodẽ priuilegio:excõmunicati enim ſunt verberantes eos ob religionis reuerentiã, & tamen non ſuſcipiunt aliquem ordinem.

Secũdò non tenetur de epiſcopatu q̃ ſit ordo diſtinctus à ſacerdotio,ſicut diſtinguitur ordo ſuperior ab ordine inferiori,ſed eſt nomen officij & dignitatis, vt inquit Magiſter in 4.diſt.24. Vbi inquit,epiſcopatus autem vocabulum inde dictum eſt:q̃ ille qui epiſcopus efficitur ſuperintẽdat, curã ſubditorum gerens.Scopin enim Græcè, Latinè dicitur intendere,Epiſcopi verò Græcè, Latinè interpretantur ſpeculatores. Nam præpoſitus eſt epiſcopus in eccleſ. vt proſpiciat populi ſibi commiſsi vitam & mores.

Nec valet ratio in oppoſitum,nã ordo in eccleſia duplici ter ſumitur.primò,vt eſt ſacramentum,& vt ſic omnis ordo eccleſiaſticus ordinatur ad euchariſtiæ ſacramentum.Vnde cũ epiſcopus quãtùm ad cõfectionẽ euchariſtiæ nõ habeat maiorem authoritatẽ quã ſacerdos,quantum ad hoc nõ eſt epiſcopatus diſtinctus ordo à ſacerdotio.Secundò,ſumitur ordo pro officio quarũdã actionũ ſacrarum principaliũ, vt eſt cõfirmare,ordinare,ſanctum chriſma conficere,eccleſias cõſecrare,&c.quæ nõ ſpectãt ad ſimplicem ſacerdotem, & in hoc ſenſu intendit Dionyſius epiſcopatum eſſe ordinem, & non primo modo. Et in eodem ſenſu Magiſter in 4. d.23. ponit quadri partitum epiſcoporum ordinem ſcilicet,

Epiſcoporũ quadruplex ordo.

Patriarchas,
Archiepiſcopos,
Metropolitanos,
Epiſcopos.

Patriarcha Græcè ſummus patrum ſiue princeps patrum interpretatur:eò q̃ primi locum,id eſt Apoſtolicum tenet vt Antiochenus Alexãdrinus, ſummus autem omnium eſt Ro. Vnde Ciril.Alexanpatriarcha inquit, Vt mẽbra maneamus in capite noſtro Apoſt.throno Rom.pontificum , à quo noſtrum eſt quærere, quid credere, quid tenere debeamus, ipſum venerantes,ipſum rogantes præ omnibus, qm̃ ipſius eſt ſolius,reprehendere,corrigere,ſtatuere, diſponere , ſoluere,ligare,loco illius qui ipſum ædificauit, & nulli alij q̃d ſuum eſt plenum,id eſt,plenitudinem poteſtatis in eccleſia, ſed illi ſoli dedit,cui oẽs iure diuino inclinant caput. Et primates mũdi tanquã ipſi Domino Ieſu Chriſto obediunt.

Archiepiſcopus interpretatur epiſcoporũ princeps , eſt enim archos Græcè,princeps Latinè. Vnde non eſt archiepiſcopus,qui ſub ſe non habet epiſcopos. Metropolitæ mẽſura ciuitatum dicuntur.Singulis enim ꝓuinciis præeminẽt quorum autoritate & doctrinæ , cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt.Sollicitudo enim totius prouinciæ ipſis Metropolitis commiſſa eſt.Epiſcopus autem eſt quo ad ſpiritualia, vni tãtum ciuitati ſibi commiſſæ ſuperintendit.

Quoniam igitur ſententia prima , ſcilicet, quòd tantùm ſint in eccleſia ſeptem ordines,communior & rationabilior eſt,ideo illa tenenda eſt.Hæc de 3.cap.dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quinam ex ordinibus ſacri ſint.

IN 4.c.inueſtigandum eſt,qui ex his ſeptem ordinibus ſint ſacri & qui non.Tu igitur aduerte q̃ licet oẽs ſeptem cõmuniter dicãtur ſacri , inquantũ cõtinẽtur ſub ſacramento ordinis,ſicut partes ſub toto , & ſacramentũ ſacrũ quoddã eſt tamen propriè loquẽdo quatuor minores nõ ſunt ſacri. Quoniam ſacri ordines impediunt matrimoniũ cõtrahẽdũ: & dirimũt cõtractum. Sed quatuor minores nec impediũt, nec dirimũt vt patet:ergo non ſunt ſacri.Tres autẽ maiores propriè ſunt ſacri.Sacerdotiũ quidẽ primo:qm̃ ſacerdos eſt miniſter ſupremi ſacramenti,id eſt,euchariſtiæ. Diaconatus autem & ſubdiaconatus in ordine ad ſacerdotium , miniſtrant enim ſacerdoti in conficiendo euchariſtiæ ſacramento. Et ſignum q̃ ſint ſacri ſumitur ex oppoſito ad quatuor minores.Oportet enim eos vouere perpetuã caſtitatem vel ſimpliciter,vel ad tempus.Simpliciter quidem in tota eccleſia Occidentali,vbi nõ dãtur iſti tres ordines,niſi vouẽtibus ipſo facto perpetuã caſtitatem.Secundũ tẽpus autem , vt in eccleſia Græca ſiue Orientali vbi qui in matrimonio ordinẽ recipiunt in matrimonio permanent. Sed tamen dum miniſtrant altari, ab vxoribus abſtinent. Inſuper illis defunctis alias ducere non poſſunt.Hac de cauſa dicit Paul. 1. ad Timotheum cap.3.Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem,vnius vxoris virum.& infrà.Diacones ſint vnius vxoris viri.Conſtat igitur qui ex ſeptem ordinibus ſunt ſacri,ꝓpriè,& qui non.Hic dicẽdum eſſet de cuiuſlibet ordinis nomine &ꝓprietate & officio.Verum quia hęc à Magiſ. Sent. diſt.24.diffusè pertractantur,ideo vide tu ad placitum.

Quatuor minores ordines non ſunt ſacri.

Sed contra numerum ordinum inſurgit non modicum dubium.Arguitur enim q̃ non ſint ſeptem & primò ſic, In primitiua eccleſia tantum duo videntur fuiſſe ordines, ſcilicet,Sacerdotium & diaconatus.Nam in actis Apoſtolorum non legimus alios fuiſſe ordines tunc in eccleſia : ergo nec ſunt niſi duo,quia eccleſia poſt Apoſt.non poteſt addere ordinem tenendo ordinem eſſe ſacramentum , quia in hoc ſacramẽto ſicut & in alijs:oportet inuenire inſtitutionem factam à Chriſto.Præterea Dionyſius c.5.eccleſiaſticæ hierarchiæ non aſſignat niſi tres,ſcilicet,epiſcopatum,ſacerdotiũ & diaconatum. Nec Paulus in omni doctrina de regimine eccleſię quam tradit Timotheo & Tito , non memorat niſi epiſcopum,presbyterum,& diaconum.

Reſpondetur ex intentione principalium Theologorum & dico q̃ in primitiua eccleſia pauci erant credentes, & iõ pauci miniſtri ſufficiebant ad diſpenſandum eis ſacram eucharistiam,&ꝓ tunc non oportuit miniſtros in ſingulis gradibus ordinare & conſtituere,ſed ſufficiẽbat ſacerdos conſecrans & diaconus diſpenſans.Poſt Apoſt.&ꝓceſſu temporis multiplicati adeò ſunt fideles,& creuit deuotio quotidianę cõmunionis:q̃ tũc neceſſe fuit multiplicare miniſtros ad ſingula miniſteria ad euchariſtiam pertinentia : & ideo tunc eccleſia in ſingulis gradibus,ſcilicet,ſeptem prænumeratis expreſſe,& diſtinctè inſtituit:nec tamen tunc & de nouo fuerunt illi ordines inſtituti ab eccleſia : aliter vt obiectio probat,non eſſent ſacramentum.Sed prius inſtituti fuerunt à Chriſto,licet executioni non mandarentur:quia tũc, ſcilicet,in primitiua eccleſia non erant neceſſarij. Vnde & Magiſt.in 4.diſt.24.inquit,q̃ Chriſtus actus ſingulorũ ordinum in ſeipſo exercuit:& etiam antiquitus prẽfigurabantur in quibuſdam gradibus eis correſpondentibus in lege Moſaica.Iſti ordines igitur ab antiquo inſtituti, poſtquàm multiplicati ſunt credentes collati ſunt diſtinctis miniſtris, quos priùs non oportuit conferre propter paucitatem credentium.Hac de cauſa,nec Paulus, nec Dionyſius mentionem fecit de eis.

Et aduerte,quòd etiam hęc eſt ratio quare nunc in eccleſia non ſunt in ſingulis ordinibus determinati miniſtri:quia licet modò ſint multiplicati fideles,tamen diminuta eſt deuotio.Vnde quàm plures vix ſemel in anno volunt communicari.Et ideo circa euchariſtiam diſpenſandam non oportet multos miniſtros aſſiſtere.Et propter hoc quatuor ordines minores non ſacri ſimul conferuntur: ita q̃ nullus eſt deputatus ad miniſtrandum ſolum in gradu inferiori, quaſi ille ſit ſibi proprius,& alius alij.Nam videmus eundẽ exercere officium hoſtiarij ſi oporteret, & officium exorciſtæ & legere prophetias & cereos accenſos ferre.Conſtat igitur ſeptem eſſe ordines in eccleſia,licet non ſemper fuerint in vſu.Hęc de 4.cap.dicta ſint.

CAPVT V.

De his,quæ neceſſaria ſunt,& conueniunt huic ſacramento.

IN ca.5. inueſtigandum eſt quæ & quot ſint de neceſſitate ſacramenti ordinis,& quæ de congruitate. Quantùm ad neceſſitatem ſex ſunt.

Primò ſit ſexus virilis,mulier enim,neque in antiqua,neque in Euangelica lege eſt capax ordinis,vt eſt ſacramentũ propter imperfectionem,& mutabilitatem naturæ,& parui tatem ingenij,& periculum conuerſationis.Vnde ſi Paulus non permittit mulierem docere in eccleſia , multo minus miniſtrare in ſacris.

Secundò ſit præcedens baptiſmus,quoniam vt docuim' Tract.de baptiſmo,eſt fundamentum omnium ſacramentorum excepto matrimonio,quod eſt inſtitutum in lege naturæ,& in ſtatu innocentiæ ante omne ſacramentum.

Tu tamẽ aduerte q̃ de matrimonio inter fideles quod in Tract.ſuo declarabitur eſſe ſacramentum,inquiretur an de neceſſitate ſupponat baptiſmum.In præſenti autem propoſito conſtat q̃ non baptizatus non reciperet ſacramentum ſi ordinaretur.Ordo enim in eccleſia Chriſti,ſupponit fidem, quæ ſuſcipitur in baptiſmo.Vnde poſito caſu q̃ non baptizatus ordinaretur, & poſteà baptizatur, ſi vellet habere ordinem,oporteret ipſum reordinare.

Tertiò ſit poteſtas & authoritas ordinantis,& hæc eſt in ſolo

solo episcopo. Vnde siquis ordinaretur in sacris ordinibus à non episcopo non esset ordinatus. Dico in sacris ordinibus, vt excludam primam tonsuram & quatuor minores, qui ex priuilegio conferri possunt ab abbate.

Quartò intentio recta ordinātis, & ordinandi, vt s. ordinans intendat facere quod facit & disponit ecclesia. Et similiter ordinandus recipiat ordinem eo fine, quo intendit ecclesia.

Quintò adsit materia & forma instituta in collatiõe ordinis, puta traditio lib. vel calicis cũ forma verborum, &c.

Sextò sit ætas, in qua comprehendatur vsus rationis, & libe. arbi. quoniam in collatione ordinis requiritur intentio recta ordinantis & ordinandi: quæ intentio necessario supponit vsum rationis & libe. arb. Hæc lex necessaria sunt.

Duo autem sunt de congruitate. Primum est tanta ætas præcipuè in ordinibus sacris in quibus non sufficit ætas vsus rationis, & liberi arbitrij: quę est circa septennium, & in aliquibus acceleratur, in aliquibus retardatur. Vnde licet prima tonsura, & quatuor minores non habeant determinatam ætatem præcisè postquàm incipit vsus rationis, tamen prouidit lex de ætate in qua conferri possunt subdiaconatus, & diaconatus, & sacerdotium, & non antè absque dispensatione superioris. Secundum est ieiunium. Congruum enim est vt conferens & recipiens ordinem sint ieiuni, propter reuerentiam ordinis & obseruantiã legis. Hęc de prę-senti cap. dicta sint.

CAPVT VI.

Defenditur hoc sacramentum contra Lutherum.

IN ca. 6. defendendum est hoc sacramentum contra Luth. qui ex toto negat ipsum, & ea quæ principaliter reprobat reducuntur ad vndecim.

Tu igitur aduerte quòd Luthe. in suo lib. quem Præludium de Ecclesiæ Captiuitate Babylonica intitulat, contra hoc sacramentum insurgit non tam ratione quàm opprobriis ac detractionibus armatus: licet enim ex sua consuetudine vbique obloquatur, hic tamen sine modo, sine fræno inuerecundè contra pontificem: & episcopos, & sacerdotes & diaconos insurgit velut furiis inuectus. Verùm cùm hæc ad doctrinam non conferant transeo considerans sicut honor est honorantis sic inhonoratio est inhonorantis. Dolendum tamen his diebus ita laxatum ac deprauatum esse ecclesiasticum viuendi modum ac statum, q̃ ex suis malis exemplis obstruere non possumus obloquentium ora. At veri Christiani non est, propter abusum sacerdotij in nonnullis conari ex hoc sacerdotium ipsum reprobare, imò annullare vt nititur hic Lutherus.

Primò igitur tenet ordinem non esse sacramentũ à Deo institutum, sed ab ecclesia papę, id est, Roman. inuentum. Vnde inquit, Hoc sacramentum ecclesia Christi ignorat inuentumque est ab ecclesia papæ: non solum enim nullam habet promissionem gratiæ vllibi positam, sed ne verbo quidẽ eius meminit totum nouum Testamentum. Ridiculum autẽ est asserere pro sacramento Dei, quod à Deo constitutum, nusquam potest demonstrari. Hæc ille.

Sacer Ordo verè sacramentum esse certum hinc esse potest.

Luthe. hic incipit totum suum venenum euomere, vt Christi ecclesiam cõfundat. Probandum est igitur ordinem ecclesiasticum, vt sub se continet septem ordines de quibus actum est in cap. 4. esse vere sacramentum, & non quia excogitatũ fuit ab ecclesia papæ. Sic igitur arguo, Propter quod vnumquodque & illud magis. Sed propter ordines susceptos & pręcipuè propter sacerdotium ad quod omnes inferiores ordines respectum habent: efficitur homo aliorum sacramentorum dispensator & minister, vt baptismi & eucharistiæ & pœnitentiæ, &c. Ergo ordo non solùm est sacramentum, sed videtur magis, neque enim decet personam nõ sacram ministrare res sacras. Prętereà, Sacramentum non est aliud quàm sanctificatio quædam homini exhibita cum signo visibili. Sed in receptione ordinum & pręcipuè sacerdotij exhibetur homini sanctificatio quædam cum signo visibili, vt patet quando consecratur sacerdos, de quo signo visibili loquemur infrà, ergo ordo est verè sacramentum.

Ratio verò Luth. in duobus peccat. primò quoniam supponit in omni sacramento fore necessariam diuinam promissionem. Quod vt suprà sæpè diximus non est verum: nisi forte in sacramentis, in quibus adest summa credendi difficultas, vt est baptismus, eucharistia, pœnitentia. Secundò peccat supponens ex nullo noui Testamenti loco posse demonstrari institutum fuisse ordinem, in quo principaliter ineluditur sacerdotium. Ad cuius euidentiam pro nunc omitto illud Lucæ cap. 12. Hoc facite in meã cõmemorationẽ, De hoc enim tractabimus infrà. Assumo autem illud Pauli ad Hebr. ca. 7. vbi inquit, Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. Illic Paulus legis & sacerdotij translationem ponit. Lex non est translata nisi quia Christus Deus homo post antiquam legem, Euangelicam instituit. Pariter sacerdotium non dicetur translatum, nisi quia relicto legis antiquæ sacerdotio, quod versabatur circa oblationes hircorum & vitulorum institutum est à Christo Deo sacerdotium secundum ordinẽ Melchisedec, cuius sacerdotij caput est ipse Christus. Vnde Paulus in eodem loco introducit illud Dauid in Psal. Iurauit dominus & non pœnitebit eum tu es sacerdos in æternum sm ordinem Melchisedec. Prætereà, Si Deus in antiqua lege seruili, voluit sacerdotiũ instituere cum tot ritibus & ceræmonijs, cum benedictionibus & consecrationibus, ordinans & declarans sacerdotum officia in populo, & in lege Euangelica, quæ gratiæ appellatur, nec sacerdotium, nec alium sacrũ ordinẽ instituit profecto minùs curasse videtur Deus, nouę legis integritatem quam antiquę. Quo em̃ lex integra & perfecta dici potest: si in ea pręcipuum officium quale est sacerdotium omisit? Quo Christus factus est secundum Paulum ad Hebr. c. 8. melioris Testamenti mediator, quod in meliorib⁹ repromissionibus sancitum est? Tenendum est ergo ab omni fideli sacramentum hoc non ab hominibus sed à Deo institutum in ecclesia catholica. Hæc de primo.

Secundò Luthe. memorans Concilium Constantiense, dicit ipsum super omnia concilia impijssimè errasse.

Confundatur Luth. in duricie sua. In concilio illo redditæ fuerunt ecclesię catholicę pax & vnio: quæ propter turbulentissima schismata penè extinctæ fuerant. Quomodo ergo Luth. tam sanctum concilium damnare præsumit. Nõ sic egit Christianissimus Imperator Sigismũdus, qui ingressus Conclaue gratias omnibus cum lachrymis egit, vt refert diuus Antoninus in Chronicis suis, eo q̃ Reipubl. Christianæ, quasi extinctę optimè prouidissent. Verùm quia in sacro illo concilio, Ioannes Hus hæresiarcha damnatus & cõbustus fuit, cuius errores Luth. pro maiori parte sectatur & dogmatizat, ideo passione ductus & non ratione recta, concilium illud damnat. Sed à nobis relinquendus est. Hæc de secundo.

Tertio reprobat diuum Dionysium vt autorem sacramẽtorum, quę nunc habentur in ecclesia vt virum ineruditum, magis somniantem quam ꝓbantem: magis Platonicum quã Christianũ. Vñ inquit, At dices, Quid ad Dion. dices qui sex numerat sacramenta, inter quæ, & ordinem ponit in ecclesiastica hierarchia. Respondeo, Scio hunc solum autorẽ haberi ex antiquis Patrib. ꝓ septennario sacramentorum, licet matrimonio omisso senarium tantum dederit nihil em̃ in reliquis partib. de istis sacramentis legimus, nec sacramẽti nomine censuerunt quoties de his rebus locuti sunt. Atq; mihi displicet tantum tribui quisquis fuerit Dionysio illi cum fermè nihil in eo sit solidæ eruditionis. Nam ea, quæ in cælesti hierarchia de angelis comminiscitur qua rogo, authoritate, aut rõne ꝓbat. Nõne omnia sunt illius meditata, ac veluti somnia si liberè legas & iudices? In Theologia verò mystica etiam pernicio sissimus est, plus Platonizans quã Christianizans: ita vt nollem fidelem animum his libris operam dare. Christum ibi adeò non addisces, vt si etiam scias amittas. Expertus loquor. Item in ecclesiastica hierarchia quid facit, nisi q̃ ritus quosdam ecclesiasticos describit: ludens allegorijs suis quas nõ ꝓbat? Ociosorum hominum sunt ista studia allegoriarum. An putas mihi difficile esse, in qualibet re creata allegorijs ludere? Non ergo continuò sacramentũ esse debet: quia Diony. aliquid describit. Alioquin cur non ẽt sacramentum faciunt quam ibidem describit ꝓcessionẽ, quæ vsq; hodie perseuerat? Quin tot illorum erunt sacramẽta, quot aucti sunt in eccl. ritus, & cęremoniæ. Hæc ille.

Luth. omni postposito honore, ꝰ Patres nostros insurgit ideo in pluribus meritò reprehendendus est.

Primò in eo q̃ inquit nullum de antiquis Patribus aliqd de his sacramentis locutum fuisse, nec sacramenti nomine censuerunt. Videat Aug. in lib. de Baptis. & seipsum de mendacio arguet. Inquit enim, Sicut in sacramentis veteris Testamenti viuebant quidam spirituales ad nouum, scilicet Testamentum, quod tunc occultum erat, occultè pertinentes, sic & nunc in sacramentis noui Testamenti quod iam reuelatum est quidam viuunt animales. Item in eodem libro inquit, Non interest cùm de sacramenti integritate tractatur, quid credat, aut quali fide imbutus sit, qui sacramen-

tum ſuſcipit. Ergo falſum dicit Luth. in eo q̃ inquit nullũ ex antiquis Patribus loq̃ de his ſacramẽtis ſuo noie ſacraméti.

Secundò arguendus eſt in eo q̃ ſic paruifacit beatiſsimũ patrem Diony. Pauli diſcipulum, cui Paul. poſt raptum ad tertium cælũ reuelauit diuina ſecreta præcipuè de ſpiritibus angelicis. Cùm igitur inquit Luth. Mihi diſplicet tantũ tribui Dionyſ. illi, &c. Scio profectò q̃ ſibi diſplicet: concordat enim cũ antiquis hæreticis apud Græcos, qui adeò formidarunt diuinam & catholicam eius doctrinam, quòd per multa temporum ſpatia occultarũt eius libros, vt refert Anaſt. ſedis Apoſt. bibliotecarius ſcribens ad Chriſtianiſſimum regem Carolũ. Et ſolus lib. de Cęlesti Hierarchia ſub Adriano iuniore inuentus eſt Romæ, & reliquis nõ inuentis reportatus eſt in Græciam. Ea verò ratione ſtuduerunt hæretici Dionyſ. libros occultare, vt inquit vir magnus, & Apoſtolicæ vitæ præceptor Conſtantinus philoſ. quoniam ſi patres catholici Dion. libros habuiſſent, hæreticorum ora citius & facilius conelufiſſent, & quoniam Luthe. aduertit quanta reuerentia & authoritate fulgeat in Chriſti eccleſia Dion. doctrina, ideo vt conformis antiquis illis hæreticis Græcis, non occultare ſed euacuare & annullare ea contendit, non dixerim doctrinaliter ſed narratoriè procedendo. Non ſic ſe geſſerũt veri & catholici Doctores erga tantum patrem Nam Lucas in actis Apoſt. Diony. antiquus Corinthiorum antiſtes, Polyc. ad Atheni. ſcribens, & Euſeb. Pãphili virum hunc vt penitus diuinum admirãtur & colunt. Taceat ergo Luth. cum modernis quibuſdam ſciolis ſuis.

Cùm autem inquit Luth. nil ſolidæ doctrinę contineri in libris ſuis, penitus audiendus non eſt. Cur enim eruditiſsimus antiſtes Maximus: & Albertus cognomento Magnus, & Diuus Th. tot aſſumpſerunt labores vt viri inerudíti ac veluti ſomniantur ſecundum Luth. libros exponerent ingenioſiſsimis commentariis? Nunquid ſolus Luth. eruditus eſt qui non tam ratione, quàm ſua imaginatione contra ſapientiſsimos & ſanctiſsimos Patres inſurgit?

Et cum inquit Luth. Ea quæ in cælesti hierarchia comminiſcitur, qua authoritate & ratione probat.

In hoc oſtendit ſe ignorare qualitatem Dionyſ. doctrinæ. Si attenderet ipſum inſtructum fuiſſe à Paulo. Et Paulus à diuino lumine. Et à ſummo Theologo Hierotheo, vt ipſe Dionyſ. teſtatur. Dicit autem q̃ Hierotheus non modò ſciebat, ſed etiam patiebatur diuina. Pati verò diuina, eſt non humano diſcurſu inueſtigare, ſed diuino lumine reuelata ſuſcipere, ſciret profectò Luth. qua autoritate, quoniam diuina quæ prævalet omni humanæ rationi, ſciret & qua ratione: quoniam iuxta materiæ diſpoſitionem quam pertractat rationẽ ꝓpriam apponit, modo vt clariſsimus philoſ. modò vt diuinus Theol. Et quando inquit Luth. Dionyſ. eſſe perniciosiſsimum in lib. de Myſ. Theo. quia magis Platonizans, &c. Verè cecidit in eorum numerum, quos Dion. in Prologo eiuſdem libri prænonuit Timoth. ad quem ſcribit ſummoperè cauendos, Inquit enim, Hæc autem caue, ne q̃s imperitus, aut rudis audiat, Eos autem ſic appellauerim, qui viſibilibus affixi nihil ſuper ea, quæ ſenſibus patent ſuper ſubſtantialiter eſſe arbitrantur. Putantque ſcientia ſua illũ aſſequi, qui poſuit tenebras latibulum ſuum. Hæc Dionyſ. Et aduerte quomodo in lib. illo docere contendit diuinam ſubſtantiam omnia excedentem, in cuius reſpectu quicquid eſt penè nihil eſt, magis negationibus quàm affirmationibus pro hac vita nobis innoteſcere, vt quoniam incorporea immaterialis, indiuiſibilis, inuiſibilis, infinitus, independens, immortalis eſt. Cum enim omnem ſenſum excedat, omnemque cogitatum, non veriori modo quam per negationem & per exceſſum nominari poteſt, vt dicamus Deum ſuperbonum, ſuperſapientem, ſuperpotentem. Hanc ſemitam perambulat Dionyſ. in prædicto libro. Hanc obſeruat Paulus dum inquit, Regi ſeculorum immortali inuiſibili ſoli Deo honor. Hanc tenet diuus Aug. in lib. ſuarum confeſsionum. Hanc ſectatur Plato in Simpoſio: vt docuimus in Phil. morali Platonica. Tract. vltimo, qui eſt de ſũmo bono. Et ſi Diony. inhoc Platonizat, rectè ſe habet quoniam hæc eſt primæ & ſummæ veritatis inueſtigandæ ꝓ hac vita proportionatiſsima via.

Diuina pati quid, ſit.

Et quando inquit Luth. quòd illic Chriſtũ non addiſces, ſed amittes, conuincitur præfatũ librum nõ penetraſſe, imò nec decurriſſe. Quoniã in eo non de Chriſto, id eſt, Deo humanato ſed de eminentia ineffabilis Deitatis per totũ tractatur. Quomodo ergo amittitur Chriſtus, niſi fortè inſipiẽter iudicet q̃ Deum addiſcere, ſit Chriſtum amittere.

Et quando inquit Luther. In eccleſiaſtica hierarchia quid facit, &c. Reſpondeo, aliud eſt vti allegorijs iuxta placitũ imaginantis. Aliud ad tegendum diuina miſteria: ne à vulgo deſpiciantur. Solent enim diuina à rudib. & plebeis animis derideri. Ideo dixit Chriſtus Matt. ca. 7. Neque mittatis margaritas ante porcos. Primo quidem ſenſu vti allegorijs eſt ludere & eſt ocioſorum officium. Secũdo autem ſenſu ſapientis eſt, & venerantis diuina. In hoc ſecundo ſenſu Diony. allegorijs vtitur: cuius quidem ſignũ eſt quod ipſe in principio lib. ad Timot. ſic admonet, Sed obſerua diligenter, ne ſancta ſanctorum efferas néve profanis luminib⁹ violanda permittas. Verùm reuereberis magis, occultíque Dei myſteria, ſpiritualibus inuiſibilibusque notionibus honorabis atque intemerata ſeruabis. Nequaquam ea rudibus tradens, ſed ſanctis ſolis ſanctarum rerum intelligẽtias pandens. Hęc Dionyſius.

Allegoriis vti cõtingat biſariam.

Et cum inquit Luth. Non ergo ſacramentũ continuò eſſe debet, quia Diony. aliquid deſcribit, &c. vanè laborat, & de eccleſia non rationabiliter ſentit: non enim acceptatur aliquod ſacramentum, quia cogitatum vel deſcriptum eſt à Diony. ſed quia inſtitutum à Chriſto authore noui Teſtamenti. Propter qđ taceat Luth. in hoc. Siquidem notum eſt omni vel parum erudito in diuinis traditionibus ſacramentum non poſſe inſtitui ab homine, nec ab eccl. ſed à Deo ſolo, à quo eſt omnis ſanctificatio. Hęc de tertio dicta ſint.

Quartò Lut. deridet characterem imprimi indelebiliter in ordinatis dum ordinem ſuſcipiunt. Vnde inquit, Huic tãto debili fundamento nixi characteres effinxerunt, quos huic ſuo ſacramento tribuerunt, qui imprimerent ordinatis indelebiliter. Vnde quæſo tales cogitationes? Qua authoritate: qua ratione ſtabiliuntur? Non quòd nolimus eos eſſe liberos ad fingendum quicquid libuerit: ſed noſtram quoque libertatem aſſerimus, ne ius ſibi arrogent articulos fidei faciendi, ſicut hactenùs præſumpſerunt. Hæc ille.

Doctores Theologi non effinxerũt characteres indelebiles in ordinatis, ſed optima ratione moti ſunt. Tu igitur aduerte q̃ vbicũque requiritur aliqua diſtinctio oportet eſſe ſignum aliquod diſtinctiuum: quod appellamus characteré, ſicut ex ſigno diſtinguuntur milites diuerſorum exercitiuũ ſed per receptionem ſacramentorum diſtinguuntur fideles ab infidelibus: vt per baptiſmum & cõfirmationem, & fidelium à fidelibus, vt per ſacros ordines, ergo neceſſe eſt characterem imprimi dum recipiuntur ſacramenta.

In quorundam ſacramentorũ ſuſceptione imprimitur character indelebiliter.

Prętereà, Per ſacramenta configuramur Chriſto à quo efficaciã habent & ipſum ſignant. Sed cõfiguratio fit p̃ characterem aſſimilationis, ergo in ſacramẽtorum ſuſceptione conueniens eſt imprimi huiuſmodi characterem.

Quod autẽ indelebiliter imprimatur hinc patet, qm̃ characteris impreſſio eſt per quandam rationalis animę ſanctificationem, prout ſanctificatio nominat perſonæ deputationem ad aliquod officium ſacrum. Ad hanc verò ſanctificationem non magis actiuè cooperatur anima ſanctificanda quàm aqua, aut oleum ſanctificandum, niſi q̃ homo ſe ſupponit ſanctificationi p̃ conſenſum, res autẽ prædictę omninò ſubiiciuntur paſſiuè cum careãt libero arbitrio. Et ideo qualitercunque varietur anima per operationes ſuas, ſiue in bonum ſiue in malum, nunquam amittit characterem ſemel ſuſceptum: ſicut nec oleum conſecratum, nec panis conſecratus ſanctificationem perdunt: qualitercunque trãſmutentur, modò non corrumpantur ſubſtantialiter. Conſtat ergo hos characteres non fuiſſe fictos: nec merè excogitatos, ſed optima ratione poſitos. Authoritatẽ habemus à magno Damaſceno, & Dionyſio, & alijs Theologis modernis. Verùm quia video Luth. Doctorum authoritatem paruifacere: ideo non immoror in recitandis eorum dictis, ſufficit rationem induxiſſe. Hæc de quarto dicta ſint.

Quintò, Luth. arguit Chriſtum non inſtituiſſe ſacerdotes cùm dixit in cœna, Hæc quotieſcunque feceritis, in mei moriam facietis: & illud, Hoc facite in meã commemorationem. Vnde inquit, Poſt hoc apprehendunt extremum roboris ſui: nempè quòd Chriſtus in cœna dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Ecce hic inquiunt, Chriſtus ordinauit eos in ſacerdotes. Sed eſt hoc verba Dei interpretari? Reſponde, quæſo, Chriſtus hic nihil promittit, ſed tantum præcipit hoc fieri in memoria eius, cur non concludunt, & ibi eſſe ordinatos ſacerdotes, vbi imponens officium verbi & baptiſmatis dicit, Ite in orbem vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. cum ſacerdotum ſit proprium prædicare & baptizare? Deinde cum hodie ſit primarium ſacerdotis opus indiſpenſabile

ſpenſabile (vt ipſi dicunt) legere horas canonicas, cur non ibi ordinis ſacramentum conceperunt, vbi Chriſtus orare præcepit, præcipuè in horto, cùm inquit, Orate & vigilate, ne intretis in tentationem? Hæc ille.

Rationabiliter ex illis verbis nobis notificatum eſt, Chriſtum inſtituiſſe ſacerdotes: non quòd per illa verba inſtituti fuerint, ſed indicant eos prius fuiſſe inſtitutos, vt, ſcilicet Chriſtus inſtituens nouam legem inſtituerit etiam nouum ſacerdotium. Deinde in verbis illis declarat præcipuum ſacerdotis officium, ſcilicet, conſecrare Chriſti corpus. Et vt mediatorem inter Deum & populum offerre ſacrificiũ immaculatum ad reconciliãdum nos Deo. Cum igitur inquit Chriſtus, Hoc facite in meam cõmemorationem, ſic intendit, Vos quos ſacerdotes inſtitui, conſecrate corpus & ſanguinem meum in memoriam meam. Quaſi dicat, Licet ſacerdotis plura ſint officia, hoc tamen primum & præcipuum eſt, quoniam nouæ legis ſacerdotium eſt ſecundum ordiné Melchiſedec: conſiſtens in oblatione panis & vini, vt legimus Gen. c. 14. Et cùm inquit Luth. quòd Chriſtus hic nihil promittit: eſto ꝙ nihil promittat: propter hoc non obſtat quin ordo ſit ſacramentum. Nam ſæpe in ſuperioribus diximus, promiſsionem non eſſe neceſſariam in quolibet ſacramento, ſed in his in quibus eſt maxima difficultas credendi: vt in baptiſmo & euchariſtia & pœnitentia.

Et cùm inquit Luth. Cur non concludunt & ibi eſſe ordinatos ſacerdotes, vbi imponens officium, &c. facilis reſponſio eſt, prædicare enim & baptizare ſecundaria ſunt ſacerdotis officia: nam ſacerdoti vt ſacerdos eſt conuenit ſacrificium offerre. Quod autem prædicet, doceat, baptizet, non conuenit ei niſi vt accipit facultatẽ ſuper corpus Chriſti myſticum: quod eſt ipſa fidelium congregatio. Et cùm inquit Luthe. Deinde cùm hodie, &c. Non eſt dignus reſponſione, quoniam horas legere, eſt ſolùm de inſtituto eccleſiæ & non diuino. Et Chriſtus orare præcipit non tantum Apoſtolis ſed docuit omnes turbas, Matt. cap. 6. Cùm dicit, Vos autem ſic orabitis, Pater noſter qui es in cęl. &c. Quod verò tempore paſsionis ſolis Apoſtolis dixerit, Vigilate & orate ideo fuit, quia ſoli aderant cum quibus diſcubuerat. Hæc de quinto dicta ſint.

Non omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes.

Sexto Luthe. tenet omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Vnde inquit, Qui ſi cogerentur admittere nos omnes eſſe æqualiter ſacerdotes quotquot baptizati ſumus: ſicut re vera ſumus, ſcirent ſimul nullum eis eſſe ſuper nos ius imperij niſi quantum nos ſponte noſtra admitteremus. Sic enim 1. Pet. c. 2. dicitur, Vos eſtis genus electum regale ſacerdotiũ, ſacerdotale regnum. Quare ſumus omnes ſacerdotes, quotquot Chriſtiani ſumus. Sacerdotes verò, quos vocamus miniſtri ſunt ex nobis electi, qui omnia faciant. Hæc ille.

Concordat hic Luth. cum Vvaldenſibus hæreticis, qui aſſerunt omnes de ſecta eorum eſſe ſacerdotes: fundat autem ſe Luth. ſuper dictum Petri, & neſcit diuum Tho. in 4. diſt. 13. q. 1. art. 1. formare & ſoluere idem argumentum probãdo quemcunque laicum conſecrare poſſe euchariſtiam. Sic igit arguit, Cõſecrare eſt ſacerdotis officiũ. Sed omnis laicus ſi ſit bonus, ſacerdos eſt, 1. Petri. 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium: ergo, &c. Et reſpondens inquit, Omnis bonus homo, ſacerdos eſſe dicitur myſticè, quia, ſcilicet. myſticum ſacerdotium Deo offert ſeipſum, ſcilicet hoſtiam viuentem Deo, ad Roma. 12. Vide ergo diligentiam Luth. qui tantam machinam erroris ſui fundat ſuper argumentum ſolutum iam trecentis annis elapſis. Cætera quæ hic dicit fabulationes ſunt, & ſimilia deliramentis Gentiliũ & Maurorum, quia ſibi inſtituunt & deſtituunt vanos ſacerdotes. Non ſic in lege Chriſti, in qua nil irrationale, aut deriſione dignum continetur. Ideo omnia illa pertranſeo. Hæc de ſexto dicta ſint.

Sacerdotis non eſt tantum Euangelium prædicare.

Septimò, Luthe. tenet non eſſe ſacerdotem niſi eum qui prædicat verbum in eccleſia. Vnde inquit, Ex quibus fit vt is qui non prædicat verbum ad ipſum per eccleſiam vocatus nequaquam ſit ſacerdos, & ſacramentum ordinis aliud eſſe non poſsit quàm ritus quidam eligendi cõcionatoris in eccleſia. Sic enim per Malachiã ſecundo, definit ſacerdotem, labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent: quia angelus Domini exercituum eſt. Et Oſeæ 4. dicitur, Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam te & ego: ne ſacerdotio fungaris mihi. Inde enim & paſtores dicuntur, quòd paſcere, & docere debeant. Quare eos qui tantum ad horas legendas & miſſas offerendas ordinantur, eſſe quidem papiſticos, ſed non Chriſtianos ſacerdotes. Hæc ille.

Luthe. hic manifeſtè videtur ignorare primum & proprium ſacerdotis actum, inquantum ſacerdos eſt. Nam in antiqua lege ſacerdotes conſtituti ſunt, vt offerrent hoſtias & ſacrificia pro ſeipſis & populo: orarentque vt mediatores inter Deum & populum. In lege Euãgelica vide Paulum ad Hebr. ca. 7. & 8. Vbi ſacerdoti attribuit offerre ſacrificia, & dicit omnem pontificem conſtitui, vt offerat hoſtias & munera. Et Chriſtum dicit ſacerdotem in æternum, qui ſeipſum ſemel obtulit. Primum ergo & principale ſacerdotis officium eſt ſacramentum conficere, ſacram hoſtiam Deo offerre. Non igitur ex officio prædicandi, ſed ſacrificandi ſacerdos conſtituitur.

Et cum inquit Luth. Malachiam diffinire ſacerdotẽ, &c. Idem argumentum formauit Diuus Tho. in 4. diſt. 24. q. 1. art. 3. & ſoluit. Sic autem arguit, Ille debet legis ſcientiam habere à cuius ore lex requiritur. Sed à ſacerdote, Malachiæ. 2. lex requiritur. Inquit enim, Legem ex ore eius requirent, ergo, &c. Soluit autem ſic, Sacerdos duos habet actus. Vnum quidem principalem ſuper corpus Chriſti verum. Alterum ſecundarium: ſupra corpus Chriſti myſticum. Secundus autem actus à primo pendet, ſed non conuertitur. Et ideo aliqui ad ſacerdotium ꝓmouentur: quibus committitur primꝰ actus tantum: ſicut religioſi quibus non eſt animarum cura commiſſa, & ab ore talium lex non requiritur, ſed ſolum ꝙ ſacramentum conficiant & offerant. Et ideo talibus ſufficit ſi tantum de ſcientia habeant: ꝙ ea quæ ſpectant ad ſacramentum conficiendum ritè ſeruare poſsint. Alij autem ꝓmouentur ad alium actum qui eſt ſuper corpus Chriſti myſticũ: & à talium ore populus legem requirit. Vnde legis ſciẽtia debet eſſe in eis, non quidem vt ſciant omnes difficiles legis quæſtiones: quia in his debet haberi ad ſuperiores recurſus: ſed ſciant quę populus debet credere & obſeruare de lege. Ad ſuperiores autem ſacerdotes, id eſt, epiſcopos pertinet vt etiam ea quæ difficultatem facere poſſunt in lege ſciant, & tantò magis quantò in ſuperiori gradu locantur. Hæc diuus Tho. Ex quibus conſtat Luth. argumentũ eſſe plenè ſolutum. Stat ergo ſacerdotem eſſe verum ſacerdotem, & tamen non prędicare. Et dictum Malach. & Oſeæ intelligendum eſſe de ſacerdotibus conſtitutis ad regendũ populum in his quæ ad eorum ſalutem ſpectat. Ad eos em̃ pertinet oues ſibi commiſſas paſcere cibo catholicæ doctrinæ & exẽplo laudabilis vitæ. Et dolendum profectò eſt de ignorantia & deprauata vita quàm plurium ſacerdotum, qui vt arbitror occaſionem præſtiterunt Luth. ſic obloquendi: nos autem detrahere nolumꝰ, ſed magis dolere cũ Iſaia. c. 1. Tota die propter vos nomen meum blaſphematur. Hæc de ſeptimo dicta ſint.

Sacerdotis duo ſunt actus.

Cælibem decere vitã ſacerdotes ꝓpter.

Octauo, Luthe. poſt nefanda conuitia & detractiones enormes, quas ne caſtas mentes offendat recitare nolumus damnat cælibatum in ſacerdotibus. Vnde inquit, Quibus erroribꝰ & cæcitatibus, id acceſſit maioris cæcitatis & captiuitatis: quo ſe latius à cæteris Chriſtianis ſecernerent. ſeipſos ſicut galli Cybellis ſacerdotes caſtrauerunt & cælibatu onerarunt ſimulatiſſimo. Hæc ille.

Luth. non aduertit ꝙ hic damnat Chriſti & Pauli conſilium. Nam Matt. c. 19. Cum Chriſtus manifeſtaſſet vinculum matrimonij indiſſolubile, reſpondens diſcipulis dicentibus, Ergo non expedit nubere, ſubintulit, Nõ omnes capiũt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi facti ab hominib. & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerũt ꝓpter regnum Dei. Et Pau. 1. ad Cor. c. 7. inquit, Volo vos omnes eſſe ſicut ego, & infrà. De virginibus prȩceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam cõſecutus à Deo vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe, ſ. caſtè viuere & in cęlibatu. Conſulit ergo Chriſtus, & Paul. ſeruandum cælibatum. In hoc igitur ꝙ Luthe. ipſum damnat, & reprobat allegans ſuperſtitioſum & dęmoniacum exemplum ſacerdotũ Cybellis, certè reprobat Chriſti conſiliũ. Nouæ ſiquidé legis ſacerdotes, continentiã vouẽt, non vt dęmoniaci, & idolatræ Cybellis ſacerdotes, ſed vt mundo corde & & corpore, atque eleuato ac depurato affectu pertractent diuina myſteria: ex cõſequenti ſe caſtrant ꝓpter regnum cęlorum. Verum arbitror Luth. in hanc ſententiam deueniſſe, qm̃ aduertit ſacerdotes ad cõcupiſcentias pronos, & ꝓpaucos licet voueant caſtitatem ſeruare. Ex hoc autẽ abuſu, lex ipſa & conſilium damnari non debet. Aliter omnes leges eſſent malæ, qm̃ trãſgreſſores ſunt plures, & obſeruantes pauciores. Hæc de octauo dicta ſint.

Nõ ſola veſtis & tonſura differt ſacerdos à laico.

Nonò Luth. tenet ſacerdotes non differre à laicis ſi non

prædicant,niſi veſte & raſura,contẽnitq́ oleũ ſanctũ quo conſecrãtur.Vñ inquit,Fugite ergo meo conſilio quicũque tutò viuere vultis,nec iſtis ſacris initiamini,niſi aut euangelizare volueritis,aut niſi vos hoc ordinis ſacramento,nihillo laicis meliores factos credere poteſtis. Quid ergo in vobis manet,quod nõ in quolibet laico maneat?Raſura & veſtis?Miſerum ſacerdotem,quia raſura & veſte conſtat.An oleum digitis veſtris infuſum? At chriſtianus quilibet oleo ſancti Spiritus lictus eſt,& ſanctificatus anima & corpore: & olim ſacramentum manibus tractabat non minus quàm nunc ſacerdotes faciant.Hæc ille.

Quoniã.Luth.dogmatizat ſacerdotium nouę legis nõ eſſe inſtitutum à Deo,ſed excogitatum ab hominib⁹, ideo in peiora ꝓtinuè ruit. Verũ vt ſuprà probauimus ex doctrina Pau. id falſum eſt,qm̃ translata lege trãslatũ eſt & ſacerdotium.Pręterea ſacerdos dignior eſt laico, vt pote diuinorũ diſpẽſator,& diuino cultui aſcriptus: laicus autẽ vt laicus in tẽporalibus tantum verſatur:ideo vt ſic indignior eſt.Ergo ex diuino iure differt authoritate, & dignitate à laico etiam ſi non euangelizet:qm̃ vt ſuprà docuimus ſacerdotis primum officium eſt ſacramentum cõficere & offerre, ſecũdum autem eſt ꝓdicare.& poteſt primum eſſe ſine ſecundo. Non ergo ſola veſte & raſura differt ſacerdos à laico, Vulgatum eſt em̃ tonſuram & habitum non facere monachum: ergo nec ſacerdotem. Et qm̃ Luth.inquit, An oleum digitis infuſum?Vtique,nã ſi in antiqua lege in Exod.cap.30. præcepit Deus Moſi dicens,Aaron & filios eius vnges, & ſanctificabis eos,vt ſacerdotio fungantur mihi, &c. ex quo conſtat oleo ſancto conſecratos ac ſanctificatos fuiſſe in lege ſacerdotes:multò magis in noua,in qua ſacerdotium longe præſtantius, ex ſacrificio præſtãtiori ſicut & lex perfectior eſt.Et quando Luth.inquit:At quilibet Chriſtianus,&c.non conſiderat ꝙ alia ratione inungitur Chriſtianus oleo ſancto,alia ſacerdos,alia rex.Chriſtianus quidem inungitur,vt ſanctificetur anima & corpore,nullã tamen ex hac vnctióe accipit poteſtatem ſuper alios. Sacerdos inungitur, vt poteſtatem habeat ꝓficiendi ſacramentum,& diſpẽſandi aliis. Rex inungit̃ vt authoritaté accipiat, regendi populos ſibi cõmiſſos,in temporalibus.Et qm̃ Luth.inquit,Et olim ſacramentum manibus,&c.Aduertendum ꝙ eccleſia in ſui principio toleravit,quę decurſu temporis ſapienter correxit, ne diuina myſteria ex abundantia & indignitate miniſtrantiũ vileſcerent:Ideo vt legimus in Decretis de conſec. diſt. 2.c. tribus gradibus,cõmittuntur diuina ſacramenta presbytero,Diacono,& ſubdiacono.Et diſt.1.cap.In ſancta,ſtatutum eſt ſacra vaſa non ab aliis quã ſacratis hominibus contrectari,ne pro talibus præſumptionibus Dominus iratus plagas imponat populo ſuo.Hæc de nono dicta ſint.

Decimò Luth.declarans quid ſacerdotium,quid Diaconiũ inquit,ſacerdotiũ ꝓpriè,nõ eſt niſi miniſterũ verbi non legis ſed Euangelij. Diaconium verò eſt miniſterium non legendi Euangelium,aut epiſtolam vt hodie vſus habet,ſed opes eccleſiæ diſtribuendi pauperibus. Hoc enim conſilio legimus Actuum 6.diaconos inſtitutos.Hæc ille.

De ſacerdotio ꝙ eius primus actus ſit conficere ſacramentum & ſacrificium,offerre ſatis diximus ſuprà:euangelizare autẽ eſt eius ſecundarius actus.Ideo non per miniſterium verbi,ſed confeſsionis ſacramenti & oblationis ſacri ficij notificandum eſt.Diaconiquoq; officium triplex eſt, ſ. miniſtrare altari,euangelizare fidelibus, & eccleſiæ facultates pauperibus diſtribuere.Nam in officio ac legenda Laurentij martyris ſic habetur,Quo ſacerdos ſancte,ſine miniſtro properas?Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueueras. Theſauros eccleſiæ iam expendi quos dediſti mihi. Et cum inquit Luth. Hoc enim conſilio legimus, &c. Licet ab Apoſt. ſeptem diaconi præpoſiti fuerint qui egẽtibus miniſtrarent & neceſſaria vitæ diſtribuerent,ex hoc tamen non habetur quin prædicarent, & euangelizarent. Nã actuum 7.legimus de beato Stephano,quòd euangelizabat & diſputabat cum Iudæis. Præterea,Tempore Apoſtolorũ fortè nondum ordinata erat miſſæ celebratio, qualis nunc extat in eccleſia Latina,per orationes,& epiſtolam,& euãgelium & alia. Ideo non inconuenit decreto Patrum proceſſu temporis dedicaſſe Diaconos ad lectionem ſacri Euangelij.Igitur cùm diſpenſare facultates eccleſiæ non ſit primus,ſed ſecundarius diaconi actus, diaconium non per hunc ſecundum actum,ſed primum,& per miniſtrare ſacerdoti in confectione euchariſtiæ notificandum eſt. Hæc de decimo dicta ſint.

Diaconi triplex officiũ.

Vndecimò, Luthe. ſua conſuetudine iterum replicans inquit,ſacerdotem non differre à laico niſi miniſterio,à quo poteſt remoueri per voluntatem populi eligentis ipſum in ſacerdotem,ex conſequenti de ſacerdote poteſt fieri laicus ſicut de laico ſacerdos,& ꝙ in ordinatione nullus imprimitur character. Verum quia ſuprà vtrunque horum ſatis reprobauimus:ideo pertranſeo,nec amplius in defenſione ſacramenti huius immoror:qm̃ Luth.nil vltra doctrinale,nec reprobatione dignum ponit.Sed ad opprobria ſe cõuertit. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

Tractatus ſeptimi finis.

TRACTATVS OCTAVVS QVINTÆ partis Philoſophiæ Chriſtianæ, in quinque capita diuiſus,De ſacramento Matrimonij, & eius defenſione.

IN hoc Tract.octauo agendum eſt de Sacramẽto matrimonij & diuidemus ipſum in quinq; capita.

Primò quid ſit vniuerſaliter ſumptum.

Secundò in quo ſenſu ſit ſacramentum.

Tertiò quis ſit eius effectus.

Quartò ſi & qñ copula maritalis eſt licita, vel illicita.

Quintò defenſandum eſt hoc ſacramentum cõtra Luth. qui toto conatu inſurgit contra ipſum ꝙ non ſit ſacramentum,& deſtruere conatur omnia impedimenta in ſacro Canone contenta.

CAPVT I.

Matrimonium generaliter ſumptum quid ſit.

IN 1.c.inueſtigandum eſt quid ſit matrimoniũ, & quare dr matrimonium:cùm pater ſit cauſa potior generationis ad quam ordinata eſt coniugalis copula.

Quid igitur ſit aduerte ꝙ à ciuili ſiue Philoſopho politico diffinitur:& à Canoniſta,& à ſacro Theologo.

A ciuili quidem vt habemus in inſtitut. de patria poteſtate ſic diffinitur,Matrimoniũ eſt viri & mulieris ꝓiunctio indiuiduã ꝓſuetudinẽ vitæ retinens. Sumit viri & mulieris nõ abſolutè,ſed ſm̃ rectã legem:aliter inceſt⁹ & multi coit⁹ ꝓhibiti eſſent matrimoniũ,in illis em̃ eſt viri & mulieris cõiunctio.Sumit cõiunctio animorũ,primò & hæc facit verũ matrimoniũ inter ꝓſonas legitimas:deinde corporũ,ita ꝙ ſi ſit ꝓiunctio corporũ,& nõ animorũ,nõ eſt matrimonium,ſi aũt animorũ,poſito ꝙ nunquã ſequatur ꝓiunctio corporũ, eſt verum matrimonium,vt inter Virginem & Ioſeph.

Sumitur indiuiduam vitæ conſuetudinem ad deſignandum matrimonij perpetuitatem & indiſſolubilitatem.

A Canoniſta verò diffinitur conformiter quaſi cum ciui li:ſed magis explicat qualis debeat eſſe coniunctio viri & fœminæ.Sic igitur diffinitur, Matrimonium eſt coniunctio maris & fœminę inter perſonas legitimas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.

Hęc diffinitio intelligatur,vt præcedens.ſolùm aduerte, ꝙ per ꝓſonas legitimas non intelligitur de perſonis ex legitimo matrimonio natis,nam ſpurij verè contrahunt matrimonium,ſed intelligitur de legitimis,i.de quibus lex diſponit ꝙ poſſint cõtrahere,neque enim de omnib.concedit, aliter nullus eſſet inceſtus, neque damnatus coitus.

A Theologo duas habemus diffinitiones vnam à Magiſtro,alterã ab Aug.Magiſter in 4.diſ.xxvij.in principio diffinit conformiter Canoniſtæ dicens, Matrimonium eſt viri & fœminæ maritalis coniunctio, inter perſonas legitimas vitam indiſſolubilem retinens.

Hanc diffinitionem intellige vt pręcedentes,ſolùm additur ly Maritalis,vt diſtinguatur hæc coniunctio à quacunq; alia extra matrimonium, vt diſtinguitur licitum ab illicito. Omnis enim maris & fœminæ coniunctio in cõceſſa eſt & illicita,etiam ex lege naturæ, & non ſolùm ex diuina lege, vt docuimus in parte tertia,in Tract.de Luxuria pręter maritalem ſiue coniugalem.

Diuus Aug.in lib.de virginitate b. Virginis,ſic diffinit, Matrimonium eſt legitima ſocietas inter virum & mulierẽ, in qua ex pari cõſenſu ſemetipſum alteri debet.Cõſtat igit quid ſit matrimonium.Quare autem potius denominetur à matre quàm à patre,cõmuni ſnia Doctorum dicitur ꝙ hoc eſt quia mulier principaliter facta eſt propter hoc,id eſt,ad generationem,pliſ per coniunctionem maris & fœminę,nõ aũt vir:vnde mulier ordinatur ad virum,& non econuerſò,

Hac

Hac de cau. dicit Pau. 1. ad Cor. c. 11. Vir eſt caput mulieris, viri autem caput eſt Chriſtus. Prętereà, licet pater ſit potior cauſa prolis in generatione, nõ tamen in prima educatione: quoniã igitur mater eſt magis officioſa circa educationem prolis, meritò matrimonium magis denominatur à matre, quàm à patre. Hæc de primo cap. dicta ſint.

CAPVT II.

Quo pacto matrimonium ſit ſacramentum.

IN 2. c. inueſtigandũ eſt in quo modo & ſenſu, matrimoniũ ſit ſacramentum. Tu igitur aduerte, quòd matrimonium quatuor modis conſiderari poteſt.

Matrimonium quatuor modis conſiderari poteſt.

Primò, vt fuit inſtitutum à principio ante peccatũ, vt legimus Gen. c. 2. & Chriſtus illud confirmat Matt. c. 18. Vbi Phariſæis tentantibus eum reſpondit. Nõ legiſtis quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna: itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus cõiunxit homo non ſeparet. Ex hoc ergo ꝙ dicit, Et adhærebit vxori ſuæ & ex hoc quod dicit, Quod Deus coniunxit, homo nõ ſeparet: conſtat Deũ in paradiſo conſtituiſſe matrimoniũ inter vnum & vnam. Dicit enim vxori & non vxoribus. Et cõſtituiſſe ad perpetuitatem generis humani: quod conſtat ex eo ꝙ dixit Deus Gene. c. 1. Poſtquàm creauit hominẽ ad imaginem ſuam & maſculũ & fœminã creauit eos. Creſcite & multiplicamini ꝙ replete terrã. Cui' ſignum eſt, quòd per diluuium noluit hominum genus delere, ſed reſeruatis Noë & familia ſua tam mariũ quàm fœminarum, vt legim' Gene. c. 9. dixit tranſacto diluuio, Creſcit & multiplicamini & replete terram.

Secundò, vt fuit inſtitutum in lege antiqua non ſolùm ad generationem prolis, ſed etiam ad frænandum ardorem cõcupiſcentiæ. Vnde in lege Moſaica in lib. Leui. c. 18. Excipiuntur omnes perſonæ, & conſanguinitatis ac affinitatis gradus, quibus prohibetur matrimonium contrahere & copulam carnalem habere. Quod vt omni lectori pateat declaro vt infrà ex proprio textu Scripturę, Vbi ſeriatim ſic legimus Leuitici cap. 18.

Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius.

Turpitudiné patris tui, & turpitudiné matris tuæ nõ diſcooperies. Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius.

Turpitudinem vxoris patris tui, non diſcooperies: turpitudo enim patris tui eſt.

Turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre, quæ domi vel foris genita eſt non reuelabis.

Turpitudinem filij tui, vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt.

Turpitudinem filię vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis.

Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies, quia eſt caro patris tui.

Turpitudinem ſoro ris matris tuę non reuelabis, eò ꝙ ſit caro matris tuæ.

Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, qui tibi affinitate coniungitur.

Turpitudinem nurus tuę non reuelabis: quia vxor filij tui eſt, nec diſcooperies ignominiã eius, & vxorem fratris ſui, nullus accipiat.

Turpitudinem vxoris fratris tui, nõ reuelabis: quia turpitudo fratris tui eſt.

Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis.

Filiam filij eius, & filiam filiæ eius non ſumes, vt reueles ignominiam, eius quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtuoſus eſt.

Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc ipſa viuente.

Hæc eſt ſumma perſonarum graduum, quæ prohibentur ex lege data à Deo per Moſem contrahere matrimoniũ & ſimul carnaliter copulari: ex cõſequenti cõſtat, quomodo poſt peccatũ primorũ parentũ arctatum eſt matrimoniũ ad frænandum furorem concupiſcẽtiæ, quæ ſoluta & effrẽnis facta fuerat ex amiſſione iuſtitię originalis.

Matrimonium triplici ex cauſa inſtitutum eſt.

Tertiò, vt fuit inſtitutum per leges ciuiles, apud omnes Gentes inter quas aliqua ciuilitas ſeruatur: fuit autem inſtitutum propter tria, ſ. propter generationem, & certitudiné prolis, & vt proles debitè educaretur. Deinde vt coniuges mutuis obſequiis ſe inuicem iuuarent. Demùm vt domum, & familiam vnam conſtituerent, quàm moraliter regerent, & de matrimonio ſic accepto, iam tractauimus in Epitomate noſtro ſuper œconomicam Ariſtotelis.

Quartò, inſtitutum eſt vt ſignificet cõiunctionẽ ſpiritualem Chriſti cum eccle. De qua coniunctione loquitur Pau. ad Eph. c. 5. Vbi poſtquam docuit quomodo viri diligere debent vxores, & quomodo dictũ eſt, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, &c. ſubiungit, Sacramẽtũ hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in eccleſia.

Ex his quatuor modis conſtat quòd licet matrimonium fuerit ab initio propter prolem: & ſub lege propter frænũ concupiſcentiæ, & apud infideles propter ſeruandã ciuilitatem, & moralitatem in generatione & educatione ac eruditione prolis & inſtitutionẽ familiæ, non tamen vt ſignificatiuum illius ſpiritualis coniunctionis Chriſti & eccleſię. Et ideo ſolum matrimonium celebratum inter fideles tenetur ſacramentũ: vt plenius dicemus in c. 5. defendentes ipſum contra Luth. vbi ſoluemus argumenta ſua, quib' arguit non eſſe magis ſacramentũ, q̃ matrimoniũ inter infideles: & ſuſtinebim' rationẽ ſumptã ex recitato textu Pauli ad Eph. c. 5. Hæc pro nunc de præſenti cap. Dicta ſufficiãt.

CAPVT III.

De effectu huius ſacramenti.

IN 3. c. inueſtigandũ eſt q̃s ſit & quotuplex effectus matrimonij, vt eſt ſacramẽtũ in Chriſtiana religione. Tu igitur aduerte ꝙ ſm Theologum duplex illi aſsignatur effectus.

Per matrimonium mitigatur concupiſcentia.

Primus eſt, quòd virtute huius ſacramenti mitigatur cõ cupiſcentia: ne ferueat vltra nuptiarum honeſtatem.

Secundus eſt quòd facit coniugatum coniugi ſuę fideliter aſsiſtere: opera ſua illi communicare, prolem ſuſceptã religiosè & ad Dei cultum nutrire: atque erudire.

His duobus aſsignatur tertius: qui eſt cõiunctio animæ fidelis cum Chriſto. Verùm hic effectus potius eſt figuratus & ſignificatus per matrimonium ex doctrina Pauli, q̃ cauſatus: nã talis coniunctio fit primò per baptiſmum, deinde per pœnitentiæ ſacramentum, figuratus autem per matrimonium. Hęc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quandõnam carnalis copula ſit licita, vel illicita.

IN 4. ca. inueſtigandum eſt ſi copula maritalis poteſt fieri ſine peccato, imò & meritoriè, & quando cum peccato veniali, & quando cum mortali.

Tu igitur aduerte, quòd hęc copula poteſt fieri ex quatuor cauſis.

Primò cauſa ſuſcipiendæ prolis: & hoc dupliciter. Primò, ad ampliandũ diuinũ cultũ, vel ad dedicandũ eã Deo: & hęc non ſolùm eſt ſine peccato, imò meritoria. Hac de cauſa Anna Samuelis mater, vt legimus in 1. Reg. c. 1. Orabat deſiderans habere filium. Secundò, vt habeatur ſucceſſor hęreditatis, & hoc deſiderium cum ſit naturale, vt ſic eſt ſine peccato. Hac de cauſa Abraham vt legimus Gene. c. 15. Petiuit à Domino habere filium. Vnde lamentans & triſtis inquit ad Dominum, Mihi non dediſti ſemen. Ecce vernaculus meus, hęres meus erit.

Secundò, cauſa reddendi debitũ: & hęc etiam ſine peccatõ: imò meritoria, quoniam eſt actus iuſtitię coniugalis, cum coniuges ſe inuicem obligauerint. Sed hoc intelligẽdum modo intentio iuſta reddendi debitum non cadat à rectitudine ſua propter deordinatam delectationem, antequàm compleatur maritalis copula.

Tertiò, cauſa vitandę fornicationis: & hoc licet fiat vt ſic ſine peccato mortali, non tamen excuſat à veniali, propter deordinatam voluptatem.

Quartò, cauſa ex ſaturandę libidinis, & hoc dupliciter. Primò, quando libido ita eſt frẽnata, ꝙ maritus nõ cognoſceret hanc neque aliam: niſi eſſet vxor ſua, & ecõuersò, & tunc eſt cũ peccato veniali tantũ: quoniã ex intentione non egreditur limites matrimonij. Secundò, quãdo libido adeo eſt effrẽnata ꝙ maritus cognoſceret hanc etiã ſi non eſſet vxor ſua, vel libentius aliã quàm vxorẽ, & tunc eſt peccatũ mortale: quoniã in animo adulteratur. Patet igit quãdo eſt licita, & quando nõ, etiã ſeruato debito ac naturali modo: nam de modis contra naturam, conſtat ꝙ non ſunt liciti.

Sed dices, Vtrum ex tempore & ex loco copula iſta poſſit eſſe licita?

Reſpondeo, quantùm ad tẽpus quod ſic, & præcipuè tẽpore prẽgnationis pro primis quatuor menſibus: propter periculum abortus ex informatione & teneritudine fœtus. Vnde ſi vir eo tempore mouetur ex concupiſcentia, ſe ipſum per rationem continere debet. Si tamen cognoſcit

vxorem tunc prægnantẽ, vt ſic licet nõ peccet mortaliter, quia non habet intentionẽ deprauatã, peccat tamen venialiter. Similiter ſi vxor prægnans illis quatuor mẽſibus petit à viro copulã, & vir requiſitus reddat, vterque venialiter peccat, magis tamen peteus quàm requiſitus.

Prætereà, Tempore ſacrarũ ſolemnitatũ & quadrageſimæ, & quatuor temporũ & rogationũ cũ ſint dedicata pœnitentiæ debẽt ſe abſtinere. Si tamen alter petierit, & eũ tẽdeat: quòd ſine vſu cõiugij ſtare nõ poſſit ſine periculo: aut molliciei voluntatię, aut fornicationis, aut adulterij ſaltem ex conſenſu mentali, & requiſitus reddat ex actu iuſtitiæ & fide thori neuter peccat mortaliter vt ſic niſi adſint aliç circunſtantię trahentes copulam ad mortale: vt deprauata intentio: contemptus ſolemnitatum & temporum pœnitentiæ: & modus contra naturam.

Quantùm autẽ ad locũ conſtat q̃ in omni loco nõ ſacro eſt licita, modò ſit locus clauſus & nõ in publico: propter verecundiã naturalem annexã ſimili actui: quæ ſeruanda eſt ex naturali moralitate, & ſeruatur apud omnes Gentes etiã infideles, niſi ex peſſima conſuetudine, deprauatæ ſint factę ſicut bruta, quibus non eſt intellectus.

De loco autem ſacro, vt in eccle. vel cœmeterio, vel clauſtro ſacro, duplex eſt opinio. Quidam dicunt, q̃ nunquàm, licet etiam q̃ coniuges per longũ tempus ſtarent die noctęque in templo, vt tempore bellorũ: vbi timetur periculum perſonæ viri quo ad vitã, vxoris quo ad violentiam: quoniã & ſi copula ſit ex ſe licita, non tamen in tali loco. Et licet cõiuges ſemper ſint obligati inuicẽ reddere debitum non tamen ad ſemper: quoniam eſt præceptũ affirmatiuum, quod non obligat niſi ſtãtibus debitis circũſtantiis: Qui tenent hanc opinionem, addunt in ſignum, q̃ Chriſtus Ioan. c. 2. Eiecit vendentes de templo. Neque enim vendere & emere vt ſic illicitum eſt, ſed ex loco Chriſtus facit illicitũ. Sic eſt in propoſito. Quidam autem dicunt quòd tempore prędicto, quando, ſcilicet cõiuges non poſſunt alio loco tutè habitare niſi ſloco ſacro, licet & ſi obiicitur: q̃ ſecundũ legẽ locus ſacer violatur & reconciliari debet, ergo non licet, diſtinguunt ſic, Violatio ſiue contaminatio loci ſacri, poteſt dupliciter fieri.

Primò, quòd procedat ex opere ex natura ſua illicito & malo: quale eſt ſtuprũ, inceſtus, adulterium, homicidium, & ex incongruitate loci: quoniam ſacer eſt: in quo non licent niſi ſacra vt oratio, ſacrificium, &c. Secundò, ex ſola congruitate loci: quoniam actus ipſe ex natura ſui, non eſt malus vt copula maritalis.

Iſti igitur dicũt q̃ in 1. ſenſu, cõtaminatur eccl. & indiget reconciliatione, & ex conſequenti talis copula eſt dãnata.

In ſecundo autẽ ſenſu, dicunt q̃ licet cõiuges peccent venialiter propter irreuerentiã eccleſiæ, quã tamen ex propoſito non intendũt, non tamen mortaliter, nec ita contaminatur eccleſia q̃ indigeat recõciliatione. Verùm quia opinio prima rationabilior eſt propter conſecrationem eccleſię, in qua non niſi ſanctũ decet: ideo tenenda eſt, nec excuſantur coniuges, ſe non poſſe abſtinere ſtantes diu in eccleſia, quoniã dũ ſunt domi debent ita ſe gerere, q̃ dũ ſunt ex loco diſtãtes, vt mercatores & peregrini, vel in loco ſacro, nõ ſit eis difficile abſtinere. Hęc de præſenti. ca. dicta ſint.

CAPVT V.

Defenſio huius ſacramenti contra Lutherum.

IN 5. cap. defenſandum eſt hoc ſacramentũ contra Luth. qui omnino negat eſſe ſacramentũ. & conatur quàm plures ex ſacris legibus circa illius integritatem & pacem, & reuerentiam editas proſternere, quibus remotis homo vt beſtia libidinibus ſeruiet laxatis pudicitiæ frenis. Ea verò, quæ contra hoc ſacramentum dogmatizat, ſunt quatuordecim.

Primò conatur probare matrimonium non eſſe ſacramẽtum diuinitùs inſtitutũ: arguit igitur ſic in eodem Prędudio de Captiuitate Eccleſiæ Babylonica, In omni ſacramento habetur verbũ diuinæ promiſſionis, cui credi oporteat. Sed in matrimonio non eſt factum verbũ diuinæ promiſſionis. Nuſquàm enim legimus Dei gratiam accepturum, qui vxorem duceret, ergo non eſt ſacramentum.

Prætereà, In omni ſacramento eſt ſignum ſenſibile diuinitùs inſtitutum, vt in baptiſmo aqua, in euchariſtia panis & vinum. Sed in matrimonio tale ſignum non inuenitur: nõ enim vſpiam legimus à Deo inſtitutum vt aliquid ſignificaret, ergo, &c.

Prætereà, A principio mundi fuit matrimonium, & apud patres antiquę legis, & apud infideles. Et nullę ſub ſunt rationes: quare matrimonium nouæ legis debeat poni ſacramentum, non autem matrimonium antiquorum Patrũ nec infidelium.

Prætereà, Apud fideles inueniuntur impij coniuges & peiores quibuſuis Gentibus. Cur ergo hic eſt ſacramentũ: & non apud Gentiles?

Prætereà (dicit Luth.) At dicent, Apoſt. dicit ad Ephe. 5. Erunt duo in carne vna, Sacramentum hoc magnũ eſt. Tu ergo tam euidenti Apoſtoli verbo contradices? Reſpondeo inquit Luth. Non habet vniuerſa Scriptura ſancta hoc nomen Sacramentum in ea ſignificatione qua noſter vſus: ſed in contraria. Vbique enim ſignificat: non ſignum rei ſacræ ſed rem ſacram ſecretam abſconditam. Sic Pau. 2. ad Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, id eſt ſacramentorum. Vbi enim nos habemus ſacramentũ: in Græco ponitur myſterium. Vnde & in Græco dicitur, Erunt duo in carne vna: myſteriũ magnũ eſt: & infrà inquit Luth. Tale eſt quod præſente loco dicitur, Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnũ eſt: quod illi de matrimonio dictum putãt cum Paul. ipſe de Chriſto & eccle. ea verba induxerit: & ſeipſum clarè expoſuerit dicens, Ego autem dico in Chriſto & eccle. Ecce quàm cõcordant Pau. & illi. Paulus ſacramentũ magnũ in Chriſto & in eccl. ſe prędicare dicit. Illi verò in maſculo & fœmina prædicant. Chriſtus itaque & eccle. myſteriũ, id eſt, res ſecreta & magna eſt: quæ quidem figurari per matrimonium ceu reali quadã allegoria potuit, & debuit. Sed matrimonium nõ hinc ſacramentum dici debuit. Cęli ſunt figura Apoſtolorũ, ſol Chriſti, aquę populorũ, ſed nõ ideo ſacramenta ſunt. Vbique enim deeſt & inſtitutio, & diuina promiſſio, quę integrant ſacramentum. Vnde Pau. ad Ephe. 5. Verba illa de matrimonio Gen. 2. dicta: vel proprio ſpiritu ad Chriſtum trahit, vel generali ſententia etiã ſpirituale matrimoniũ Chriſti in eo traditũ docet dicens, Sicut Chriſtus touet eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnum eſt: ego dicoin Chriſto & in eccleſia. Vides vt hũc textum totũ de Chriſto velit à ſe dictum. Et de induſtria lectorem admonet, vt ſacramentum in Chriſto & in eccleſia intelligat: non in matrimonio. Hęc ille.

Luth. adeò magnificat hęc ſua argumenta, vt dicat oppoſitam ſententiam eſſe puerilem & per eam ſtultitiam noſtram ac temeritatem infidelibus riſui exponimus. Audiat igitur quàm facilè ſit hęc ſua argumenta ſoluere.

Ad primũ nego maiorẽ, Sicut enim ſuprà ſępè diximus, diuina bonitas non adhibet verbum promiſsionis niſi in ſacramentis quę ſunt ſummè difficilia ad credendum: qualia ſunt baptiſma, euchariſtia, & pœnitentia. Vnde in confirmatione & ordine, & matrimonio non eſt appoſita diuina promiſsio: qm̃ non adeſt tanta difficultas in credendo. Sufficit autem ad inſtitutionẽ ſacramenti vt ſacramentum eſt: q̃ adſit debita materia & debita forma verborum: ex quibus in ſuſcipiẽte bene diſpoſito cauſatur effectus inuiſibilis in anima. Et quoniam Luth. hac maiori vt principio ſuo firmiſsimo frequẽtius vtitur, quod nunquam probauit, nec probare poteſt: ideo argumentum ſuum nõ concludit.

Ad ſecundum nego minorẽ. Nam legimus Gen. c. 2. quòd Deus immiſit ſoporem in Adam, & accepit vnam de coſtis eius, & formauit illam in mulierem, quam cùm adduxiſſet Deus ad Adam, dixit Adam, Os de oſsibus meis & caro de carne mea. Dicimus formationem illam ſignum fuiſſe matrimonij diuinitus inſtituti. Vnde in eodem cap. ſubſequitur, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori ſuę.

Ad tertiũ patet reſpõſio ex his quę diximus in ca. 2. Vbi aſsignauimus rationem, propter quam rationabiliter matrimoniũ nouæ legis eſt ſacramentũ, non autẽ matrimoniũ antiquę legis, neque infidelium. Deficit enim in illis ſignificatio coniunctionis Chriſti cum eccleſia.

Ad quartũ non eſt neceſſe reſpondere: qm̃ abuſus ſacramenti nõ aufert ſacramentũ, aliter baptizatus malè viuens non haberet ſacramentũ baptiſmi. Non ergo matrimonium Chriſtianũ ponitur ſacramentum, quia oẽs Chriſtiani coniugati ſint boni: ſed qm̃ contrahentes matrimonium, vt eſt ſignificatiuũ illius ſacræ coniunctionis, ſ. Chriſti & eccle. quod non contrahunt infideles: ideo non eſt eadem ratio.

Ad quintũ dico, q̃ Luth. in hoc falsò laborat, ſcilicet, q̃ in tota Scriptura ſancta ſacramentum non pro ſigno rei

ſacræ

ſacræ ſed pro re ſecreta & ſacra ſumatur. Hoc inquam falſum eſt, quoniam Sacramenti nomen aliquando imponitur ad ſignificandum rem ſacram, & tunc idem eſt ſacramentũ quod abſconditum & ſacrũ ſecretũ: vt ſacramentũ Trinit. ſacramentũ Incarnat. & hoc mõ Deus incarnatus eſt ſacramentum de quo loquitur Pau. ab Ep. 3 Secundũ reuelationẽ nobis notum eſt hoc ſacramentum, id eſt, ſecretum Incarna. & 1. ad Thimo. c. 3. Et manifeſtè magnũ eſt pieta. ſacramentũ quod manifeſt. eſt in carne iuſtific. eſt in ſpiritu, Apparuit angelis, prędicatum eſt gentibus, creditũ eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Aliquando ſumitur pro re ſignante rem ſacram inuiſibilem & ſpiritualem, Sic baptiſmus ſignat rem ſacram. Quoniam baptizatio, id eſt, ablutio aquæ ſignat mũdationẽ à peccatis per infuſionem gratiæ: quę infuſio res ſacra eſt & inuiſibilis. Dictũ igitur Pau. licet intelligi poſſit in primo ſenſu, quoniã & Chriſtus & eccleſia, res ſacræ ac diuinæ & abſconditæ ſunt quo ad virtutẽ. Sunt enim in Chriſto theſauri omnes ſapientiæ abſcõditi, rationabilius tamẽ accipiendum eſt in ij. ſenſu. Cum enim inquit, Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in eccl. Per ly Autem dico, exponit ly Sacramentum. Quaſi dicat, Hoc eſt magnum ſacramentum, ſcilicet matrimonium de quo locutus ſum quia ego dico eſſe ſignum rei ſacræ: quæ eſt coniunctio Chriſti & eccleſiæ. Quantùm autem erret Luth. in eo q̃ dicit Pau. induxiſſe verba illa, Erunt duo in carne vna, nõ pro matrimonio, ſed pro Chriſto & eccleſia cõſtat ex eo q̃ Pau. in c. illo docet qũo viri vxores ſuas diligũt dicẽs, Qui vxorẽ ſuam diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim carnẽ ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eã ſicut Chriſt⁹ eccleſiã, quia mẽbra ſum⁹ corporis eius. Deinde Pau. allegat verba Gene. c. 2. Quibus inſtitutũ fuit matrimonium, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori ſuę & erunt duo in carne vna. Et quoniam Pau. cõparauerat dilectionem viri erga vxorẽ, dilectioni Chriſti erga eccl. ſubiungit, Sacramentũ hoc magnum eſt, id eſt, hoc matrimoniũ ſignat rẽ maximè ſacrã: & exponens quæ res ſacra ſit illa inquit, Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia Quaſi dicat, Ego dico matrimonium ſignare cõiunctionẽ Chriſti & eccleſiæ, quę quidem cõiunctio res magna & ſacra eſt: ideo matrimonium eſt ſacramentũ magnũ. Expoſitio hæc apud rectè intuentẽ literam Pauli, maximè conſona apparet: & ideo relicta imaginatione Luth. huic vt veriori adhærendũ eſt. Quòd verò Luth. inquit, ideo matrimonium nõ eſſe ſacramentum, quia deficit diuina promiſſio & inſtitutio, iam ſoluimus reſpõdendo ad primum & ſecundum. Hæc de primo dicta ſint.

Decem & octo ſunt matrimonij impedimenta.

Secundò, Luth. damnat quæ cõmuniter aſſignantur decem & octo impedimenta matrimonij deridens & exprobrans ſummam dictam angelicã: in qua huiuſmodi impedimenta pertractantur. Sic igitur inquit, Vagatur paſſim liber qui inſcribitur, Summa angelica cũ verius ſit diabolica, in quo inter infinita portenta quibus confeſſores confunduntur decem & octo matrimonij impedimenta numerantur. Quę ſi æquo oculo inſpexeris, videbis eſſe de numero eorum, de quibus Apoſtolus prædixit: Erunt attendẽtes ſpiritibus Dæmoniorum prohibentium nubere. Quid eſt prohibere nuptias: niſi tot impedimenta fingere? Quis dedit hominibus hanc poteſtatem? Eſto fuerint ſancti & pro zelo ducti, quid meam libertatem vexat aliena ſanctitas? Sit ſanctus quantum volet, modo alteri non noceat, & libertatem mihi non rapiat. Hæc ille.

Vt quid Luth. in hoc loco citat Summam angelicam niſi vt plebeis ſuaderet hujuſmodi impedimenta fore contemnenda vtpote introducta à vili & non approbato: nec famoſo ſcribente. Sed aduertere debuit Luth. doctiſsimum Sentẽtiarum Magiſt. in 4. lib. & peritiores eiuſdem Commentatores quàm rationabiliter pertractent hæc impedimenta, & non ita nudè contemnere. Sed ne verba pro verbis reddam⁹ inferius prout à Luth. recitabuntur, defenſabimus ſingulũ eorum, aſſignantes rationem poſitionis ſuæ.

Nunc autem ſufficiet reprobare duo ex his quæ proximè dixit. Primò cum inquit, Quæ ſi æquo oculo inſpexeris, videbis eſſe de numero eorum, &c. Dictum Apoſtoli peſsimè interpretatur, loquitur enim contra nonnullos recedentes à fide, & ex conſequenti hæreticos, qui inter cæteras damnabant abſolutè matrimonium: ac ſi nuptiæ eſſent peccatum. Inquit enim ſic Apoſtolus, Spiritus enim manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis demoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, & cauterizatam habentium conſcientiam ſuam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, &c. Eccleſia autem ſtatuens & præcipiens ſeruare matrimonij impedimenta, non prohibet nubere, ſed prohibet irreligioſè, impudicè, irreuerẽter nubere: ne, ſcilicet fideles nubãt ſicut Gentes, quæ Deũ ignorant in paſſionibus deſiderij.

Secundò, cùm dicit Luth. Quis dedit poteſtatẽ talem hominibus? &c. Reſpondeo, populus Chriſtianus in primitiua eccleſia vnanimi conſenſu voluerunt hanc poteſtatem eſſe in maioribus, & prælatis eccleſiæ, & in primo cap. vt Chriſtianum matrimoniũ fieret purius, firmius & magis pacificum. Nam & Apoſtoli de conſenſu credẽtiũ in act. Apoſt. c. 15. conſtituerunt legem, vt abſtinerent conuerſi ex gentibus ab immolatis ſimulacrorum & ſanguine & ſuffocato, & fornicatione. Sed mirum eſt videre quomodo Luth. in paucis ſibiipſi contradicit. Dixerat enim q̃ qui introducũt hæc impedimenta ſunt attendentes ſpiritibus dæmoniorũ: ergo non ſunt ſancti: ergo nec bono, nec pio zelo ducti: hic autem dicit, eſto fuerint ſancti, & pio zelo ducti. Quomodo ergo attendunt ſpiritibus dæmoniorum? Certè Lut. in hoc nec ſeipſum loquentem attendit. Hæc de 2. dicta ſint.

Tertiò, Luth. inhoneſtiſsimis cõtumeliis inſurgit cõtra Romanæ eccle. prælatos & officiales: quos nuncupat Romanenſes, & nundinatores, ac mercatores membrorũ inhoneſtorum vtriuſque ſexus qm̃ propter mammona nullũ eſt matrimonij impedimentũ: quod non fiat legitimum ex diſpenſatiõe quę fit ex ſola pecunia, ita vt videãtur huiuſmodi leges eſſe inſtitutæ nõ alia cauſa, quàm vt ſint retia auaris. Hæc ille.

Negare non poſſumus quod ingemiſcẽtes ſcribimus latũ & frequẽtatũ abuſum ſanctarũ inſtitutionũ eccleſiæ: propter inſatiabilem hominum cupiditatẽ. Sed ꝓpter abuſum dãnare velle leges optimè conditas temerarij eſt & imperiti. Chriſtus eiecit de tẽplo vendentes & ementes, & tamẽ non reprobauit tẽplum: quin eſſet domus orationis. Sic & impedimentorũ matrimonialiũ inſtitutio, licet in abuſum apud multos verſa fuerit: optimo tamen fine à ſanctis Patrib. ꝓceſsit. vt, ſcilicet, Chriſtianũ matrimoniũ quod tenemus eſſe ſacramentum, maiori puritate, & honore celebraretur. Addo & vnum, Licet ſanctiſsimi Pontifi. Romani officiales nonnunquã cupiditate, aut alio affectu tracti, informent minus plenè, aut aliter quã ſit ſanctitatem ſuam: conceſsio tamen caſtigatiſsima eſt declarans ſi ſic eſt vt ſupplicatur & non aliter. Prætereà, aduertentes ſanctiſsimi Pontifices fraudes & tã dolos officialiũ quã ſupplicantiũ, aſsiduè laborant in cõdendis & promulgandis extrauagantibus pœnalibus, quibus totis viribus conantur huiuſmodi abuſum frænare. Legat. Lut. dignisſimã illam Martini quinti in concilio Conſtantienſi editam, quæ incipit Sacro approbante concilio: & quam edidit Mantuæ Põtificatus ſui anno 2. quæ incipit, Damnabilis: & quam Romæ edidit Eugenius apud S. Griſogonum Romæ anno 4. ſui pontificat⁹: & incipit, Cũ deteſtabile. Similiter Sixtus quartus eã quę incipit, Et ſi dominici gregis, & ſeſsionem 6. cõcilij Lateranenſis ſub Leone 10. Et tunc Luth. clariſsimè cognoſcet Romanorum pontificum quãtum ſit ex parte ſua integritatem in conceſsionibus & diſpẽſationibus. Igitur frẽnet Luth. linguam ſuã: & nolit ex defectu & nequitia inferiorũ miniſtrantium totius ſanctiſsimæ Romanę eccl. ſtatum damnare. Eadẽ nanque ratione & omnis mundi ſtatus damnandus eſſet, quoniam vbique abuſus extorſiones, iniuſtitię, & alia innumera reprehenſibilia abundant. Nonne eccleſia militans eſt ſicut ſagena miſſa in mari, in ſe cogregans ex omni piſcium genere? Hæc de tertio dicta ſint.

Quartò, Luthe. conatur ſuadere melius eſſe reſpublicas per prudentes gubernatores regulari, quàm per leges humanas ſcriptas. Vnde inquit, Ideo in rebus publicis magis curandum eſt, vt boni & prudentes prę ſint, quàm vt leges ferantur. Ipſi enim erunt optimæ leges, omnem varietatẽ caſuum viuaci equitate iudicaturi. Quòd ſi adſit eruditio diuinæ legis cum prudentia naturali, ſuperfluum & noxiũ eſt leges habere: Super omnia autem charitas nullis legibus indiget. Hęc ille.

Humanæ leges neceſſariæ ſunt.

Lut. aduertere noluit ea quæ varia, incerta & mutabilia ſunt: vt quantùm eorũ natura patitur regulentur, neceſſe ſit aliqua vt certa menſura dirigi & menſurari, quoniã omne mobile & irregulare ad immobile & regulare aliquod neceſſe eſt reduci: cùm igitur tam varij ſint hominum cauſus & actus, eò quòd à libero principio emanãt: quòd eſt

huma

humana voluntas,& lex ſit certa ac ſolida regula ad debitum finem regulata deducens:congruum eſt, imò neceſſariũ ꝓ loco & tẽpore humanas cõdere leges.Et quãdo Lut. inquit:Ipſi ſcilicet viri boni & prudentes erunt optimæ leges,&c. Non conſiderat quemcunque mundi ſtatum & Ré pub.& familiam & artificium pati ingeniorum atque prudentiæ modo penuriam:modo abundantiã:modomediocritatem:modo vix inueniuntur reliquię.Cuius rei hinc ſumitur argumentum quòd pro aliqua ætate videm⁹ aliquos generari quaſi diuinos omni virtute ſapiẽtia prudentiaque refertos:qui non modo ciuitatem vnam,ſed & totũ regnũ ſapienter iuſtéque gubernare valeant:vt Lycurgi. & Solonis,& Minois & Salomonis tempore:& pro omni illa tẽpeſtate qua floruerunt Romæ ſapientiſſimi iuriſcõſulti. Pro alia verò ætate videmus generari homines vt in pluribus debilis ingenij,pauci iudicij,& penè nullius prudẽtiæ.Hac de cauſa expediens ac neceſſarium fuit leges condere & ſcribere:quæ tempore dictæ penuriæ,eſſent certa regula humanarum actionum.Luth.autem ſuadet ſibi prædictam penuriam nunquam contingere:quod vtinam verũ eſſet.Ideò fallitur dicens curandum eſſe Reſpub.per bonos & prudẽtes gubernari.Nam prudentes deficiunt, lex autem ſcripta permanet in generationẽ & generationem.Et quando inqt Luth.quòd ſi adſit eruditio diuinæ legis,&c. fallitur. Multa enim in humanis cõtingunt,quibus diuina eruditio expreſ ſè & in ſpecie non prouidet: vt quomodo adminiſtranda ciuitas,quomodo diſtribuendæ dignitates,quomodo defẽſanda patria& quàm plura alia in ciuili iure optimè digeſta.Adde quòd non ſemper pręſto eſt naturalis prudentia ex varietate temporum & generationum.Et quando inquit Luth.Super omnia autem charitas nullis legibus indiget, Si in Repub.Chriſtiana omnes ſecundum rectam rationem & charitatem operarentur,profecto nullis legibus indigerent,quoniã vbi naturalis prudentia deficeret,donũ cõſilij & ſapientiæ ſuppleret,de quibus in parte prędcedenti ex ꝓpoſito pertractauimus. Verum quia quãplures operantur & viuũt nõ charitate ducti ſed paſſionibus: & delectantur in rebus peſſimis,lege frænandi ſunt:quæ propter tranſgreſſores ponitur.Hæc de 4.dicta ſint.

Quintò,Luth.monet ac rogat omnia matrimonia confirmari:etiam ꝙ habeant impedimentum ex lege põtificia,modò non ſit impedimentũ diuinæ legis in ſacra Scriptura expreſſum.Vnde inquit,Dico tamen rogans omnes ſacerdotes,& fratres ſi viderint aliquod impedimentum,in quo Papa poteſt diſpenſare & quod nõ eſt in Scriptura expreſſum vt ea omnia matrimonia confirment:quæ contra eccleſiaſti cas,vel pontificias leges fuerint contracta. Arment autem ſe diuina lege dicente,Quod Deus cõiunxit homo non ſeparet.Coniunctio enim viri & mulieris,eſt diuini iuris:quę tenet contra leges hominũ,& infrà dicit, Et Papa, vel epiſcopus,vel officialis ſi diſſoluerit matrimonium aliquod, contra legem humanam contractum, Antichriſtus eſt, & violator naturæ:& reus læſæ maieſtatis diuinæ. Quia ſtat ſententia,Quod Deus coniunxit homo non ſeparet. Hæc ille.

Quoniam Luth.non dignificat matrimonium Chriſtianum ſupra matrimonium antiquę legis & infidelium,ideo ſanctiones eccleſiaſticas contemnit.At ſuum erat cõſiderare Rempub.Chriſtianã vti matrimonio:cuius vſu Chriſtian⁹ populus multiplicatur vt gens ſancta, & populus acquiſitionis: ideoque ſic diſponi,ac inſtitui per ſanctas leges debuit de conſenſu ſanctiſſimæ primitiuę eccle. vt in eius contractu vitarentur ea,quæ charitati obuiant,ſiue contra Deum,ſiue,contra proximum:& ea ſeruarentur,quę ipſi pudicitię & honeſtati congruunt,vt ſic honeſtum ac ſanctum matrimonium Chriſtianũ congruè ſignificet ſacratiſſimam Chriſti,& eccleſię coniunctionem.Vt igitur matrimonium inter fideles ſanctum & honeſtũ permaneret aliqua impedimenta inſtituit ſancta mater eccleſia rationabiliſſima, vt declarabimus infra defenſantes ſingulum eorum.Luth.igitur peſſimè & abſque omni reuerentia ſic cõtulit. Et cum inquit,Arment ſe diuina lege dicente, Quod Deus coniunxit,&c.Eſto,ſed qui dixit,Quod Deus coniunxit homo non ſeparet,dixit etiam,Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam.Quid eſt ędificare niſi ſanctiſſimis legibus & inſtitutis firmare ? Quod ergo Petrus ſtatuit Chriſtus approbat, ergo ſi Petrus, vel eius ſucceſſor ſtatuit aliquos perſonarum gradus aut ſtatus non dehere ad inuicem matrimonium contrahere,Deus non coniungit:qa ex quo approbat legẽ Petri nõ cõiungit eos, quos eccleſia diſiungit: nec audiendus eſt Luth. qui eccleſiæ leges computat inter hominum leges. Mediæ nanque ſunt inter merè diuinam,& merè humanas:nec Papa aut epiſcopus diſpenſant niſi vt Chriſti filij Dei viui vicarij.Propterea ſanctiſsimus pontifex non eſt Antichriſtus,neq; naturæ violator.Non enim prohibet niſi rationabiliter in certis gradibus,& caſib. nubere: & niſi perſona ita ſe gerat,quòd mereatur prohiberi ne cum tali vel tali nubat:neque id eſt imputandum eccleſiæ,ſed illi qui ſe inhabilem fecit, vt declarabimus infrà:Nec põtifex efficitur reus læſę maieſtatis diuinæ : quoniam vniuerſalis eccleſiæ leges Chriſtus approbat quando dixit, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam.Stat ergo Chriſti ſentẽtia,Quod Deus cõiunxit,homo non ſeparet.Sed Deus non coniungit illas pſonas,quas eccleſia non cõiungit,& ideo homo nõ ſeparat. Separatio enim ſupponit cõiunctionẽ præceſsiſſe.Hæc de 5.dicta ſint. *Leges eccleſiæ non ſunt merè humanæ.*

Sextò,Luth.incipiens in ſpecie reprobare impedimenta incipit ab impedimento ſpiritualis cognationis qđ aſſerit introductum humana ſuperſtitione. Vnde inquit,Ita debẽt iſtæ nugæ compaternitatũ & maternitatũ extingui contracto matrimonio.Quis enim hanc cognationem ſpiritualẽ inuenit niſi ſuperſtitio humana?Si non licet baptizanti aut leuanti baptizatã aut leuatã ducere , cur licet Chriſtiano Chriſtianam ducere ? An eſt maior cognatio iſta ex ęreboniis ſeu ſigno ſacramenti cõtracta,quàm quæ ex re ipſa ſacramẽti? An nõ Chriſtianus eſt frater ſororis Chriſtianę? Quid ſi quis vxorem ſuam erudiat Euangelio, & fide Chriſti,factus eſt hoc ipſo pater eius in Chriſto:an non liceat vxorem eius manere.An Paulo non licuiſſet puellam ex Corinthiis ducere,quos omnes in Chriſto ſgenuiſſe ſe iactat? Vide itaque quàm ſit oppreſſa Chriſtiana libertas per cæcitatem humanæ ſuperſtitionis.Hæc ille.

Lut.adeò magna de ſe ſentit,vt ſimplex verbum ſuũ:vim legis habere velit. Audiat igitur doctorũ rationem, qua cõcludunt hoc impedimentum rationabiliter inſtitutũ.Deinde argumenta ſua ſoluemus.Ratio autem talis eſt, Sicut ex propagatione carnali ſuſcipit homo eſſe naturale,ſic ex receptione ſacri baptiſmi recipit eſſe ſpirituale. Vnde inquit Chriſtus Iohan.c.3.Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.&c.Propter quod ſicut vinculũ quod cõtrahitur ex carnis propagatione eſt homini naturale, in quantũ eſt res naturæ:ita vinculum contractum ex ſuſceptione ſacramenti baptiſmi eſt quodãmodo naturale homini inquantùm eſt membrum eccleſiæ.Et ideo ſicut cognatio carnalis impedit matrimoniũ,ita cognatio ſpiritualis,ne filia ſpiritualis,ducatur in vxorẽ à patre ſpirituali ex ſtatuto eccle. approbato à Chriſto vt ſupra docuim⁹: nõ ergo humana ſuperſtitio,ſed ſpiritualis generatio & honor ſeruãdus inter patrẽ ſpiritualẽ & filiã,cauſa fuit ſtatuẽdi tale ipedimẽtũ. *Cognatio ſpiritualis impedit matrimonium.*

Ad primũ argumentũ ſuum cũ dicit,Si non licet baptizanti,&c.reſpondetur non ſeruari eandẽ rationẽ vnionis inter Chriſtianũ,& Chriſtianam pręcisè:& inter baptizantem ,aut leuantem,& baptizatã,& leuatã.Chriſtianus enim & Chriſtiana nõ cõueniunt:niſi in generatione Chriſtiano rũ,ſicut Hebręi in genere Hebręorum : ſumẽdo genus pro multitudine reſpiciente vnũ primũ vt caput. Sed inter baptizantẽ & baptizatã, leuantẽ & leuatã eſt relatio paterni tatis,& filiationis ſpiritualis fundata ſuper generationem actiuã & paſsiuã ſpiritualem: quę quidẽ relatio maximam propinquitatem ſpiritualẽ cauſet: qualis propinquitas non cõſurgit ex ſola cõuenientia in vno genere.Cõſtat ergo nõ eſſe vtrobiq; eandẽ rationẽ.Nec verũ eſt hanc cognationẽ fieri ex ſolis ceræmoniis,aut ſigno ſacramenti ,ſed ex ipſa ſpirituali generatione. Baptizans enim ſpiritualiter generat ex doctrina Euãgelica,& leuãs cooperatur generationi.

Ad ſecundũ quãdo dicit,An nõ Chriſtianus eſt frater ſororis Chriſtianæ?Reſpondeo,Nõ alio vinculo Chriſtiani & Chriſtianæ ſunt fratres & ſorores niſi quia conueniunt in genere:ſicut omnes Hebręi & Hebręę ſunt fratres & ſorores,ſed conuenientia in ſolo genere nõ eſſet rationabile impedimentũ(nã inter Chriſtianos celebrari non poſſet matrimoniũ) ſicut conuenientia inter generantẽ & genitum ſpiritualiter:vt ſeruetur inter eos honor & reuerentia.

Prętereà cognationi ſpirituali non aſsignantur gradus, Et ideo non ſequitur ſi baptizans põt accipere baptizatam à ſe, ꝙ baptizatus non poſsit accipere aliã baptizatã , licet ſe habeant vt frater & ſoror in genere Chriſtiano. Soror enim nõ accipit eſſe à fratre,neq; ſpirituale, neq; naturale: filia autem ſpiritualis accipit eſſe ſpirituale à patre ſpirituali,qui eſt baptizans. Et ideo argumentũ non concludit.

Ad

Ad tertium quando dicit, Quid ſi quis erudiat? Reſpondeo, Generatio quò ad doctrinam & mores comparatur ad generationem ſacri baptiſmi vt accidentalis ad ſubſtantia lem: licet propriè loquendo, quò ad terminum acquiſitum vtraq; ſit accidentalis: & gratia & charitas quilitates ſunt, ſicut & ſcientia, & fides & habitus morales. Et ideo non ſequitur q; ſi baptizans non poteſt ducere baptizatam, nec erudiens in Euangelio poſſit ducere eruditam. Nam baptizans dicitur abſolutè pater ſpiritualis: erudiens autem eſt pater ſecundum quid.

Ad quartum de Paulo dico quòd non alio modo genuit Corinthios niſi catechizando, quæ eſt generatio ſpiritualis ſecundum quid, vtpotè ordinata ad ſpiritualé ſimpliciter quæ fit per ſacrum baptiſma. Talis autem generatio ſecundũ quid nõ eſſet rationabile impedimentũ: ſecus aũt eſſet ſi Paulus omnes Corinthios baptizaſſet. Cõſideret igitur Luther. libertatem Chriſtianam non eſſe oppreſſam, ſed modo ratam optimis ac ſanctis legibus quæ frænant furioſam cõcupiſcentiam: & honorant tantum matrimonium, quantum eſt Chriſtianum. Hæc de 6. dicta ſint.

Septimò, Luth. deridet impedimentum cognationis legalis: quæ eſt p adoptionem. Vnde inquit, Iam multò vanior eſt cognatio legalis & tamen hanc etiam ſuper ius diuinum extulerunt. Hæc ille.

Cognatio legalis iure impedit matrimonium.

Facilè eſt dictu leuiorem aut vaniorem eſſe cognationẽ legalem matrimonium impedientem: At ſuũ erat probare hanc vanitatem. Verùm audiat Doctorum rationẽ, & apud homines ſanæ mentis ac bene moratos apparebit quàm rationabiliter ſit tale impedimentum inſtitutum. Ratio autem talis eſt, Lex diuina vt patet Liuit. c. 18. Illas præcipuè perſonas prohibet adinuicem nubere, quę ordinariè ſimul cohabitant, ne vt inquit Rabi Moyſes, ſi apud eas carnalis copula liceret, facilis pateret concupiſcentiæ locus & opportunitas ad quam reprimendã datum eſt matrimonium. Et etiã quia adoptatus filius habitat in domo adoptantis, vt filius naturalis, ideo humanis legibus prohibitum eſt inter tales matrimonium: & idem ſtatuit ac approbauit ſancta mater eccleſia proter obſeruantiam reuerentiæ matrimonij Chriſtiani: & vt optimum humanæ concupiſcentię frænum. Nec eſt verum quod inquit Luth. ſcilicet, q; hanc cognationem legalem ſuper ius diuinum extulerunt, ſed faciunt eam vt conſonam ſaltem imitatiuè legi diuinæ, quæ inter patrẽ & filiam, & inter matrem ac filium matrimonium inter dicit. Hæc de 7 dicta ſint.

Cultus diſparitas iure impedit matrimonium.

Octauò, Luth. dãnat impedimentum diſparitatis cultus dicens, Nec huic impedimento cõſenſerim, quod vocant diſparitatem religionis, vt nec ſimpliciter, nec ſub conditione conuertendi ad fidem liceat ducere non baptizatam. Quis hoc prohibuit? Deus an homo? Quis hominibus poſtatem dedit prohibendi ſic nubere? Spiritus S. mendacium loquentes in hypocriſi, vt Paul. dicit. De quibus illud dicere oportet, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua. Duxit Patricius gentilis Monicam matrem ſancti Aug. Cur non liceat hodie idem? Hæc ille.

Sancta mater eccleſia non leuiter, ſed rationabiliſsimè id ſtatuit. Et ratione hac mota eſt, Non expedit fidem contrahere cum aliquo, vbi deficiat bonum prolis completum, quod eſt educatio & eruditio ad cultum veri Dei. Matrimonium enim Chriſtianum tria reſpicit: primò, eſſe prolis. ſecundò, ſucceſsionem poſteritatis, tertiò, cultum veri Dei: Et in hoc 3. completur intentio generantium inter fideles, nec expedit fidelem facere contractum de corpore ſuo cui contractui nõ ſit annexum ſacramẽtum Chriſtianæ fidei, & etiam vbi non ſit indiſſolubilitas quæ eſt bonum huius ſacramenti. Coniugium eñ Chriſtianum natum eſt hæc bona habere: quæ vtique deficiẽt ſi fidelis cõtrahat cum infideli. Nam cùm fidelis & infidelis ſint contrariæ intentionis quò ad diuinum cultum, ſi fidelis quæreret prolem erudire ad cultum Chriſti, infidelis ſtuderet reuocare eum: & inducere ad idololatriam. Præterea, infidelis non eſt capax ſacramenti: matrimonium autem Chriſtianum, vt docuim⁹, eſt ſacramentum. Præterea infidelis contrahit ſolubiliter, fideles autẽ inſolubiliter. Rationabiliter ergo ſancta mater eccleſ. prohibet matrimonium inter fidelẽ & infidelẽ. Et quãdo inquit Lut. Quis hoc prohibuit? Dico fuiſſe ſpiritum, à quo regitur ſanct. mater ecc. Et quando dicit, Quis hãc poteſtatẽ dedit hominibus? Dico fuiſſe Chriſtum qui dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccl. meã, id eſt optimis legibus firmabo. De conuitiis ſuis nõ curo. Ideo pertranſeo.

Ad exemplum de Patricio & S. Monica reſpondeo, Ante quàm eccleſia aduerteret damna, & fidei pericula quæ hic oriuntur, & quandiu adhuc debilis erat hoc Decretũ non inſtituit præcipuè cum non eſſet iure diuino vniuerſaliter prohibitũ fidelẽ contrahere cum infideli: ante legem enim ſcriptã, Ioſeph accepit filiã Phutifaris infidelẽ, Moſes filiã Ietro, ſub lege autẽ Salomõ Aethiopiſſam, Heſter Aſſuerũ. Verum poſtquàm roborata eſt & tot pericula aduertit, ſanctiſsimè hoc decretũ fecit. De Patricio autẽ & S. Monica dico quòd vel præceſſerunt hoc Decretum, vel quòd ſancta Monica effecta eſt fidelis poſt matrimonium cõtractum, & fortè poſtquam remanſit vidua. Poſito tamen q; viuẽte viro infideli effecta fuiſſet fidelis, potuit habitare & vti matrimonio cum Patricio etiam infideli: quoniam ſecundũ Pau. 1. ad Cor. c. 7. ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa non dimittat virum. Idem tamen apoſtolus qui conſulit poſt contractum matrimonium fidelem non dimittere infidelem, diſſuadet fideli contrahere cum infideli. Vnde 2. ad Cor. ca. 6. inquit, nolite iugum ducere cum infidelibus. Quę enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas, lucis ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Hæc de 8. dicta ſint.

Nonò, deſpicit Luth. impedimentum criminis dicens, Idem rigor ſtultitiæ, imò impietatis eſt impedimentum criminis, ſcilicet, vbi quis duxerit prius pollutã adulterio, aut machinatus fuerit in mortem alterius coniugis, ne cũ ſuperſtite contrahere poſsit. Obſecro, vnde iſte rigor hominum in homines, qualẽ nec Deus ipſe exigit? An ignorare ſe ſimulant Berſabem vxorem Vriæ vtroque crimine impleto, id eſt, prepollutam adulterio & occiſo viro, tamen ductam à ſanctiſsimo Dauid. Si lex diuina hoc facit, quid faciunt homines tyranni in ſeruos ſuos. Hæc ille.

Crimen impedit matrimonium.

Quoniã Luth. non conſiderat omnimodã perfectionem Chriſtianę legis ſuper quaſcunque alias leges: ideo hoc impedimẽtũ deſpicit. Verùm ſancta mater eccleſia Spiritu ſancto ducta aduertens feritatem & furorem humanæ concupiſcentiæ: pro qua adimplenda deducũtur homines in quodcũque immane ſcelus, vt in idololatriã, in ſacrilegia, in homicidia, præcipuè qui impatienter ſunt indiſſolubilis vinculi matrimonij, vt quando alter coniugum odio habetur, & alter rapitur ad alienum vel alienã ardenti affectu: ideo ſtatuit ſancta mater eccl. ad compeſcendam hanc deteſtabilẽ pronitatem illegitimare ad contrahendum quoſcunque adulterantes cum aliqua viuente primò, & ecõuer sò: præcipuè ſi vt contrahere poſſent, procurauerunt mortẽ prioris coniugis. Et hoc quidẽ frẽnũ non fuit adeò neceſſariũ in antiqua lege, quoniam plures poterãt ſimul haberi vxores, & ſi vna, vel duæ diſplicebant, alię placere poterãt. Præterea, Permiſſus erat libellus repudij: ideo periculum de machinatione mortis, non ſic imminebat. In Chriſtiana autem lege matrimonium eſt indiſſolubile, licet ex cauſa, vt dicemus infrà, fiat diuortium quo ad cohabitationem tantùm: & vnus vnius tantum vxoris eſt vir. Propterea niſi ſancta eccleſia ſuper id prouidiſſet mortes quotidianas inter coniuges experiremur. Cùm igitur inquit Lut. Obſecro vnde iſte rigor? Dico non eſſe rigorem, ſed effrænatæ concupiſcentiæ neceſſariũ frænũ, & ad Chriſtiani matrimonij ſanctitatem plurimũ cõferens. Et quãdo inquit Luth. An ignorare ſe ſimulant, &c. quid tantum ſe magnifacit? Nã & Scotus in 4. diſt. 35. Idem argumentum format, & breuibus ac facilè ſoluit dicens, Lex iſta non fuit pro tempore illo: ideo inter Dauid & illam fuit matrimonium: & ſi quæras, Vt qd nunc & non tunc fuit prohibitum? Iam reſpõdi aſsignãdo conditiones matrimonij in antiqua lege, ſcilicet pluralitatẽ vxorum, & libellum repudij: quæ non conceduntur in Chriſtiana lege. Hæc igitur de Dauid inſtantia non infringit propoſitum noſtrum. Hęc de 9. dicta ſint.

Num ſponſalia impediant contractum matrimonium.

Decimò, Luth. damnat impedimentũ ligaminis dicens, Cenſetur & impedimẽtum quod vocant ligaminis, id eſt, ſi quis alteri ſit alligatus per ſponſalia: hìc concludunt ſi poſteriorem quis cognouerit priora ceſſare ſpõſalia. quod planè non capio. Ego arbitror eum iam non ſui iuris, qui vni ſeſe addixerit: ac per hoc prohibente iure diuino debere priori non cognitę, & ſi poſteriorem cognouerit. Dare enim non potuit, quòd non habuit, ſed fefellit eam cõmiſtque verum adulterium. Quòd autem aliudillis viſum, eſt, fecit quòd copulam carnis plus attenderunt quã diuinum mandatum quo priori fidem pollicitus debet ſemper ſeruare. Hęc ille.

Suadet ſibi Luthe. hoc ſuo argumento ineuitabiliter conclu

cõcluſiſſe. Et tamen diuus Tho. in iiij. diſt. xxvij. q. ij. ar. iij. eodẽ modo arguit & breuib⁹ ſoluit. Tu igitur aduerte. Sic arguit B. Tho. Videntur non poſſe dirimi ſponſalia per contractũ cum alia, ꝙ verba de prẽſenti. Nam ſecunda venditio non derogat venditioni primæ. Ergo nec ſecundus contractus, poteſt derogare primo. Et ſoluens idem Doctor inquit, Ratio illa vtique concluderet ſi vterq; contractus rationis eſſet eiuſdem. Verùm ſecundus cõtractus fortior eſt primo: ideo ſoluit primum. Hæc eſt ſolutio B. Tho. Ad arg. Luth. dico ſecundam fidemeſſe maiorem prima, ideo ſoluit eã. ſicut ſecunda venditio, quæ eſt cũ exburſatione precii, ſoluit promiſſionẽ vendendi: & præcipuè ſi eſt ſine arra. Et quando inquit Lut. Dare non potuit, quod non habuit, reſpondeo, Per ſola ſponſalia quis non dat ſeipſum alteri viti matè & completè ſicut per matrimonium in quo eſt cõſenſus de præſenti: ideo Luther. fundamentum nullum eſt, Hęc de decimo dicta ſint.

Vndecimò, Luth. damnat impedimentum ordinis dicens, Impedimentum ordinis quoque merũ eſt hominis commentũ, præſertim cùm garriant eo dirimi etiam cõtractũ. Ego quidem de ſacerdotij ordine non iudico qualis hodie eſt, ſed video Paulum iubere epiſcopum vnius vxoris virum eſſe: ideo non poſſe dirimi matrimonium diaconi, epiſcopi, ſacerdotis ſeu cuiuſcunque ordinis. Pereant itaque maledictæ iſtæ hominum traditiones: quæ non niſi ad multiplicanda peccata, pericula & mala in eccleſiam introierunt. Eſt ergo inter ſacerdotem & vxorem verum ac inſeparabile matrimonium mandatis diuinis probatum. Hæc ille.

Quòd huiuſmodi impedimentum nõ ſit hominis commentum, ſed rationabiliter & ſapientiſſimè ab eccleſia inſtitutum, hinc patet, ꝙ ordinatus deputatur miniſterio, ſacro requirenti corporis & mentis mundiciam, intellectus perſpicaciam, & affectus eleuationem ad diuina: ad quæ omnia diſponit continentia, & caſtitas, & ad eorum oppoſita carnalis commixtio. Ergo ſanctum & obſeruandum eſt hoc ſanctæ matris eccleſiæ inſtitutum. Neque poteſt quis conqueri, quòd eccleſia ſibi prẽiudicauerit in iure ſuo. Neque enim cogit aliquem ordines ſacros recipere, & abundè publicauit poſt ſacri ordinis ſuſceptionem quemcunque inhabilem fieri ad matrimonium contrahendum. Incurrit igitur ordinandus hanc inhabilitatẽ voluntariè. Et quando inquit Luthe. Video Paulum iubere, &c. Non habet rectam illius dicti intelligentiam. Senſus enim Pauli eſt, ꝙ epiſcopus non habeat plures vxores ſimul, nec ſucceſſiuè, neque ſi antequam eſſet epiſcopus erat innuptus poſt receptionem epiſcopatus contrahat cum aliqua. Verùm ſi prius habuit, vtatur ea. Vnde ſacer ordo vbique impedit matrimonium contrahendum.

Ordo iure matrimoniũ impedit.

Tu tamen aduerte differentiam eccleſiæ Orientalis ab Occidentali in hoc, ꝙ Orientalis licet prohibeat ſacerdotem contrahere poſtquàm factus eſt ſacerdos non tamen prohibet, vti prius contracto: Occidentalis vero vtrunque prohibet. Decipitur ergo Luthe. credens Paulum iubere epiſcopum vt eſt epiſcopus poſſe contrahere cum vna. Similiter & ſacerdotem & Diaconum. Nec obſtat quod habetur in Decretis diſt. 31. c. aliter: vbi dicitur ꝙ ſacerdotes Græcorum matrimonio copulãtur, gloſſa enim ſic exponit, i. copulato matrimonio vtuntur. Mos eſt enim apud eos, ꝙ ſi quis vult fieri ſacerdos & nubere prius nubit, deinde ordines recipit. Poſt ſuſceptos autem ordines nubere non poteſt. Quòd verò inquit Luth. Pereant itaq; maledictæ iſtæ hominum traditiones, &c. Dico, quòd per ſe quidem ſunt benedictæ, qm̃ ad mundiciam & decentiam miniſtrantium in altari ordinãtur. Quòd autẽ apud aliquos ſint occaſio multiplicandi peccata, eſt præter legiſlatoris intentionem: nec propter hoc iudicandum eſt legem eſſe malam. Sicut licet ignis comburat pauperis domũ, & vinum noceat febricitãti, tamen propter hoc nec ignis eſt malus, nec vinum malum Hęc de 11. dicta ſint.

Duodecimò, Luth. damnat impedimentum publicæ honeſtatis dicens, Aequè commentum eſt impedimentum illud publicæ honeſtatis quo dirimuntur contracta. Quæ em̃ eſt cauſa vt ſponſi præmortui nullus conſanguineus vſque ad quartum gradum poſſit ducere ſponſam. Non eſt hoc publicę honeſtatis iuſtitia, ſed inſcitia. Cur non in populo Iſraël optimis ac diuinis legibus inſtituto, erat iſta publicę honeſtatis iuſtitia? Sed etiam præcepto⁹ Dei cogebatur proximus ducere vxorem proximi relictam. An oportet populum libertatis Chriſtianæ rigidioribus legibus onerare quàm populum ſeruitutis legalis? Hæc ille.

Publica honeſtatis cauſa ratio. nab. le impedimẽtum eſt.

Quoniam Luth. & ſacros canones & Theologos nõ veretur, ideo ita audacter loquitur. Sed ꝙ impedimẽtum non ſit commentũ nec vanè imaginatum, patet ex fundamento rationabili quod eſt hoc, Sancta Chriſti eccleſia conſiderans Chriſtianum matrimonium ſignificare puriſsimam & omni macula carentem Chriſti & eccleſiæ ſuæ coniunctionem: prohibuit eos adinuicem contrahere inter quos duraret conſanguinitas, aut affinitas pro tali gradu, vt determinatur in canone. Certum eſt autẽ quòd permanet affinitas inter relictã & proximos præmortui viri. Vnde cum inquit Luther. Quæ ergo eſt cauſa, &c. Dico cauſam eſſe quoniam nouæ legis matrimonium ſanctius & honeſtius eſt cum ſit ſacramentũ: propterea carere debet omni macula & indecentia. Et quando inquit, Cur non in populo Iſraël, &c. Reſpondent concorditer Doctores ſacri, illud cõceſſum fuiſſe, imò & præceptum in populo illo: non quia antiqua lex ſanctior eſſet, ſed quoniam propter diuinum cultum ampliandum oportebat populum Iſraël multipli cari. Solus enim Iſraël colebat verum Deum. Vnde Dauid in Pſa. Notus in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomẽ eius, & quando inquit Luth. An oportebat, &c. Hoc non eſt one rare, ſed ſanctificare, & honeſtare populum Chriſtianum: liberum quidem ſed libertate honeſta & ſub gratia conſtitutum. Hæc. de 12. dicta ſint.

Tertiodecimò, Luth. tenet q̃d quò ad matrimonium cõtrahendũ, in quocunque caſu põt Papa diſpenſare: in eodẽ põt frater cum fratre, aut cũ ſeipſo. Vnde inquit. Quòd ſi vigeat amor iuuentutis & quæcunque alia neceſsitas propter quã Papa diſpenſat, diſpenſet, etiã frater cũ fratre aut ipſe cum ſeipſo rapta per hoc conſilium vxore de manu tyrannicarum legum vtcunque poterit. Hęc ille.

Hic profectò Luth. euaneſcit. Nam diſpenſare tãtùm ſuperioris eſt: frater autẽ vt frater, nec ipſe vt ipſe, fratre autem ſeipſo ſuperior non eſt, ergo in hoc irrationabiliter loquitur.

Hæc ſunt præcipua, quæ Luth. euomuit contra matrimonij impedimenta inſtituta ab eccleſia. Non enim acceptat niſi impotentiam cognoſcendę vxoris: & ignorantiam iam contracti, & votum caſtitatis.

Quartodecimò, Luthe. caſum mouet circa impotentiã cognoſcẽdæ vxoris: & dicit, Si mulier impotẽti viro nupta, nec poſsit, nec velit fortè tot teſtimoniis, & ſtrepitibus quot iura volunt iudicialiter viri impotẽtiã probare, velit tamen prolem habere & non poſsit continere: & ego conſuluiſſem vt diuortium á viro impetret ad nubendũ alteri, attento ꝙ ipſius & mariti conſcientia, & experientia abũdè teſtes ſunt impotẽtię illius. Vir autem nolit. Tunc vltra ego conſulam vt cum cõſenſu viri cùm iam nõ ſit maritus, ſed ſimplex cohabitator miſceatur alteri vel fratri mariti, occulto tamen matrimonio, & proles imputetur patri putatiuo: an hæc mulier ſalua ſit? Reſpondeo ego ꝙ ſic, Quia error, & ignorantia virilis impotentię, hic impedit matrimonium, & tyrannis legum non admittit diuortium, & mulier libera eſt per diuinam legẽ, nec cogi poteſt ad continentiã, quare vir debet concedere eius iuri, & alteri permittere vxorem quam ſpecietenus habet. Hæc ille.

Luth. non aduertit contractum publicè factũ non poſſe reſcindi, niſi perſonæ publicæ, id eſt, iudici deputato cõſtent cauſę: propter quas meretur annullari: aliter infinita inconuenientia, & ſcandala ſequerentur tam in ciuilibus quam in ſpiritualibus eccleſię caſibus. Et ideo per teſtes & indicia ſicut in aliis procedendũ eſt. Srat enim lex diuina, In ore duorum vel trium ſtabit omne verbum. Et quando inquit Luth. ꝙ ipſius & mariti conſcientia teſtes ſunt abundè verum quidem eſt ante Deum, quẽ nullũ latet ſecretũ, non tamen ante eccleſiã, ideo ad iniuſtitiã & dolos & fraudes euitãdas iuridicè procedendum eſt. Et quando inquit Luth. cùm iam nõ ſit maritus, ſed ſimplex cohabitator, Nõ eſt verum, quoniam in facie eccleſię eſt maritus, donec iudici conſtet oppoſitum: ideo ad euitandum ſcandalum nõ poteſt miſceri alteri per matrimonium, donec per iudicem ſeparetur. Et quãdo inquit Luth. ꝙ tyrannis legum non admittit diuortium. Mentitur: imò lex canonica fauet huic diuortio. Nam in tali cauſa ſpecialia multa reperiuntur fauorabilia, ſcilicet, quòd idẽ poteſt eſſe accuſator & teſtis, & ꝙ non iuratur de calumnia cũ ſit cauſa quaſi ſpiritualis, & ꝙ conſanguinei admittuntur ad teſtificandum: & quòd non obſeruatur omninò ordo iudiciarius, quia tali denunciatione facta contumax poteſt excommunicari lite nõ cõteſtata

teſtata:& teſtimonium valet de auditu, & poſt publicationem teſtium, teſtes poſſunt induci. Et hoc totum agitur vt peccatum vitetur: quod in huiuſmodi coniunctione contingere poteſt. Et quando inquit Luthe. nec cogi poteſt ad continentiam, &c. Vtique nō cogitur quoniam diuortium agendum eſt. Verum donec declaratum ſit matrimonium nō tenere, ſuſtinere debet ne detur locus fraudi: non igitur talis mulier eſt in ſtatu ſalutis, ſi ante iudicium eccleſiæ nupſerit alteri, ſiue ſecretè, ſiue publicè. Sed quæritur (inquit Lutherus) ſi vir impotens nollet conſentire diuortio quid mulier agere debet? Reſpondeo (inquit Luthe.) antequam permitterem eam viri aut adulterari, conſulerem vt contracto matrimonio cum altero, confugeret in locum ignotum, aut remotum.

Luth. peſsimè conſulit, quoniam id ſine ſcandalo actiuo fieri nequit. Quis enim ſcit virum impotentem, niſi publicetur iudici: cuius ſententia fiat diuortium? Diceretur enim mulierem reliquiſſe virum ſuum non quia impotens ſit, ſed quia ipſa adultera eſt & impudica: & ideo pro vitando ſcandalo obligatur ſuſtinere donec celebretur diuortium: & ſi vir non admittere vult quòd fiat diuortium, ad mulieris propinquos ſpectat ei patrocinari & iudicem adire.

Vlterius inquit Lut. Scio quoſdam mouere q̄ proles huius occulti matrimonij iniquus hæres ſit putatiui patris: & reſpondens dicit, Si conſenſu mariti fiat, non erit iniquus. Si autem ignorante, aut nolente fiat: iudicet hic ratio Chriſtiana, vter vtri maius damnum inferat. Vxor facultatem alienat: Maritus fefellit vxorem. An non magis peccat vir corpus & vitam perdens vxoris, quàm mulier res tantum temporales viri alienans? patiatur ergo vel diuortium, vel hæredes ferat alienos. & infrà, Quid enim differt talis maritus ab eo qui alicuius vxorem captiuam tenet cum marito: nonne talis tyrannus vxorem & filios & maritum alere cogitur, aut liberos dimittere? Cur ergo etiam hic non ita fiat? Hæc ille.

Quoniam Luth. libertatem irrationabilem ſuadet Chriſtianis, vt non ſubiiciantur legibus: ad hoc deuenit vt velit vnumquemque facere ſibi legem. Quo dato euertitur omnis ordo & pax & bonum & æquum in ciuilibus & eccleſiaſticis: & quoniam conſulit hanc mulierem nuptam impotenti viro poſſe contrahere cum alio non expectato iudicio eccleſiaſtici iudicis, ad hoc inconueniens deuenit q̄ vxor licitè poteſt alienare hæreditatem putati viri: ſi non vult aſſentire diuortio: quoniá fefellit eam: quod tamen falſum eſt. Poteſt enim vir impotens per eccleſiam cogi, vt diuortium aſſentiat. Et ideo nō licet vxori facere ſibiipſi ius, ſed petere à iudice. Quod ſi iudex iudicaſſet diuortium fieri idq̄ue publicatum fuiſſet: & vir impotens vt inobediens vi detineret eam: tunc ſine ſcandalo poſſet alteri nubere. Et ſimilitudo data de tyranno, in hoc propoſito teneret, aliter non: quoniam lex in huiuſmodi caſibus de competenti remedio & de modo procedendi, & de idoneo iudice prouidit.

Poremò Luth. de diuortio quærit quatuor.

Primò an ſit licitum.

Secundò an poſsit fieri alia cauſa quàm fornicationis.

Tertiò an ſeparatus per diuortium cauſa fornicationis, poſsit nubere.

Quartò an diſcendente altero coniugum, & non reuertente per decennium, vel nunquam liceat alteri coniugi nubere certificato etiam de vita non reuertentis.

Diuortium ſit laſ. Ad primum Luth. reſpondens inquit. Ego quidem ita deteſtor diuortium, vt bigamiam malim quàm diuortium. Sed an liceat, non audeo diffinire.

Luthe. hic correctè loquitur in hoc quòd dicit, non audeo diffinire, an diuortium liceat. In hoc autem q̄ dicit malim bigamiam quàm diuortium: non ſanè loquitur. Nam diuortium à Chriſto conceſſum eſt Mat. c. 19. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationis cauſam, &c. bigamia autem in lege Chriſti nullo modo licet. primo quoniam vt ſuprà dictum eſt, matrimonium inter fideles, ſignificat ſacram vnionem eccleſiæ cum ſponſo Chriſto. Sicut ergo Chriſtus eſt vnus & tantum vna ſancta eccleſia catholica: ſic vir vnus, & vxor vna. Secundò quia Mat. cap. 19. videtur Chriſtus reduxiſſe matrimonium quò ad vnitatem vxoris ad primum ſtatum: in quo diſponitur ſingulariter vnum vni adhærere. Vnde Chriſtus inquit Phariſæis tentantibus eū, Non legiſtis quia q̄ fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet. In his quidem verbis ſemper comparat vnum vni. Hinc ſumitur q̄ bigamia nunquam licuit: niſi accedente diſpenſatione diuina. Et Deus cum Patribus antiquis diſpenſauit, vt populus qui colebat Deū multiplicaretur. Solus enim Iſraël colebat Deum, & quoniam in lege noua hæc diſpenſatio non eſt facta: nec oportebat, quoniam miſit Chriſtus in mundum vniuerſum vocare Gentes ad cultum veri Dei, ideo nō licet. Non poteſt ergo verus Chriſtianus magis velle bigamiam quam diuortium.

Ad ſecundum reſpōdens Luth. inquit, Chriſtus ipſe Mat. c. 19. dicit, Si quis dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam adulterari: & qui dimiſſam duxerit mœchatur. Concedit ergo Chriſtus diuortium in cauſa fornicationis tantum. Quare errare Papam neceſſe eſt quoties diuortium facit alijs cauſis: nec tutus eſt ille, qui pontificia temeritate, magis quam poteſtate diſpenſationem obtinuerit. *Diuortium num alia ex cauſa fieri poſsit quam fornicationis.*

Luther. non aduertit Saluatoris dictum, vt correſpondet interrogationi, qua Phariſæi tentantes eum dicunt, Si licet homini dimittere vxorem quacunque ex cauſa? Quę, ſcilicet ſolebat à Iudæis allegari in libello repudij. Et Chriſtus intendens omnes illas cauſas euacuare, vt inſufficientes: putà odium vxoris, infirmitates longas, vilitatem generis, deformitatem corporis & morum, zelotipiam, reſpondens non acceptat niſi fornicationem, quæ aduerſatur fidei matrimoniali: & ſumit fornicationem pro adulterio. Chriſtus ergo fundans licitam dimiſſionem vxoris ſuper fornicationem, non intendit abſolutè eam eſſe vnicam cauſam, ſed tantùm in reſpectu ad cauſas ſolitas reponi in libello repudij apud Iudęos permiſsi, ſed non ex lege approbati. Vnde dico machinationem mortis, infirmitatem horribilem & contagioſam eſſe ſufficientes cauſas diuortij. Non quò ad vinculum matrimonij. Illud enim indiſſolubile eſt ſuppoſito quòd præfuerit verum matrimonium. Quoniam quod Deus coniunxit homo non ſeparat: ſed quò ad conuictum, quò ad vſum matrimonij. Ex his conſtat corollarium Luther. non valere, quum dicit, Quare errare papam neceſſe eſt, &c. Neque enim, vt diximus reſponſio. Chriſti fuit abſoluta, ſed reſpectiua, ſed habito reſpectu ad cauſas ſolitas adduci per Iudæos vltra fornicationem in libello repudij.

Ad tertium Luther. reſpondens inquit, Sed magis admiror cur cęlibem eſſe cogant hominem, qui diuortio à coniuge ſua ſeparatus eſt, nec aliam ducere permittant. Si enim Chriſtus diuortium concedit in cauſa fornicationis, & neminem cogit eſſe celibem, & Paulus magis velit nos nubere quam vri, videtur omninò admittere vt in locum repudiatæ aliam ducat. Luth. non rectè intelligit dictum Chriſti, non enim concedit ob fornicationem diuortium quò ad vinculum, ſed quò ad vſum matrimonij & quò ad habitationem. Vnde dictum ſuum ſic habet exponi, Quicunque dimiſerit, id eſt à ſe ſeparauerit vxorem niſi ob fornicationem ſupple peccat, & qui dimiſerit eam ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur: quia, ſcilicet non ſolutum vinculum præcedentis matrimonij. Et qui dimiſſam duxerit facit eam adulterari: quia ſcilicet adhuc ſtat vinculum cum priore coniuge. In hoc ſenſu & non aliter Chriſtus diuortium concedit: & hunc ſenſum diuus Auguſtinus ſequitur in libro primo, de adulterinis coniugijs. Vbi inquit. Quemadmodum non rectè dici poteſt, Si neſcit homo nō peccat. Sunt enim peccata ignorantiū quamuis minora quam ſciētium: ita etiam rectè dici non poteſt, Si cauſa fornicationis dimiſerit vxorem vir, & aliam duxerit non mœchatur. Eſt enim mœchatio & eorum qui alias ducunt relictis prioribus propter fornicationem: ſed vtique minor quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt. Et in libro ſecundo, inquit, Licitè dimittitur vxor ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris: propter quod ſit reus adulterij quicunque dimiſſam ob fornicationem duxerit. Conſtat ergo quomodo Chriſtus diuortium concedit, non tamen cum libertate nubendi alteri. Et quando inquit Luthe. q̄ Deus neminem cogit eſſe cælibem. Verum eſt abſolutè loquendo: cum quo tamen ſtat quòd aliquo priori dato cogitur eſſe cęlebs: putà ſi votum continentiæ vouit, ſi cum aliqua contraxit & eam à ſe ſeparat, ſi non vult cogi ad cælibatum, reconciliet eam ſibi: aliter ea viuente cogit eſſe cęlebs. Hac de cauſa, ſ. ne cogatur ad cælibatum dicit Paul. 1. ad Cor. ca. 7. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Et *Diuortio ſeparat⁹ num alteri nubere valeat.*

quando Lut.inquit,Paulus vult nos magis nubere quam vri reſpondeo, Paulus non loquitur de omnibus vniuerſaliter, ſed de ſolutis & liberatis vt de viduis. Vnde inquit .1. ad Cor.c.7.Dico nuptis & viduis, Bonum eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut & ego:quòd ſi non ſe continent,nubant. Melius eſt enim nubere quam vri.Et quãdo Lut.inquit,Videtur omninò, &c. Nego conſequentiam, quæ valeret ſi diuortium conceſſum fuiſſet quò ad vinculum & non ſolùm quò ad cohabitationem & vſum copulæ.

Ad quartum Luth.ſic reſpondet dicens, Ego qui ſolus in hac re cõtra omnes nihil ſtatuere poſſum,vehementer optarem illud 1.ad Corin.cap.7.huc aptari,Quod ſi infidelis diſcedit,diſcedat:non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi. Hic Apoſtolus diſcedentem infidelem concedit dimitti,& fidelẽ liberũ facit alterã accipere. Cur nõ idẽ valeat ſi fidelis hoc eſt noĩe fidelis,re ipſa æque infidelis coniugẽ deſerat præſertim nunquam reuerſurus? Ego ſanè nihil diſcriminis vtrinque comprehendere poſſum.

Luthe.dictum Pauli extorquet:loquitur enim de infideli qui non recipit fidem Chriſti,imò reſiſtit. Qui autem recepit fidem Chriſti,& diſcedit ab vxore fideli, licet ſit infidelis prout fidem datam non ſeruat vxori,eſt tamen fidelis fide Chriſti.Paulus autem concedens fideli contrahere cum alio vel alia,rationabiliter id agit:quoniam fidelis non habitaret cum infideli,niſi cum ignominia ſaluatoris Dei:ideo poteſt cum alio contrahere.Matrimonium verò contractũ inter fideles eſt ſacramentum:& ideo firmum ac perpetuũ: & licet alter diſcedens fidem frangat alteri,non tamẽ Chriſti fidem negat: & ideo non eſt ſimilis ratio.Nec eſt verum quod dicit Luth.ſcilicet q̃ re ipſa ſit æquè infidelis, licet enim fidem datam frangat,eſt tamen Chriſti fide fidelis. Ille autem,de quo loquitur Paulus,eſt vtroque modo infidelis. Relinquat ergo Luth.huiuſmodi conſilia, vt potè non ſana neque rationabilia,& hic termino defenſionem ſacramenti matrimonij Chriſtiani ad laudem Dei & Authoris totius naturæ.

Tractatus octaui de Matrimonio,& quintæ partis Finis.

SEXTA PARS PHILOSOPHIÆ CHRISTIANÆ mor.de operibus verè Chriſtianis,vnico complexa Tractatu.

IVxta ordinem poſitum in principio huius noſtri laboris Chriſtiani agendum eſt de veris operibus Chriſtianis:quibus prę paramus nobis meritum æternæ beatitudinis, de qua acturi ſumus in parte octaua.Hanc igitur ſextam partem diſponemus in vnico tractatu: quem diuidemus in quinque capita.

Primò,quid ſit opus verè & propriè Chriſtianum.

Secundò quotuplex ſit,& de ſingulo diuiſionis membro pertractabimus.

Tertiò quod opus Chriſtianum non ſolum eſt vtile ſed neceſſarium ad ſalutem.

Quartò quòd opus Chriſtianum factum ex voto,præſtãtius eſt eo quod merè voluntariè fit.

Quintò tradetur recta,ac generalis viuendi, & operandi forma,quæ ſeruanda eſt in vnoquoque fidelium ſtatu.

CAPVT I.

Quid ſit opus verè Chriſtianum.

Chriſtianũ opus triſariam accipitur.

IN cap.1.inueſtigandum eſt quid ſit verè,& propriè Chriſtianum opus. Tu igitur aduerte antequàm diffiniamus ipſum, quòd opus poteſt denominari Chriſtianum tripliciter: primò quia fit à Chriſtiano,id eſt, baptizato: & ſic dicitur Chriſtianum ad differentiam eius quod fit à Machumetano vel Iudæo, putà audire miſſam eſt opus Chriſtianum,orare genibus flexis ad Orientem eſt opus Machumetanum:ſeruare ſabbatum eſt opus Iudaicum. Et in hoc ſenſu quodcunque opus fit à baptizato,ſiue ſit bonum ſiue malum denominatur Chriſtianum. Secundò quia præcipitur in lege Chriſti,ſicut dicitur opus Moſaicum,quia præcipitur in lege Moyſi,& politicum, quia præcipitur in lege politica ſiue ciuili. Et in hoc ſenſu quicunque baptizatus facit opus præceptum in lege euangelica quacunque intentione faciat ſiue recta,ſiue ſimulata, ſiue timore pœnæ, aut infamiæ ſiue Dei & proximi amore,dicitur humano iudicio facere opus chriſtianum. Tertiò quia præcipitur, ſiue conſulitur in lege Chriſti,& ex voluntaria obedientia legis,& imitatione Chriſti Saluatoris:& vera ac recta intentione illud fit.Et hoc eſt verè,& propriè,& fructuosè chriſtianum opus. Vnde relictis primo & ſecundo ſenſu, quoniam tale opus commune eſt bonis & malis,& aliquando acceptum eſt coram Deo,aliquando non:dato q̃ ſit de genere bonorum, vt patet de hypocrita ieiunante,aut dante eleemoſynam,agendum eſt & diffiniendum in tertio ſenſu,in quo ſacri Theologi de opere ac vita Chriſtiana pertractant.Vnde D.Auguſt. in libr.de Vita Chriſtiana inquit, Si Chriſtianum te eſſe delectat,quæ Chriſtianitatis ſunt gere, & merito ac opere tibi Chriſtiani nomẽ aſſume.Ille verè Chriſtianus eſt qui omnibus miſericordiam facit,qui nulla omnino mouetur iniuria,qui alienum dolorem tanquam proprium ſentit,cuius mẽſam pauper nullus ignorat,qui coram hominibus inglorius habetur,vt coram Deo,& angelis glorietur,qui terrena cõtemnit vt poſſit habere cęleſtia, qui opprimi pauperem ſe præſente non patitur,qui miſeris ſubuenit,qui ad fletum flentibus,quocatur alienis:quod agebat Paulus, Quis infirmatur, & ego non infirmor?

Chriſtianum opus quid ſit.

Opus igitur Chriſtianum in hoc ſenſu acceptum ſic diffinitur ex communi conſenſu ſacrorum Theologorum,Opus Chriſtianum eſt opus bonum æternę vitæ meritorium: à libero arbitrio per auxilium diuinum elicitum,vel imperatũ quo non ſolũ oſtendimus fidem Chriſti eſſe in nobis, ſed & iuſtificamur apud Deum.

Primò dicitur opus bonum, vt diſtinguamus ab opere malo commiſſo à baptizato,quod dicitur opus Chriſtianũ iuxta primum ſenſum vt opus vſurarij,hypocritæ, adulteri, potius nomine quam re Chriſtiana. Nam re vera Chriſtianus eſt qui Chriſti fidem habet,qui Chriſti ſpiritu virtuosè operatur,qui peccatis moritur.

Secundò dicitur æternę vitæ meritoriũ, vt diſtinguatur ab opere bono morali quod agit infidelis:de quo locuti ſumus in parte prima huius doctrinę,& ab opere bono quod agit Chriſtianus exiſtens in peccato mortali.Illud enim eſt op⁹ infructuoſum reſpectu vitæ æternę & licet quò ad moralitatem & meritum temporale,& præſeruationem maioris mali, & aliqualem diſpoſitionem ad conuerſionem ad Deum dici poſſit opus viuum ſecundum quid tamen reſpectu æternæ vitę eſt opus mortuum:peccatum enim mortale occidit animam non ſubſtantialiter,ſed meritoriè. Vnde licet huiuſmodi opera iudicio humano iudicentur viua, tamen apud Deum mortua ſunt. Quod confirmatur Apocal. cap.3.Vbi dicitur,Scio opera tua,nomen habes quod viuas & mortuus es.

Tertiò dicitur à libero arbitrio elicitum, &c.vt diſtinguatur ab opere bono facto non per liberum arbitrium,ſed mera violentia:nam vt docuimus in 3.Ethico. & in ſecunda Parte huius doctrinæ ad hoc q̃ opus ſit bonum, aut malum moraliter & in lege diuina ſit meritorium,aut demeritoũ oportet eſſe liberum & voluntarium,ſiue abſolutè,ſiue metum,vt ille qui proijcit merces in mari.Quod ſi merè inuoluntarium eſt,vt quod fit ex ſimplici neceſſitate, nullo modo meritorium eſt,nec apud homines,nec apud Deum. Vnde D.Ambr.ſuper Pſalmum beati immaculati,inquit, Plurimum refert vtrum ex voluntate facias quod placeat, an ex neceſſitate.Denique voluntarius miniſter habet præmium, coactus diſpenſat obſequium.Vnde Apoſtolus,Si volens euangelizauero:mercedem habeo.Si autem inuitus diſpenſatio mihi tradita eſt.

Quartò dicitur elicitum,vel imperatum,quoniam aliquod eſt opus productum ſolum à voluntate libera,& eſt ſubiectiuè in voluntate,vt ſperare in Deum,amare Deum & proximum,timere Deum,intendere rebus diuinis.

Iſti ſunt actus eliciti à voluntate. Sicut intelligere, diſcurrere,ſyllogizare ſunt actus eliciti ab intellectu & ſubiectiuè ſunt in eo. Aliquod autem eſt opus bonum productum ab alia potentia quàm à voluntate, non tamen ſine imperio voluntatis regulatæ per rationem rectam:vt quando voluntas præcipit intellectui vt ſpeculetur diuinam celſitudinem & bonitatem, præcipit auditui audire Dei verbum,

bum, viſu i videre quæ nos accendunt in diuinum amorem. Et in hoc ſenſu, omnia opera tam intellectus quam ſenſuũ interiorum & exteriorum, & appetitus ſenſitiui, & potentiæ motiuæ ſecundum locum, ſi imperantur à voluntate libera in ordine ad Deum & obſeruantiam legis, ſunt opera, verè Chriſtiana & meritoria. Et hoc intendit Paul. 1. ad Cor. c. 1. cum inquit, Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offenſione eſtote Iudæis & Gentibus, & eccleſiæ Dei. Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.

Quintò dicitur per auxilium diuinum: quoniam liberum arbitrium eſt cauſa ſecũda ſui actus: Deus autem vt author naturæ, & cauſa mouens prima vniuerſalis, eſt cauſa prima ſed cauſa ſecunda non poteſt in effectum ſuum, niſi concurrente motione cauſæ primæ, quæ & magis influit in effectu cauſæ ſecundæ quàm cauſa ſecunda, vt habetur propoſitione prima authoris libri de Cauſis: ad hoc ergo q̃ liberum arbitrium eliciat, aut imperet actum Chriſtianum indiget motione Dei ad bonum, quæ motio dicitur Dei influentia, Dei auxilium, adiutorium, ſuffragium. Ideo inquit Diuus Aug. in lib. de Correctione & Gratia, Liberum arbitrium ad malum ſufficit, ad bonum autem paruum eſt, niſi adiuuetur ab omnipotenti bono.

Auxilium Dei, nõ ſufficit ad opus Chriſtianum.

Tu tamen aduerte, q̃ Dei auxilium quocunque modo acceptum non ſufficit ad opus bonum Chriſtianum. Pro cuius notitia ſcito q̃ ſicut hominis eſt triplex opus, ſcilicet naturale, morale, gratuitum ſiue meritorium: ſic & Deus glorioſus tripliciter influit in nobis ex conſequenti triplex nobis impartitur auxilium. Primò influit naturaliter: ſecundo moraliter: tertio gratuitè.

Influentia naturalis.

Influentia naturalis eſt qua mouet quamlibet naturam ſecundum modum naturæ illi conuenientem ad opus & finem ſuum: vt inanimata & animata, & animalia bruta determinata ad vnum: rationalia autem ad oppoſita, vt docuimus in Epitomatibus noſtris Metaphy. lib. 9. vt mouet lapidem deorſum ex grauitate ſibi impreſſa, & ignem ſurſum, & reliqua inanimata ſimplicia & compoſita, & vegetabilia ad fines ſuos per media ſibi influxa: mouet bruta per naturales inſtinctus, quibus diriguntur infallibiliter in operationibus ſuis, vt videmus etiam in brutis imperfectis, vt in formica, in aranea, in ape in verme ſericante. Eadem influentia mouet hominem vt elementatum, vt vegetatiuum, vt ſenſitiuum, quoniam in his non diſtinguitur ab eis: vt rationalis autem eſt, per intellectum & voluntatem mouet libere, id eſt non tantum ad vnum, ſed etiam ad oppoſita, quoniam, vt diximus, mouet naturam modo naturæ, vt ſcilicet liberam liberè moueat, & determinatam determinatè. Hinc eſt quòd ſi voluntas imperat manui vt det eleemoſynam Deus cooperatur motioni præceptæ à voluntate: ſi etiam imperat quòd percutiat proximum, Deus ex ordine naturæ niſi fortè ex miraculo non ſubtrahit influentiam ſuam à manu, quin percutiat, vt ſit vniuerſalis motor totius naturæ modo naturæ: eſt enim Deus prouiſor vniuerſalis & naturalis, id eſt prouidens cuilibet naturæ, modo naturæ, ſeruando naturam. Hoc ergo eſt auxilium diuinum naturale, per quod non ſolùm opus humanum & Chriſtianum elicitur: ſed & quodcunque opus cuiuslibet naturæ. Vnde ex hoc auxilio homo, neque meretur, neque demeretur, ſicut nec bruta. De hac influentia & auxilio naturali intelligitur illud Pauli in actis Apoſtolorum cap 17. Vbi loquens Athenienſibus, vtpotè Philoſophis, inquit, Deus non longè eſt ab vnoquoque noſtrum. In ipſo enim quia, ſcilicet influit in nobis, viuimus, mouemur & ſumus, ſicut & quidam Poëtarum veſtrorum dixit, & aduerte quòd per Viuimus intendit Operamur, per Mouemur intendit Progreſſum de loco ad locum, per Sumus intendit productionem & conſeruationem in eſſe: quæ tria communia ſunt homini, & omni inferiori ab homine. Ideo in hac influentia naturali & generali non ſtat opus Chriſtianum, nec perfectio, hac nanque influentia cooperatur Deus pariter iuſto & iniuſto, fideli & incredulo. Et hanc influentiam, quam diximus auxilium diuinum naturale, relinquemus in hoc propoſito noſtro. Eſt enim de mera conſideratione Phyſici & Metaphyſici, de qua intendit Ariſtoteles in lib. de Bona Fortuna. Vbi inquit, Quid motus principium in anima, ſcilicet rationali? Palam quemadmodum in toto. i. Vniuerſo Deus, & omne in illud. Mouet enim aliquo modo omnia, quod in nobis diuinũ. Hæc ille. Et intendit ſic, Quid eſt mouens vt principiũ animam noſtram? Palam, q̃ quemadmodum Deus eſt principium motus in toto Vniuerſo, & totum Vniuerſum reducitur vt motum in diuinum illud mouens, qui eſt Deus, & qui eſt in nobis: ſic eſt principium mouens in nobis. Mouet enim aliquo modo omnia, id eſt vno modo, ſed prout conuenit cuilibet naturæ.

Influentia Diuina moralis prima eſt ad gratiã diſpoſitio.

Influentia Dei moralis eſt qua mouet hominem vt eſt naturæ rationalis ad agendum bonum moraliter & declinandum à malo, put ratio dictat, & non vt appetitus ſenſitiuus ſuggerit. Et hoc eſt idem cum eo quod ſolet dici, vt homo bene vtatur libero arbitrio, id eſt parte intellectuali animæ, quę complectitur rationem & voluntatem & memoriam intellectiuam. Et hæc quidem influentia, quam vocamus auxilium diuinum morale, ideo eſt neceſſaria homini pro hoc ſtatu, quoniam poſt amiſſionem iuſtitiæ originalis per peccatum primi hominis, infirmatæ ſunt omnes potentię animæ, in quibus poteſt eſſe vitium, & virtus: ſicut & corpus ipſum factum eſt infirmum & morti ſubditum. Vnde vt dicitur Geneſ. cã. 8. Senſus & cogitatio cordis humani prona facta ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Vt igitur Dei bonitas humanæ infirmitati ſubueniret, non ceſſat omnem hominem cuiuſlibet ſtatus, conditionis, gradus, legis mouere ad bonum, reuocare à malo, etiam q̃ ſit extra fidem & peccator vt ſaluus fiat, & ad agnitionem ſui nominis veniat: & hoc auxilium eſt illa lux, quæ illuminat omnem hominẽ venientẽ in hũc mundũ. Io. c. 1. Et hoc auxilio vult oẽm hoĩem ſaluum fieri, & nullum perire, vult vitam & non mortẽ pec catoris. Et qm̃ hoc auxilium commune eſt omni homini, & ipſius eſt acceptare & non acceptare, Deo ſemper cooperãte ad partem quam elegerit ex auxilio naturali: ideo nullus excuſatur, neque ex mala conſuetudine, neque ex repugnantia appetitus ſenſitiui, quoniam dixit dominus ad Cain Gene. c. 4. Nonne ſi bene egeris recipies? Si autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, id eſt, Sub ratione ſtabit ſenſualitas: & ſi volueris mediante auxilio meo, quod tibi nunquam deficiet, tu dominaberis illius. Et hoc eſt auxilium quo in omni gente quis viuit moraliter, iuſtè, piè, temperatè, prudenter, & fortiter. Hæc eſt prima diſpoſitio ad gratiã qua & multi infideles conuerſi ſunt ad veram Chriſti legem vt Dionyſius, Cornelius Centurio, Auguſtinus, Cyprianus, Euſtachius, &c. Verum quia opus bonum elicitum ex primo & hoc ſecundo auxilio commune eſt iuſto & peccatori exiſtenti extra Dei gratiam, vt patet in Iudęo & Mauro & gentili ex conſequenti niſi aliud auxilium ſuperueniat non eſt opus Chriſtianum: quoniam vt ſic nondum eſt meritorium vitæ æternæ. Dixit enim Chriſtus, Ioann. ca. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quoniam ſine me, id eſt ſine mei gratia, nihil, ſcilicet meritoriè & fructuosè quo ad beatitudinẽ poteſtis facere. Quod confirmat Paulus 1. ad Cor. cap. 15. dicens, Gratia Dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis laboraui, id eſt meritoriè operatus ſum. Et quidem q̃ ſine hoc Dei auxilio ſpeciali non poſſit homo agere bonum moraliter, ita q̃ non ſufficit auxilium primũ, quod diximus eſſe influentiam generalẽ, declaratur ex Doctrina D. Aug. Scribens enim ad Hylarium Syracuſanum, inquit, valet quidem liberum arbitrium ad bona, ſi diuinitus adiuuetur, deſertum verò diuino adiutorio, qualibet legis ſcientia excellat nullo modo habebit iuſtitiæ ſoliditatem, ſed inflationem ipſe ſuperbiæ & exitialẽ tumorem. Item de verbis Apoſtoli ſermone 12. inquit, prorſus ſi adiutoriũ Dei defuerit nihil boni agere poteris: agis quidem illo non adiuuante libera voluntate, ſed malè. Cùm dico tibi, Sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico, nam ad malè agendum habes ſine adiutorio Dei liberam voluntatem: hæc ille. Cõſtat autem q̃ Augu. in prędictis authoritatibus intendit de hoc ſecundo auxilio ſpeciali, & non de primo tantùm: qm̃ ſine primo, quæ eſt influentia generalis, liberum arbitrium nec malum agere poteſt, & tamen dicit Aug. q̃ ſine Dei adiutorio poteſt agere malum: ergo intendit de ſecundo & non de 1. auxilio.

Influentia gratuita.

Influentia Dei gratuita eſt donum infuſum in eſſentia animæ à ſolo Deo, quo mouetur ad ſupernaturale bonum conſequendum. Et hoc eſt tertium auxilium, quod vocatur in ſacra Scriptura Dei gratia: quam Theologi dicunt gratiam gratum facientem: quę etſi cauſetur effectiuè à ſolo Deo, diſpoſitiuè tamẽ & ex cõgruitate ſupponit in adulto ſecundum auxilium & bonos actus morales proueniẽtes ex eo. Boni nanque actus morales, & bonus vſus liberi arbi-

trij prouenientis ex auxilio ſecundo inclinant Dei bonitaté ad infundendũ in anima hoc tertium auxiliũ gratuitũ quo meretur homo in omni ſuo opere bono conſequi æternam beatitudinem. Ex quo ſequitur corollariè, ꝙ quicquid boni agit homo exiſtens in gratia, non ſolùm eſt bonũ moraliter, ſicut bonum proueniés ex auxilio ſecundo: ſed etiã meritoriũ beatitudinis, eò quòd gratia totam animam, & eius potentias viuificat, & per conſequens omnis actio egrediens ab anima ſic viuificata meritoria eſt. Et confirmatur, quoniam ſicut anima viuificat corpus, & omnes corporis partes viuificatione naturali, ſic gratia vt diximus, viuificat ſpiritualiter animã, & omnes eius partes. Ergo ſicut anima eſt cauſa quòd omnis operatio corporis & cuiuslibet eius partis ſit viua, ſic gratia eſt cauſa vitæ ſpiritualis in omni operatione egrediente ab omni potentia animæ exiſtentis in gratia. Actio autem viua apud Theologum eſt meritoria, ergo: &c. Et id conſonat Paulo dicenti ad Rom. c. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, id eſt cedunt in meritum.

Gratia diſtinguitur à virtutibus.

Dicitur autem quòd hoc tertiũ auxilium quod eſt Dei gratia ordinatur ad bonum ſupernaturale conſequendum, id eſt Chriſtianam beatitudinẽ, vt in hoc diſtinguitur gratia à cæteris habitibus naturaliter acquiſitis, vt ſunt virtutes morales, quæ ordinantur ad bonum humanum naturale, id eſt quod poteſt homo ex ſua naturali facultate conſequi ſtante primo & ſecundo Dei auxilio. Poteſt enim homo per iuſtitiam iuſtè ſe habere in diſtributione & commutatione rerum temporalium: & per prudentiam ſeipſum ac familiã rectè diſponere ac regulare. Quod autem æternam beatitudinem conſequatur non eſt in hominis naturali facultate: quoniam vt inquit Paul. ad Ro. c. 6. Gratia Dei vita æterna, id eſt per gratiam Dei & non ex virtute noſtra conſequimur vitam æternam. Rectè ergo dicitur ꝙ hoc tertium auxilium ordinatur ad conſequendum bonum humanum ſupernaturale.

Gratiæ diuinæ neceſſitas.

Et aduerte ꝙ huius tertij auxilij tanta eſt nobis neceſſitas: ꝙ ſine eo perfectum omnino opus exercere non poſſumus: nec Deũ ſuper omnia diligere, nec diuina ſeruare præcepta, nec à peccato reſurgere, nec omne peccatum vitare, nec in bono perſeuerare: & declaro ſingula.

Primò ſine eo perfectum omnino opus exercere nõ poſſumus: pro cuius notitia aduertè quòd homo in ſtatu innocentiæ comparatur ad hominem in ſtatu peccati in quo nunc ſanus, ſicut ſanus ad infirmum, robuſtus ad debilem: exiſtens in lumine ad exiſtentem in tenebris. Conſtat autem quòd ſanus poteſt exercere conuenienter & perfectè operationes vitales ex ſua naturali virtute, ſtante influentia cæli: ex qua pendent omnes motus & actiones inferiores. Similiter robuſtus poteſt ex ſua naturali potentia motiua rectè & velociter & perſeueranter incedere, & exiſtens in lumine poteſt per ſe ipſum actum videndi habere. Qui verò infirmus eſt non poteſt bene ac perfectè exercere opera vitæ, niſi auxilio medicinæ, aut alterius conferentis priùs ſanetur. Qui debilis eſt aut claudus non poteſt rectè ac velociter & perſeueranter incedere niſi aliquo adminiculo, putà equo, aut curru, aut baculo. Qui exiſtit in tenebris non habet actum videndi, nec perfectè habere poteſt, niſi nouum ſibi aduenjat lumen. Sic in propoſito homo in ſtatu innocentiæ propter iuſtitiæ originalis donum ſanus robuſtus ſecundum animam, & omnes eius potentias erat: & videns ſecundum intellectum, carẽs omni ignorantia: ideo ex virtute ſua naturali poterat bene ac perfectè operari ſecundum virtutem. Poſt peccatum autem propter ſubtractionem iuſtitiæ originalis homo ſecundum animam & eius potentias infirmatur, claudicat, & in tenebris ignorantiæ reſidet, ideo non poteſt ex ſua infirmata virtute operari perfectè ſecundum virtutem, niſi priùs hoc tertio auxilio ſanatus & roboratus, & illuminatus fuerit: ex quo ſequitur ꝙ licet exiſtentes extra gratiam producant aliquos actus de genere bonorum, ſicut multi infideles, & peccatores ſeruantes iuſtitiam, defenſantes patriæ libertarem, ſuccurrentes pauperi, tamen actus iſti perfecti non ſunt etiam in genere moris, eò quòd carent circunſtantia primi ac debiti finis, qui eſt Deus. Tales enim operantur bonum non propter Deum, quem colant rectè, ſed propter humanam laudem, aut memoriam apud poſteros: aut propter complacentiam, quam habent in exercendo actu bono. Sed de his ſatis diximus in parte prima huius noſtri Operis in cap. vltimo, vt videre poteris. Cùm igitur tanta ſit neceſsitas huius tertij auxilij in operando bonũ, patet extrema dementia ac cæcitas eorum, qui cẽſentur nomine Chriſtiano: qui ꝙ reparanda corporis valetudine nulli rei parcunt, non pecuniæ non doloribus non cruciatibus, non peregrinationibus, non fami, non ſiti, vt valeant promptè exercere opera vitæ corporalis, prout eis placuerit. Pro reparanda autem animæ ſalutè, per tertium Dei auxiliũ parum vel nihil curant.

Abſque gratia non valemus Deum ſuper omnia diligere, nec præcepta ſeruare.

Secundò nec Deum ſuper omnia diligere. Pro cuius notitia aduerte ꝙ homo ante peccatum primi parentis, multa poterat per voluntatem, quę nunc non poteſt, eo ꝙ tunc voluntas recta ac ordinata erat. Creauerat enim Deus hominem rectum, Eccleſiaſt. ca. 7. Et ideo diligebat vnumquodq; bonum, ſicut erat diligibile. Vt, ſcilicet minus bonum, minꝰ diligeret, & magis bonum, magis, & quod eſt ſuper omnia bonum ſuper omnia, diligeret. Si enim magis bonum, minus, & minus magis diligeret, iam fuiſſet voluntas obliqua, & peccaſſet. Cum igitur Deus ſit ſummè bonus, ex conſequẽti ſummè & ſuper omnia diligibilis: homo in ſtatu innocentiæ naturali dilectione ſtante ordinata voluntate, dilexiſſet Deum ſuper omnia. Sed poſtquam peccauit, deprauata & deordinata fuit humana voluntas. Vnde cadens in reprobum ſenſum peruertit rectum ordinem diligibilium, & factus terrenus ac animalis præponit bona ſenſibilia ſpiritualibus, terrena cęleſtibus, temporalia æternis: Propterea nunc magis diligitur bonum priuatum quàm publicum: proprium commodum quam diuinus honor. Neceſſe eſt ergo vt hæc voluntas deprauata reordinetur vt vnumquodque diligibile recta dilectione diligat. Non poteſt autem reordinari niſi per gratiam, quæ eſt tertium auxilium: eo quòd extrahit hominem à creatis & Deo ſimilem facit. Si ergo debet homo Deum ſuper omnia diligere, neceſſe eſt, vt Dei gratiam habeat ſine qua, vt inquit Diuus Auguſtinus in libro de Reparatione & Gratia, nullum prorſus ſiue cogitando & amando, ſiue volendo, ſiue agendo faciunt homines bonum.

Tertiò non poteſt diuina prȩcepta ſeruare ſine hoc tertio auxilio. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ Dei præcepta dupliciter ſeruari poſſunt: primò quo ad ſubſtantiam, ſcilicet operando vel abſtinendo ſecundum quòd Deus præcepit, Puta honorare Deum, & parentes, ſanctificare ſabbatũ, non mentiri non furari, non mœchari. Et in hoc ſenſu dico quòd homo in ſtatu innocentię poterat ſua naturali virtute ſtante auxilio primo, ſeruare mandata: ſicut quis exiſtens in puris naturalibus poteſt perfectè exercere actus virtutũ moralium: vt iuſtè iudicare, tẽperatè viuere, miſereri egentibus, &c. Verum poſt peccatum non poteſt homo etiam in hoc primo ſenſu ſeruare mandata ſine tertio auxilio, quod eſt gratiæ. Diximus enim ſuprà quòd homo in ſtatu peccati non poteſt agere perfectum actum moralem ſecundum omnes debitas circunſtantias, vt exemplificatũ eſt de infideli & peccatore: ergo multò minus poteſt perfectè operari ſecundum diuina præcepta. Secundò quò ad modum operandi, ita, ſcilicet quòd diuina præcepta ſeruentur ex Dei amore & charitate. Et in hoc ſenſu impoſſibile eſt tam in ſtatu innocentiæ quàm in ſtatu peccati hominem ſine gratia ſeruare mandata. Charitas enim, quę eſt ſubiectiuè in voluntate, ſupponit gratiam, quæ eſt ſubiectiuè in eſſentia animæ. Supponit inquam tanquam radicem primã totius meriti. Cùm igitur homo non poſſit ſeruare Dei mandata charitatiuè, ſine charitate: ſic nec gratuitè & meritoriè ſine gratia. Et ideo inquit Diuus Auguſtinus in libro de hæreſibus, Ad hęreſim Pælagianorum pertinet credere poſſe hominem ſine gratia facere omnia diuina mandata.

Non valet homo à peccato reſurgere abſq; gratia.

Quartò non poteſt ſine gratia à peccato reſurgere. Pro cuius notitia aduerte, quòd ex peccato triplex malum cauſatur in in anima, ſcilicet macula, corruptio boni naturalis, & reatus pœnæ. Macula quidem cauſatur, eò quòd anima priuatur nitore & decore gratiæ: & recipit deformitatem peccati, qua deturpatur anima. Nam cùm gratia & peccatum ſint oppoſita, ſicut vnum decorat, ſic alterum deformat iuxta illud Hieremię in Thren. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.

Bonum verò naturale propter peccatum corrumpitur: inquantum voluntas humana deperdit ordinem ſuum naturalem, qui eſt vt ſubiiciatur Deo ſicut primæ regulæ. Sublato autem hoc ordine, tota hominis natura inquantum homo eſt deordinatur: & vt ſic corrũpitur, non quò ad ſubſtantiam, cum ſit anima incorruptibilis, ſed quo ad ordinẽ rationis, in quo ſtat hominis bonitas naturalis moralis.

Reatus

Reatus verò pœnæ cauſatur ex peccato,eò quòd tranſeunte actu peccati,obligatur homo ad pœnam ex peccato propter debitum iuſtitiæ:& ſic peccatum ſit mortale ad pœnam æternam,vt docuimus in Parte tertia.Tract.1.

His præmiſsis probandum eſt hominem non poſſe ab his tribus malis liberari niſi per tertium auxilium, quod eſt gratiæ.Et primò q̃ non à macula. Non enim poteſt à turpitudine peccati mundari, niſi per aduentum decoris, qui opponitur turpitudini. Decor non poteſt in anima reparari, niſi Deus denuo animam illuſtret. Illud autem illuſtrare nõ eſt niſi per diuinam lucem participatam in anima. Hanc autem lucem dicimus eſſe Dei gratiam.Vnde ſicut impoſsibile eſt aërem tenebroſum clarescere, niſi de nouo illuminetur,ſic nec animam tenebroſam ex peccato illuſtrari, niſi de nouo recipiat diuinam gratiam,quæ eſt verum lumen ſedẽtibus in tenebris & in vmbra mortis.

Secundò,non poteſt anima à corruptione boni naturalis,quam ſupra expoſuimus,liberari, niſi Deus per debitum ordinem ad ſe reducat deordinatam ex peccato voluntatem. Id autem fieri non poteſt, niſi Deus ad ſe voluntatem trahat dono ſupernaturali,quod eſt gratia.Sicut nec ſol madefacere poteſt exiccatam terram niſi ex terra & aqua prius eleuet vapores : qui in aquam conuerſi deſcendant in terram & inebrient eam.

Tertiò nõ poteſt anima à reatu pœnæ liberari, niſi Deus contra quem peccauit remittat peccatum & pœnam. Non remittit autem niſi infundendo gratiam. Sicut non expellitur frigidum,niſi per receptionem calidi,nec tenebræ ab aëre,niſi per receptionem luciſ. Conſtat ergo q̃ homo poſtquàm peccauit,neque reſurgere,neq; liberari poteſt à peccato,nec à tribus prædictis malis ex peccato cauſatis, niſi per tertium auxilium quod eſt gratia.

Non poteſt homo vitare peccatũ abſque gratia

Quintò non poteſt anima ſine hoc tertio auxilio vitare omne peccatũ. Pro cuius notitia aduerte, q̃ homo in ſtatu innocentiæ poterat non pecare mortaliter, nec venialiter, ſtante ſua natura integra. Peccare enim eſt recedere,& deficere ab eo quod eſt ſecundum naturam. Vnde monſtra appellamus peccata ex 2. Phyſic.In ſtatu autem peccati non poteſt homo ſine gratia vitare omne peccatum mortale.& multò minus veniale.Et huius ratio eſt:quia ſicut appetitus ſenſitiuus debet eſſe rationi ſubiectus, & ab ea regulatus, vt docuimus in 1. Ethicor. ſic ratio & voluntas ſubiici debent Deo, & per legem ſuam ac diuinam motionem regulari. Sed ex eo q̃ appetitus ſenſitiuus non perfectè ſubiicitur, nec regulatur per rationem, non poteſt homo vitare omne peccatum veniale : ergo ex eo q̃ ratio & voluntas peccatoris non ſunt ſubordinatæ Deo,ſed aduerſæ, non poteſt vitare omne peccatum mortale, niſi pœnitens recipiat tertium auxilium confirmans rationem & rectificans voluntatem per peccatum obliquatam. Vnde aduerte, quòd voluntas hominis exiſtentis extra gratiam aſsimilatur manui paralytici , quæ non bene & vigoroſè regitur à potentia animæ motiua.Nam quia non benè regitur, non poteſt non temere & ſine ordine moueri:ſic voluntas peccatoris niſi reguletur per diuinam gratiam, non poteſt non habere motus,id eſt electiones & volitiones deordinatas, & peruerſas,quæ ſunt peccata mortalia.Ideo dixit B.Greg. ſuper Ezechielem,Peccatum,quod per pœnitentiam non diluitur:mox ſuo pondere ad aliud trahit.

Abſque gratia non poteſt homo in bono perſeuerare.

Sextò,non poteſt anima in bono perſeuerare ſine tertio auxilio quod eſt gratiæ.Pro cuius notitia aduerte quòd per ſeuerantia apud Theologum tripliciter ſumi conſueuit: primò vt ſignificat quendam mentis habitum, per quẽ ſtat homo conſtans & firmus ne remoueatur à ſtatu virtutis & eius operibus propter labores & triſtitias & difficultates ſuperuenientes:& vt ſic poteſt dici longa patientia & longanimitas.Secundo ſignificat habitum,ſecundum quẽ proponit homo & decernit,quantum ſibi poſsibile fuerit perſeuerare in bono & declinare à malo, & vtroque modo infunditur cum gratia : nullus enim recipit gratiam niſi proponat perſiſtere in bono,& declinare à malo,& fortiter reſiſtere aduerſis,ne labatur in deſperationem. Tertio ſumitur pro continuatione in bono vſque in finem vitæ Et vt ſic non poteſt eſſe ſine gratia,quoniam eſt ſpeciale donũ Dei. Vnde homo iuſtificatus per ſacramentum pœnitentiæ, petere debet in bono propoſito perſeuerantiam à Deo,& non confidere in viribus:aliter cito cadet , ſicut Petrus qui decreuerat non negare Chriſtum , quoniam in ſeipſo confidit non perſeuerauit.Conſtat igitur quomodo ſine tertio auxilio non poteſt in bono perſeuerare: & ſic patet quanta ſit neceſsitas huius tertij auxilij.

Tract.ij.

Quando igitur dicitur in diffinitione operis Chriſtiani per auxilium diuinum elicitum non intelligas ſolum de primo auxilio,nec ſolum de ſecundo,ſed ſimul cum tertio , ex quo habet q̃ ſit meritorium vitę beatę & dicatur verè & ſimpliciter opus Chriſtianum.Nam ex primo auxilio habet q̃ ſit naturale,ex ſecundo morale,ex tertio Chriſtianum.

Sextò,dicitur in diffinitione operis Chriſtiani: quo non ſolũ oſtendimus fidem Chriſti eſſe in nobis,ſed etiam iuſtificamur apud Deũ.Pro cuius notitia aduerte q̃ ſecta Lutherana dogmatizat nos iuſtificari ſola fide ſm Paulũ ad Ro.c. 3.Vbi inquit,Arbitramur hominem iuſtificari per fidem , & in Actis Apoſt.c.15.Fide purificans corda eorum.

Lutheranorũ dogmata contra Chriſtianum opus.

Itẽ,dogmatizat nos iuſtificari ſola gratia,qm̃ dicit Paulus ad Ro.c.3.Iuſtificati gratis per gratiam ipſius:per redẽptionem quę eſt in Chriſto Ieſu,quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine eius.

Item,dogmatizat q̃ ſolo merito paſſionis Chriſti mundamur ab omni macula peccati, actualis & originalis : qm̃ inquit Ioannes in Apocalyp.ca.1. Qui dilexit & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Ex his Luth.elicit tria corollaria.Primum eſt q̃ opera bona facta à fidelibus nihil conferunt ad iuſtificationem.Et ſi dicas,Ad quid ergo valẽt? Reſpondet Luth.Proſunt in hoc, q̃ per ea oſtendimus nos iuſtificatos,à Deo apud homines. Vnde inquit Chriſtus Matt.c.5.Luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona,& glorificẽt patrem veſtrum qui in cælis eſt.

Secundum eſt,ſi mundamur ab omni peccato ex merito paſſionis Chriſti,ergo non ex ſacramento pœnitentię.

Tertium eſt,Opera pœnitentiæ,vt ieiunare,peregrinari, affligere,& percutere corpus,Pſalmos,& orationes multas dicere,non proſunt ſaluti noſtræ.

Vt autem ſcias quid veritatis , & falſitatis hæc ſecta in prædictis contineat, ſic procedendum eſt,primò declarandũ eſt quomodo iuſtificamur ex fide. Secundò qũo ex gratia. Tertiò qũo mundamur ab omni peccato ex merito paſſionis Chriſti. Quartò qũo iuſtificationi cooperantur opera noſtra apud Deum.Quintò quomodò ſacramentum pœnitentiæ concurrit cum merito paſſionis Chriſti ad delendum maculam peccati.Sextò quomodo opera pœnitentiæ non ſunt inutilia ſaluti noſtræ.

Ad hominis iuſtificationẽ quatuor concurrunt.

Quantùm ad primum aduerte q̃ in iuſtificatione hominis quatuor concurrunt. Primò q̃ moueatur homo in Deũ per intellectum : captiuans, ſcilicet & ſubijciens intellectũ vt aſſentiat reuelatis:& hic motus attribuitur fidei,vt docuimus in ſecunda parte huius operis,Tract.1.

Secundò q̃ homo moueatur in Deum per voluntatem, & affectum,vt qm̃ credit Deum ſummum bonum , pręmiatorem bene operãtium,redemptorem humani generis,diligat & timeat vt amandus ac timendus eſt:& hic motus attribuitur charitati.

Tertiò ſequitur ex his duobus motibus infuſio diuinæ gratiæ in anima.

Quartò ſequitur remiſſio culpæ,ſe habet enim gratia ad culpam,ſicut lux ad tenebras.Vnde ſicut aduenięte luce fugantur tenebrę,ſic accedente Dei gratia pellitur, & remittitur peccatum.

Et aduerte,q̃ hæc quatuor fiunt in eodem inſtanti in anima:ſed quodam ordine prioris,& poſterioris naturę. Nam illi duo motus hominis in Deum per intellectum, & voluntatem ſunt priores in genere cauſæ materialis.Sunt enim vltima & ſufficiens diſpoſitio ad gratiam,& ex conſequenti ad remiſſionem peccati.Infuſio autem gratię & culpæ remiſſio ſunt priores in genere cauſæ formalis:qm̃ illi duo motꝰ ordinant ad eas & nõ econtrariò.Et eſt ſimile in generatione ignis ex ligno.Nam calor ſufficiẽs pro forma ignis introducenda in ligno & forma ignis ſunt in eodem inſtanti. Sed calor ſufficiens præcedit in genere cauſæ materialis: qm̃ eſt debita diſpoſitio ad formam ignis in ligno,forma verò ignis eſt prior in genere cauſæ formalis,qm̃ ad ipſam ſufficiens calor ordinatur & non econtrario.

Ex his declaro quare Paulus attribuit ſoli fidei iuſtificationem noſtrã:cùm tñ quatuor prædicta ad eam concurrãt. Tu igitur aduerte quòd Paul.duplicí de cauſa id fecit.

Fides ſola qua ratione dicatur iuſtificare.

Primò,quoniam inter prædicta quatuor,fides tenet primum locum & gradum.Eſt enim primum fundamentum, vt aliàs declarauimus. Quando autem vnus effectus oritur ex pluribus cauſis ſubordinatis,licet ſit ab omnibus , abſolutè tamen attribuitur primæ. Sicut vita in homine, licet cauſetur ordinatè ab anima vegetatiua, & ſenſitiua , & intellectiua, primo tamen & ſimpliciter attribuitur vegetatiuæ.

tiuæ. Est enim primum principium quo viuimus. Quoniam igitur fides est primum, quod in iustificatione concurrit, ideo cæteris sequentibus non expressis, attribuit absolutè eam fidei.

Secundò, quoniam Iudæi qui erant Romæ conuersi ad Christum disputabant cum Gentibus conuersis, & asseuerabant hominem iustificari ex circuncisione, & operibus legis, ita quòd necesse erat Mosi legem obseruare, & circuncidi. Horum igitur opinionem Paulus destruens dicit, Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Ex hoc autem quòd excludit à iustificatione opera legis, non sequitur quòd excludat opera Christiana: quoniam illa procedunt ex fide, vt fructus ex viua radice. Patet igitur tibi propter quid Paulus attribuat iustificationem fidei, cum tamen non sit ex sola fide.

Iustificatio est ex gratia.

Quantum ad secundum aduerte, ꝙ secundum Paulum iustificatio est ex gratia, quoniam tenet tertium locum in quatuor prædictis concurrentibus ad iustificationem Præterea, Apud Deum non iustificatur homo, nisi post peccatũ reconcilietur ei. Reconciliatio autem non fit nisi per gratiam, qua Deus remittit offensam. Præterea, Paul. attribuit, ad Ro. c. 3. iustificationem gratiæ sicut & fidei, vt s. reprobaret Iudæos conuersos tenentes iustificationem fieri ex obseruantia legis Moysi. Licet autem iustificatio sit ex gratia, sicut ex fide, ex hoc tamen non excluduntur à Paulo opera Christiana, quin conferant ad iustificationem modo, quo declarabimus infrà.

Iustificatio quomodo sit ex Christi passione.

Quantùm ad tertium aduerte quòd passio Christi est prima radix, cuius merito mundamur ab omni peccato, pro quanto sacramenta necessaria saluti, vt baptismus & pœnitentia trahant virtutem sanatiuam & mundatiuam peccati à passione Christi. Vnde hæc propositio, Solo merito passionis Christi mundamur ab omni labe peccati, potest habere duplicem sensum: quorum alter verus, alter falsus. Verus quidem est iste, Solo merito passionis tanquam prima radice, & primo miserationis fonte mũdamur, &c. falsus autem est iste, Solo merito passionis Christi excluso omni sacramẽto mundamur ab omni labe peccati. Hic profecto falsus est quoniam sine baptismo, neque paruulus, neque adultus mundatur à peccato originali. Dixit enim Christus Ioan. c. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Et sine sacramento pœnitentiæ adultus non mundatur à peccato actuali. Aliter non misisset Christus discipulos ad gentes prædicare pœnitentiã in remissionem peccatorum. Sufficisset enim, quòd prædicassent mysterium Incarnationis & Passionis: & quòd crederent mundari à peccatis ex solo merito Passionis absque alio medio sacramento.

Opera nostra quomodo sunt ad iustificationem necessaria.

Quantùm ad quartum, vt scias quomodo iustificationi cooperantur opera nostra, aduerte quòd sunt duplicia. Nã quædam producuntur ex primo & secundo auxilio, ita ꝙ præueniunt tertium, quod est ipsa gratia: & hæc dicũtur opera bona moralia, quæ vt diximus suprà, communia sunt fideli & infideli, peccatori & iusto. Quædam autem producuntur ex tertio auxilio suppositis duobus primis, ita ꝙ sequuntur gratiam, & dicũtur fructus bonæ arboris, i. volũtatis sub gratia. Et hæc non solũ sunt moralia, sed gratuita & meritoria æternæ beatitudinis. Stante hac distinctiõe dico in ꝓposito ꝙ vtraq; sunt cooperatiua iustificationi nostræ apud Deũ, & nõ solũ ostẽsiua iustificatiõis nostræ apud homines, diuersimodè. Nam moralia cooperãtur nõ productiue, sed dispositiuè: gratuita autẽ augmentatiuè & magis meritoriè. Dico ꝙ moralia cooperãtur nõ ꝓductiuè, qm̃ illa quatuor, quæ diximus ingredi iustificationẽ, s. fides, Charitas, gratia, remissio peccati, effectiue sunt à solo Deo, & nõ ex operibus nostris, vt ex causis productiuis sufficientibus, alioquin effectus esset infinite nobilior causis suis, cũ opera nostra moralia sint de ordine humano tãtum, ea autem, quæ ingrediuntur iustificationem, sint de ordine diuino. Inter ordinem autem humanum & diuinum nulla est comparatio quòd ad nobilitatem & perfectionem, ergo, &c.

Dico ꝙ cooperatur dispositiue: quoniam licet illa quatuor, quæ vt diximus, concurrunt ad iustificationẽ, non sint effectiue à bonis operibus nostris moralibus, quæ producimus per secundum auxilium diuinum præueniens tertium, quod est gratia gratum faciens: tamen cum hoc stat ꝙ præparant nobis viam ad iustificationem non ex condigno, sed ex congruo ex ordinatione diuini propõsiti. Proposuit enim & statuit diuina bonitas non repellere à se hominem facientem quod suum est erga Deum, putà virtuosè viuere & declinare à vitiis. Vnde non inconuenit Philosophũ gentilem ex naturali scientia, quam de Deo habet per Physicã & Metaphysicam præparare se ad fidem & gratiam: si moraliter viuat, si peccatum ei displiceat: & sm affectum feratur in Deum. Similiter peccator existẽs in peccato mortali, motus secundo Dei auxilio: potest agere & frequẽtare bonos actus morales, quibus aliqualiter disponitur & Deum inclinat ad sui iustificationem. Aliter quomodo verificaretur illud Iacobi ca. 4. Appropinquate Deo, & ꝓpropinquabit vobis. Et illud Zachariæ c. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et illud Ioan. in Apocalyp. ca. 3. Aemulare & pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, id est motionem ad bonum, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, &c.

Opera verò bona non solũ bonitate morali, sed gratuita, vt sunt illa, quæ producunt̃ ab existente in gratia, cooperantur iustificationi augmentatiuè, & magis meritoriè. Nã ex frequentatis talibus operib. augetur nobis gratia, & magis firmatur, sicut ex frequentatis actibus moralibus auget & firmatur in operante virtus moralis, vt docuimus in 2. li. Ethicor. Item acquirimus maius meritum pro maiori præmio æterno. Sicut & bonus ciuis, quantò magis ciuiliter operatur, tantò magis meretur præmium ciuile, de quo abũdè locuti sumus in Politicis. Non solum autem acquirimus maius meritum apud Deum, sed etiam facimus quòd apud homines glorificatur Deus: sicut per oppositum, quando s. malè operamur, diuinum nomen blasphematur. Quod autem per bona opera nostra glorificetur Deus, testatur Petrus in 1. epistola c. 2. vbi inquit, Conuersationẽ vestram inter gentes habẽtes bonã: vt in eo qđ detractãt de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operib. vos cõsiderantes, glorificent Deũ. Cõstat igitur qũo bona opera nostra nõ solum ostendunt nos iustificatos à Deo apud homines, sed etiam cooperantur iustificationi nostrę.

Passio Christi nõ excludit pœnitentiam.

Quantum ad quintum vt scias quomodo sacramentum pœnitentię concurrit cum merito passionis Christi ad delẽdum maculam peccati, aduerte, ꝙ licet ipsa passio sit prima causa, & potissima qua nobis remittũtur peccata (dicit em̃ Ioan. in Apocaly. c. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris) tamẽ meritum ipsius passionis applicatur nobis per sacramenta ad actualem remissionẽ peccati: & præcipuè per baptismum, & pœnitentiam post baptismum vt per medicinas spirituales trahentes virtutem à passione Christi, & non ex institutione, aut authoritate ecclesiæ. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ sicut Deus in prima mundi creatione instituit medicum & medicinas quibus sanarentur infirmitates corporis ex virtute & ꝓprietate naturali sibi impressa à Deo, vt authore & conseruatore humani generis, sic in reparatione mundi Deus humanatus sacramẽta instituit, vt medicamina spiritualia habentia virtutem sanatiuam ex merito passionis Christi, quibus à peccatis mũdaremur. Cuius signum sumitur ex eo ꝙ Ioã. c. 1. Christus se medicum facit dicens, Ego veni vt vitam habeant, & vt abũdantius habeant. Ex his sequitur corollarię ꝙ si quis habens facultatem baptizandi, & recipiendi sacramentum pœnitẽtiæ, & non curaret dicẽs, Ex merito passionis Christi remittuntur mihi peccata, damnaretur, qm̃ Christus instituit meritum passionis suæ applicari peccatori per sacramenta. Quod si facultas non adest, Deus ipse supplet, & sufficit intentio ac desiderium suscipiendi sacramentum.

Quantum ad sextum, vt scias opera pœnitentię, & præcipuè quæ imponuntur à sacerdote post debitam cõfessionem, non esse inutilia saluti nostræ aduerte, ꝙ contrito & confesso vt reo, ideo danda est pœnitentia exterior, rationabilis tamẽ: vt sit sibi frænum ne peccet de nouo, & satisfaciat pro modo suo de confessis coram diuina iustitia. Nullus enim reintegratur in gratia & amicitia principis offensi nisi prius doleat & satisfaciat pro offensa. Hinc patet error eorum qui dicunt sufficere dicere confesso, Vade in pace noli amplius peccare. Hoc enim est præbere occasionem recidiuandi: qm̃ facilitas veniæ incentiuum est delinquenti. Constat igitur quid sit opus verè Christianũ ex declaratione singularum partium suæ diffinitionis. Et hic terminatur caput primum.

CAPVT II.

De variis Christianis operibus.

IN 2. capit. inuestigandum est quotuplex sit opus Christianum, & de singulo tractandum est. Tu igitur aduerte quòd prima & vniuersali distinctione est triplex. Primum erga Deum & Sanctos. Secundum erga proximum. Tertium

erga

ergà ſeipſum. Primum dicitur pium, ſecundũ dicitur iuſtũ, tertium dicitur ſobrium. Et in his tribus comprehenditur tota Chriſtianæ vitæ perfectio: quam breuibus explicauit Paulus ad Titũ ca. 2. inquiens, Sobriè, iuſtè, & piè viuamus, i. operemur: nam vt docuimus in ſecũdo de Anima, viuere non ſolum eſt eſſe rei viuentis, ſed & operari, expectantes beatam ſpem, &c.

De ſingulis igitur in præſenti capite agendum eſt, & in eipiendo à perfectiori agemus primò de opere Chriſtiano ſecundò de iuſto: tertiò de ſobrio.

De opere pietatis.

Quantùm ad opus Chriſtianũ piũ duo vidẽda ſunt, primò quid ſit, ſecundò in quibus cõſiſtat. Vt autem ſcias quid ſit, aduerte q̃ pietas apud ſacros Theologos dupliciter ſumitur. Primò pro quodam affectu, quo mouetur homo ad compatiendum, & ſuccurrendum miſero, aut deſolato, aut inopi: & vt ſic eſt idẽ re cũ miſericordia etiã apud Philoſophũ moralẽ, vt docet Ariſtoteles in Rhetorica. Hinc prouenit, q̃ ſecundùm cõmunem modum loquendi, homo pius dicitur miſericors, & Deum appellamus piũ, i. miſeri cordem. Vnde Iudith. c. 7. dicitur, Tu qui pius es miſerere noſtri. Et in hoc ſenſu tãtùm non intendit Paulus q̃ piè viuamus. Poteſt enim pietas ſic dicta eſſe qualitas naturalis cõſequens complexionem. Sunt enim aliqui natura pij, aliqui inhumani & crudeles, etiam q̃ ſint infideles & peccatores, vt legimus in hiſtoriis Philoſophorum & Romanorum, opera autem naturalia non ſunt propria Chriſtianorũ, ſed omni genti etiam ignoranti Deum. Hîc autem intendimus de opere pio proprio Chriſtianis.

Pium opus quid ſit.

Secundò ſumitur pietas pro virtute, qua homo diſponitur ad benè & rectè Deum colendum: & vt ſic videtur eſſe idem re cum religione, de qua loquuti ſumus in parte ſecũda in Tract. de Iuſtitia. Verùm quia vnaquęque gens viuẽs ſub certis legibus, habet quandam ſuam religionẽ ex cõſequenti pietatem licet ſuperſtitioſam, & falſam, vt Machumetani & Gentiles, & olim Græci atque Romani, nõ intendit Paulus niſi de pietate, & opere pio in Chriſtiana religione, alioquin nõ diceret. Expectantes beatam ſpem & aduentum magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Machumetani enim & ſuperſtitioſi Gẽtiles & excæcati Hebræi hunc aduentum non expectant, cùm non credant in eum. Opus igitur Chriſtianum pium eſt quo ſecundùm Chriſtianam legem Deum trinũ & vnum, patrẽ & redemptorem, ac præmiatorem noſtrum, & ſanctos ac diuinos ſpiritus, dignè veneramur & colimus, vt in diuina lege & ſanctę matris eccleſiæ diſponitur.

Pium opus in tribus cõſiſtit.

Vt verò ſcias in quot & quibus cõſiſtat aduerte, quòd apud Theologũ in tribus pręcipuè conſiſtit: primò in honore intrinſeco mentali: ſecũdò in honore extrinſeco ceremoniali & morali: tertiò in laudẽ & gratiarum actione.

Quantùm ad primum aduerte quòd ſicut non poteſt homo aliquod obiectum diligere, niſi prius mente concipiat eſſe diligendũ: ſic nec poteſt quis Deum & diuina venerari extrinſecus vera & reali veneratione ac pietate niſi prius mẽte & anima colat. Colit autem mente & anima, ſi ſeruat animam puram & cor immaculatum. Hæc eſt enim vnica vera pietas & Chriſtiana religio mentalis. Inquit em̃ Iacobus in epiſtola, 1. capit. Religio ſancta & immaculata apud Deũ & Patrẽ hæc eſt, immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Et hoc eſt primum & eſſentiale opus Chriſtianũ erga Deum, quod ſemper eſt bonũ ſuper cuius bonitatem fundatur opus Chriſtianũ cæremoniale vt dicemus. De hoc De i cultu intrinſeco abundè loquuti ſumus in Philoſophia morali Platonica in Tractatu de colendo Deo. Et tu vide illic ad placitum.

Exterior Dei cultus vanus eſt niſi adſit interior.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ honor Dei exterior ceræmonialis & moralis intantum eſt opus pium Chriſtianum, pro quanto concordat cultui intrinſeco mẽtali. Quod ſi ab eo diſcordat, vt patet in hypocrita & fraudulento, nec eſt opus pium Chriſtianum, nec morale niſi ex apparentia. Ille ergo extrinſecus Deum & diuina verè colit, qui ſtante cultu interiori Deum exteriori reuerentia debita Deo adorat, ſacra feſta celebrat: eccleſię inſtituta cuſtodit, de Deo omni laude & benedictione loquitur. Quod ſi in corde nõ ſtat Dei cultus, opera hæc extrinſeca, nec Chriſtiana dicenda ſunt, licet appareant, nec Deo accepta, imò abhominabilia. Quod teſtatur Iſa. ca. 1. dicens, Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum dicit Dominus? Plenus ſum holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum, & hircorum nolui. Dum veniretis ante conſpectum meum quis quæſiuit hæc de manibus veſtris vt ambularetis in atriis meis? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtrà Incenſum abominatio eſt mihi. Nęomeniam & ſabbatum & feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras & ſolẽnitates veſtras odiuit anima mea. Conſtat igitur quòd cultus Dei exterior vt ſit opus pium acceptum Deo, fundari debet ſuper cultũ mentalem. Quod innuens Iſa. ca. 1. Poſtquam reprobauit exteriorem cultum diuinum ſtante in corde impietate & immunditia inquit: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruersè, diſcite bene facere, &c. Ex quibus corollariè ſequitur, quòd Chriſtiani pro maiori parte Deum cultu exteriori & cæremoniali vanè & inaniter colunt, quoniam Deus intuetur cor & cor eorum longè eſt à Deo. Patet igitur quis ſit vtilis & vanus Dei cultus exterior. Sunt autem nonnulli, qui non ſolum non honorant Deum extrinſecè, ſiue vtiliter, ſiue vanè & ſimulatè, ſed etiam blaſphemant & conculcant & dicũtur re, & nomine impij ac ſceleſti. Tales ſunt non curantes eccleſiæ ſacramenta, blaſphemi, periuri, ſacris Scripturis non credentes, diuinæ perfectioni derogantes, dicentes Deum humana non curare: ſiue Deum iniuſtum ac partialẽ eſſe. Super omnes peſsimus eſt qui de diuinis diſputans & ſcribens, Deum ſupponit apprehenſioni ſuæ, nullam alterius rationem, aut authoritatẽ ſuſcipiẽs. Qualis fuit ille maledictus Auerroes: qui negat Deum eſſe vigoris infiniti, potuiſſe creare mundum in tempore, non poſſe ceſſare à motu cæli. Credit enim Deum futurũ ocioſum, ſi non moueret cęlum: quod quidem verbum profanum eſt, eo quòd cæli motus non eſt Dei glorioſi nobilior actio, ſed eſt ſeipſum intelligere & amare. Nam non ex motu cæli, quę eſt actio tranſiens, ſed ex intellectione ſui comprehenſiua, quæ eſt idẽ cum Deo beatus eſt. Quod non ſolum diuinus Theologus, ſed & Philoſophus teſtatur dicens in lib. 7. Politicorum, Quod in nullo exteriori bono conſiſtat beatitudo, teſtis nobis eſt Deus qui ſeipſo ſolo beatus eſt. Conſtat igitur, quid ſit verè & ſimulatè colere Deum cultu extrinſeco, & q̃s appareat ipſius quales ſunt hæretici, periuri, ſortilegi, incantatores, magi & venefici, qui Domino vero relicto, dę moni deſeruiunt.

Quãtùm ad tertiũ aduerte q̃ tunc iudicatur Chriſtianũ opus pium, quando homo omne bonũ ſuum cognoſcẽs ſibi à Deo ineſſe, gratias Deo agit, benedicit & glorificat: quo nil gratius & acceptius poteſt homo præſtare Deo. Nã vt docuimus in Parte ſecunda, cùm ſolus Deus ſit verè liberalis, non propter retributionem: aut nouã perfectionẽ ſibi ſuperuenientem benefacit nobis, ſed naturali, & immenſa ſui bonitate: ideo hoc petit maximè à nobis, vt ſ. pro bonis acceptis laudẽ & gratias dicamus ei. Cuius ſignum eſt quòd Chriſtus, vt legimus Lucæ ca. 17. cum mundaſſet decem leproſos, non lamentatus eſt de eis niſi in hoc, q̃ cùm decem mundati eſſent, non eſt inuẽtus niſi vnus, qui rediret & daret gloriã Deo. Qui ergo piè viuunt, gratias Deo ſemper referunt, à quo eſſe, viuere, intelligere & cætera corporis ac fortunę bona recipiunt, ad ipſum ordinantes omnẽ actionẽ ſuã, omnem virã, omnẽ ſtatũ, vt finem beatum cõſequantur. Iſti ſunt veri Chriſtiani, piè & Chriſtianè operantes. Ex oppoſito aũt impij ſunt, qui licet Chriſtiani dicãtur, tñ credunt diuina beneficia ſibi prouenire ex meritis propriis, propriaque virtute, nec Dominũ gloriæ benedicunt, ſed vt ſuperbi intumeſcunt cõfidentes & gloriantes in potentia, & ſapiẽtia & cõſilio ſuo. Tales vt in pluribus ſunt huius mundi principes ſapiẽtes & prudentes apud ſemetipſos. Principes quidem nõ in Deo, ſed in potentia ꝓpria gloriantur: ad quos inquit Hieremias c. 9. Non glorietur fortis in fortitudine ſua neque diues in diuitiis. Sapientes verò credunt oĩa metiri & comprehendere proprio ingenio: quos arguit Hieremias eodem capite dicens, Nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua. Prudentes verò vt rectores: populi & iudices, & cõſules ſuadent ſibi ſua prudentia atque conſiliis omnia bene diſponere: quos arguit Paulus recitans illud Iſaię c. 29. Dicit autẽ Paulus 1. ad Cor. c. 1. Scriptũ eſt em̃, ſ. per Iſaiã, Perdã ſapientiam ſapientium, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Cõſtat igitur q̃d ſit, & in q̃b* cõſiſtat opus piũ Chriſtianũ erga Deũ. De opere aũt pio, vt ſumitur à pietate primo modo dicta, ſatis loquuti ſumus in ſecunda parte Tract. de charitate, agentes de eleemoſyna.

De iuſto Chriſtiani opere.

Quantùm ad opus Chriſtianum erga proximum quod dicitur opus iuſtum, duo videnda ſunt. Primò quid ſit: ſecundò in quibus conſiſtat.

Quantùm ad primum, vt ſcias quid ſit, aduerte quòd opus iuſtum dicitur à iuſtitia, quę dupliciter ſumitur: pri-

mò vt eſt virtus moralis vna ex quatuor cardinalibus: qua tribuitur cuilibet quod ſuum eſt, & diuiditur in cõmutatiuam & diſtributiuam. Et de hac diffusè loquuti ſumus in ſecunda parte huius operis Tract. de Iuſtitia. Secundò ſumitur vt eſt quædam æquitas ac decentia, qua homo viuit & conuerſatur irreprehenſibiliter cum proximo ſuo, vt recta lex humana diſponit, & præcipit diuina. Et hanc iuſtitiã Plato in libris de Legibus appellat vitæ rectitudinem erga proximum. Ariſtoteles autem in 5. Et hicorum veritatem vitæ. Cicero in libris de Officiis veracitatem conuerſationis apud Theologum autem dici ſolet probitas vitæ cum proximo. Pro eodem enim ſumuntur hæc omnia. Iuſte rectè verè veraciter, & probè ſe habere erga proximum. A iuſtitia igitur tam primo quàm, ſecundo modo dicta denominari poteſt opus Chriſtianum iuſtum, ſed magis propriè à ſecundo modo dicta, vt dicamus illud propriè eſſe opus iuſtũ Chriſtianum erga proximum, quo in omni actione & conuerſatione & negocio, & beneficio præſtando homo decenter & veraciter ſe habet ad proximum, vt lex & præcipuè diuina diſponit.

Iuſtum opus in tribus cõſiſtit.

Quantùm ad ſecundum aduerte quòd in tribus præcipuè conſiſtit. Primò in vera proximi dilectione. Secundò in cõſeruatione perſonæ ac famę eiuſdem. Tertiò in conſeruatione rerum ſuarũ exteriorũ, & ſi indiguerit ei ſuccurrere.

Conſiſtit primò opus iuſtum Chriſtianum in vera proximi dilectione remota omni ſimulatione, ſicut & Paulus dicit ad Ro. c. 12. Dilectio ſine ſimulatione, ita, q̃ ſicut volumꝰ nobis bona, ita velimus & illi. Et hãc iuſtitiam Deus vt naturæ author inſeruit in omni creatura. Videmus enim vnũquodque animal diligere ſibi ſimile. Videmus & in rebus inanimatis ſingulum tendere ad ſuum ſimile, & illi copulari vt conſeruetur. Nam omnis particula ignis non impedita ad ſphæram ignis tendit, nec alterum ignem deſtruit per ſe, imò auget & corroborat. Sic omnis pars aëris ad eius ſphæram tendit, omnis aqua ad mare decurrit, omnis terræ pars locum inferiorem vſq; ad mundi centrum tendit. In his omnibus deſignatur nexus & vinculũ quoddã inter partes Vniuerſi. Hunc nexum Philoſophi dicunt amorẽ naturalem in Vniuerſo. Vnde ipſum Vniuerſum quaſi quoddã animal conſtituunt, vt docuimus in philoſophia morali Platonica, eò q̃ ſicut in partibus animalis connexionem quandã & mutuam couerſationem, atque defenſionẽ videmus, ſic & in partibus Vniuerſi.

Præterea, Deus humanatꝰ in toto Euãgelio, & Paulus in epiſtolis, & Ioan. in epiſtolis ſuis, quas canonicas dicimus, in nullo magis ſtudent q̃ huiuſmodi dilectionem nobis ſuadere. Vnde Chriſtus Ioan. c. 15. Non aliud ſignũ poſuit diſtinctionis inter diſcipulos ſuos & non ſuos. Dicit enim, In hoc cognoſcent omnes, q̃ mei Diſcipuli eritis, ſi dilectionem habueritis adinuicem, ſicut & ego dilexi vos. Hac ergo conſideratione admonetur Chriſtianꝰ quòd ſi iuſtè & Chriſtianè operari vult, proximum vt ſibi ſimilem in natura, & ad ad eundem finem productum diligat.

Neque enim decet hominem vtpotè nobiliorem huius mundi inferioris partem nexum frãgere, aut violare quẽ videmus inuiolabiliter obſeruari in naturis homine inferioribus. Quem Deus humanatus & eius Apoſtoli, quaſi vnicum totius Chriſtianæ religionis fundamentum & conſeruatiuũ peccatoribus noſtris inſerere conati ſunt. Qui ergo circa proximum ſic ſe habent, Chriſtianè & iuſtè operantur. Ecõtrariò verò ille viuit ac operatur iniuſtè erga proximũ, qui ſe habet cũ eo vt hoſtis apertus, aut amicus fictus, aut adulator fraudulentus, aut hypocrita aut proditor, & quoniã homines pro maiori parte proximũ ſi mulatè diligũt, ideo in Scriptura ſacra paſſim hortamur ad veram proximi dilectionem, & reuocamur à ſimulata. Vnde Ioan. in epiſt. 1. c. 3. inquit, In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo: & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annunciatio, quã audiſtis ab initio vt diligatis alterutrum. Non ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuũ Et propter quid occiditeũ? Quoniã opera eius maligna erant, fratris autem opera iuſta. & infrà, Filioli, non diligamus lingua, neque verbo, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus, &c.

Conſiſtit ſecundò, opus Chriſtianum iuſtum erga proximum in conſeruatione, & non offenſione perſonæ ac famæ eiuſdem: nam ſicut naturaliter & charitatiuè diligens ſeipſum deſiderat propriã vitã & famã ſeruare, diffugiens occaſiones oppoſiti: ſic erga proximũ debet pariter ſe gerere, quoniã licet diſtinguantur numero, tamen vnũ ſunt in humana natura, & ab eodem principio, & ad eundẽ finẽ. Ratione igitur talis vnionis quilibet conſeruare tenetur proximi perſonam & famam. Et ſicut naturaliter defendimus nos contra mortem & infirmitates, & infamiã: quę vt mors quædã reputatur apud vigentes intellectu: ſic defendus eſt proximus noſter, aliter nõ ſicut noſipſos eum diligimus. Econtrariò verò non iuſtè viuit, & operatur quis cum proximo ſuo, quando ipſius perſonam per ſe, vel per alterum offendit verbere, aut vulnere, aut morte. Similiter & detractor, ſuſurro, bilinguis iniuſtè viuunt cũ proximo. Occidunt enim eum quò ad famam: quæ apud bonos & magnanimos præponitur vitę corporali. Vnde & Paulus 1. ad Cor. c. 9. De ſeipſo ſcribit dicẽs, Bonum eſt mihi magis mori quàm vt quis gloriã meam euacuet. Concorditer & Socrates inquit in Apologia, Melius eſt innocenter mori, q̃ turpiter, i. cum infamia & dedecore viuere. Et Auicena in libro. 9. ſuæ Metaph. inquit, Sapientes & magnanimi leuius corporis ſalutem quàm famam perdere eligunt. Et quoniã homines, vt in pluribus viuunt contra proximum & operantur cum hac iniuſtitia, ideo Deus in lege Leuit. c. 21. ſub tot præceptis hanc iniuſtitiam prohibuit dicens, Non occides, non mœchaberis, non eris ſuſurro: non criminator, non detrahes proximo tuo, &c.

Conſiſtit tertiò opus Chriſtianum iuſtum erga proximũ in conſeruandis & non rapiendis eius bonis exterioribus, & quando indiget in ſuccurrendo & adminiſtrando. Nam ſicut homo naturaliter & amore quo ſeipſum diligit, deſiderat & conatur conſeruare bona ſua temporalia, eò quòd vt docuimus in 1. & 10. libro. Ethicorum inſtrumenta ſunt ad felicitatem & virtutem, ſi poſſideantur ſub debita menſura: ſic obligatur conſeruare & non rapere bona proximi: ideo in lege mandatum eſt, Non furaberis, non concupiſces rem proximi tui. Decet enim vt qui ordinantur ad vnum finem, ſic ſe inuicem adiuuent in mediis ordinatis ad illũ. Vnde qui ſeruit proximo infirmanti, qui cibat eſurientem, qui mutuat ſine vſura, qui defendit ab opprimente, qui à ſeruitute liberat oppreſſum, iuſtè viuit ac operatur erga proximum ſuum. Ex oppoſito autem iniuſtè viuit & operatur homo erga proximum, qui indigenti non tribuit, qui rapit, qui furatur, qui opprimit, qui prodit & decipit, &c. Vt autem ſcias quantùm Deo placeat opus iuſtũ Chriſtianum erga proximum, & quantum abhorreat oppoſitum, aduerte quòd Deus humanatus non aſsignat beatam & æternam vitam peregrinantibus, ieiunantibus, longas orationes agentibus, templo multa & magna offerentibus, ſed opera miſericordię obſeruantibus: non obſeruantibus autem damnationem perpetuam, vt patet Matt. capite 25. vbi inquit, Venite benedicti, &c. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, &c. Eandem habemus ſententiam apud Iſaiam capite. 58. vbi reprobat Deus ieiunium, & corporis caſtigationem, quam agebant Hebræi, & erga proximum durè & inhumaniter & iniuſtè ſe habebant. Illic igitur ſic legimus. Nũquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum: & ſaccum, & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nónne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam, cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam, i. domeſticos & conſanguineos tuos ne deſpexeris. & infrà, Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua: & tenebræ tuę erunt ſicut meridies: & requiem tibi dabit Dominus Deus tuus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, &c. Conſtat igitur quid ſit opus iuſtum Chriſtianum, & in quibus & quot conſiſtat.

De Opere ſobrietatis

Quantùm ad opus Chriſtianum ſobrium, quod quilibet fidelis in ſeipſo & erga ſeipſum exercere de neceſsitate ſalutis obligatur, tria videnda ſunt. Primò quid ſit. Secundò in quibus animę potentiis exercendum ſit. Tertiò quomodo in exterioribus obſeruandum eſt.

Sobrietatis quid ſit.

Quantùm ad primum quando dicitur opus ſobrium à ſobrietate: vt ſcias quid ſit prius diſtinguendum eſt de ſobrietate. Tu igitur aduerte, quòd in Scriptura ſacra dupliciter ſumitur. Primò pro quadam mediocritate, & abſtinentia in cibo & potu, & vt ſic eſt pars temperantię vt docuimus in tertio libro Ethicorum: & in parte 2. huius operis in Tract. de Tenperantia: & in Parte tertia in Tract. de Gula. Et in hoc ſenſu intelligitur illud Eccleſiaſtici ca. 31. Aequa vita in hominibus vinum cum ſobrietate. Et Paulus 1. ad Timotheum capite ſecundo, Mulier in habitu

ornato

ornato cũ verecundia & ſobrietate Et ab hac ſobrietate ſic accepta non dicitur opus Chriſtianum ſobrium Contingit enim multos hanc ſobrietatem ſeruare, qui tamen peccatis & ſceleribus ebrij ac ſordidi ſunt, vt multi infidelium,& homicidæ, & periuri. Quis enim magis ſobrius in hoc ſenſu quàm Pythagoras,& Diogenes, & Socrates, & Plato?

Secũdò ſumitur apud morales, & diuinam Scripturam pro virtute,qua homo menſuram & regulã ponit ſibiipſi in omnibus actibus earum potentiarum,quibus poteſt benè & malè agere,& dicuntur rationales per eſſentiam aut participationẽ,de quibus loquuti ſumus in fine primi Ethicorũ:& in tertia Parte huius Operis Tract.1.Et in hoc ſenſu ſumitur à Paulo ad Rom.c.12.Non plus ſapere quàm ſapere oportet,ſed ſapere ad ſobrietatẽ.& ad Tit.c.2. Sobriè iuſtè & piè viuamus.& Sapien.c.9.Sapiẽtia ſobriè deducet me in operib⁹ meis, & cuſtodiet potẽtia ſua,& in hoc ſenſu à ſobrietate dicitur opus Chriſtianũ ſobriũ tanquã ab ordinatrice & moderatrice totius regiminis animæ in Deum. Eſt igitur opus Chriſtianum ſobrium,quod à potentiis animæ rationalibus ſiue per eſſentiam,ſiue per participationẽ moderatis ac bene regulatis procedit. Ex oppoſito opus Chriſtianum ebrium eſt, quòd ab eiſdem potentiis irregulatis & intemperatis procedit, vt declarabimus infrà. Conſtat igitur vnde dicitur & quid ſit opus Chriſtianum ſobrium.

Quantũ ad ſecundum vt ſcias quibus animę potentiis in trinſecus exercendũ ſit,aduerte q̃ benè & malè agere dicimur ſecundùm intellectum & voluntatẽ. & ſecundùm appetitum ſenſitiuũ diſtinctum per iraſcibilem & concupiſcibilẽ.Primò igitur conſiderandũ eſt, quomodo exercemus opus Chriſtianũ ſobrium per intellectum,& qũo ebrium.Secundò qũo per voluntatem. Tertiò quomodo per concupiſcibilem.Quartò quomodo per iraſcibilem.

Intellectus ſobriũ opus

Quantũ ad intellectũ homo ſobriũ opus habet quando contentatur ſcire neceſſaria ſciendi pro ſalute ſua, & ſiqua alia ſiue naturalia,ſiue humana,iuxta conditionẽ & facultatẽ proprij ingenij.Non em̃ omnes ad omnia cognoſcenda æquè apti ſumus.Ideo vt inquit diuus Ambro.in lib.de Officiis,vnuſquiſque ingeniũ ſuũ probet, & in eo quod ſibi conueniens cognouerit ſeipſum exerceat. Vnde Paulus 1. ad Cor.c.8.Magis curat modũ & meſurã ſciendi,quàm ipſam ſcientiã.Inquit em̃,Scientia inflat, charitas aũt ædificat.Si quis aut ſe exiſtimat aliquid ſcire, nondũ cognouit quomodo oporteat eum ſcire.Quod exponens Bernardus in Sermone 27.ſuper Cant.inquit,Vides quòd Apoſtolus nõ probat multũ ſcientes,ſi modũ ſciendi neſcierint. Vides qũo fructũ & vtilitatẽ ſcientiæ in modo ſciendi conſtituit. Quid ergo dicit,niſi vt ſcias quo ordine,quo ſtudio,quo fine vnũquodque ſcire oporteat?Quo ordine, vt illud prius ſcias quod maturius mouet ad ſaluteꝫ.Quo ſtudio, vtillud ardentius quod vehementius ad amorem.Quo fine,vt non ad inanem gloriam & oſtentationem,ſed ad tuam & aliorum ſalutem.Seruanda eſt ergo ſobrietas ſciendi & inueſtigandi in intellectu cuius quàm plurimi errant & errauerunt:aliqui enim tantum illis rebus adhærent & credunt quæ ſuo intellectu capere poſſunt : nonnulli adeo ſe eleuant & intumeſcunt, quòd opinantur poſſe totum Vniuerſum comprehendere,& diuina arcana penetrare. Nullus horum Chriſtianè & ſobriè viuit ſed potius ebriosè quò ad intellectum:quos Eccleſiaſticus cap. 3. admonet dicens,Altiora te ne quæſieris. Scrutator enim maieſtatis opprimetur à gloria.Et Paulus ad Rom. ca.12.Non plus ſapere q̃ ſapere oportet,ſed ſapere ad ſobrietatem:& quoniam Philoſophi hanc ſobrietatem nõ tenuerunt,ideo in erroribus multis inuoluti ſunt. Pythagoras migrationẽ animarum de corpore in corpus : & de homine in brutum & econtra chimærizatus eſt:propterea eſum carnium prohibuit,Plato circuitum animarum in vltimo de Repu.ſomniauit,Zeno motum negauit,Democritus mundũ à caſu factũ aſſerit,Ariſtoteles qui videtur nobis datus à Deo Authore,vt regula veritatis ſicut prędicãt ſectatores ſui : nec hanc intellectus ſobrietatem tenuit. Negauit enim mundum productum in tẽpore:ſed nec producibilem probare ſtuduit ex 8.Phyſicorũ:Negauit alterum mundum poſſe produci ex 2.Cæli:negauit cælum poſſe quieſcere ex 12. Meta. De anima verò vtrum ſit forma, vtrum indefectibilis ſecundùm ſubſtantiam,adeò obſcurè loquutus eſt, vt potius erroris quàm veritatis cauſa fuerit.Diuinam prouidentiam à luna ſupra aſcendendo poſuit.De inferioribus parum cu-

Philoſophorum errata.

rauit:vt docuimus in lib.12.Metaph.Grauiùs erranit Auerroes Arabs præcipuè de vnitate intellectꝰ:in 3.de anima,de negatione creationis in 8.Phyſicorum.De infinitate diuini vigoris in 8.Phyſicorum:& in 12.Metaph.de negatione Diuinæ prouidentiæ circa ſingularia,vt ſingularia ſunt in 12. Metaph.Ex eodem ſobrietatis defectu proceſſerunt omnes hæreſes:quoniam hęretici non ſobriè diuinas Scripturas interpretati ſunt, Hinc Arrius multiplicauit ſubſtantias in Deo,Sabellius negauit diſtinctionem realem inter diuinas perſonas. Concludimus ergo quòd ſicut homo non ſobriè & tẽperatè viuens in varias incidit ægritudines, & ſibiipſi mortem parat:ſic non intelligens ſobriè quæ ab eo intelligenda & ſcienda ſunt,in varios cadit errores, & animæ interitum ſibi parat. Interrogent ergo ſeipſos Philoſophi huius noſtri temporis & aduertent,quòd in credendis non ſanum,non ſobrium habent intellectũ.Et Aſtronomi q̃ magis cælo q̃ Deo credunt. Et Poëtæ qui magis deorum fabuloſa q̃ diuinam colunt Scripturã.Non ergo ſobriè,ſed ebriosè ſecundùm intellectum viuunt.

Auerrois errata.

Sobrietas in voluntate.

Quãtùm ad voluntatẽ Chriſtianus habet opus ſobriũ, ſi in appetendis,amandis voluntas recta ſit & ordinata: vt ſ.quæ ſunt ad finem velit vt ordinata ad finem, & non vt finem. Quæ autem deuia & retrahunt ab vltimo fine fugiat,& oblata renuat. Ver. gra. Omnia bona extra Deũ appetenda ſunt & ordinanda in Deũ. Sicut em̃ omnia p ipſum facta ſunt,ſic in ordine ad ipſum appetenda & diligenda ſunt. Et quoniã non ſunt ex ſeipſis bona,nec propter ſeipſa quærenda ſunt.Et quoniã intemperatæ corporis voluptates,& vani honores,& ſuperbæ poteſtates & ſuperfluæ diuitiæ retrahunt animũ Chriſtianum à Deo, ideo vt ſic appetenda non ſunt. Hinc pendet omne animi vitiũ, nunquã enim peccaret homo,ſi Deum & creaturã amaret eo ordine,quo amanda ſunt. Peccatum enim mortale eſt, vt docuimus in Parte tertia Tract. 1. cùm quis auertit ſe à Deo propter creaturas, ſicut radix meriti eſt cùm quis Deũ præponit cunctis creaturis: neque enim ſe cõpatiuntur ordinatus amor Dei,& inordinatus amor mundi. Dicit enim Cyprianus in libro.de 12.abuſionibus,Mundi amor & Dei pariter in vno corde habitare non poſſunt: quemadmodum oculi pariter & ſimul cælum & terram conſpicere nequeunt. Similiter homo peccato ſe exponit quando amat media quibus vt in pluribus retrahitur à Deo. Tales ſunt ſuperfluæ diuitiæ, vani honores, vt diximus, inordinatus parentum,filiorum,& ſuiipſius & patriæ amor. Et quoniam rari obſeruant voluntatem ordinatam in mundo & deſiderando,ideo rari ſaluantur. A voluntate ordinata pẽdet ſalus noſtra,ſicut ab inordinata, damnatio, Hanc autem voluntatis ebrietatem declarauit Seruator Matth. cap.1.Cùm inquit,Qui amat patrem,aut matrem pluſquam me,non eſt me dignus. Sobrietatem verò manifeſtat cùm dicit,Qui reliquerit domum,aut patrem,aut matrem, &c. Hinc aduertere poſſumus quomodo hoc noſtro & infelici ſeculo omnis mundi ſtatus ebrietate voluntatis laborat adeò vt rationabiliter eos increpare poſsimus dicto illo Socratis,vt refert Plato in Exhortatorio,Quo ruitis ebrij mortales? Iã reſipiſcite,Superiora inferioribus pręponentes dimiſsis his vmbris:vera ac diuina amabilia ſectamini. Conſtat ergo quomodo opus ſobrium Chriſtianum, in voluntate exercendum eſt.

Concupiſcibilis ſobrietas.

Quantùm ad concupiſcibilẽ opus ſobriũ Chriſtianũ exercemus, ſi in motibus ſuarũ paſsionũ frænũ & meſuram adhibemus:& vt in ſpecie hanc ſobrietatem agnoſcas & ſerues,prius declarandum eſt,quot paſsiones ſint in concupiſcibili & quomodo ordinantur.Deinde quomodo & quando ſeruatur in eis opus ſobrium Chriſtianum.

Aduerte igitur,vt docuimus in 3.de Anima in Tract. de Potentia motiua,& in 2.Ethicorum,& hic breuiter repetimus,quòd in concupiſcibili ſex ſunt paſsiones. Tres quidem reſpectu boni,& tres reſpectu mali. Reſpectu boni, ſunt amor & deſiderium & delectatio: & ſic ordinantur, Bonum cognitum præſentatum appetitui, cauſat primò in eo cõplacentiam ſui,& hæc dicitur amor.Poſt hanc cõplacentiã mouet appetitum ad ſui conſecutionẽ:& hic motus dicitur deſiderium .Poſt deſiderium ſi bonũ ipſum deſideratũ conſecutũ fuerit & poſſeſſum à deſideratẽ, cauſat in appetitu quietẽ,quæ dicitur gaudium vel delectatio vel voluptas.Exẽpli gratia,Mercator cognoſcit pecuniam ſibi fore vtilẽ & bonã:ideo placet ſibi & amat eam,& quoniã eã amat,ideo mouetur eius deſiderio ad lucrãdũ eam. Et poſtquàm lucratus eã fuerit in eius poſſeſsiõe delectat & gaudet.

gaudet. Reſpectu mali ſunt odium, fuga & triſtitia, & ſic ordinantur. Res cognita vt mala & contriſtatiua ſtatim ꝙ præſentatur appetitui, cauſat in eo ſui diſplicétiam, quæ dicitur odium. Poſtquam diſplicet, cauſat in appetitu ſui abominationem & repugnantiam quæ dicitur fuga. Quod ſi effugere non poſſumus quin malum ipſum ſuper nos veniat, cauſat in appetitu triſtitiam & inquietudinem.

His præpoſitis aduerte ꝙ in concupiſcibili quò ad primam paſſionem quę eſt amor reſpectu boni, opus ſobrium exercemus quãdo amamus quæ verè bona ſunt, magis quã minora bona, vel apparentia, quæ non ſunt vera bona. Vnde qui prę ponit in ſui dilectione virtutes bonis fortunæ, & diuina ac æterna bona corruptibilibus: & animam corpori, & ſalutem animæ proximi ſaluti propriæ corporali, opus ſobrium exercet. Qui autem oppoſito modo ſe habet ebrius eſt. Quantùm ad deſiderium: quoniam vt diximus ſequitur amorẽ, ſobrietas deſiderij ſequitur amoris ſobrietatem. Vnde ſicut virtutes & cætera animi bona amanda ſunt ſupra fortunæ bona ſic & deſideranda, cõnariq́ue debemus ad illa acquirenda tracti exemplo Sapientis, qui vt legimus Sapientiæ cap. 7. bona animi ſub nomine ſapientiæ præponebat regnis & ſedibus & diuitias nihil eſſe dicebat in comparatione ad ſapientiam. Trahimur & exemplo naturalium Sapientium, qui vt acquirerent animi bona, omnia fortunæ bona paruipendebant. Legimus enim de Pythagora in Diogene Laërtio, qui agros ſuos incultos reliquit, vt ſapientiam aſſequeretur. De Platone verò inquit diuus Hieronymus in epiſtola ad Ambroſium, quòd diffugientes literas per totum orbem perſequebatur. Quò ad virtutes morales legimus quoſdam per totam vitam abſtinentiam ſeruaſſe, vt temperantiæ virtutem inuenirent, aliquos iniurias & diſcrimina vitæ ſuſtinuiſſe, ſicut Plato apud Dionyſium Syracuſanum, & Socrates apud Athenienſes, vt animi patientiam, ac fortitudinem ſibi compararent. Quãtùm ad paſſionẽ gaudij & delectationis aduerte quòd eius ſobrietas pendet ex ſobrietate amoris & deſiderij. Magis enim delectari debemus in acquirendo maiori bono quàm in ſuo oppoſito. Nam ſicut debemus magis & diligere & appetere ſecundum gradus præpoſitos bona ſpiritualia, ita magis in illis delectari. Quod ſi magis delectamur minoribus bonis, non ſobrius, ſed ebrius eſt appetitus noſter. Et quoniam homines huius noſtri ſeculi pro maiori parte præponunt veris & æternis bonis corporis voluptates, diuitias, potentiam, honorem, coporis robur, & decorem: ideo paucíſſimi ſobrium exercent opus Chriſtianum in paſſionibus concupiſcibilis, quæ ſunt reſpectu boni.

In paſsionibus autem eiuſdem quæ ſunt reſpectu mali, vt odium fuga, triſtitia: exercemus ſobrium opus, & primò quantum ad odium ſi quæ verè mala ſunt, nobis diſplicent, vt vitia & peccata, & quæcunque retrahunt nos à Dei amore & honore. Nulla autem creatura vt creatura mala eſt quoniam à ſummo bono non prouenit, nec producitur niſi bonum, & ideo vt ſic non eſt odio habenda: eſt autem odio habenda vt ſtat ſub vitio & peccato: quoniam vt ſic mala eſt. Vnde & Deus odit omnes qui operantur iniquitatem. Ille ergo quantùm ad odium, ſobrium opus habet, cui malum culpæ diſplicet, & quantò maius eſt tantò maior eſt diſplicentia ita ꝙ graduat diſplicentiam iuxta graduationem grauitatis peccati. Ex oppoſito autem ebrium op⁹ habet ille, qui in peccatis ſibi complacet: qui dicit malum bonum, & bonum malum. Sobrietas autem in fuga, cauſatur ex ſobrietate odij. Sicut enim debemus cauſa ſalutis noſtrę habere odio vitia & peccata, ſic & hæc ſola fugere. Omnis enim creatura, vt à Deo eſt aliquam continet bonitatem, ideo vt ſic fugienda non eſt. Eſt autem fugienda prout eſt peccandi occaſio, vt defixus mulieris aſpectus & cibus excitans ingluuiem. Vel inquantùm nobis eſſet quò ad corpus nociua: ſicut ignis inquantùm comburens, & canis inquantum mordens, & ſerpens inquantum inficiens. Vnde & Scriptura innuens quantùm debeamus peccatum vitare & fugere inquit Eccleſ. ca. 21. Quaſi à facie colubri fuge peccatum. Quaſi dicat, Sicut colubri aſpectus cauſat horrorem, ſic in te & abhominationem cauſet peccatum. Sobrietas in triſtitia tunc ſeruatur, quando de vere dolendis dolemus & triſtamur, eo quòd priuant nos maximis bonis: & tale eſt peccatum mortale perpetratum aut agendo, aut omittendo ideo de eo maxime triſtari debemus vt docuimus in parte quinta, in tract. de ſacramento pœnitentiæ agentes de contritione. Decet enim ſicut peccatum mortale nos ſeparauit à maximo gaudio, quod in Deo cõſiſtit, ſic de eo maximè triſtandum eſt vt deperditum gaudium reparemus: & quoniam homines huius ſeculi exultant & lætantur in rebus peſsimis, ideo in his tribus paſsionibus cõcupiſcibilis, quæ ſunt reſpectu mali ebriosè operantur.

De irascibili & ſobrietate.

Quantùm ad paſsiones iraſcibilis, vt ſcias quomodo opus Chriſtianum ſobrium in eis exercendum eſt, prius declarandus eſt numerus & ordo earum. Deinde in ſingulis aſsignabimus opus ſobrium & ebrium.

Tu igitur aduerte vt docuimus in 3. de Anima in Trac. de Potentia motiua, & in 2. Ethicorũ, quòd ſunt quinque, Duæ reſpectu mali, reſpectu boni ſunt ſpes & deſperatio, quæ correſpondent deſiderio. Et ſic ordinantur, Cùm quis deſiderat bonum ſibi placitum quod nondum habet, aut ei occurrit medium conſequendi illud bonum aut non. Si ſic, cauſatur in eo ſpes. Vnde & ſecundùm morales dicimur ſperare, quando ex medio occurrenti arbitramur poſſe cõſequi bonum deſideratum. Si non occurrit mediũ, cauſatur in eo deſperatio. Vnde ſecundùm famoſum modũ loquendi, deſperamus ſi non occurrit medium inoptatum. Reſpectu verò mali ſunt tres, ſ. timor, audacia, & ira. Timor & audacia correſpondent fugæ: & ſic ordinantur, Cùm quis abhorret malum ſuperueniens, aut occurrit ſibi medium euadendi illud, aut non. Si ſic, efficitur audax, ſi non, inſurgit timor. Qui timor non ſolùm ſequitur ex negatione medij: ſed etiam cùm reputamus illud medium ambiguum, aut inſufficiens ad euaſionem mali. Ira verò correſpondet triſtitiæ. Nam ſi non poſſumus euadere aliquod malum, & contra voluntatem ſuperuenit nobis, triſtamur, & tunc accenditur ira: quæ eſt appetitus vindicãdi ſe de malo, vt docuimus in 1. de Anima.

His declaratis aduerte ꝙ ſic regulantur. In ſpe exercemus opus ſobrium, quando ſperamus conſequi vera bona: & vitare oppoſita, nõ noſtra virtute, ſed adhibita ſollicitudine ex parte noſtra, confiſi in diuino auxilio, de quo actum eſt in cap. præcedenti. Ex oppoſito autem exercet homo in ſpe opus ebrium, quoties ſine bono opere, & ſine meritis ſperamus maxima, ac diuina bona. Tunc enim non ſpes, ſed præſumptio dicenda eſt. Et in hoc quàmplurimi falluntur dicentes ſe maximè confidere in diuina miſericordia, ita quòd etiam ſine bonis operibus ſperant ſaluari. In deſperatione opus ſobrium exercemus, quando agentes quod in nobis eſt, & confidentes in Dei auxilio nunquam deſperamus de ſalute noſtra. Licet enim in bonis temporalibus acquirendis ſæpenumerò deficiant nobis media, ſtante etiam omni diligentia ac ſtudio noſtro, putà infirmus nõ inuenit medium, quo ſaneatur: nec pauper, quo ditetur, aut præua leat contra opprimentem, tamen quantum ad virtutum acquiſitionem nunquam nobis deficiunt media. Conſiſtunt enim in noſtra electione, vt docuimus in 2. Ethicorum. Si militer ad conſequẽdum diuinam gratiam nunquam nobis deficit medium, modò velimus, eſt enim parata diuina bonitas, quoties non ponimus obicem, & homo de congruo ſe diſponit ſtante Dei auxilio ſecundo, de quo in cap. præcedenti locuti ſumus, & quòd nunquam nobis deficit. Econtrariò verò ponitur in paſsione deſperationis opus ebriũ: quando quis abſolutè deſperat de Dei bonitate, & auxilio, ſicut Cain & Iudas.

In timore habemus opus ſobriũ, quando timemus offendere beneficos noſtros, inter quos ſummus ac primus eſt Deus benedictus: & ideo in tota Scriptura ſacra admonemur timere Dominum. Secundũ locũ tenent progenitores noſtri, à quibus eſſe, educationem, & eruditionẽ traximus, & propterea maledicitur à Deo qui patrem & matrem nõ honorat, non timet, non eis obedit & ſubuenit. Econtrariò eſt in timore opus ebrium: quando timemus magis offendere homines quàm Deum, vt adulatores principum, & milites obtemperantes ducibus in malum. In audacia exercetur op⁹ ſobrium, quoties audax eſt homo ad vincendum ſeipſum. Hæc eſt enim maxima victoria, vt dicemus aliàs. Ad ſeruandum diuinã legem, & propter illã non refugere mortem, vt ſacri martyres. Ad defendendã patrię libertatem, & propter illam non timere exilium, non paupertatem, non tyrannorum potentiam. Econtrariò ebrij ſunt in audacia: qui audent in peccatis vt furioſi blaſphemi, & oppreſſores innocentium, & redigentes in ſeruitute propriam patriam, &c. In ira exercetur opus ſobrium, quando homo ſibiipſi iraſcitur quòd Deum offenderit, & propterea vindictam agit de ſeipſo per abnegationem

volup

voluptatum,& per corporis caſtigationem, vt vade oritur culpa ſequatur correctio.Et quando iraſcitur proximo peccanti,vt emendetur,& pœniteat,& non propter indignationem:quoniam charitas non dedignationem,ſed cõpaſſionem habet.Econtrariò autem punitur in ira opus ebriũ, quando quis ſibiipſi iraſcitur,quòd non deliciosè ſe nutrit quòd voluptates non ſectatur, quòd non ſtudet honorari ſuper alios,&c. Similiter quando quis proximo iraſcitur, non ad emendationem,ſed oppreſſionem, quærens in omnibus eius deiectionem & confuſionem. Et hæc eſt ebrietas iræ,quæ totum mundum perturbat,à qua oriuntur bella, ſeditiones homicidia,lites,infamiæ oppreſſiones,&c.Ex omnibus prædictis cõſtat qũo opus Chriſtianũ ſobriũ exercendũ eſt in intellectu voluntate & in oĩbus paſſionibus appetitus ſenſitiui tam concupiſcibilis,quàm iraſcibilis.

Sobrietas in exteriori bus ſenſib⁹.

Quantum ad tertium principale, ſ.quomodò opus Chriſtianum ſobrium ſeruãdum ſit in omnibus exterioribus ſenſibus & in potentia motiua,(De potẽtiis vegetatiuis loquẽdũ non eſt,quoniam ſunt penitùs naturales & operantur modo merè naturali,& non ſubiiciuntur iudicio, nec imperio rationis)aduerte q̃ omne meritum & demeritum & culpa cõmiſſa in vſu ſenſuũ exteriorũ, & in actibus potentiæ motiuę prouenit non ex ipſis ſenſibus,nec ex potentia motiua ex ſe.Actus enim eorum naturales ſunt:ſed prouenit ex modo operandi,qui quidem modus ſubiicitur imperio rationis.Nam licet ſtante oculo aperto,& nõ impedito,non poſſit imperare ratio q̃ nõ videat obiectũ ſibi prę̃ſens: poteſt tamen imperare q̃ auertat ſe,& q̃ tali intentione videat & non mala. Idem intellige de aliis ſenſibus & motibus corporis,& vſu membrorũ.Vnde ratio cõparatur ad eos vt auriga & directrix & imputatur ei ſi ſenſus & reliqua mẽbra irregulariter mouentur in opus ſuum.Opus igitur,ſobrium & ebrium in huiuſmodi potentiis concomitatur rationis moderamen & immoderamen. Quod confirmat Chriſtus Mat.ca.5.dicens,Qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Ecce non reprehendit videre,ſed cõcupiſcere,quod eſt à voluntate vel appetitu ſenſitiuo conſentiente voluntate. Conſtat igitur ſenſus exteriores & potentiam motiuam frænandos eſſe in modo operandi vt in eis ſeruetur op⁹ ſobrium Chriſtianũ. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De Operum vtilitate ac neceſſitate.

IN cap.3. manifeſtandum eſt quomodo opus Chriſtianum non ſolùm eſt vtile,ſed neceſſarium ad ſalutem.Tu igitur aduerte, quòd in hoc Luthe. peſſimè dogmatizat: quoniã vt docuimus in Parte quinta in Tracta. de baptiſmo & de pœnitentia, tenet nos ſaluariſola fide recepta in baptiſmo & nõ ex aliquibus operibus.Itẽ q̃iuſtificatio noſtra nullo modo apud Deum pendet ex operibus,ſed ex fide, vt docuimus in cap.præcedenti ita quèd opera bona Chriſtiana in alio nobis non proficiunt,niſi quòd hominibus declarãt nos iuſtificatos apud Deum,& homines videntes opera noſtra bona glorificant Deum.Ad conſecutionem autem ęternæ ſalutis nihil nobis conferunt.

Cõtra igitur talẽ errorẽ duo agenda ſunt.Primò declarandum eſt ex ſacra Scriptura quomodo bona opera Chriſtiana vtilia ſunt & neceſſaria ſaluti, ita quòd adultus ſine eis non ſaluatur.Secundò ſoluentur fundamenta Lutheri.

Quantùm ad primum aduerte in quòd multis Scripturæ locis, ſalus datur operantibus, non operantes autem reiiciuntur:ergo opera bona neceſſaria ſunt ad ſalutem noſtrã. Antecedens quidem manifeſtatur ex Scriptura.

Primò dicitur Eccleſ.cap. 9. Quodcunque poteſt manus tua,inſtanter operare:quia nec opus, nec ratio,nec ſapientia,nec ſcientia erunt apud inferos,quò tu properas.

Secundò dicitur Ionæ cap.2.Vidit Deus opera Niniuitarum,& miſertus eſt eorum.Aduerte quòd non dicit, Vidit Deus fidem qua crediderunt Prophetæ monenti, ſed dicit, vidit opera fructificata,ſcilicet ex fide,& non propter fidẽ tantum,ſed propter opera prodeuntia, ex fide miſertus eſt eorum.

Tertiò Matth.cap.20.Arguuntur ſtantes tota die otioſi: volentes verò operari conducuntur in vineam, & operantibus promittitur merces.Item,Matth.cap.21. Videns Ieſus ficulneam non habentem fructum,maledixit ei,& ſtatim aruit. Signans hominem baptizatum non operantem bonum, inutilem eſſe quo ad æternam ſalutem.

Item Matth.cap.25. Serui qui cum talentis Domini negotiantur laudantur & præmiantur,qui verò talentum in terra abſconderat,reiicitur & non præmiatur.

Item,Matt.cap.25.virgines prouidæ & vigilãtes in operibus bonis,expectant Dominũ & ingrediũtur cũ eo ad nuptias:fatuę aũt,i.vacuæ à bonis operibus,non admittũtur.

Quartò,Lucæ ca.12.Seruus ſciens voluntatem Domini & non faciens,non ſolùm non præmiabitur, ſed vapulabit plagis multis.

Quintò,Ioan.cap.2.Veri filij Abrahæ nõ ſolùm credunt, ſed opera Abrahę faciunt.

Sextò,dicit Paulus 2.ad Theſſalon.cap. 2. Nolite deficere benefacientes.

Septimò,Iacobus in epiſtola cap. 4. Scienti facere bonum,& non facienti peccatum eſt illi.

Octauò,Petrus in 2.epiſtola cap.2. Quapropter fratres magis ſatagite,vt per bona opera certam veſtram faciatis vocationem & electionem.

Conſtat ergo quòd opera bona vtilia & neceſſaria ſunt ad ſalutem,& quòd fides abſque operibus non ſufficiat, iã oſtendimus in Parte 5.in Tract.de Baptiſmo & in Tract. de pœnitentia.Tu tamen aduerte,q̃ in Scriptura ſacra vbique inuenies Deum reſpicere intẽtionẽ & cor ſuper opera. Nã ſi intentio & cor recta ſint,quantumcunq; opus ſit paruum acceptũ eſt Deo:per oppoſitũ aũt Deus reſpuit vt abhominabile.Propter q̃ auari,adulteri,idololatræ, vſurar. abhominabiles ſunt Deo operantes aliquid de genere bonorum. Iſti enim ſi labiis,aut opere pio ſiue iuſto honorent Deum, non accepti ſunt ei: quoniam cor & ſcopus eorum longe ſunt à Deo,& de hoc quàm plura ſubiungimus exempla.

Geneſis cap. 4. Deus reſpexit ad munera Abel, vtpotè recta intentione,& diuino cultu facta. Ad Cain verò munera non reſpexit propter oppoſitum.

Exodi cap.10.Pharaoni pœnitenti apparenter,& dicenti,Peccaui,peccaui,non dimittitur peccatum, ſed indurat̃ur:quoniam non ex corde,ſed nequiter pœnitebat.

Numeri cap. 16. Reſpexit Deus ad thuribula Aaron. Ad thuribula verò Chore,& Dathan,& Abiron cõſpirantium in malum contra Moyſen & Aaron non reſpexit,ſed deglutiuit eos terra.

In 1.Regum cap.6.bonum opus agere videbatur Ozee, quando tangebat & ſuſtentabat archam Domini ne caderet:& tamen percuſsit eum Dominus. quoniam non erat rectum cor eius cum Deo.Non enim reuerenter, ſed præſumptione operatus eſt.

In 2.Regum cap.12.&in 2 Paralip.cap.vltimo,Dauid & Manaſſes peccatum grande dimittitur,quoniam toto corde pœnitentiam egerunt.

In 2.Regum cap.7.Dominus commendauit bonam Dauid voluntatem:quia concupiuit ædificare templum Domini,& tamen non permiſit eum Dominus.

In 2. Parali.cap.26.Ozias Rex licet immolaret Domino, quod videbatur opus bonũ & piũ:tamen percutitur lepra, quoniam ad eũ non ſpectabat,ſed ad ſacerdotẽ immolare.

Iudith cap.10.quoniam recta intentione,& pro diuino cultu aclege obſeruanda,& non animo meretricio ornauit ſe coram Holpherne:ideo proſperatum eſt opus in manus eius.

Heſter cap.5.ornauit ſe coram Aſſuero,ſed non peccauit: quoniã nõ ex cõcupiſcẽtia,ſed ex populi ſalute ornauit ſe.

Lucæ cap.22.prætulit Dominus duos aſſes viduæ miſſos in gazophilatium multis ac magnis Phariſæorum ac diuitum muneribus.

Petri & Magdalenæ fletus reſpexit Dominus. Eſau autẽ & Saul & Anthiocus locum pœnitẽtię nõ inuenerũt.Cauſa omniũ horũ,quia intentiones & fides eorũ diuerſæ erãt. Nam fidelium opera fundata in vera fide & intentione recta reſpiciuntur & grata ſunt Deo. Infidelium autem & flagitioſorum opera,quoniam in incredulitate & impœnitentia fundantur,reſpuuntur à Deo.

Denique Chriſtus Matt.cap.6.& Lucæ cap.12. nos aſsidue admonet,ne ſimus vt Scribæ & Phariſęi hypocritæ:qui aliud erant in corde,& aliud prætendebant in opere. Conſtat ergo quòd ad ſalutem noſtram neceſſaria ſunt opera bona intentione & recto corde facta.

Quantum ad ſecundum aduerte quòd Luth.probat errorem ſuum variis dictis Scripturę,quibus videntur opera noſtra nihil valere apud Deum,nec ab eo exiſtimari: ex conſequenti ſola miſericordia,& fide ſaluamur,& non ex operibus,ita quòd nec vtilia,nec neceſſaria nobis ſunt.Dicta Scripturæ quæ citat ſunt hæc.

Dicitur

Dicitur in Pſal. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Dicitur Iſaię ca.57. Ego annunciabo iuſtitiam, & opera tua non proderunt tibi.

Et cap.59. Opera eorum opera inutilia,& opus iniquitatis in manibus eorum.

Et cap.64.facti ſumus immundi omnes: & quaſi pānus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitię noſtræ:& cecidimus quaſi folium vniuerſi.

Idem indicat parabola de vinea Matthæi cap.20.Vbi his qui ſerò ierant ad vineam datur æqua merces cum Patrib⁹ antiquis:quorum ſunt teſtamenta,& quibus facta eſt promiſſio.

Dicitur Lucæ cap.13.Regnum Dei intra vos eſt.Si igitur in nobis:& iam ſaluati per Chriſtum ſumus, quomodo ex operibus ſaluabimur?

Dicitur ad Rom.cap.17. Arbitramur iuſtificari hominem per fidem non ex operibus legis:nam ſi gratia iam non ex operibus:alioquin gratia non eſt gratia.

Dicitur ad Epheſios c.1. Elegit nos in ſpiritu antequam iacerentur fundamenta mundi,vt eſſemus ſancti & irreprehenſibiles coram illo.

Dicitur ad Titum cap.3.Apparuit gratia Dei noſtri, non ex operibus,quæ fecimus nos,ſed ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.

Dicitur 1.Petri cap 1.Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui iuxta copioſam miſericordiam ſuā regenerauit nos in ſpem viuam.

Hęc ſunt ex quibus Luth.ſuadet ſibi poſſe concludere, quòd opera noſtra,nec vtilia,nec neceſſaria ſunt ſaluti.

Vt igitur ſcias prædictas allegationes nō fauere errori ſuo,præpono aliquas diſtinctiones:deinde declarabo verū ſenſum ſingularum.

Prima diſtinctio ſit hæc.Operum humanorum quædam bona,quædam mala.

Secunda,Bonorum quædam antecedunt gratiam,vt opera moralia facta per ſecundum auxilium diuinū à peccatore ſiue baptizato,ſiue infideli:quædā ſubſequuntur gratiā tanquam fructus eius.

Tertia,Bona ſubſequentia gratiā poſſunt cōſiderari in ſe:& in reſpectu ad diuinum & ſummam bonitatem:cui nihil malitiæ,aut imperfecti admixtum eſt.

De operibus malis conſtat quòd non ſunt vtilia, imò nociua ſaluti noſtræ.

De operibus bonis moralibus antecedentibus gratiā:docuimus in cap.1.huius Tract.quomodo ſunt vtilia, etſi non de condigno tamen de congruo.Vide tu illic.

De operibus bonis procedētibus ex gratia quæ eſt tertiū diuinum auxilium,docuimus in cap.1.huius Tract. quo ſunt vtilia & meritoria ex condigno maioris gratiæ:& quo ad æternam beatitudinem.

Bona procedentia ex gratia in ſe quidē bona ſunt, quoniā arbor bona,bonos fructus facit:hæc autē arbor eſt anima ſub gratia & charitate:fructus aūt ſunt bona opera prodeuntia ex ea,ſicut intendebat Chriſtus Matt.c.7.cum dicit Arbor bona,&c.Intendebat enim de operibus hypocritarum,de quibus dicebat A fructibus eorum cognoſcetis eos In reſpectu quidem ad ſummam & diuinam bonitatem potius videntur mala quàm bona: quoniam finitæ bonitatis ad infinitam nulla eſt comparatio.Vnde ſicut tepidū in ſe quidem eſt calidum,ſed repectu ſummi calidi eſt frigidum. Et ſicut terra in ſe quidem eſt magna & lata, ſed reſpectu cæli eſt vt punctum.Sic opera humana prodeuntia ex Dei gratia:in ſe quidem bona ſunt:ſed reſpectu Dei cui nil mali,neque defectus,neque peccatum accidere poteſt, reputāda ſunt potiùs nō bona ſed defectuoſa & imperfecta.Sicut humana bonitas in conſpectu Dei eſt dicenda non bonitas. Et in hoc ſenſu dixit Chriſtus Marci ca.9.Nemo bonus, niſi ſolus Deus.Hinc eſt quòd dicitur: Opera noſtra quantuncunque bona & perfecta ſint,tanquam nihil ſunt in conſpectu & comparatione Dei.

His præpoſitis declarandum eſt nullum dictum Scripturæ ſupra recitatum fauere errori Lutheri.

Primum quidem quod ſumitur ex Pſalmo,Non intres in iudicium,&c.Intelligendū eſt non in ſe,ſed in cōparatione ad Dei bonitatem:& excellentiam æterni prēmii.Quaſi dicat,Si in iudicio comparare volueris opera noſtra in ſe bona ad ſummam perfectionem tuam,& ad celſitudinē prēmij,non erunt iuſtificatoria:quoniam in cōparatione ad tātum prēmium,& ad ſummam bonitatem tuam magis non bona quàm bona reputabūtur, ſicut & omne ens creatū in reſpectu ad primū & ex ſe ens:eſt magis non ens quàm ens.Et in hoc ſenſu dixit Chriſtus Lucæ cap.6. Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum quia ſcilicet Deus præmiat vltra quæcunque opera noſtra bona:& ca.17.dicit,Cùm feceritis hæc omnia,quæ præcepta ſunt vobis dicite,Quia ſerui inutiles ſumus,quia ſcilicet in conſpectu Dei,nō tantùm meruimus quantùm nobis tribuit.Cōſtat igitur, quòd Luther us ex hoc dicto nihil concludit.

Secundum qđ ſumitur ex Iſaia ca.57.Ego annunciabo iuſtitiam tuam,&c.Intelligendum eſt de operibus malis: nā per totum cap.reprehendit Deus Iudæos obiiciens eis opera peſſima & præcipue de idololatria, & ante prædicta verba immediatè præpoſuit dicens,Quia mētita es,& mei non es recordata,neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens,& quaſi non videns & mei oblita es,ego annunciabo iuſtitiam tuam,i.iniuſtitiam,ſumit enim ironicè iuſtitiā promiuſtitia.Hic eſt enim mos Scripturæ:ſicut & aliquādo ſumit benedictionem pro maledictione,vt in Iob capite. 2. legimus:quòd vxor inſultabat ei dicens, Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deum & morere,i.maledic.& cap.1.dixit Iob.Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deū,i.maledixerint.Et quòd ſic debeat in dicto Iſaiæ iuſtitia exponi,conſtat ex verbis ſubſequentibus:& non ꝓderunt eis opera eorum,ſcilicet mala.Nam ſi intelligeret de operibus bonis:ergo opera bona eſſent infructuoſa, qđ non decet diuinam bonitatem. Dicitur enim quòd nullum malum eſt irremuneratum.

Tertium quod ſumitur Iſaiæ ca.59. Opera eorum opera inutilia,intelligendum eſt de operibus malis,vt patet legēti totum illud cap.Vnde ſubſequitur,pedes eorum ad malū currunt:& feſtinant vt effundant ſanguinem innocentem. Et aduerte,ꝙ per ly Operainutilia nō intendit opera vana, ſiue fruſtra facta,ſed nociua & damnatoria.Opera enim Iudæorū,quæ illic à Propheta recitantur,ſunt opera iniqua, & penitus iniuſta,ergo non ſolùm inutilia, quo ad ſalutē, ſed & maximè nociua.Verùm Scriptura vtitur termino magis modeſto,iuxta conſuetudinem ſuam.

Quartum, quod ſumitur Iſaiæ cap.59.Ecce omnes facti ſumus vt immundi,& quaſi pannus menſtruatæ,&c.Intelligendum eſt de operibus malis:præmiſerat enim immediate,Ecce tu iratus es & peccauimus.Item cùm dicit,Et quaſi pannus menſtruatæ,&c.Intelligendum eſt de operibus bonis factis à Iudęis exiſtentibus in peccato mortali,quæ etſi ex ſe bona ſint,ſordeſcunt tamen vt exeunt ab anima immunda,& deprauata voluntate,ſicut cibus delicatus,ſi miniſtretur regi in vaſe immundo, aut à miniſtro deturpato. Propterea inquit Propheta,Quaſi pannus menſtruatę oēs iuſtitiæ veſtrę:ſicut oblatio,ſacrificium & oratio, quę qm̄ fiebant à Iudęis peccantibus contra Deum & proximum abominabiles ſunt Domino,vt dixit Iſa.ca.1.

Quintum ſumptum ex parabola vineę Mat.ca.20. intelligendum eſt quòd licet opera bona conferant ſaluti noſtrę,tamen Deus non pręcisè prēmiat nos vt meremur ex operibus bonis factis in gratia,ſed per amplius & incomparabiliter.Tu tamen aduerte,quòd niſi vocati hora vndecima & miſsi in vineam operati fuiſſent, nullā accepiſſent mercedem.Dicit enim,Voca operarios & redde illis mercedem, ergo qui non fuiſſent operati in vinea, mercedem non habuiſſent.Quod autem Dominus iuſsit dari ęquam mercedem omnibus,nō fuit reſpectu ſolius meriti operantium,ſed ex ſuperabundanti bonitate Domini.

Sextum quod ſumitur Lucæ cap.17. Regnum Dei intra vos eſt:in nullo deſeruit Luth. Reſpondit enim Chriſtus Phariſæis interrogantibus quando venit regnū Dei.i. ipſe Meſsias.& dixit Chriſtus,Non veniet regnum Dei cū obſeruatione temporis,vt ſcilicet poſsit ſciri quo anno, quo die,quoniam ſicut fulgur veniet,ſcilicet ex improuiſo. Et quando dicit,Regnum Dei intra vos eſt:intendit de ſeipſo, qui verus Meſsias iā venerat:& habitabat inter Iudæos.Ité iā venerat vt iudex regni Dei & damnationis,iuxta merita & demerita ſingulorum.Ipſe enim conſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum,Actuum cap.1.Non ergo intendit vt putat Lutherus.Regnum Dei.i.ſalutem noſtrā intra nos eſſe ex ſola fide ſine operibus.

Septimū quod ſumitur ex Paulo ad Roma. cap.12 .Iam declarauimus in cap.1.huius Tract. manifeſtantes ſingulas particulas diffinitionis operis Chriſtiani.

Octauum quod ſumitur ad Eph.cap.1. & 9.quod ſumitur ad

tur ad Titium c.3.& decimum quod ſumitur 1. Petri c. 1.intelligenda ſunt contra opinionem eorum, qui reducebant electionem,& prædeſtinationem & reprobationem in præuiſa merita ac demerita noſtra,vt in cauſam primam,& nõ in voluntatem & miſericordiam & iuſtitiam diuinam.Contra hos igitur loquitur Paul.& Petr⁹, & manifeſtiùs ad Ro. c.9.Vbi inquit, Cùm nondum nati eſſent, aut nondum aliquid boni egiſſent,aut mali,vt ſecundum electionem propoſitum Dei manerent, non ex operibus, ſcilicet præcedentibus electionem,ſed ex vocante dictum eſt ei, Quia maior ſeruiet minori.ſicut ſcriptum eſt,Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Cum his tamen ſtat quòd Deus diſpoſuit electos: & vocatos ad beatum finem conſequi debere ipſum beatum finem per bona opera prouenientia ex gratia vt media ad ipſum finem. Quicunque enim rectè vult alicui finẽ, vult ipſum habere,& operari media præuia ad finem, alioquin non ſapienter ordinaret eum ad finem.V.g.Si medicus intendit Socratem ſanare, intendit Socratem abſtinere & tale medicamen ſumere vt medium ad ſanitatem.Ex his ergo conſtat quòd dicta recitata ex ſacra Scriptura non deſeruiunt Lut.Hæc de 3.c.dicta ſufficiant.

CAPVT IIII.

De opere factõ ex Voto.

IN ca. 4. declarandum eſt quòd opus Chriſtianum factum ex voto præſtantius eſt & maioris meriti,quàm voluntariè & merè liberè factum.

Tu igitur aduerte,quòd Luth.dogmatizat oppoſitum in eo libr.quem intitulat Præludium de captiuitate Eccleſiæ Babylonica,vbi vota omnino reprobare contendit, & præcipuè vota religionum publica & ſolennia.Et hic error Luther.præcipuè continet, quæ ſigillatim reprobare intendo.

Primò ſuadet omnia vota tollenda & vitanda.

Secundò,quòd opus ex voto non eſt præſtantius opere ſine voto.

Tertiò,quòd votorum multiplicatio extinguit fidem & baptiſmi libertatem.

Quartò,damnat vouentes tria vota in religione.

Quintò,damnat tria vota religionis, & ingreſſum cuiuſcunque religionis.

Sextò,ſuadet magnatibus eccleſiæ tollere, & deſtruere religiones.

Septimò,tenet papam non poſſe diſpenſare in votis.

Octauò,tenet non poſſe in votis certum temporis terminum præſtitui.

Num vota ſint tollenda.

Quantum ad primum inquit Luth.Vtinam eunctis queã ſuadere vt vota prorſus omnia tollerentur aut vitarentur, ſiue ſint religionum,ſiue peregrinationũ, ſiue quorumcunque operum,maneremuſque in libertate religioſiſſima baptiſmi Dici non poteſt quantum detrahat baptiſmo, & obſcuret ſcientiam libertatis Chriſtianæ opinio illorum votorum nimis celebris: vt interim taceam infanda etiã ea quæ pericula animarum,quæ vouendo libido inconſultaque temeritas quotidie auget.Hæc ille.

Reprobatio,Multa hic oſtenditur Lutheri neſcientia aut malitia:qui ex rei bonæ abuſu,rei ipſius bonitatẽ dãnat.Negare non poſſumus quin à rudibus, mulierculis & ſuperſtitioſis vota nonnunquam abſurda, & irrationabilia emittantur,quæ meritò reprobanda ſunt. At velle ex hoc vota omnia ſiue religionum, ſiue peregrinationum prorſus auferre & ſuadere vitanda:magnæ eſt ignorantiæ, aut nequitiæ indicium.Cur enim dixiſſet propheta Dauid in Pſal. Vouete & reddite Domino Deo veſtro. Si in lege Euangelica vota omnia damnanda ſunt:ergo eſt deterioris conditionis antiqua lege: in qua,vt legimus Numeri capit. 30. deſcribuntur votorum canones, quando obligant, & quando non. Vnde de viris ſic ſcribitur, Si quis virorum votum Domino vouerit aut iuramento ſe conſtrinxerit, non faciet irritum verbum ſuum,ſed omne quod promiſerit implebit.Deinde ſcribuntur leges de votis emiſſis à mulieribus & puellis & vxoribus & viduis & repudiatis. Sed hic non eſt immorandum. Sufficit enim oſtendiſſe opinionem Luth. de votis omnibus reprobandis deteſtabilem eſſe. Quòd verò inquit Luthe.opinionem votorum detrahere baptiſmo,patet oppoſitum,quoniam votum rationabiliter factum voluntatem firmat in bono, quod expedit agere ex fide ſuſcepta in baptiſmo. Similiter falſum omnino eſt quod vota rationabilia obſcurent ſcientiam Chriſtianæ libertatis. Sicut enim non poſſe peccare, non minuit,nec obſcurat, imo nobilitat libertatem in Beato (nihil enim boni auſert beatitudo) ſic nec rationabile votum minuit libertatem veram baptizati,nec eius ſcientiam obſcurat. Stabiliri enim in bono non opponitur perfectæ libertati,qm̃ Deo ſeruire eſt regnare. Vnde Aug.ſcribens ad Paulinam de voto inquit,Felix neceſſitas,quæ ad meliora compellit.Neceſſitatem quidẽ dicit,non vt opponitur libertati,ſed vt æquialet ſtabilitati.

Quantum ad ſecundum inquit Luth. Hic inuenias qui diſputent & ſtatuant opus intra votum præſtantius eſſe opere extra votum,& neſcio quantis præmijs alijs in cælo præferendum.Phariſæi cæci & impij,qui ex operum magnitudine & multitudine metiuntur iuſtitiam & ſanctitatem: quæ ex ſola fide apud Deum menſurantur, apud quem nulla eſt operum differentia,niſi quanta eſt fidei differentia. Hæc ille.

Num opus ex voto facilè ſit præſtantius opere non ex voto facto.

Reprobatio.Suadet ſibi Luthe.conuitia ſua præualere rationi, quod apud rectos corde ſtultum penitus iudicatur. Dicimus igitur & ſic tenemus opus intra votum (modò ſit votum verum,& de meliori bono)præſtãtius eſſe opere extra votum.Cuius ratio eſt:qm̃ votum firmat voluntatem in bono.Bonum autem ꝓcedens à voluntate ſic firmata præſtãtius eſt,vt patet de voluntate Beati. Prætereà opus malum ꝓcedens à voluntate obſtinata peius eſt: ergo ex oppoſito opus bonum ꝓcedens à voluntate firmata in bono præſtantius eſt,ſicut & opus bonum ꝓcedens ab habituato per virtutem melius eſt quàm ꝓcedens à non habituato, ſed tantũ leuiter diſpoſito.Cum verò dicit Luth.iuſtitiam, & ſanctitatem ex ſola fide menſurari apud Deum,contradicit Euangelio in quo Lucæ 7.c.graduatur peccatorum remiſſio, quæ non fit ſine infuſione gratiæ & per quam redditur homo iuſtitiæ & ſanctitati,penes dilectionem Dei,& non penes ſolam fidem,quam etiam ſi tantam haberẽ vt montes transferrem,charitatem autem non haberem,quę eſt Dei dilectio nihil ſum,vt inquit Paulus 1.ad Cor.ca. 13.Nec valet quod dicunt ſectatores Lutheri, ſcilicet q̃ Paulus non accipit illic fidem,vt eſt virtus Theologica,ſed vt numeratur inter dona gratis data,de qua loquitur Paulus in c.12.eiuſdem epiſtolæ:vbi inquit, Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſcientiæ per eundem ſpiritum , alij fides in eodem ſpiritu.Hoc inquam,non valet:quoniam in fine c. 13.comparans charitatem ad fidem & ſpem , dicit charitatẽ eſſe maiorẽ.Conſtat autẽ in hac cõparatione ſumi fidem & ſpem vt ſunt habitus infuſi:aliter cũ charitas ſit virtus infuſa,ſi ſpes & fides non ſumuntur vt habitus infuſi,nulla foret comparatio.Nõ ergo Paulus intendit de fide,vt eſt donum præcisè gratis datum,ſed vt eſt vna ex tribus virtutib.Theologicis.Quòd autem iuxta menſurã dilectionis Dei fiat remiſſio peccatorum patet Lucæ c.7.vbi inquit Chriſtus, Remittuntur ei peccata multa qm̃ dilexit multum : non dicit, Qm̃ fidem habuit multam.Non ergo operum differentia ſumenda eſt apud Deum ex ſolius fidei,ſed magis ex dilectionis differẽtia:vnde Chriſtus dixit, Cui magis dimittitur magis diligit:& non dicit, Magis credit.Quid enim proficit ſola fides:Nam & virgines accipientes lampades ſine oleo,id eſt,habentes fidem otioſam,fatuę dicuntur, nec intrauerũt cum ſponſo ad nuptias,Matthæi c.25.

Quantum ad tertium inquit Lutherus. Cum votum ſit lex quædam & exactio,neceſſariò multiplicatis votis legis & opera multiplicantur, quibus multiplicatis fides extinguitur, & libertas baptiſmi captiuatur. Hæc ille.

Num votorum multiplicatio extinguat fidẽ & baptiſmi tollat libertatem.

Reprobatio,Quot falſa Luther.breuibus inſerat aduerte hinc. Votũ formaliter eſt ſpontanea promiſſio:quæ Deo & de his,quæ Dei ſunt fieri debet.Vnde ad perfectam rationẽ voti tria concurrunt.Primò,deliberatio. Secundò ꝓpoſitũ voluntatis. Tertiò,promiſſio in qua voti ratio perficitur. Hęc eſt doctrinalis voti ratio apud omnes ſacros Doctores.Et quod dicit Luther.votum eſſe legem & exactionem, non eſt formaliter verum, niſi ex conſequenti. Nam ex eo quòd quis voto ſe obligauit, conſtituit ſibi legem & exactionem.In eo autem quod dicit multiplicatis votis fidẽ extingui non eſt à fidelium auribus audiendus. Quoniam ſuppoſito q̃ vota ſint rationabiliter facta (vt excludam inſipientium & mulierc ularum vanas ac ſuperſtitioſas promiſſiones inter vera vota non numerandas)vouentiũ fides magis vigoratur.Vouere nanque ad diuinum cultum reducitur.Vnde inquit Iſa.c.19.Colent eum in hoſtijs , & muneribus,& vota vouebunt Domino & ſoluent:ex his ſequitur q̃ vouere propriè eſt actus latriæ ſeu religionis vniuerſaliter ſumptę.Per actum aũt latrię ergo vnum verum Deũ multiplicatum ex corde & firmo ꝓpoſito magis ac magis adhæ-

remus Deo: ex huiusmodi verò adhærentia vigoratur & augetur fides, sicut amicus magis ac magis stabilitur in amicitia, si magis conuiuit & conuersatur, & adhæret vero amico: quando eorum est amicitia secundum virtutem, vt docuimus in 8. Ethic. Constat igitur quòd ex multiplicatione veri & rationabilis voti non extinguitur, sed vigoratur fides. Quàm falsè autem dicat Luth. libertatem baptismi ex multiplicatione votorum captiuari, constat ex supradictis, vbi manifestauimus quòd ex firmitate voluntatis in bono per votum, non minuitur, sed perficitur libertas: aliter Deus gloriosus non perfectè liber existeret nec beati in patria, cùm à bono declinare non possint, nec Deus seipsum negare potest.

Num vouentes tria religionis vota damnandi sint.

Quantùm ad quartũ aduerte quòd Luth. tenet votarios, id est vouentes tria vota religionis, nunquam cognoscere fidem neque baptismi gratiam. Dicit ergo, Deus vlturus ingratitudinem, & superbiam votariorum facit vt vota sua non seruent, aut cùm ingenti labore seruent, maneantque in eis immersi nunquam fidei & baptismi gratiam cognoscentes. Hæc ille.

Reprobatio, Luth. à seipso peruersum iudicium sumit. Qualis enim vnusquisque est, tales existimat alios. Auarus neminem liberalem iudicat, superbus neminem humilem, Luxuriosus neminem castum. Sic & Luthe. malus religiosus & apostata neminẽ putat in religione bonũ. Verùm cùm sit datus in reprobum sensum, & retrocesserit à sancta & approbata religione, non est audiendus cum fine ratione loquatur. Quod autem falsum & penitus erroneum sit religiosum astrictum tribus votis nunquam cognoscere fidei, & baptismi gratiam patet ex eo, quòd non renunciaret seculo, nec propria libertate se expoliaret nisi firmissimè crederet beatificari ex fide suscepta in baptismo, & ex eo quòd diuino cultui per tria vota se ascripsit, vt immaculatum se custodiat ab hoc seculo. Quod verò fidem & gratiam baptismi cognoscant constat ex eo, ꝙ in horis canonicis singulis diebus sub silentio confitentur fidem dicendo symbolum in matutinis, in hora prima, in completorio. Fateor tamen plures non re, sed nomine religiosos inueniri: qui ambulant viam latam & plenam scandalis. Verùm propter eos reprobare religionis statum dementia est. Nam cùm nullus inueniatur inter fideles status ex omni parte bonus, eadem ratione quilibet reprobari posset. Nonne & religio est sicut sagena ex omni genere piscium congregans: & tamen Christus sagenam non reprobat, sed contentos segregat.

Num abolẽdæ sint religiones seu tria vota.

Quantùm ad quintum Luth. sic inquit, Publicum vitæ genus, id est, ex voto statui & confirmari omninò dissuaserim. Sufficit cuique vouendi priuata licentia periculo suo, publicam verò commendari vouendi rationem in votis arbitror pernicioſum esse ecclesiæ & animabus simplicibus. Primum ꝙ non parum Christianæ vitæ repugnet in hoc ꝙ votum est lex quædam cæremonialis & humana traditio seu præsumptio à qua ecclesia per baptismum liberata est. Christianus enim nulli legi est addictus nisi diuinæ. Deinde quòd non habeat exemplum ex Scripturis præcipuè castitatis, obedientiæ, paupertatis perpetuæ votum. Quod autem ex Scripturis exemplum non habet periculosum est, & nulli suadendum. Quare ego nulli suadeo ingressum cuiuscunque religionis, aut sacerdotij nisi sit ea scientia præmunitus, vt intelligat opera quantumlibet sacra ardua religiosorum & sacerdotum in oculis Dei nihil prorsus distare ab operibus rustici laborantis in agro: sed sola fide omnia apud Deum mensurari, sicut Hier. c. 5. dicit, Domine oculi tui respiciunt fidem. Hæc ille.

Reprobatio, Luth. hic totaliter contra sacras religiones venenum euomit. Non alia vt arbitror causa quàm vt sanctam matrem ecclesiam debiliter, quam ex honesta & docta religiosorum vita & operibus videmus augeri atque seruari. Nam subtractis rectè firmatis religionibus & præcipuè his qui vacant sacris studiis, omni sceleri & errori ianua patet: ideo penitus reprobandus est. Peccat primò in propositione sua qua dissuadet publicum viuendi genus firmatum ex professionis voto quo quis Deo seipsum dedicat. Nam hoc dato, lex Christi deterioris conditionis & minoris perfectionis esset quàm status antiquæ legis: in qua vt patet Numeri c. 7. continetur lex Nazaræorum, qui voto se sanctificabant, id est, Deo dicabant. Præterea, perfectionis statum docuit Christus cum dixit Matt. capi. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende, &c. Hunc perfectionis statum non nisi in religione inuenimus: quoniam hominis perfectio consistit in hoc ꝙ Deo totaliter adhæret: offerens illi corpus per castitatem, fortunæ bona per paupertatem, libertatẽ per obedientiam. Perfectio verò huiusmodi non completur nisi voluntas firmetur obligatione voti. Nam bona quantò stabiliora, tanto meliora sunt. Igitur vouere se Deo per totalem sui oblationem, & sic in ecclesia statuere publicum vitę genus, non est periculosum, imò oportunum Christianæ Reipublicę.

Ad primam Luth. probationem, qua dicit, Primum ꝙ nõ parùm Christianæ vitæ repugnet, &c. nego huiusmodi votum solenne esse ex traditione & prę sumptione humana. Nam & Apostoli intelliguntur vouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando relictis omnibus secuti sunt Saluatorem, vt confirmarentur in Christi sequela. Et qđ dicit Christianum nulli legi esse subiectum nisi diuinæ penitus falsum est: & ꝺ dicit Paulo ad Rom. cap. 8. vbi scribens ad Romanos conuersos tam Iudæos quàm Gentiles inquit, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quę autem sunt à Deo ordinata sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris time. Non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Hæc Apostolus: ex quibus habemus Christianum debere subijci legibus principum non solum propter necessitatem ad euitandam iram, sed etiam propter conscientiam. Taceat ergo Luth. quoniam dum liberat Christianum ab omni humana lege prębet ei occasionem peccandi in omni genere mali. Præterea, Cur dixit Petrus in 1. epistola cap. 2. Subiecti esto te omni humanæ creaturæ, ppter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam à Deo missis ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorum? Aduertat ergo Luther. quomodo ex suo peruerso dogmate destruit temporalem rempu. Christianam.

Ad secundam eiusdem probationem in qua dicit quòd de his votis non habemus exmplum in Scripturis sacris & quod est tale, est periculosum, respondetur ꝙ etsi formaliter hæc non habeantur in Scripturis sacris, virtute tamen continentur. Nam Christus perfectionis Christianæ statum docuit, ad perfectionem autem Christianam spectant obedientia, castitas & paupertas. Obedientia quidem, quoniam in hoc maximè assimilamur Christo, qui factus est obediens vsque ad mortem. Castitas autem, quoniam per ipsam maximè abstrahimur à delectationibus concupiscentiæ, quæ reuocant animam à contemplatione superiorum. Vnde & apud Philosophos castitas maximè suffragatur speculationi. Paupertas verò, quoniam implemus consilium Christi in quo dicit, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere me. In his autem non completur Christiana perfectio, nisi voto firmemur. Nam docuit Christus ad perfectionẽ vitæ Christianæ pertinere sui sequelam, vt patet Matthę. cap. 19. Sed non qualemcunque, imò immobilem & firmam. Vnde Lucæ capit. 9. inquit, Nemo mittens manum ad aratrum: & respiciens retro aptus est regno Dei. Hanc autem immobilitatem in sequela Christi causat votum: quoniam per ipsum firmatur voluntas in bono, ergo hæc tria vouere, consonum est Scripturę Euangelicæ. Nec obstat quòd expresè non habeantur in Scriptura sacra. Multa enim seruantur in Republi. Christiana, quæ in sacra Scriptura non habentur, vt ieiunia & festa. Sufficit autem quòd non repugnant. Sed ad Dei cultum, & vitæ Christianæ integritatem spectant. Quod autem inquit Luther. opera religiosorum & sacerdotum in oculis Dei non distare ab operibus rustici, penitus irrationabile est. Nam nobilioris virtutis ex sui natura nobilius est opus, vt dignius est diligere Deum quàm Deum cognoscere per humanas scientias. Religiosorum autem & sacerdotum opera fiunt ex latria, quæ nobilissima virtus est inter morales. Quantum ergo distat in oculis Domini latria ab agricultura, tantùm distant opera religiosi

ab ope

ab operibus ruſtici: ſtante tamen fide, quæ eſt vniuerſale & primum fundamentum. Et quod inquit ſola fide omnia mẽſurari apud Deum iam ſuprà reprobauimus, vbi declaratum eſt ex doctrina Euangelica operum perfectionem graduari ex charitate, quæ maior eſt ſpe & fide, & quocunque habimorali.

Num ſuſtinenda ſint à principib⁹ religiones.

Quantum ad ſextum ſuadẽs Luth. magnatibus eccleſiæ, vt religiones de medio auferant inquit, Quare conſulo primũ magnatibus eccleſiæ, vt omnia iſta vota tollant ſeu vota votariorum non approbent, nec extollant. Hæc ille.

Reprobatio, Luth. vt ouis ficta, ſe lupum furtiuè ingerit. Intendit enim ex hoc ſuo deteſtando conſilio ſanam doctrinam, quam veri & catholici religioſi diſſeminant: & ſalutifera concilia, & ſupremam animæ medicinam, id eſt, confeſsionum audientiam ab eccleſia auferre, vt ipſe & ſui ſimiles diffundant omne venenum, & perſuadeant vulgaribus latam viuendi libertatem, quã nil perniciosius in Chriſtiana Republica excogitari potuit. Poteſt abſque dubio Luth. inter eos computari, de quibus Apoſtolus 2. ad Corint. ca. 3. inquit, In nouiſsimis diebus erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, proterui, tumidi & voluptatum amatores, magis quàm Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Verùm non eſt audiendus Luthe. à vero catholico & fideli, ſed ſuum eſt ſequi Pauli cõſilium, qui in eodem loco inquit ad Timotheum, Tu verò permane in his, quæ didiciſti & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris, & quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hæc ille.

Num papa poſsit in votis diſpẽſare

Quantum ad ſeptimum tenens Luthe. Papam non poſſe in votis diſpenſare inquit, Ex his duobus inſignes errores Romani Pontificis cognoſcimus. Prior, q̃ diſpenſat in votis, facitque id, quaſi ſolus præ omnibus Chriſtianis habeat authoritatem. Tanta eſt hominum impiorum temeritas, & audacia. Si enim votum diſpenſari poteſt, quilibet frater cum fratre, & proximo ſuo & ipſe ſecum diſpenſare poteſt. Si diſpenſare proximus non poteſt, nullo iure Papa poteſt. Vnde enim hanc habet authoritatem? Ex clauibus? At claues omnibus communes ſunt, & ſuper peccata duntaxat valent Matth. cap. 18. Cùm autem & ipſi fateantur vota eſſe iuris diuini, quid miſeras fallit, & decipit animas diſpenſans in iure diuino, quod eſt indiſpenſabile? Hæc ille.

Reprobatio, Mirum eſt videre Lutheri efficaciam in poſitionibus ſuis. Super duo fundat errorem ſuum de indiſpenſabilitate voti. Primò ſuper hanc conſequentiam, Si poteſt Papa diſpenſare, ergo & quilibet frater cum proximo ſuo, quam conſtat non valere, quoniam arguit à maiori ad minus affirmatiuè: quod penitus non tenet. Sicut nec hic. Si rex poteſt expugnare caſtrum, ergo & vnus miles. Prætereà, Papa vicem gerit Chriſti, non alius hominum, & concedo quòd hanc authoritatem habuit connexam clauibus & nego quòd claues valeant duntaxat ſuper peccata. Nam valent in omnibus, quæ ſpectant ad iuſtum & ſufficiens eccleſiæ regimen, & nego eas eſſe omnibus communes: quoniam ſoli Petro dixit Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c. Et poſt reſurrectionem dixit ſoli Petro, Paſce oues meas. Secundò fundat poſitionem ſuam ſuper hanc conſequentiam, Ius diuinum eſt indiſpenſabile: ergo & votum. Quam quidem conſequentiam ſi dignatus fuiſſet Lutherus videre doctrinam Diui Tho. in 2.2. queſt. 88. ar. 10. non tantum exiſtimaret. Nam eodem modo arguit & deinde ſoluit. Arguit autem ſic, In his, quæ ſunt de lege naturæ, & in præceptis diuinis non poteſt per hominem diſpenſari. Sed implere votum eſt de lege naturę, & eſt etiam præceptum legis diuinæ, vt ex ſupradictis patet: ergo in voto diſpenſari non poteſt. Ecce Luthe. argumentum. Sic autem diuus Thom. reſpondet, Ad hoc dicendum, quòd ſicut ex iure naturali, & diuino præcepto tenetur homo implere votum: ita etiam ex eiſdem tenetur obedire ſuperiorum legi vel mandato: & tamen cum diſpenſatur in aliqua lege, non fit vt legi humanæ non obediatur, ſed fit vt hoc quod erat lex non ſit lex in hoc caſu, ita etiam fit authoritate diſpenſantis ſuperioris, vt hoc quod continebatur ſub voto non contineatur: inquantum determinatur in hoc caſu ibi non eſſe congruam materiam voti. Et ideo cũ prælatus diſpenſat in voto, non diſpenſat in præcepto iuris diuini, aut naturalis, ſed determinat id, quod cadebat ſub obligatione deliberationis humanæ: quæ non potuit omnia circunſpicere. Conſtat igitur quo ſolus Papa & cui cõmiſerit, diſpenſare poteſt in votis: & tamẽ in hoc non facit contra ius naturale, nec contra præceptum diuinum.

Num præſtitui valeat temporis terminus in votis.

Quãtùm ad octauum aduerte q̃ Luthe. tenens non poſſe præſtitui terminum temporis in voto, ſic inquit. At mihi vr ſtultum ab alijs præſtitui terminum legitimi voti alterius: qui ſibiipſis non poſſunt præſtituere. Nec video cur valeat votum octauodecimo anno factũ, & non decimo, aut duodecimo. Nec ſatisfacit, quòd octauodecimo anno ſentit homo carnem ſuam. Quid ſi vix vigeſimo aut trigeſimo anno ſentiat? Aut cur non diffinitur æquè terminus obediẽtię aut paupertatis: Sed quod tempus dabis quo ſe auarum aut ſuperbum ſentiat, cum etiam ſpiritualiſſimi vix hos effectus deprehendant? Hæc ille.

Reprobatio, Luth. hic ſe neſcire ſimulat rationem præſtituti termini temporis in vouendo, cùm vel leuiter conſideranti ſit aperta. Eſt autem hęc, In vero ac efficaci voto deliberatio requiritur: quę vt in pluribus non datur in anno decimo, nec in duodecimo niſi debilis & valdè flexibilis ad oppoſitum: ex conſequenti non habet firmitatem, quæ in voto requiritur. In voto enim firmatur voluntas in bono. Qđ autem inquit, Nec ſatisfacit, q̃ octauodecimo ſentit homo carnem ſuam, &c. Ratio illa apud rudes & vulgares multũ valet. Sed veri Theologi altius ſentiunt dicunt enim hoc ió eſſe, quia ante pubertatis annos non eſt clarus vſus rationis & firmus: ideo non poteſt ſe homo obligare voto, & præcipuè voto ſolenni, quale eſt votum continentiæ in religione. Idem intellige de voto obedientię, & paupertatis. Quod autem dicit de auaro & ſuperbo ad ꝓpoſitam rationem noſtram non pertinet. Neque enim ſtatuitur terminus votis, quia in octauodecimo anno & vltra ſentit homo carnem ſuam, quaſi non ſentiat in 10. aut 12. Hæc inquam non eſt ratio noſtra ſed eſt vt diximus, qm̃ in anno 10. aut 12. nõ viget rationis vſus, nec firmatur. Conſtat igitur quàm irrationabiliter Luth. damnat vota & præcipuè ſolennia, & quomodo opus intra votum prętãtius eſt opere extra votum. Hæc de prętenti capite dicta ſint.

CAPVT V.

De Regulis bene viuendi ad omnes hominum ſtatus communibus, & particularibus.

IN 5. c. tradenda eſt Chriſtiana generalis & recta viuendi, & operandi forma, in ſingulo fidelium ſtatu obſeruanda. Priùs autem numerabimus ſingulos fidelium ſtatus: deinde vnicuique rectam ac generalem aſſignabim⁹ viuẽdi normã.

Status Fidelium varij ſunt.

Status fidelium ſunt iſti,

Prælati, in quibus cõprehenditur primò, ſummus pontifex, vt caput,
Cardinalis,
Patriarcha,
Archiepiſcopus,
Epiſcopus,
Abbas,

Clerici, in quibus comprehenduntur: primò, ſacerdotes,
Diaconi,
Subdiaconi,
Et quatuor minores ordines.

Religioſi, in quibus comprehenduntur omnes renunciantes ſeculo: & dedicantes ſe Deo per votum ſolenne & congregatim viuentes. Sed & anachoretæ eis annumerantur.

Principes ſeculares, in quibus primò cõprehenditur rex, dux, archidux, marchio, comes, & omnes qui ſuper alios poteſtatem, & iuriſdictionem habent.

Priuati, in quibus primò comprehenduntur nobiles, ciues, diuites, pauperes, domini familiæ, ſerui familiæ, mercatores, & artifices, iuuenes, & ſenes, & ſimplices & milites.

Mulieres in quibus comprehenduntur virgines, viduę, nuptæ.

Coniugales, id eſt maritus, & vxor.

Progenitores & filij.

Regula prælatorum conſiſtit in trib⁹. Quæ omnia extrahuntur ex doctrina Chriſti & Pauli.

Prælatorum regula bene viuendi.

Primò non notentur crimine diffamatorio, ſed redoleant & ſplendeant bonis habitibus. Vnde Paulus ad Titum capite primo, inquit, Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum,

non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum,ſed hoſpitalem,benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem,amplectentem eum,qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana,& eos qui contradicunt arguere.

Secundò quòd in corde non maiorem, ſed minorem & ſeruum ſe exiſtimet. Dicit enim Chriſtus Matt. cap.20.Qui cunque voluerit inter vos maior fieri,ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus fieri,erit veſter ſeruus.

Tertiò quòd officium ſuum ſit paſcere oues ſuas, doctrina ſana:& ſecundum Paulum 1. ad Theſſal. cap. 5. corripere inquietos, conſolari puſillanimes, ſuſcipere infirmos,patientem ſe exhibere ad omnes,& in 2.ad Timo.cap. 4. prædicare Dei verbum,inſtare opportunè,importunè obſecrare,arguere, increpare in omni patientia & doctrina. & vt inquit Paulus ad Gal.cap.6.ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos vt ſpiritales eſtis patres & paſtores huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.

Clericorum rectus viuendi modus.

Regula clericorum & in primis ſacerdotum, & eis miniſtrantium in altari ſecundum doctrinam Pauli eſt quòd habeant doctrinam & ſcientiam ſanam, & vitam ſanctam & famam bonam ac odoriferam,offerentes & orantes pro delictis ſuis,& populi, habentes cor vnum & animã vnam in domino,induentes ſe ſicut Dei electi viſcera miſericordiæ,& pietatem habentes.De ſacerdote autem in ſpecie inquit Paulus 1. ad Cor.cap.3. Oportet & illum teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. De diacono autem inquit, Diaconos ſimiliter pudicos,non bilingues,non multò vino deditos:non turpe lucrum ſectantes,habentes miniſterium fidei in conſcientia pura, & hi autem probentur primum, & ſic miniſtrent nullum crimen habentes.

Religioſorũ vita.

Regula religioſorum compendiosè traditur ab Hugone de clauſtro animæ: & ſtat in hoc, Religioſi eſt in obedientia,caſtitate,& paupertate viuere,deuotè orare,diuina appetere & contemplari, carnem contra vitia & concupiſcentias caſtigare,in omnibus, & ſuper omnia Deum diligere atque honorare. Prælati vt patres non vt domini cuſtodiant ſubditos ſuos. Subditi prælatis voluntariè obediant. Deuoti ſint ſenes,& iuuenes laborioſi.Sit honeſtas in habitu,in victu mediocritas. Sint in clauſtro aſsidui, extrà & maximè in foro aut curia rari.Non ſint ciuiles,ſed clauſtrales.Intendant Pſalmis, & non cauſis. Non ſit rumor in clauſtro,ſed dilectio & pax.In capitulo non lites, ſed correctio.In choro ſancta ſimplicitas: circa altare reuerentia & honeſtas.

Principum viuendi regula.

Regula principum, & iudicum, & rectorum habetur in 2.Paralip.c.19.Vbi Ioſaphat rex ad iudices & rectores populi ſic inquit, Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium,ſed Domini, & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum cum diligentia cuncta facite.Non eſt enim apud Dominum Deũ noſtrum iniquitas. Nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.Hæc ibi. Eſt ergo veri ac fidelis principis officium non permittere pauperes à ſubditis ſuis opprimi:& multominus ipſi opprimant. Malos vſus & deprauatas conſuetudines in terris ſuis deſtruant. Cauſas pauperum, viduarum,orphanorum audiant,& eis intendant ac defenſent. Munera pro agendo iudicio, aut feſtinando aut reſtaurando non accipiant. Nil à ſubditis extorqueant: neque vi auferant. Qui enim agunt oppoſitum arguuntur & reprobantur à Deo per Iſaiam capit.1.vbi inquit, Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij: Iuſtitia habitauit in ea: non autem homicidę: Principes tui infideles:ſocij furum. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones,pupillo non iudicant, & cauſa viduę non ingreditur ad eos.

Nobilium ciuium, ac diuitum viuendi regula.

Regula priuatorum quò ad nobiles ciues & diuites,hæc eſt,Ne quid iniuſtè acquirant nec propter diuitias pauperes,& vicinos ſuos contemnant.Egentes ſuſtineant & conſeruent.Operariis citò & iuſtè perſoluant, adulatores non audiant,neque remunerent,ad vicinorum ſuorum concordiam,& pacem aſsiduè laborent.

Pauperum regula.

Pauperum verò regula hæc eſt, Diuitibus ſponte & libenti animo ſeruiant, nec eis propter diuitias male inuideant. Nec propter fugandam paupertatem adulatione, detractione vel ſuſurratione peccent in diuites. Paupertatem patienter ſuſtineant,exẽplo Chriſti. Iniuſte ditari non cupiant nil furti ab aliena familia, nec à vicinis recipiant.

Dominorum familiæ & ſeruorum regula.

Dominorum familiæ & ſeruorum regula hæc eſt, Dicit Paulus ad Ephe.c.6.Vos Domini remittite ſeruis minas ſcientes quia illorum & veſter Dominus eſt in cęlis:& perſonarum acceptio non eſt apud Deum.Dicitur & Eccleſ.capite ſeptimo.Ne lędas ſeruum tuum in veritate operantem.Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua,nec defraudes eum libertate,neque inopem dimittas illum.

Dominorum familiæ & ſeruorum regula.

Seruorum erga dominos regula.

Seruorum erga dominos regula hæc eſt.Dicit Paulus ad Colo.cap.3.Serui obedite per omnia dominis carnalib. non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes: ſed in ſimplicitate cordis timentes Dominum. Quodcunque facitis ex animo operemini,ſicut Domino & non hominibus: ſcientes quòd à Domino recipietis retributionem hæreditatis.Domino Chriſto ſeruite.Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniuſtè geſſit,& non eſt perſonarum acceptio apud Deum.Dicit Petrus in epiſt.prima,cap.2. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,non tantum bonis & modeſtis,ſed etiam diſcolis.Hęc eſt enim gratia,ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtia patiens iniuſtè.

Seruorum erga dominos regula.

Famulorum ſiue ſeruitorum erga dominos regula hæc eſt, Dum ſeruiunt caueant ſe à fraude & negligentia. In rerum ſibi commiſſarum cuſtodia ſiue diſpenſatione fidẽ ſeruent:nihil occultè rapiant,nec alios rapere permittant. Malum non referant vxori, nec filijs ne diſſenſiones inter eos oriantur.A ſuperbis reſponſis caueant. Dominos & domini vxorem & filios verbis,& ſignis honorent. Eis obſequantur prout dominus domus diſpoſuerit. Miſſi mandata fideliter exequantur, & citò reuerti ſtudeant: laboris ac ſeruitutis ſuæ mercedem prudenter & vtiliter expendant.Item in humilitate viuant,vt eorum labor non ſolùm in præſenti mercedem accipiat, ſed & apud Deum remiſſionem accipiat peccatorum.

Mercatorum & artificum regula.

Mercatorum & artificum regula hæc eſt,Dies feſtos obſeruent.non ſcienter mentiantur,non periurent. Venalia & quæ operantur non falſificent, Ab illicito & iniuſto lucro caueant.Ad diem ſiue tempus non vendant charius propter dilationem habito reſpectu ad tempus.Debita tempore ꝓmiſſionis perſoluãt:ęquam ſtateram & menſuram, & æqua pondera habeant.

Hoſpitariorum regula.

Hoſpitariorum regula hęc eſt,Malos in hoſpitio ſuo ſcienter non recipiant,nec ſtare permittant, ne noceant bonis. Contà hoſpites ſuos iniuriam non exerceant,nec in re, nec in perſona,nec in fama,non patiantur hoſpites in domo ſua fornicari & adulterari. Venalia non falſificent. Iuſtam & rationabilem computationem faciant,non grauantes,nec extorquentes pecuniam ab hoſpitibus ſuis.Ludos prohibitos & deceptorios non permittant: ſed multò minus Dei blaſphemias & inhonorationes.

Iuuenum regula.

Iuuenum & adoleſcentum regula hæc eſt,Aſſueſcant in iuuentute benè & virtuosè viuere:nam ſi malè aſſueuerint, cum ſenuerint non recedent à mala eorum vita. Sint ante omnia ſobrij & pudici:bonarum artium & ſcientiarum ſectatores,vt morte otium abhorreant:quoniam multa mala docebit eos ociositas.Senibus probis adhæreant, eis aſſurgant & obtemperent. Maiorum laudabilem ſectentur vitam.Nõ ſint vani,non inanis gloriæ cupidi,non ſuperbi,nõ verboſi: de bonis non ſe extollant: de malis non exultent. Super omnia Deum timere & mandata eius ſeruare diſcant. Malorum conſortia deuitent, ne peruertantur ab eis.

Senum regula.

Senum regula,quam & Paulus ad Titũ c.2. breuibus tangit,hęc eſt,Senes ſobrij ſint & pudici,prudentes, ſani in fide,in dilectione in patientia.Senes non ſunt vexandi laboribus,ſed in conſilijs in regimine exercendi.Iuuenibus præſint exemplo: eos reprehendentes & caſtigantes ſi malè, aut dixerint,aut egerint. Turpitudinem,neque verbo, neque actu coram iuuenibus habeant,nec eos in ſuperbijs, & vanitatibus laudent,neque eis applaudent. Loca ſacra & diuina frequentent, orationibus diuiniſque laudibus inſtant memorantes ſe breui migraturos ad Dominum, ad quem ſi imparati & impuri acceſſerint vęh illis perpetuum.

Simplicium & vulgarium tam in ciuitate quàm extra viuendi regula hęc eſt, Diſcant quæ ſibi nollent fieri, nec alijs facere. Quæ de neceſſitate ſalutis diſcenda & credenda ſunt, diſcant & credant. Erga diuina reuerenter ſe habeant. Sacramenta ſanctę matris eccleſię non poſtponant,præcipuè baptiſmum, miſſam & pœnitentiam, ieiuni ad miſſam accedant,in qua non loquantur,non circunſpiciant,ſed deuotè orent, Deo gratias agant, Chriſti paſſionem

paſsionem meditentur & condoleant.

Militū qualis vita eſſe debeat. Militum regula datur à Ioanne Baptiſta dum baptizaret eos in Iordane Lucæ cap. 3. Vbi tria docuit eos. Primo neminem concutiatis,ſcilicet offendendo eum in perſona indebitè propter potentiam & libertatem vobis datam:qua non debetis vti niſi in bonum.

Secundò, neque calumniam faciatis, eſt autem calumnia falſa & malitioſa criminis impoſitio:quam ſolent milites adinuenire vt expolient & diripiant aliena imponentes inobedientiam,proditionem,conſpirationem contra principem. Dicit ergo Ioannes, neque calumniam faciatis vt iniuſtè rapiatis aliena, & depopulentur ciuitates & caſtra.

Tertiò dicit, Contenti eſtote ſtipendiis veſtris, ſcilicet vobis aſsignatis à principe vel præſidentibus Reipub. pro defenſione patriæ & iuſta hoſtium propulſione, ac recuperatione eorum, quæ iniuſtè vſurparunt:nam ad hunc finem inſtituta eſt vera militia à principio mundi. Vnde legimus Geneſis cap. 14.quòd Abraham cum rege Sodomorum proceſſerunt in bellum contra, reges, qui captiuum duxerant Loth cum vxoribus & paruulis: & abſtulerant omnem eius ſubſtantiam, & recuperauit omnia, & in libro Deuteronomij cap.20.deſcribitur lex belli vt videre poteris.

Virginum regula. Regula mulierum incipiendo à virginibus hæc eſt, Virgines ſint animo & toto corpore & omni ſenſu compoſitæ.Inter cætera ſint verecundæ: non loquaces, non oculos ſublimes, non vagos teneant. Iuuenum domeſtica conſortia deuitent, neminem ſenſuali amore diligant, ne paulatim irretiantur. Adulatores & adulatrices non recipiant, nec audiant. Verba inhoneſta abhorreant. Orationibus & manuum exercitio inſiſtant exemplo ſacratiſsimæ Virginis.Publicos diſcurſus & ludos & choreas deuitent, ne infamiæ notam & pudicitiæ ſuæ diſcrimen incurrant.

Viduarum regula. Regula viduarum hæc eſt,Continentiam diligant, orationibus inſiſtant & eleemoſynis.In veſtitu habitu, inceſſu ſermone humilitatem oſtendant.Homines ſuſpectos in domo non recipiant. De conſilio probati ac ſenſati viri & timentis Deum ſe regant & viuant. Caſtam familiam habeant,& per vicos non diſcurrant. Sanctarum viduarum Iudith, Annæ, Heliſabet vitam meditentur, & præ oculis in omni opere ſuo habeant. Paulus autem in epiſtola 1.ad Timotheum cap. 4. De viduarum vita ac conuerſatione & opere ſic ſcribit.Si qua vidua filios aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere:& mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum eſt coram Deo. Quæ autem verè vidua eſt deſolata ſperet in Deum,& inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die.Nam quæ in delitiis eſt viuens,mortua eſt.Et hoc præcipe vt irreprehenſibiles ſint.

Nuptarum regula. Regula nuptarum ex doctrina Pauli in variis epiſtolarum ſuarum locis ſic colligitur,Primò non indecenter, non luxuriosè, non fucatè ſe exornent. Aures, collum, guttur, caput tegant,Compoſitè & humiliter in eccleſia & vbique ſe habeant:alias, ſiue nuptas ſiue innuptas, per ſuperbiā non deſpiciant,ſuperiores honorent,maritum diligant, familiam regant, diligenter domum gubernent, ſeipſas honeſtas non ſuſpectas & irreprehenſibiles exhibeant. Diſcordias & lites non ſuſcitent, pacem in omnibus conſeruent.

Coniugatorum regula. Regula coniugatorum traditur à Paulo ad Epheſ. cap. ſexto,Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam ſuam. Vxor autem timeat virum ſuum. Et dicit Petrus in epiſtola 1.cap.3.Viri cohabitantes ſecundum conſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartiētes honorem.

Regula parentum erga filios & ecōuersò habetur à Paulo Ephe.cap.6.vbi inquit,Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros:ſed educate illos in diſciplina,& correctione Domini:filij obedite parentibus veſtris in Domino,hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam,quod eſt mandatum primum in promiſsione vt benè ſit tibi,& ſis longæuus ſuper terram.

De vita & moribus coniugatorum ad inuicem & parentum & filiorum ad inuicem, diffuſè pertractauimus in Epitomate ſuper Oeconomicā Ariſtotelis:& in ciuili Philoſophia Platonis.Vide tu ad placitum.

Regula generalis iuſtè ac rectè viuendi in omni ſtatu fidelium hæc eſt, Prælatos eccleſiæ, ſacerdotes, religioſos,ac quæ ad diuinum cultum dedicata ſunt vbique honorent:etiam ſi aliquos in eis defectus deprehendant, qm̄ & Chriſtus ſacerdotes & Leuitas malos honorauit.Sanam doctrinam ab eis audiant & petant in illis inſtrui,quę ad animę ſalutem ſpectant.A detractione:adulatione,blaſphemia mendacio pernicioſo, piurio,verbis deſidioſis,criminalib. turpibus & inhoneſtis abſtinent.Eccleſię & maiorum inſtituta & præcepta ſeruent, conſilia ſana non deſpiciant,dies feſtos ſanctificent,pœnitentias iniunctas non paruifaciant. Miſſas,diuinos ſermones, & diuina officia diebus ſtatutis non omittant.Ablata reſtituant, ſine quibus peccatum non dimittitur.In fide ſint vnanimus,compatientes ad inuicem, fraternitatis amatores,miſericordes,humiles,modeſti, non reddentes malum pro malo,neque maledictum pro maledicto,ſed econtrario.In ſumma Deum timere, mandata eius obſeruare,& ad hoc reſpicere & intēdere debet omnis homo,Eccleſiaſtes ca.vlti.Et,vt inquit Paulus ad Galat.cap. 6. Quicunque hanc regulam ſecuti fuerint pax & miſericordia Domini ſuper eos.Hæc de præſenti ca. ſcripta ſint.

Sexta Partis philoſophiæ finis.

SEPTIMA PARS PHILOSOPHIÆ MORALIS

Diuinæ & Chriſtianæ,de ſeptem beatitudinibus præſentis vitæ,vnico complexa Tractatu.

TRactaturi ſumus in Parte octaua de æterna felicitate,ad quam Deus optimus hominem cōdidit:& ad quam quæcunque de virtutibus,de donis,de pijs operibus, de vitandis capitalibus vitijs.de ſeptem ſacramentis docuimus veluti opportunę diſpoſitiones ad formā ordinātur.Doctrinæ ergo ordo requirit,vt prius de beatitudinibus præſentis vitę conſideremus: quas Seruator humani generis nos docuit, vtpote iſagogicas ad æternam.Sicut enim impoſſibile eſt lignum inflammari & ardere,niſi prætio calore & ficcitate, ſic hominem poſt hanc vitā beatificari,niſi prætijs his beatitudinibus,de quibus acturi ſumus.Earum igitur reſolutā doctrinam in vnico Tract.complectemur:quem in 11.capita diuidimus.

In primo agendum eſt de præcognoſcēdis, vt principijs vniuerſalibus, ne ex prioribus ignotis deſcēdamus ad ſpecificam vniuſcuiuſque beatitudinis doctrinam.

In ſecundo de beatitudine paupertatis.

In tertio de beatitudine manſuetudinis.

In quarto de beatitudine luctus.

In quinto de beatitudine eſuriei & ſitis iuſtitiæ.

In ſexto de beatitudine miſericordiæ.

In ſeptimo de beatitudine mundi cordis.

In octauo de beatitudine pacis.

In nono de confirmatione ſeptem beatitudinum.

In decimo ſi præmia aſſignata ſpectant ad præſentem vitam vel futuram.

In vndecimo ſi prędia correſpondent beatitudinibus.

CAPVT I.

De Præcognoſcendis ad beatitudines.

IN primo cap.agendum eſt de præcognoſcendis,vt principijs vniuerſalibus,à quorum præcognitione pendet ſpecifica vniuſcuiuſque beatitudinis doctrina. Hęc autem præcognoſcenda ſunt.

Primò quid ſignificat apud ſapientes hic terminus, Beatitudo.

Secundò quot modis ſumitur Beatus in Scriptura ſacra.

Tertio quot ſint beatitudines, & de earum ſufficientia.

Quantum ad primum aduerte quòd hæc tria per ordinem ſe habent,Virtus felicitas, beatitudo. Virtus namque eſt quid perfectum, felicitas quid perfectius, beatitudo quid perfectiſſimum.

Virtus eſt quid perfectum in genere moris. Virtus quidem eſt quid perfectum: quoniam eſt habitus, quo in quolibet genere boni moraliter, bene ac perfectè operamur, vt quoniam vti delectabilibus moderatè & vt ratio dictat, bonum eſt:ideò temperantia quæ circa

delectabilia versatur, virtus est: & quoniam resistere aduersantibus iustitiæ & libertati & legi & patriæ, bonum est, ideo fortitudo quæ circa huiusmodi versatur virtus est. Et quoniam communicare proximo in commutationibus & distribution bus & contractibus, vt legis benè ac rectè positæ dispositio requirit bonum est, ideo iustitia quæ circa huiusmodi versatur virtus est. Et quoniam ordinare totam vitam propriam, & subditorum secundum electionem conferentium mediorum ad bonum & approbatum finem, bonum est, ideo prudentia quæ circa huiusmodi versatur virtus est.

Constat igitur quomodo virtus est quid perfectum in quolibet genere boni moraliter, & q̃d sit. Sed de virtute satis pertractauimus in Epit. super Ethicem & in Philosophia morali Platonica: & in secunda Parte huius nostri Operis, ideo hic non est immorandum.

Felicitas est quid perfectius virtute.

Felicitas autem est quid perfectius virtute, quoniam est operatio proueniens ab animo perfecto secundum omnem virtutem lõga cõsuetudine firmatam. Pro cuius notitia aduerte, quòd ex vnaquaque virtute sigillatim dicitur homo virtuosus: nam tẽperatus est virtuosus, & iustus est virtuosus. Ad hoc autem q̃ sit felix, non sufficit q̃ operetur secundum vnam solam virtutem, etiam per consuetudinem firmatã, sed secundum omnes, licet principaliter secundum virtutem sapientiæ in felicitate speculatiua, & secundum virtutem prudentiæ in felicitate practica, vt docuimus in 10. Ethic. Et ratio differentiæ sumitur ex eo q̃ virtus nõ habet perficere omnes animi potentias, sed eam, circa cuius materiam versatur. Vt temperantiæ, sufficit perficere concupiscibilẽ, quò ad delectabilia & contristatiua secundũ tactũ, & ad fortitudinẽ sufficit perficere irascibilẽ, quò ad timores & audacias & mãsuetudini quò ad iras, & iustitiæ sufficit perficere voluntatem quò ad actiones cõmutatiuas & distributiuas, quæ sunt ad alterum, felicitas autẽ habet perficere totum hominem secundũ omnes potentias, in quibus potest esse bonũ & malũ. Vnde felix est, qui operatur perfectè secundũ omnes potentias animæ, in quibus possunt esse virtutes morales & intellectuales. Et hanc differentiam innuit Aristoteles in 1. Ethic. vbi agens de felicitate inquit, q̃ sicut vna hirundo apparens non facit ver, sed hirundines aggregatæ, sic nec vna actio studiosa, scilicet procedens ab vna virtute facit hominem felicem: sed oportet vt operetur secundum aggregatas in eo virtutes.

Dicitur autem secundũ consuetudinem firmatã, quoniã ad felicitatem non sufficit vnã aut paucas & breui tempore actiones omniũ virtutum, sed continuitas & perseuerantia: nam sicut dies vna clara & serena nõ facit æstatem, aliter in hyeme multoties esset æstas, sed oportet dies serenas perseuerare ad hoc q̃ sit æstas: sic vna actio omnium virtutum non facit hominem felicem sed oportet in eis perseuerare in vitam perfectam vt docuimus in 1. Ethicorum. Constat igitur quomodo felicitas est perfectior virtute, & quid sit, & in quo differat à virtute.

Beatitudo quid sit.

Beatitudo autem absolutè sumpta, apud Theologũ importat quid perfectius quam sit virtus & felicitas, quoniam dicit statum omnium bonorum congregatione perfectum: cum exclusione omnis mali, quo potest fieri homo miser aliquo genere veræ miseriæ. Nam secundum doctrinam diui Aug. Beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Beatitudo igitur q̃ in hoc in se continet omnia bona includit omnes virtutes, omnis actus omnium virtutum, & omnia conferentia bona ordinata ad virtutes & earum actus, & excludit ac repugnat omnibus contrariis: ideo dicitur quid perfectissimum respectu virtutis & felicitatis. Et aduerte q̃ dicitur esse status omniũ bonorũ. Differt enim hominẽ stare, id est, quiescere in possessione omnis boni, & tẽdere ac moueri ad acquisitionem omnis boni. Nam primum est simpliciter optimum, quoniam est in termino: secundum autẽ non, sed est via ad optimum. Qui igitur est in statu omniũ bonorum, est simpliciter beatus, qui autem in motu & progressu, est beatus secundũ quid: quoniã est beatus in spe, siue in via, siue in merito: in quo sensu hic terminus Beatus frequentatur in Scriptura sacra. Sicut illud Psal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beatus populus, cuius est Dominus Deus eius. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates. In primo autẽ sensu, s. pro beato simpliciter, rarissimè inuenitur præterquam in Apoc. cap. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur: & ca. 19. Beati qui vocati sunt ad nuptias agni. Constat igitur, qũo beatitudo est quid perfectissimũ, & quid importat, & quando sumitur simpliciter, & quãdo secundum quid.

Beatus quot modis sumitur in Scripturis.

Quantum ad secundum videndum est quot modis sumit beatus in Scriptura sacra, vt scias in quo sensu intelligit Seruator dicens Matt. c. 5. Beati pauperes spiritu. Beati misericordes, &c. Tu igitur aduerte quot modis sumitur.

Primò pro eo qui affluit fortunæ bonis, & hæc est acceptio fm vulgum, nam bene fortunatum beatum appellat, licet sit falsa & imaginata beatitudo: qm̃ & apud veros Philosophos morales reprobatur vt videre poteris in Epito. in 1. & 10. Ethic. & in 7. Politi. & in Philo. morali Plato. Tracta. 7. Et in Scriptura sacra etiam reprobatur. Nam dicitur Isaiæ cap. 3. Populo meus, qui te beatum dicunt, scilicet ex fortunæ bonis, ipsi te decipiunt, quoniam, scilicet cum sint instabilia, nec in potestate possidentium, nec possidentes perficiant secundum animam, plerumque deprauati, nõ possunt beatificari.

Et dicitur Eccles. cap. 31. Approbando oppositum, Beat⁹ vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Et Dauid in Psalmo, Beatum dixerunt populum cui hęc sunt, s. fortunæ bona. Sed ipse implicitè hanc sentẽtiam reprobans inquit, Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Secundò sumitur pro eo, qui dignus est vera laude, & præconio, & approbatione, & benedictione apud Deum & omnes rectè sentientes, & in hoc sensu pro maiori parte sacra Scriptura ex consuetudine linguæ Hebraicæ vtitur nomine Beatus, vt Gene. capite 30. dixit Lya postquàm ei peperit filium Zelpha, Beatã me dicent omnes mulieres, & Prouerb. capite 14. Qui miseretur pauperi, beatus est. & Eccle. ca. primo. Beata terra, cuius rex nobilis est. & Eccl. c. 14. Beatus vir qui non est lapsus verbo, & capite 25. Beatus vir qui inuenit amicum verum: & in Euangelio est vsitatissimũ verbum in prędicto sensu. Vnde Lucæ c. 1. Beata quę credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino. Et iterum Beatam me dicent omnes generationes: & c. 11. Beatus venter qui te portauit, & capit. 12. Beatus seruus quem dominus inuenerit vigilantem, & cap. 23. Beatæ steriles & ventres quæ genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.

Tertiò sumitur p eo, qui incumbit vitę contemplatiuæ & verę sapientiæ, & in hoc sensu dixit Regina Saba ad Salomonem in 3. Reg. c. 10. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiant sapientiam tuam. & Prouer. ca. 3. Beatus qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudẽtia, & qui tenuerit eam beatus. & Dauid in Psal. Beatus homo quem tu erudieris Domine. Dominus enim veram sapiẽtiam docet.

Quartò sumitur pro eo, qui se ab omni macula peccati mundum custodit. Iuxta quem sensum dicit Dauid in Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beatus vir qui in via peccatorum non stetit: & Ecclesia. 31. Beatus vir qui inuentus est sine macula: & Apoc. c. 16. Beatus vir qui vigilat & custodit vestimenta sua semper candida.

Quintò sumitur p eo qui se exercet in actibus maximè meritorijs ęternę vitæ & quibus perfectiores fieri non possunt pro pręsenti vita: in ordine ad beatitudinem æternam consequendam. Isti sunt actus, quorum principia sunt virtutes coniunctæ donis Spiritus sancti. De quibus diximus in parte quarta, quòd faciunt hominem operari bonũ modo suprahumano, ideo constituunt hominem in statu optimo, qualis potest haberi pro hac vita: ex consequenti faciunt ipsum beatum in radice, siue in fundamento: quoniam actus meritorius est fundamentum prẽmij & faciunt ipsum beatum in spe: quoniam ex merito quis rationabiliter sperat præmium, & faciunt ipsum beatum inchoatiuè, quoniam exercitatus & assuefactus optimis ac perfectis actibus meritorijs, incipit degustare quàm magna sit multitudo diuinæ dulcedinis. Hæc beatitudo Christiana præsentis vitę dicitur fundata in timore Dei filiali: in amore, in pietate in misericordia, in pace, in cordis mundicia, in patientia, in sufferentia tentationum, in humilitate & depressione spiritus. Hæc est quam distinguit Seruator Matth. capite quinto, in septem, & de quibus singulis acturi sumus, in præsenti tractatu.

Sed aduerte quòd mundi sapientes, qui non aliam cognouerunt felicitatem, quàm eam quæ est præsentis vitæ, non reputant beatitudines, sed miserias & pœnas & impedimenta felicitatis. Nam, vt docuimus in 1. Ethi. Tract. 2. capit. 7. Aristoteles, qui de felicitate, & miseria hominis

post

poſt mortem,mentionem non fecit, ſed ſolùm immoratus eſt in traditione felicitatis pro præſenti vita,probare conatus eſt,diuitias,nobilitatem generis, claram ſobolem, veros amicos requiri vt ſit homo felix:oppoſita autem præcipuè paupertas,oppreſſio,luctus,infamia,perſecutio,impediunt felicitatem.Vnde apud Ariſtotelem,ex omnibus beatitudinibus,quas tradidit Seruator,nullam acceptaret præter miſericordes,pacificos,& mundos corde. Sed veri fideles credentes indubiè hominem non poſſe felicitari niſi poſt mortem:vt declarabimus in Parte octaua, recipiunt has beatitudines vt vias perfectiſsime meritorias æternæ beatitudinis, faciunt enim hominem liberum à miſeria culpæ:& ab occaſione culpæ:licet non pœnæ:quoniam lugere, eſurire,ſitire, perſecutionem pati,pœna eſt, licet autem ſint pœnæ in ſe,tamen in ordine ad Deum aſſumptæ auferunt ab homine occaſionem peccandi,& eleuant humanum affectum ad diuina. Sicque optimè diſponuunt animum ac benemeritum reddunt æternę beatitudinis, ideo rationabiliter dicuntur beatitudines viæ,licet non patriæ. Prætermiſsis ergo omnibus aliis modis,quibus dicitur beatus, agendum eſt tantum de quinto modo: quoniam de eo intendit Seruator. Sunt enim beatitudines iſtæ vltimæ perfectiones merendi:quas pro hac vita habere valeamus: euacuant enim omnem culpam,& omnem culpæ occaſionem atque delectationem, faciuntque bonum delectabiliter operari quantùm poſſibile eſt viatori operari. Vnde apud aliquos dicuntur virtutes purgati animi:quoniam animum ab omni miſeria culpæ purgant vltima purgatione poſſibili viatori.

Vtæ dominę duæ ſunt.

Quotnā ſint huius vitæ beatitudines.

Quantùm ad tertium inueſtigandum eſt de numero & ſufficientia harum beatitudinum.Tu igitur aduerte quòd Theologi in hoc numero non concordant. aliqui nanque ponunt eas octo,aliqui ſeptem.

Qui ponunt octo fundant ſe ſuper nudam literam text⁹ Mat.cap.5.vbi octo numerantur,ſcilicet.

Pauperes ſpiritu,
Mites,
Lugentes,
Eſurientes & ſitientes iuſtitiam,
Miſericordes,
Mundi corde,
Pacifici,,
Patientes perſecutionem propter iuſtitiam & odium & maledictiones.

Qui ponunt ſeptem,fundant ſe ſuper ſenſum literæ magis quàm ſuper literam nudam.Vnde dicunt, quòd vltima eſt,Beati pacifici,ea autem,quæ ſequitur,ſcilicet patientes perſecutionem,non diſtinguitur realiter à præcedentibus, ſed eſt velut epilogus præcedentium interpretatiuè: & cõtinens omnes præcedentes virtualiter, vt declarabitur infrà:& ſignum quòd non diſtinguatur, ſumitur ex eo quòd idem præmium,ſcilicet regnum cælorum attribuitur ei ſicut & primæ.

Licet autem vtraque opinio ſuſtentabilis ſit, tamen intẽdo aſsignare ſufficientiam earum iuxta mentẽ ſecundæ opinionis:quæ rationabilior apparet:nam ſi rectè conſideras, ea quę ponitur octaua,eſt quædam confirmatio ac manifeſtatio omnium præcedentium:ex hoc enim quòd quis eſt confirmatus in paupertate ſpiritus, i.abdicauit ſe ab omnibus terrenis,& manſuetudine & in deſiderio iuſtitiæ, & in aliis ſequentibus:prouenit quòd ab his bonis homo propter perſecutionem & odium & maledictiones ſibi illatas propter obſeruantiam iuſtitię non recedit:& ideo non diſtinguitur à præcedentibus ſimul ſumptis:ſed eas complectitur & confirmat.Aſſignabimus igitur rationem, quare ſunt ſeptem & non plures,nec pauciores.Deinde ſoluemus quædam dubia, quæ videntur determinationi fiendæ contrariari.

Pro ratione igitur ſufficientię ſeptem beatitudinum, aduerte q̃ duplici via poſſumus procedere.primo via integritatis perfectionis humanæ quantum eſt poſſibile viatori Dicimus em̃ q̃ iſtæ beatitudines perficiunt animũ vltima perfectione meriti,q̃ poſſit pro hac vita acquiri.Procedendo igitur hac via aduerte,quòd ad hanc perfectionis integritatẽ & complexionẽ tria requiruntur. Primò receſſus à malo,ſecundò proceſſus in bono & cõtinuus profect⁹. Tertiò perfectus ſtatus in optimo.

Quantùm ad primum aduerte, quòd malum ex triplici vniuerſali radice procedit. Primò ex tumore ſuperbię. ſecundò ex rancore malitiæ & iracundiæ. tertiò ex infirmitate libidinis & concupiſcentiæ,& contra hæc dantur tres primæ beatitudnes,ſcilicet contra tumorem ſuperbiæ: datur paupertas ſpiritus:quæ ſignat deiectionem ſui propter Deum,vt declarabimus in cap.2. Contra malum rancoris & iracundiæ datur mititas,quæ vt dicemus in capit.3. Non ſolum comprimit iram, ſed gloriari facit ingnominiis & iniuriis illatis propter Deum. Contra infirmitatem ac peſtem libidinis & concupiſcentiæ datur luctus:per quem, vt dicemus cap.4.ſignificatur abdicatio ab omni ſolatio ſenſuali,niſi pro quanto naturæ indigentia requirit.

Quantùm ad ſecundum,ſcilicet progreſſum & profectum in bono:aduerte quod hic profectus ſit per imitationem Dei,qui eſt primò & per ſe & à ſe perfectus. Vnde tantùm proficimus in bono,quantùm imitamur vias Dei: quibus oſtendit perfectionem ſuam erga nos. Iſtæ autem viæ ſunt duę,ſcilicet miſericordia & veritas. Vnde Dauid in Pſal. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Et iuxta has duas vias diuinas ponũtur duæ beatitudines imitatiuæ diuinę perfectionis.Prima eſt reſpectu veritatis, & hæc dicitur eſuries & ſitis iuſtitiæ: qua defenditur & roboratur veritas:ſecunda eſt reſpectu miſericordię qua ſubleuatur indigentia proximi, & iuxta hanc ſumitur quinta beatitudo,ſcilicet,Beati miſericordes vt dicemus in cap.5.

Quantùm ad tertium aduerte quòd perfectus ſtatus in optimo vt eſt poſsibile viatori,conſiſtit in duobus, ſcilicet in lympida cognitione Dei & diuinorum, & in tranquillitate cordis:in his enim prælibatur & inchoatur ęterna ac perfecta alterius vitę beatitudo,vt declarabitur infrà.Beatificabitur enim anima in clara viſione & fruitione Dei,& delectabitur in pulchritudine pacis. Et iuxta hęc duo ſumuntur ſexta & ſeptima beatitudo: ſexta quidẽ reſpectu lympidę cognitionis:& conſiſtit in cordis munditia ad videndum & ſpeculandum Deum, ſeptima autem reſpectu tranquillę affectionis & conſiſtit in pace mentis ad fruendum Deo.Tunc enim erit quies & finis & terminus omnis deſiderij,& ſic patet,quòd ſexta & ſeptima ſunt perfectiores præcedentibus : nam iſtę ſunt præmia beatitudinis ęternę hic inchoata,præcedentes autem ſunt merita ęternę beatitudinis. Vnde præcedentes ſe habent ad ęternam & conſummatam beatitudinem : ſicut radices viuę ad futuros maturos fructus,antequàm planta incipiat emittere fructus:ſexta autem & ſeptima ſe habẽt ad illam, vt modò nati fructus paulatim ad maturitatem procedentes. Hęc igitur eſt prima via aſsignandi ſufficientiam ſeptem beatitudinum.

Secunda via aſsignandi ſufficientiam ſeptem beatitudinum, ſumitur ex comparatione triplicis beatitudinis præſentis vitæ ad æternam beatitudinem cuius ſpe & merito hic dicimur beati,ſed non actu:quoniam quandiu ſumus hic,peregrinamur à Deo. Tu igitur aduerte quòd in humanis pro præſenti vita tres ſunt excogitatę beatitudines,ſcilicet voluptuoſa,actiua, & ſpeculatiua. Voluptuoſa falſa eſt & reprobatur non ſolùm ex diuina & Chriſtiana lege ſed ex vera Philoſophia, & eam reprobauimus in 1. Ethico. & in Philoſophia morali Platonis tracta.7.Actiua & ſpeculatiua veræ ſunt, ſed diminutæ, niſi perficiantur diuinis donis,vt dicemus. Quoniã igitur, voluptuoſa falſa eſt(trahit enim hominem non ad diuina,ſed ad vitam animalem) deo contra eam Seruator noſter tres ponit beatitudines primas: quibus diſponimur ad æternam in cæleſtibus:à qua nos impedit & retrahit voluptuoſa.Nam beati voluptuoſi ventrem pro Deo habent,terrena ſapiunt & guſtant,diuina autem falſi diunt,contemnunt & derident.

Vita voluptuoſa intrbus cõſiſtit.

Ratio propter quam tres primæ aſsignantur contra voluptuoſam,vt ab ea retrahamur ſumitur hinc. Beatitudo voluptuoſa in tribus maximè fundatur.

Primò in abũdãtia & exceſſu bonorũ fortunæ:Pſal.Beatum dixerunt populũ,cui hæc ſunt.Et in excellentia honorum,ac dignitatũ,Mich.c.2.Ecce beatos dicimus arrogantes.In his moderatur homo ſecundũ rationem apud Philoſoph.moralem per liberalitatem quò ad diuitias,& per magnanimitatẽ quò ad honores,vt docuimus in 4.Ethic.Sed hæc moderatio nõ ſufficit ad diſponendũ & eleuandũ animũ ad æternã beatitudinẽ:quoniã non eſt niſi modo humano,vt docuimus in parte quarta agentes de donis. Vt igit voluptuoſa,felicitas quo ad affluentiam diuitiarũ & excellentiã honorũ deprimat, & pæſundetur, datur beatitudo paupertatis ſpiritu,qua vt declarabit in ca.2.non ſolũ moderat appetitus diuitiarũ & honorũ ſed cõtẽnuntur, & eli-

guntur oppoſita per paupertatem & humilitatem.

Secundo beatitudo voluptuoſa conſiſtit in ſequela, & ſatisfactione paſſionum iraſcibilis, putà quòd vindictã ſumat de iniuriantibus, quòd opprimat maiores ſe, vt ſolus appareat potens, & omnibus de ſeipſo timorem incutiat, ſicut agere ſolent tyranni, vt docuimus in Epito. ſuper Politicam, & in Ciuili Platonica, & tu vide illic, & has quidem paſſiones moderatur virtus moralis dicta manſuetudo, ne homo excedat in earum ſequela contra dictamen rectæ rationis. Sed id non ſufficit ad diſpoſitioné æternæ beatitudinis: quoniam oportet non ſolùm non ſe vindicare, ſed vt ſecundum diuinam voluntatem animus tranquillus reddatur, & ab omni perturbatione ceſſet: vt igitur homo in paſſionibus iraſcibilis non ſolum moderatus, ſed etiã quietus ac tranquillus fiat, datur ſecunda beatitudo, quæ dicitur Mititas vt declarabitur in cap. 3.

Tertiò beatitudo voluptuoſa conſiſtit in proſecutione paſſionum concupiſcibilis, quæ verſantur circa delectabilia corporis, & præcipuè ſecundum guſtum & tactum, qualia ſunt venerea, & refugit triſtitias oppoſitas, & omnia impeditiua harum voluptatum. Has quidem paſſiones apud Philoſophum moralem, moderatur temperantia vt docuimus in 3. Ethico. & in Philoſophia morali Platonis: & in ſecunda Parte huius noſtri operis Chriſtiani. Sed id non ſufficit ad æternam beatitudinem promerendam, ſed oportet eas poſtponere, & oppoſitũ ſectari, id eſt triſtitias & corporis caſtigationes: & ad hoc datur tertia beatitudo, quę eſt luctus cuius proprietates manifeſtabimus in capit. 4. Beatitudo actiua in duobus præcipuè cõſiſtit, quorum vtrunque exhibemus proximis. Primum eſt vt proximo exhibeamus ea, quæ debemus & ad quæ ex lege obligamur & ad hoc apud Philoſophum moralẽ diſponit nos ac regulat iuſtitia, vt docuimus in libro. 5. Ethicorum, ſed diſpoſitio pro æterna beatitudine plus requirit: vt ſcilicet non ſolùm non recuſemus exhibere exhibenda proximis, ſed etiam id ſingulari affectu & feruenti deſiderio faciamus, ſicut eſuriens & ſitiens, feruenti deſiderio comedit & bibit: & ad hoc datur quarta beatitudo, quæ eſt eſuries & ſitis iuſtitiæ, cuius proprietates & naturam dicemꝰ in cap. 5.

Secundum eſt, vt proximo exhibeamus non ſolum ſibi debita, ſed etiam ſpontanea beneficia & bona & obſequia. Circa quæ apud Philoſophũ moralem regulamur per virtutẽ liberalitatis, qua docemur ex recta ratione benefacere & obſequi nobis coniunctis, aut ſanguine, aut amicitia, aut patria, aut exercitio. Sed non ſufficit ad æternam beatitudinẽ promerendam. Sed oportet propter Dei honorẽ & amorem in proximo noſtro conſiderare ipſam naturæ neceſſitatem, & non ſolùm coniunctionem ſanguinis, aut amicitiæ, &c. Et ſic omni homini indigenti ſubſidium & beneficium pręſtare, iuxta doctrinam Seruatoris Lucę ca. 14. vbi inquit, Cũ facis prandium, noli vocare amicos aut fratres, ſed pauperes, & debiles. Et ad hoc datur quinta beatitudo, quæ eſt vniuerſalis miſericordiæ. Quę quomodo ad omnes ſe extẽdat, dicemus in c. 6.

Beatitudo ſpeculatiua diſtinguitur in perfectam & conſummatam: & hæc eſt poſt vitam vt declarabimus in parte octaua. & imperfectam ac inchoatam, quæ ſe habet ad conſummatam velut vmbra ad corpus. Hęc apud Philoſophos qui de miſeria & felicitate animæ poſt mortem ſcripſerunt vt apud Platonem ſicut docuimus in ſua morali Philoſophia in Tract. vltimo, cõſiſtit in habitu ſapientiæ, quã rariſſimi attingunt. Hæc in Chriſtiana Philoſophia conſiſtit in puritate cordis, qua diſponimur ad diuinam viſionẽ. Sicut enim qui in oculis lippitudinem patitur non eſt aptus intueri claritatem Solis, ſic impurus corde Dei maximi ſummam puritatem intueri non poterit. Purum nanque ab impuro videri nefas eſt, & circa hoc ponitur ſexta beatitudo, quæ dicitur munditia cordis cuius naturam & excellentiam docebimus in c. 7. Conſiſtit etiam in tranquillitate mentis, qua homo in ſeipſo & erga Deum ac proximum pacificè viuit, & circa hoc ponitur ſeptima beatitudo: quæ dicitur beatitudo pacis: de qua acturi ſumus in ca. 8. Conſtat igitur tibi duplex via, qua aſſignatur ratio ſufficientię ſeptem beatitudinum.

Num ſint plures beatitudines.

Sed contra determinationem quatuor inſurgunt dubia. Primum eſt, Non videtur rationabile ponere pro hac vita plures beatitudines: quoniam verę beatitudinis Chriſtianę, tam in via quam in patria non eſt niſi vnum obiectum, qui eſt Deus benedictus. Cùm igitur habitus & actus vnitatem & diſtinctionem trahant ab obiecto, & beatitudo ſit actus, quoniam eſt operatio vt declaratum eſt in 10. Ethico. & magis declarabitur in Parte octaua, & vnicum ſit obiectum, debet tantũ vna aſſignari beatitudo.

Ad hoc dicitur, quòd licet ſit vnum primum obiectum: beatitudinis viæ & patriæ, non tamen vnum proximum. Nam beatitudinis patriæ proximum & primum & totale obiectum eſt ipſe Deus: ideo illa eſt tantùm vna. Beatitudinis autem viæ proximum obiectum eſt præmium ſibi correſpondens: quod multiplicatur vt declarabimus in ſingulis beatitudinibus, ideò non inconuenit beatitudines viæ multiplicari reſpectu obiecti proximi: quæ tamen reſpectu termini vltimi, qui eſt Deus ſunt vna. Vnde iſtę beatitudines comparantur ad æternam & ad Deum, ſicut viæ ad terminum & ſicut diſpoſitiones ad formam. Videmus autem quòd homo per multas vias ad vnum terminũ nititur peruenire, & per multas diſpoſitiones introducitur vna forma & multæ lineæ cõcurrunt ad vnum centrũ, q̃ reſpectu centri ſunt vnũ, in ſe autẽ cõſideratæ ſunt plures.

Secundum eſt, non videtur neceſſe aſſignare has beatitudines: quibus homo pro præſenti diſponat ſe ad promerendam beatitudinem ętternam: nam determinatum eſt in Parte quarta, quòd quia virtutes Theologicæ & morales & intellectuales non erãt principia operandi bonum niſi modo humano, qui modus non ſufficit pro diſpoſitione conuenienti ad æternam beatitudinem: vtpotè illi improportionatus (Improportionatur enim naturale ſupernaturali) ideo diuina bonitas infundit in anima fideli dona Spiritus ſancti, quę ſunt principia operandi bonum modo ſuprahumano: ex conſequenti diſponunt conuenienter & proportionatè hominem ad æternam beatitudinem: ergo iſtę beatitudines non requiruntur, vt diſpoſitoriè & iſagogicè ad ętternam beatitudinem: & tamen non alia ratione docentur à Seruatore niſi vt diſponant, &c.

Ad hoc dicitur, quòd argumentum ex falſa imaginatiõe procedit. Imaginatur enim q̃ beatitudines ſint habitus ſuperadditi donis, ſicut dona ſunt habitus ſuperadditi virtutibus, vt docuimus in Parte quarta. Hoc non dicimus, quoniam tenemus dona eſſe habitus ſufficientes, ex quibus cauſentur actus boni modo ſuprahumano, quibus homo ſufficienter diſponitur & pręparatur ad ętternam beatitudinem in ratione meriti. Vnde non ſunt neceſſarij habitus infuſi. Sed dicimus, q̃ dona non prodeſſent nobis, niſi ex eis ſequerentur beatitudines: cõparantur enim dona ad beatitudines vt habitus ad actus, vt actus primus ad actum ſecundũ, vt ſcientia ad cõſiderare, vt viſus ad videre. Vnde ſicut actus primus non prodeſſet habenti, niſi poſſet exire & exiret in actum ſecundum qui eſt operatio cauſata ab actu primo, ſic nec nobis ad ſaluté prodeſſent dona, niſi ab eis cauſarentur actus perfectiſsimi & optimi meritorij ętternę vitę. Actus autem tales dicuntur & ſunt beatitudines vitę, quibus beatificamur in ſpę, de qua inquit Paul. ad Rom. cap. 8. Spe ſalui facti ſumus. Se habent ergo beatitudines ad dona, ſicut fructus ad arborem viuam & ex ſui natura ferentem fructum: quæ niſi in tempore ſuo fructum produceret inutilis eſſet domino vineę propterea dixit Seruator de ficulnea non ferente fructum Lucę ca. 13. Ecce anni tres, ſunt, ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac & non inuenio: ſuccide ergo illam. Vt quid etiã terram occupat? Sic in propoſito dona non prodeſſent niſi ſequerentur beatitudines, ſicut non prodeſſet ſcientia non potenti vti ſcientia. Qua ergo neceſsitate ponuntur dona ſupra virtutes propter modum ſuprahumanum operandi bonum, ea ponuntur beatitudines vt fructus virtutum & donorum: quibus meritoriè prępraratur animus ad vitam beatam. Tertium eſt, Videtur repugnantia in doctrina Euangelica in numeratione harum beatitudinum. nam Lucę cap 6. tantum quatuor aſſignantur, & ſuis oppoſitis quatuor aſſignantur comminatoria pœnæ. Dicit em̃ Beati pauperes: quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos & exprobrauerint & eiecerint nomẽ veſtrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cęlo. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cęlo. Et ſubiungens comminatoria pœnarum in oppoſitis inquit, Vęh vobis diuites, qui

habe

habetis conſolationem veſtrã. Væh vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væh vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis. Væh cùm benedixerint vos omnes homines. Cùm igitur Lucas tantum quatuor numeret cum ſuis quatuor oppoſitis, ſuperfluè ponuntur ſeptem.

Ad hoc reſpondetur quod ſunt quatuor & ſeptem, ſed diuerſa conſideratione. Pro quo aduerte ſecundum Lucam Seruator pronunciauit quatuor beatitudines turbis & plebi in loco campeſtri, & non tantùm Diſcipulis vt patet Luc. capit. 6. Secundum autem Matthæum pronunciauit & docuit eas Diſcipulis, tantum in monte, in quem aſcenderat relictis turbis & vt inquit Matthæus acceſſerunt Diſcipuli ad eum, ſcilicet vt familiares & magis capaces rerum ſpiritualium, & aperiens os ſuum docuit eos non ſolùm quatuor beatitudines, vt docuerat turbas, ſed ſeptem, & ratio huius diuerſitatis fuit: quia Seruator docere voluit iuxta capacitatem ſuam & non plus, ne mente confunderentur, aut non intelligentes talem doctrinam contemnerent. Turbæ autem non niſi voluptuoſam & temporalem & terrenam beatitudinem falſam & deceptoriam nouerant. Et ideo Seruator vt eas ab hac falſa beatitudine reuocaret, & traheret ad veram: propoſuit eis quatuor beatitudines, vt vias & media ad veram: per quas reprobantur quatuor, ſuper quæ apud vulgares animos ſuſtentatur falſa beatitudo.

Primum eſt affluentia bonorum fortunæ, quæ diuitię nũ eupantur hoc reprobat per primam beatitudinem dicens, Beati pauperes, quoniam veſtrumeſt regnum Dei: ergo ſi pauperum eſt regnum dei, diuitum eſt miſeria ęterna, ideo dicit, Væh vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.

Secundum eſt affluentia cibi & potus: quod eſt epulari ſplendidè, ad nutriendum delicioſè corpus, non ex neceſſitate, ſed voluptate. Id reprobat per ſecundã beatitudinem dicens, Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini,

Tertiũ eſt aſſidua iocunditas & lætitia accepta ex iocis & ludis & aliis voluptatibus ac ineptiis huius ſeculi. Et id reprobat per tertiam beatitudinem dicens, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Quartum eſt mundanus hominum amor & fauor & laus & honor: qui enim hæc habent à vulgo beati exiſtimantur, & id reprobat per quartam beatitudinem dicens, Beati eritis, cùm vos oderint homines, &c. Has quidem quatuor vt magis proportionatas ruditati turbarum promulgare voluit: reliquas autem vtpotè ſubtiliores & profundioris ſenſus, vt eſurire iuſtitiam, miſericordia, mundicia cordis, pacmentis, diſcipulis vt magis aptis pronuntiare voluit, vt paulatim aſſuefierent intelligentiæ rerum ſpiritualium ac diuinarum. Nulla ergo eſt diſcrepantia in doctrina Euangelica quoniam vt docuimus, rationabiliter turbis proponuntur quatuor, & diſcipulis ſeptem.

Quartum dubium eſt, quoniam ſparſim ex Scriptura ſacra non ſolum ſeptem habemus beatitudines, ſed & 9. & 10. & 12. & vltra. Nam qui timet dominũ, beatus & qui ſperat in Domino eſt beatus, qui manducat labores manuũ ſuarũ eſt beatus, qui habitat in domo Domini eſt beatus: qui impleuit deſiderium ſuum eſt beatus, qui in ſapiẽtia moratur eſt beatus, &c. Et conſtat quòd iſtæ, non continentur in illis ſeptem: ergo ſufficienti aſſignata, nulla eſt. Ad hoc reſpondetur dupliciter: primò quòd omnes aliæ beatitudines nominatæ in Scriptura ſacra reducuntur ad iſtas ſeptem, quoniam aut ſpectant ad merita vitæ actiuæ, aut ad præmia vitæ contemplatiuæ. Verbi gratia. Beatitudo in qua dicitur, Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum reducitur ad illam, Beati mundo corde: & ea in qua dicitur, Beatus qui in ſapientia moratur ſpectat ad præmium ſeptem beatitudinum: & ſic de aliis. Secundò reſpondetur & melius, quòd hic non eſt aſſignata beatitudinum ſufficientia, in quocunque ſenſu inueniatur beatitudo poſita in Scriptura ſacra, ſed tantum in quinto ſenſu iuxta diſtinctionem quintumembrem ſuprapoſitam de beatitudine. Vnde dico, quòd omnes aliæ beatitudines allegatæ ex variis locis Scripturæ ſacræ: ſpectant nõ ad quintũ, ſed ad præcedentes modos, ideo non comprehenduntur in ſufficientia aſſignata. Conſtat igitur quot ſint huius vitæ beatitudines Chriſtianæ Iſagogicę ad æternam. Vtrum autem præmia correſpõdentia poſita Mat. c. 5. ſint proportionata beatitudinibus, & vtrum hęc præmia ſpectent ad præſentem vitam vel futuram dicemus in fine tractatus. Hęc de præſenti c. dicta ſint.

CAPVT II.

De prima beatitudine, pauperum ſpiritu, quorum eſt regnum cælorum.

IN 2. capite. agendum eſt in ſpecie de prima beatitudine, ſcilicet beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. De ea igitur tria inueſtiganda ſunt.

Primò qui ſint pauperes ſpiritu.

Secundò quare dicuntur beati.

Tertiò quare eis ſingulariter aſsignatur in præmiũ regnum cælorum, cum ſit præmium omnium piè viuentiũ, quacunque via piè viuant.

Pauperes ſpiritu qui ſint.

Quantùm ad primum aduerte quòd pauperes in triplici differentia inueniuntur. Quidam ſunt mala ſorte & neceſsitate pauperes, quos egenos, aut mendicos inuoluntarios appellamus, de quibus inteligitur illud Deut. cap. 15. Pauperes non deerunt in terra: & Prouerb. capi. 10. Pauor pauperum egeſtas. Iſti niſi patienter tolerent propter Deum, etſi parati ſunt animo quocunque modo ſiue licito ſiue non, fugere paupertatem, non continentur in hac beatitudine: quoniam ſunt in continua pœna & afflictione extra meritum, & potiùs miſeri & miſerabiles, ſunt pœna corporis, & culpa animæ, de quibus verificatur illud Apoc. 3. I. neſcias quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper & cæcus & nudus.

Quidam ſunt voluntate pauperes, ſed vana intentione & non propter Deum, vt ſcilicet vanæ philoſophiæ liberius vacarent, vt Pythagoras & Socrates, & Thales. Quidã vt facerent ſibi memoriam apud homines ex eo quòd deſpectores diuitiarum haberentur, quæ apud vulgum meliora bona reputantur: vt Diogenes, Democritus, & Craton ille Epheſius, de quo habemus in legenda ſanctiſsimi Ioannis Euangeliſtæ. De his ſatis diximus in philoſophia morali & ciuili tam Peripatetica quàm Platonica. Iſti non continentur in hac beatitudine, licet non neceſsitate, ſed voluntate ſint pauperes, quoniam non recta & ordinata intentione in Deum, ſed potius curioſitate ſciendi, & vanæ gloriæ appetitu paupertatem ſuſtinent, ideo ſunt extra meritum. Vnde ſanctiſsimus Ioannes Euangeliſta reprobans Cratonis Philoſophi doctrinam, qui duobus iuuenibus ſuaſerat vt gemmas duas precioſas, quas patrimonio diſtracto emerant, frangerent aſtante populo ex contemptu mundi, dixit ad eos, Vanus eſt iſte contemptus: nec ſic docuit magiſter meus iuuenem volentem ad vitã ingredi, ſed dixit omnia vendens daret pauperibus.

Pauperes ſpiritu tribus exponiuntur modis.

Quidam ſunt voluntariè & recta intentione propter Deum pauperes: quorum paupertas in tribus conſiſtit. primo in contemptu ſiue paruo affectu honorum & dignitatum huius ſeculi: eligentes potius in humilitate ſua & ſubiecti viuere quam appetere præ aliis videri, honorari & dignificari, ſecundo in abdicatione voluntaria diuitiarum, eligentes ſequi pauperem Seruatorem, qui nihil terreni poſſedit. tertio abnegatione dominij ſuper quodcunque bonum temporale: ita quòd licet diuitias poſsideant, nõ eas vt domini, ſed vt Dei diſpenſatores, ac miniſtri diſtribuentes iuxta charitatis legem & ordinem. Iſti in hac beatitudine continentur, & dicuntur, pauperes ſpiritu: exponendo ly ſpiritu tripliciter: nam ſumitur aliquando ſpiritus à ſpiratione ſpiritus corporei, quem & anhelitum dicimus: & in hoc ſenſu abundant & excedunt ſpiritu proterui & arrogantes, & ſuperbia tumidi, & ira feruentes, qui veluti equi furentes ſpiritum naribus turgidis efflant: quo ſenſu vt docuimus in tertio libro Ethicorum tractatu ſecundo capite. 3. aliqui dicuntur ira & furore fortes, de quibus vt illic citat Ariſtoteles, inquit Homerus, Fortes efflabant ſpiritum per nares. & ebulluit ſanguis, & in eodem ſenſu ſumitur ſpirit⁹ Iſaiæ c. 25. cùm inquit, Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem. Intelligendo ergo ſpiritum: in hoc ſenſu: illi ſunt pauperes ſpiritu, qui non præſumunt de ſeipſis magna, ſed cognitione infirmitatis ſuæ deiiciunt & vilificant ſeipſos propter Deum, hos dicimus verè humiles, qui in omnibus contrariantur ſuperbis. De his ergo intendit Seruator cùm dicit, Beati pauperes ſpiritu, id eſt humiles, ex conſequenti miſeri ſunt apud Deum, abundantes ſpiritu, id eſt ſuperbi & arrogantes: quoniam eis Deus reſiſtit, & pauperibus ſpiritu dat gratiam.

Aliquando ſumitur ſpiritus pro voluntate cum effectu ſubſequente, iuxta quem ſenſum intelligitur illud Matt. cap. 26. Spiritus quidem promptus eſt & Lucæ ca. primo, exultauit ſpiritus meus. & in hoc ſenſu pauperes ſunt,

qui

quì voluntariè facultatibus & diuitiis ſe ſpoliant, contenti ſuſtentare vitam piis ſuffragiis, nilque proprij poſſidere exẽplo Seruatoris: qui nec locum propriũ habebat vbi caput reclinaret, Lucæ ca. 9. Tales beatos dicit quod cõfirmat Mat. ca. 19. Qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam poſsidebit.

Aliquando ſumitur ſpiritus pro affectu & deſiderio rerum temporalium: in quo ſenſu diuites & auari huius ſeculi, abundant & excedunt ſpiritu, & in hoc ſenſu intelligitur illud Eccl. c. 6. Melius eſt videre quod cupias, quàm deſiderare quod neſcias. Sed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. Pauperes autem ſpiritu in hoc ſenſu ſunt: qui licet diuitias poſſideant, tamen diuitiis non ſeruiunt, ſed vt Dei miniſtri eas virtuosè miniſtrãt & diſpenſant: ita ꝙ affectu pauperes ſunt licet non rerum poſſeſſione: iſti ſunt iuxta Pauli doctrinã, 2. ad Cor. 6. tanquã nihil habentes, & omnia poſſidentes: & 1. ad Cor. ca. 7. Qui emunt tanquã non poſſidentes & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, ſcilicet inordinato ſpiritu affectus & deſiderij. Huiuſmodi pauperes ſpiritu Seruator beatos dicit: quoniam diuitiis ſuis nõ retrahuntur à via æternæ beatitudinis, ſed potiùs eam promerentur fideli diſpenſatione, iuxta diuinam legem. Vnde dicit Seruator Lucæ cap. 12. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cùm venerit Dominus inuenerit ſic facientem.

Conſtat igitur qui ſint pauperes ſpiritu, ſcilicet humiles voluntariè pauperes affectu, & effectu voluntariè pauperes affectu & deſiderio, licet re temporalium copiam poſſideant: & eas iuxta diuinam legẽ ac iuſtitiã diſpenſent, & hos omnes Seruator beatos dicit. Propter quid autẽ declarabitur in immediatè ſequentibus.

Quantùm ad ſecundum aduerte ꝙ licet pauperum ſpiritu vltima & cõpleta merces ſit regnũ cælorũ poſt hanc vitã tamen in præſenti vita merito dicuntur felices in comparatione ad non pauperes ſpiritu, quos verè miſeros appellare poſſumus: & quoniam pauperes ſpiritu tribus modis expoſuimus & in primo modo ſunt humiles, ideo prius inueſtigandum eſt propter quid humiles etiã in hac vita dici poſſunt beati: ſuperbi verò miſeri. Tu igitur aduerte humiles ideo beatos eſſe quoniam effugiunt ac liberantur ab omnibus miſeriis, quibus agitatur ſuperbus. Iſtæ autem ſunt continuæ inuidiæ, inimicitiæ, ſeruitutes, caſus grauiores.

Humiles ſunt beati ſint, ſuperbi autem miſeri.

Inuidiis aſsiduis cruciatur ſuperbus, quoniam cùm velit præ aliis videri & honorari & valere, neminem æquo animo ferre poteſt ſibi ſuperiorem nec æqualem, timetque & conatur impedire, ne inferior æqualis, aut ſuperior ſibi fiat: ideo eſt in continua animi amaritudine, atque ſollicitudine, ex conſequenti miſer. At humilis appetit ſubeſſe, contentatur ſtatu ſuo, & ſi vilior reputetur propter Deũ, non triſtatur: erga ſuperiores & æquales pacificè, modeſtè, & amicabiliter ſe habet ideo mente quieſcit: ergo beatus eſt in comparatione ad ſuperbum.

Inimicitias continuas contra ſeipſum fouet ſuperbus: quoniam Deo & hominibus odibilis eſt, ideo veris amicis priuatur, cùm nullo niſi violenter conuiuere poteſt, ore laudatur, corde maledicitur, ergo miſer eſt. At humilis omnib' ſecundum rationẽ viuentibus carus, beneuolus, & in conuictu affabilis eſt, omnibus obſequitur, neminem lędit, ſi lædi tur æquo fert animo: ergo beatus eſt in comparatione ad ſuperbum.

Seruitutes miſeras & indignas patitur ſuperbus, quoniã vt ſuper alios aſcendat, & poſtquàm aſcenderit in aſcẽſu & gradu ſuo ſe conſeruet, infinitos labores tolerat, indignos ſuſtinet, & immeritis fauet: quos non niſi timore reſpicit. Talem eſſe ſuperbi vitam atque tyranni, docuimus in Philoſophia ciuili Platonis: quo nullus miſerior, licet indocile vulgus, ipſum beatum exiſtimet. At humilis nulli niſi propter virtutem ſeruit. Et ſi quid indigni à ſuperbis illatũ ſibi fuerit, pro Deo alacriter ſuſtinet. Si cui benefacit, cui fauet, ſi quem reſpicit, non timore, ſed amore & gratia virtutis & Dei dilectione ac proximi operatur: ergo beatus eſt in comparatione ſuperbi.

Caſus grauiores patitur. Nam ſi à gradu ſuo deiicitur, nemo illi compatitur, omnes illi inſultant. Miſerentem non inuenit, nec ſubleuantem reperit, omnes vno ore dicunt, Meritò hæc patitur. At humilis ſi quid aduerſi patitur, excuſatur, compatientes, ſubleuantes, & miſerantes inuenit, quòd ſi non valent effectu ſuccurrere, affectu tamen ſolantur, hortantur & conſtantiorem reddunt: ergo in comparatione ſuperbi cadentis miſerè ab alto & violento gradu ſuo beatus eſt. Rationabiliter ergo pauperes ſpiritu, id eſt humiles, beati dicuntur.

Pauperes autem ſpiritu in ſecundo & tertio ſenſu dicuntur meritò beati reſpectu diuitum huius ſeculi: qui velut idololatræ aliud diuinum neſciunt niſi diuitias & pecunias. Nam diuites, vt docuimus in Parte tertia, in Tracta. de Auaritia quàm plurimas ſuſtinent miſerias, vt continuos timores, ne impediantur in acquirendo, ne amittant acquiſita, crebra diſcrimina vitæ terra & mari: quoniam quot pauperes inuoluntarios & ſiniſtra ſorte, tot hoſtes habet, miſeram egeſtatem, quoniam cùm multis abundet, videtur omnibus indigere victu, veſtitu, apparatu, prouiſione familiæ, vt verum ſit illud, Auarus obolo eget. Aſsiduas querelas & occaſiones deſperationis ſtatim quòd quid contra eorum voluntatem euenerit, adeò quòd nonnulli ſeipſos perimunt. Hæc eſt diuitum & tenacium miſera ſors. Ab his omnibus liberantur pauperes ſpiritu 2. & 3. ſenſu. Quoniam ſiue abundent, ſiue egeant, Dominum benedicunt cum Iob c. 1. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictũ. & Pau. ad Philip. c. 4. In omnibus inſtitutus ſum. Scio ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati. Præterea cùm propriam voluntatem in diuitiis huius ſeculi non exerceant: nec dominos rerum, ſed Dei miniſtros ac diſpenſatores ſe exiſtiment: nihil contra eorum voluntatem euenit, ſed firmiter credunt Deum pro bona voluntate ſua, & ſumma ſapientia: ac prouidentia ſalutis eorum ſic diſponere: ex conſequenti nec moleſtiam, nec animi amaritudinem, nec deſperandi occaſionem incurrunt. Illud enim tantùm homini moleſtum, durum & triſte exiſtimant homines, quod contra eorum euenit voluntatem & propoſitum: ergo pauperes ſpiritu in ſecundo & tertio ſenſu beati ſunt reſpectu diuitum huius ſeculi.

Tu tamen aduerte, quòd licet in hac beatitudine contineantur pauperes ſpiritu in ſecundo & tertio ſenſu, verius tamen & prius ac perfectius pauperes ſpiritu in ſecũdo ſenſu quam in tertio. Nam beatitudines iſtæ, vt docuimus in capite. 1. perfectam dicunt rationem meriti, & excluſionem peccati, qualis pro hac vita haberi poteſt. Melius eſt autem habere meritum voluntariæ paupertatis affectu & effectu, & fugere peccatum ſecundum ſe, & ſecundum occaſionem, quam habere meritum ratione affectus tantum: & fugere peccatum ſolum quo ad eſſentiam & non quo ad occaſiones. Conſtat autem quod pauperes in ſecundo ſenſu habent meritum voluntariæ paupertatis affectu & effectu: & fugiunt peccatum procedens ex poſſeſsione indebita diuitiarum, & occaſiones peccati, quæ procedunt ex contractibus & commutationibus & diſpenſationibus diuitiarum, nam cùm renuntiauerint omnibus & abdicauerint à ſe, vt pauperem Chriſtum ſeruatorem ſequerentur, non habent ſe in his immiſcere, neque implicare iuxta Pauli doctrinam in ſecunda ad Timot. ca. 1. Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.

Qui autem ſunt pauperes ſpiritu in tertio ſenſu meritum voluntarię paupertatis habent ſolùm affectu, & peccati occaſiones non effugiunt: quoniam poſsident, miniſtrant, diſpenſant diuitias: ex conſequenti negotiis ſecularibus lucratiuis, emptiuis, venditiuis, mutuatiuis, & depoſitiuis ſe implicant. Vnde peccatorũ occaſiones oriuntur: ego pauperes in ſecundo ſenſu prius & perfectius in hac prima beatitudine continentur. Cuius ſignum eſt quòd Seruator dixit Lucæ capit. 14. Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Perfectius ergo & beatius eſt in ratione meriti, eſſe pauperem ſpiritu in ſecundo ſenſu quàm in tertio. Conſtat ergo ex dictis propter quid pauperes ſpiritu etiã pro hac vita dicuntur & ſunt beati in comparatione ad oppoſitos.

Quantum ad tertium aduerte, quòd licet omnium beatitudinum vna ſit perfecta & vltima merces. ſ. regnum cælorũ, tamen appropriatè & ſpeciali priuilegio dicitur eſſe pauperum ſpiritu: quoniã ſunt propriè hæredes Chriſti. Chriſtus enim acquiſiuit ſibi regnum cælorum humilitate, paupertate & perſecutione. Vnde hæreditario iure humilibus & pauperibus voluntariis, & perſecutionẽ patiẽtibus debetur

Iure pauperibus ſpiritu regnũ cælorũ præmittitur.

debetur regnum cælorum. Præterea, inter omnes virtutes, vt docuimus in secunda Parte, humilitas est præcipuum medium acquirendi cæleste regnum. Sicut enim superbia fuit origo prima amittendi illud, sic, humilitas est prima via reacquirendi, ideo dicitur esse clauis regni, quæ aperit & nemo claudit. Præterea, Humilitas huius mundi laqueos & retia dissipat: quibus in terrenis captiuatur animus: ergo liberum præstat aditum ad cæleste regnum. Præterea, Humiles mundū pedibus calcant: ergo viuentes vita mortali sunt supra mundum. Supra mundum hunc non est nisi mundus superior, quod est regnum cæleste: ergo conuenienter pauperibus spiritu in primo sensu, id est humilibus appropriatur regnum cæleste.

Pauperibus autem spiritu in secundo sensu & in tertio. sed maximè in secundò, rationabiliter appropriatur cęleste regnū: quoniam ex quo renunciant omnibus quæ possident aut distribuunt pauperibus, videntur commutare & emere sibi regnum cæleste. Vnde Saluator intendens hanc emptionem dixit Mat. capit. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Præterea, Deus creans hominem Gen. capit 2. constituit eum dominum huius mundi terreni, omniaque inferiora, subiecit sub pedibus eius. Qui ergo ꝓp Deo & animæ salute omni rerum temporalium dominio renunciat, congruum est vt fiat dominus in regno cęlesti. Constat igitur quàm rationabiliter pauperibus spiritu, pro præmio assignatur cæleste regnum. Hæc de prima beatitudine dicta sint.

CAPVT III.

De secunda beatitudine, Beati mites, &c.

IN hoc 3. capit. agendū est de secunda beatitudine, in qua dicitur, Beati mites quoniam ipsi possidebunt terrā. Quæ rationabiliter assignatur immediatè post paupertatem spiritus: nam quasi naturali consequentia, si quis pauper est spiritu, mitis est. Nam pauper spiritu, id est humilis nihil habet sui existimatione dignum: quoniam de omnibus bonis suis Deo dat gloriam & honorē & non propriis meritis, aut virtuti attribuit, ex consequenti non habet vnde tristetur, nec ira excandescat, si quid contra eū dictum, aut perpetratum fuerit, nisi directè sit contra diuinum honorem, & obseruantiam legis diuinæ. Ad humilitatem igitur sequitur tranquillitas mentis. Præterea, pauperes spiritu id est qui bonis fortunæ voluntariè renunciant, terrenorum amore & desiderio non captiuantur: ergo à se remouent omnes illas vertigines & solicitudines mentis & æmulationes, in in quas incidunt diuites huius seculi: ex consequenti non habent vnde animo anxiè inquietentur, ad voluntariam igitur terrenarū abdicationē, animi tranquilitas sequitur. Hac autē animi tranquillitatē mititas, seu mansuetudo importat, vt declarabimus: ergo rationabiliter hæc mansuetudinis beatitudo immediatè ponitur post spiritus paupertatē. De hac igitur beatitudine tria inuestigenda sunt.

Ad humilitatem mentis tranquillitas sequitur.

Primò quid sit mititas, siue mansuetudo, & quid mitis, vt intendit hic Seruator.

Secundò propter quid dici possunt beati.

Tertiò si præmium assignatum huic beatitudini, id est possessio terræ, est illi conueniens & correspondens.

Mititas, vel mansuetudo quid sit.

Quantùm ad primū aduerte quòd aliqui existimant mā suetudinem & clementiam & benignitatem non distingui, quod tamen nō videtur verum: quoniam, vt docuimus in secunda Parte, clementia propriè opponitur crudelitati, & est virtus mitigatiua pœnarum, & spectat ad iudicem & principem. Vnde iudex declinans à seueritate legis punitiuæ dicitur clemens: eò quòd punit citra condignum. Benignitas verò apud verum Theologū consistit in bonorum largitione, & debiti relaxatione circa egenos. Vnde super illud ad Ephe. c. 4. Estote inuicem benigni, dicit glossa, id est de facultatibus largi. Mansuetudo autem animi modestiam & tranquillitatem importat. Vnde vt docuimus in 4. Ethico & in secūda Parte huius Operis, est regulatiua & frenatiua irascibilis circa iras & vindictas: vt tibi manifestum erit in diffiniendo mansuetudinem & mansuetum.

Tu igitur aduerte, quòd apud Theologum quatuor inuenio de mansuetudine diffinitiones, quæ in sensu cōcordes sunt: & per omnes circūloquimur animi tranquillitatē, quā significare solent sacræ Scripturæ: & diuini doctores per dulcedinem animi & suauitatem & nobilitatem.

Prima igitur diffinitio est, hæc, Mansuetudo est modesti animi tranquillitas, quæ nulla rerum aduersarum contingentium perturbatione, nullóque sinistro casu agitatur.

Secunda est, Mansuetudo est animi dulcedo quam nulla vincit amaritudo, atque molestia. Hæc fundatur super glossam Mat. cap. 5. Beati mites, &c. vbi sic exponitur, Mitis, quē mentis asperitas seu amaritudo non afficit, sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam sustinendā patiēter instruit.

Tertia est, Mansuetudo est animi bonitas, malitiam vincens, nulli malum inferens, mala in bonum conuertens. Hæc, fundatur super aliam glo. Mat. cap. 5. vbi sic exponitur, Mansuetus non irritat, vel irritatur: non nocet vel nocere cupit: non eum ira vel rancor afficit, sed omnia æquanimiter sustinet.

Quarta est, Mansuetudo est animi suauitas, malo cedēs, subesse sciens, superiori non resistens, tractabilis siue bono consentiens. Hæc vera est animi nobilitas: non qualem dicuntur huius seculi homines habere, quos generosos vulgus appellat. Istinanque dicuntur nobiles: quoniam non iniuriantur nisi priùs iniuriati fuerint: quòd si iniuriati fuerint, & vindictam non quærant, iam non nobiles & generosi, sed viles & contemptibiles existimantur. At veri Dei cultores non iniuriantur, & iniuriati Deo vindictam relinquunt: ipsi verò sustinent, nec à mentis suę tranquillitate recedunt, ideo suauem ac dulcem vitam ducunt, dicunturque delicati filij Dei. Hos Seruator mites & māsuetos appellat.

Et aduerte, quòd licet mansuetudo, quæ est moralis virtus, de qua locuti sumus in 4. Ethi. conueniat cum mansuetudinis beatitudine: quoniam vtraq; est moderatiua irascibilis circa iras: tamen differt sicut imperfecta & perfecta. Illa nanque licet temperet iram, nec excedat rationis dictamen, tamen non potest adeò temperare, quin homo mentis perturbationes & inquietudines ex malis sentiat ac sustineat. Vnde nunquam animum in tranquillo statu firmat. At beatitudo mansuetudinis adeò iras frænat, ꝙ molestias animi amaritudines, mansuetus non sentit, præ dulcedine Dei: ideo dicitur tranquillitas mentis, & illa dicitur virtus purgatoria, hæc autem dicitur virtus purgati animi. De mā suetudine igitur non quæ est moralis virtus, sed quæ est animi tranquillitas, suauitas, dulcedo, & vera nobilitas, intendit Seruator, cùm dicit, Beati mites.

Quantum ad secundum, aduerte quòd vltra causam ꝓpter quam dicit Seruator mites esse beatos, quia, scilicet possidebunt terram, de quo videbimus infrà, plures assignantur rationes propter quas meritò dici possunt beati in comparatione ad immites, & feroces qui veluti immanes ferę ira agitātur. Tribus ergo rationibus beati existimātur.

Mites triplici ratione prædicantur beati.

Primò, quoniam effugiunt omnes defectus & miserias: quas ira furor submināstrat tam in corpore quàm in animo: de quibus ad plenum diximus in tertia Parte, Tract. 4. c ap. 2. Illic enim ostendimus, quomodò ira in corpore irati causat has miserias.

Ira quæ mala pariat tā in anima quàm in corpore.

Concitationem cordis,

Tremorem in membris,

Ruborem, & aliquando pallorem in facie,

Linguæ impedimentum,

Toruitatem, siue asperitatem visus,

Clamorem & exaggerationem vocis, ad modum canis latrantis.

Verborum & sententiarum confusionem.

In animo autem causat rationis perturbationem, mentis cæcitatem: per eam iustitia relinquitur, socialis vitæ gratia frangitur, concordia soluitur, lux veritatis deperditur, & Spirit' sancti splendor ex anima excutitur. De singulis prædictis miseriis, vide quid pertractauimus in tertia parte Tract. 4. capite. 1. nec hic repetendum est. Propter has igitur miserias iracundos meritò miseros dicimus, & mites ex oppositō beatos. licet ignobile & indocile vulgus nesciens quæ Dei sunt, & cuius iudicium fallax aliter sentiat.

Secundò, quoniam mites assimilantur & imitantur primum, ac summè beatum, qui est Deus, vt Deus: & Deus humanatus: nam licet in Scriptura sacra, Deus gloriosus multiplici titulo dignificetur, tamen ex mansuetudine singulariter honoratur. Vnde Daniel orans ca. 4. non dicit fac nobiscum secundum iustitiam aut sapientiam, aut voluntatem tuam, sed secundum mansuetudinem tuam: & Sophonias cap. 2. inquit, Quærite Dominum omnes mansueti terræ quia iudicium eius estis operati. Quærite iustum, quærite mansuetum, scilicet Deum, si quomodo abscondamini

damini in die furoris Domini. Similiter Deus humanatus manſuetudinem præ aliis ſibi vendicauit. Vnde Dauid in Pſalmis intelligens de Meſſia inquit, Propter veritatem & mãſuetudinẽ & iuſtitiã deducet te mirabiliter dextera tua. Et Mat.c.21. Ecce rex tuus, venit tibi mãſuetus, & Hieremiæ c.11. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. Et Mat.c.11. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Cùm igitur mites aſſimilentur primo & ſummo beato, meritò dicuntur beati imitatiuè.

Tertiò quoniam manſuetudo hominem Deo carum reddit & ad ſui auditionem inclinat: nam dicitur Eccleſ. cap. 1. Beneplacitum eſt Deo fides & manſuetudo, fide nanque que Deus hominem poſsidet quò ad intellectum: quem captiuat in his quæ credenda ſunt. Manſuetudine autem Deus hominis iraſcibilem vt Dominus poſſidet. Quod autem Deum ad exauditionem inclinet, teſtatur Iudith. ca. 9. quæ inquit, Humilium ſemper & manſuetorum, tibi placuit deprecatio. Si igitur beati exiſtimantur à vulgo qui cari & amici & gratiã habent apud principes, & exaudiuntur ab eis, veriùs beati ſunt, qui cari & placentes ſunt Deo, vt mites.

Conſtat igitur multiplex ratio, propter quam mites meritò beati dicuntur.

Quãtùm ad tertium aduerte, vt ſcias quàm rationabiliter correſpondet ſecundæ beatitudini præmium aſſignatũ à Seruatore, ſcilicet poſſeſſio terræ, & apud ſacros Theologos terra in hoc loco multipliciter exponitur.

Terra Beatorũ variis ſumitur modis.

Primò ſumitur terra pro terra viuentium, de qua inquit Dauid in Pſalm. Credo videre bona Domini, in terra viuentium. Hæc autem terra non eſt quam calcamus, ſed regnum cæli: hæc enim eſt terra morientium potiùs quàm viuentiũ. Illa autem verè viuentium: quoniã angeli animę & corpora poſt reſurrectionem immortalitate decorantur. Congruè igitur mites, qui non curarunt aliqua violentia, neque inordinato ac iniuſto modo poſſidere terram morientium, poſſidebunt terram viuentium.

Secundò ſumitur pro terra, quam gerimus, hoc eſt corpꝰ noſtrum de terra plaſmatum, Gene. c. 2. Terram hanc etiam pro præſenti vita mites poſſident, quã non poſſunt immites poſſidere. Illud enim propriè poſſidetur, quod ſine contradictione & reſiſtentia ad nutum habetur. Mites igitur poſſident terram corporis ſui, quoniam omnia corporis membra & paſſiones appetitus ſenſitiui, & omnes ſenſus tam interiores quàm exteriores obediunt vt ſerui fideles domino id eſt rationi & voluntati, abſque contradictione, & difficultate. Vnde dicuntur mites viuere ac delectari in multitudine pacis. At immites non poſſident, ſed miſerabiliter ſeruiunt corpori ſuo: à quo non niſi pugnas, lites, odia, tædia recipiunt: de quibus intelligitur illud Dauid in Pſal. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt.

Tertiò ſumitur pro terra quã calcamus & in qua nunc habitamus. Terram hanc licet mites, poſſidere non anhelent, niſi ad naturę neceſſitatem, tamen ex gratia manſuetudinis eam poſſident: quoniam ſi ſint principes & manſueti, minores aut nullas ab aduerſariis perturbationes ſuſtinent. Dominantur longiori tempore, ſubditos rebelles non habent, & bonitate ſua quæcunque aduerſantia ſibi deuincunt. Hac manſuetudine Moſes, Dauid, Samuel, Salomon, Ezechias vſque ad ſenium pacificum habuere & glorioſum obtinuerunt principatum. Si autem mites priuatam vitam habeant, poſſident terram: quoniam à nullis moleſtantur, cum omnibus facilè concordent. Si egent inueniunt ſubleuantes eorum indigentiam, peregrinantes recipiuntur hoſpitio, in conuerſatione & conuictu cari & gratioſi habentur. At immites oppoſito modo. Nam ſi principes, continuis bellis, ſeditionibus & contradictionibus agitantur, & rarò diu principantur. Si priuati, omnibus ſunt odio egentes ſubſidium non inueniunt, quò ad victum deuitantur, amicitias veras & diurnas conciliare ex ſua duricie atque ruſticitate non poſſunt. Congruè ergo mites in præmium pro præſenti vita recipiunt terræ poſſeſſionem. Vnde Dauid in Pſalmo, concordat dicto Seruatoris Mat. capit. 5. Nam ſicut inquit Seruator, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram, ſic Dauid inquit Manſueti autem hæreditabunt terram & delectabuntur in multitudine pacis. Quantùm autem valeat manſuetudo ad conciliandam humanam gratiam, patet ex eo quòd dicitur Eccle. cap. 3. Fili in manſuetudine, opera tua perfice, & ſuper gloriam hominum diligeris, & dicitur Ezech. cap. 2. Vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam. Quaſi dicat, ſicut adamas ad ſe ferrum trahit, ſic facies tua ex manſuetudine trahet hominum corda. Conſtat igitur qui ſint veri mites, & quare beati, & quomodo poſsident terram viuentium, & terram quam gerunt, id eſt corpus propriũ, & terram quam calcant. Hæc igitur de ſecunda beatitudine dicta ſint.

CAPVT IIII.

De tertia lugentium beatitudine.

IN cap. 4. agendum eſt de tertia beatitudine, qua dicitur, Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Hanc non beatitudinem, ſed miſeriam exiſtimant huius mundi Philoſophi, atque ſapientes: quoniam luctus dolorem & triſtitiã ſignat, Triſtitia autẽ ſicut & miſeria, beatitudini repugnat. Vt ergo ſcias qũo & in quo ſenſu Seruator docuit luctum eſſe beatitudinem tria agenda ſunt: primò quid ſit luctus abſolutè ſumptus.

Secundò quot ſint apud Theologum ſpecies luctus & quæ ex his ſit beatitudo.

Tertiò quomodo ſit verum, quòd præmium eius ſit cõſolatio.

Quãtùm ad primum aduerte q luctus primò aſſumptus eſt ad ſignificandum planctum factum pro mortuis, & ſic frequenter eo vtitur ſcriptura. Vt Geneſ. cap. 25. Abraham planxit mortuã Sarram, & cap. 50. Aegyptus planxit Iacob defunctum 70. diebus, & filij Iacob ſepelientes eum in terra Canaam planxerunt ſuper eum ſeptem diebus, & in hoc ſenſu Cicero diffiniuit luctum in lib. Tuſc. Quæſtionum dicens, Luctus eſt ægritudo, ex eius qui carus fuerat interitu acerbo. Deinde aſſumptus eſt ad ſignificandum dolorem qui exterius proditur ipſo vultu, atque aſpectu, cum lachrymarum effuſione, ex quacunque cauſa prodeat. Sicque prædicatur de omni ſpecie luctus, ſiue ſit bonus, ſiue malus.

Luctus varie ſumitur ſpecies.

Quantùm ad ſecundũ aduerte quòd luctus apud ſacros Doctores diuiditur prima diuiſione in luctum malum, & luctum bonum & luctum indifferentem.

Luctus triplex.

Luctus malus fit modis quatuor.

Vel cauſa cupiditatis.
Vel cauſa deceptionis.
Vel cauſa inordinatæ dilectionis.
Vel cauſa æternę damnationis.

Luctus malus quatuor ſit modis.

Primo mõ lugẽt auari, cùm impediuntur à lucro ex ſuo appetitu inſatiabili, aut quãdo ab eis furripiũtur acquiſita.

Secundo modo lugere ſolent mulieres, dum intendunt flectere ac inclinare viros ad deſideria ſua, aliquãdo quidem in malum, vt Dalida Sanſonem ſaltem apparenter in libro Iudicum cap. 16. Aliquando autem in bonum, vt mulier ſapiens Thecuites, quæ inſtructa à Ioab ingreſſa eſt ad Dauid regem in 2. Regum cap. 4. lugens veſte lugubri induta, vt conciliaret cor regis erga Abſalon, quæ conciliatio ex fine mala fuit, licet apparenter eſſet bona: quoniã patrem de regno expulit.

Tertio modo lugent inſani adamantes & philocapti: & de hoc vano luctu paſsim Hiſtoriographi & Poëtæ ſcribũt. Vnde Virg. in Bucolicis, Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis: Nec cythiſo ſaturantur apes, nec fronde caprellæ.

Quarto modo lugent in pœnis damnati, Mat. cap. 7. Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ & ca. 24. Et tunc plangent oẽs tribus terræ & videbunt filiũ hominis venientẽ in nubibus cęli, cum virtute multa & maieſtate. Et Apocaly. c. 1. Et plãgent ſe ſuper eum omnes tribus terrę: etiam Amen.

Luctus bonus triplici ex cauſa accedit.

Luctus bonus poteſt ex tribus contingere, ſcilicet ex compunctione & contritione peccatorum: ex compaſsione mali alterius, ex deuotione erga Deum & diuina ac ſpiritualia bona.

De luctu compunctionis intelligitur illud Dauid in Pſalm. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Quod exponens Caſsiodorus inquit: Fletus eſt animarum cibus, ablutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum.

De luctu compaſsionis intelligitur illud Iob ca. 30. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat. Et Hieremias ca. 13. Plorans plorabit anima mea, & oculus meus lachrymã educet, quia captus eſt grex Domini.

Luctus deuotionis ex tribus in viris ſanctis prouenire ſolet.

ſolet. Primò ex experta Dei dulcedine, cuius abſentiam ſiue priuationem non ſine triſtitia ferunt. Vnde Dauid in Pſal. Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me? Secundò ex deſiderio diuinæ viſionis. Vnde Dauid in Pſal. Sitiuit anima mea, ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Tertio ex contemplatione diuini gaudij & miſeriarum præſentis vitæ. Vnde D. Auguſtin. in libro de Ciui. Dei inquit, Quantò quiſque ſanctior & deſideriis ſanctis plenior eſt, tantò eius in orando fletus, vberior. Hic eſt luctus, qui ex animi & affectus teneritudine magis quàm ex triſtitia cauſatur. Sic plorat caſta ſponſa, quando diù abſentem ſponſum reuerſum amplectitur. Sic mater, quando filium, quem mortuum audierat, recipit. Sic plorauit Ioſeph Geneſ. cap. 43. quando viſo Beniamin vterino fratre, erumpebant lachrymæ: & fleuit: & 45. quando indicauit fratribus ſe eſſe Ioſeph, eleuauit vocem cum fletu dicens, Ego ſum Ioſeph. Hic luctus qui ex affectus teneritudine, & deuotione erga Deum erũpit dulciſsimus ac ſuauis eſt: de quo inquit D. Auguſtinus de ſeipſo ſcribens in lib. confeſsionum, Flebam vberrimè in hymnis & canticis ſuaue ſonantis eccleſiæ, & flebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis, id eſt feliciter mihi erat præ earũ dulcedine. De his lachrymis inquit beat. Bernardus de Contemptu Mundi, Felices lachrymæ, quas benignæ conditoris manus abſtergunt: & beati oculi qui in talibus liquefieri elegerunt, quàm eleuari in ſuperbiam, quàm omne ſublime videre, quàm auaritiæ & petulantiæ famulari.

Luctus indifferens quis ſit.

Luctus indifferens eſt ille qui homini naturalis eſt ex quocunque contriſtante, ſicut & riſus ex quolibet lætificante: & dicitur indifferens, quoniam moraliter, neque bonus, neque malus eſt, ſicut nec riſus, quoniam in naturalibus vt ſic neque meremur neque demeremur.

Conſtat igitur quotuplex ſit luctus, & quis malus & bonus indifferens. Præter omnes modos prædictos aſſignatur apud Theologum alius longe perfectior in Chriſtiana Philoſophia, & ſignificat abiectionem omnis conſolationis, atque delectationis terrenæ pro Deo: ita quòd animæ ſic affectæ nil ſapit niſi Deus, tedétque ſuper omne quod videt, quod audit, niſi ducat ad Deum. Et hic eſt luctus, de quo intendit Dauid in Pſalm. Renuit conſolari anima mea, memor Dei, & delectatus ſum: & iterum, Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? quaſi dicat. Nihil præter te: ideo ſubditur, Deficit cor meum & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Viſis modis de quibus dicitur luctus inueſtigandum eſt de quo intendat Seruator dum dicit, Beati qui lugent. Tu igitur aduerte clarum eſſe lugentes luctu malo non eſſe beatos, ſed potius miſeros, quoniam peccant, peccantes autem non beati, ſed miſeri dicendi ſunt. Similiter lugentes luctu indifferenti non ſunt beati, quoniam luctus ille cum ſit innatus naturæ hominis ſicut riſus, meritorius non eſt: ergo neque merito, neque præmio facit hominem beatum.

Luctus autem bonus qui eſt ex contritione & dolore peccati, meritorius quidem eſt, quoniam diſponit & inclinat Deum ad veniam & beatus dici poteſt ex merito, ſed de eo principaliter non intendit Seruator. Vocatur enim apud Theologos irriguum inferius, pro quo ſuſpirauit Aſſa filia Caleph vt legimus Iudicum cap. 1. Similiter qui ex compaſſione meritorius eſt. Sed nec de eo principaliter intendi: Seruator, quoniam luctus hic competit miſericordi, de quo aſsignatur diſtincta beatitudo, de qua loquemur infrà.

Luctus autem bonus, qui eſt ex deuotione illis tribus modis prædictis: & modo vltimo à nobis aſſignato, eſt ille, de quo Seruator intendit. nam beatos facit eò quòd ſic lugentes corpore quidem terram inhabitant, mentis autem contemplatione & ſuauitate cælum. Vnde bea. Greg. in 4. Moralium inquit, Luctu ſuo anima paſcitur, cùm ad ſuperna gaudia flendo ſubleuatur: & intus quidem doloris ſui gemitũ tolerat, ſed eo refectionis pabulum percipit, quo vis amoris per lachrymas emanat: & fit plerunque, vt in his piis fletibus gaudij claritas erumpat, & mens, quę cæca iacuerat ad inſpectionem fulgens intimis ſuſpiriis vegetata cõualeſcat. Præterea, Beatos facit, quoniam reddit immunes à triſtitia huius ſeculi, quæ mortẽ operatur, vt inquit Paul. 2. ad Cor. cap. 7 Conſtat igitur tibi quis fletus ſit beatitudo, quam docuit Seruator Mat. cap. 5.

verum q̃ lugentes ideo beati ſunt quia conſolabuntur. Tu igitur aduerte q̃ duplici ratione pro prę̃mio rationabiliter lugenti aſſignatur conſolatio.

Lugentibus cur conſolationis præmium deputatur.

Primo quidem, qm̃ luctus p̃cedit ex triſtitia, vt docuim⁹ in præcedentibus: triſtitiæ autem medicina & curatio eſt gaudium & ſolatio, qm̃ contrarium cõtrario curatur. Cum igitur triſtitia & conſolatio ſint oppoſita: lugens conueniẽter prę̃miatur per conſolationem. Hinc eſt, q̃ in Scriptura ſacra pro præmio triſtantium & dolentium ſemper aſſignatur gaudium & conſolatio. Vnde Ioan. ca. 15. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium: & Hiere. c. 31. Conuertam luctum eorum in gaudium: & Tobiæ c. 8. Poſt lachrimationem & fletũ: exultationem infundis, & Iſaiæ c. vltimo, Gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugebatis ſuper eam: vt ſugatis & repleamini ab vberibus conſolationis eius, vt mulgeatis & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius: & Dauid in Pſal. Secundum multitudinem dolorum meorũ, conſolationes tuę lętificauerunt animam meam.

Secundò, quia lugentes, de quibus propriè intendit Seruator, ſunt illi qui pro Deo & vt illi adhærerent abiecerunt à ſe omnem appetitus concupiſcibilis delectationem & ſolatium: ita q̃ ſicut manſuetudo, quæ eſt ſecunda beatitudo, non ſolùm frænat iraſcibilem, ſed tranquillam facit & quietat: ita luctus tertia beatitudo non ſolum temperat concupiſcibilem, ſed ipſam depurat ab omni terrena & corporali delectatione. Cum igitur naturale ſit homini delectari, iuſtum eſt vt qui pro Deo ſe ſpoliat gaudio & ſolatio terreno, recipiat ab ipſo in præmium conſolationem longè perfectiorem omni conſolatione humana: quam non percipit animalis homo, ſed qui factus eſt vnus ſpiritus cum Deo. Congruè ergo lugenti aſſignatur in præmium cõſolatio: ſicut fameſcenti deſideratus cibus: & ſitiẽti potus. Sed aduerte, q̃ licet hæc conſolatio incipiat in præſenti vita, vt experiuntur qui lugent prę̃ dulcedine Dei, & contemplatione diuinorũ, de quibus inquit Chryſoſtomus ſuper Matthęum, Sicut poſt vehementes imbres mundus ac aër purus efficit, ita & poſt lachrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas, tñ non perficitur niſi poſt vitæ præſentis decurſum. Tunc em̃ qui lugentes fuerunt in hac vita renuentes conſolari in terrenis, conſolabuntur abſque admixtione omnis triſtitiæ & delectabuntur intrantes in gaudiũ æternum, & vt ſcribitur Apoca. c. 21. Abſterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum, & iam nõ erit amplius, neque mors, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra: quæ prima tranſierunt. Et hęc quidem conſummata atque puriſsima conſolatio procedet ex eo q̃ lugens p̃ prę̃ſenti vita, ſemper cum patre ſuauiſſimo in patria erit. Incolatus eius terminabitur, miſeriæ huius vitę tam corporis quàm fortunæ, & pugnæ in animo intrinſecę extinguentur, non vi debit amplius iuſtitiam conculcari, & adeò internè conſolabitur, q̃ nulla vlterioris luctus cauſa conſurgere poterit. Et tunc manifeſtum erit, quomodo beati omnino lugentes, qm̃ conſolabuntur, quos huius mundi amatores & ſapiẽtes euaneſcentes, non beatos, ſed miſeros arbitrabantur. Tunc implebitur quod dixit Abrahã ad diuitẽ ſepultum in inferno, Luc. c. 15. Lazarus nunc cõſolatur, tu verò cruciaris. Hæc de tertia beatitudine dicta ſint.

CAPVT V.

De quarta Beatitudine eſurientium & ſitientium iuſtitiam.

IN 5. c. agẽdum eſt de quarta beatitudine, qua dicitur, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qm̃ ſaturabũtur. Et hic tria agẽda ſunt. Primò quot modis ſumitur iuſtitia, vt ſcias in quo ſenſu loquitur Seruator. Secundò quid ſit eſurire & ſitire iuſtitiam. Tertiò quomodo beati ſunt & in prę̃ſenti & in futuro ex eo quòd ſaturabuntur.

Quantum ad primum aduerte q̃ de modis & ſpeciebus quibus dicitur iuſtitia ſatis diximus in 5. Ethic. Tract. 1. c. 1. & 2. & in Philoſophia morali Platonis Tract. 5. Parte 5. Vbi diſtinximus iuſtitiam in iuſtitiam vniuerſaliſſimam, & iuſtitiã in genere: & quæ in genere, in publicam & priuatam, & quæ priuata, alia eſt inter hominem & hominem & alia inter hominem & ſeipſum, & de ſingulis illic actum eſt. Et in Parte ſecunda huius noſtri operis Tract. de iuſtitia, diffuſè pertractauimus de iuſtitia Chriſtiana. Nunc autem quantùm ſpectat ad præſens propoſitum, de nouo aſſignabimus iuſtitiæ diuiſionem, vt ſcias ſub quo membro vel quibus membris continetur iuſtitiæ beatitudo, de qua hic intendit

Iuſtitia variæ diuiſiones.

Quantum ad tertium inueſtigandum eſt, quomodo ſit

Seruator. Tu igitur aduerte,quòd iuſtitia prima diuiſione eſt duplex, ſcilicet generalis & ſpecialis. Specialis eſt quę ius ſuum vnicuique reddit ſecundum rationem æqualitatis inter plus & minus damn: & lucri in bonis diſtribuendis & commutandis,ſicut etiam docuimus in 5.lib.Ethi. Nam commutans cum aliquo ſecundum aliquem approbatum contractum,exiſtimans ſe deceptum & damnum pati,quoniam res ipſa fortè plus,aut minus valet quàm emit aut vendidit, ad iudicem accedit,& auditis partibus,examinata re & pretio,aufert ab eo qui plus habet lucri, & minus damni, & dat ei qui minus habet lucri & plus damni, & ſic litigantes adæquat.Similiter ſiquid ſit diſtribuendum, iudex diſtribuit pro merito & dignitate vniuſcuiuſque, vt diffusè docuimus in quinto Ethicorum.

Generalis autem iuſtitia dicitur dupliciter:primò à generalitate eius quem reddit iuſtum, id eſt quem non ſolùm vno modo,ſed omnibus modis facit ipſum iuſtum,ſicut dicimus medicinam vniuerſalem, quæ non ſolùm capiti, aut ſtomacho,ſed omnibus membris confert & ſana reddit.Secundò à generalitate ipſius iuſtitiæ,quæ qualis ſit declarabitur.

Generalis iuſtitia dicta à generalitate & vniuerſalitate eius,quem reddit iuſtum, eſt illa, quæ ad debitum & rectũ ſtatum deducit totum hominem tam reſpectu virium ſuperiorum quàm inferiorum. Vt quòd ratio imperet & appetitus ſenſitiuus obediat & reguletur,& corpus ſubiiciatur: & omnis animæ virtus,omneque corporis membrum debitè perficiat opus ſuum in proprio gradu conſiſtens,nec ordinem ſuum confundens:ita quòd in homine nulla ſit incõſonantia,neque deordinatio.

Generalis autem iuſtitia dicta ab vniuerſalitate ipſius iuſtitiæ,eſt omnis virtus,vt legi concordat, ſicut docuimus in 5.Ethic.nam omne quod lege præcipitur, & ad legis obſeruantiam ordinatur, habet rationem iuſti & debiti & recti. Inde eſt quòd omnis virtuoſus in quacunque virtute dicitur iuſtus,& virtus illa iuſtitia eſt,& ſic iuſtitia generalis ſiue vniuerſalis eſt omnis virtus. Quicunque enim operatur opus cuiuſcunque virtutis, operatur vt debet : ergo rectè & iuſtè. Hinc eſt vt docuimus in Parte ſecunda in Tract.de iuſtitia,quòd in Scriptura ſacra operationes bonæ dicuntur iuſtitiæ vt in Pſal.Iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit.

Poſita diuiſione iuſtitiæ vt præſenti propoſito deſeruit,aduerte quòd cùm dicit Seruator,Beati qui eſuriũt iuſtitiam: non intendit tantum de vna iuſtitia, putà ſpeciali, aut generali primo, ſiue ſecundo modo dicta, ſed de omni modo iuſtitiæ. Nam cùm beatitudo de qua hic intenditur ſit perfectiſsima operatio, quam poſsit homo pro præſenti vita exercere vt docuimus in cap. 1. huius Tract. perfectiorque ſit operatio ſecundum omnem modum iuſtitiæ,quàm ſecundum vnum tantùm,rationabile eſt vt Seruator intendat de omni modo iuſtitiæ. Et confirmatur ex eo quòd ſcribitur Luc.cap.1.de parentibus præcurſoris, ſcilicet de Zacharia & Eliſabeth, quòd erant ambo iuſti ante Deum:incedentes in omnibus mandatis eius,& iuſtificationibus ſine querela. Non autem ſine querela eſſent coram Deo & hominibus,niſi iuſtitiam omni modo obſeruaſſent. Intendit ergo ſeruator beatitudinem hanc ſecundum omnem iuſtitiam:Quaſi dicat,Beati qui eſuriũt iuſtitiam,id eſt probitatem & rectitudinem vitæ,& qui reddunt vnicuique quod ſuum eſt : vt quæ Dei Deo, quæ hominis homini,quæ ſuiipſius ſibiipſi.

Iuſtitiam facere, appetere,& eſurire quomodo differant.

Quantùm ad ſecundum aduerte quod aliud eſt facere iuſtitiam modo iuſtitiæ,aliud appetere facere, ſiue fieri iuſtitiam,aliud eſurire iuſtitiam,aliud ſitire iuſtitiam.

Facere iuſtitiam poteſt quis ex timore pœnæ & inuitus. Sicut qui ex mandato iudicis & pœna impoſita, reſtituit male ablatum. Hic licet opus bonum & iuſtum faciat, nondum benè & iuſtè.Quoniam ex doctrina D. Augu.Nemo inuitus benè facit,& ſi bonum ſit id, quod facit:facere iuſtitiam modo iuſtitiæ, eſt agere iuſta voluntarie & delectabiliter ex habitu iuſtitiæ:& id prouenit ex virtute morali,quæ dicitur iuſtitia:de qua diximus in 5.Ethico. quòd iuſtitia eſt qua volumus operari iuſta,& iuſtus gaudet operibus iuſtis,ſicut fortis operibus fortitudinis.Et id eſt operari bonum & benè,quoniam voluntariè.Hoc tamen bonum non eſt neceſſariò bonum gratiæ,quoniam quis exiſtens extra gratiam,vt infidelis poteſt eſſe iuſtus iuſtitia morali,ſaltem imperfectè, vt docuimus in Parte prima huius Operis.

Appetere facere vel fieri iuſtitiam,eſt requieſcere,& cõtentari in operibus iuſtitię propter bonũ,& præcipuè ſi appetitur iuſtitia,quę diuina lege ordinata eſt.

Eſurire iuſtitiã quid ſit.

Eſurire iuſtitiam,eſt non quieſcere,nec contentari niſi in operando iuſtitiam,& affligi ſi nõ fiat iuſtitia:& refici ſicut in conuiuio,quandõ per ipſum vel per alterum fit iuſtitia.Et dicitur per ſimilitudinem ad eſurientem:quoniam ſicut eſuriens non quieſcit,nec contentatur donec cibum habuerit, & affligitur,quando & quandiu caret cibo,ſic qui eſurit iuſtitiam,non quietatur niſi videat per ſe,vel per alterum fieri iuſtitiam,& affligitur quando videt oppoſitum,putà iuſtitiam conculcari,ſicut affligitur famelicus quando videt cibum ad canes proijci,qui eſt pro humanæ vitæ ſuſtentatione.Sitire iuſtitiam eſt deſiderare rationes iuris & ſapientię: quibus ſciat homo quomodo, qualiter & alijs debitis circunſtantijs operandum eſt. Nam homo ideo rationalis eſt, vt non tantùm agat bonum, ſed etiam ex ratione ſciat propter quid & qualiter agendum eſt. Huiuſmodi igitur deſiderium ſciendi operari iuſta ſecundum quòd operandum eſt,dicitur ſitis iuſtitię ad ſimilitudinem ſitis corporalis. Vnde aduerte,quòd ſicut ad ſuſtentationem vitæ corporalis non ſufficit comeſtibile ſolidum,ſed requiritur etiã potabile humidum:eſt autem comeſtibile, quod dentibus & conteritur,& deglutitum in ſtomacho recipitur & decoquitur,& ad membra nutricanda tranſmittitur. Sed abſque humido potabili non decoqueretur,ſed potiùs adureretur,nec ad membra flueret,ideo indiget humido,vt vehiculo : propterà animal nutriens ſe indiget comeſtibili ſolido & potabili humido. Deſiderium autem ſiue appetitus ſicci ſolidi calidi dicitur eſuries ſiue fames. Deſiderium verò humidi frigidi dicitur ſitis,vt docuimus in ſecũdo de Anima. Sic etiam ad conuerſationem vitę ſpiritualis requiruntur duo,ſcilicet operari iuſta,& ratio ſiue ſcientia operandi iuſtum,nec vnum ſine altero ſufficit,ſicut non ſufficit comeſtibile ſine potabili:nã qui operantur iuſta ſine ſcientia operandi iuſta de facili aberrant. Multi etiam habent ſcientiam operandi iuſtè:qui tamen viuũt iniuſtè,ideo vtrunque eſt neceſſarium. Deſiderium quidem operandi iuſta eſt eſuries iuſtitię. Deſiderium autem ſciendi operari iuſta eſt ſitis iuſtitię. Et quoniam vnum abſque altero non ſufficit, ideo Seruator inquit, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.In hocergo conſiſtit quarta beatitudo, quòd vir perfectus eſuriat iuſtitiam,id eſt operetur & deſideret operari ſecundum iuſtitiam,& affligatur,ſi videt oppoſitum,& hoc eſt eſurire iuſtitiam : & ſitiat iuſtitiam, id eſt deſideret ſcientiam operandi iuſtitiam,ne aberret,& hoc eſt ſitire iuſtitiam,vt,ſcilicet ſciat quomodo in lege Dei ambulandum quomodo cuilibet ſuperiori,inferiori & æquali debitũ reddendum.

Sitire iuſtitiã quid ſit.

Quantùm ad tertium aduerte quòd perfectio & complementum deſiderij eſt aſſecutio deſiderati, ſaturitas deſiderantis. Vt ſaturitas eſurientis eſt ad placitum ſuum comedere,& ſaturitas deſiderantis ludere, eſt ad placitum ludere ſiue in bonum,ſiue in malum, perfectio ergo & complementum eſurientis iuſtitiam eſt lętari iuſtitia & repleri operibus iuſtitiæ. Et hoc eſt ſaturari iuſtitia.Sed qui iuſtitiam eſuriunt in præſenti vita incipiunt ſaturari iuſtitia,eo quòd deguſtant lætitiam,quæ iuſtitiam concomitatur. Dicit enim Dauid in Pſalm. Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda,ex oppoſito autem miſeria concomitatur iniuſtitiam, prout omne peccatum eſt iniuſtitia. Vnde dicitur Prouerb.cap.14.Miſeros facit populos peccatum, & D. Auguſt.in libro de Libero Arbit. Tanta eſt iuſtitiæ beatitudo,vt nemo ab ea niſi ad miſeriam poſsit abſcedere.Tantò autem maiorem lętitiam de iuſtitia percipiunt quantò magis eam eſuriunt.Sicut tantò magis delectatur comedẽs quantò magis fameſcens fuerit. Præterea,Eſuriem iuſtitiæ concomitatur bonorum operum ſaltem interiorum abundantia,ideo ſaturatur. Sicut enim famelicus cibo,ſic eſuriens iuſtitiam,ſaturatur operibus iuſtitiæ.Ergo quantò magis eſurit iuſtitiam, tantò magis ſtudet abundare operibus iuſtitiæ,q̃ fiunt à ſeipſo,vel ab alio ſecundum ordinem diuinę legis.& hoc eſt ſaturari,& beatificari ac perfici beatitudine iuſtitiæ.Sicut modo famoſo loquendi, mulierem nuptam beatificari lege matrimonij, eſt filios parere & illis abundare. Vnde Dauid in Pſalm. inter alias conditiones beatitudinis huius vitæ ſecũdum vulgarem opinionem eſt, vt vxor ſit ſicut vitis abundans in lateribus domus tuę & filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Ex oppoſito habem⁹ ex Scriptura ſacra, q̃ mulier ſterilis, infelicẽ ſe exiſti

le existimat. Vnde Rachel Gene. cap. 30. videns se sterilem ex consequenti reputans se infelicem, inquit ad Iacob, Da mihi liberos, alioquin moriar. & Anna mater Samu. in 1. Regũ cap. 1. inquit, Mulier infelix nimis sum ego, quasi dicat, eò quòd me sterilem video. Constat ergo quomodo esuriens iustitiam incipiat in hac vita saturari, ex consequenti beatificari præmio iustitiæ. In vita autem alterius, seculi, omnino & completè saturabitur. Primò quoniam videbit iustitiam ab omnibus seruari, & à nullo conculcari: quoniam soli iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum erit merces eorum. Secundò quoniam tunc Deo perfectè reddent honorem, benedictionem & obedientiam: à quo recognoscent omne suum bonum, & proximo reddent quæ felicitati illi conueniunt: ergo implebunt omnem iustitiam ex consequẽti saturabuntur. Tertiò complebitur omne eorum iustum desiderium, ergo saturabuntur. Quartò delectabuntur iusta vindicta peccatorum: lętabitur enim iustus cum viderit eorum vindictam. Quintò saturabuntur iustitia, quoniam omnino & inflexibiliter conformes erunt diuinæ sapientiæ atque voluntati, quæ est suprema iustitia. Constat ergo quomodo tam in præsenti quàm in futuro statu beatificantur esurientes iustitiam & sitientes: quoniam iustitia saturabũtur. Beatus enim vir qui impleuit desiderium suum. Hæc de quarta beatitudine dicta sint.

CAPVT VI.

De quinta Beatitudine, qua misericordes beati sunt.

IN 6. cap agendum est de quinta beatitudine, scilicet Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. De qua tria videnda sunt: primò quot modis dicitur misericordia. Secundò in quo sensu sumitur beatitudo misericordiæ. Tertiò quomodo consequentur misericordiam, vt congruũ præmium.

Misericordia triplex. Quantùm ad primũ, aduerte q̃ triplex est misericordia, vt extrahere possumus ex diuina Scriptura.

Prima est quæ alienas miserias, & maximè proximorum, ex compassione & condolentia reputat vt suas, & hæc est virtus misericordiæ apud morales quasi faciens miserum cor, eò quòd tristatur & commouetur propter proximi miseriam, etiam quòd succurrere non posset. Et de hac loquitur Iob ca. 19. Miseremini mei, saltem vos amici mei. Et hanc communiter in se experiuntur viri boni & sancti: & de ea ex proposito scripsimus in Parte secunda, in tract. de charitate.

Secunda est cuiuscunque hominis, siue boni, siue mali, siue amici, siue inimici, nobilis, siue ignobilis, siue iusti, siue peccatoris, miserias in cordis affectu & operis effectu iuxta vires suas prosequitur & subleuat, & hac vniuersali misericordia assimilamur Deo Patri, quam nos docuit Seruator Mat. cap. 5. & Luc. cap. 6. Vbi inquit, Estote ergo misericordes, quia Pater vester misericors est. Qui solem suum facit oriri, super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et hæc perfectior est quàm prima, quoniam vniuersalior, bonum enim quantò vniuersalius, tantò melius & diuinius ex 1. Ethi. & quoniam est misericordia affectu & effectu, prima autem affectu.

Tertia est, quæ omnem miseriam tam pœnæ, quàm defectus & culpæ in se & in alio tanquam propriam sentit, & penè idem sentiens cum omni misero incipiens à seipso, & extendens se ad omnes ex quacunque culpa impeditos, ne tendant in Deum, & diuino non fruantur bono. Et de hac loquitur Paul. secundæ ad Corinthios cap. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et hæc perfectissima est. Continet enim in se tria præcipua.

Misericordia, quasum vsquequo Deo placet.

Primò studet in seipso expurgare omnem peccati maculam, & continere ac seruare cor expeditum ac depuratũ erga Deum. Et de hoc intelligitur dictum Eccles. c. 30. Miserere animæ tuę placens Deo, & contine & congrega cor tuum in sanctitate iustitiæ.

Secundò non solum sentit in quocunque alio miseriam pœnę & culpæ retrahentis ipsum à Deo, sed quantùm potest emendat, & corrigit iuxta ordinem charitatis. Et hęc est misericordia ac miseratio, qua vti debent adinuicem veri fideles, & de hac intelligitur illud Iob cap. 6. Qui tollit ab amico misericordiam, scilicet renuens eum consolari & emendare, timorem domini derelinquet, & Prouer. cap. 21. Facere misericordiam & iudicium, magis placet Deo quàm victimæ. Hanc docuit Seruator Mat. ca. 9. quando comedebat cum Publicanis & peccatoribus, vt eos sua doctrina & exemplo emẽdaret & traheret ab bonum, & Pharisęi murmurabant quibus dixit, Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus, euntes discite quid est, misericordiam volo & non sacrificium.

Tertiò qui habet hanc misericordiam, reputat omnia misera & damnosa, quæ ipsum non trahunt ad veram beatitudinem, & est semper suspirans de sua & aliorum animę miseria: dicens cum Dauid, Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? & Paul. ad Rom. cap. octauo. Infelix ego homo, quis me liberabit de carcere mortis huius? Et ad Phil. c. tertio. Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Inter omnes autem miserias, maximã reputat esse peccatum, eò q̃ vt dicitur Prouer. ca. 14. miseros populos facit esse peccatum. Hanc misericordiam tertio modo dictam Deus præcipuè requirit ab homine, vtpotè sibi maximè placitam, & certam beatitudinis semitam vt testatur Micheas ca. 6. Vbi declarans quid possit homo facere placitum Deo inquit, Quid dignum offeram Domino: Curuabo genu Deo excelso? Nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, an in multitudine hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum & quid Deus requirat à te. Vtique facere iudicium & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Hæc propheta. Tu autem aduerte quòd facere iudicium in hoc proposito, est rectè iudicare de bonis, quæ beatificant, & de malis quæ condemnant. Diligere autem misericordiã est compati miseriæ proximi & pręcipuè miserię peccati & curare eam abolere & emendare quantùm fieri potest, sicut agebat Seruator manducans cum peccatoribus, vt eos à miseria peccati liberaret. Sic misericordiam fecit cum Matthæo, cum Zachæo, cum Magdalena. Ex his duobus sequitur tertium, quòd scilicet ambulabit sollicitꝰ cum Deo suo, insistens operibus bonis, & cauens ab omni macula peccati. Hæc enim est proprietas fructuosæ misericordiæ. Vnde Iacobus in epistola, capite 3. Quæ desursum est sapiẽtia, plena est misericodia & operibus bonis. Constat igitur tibi quot modis dicitur misericordia in Scriptura sacra.

Quantùm ad secundum aduerte, q̃ vt diximus in 1. c. huius Tract. Beatitudines, quas docuit Seruator, sunt perfectissimus status in operando, ad quem peruenire possit purꝰ viator, ergo beatitudo misericordiæ, non in quocunque modo, sed in perfectissimo consistit. Constat autem quòd primus modus non est perfectissimus, quoniam, vt docuimus secundus est perfectior primo, & tertius perfectior secundo, & vltra non datur perfectior in Scriptura sacra, nec in se, ergo est perfectissimus, ergo in eo consistit beatitudo misericordię.

Misericordes iure misericordiam in felicitate consequuntur.

Quantùm ad tertium aduerte quòd huic beatitudini congruè correspondet pro pręmio consecutio misericordiæ. Rationabile est enim, vt misericordes, qui per compassionem alienam miseriam assumunt & subleuant, à proprijs miserijs & pœnæ & culpę à Deo liberentur, & hoc est misericordiam à Deo consequi, qui est pater misericordiarum & Deus totius consolationis. Quæ quidem consecutio partim fit in p̃senti vita, totaliter autem in futura: in p̃senti quidem vita, misericordes consequuntur Dei misericordiam relaxantem & liberantem. Relaxantem quidẽ quò ad pœnas: nam etsi propter iustitiæ legem puniat, citra tamen condignum, & minor est pœna quam demeritum peccati. Misericordiæ igitur Domini q̃ non consumpti sumus. Liberantem autem, qm̃ ex toto liberat à culpa: deponit em̃ omnes iniquitates nostras, dissimulans peccata propter pœnitentiam. In futura autem vita perfecta erit misericordiæ diuinæ consecutio. Quoniam Deus à misericorde auferet omnem defectum, propter misericordiam, qua vsus fuerit in præsenti vita, & omnem miseriæ statum tam corporis quàm animæ cõuertet in felicissimum æternæ beatitudinis statum. Tunc impletur quod dicit Dauid in Psal. Iocundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum nõ commouebitur. Quasi dicat, Ideo iocundus est: quia est securus hic, q̃ sic disponet sermones suos coram æterno iudice, q̃ optimam consequetur misericordiam: qua nulla miseria afficietur, neque commouebitur: & hęc perfectę misericordię consecutio est quintę beatitudinis decentissimum pręmium. Hęc de pręsenti beatitudine dicta sint.

CAPVT VII.

De ſexta Beatitudine, qua mundi corde beati ideo ſunt, quia Deum videbunt.

IN cap.7 agendum eſt de ſexta beatitudine, ſcilicet, Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. De qua quinque inueſtiganda ſunt.

Primò quid per cor intelligitur.

Secundò quid ſit cordis munditia.

Cor variè ſumitur à Philoſopho & Theologo.

Tertiò ex quibus perficitur.

Quartò in quo ſenſu intelligit Seruator, quòd beati ſunt mundo corde.

Quintò quomodo beati ſunt in præſenti & in futura vita, ex eo quòd Deum videbunt.

Quantùm ad primum aduerte q̃ in alio & alio ſenſu ſumitur cor apud Philoſophum & apud Theologum. Nam apud Philoſophum ſumitur pro membro animalis ſito in medio, à quo vt primo principio pendet vita & motus animalis, à quo, vt à fonte ad riuulos deriuatur & diffunditur virtus ad omnia alia membra. Et de corde in hoc ſenſu ſatis locuti ſumus in 3. lib. de Anima in Tract. de potentia motiua & in Paruis Naturalibus in Tract. de motu animaliũ: & in Tract. de aſpiratione ex expiratione: Vbi de figura, de ſitu, de motu, & multiplici eius motu ſatis diximus. Et de hoc corde non intendit hic Seruator, & in eius mũditia nõ ſtat beatitudo, nec miſeria in eius immunditia, qm̃ cor ſic acceptum, & virtus & actio & motus, naturalia ſunt & cõmunia omni animali perfecto, & eſt corpus. Beatitudo autem, de qua intendit Seruator, nec in corpore, nec in aliqua operatione naturali, ſed meritoria conſiſtit, vt declarabimus.

Apud Theologũ autem, & in Scriptura ſacra ſumitur q̃ parte animæ intellectuali, quæ in ſe continet intellectum, memoriam, & voluntatẽ. Et dicitur cor per ſimilitudinẽ & proportionem ad cor materiale. Nam ſicut cor eſt nobilior pars corporis, ſic pars intellectualis eſt nobilior pars animæ, ſ. quàm ſenſitiua & appetitiua & motiua & vegetatiua, & ſicut à corde pendet omne bonũ & malũ in vita corporali, ita à parte animæ intellectuali pendet omne bonum & malũ in vita ſpirituali, ſ. meritũ & demeritũ, laus & vituperium, felicitas & miſeria. Congruè igitur proportionaliter ſumitur cor pro parte intellectuali in Scriptura ſacra, ſicut & oculus pro eadem. Nã ſicut oculus ſuo lumine omnes corporis operationes dirigit & regulat, ſic pars intellectualis omnes animæ potentias inferiores præcipuè appetitiuas in quibus ſituantur paſſiones, dirigit & moderatur, vt docuimus in 1. Ethic. Tract. vltimo, vbi diuiſimus animæ potentias, per rationales & irrationales.

Sed aduerte quòd in Scriptura ſacra cor aliquando ſumitur pro intellectu, vt Deut. c.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, id eſt ex toto intellectu: Diligitur autem ex toto intellectu, quando nil niſi verum de Deo ſentit, & de Deo nil niſi credendum credit. Vnde Philoſophus arbitrans Deum finitæ virtutis, aut improuidentem rebus inferioribus, & hæreticus dogmatizans non credenda, non diligit Deum, ex toto corde.

Aliquando ſumitur pro voluntate, vt Dauid in Pſalm. In toto corde meo exquiſiui te, id eſt toto affectu toto deſiderio, & illud, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, id eſt voluntas mea & appetitus ſenſitiuus, exultauerunt in Deum viuum.

Aliquando ſumitur pro memoria, vt Deut. c.4. Ne obliuiſcaris verborum, id eſt mirabilium, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo, id eſt memoria tua, cũctis diebus vitæ tuæ, & Dauid in Pſal. factus ſum tanquã mortuus à corde, id eſt datus obliuioni, aliquando ſumitur pro tota parte intellectiua vt in ſe continet intellectum, voluntatem, & memoriam, & in hoc ſenſu intelligitur illud Danie. c.4. Nabuchodonoſor, Commutetur ab humano corde, & cor feræ detur ei: quaſi dicat, Non habeat ad vſum intellectus, neque voluntatis ſequentis iudicium intellectus, neq; memoriæ deſeruientis intellectui, ſed apprehendat, appetat, memoretur vt beſtia, ſ. tantùm ſecundum partem ſenſitiuam. In eodem ſenſu intelligitur illud Matt. cap. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, id eſt de parte intellectuali mala & deprauata. In eodem ſenſu intelligitur illud Dauid in Pſal. Filij hominũ vſque quo graui corde, id eſt graui intellectu & voluntate & in memoria? Graues quidem dicuntur quoniam homo non niſi grauia, id eſt terrena intelligit, appetiat, deſiderat, memoratur. Conſtat igitur quid per cor intelligatur in Scriptura ſacra. Vtrum autem in hac beatitudine Seruator intelligat beatos mundo corde, id eſt intellectu tantùm, vel voluntate, vel memoria tantũ, vel tota parte intellectuali, declarabimus infrà.

Puritas quid ſit.

Quantũ ad ſecundum aduerte q̃ munditia & puritas idem ſunt, puritas autem eſt impermixtio rei cum re viliori ſe, vt quoniam vinum pretioſius eſt aqua, purum dicitur, quando non eſt admixtum aquæ, & aurum purum, quando non eſt admixtum alteri metallo. Omne nanque metallum vilius eſt auro, & guſtus eſt purus, quãdo non eſt admixtus humori peccanti in prædominio, vt choleræ vel flegmati, & intellectus eſt purus, ſi eius intellectio non eſt admixta falſitati, & voluntas pura, ſi nil inordinatè & deprauatè vult, & memoria pura, ſi conſeruat quæ tantum veræ intellectioni deſeruiunt. Ex oppoſito tibi conſtat quid ſit immunditia & impuritas: quoniam eſt permixtio rei vilioris cum pretioſiori.

Dixi rei vilioris, quoniam ſi permiſcetur, vel vnitur nobiliori, non fit impura, ſed perfectior, vt ſi aurum vnitur gẽmæ, & vinum balſamo.

Cordis munditia quid ſit.

Viſo quid ſit munditia & puritas abſolutè ſumpta, aduerte q̃ munditia cordis, quę & puritas cordis dicitur, ſic diffinitur apud Theologum. Cordis munditia eſt totius hominis interioris intuitu diuini amoris ſeruata integritas. Item ſic, Cordis munditia eſt animi puritas, omnem abhorrens peccati maculam. Vnde ſuper illud Matth. c.5. Beati mundo corde, inquit gloſſa, Mundo corde ſunt, quos non arguit peccatorum conſcientia.

Conſtat igitur tibi quid ſit munditia abſolutè ſumpta, & quid munditia cordis.

Cordis munditia exquo & quomodo acquiritur.

Quantum ad tertium inueſtigandum eſt quæ & quot ſint, ex quibus cordis mũditia acquiritur & ſeruatur. Tu igitur aduerte, q̃ apud ſacros Doctores fundantes ſe ſuper doctrinam ſacram præcipuè ſunt quatuor.

Primũ eſt à peccatis purgatio per veram contritionẽ & pœnitentiæ ſacramẽtum, & hoc eſt illud collyrium, de quo ſcribit Io. figuratè in Apo. c.3. Vnge oculos tuos collyrio, vt videas. Quaſi dicat, Sicut mundatur oculus lippoſus collyrio, ſic mundatur oculus animę, qui & cor dicitur cõtritione & pœnitentia, quæ dicitur collyrium medicinale. Eſt em̃ collyrium apud medicos vnctio medicinalis, qua oculorum fæces abſterguntur. Sic & pœnitentia abſterguntur atque mundantur cordis fęces & maculæ quæ ſunt peccata.

Secundum eſt purgatio à reliquiis peccatorum & occaſionibus, & ab his, quæ diſtrahunt hominem à pura Dei cõtemplatione. Reliquię peccatorum ſunt fumi relicti ex commiſſione peccati, & eius memoria: quæ ſunt delectationes & cogitationes prauę. Ab his oportet cor mundare. Sic em̃ Deus requirit à nobis: dicit enim Hiere. c.4 Quouſque morabuntur in te cogitationes noxiæ? & Iſa. c 1. Auferte malũ cogitationum veſtrarum ab oculis meis.

Occaſiones peccati, ſunt malus habitus & deteſtabilis conſuetudo peccandi. Captiuant enim & impingunt hominem in peccato quaſi nolentem peccare. Ab his neceſſe eſt mundare cor: qm̃ ſunt veluti faſciculi deprimẽtes & catena conſtringens hominem in peccato. Et hanc mundationẽ præcipit nobis Deus Iſaiæ c.58. Vbi inquit, Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimẽtes, aufer de medio tui catenam.

Diſtrahentia hominem à pura Dei contemplatione ſunt phantaſmatum obumbrationes, quę ſunt corporum ſimilitudines & imagines, quæ nobis diuina cõtemplantib. ſe ingerunt: quas ex ſenſuum conſuetudine ſuſcepimus, & ſpũalia ſub varijs corporum imaginibus, nobis repræſentant: & impuram faciunt contemplationem noſtram: qm̃ permiſcẽt diuina & ſpiritualia quę ſunt elongata ab omni materia & quantitate & craſſitudine corporis, rebus vilioribus ſe. Corporea nanque viliora ſunt incorporeis, vt igitur ſit cor mũdum, id eſt intellectus contemplans diuina, oportet à ſe remouere huiuſmodi phantaſmata: qm̃, vt dicitur Io. c.4. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, oportet in ſpiritu & veritate adorare: & Paulus inquit 1. ad Cor. c.14. Orabo ſpiritu orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Iſtę corporum imagines, quæ cor immmundũ reddunt, dum diuina contẽplamur, ſignantur figuratè per volucres, de quibus legimus Gene. c.15. q̃ deſcenderũt ſuper ſacrificiũ Abrahæ, & ipſe abigebat eas docens nos q̃ huiuſmodi phãtaſmata abigenda ſunt à corde noſtro contẽplante diuina: qm̃ nil talium eſt in eis. Signantur & per ſquammas, de quibus dicitur in Actis Apoſtolorum, q̃ ceciderunt ab oculis Pauli, quando per diuinam reuelationem, intelligentiam rerũ diuinarum

uinarum consecutus est. Signatur per albuginé, de qua scribitur Tobiæ ca.11. ꝙ albugo ex oculis Tobiæ senioris cœpit egredi quasi membrana oui, quam apprehendens Tobias iunior extraxit ex oculis patris, & statim visum recepit.

Tertiũ est à terreni & corruptibilis huius nostri corporis cura, liberatio & exoneratio: nisi pro quanto vitæ conseruatio requirit, vt sit animæ aptum deseruiens instrumentum ad bonum. Vnde aduerte ꝙ vt scribitur Sapientiæ cap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & sensum multa cogitantem. per animam intendit totam partem intellectualem, & per sensum intendit intellectum. Quasi dicat, Qui corporis sui curam, animæ præponit, subiicit animã corpori, & deprimit intellectum, ne eleuet se ad diuina: vt igitur cor sit mundum, id est intellectus in intelligendo diuina, & voluntas in appetendo & delectando, & memoria in memorando diuina, liberet se à superflua corporis cura. Ideo dixit Paul. ad Rom. cap. 8. Fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quomodò autem curandum sit corpus, ita quòd cor nostrum non reddat immundum, docuimus in morali Platonica in Tract. 5. parte. xj. in fine. Vide tu illic ad placitum.

Lumen triplex. Quartum est cordis illuminatio per diuinum lumen, quod est triplex, scilicet aperiens oculum cordis nostri, & erigens & dirigens.

Lumen aperiens est lumen gratiæ, sine quo sedet anima in tenebris & vmbra, id est obscuritate mortis peccati. De hoc lumine inquit Paulus ad Ephe. c. 1. Deus gloriæ det vobis illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis vestræ. Et Dauid in Psal. Illumina oculos meos, scilicet lumine gratiæ, ne vnquam obdormiam in morte peccati.

Lumen erigens oculum nostrum, id est intellectum ad diuina, est interna reuelatio, atque inspiratio de qua inquit Dauid in Psal. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

Lumen dirigens cor nostrum ad diuina dicitur lumen theophaniæ. Est enim theophania secundum D. Dionysium lumen à Deo in animam descendens, & animæ visum, id est intellectum amplians & confortans ac dirigens, quo Deus videri atque contemplari possit. Et ideo rectè theophania dicitur, i. Dei apparitio sine visio. Nam sicut lumen corporale pertingens ad pupillam oculi visum actuat & perficit, vt clarè intueri possit colorata corpora: sic diuinum lumen in anima à Deo descendens, confortat perficit & eleuat oculum animæ, id est intellectum ad intuitum & speculationem superni Solis. De hoc lumine intelligitur illud Pauli in 2. ad Cor. cap. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquã à Domini Spiritu. Et Dauid in Psal. In lumine tuo, s. descendente in animas nostras, videbimus lumen, id est essentiam tuam, quæ est prima lux.

Constat igitur, quomodò acquiritur & conseruatur cordis mundicia, propter purgationẽ à peccato, & à reliquiis peccati & per liberationem à cura inordinata corporis corruptibilis, & per diuinam illuminationem ex triplici lumine ex quibus primum & secundum incipiunt hic, sed complentur & perficiuntur in patria. Tertium autem reseruatur in patria: Est enim lumen gloriæ, quod non datur nisi beato, vt declarabimus in Parte octaua.

Munditia duplex. Quantum ad quartum aduerte vt scias in quo sensu loquitur Seruator, ꝙ munditia duplex est. Quædam ficta & superficialis: quædam vera & intima: Prima est munditia Phariseorum, quorum studium erat mundare corpus, lauare manus, cùm manducant, mundare vasa & calices & perapsides. De sordibus autem animæ non curabant. Morem Phariseorum imitantur Machumetani, qui putant mundari coram Deo si tot vicibus in die, si quoties intrant templum, lauant manus & pedes & verenda, mente autem sordescunt vt sues. Hos reprobat & eorum munditiam Seruator Matt. cap. 23. vbi inquit, Veh vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quòd deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia, s. gulæ & luxuriæ. Pharisæe ecce munda prius quod intus est, vt fiat id quod deforis est mundum. De hac superficiali munditia, intelligitur illud Prouerb. cap. 30. Generatio quæ sibi munda videtur, & non est lota à sordibus suis.

Munditia vera & intima est purgatio superiorum vitium animæ, id est intellectus & voluntatis, quę dicitur affectus. Intellectus quidem à tribus debet esse mundus. à falsis, qm̃ ipsum obtenebrant & confundunt ab ociosis & inutilibus cognoscendis: qm̃ impediũt ipsum à cognitione vtilium & nobiliorum. Vnde dixit Aristoteles in libr. 12. Metaphy. quòd non expedit intellectum intendere vilibus: quoniam retrahunt à nobilioribus, sicut non est dignum vilia videre & in illis occupari. A prauis, quoniam licet non sit malum scire malum, vt præcaueamus, est tñ sępenumerò occasio peccandi, & maculandi intellectum & totam animam. Mundus ergo & purus erit intellectus, si intendat veritati, si vtilibus cognoscendis, si his, quę ad bonum conducunt.

Intellectus à tribus mundus esse debet.

Voluntas autem, quæ & affectus rationalis dicitur, mundanda est à tribus. s. ab inordinato affectu boni terreni, quales sunt diuitię & corporis delitiæ & tituli honorum. Ab inordinato affectu voluptatum concupiscibilis, quę faciunt hominem declinare ad vitam brutalem, quales sunt ingluuies, & obscæna luxuria. Ab inordinato affectu nocendi & damnificandi proximum, siue in re per auaritiam & iniustitiam, siue in persona & bona fama per iram & odium & inuidiam & superbiam: & hæc est munditia & puritas cordis quæ omnem iniurię illationem in seipsum & in proximum abhorret.

Voluntas à tribus mundanda est.

Tota verò intellectualis animę pars, quæ particeps est cẽ sentialiter beatitudinis & miseriæ, mundanda est ex peccati & reliquiarum peccati contagione, ex vmbra corporaliũ phantasmatum, & superflua terreni & corruptibilis corporis cura, ex illuminatione diuini luminis vt suprà exposuimus. Et tunc implebitur illud Cant. c. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. His prænotatis aduerte, ꝙ Seruator intendit beatos mundo corde qui omnibus modis prędictis mundi sunt. Nam si modus vnus deficit, cor immundum reddit: ex consequenti ipsum impedit ne Deũ videat & speculetur. Nam cùm Deus ipsa summa puritas sit, secum non patitur aliquem impuritatis gradum. Purum enim ab impuro contingi, profanum est. Et Apoca. c. 21. Nihil coinquinatum intrabit in eam, id est in Dei visionem. Hæc est ergo cordis munditiæ beatitudo, pro qua orat Dauid in Psal. Cor mundum crea in me Deus, & eius prẽmium in alio Psal. exprimit dicens. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde.

Quãtum ad quintum aduerte ꝙ mundi corde inchoatiuè beati sunt in præsenti vita, & dicuntur beati in via. Vnde Dauid in Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: & Apoca. cap. 22. Beati qui lauant stolas in sanguine agni. Beati quidem sunt: quoniam liberi sunt à miseria & seruitute peccati, quæ vtique maxima & crudelior est iugo Pharaonis, quo premebantur Hebræi Exodi c. 1. qm̃ trahit ad damnationem æternam. Item beati sunt, quoniam in præsenti vita videre incipiunt Deum & puris contemplationibus & mentis ecstasi dum rapiuntur ad diuina, eisque reuelantur Dei mysteria abscondita sapientibus seculi, & reserata paruulis, id est humilibus innocentibus & mundis. Isti sunt, de quibus dicitur Prouerb. capite 8. Delitiæ meæ, scilicet inquit Deus esse cum filijs hominum.

Mundi corde qua rõne beati sint.

Perfectè autem & consummati beati sunt in patria, & dicuntur beati non in via, sed in termino, de quibus intelligit illud Psal. Beati qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorũ laudabunt te: & tunc quidẽ verificabitur ad plenũ & facialiter quod dicit Seruator: quoniam ipsi Deum videbunt. Hęc est enim pura felicitas, de qua inquit Seruator Ioan. cap. 7. Hæc est vita æterna, &c. De qua ex proposito acturi sumus in Parte 8. Sed aduerte, quòd dum dicit Seruator: quoniam Deum videbunt, non solùm intendit de mũdis corde adhuc viuentib. & post mortẽ beatificãdis, sed & de mundis corde in cælo iam beatificatis: quales sunt angeli & bonorum animæ. Nam de eis verius dicitur, quòd videbunt Deum, quàm quòd videant vel viderint Deum. De solo autem Deo, verum est simpliciter differentiæ, quòd videt Deus Deum, non autem vidit, neque videbit. Pro cuius notitia aduerte quòd cum Deus sit infinitus, ex eo in se infinitas perfectiones continet, quarum quælibet est infinita: intellectus beati defixus in diuina essentia per infinita transit, & sic semper nouas perfectiones inuenit in ea contemplandas & admirandas supremo gaudio, quod vtique non fieret, si Deus ipse ab intellectu beati comprehenderetur. Tunc enim Deus & omnis eius perfectio infinitè & simul videretur, & verum esset dicere, Beati vident Deum, & non videbunt, nisi sumendo Videbunt pro con-

tinuatione & perpetuitate visionis. Verum quia intellectus creatus, cùm sit finitus, Deum comprehendere non potest, sicut & D. Aug. testatur scribens ad Probam, inquit enim, Videre Deum mente possumus, comprehendere vero minimè: ideo verius est dicere q̃ angelus & beati decurrunt super pelagus infinitum diuinæ substantiæ, quam quòd sistant, ex consequenti semper intuentur in Deo noua, ex quibus admirentur. Vnde dicitur, quòd angeli videntes Deum, desiderant in ipsum prospicere, desiderium autem non est de eo, quod habetur, eo modo quò habetur sed de futuro. Verum ergo est dicere, quòd beati videbunt Deum licet continuè videant. Visio enim sua nunquam ad finem diuinarum perfectionum deueniet. De Deo autem simpliciter est verũ dicere, q̃ se videt & non se videbit. Comprehendens enim seipsum ita se videt, q̃ nihil sui extra præsentem visionem remanet videndum. Congruè ergo dicit Seruator, quòd beati mundo cõrde, quoniam in præsenti incipiunt videre Deũ per contemplationem modo, quo diximus, & in patria videbunt non solùm perpetuitate visionis, sed quia nunquã terminabitur visio infinitarum perfectionum, quę sunt in Deo. Hinc est q̃ nunquam satiabuntur videre, sed semper desiderabunt: ex consequenti non patientur fastidium, nec diuertere curabunt intellectum ad aliud quam ad Deum contemplandum. Nec obstat q̃ dicit David in Psal. Satiabor cùm apparuerit gloria. Satiabuntur quidem, inquantùm immediatè attingent diuinam essentiam, quam donec viuerent non immediatè, sed per speculum creaturarũ & ænigmata attingebant. Non satiabuntur autem, quoniam licet Deum facialiter videant, in eo semper remanet aliquid videndum modo quo exposuimus. Sed de his latius acturi sumus in Parte octaua. Hæc de sexta beatitudine dicta sint.

CAPVT VIII.

De septima beatitudine, quæ Beati pradicantur pacifici.

IN c. 8. agendum est de beatitudine septima, de qua dicitur Matt. cap 5. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. De qua quatuor videnda sunt.

Primò quid sit pax.

Secundò quotuplex sit.

Tertiò in quo sensu intendit seruator pacem esse beatitudinem.

Quartò quomodo beati sunt in præsenti & in futuro, ex eo quòd filij Dei vocabuntur.

Pax sumitur multipliciter.

Quantùm ad primum aduerte q̃ pax tripliciter considerari & diffiniri potest: primò absolutè sumpta. secundò in specie humana. tertiò vt applicatur ad animam irrationalem & rationalem, ad corpus & animam, ad hominem & Deum, ad domum, ad ciuitatem terrenam, ad ciuitatem cęlestem.

Pax absolutè quid.

Pax quidem absolutè sumpta, est tranquillitas ordinis secundum Diuum Aug. lib. 19 de Ciui. Dei ca. 13. Ordo autem secundum eundem ibidem est parium, disparium q̃ rerum sua cuique loca distribuens dispositio.

Pax hominis ad hominem quid.

Pax autem in humana specie, scilicet inter hominem & hominem est mentium in bono concordantium, ordinata tranquillitas.

Dicitur in bono concordantium ad differentiam mentiũ concordantiũ in malo. Illa namque non est vera pax, quoniã nõ est pax impiis, dicit Dñs, sicut nec vera amicitia, vt docuimus in lib. 8. Ethi. imò, vt dicit Dauid in Psal. Contritio & felicitas est in viis eorum: & viã pacis non cognouerunt.

Pax irrationalis partis animæ quid sit.

Pax vt applicatur animæ irrationali, id est sensitiuæ in homine aptæ obedire rationi, est ordinata requies appetituum. Et tunc quidem hæc pax est in homine, quando pars inferior, id est appetitus sensitiuus, quem D. Aug. appellat animam irrationalem Paulus autem ad Ro. c. 8. appellat carnem, vt ordinatur & regulatur à parte superiori, quam D. Aug. appellat animam rationalem, & Paulus in eodem loco appellat eam spiritum.

Pax animæ rationalis.

Pax vt applicatur animæ rationali, est ordinata cognitionis actionisq̃ consensio, id est quando homo operatur vt ratio cognoscit operandum, quod si ratio dictat sic operandum & non operatur, vel operatur oppositè modo, iam non est pax, sed discordia in rationali anima, & ideo in peccatore non est huiusmodi pax.

Pax animæ & corporis.

Pax applicata corpori, & animæ vt constituunt suppositum humanum, est ordinata vita & salus hominis secundũ esse corporeum animatum & consistit in temperie & tranquillitate quatuor humorum: mors autem & infirmitas in opposito.

Pax inter Deum & hominem.

Pax inter Deũ & hominem, est ordinata in fide obediẽtia sub ęterna lege. Qui enim Deo obedit iuxta dispositionem ęternæ ac diuinæ legis omnino cum Deo pacẽ habet. Vnde Dauid in Psal. Pax multa diligentibus legem tuam.

Pax domus.

Pax domus est ordinata cohabitantium imperandi obediendiq; concordia.

Pax cælestis ciuitatis & terrena.

Pax cælestis ciuitatis est ordinatissima & cõcordissima societas adinuicem fruendi Deo, atque videndi Deum.

Pax terrenæ ciuitatis est ordinata ciuium imperandi atque obediendi concordia. Omnes has diffinitiones scribit D. Augustin. lib. 19. de Ciui. Dei c. 13.

Præterea, aduerte q̃ D. Augu. de Verbis Domini, veram pacem inter hominem & hominem, & in seipso, & in seipso & inter hominem ac Deum sic describit & extollit, Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Hæc est quę simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli, nescit inflari. Hanc qui accipit, teneat, qui perdit, repetat, qui amisit exquirat: quoniam qui in ea inuentus non erit, à Patre abdicatur, à Filio exhæreditatur, à Spiritu sancto alienus efficitur, nec ad hæreditatem Domini poterit peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare. Constat igitur quid sit pax, & cuius excellentiæ.

Quantũ ad secundum aduerte q̃ apud Theologum pax est quadruplex.

Pax quadruplex est.

Prima quidem reconciliatio est hominis cum Deo facta propter emendationem & pœnitẽtiam peccatorum, de qua intelligitur illud Isaię cap. 48. Vtinam custodisses mandata mea, multiplicata fuisset quasi flumen pax tua. & Paulus secundæ ad Corint. c. 5. Obtecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

Secunda est cõscientię tranquillitas, qñ. s. non remordet nec murmurat de peccato mortali: de qua intelligitur illud Iob 27. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. & Pau. 2. ad Cor. c. 1. Gloria nostra hęc est, testimoniũ cõscientię nostræ, q̃ in synceritate Dei, & in simplicitate cordis, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo.

Tertia est conformitas rationis & voluntatis: quando, s. voluntas nihil appetit, nil amat, in nullo delectatur, nisi vt recta ratio sententiat & dictat: de qua intelligitur illud Pauli ad Hebr. c. 12. Pacem sequimini & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deũ. & ad Ephe. c. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Spiritus autem sumitur pro parte superiori animæ in qua continetur intellectus & voluntas. Vnitas autem spiritus est concordia intellectus & voluntatis in bonum.

Quarta est concordia cordis & corporis ad fruendum Deo, quantùm pro hac vita conceditur: quę non solum stat in homine, sed deriuatur ad omnes alios quantùm in se est. Et hæc est perfectissima pax, quę dicitur pax Christi & Dei. Christi quidem, de qua inquit Paul. ad Colos. c. 3. Pax Christi exultet in cordibus vestris: hæc est de qua inquit Ioan. c. 14. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, nõ quomodo mũdus dat, ego do vobis. Dei verò, de qua inquit Pau. 2. ad Thess. c. vltimo, Deus autem pacis, det vobis pacẽ in omni loco.

Aduerte q̃ aliqui alio mõ distinguunt pacem, in pacẽ malam, & bonam. Bonã aũt in quatuor de quibus locuti sum⁹. Malã aũt in tres, s. in deordinatam & simulatam & iniquã.

Pax malè triplex.

Deordinata est qñ superior obedit inferiori vt ratio appetitui sensitiuo, prælatus subdito, rex ciui, vir vxori. Hanc habuit Adam erga Euã magis quàm erga Deum, ꝓpter qđ Gene. c. 3. dixit Deus ad Adam, Quia audisti vocem vxoris tuæ. s. magis quàm præceptum meũ, maledicta terra in opere tuo.

Simulata est, qñ quis odit ꝓximum, & ostendit beneuolẽtiæ signa, vt decipiat & lędat. De hac intelligitur illud Dauid in Psal. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, malã autem in cordibus eorum. Et Iere. c. 12. In ore suo pacem cũ amico loquitur, & occultè ponit insidias. Hac abominabili pace Luc. c. 22. Iudas oscŭlo fraudulentæ pacis ꝓdidit Seruatorẽ, hac Ioab occidit in dolo Amasan in 2. Regum c. 20. Dixit enim Ioab in dolo simulans pacem, Salue mi frater, & tenens manu dextra mentum Amasan percussit eum in latere, & effudit intestina eius.

Pax iniqua est qua mali & facinorosi concordant in flagitio, vt proditores patriæ, prędones, luxuriosi, homicidi

micidæ: hæ Pilatus & Herodes pacificati ſunt in morte Chriſti, Lucæ cap. 23.

Aliqui diſtinguũt pacem in temporalem & ſpiritualem ſiue æternam.

Temporalis eſt qua concordant homines in bonis terrenis poſſidendis, vt ſunt diuitiæ, & dignitates & principat⁹. Et hæc eſt, quam Seruator Ioannis cap. 14. dicit dari à mundo. Hanc deſiderauit Ezechias in libro 4. Regum cap. 20. Cũ dixit ad Iſaiã, fiat tantùm in diebus meis pax. De eadem intellexit Seruator Lucæ c. 19. Quando videns ciuitatẽ fleuit ſuper illam dicens, Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.

Spiritualis eſt, qua concordant homines in bono virtutis & in his, quæ ſunt ad ſalutem & diuinũ honorem. De hac intelligitur illud Iſaiæ cap. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. De hac intendit Seruator Ioannis cap. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et hoc fuit teſtamentum eius. Conſtat igitur quot modis dicitur pax, & omnes fundantur in Scriptura ſacra.

Pacificorum qui dicuntur beati.

Quantùm ad tertiũ aduerte clarũ eſſe, quòd Seruator dicens beatos pacificos, non intendit de pacificis pace mala, neque deordinata, neque ſimulata, neque iniqua: quoniam miſeria eſt & via ad damnationem. Vnde venit eam deſtruere & oppoſitum inducere, vt teſtatur Matth. c. 1. Nolite arbitrari quòd venerim pacem mittere in terrã, pacem, ſcilicet malam, terrenam, ſenſualem. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Non, vt inquit beatus Grego. in 6. Moralium. Sicut noxiũ eſſe ſolet, ſi vnitas deſit bonis, in pernicié eſt ſi adſit malis. Peruerſos nanque vnitas corroborat: dum concordant, & tantò magis incorrigibiles, quantò vnanimes faciunt. Nec intẽdit de pacificis pace tẽporali, qui nõ aliud quærunt quàm huius mundi bona in vita ſua quietè poſſidere. Nam Diſcipulis ſuis noluit hanc largiri Ioan. cap. 14. Non quomodo mundus dat ergo do vobis, imò prçmonuit eos, quòd in mundo non pacem, ſed preſſuram habebitis, in me autem, id eſt, quærendo me & animi bona poſſidere, pacem habebitis.

Intendit autẽ de pacificis pace bona diuiſa in quatuor prædictis, ſcilicet quæ eſt reconciliatio pro peccatis: Tranquillitas conſcientiæ: Conformitas rationis & voluntatis: Concordia cordis & corporis ad fruendum Deo. Hæc eñ eſt pax perfectiſſima, & pars regni Dei. Vnde Paul⁹ ad Ro. c. 14. Regnum Dei non eſt eſca neq; potus ſed iuſtitia & pax & gaudium in Spiritu ſancto.

Præterea intendit de pacificis, id eſt amantibus & ſitiẽtibus pacem, qui non quieſcunt niſi pacem faciant in ſeipſis, cum proximo, cum Deo. In ſeipſis quidem faciunt pacem, quando, vt inquit gloſſa ſuper textum Mat. c. 5. Beati pacifici, omnes animi ſui motus componunt, & rationi ſubiiciunt

Cum proximo, quando nemini oneroſos, aut moleſtos ſe gerunt. Si quem offendunt, quàm citius reconciliantur. Si offenduntur de corde remittunt. Si quos diſcordes viderint pacificare ſtudent, lites, bella, ſeditiones, vt peſtem fugiunt. Potiùs damna ferunt quàm impacifici viuere. Hi ſunt de quibus inquit Iſaias c. 52. Quam pulchri pedes ſupra montes annunciantis & prædicantis pacẽ. De his inquit beatus Bernardus in Sermonibus, Beati qui pro fratribus ſuis ſolliciti ſunt, & quantum valent ſibi & Deo reconciliare laborant. Quibus enim laudibus dignũ, quanto affectu amplectẽdũ putas fratrem illum, qui ſine querela conuerſatur inter fratres tota ſolicitudine cauet, ne quid in eo ſit quẽ ab aliis portari oporteat, & quicquid in aliis onerosũ patientiſſime portat, qui ſingulorũ ſcãdala ſua reputat, & cũ Apoſtolo loquitur. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror?

Cum Deo ſtudent per omnia Dei voluntati ſe conforma re, quem ſi offenderint, toto corde ipſum ſibi reconciliare. De his intelligitur illud 2. Petri c. 3. Satagite immaculati, in

Pacifici beati quomodo filij Dei vocabuntur.

uiolati ei inueniri in pace. Conſtat igitur in quo ſenſu intẽdat Seruator beatos pacificos eſſe.

Quantùm ad quartum aduerte vt ſcias quomodo pacifici ſunt beati pro præſenti vita & pro futura ex eo quòd filij Dei vocabuntur: quòd in præſenti vita ſunt beati propter aſſimilationem quam habent ad regem pacificum id eſt, Chriſtum, qui quandiu cum hominibus conuerſatus eſt, ſuper omnia pacem dilexit & docuit, & ſuaſit & impoſuit, & operatus eſt. Vnde in tota euangelij ſerie pax ſuper omnia cõmendatur, & quando natus eſt, angeli pacem annunciant, quando paſſurus erat, Diſcipulis pro teſtamẽto pacem reliquit, quando reſurrexit Diſcipulos pace ſalutauit, quando miſit eos in mundum prædicare, pro prima regula pacem aſſignauit. Paulus & cæteri Apoſtoli ſcribentes epiſtolas, principium à pace ſumunt. Meritò ergo pacifici dicuntur beati, pro præſenti vita inchoatiuè quoniam aſſimilãtur primo beato regi pacifico Deo humanato: cuius officium fuit pacificare homines inter ſe, & genus humanũ cũ Deo immortali: ex conſequenti incipiunt vocari filij Dei, de quibus dicitur Ioannis cap. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. In futura autẽ vita, hæc aſſimilatio perfecta erit & clariſsimè manifeſtabitur. Nã licet nũc ſimus Dei filij per gratiã & pacem, tamen non omnibus cõſtat. Vnde Ioan. in 1. epiſt. cap. 3. inquit, Nunc filij Dei ſumus ſed nondũ apparuit qd erimus. Scim⁹ aũt q cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt, Quaſi dicat, Nunc filij Dei ſumus per adoptionis gratiã, ſed illud quòd erimus in gloria filiorũ Dei propter ipſam filiationẽ, nondũ apparuit, & cum apparuerit ad ſimilitudinẽ Dei nos deducet in gloria Patris cæleſtis, & tũc videbimus eum ſine medio, ſicuti eſt, id eſt eſſentialiter, & ipſa facialis viſio implebit nos diuino lumine, & perfectè filios Dei efficiet. Sicut enim cryſtallus cùm Soli opponitur, ſtatim quòd lumine ſolari impletur, ſimilis Soli efficitur & dici poteſt Solis filius ex aſſimilatione, ſic filij gloriæ ſimiles Deo glorioſo efficientur ex diuino lumine quo implebuntur, & glorioſi filij Dei dicentur. Hoc igitur erit conſummatũ & perfectũ præmiũ pacificorũ. Et tunc implebitur dictũ Dauid in Pſal. Qui poſuit fines tuos pacẽ, & adipe frumẽti ſatiat te. Tũc enim fines noſtros quo ad oẽs animæ vires pacẽ ponet. & adipe frumenti æternæ dulcedinis per fruitionem ſatiabit nos. Verè ergo beati pacifici in præſenti & in futuro. Ex oppoſito verò miſeri ſunt, qui pacem oderunt, vt deducit diuus Aug. in libro. 19. de Ciui. Dei c. 13. Hæc de beatitudine pacis dicta ſint, quæ eſt vltima: nam quæ ſequitur, ſcilicet Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã, potiùs eſt præcedentes continens & confirmans quàm conditincta contra eas. Signũ nãq; & argumentũ q aliqui ſint pauperes ſpiritu modis, quibus ſupra expoſuimus, & quòd ſint mites & lugentes & eſurientes iuſtitiam & miſericordes & mundi corde & pacifici, ſumitur ex eo quòd perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã. Præterea, Idẽ præmiũ aſſignatur patientibus perſecutionem propter iuſtitiã, & pauperibus ſpiritu, ſcilicet regnũ cælorũ: ergo ſignũ eſt q non ſunt diſtinctę beatitudines, ſed hæc eſt confirmatio illius quaſi diceret Seruator, Omnium prædictarum beatitudinum ſignum infallibile eſt ſi perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, ſi ſuſtinent maledicta, & falſorum impoſitiones propter nomen meũ. Hanc igitur præcedentium beatitudinem confirmationem declarabimus in c. ſequenti.

CAPVT IX.

De vltima Beatitudine, qua omnium beatitudinum eſt confirmatio.

IN c. 9. declaranda eſt confirmatio ſeptem beatitudinum quæ conſiſtit in his verbis Matthæi ca. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, q perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, ꝓpter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra, copioſa eſt in cælis: ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Exponemus igitur ſingulas particulas.

Beati qui perſecutionẽ patiũtur.

Primò dicit, Beati qui perſecutionẽ patiuntur, & ratio eſt, quia cùm ſimus proni ad delectabilia, & naturaliter fugiamus contriſtatiua, vt docuimus in 7. Ethico. in aduerſis ferendis æquo animo difficultatem multam experimur: ideo maximum eis locatur meritum, & tantò magis quantò ſecundum naturam ſumus infirmiores. Vnde Paulus 2. ad Car. cap. 12. inquit, Virtus infirmitate perficitur, ſcilicet, quò ad meritum. & Ioannes in Apoc. cap. 2. inquit ſcribens angelo, id eſt, ſacerdoti eccleſiæ Epheſi. Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos, & patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, non defeciſti. Quoniam igitur perſecutionẽ patientes maximum habent meritũ, ideo in præſenti beati ſunt ex merito: quod eſt fundamentum futuri præmij.

Cur beati qui propter iuſtitiã patiuntur.

Secundò, dicit propter iuſtitiam, & id quidem rationabiliter, quoniam abſolute pati perſecutionem non eſt bonum nec laudabile. Nam & mali perſecutionem patiuntur propter demerita ſua, vt fures, homicidæ,

proditores,absolutè ergo pati miſerum eſt & non beatum. Sed pati propter iuſtitiam & meritorium & glorioſum eſt tam apud Philoſophos morales,vt docuimus in 3.Ethicorũ agentes de fortitudine, quàm apud ſacra eloquia. Nam Paulus ad Philip.ca.1.inquit,Vobis autem donatum eſt pro Chriſto,non ſolùm vt credatis in eum,ſed etiam vt pro illo patiamini. Sed aduerte quòd pati propter iuſtitiam, contingit duobus modis,ſcilicet propter iuſtitiã iudicantis,& propter iuſtitiam patientis.Hic intenditur non primo, ſed ſecundo modo:nam ſi iudex iuſte pœnam infligeret ex iuſtitia quidem procederet,ſed in punito ſupponeretur delictum & iniuſtitia,ſumendo iniuſtitiam,pro omni opere nõ recto & indebito.Quod autem quis patiatur perſecutionem propter delictum & iniuſtitiam ſuam neque glorioſum,neque beatum eſſet, aliter fur ſuſpenſus & homicida decolatus,laudabilis & glorioſus exiſtimaretur, quod eſt penitus irrationabile.Intendit ergo in ſecundo ſenſu:quaſi dicat,Qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã, id eſt innocentiam ſuam & propter opera bona,beati ſunt: quoniam maximum ſibi meritum acquirunt, & accipit iuſtitiã pro iuſtitia generali vt ſe extendit ad omnem virtutem, & prout omne opus bonum præceptum in lege dici poteſt iuſtitia.De qua quidem iuſtitia generali locuti ſumus in 5. Ethicorum in Trac.1.Et in ſecunda parte huius noſtri operis.& quidem quòd intendat de iuſtitia patientis & non de iuſtitia iudicantis confirmatur ex doctrina Petri in epiſtola 1.capit.2.vbi inquit.Hæc eſt gloria ſi propter conſcientiã ſuſtinet quis triſtitiam patiens iniuſtè,id eſt, ſine ſui culpa. Quæ eſt enim gratia ſi peccantes colaphizati ſuſtertis? Sed ſi bene facientes patienter ſuffertis, hæc eſt gratia apud Deum.

Pati propter iuſtitiã bifariam ſumitur.

Tertiò dicitur,quoniam ipſorum eſt regnum cælorum & hoc eſt præmium congruum patienti perſecutionem propter iuſtitiam & innocentiam ſuam,& propter iniuſtitiam iudicantium ac perſequentium.Nam iniuſte iudicatur contra legem iuſtam,& contra iuſtitiam regni Dei.De quo iudicio iniuſto dicitur in lib.1.Macha.c.2.Teſtes erunt ſuper nos cælum & terra, quòd iniuſte perditis nos, & in Actis Apoſtolorum cap.23.Dixit Paulus ad pontificem, Tu contra legem iubes me percuti.Sub poteſtate iniqua & manu impiorum cadit propter tyrannides,quas exercent principes mali.De qua poteſtate dicitur Danielis capit.3. Tradidiſti nos in manibus inimicorum, & peſſimorum præuaricatorum,& regi iniuſto & peſſimo. Præterea, Bonis ſuis temporalibus ſpoliantur propter auaritiam regnantium,& de hoc loquitur Paulus ad Hebræ.c.10.inquiens, Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſtinetis,arbitrantes vos habere meliorem & permanentem ſubſtantiam. Congruũ eſt igitur, vt patientes perſecutionem propter iuſtitiam, propter quam priuantur regno & participatione regni huius mundi ſecundum tria mala prædicta, remunerentur participatione regni cælestis à quo excludentur perſecutores iniuſti.

Patientia propter iuſtitiam cur ſit regnũ cælorum.

Quartò deſcendens in particulari diſtinguit patientiam perſecutionis propter iuſtitiam in tria.

Primò quantùm ad maledicta & opprobria.

Secundò quantùm ad perſecutionem vitę.

Tertiò quantùm ad impoſitionem falſorum criminum.

Deinde replicat præmium,vt ſuprà.

Quantùm ad primum dicit, beati eſtis cum maledixerint vobis homines. Pro cuius notitia aduerte q̃ maledicta ſunt iniuriæ quibus quis verbis diffamatoriis proximo nocere ſtudet,vt increpationes, opprobria, conuitia, & reliquæ in faciem confuſiones:quas praui,& iniqui contra ſanctos proferre conſueuerunt.Qui tamen patienter ſuſtinent pro Deo,& non remaledicunt,ſed potius benedicunt.Vnde Paulus 1.ad Cor.cap. 4.Maledicimur & benedicimus.& ad Rom.c.12.Nulli maledictũ pro maledicto reddẽtes.Benedicite & nolite maledicere.Et id quidẽ ſuſtinẽt exẽplo Seruatoris,de quo inquit Petrus in epiſtola 1.ca.3.Qui cum maledicereturnõ maledicebat,cũ pateretur nõ cõminabatur: tradebat aũt ſe iudicanti iniuſtè.Beati ergo beatitudine nõ huius mũdi,ſed maximi meriti apud Deũ qui maledicta ſic ſuſtinent.Aſſimilantur enim ſummo patienti,id eſt, Seruatori,quem vt ſcribitur Lucæ c.24 Oportuit pati & ita intrare in gloriam ſuam.

Patientes propter iuſtitiam quid patiãtur.

Quantũ ad ſecundum dicit,& perſecuti vos fuerint, aduerte q̃ perſecutionẽ intendit viã & modũ occidendi eos quaſi dicat,& ſtatuerint & cum effectu procurauerint occidere vos,nec deſtiterint quantum in eis eſt vos occidere & priuare omnibus bonis præſentis vitæ,quod peius eſt & durius quã maledicere.Et q̃ perſecutio intelligatur de morte patet Exodi.ca.15.Dixit inimicus,id eſt, Pharao cõtra Hebræos fugientes,Perſequar & cõprehẽdã.& diuidã ſpolia,implebitur anima mea,id eſt,deſiderium meũ,euagi nabo gladium meum,interficiet eos manus mea. Et Dauid in Pſal.Perſequar & cõprehendã inimicos meos,& nõ cõuertar donec deficiant.Confringã illos nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos.Beati ergo ſancti à prauis pſecuti in mortẽ,q̃m in hac patientia poſsidebũt animas ſuas.

Quantũ ad tertium dicit,& dixerint omne malũ aduerſum vos mentientes,propter nomẽ meum. Pro cuius notitia aduerte q̃ per dicere omne malum,intendit impoſitionem falſorũ criminũ,putà q̃ ſint magi,q̃ ſeductores, quòd voratores q̃ ebrioſi,q̃ libidinoſi.Sicut dicitur in eccleſiaſtica Hiſtoria,q̃ inimici Chriſtianæ fidei imponebant ſanctis, quòd eſſent puerorũ corruptores,q̃ abuterentur matribus & ſororibus,& hæc quidem obiiciebant,vt non audirentur à populis & eorum doctrina falſa & ſeductoria exiſtimaretur.Hos igitur beatos dicit duobus ſeruatis: primò quòd imponentes huiuſmodi crimina falsè & mendaciter imponant.Nam ſi imponerent cum veritate,non paterentur nec ſuſtinerent propter inſtitiam,ſed propter culpam ſuam, ex conſequenti non eſſent laudabiles, nec glorioſi.Sicut docuimus ſuprà ex doctrina Petri in epiſtola 1.cap.2.

Secundò q̃ imponentes crimina falſo & mendaciter, imponant non ex odio,aut temeritate, aut inuidia agitati qua fertur aliquando homo cõtra hominẽ.Hæc enim eſſet peccatũ tantũ contra proximũ,ſed imponant propter me, id eſt cauſa mei:quoniam neque nomen meum ,neque doctrinam,neque fidem audire poſſunt. Quales ſunt tyranni idololatræ perſecutores martyrum,& obſtinati Hebræi. Beatos igitur dicit eos patienter ſuſtinentes impoſitionem falſorum crimin propter nomen& doctrinam Ieſu Chriſti,& de hac patientia intelligitur illud Pauli 2.ad Cor. ca. 6.Per infamiam & bonam famam,vt ſeductores & veraces.

Poſtremò dicit, Gaudere & exultate in illa die, id eſt quando audietis maledicta propter me,quãdo ad mortem vos perſequentur,quando imponent vobis falſa cauſa mei. gaudete,ſ.in animo,& exultate in corpore.Nã gaudiũ pro priè eſt diffuſio cordis in conceptiõe boni,& exultatio eſt gaudij interioris manifeſtatio: per ſigna extrinſeca, puta voce laudis,applauſu manuum,riſu,ſerenitate vultus.Quoniã merces veſtra ꝑ tãto labore eſt copioſa id eſt ,ſufficẽtiſſima in cælis,id eſt in bonis cęleſtibus æternis inamiſſibilibus. De qua acturi ſumus in Parte octaua. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT X.

Num ſeptem Euangelica beatitudines intelligantur in præſenti vita.

IN ca.10.inueſtigandum eſt ſi præmia aſsignata ſeptẽ beatitudinibus,intelligenda ſunt pro prẽſenti vita:an pro futura in patria cæleſti.Hìc igitur duo agenda ſunt.

Primò ponentur diuerſæ doctorum ſententię.

Secundò ponẽt diſtinctio, per q̃ terminabitur ꝓpoſitũ, & concordabimus Doct. qui videntur diſſentire ab inuicẽ.

Quantùm ad primum aduerte,q̃ in hoc propoſito, tres ſententias inuenio,duas quidẽ extremas,& tertiã mediam.

Prima quidem extrema eſt diui Aug.in lib. de Sermone Domini in monte. Ipſe tenet prẽmia ſpectare beatitudinibus pro præſenti vita.Vnde inquit, Iſta quidem in hac vita compleri poſſunt,ſicut in Apoſtolis cõpleta eſſe credimus:nam illa omnimoda, & in angelicam formã mutatio, quæ poſt hanc vitam promittitur, nullis verbis exponi poteſt.Et deſcendens ad ſingula præmia declarat quomodo pro præſenti vita haberi poſſunt.Et primò pauperes ſpiritu in hac vita regnum cęlorũ habere poſſunt,per ſapientię initium,ſecundum quod incipit in eis ſpiritus regnare & carnem ſubiicere.Secundò mites poſsidere poſſunt terram ſecundum quòd poſſeſsio terræ ſignificat affectũ bonũ animæ quieſcentis per deſiderium in ſtabilitate hęreditatis perpetuæ,quę per terram ſignificatur. Tertiò lugentes in hac vita conſolari poſſunt participando Spiritum ſanctum qui paraclitus dicitur,id eſt conſolator. Quartò eſurientes & ſitientes iuſtitiã ſaturantur in hac vita illo cibo,de quo dicitur,Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei. Quintò miſericordes,etiã in hac vita, miſericordiã à Deo cõſequũtur.Sexto mũdi corde,purgato oculo per donũ intellectꝰ,Deũ videre poſſunt.Septimò pacifici q̃ in hac vita motus ſuos pacificant ad Dei ſimilitudinem accedentes,

filij

filij Dei nominantur. Cõſtat igitur ad mentem diui Aug. quomodo hęc præmia in hac vita haberi poſſunt.

Secunda extrema eſt beati Ambroſij ſuper Lucam: ipſe tenet prædicta præmia non ad præſentẽ, ſed ad futurã vitã pertinere. Quod ſic declaratur, Pauperũ ſpiritu, prçmium eſt regnum cçlorũ, quæ eſt cælestis beatitudo, quę non niſi poſt mortem haberi poteſt: manſuetorum præmium eſt poſſeſſio terræ viuentium quæ non eſt terra morientiũ, ſed immortalium. Hæc autem non eſt præſentis vitæ, ſed futuræ: vbi mors non erit, ſed perpetua vita. Eſurientium & ſitientium iuſtitiam præmium ſaturitas: quæ non datur niſi apparuerit gloria Domini iuxta dictũ Dauid in Pſal. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Id autẽ non conceditur pro præſenti vita. Miſericordiũ præmiũ eſt conſecutio miſericordię, quæ importat liberationem ab omni miſeria & defectu indigentiæ, quæ non eſt præſentis vitæ, ſed futuræ: quoniã tunc Deus ex miſericordia & bonitate ſua, abſterget omnẽ lachrymam ab oculis ſanctorum. Lugentium præmiũ eſt cõſolatio: quæ perfecta non datur in præſenti vita, cum ſit vallis miſeriæ. Mundorum corde prçmiũ eſt viſio Dei, quæ non datur pro prçſenti vita: quoniam nõ videbit me homo & viuet Exodi 33. vita, ſcilicet mortali. Pacificorum præmiũ eſt filiatio Dei, quæ ad futuram vitam ſpectat iuxta illud 1. Ioan. ca 3. Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus, &c.

Tertia quæ eſt media, eſt Chryſoſtomi ſuper Matthæum tenet q̃ ſpectant ad præſentẽ vitã & futurã. Ad prçſentem quidem in ſpe & in merito, & inchoatiuè reſpectu æternæ beatitudinis. Ad futurã autem in omnimoda & perfecta cõſecutione. Et hęc via rationabilior eſt, & cõcilia tiua vtriuſque extremæ opinionis recitatæ. Nã opinio Aug. eſt intelligenda inchoatiuè, ſed non conſummatè & perfectè. Via autem beati Ambroſij eſt intelligẽda cõſummatè & perfectè, ſed nõ inchoatiuè Et iuxta hanc diſtinctionem proceſſim' in precedentibus capitibus: in quibus pro ſingula beatitudine aſſignauimus præmium futuræ & præſentis vitę. Nulla ergo eſt contradictio in ſacris Doctoribus. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT XI.

De Congruitate præmiorum ſingularum beatitudinum.

IN c. 11. inueſtigandum eſt, ſi præmia beatitudinum cõgruè aſſignantur. Pro cuius notitia aduertẽ, quòd in c. 1. hui' Tract. vbi aſſignauimus rationem ſufficientiæ ſeptem beatitudinum, in ſecunda via propoſuimus triplicem, ſ. voluptuoſam, actiuam & contemplatiuã. Contra voluptuoſam, Seruator poſuit tres primas beatitudines. Pro actiua ꝓpoſuit quartã & quintã beatitudinẽ, ꝓ ſpeculatiua ꝓpoſuit ſextã & ſeptimam beatitudinem, & horũ omniũ rationẽ vide ſuprà in c. 1. Nunc ſi militer iuxta triplicem prędictam beatitudinem ſcilicet, voluptuoſam, actiuam & ſpeculatiuã declarandũ, quomodo ſingulæ beatitudinis præmiũ cõuenienter aſſignatur. Igitur aduerte quòd tres primę beatitudines ſumuntur per retractionem ab his, in quibus voluptuoſa beatitudo conſiſtit, quã homo deſiderat quęrens id quod naturaliter deſideratur: non vbi quęrere debet ſcilicet in Deo, ſed in rebus terrenis & mutabilibus. Et ideo prçmia trium primarum beatitudinum accipiuntur ſecundum ea, quę in beatitudine terrena aliqui quęrunt. Quęrunt autem homines terreni in rebus exterioribus, ideſt indiuitiis & honoribus quandam excellentiam & abundantiam, quorum vtrunque importat & continet regnũ cælorum: per ipſum eñ homo conſequitur & abundantiam, & excellentiã bonorum omniũ in Deo & ideo pauperibus ſpiritu, Dominus in præmium promiſit regnum cçlorum. Quęrunt in ſuperiracundi & immites, per lites & bella deſtruere inimicos ſuos vt ſecuritatem vitę, & poſſeſsionis bonorum temporalium poſſint ſibi acquirere, & ideo Dominus manſuetis promiſit ſecuram & quietam poſſeſſionem terrę viuentiũ, per quam terram ſignatur firmitas ęternorum bonorũ. Quærunt etiã homines in concupiſcentiis mundi voluptatibus conſolationẽ, contra præſentis vitæ triſtitias & labores. Et ideo Dominus lugentibus perfectã conſolationem in præmium promiſit, & ſic patet qũo prçmia trium primarum beatitudinũ rectè aſſignantur contra beatitudinem voluptuoſam & vulgarem. Alię duę beatitudines, ſcilicet quarta & quinta pertinent ad opera beatitudinis actiuę: quæ ſunt opera virtutum ordinantium hominem ad proximum: vt iuſtitia & miſericordia, à quibus operibus retrahuntur homines propter inordinatum amorem proprij boni, & ideo Dominus his beatitudinibus attribuit illa præmia propter quæ homines ab eis diſcedunt. Diſcedunt enim aliqui ab operibus iuſtitiæ nõ reddentes debitum ſed potiùs aliena rapientes, vt bonis temporalibus ditentur, & ideo Domin' eſurientibus iuſtitiam, ſaturitatẽ promiſit. Diſcedunt etiã aliqui ab operibus miſericordię, ne alienis miſeriis ſe implicent. At ideo Dominus miſericordibus, miſericordiam repromiſit propter quam ab omni miſeria liberantur. Aliæ duæ beatitudines, ſcilicet, ſexta & ſeptima, ſpectant ad beatitudinem ſpeculatiuam, & ideo ſecũdum conuenientiam diſpoſitionum, quæ ſe tenent ex parte meriti, præmia aſsignantur. Nam mundicia oculi, diſpoſitio eſt ad clare videndum: & ideo mundis corde, diuina viſio repromittitur. Conſtituere verò pacem in ſeipſo, vel inter alios: manifeſtat hominem huiuſmodi, eſſe verum Dei imitatorem: q̃ eſt Deus vnitatis & pacis, & ideo in præmium promittitur pacificis, Dei filiatio. Conſtat igitur, quomodo ſingulis ſeptem beatitudinibus congruè aſsignantur ſua præmia.

Sed dices, Cùm in regno cælorum, quod eſt æterna beatitudo, bona omnia contineantur, eo in præmium aſsignato in prima beatitudine, non erat neceſſe alia præmia aſſignare: nam poſſeſsio terræ viuentium & conſolatio & ſaturitas, & miſericordia & diuina viſio, & diuina filiatio in regno cælorum continentur.

Reſpondetur, licet omnia præmia ſint vnum in re, ſcilicet æterna beatitudo, tamen, quoniam intellectus humanus eam non capit, ideo oportuit quòd per diuerſa bona nobis nota deſcriberetur: obſeruata conuenientia ad merita, quibus attribunntur præmia. Et ideo conſiderans Seruator conditionem & imbecillitatem humani intellectus in apprehenſione æternæ beatitudinis, congruè ſingulis beatitudinibus deſignauit diſtincta præmia. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Septima Partis, de Euangelicis Beatitudinibus, finis.

OCTAVA PARS PHILOSOPHIAE MORALIS diuinæ atque chriſtianæ, de ſummo Bono, in octo diuiſa Tractatus.

OMnes qui de moralibus ſcripſerunt & antiqui Philoſophi, & ſacri Theologi, intentionem ſuam compleuerunt in inueſtigatione ſummi boni & vltimi finis, ad quem natus eſt homo. Sic proceſſerunt Hermes triſmegiſtus in Pimandro, ſic Orphæus, & Heſiodus, ſic Pythagoras in verſibus aureis, ſic Plato vt docuimus in ordinatione Philoſophiæ ſuæ moralis, ſic Ariſt. in Ethicis ſic Dionyſius, ſic Damaſcenus in ſententiis, ſic Aug. in libro de Ciuit. Dei, ſic Magiſter Sententiarum in 4. ſic denique ſacra doctrina quæ complebitur in Apoc. Ioannis, vt manifeſte conſtat in penult. & vlt. capite. Et id quidem rationabiliter egerunt: quoniam moralia ſe habent ad conſequendũ bonum vltimum & ſummum ſicut media ad finem, ſicut medicamina ad ſanitatem. Eandem intentionem imitatus ſum in toto hoc opere Chriſtiano: ideo quæcunque in præcedentibus partibus diſpoſuimus, ad hanc vltimam referenda ſunt, & gratia eius pertractata ſunt, & de ſeptem virtutibus ac ſeptem donis, & ſeptem ſacramentis, & operibus Chriſtianis, & ſeptem beatitudinibus iſagogicis conſtat quòd media ſunt ad felicitatem conſequendam. De ſeptem autem vitiis capitalibus pertractauimus vt vitari poſsint tanquam impedimenta retrahentia à ſummo bono & inducentia ad oppoſitum. Nã & prudẽs medicus non tantum habet conſiderare media ad ſanitatẽ, ſed etiam præcauere à nociuis & impedientibus, & ſuper ea docere & admonere infirmum, ne mortem incurrat vbi ſalutem ſperat. Hanc igitur vltimam conſiderationem noſtram diuidemus in quatuor Tractatus.

In primo percurremus varias hominum ſententias tam eorum, qui fuerunt extra fidem, quã intra, licet errauerint.

In secũdo reiectis falsis & vanis sententiis tractaturi de vera & Christiana felicitate inuestigabimus de singularissimo medio, quod Deus à nobis requirit vt felicitemur, & vera forma, siue exemplari, cui si impressi fuerimus, absque dubio beati erimus.

In tertio declarabimus in quo consistat vera & Christiana felicitas tam animæ quàm corporis.

In quarto manifestabimus in quo consistat suum oppositum, scilicet miseria animæ & corporis.

TRACT. I.

TRactatum primum diuidimus in tria capita. Primò recitantur ac reprobantur eorum sententiæ, qui præfuerũt incarnationi filij Dei. Secundò eorũ qui fuerũt post incarnationẽ sed fidem ex sacro baptismate non receperunt. Tertiò eorum qui post incarnationem & dissem inatam fidem fuerunt, & sacrum baptisma receperunt.

CAPVT I.

Eorum de summo bono reprobantur sententiæ, qui Christi incarnationi præfuerunt.

IN ca.1. recitandæ sunt ac reprobandæ vanæ eorũ sentẽtię, qui præcesserunt filij Dei incarnationem. Tu igitur aduerte, quòd cùm tria sint bonorum humanorum genera, vt docuimus in 1. Ethicorum, & felicitas communi omniũ sententia sit bonum humanum non quocunque modo, sed summũ bonum, Quidã eorũ statuunt eam in fortunæ bonis, quidam in bonis corporis, quidam in bonis animæ, vt apertè tibi declarauimus in 1. Ethi. nũc quàm breuissimè repetimus nouis exemplis additis.

Bona fortunæ sunt pecunia, honor beneuolentia, dominatio.

Quidam statuerunt felicitatem in pecunia vt auarus ille Midas, & intelligitur pecunia non solum nummus vt aurum & argentum cussum atque figuratum, sed sumitur pro omni eo quod in nummum commutabile est, & econtrario vt docuimus in lib. 1. Politic,

Felicitas nõ consistit in fortunæ bonis.

De opinione talũ intelligitur illud Dauid in Psal. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, scilicet pecunia & diuitiæ. Sed horum sententia falsa est: quoniã felicitas cum sit summum bonum & vltimus rerum humanarum, finis, non propter aliud bonum sed tantum propter seipsum quæritur & omnia alia propter ipsum. Sed pecunia & reliqua fortunæ bona non propter seipsa, sed propter corporis & animæ commoda quærũtur vt docuimus in 10. Ethi. & in 7. Politicorũ. Vnde & apud Philosophos qui veram scientiã atti gerunt appellantur fortunæ bona, instrumenta felicitatis, si moderata possideantur. Constat ergo quòd in eis non consistit vera felicitas. Cuius signum est quòd Scriptura laudat non sperantes in pecunia. Dicitur enim Eccles. c.32. Beatus vir qui post aurũ non abiit nec sperauit in pecuniæ thesauris: & dixit Christus Lucæ c.6. Vęh, vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.

Quidam statuerunt eam in beneuolentia & honore sicut cõmuniter arrogantes, & Augustus dicere solitꝰ erat. Sed quòd hæc sit sententia, falsa: iam docuimus in 1. Ethic. Vide tu illic. Et nunc addo quoniam felicitas in arbitrio & facultate est felicis, aliter non quietaret eum, sed beneuolentia & honor & laus & exaltatio, non stant in arbitrio nec facultate nostra: nam experimur quàm facilè & sępè amittuntur & impediũtur absque demeritis nostris. Contingitq; aliquẽ honorari & laudari, & tamen idipsum patet: ex consequenti nullũ sentit solatiũ. At sine gaudio nemo felix vt docuimꝰ in 10. libro Ethicorum.

Felicitas nõ consistit in honoribus & beneuolentia.

Quidam statuerunt eam in principatu & dominio, vt Lycurgus & Lacedæmones, quibus leges condidit, quæ non aliud affectabant quàm externas gentes subiugare ac tributarias facere, vt soli dicerentur beati ex libertate & imperio: & in eandem sententiã deuenit Cæsar qui aliud non intendebat nisi huius mũdi inferioris vniuersale imperium: & Nabuchodonosor, Iudith c.1. Sed q̃ horũ sententia falsa sit, patet hinc, Felicitas felicem quietũ & à curis liberat, extra pericula ponit, verã libertatẽ donat, hostiles insidias & machinationes annihilat: Sunt enim hæc beati priui legia, vt docuimus infrà diffiniẽtes verã felicitatẽ. Verũ quã tò pluribus quis dominatur (teste experientia) tãtò acriori bus vexatur curis plura subit discrimina, plurib⁹ seruit, plures tollerat, pluribus & afflictiuis demergitur negotiis, & plures sibi comparat hostes.

Felicitas nõ consistit in principatu

Stultum est ergo appellare huiusmodi felicem, licet vulgus oppositum iudicet.

Bona corporis sunt robur, sanitas & pulchritudo.

Quidã statuunt felicitatem in robore & salute corporis. Vnde Herculẽ, Hectorẽ, Achillẽ, diuos, seu beatos appellant, & in hanc sententiam deuenit Milo Crotoniata. Quæ quàm falsa sit hinc patet quòd felicitas stabile bonum dicit, vt dicemus infrà. Robore autẽ & salute corporis quid breuius aut mutabilius? Assimilantur enim in Scriptura sacra nebulæ, fumo & vmbræ, quæ in transitu sunt & post se vestigiũ non relinquũt. Vnde dicitur Sapientiæ c.2. Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur quæ fugata est radiis Solis, & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, &c.

Felicitas nõ consistit in corporis robore & incolumitate.

Quidã eam statuunt in corporis decore, atque pulchritudine, eò quòd maximam videtur habere vim trahendi & conciliandi animos vt patet de Iudith apud Olofernem, & Hester apud Assuerum. Comparátque sibi immortalem laudem & memoriam: vt patet de Helena & Diana, de Venere de Euridice, quæ sunt à Poëtis decantatæ. Et ad hanc vanam sententiam declinauit Sceticus Berillus, qui vt in summo bono sua pulchritudine gloriabatur. Quæ sententia quàm falsa sit constat ex eo, quòd felicitas est felicis iocunda & charissima possessio. Sed corporis pulchritudo aliis potius est bonum & iocunditas, scilicet amatoribus quàm ipsis pulchris. Amatores enim illius admiratione & assistentia rapiuntur in ecstasim, pulchris autem sępenumero pulchritudo causa est seruitutis & zelotypiæ seuę, & amari interitus. Prætereà, nulla pulchritudo stabilitatẽ aut diuturnitatem habet, ideo dicitur Prouer. cap.31. Vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. De ratione autem vt dicemus felicitatis, est, quòd sit permanẽs & immutabilis, ergo, &c. De mutabilitate bonorum corporis, disertissime loquitur Scriptura sacra Sapientiæ ca. 5. vbi inquit, Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius prærurrens, & tanquam nauis, quæ pertranſiit fluctuantem aquam: cuius cũ transierit non est vestigiũ inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus, aut auis, quæ transuolat in aërem: cuius nullum inuenitur itineris argumentũ in aëre: sed tantũ sonitus alarum verberans leuem ventum, aut tanquam sagitta emissa ad destinatum locũ: diuisus aër in se cõtinuo recluſus est vt ignoretur transitus illius, sic & nos nati continuò desinimus esse, &c. Cùm igitur bonorum corporis tanta sit breuitas, & instabilitas vanum est in illis felicitatem statuere.

Felicitas nõ consistit in pulchritudine.

Bonorum animæ quędã sunt partis irrationalis, id, est sensitiuæ tam interioris quàm exterioris & appetitiuæ quædam partis rationalis, ideſt intellectiuę & volitiuæ.

Bonorum animæ partitio.

Bona partis irrationalis sunt acumen & viuacitas sensuum tam exteriorum quã interiorum, & voluptates gustus ac tactus & consecutiones passionum appetitus sensitiui de quibus locuti sumus in parte sexta.

Bona partis rationalis duplicia sunt: quoniã quędã sunt naturalia, id est nobiscum genita, vt perspicacitas intellectus, memoriæ tenacitas & promptitudo, voluntatis audacia & magnitudo. Quædam autem sunt longo exercitio atque studio acquisita, vt morales habitus atque intellectuales tam practici, vt ars & prudentia: quàm speculatiui vt scientia & sapientia.

Quidam felicitatem statuerunt in bonis animæ secundum partem irrationalem tam sensitiuam quàm appetitiuam, de quorum numero fuit Aristippus, & illi in quorum persona dicitur Ecclesiastes cap.3. Et deprehendi nihil esse melius quam lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Et cap.5. Hoc visum est mihi bonum vt comedat quis & bibat & fruatur lætitia ex labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ: quos dedit ei Deus, & hæc est pars eius.

Felicitas nõ cõsistit in aliqua sensuum voluptate.

Sed quã falsa sit horum sententia patet hinc, felicitas dicit voluptatem siue delectationem puram inadmixtam tristitiæ, vt docuimus in lib. 9. & 10. Ethic. Id autem non verificatur de voluptatibus sensuum neque appetitus sensitiui, teste experimento, experimur enim quòd huiusmodi voluptates ardor antecedit. Concomitatur suspicio & zelus mordens. Subsequitur pœnitudo & dolor. Multis longisque discriminibus vna breuis emitur voluptas. Extremum sui præoccupat luctus: Et tandiu huiusmodi voluptatis vehementia durat: quandiu adest corporis indigentia, vt constat in comedente atque bibente. Indigentia verò molestia quædam atque tristitia est.

Omnis

Omnis,ergo ſenſuũ& appetitus ſenſitiui voluptas quia ſuo oppoſito,id eſt dolori & modeſtiæ admiſcetur:neque ſpura, neque vera,neque ſufficiens eſt:ergo nec felicitas eſt. Præterea,Vilia hæc oblectamenta fallacia, volatilia, inquieta ſunt,neque humanum replent animum quodam naturali inſtinctu ſublimiora petentem:ergo non eſt hominis ſed bruti in his ſiſtere velle.

Felicitas nõ conſiſtit in animæ rationalis naturalib⁹ partibus.

Quidam eam ſtatuunt in bonis naturalibus partis rationalis,vt vigere ingenio,memoria atque prompta, & audaci voluntate.Tales enim apud omnes gentes ratione vtentes,ſunt aliorum domini & duces, ſuntque inter alios dij. Sed nec vera eſt horum ſententia:quoniam felicitate nullus male vtitur,cum ſit ſimpliciter & ſummum humanũ bonũ. Sed his bonis naturalib⁹ partis rationalis,vtitur homo male & bene,vt patet in iudice malo,& principe tyrãno,ergo, &c.

Felicitas nõ cõſiſtit in habitibus vel actibus moralib⁹.

Quidam eam ſtatuunt in habitibus & actibus moralib⁹ longo exercitio acquiſitis,vt arbitrantur Stoici & Cinici. Sed quòd verum non ſit patet hinc.Operationes habituum moralium,negocioſę atque laborioſę ſunt. In labore autem non ſiſtit felicitas,ſed in quiete poſt laborem, cum ſit deſideratiſſimus finis. Negociamur enim vt ociemur, & bellum gerimus vt in pace viuamus,ſicut docuimus in 10. Ethic.Præterea,Mores non propter ſeipſos quæruntur, ſed veluti medicinæ quædam ad animi purgationem referuntur,purgatio verò animi ad eius tranquillitatem.Trãquillitas verò ad veritatis ſummæ ſpeculationem,ſicut aëris ſerenitas ad lumen Solis.Cùm igitur felicitas propter ſeipſam quęratur,nec ad aliud referri poſſit, conſtat quòd nec in habitibus moralibus,nec in eorum operationibus ſiſtit felicitas.

His igitur reiectis ſupereſt vt inueſtigemus ſi in bonis animæ ſecundum partem rationalem & præcipuè ſpeculatiuam ſtat ipſa vera felicitas.

Felicitas cõſiſtit in ſpeculatione veritatis.

Tu igitur aduerte,quòd omnes qui veram philoſophiã aliquando rectè attigerunt,humanam felicitatem in ſpeculatione veritatis admixta puriſsimæ delectationi repoſuerunt,vt docuimus in lib.10.Ethic.Verùm,cùm ipſa veritatis ſpeculatio trifariam diuidatur: quoniam alia eſt ſub cæleſtium quæ naturalia dicuntur: alia cæleſtiũ, quæ ſunt cęleſtia corpora eorumque virtutes & motus: alia ſupercæleſtium,quæ diuina entia appellamus. Aliqui ſtatuerunt felicitatem noſtram in ſpeculatione ſubcæleſtium quæ ſunt elementata atque elementaex ſui natura corruptibilia atque mortalia Ex his fuit Democritus atque Simonides antiquus poëtarum:qui in hanc ſententiam deuenerunt:quoniam arbitrati hominem eſſe mortalem atque incolã tantũ mundi huius terreni & tranſmutabilis,dixerunt non ſpectare ad ipſum inquirere niſi ea in quibus verſatur.Quæ autem ſuper ipſius naturã exiſtunt,rtlinquenda ſunt, vt cæleſtia & diuina ſuper cæleſtia.Hinc prouenit illud vulgatum Catonis,Mitte arcana Dei,cęlũque inquirere quid ſit:Cùm ſis mortalis,quæ ſunt mortalia cura.

Sed horum ſententia humanę naturæ dignitatem vilificat:quoniam & ſi corpore mortalis ſit homo, quid tamen diuinum hebet in ſe id eſt intellectum,quo diuinorũ capax eſt,vt docuimus in 1.& 12.Metap.& in 10.Ethic.Vnde & Ari. in 1.Metap.Simonidem reprobat,& Anaxagoras Democritum arguit.

Aliqui verò ſtatuunt eam in ſpeculatione cęleſtium,quã ſolam philoſophiam atque ſapientiam arbitrabantur, vt innuit Ariſtoteles in procœmio primi Meta.Ide ſacerdotibus Aegypti: qui partis omnibus & acquiſitis quę ad vitę neceſſitatem & voluptatem ſpectabant,ſolis diſciplinis ſpeculatiuis mathematicis & aſtrorum peritiæ vacabant. In horum ſententiã deuenit Anaxagoras,qui in ſpeculatione ſub cæleſtium quieſcere noluit.Contentus autem fuit immorari in ſpeculatione cæleſtium: altiùs non aſcendens. Vnde interrogatus ad quid natus fuiſſet reſpondit, Vt cęleſtia contemplaretur, cęlumque patriã ſuam eſſe affirmauit. Sed & horum vana eſt ſententia:quoniam cùm ſuper cęleſtia atque diuina entia longe pręſtãtiora ſint corporibus cęleſtibus cuius ſignum eſt.quòd mouent, quòd regulant cæleſtes ſphæras:& felicitas vera conſiſtat,vt docemus infrà in ſpeculatione ſummi ac perfectiſſimi entis: conſtat eam non reponendam in ſpeculatione cęleſtium ſed ſuper cęleſtium.

Felicitas in diuinorum contemplatione conſiſtit.

Alij igitur magis illuſtrati,vt Ariſt. & Plato, vt docuimus in 10.Ethic.& Tract.vlti. Philoſophiæ moralis Platonicę in ſpeculatione ſupercęleſtium ac diuinorũ.& prę-cipuè ſummi ac feliciſsimi Dei,eam repoſuerunt. Verùm quia diuinorum ſpeculatio duplex eſt.Quædã pro pręſenti vita per ſcientias ſpeculatiuas & Metaph. Quædam poſt huius vitæ ſtatum:ideo in hoc partiti ſunt Ariſt. & Peripatetici,Plato cum Academicis. Nam vt docuimus in 1.&10. Ethic.Ari.cum ſectatoribus ſuis contentatus eſt loqui tantum de felicitate præſentis vitæ,de ea aũt quæ eſt alterius vitæ vix verbũ fecit.Hanc autẽ conſiſtere voluit in ſpeculatione diuinorum entiũ,& qualis ſit,quæ,cuius excellẽtiæ in reſpectu ad felicitatem practicã:iam pertractauimus in Epito.noſtris in 10.Ethi.Trac.2.ca.2.& 3.per totum Tu vide illic.Verum Plato vt docuimus in ſua morali Philoſophia quam ordinauimus in Tract.7.ca.2.aduertens hanc quã habere poſſumus propræſenti vita diuinorum cognitionem penè nullam eſſe & multã cõtinere ambiguitatem,volupta temque ex ea prouenientem multis anxietatibus admixtã, ideo noluit in ea felicitatẽ reponere,ſed dicit eam eſſe felicitatis vmbram.Verã aũt felicitatẽ quæ ſit clara,& certa, perfecta,ex omni parte delectabilis: non aſsignat niſi poſt mortem:vt videre poteris in Trac.7.ca.2.ſuæ moralis philoſophiæ.Et hæc Platonis ſententia propiùs veritati accedit.Nam ſi in præſenti vita talem poſſet homo acquirere diuinorũ cõtemplationẽ per ſcientiã & ſapientiã atque humanam prudentiã & doctrinã non dixiſſet Salomon in Eccleſiaſtes ca.1.Præceſsi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me,& mens mea contẽplata eſt multa ſapienter, & didici, dedique cor meum, vt ſcirem prudentiã,atque doctrinam Et agnoui,quòd in his quoque eſſet labor & afflictio ſpiritus,eò quòd in multa ſapientia multa ſit indignatio,& qui addit ſcientiam addit & laborem.Conſtat igitur hominem pro hac vita felicitari non poſſe ex cognitione diuinorum poſsibili acquiſi i humano ſtudio atque labore.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT II.

Eorum reprobantur de felicitate ſententiæ,qui poſt Chriſti Incarnationem fuerunt.

IN 2.capi.recitandæ ſunt ac reprobandæ eorum ſententiæ qui poſt Dei incarnationem fuerunt, nec tamen ſacram fidem ex baptiſmo ſuſceperunt. Et iſti præcipuè fuerunt Machumetani philoſophi vt Auicenna,Algazel, & Auerroes. Horum igitur ſententiæ in hoc capit. inueſtigandæ ſunt.Verùm antequam ad ſingulorum ſententiam deueniam,aduerte quòd omnes in hoc conueniunt, humanam felicitatem non conſiſtere in bonis & voluptatibus corporis & maximè guſtus & tactus, neque in præſenti vita neque poſt reſurrectionem, vt ſomniauit ille fœdiſsimus Machumeth in Alcorano,vt recitat dominus Nicolaus Cuſa in cribratione Alcoran.in lib.2. ca. 18. vbi inquit, Bonos paradiſum introire,vbi dulciſsimas aquas, pomaque multimoda,& varios fructus, & decentiſsimas mulieres, & omne bonum in æternum poſsidebunt. Et aduerte, quòd licet nonnulli ex ſapientibus Arabum excuſare conentur cõpoſitionẽ Alcorani dicentes quòd vitam beatã per has ſimilitudines ſenſibiles deſcripſit,quas non expoſuit, ſed ſapientibus exponendas intellectualiter reliquit: tamen non ſic intendebat,vt verba ſonant. Sic autem beatam vitam deſcripſit in alio ſeculo,quoniam ipſos rudes Arabes trahere ſtudebat vt in Deum vnum creatorem crederent: à quo eſſe & viuere in hoc ſeculo ſortiti ſunt, qui etiam daturus illis eſſet in ſeculo futuro vitam ſine defectu & indigentia quam ſub ſimilitudinibus tradidit: quoniam Arabes ex ſui ignorantia capaces non erant intellectualium atque ſpiritualium,nec ad ea vtpotè eis incognita & iuaſſueta appetenda moti fuiſſent.Licet inquantũ nonnulli defendentes Machumeth dogma peruerſum ſic ſentiant, tamen Auicenna qui & ſapientiſsimus inter Machumetanos extitit,vt patet in 9.libr.& 10.ſuæ Metaph. abſque hæſitatione tenet Machumeth intendere de felicitate & voluptate corporali.Vnde in libro 9.ſuæ Metaphy. capite.7 inquit, Oportet vt certificemus hic diſpoſitionem, id eſt felicitatem animarum humanarum cùm ſunt exutæ à corporibus ſuis. Oportet autem te ſcire quod promiſſio alia eſt quæ fide recipitur:quoniam non eſt via ad probandum eam: niſi credendo teſtimonio Prophetæ, ſicut illa quæ eſt de eo quòd habebit corpus apud reſurrectionem.Tu autem iam ſcis delectationes ocorporum & gaudia quid ſunt:lex enim noſtra quam dedit Machumeth oſtẽdit diſpoſitionem felicitatis & miſeriæ quæ ſunt ſecundum corpus. Et alia eſt promiſsio quæ apprehenditur & intellectu&argumentione demonſtratiua & prophetia approbat

Machumeti deſelicitate ſententia.

approbat,& hæc eſt felicitas & miſeria animarũ poſtquam ſunt exutę à corporibus ſuis, quæ probatur argumentationibus,quamuis noſtræ exiſtimationes debiles ſint ad imaginandũ eas nunc,propter cauſas quas ego oſtendam. Sapientibus vero Theologis multo maior cupiditas fuit ad conſequendũ hanc felicitaté quàm felicitaté corporũ,quæ quamuis daretur eis:non tamẽ attenderunt eam, nec appreciati ſunt eam in cõparatione huiuſmodi felicitatis quæ cõiuncta eſt primæ veritati,vt paulo poſt oſtendã. De ea igitur faciam ſciri diſpoſitionẽ felicitatis & miſeriæ quæ eſt ei contraria.Corporalis autem felicitas iam aſſignata eſt in lege.Hæc Auic.ex quibus conſtat quòd Machumeth non aliud intendebat quã vt verba ſonant,& veri ſapientes non appreciati ſunt hanc ſtultam & brutalem corporis felicitatem,quin potius dixerim fœditatem.

Suppoſito igitur ꝙ veri Arabes ſapiẽtes,licet ſub titulo Machumetanæ legis viuerent,intellectu non errante deprehenderint,veram humanã felicitaté conſiſtere non in bonis corporis,vt brutalis Machumeth ſcripſit:ſed in contemplatione rerũ diuinarũ.Inueſtigandũ eſt,ſed eos circa quæ diuina verſatur:an ſcilicet in ſpeculatione ſoli⁹ primi principij qui eſt Deus benedictus:an præciſe in ſpeculatione ſeparatarum ſubſtantiarum:an in ſpeculatione primi & ſeparatarum intelligentiarum.

Auerr. de neceſſitate opinio.

Tu igitur aduerte quòd Auicenna & Algazel vt patet in Meta.& Auerroes in 3.de anima cõmen.36.arbitrati ſunt tunc hominẽ fore felicẽ,quando ſubſtãtiarum ſeparatarum quidditates & eſſentias intellectu cõtemplatus fuerit incipiendo ab vltima,quæ ſecundũ Auicennã dicitur Alcocodea,& Auerroes appellat intellectum ſiue intelligentiam agentem in 3.de anima cõmen.36.aſcendendo vſque ad primã quæ eſt Deus benedictus.Sententia quidẽ Auicẽnæ & Algazelis imitatoris eius patet in lib.9.ſuæ Meta. c. 7. vbi inquit,Dico igitur quòd perfectio animæ rationalis eſt vt fiat ſeculum intelligibile:& deſcribatur in ea forma totius & ordo intellectus in toto,& bonitas fluens in eſſe,& vt incipiens à principio totius procedat ad ſubſtantias excellẽtiores abſolute ſpirituales,& deinde ad ſpirituales pendentes aliquo modo ex corporibus:& deinde animas mouentes corpora & poſteà ad corpora cęleſtia.Et deinde vt hęc omnia ſint deſcripta in anima ſecundum diſpoſitiones & vires eorum:quouſque perficiatur in ea diſpoſitio eſſe vniuerſitatis,& ſic tranſeat in ſeculum intellectum inſtar eſſe totius mundi, cernens id quod eſt pulchritudo abſolutè. Et decor verus fiat vnum cum ea inſculpta exemplo eius, & diſpoſitione eius,& incedens ſecundum viam eius conuerſa in ſimilitudinem ſubſtantię eius.Hęc fuit mens Auic. & Alga.de animæ humanæ felicitate, in cuius imaginata potiùs quàm reali poſitione puto, quòd nec ſeipſos intelligunt, vt magis videantur ſomniantes quàm verè philoſophantes : Auerroes autem in 1. de Anima , commenta.36.chimærizans,dicit,quòd cùm homo per ſtudium ſcientiarum ſpeculatiuarũ peruenerit ad cognitionẽ ſubſtantiarum ſeparatarum & pręcipuè ipſius primę, quę eſt Deus benedictus,tunc beatus erit. Idem ſentit Alexander Peripateticus:licet alio modo quàm Auerroes. Ipſe enim arbitratur quòd cùm intellectus ex eo ꝙ plura intelligit magis ac magis perficiatur:nullaque natura carere debeat perfectione ſua vltima:tandẽ ad hoc deueniet,ꝙ omnia entia intelliget,ſcilicet,materialia,immaterialia & diuina & Deum & tunc beatus erit.

Verùm omnes iſti errauerunt,narrantes magis fabulationes quam attingentes veritatem,& contra eos ſic arguitur, Felicitas miſeriam excludit:ſunt enim oppoſita. Deceptio autem & ignorantia & error miſeriæ ſunt:cuius ſignum eſt ꝙ naturaliter diffugimus ignorantiam & errorem. Sed cognitioni habitæ de ſeparatis per ſcientias via ſenſus multiplex adiungitur error & incertitudo & ignorantia.Error quidem vt patet in primis Philoſophis ,qui licet aliqua de ſeparatis & de Deo vera ex his ſenſatis cognouerint, tamen innitentes vanis exiſtimationibus ſuis,deficiente ſibi via ſenſus procedendi altiùs , in varios & deteſtabiles ceciderunt errores. Et vt reuertamur ad Auicennam,nonne in ſua Metaph.lib.9.c.4.tenuit tantum vnam creaturam quã vocat primã intelligentiam,creatã fuiſſe immediatè à Deo: tribuit & creaturę potentiam creandi? Dicit ꝙ ponentes mũdũ creatũ à Deo in tempore,faciũt Deũ illiberalem. Auerroes aũt turpiſſimè errauit qui intellectum agentem & poſſibilem ponit eſſe non animæ potentias intrinſecas, ſed ſubſtantias ſeparatas:ponit Deum finitæ virtutis. Aufert ab eo potentiam creandi.Dicit eum non poſſe ceſſare quin moueat cælum,tunc eñ eſſet ocioſus.Vides quam abſurda ſint iſta.Quomodo ergo huiuſmodi cognitio tantis erroribus admixta reddit hominem felicẽ.Præterea,felicitas certam & firmã de ſeparatis ſpeculationem requirit,aliter non quietat animum ſpeculantis,ex conſequenti nec ꝑficit,nec felicitat.Sed ſpeculatio hæc imaginata ab Auicenna & Auerroë de ſeparatis ẽino incerta eſt , nec inuenitur vnus qui ꝑ certo ſciat ſe eã adeptũ fuiſſe.Nam & Auicenna eandẽ incertitudinem cõfitetur in 9.lib.ſuæ Metaph. c. 7.Inquit enim poſt allegata ſuprà,Sed quantũ de imaginatione intelligibilium oporteat animã hominis acquirere ad hoc vt pertranſeat terminum,quo pertranſito habeatur fiducia illius felicitatis:nõ eſt mihi poſsibile certè determinare.Quod ꝑfectò verũ eſt.Vnde non ſolũ de ſeparatis ſed & de naturalibus minimã acquirimus certitudinem. Hinc verius dicimus iuxta illud Archeſilai,Noſtrũ ſcire eſt opinari,& illud vulgatum Socratis in ſua Apologia ☉ iudices Athenienſes,Hoc vnũ ſcio qđ neſcio.Præterea,Vera felicitas omnẽ ignorantiã vt potè animæ tenebroſitaté excludit,ſed hęc ſeparatorũ contẽplatio ꝑ viã ſenſuum plurimæ ignorãtiæ admixta eſt: experimur enĩ ꝙ maxima pars eorũ quæ ſcimus minima eſt eorũ q̃ ignoram⁹.Et de Ariſt.à nõnullis aſſeritur ꝙ in hora mortis conſtitutus gemens dixit Miſer natus ſum,in labore vixi,ignorans morior. Stultum eſt ergo in hac parua & incerta & erronea & multæ ignorantiæ admixta diuinorum ſpeculatione humanam reponere felicitatem. Relinquamus igitur ſtultum Auerroëm:& fabuloſum Auicẽ.cũ Algazele ſectatore ſuo:quo ad ea quę de felicitate chimærizant.Nam de eis verificatur illud Sapientiæ c.5.Errauimus à via veritatis,& iuſtitiæ lumẽ non illuxit nobis,& ſol intelligentię non eſt ortus nobis.Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditiõis, & ambulauim⁹ vias difficiles,& viã Domini ignorauim⁹.Hæc de 2.c.dicta ſint.

CAPVT III.

Eorum affertur ſententia de felicitate,qui per ſanctum baptiſma fidem ſuſceperunt.

IN 3.ca recitanda eſt & reprobanda eorũ opinio,qui poſt incarnationem & ſeminatã fidem fuerunt, atque ſacrum baptiſma receperunt.Tu igitur aduerte quòd nonnulli ex eis arbitrantur felicitatem Chriſtianam conſiſtere in illa Dei cognitione, quæ habetur ex fide. Dicit enim hanc longe nobiliorem eſſe ac veriorem quàm quæcunque poſſint haberi inueſtigatione ſenſuum & humano ſtudio.Nam quę habita eſt à Philoſophis:proceſsit lumine naturãli defectibili,hęc autem lumine diuino atque Dei reuelatione, & ab eo non poteſt oriri error ,ſicut nec tenebra à luce. Prętereà,Intellectus fidelis magis aſſentit reuelatis per fidem de Deo quàm inuentis à Philoſophis:quoniam diuina authoritas præfertur etiam demonſtrationi Philoſophorum:Prætereà,Ex fide multa cognouimus de Deo prędicata:quæ attingere non potuerunt Philoſophi per humanam ſapientiam atque doctrinam: vt Deum trinum & vnũ mundi creatorem in tempore , humani generis reparatorem per incarnationem & mortem filij eius.Cùm ergo (in quiunt iſti) huiuſmodi cognitio de Deo prę ferat contemplationi habitę à Philoſophis per ſcientias ſpeculatiuas:rationabilius reponenda eſt in ea vera felicitas Chriſtiana.

Sed nec horum ſententia approbanda eſt,quoniam non ſaluat requiſita ad veram felicitatem.Nã ad eam duo præcipuè requiruntur.primò quòd intellectum perficiat. Dicemus enim quòd eſt operatio propria hominis elicita à nobiliſsima eius potentia:quam declarabimus eſſe intellectum. Sed fides non perficit intellectum niſi diminutè: quoniam cognitio intantùm perficit cognoſcentem inquatùm eſt euidens,fides autem eſt ſine euidentia,vt docuimus in parte 2.Tract.1.Et tu vide illic.Secundò requiritur quòd cognitio in qua felicitas conſiſtit ſit quietatiua ipſius cognoſcentis.Aliter cognoſcens ſemper erit in labore vlteriùs ſciendi ac deſiderio. Conſtat autẽ quòd cognitio habita per fidem non quietat credentem. Nullus enim credens quietatur donec manifeſtentur ſibi audita quibus credit:fides nanque eſt ex auditu ſecundum Paulũ ad Ro. c.10 Non ergo felicitas conſiſtit in huiuſmodi cognitione. Et confirmatur ex Paulo 2. ad Cor.capi.5. Vbi inquit,Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. Per fidẽ enim ambulamus & non per ſpeciem. Sed peregrinari & beatum

beatũ eſſe oppoſita ſunt. Ergo prædicta opinio non eſt ſuſtinenda,niſi fortè in hoc ſenſu q̃ cognitio habita per fidem eſt fundamentaliter & radicaliter ipſa Chriſtiana felicitas: quod vtique verum eſt. Vnde diuus Aug.ſuper Ioan.inquit, Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet pulchritudinis ſpecies,& tamen quicquid eſt pulchritudinis vel decoris in arbore ex illa procedit: ſic ex fidei humilitate quic quid meriti & quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamento procedit.Hæc de præſenti c.dicta ſint.

Tractatus primi octauæ Partis Philoſophiæ moralis Chriſtianæ,Finis.

TRACTATVS SECVNDVS octauæ Partis Philoſophiæ Chriſtianæ,De medio tutiſſimo ad felicitatem Chriſtianam.

IN ſecundo tractatu agendũ eſt de optimo medio,quo infallibiliter diſponimur ad veram & Chriſtianam felicitatem,& de forma ſiue exemplari,cuius imitatione tutiſsimo tramite tendimus ad beatam vitam.Hunc igitur Tra.diuidimus in duo ca.

Primò agendum eſt de optimo & infallibili medio.

Secundò de idea felicitatis noſtræ cui debemus imprimi,vt felicitemur.

CAPVT I.

Quid ſit optimum & infallibile ad felicitatem medium.

IN 1.c.inueſtigandum eſt quod ſit optimum medium apud Chriſtianos,quo felicitari ſperamus : & hic tria agenda ſunt.Primò recitabuntur variæ hominum ſententiæ. Secundò determinabitur propoſitum. Tertiò ex determinatione facta declarabitur inſufficientia omnium prædictarum opinionum.

Scientia eſt via ad felicitatem.

Quantũ ad primum inuenio quinque ſententias. Prima eſt eorum qui dicũt hoc mediũ eſſe ſcientiã:eò q̃ ſicut ignorantia initiũ eſt & via ad dãnationem : ſic ſcientia eſt via ad beatitudinem,& hoc declarant ex ſacra Scriptura,& confirmant communi ſententia ſapientum Philoſophorum.

Quod in Scriptura ſacra id clarum ſit patet 1.Prouerb.c. 19.Sic enim legimus.Vbi non eſt ſcientia animæ non eſt bonum,& c.27.Cor rectũ inquirit ſcientiã.& Sapiẽtiæ c.13. Vani ſunt omnes homines.in quibus non ſubeſt ſcientia Dei.& Paulus in omnibus epiſtolis ad veram ſcientiam hortatur: quoniam ignorantia omnium malorum mater. Paulus 1. ad Cor.c.14.inquit,Si quis ignorat,ignorabitur,ſcilicet à Deo, ergo non beatificabitur.

Confirmatur hoc idem communi ſapientum Philoſophorum ſententia,qui ipſa veritate inducti in hoc conuenerũt, quòd in ſcientia rerum diuinarum tam pro præſenti vita, quàm poſt mortem felicitatem humanã repoſuerũt.Arbitrati enim ſunt q̃ niſi homo dum viuit aſſueſcat per ſtudium ſciẽtiarum ſpeculatiuarum ad diuinorũ cõtemplationẽ peruenire,nõ poſsit hic neq; in futuro ſeculo felicitari.Et hanc viam expreſſam habemus ab Auic.in lib.9. ſuæ Metap. c. 7. vbi declarans fiduciam & medium conſequendæ felicitatis duo adducit. Primò ſcientiam cauſarum finalium motus cæleſtium.Iſtæ autem ſunt,ſcilicet, ſubſtantiæ mouentes corpora cæleſtia,& vt ſciat homo motus corporum cæleſtium & virtutes quæ ex eis proueniunt. Et hinc aſcendat ad diſpoſitionem & curam, quæ eſt apud primum principium. Secundò adducit bonitatem partis practicæ rationalis animæ quæ eſt voluntas & appetitus ſenſitiuus vt,ſ. homo viuat moraliter ſecundum bonos habitus morales: vt paulatim anima dominetur corpori:illudq́ue ſibi ſubiiciat, & erigat ſe ad diuina contemplanda & deſideranda.In hac verò rerũ diuinarũ cognitione acquirenda,diuerſificati ſunt mundi huius ſapientes. Quidam enim dicunt huiuſmodi cognitionem acquiri per abſtractionem ſiue priuationem operationum ſenſuum exteriorum.Nam credunt ſenſus exteriores magis ludificare & falſificare quam adiuuare intellectum noſtrum in ſpeculatione diuinorum & naturalium cauſarum vniuerſalium.Vnde,vt putant aliqui,Democritus ſibi oculos eruit, vt ſpeculationi magis intenderet. Et Socrates,vt refert Plato in Phædone,hortabatur homines ad ſeparationem ab actionibus ſenſuum exteriorum,eo quòd ſecundum ipſum replent nos iudiciis falſis & illuſionibus. Quidam vt Auicenna in lib. 6. Naturalium, imaginatus eſt hanc cognitionem acquiri per frequentem conuerſionẽ animæ noſtræ ad intelligentiam agentem, quã appellat datorẽ formarum,à qua ſecũdum ipſum effluunt formæ naturales in materia diſpoſita per agens naturale,& ſpecies intelligibiles in intellectu noſtro.Quidam,vt Auerroes, de quo fecimus verbum in c.præcedenti ſomniat in 3.lib.de Anima cõmen.36.hanc cognitionem acquiri, quando homo hac vita viuens peruenerit ad cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum:quas nos dicimus angelos & Deum.Et hęc cognitio. ſm ipſum fit incipiendo ab acquiſitione infimæ ſcientię,vſque ad altiſſimam & ſupremam. Tunc enim ſecundum ipſum homo conſtituitur in ſtatu intellectus adepti, fit quaſi diuinus inter homines,& tãtùm differt ab homine indocto, ſicut homo viuus ab homine picto,& hæc fuit ſuperba Philoſophorum opinio, qui dicentes ſe ſapientes ſtulti facti ſunt,neque enim medium ad veram felicitatem inuenerunt, vt declarabimus infrà.

Felicitatẽ nonnulli vitæ auſteritate acquiri poſſe exiſtimauerunt.

Secunda eſt eorum qui credunt medium tutiſſimũ ad felicitatem conſiſtere in auſteritate vitæ,arbitrantur enim ieiunio,ſolitudine,vſu ciborum agreſtium,& continua corporis afflictione ſe felicitari.Hoc medium dicunt elegiſſe Paulum 1.ad Cor.c.9.Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo:ne fortè cùm alijs prędicauerim ipſe reprob. efficiar, & primæ ad Cor.ca. 4.Vſque in hanc horam & eſurimus & ſitimus & nudi ſumus,&c.Idem medium elegerunt antiqui Patres in heremo:quorum aliqui decreuerant tantum bis in hebdomada cibum ſumere,aliqui extra homines toto vitæ ſuę tempore verſari,aliqui crudis herbis radicibuſque reſici,aliqui quotidie in frigidiſſimam aquã quaſi vſque ad gelu deſcendere.Sed nec iſti verum medium felicitatis inuenerunt,vt oſtendemus infrà.

Mundanorum contẽptũ medium eſſe ad felicitatem ducit aliqui.

Tertia eſt eorum,qui credunt hoc medium eſſe paupertatem & inopiam,atque omnium mundanorum contemptum.Vñ non ſolum Chriſtiani,ſed & plures ex Philoſophis crediderunt ſe beatos fore,ſi omnes diuitias,honores, laudes & principatus contẽnerent. Vñ Craton ille Thebanus poſſeſſiones vendidit,& earum precium in auri maſſam reducens proiecit in mare. De Diogene Cinico vulgatiſſimũ eſt,q̃ nec ſcutellam ad bibendum poſſidere voluit, ſuadens ſibi manus concauitatem ſufficere ad hauriendam aquã & ori propinquandã.Pythagoras proprios agros incultos reliquit.Et quod dictum eſt de contemptu diuitiarum intelligę & honorum & principatuũ.Nam Socrates, vt refert Plato in ſua Apologia publicam ſcholam noluit,in qua honoraretur,& lucra perciperet, ſed priuatim & abſque ſtipendio iuuentutem docebat.

Plato vt ipſe de ſe ſcribit in epiſtola ad amicos Dionis: reuertens ex Sicilia Athenas acceptare noluit conſulatum ſibi à populo oblatum.Pyander vnus ex ſeptem ſapientibus Græcię liberata patria de manu hoſtiũ,maluit ad vitam ſtatumq́ue priuatum reuerti quàm populo præeſſe & dominari.Hoc medium approbatur ex Euangelio Matt.c.19. vbi Petrus dixit ad Ieſum , Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis? Et reſpondit Ieſus , Omnis qui reliquerit domum aut patrem,&c. Centuplũ accipiet, & vitam æternam poſſidebit.Hac de cauſa primi Anachoretæ,vt legimus in Collationibus Patrum,eligebant extremã paupertatem,deſpiciebãt vanos honores aliquando ſe fingebant inſanos,vt apud Deum ſapientes inuenirentur. Sed nec hoc eſt tutiſſimum medium ad felicitatem, vt oſtendemus infrà.

Obedientiã nonnulli cõſequi poſſeſe licitate exiſtimant.

Quarta eſt eorum qui ſibi & alijs ſuadent hoc medium eſſe obedientiam,qua quis voluntarie ſe ſupponit maiori, quod & declarare nituntur ex doctrina Chriſtiana atque Philoſophorum.Ex Chriſtiana quidem,qm̃ & Chriſtus gloriam ſibi,promerit ex eo q̃ Patri obediens fuit vſq; ad mortem:,ppter quod exaltauit illum vt inquit Paulus ad Phil.c. 2.Et in Chriſtiana eccleſia,omniũ religionum authores, ſuper obedientię votum fundarunt religiones ſuas,quod vtique non feciſſent niſi pro certo credidiſſent obedientiã tutiſſimum medium ad felicitatem.Aduerterunt inſuper obediẽtiam acceptabiliorem deo omni ſacrificio,qm̃ dixit Dominus Sauli per Samuẽlem in 1.Regum ca.15. Nunquid vult Dominus holocauſta,& victimas,& non potiùs vt obediatur voci Domini?Melior eſt em̃ obedientia quã victimæ.Cõfirmant idem ex doctrina Philoſophorum, qui obedientiã in agendis ac promerendis omnibus prætulerunt.Vnde Pythagoras in verſibus aureis quos vt legem bene ac optimè viuendi diſcipulos ſuos doceret, admonuit prę omnibus obedientiam ſeruandam.Vnde erudiuit eos in omnibus obedire , patienter ferre, nec loqui niſi interrogati fuerint. Sed vt oſtendemus infrà neque hoc medium infallibile eſt.

Caſtitatem eſſe medium ad felicitatē aliqui affirmant.

Quinta eſt eorum, qui dicunt hoc medium eſſe vitā cæli bem, argumentum ſumentes ex eo q̄ in carne præter carnem viuere non humanum, ſed angelicum eſt. Hoc mediū videtur Chriſtus approbaſſe Matt. cap. 19. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum, id eſt cęlibes viuūt ac ſi eſſent eunuchi, vt beatitudinem in cælis conſequātur. Idem approbat Paulus 1. ad Cor. c. 7. cum dicit, Virgo cogitat quæ Dei ſunt vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quaſi dicat, Virginitas trahit animum ad Dei amorem, abſtrahens ipſum à carnalibus deſideriis: ergo eſt optimum medium ad beatitudinem. Hæc opinio adeo præualuit apud Gentiles & Chriſtianos q̄ ſeruantes virginitatem vt virgines Veſtales apud Romanos, & ſanctimoniales in Chriſtiana religione, veluti diuinæ reputantur & venerantur. Sed nec hoc eſt præcipuum medium vt oſtendemus.

Felicitas mētis ac cordis puritate haberi poteſt.

Quantum ad ſecundum vt tibi appareat omnium prædictarū opinionū inſufficientia ponō hanc vt verā & p̄batiſſimā concluſionē. Tutiſſimum mediū ac perfectiſſimum ad cōſequendam felicitatem ſtat in puritate & mundicia cordis. Quod declaro ratiōe & authoritate. Pro ratiōe aſſumo hoc principium in quo omnes ſapientes conueniunt. In tota entiū latitudine ac vniuerſitate, vnūquodque tāto perfectius eſt, quantō magis p̄pinquat perfectiſſimo enti qui eſt Deus benedictus & maximè diſtat à ſuo oppoſito. Hoc principium poſuit Plato in Parmenide, in quo eſt ſermo de vno omnium rerum principio. Et à Platone traxit illud Ariſt. in 10. Meta. vbi magis & minus comparat per reſpectum ad maximum. Vnde ſicut magis album & minus album dicitur per reſpectum ad maximum album. Idem intellige de magis & minus lucido. Sic magis & minus bonum atque perfectum dicitur per reſpectū ad maioré & minoré appropinquationem atq; ſimilitudinem ad maximū bonū & p̄fectū quod eſt Deus. Eſt enim hæc cōditio & proprietas primi principij vt ſit maximè perfectū. Strato hoc fundamento, aduerte q̄ diuina perfectio ſecundum Philoſophum, vt docuimus in 12. Meta. & ſm Theologum, vt deducit b. Tho. in Prima parte. q. 3. conſiſtit in ſumma ſimplicitate & puriſſima bonitate per omnimodam elongationem ab omni compoſitione & malitia. In tantum igitur dicitur homo perfectus, pro quanto in ſuo modo viuendi imitatur diuinam puritatem atque rectitudinem. Hāc autē imitari non poteſt niſi puritate & cordis mundicia. Vnūquodque enim imitatur ſuo ſimili, & diffugitur ſuo diſſimili. Ergo per cordis mundiciam & puritatem maximè præparatur homo ad felicitatem. Quod confirmatur dicto Chriſti, Matt. c. 5. beati mūdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et huius dicti admirabilem ſenſum declarauimus in ſeptima Parte agentes de ſeptem beatitudinibus huius vitæ iſagogicis ad cæleſtē felicitatem, & Dauid orabat, cor mūdum crea in me Deus: purum nanque ab impuro contingi nefas eſt.

Idem propoſitum manifeſtatur authoritate. Tu igitur aduerte quòd hanc determinationem facit Ioannes Caſsianus in prima Patrum Collatione, quę aſcribitur Abbati Moyſi. Nam cum quidam ex monachis iuuenes veniſſent ad eum, atque interrogati fuiſſent qui eſſet ſcopos monachi, id eſt intentio & ſtudium quo ad felicitatem tenderēt, & nonnulli ex eis reſponderent, quòd eſſet contemptus terrenorum, quidā verò quòd eſſet obedientia, & quidam quòd eſſet abſtinentia ſiue ieiunium. Abbas Moyſes declarauit eis huiuſmodi media eſſe communia & non præcipua ad conſequendam felicitatem. Propterea determinauit eis ſtudium & ſcopon monachi ad conſequendam felicitatem debere eſſe tranquillitatem mentis & puritatem cordis: Tranquillitas quidem mentis eſt, vt diſcamus non pro quolibet leui irāſci nec indignari contra proximum: nec impatientię ſtimulis agitari, ſed veluti oues pro Chriſti nomine miteſcere. Et, vt inquit illic abbas Moyſes, gratia acquirendæ huius tranquillitatis ſolitudo ſectanda eſt, pro hac ieiunia, vigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem, meditationem Scripturarum, cęterasque virtutes ſuſcipere debemus, vt per illas ab vniuerſis paſſionibus noxiis illęſum & tranquillum cor noſtrum ſeruare valeamus. Quicquid ergo hanc noſtrę mentis tranquillitatem perturbare poteſt, quamuis vtile ac neceſſarium videatur, vt noxium deuitandum eſt. Hæc enim norma & errorum peruagationumque omnium diſperſiones, id eſt diſtractiones euadere poterimus. & deſideratum finem, id eſt beatam vitam linea certæ directionis, id eſt certiſsimo medio attingere. Hæc abbas Caſsianus.

Puritas autem cordis eſt vt diſcamus nil magis affecta re quàm virtutem, ac diuinam gratiam, & quę inſtituta ſunt ad ſalutem noſtram, vt ſemper viuamus immixti ac depurati ab omni deordinato appetitu cuiuſcunque rei creatę, niſi pro quanto deſeruit nobis ad ſalutem animæ, in hoc imitātes diuinam perfectionem, quę pura & immixta eſt, ſimúlq; vtentes hoc mundo, tanquam non vtentes iuxta ſacra eloquia. Hæc puritas cordis tutiſſimum eſt ſalutis medium. Vñ abbas Moyſes vbi ſuprà de ea ſic inquit, Finis quidem profeſſionis noſtrę regnum Dei, ſeu regnum cælorum eſt. Deſtinatio verò noſtra, id eſt, ſcopos, puritas eſt cordis, ſine qua ad illum finem impoſſibile eſt quempiam peruenire. In hac enim deſtinatione defigentes noſtrę intentionis obtutus, velut ad certam lineam curſum rectiſſimum dirigimus. At ſi paululum quid ab hac cogitatio noſtra deflexerit, ad contemplationem eius illicò recurrētes, rurſus eam velut quadam norma certiſſima corrigamus: quæ ſemper omnes conatus noſtros ad vnum hoc reuocans ſignum arguet ſtatim ſi à propoſita directione mens noſtra vel paululum deuiarit. Hęc abbas Moyſes. & infrà, Noſtri propoſiti finis quidem ſecundum Apoſtolum vita æterna eſt eodem ſic p̄nunciante, Habentes quidem fructum veſtrum in ſanctificatione, finēm verò vitam æternam. Scopos verò eſt puritas cordis, quam ſanctificationem, non immeritò nominauit, ſine qua prædictus finis apprehendi non poterit, Ac ſi dixiſſet alijs verbis, Habentes quidem ſcopon veſtrum in cordis puritate, finem verò vitam æternam. Quicquid ergo ad hunc ſcopon, id eſt cordis puritatem poteſt dirigere, tota virtute ſectandum eſt. Quicquid autem ab hac retrahit vt perniciоſum ac noxium deuitandum eſt. Pro hac enim vniuerſa tolleramus & agimus. Pro hac parentes, primas dignitates, diuitię, delitię mundi huius, & vniuerſa corporis voluptas contemnitur, vt ſcilicet puritas cordis perpetua valeat poſſideri. Hac itaq; nobis deſtinatione p̄poſita, ſemper actus noſtri & cogitationes, ad eam obtinendam rectiſſimè dirigentur. Quę ſi præ oculis noſtris iugiter ſtatuta non fuerit, non ſolùm cunctos labores noſtros varios pariter & inſtabiles reddet in caſsùm, ac ſine vllo emolumento faciet effundi, ſed etiam cogitationes omnes diuerſas ſibiq́ue contrarias ſuſcitabit. Neceſſe eſt enim mentem quo recurrat cuíve adhæreat non habentē, per ſingulas horas atque momenta pro incurſuum varietate mutari, atque ex his, quæ extrinſecus accidit in illum ſtatum continuò transformari, qui ſibi primus occurrerit. Hæc abbas Moyſes. Cōſtat igitur quomodo in Chriſtiana religione tutiſſimum atque certiſſimum medium ad conſequendam felicitatem ſit puritas & tranquillitas cordis.

Quatum ad tertium aduerte q̄ ex determinatione facta facile tibi conſtare poterit inſufficientia prædictarum quinque opinionū. Media namq; ab eis aſſignata cōmunia ſunt bonis & malis. Non em̄ ſciētia, aut auſteritate vitæ, aut paupertate, aut cōtemptu mundanorum, aut ſubiectione, vt cælibatu vt ſic niſi aliud adſit, fit homo Deo carus, puritate autem & mundicia ac tranquillitate cordis efficimur amici Dei etiam omnibus prædictis non habitis: nam puritate aſſimilamur Deo. Similatio verò amicitiam & amorem cauſat. Stat ergo q̄ ſit homo illiteratus & idiota, & non ieiunet, & fortunæ bonis abundet, nec alteri ſit ſubiectus voluntariè, nec cęlibem vitam ducat, ſicut vxoratus, & tamen cor habeat ab omni inordinato affectu depuratum, ex conſequenti ſit carus Deo. Ergo puritas & tranquillitas cordis tutiſſimum ac certiſsimum medium ſunt ad felicitatem: omnia autem aſſignata media à prædictis opinionibns deſeruiunt huiuſmodi acquirendæ puritati ſine qua prorſus vana & inutilia ſunt. Quod teſtatur abbas Moyſes vbi ſuprà dicens, Ea igitur quæ ſequentia ſunt, id eſt ieiunia, vigiliæ, anachoreſis, meditatio Scripturarum, propter principalem ſcopon, id eſt puritatem cordis nos conuenit exercere, & non propter illa principalem hanc perturbare virtutem: qua in nobis integra illibatáque durante, nihil oberit ſi aliquid eorum quæ ſequentia ſunt pro neceſsitate fuerit intermiſſum. Siquidem nec proderit vniuerſa feciſſe, adempta hac quam diximus principali cauſa, cuius obtentu ſunt omnia perpetranda. Igitur ieiunia, vigilię, meditatio Scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum non perfectio ſed perfectionis inſtrumenta ſunt, quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa peruenitur ad finem. In caſsùm igitur hæc exercitia molietur quiſquis his velut ſummo bono cotentus intentionem hucúſque affixerit, & non ad capiendum finē propter quem hæc appetenda ſunt omni conatu ſemet extenderit, habens quidem

dem disciplinæ illius instrumenta, finem verò in quo omnis collocatus est fructus ignorat. Quicquid igitur potest istâ mentis nostræ puritatem & tranquillitatē perturbare, quâuis vtile ac necessariū videat, vt noxiū deuitandū est. Cōstat igitur quod sit tutissimum mediū ad felicitatem consequēdam in religione Christiana. Hæc de 1. cap. dicta sint.

CAPVT II.

De vera nostra felicitatis imagine, cui vt felicitemur, imprimimur.

IN 2. c. agendum est de idea & exemplari à nobis sequendo, & cui debeamus imprimi, vt beatitudinem promereamur. Tu igitur aduerte quòd hoc exemplar nobis à Deo Propositum vt per eum felicitemur est Christus Dei filius: qui doctrina & exemplo vitæ datus est nobis à Deo optimo vt sit nobis via & veritas & vita ad æternam beatitudinem: vt ipse se nobis proposuit Ioan. c. 14. Ego sum via, veritas & vita. In hoc igitur c. declarandum est quomodo Christus ad promerendam felicitatem est primò via, secundò quomodò veritas, tertiò quomodo vita.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ Christus est nobis via ad beatitudinem metaphoricè: nam sicut via propriè & notissimè dicta est spacium, quo per motum localem à termino ad terminum infallibiliter deducimur modo non declinemus ab ea, sic metaphoricè via dicitur medi ū quo finē ꝓpositū & desideratū consequimur, vt argumētum est via ad conclusionē, & actus morales boni sunt via ad acquirendā virtutem. In eodem sensu omnis persona cuius doctrina atque probatæ vitæ exemplo ducimur ad beatitudinem vt finem vltimum, dicitur via ad beatitudinem. Et quoniā solus Dei filius datus est nobis in doctorem salutis, & exemplar ꝓbatissimæ vitæ præcipuè in aduersis tolerandis: ideo dicitur via nostra. Vnde 1. Petri c. 2. dicitur, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Ecce quomodo datus est nobis in viam.

Sed aduerte, ꝙ Christus dicit absolutè se esse viam salutis, & non cum aliqua limitatione aut additione. Pro cuius notitia scito quòd si multæ viæ deductiuæ sint ad aliquem terminum, illa propriè sola dicitur absolutè via, quæ directè & absque errore ac periculo ducit ad terminum, & quoniam, vt declarabimus, solus Saluator tradidit nobis regulam ex doctrina & vitæ exemplo, quem vt perfectissimam id eam imitantes absque dubio felicitabimur: ideo absolutè dicit se esse viam. Nā, vt docuimus in primo de Cælo omnes termini de altero prædicabiles cum additione, & sine additione, quando de aliquo sine additione prędicantur de eo perfectissimè, vniuersaliter dicunt. Si aūt cū additione tantum, non vniuersaliter, sed limitatè verificantur. Verbi gratia, Sicut docuimus in primo Cęli quoniam mundus in se complectitur omnes entium atque perfectionum gradus, hæc est vera simpliciter, Mundus est perfectus: & quoniam nulla species creata, neque aliquod eius indiuiduum continet omnes perfectiones: sed tantum perfectionem sibi debitam, putà homo, vt homo, leo, vt leo: hæc non est vera simpliciter, Homo est perfectus: Leo est perfectus, sed est vera cum limitatione, putà, Homo est perfectus homo, Leo est perfectus leo. In proposito igitur quoniam solus Saluator dedit nobis omnia media ad felicitatem doctrina & vitæ exemplo: meritò dicit absolutè, Ego sum via. Homines qui nos benè viuere docuerunt merentur dici via ad felicitatem non absolutè, sed participatiuè, & limitatè. Quidam enim docuerunt nos benè viuere sola doctrina, sed non probatæ vitæ exemplo. Hi sunt de quibus dicit Christus Matth. cap. 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, Omnia ergo quæcunque dixerint vobis facite, & seruate, secundum opera autem eorum nolite facere. Quidam verò docuerunt nos benè viuere exemplo vitæ, sed non doctrina, sicut sancti Anachoretæ illiterati. Et quoniam Christus vtroque modo, & excellentissime fuit nobis via ad salutem, ideo dicitur meritò, & absolutè via. Et quidem quòd per doctrinam fuerit nobis via testatur ipse Ioannis cap. 15. Quæcunque audiui à Patre meo, scilicet ducentia vos, & credituros in me ad æternam salutē, nota feci vobis. Quod autem exemplo vitę testatur Diuus Aug. in lib. de Vera Religione dicens, Tota vita Christi in terris, per hominem quem gessit disciplina morum fuit. Quod in specie explicans in libro de Cathechizandis rudibus inquit, Omnia bona terrena contempsit homo Christus, vt ea contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit: quæ sustinenda præcipiebat: vt nec in illis quæreretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. In ciuitate vili natus est, cuius patria cęlestis erat, pauper factus est Christus: cuius sunt omnia, ne de terrenis diuitijs quisquam extolleret, noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis viam ostendebat nobis miseris, esuriuit qui omnes pascit, sitiuit qui est fons omnium sitientiū, fatigatus est ex itinere, qui viam nobis facit in cælum. obmutuit, & obsurduit, per quem mutus locutus est, & surdus audiuit, vinctus est, qui infirmantium vincula soluit, mortuus est, qui mortuos suscitauit. Amore itaque eius similia patiamur, vt clamat Paulus ad Philip. c. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod, & in Christo Iesu, &c. Constat igitur quomodo Christus est absolutè nobis via ad salutem. Verum quia vniuersalia non mouent nos ad operā dum, vt docuimus in libro 1. de Anima: ideo descendēdum est in specie, atque declarandum, quot modis fuerit nobis via.

Christ⁹ fuit nobis via ad felicitatē tribus modis.

Tu igitur aduerte ꝙ tribus modis, qui à nullo nisi à Christo nobis ad plenum manifestati sunt.

Primò enim ipse solus fuit nobis via ex verissima, atque consummata doctrina: secūdò perfectissimo vitæ exemplo: tertiò ex manifestatione loci, & termini: in cuius cōsecutione stat vera felicitas.

Doctrina Christi tres in se cōtinet excellentias.

Quantùm ad primum aduerte ꝙ Christi doctrina de diuinis & conducentibus ad veram felicitatē tres excellētias in se continet: primo est rerum diuinarū manifestatiua clare & absque ænigmate, secundò nullum continet errorem, tertio in ea declaratur verum felicitatis nostrę obiectum.

Propter primum distinguitur à doctrina Moysi, & Prophetarum, & quorundam Philosophorum. Moyses enim diuina scripsit populo Hebræo ænigmaticè, & per figuras atque metaphoras. Vnde sacri Theologi per quinque panes ordeaceos recitatos in Euangelio Matt. cap. 14. volunt significari quinq; libros legis Moysi, eo quòd sicut in ordeo sub duro cortice tegitur medulla: sic in lege Mosaica absconditi sunt sensus diuini sub figuris. Vnde & Paulus 1. ad Cor. capite decimo, inquit Omnia in figura contingebant illis: insinuans legem Moysi velantē diuina sub figuris: & Magnus Dionysius de Di. No. inquit, Diuinus radius, id est diuinorum cognitio datus est nobis, scilicet in lege Moysi varietate velaminum circundatus. Hinc prouenit quòd nisi lex Moysi, vt in pluribus exponatur mysticè, plerunque est causa erroris: videturque magis fabulolus quàm verus. Propter hoc tamen non est historiæ veritas neganda quam scribit, sed sistendum non est simpliciter in cortice literæ, imò diuini sensus inuestigandi sunt: quoniam vt inquit Paulus 2. ad Cor. capite 3. Litera occidit: spiritus autem viuificat.

Distinguitur & à doctrina Prophetarum, qui pro maiori parte diuini scripserunt ænigmaticè & figuratè, vt patet de Moyse, & Isaia, & Ezechiele, & Daniele: & hoc ideo fecerunt, ne diuina arcana manifesta fierent indignis: qui vita animali magis quàm intellectuali viuunt, Ad idem hortatus est discipulos Christus benedictus Matt. c. 7. dicens, Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.

Distinguitur, & à doctrina quorundam Philosophorum, qui de diuinis non nisi ænigmaticè scripserunt: inter eos ꝑcipuus fuit Plato vt patet in Phædro, & Symposio, & partim in Timæo: & hoc fecit vt ipse testatur in epistola ad Dionysium Syracusanum, ne res diuinæ derisui paterent in vulgo. Solent em̄ diuina etiam post multum tempus audita velut somnia & figmenta à plebeis, & vulgaribus reputari. Verū Saluator noster qui pro omnibus venerat vt omnes saluos faceret inapertam tradidit doctrinam de diuinis, & moralibus necessariam tradidit doctrinam de diuinis, & moralibus necessariam saluti: nec in parabolis loquebat nisi vt compatiens humanæ infirmitati: vt saltem per similitudines traheret rudiores: doceretque quomodo virtuosè viuerent, & Deum honorarent, qūo operari deberent iuxta gratias sibi à Deo impartitas, quomodo cum proximo versari. Quando verò cū Discipulis, vt potè perfectioribus loquitur de cęlestibus, aut parabolas exponit, aut apertè loquitur, vt de Angelis cùm dicit, Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui est in cęlis. Item, Exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum: & quādo de humana anima loquitur tam de dignitate quàm de immortalitate clarè & apertè loquitur: vt Matth. capite 16. Quam commutationem dabit homo pro anima sua? & capite 22. Non est Deus mortuorum, sed viuentium, & quando de felicitate loquitur, clarè manifestat quòd non in hoc mundo sed post vitam expectanda est & in cælis & in Dei con-

Christus est via ad salutem.

templatione. Vnde de primo inquit Ioannis ca.15. In mundo preſſuram habebitis: in me autem pacem. De 2. Matt. cap. 10. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. De 3. Ioã. cap. 14. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ex his concludendum eſt ſolum Saluatorem fuiſſe clarum & non ænigmaticum doctorem, quò ad omnia ſaluti ac beatitudini pertinentia. Fuit ergo clariſsima noſtræ ſalutis via quò ad apertiſsimam doctrinam.

Propter ſecundum, ſcilicet, q̃ fuerit nobis via non ſolùm quò ad claritatem, ſed & ſummam doctrinæ veritatem: iam docuimus in Parte prima huius doctrinæ noſtræ Chriſtianæ. Et ne inutilis fiat repetitio, vide tu illic.

Chriſtus tãtum manifeſtauit nobis veræ felicitatis ſtatũ.

Propter tertium aduerte quòd ſolus Dei filius Chriſtus manifeſtum nobis fecit veræ felicitatis ſtatum atque obiectum. Nam in Moſaica lege non inuenitur expreſſum quòd Deus aliam promiſerit felicitatem Hebræis niſi temporalium proſperitatem, præſeruationem à flagellis, victoriam de inimicis, & de hoc vide Deut. c. 28. per totũ. Apud Philoſophos nil certi, & veri, & in particulari habere poſſumus: quoniam aut exiſtimabant animam mortalem aut immortalem. Si mortalem totam hominis felicitatem quæcunque poſsit haberi ſtatuerunt pro hac vita, quæ tamen vt docuimus in Tract. præcedenti potius eſt vmbra quàm vera felicitas. Si immortalem, neſcierunt in particulari aſſignare in quo verè conſiſteret, ſed veluti ſomniantes varias ediderunt ſententias, quas in Tract. præcedenti reprobauimus. Nam via & adminiculo ſenſuum, non potuerunt tantum eleuari quòd pertingere poſſent ad veri obiecti felicitatis cognitionem. Et ideo ſuppoſita dicti Iſaiæ veritate 6.64. Oculus non vidit Deus abique te, quæ præparaſti expectantibus te, neceſſe fuit à Deo humanato nobis reuelari in particulari verus humanæ felicitatis ſtatus: verumque obiectum. nam niſi reuelatione notificatum nobis fuiſſet, nequaquam ad illum beatum finem actiones affectusq; noſtros dirigere poſſemus. Quòd verò nec hæretici illud oſtendant, patet ex eo quòd, per varios errores à via veritatis declinauerunt. Quòd nec fœdiſsimus ille Machumeth, vt oſtendimus in Tract. præcedenti, quòd nec Poëtæ conſtat ex eò q̃ res diuinas potius dehoneſtant deſcribendo lites, bella, adulteria inter deos: vt patet de Homero in Illiade, Virgilio in Eneida, de Ouidio in Metamorphoſi. Huiuſmodi poëtas adeò deteſtatur Plato in libro de Legibus, quòd inſtituit eos expellendos à ciuitate ne adoleſcentiam deprauarent, his nugis ac profanis fabulis. Gratiæ igitur agendæ ſunt Deo humanato Chriſto, qui ſolus clarè, & breuiter nobis reuelauit ſtatum & obiectum noſtræ ęternę beatitudinis dicens Ioannis ca.15. Hæc eſt autem vita æterna, &c. Vnde meritò appellatur dux, & regula humani generis.

Chriſtꝰ quõ fuerit nobis conſequẽdæ felicitatis exemplũ.

Quantùm ad ſecundum principale, ſcilicet, quomodo Chriſtus fuit nobis via conſequendæ felicitatis, exemplo probatiſsimæ vitæ: aduerte quòd parum nobis profuiſſet eius ſana doctrina niſi exemplo vitæ eam comprobaſſet, & traxiſſet nos exemplo ſuo à terrenis ad cæleſtia. Sicut enim docuimus in libro nono Ethi. in moralibus ad bene ſuadendum efficaciora ſunt opera quàm ſermones, quoniam in huiuſmodi magis mouent exempla quàm verba. Propterea dux noſter Chriſtus qui nos viam conſequendæ felicitatis docere venerat, elegit eam proprio exemplo demonſtrare, & præcipue in tribus, vt veris mediis ad ſalutem.

Primo docuit exemplo ſui mediocritatem vitæ quam appellare poſſumus paupertatem: non tamen tantam quòd ſibi aut Diſcipulis neceſſaria deficerent. Et quidem quòd hoc medium ſit maximè commendatum à ſapientibus propter acquirendas virtutes, & humanam felicitatem patet hinc.

Salomon Prouerb. c. 30. orat dicens, Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria: ne fortè ſatiatus alliciar ad negandum, & dicam, Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Paulus 1. ad Timo. cap. 6. inquit, Nihil intulimus in hunc mundũ, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus: nam qui volunt diuites fieri incidunt intentationem, & in laqueum Diaboli: & deſideria multa inutilia, & nociua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Sed aduerte quòd hoc medium ad felicitatem, & bene viuendum non ſolùm approbat doctrina ſacra: verùm etiam ſapientes morales: Nam Socrates, vt recitat Plato in Apologia ſua, duo Deum orabat: primò vt intrinſeca ſua eſſent pura, id eſt vt mens, & affectus ſui eſſent rectè regulati. Secundò vt tantum auri, atque argenti haberetur, quantum vir temperans ferre poſſet. Temperans autem contentatur his quę ad vitam ſufficiunt. Solon, vt docuit Ariſtoteles in decimo Ethico. mediocriter abundantes feliciores reputabat, eò quòd magis virtuosè viuunt, & operantur.

Diuites enim vt in pluribus ocio marceſcunt, aut ludis iocíſque, & voluptuoſis incumbunt. Vnde & Seruator breuibus commendans hoc medium inquit Lucę capite 6. Væh vobis diuites qui habetis conſolationes veſtras. Probatur, & idem medium ex primo fundamento religionum in Chriſtiana eccleſia, omnes namque in huiuſmodi mediocritate fundatæ ſunt: legimus in Actis Apoſtorum capite quarto, quòd qui conuertebantur ad fidem: nihil proprii poſsidebant: ſed erant illis omnia communia: & inter eos nullus erat egenus: & quotquot erant agrorum, aut domorum poſſeſſores: vendentes afferebant precia eorum quæ vendebant: & ponebant ante pedes Apoſtolorum: & deuidebatur ſingulis: prout vnicuique opus erat, & ſic Petrus religionẽ ſuam eccleſiaſticam fundauit: & ſui imitatione fundauit Baſilius & Benedictus, & Dominicus, & Franciſcus ex quibus concluditur quòd Chriſtianus quantò magis ab hoc medio recedit, tantò minus in via cõſequendæ felicitatis proficit, ergo, &c.

Secundò docuit Chriſtus exemplo ſui optimum conſequendæ felicitatis medium eſſe fugam humanæ laudis atq; honoris. Sciebat enim benedictionem laudem, honorem & gloriam deberi ſoli Deo. Sciebat etiam humani cordis vanitatem: quod ſi incipit laude & honore delectari: fiſtit in eis, nec vltra quærit vt inebriatum, nec, Dei primi largitoris recordatur. Et ideo tendenti ad beatam vitam hęc exemplo Chriſti fugienda ſunt. Vnde docuit Diſcipulos ſuos eadem fugere, & in Diſcipulis omnes fideles. Dicit enim contra Phariſæos Matth. capite 23. Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Quaſi dicat, Orant in plateis, ieiunant exterminantes facies ſuas eleemoſynas tubis canentibus faciunt: ideo apud Deum non merentur.

Tertiò docuit conuerſationẽ noſtrã debere eſſe communem, nã vt omnes ad ſalutem traheret omnibus ſe communem exhibuit, adeò vt & Phariſęi murmurarent dicentes, Lucę c. 5. Quare cũ Publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? Licet autem cũ omnibus conuerſaretur: magis tñ cum pauperib. Vnde Diſcipulos & Apoſtolos pauperes elegit: Non ſolùm quò ad conuerſationem, ſed etiã quo ad cibos communis fuit. Manducabat enim indifferenter vt ſibi parabatur: eo q̃ ſecundum Paulum regnum Dei non eſt eſca neque potus, & quod intrat per os non coinquinat hominem Matth. ca. 15. Similiter quo ad vitę auſteritatem non fuit extremus, ſed medius: adeò quòd & Phariſæi murmurabant de Diſcipulis non ieiunantibus Matth. c. 9. Quare Diſcipuli tui non ieiunãt? Et in hoc Chriſtus ſapientiſsimus reputatus eſt: eò quòd in corporis caſtigationibus non ſtatho minis perfectio: ſed ſunt via ad perfectionem, ſicut medicamina ad corporis ſanitatem. Vnde ſicut medicina, danda eſt infirmo ſub pondere & menſura: aliter infirmo non ſalutaris ſed fortè mortifera exiſteret, ſic & corporis auſteritates cum menſura & ratione ſumendæ ſunt, Perfectio em̃ noſtra in cordis puritate exiſtit vt docuim⁹ ſuprà. Hinc aduerte quæ ſit hominum cęcitas, quorum quam plures ſuadent ſibi omnem vitę perfectionem & ſanctitatem conſiſtere in nuditate, fame, ſiti, ieiunijs, vigilijs, ſolitudine, flagellationibus. Principali autem, quod eſt tota mente vniri Deo non multùm ſtudẽt. Hi ſunt ſicut qui continuis vtuntur medicinis, & nunquàm ſanantur. Conſtat ergo quomodo Chriſtus fuit nobis via ad conſequendam felicitatem exemplo probatiſsimæ vitæ.

Chriſtus oſtendit nobis terminum veræ felicitatis.

Quantum ad tertium principale, ſcilicet quomodo fuit nobis via oſtendendo locum & terminum noſtrę felicitatis. Aduerte quòd nullus alius à Chriſto oſtendit nobis ex vero fundamento certum & verum felicitatis locum in particulari. Dico ex vero fundamento: quoniam ſi qui determinarunt huiuſmodi locum, id potius imaginatione & fabuloſè quam rei veritate ducti fecerunt. Quod vt conſtet diſcurrendum eſt per varias hominum doctrinas. Antiquiſſimi Poëtæ, qui diuini vates appellati ſunt, vt Orpheus, Heſiodus, Muſęus, & Virgilius eos imitatus, aſſigna

aſsignant campos Eliſæos, in quibus locant animas ſapientum, Heroum & iuſtorum & fortium & piorum. Voluntque vt illic perpetua pace reſideant. Verùm, quoniam hæc potius fabuloſa quàm rationi conſona ſunt, ideo relinquenda. Neque enim decet ſacræ diuinæque Scripturæ doctorem ad fabulas ſe conuertere. Quidam ex antiquis Philoſophis vt Pythagoras in Verſibus aureis aſsignat purum æthera. Nam illic loquens de præmio poſt mortem obſeruantium leges ſuas inquit, Cùm purgatus animus mortale corpus reliquerit: purum æthera ſcandet, & illic feliciter viuet. Purum æthera vocat ſuperiorem aëris partem puram & quietam eò quòd elongatur à perturbatione vaporum & nubium & caliginis: quæ in parte inferiori aëris generantur, vt docuimus in libro 2. Meteororũ. Nonnulli aſsignant pro loco beatitudinis poſt mortem ſtellas compares ſicut Plato in Timæo, qui imaginat⁹ eſt animas à corpore egreſſas redire ad ſtellas compares, id eſt conſimiles ſiue conformes, non quòd ſtellæ producant animas quoniam in eodem libro clarè manifeſtat eas à Deo immediate produci, vt docuimus in tract. de Indeficientia animæ, parte ſecunda in qua pertractatur via Platonica: ſed quia dum vniuntur corpori, videntur in ſe recipere influxum & & proprietatem diuerſarum ſtellarum, ideo cùm ſeparantur à corpore dicit Plato eas redire ad ſtellas compares, id eſt quibus aſsimilatæ ſunt. Hanc & Pythagoræ imaginationem, imitati ſunt Cicero & Macrobius in lib. de Somnio Scipionis: vbi Cicero inquit, Qui iuſtitiam & pietatem cæterasque virtutes coluerunt, purum æthera aſcendent, & illic perpetuo æuo fruuntur. Aliqui autem aſsignant felicitatis locum extra cælum & dicunt hanc fuiſſe mentẽ Ariſtotelis, eò quòd in primo Cæli loquens de entibus exiſtẽtibus extra cęlum inquit. Inalterabilia & impaſcibilia ſunt, optimam & ſempiternam & ſufficientiſsimam vitam habent. Verùm omnes iſti non ratione, non diuina authoritate, ſed imaginatione voluntaria ſic poſuerunt: ideo de eis verificatur illud Dauid in Pſalm. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: quaſi dicat, Et non veritates, vt lex tua, vt igitur diuina bonitas his ambagibus finem daret, venit humanatus Deus qui certum & verum felicitatis locum nobis reſeruauit, vt à terrenis & corruptibilibus abſtracti: in illius amorem raperemur. Declarauit igitur Matth. cap. 5. ꝙ merces noſtra eſt in cęlis, & dixit Ioannis capit. 14. Veniam ad vos, & aſſumam ad me ipſum, vt vbi ego ſum & vos ſitis. Conſtat autem Chriſtum eſſe in cęlo: ergo & locus beatorum eſt ipſum cælum, & id quidem non ſolum diuina authoritate firmatur, ſed & rationi conſonum eſt. Nam vt declarabimus infra, ſicut Deus eſt obiectum perficiens animam noſtram & in eo ſolo clarè viſo ſtat felicitas noſtra, ſic cùm anima ſit altior quocunque corpore corruptibili & mutabili, congruum eſt vt ſibi deputetur felicitatis locus quocunque corpore corruptibili & mutabili ſuperior. Tunc enim anima remota erit ab omni varietate & in ſolo primo immutabili, id eſt Deo quieſcet & felicitabitur. Tale autem corpus ſecundum Theologos eſt cælum empyreum. Ergo conuenienter aſſignatur pro loco & termino humanæ felicitatis. Conſtat igitur ex his omnibus, quomodo Chriſtus fuit nobis perfectiſsima via demonſtrans nobis doctrina & exemplo modum & locum & terminum felicitatis noſtræ.

Viſo quomodo Chriſtus eſt nobis via ad felicitatem, declarandum eſt, ſecundò quomodo eſt veritas ad eandem, & ad vniuerſaliorem doctrinam, vt ab ea deſcendamus in ſpecie ad propoſitum noſtrum, hic quatuor pertractanda ſunt. Primò quid ſit veritas vt veritas. Secundò quomodo Chriſtus comparatus patri ſecundum eſſe diuinum eſt prima veritas. Tertiò quomodo comparatus rebus naturalibus & creatis quò ad eſſe reale eſt veritas. Quartò quomodo comparatus humano generi quò ad eſſe morale iſagogicum ad beatitudinem, eſt veritas.

Veritas quid ſit. Quantùm ad primum aduerte ꝙ de veritate apud Philoſophos & Theologos variæ dantur diffinitiones: nam Yſaac dicit quòd veritas eſt adæquatio ſiue conformitas rei & intellectus: Auicenna autem in ſua Meta. dicit, quòd eſt vniuſcuiuſque rei proprietas, qua ſuum eſſe ſtabilitum eſt: Anſelmus verò dicit, quod eſt rectitudo, ſola mente perceptibilis: Diuus Auguſt. in lib. de Vera Religione dicit quod eſt ſimilitudo ſui principij ſine vlla diſsimilitudine. Et quoniam omnes prædictæ diffinitiones præter eam quæ eſt Auguſt. ſunt propoſito noſtro impertinentes, ac de eis iam pertractauimus in prima Parte beati Thom. q. 16. in lectura noſtra quam & ſcriptis mandauimus: ideo tantum de Aug. diffinitione tractandum eſt. Tu igitur aduerte hunc eſſe ſenſum Aug. Quęlibet res in tantum eſt vera, inquantum aſſimilatur ſuo principio à quo dependet. Verbi gratia, Imago intantum eſt vera inquantùm aſſimilatur imaginato: gratia cuius figurata eſt, & dicitur vera domus ſiue gladius, quando aſsimilantur exemplaribus ad quorum imitationẽ originantur, ſiue exemplar ſit ad extrà, ſiue in mente artificis, & dicitur vera impreſſio quando aſſimilatur ſigillo, à quo talis ſit impreſſio: ex doctrina ergo Diui Augu. & qm̃ ſic veritas eſt, dicitur veritas aſſimilatio vel conformitas rei ad ſuum principium àquo originatur quocũque modo originetur. Et in hoc ſenſu loquemur hic veritatem declaraturi. Quomodo Chriſtus eſt nobis veritas ad conſequendã felicitatem, & quomodo comparat⁹ Patri in eſſe diuino eſt veritas & prima veritas, & quomodo comparatus rebus creatis eſt veritas.

Chriſtus quo modo ſit veritas prima. Quantum ad ſecundum vt ſcias quomodo Chriſtus cõparatus Patri ſm eſſe diuinum eſt veritas & prima, aduerte duo, primò, ꝙ Chriſtus, vt diuinum verbum, eſt realiter ꝓductus à Patre in eadem numero ſubſtantia, ſicut catholica fides tenet, & fundatur ſuper illud Ioan. c. 14. Ego in Patre, & Pater in me eſt. Ego & Pater vnum ſumus. Secundò, ꝙ omnes perfectiones, quæ ſunt in Patre vt Deus eſt, communicatæ ſunt Filio: aliter Filius non eſſet ęqualis Patri. Et hoc inſinuat Chriſtus Lucæ c. 15. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. His ſuppoſitis arguitur ſic. Chriſt⁹ vt Deus perfectiſsime aſſimilatur Patri vt principio ſuo qualis enim Pater talis Filius. Ergo inter Chriſtum Dei filium & Deum Patrem, vt eius principium eſt ſumma ſimilitudo principij: ergo ſumma veritas ex diffinitione Aug. Vnde & in ſymbolo Patrum dicimus Deum verum de Deo vero. Chriſtus ergo comparatus Patri in eſſe diuino eſt ſumma veritas, & id cõuenit ſoli Chriſto: quoniam omne creatum quantumcunque aſsimiletur Deo in multis eſt ei diſsimile: eò ꝙ in ſe non cõtinet omnes diuinas perfectiones, nec modo infinito, nec æternaliter, nec eadem numero quas Deus Pater continet. Chriſtus autem vt Filius Dei aſsimilatur Patri abſque omni diſsimilitudine, eò quòd in ſe continet omnes perfectiones diuinas infinito modo & illimitatè, & eaſdem numero cum Patre & æternaliter, quoniam ab æterno genitus eſt à patre, omne autem creatum productum eſt in tempore, & ſimpliciſsimè & abſque omni diminutione & inſeparabiliter. Et hoc inſinuat Scriptura Sapientiæ cap. 7. Vbi loquens de perfectione Filij Dei ſub nomine ſapientię inquit, Candor eſt enim lucis ęternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis. Quaſi dicat, In ſapientia genita à Patre repręſentatur perfectiſsimè tota diuina bonitas: habet ergo maximam ſimilitudinem ad Patrem, vt eius principium, & per conſequens eſt ſumma ac prima veritas. Bene ergo inquit Chriſtus, Ego ſum veritas, quoniam inter me & Patrem meum tanta eſt ſimilitudo quòd nulla eſt diſsimilitudo excepta filiatione & paternitate: quæ non ſunt perfectiones abſolutè dictæ vt docuimus in Tracta. de Trinitate.

Chriſtus eſt veritas omnium rerum. Quantùm ad tertium vt ſcias qũo Chriſtus cõparatus rebus creatis quò ad eſſe earũ reale ſit veritas, ſuppono tria. Primò ꝙ hoc non eſt verum de Chriſto vt eſt homo, nam vt homo eſt creatura, ſed ſm nullam creaturam oẽs res creatæ poſſunt dici veræ: eò ꝙ ſicut omnia ſunt bona prima bonitate, ſic ſunt vera prima veritate. Nulla autem creatura eſt prima veritas ſicut nec prima bonitas. Hoc ergo dictum eſt verum prout Chriſtus eſt vnus Deus cum Patre. Secundò ſuppono ꝙ Chriſtus vt Filius Dei eſt ars & ſapientia Patris & appellari ſolet, vt alias diximus, mundus archetipus. Tertiò ſuppono, ꝙ omnes effectus producti ab agente per intellectum intantum ſunt veri, inquantũ imitantur exemplar agẽtis, & id ſatis cõſtat in artificiatis. Ex quo ſequitur, ꝙ ipſum exemplar dici poteſt veritas cauſatiuè, eò ꝙ eſt ratio & cauſa ꝓducendi veros effectus ab agente per intellectum. His ſuppoſitis arguitur ſic, Sicut res ſe habent ad eſſe, ita ad veritatem. Sed omnia creata pendent à Chriſto, vt Dei Filio quò ad eſſe: Nam Io. c. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. & Paulus ad Hebr. c. 1. Per quem fecit & ſecula. ergo ab eodem pẽdent quò ad veritatem. Sicut ergo Filius Dei dr̃ primũ ens, quia eſt cauſa omnis entis: ſic dicitur prima veritas, quia eſt cauſa omnis veri. Si quęras ergo quare angelus eſt verus angelus: idem intellige de cęlo & elementis & elementatis,

animatis & inanimatis:reſpõdemus, quia in ſuo eſſe naturali & reali aſsimilantur primo ſuo principio, id eſt, arti diuinæ ac ſapientiæ quæ eſt Dei Filius. Nam, vt diffiniuimus ad mentem Auguſt.veritas eſt ſimilitudo ſui principij. Conſtat ergo quomodo Chriſtus vt ſapientia Patris eſt veritas omnium rerum creatarum,quò ad earum eſſe reale.

Chriſtus eſt veritas omnium operũ moralium.

Quantũ ad quartũ vt ſcias quomodo Chriſtus comparatus humano generi ſecundum eſſe & operari morale ſit ipſa veritas:aduerte quòd vt declarauimus in 1.Ethi.tãta & contraria eſt hominum ſententia circa bonitatem & maliciam actuum ac habituum moralium ꝙ penè impoſsibile eſt humano ingenio, atque recto iudicio certam circa huiuſmodi inuenire diſciplinam.Quod quidem declaratur dupliciter: primo quia idem actus ſiue habitus, qui in regione vna habetur, vt virtus, in alia cenſetur vitium & inhumanum. Verbi gratia,Apud nos carnem humanam comedere impium & ferum reputatur apud Tartaros autem & habitantes vltra pontum Euxinum, teſte Ariſtotele in 7.Ethicor.commune & domeſticum reputatur. Apud veros fideles virginitas pro virtute habetur,& quid diuinũ ac cæleſte donum non ſolùm venerandum, ſed etiam colendum: apud alios autem pro vitio & defectu habetur, ſicut terra non fructifera. Secundò idem contingit in eadem regione, imò & eadem ciuitate,in qua ſicut diuerſorum ſunt diuerſæ inclinationes & complexiones:ſic & in moralibus diuerſæ ſententiæ & iudicia: nam ſi quis laudat Socratem manſuetum, indulgentem, & non ſe vindicantem de iniuriis acceptis:alius eum reprobat,vt vilem, & inſenſatum & vecordem. Si quis parcè viuit laudatur ab vno, vt ſobrius & temperatus:ab alio autem reputatur auarus & tenax. Et id quidem prouenit:quoniam vnuſquiſque à ſeipſo iudicat ſecundum dictum Chryſoſt.ſuper Matth. Vbi inquit, Omne hominum genus ſimile ſibi putat. Luxurioſus neminem caſtum arbitratur,auarus neminem liberalem, ſuperbus neminem humilem: guloſus neminem ſobrium: & dicit Ariſtoteles in 1.Ethic.Qualis vnuſquiſque eſt,talia iudicat, talemque ſibi finem conſtituit:putà auarus omnia propter lucrum operatur, ſuperbus omnia propter honorem. Sciens ergo diuina bonitas, iudicij humani ac præſumptionis leuitatem, & temeritatem atque incertiſsimam de veris virtutibus ac earum oppoſitis ſententiam: doctorem veridicum ad nos miſit vnigenitum Filium, qui ſolidiſsima doctrina, & imitabili opere nos inſtrueret de vitiis vitandis, ac veris virtutibus aſſequendis, vt nunc tibi declarabitur ex ſacro Euangelio. Et primo de dilectione proximi erat opinio ſolos amicos fore diligendos, Chriſtus autem doctrina, & exẽplo docuit non ſolùm amicos ſed & inimicos diligendos.Nam dicit Matth.cap.5.Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus,& calumniantibus vos: vt ſitis filij Patris veſtri qui eſt in cælis,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Si enim diligatis eos qui vos diligunt,quam mercedem habebitis? Nónne & Publicani hoc faciunt? & ſi ſalutaueritis fratres veſtros tãtùm,quid amplius facitis? Nónne Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti,ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Temeritas hominum.

Præterea fuit hominum opinio totum humanum affectum, atque ſtudium venſari debere circa diuitias, & honores principatusque,& poteſtates,in quorum perſona dicitur Malachiæ capit. 3. Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes.Chriſtus autem docuit,non theſaurizandum in terra Matth.capit.ſexto. Nolite vobis theſaurizare theſauros in terra, vbi erugo, & tinea demollitur, &c. Et quod alios docuit,ipſe opere ſeruauit. Nam nec agros, nec domos nec certos voluit reditus: ſed de paupere virgine natus eſt, & in paupere loco: & à pauperibus parentibus educatus, & pauperes diſcipulos eligens, in hoſpitio alieno viuebat, cuius teſtimonium habemus Lucæ capit. nono. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput ſuum. Præterea, Fuit hominum opinio, & nunc maximè viget quòd iniuriam recipere, & non vindicare ſe ſit vilitas animi, & non patientia laudabilis, Chriſtus autem docuit patientiam virtutem eſſe,beatosque eſſe qui perſecutionem propter iuſtitiam & ſine culpa patiuntur Matt. capit. quinto.Et quod docuit, opere ſeruauit. Tota enim vita ſua in hoc mundo, non niſi tollerantia malorum fuit.Vnde Paulus proponens Chriſtum in exemplar patientiæ ad Hebræ. c.4.inquit,Non habemus pontificem qui nõ poſſit compati infirmitatibus noſtris :tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato,id eſt qui per omnia tentatus & patiẽs fuit pro exemplo noſtro abſque peccato,id eſt,licet ipſe pateretur ſine culpa ſua:quod nos dicere non poſſumus.Præterea fuit Antiquorum opinio quòd ſeruare caſtitatem & continentiam per totam vitam eſſet vitium & attribuebatur ſterilitati vt defectui.Propter quod Anna mater Samuëlis fuit exprobrata ab æmula ſua Fenenna, eo ꝙ videbatur ſterilis in 1.Regum cap.1. Refert diuus Augu.in libro de Doctrina Chriſtiana,ꝙ Plato,cùm ſibi obiectum fuiſſet ipſum eſſe infœcundum,eo quòd filios non genuerat:volens ſe ab hac infamia liberare filium in ſenectute genuit, cùm tamen per vitam ſuam in cælibatu vixiſſet. At venit doctor cæleſtis Chriſtus Dei filius doctrina & ſui exemplo declarans cuius excellentiæ ſit cælibatus.Dixit enim Matth.c.19. Multi ſunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum Dei, & Paulus inſtructus à Chriſto primę ad Cor.capite 7.loquens de matrimonio & cęlibatu inquit, Cui vult nubat in Domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit,ſcilicet in cælibatu ſecundum meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Exemplo vero ſui idem approbauit,quoniam de virgine natus virgo ſemper vixit, & Ioannem virginem ſuper alios diſcipulos dilexit,cui & virginem matrem in cruce ſuſpenſus commendauit. Ex his deduco quomodo Chriſtus eſt nobis veritas quò ad eſſe & operari moraliter. Nam omnis actus humanus,intantum bonus eſt inquantum Chriſtus nos docuit, & opere compleuit: & intantum malus,inquantum eſt illi diſſimilis:ergo vita Chriſti, & ipſe,vt docens eſt regula humanorum actuum. Et cum dixerimus ſuprà quòd veritas eſt ſimilitudo ſui principij ſequitur Chriſtum eſſe nobis veritatẽ quò ad eſſe,& viuere morale. Quod confirmatur ex dictis eiuſdem. Dicit enim Ioannis ca.15.Ego in hoc natus ſum:ad hoc veni in mundum,vt teſtimonium perhibeã veritati,id eſt vt doctrina,& opere teſtimonium perhibeam quę ſint vera, & bona opera: & quæ mala.Dicit Paulus 1.ad Corint.cap.4.Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti:ac ſi dicat,Chriſtus eſt forma, & exemplar bonorum operum: quem debetis imitari,ſicut & ego. Conſtat ergo qũo Chriſtus eſt nobis veritas ad conſequendam felicitatem.

Viſo quomodo Chriſtus eſt factus nobis via, & veritas ad conſequendam felicitatem,inueſtigandum eſt, quomodo eſt vita noſtra reſpectu noſtræ felicitatis: pro cuius notitia præmitto duas diſtinctiones,deinde ad reſolutionẽ deueniam.

Prima eſt,Aliquid poteſt eſſe vita dupliciter:primò quia viuit,& eſt ſuum viuere atque ſua vita:ſecundò quia eſt cauſa vitę in alijs viuentibus. Primum dicitur vita formaliter. Secundum cauſatiuè,ſicut ignis eſt calidus formaliter, Sol autem cauſatiuè ex 2.Cæli.

Secunda diſtinctio eſt hæc,Aliquid poteſt eſſe cauſa vitę in alijs præcipuè in natura intellectuali de qua hicintẽdim⁹ tripliciter:primò ꝙ ſit cauſa vitę naturalis. Secundò cauſa vitę meritoriæ beatitudinis: Tertiò quòd ſit cauſa vitæ præmiatiuæ in ſtatu beatitudinis.His præpoſitis deueniẽtes ad reſolutionem ponimus quatuor concluſiones.

Chriſtus eſt cauſa vitæ naturalis.

Prima eſt,Chriſtus vt Deus,& Dei filius,eſt vita formaliter.Probatur.Concluſum eſt in 12.Meta.apud Ariſtotelem, vt videre poteris in Epitomatib.Mataphyſicis,& apud Platonem in Parmenide,& apud ſacrum Theologum,vt docui mus in lectura noſtra in prima Parte diui Tho.q.18.& funda tur in Scriptura ſacra Numeri c.14.Viuo ego dicit domin⁹: & implebitur gloria mea vniuerſa terra:ꝙ Deus eſt viuens, eò ꝙ eſſe ſuum,& actio,vt volitio,& intellectio non pendẽt ab altero,& omne mouẽs ſeipſum eſt viuum, ſumendo motum ſiue phyſicum,ſiue metaphyſicum,vt docuimus in 2.de Anima.Deus autem eſt mouens ſeipſum,quia eſt intelligens & amans ſeipſum:ergo viuit.Sed aduerte quòd vita, & viuere aliter conuenit Deo,aliter creatis viuentib. Nam creata viuentia ita viuunt ꝙ non ſunt ſua vita:ſed habent vitam eò quòd vita,vt docuimus in ſecundo de Anima aliquando ſumitur pro eſſe rei viuentis,aliquando pro operatione vitali:ſed tam primo quã ſecundo mõ nullum viuens creatum eſt ſua vita,eò ꝙ nullum creatum viuens eſt ſuum eſſe, ſed habet eſſe, ſicut non eſt ſua bonitas ſed participat bonitatẽ.Similiter nullum creatum viuens eſt ſua operatio vitalis,

eò quòd

eò quòd in eo operatio eſt accidens:operans autem eſt ſubſtantia. Sed in Deo, qui eſt actus ſimpliciſſimus,in quo nulla penitùs cadit compoſitio,vt omnes rectè de Deo ſentientes cõcludũt,nõ ſolũ Theologi,ſed & Plato in Parmenide, & in Phedro & in Sympoſio,& Ari.in lib.12.Met.& Auic.in lib.9.ſuæ Metaphy. eſſe & operatio ſunt ipſe Deus,ergo eſt ſua vita:& id concluſit Ariſ.in 12.Metaphy.dicens: Eſt igitur Deus feliciſſimum viuens,& exiſtit vita in Deo, & hæc eſt Deus. Conſiderato igitur Chriſto inquantùm eſt Deus. habens,idem eſſe,& eandẽ operationem cum Patre, verum eſt dicere quòd viuit,& eſt vita.Et id intendit Ioan.c. 1. dicens,Quod factum eſt in ipſo vita erat.Quaſi dicat, Creaturæ ante creationem erant intellectæ à Filio Dei. Et cùm in Deo res intellecta,& intellectio,& intellectus ſint idẽ: vt etiam concluſit Ariſto.in 12.Metaphy. vbi inquit, In abſtractis à materia,intellectus & res intellecta & intellectio ſunt idem:& cum ipſa intellectio Dei ſit vita in Deo,vt diximus,ergo Filius Dei qui eſt Chriſtus eſt ſua vita. Et aduerte quòd dixi Chriſtum,vt Deum eſſe vitam quoniam nõ eſt verum,vt homo eſt:nam vt ſic eſt quid creatum : de quo vt diximus non eſt verum dicere q̃ ſit ſua vita,ſed quod vitam habet.Quando ergo dicit Chriſtus,Ego ſum vita, ſic habet intelligi pro præſenti propoſito,Ego vt Deus,ſum vita:quoniam viuo,& eſſe meum,& actio mea nõ diſtinguũtur à me ipſo realiter,ſicut diſtinguuntur in quolibet creato. Ergo ſum vita.

Chriſtus tanquam ſua vita eſſe cauſa.

Secunda concluſio,Chriſtus vt Deus, eſt cauſaliter vita in omnibus viuentibus. Quæcunque enim viuentia recipiunt ab eo vitam ſicut fluuius aquam à fonte. Et id declaro dupliciter.Primò ſic,Omne quod eſt tale per participationem,recipit ab eo quod eſt tale per eſſentiam. Sed omnia viuentia creata,ſunt viuentia per participationem : ſicut enim participant eſſe, ita & vitam. Ergo eorum vita cauſatur ab eo quod eſt vita per eſſentiam. Hic autem eſt Chriſtus vt Dei Filius,ſicut iam diximus : ergo cauſaliter eſt vita omnibus viuentibus.Sed aduerte quòd ly Cauſaliter poteſt intelligi & pro cauſa formali & pro cauſa effectiua.Si pro cauſa formali eſt falſum de Chriſto. Cauſa enim formalis vitæ eſt de eſſentia viuentis & illi intrinſeca. Et hoc modo anima eſt cauſa formalis vitæ in viuentibus inferioribus ex 2.de Anima. Sed Chriſtus vt Deus non poteſt eſſe de eſſentia alicuius creati,cum ſit perfectiſſimus actꝰ, & cum nullo ſit componibilis. Ergo Chriſtus non eſt vita in omnibus viuentibus cauſatiuè cauſalitate formali. Eſt autem vita cauſaliter effectiuè:nam cum ſit Deus cum Patre producit animas,aliquas quidem immediatè,vt animas humanas immortales,alias autem quæ ſunt viuentium inferiorum formæ producit per cauſas ſecundas,& per animã vt p̃ver principiũ formale omne viuens inferius viuit, ergo ex eo quòd anima eſt effectiue à Deo, ex conſequenti vita eſt productiue à Deo. Vnde in 1.Regum cap.2. Dominꝰ mortificat,& viuificat,id eſt cauſat vitam in viuente, & eã aufert.

Secundò ſic,Motus cæli comparatur his inferioribus,vt vita quædam ex 8.Phyſ.Non q̃ motus ille ſit viuus , niſi dicamus viuum,quoniam cauſatur ab intelligentia viuente,& mouẽte cælũ,ſed dicit viuꝰ cauſaliter,eò q̃ vt declaratũ eſt in 2.lib.de Generatione eſt cauſa generationis viuentium in his inferioribus,Ergo multò magis Chriſtus vt Deus à quo intelligentia mouens cælum, & cælum & motus cæli, & elementa,capiunt omnem virtutem ſibi debitam, poteſt dici vita cauſaliter productiuè:nam bene ſequitur , Omne quod eſt cauſa prima productiua eorum à quibus originatur vita,eſt prima cauſa vitæ.Sed Chriſtus,vt Deus eſt cauſa productiua intelligentiæ,& cæli,& motus cæli à quibus emanat vita in his inferioribus prout competit diuerſis generibus viuentium:ergo Chriſtus,vt Deus,& Dei Filius,& non vt homo,verè dicitur vita cauſaliter reſpectu omnium viuentium.

Confirmatur per externos,qui præfuerunt Incarnationi Fili Dei & præcipuè per Platonem , qui in Cratillo in quo agit de recta nominum ratione , exponens diuina nomina attributa Deo : inter omnia magnificit hoc nomen Iouis ſiue Iupiter,qui apud Græcos dicitur Zephs.& Plato exponit Zephs , i. per quèm vita,ac ſi dicat , Non poſſumus excellentiori modo nominare Deum, quam appellare ipſum datorem vel authorem vitæ. Vnde illic Plato inquit, Nulla nobis cæteriſque viuendi magis cauſa eſt quàm princeps rerum omnium. Quapropter decenter Deus ſortitus eſt hoc nomen.Per quẽ vita viuentibus omnibus ineſt. Idem confirmat Dionyſius in lib. de Diui. Nom. exponens hoc nomen Vita.Vbi inquit,Ex prima vita,quæ,ſcilicet eſt Deus viuificantur atque fouentur animalia omnia atque plantæ. Iam verò ſiue intellectualẽ ſiue rationalem vitam, ſiue ſenſitiuam ſiue nutritiuam,aut augmentatiuã,ſeu qualemcunque vitam,vel vitæ principium, vel eſſentiam vitæ dixeris,ex ipſa viuit,atque viuificat quæ omnem ſuperemi net vitam.& infrà,Ipſa quidem vita dicitur,ſ.Deus:& vt ſu per omnem vitam vitæ author excelſiórque vita.Hæc Dionyſius.Conſtat igitur quòd Chriſtus,vt Deus,& Dei Filius eſt omnibus vita cauſaliter quò ad vitam naturalem.

Chriſtus eſt nobis vitæ cauſa meritoria.

Tertia concluſio,Chriſtus,vt Deus, eſt nobis vita meritoria cauſatiuè:& ſumo Vitam meritoriam pro operatione gratuita,qua fit homo Deo carus,& diſponitur ex condigno ad æternam beatitudinem. Ad probationem huius concluſionis aduerte quòd ſicut ſe habent actiones agentium naturalium particularium ad producendos effectus ſine cauſis ſuperioribus influentibus,ſic ſe habent actiones humanæ morales ad cauſandum merita æternæ beatitudinis ſine influxu gratuito primæ cauſæ,quæ eſt Deus. Sed ſenſu percipimus quòd quantumcunque laborent agentia naturalia ſine influxu cauſarum ſuperiorum non proficiũt. Nam ſi agricola ſub tecto ſeminauerit,vbi Sol nõ irradiat, & laborem,& ſemina perdet. Item ſi in agro tempore hyemali ſeminauerit,& ſol ad noſtrum hemiſphærium non reuerteretur cauſans longiores dies,& intenſum calorem, non proficeret.Sicut & homo quantumcunque exerceatur in actionibus moralibus:niſi prima cauſa ſibi ſuperinfluat vitam,id eſt gratiam per quam viuunt opera noſtra bona,vt docuimus in Parte 6.vbi diximus gratiã eſſe tertium auxilium diuinum quod gratuitum nominamus:non aſſequetur meritum æternæ beatitudinis. Sed gratia datur nobis p̃ Chriſtum.Dicit enim Paul.ad Ro.capite 7.Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum:ergo Chriſtus eſt vita noſtra meritoria cauſaliter.Quod & inſinuat ipſe in Euangelio cùm dicit Ioan.capite 10.Ego veni,vt vitam habeãt, & vt abundantius habeant.Per ly Vitã intendit actionem meritoriam:& per ly Abundantius intendit vitam præmiatiuam:de qua dicemus in ſequẽtibus.Itẽ dicit Ioan.cap.14. Qui manet in me,& ego in eo , hic fert fructum multum: quia ſine me nihil,ſcilicet meritorie poteſtis facere : & intendit,Qui ſubordinatur mihi , vt primo largitori omnis gratiæ:& in ſe gratiam meam recipit,ſicut planta influxum cæli,hic fert fructum multum ,id eſt proficit in operando meritorie quò ad aſſecutionem æternæ beatitudinis.

Hîc arguuntur huius ſeculi amatores,qui omni ſolicitudine,& cura inſtruunt,ſerunt,ornãt viridariũ,obſeruantes conuenientem ſitum bene receptiuũ influxus cæleſtis,putà ad Orientẽ vel Meridiẽ:non autem ad Septẽtrionem eo q̃ ad ſitum illũ non pertingit Sol in noſtro hemiſphærio.Obſeruãt,& tẽpora ſeminibus opportuna ad fructificãdũ:obſeruant Lunæ motũ,& variationes eò q̃ dominatur humidis:vt oportunè ſerãt,incidãt,inferant,tranſplantent. Qui interrogati propter quid tot,& tanta obſeruãt in huiuſmodi negotiis reſponderẽt,qm̃ ſine ꝓpitio cælo, nõ fructiferi forẽt labores noſtri.Verũ de viridario animæ luæ curã non habẽt.Nec aduertũt quòd ſe habẽt opera noſtra moralia in anima:ſicut ſemina & plãtæ in viridario. Cur ergo cæci nõ aduertunt quòd ſi faciunt opus bonum,putà opera miſericordiæ,& non recipiũt in ſe influxũ gratiæ , ſunt vt illi qui ſeminant ſub tecto vel ad Septentrionem , & laborem ac operam perdunt.Conſtat ergo quomodo Chriſtus eſt vita noſtra meritoria cauſaliter.

Quarta cõcluſio,Chriſtus eſt vita noſtra præmiatiua,ſiue beata cauſaliter,ad cuiꝰ euidentiã præmitto tria.Primò q̃ Chriſtus Deus & homo eſt obiectũ in quo felicitamur, vt docebimus infrà.Secundò q̃ felicitas noſtra eſt duplex, ſcilicet eſſentialis quę ſimpliciter perficit animam intellectiuam,& accidẽtalis quæ eſt velut ornatus & complemẽtum beatitudinis eſſentialis.Tertiò q̃ Chriſtus vt Deus,eſt vita noſtra beatifica eſſentialis cauſaliter, & vt homo eſt vita noſtra beatifica accidẽtalis cauſaliter,vt declarabitur.

Chriſtus eſt noſtra vita beatifica eſſentialiter cauſaliter.

His præmiſſis dico Chriſtũ vt Deũ eſſe vitam noſtram beatificã eſſentialem cauſaliter. Nã vt docebimus in Trac. ſequenti,vita noſtra beatifica eſſentialis obiectiua eſt ſummum bonum:ſed nec Deus Pater tantum , nec ſolus filius, nec ſolus Spiritus ſanctus ſed vnus Deus trinus in Perſonis eſt ſummum bonum : ergo Chriſtus vt Deus, eſt ſummum bonum , ex conſequenti eſt vita noſtra beatifica cauſaliter.Ex quo infertur quòd ſi beatus per impoſsibile

videret ſolum Patrem,aut ſolum filium non eſſet beatus: quoniam eſſe ſummum bonum eſt commune tribus. Propterea non eſt admittenda eorum opinio:qui tenent beatũ poſſe frui vna Perſona non fruendo alia. Cùm enim fruitionis obiectum ſit ſummum bonum, & in ratione ſummi boni non diſtinguantur perſonæ: aut omnes indiſtinctæ: aut nulla eſt ſummum bonum.

Dico inſuper Chriſtum vt eſt homo, eſſe vitam noſtram beatificam accidentalem canſaliter. Quod ſic declaro, Felicitas noſtra accidentalis pro aliqua ſui parte conſiſtit in perfectione ſenſuum:nam cum ſenſus cõcurrant ad opus meritoriũ pro hac vita,nõ ſunt priuandi præmio ſuo in altera vita. Inter omnes aũt ſenſus nobilior eſt viſus, vt docuimus in 1. Metaphy. & in 2. de Anima: ergo dignum eſt ipſum in æterna beatitudine perfici. Sua autem perfectio ſtat in viſione pulchri & lucidi proportionati: nam experimur viſum triſtari tenebris,& delectari luce temperata, & turpia abominamur,pulchra verò deſideramus noſque lætificant. Sed inter omnia creata corporea,pulchrius & lucidius eſt Chriſti corpus glorificatum: ita quòd ſecundum Ioan. Apoca. capit. 21. Lucerna ciuitatis cæleſtis Ieruſalem ſit agnus. Vbi inquit Ioannes, Ciuitas non eget Sole neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit illam,& lucerna eius eſt agnus:ergo oculus beati felicitabitur & ꝓficietur in huiuſmodi delectabiliſſima viſione. Et credendum eſt eſſe tantam Chriſti pulchritudinem, quòd Beati non curabunt quancunque aliam, ſed ſemper ſe voluent ad illam,ſicut ferrum ad magnetem & magnes ad polum. Conſtat igitur Chriſtum vt hominem glorioficatum eſſe vitam noſtram beatificam beatitudine accidentiali canſaliter.

Hinc animaduertant vanitatum amatores,qui captiuantur mortali & vmbratica,ſpecie,quit colunt vt quid diuinũ vanã pulchritudinem quantùm decipiantur. Sequuntur vmbram,& non quærunt verum primæ pulchritudinis & bonitatis fructum. Verùm,cùm fuerint ab hoc corpore ſeparati contiget eis illud,quod Auicenna in 10. ſuæ Metaphyſi. deſcribit dicens, Cùm ſeparata fuerit anima à corpore,tunc reuelabitur ei admirabilis decor, & pulchritudo, & dolore maximo triſtabitur,eò ꝙ ad illam ſeipſam indiſpoſitam reddiderit. Conſulendum eſt igitur huius mundi amatoribus ne tantùm immergant ſe in fallaci pulchritudine:quæ ſe habet vt volatus auis rapidiſsimè trãſeuntis, nec poſt ſe veſtigia vlla relinquentis. Sed aſſueſcant dietim ſe diſponere,vt pro alia vita digni ſint tantam & perpetuam diuinam illam pulchritudinem contẽplari quæ eſt apud Dominum & regem ſeculorũ. Aduertantque ꝙ quanto magis intendunt ac ſtudent fruitioni vanæ pulchritudinis,tantò magis indiſponunt ſe ad illam æternã & inenarrabilẽ, nec confidant falſo ſibi ſuadentes quòd poſſunt malum hunc habitũ permutare,& ſe ad veræ pulchritudinis fruitionẽ diſponere:quoniam ſicut contingit homini ex malo regimine vitæ,morbum incurrere inſanabilẽ vt paraliſim vel podagium ſic ex malo habitu ita infirmatur voluntas noſtra, ꝙ nec curari poteſt à malis & inordinatis affectibus Hinc videmus eos qui per totam vitam fuere mali & profani rarò vel nunquam in fine vitæ conuerti: quòd ſi conuertuntur nõ voluntaria ſed timoroſa videtur cõuerſio,ſicut cõuerſio ſceleſtiſſimi Antiochi regis Græcorũ, vt legim⁹ in 2. Macha. c. 9. Et cõfirmatur ꝙ Hiere. c. 13. Si mutare põt Aethiops pellem ſuam,aut pardus varietates ſuas & vos poteritis bene facere cũ didiceritis malũ. Conſtat igitur quo Chriſtus eſt nobis propoſita forma & exemplar:cui imprimamur,quem imitemur per quẽ ambulandum eſt:quoniã vt docuimus eſt nobis via & veritas & vita ad Chriſtianam reuelatam beatitudinẽ. Hæc de præſenti c. dicta ſint.

Tract ſecundi octauæ Partis Chriſtianæ ac moralis Philoſophiæ. Finis.

TRACTATVS TERTIVS EIVSDEM octauæ Partis, in quatuor capita diuiſus in quo conſiſtat Chriſtiana felicitas poſt hanc vitam, tam animæ quàm corporis.

IN hoc 3. Tracta. acturi ſumus de vera & Chriſtiana felicitate pro futura tam animæ quàm corporis in quo vel quibus conſiſtat, & diuidemus ipſum in 4. cap.

Primò qd ſit,& declarabunt ſingulę diffinitionis particulæ.

Secundò in quo vel quibus ſufficientiſsimè conſiſtat felicitas animæ.

Tertiò in quo vel quibus conſiſtat corporis felicitas ꝑ futuro ſeculo.

Quartò reſoluemus dubiũ illud vulgatiſsimũ, An felicitas animæ ſeparatæ & angeli magis conſiſtat in viſione diuinæ eſſentiæ quam in fruitione, quæ eſt actus voluntatis.

CAPVT I.

Felicitas quidnam ſit.

IN 1. c. inueſtigandum eſt quid ſit apud Theologum vera & Chriſtiana felicitas. Et hîc duo agenda ſunt: primò diſtinguetur de felicitate. Secundò diffinietur in illo ſenſu, quem hîc intendimus,& exponentur ſingulę diffinitionis particulæ.

Quantùm ad primum aduerte, ꝙ felicitas dupliciter ſumi conſueuit. Primò communiter & abſolutè iuxta vniuerſalem hominũ vulgariũ ſententiã ſm quam dicunt ſe velle ac deſiderare eſſe felices, Et in hoc ſenſu eſſe felicem idem eſt ꝙ bene ſe habere, bene ſtare, cõtentum eſſe. & conſequi omne deſiderium ſuum. Et in hoc ſenſu loquitur Auguſ. in libro. 13. de Trinitate, & in multis aliis locis de beatitudine, quando dicit ꝙ oĩs homo vult & appetit beatum eſſe: nec põt appetere ſe eſſe, aut fore miſerum. Secundò ſumitur in particulari & ſm ſuam ꝓpriam rationẽ formalem prout eſt vltima Chriſtiani perfectio tendentis in Deum vt datorẽ veræ beatitudinis promiſſæ in Euangelio Mat. c. 5. Gaudete & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cælis. Felicitas primo modo ſumpta non eſt de principali & propria conſideratione Chriſtiani: qm̃ in hoc ſenſu conueniunt oẽs ſub cælo nationes vtentes ratione, eò ꝙ oẽs eam appetunt prout deſiderant bene ſe habere, bene viuere, cõtentos eſſe, & frui omni deſiderio ſuo. In ſecundo autem ſenſu conſideranda eſt nobis: eo quod eſt finis cuiuſq; animæ fidelis, & ad eam conſequendam ordinantur quæcunque ꝓtractauimus in partibus præcedentibns præterquã in tertia Parte. Vbi de ſeptem vitiis capitalibus pertractatum eſt. Relicto igitur primo ſenſu diffinienda eſt iuxta ſecundum.

Beatitudo quid ſit.

Quantùm ad ſecundum aduerte ꝙ de beatitudine ſecũdo modo accepta inueniuntur tres diffinitiones. Vna eſt Boetij in tertio de conſola. & eſt hæc, Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Alia eſt Anſelmi in libro. de Beatitudinibus,& eſt hæc, Beatitudo eſt ſufficientia omnium commodorum, omni indigentia remota & æquipollet diffinitioni, quam Aug. in lib. Confeſsionũ attribuit beato dicens, Beat⁹ eſt, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. In his diffinitionibus ſumitur beatitudo, vt eſt nomen collectiuum, ita ꝙ nõ in vna ſola re conſiſtit ſed in multis aggregatis, vt declarabimus infra. Alia eſt magiſtralis, in qua communiter Theol. doctrinales cõcordant, & eſt hæc. Beatitudo eſt operatio ꝓpria hominis, circa altiſsimũ obiectũ, ſecundũ nobiliſsimã potẽtiã, in vitã perfectã.

Et quoniã hæc doctrinalis eſt, ideo in ſingulis eius particulis declarandis immorandum eſt. Ex hac enim aduertes in quo eſſentialiter vera beatitudo Chriſtiana conſiſtat, & pro quo vitę ſtatu poteſt haberi.

Beatitudo eſt operatio.

Primò igitur dicitur quòd eſt operatio. Nam nõ ſolùm apud Theologum, ſed etiam Philoſophum vt docuimus in 1. Ethi. de ratione felicitatis eſt quòd perficiat felicem ſicut de ratione ſcientiæ ꝙ perficiat ſcientem: ergo felicitas perfectio eſt, & non ſolùm quòd perficiat, ſed ſummè & vltimatè perficiat, aliter non eſſet ſummũ bonũ. Sed nõ poteſt omnino perficere nſi ſit operatio. Nam, vt docuimus in 2. de Anima, actus & endelechia & perfectio idẽ ſunt. Actus autem duplex, eſt, ſ. primus & ſecũdus: primus quidẽ eſt rei forma, vel virtus, vel habitus, vel potẽtia, à qua egredit vt prineipio operatio rei. vt ſcientia eſt principiũ ſciendi, viſus videndi, &c. Et hic actus primus non eſt vltima rei perfectio, quoniam vt docuimus in lib. 9. Metaph. ordinatur ad operationẽ, vt ad finẽ, Vnde inquit Ariſ. illic, Non videmus vt habeamus viſum, ſed habemus viſum vt videamus: nihil enim prodeſſet nobis viſus, neq; oculus niſi videremus. Quid enim proficit cæco oculus, & ſurdo auris? Secundus actus eſt ipſa operatio ꝓcedẽs à primo actu, vt calefactio à calore, cõſideratio à ſcientia, illuminatio à luce. Et hæc eſt vltima perfectio. Nõ enim ordinatur ad aliã, ſicut primus actus ordinat ad ſecundũ. Vt ergo felicitas ſit & à felice reputet ſua vltima & omnimoda perfectio, neceſſe eſt ꝙ ſit operatio & non tantùm habitus. Ex his ſequitur, ꝙ poſito

quòd

quòd homo eſſet ſummi ingenij, omnemque ſcientiam in ſe contineret, & priuatus eſſet omni ſcientifica operatione, dici non poſſet ſua ſcientia omninò perfectus, ex conſequenti nec beatus, Hac de cauſa dixit Ariſt. in 12. Metaphyſ. Deũ vt feliciſſimum, eſſe ſemper actu intelligentem ſeipſum: niſi enim actu ſe intelligeret (inquit Ariſtoteles) nihil dignũ in ſe contineret, ſed eſſet velut dormiens, ex conſequenti nec beatus eſſet. Ex eiſdem ſequitur, quòd qui ponunt intelligentias ſeparatas, quas dicunt deos, eſſe ocioſas, vt ſomniabat Epicurus, propriam vocem ignorât. Si enim dij: ergo beati. Si ocioſi, non operantur: opponitur ocium operationi, ſicut quies motui. Si non operantur, ergo non beati quoniam beatitudo, vt oſtendimus, operatio eſt: Ergo ſunt beati quoniam dij. & nõ beati, quoniam ocioſi, quod implicat contradictionem.

Beatitudo triplex diuina, Angelica, & humana.

Secundò dicitur operatio hominis, nam felicitas triplex eſt, ſcilicet diuina, angelica, & humana ſicut & triplex eſt natura intellectualis ſcilicet Deus, Angelus, homo. Et ſicut Deus, Angelus & homo nõ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſic nec beatitudo diuina angelica & humana. Deꝰ enim eſt ſua beatitudo & ſeipſo ſolo beatus eſt, vt etiam cognouit Ariſto. in principio lib. 7. Politicorum. Item dixit in libr. 12. Metaphyſic. principium primum feliciſſimum eſt ex ſeipſo. Angelus autem licet beatificetur non tamen ex vnione intellectuali cum Deo, vt declarabimus in ſequentibus: felicitatur autem vinco actu meritorio, ſicut damnatur vnico actu demeritorio. Homo verò licet beatificetur vnione intellectuali cum Deo clarè viſo, ſicut angelus, pluribus tamen actibus meritoriis. Quod innuere viſus eſt Ariſtoteles vt docuimus ſecundo Cœli in Epitomatibꝰ noſtris. Illic enim ſic inquit Ariſtoteles, Quædam entia bene ſe habent ſeipſis, id eſt nulla actione media & hæc eſt conditio primi principij, id eſt Dei. Quædam vnica actione, & hæc eſt conditio intelligentiarum. Quædam pluribus, & hæc eſt conditio hominis. Et confirmatur ex Scriptura ſacra in qua dum eſt ſermo de homine ſaluando fit mentio de operibus, & non tantùm de vno opere. Vnde Mat. c. 5. Vt videant opera bona, & Paul. ad Hebr. capite. 6. Iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus. & 2. Petri c. 1. Satagite, vt per bona opera certam faciatis electionem veſtram. & Apoca. cap. 14. Opera enim illorum ſequuntur illos, & & ca. 20. Iudicatum eſt de ſingulis ſecundum eorum opera. Dicitur igitur in diffinitione prædicta quòd felicitas eſt operatio hominis, vt ſignificetur qꝯ tibi non eſt intentio noſtra loqui niſi de beatitudine humana, promiſſa nobis à Chriſto vt mercede, & præmio laboris meritorij.

Felicitas eſt homini propria.

Tertiò dicitur operatio hominis propria. Nam felicitas non conuenit niſi naturę intellectuali, vt docuimus in 1. Ethic. Vnde inquit Ariſtoteles Neque beſtiam, neque lapidẽ quis dicet felicem, niſi metaphoricè. Ergo ſecundum illam operationẽ dicetur homo felicitabilis, ſecundum quam diſtinguitur ab omnibus naturis inferioribus homine. Talem autem operationem oportet eſſe propriã homini, ita qꝯ illi ſoli cõueniat ſicut & propria differentia & propria paſſio quibus ab inuicem diſtinguuntur rerum naturæ. Hæc autem operatio non poteſt eſſe niſi illa quæ conuenit homini vt homo eſt, i. vt eſt naturę intellectualis & non vt eſt viuens, vel vt eſt animal. Hęc igitur eſt ſolùm intelligere & velle. Dicimus ergo hominẽ fore felicitabilem, quoniã poteſt intelligere & frui ac delectari in aliquo obiecto, in quo contentatur & completur omne deſiderium ſuũ. Quod autem ſit illud dicemus in cap. ſequenti. Et his ſequuntur duo corollaria.

Felicitas nõ conſiſtit in hominis naturalibus operibus.

Primum eſt, quòd felicitas humana nõ conſiſtit in operationibus noſtris vegetatiuis, quales ſunt comedere, & bibere & generare ſibi ſimile, vel luxuriari. Hæc enim non ſunt propria homini, ſed communia nobis & brutis, & quoniam Epicurus & Sardanapalus, eorumque ſequaces ponebant in huiuſmodi voluptatibus ſummum bonum: patet quòd non diſtinguebant humanum finem à fine brutorum Ideo vt beſtiæ exiſtimandi ſunt. Horum opinio adeò inualuit quòd & tempore Salomonis habuit ſectatores: inquit enim in lib. Eccle. capite. 5. Hoc viſum eſt mihi bonum, comedat quis & bibat & fruatur lætitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub Sole numero dierũ vitæ ſuæ: quos dedit ei Deus & omni homini: cui dedit Deus diuitias atque ſubſtantiam poteſtatemque tribuit vt comedat ex eis & fruatur parte ſua, & lętetur de labore ſuo. Hoc eſt donũ Dei, &c. Item ſequitur qꝯ non cõſiſtat in operatione aliqua ſenſitiua, neque appetitus ſenſitiui, quæ ſunt amare, ſperare, delectari, vindicare ſe de iniuriis. Cõmunes enim nobis ſunt & beſtiis, felicitas autẽ eſt operatio propria hominis.

Felicitas non cõſiſtit in fortunæ bonis.

Secundum eſt, quòd non conſiſtit in bonis fortunæ quæ ſunt diuitiæ, honores, dominia, imperia, &c. Hæc enim nõ perficiunt hominem niſi ſecundũ quid eo qꝯ non ſunt in hominis poteſtate nec ſtabilitatẽ habent, nec propter ſe quęruntur nec faciant hominis deſideriũ, imò quantò magis habentur, tantò magis accendunt deſiderium, vt docuimus in Parte tertia agentes de ſuperbia & auaritia. Cùm ergo de ratione veræ felicitatis ſit quòd omnino felicem perficiat, & ſit bon permanens, & propter ſe quæratur, quietet inſuper felicis deſiderium: conſtat in bonis fortunæ eam nõ conſiſtere. Vnde qui exiſtimauerunt eam in huiuſmodi bonis conſiſtere, non ſapientes ſed vulgares & terreni reputandi ſunt. Nec dignum eſt immorari in reprobandis huiuſmodi ſententiis, quoniam vt docuimus in ſecũdo de Generatione, & eſt mens Ariſt. & omniũ rectè ſentientium, vel le ſolicitari ad reprobandum quancunque opinionẽ niſi rationabilis appareat, id eſt in aliquali ratione fundetur, vanũ & ſtultũ eſt. Vnde & Philoſophiæ huiuſmodi opiniones nõ aliter improbant niſi exprobrando. Dicit emim Iſa. c. 3. Populę meus qꝯ te beatũ dicunt, ſcilicet propter fortunæ bona, ipſi te decipiunt.

Felicitas eſt hominis nobiliſſima operatio circa nobiliſſimum obiectum conſiſtens.

Quartò dicitur in diffinitione felicitatis, quòd eſt operatio ꝓpria hominis circa nobiliſsimũ obiectũ. Dictum eſt emim felicitatẽ eſſe operationẽ quæ eſt omnimoda felicis ꝓfectio, ergo eſt nobiliſsima m ꝓfectiſsima operatio. Operatio autẽ nobilitatẽ & perfectionem ſuſcipit ab obiecto & principio à quo egreditur. De principio quidẽ dicemus in ſeq. De obiecto verò nũc agendũ eſt. Tu igitur aduerte vt docuimus in 2. de Anima & in 12 Meta. qꝯ operatio quæ eſt circa nobile obiectũ, nobilis eſt, & quæ circa nobilius, nobilior, & quæ circa nobiliſsimũ, nobiliſsima. Vnde Ariſt. dicit in 12. Metaph. qꝯ multũ differt intelligere nobile vel vile. Idẽ intellige de amare: Nã ſi intelligitur nobile intellectio eſt nobilis & intellectus nobilitatur. Si autẽ vile intelligit. intellectio eſt vilis, & intellectus vileſcit. Idẽ dico de dilectiõe, vnde qui diligunt vilia, vileſcũt & illa, qm̃ amor trãsformat amantẽ in amatũ. Quod quidẽ verũ eſt, quãdo vile cognoſcitur & amatur in ſeipſo. Quod dico propter Auerroẽm, q in lib. 12. Metaph. ꝓbat Deũ nõ intelligere aliquid extra ſe, ex conſequenti nec amare: quoniã cùm in cõparatione Dei ſint vilia arbitratur Deum vileſcere ſi ea amaret & intelligeret. Quod tamen nõ ſequitur, quoniã non intelligit ea, nec amat in ſeipſis, ſed in eſſentia ſua vt in vniuerſali obiecto repræſentante ea & continente perfectionaliter. Ad propoſitum ergo dico qꝯ neceſſe eſt felicitatẽ cũ ſit propria & perfectiſsima hominis operatio eſſe circa nobiliſsimum obiectũ, quod ſit in rerũ natura & in toto ambitu entis. Prætereà Dicit Ariſt. in 1. Cœli, & in 16. de Animalibus, & ad ſenſum experimur ſic eſſe, quòd naturaliter magis appetimus ſcire aliquid de ſuperioribus entibus etiam probabiliter, quàm ſcire hæc inferiora etiã demõſtratiuè. ex quo apertè cognoſcimus intellectionẽ noſtrã quæ eſt perfectio noſtra, nobilitatem ac vilitatem ſumere ex obiecto apprehenſo, & quoniam ſuperiora entia ac diuina nobiliora ſunt, ideo magis appetimus ea ſcire vtpotè magis perfectiua intellectus noſtri. Conſtat igitur quàm rationabiliter dicitur in prædicta diffinitione, qꝯ felicitas eſt operatio circa nobiliſsimum obiectum. Ex hoc apparet vanitas eorum qui ſtatuerũt felicitatẽ in bonis corporis, quæ ſunt robur, agilitas, pulchritudo. Vnde deificant Herculem, Hectora, Achillem quos heroas vocãt. Nã cùm anima ſit nobilior corpore: etiam bona animæ nobiliora ſunt bonis corporis, licet ignobile vulgus falſo iudicet oppoſitum. Ergo cùm bona corporis nõ ſint nobiliſsima obiecta, circa ea non erit vera felicitas. Ex eodem apparet falſitas opinionis eorũ, qui ſtatuerunt felicitatẽ in actibus & exercitio virtutum moralium, vt Stoici, de quibus locuti ſumus in Ethicis. Nam huiuſmodi actus non ſunt circa nobiliſsima obiecta, vt patet de iuſtitia quæ præcipuè verſatur circa diſtributiones ac commutationes bonorũ exteriorum. Temperantia verſatur circa concupiſcentias frænandas, fortitudo circa defenſionem patriæ & amicorum. Prudentia circa humana contingentia debitè regulanda. Vnde, cùm hæc non ſint nobiliſsima entia, quoniam conſtat diuina eſſe his humanis altiora, patet quòdv era felicitas non conſiſtit in eis, ſed exiſti, manda ſunt, vt media ad felicitatem

Confutatio opinionum quæ nonrectè defelicitate ſentire vtdentur.

citatem. Et quoniam Arist. posuit felicitatem practicam in 10. Ethico. circa actum prudentiæ vt videre poteris in Epito. nostris, in 10. Ethico. in Tract. 2. ca. 2. ideo nō est acceptādus in hoc à Christiano, quoniam declarabimus infrà verā felicitatem practicam consistere in diuina dilectione atque fruitione.

Felicitas est operatio nobilissimæ potentiæ. Quintò dicitur secundum altissimam potentiam animæ. Nam cùm felicitas sit propria & nobilissima operatio, necesse est eam produci ab aliqua potentia propria & nobilissima quæ sit in homine. Hæc autem non potest esse nisi intellectus aut voluntas: ergo est operatio egrediens ab altera earum, quæ, scilicet est simpliciter nobilior. Vtrùm autem sit intellectus vel voluntas est duplex apud Theologos doctrinales opinio, quas examinabimus in cap. 4. Pro nunc sufficit scire felicitatem esse operationem productam à nobilissima potentia quæ sit in homine vt distinguitur à bruto, quęcunque sit illa, siue intellectus siue voluntas.

Felicitas est operatio hominis nobilissima in vita perfecta. Sextò dicitur in vitā perfectam, id est continuando hanc nobilissimam operationem per totam vitam. Pro cuius euidentia aduerte, quòd si apud Aristotelem in 1. Ethico. tractantem solùm de felicitate præsentis vitæ qualiscunque possit haberi, quis per aliquod tempus bene se haberet, putà sanus, honoratus, diues, fortis, potens in imperio & domi nio, deuenerit in statum oppositum aduersa fortuna: nō potest existimari felix, etiam secundum plebeam opinionem hominum, qui solent bene fortunatos appellare felices. Vbi & Arist. imitans Homerum in vltimo lib. Illiados dat exemplum de Priamo, qui longo tēpore ditissimus & potentissimus fuit Asiæ minoris rex in qua Troia iacebat, & in senectute sua post decem annos obsidionis Troiæ priuatus regno & filiis, & vxore ducta captiua in Græciam, demū cruideliter interfectus est à Pirro Achillis filio, hunc (dicit Aristoteles) nemo felicem nuncupabit, quoniam vt dixit Solō, nemo ante exitum felix: ergo de ratione veræ felicitatis est stabilitas & immutabilitas in bono & in eius possessione in quo stat vera felicitas. Bonum igitur quod quandiu durat homo, non est stabile, nec in eius libera & firmata possessione, non facit hominem felicem. Ex quo sequitur, quòd homo pro hac vita non potest beatificari, dato etiam quòd nobilissimam operationem intellectualem haberet circa nobilissimum obiectum, putà speculationem diuinorum & perfectiorem quocunque Philosopho ex mera virtute sui intellectus: nam quandiu grauatur anima corpore corruptibili, non potest diu in tali speculatione perseuerare absque interruptione: quoniam, vt dicit Arist. in 1. Metaphy. hominum natura multipliciter serua est, eò quòd cogitur corpus proprium curare, & familiam regere, & innumera impedimenta affert nobis corpus, vt docuimus in Tract. vlti no Philosophiæ moralis Platonicę: quibus reuocatur animus à diuinorum contemplatione. Vnde Aristoteles in 12. Metaph. comparans intellectum nostrum coniunctum intellectui separatarum substantiarum dicit, Deductio, id est dispositio quidem optima secundum intellectū illis est continua: nobis autem paruo tempore. Et Plato in Phædone inquit, Anima corpori subiecta, à cælestibus ad hæc inferiora reuocatur. Hīc quasi sepulchro concluſa de diuinis parū quid & dubiè attingere potest. Et propterea Arist. in 10. Ethicor. aduertens felicitatem sic diffinitam non posse ab homine pro hac vita possideri nisi secundum quid, & vt inquit Plato in Phædone, nisi vt in vmbra, sic concluſit, Qualemcunque felicitatem possibilem haberi ab homine sic diffiniendum esse. Quasi dicat, Felicitas quidem omnes particulas in diffinitione positas in se continet, licet vt haberi potest ab homine pro hac vita non verificetur quò ad omnes eius conditiones. Cùm igitur homo creatus sit à Deo, vt veræ & perfectæ felicitatis capax, absque dubio credendum est quòd pro alia vita prædicta diffinitio verificabitur in homine iusto. Constat igitur quid sit vera & Christiana felicitas promissa nobis in lege Euangelica. Hæc de præsenti c. dicta sint.

CAPVT II.

In quibusnam consistat hominis felicitas.

IN 2. cap. inuestigandum est in quo, vel in quibus consistat vera & Christiana felicitas, quam diffiniuimus in c. præcedenti. Hīc igitur duo agenda sunt. Primò in quo vel in quibus consistat beatitudo iuxta diffinitiones datas ad mentem Boëtij & Anselmi. Secundò in quo vel in quibus consistat iuxta diffinitionem doctrinalem positam, cuius singulas particulas exposuimus.

Quantùm ad primum aduerte q vt diximus in cap. præcedenti Boëtius & Anselmus sumunt felicitatem pro nomine collectiuo, quod non verificatur tantum in vna re, sed in pluribus simul iunctis, siue ordinatis, vt populus, exercitus, conuētus, & propterea diffinit eam Boëtius per aggregationē omnium bonorum, & Anselmus per sufficiētiam competentium commodorum: sed tam aggregatio omnium bonorum, quàm sufficientia competentium commodorum sunt nomina collectiua, vt patet. His præpositis vt scias quomodo verificatur diffinitio Boetij & Anselmi pono duas conclusiones.

Prima est, Beatitudo vt describitur à Boëtio in 3. lib. de Consola. Prosa secunda, & vt declaratur ab eodē in prosa decima, non est finale præmium viatoris, nec etiam naturæ angelicæ. Probatur, quoniam conuenit soli Deo, vt sic absolutè describta: nam in solo Deo aggregantur vniuersaliter & absque limitatione omnia bona. Vnde in prosa decima vult Boëtius beatitudinem quā diffinierat in prosa secunda esse idem quod diuinitas & Deus & summum bonum. Præterea, Boëtius in eodem loco vult de ratione beatitudinis sic diffinitæ esse summam potentiam, summam reuerentiam, summam claritatē siue lucem. Cōstat autem has proprietates competere soli Deo: ergo & beatitudo sic descripta. Præterea, Si beatitudo sic descripta competeret omni beato, ergo omnis beatus haberet in se statum omnium bonorū aggregatiōe perfectum, quod est falsum: tūc enim omnes beati essent æquales, quod est contra Scripturam sacram. Stella enim differt à stella in claritate inquit Paul. 1. ad Cor. ca. 15. & loquitur de beatis modo metaphorico. Consequentia patet, quoniam qui omne dicit nil excipit &, perfectum est cui nihil deest ex lib. 5. Metaph. Cōstat igitur quòd beatitudo sic diffinita loquendo simpliciter & essentialiter competit soli Deo, & est Deus qui seipso beatus est, & dicitur beatitudo increata.

Secūda cōclusio est hæc, Beatitudo vt diffinitur ab Anselmo cōuenit omni beato, sed in nulla vna re sola cōsistit, putà nō in sola diuina essentiali visiōe, nec in sola Dei fruitiōe, nec in solo Dei gaudio cōsequente visionē, sed in omnibus his collectiuè sumptis & non diuisiuè. Probat, Illud solum est finale præmiū iusti, secundum Anselmū, per quod habetur sufficiētia cōpetentium cōmodorum omni indigētia remota: sic enim diffinit beatitudinem. Sed p nullū præcisè prædictorū habet iustus talem sufficientiā. Quod probatur primo de visione, secūdò de fruitione & gaudio siue delectatione consequente beatificā visionē. De visione quidem sic, Cum visione Dei per essentiā stat carētia multorū cōmodorū, quæ homo naturaliter appetit, ergo, &c. Probatur antecedēs, Cū clarissima Dei visiōe stat maxima pœna sensus & mortalitas & timor & pœnalitas siue afflictio corporis, vt fames, sitis, lassitudo: quæ omnia fuerunt in Christo pro hac mortali vita vt patet ex sacris Euangeliis, & tamen nunquā fuit á diuina visione separatus: ergo patet q sola Dei visio per essentiā iuxta descriptionem Anselmi, non facit iustū absolute beatū. Præterea Secūdum aliquos potest stare clara Dei visio cum carentia siue remotiōe cuiuslibet gaudij & delectationis prouenientis ex ipsa visione, & cū continuatione odij erga Deū: ergo, &c. Patet consequētia, & probatur antecedens sic, Delectatio est alia res à visione: cùm sit alterius potentiæ s. volūtatis, & est naturaliter posterior: quoniam à visione nata est causari, effectus autem posterior est causa, ergo Deus ex potētia sua absoluta potest conseruare visionem diuinæ essentiæ in intellectu iusti, & annihillare omne gaudium aptum prouēire ex tali visione. De odio autē probatur sic, Potest Deus de potētia sua absoluta ostendere essentiā suam dānato, & continuare in eo actum odij cùm sint distincti actus videre Deum, odisse Deum, ergo, &c. Tu tamen aduerte quòd hæc secunda ratio non est ex propria sententia nostra sed aliorum: ideo modò non immoror in ea. Nā apud viam nostrā falsum est Deū posse separare quæcunque duo distincta realiter, siue vnum conseruare & alterum annihillare, vt patet de subiecto & propria passione. Vnde si gaudium fluit à diuina visione vt passio à subiecto, Deus de potentia sua absoluta non pōt separare gaudium à visione sua, nec odium continuare. Et hæc via rationabilior est.

De fruitione probatur idem sic, Cum fruitione Dei stat indigentia & multiplex insufficientia eorum, quæ iustus aptus est appetere appetitu ordinato: ergo non in sola Dei fruitione stat beatitudo, vt diffinitur ab Anselmo. Patet

conseque

consequentia: probatur antecedens, Christus viator & cõprehensor summè Deo fruebatur, & tamen multorum cõmodorum indigentiam sustinebat, vt patet in Euangelio. Præterea, animæ iustorum in patria & vident & fruuntur Deo clarè viso, similiter & angeli & tamen non sunt remotæ ab omni indigentia competentium commodorum. De animalibus quidem constat secundum diuinam Scripturam. Nam Apoc.c.6. Sic legimus, Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes, Vsquequò Domine sanctus & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulę stolę albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc modicum tempus, &c. Et confirmatur per August. in lib. 12. super Genes. cap. 7. vbi inquit, Animę inest quidam appetitus ad ministrandũ corpus: quo retardatur quodammodo ne pergat tota intentione in suum bonum, donec appetitus ille conquiescat: non quiescet autem nisi iterum corpore in resurrectione vniatur. De angelis eadem ratione dici potest quòd appetunt adimpletionem numeri prędestinatorum, vt eorum sedes vacuę propter angelos peccantes restaurentur. Ex his ergo sequitur ꝙ nulla creatura intellectualis vsq; nunc est perfectè beata beatitudine descripta ab Anselmo. Constat igitur quòd beatitudo vt describitur ab Anselmo, est nomen collectiuum, & in se complectitur visionem diuinę essentię & fruitionem & glorificationem corporis, & consecutionem omnium quę ordinatè appetuntur à natura intellectuali.

Tu tamen aduerte ꝙ August. aliquando diffinit beatitudinem per solam diuinam visionem dicens, Visio est tota merces: aliquando per solam fruitionem, vt inquit, in lib. de Moribus ecclesiæ, Perfrui sapientia increata est bene viuere, & in primo de doctrina Christiana, Summa merces est, amore inhærere Deo. Aliquando per solã delectationem, siue gaudium quod consequitur claram Dei visionem, vt in 10. lib. Confessionum, vbi inquit, Beata vita est gaudium de veritate. Omnes autem istæ diffinitiones ad sensum Anselmi sunt partiales, vt autem cõplectitur beatitudo oĩa prædicta diffinitur diffinitione totali ab Anselmo, ab Augustino verò partialiter.

Quantùm ad secundum vt scias in quo consistit felicitas vt diffinita est à doctoribus Theologis, scilicet vt est operatio propria hominis circa altissimum obiectũ, &c. præpono tres distinctiones.

Prima est, Beatitudo potest considerari tripliciter. Primò quò ad suum essentiale. Secundò quò ad per se fluentia & concomitantia suum essentiale. Tertiò quò ad ea, quæ sunt ad ornatum & totale eius complementum.

Secunda est, Beatitudo potest dupliciter considerari, scilicet originaliter & perfectiuè.

Tertia est, Beatitudo potest dupliciter considerari, scilicet speculatiuè & practicè. His præpositis resoluo intentũ per conclusiones.

Beatitudo essentialiter consistit in clara diuina essentia visione.

Prima est, Beatitudo quò ad suum essentiale & originaliter & speculatiue sumpta, consistit in clara & immediata visione diuinæ essentiæ. Probatur, consistit ex diffinitione data in operatione propria hominis nobilissima & perpetua: sed hæc est diuina visio secundum Euangelium. Dicitur enim Ioan. c. 17. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te verum Deum. Cognoscere autem est intellectu videre. Et Mat. capite 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Et si tu aduertes inuenies tam in Scriptura antiqua quàm noua quòd beatitudini primo & per se attribuitur visio diuina ex consequenti originaliter & speculatiuè est actus intellectus coniuncti cum summo obiecto qui est Deus absque speculo & ænigmate. Et quidem in Scriptura antiqua legimus de Moyse Exo. c. 33. Qui cupidus veræ beatitudinis ait ad Dominũ, Ostende mihi gloriã tuã, & respõdit Dominus, Ego ostendam omne bonum tibi, id est meipsum in quo est omne bonum, & in noua ac Euangelica Scriptura quoties Christus de beatitudine loquebatur eam per visionem manifestauit. Vnde dicit Matt. ca. 13. Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & capite. 18. Videte ne cõtemnatis vnum ex his pusillis. Angeli enim eorum, semper vident faciem Patris mei qui in cælis est. Paul. autẽ 1. ad Cor. capite 13. inquit, Ex parte scimus & ex parte prophetamus, donec veniat quod perfectum est. Videm⁹ nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, & 2. ad Cor. 3. Nos autem reuelata facie gloriam ₵omini speculantes in eandem imaginẽ trans formamur d gloria in gloriam, tanquam à Domini spiritu. Dico originaliter, quoniam impossibile est diuinam essentiã vniri voluntati per fruitionẽ & gaudium, nisi prius vniatur intellectui per visionem intellectualem. Re nanq; inuisa & inapprehensa frui aut gaudere nõ possumus. Dico speculatiuè vt præseruem beatitudinem positam in fruitione, quæ est practica: qm̃ fruitio est praxis quæ est operatio alterius potẽtiæ ab intellectu, i. volũtatis, vt docuimus in Quæstionib⁹ nostris in 1. & 6. Meta.

Secunda cõclusio est, Beatitudo quò ad per se fluẽtia & concomitantia suum essentiale perfectiuè & practicè cõsistit in diuina fruitione & summo gaudio fluentibus per se ab essentiæ diuinæ clara visione. Probatur, Sicut malum apprehensum & coniunctũ naturaliter tristitiam generat, & summũ malum summam tristitiam, sic ex opposito bonũ apprehensum & coniunctum, gaudium generat, & summũ bonum, summum gaudiũ. Sed ex eo, ꝙ quis tristatur malo & summè tristatur summo malo, verè & perfectè dicitur miser. Vnde Christus Mat. cap. 8. designat miseriã & damnationem per fletum & stridorem dentium: ergo ex eo ꝙ quis fruitur & gaudet summo bono sibi intellectualiter vnito est verè & perfectè beatus. Dico perfectè: quoniam licet originetur beatitudo à visione, perficitur tamen & completur fruitione. Nam vt docuimus in libro. 10. Ethi. delectatio perficit operationem sicut pulchritudo iuuentutem. Vnde Scriptura sacra, quando de vltima perfectione felicitatis loquitur, manifestat eam non per visionẽ sed per voluptatem, delectationem, exultationẽ, gaudium, lætitiã, &c. Psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Matt. cap. 25. Euge serue bone & fidelis. intra in gaudium tuum domini tui. Ioan. c. 17. Gaudebit cor vestrũ, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Dixi ergo perfectiuè, vt distinguã de beatitudine quo ad suam originẽ, & quò ad suam perfectionẽ. Dixi practicè: quoniã vt iá dixi, actus voluntatis circa nobilissimũ obiectũ, qualis est fruitio dicit praxis, sicut actus intellectus dicit speculatio.

Felicitas in quo completiuè & cõsecutiue cõsistat.

Tertia conclusio est, Beatitudo quò ad ornatum & totale suum cõplementum consistit in pluribus, s. in loco cæleſti, in coniunctione incorruptibilis corporis & animæ, in vera amicitia beatorum, in mutua & domestica propinquorum & amicorum cognitione, in quietatiõe omnis honesti & recti desiderij. Pro his aduerte ꝙ diuina opera non solùm sunt bona & perfecta, sed etiã cum omni perfectione accidentali & ornatu vt diuinam sapientiam decet, vt cõtemplamur in varietate pulcherrima animaliam & vegetabiliũ, & lapidum, vsque ad vltimos flores. Cùm igitur Dei sapientia omnia suauiter disponat, & homo principatũ teneat sub cælo. sic instituit quantùm sit in se hominem felicitari, vt nihil etiam accidentale cõplementũ sibi deficiat. Et primo locus conformis tantæ felicitati, licet enim homo videns Dei essentiam vbicunque beatus sit etiam quòd in inferno esset: Sicut legimus de latrone: Luc. capite 23. Cui dixit Christus, Hodie mecum eris in paradiso, & tamen cũ eo descendit ad Limbum, tamen congruum est vt beatitudinis locus sit cælum, vbi antonomasicè dicitur esse Deus, cuius visione & vnione felicitamur. Hac de causa Christus vbique locum beatitudinis cælum assignat, Matthæi capi. 5. Merces vestra multa est in cælo. Ioan. capit. 15. Vt vbi sum & vos sitis: cõstat autem ipsum esse in cælo. Et Paulus 2. ad Cor. c. 5. inquit, Habemus domum non manufactam sed æternam in cælis: nam & in hoc ingemiscimus habitationẽ nostram quæ de cælo est superindui cupientes. Et 1. Petri c. 1. Benedictus Deus qui regenerauit nos in spem viuam in hæreditatem incorruptibilem incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in cælis.

Secundò ad ornatum & complementum nostræ felicitatis instituit diuina sapientia animam iusti reuniri corpori immortali incorruptibili glorioso, vt sicut pro hac vita fuit particeps laboris & afflictionis, sic in patria participet diuinos honores & purissima gaudia. In quo quidem corpore iam non grauante animam, sed ei feliciter deseruiente exercebunt iusti opera sensuum non ad necessitatem sed ad solatium, vt declarat diuus August. in libro. vltimo de Ciuit. Dei capit. penulti. & vltimo. Et quidem de reunione corporis & animæ & qualitate illius ac decore aperte loquitur Paulus primæ ad Corinth. capite. 15. vbi inquit, Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore viuent? Et respondens inquit, Seminatur in corruptione, & resurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, & resurget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus

anim

animale,ſurget corpus ſpirituale,&c. Et aduerte q̃ ſuper Pauli doctrinam fundant Theologi in 4. lib. Sentent. diſtin 49.dotes corporis beati reſurgentis,ſcilicet incorruptibilitatem,impaſſibilitatem,claritatem,ſubtilitatem ſiue ſpiritualitatem : qua poteſt ſimul eſſe cum alio corpore. De q̃bus dotibus reſolue te in 4.Senté.vbi ſuprà:quoniam nihil noui nobis occurrit ſuparaddendum,niſi velimus nos conuertere ad fabulationes ſine fundamento,quod non intendimus.

Tertia ad complementum noſtræ felicitatis in cælis ante & poſt reſurrectionẽ diſpoſuit diuina bonitas inter beatos iocundiſſimã amicitiam:qua ſimul conuiuunt, lætantur & Deum vnanimes glorificant, remota omni perturbatione, inuidia, & contentione pace & gloria abſque omni timore poſſidente omnia,& hæc eſt doctrina Diui Auguſt. in vltimo lib.de Ciui.Dei capit.vltimo.Vbi inquit, Vera ibi gloria erit,vbi nec laudantis errore quiſquam, nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno,nulli deferetur indigno,ſed nec ad eum ambiet vllus indignus,vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Vera pax ibi eſt,vbi nihil aduerſi nec à ſeipſo nec ab alio quiſquam patietur. Præmium virtutis erit ipſe qui virtutem dedit, &c.

Quartò ad complementum noſtræ felicitatis diſpoſuit Pater ille clementiſſimus,vt inter amicos & propinquos, alioſque adinuicem aliquo honeſto vinculo colligatos ſit mutua & domeſtica cognitio & ſpirituale colloquium. Nam, ſi in præſenti vita nullius boni eſt iocunda poſſeſſio abſque conuictu & conſortio amicorum, longè amplius & perfectius credendum eſt id fore in æterna beatitudine. Et hunc felicem conuictum intendit Chriſtus Lucæ capite 22.cùm inquit,Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo,& Ioan. in Apoc. capite. 19. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni. Beati qui ad cœnã nuptiarum agni vocati ſunt. In nuptiis autẽ mutua & domeſtica cognitio, & amicabile conſortium, & dulce ac delectabile colloquium requiruntur.

Quintò ad complementum noſtræ felicitatis diſpoſuit Pater ille cæleſtis in diuina illa viſione omne noſtrum naturale ac rationabile deſiderium adimplendum, aliter appetitus beati non perficeretur.Congruum eſt autem,quòd ſicut intellectus beati ex ſpeculatione diuinæ eſſentiæ omni nò perficitur, ſic ex conſecutione cuiuſcunque deſiderati perficiatur appetit⁹.Hac de cauſa ęterna beatitudo dicitur ęterna requies & quidem quòd in ea omne deſiderium cõpleatur teſtis eſt Scriptura.Nam dicit Dauid in Pſalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Item,Qui replet in bonis deſiderium tuum : & hæc eſt doctrina diui Augu. in lib.vltimo de Ciui. Dei capite vltimo.Vbi inquit,Quid eſt enim aliud quod per prophetam dicit,id eſt per Hieremiã capite 31.Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus, ſiue plebs. niſi ego ero vnde ſatientur? Ego ero quæcunque ab oĩbus honeſtè deſiderant,& vita & ſalus,& victus,& copia, & gloria,& honor,& pax,& omnia bona. Sic enim, & illud rectè intelligitur,quod ait Apoſtolus.ſcilicet 1.ad Cor. capite 15.Vt ſit Deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur,ſine fatigatione laudabitur.Hoc munus,hic effectus,hic actus,profecto erit omnibus ſicut vita æterna cõmunis.

Humanæ cõditionis varia ſtatus cõſideratio.

Vt autem ſcias in ſpecie quomodo in illa cæleſti felicitate omne deſiderium noſtrum naturale compleatur aduerte quòd homo quadrupliciter conſideratur. Primò vt exiſtens.Secundò vt animal. Tertiò vt politicus. Quartò vt intellectualis ac ſpeculatiuus.Homo vt ens ſiue exiſtens appetit naturaliter conſeruari in eſſe, & hoc eſt communę cuilibet rei creatæ. Vnde videmus vnumquodque diſfugere ſibi contraria,& pugnare contra corruptilia,ne deficiat in eſſe.Hoc quidem deſiderium adeò eſt homini innatum,quòd pro præſenti vita neque laboribus, neque periculis parcit:omnia ſuſtinet & etiam à via virtutis recedit,vt ſibi conſeruet eſſe. Omnem ſuſtinet pœnam,omnia temporalia deſpicit, ne mortem incurrat, quam tandem vitare non poteſt. Hoc autem deſiderium hic compleri non poteſt,quoniam,vt inquit Dauid, Quis eſt homo qui viuit & non videbit mortem? Quaſi dicat, Nullus. In cæleſti verò felicitate omninò complebitur. Quoniam mors non erit amplius.Vnde inquit Ioan.in Apoc.capi.21.Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorũ, & mors non erit vltra, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra.Et Paul.1.ad Corin. cap.15. Nouiſsimè deſtruetur inimica mors.Conſtat ergo quomodo deſiderium perpetuò eſſendi & bene ac feliciter eſſendi complebitur.

Homo vt animal naturaliter appetit delectari.Vnde, vt docuimus in 9.Ethico. non ſolùm quærit fugere triſtatiua & nociua,ſed nec diu viuere poteſt priuatus omni delectatiuo & ſolatio. Hoc autem deſiderium pro præſenti vita compleri non poteſt, quoniam infinitis amaritudinibus reſperſa eſt vt ſenſu experimur. Præterea vt docuimus in 9.Ethi.Non ineſt nobis delectatio quę non ſit admixta triſtitiæ,nec etiam in parte intellectiua. Omnis enim noſtra ſpeculatio ratione phantaſiæ eſt cum labore & laſſitudine,& multa incertitudine,& minor quam appetamus.Vnde quod dixit Ariſt.in 10. Ethi.ſcilicet quòd puriſsimas & diuturnas delectationes continet Philoſophia, non eſt verum ſimpliciter,ſed in reſpectu ad delectationes ſenſuum, quæ vt experimur ratione organi corporei per quod exercentur, multis & variis alterationibus admixtæ ſunt. In cæleſti autem patria ideo ſatiabitur hoc deſideriũ quoniã obiectũ beatitudinis,id eſt Deus exiſtens omne bonum delectabiliſsimum eſt. Nam ſi bonum vt bonum dum poſsidetur delectabile eſt,bonum optimum quod eſt Deus delectabiliſsimum eſt.Præterea, delectatio quantò purior & inadmixta triſtitiæ,tantò perfectior eſt. Omne enim contrarium imperficitur admixtione ſui contrarij. Et quantò magis continua & diuturnior melior ac appetibilior eſt, magis enim perficit & contentat appetentem. Vnde videmus ſapientes non appretiare voluptates tactus,vt gulæ & Veneris : quoniam multis moleſtiis admixtas,& veloci curſu tranſeuntes aduertunt, & poſt ſe non niſi pœnitudinem & dolorem relinquunt, atque ſæua accidentia. Sed in cæleſti patria,delectatio beati eſt proueniens ex delectabiliſsimo obiecto adepto,& poſſeſſo,qui eſt Deus clarè viſus, & eſt puriſsima, quia non admixta alicui triſtitiæ.Neque enim cum poſſeſsione optimi & delectabiliſsimi obiecti ſtat aliquis gradus rei contriſtatiuę:ſicut cum ſummo lucido non ſtat aliquis gradus rei tenebroſæ,& eſt diuturna & continua, quoniam perpetua: cùm viſio à qua profluit ſit perpetua.Ergo deſiderium hominis inquantùm animal in hoc quod eſt appetere,delectari:verè complebitur in cæleſti patria. Et aduerte quòd delectatio illa non ſolùm iudicio ſacri Theologi longè perfectior eſt quacunque voluptate ſenſuum, ſed etiam iudicio Philoſophorum,& eorum qui fuerunt extra fidem:inter quos eſt Auicenna in ſua Metaphy.lib. 9.cap. 7 vbi loquens de delectatione & gaudio ſubſtantiarum ſeparatarũ & animarum iuſtorum poſtquàm ſeparatæ ſunt à vinculo corporis,& vnitæ primę veritati,qui eſt Deus benedictus, & quantùm delectet & gaudeat Rex ſeculorum in comprehenſione ſuæ pulchritudinis ſic inquit, Oportet vt prudẽs homo non putet,quòd omnis delectatio eſt ſicut delectatio aſini,ſcilicet concupiſcentiæ& ſenſitiuæ partis. Nec putet quòd prima principia,id eſt intelligentiæ abſtractæ, quæ ſunt proxima Domino ſeculorum, careant omni delectatione & gaudio,& quòd propria pulchritudo Domini ſeculorum,quæ eſt ei in regno ſuo,& ſua virtus, quæ eſt infinita, non ſit ei in vltimo nobilitatis & excellentiæ & ſuauitatis,ſed extollendo eum vocamus hoc delectationẽ impropriè '. Item aſini & pecora habent delectationem & ſuauitatem.Sed quæ comparatio poteſt eſſe ſuperiorum ad hæc vilia ? Hęc enim imaginamur & præſentantur nobis. Illa verò ſcimus non perceptione, ſcilicet per ſenſum ſed argumentatione.Noſtra igitur diſpoſitio erga illa eſt ſicut diſpoſitio ſurdi qui nunquam audiuit delectationem harmonicam, cùm ipſe ſit certus de ſuauitate eius.& infra, Sed hæc,ſcilicet delectatio quę eſt apud Regem ſeculorum quomodo poterit comparari perfectionibus amabilibus aliarum virium, ſcilicet ſenſuum & appetitus ſenſitiui,cum turpe ſit dicere eius ordinem eſſe nobiliorem vel perfectiorem iſtis : quoniam iſtorum ad illam nulla omnino eſt comparatio nec in excellentia nec in perfectione, nec in multitudine,nec in cæteris quibus perficitur delectatio apprehendentium de quibus ſupra diximus? Sed & diuturnitas ęternitatis quomodo poteſt comparari diuturnitati variabili corruptibili? & infrà, Sed quia nos in hoc noſtro ſeculo & noſtro corpore demerſi ſumus in multa turpia,ideo non ſentimus illam delectationem, ſcilicet intellectualem & ſpiritualem,& ideo non inquirimus

eam

eam, nec allicimur ad eam nisi prius deposuerimus à cerui-cibus nostris iugum voluptatis, id est concupiscentiæ & iræ & sororum earum, & degustemus aliquid illius delectationis, & sic fortasse imaginabimur parùm aliquid de illa tanquam per interpositum. Sed præcipuè cùm solutæ fuerint quæstiones, & reuelata sibi fuerint inquisita nobilia, tunc comparatio huius nostræ delectationis, quam, scilicet nunc habemus in speculatione, ad illam nostram delectationem, scilicet quam habebimus apud Regem seculorum in coniunctione intellectuali ad illam, erit sicut compa ratio delectationis sensibilis quæ est odorandi odores gustatorum delectabilium, ad delectationem comedendi ea. Sed idem incomparabiliter est longius ab hoc. & infrà, Hæc verò felicitas & infelicitas, scilicet secundum corpus, sunt viles, quia sunt in comparatione animarum vilium. Animæ verò sanctæ longè sunt ab his dispositionibus, quia coniunguntur suæ perfectioni per se, & immerguntur in delectationem verissimam, & liberantur à speculatione eius, qđ est post ipsas, id est non intẽdũt rebus vilioribus se, & liberantur à seruitute, scilicet corporis, in qua erant omnimoda liberatione. Hæc Auicenna, in quibus non discordat à sacra Scriptura: nam quod dicit Auicenna animas sanctas immergi in delectationem verissimam, dicit Christus Mat. ca. 25. Intra in gaudium domini tui, vt declararet quòd potius recipitur in gaudio beata anima, quàm gaudium recipiatur in ea, & hoc designat plenitudinem, immersionem, & inebriationem diuinæ & æternæ fruitionis. Hoc est gaudium, de quo inquit Christus Ioã. c. 15. Vt gaudium vestrum impleatur & 1. Ioan. 1. Vt gaudium vestrum sit plenum, id est omninò vos repleat absque affectu cuiuscunque alterius delectabilis. Constat igitur, quomodo in Dei visione faciali impletur hominis naturale desiderium quantum ad appetitum delectandi.

Homo vt est animal politicum naturaliter desiderat per vitam actiuam secundum dictamen rationis rectæ, bene & moraliter ac secundum virtutes morales operari, vt fortis fortiter agat, iustus iustè, temperatus temperatè. Desiderat & in politia in qua viuit, honores, famam, gloriam obtinere. Desiderat & diuitias, quibus vt mediis possit cum virtute honorum titulos acquirere, & de his satis diximus in Epito. super Politicam Arist. Sed desideria prędicta omnino complebuntur in cælesti felicitate. Et primo quò ad vitam virtuosam: quoniam ratio in summo vigore erit, & ita illustrata diuino lumine, & ex subtractione pugnæ quæ nunc est inter carnem & spiritum: ꝙ nullo modo à recto iudicio declinare poterit, nec à rectitudine operandi, ex consequenti peccare non poterit. Et in hoc distinguitur status innocentiæ in qua creatus est homo, à statu æternæ felicitatis. Nam, vt inquit D. August. in vltimo libro de Ciuitate Dei ca. 30. Sicut prima immortalitas quam peccando Adam perdidit fuit posse non mori: nouissima erit non posse mori, ita primum liberum arbitrium, scilicet datum primo homini fuit posse non peccare: nouissimum autem, scilicet in Beato erit non posse peccare. Sic enim erit inamissibilis voluntas pietatis & æquitatis, quomodo & felicitatis. Erit ergo illius ciuitatis & vna in omnibus, & inseparabilis in singulis voluntas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeficienter ęternorum iocunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita pœnarum, nec tamen ideo suæ liberationis oblita, vt liberatori suo sit ingrata. Hæc August.

Secundo complebuntur quò ad honores: nam illa Dei clarissima & penetratissima speculatione ad tantam Beati assumuntur altitudinem, quòd fiunt vnum cum Deo & deiformes, inde dij vocabuntur. Vnde sicut Deus est rex seculorum & summus princeps, sic & Beati verè reges & principes erunt. Vnde dicitur in Apocalyp. cap. secundo ꝙ beati regnabunt in Christo.

Tertio complebuntur quò ad famam & gloriam: quoniam non secundum hominum opinionem, quę vera & falsa esse potest, sed secundum verissimam Dei notitiam & Beatorum, celebres habebuntur: ex qua celebritate glorioſi fiẽt iusti in regno Dei. Vnde & beatitudo cęlestis frequentissimè in Scriptura nũcupatur gloria: quoniam per ipsam glorioſi apparebunt omnes beati. Dauid in Psal. Exultabũt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis, id est in gradibus securę suæ beatitudinis.

Quartòcomplebuntur quò ad diuitias: quoniam in beatitudine cælesti est omnium commodorum competentium sufficientia, cùm ibi nulla sit cibi, neque potus, neque vestitus indigẽtia, sed sunt sicut angeli in cælo. Gloria & diuitiæ in domo eius inquit Dauid, & Sapientię c. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, &c. Cõstat igitur quomodo illic complentur ea quæ homo vt animal politicum naturale desiderat.

Sciendi desiderium in patria complebitur.

Homo vt intellectualis ac speculatiuus naturaliter desiderat scire omnia, ad quæ sua naturalis capacitas se extendit. Extendit autem se ad cognoscendum omnia genera, & species, & virtutes rerum, ac suas specificas proprietates, & ordinem Vniuersi. Hæc autem omnia cognoscet Beatus in speculo diuinæ essentiæ, aliter nõ quiesceret appetitus Beati. Sed de ratione vltimi finis, qui est beatitudo est ꝙ sit quietiuus appetitus, aliter beatus esset in continuo labore: quoniam, vt dicitur Ecclesiastes, c. 1. qui addit scientiam, addit laborem. In cæsti ergo beatitudine hoc desideriũ complebitur.

Tu tñ aduerte ꝙ licet quilibet Beatus intelligat in visione beatifica omnia ad quæ naturalis sua capacitas se extendit: non tñ sequitur ꝙ omnia intelligibilia absolutè intelligat: aliter diuinam essentiam comprehenderet: & ideo aduerte ꝙ Beatus tria non cognoscit. Primò ea omnia ad quæ Dei potentia infinita se extendit. Hac de causa dicit Iob. c. 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius, aut quis audet ei dicere, Operatus es iniquitatem? Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Secũdò nõ cognoscit rationes omnes rerũ creatarum s. ꝓpter quas singulas sic vel sic creauit. Hoc em̃ esset Dei bonitatem eiusque sapientiam infinitam non solũ attingere, sed etiam comprehendere: ꝙ intellectus creatus cũ sit finitæ virtutis nõ potest Ideo dicitur Eccl. c. 8. Intellexi ꝙ omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rõnem eorum quæ fiunt sub Sole, & quantò plus laborauerit ad quærendũ tantò minus inueniet, etiam si dixerit sapiens se nosse, nõ poterit reperire. Tertiò ea, quę ex mero beneplacito diuinæ voluntatis dependent, vt tempus incarnationis Filij Dei, tempus vniuersalis iudicij, diuina electio & iustificatio, & ea, quę spectãt ad sanctificationem creaturæ rõnalis. Hac de causa dicit Paul. in 1. ad Cor. c. 2. Quis em̃ hominum scit quæ sunt hominis, id est, quæ ex libera voluntate hominis pendent nisi spiritus hominis, qui est in homine? ita & quæ Dei sunt, i. quæ ex mera eius voluntate adiuncta sapientię pendent: nemo cognouit nisi spiritus Dei. Ex his omnibus iam resolutis constat, in quibus cõsistat beatitudo diffinita doctrinaliter, & cuius particulas sigillatim declarauimus. Hęc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT III.

De corporis humani felicitate.

IN tertio cap. inuestigandum est in quo vel in quibus consistat corporis humani felicitas pro futuro seculo. Et hic duo agenda sunt. Primò recitabitur duplex opinio & reprobabitur. Secundò determinabitur propositum secundum veritatem & sacros Theologos.

Quantũ ad primũ aduerte ꝙ circa hoc duę fuerunt opiniones satis famosę: quarũ vna fuit Peripateticorũ & altera Porphyrij hæretici, ꝝ quem scribit D. Aug. in li. de Ciui. Dei. Peripatetici tenent felicitatẽ corporis humani ꝓ futuro seculo nullam esse, eò ꝙ resurrectionẽ negant. Vñ ꝙ in Actis Apostolorũ c. 16. Paul. annunciaret resurrectionẽ mortuorũ, Festus opinionẽ stultã reputauit, & dixit ei, Insanis Paule, & multę literæ te ad insaniã cõuertunt? Hęc opinio nõ solũ apud Peripateticos: sed ét inter Hebræos inualuit. Nã Mat. c. 22. Sadducæi negabãt resurrectionẽ mortuorũ, quos in eodem c. reprehendit Christus dicens, Erratis nescientes Scripturas neq; virtutẽ Dei. De resurrectione mortuorũ non legistis quod dictum est vobis à Deo dicente, s. Exo. c. 3. Ego sum Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuentium.

Sed dicet aliquis, Qñ Deus in li. Exo. c. 3. & Christ⁹ Mat. c. 22. retulit hęc verba, nõ viuebant corpore, sed tantùm anima: ergo per ea non probatur resurrectio.

Respondetur, Anima Abraham non est Abraham, sed pars eius: sic & anima Isaac & Iacob. Vnde ex hoc quòd sola anima viuit non est verum dicere, Abraham & Isaac esse viuentes, sed requiritur vita totius coniuncti: quæ quamuis non esset actu respectu nostri quando hæc verba proferebantur, erat tamen actu respectu Dei, quoniam omne futurum est sibi præsens. Vnde Christus per illa verba sufficien

ficienter probauit resurrectionem ex antiqua lege,& diuina authoritate.Et in hoc Christus silẽtium imposuit Sadducæis,qui recipiebant sacram Scripturam. Verùm per diuinã scripturam arguere non possumus Peripateticos:quoniã ei non credunt, nec ratione eos conuincere possumus ex sensatis,aliter resurrectio esset naturalis:ideo hæc conclusio est merè credita, Resurrectio mortuorum erit. Verùm quia diuina autoritas apud intellectum bene dispositum præferenda est omni humanæ demonstrationi: ideo fidelis non debet inanis Philosophiæ captiunculas attendere: sed vt inquit Paulus contra negantes resurrectionem in 1. ad Cor.cap.15.Adhuc estis in peccatis vestris,Ergo,& qui dormierunt in Christo,perierunt.Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. & infrà, Si secundum hominem ad bestias pugnaui Epheſi,quid mihi prodest si mortui non resurgunt?Manducemus,& bibamus cras enim moriemur.Quasi dicat,Sic dicunt qui de alia vita,& resurrectione fidem non habent. Et Paulus subsequitur,Nolite seduci.Corrumpunt mores bonos colloquia mala.Euigilate iusti,& nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent, &c. Et ad Colos. capit. 20.inquit,Videte ne quis vos seducat per Philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi & non secundum Christum. Relinquendi ergo sunt vani Peripatetici, contra quos & si demonstrare non possumus: eorum tamen rationem non est difficile soluere.

Resurrectio mortuorum ex credulitate tantum est.

Tu igitur aduerte, qnòd Arist.in 2. lib. de generatione textu 70.tenet pro impossibili,q̃ idem numero bis generetur, nec quòd res corrupta eadem numero reparetur, vel quòd semel corruptum reproducatur.Cuius ratio hæc est, Generatio substantialis est terminus alterationis,vt docuimus 6.Physic.Alteratio autem interrupta non potest esse eadem alteratio numero,quoniam ad vnitatẽ numeralẽ motus requiritur tempus non interruptum talem motum mẽsurans ex 5.& 8.libro Physi. Vbi ergo est duplex generatio, est duplex alteratio. Vbi est duplex alteratio non potest esse terminus vnus numero. Cùm ergo compositum fit terminus generationis,si bis generatur, vel si corruptum reparatur, duplex erit generatio.Et sic duo composita generabuntur & non vnum numero.Hæc fuit Arist. ratio, quam sequaces sui penitus & respectu cuiuscunque agentis concludere arbitrantur:quod tamen non est verum nisi respectu agentis naturalis producentis rem motu & generatione Physica. Vnde si detur agens siue efficiens:quod sine trãs mutatione & motu physico producat res in esse vel corruptum reparet,cuius actio sit substantia sua illud agens potest idem numero bis producere,& corruptum reparare,& hic est Deus glorioſus. Quapropter hæc consequentia nulla est,Agens naturale de quo intendit Aristot.vbi suprà non potest corruptum idẽ numero reproducere:ergo nec Deus. Quæ enim comparatio potentiæ finitæ & limitatæ ad omnipotentiam?Tenendum est ergo quod non ptotest natura, posse authorem naturæ: sic enim docet nos D. Augusſt. in lib.vltimo de Ciuit.Dei:vbi inquit, Absit quòd ad resuscitanda vitæque reddenda non posit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ vis bestiæ vel ignis assumpsit, vel in puluerẽ cineremque collapsum, vel in humorem solutum,vel quod in auras exalatum est: absit vt sinus illud, secretumque naturæ ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris, vt omnium creatoris aut cognitionem lateat, aut r efugiat potestatem.

Porphyrius autem Platonis sectator & commentator,licet mendosus:qui post mundi reparationem claruit, & creditur ille qui Isagogas in Categorias Aristo.composuit,pessimus tamen hæreticus,contra quem sæpe inuehitur Diuus Aug.in lib.de Ciuit.Dei,negat aliquam felicitatem tribuendam corpori humano,eò quòd sit potius impedimentũ animæ nostræ quàm organum vtile ad speculandum diuina.Vnde in libro suo,quem edidit de Regressu animæ ad corpus, dicit,q̃ vt anima beata sit,omne corpus fugiendum est.Resurrectio ergo secundum ipsum potiùs animam impediret in consequenda felicitate quàm iuuaret.Vanum est ergo secundum Porphyrium inuestigare quæ pro futura vita humano corpori felicitas tribuenda est.

Verùm ruditas, & terrena apprehensio Porphyrium in hoc errore captiuauit. Arbitrat' est enim quòd si anima ad corpus reuerteretur, non alio modo, nec alio statu quàm nunc: & cùm pro præsenti vita videamus corpus hoc nostrum esse corruptibile,& in multis grauare animam, impedimentaque afferre penè infinita quę retrahunt nos à contẽplatione diuinorũ,vt docuimus in morali Philosophia Platonica,Tract.7.Putauit Porphyrius oportere animam omne corpus diffugere vt sit beata.Sed imaginatio sua vana,& falsa est,quam euacuat Pau.1.ad Cor.c.15. vbi ostendit corpus resurgendum non quale nunc est, s. corruptibile,terrenum, infirmum,sed incorruptibile & immortale,quod nõ erit animæ impedimẽtum,sed aptissimum,& glorioſum organum. Nam si futurum esset corruptibile vt nunc,resurrectio non ad maiorem beatitudinem,sed in pœnam foret animę,& sicut Paulus ad Roman.c.7.lamentatur de grauamine mortalis corporis,sic & post resurrectionem lamentaretur dicẽs, Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Non ergo mortali & oneroso sed immortali, & glorioso corpore sancti resurgent.

Et aduerte q̃ Pau.1.ad Cor.c.15.ex proposito soluet dubiũ de qualitate corporis,in quo fiet resurrectio. Inquit enim, Sed dicet aliquis,Qñ resurgũt mortui? Quali autem corpore venient?Et aliquibus interpositis sic respondet, Seminat in corruptione,i.quando generatur homo,generatur corp' corruptibile:surget in incorruptione,i.incorruptibile.Seminatur in ignobilitate,surget in gloria. Seminatur in infirmitate:surget in virtute. Seminatur corpus animale surget spirituale.& infra, Mortui surgent incorrupti, & nos immutabimur.Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem:& mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est,s.Osee c.13.Absorpta est mors in victoria.Vbi est mors victoria tua?Vbi est mors stimulustuus:Cõstat ergo quàm vana,& stulta fuerit Porphyrij imaginatio. Hæc de primo dicta sint.

Quantũ ad fin tria agenda sunt, primò declarabitur fin sacram Doctrinam resurrectionem corporum fiendam. Secundò quas proprietates,& glorias habitura sunt humana corpora beatorum:quas dicere possumus corporis beatitudines,& Theologi vocant dotes.Tertiò quæ opera exercebit anima in corpore resurgente.

Quantùm ad primum aduerte q̃ cum resurrectio non sit naturalis,sed miraculosa pendens a Dei omnipotentia : & non ab agente creato,siue corporeo puta à cęlo,siue incorporeo,putà ab angelo, est merè credita.Et ideo vanum est quærere rationes physicas ad eam firmandam.Sufficit ergo eam firmare ex diuina reuelatione, quæ continetur in sacra Scriptura.

Primò igitur Iob testatur capite decimooctauo. Scio q̃ redemptor meus viuit & in nouissimo die de terra surrectu rus sum,&c.

Isaias c.26.Resurgent mortui,& suscitabuntur qui in sepulchris.

Christus in Euangelijs passim resurrectionem annũciat, vt patet Ioan.c.6. Vbi inquit,Ego resuscitabo eum in nouissimo die.Item, Qui bona fecerunt ibunt in resurrectionem vitæ.Et c.11.Ego sum resurrectio,& vita,&c.Pau.aũt non solum annunciat vt patet 1.ad Thessalo.c.4.sed etiam probare contendit ex resurectione Christi resurrectionem nostram, vt patet 1.ad Corinth.c.15.vbi inquit,Si resurrectio mortuorum non est,neque Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit,inanis est prædicatio nostra,inanis est fides nostra, &c.& infrà.Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus,miserabilores sumus omnibus hominib. Constat ergo resurrectionem credendam à quolibet fideli.Vnde numerat inter fidei articulos.Quod si Theologi huic conclusioni rationes aliquas afferunt & per naturalia exempla confirmãt: non aliud concludunt nisi q̃ idem specie reproducitur, vt patet in animalibus,in vegetabilib.& reliquis renascentib'. Quod autem idem homo numero genitus & mortuus, idẽ follium quod cecidit,eadem pars elementi corrupta in Meridie regeneretur in Septentrione,neque Theologus, neq; Physicus demonstrare potest. Vnde omnes Theologorum rõnes,quas ad hoc ꝓpositum vt persuasiuas inducunt, non concludunt idem numero,sed specie regenerari,quod gratis Arist.in.8.Physicor.in 2.de Generat.& in 12. Methaphysi. concedit. Et vt scias quòd ratio Theologi non aliud concludit nisi reuersionem eiusdem in specie,adduco rationem ac discursum D.Greg.in 6.Mora.c.6.vbi in hoc proposito loquens sic inquit,Mirari negligimus ea,quæ incomprehensibili indagatione mira sunt,sed humanis oculis vsu viluerunt. Vnde fit,vt si mortuus homo suscitetur in admiratione omnes exiliãt. Quotidie homo qui non erat nascitur, & nemo miratur; dum proculdubio omnibus constet quia

plus

plus ſit creari quod non erat, quã reparari quod erat. Quia arida Aaron virga floruit, cuncti admirati ſunt, quotidie ex aréte terra arbor producitur: virtusque puluꝛis in lignum vertitur, & nemo miratur. Quia quinque panibus quinque millia hominũ ſaturati ſunt, creuiſſe eſcas videntibus cunctis admirati ſunt: quotidie ſparſa granum ſeminum plenitudine multiplicãtur ſpicarum: & nemo miratur. Aquam ſemel in vinum mutatam videntes cuncti mirati ſunt, quotidie humor terrę in radicem vitis contractus per botrum in vinum vertitur, & nemo miratur. Mira itaque ſunt omnia, quæ mirari homines negligunt, quia ad conſiderandum, vt prædiximus vſu torpeſcunt. & infrà, Sæpè humanus ſenſus dum quorundam rerũ rationem quærens nõ inuenit, in dubitationis ſe voraginẽ mergit. Vnde fit vt nõnulli homines mortuorum corpora in puluerẽ redacta cõſiderent, dumq; reſurrectionis vim colligere ex ratione non poſſunt, hæc ad ſtatum priſtinũ redire poſſe deſperant. Mira igitur, quæ ex fide credenda ſunt, perſcrutanda per rationẽ non ſunt, quia ſi hæc oculis noſtris ratio expanderet, mira non eſſent. Sed cùm in his fortaſsè animus titubat neceſſe eſt vt ea, quæ per vſum nouit, nec tamen per rationem colligit, ad memoriam reducat: quatenus rei ſimilis argumento fidem roboret, quam labefactari ſua ſagacitate deprehendit. Conſiderato quippè humani generis puluere, quorundam mens cõcuſſa deſperat: quando puluis ad carnem redeat, & rediuiuum corpus per membrorum lineamenta componat: quãdo illa terræ ariditas per viuentia membra virideſcat, ac ſeſe p eorum ſpecies & formas diſtinguat. Hoc nimirùm per rationem comprehendi non poteſt: ſed tamen credi per exemplum facile poteſt. Quis enim ab vno grano ſeminis, immẽſam ſurgere arborem crederet, niſi certum hoc per experimentum teneret? In tanta nanque vnius grani paruitate, penè nullam vides ſimilitudinem. Vbi latet ligni duritia, & in ligno tenerior, vel durior medulla, aſperitas corticis, viriditas radicis, ſapor fructuum, ſuauitas odorum, diuerſitas colorum, mollicies ſolliorum: & tamen quia hæc per experimentum nouimus, ex vno grano ſeminis omnia prodire non dubitamus. Quid ergo eſt difficile, vt puluis in membra redeat: dum conditoris potentiam quotidie cernimus qui & ex grano ligna mirabiliter, & adhuc mirabilius fructus ex lignis creat. Hæc Grego. in quibus apertè vides reuerſionem & regenerationem eiuſdem in ſpecie, & ideo reſurrectio quæ eſt reſpectu eiuſdem numero, eſt merè credita, cùm in nullo rerum genere poſsit per ſimile probari, nec ſuaderi.

Dotes corporis glorioſi quatuor ſunt.

Quantum ad ſecundum aduerte quòd Theologi, vt patet in 4. Senten. diſt. 44. communi conſenſu attribuunt corpori humano poſt reſurrectionem in Beatis quatuor proprietates vt ſupremas perfectiones: ſunt autem iſtæ,

Impaſsibilitas,
Subtilitas,
Agilitas,
Claritas,

Fundantur autem ſuper doctrinam Pau. 1. ad Cor. cap. 15. Nam ꝙ corpus humanum in Beatis reſurgat impaſsibile, teſtatur Paulus dicens, Seminatur corpus in corruptione, reſurget in incorruptiõe, ergo erit incorruptibile, ergo impaſsibile: paſsio enim propriè dicta alteratio eſt, alteratio autem eſt via ad corruptionem, vt docuimus in primo de Generatione, & declarabitur in ſequentibus. Quod reſurgat ſubtile, teſtatur Paul. dicens, Seminatur corpus animale, reſurget ſpirituale, id eſt, ſimile ſpiritui: ſpiritus autem ſubtilis dicitur: Verùm in quo ſenſu futurum ſit ſubtile, dicemus inferius. Quod reſurgat agile teſtatur Paulus dicẽs, Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute, i. expeditum, & agile ad motum. Quod reſurgat clarum, & lucidum teſtatur Paulus dicens, Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Gloria aũt ad claritatẽ ſpectat. Prætereà comparat illic corpora Beatorum: claritati ſtellarum, ita quòd ſicut ſtella differt à ſtella in claritate, & luce, ſic & corpora Beatorum. Licet enim omnia futura ſint lucida, non tamen æqualiter: ſicut nõ ſunt omnes beati æquales in beatitudine eſſentiali. Prætereà, ꝙ futura ſint lucida confirmatur Mat. cap. 13. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno Patris eorum.

Verùm quia circa huiuſmodi dotes multipliciter erratũ eſt, ideo vt veram habeas, & catholicam doctrinã, de ſingulis reſolutè agendum eſt.

Quantum ad impaſsibilitatem duo agenda ſunt: primò diſtinguendum eſt de paſsione, vt ſcias in quo ſenſu corpus Beati erit paſsibile, & in quo impaſsibile. Secundo aſſignanda eſt cauſa à qua proueniet talis impaſsibilitas.

Paſsio bifariã ſumitur.

Diſtinctio ſit hæc, Paſsio vt docuimus in primo de Generatione dupliciter ſumi conſueuit, ſcilicet generaliter, & propriè. Generaliter quidem ſumitur pro omni receptione qualitatis tam perfectiuæ quàm corruptiuę, tam ſecundum eſſe reale quàm ſpirituale, ſiue intentionale: & in hoc ſenſu cum homo ſanatur patitur, cum addiſcit patitur, cum ſentit patitur, cum intelligit patitur. In omnibus enim his recipitur noua qualitas, & hmõi paſsio, dicitur alteratio perfecti ua, & eſt in prima ſpecie qualitatis. Propriè autem ſumitur pro receptione qualitatis contrariæ, & diſponentis rem ad corruptionem: vt quando recipitur ægritudo, & expellitur ſanitas, quando recipitur in aqua caliditas, & expellitur frigiditas. Et huiuſmodi ſit ſecundũ qualitates actiuas, & paſsiuas elementares, & dicitur alteratio in tertia ſpecie qualitatis. Et eſt via ad corruptionem rei, vt docuimus in 5. Phyſic. Et vt diffinit Damaſcenus in lib. 2. Senten. c. 22. Eſt motus ſenſibilis factus prçter naturam, i. per quem extraneatur rei patientis natura. Vnde motus pulſatilis in corde, quando eſt cum tremore, & incommenſuratus dicitur propriè paſsio. Et dicitur motus ſenſibilis, i. ſenſu perceptibilis cum aliquo exceſſu, & læſione, ad differentiam aliquorum paruorum motuum, qui ſenſu vix percipiuntur, vt paruus dolor, remiſſa triſtitia, minima alteratio præter naturam, quę vix percipitur ſiue fiat ſecundum calorẽ, aut frigiditatem, &c. Vnde Damaſcenus vbi ſuprà inquit, Non omnis motus eiꝰ, qui patitur, paſsio dici meretur: ſed qui vehementiores, & ſenſui ſe produnt. Nam qui parui ſunt, & inſenſibiles, nondum paſsiones dicuntur. Oportet enim paſsionẽ præ ſe ferre magnitudinem: quæ ſit alicuius exiſtimationis: ideo diffinitioni paſsionis adijcitur, Sẽſibilis, vt dicatur, Paſsio eſt motus ſenſibilis præter naturam. Nã parui motus latentes ſenſum non faciunt paſsionem.

Hac diſtinctione præpoſita aduerte, ꝙ corpus Beati dicitur impaſsibile non primo modo, imò paſsibile, recipiet enim receptione intentionali qualitates perfectiuas, qualis eſt claritas ſiue lux, & agilitas, & perfectiſsimam ac indiſſolubilem humorum temperantiam: ex qua proueniet æterna, & interrupta corporis ſanitas recipientur, & in organis ſenſuum qualitates ſenſibiles ſecundum eſſe intentionale, vt declarabimus infrà dum agemus de ſenſibus in actu in Beato. Erit ergo paſsibile primo modo, & dicitur paſsibile paſsione perfectiua. Dicitur ergo impaſsibile ſecundo modo, quoniam non ſtat ſimul paſsibile & incorruptibile. Nam, vt diximus paſsibile in ſecundo ſenſu, eſt paſsibile paſsione corruptiua, quę eſt via ad rei corruptionem. Conſtat autem ex doctrina Pauli 1. ad Cor. c. 15. Corpus hoc futurum incorruptibile, & immortale: ergo erit ſub dote impaſsibilitatis modo expoſito.

Impaſsibilitatis humanæ corporis cauſa duplex.

Quantũ ad ſecundũ aduerte ꝙ cauſa, & ratio huius impaſsibilitatis poteſt aſsignari extrinſeca, & intrinſeca. Extrinſeca quidem eſt Deus, qui ſicut producit rem in eſſe, ſic etiam conſeruat: & ſicut producit quando vult, ſic cõſeruare poteſt quandiu vult. Vnde conſeruare poteſt in perpetuũ etiam ꝙ res ſit ex ſui natura diſſolubilis: ſicut dicit Plato in Timæo de corporibus cæleſtibus, quæ licet ſint nexu ſuo ſolubilia, tamen diuina voluntate ſeruantur æterna: quoniam maior potentiorque eſt Dei voluntas nexu cælorum. Verùm quia Deus pro præſenti ita poſſet ex ſua infinita virtute, ita perpetuare corpus humanum ſicut, & poſt reſurrectionem. Cuius ſignum eſt quòd conſeruat Enoch, & Heliam in Paradiſo iam per tot millia annorum, vſque ad iudicium, & ſicut vſque ad iudicium ita & in perpetuũ: ideo requirenda eſt etiam cauſa intrinſeca, quæ qm̃ non datur pro præſenti ſtatu, ideo non ſeruatur corpus humanum impaſsibile, inalterabile, incorruptibile. Hæc aũt cauſa erit pfectio & virtus animæ, quæ plenè dominabitur, vt forma materię, & qualitatibus elementorum. Pro cuius notitia aduerte ꝙ anima pro præſenti ſtatu eſt forma materiæ, quę eſt in potẽtia ad alias formas: & vnitur materiæ per qualitates elemẽtares contrarias, ſ. calidum, frigidum, &c. quarum actiones ſunt contrarię, & aliquando vna prędominatur alteri vltra debitum, & exigentiam propriæ complexionis, vt docuimꝰ in tractatu de Cauſ. long. & breu. vitę, & ex hoc prædominio improportionato complexionis prouenit ægritudo quę eſt diſpoſitio ad mortem. Poſt reſurrectionem autem anima erit tantę virtutis quòd ſicut erit omnino ſubiecta Deo, nec vllo modo egredietur ordinem diuinæ ſapientiæ & voluntatis: licet ſit naturæ liberæ ad bonum, & ad malum: ſic tantum, & tale dominium ac authoritatem habebit

ſuper potentiam materiæ, ꝙ eius potentiam, vt ita dicam, ligabit ꝙ nunquàm erit ſub alia forma: licet ſuæ potentialitati dimiſſa poſsit aliam formam induere, ſicut & nunc. Et ſuper qualitates elementares contrarias talem obtinebit victoriam quòd non erunt alter in corpore Beati quàm ſua complexio requirit, & ſic non poterunt inadæquari, & ægritudinem inducere. Ex domino ergo animæ ſuper materiam frænando potentiam ſuam corpus reddetur incorruptibile: ex domino autem eiuſdem ſuper qualitates contrarias elementares cohibens, ne vna extraneetur ſuper alterá, neque debilitetur proueniet impaſſibilitas, inalteratio, & perpetua ſalus. Ex eodem proueniet innariabilis & perfectus ætatis ſtatus, ſcilicet qualis & perfectior nunc eſt iuuentutis & virilitatis. Tunc enim vegetatiuæ animæ vires non exercebunt actus ſuos, eò quòd non poſſunt exerceri vt docuimus in 2. de Anima ſiue alteratione & augmento & decremento caloris naturalis à quo prouenit ſenectus, & tandem mors, vt docuimus in Tracide Cauſa mortis & vitæ. Alteratio autem tunc non erit: quoniam cum ea non ſtat corporis incorruptibilitas, vt iá diximus. Conſtat ergo tibi ex qua cauſa extrinſeca & intrinſeca pendeat humani corporis incorruptio & impaſsibilitas poſt reſurrectionem.

Et aduerte ꝙ ſicut tenentes materiam cæli eſſe eiuſdem rationis & naturæ cum materia inferiorum dicunt cęlũ eſſe incorruptibile, non ex parte materiæ, ſed ex parte formæ cæli, quæ vt forma perfectiſsima omnino perficit potétialitatem materiæ: ſic corpora Beatorum erunt incorruptibilia, non propter materiam, nec propter qualitates elementares, ſed propter animam glorificatam, quæ ex gloria & perfectione beatifica, ligabit potentiam materiæ & qualitates ſenſibiles, ita ꝙ non poterunt inadæquari. Præterea, Non minoris virtutis erit anima glorificata, quàm anima Adam & Euæ cum iuſtitia originali. Sed tunc anima ſub iuſtitia originali ſeruabat corpus impaſsibile & immortale: dicit enim Paul. ad Rom. cap. 5. Sicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatũ mors, ita in omnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt. Ergo perfectius anima glorificata ſeruabit corpus impaſsibile. Dico perfectius, quoniam per iuſtitiam originalé ſolùm poterat homo non mori, & mori. Nunc autẽ deſtitutus tali iuſtitia non poteſt non mori. In patria autem non poterit mori: quoniam immutabiliter, & inamiſſibiliter, recipiet gloriam, nec poterit anima recedere ab omnimoda ſubiectione Dei. Ex quibus reddetur immutabiliter homo impaſsibilis, & immortalis.

Hinc patet eorum ſtulta opinio: qui tenent reditum beatitudinis ad miſeriam, & econuerſo poſt determinata ſecula, quos improbare vanum eſt. Quæ eſt enim felicitas, niſi ſecurum faciat à miſeria? Nam vbicunque Scriptura ſacra de beatitudine alterius vitæ loquitur, ſemper adiungit æternitatem. Vnde Dauid in Pſal. Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Chriſtus vocat eam vitam æternam, Ioan. c. 15. Petrus in 1. Epiſtola ca. 1. dicit eam immareſcibilem. Hæc de dote impaſsibilitatis dicta ſint.

Quantùm ad dotem ſubtilitatis tria agenda ſunt. Primò vt ſcias in quo ſenſu dicendum eſt corpus glorioſum fore ſubtile, ponetur diſtinctio. Secũdò vnde ꝓueniet hæc ſubtilitas. Tertiò ſi hæc ſubtilitas prohibebit corpus Beati eſſe tangibile, vel palpabile.

De dote ſubtilitatis. Quantùm ad primum aduerte, quòd famoſum eſt ſubtile dici duobus modis. Primò idem eſt quod penetratiuum. Secundò idem eſt quod completum, & perfectum in eſſe ſibi debito. Iuxta primum modum dicitur corpus ſubtile, quod de facili penetrat, & ſubintrat aliud, vt vapor igneus, & aëreus, & ventus, & gladius acutus, & acus, & liquores penetratiui. Iuxta ſecundum modum preciosa, & perfecta in ſubſtantia ſua dicuntur ſubtilia, & magis perfecta, magis ſubtilia ſolent vocari, vt aurum, & argentum quantò magis pura, & preciosa, tantò ſubtiliora, & ſubtiliabilia appellamus, & pánum, & lanam, & filum, quantò preciosiora tanto ſubtiliora dicimus. Vnde omne perfectum in ſubſtantia tranſumptiuè dici poteſt ſubtile.

Subtile iuxta primum modum, id eſt penetratiuum alterius dicitur ex tribus: primo ex paruitate quantitatis. Vnde quæ ſe dilatant, & conſtringunt dicuntur ſubtilia, quoniam vt ſe conſtringunt ſubintrant in aliud, vel effugiunt, in hoc ſenſu vermes, ſerpentes, & anguillæ ſubtiles dicuntur. Item quæ ſunt acuta ſubtilia dicuntur, eò ꝙ acuitate penetrant in profundum: ſiue diuidendo: ſiue perforando, vt acus. & gladius. Secundo ex paucitate materiæ, ex qua prouenit raritas, ſicut ex multa materia prouenit dẽſitas: & iuxta hunc ſenſum, quæ rara ſunt dicuntur ſubtilia, & quantò rariora tantò ſubtiliora: hinc ventus, & humidá quæ non terminantur proprijs terminis dicuntur ſubtilia: eò ꝙ ſubintrant alterum, & replẽt eius porroſitates, ſiue vacuitates. Et hic eſt vſitatiſſimus modus. Tertiò ex vigore virtutis qua penetrant, quæ attingũt vſque ad vltima, & intrinſeca. Et in hoc ſenſu virtus cognoſcitiua pertingẽs ad intrinſeca cogniti dicitur ſubtilis. Hinc dicitur ſubtilis intellectus, & viſus, & auditus & tactus, & odoratus: quando pertingit ad intima obiecti, & eius differentias optimè dignoſcit, per oppoſitum dicitur durus, obtuſus, & rudis. Et hæc acceptio eſt figuratiuè ſumpta: qm̃ ſicut dicitur ſubtile penetratiuum ex paucitate materię, aut paruitate quantitatis: ſic dicitur hoc tertio modo ſubtile ex quantitate virtutis, quę oppoſito modo ſe habet ad quantitatem molis. Nam vbi eſt minor quantitas molis, ibi eſt maior ſubtilitas, qm̃ adeſt maior penetratio. Hic autem vbi eſt maior quantitas virtutis, ibi eſt maior ſubtilitas: qm̃ maior penetratio rei ſecundum cognitionem.

Subtile iuxta ſecundum modum, dicitur de omni ſubſtãtia incorporea, quæ ſua virtute omne quãtum penetrat, nec illi corpus aliquid reſiſtit, ſed ſimul eſt cum illo, & in hoc ſenſu dicitur anima ſubtilis, & intelligentia, & Deus, & ſapientia diuina. Nam anima adeſt informans, viuificãs, & mouens omnes corporis partes vna exiſtens. Intelligentia eſt intrinſeca cęlo moto, vt motor proprius, & coniunctus. Vñ apud Philoſophos, & præcipuè Peripateticos dicitur anima cæli, vt docuimus in 2. Cęli in 12. Metaph. Deus eſt in omnibus rebus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Sapiẽtia diuina omnia penetrat: ideo Sapientiæ cap. 7. Inter cętteras excellentias attribuitur ſibi ſubtilitas. Sic enim legimus illic, Omnium artifex docuit me ſapientiam. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentię ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnẽ habens virtutem, omnia proſpiciens. Attingit vbique propter ſuam munditiam, &c.

Poſita hac diſtinctione aduerte, ꝙ apud Antiquos ſemꝑ fuit dubium in quo ſenſu corpus Beati futurum eſſet ſubtile. Nam aliqui arbitrati ſunt ipſum futurũ ſubtile per rarefactionem, ſicut vapor, & ventus. Aliqui ſicut ſubſtantia incorporea modo quo expoſuimus. Sed vtrique errant: qm̃ nõ ſeruant veritatem reſurrectionis. Nam ſi corpus humanum per rarefactionem eſſet ſicut vapor, & ventus, non conſtaret ex carnibus, & oſſibus. caro enim, & os non ſtant cum tali raritate. Præterea ſi erit ſubtile modo quo ſubſtantia incorporea: ergo reſoluetur in ſpiritũ, & ſic non erit reſurrectio in corpore, & anima, ſed in anima, & ſpiritu: quod eſt vanum imaginari. Nam dicit Chriſtus Lucę c. 24. Palpate, & videte quoniam ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Corpora autem Beatorum configurabuntur corpori Chriſti, qui fuit primitiæ reſurgentium, vt inquit Paulus. Sicut ergo corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuit verum corpus, & non conuerſum in ſpiritum, ſic & noſtrum. Tenendum eſt ergo ꝙ erit ſubtile non vt dicunt prędicti ratione ſubſtantiæ rarefactæ, vel conuerſę in ſpiritum: ſed ratione perfectę virtutis ſuæ: qua vel propter quam corpus nullum craſſum, vel quantumcunque denſum poteſt ei reſiſtere, quin pertranſeat, abſque diuiſione, & ſimul ſit cum eo. Et vt ſic dicitur penetratiuum ex conſequenti ſubtile ratione talis effectus prouenientis ex ſua perfecta virtute, & non ex ſubſtantia tranſmutata in ſpiritum, nec rarefacta. Et hoc intendit Paulus cum dicit, Surget corpus ſpirituale. Quaſi dicat, Non quòd conuertatur in ſpiritum dicitur ſpirituale: ſed quia ſicut ſpiritui nullum corpus obſiſtit, quin ſit ſimul cum eo, vel pertranſeat abſque diuiſione, ſic erit de corpore Beati, ideo non ex ſubſtantia, ſed ex effectu dicitur ſpirituale. Et in hoc ſenſu exponit Damaſcenus dictum Pauli, in quarto libr. Sententiarum ſuarum, cap. 28. Vbi inquit, Iuxta Paul. 1. ad Cor. cap. 15. Seminatur corpus animale, id eſt craſſum, & mortale: reſurget corpus ſpirituale, id eſt ſubtile: hoc enim deſignat ſpirituale, quale Domini corpus poſt reſurrectionem clauſis portis ingrediens, infatigabile potu ciboque nõ indigens. Erunt inquit Dominus ſicut angeli in cælo. Hęc Damaſcenus. Ex quibus conſtat ſubtilitatem ineſſe corpori Beati, non quia ſit ſubſtantia ſpiritualis, ſed quia habet

effectum

effectum ſimilem ſubſtantiæ ſpirituali, quod eſt penetrare quodcunque corpus craſſum: ſicut & penetrauit Chriſti corpus denſitatem lapidis poſiti ſupra ſepulchrum, & ianuas clauſas cœnaculi in quo Diſcipuli erant in vnum congregati. Et aduerte quòd corpus Beati dicetur ſubtile ad inſtar radij ſolaris: quoniam ſicut radius ex virtute quam trahit à ſuo principio penetrat obſcuras, & denſas nubes, & aquarum profunditatem, abſque diuiſione: ſic erit in corpore glorioſo.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ huiuſmodi ſubtilitas non inerit corpori inquantum corpus humanum, ſed inquãtùm corpus humanum glorificatum, aliter etiam in præſenti ineſſet ſibi talis ꝓprietas: cum ſecundum naturam ſit idẽ numero ſubſtantialiter corpus ante, & poſt reſurrectionem, vt dicitur apertè Iob capit. 14. In nouiſsimo die de terra reſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum: & rurſum circundabor pelle: ſuper quod verbum B. Greg. in lib. 14. Moral. inquit, Nos Beati Iob fidem ſequẽtes, & Redemptoris noſtri poſt reſurrectionem corpus palpabile veraciter credentes: fatemur carnem noſtram poſt reſurrectionem futuram eandem, & diuerſam, eandem per naturam, diuerſam per gloriam, eandem per veritatem, diuerſam per potentiam. Et hanc diuerſitatem intendit Paul. 1. ad Cor. cap. 15. Cùm inquit, Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Cum igitur talis ſubtilitas non inſit corpori noſtro ex ſua natura, conſtat q̃ ineſt ſibi ex virtute, & gloria animæ beatæ, quæ totale dominium obtinet ſuper corpus, ita q̃ non ſolũ reddit ipſum inalterabile, & incorrũptibile, ſed etiam adeò vigoroſum, q̃ corpus craſſum, ſiue ſolidum ei obſiſtere non poteſt, quin permaneat, aut tranſeat abſque diuiſione corporis ſolidi, & craſsi, vt exemplum patet nobis de corpore Chriſti. Et idem ſentiendum eſt de aliis: quoniam inquit Paul. ad Phil. c. 3. Saluatorem expectamus Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configurandum, id eſt conforme corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem virtutis ſuæ: qua etiam poſsit ſubiicere ſibi omnia. Sicut ergo corpus Chriſti poſt reſurrectionem factum eſt impaſsibile, & immortale, & penetratiuum cuiuſcunque ſolidi abſque diuiſione ex gloria animæ ſuæ: ſic erunt, & corpora noſtra, aliter non eſſent configurata corpori Chriſti glorioſo.

Quantum ad tertium aduerte q̃ corpus humanum ex ſui natura ante, & poſt reſurrectionem eſt verè tãgibile, & palpabile. Ex priuilegio autem gloriæ poteſt anima glorioſa facere ipſum intangibile, & impalpabile. Ad quorum euidẽtiam quòd corpus ex natura ſua eſt tangibile quod in ſe continet qualitates actiuas, & paſsiuas elementares: quę ſunt calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum. Hæc enim ſunt prima obiecta tactus, vt docuimus in ſecundo de Anima. Vnde prima tangibilia ſunt quatuor elementa, & ſecũdaria ſunt compoſita ex elementis. Hinc ſequitur quòd corpus quintæ eſſentiæ, vt cælum, & corpus mathematicum, id eſt ſi daretur corpus abſque his qualitatibus, non eſſet tangibile. Corpus autem dicitur palpabile ex duobus, ſcilicet ex eo q̃ habet qualitates elementares, & reſiſtit alteri corpori tangenti ipſum: ne in ipſum ſubintret vel ne ipſum ſubintret, ac penetret aliud. Defectu primi corpus cæli non eſt palpabile, eſt autem palpabile reſpectu ſecundi, cum ſit ſolidum, & firmum, licet peruium, vt cryſtallum. Propter primum ignis, aër, & aqua ſunt tangibiles, & palpabiles. Sed propter defectum ſecundi non dicuntur palpabiles, facile enim cedunt, & non reſiſtunt ingrediẽti, niſi impetuosè ſubintret: tunc enim corpus rarum in ſeipſo condenſatur, & reſiſtit ſubintranti, vt patet de baculo impetuoſe moto in aëre, & de naui impetuosè mota. Terra autem, & omnia ſolida elementata propter vtrunque ſunt verè palpabilia: quoniam habent qualitates tangibiles, nec facilè cedunt imò reſiſtunt ſubintranti.

Glorioſum corpus eſt tãgibile.

His prænotatis dico corpus glorioſum immortale, & impaſsibile eſſe ex ſui natura tangibile, quoniam conſtat ex vera carne, & oſſe, & neruo, in quibus exiſtunt qualitates elementares, q̃ eſt verè palpabile: quoniam caro & oſſa ſolida ſunt, & non de facili cedunt imò reſiſtunt tangenti ne ſubintret ad differentiam ſimplicis: aut compoſiti rari. Dico inſuper quòd ex eo quòd omninò ſubiicitur animæ glorioſæ, poteſt agere anima: ne per qualitates tangibiles immutet ſenſum tactus: & hoc habet ex diuina virtute, & non ex natura, ſicut etiam diuina virtus facit quòd ignis, licet ſit calidus non calefaciat, nec comburat, vt patet de pueris exiſtentib⁹ in fornace, & ſic poteſt corpus glorioſum non tangi. Poteſt etiam non palpari quando anima glorioſa voluerit. Poteſt enim facere q̃ corp⁹ glorioſum ſit ſimul in eodem loco cum non glorioſo, vt patet de corpore Chriſti exeunte de ſepulchro non fracto lapide, ex conſequenti non reſiſtet corpori ſolido tranſeunti. Et vt ſic non palpabitur. Quando etiam voluerit anima, ſe palpabile facit. Et vtrunque habemus de facto in Chriſto. Nam quando ingreſſus eſt ianuis clauſis ſe impalpabilem fecit: quoniam fuit in eodem loco cum ianua ſiue oſtio. Quando autem oſtendit manus, & latus Thomæ ſe palpabilem reddidit. Eſt ergo in poteſtate animę glorioſæ facere corpus ſuum inuiſibile, & viſibile, intangibile, & tangibile, impalpabile, & palpabile. Et hoc ex diuina virtute ſibi impreſſa. Hęc de dote ſubtilitatis dicta ſint.

Quantum ad dotem agilitatis tria agenda ſunt. Primò quid ſit. Secundò q̃ de facto, & quò ad exercitium erit in corpore glorioſo. Tertiò vnde proueniet.

Quantũ ad primum aduerte, q̃ agilitas importat promptitudinem, & expedientiam atque facilitatem ad motum localem ſine vllo labore, vel non magno. Et non ſolùm ad motum localem: ſed etiam ad alia ſenſuum opera exercenda. Tu tñ aduerte q̃ promptitudo in operibus ſenſuum exercendis, communiter dicitur viuacitas. & in motu locali ꝓpriè dicitur agilitas. Cuius oppoſitum eſt ponderoſitas, ſiue inhabilitas, & impromptitudo ad motum: qualem videmus in graui in aſcenſu, in leui autem vt in aue, & alio volatili videmus agilitatem. In homine verò dum ſanus, & iuuenis eſt videmus agilitatem motus ad omnem differentiam localem. Dum verò infirmatur, aut ſeneſcit, videmus oppoſitum.

Quantum ad ſecundum aduerte q̃ confitendum eſt hanc agilitatem futuram poſt reſurrectionem in corpore glorioſo, & quò ad exercitium. Nam dicitur de Chriſto Mar. c. vlt. Et in Actis Apoſtolorum quòd poſt quatuor dies aſcendit in cęlum. Et de Beatis inquit Pau. ad Theſſal. c. 3. quòd rapiemur ſimul cum Chriſto in aëra: quę omnia ſignant agilitatẽ. Quòd autem poſtquàm Beati aſſumpti fuerint in cælum, exercere habeant hanc agilitatem: declarabimus infrà, cũ loquemur de exercitio ſenſuum. Pro nunc ſufficiat tibi dictum Iſaiæ capite 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, vt aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Quod confirmat D. Aug. in lib. 22. de Ciuit. Dei c. 3. vbi inquit, Qui motus illic talium corporum ſint futuri, temerè definire non audeo quod excogitare non valeo, tamen & motus, & ſtatus ſicut ipſa ſpecies decens erit, quicunque erit. Vbi quod non decebit, non erit. Certè vbi volet ſpiritus: ibi protinus erit corpus. Nec volet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritum decere poſsit, & corpus.

Quantum ad tertium aduerte, q̃ huiuſmodi agilitas ꝓueniet ex duobus. Primo ex diſpoſitione naturali, & complexione, quam habuit corpus pro præſenti vita. Vnde aduerte, q̃ cum reſurgat idem corpus numero ſecundũ ſubſtantiam, reſurget ſecundum eandem complexionem. Inter complexiones autem quædam eſt magis habilis ad motum, vt cholerica, & ſanguinea: quædam minus, vt flegmatica, & multò minus melancholica propter ſui fixionem. Qui igitur pro præſenti vita fuit ex complexione agilis, reſurget ex natura agilis, & qui ex complexione fuit non agilis, reſurget ex natura non agilis. Secundò proueniet ex totali dominio, quam ſortietur anima beata ſuper proprium corpus. Pro cuius notitia aduerte, quòd anima comparatur ad corpus, vt forma, & motor, & principium formale operandi. Docuimus enim in ſecundo de Anima, quòd anima eſt primum principium eſſendi, nutriendi, ſentiendi, intelligendi, & mouendi ſecundum locum. Sicut autem ex eo, quòd eſt forma, & ſuperueſtita beatifica gloria ſubijcit ſibi corpus quò ad eſſe: ita quòd reddit ipſum impaſsibile per dotem impaſsibilitatis, & penetratiuum modo quo expoſuimus per dotem ſubtilitatis. Sic ex eo, quòd eſt motor, & principium operandi ſubijcit ſibi corpus quò ad motum localem, & ad modum operandi: putà ſentiendi, & intelligendi, ita quòd neque in motu etiam, quòd ſi contra naturam putà in aſcenſu erit labor, neque difficultas, neque in ſentiendo, aut intelligendo. Et id erit ex dote agilitatis prouenientis ex gloria animæ redundantis in corpus. Et confirmatur, nam videmus pro præſenti vita quòd quantò virtus motiua animæ eſt fortior, & bene diſponit organa deſeruientia motui locali, tantò animal agi-

lius & velocius eſt ad motum,vt patet in ceruo, & lepore, & equo.Et in hominum genere cholerici,proceri corpore, & in iuuentute. Cùm ergo anima beata perfectiori modo dominetur corpori quo ad omnes vires, & potentias non eſt mirum ſi reddit corpus agile ad motum, longè magiſquàm per quancunque virtutem ſuam dum vnitur corpori pro præſenti vita.Ex virtute igitur animæ glorificatæ red detur corpus agile ad motum pro quacunque differentia locali,ita q̃ abſque labore,& laſsitudine,ita aſcendet ſicut deſcendet.

Nec obſtat,quòd dicit Paul. ad Theſ.ca.4. Nos qui viuimus qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus, ſed rapi in nubibus deſignat in digentiam deferentis:qui enim per ſeipſum ſine labore poteſt aſcendere, non oportet, vt rapiatur,nec deferatur aliquo vehiculo.Sed vt dicit Glo. ſuper prædictum textum Pauli, Corpora glorificata deferentur in nubibus ab angelis obuiam Chriſto in aere: ergo non erunt agilia,ita quòd ſine labore aſcendant.

Hoc inquam, non obſtat, quoniam differentia illa non eſt ad indigentiam, ſed ad reuerentiam, quam exhibebunt eis angeli,& ad mutuum gaudium,ſicut deportatur humeris victor glorioſus ab amicis lætantibus & applaudentibus,& ſicut defertur pontifex aut rex in ſolio, etiam quòd ſit fortis viribus,& non indigeat deferri. Nam ad reſpondentiam dicitur quòd Chriſtus aſſumptus eſt, & quòd nubes ſuſcepit eum in cælum:qui tamen propria virtute aſcédit.Hæc de agilitate dicta ſint.

De corporis humani in gloria claritate.

Quantùm ad claritatem quatuor agenda ſunt. Primo manifeſtabitur quot modis ſumitur,vt ſcias in quo ſenſu ſit dos corporis beati.Secundò quòd corpora Beatorum futura ſunt clara. Tertiò vnde proueniet huiuſmodi claritas. Quartò ſoluentur quædam obiecta.

Quantùm ad primum aduerte, quòd claritas pro quatuor ſumi conſueuit.Primo pro luciditate,in quo ſenſu dicimus ſolem,ſtellas & diem ſerenam,clarere.Et ſic omne lucidum & luminoſum dicitur clarum, cuius oppoſitum dicitur obſcuritas ſiue tenebroſitas, quæ eſt priuatio claritatis : per quam dies nubiloſa & aër remoto ſole dicuntur obſcurari. Secundò ſumitur pro excellentia viri in aliquo habitu laudabili propter quem videtur quodammodo in ſeipſo fulgere,& alios putà patriam & domũ & amicos illuſtrare.Et in hoc ſenſu prudens ac iuſtus Princeps,magnus Poëta,aut Orator,aut Philoſophus dicitur clarus. Tertiò ſumitur pro excellentia rerum geſtarum,aut excellentia generis,aut excellentia patriæ,in quo ſenſu dicimus Cæſarem clarum ex geſtis,Aeneam clarum ex genere, Platonem clarum ex patria,quia non barbarus ſed Græcus,& ex Athenis bonarum artium matre.Quartò ſumitur pro manifeſtatióe: in quo ſenſu dicimus rem manifeſtam eſſe claram, & conſueuimus dicere,Hoc clarum eſt,id eſt manifeſtum:putà q̃ ſol accedens ad noſtrum hemiſphærium facit terram germinare.

Poſita hac diſtinctione aduerte, q̃ corpora glorioſa dicuntur clara in primo ſenſu.id eſt lucida:quoniam Matth.c. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Patris eorum. Animæ verò beatæ & angeli dicuntur clari propter excellentiam beatitudinis, & quoniam filij Dei, ac deiformes effecti ſunt. Vnde & inclyti, id eſt valdè clari meritò dicuntur & ſunt.

Quantùm ad ſecundum aduerte,q̃ ſicut ratione probare non poſſumus reſurrectionem:ſed accipimus eam ex fide quam adhibemus ſacræ Scripturæ : ſic nec dotes corporum reſurgentium & præcipuè ſubtilitatem ac claritatem, quoniam videntur primò aſpectu repugnare ſoliditati corporis humani, & quia eſt compoſitum ex partibus ætherogeneis.Ex fide ergo & teſtimonio ſacrarum Literarum,credédum eſt,q̃ ſint reſurrectura clara & lucida. Cuius teſtimonium ſumitur ex Euangelio Matt.c.13.Fulgebũt iuſti vt Sol, &c.& c.16.Transfiguratus eſt Chriſtus coram tribus Diſcipulis.& facta eſt facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem alba ſicut nix.Corpora autẽ noſtra ſecundum Paul.ad Philip. c.3 Reformabit, ſ. in reſurrectione configurata, id eſt conformata & conſimilia claritati ſuæ.

Quantùm ad tertium aduerte quòd ſicut in præſenti ſtatu quancunque perfectionem habet corpus humanum recipit ab anima vt forma & motore eius, eò quòd ſit actus & perfectio corporis phyſici organici, ſic ab eadem omnem perfectionem ſibi debitam recipiet in Patria non ex natura,ſed diuina virtute ſibi influente. Cùm igitur anima ex diuina viſione & fruitione clarificetur & ſplendeat in ſeipſa iuxta ſecundum modum quo dicitur claritas rationabile eſt vt huiuſmodi claritas redundet in corpus modo corporeo & viſibili:ſicut eſt in anima modo animæ, id eſt ſpiritualiter & inuiſibiliter. Nam ſicut anima non eſt ſenſibilis,ſic nec gloria eius cadit ſub ſenſu.Corpus autem ſenſibile eſt:ideo congruum eſt vt gloria & claritas animæ ſpiritualis tranſeat in corpus modo ſenſibili,& ſic fiat lucidum & fulgeat.Nec id alienum eſt à ratione:Nam ſenſu experimur q̃ & p̃ præſenti vita dum anima gaudet & aliquo obiecto valde delectatur:cauſatur in facie hilaritas quædã ac ſerenitas,videnturque oculi lętitiæ radios emittere, & tota facies ex riſu geſtire atque clareſcere.Oppoſito autem modo contingit:quando in vehementem triſtitiam deuenerit.Si igitur anima ex natura ſua eſt tantæ virtutis q̃ poſsit clarificare & ſerenare corpus corruptibile, longè amplius cum ipſa induta fuerit diuina gloria,& mortale hoc induerit incorruptionem,expoliatumque fuerit omni defectu p̃ueniente ex ægritudine,aut ſenio,aut egeſtate, aut continẽtis intemperie,aut malis & triſtantibus animæ accidentib⁹: & aduerte q̃ hanc comparationem videtur feciſſe Pau.2.ad Cor.c.3.vbi loquens de Moyſe exiſtẽte mortali,Et facta fuit eius facies ſplendida dum loqueretur ei Deus in monte,vt legimus Exod.c.34.inquit Paulus, Si enim quod euacuatur per gloriam eſt,multò magis quod manet in gloria eſt. Et intendit,Si corpus Moyſi exiſtens mortale efficitur clarum & glorioſum ex locutione cum Deo glorioſo,multò magis corpus quod manet,id eſt factum incorruptibile, erit glorioſum ex viſione Dei & fruitione. Maius eſt enim videre eſſentialiter & frui Deo quàm loqui cum eo.Moyſes aũt,vt legimus Exo.c.33.colloquium habebat cum Deo, ſed eũ nõ videbat,aliter non rogaret in eodem c.dicens,Si inueni gratiam in conſpectu tuo oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te,& inueniam gratiam ante oculos tuos.

Conſtat igitur quomodo claritas corporis Beati deriuabit à claritate animæ glorificatæ.

Quantùm ad quartum aduerte q̃ videntur obſiſtere ponantur corpora Beatorum lucida & ſplendida. Primò, quia cum ſint ſolida & elementata erunt colorata colore, quo reddentur pulchra & decora,coloratum autem nõ poteſt eſſe lucidum,vt docuimus in lib.de Senſ.& Senſato:qm̃ lux & color diſpoſitiones contrarias requirunt in ſubiecto.Secundò quia ſicut per dotem impaſſibilitatis & ſubtilitatis & agilitatis fiunt ſecundum omnes partes impaſſibilia,ſubtilia & agilia,ita ſi erunt clara & lucida,erunt ſecũdum omnes partes.Hoc autem eſt impoſſibile, qm̃ vna pars maiorem habet diſpoſitionem ad lucem,quàm alia, putà oculus quàm pes,caro quàm neruus: ergo non erunt clara & lucida.

Reſpondeo,Hæc non probant quòd non poſsint eſſe lucida,niſi ex naturali diſpoſitione:q̃ autem nõ poſſint eſſe lucida ex gratia & gloria alterius in ea deriuante nihil ex prędictis obſtat.Non quidem primum,quoniam ſicut videmus metalla colorata colore ſuo naturali fulgere dum feriũtur radijs corporis luminoſi,ſic nihil prohibet corpus Beati coloratum fulgere ex gloria animæ in eo deriuante modo corporeo.

Similiter ſecundum non concludit,niſi q̃ partes omnes corporis non erunt æqualiter & eodẽ modo claræ,ſed modo ſibi conuenienti.Vnde non inconuenit oculum futurum clariorem manu,qm̃ etiam ex naturali diſpoſitione eſt magis diſpoſitus ad recipiendum lucem. Non eſt autem ſimile de alijs dotibus,quoniam diuerſæ partes corporis non habent diuerſam diſpoſitionem ad receptionem earum, ſicut habent ad receptionem claritatis.Hæc de dotibus corporũ Beatorum dicta ſint.

Anima cum. poris vnita quæ opera exerceat.

Quantum ad tertium,ſ.quo ad opera,quæ exercebit anima beata in corpore reunito:aduerte ſecundum Theologũ & vt docuimus 2.de Anima,genera potentiarum animæ intellectiuæ ſunt quinque,ſcilicet vegetatiuum, quod ſub ſe continet nutritiuam,augmentatiuam & generatiuam:ſenſitiuum quod diſtinguitur in exteriores quinque ſenſus, viſum,auditum,odoratum, guſtum, & tactum,& in quatuor interiores: ſenſum communem, phantaſiam,cogitatiuam & memoriam: appetitiuum, quod diſtinguitur in ſenſitiuum & intellectiuum: appetitiuum ſenſitiuum, quod diſtinguitur in concupiſcibilem & iraſcibilem in quibus ſunt paſsiones vndecim: de quibus ſatis locuti ſumus in tertio de Anima in Tractatu de Potent. motiua, & in ſecundo

cundo Ethico.in Epito.noſtris ſuper libros de Anima,& Ethicam Ariſt. Appetitiuum intellectiuum eſt ipſa voluntas. Motiuum ſecundum locum.Hoc nõ diſtinguitur in plura niſi ſecundum aliquos in dilatatiuum & conſtrictiuum, & in progreſſiuum. Intellectiuum hoc diſtinguitur in intellectum poſſibilem & agentem.De ſingulis ergo generibus inueſtigandum eſt ſi erunt in actu poſt reſurrectionem.

Quantùm ad potentias vegetatiuas tenendũ eſt abſolutè q̃ non erunt in actu:nam nutritiua ideo in præſenti vita eſt continuè in actu,vt docuimus in 2.de Anima & in 1. de Generatione,& in trac.de Cauſa mortis & vitæ, vt animatum ſeruetur in eſſe.Non enim conſeruaretur, niſi per nutritionem reſtauraretur deperditũ.Hæc autem reſtauratio non erit neceſſaria in Patria,quoniam reſurget incorruptibile corpus & inconſumptibile, vt docuimus ſuprà, ergo nec nutritio.

Prętereà,Augmentatiua potentia eſt in actu,donec perueniat animatum ad magnitudinẽ ſibi debitam ex natura & cõplexione,qua adepta ceſſat augmentatiuè opus.Vnde dicit Ariſt.in 1.de Generatione,q̃ animatũ nutritur quamdiu viuit:nõ aũt augetur ſemper.Sed corpora reſurgent in ſua debita & perfecta quantitate, quę cõmuniter habetur circa annũ trigeſimũ:quæ fuit ætas Chriſti perfecta. Quod teſtatur Paulus ad Ephe.ca.4.vbi inquit,Donec occurram⁹ omnes,ſcilicet in reſurrectione in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Prętereà,Generatiua potentia in actu pro pręſenti vita vt vnumquodque animatũ generet ſibi ſimile, & conſeruetur natura ſpecifica per ſucceſſionem indiuiduorum, eò quòd quodlibet eorum definit eſſe.Vnde,ſi propagatio nõ cõtinuaretur,ſpecies ipſa omninò deficeret. Sed id non eſt timendum poſt reſurrectionẽ, quoniam omnes reſurgent incorrupti:ergo talis propagatio ſuperflua eſſet,ex conſequenti generatiua potentia non erit actu.Ideo dixit Chriſtus Luc.c.20.reſpondens Saducæis de muliere ſeptem virorum:quis eorum haberet eam vxorem in reſurrectione, vt filios generaret,Filij huius ſeculi nubunt & traduntur ad nuptias,illi verò qui digni habebuntur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis,neque nubent,neque ducẽt vxores, neque vltra mori poterũt.Aequales enim angelis ſunt, & filij ſunt Dei:cùm ſint filij reſurrectionis. Conſtat igitur q̃ poſt reſurrectionẽ anima non exercebit in corpore ſibi reunito opera potentiarum vegetatiuarum.Hinc patet inſania ſtulti Machumeth in Alchoran, ca. 83. Qui blaſphemat & peſſimè dogmatizat,optimam credentium à Deo retributionem eſſe in Paradiſo habere pulcherrimas puellas:earum papillas & beſtialem concubitum. Quæ adeò abſurda ſunt vt mirum ſit,quòd ſapientes & virtute præditi Arabes, Mauri,Aegyptij,Perſę,Afri,& Turcę qui ſub illa viuũt lege, Machumeth prophetam habeant,cuius vitam & doctrinã, nemo laudare neque imitari poteſt, qui verè ſaluari poſt hanc vitæ miſeriam deſiderat,vbi vt inquit Chriſtus, erunt ſicut angeli puriſsimi in cęlo.Nec poteſt excuſari quin realiter & non metaphoricè loquatur. Nam c. 42. dicit Deum permiſiſſe illi voluptates quæ aliis ſunt illicitæ,& quaſcunque voluntarias & quòd Deus præcepit deleri iuramentũ factum per ipſum Machumeth ne adulteraretur cum Maria Chriſtiana Iacobina.

Quantũ ad potentias ſenſitiuas tria conſideranda ſunt: Primò ſi aliquis ſenſus erit in actu.Secũdò ſuppoſito quòd ſic,quomodo fiet ſenſatio.Tertiò qui ſenſus erunt in actu, an omnes,an aliqui.

De primo tenetur abſolutè apud Theologum,quòd aliquis ſenſus erit in actu.Nam,ſi Beati per corpora reſuſcitata nullum exercerent opus ſenſitiuum, nihil differrent à dormientibus,& eorum vita corporalis potius aſſimilaretur morti,quàm vitæ, quod profecto non eſt dicendum in tam felici ſtatu .Prætereà .In Scriptura ſacra manifeſtè habemus,quòd poſt reſurrectionem videbitur Deus ſaluator oculo corporeo. Inquit enim Iob capit.19.In carne mea videbo Deum ſaluatorem meum quod exponens Auguſt.in lib.vltimò de Ciui.Dei cap. 29.inquit, Poteſt Deus Chriſtus intelligi:qui per carnem, id eſt per oculum carnis videbitur in carne.Nam idem Aug. in eodem capit.præ dixerat de Beatis poſt reſurrectionem quòd durum eſt dicere quod ſancti talia corpora tunc habebunt, vt non poſſint oculos claudere atque aperire cum velint, (& infrà) Habebunt eſſet illi oculi effectum ſuum: & in loco ſuo erunt,vteturque illis ſpiritus per ſpiritale corpus. Ex his ergo conſtat vero fideli quòd beati in corporibus reaſſumptis habebunt ſenſum in actu.

De ſecundò autem tenendum eſt,q̃ hæc ſenſatio fiet p immutationẽ merè ſpiritualẽ potentiæ ab obiecto,& non per immutationem realẽ ſiue naturalẽ,vt nunc experimur in ſenſu tactus & guſtus.Neque enim aliquid,tangimus, aut guſtamus niſi per alterationẽ organi:nã manus tangens calidum fit calida,& lingua fit humida ſiue humectatur dum guſtat.Vt autem ſcias quomodo ſenſatio in Patria erit per ſolam immutationẽ ſpiritualẽ,quæ apud Philoſophũ dicitur intentionalis,vt docuimus in 2.de Anima, aduerte, q̃ pro præſenti ſtatu organa ſenſuum apta ſunt immutari & immutantur ab obiectis dupliciter.Primò naturaliter, ſiue materialiter,& hoc fit,quando organũ afficitur eadẽ qualitate,qua affectũ eſt obiectũ ad extra agẽs in ſenſum,ita q̃ eadem qualitate,qua denominatur obiectũ: denominatur etiã organum.Verbi gratia,Manus tangens calidũ fit realiter calida,lingua guſtans amarum,fit realiter amara, & tangens odoriferum fit realiter odorifera. Secundò intentionaliter ſiue immaterialiter:Et hoc fit, quando in organo recipitur ſola ſpecies intentionalis illius qualitatis quę eſt in obiecto,& non illa qualitas, & tunc illa ſpecies non denominat organum tale quale denominat obiectũ in quo eſt. Verbi gratia,Ex eo q̃ oculus videns album recipit ſpeciem albi,non efficitur nec denominatur albus. Iſtæ autem duæ immutationes ita ſe habent,q̃ ſecunda eſt ratio ex cauſa per ſe ſenſationis,& quantò minùs eſt adiuncta primæ, tantò ſenſatio eſt purior & nobilior & ſpiritualior,& quãtò magis eſt adiuncta eidẽ,tantò ipſa ſenſatio eſt impurior & materialior.Senſus enim vt ſenſus,eſt receptiuus ſpecierum ſine materia,id eſt modo ſpirituali & non materiali vt recipiunt corpora ſenſibilia. Cùm igitur in Patria debeat eſſe ſenſatio nobiliſsima ac ſpiritualiſsima, fiet ex ſola immutatione ſpirituali,vt nunc fit viſio,& longè perfectius. Vnde ſi tactus,& guſtus,& odoratus & auditus erunt in Patria,fient in ſupremo ſuauitatis & puritatis:quoniã nullam penitùs alterationem patietur ſentiens.

De tertio clarũ eſt apud Theologũ, q̃ viſus & auditus erit in Patria,& fundamentũ habemus in Scriptura ſacra. De viſu quidẽ Iob ca.19.In carne mea videbo Deũ Saluatorẽ meum, id eſt,Chriſtũ.& de hoc iã diximus ſuprà.& additur q̃ viſio in Patria longè delectabilior & acutior & pfectior erit quam nunc.Delectabilior quidẽ quoniam circa delectabiliſsima & pulcherrima obiecta verſabitur, qualia ſunt corpus illud ſpecioſum præ filiis hominũ, & aſpectus ſacratæ Virginis & Beatorũ,& corporũ cęleſtium,& mundũ inferiorem innouarũ .Tunc implebitur quod inquit Dauid in Pſal.Delectaſti me Domine in factura tua, & in operibus tuis exultabo.Acutior autẽ erit, quoniã magis à remotis obiectum comprehendet,eò quòd organũ viſus vigoroſius erit ex incorruptibilitate & impaſsibilitate ſpirituſque viſui puriores. Nulla enim vaporum fumatione perturbati nec obnubilati erunt.Hinc proueniet, quòd ab excellenti obiecto,vt nunc patet de Sole. non offendetur Beati oculus,quoniam penitùs impaſsibilis erit : ideo quodcunque luminoſum fixè & delectabiliter videre poterit. Perfectior verò erit,quoniam magis continuabitur, cùm futura ſit abſque labore & difficultate, quod nunc non contingit:quoniam,vt docuimus in 10. Ethic. in continuatione ſenſationis laſſantur organa & hac de cauſa delectationes ſenſuales admixtæ ſunt triſtitiæ, & ſic imperfectiores delectationibus ſpiritualibus, quas dicimus intellectuales,tunc autem huiuſmodi laſſatio & labor ceſſabit,vt dicitur Apoc.ca.20.patet igitur,quomodo in Patria viſio realiter erit & perfectior, quod confirmat Diuus Aug.in 12.de Ci.Dei ca.29.vbi inquit,Vis itaque præpollẽtior oculorum erit,vt acutiùs videant quàm quidam perhibentur videre ſerpentes vel aquillę.Quantalibet enim acrimonia cernendi polleant eadem animalia, nil aliud videre poſſunt quàm corpora:at Beatorum oculi etiam incorporalia. Et forſaſsè iſta virtus magna cernendi data fuit ad horam,etiam in iſto mortali corpore oculis ſancti viri Iob:quando ait ad Dominum,(vt legimus cap.42.) Auditu auris audiui te,nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in faulla & cinere.

Conſtat igitur ex ſacra Scriptura qũo in Patria poſt reſurrectionem erit viſus in actu delectabiliſsimus, acutiſsimus,& perfectiſsimus.

Quinam auditus in Patria.

Quod auditus corporalis illic futurus sit, patet ex dicto Dauid Psal. Exultationes Dei, in gutture eorũ. Et ratione probatur, Inter Beatos post resurrectionem vera & felicissima erit amicitia: quæ ex sui natura, & ad sui conseruationem mutuum conuictum, & colloquium requirit, vt docuimus in 8. Ethic. Ergo stultum esset negare inter Beatos amicabile colloquium quod quidem non erit propter disciplinam: qm̃ sufficientẽ de omnibus notitiam habebunt ex diuina visione, sed propter mutuum solatium.

Sed dices, Quomodo auditus erit in actu, cum in Patria quæ est cælum empyreum non possit vox formari: nam vt docuimus in 2. de Anima, necesse est formari vocem per attractionem aëris, & repercussionem ad arteriam vocalem. Sed in cælo empyreo non est aër, vt patet, cùm locus eius sit sub sphæra ignis, vt docuimus in primo Metheororum, ergo, &c.

Respondeo, Propter hoc argumentum negant aliqui ex Theologis in Patria futurũ auditum actu, & dicunt omnẽ laudem diuinam, & locutionem futuram intellectualem: sicut dicuntur angeli laudare Deum: & adinuicem loqui, put sibi mutuò proprios manifestant conceptus, & affectus. Verum quia Aug. super illud Psal. Exultationes Dei in faucib⁹ eorum dicit, quòd & corda, & linguę non desinẽt laudare Deum. ideo rationabiliter tenere possumus, quòd illic vocalis laus, & locutio formari poterit, & audiri. De modo autem teneo cum Aug. in lib. 22. de Ciui. Dei, c. 30. quòd definire non audeo, nec ad plenum excogitare non valeo: dicã tamen vt occurrit. Ad hoc quòd auditus fiat actu non est necesse aërem extrinsecũ adesse, sed sufficit corpus diaphanũ per quod deferatur species soni ad organum auditus: nam & in præsenti defertur per aquam, & aërẽ, vt docuimus in 2. de Anima. Sed cælũ empyreũ diaphanum, & raræ substantię ponitur à Theologis: ideo habebit vicem aquę, & aëris: ita quòd sicut per ipsum deferetur species coloris ad oculum beatum: sic & species soni, & vocis ad aurem. Sufficit autẽ quòd in aure sit aër cõplantatus, & immobilis & permanens quẽ non est difficile ponere in corpore suscitato. Deus enim sicut reformabit oculũ cum omnibus tunicis, & humoribus integrantibus ipsum, sic & organum auditus: quod est miringa, in qua necesse est aërem includi, sicut in tympano, vt docuimus in 2. de Anima. Ad hoc autẽ quòd formetur vox non est necesse aërem attrahere vel emittere, sed attractum retinere. Experimur enim quòd dũ respiramus vel expiramus non possumus formare vocẽ: sed necesse est aërem respiratum ad arteriam sæpius repercutere, Vnde nisi indigeremus nouo aëre ad refrigerium cordis: sufficeret aërẽ semel attractum intùs conseruare, & per repercussionem quoties liberet ad arteriam formare vocem. Sic em̃ animalia quædã carentia sanguine, & non respirantia, vt cicadæ, formant sonos per aërẽ intùs cõplantatũ. Cùm igitur in resurrectione reformandum sit corpus integrũ, quo ad omnia membra tam interiora quàm extrinseca, quæ sunt de integritate naturæ humanę, rationabile est, vt Deus compliãtet ad intrà tantum aëris quantũ sufficiet ad formationem vocis: & intùs pereminenter perseueret, qm̃ cũ Beati resurgant impassibiles non indigent interata respiratione ad refrigeriũ cordis. Sic occurrit dicendũ pro nũc reseruãdo diuinũ hoc secretũ, donec introitũ habeamus in Sanctuarium Dei. Constat igitur quo sustinere possumus sensum auditus futurum in actu post resurrectionem.

Odoratus quisnã sit glorioſi corporis.

Quòd odoratus futurus sit in actu, est duplex opinio: quãdã dicunt quòd non, eò quòd odor non sentitur nisi euaporet à corpore odorabili per calidũ resoluẽs. Hinc est quòd in hyeme parũ sentimus odores frigore prohibente euaporationem. Sed in Patria nulla fiet realis euaporatio, non em̃ potest fieri absque odorabilis alteratione. Alteratio autem sicut nec corruptio erit: ergo non erit odoratus actu. Quidam verò melius sentientes tenent oppositum: quorũ ratio est quòd ad hoc q̃ sentiatur odor non est necesse organum odoratus immutari realiter ab odore: sed sufficit immutatio spiritualis, siue intentionalis. Nam & in 2. de Anima docuimus, quòd licet pro aliqua spacij quantitate odor immutet medium realiter, tamen, si sentitur à valde remotis, sufficit quòd immutet pro extrema parte spacij vsque ad organum intentionaliter tantum. Cùm igitur in Patria nihil prohibeat fieri immutationẽ spiritualem, vt diximus suprà, non inconuenit fieri odoratum actu, & tãtò perfectior erit: quãtò magis depuratum erit cerebrũ ab omni humiditate superflua, propter quam homo nunc prauè odorat, vt docuimus in 2. de Anima. Ex parte autem obiecti odoriferi suauissimus erit, nam si iustorum corpora mortua ex diuina virtute influente: aliquando talem spirant odorem, q̃ omnẽ superant aromatũ fragrantiã, longè ampliùs corpora viua & temperatissima & ab omni labe remota post resurrectionem. Tunc implebitur illud Eccle. 24. Sicut cynamomũ & balsamũ aromatizans odorẽ dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Et illud ca. 7. Odor oris tui sicut odor malorum. Quoniam igitur hæc secunda opinio rationabilior est, ideo secutus sum eam.

Tactus corporis gloriosi.

Quod tactus futurus sit in actu dubitãt nõnulli: quoniã fit per medium coniunctũ quæ est caro ex 2. de Anima cũ immutatione alteratiua qualitatum tangibiliũ, quæ realiter alterant tangentẽ. Videmus enim tangẽtẽ calidum calefieri. Cùm igitur corpus Beati futurũ sit inalterabile, vt docuimus suprà, videtur q̃ non erit in eis tactus in actu. Alij aũt tenent oppositum & rationabilius, quoniam de ratione sensationis non est immutatio realis alteratiua, sed intentionalis, vt diximus suprà, quam nihil prohibet futuram in Patria. Vnde immutatio realis concurrit per accidens in sensatiõe, spiritualis autem per se: quoniã sensus, vt sensus, est receptiu⁹ specierum sine materia. Nihil igitur prohibet Beatos habere tactum in actu purissimum absque aliqua alteratione, sicut habuit Adam ante peccatum, cuius corpus ex iustitia originali erat incorruptibile & inalterabile: Vanum em̃ esset dicere quòd Deus posuisset hominẽ in Paradiso vt operaretur & custodiret illum, q̃ nõ tangeret plantationes illas. Præterea, Vanè dedisset ei Euam in sociã & in auxilium præcipuè quò ad generationẽ, & q̃ nõ tãgeret eam. Credẽdum est ergo tactum nobilissimum futurum in Patria inter Beatos, absque omni inordinato affectu & illecebra. Præcipuè autẽ tangent deosculantes diuinissimum Christi corpus, in cuius humanitate felicitabuntur corporaliter. Tangent & sacræ virgines virginum reginam: cuius inæstimabilis erit odor & suauitas & pulchritudo.

De gustu cùm sit sensus alimenti quo non indiget corpus immortale: nec nutritio fiat sine decoctione & alteratione concordant Theologi non futurum actu ratione alimenti. Dicitur enim Apoc. c. 21. Non esurient neque sitient amplius. Potest tamen dici quòd etsi non sit futurus actu ratione nutritionis: erit tamen actu ne careat vtima perfectione sua quæ est in suaui perceptione saporum. Vnde sicut delectabitur odoratus in suaui odoratione: sic & gustus in suaui gustatione. Quomodo autem & per quid fiet est nobis occultum. Certum est autem quòd non per materiales cibos: quoniam nec erunt in cælo, nec terra producet cessante cæli motu, qui est vt vita in hoc mundo inferiori ex 8. Physic. Sunt autem nonnulli piè contemplantes quòd sicut resurgent corpora cum aëre intrinsecus incluso ad formandam vocem, vt suprà diximus: sic resurgent cum humiditate saporosa super linguam retinente speciem cuiuscunque suauissimi saporis. Sed hæc nota sunt Deo. Sufficit nobis pro certo tenere quòd implebitur illud Saluatoris Lucæ cap. 22. Et ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Hîc erit nectar & Ambrosia, quam somniati sunt Antiqui vates. Modus autẽ & qualitas nobis occulta sunt: nec debemus vltra scrutari, ne debilib⁹ & materialibus apprehensionibus nostris, diuina vilescant: donec reuelet nobis Deus. Hanc regulam secutus est Paulus 1. ad Cor. c. 2. vbi citans Isaiam c. 64. inquit, Sicut scriptum est, quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit Deus his qui diligunt eum. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.

Constat igitur quomodo omnes sensus exteriores erunt actu in Beatis.

Sensus communis corporis glorioſi.

De sensibus interioribus & primo de sensu communi tenendum est quòd erit in actu. Hæc enim consequentia valet, Sensus exterior erit in actu per supradicta, ergo & sensus communis: probatur consequentia, Sensatio exterior non completur nisi ad sensum communem vt ad terminum: comparantur enim sensus exteriores ad sensum communem, vt lineæ ductæ à circunferentia ad centrum, quæ non complentur nisi in centro. Ponere igitur sensum exteriorem in actu & non sensum communem est inchoatam ponere sensationem & non perficere, quod non decet in illa felici patria. Quod autem sensatio exterior non perficiatur nisi in sensu communi, iam determinauimus in Epitom. in secundo de Anima in Tract. de Sensibus interioribus, & in Quæstionibus super eundem. Quære tu.

Phantasia corporis glorioſi.

De phantaſia autem & cogitatiua & memoria tenendũ eſt quod duobus modis erunt in actu: primò reminiſcentur diuina dona & beneficia in præſenti vita eis collata & mala à quibus liberati ſunt: aliter non aſſiduè laudarent Dominũ dicentes, Apoc. capit. 5. Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione & feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. Et quidem quòd horum memoratio & laus futura ſi corporalis & vocalis in patria poſt reſurrectionem cõfirmat diuus Aug. in lib. in lib. 22. de Ciu. Dei c. 3. vbi inquit, Non erit ſuæ liberationis oblita: nec liberatori ſuo ingrata. Quantùm ergo attinet ad ſcientiã rationalem: memor erit præteritorum etiam malorum ſuorum: quantum ad experientis ſenſum prorſus immemor. Nam & peritiſſimus medicus omnes ferè morbos corporis nouit ſicut arte ſciuntur. Sicut autem corpore ſentiuntur plurimos neſcit quos ipſe paſſus non eſt. Vt ergo ſcientiæ malorum duæ ſunt, vna qua potentiam mentis non latent: altera qua experientis ſenſibꝰ inhærent (aliter quippe ſciuntur omnia vitia per ſapientiæ doctrinam: aliter incipientis peſſimam vitam) ita & obliuiones malorum duæ ſunt. Aliter nãque ea obliuiſcitur eruditus & doctus aliter expertus & paſſus. Ille ſi peritiã negligat, iſte ſi miſeria careat. Secundũ hanc obliuionem, quã poſteriore loco poſui, non erunt memores ſancti præteritorũ malorũ, carebunt enim omnibus malis, ita vt penitus deleatur de ſenſibus eorũ. Et tamen potentia ſcientiæ quæ magna in eis erit: non ſolum ſua præterita: ſed etiam damnatorum eos miſeria ſempiterna non latebit alioquin ſi ſe fuiſſe miſeros neſcituri ſunt quomodo vt inquit Pſal. Miſericordias Domini in æternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratiæ Chriſti, cuius ſanguine liberati ſumus? nihil erit profecto iucundius illi ciuitati. Ibi perficietur, Vacate & videte, quã ego ſum Deꝰ Hæc D. Aug. Ex quibus cõſtat ſanctos rememores bonorũ & malorũ. Sed ad memorationẽ ſenſitiuã vt docuimus in paruis Naturalibus in Trac. de Memoria & Reminiſcentia neceſſariò cõcurrunt Phantaſia repreſentans intentionẽ ſenſatã, & cogitatiua propter intentionem inſenſatã, & memoria adunans eas adinuicẽ & remittẽs ad ſenſum cõmunẽ vt illic videbis: ergo in patria oẽs ſenſus interiores erunt in actu. Quomodo aũt & quo ordine, & quot animæ vires ad memorationẽ concurrant: vide ad placitum in prædicto Tract.

Secundò erunt in actu, quoniã, vt docemus in ſequentibus, ſancti exiſtentes in cælo, mouebuntur corporaliter de loco ad locũ, vt viſus eorũ perficiatur pulchritudine diuerſarũ creaturũ, in quibus admirabuntur & contẽplabuntur ſummã Dei ſapientiã, & præcipuè in magnitudine & diuerſitate penè infinitarum ſtellarũ. Rationabile eſt aũt, vt ſpecies, ac intentiones ſenſatas eorũ, quæ viderint figillent indelebiliter in phantaſia, ex quibus elicient ſpecies inſenſatas figillandas per cogitatiuã in memoria, aliter peioris eſſent conditionis quàm dum viuerent vita mortali, in qua rerũ ſenſatarũ ſpecies retinebant, vt in earũ abſentia poſſent recordari. Præterea, Parũ ſolatij ineſſet ſanctis ſi viſa ſtatim obliuioni mãdarent. Præterea, Nulla inter ſanctos foret amicabilis cõuerſatio niſi mutuò memorarentur. Tenendũ eſt ergo omnes ſenſus interiores futuros eſſe actu in patria poſt reſurrectionem.

Quantùm ad potentias appetitus ſenſitiuas quæ ſunt cõcupiſcibilis & iraſcibilis, in quibus ſituantur ſenſitiuæ paſſiones, cõſtat apud ſacros Theologos non futuras in actu modo præſentis vitæ, ſcilicet cum alteratione & tranſmutatione cordis ac totius corporis. Videmus enim amantes ſenſuales inſanire, timentes pallere, iraſcentes rubere, & fremere, gaudentes ridiculosè geſtire. Procul erunt hæc à tam felici patria. Ibi verò erunt actu paſſiones illæ regulatiſſimę & purgatæ omnino rationi & voluntati deiformi ſubiectæ, abſque alteratione corporis & repugnantia ad ſuperiores vires. Tunc liberatus erit iuſtus de carcere corporis huius repugnantis, quò ad paſſiones rationi rectæ. Illic vt inquit D. Aug. in lib. 22. de Ciuit. Dei erit perpetuum ſabbatum in quo à Deo refecti & gratia maiore perfecti vacabimus in æternum: videntes quia ipſe eſt Deus: quo pleni erimus, quoniam ipſe erit omnia in omnibus. Hæc D. Aug. Illic igitur puriſſimus ſenſitiuus amor, amor ſanum deſiderium, ſedatiſſima delectatio, odium malorum ſine affectu inordinatæ vindictæ, fuga & propulſio omnis mali. Illic completa ſpes abſque timore deſperationis, illic ſanctus & filialis timor excincto ſeruili, illic ſanctæ audacia & fiducia abſque inordinata præſumptione, audacia quidem qualem gignere conſueuit filialis timor. Illic talis ira, qualẽ præcipit Propheta, Iraſcimini & nolite peccare, qua & iraſcitur Deus cõtra peccatores. Illic denique tales paſſionum actus, quales & virtutũ moraliũ: de quibus diximus in ſecunda parte quomodo in patria permaneant.

Motiua corporis glorioſi.

Quantùm ad potentiam motiuã ſecundũ locũ: concludere oportet ex ſacra Scriptura quòd erit in actu, nam & Chriſti corpus ſuſcitatum aſcendit in cælũ, & ſancti poſt iudicium cælum conſcendent: dicitur non ad Theſſ. cap. 4. Rapiemur in aëra, &c. Non erit autem motus: nec locis cũ labore & laſſitudine ſed ex ſolatio & perfectione animæ glorificatæ, & vt ex actu demonſtretur virtus illius. Erit igitur talis & perfectior qualis in primo homine ante peccatum. Vtrũ autẽ moueri poſſint in inſtanti, vel de extremo ad extremũ nõ pertranſito medio, non eſt præſentis intentionis noſtræ. Vide tu ad placitum in 4. Senten. diſtinct. 44.

Quantùm ad potentiam intellectiuam & volitiuam, nõ eſt dubium quin futuræ ſint in actu & excellẽtiſſimæ: quoniã diuinum illud ineffabile obiectum impræterminſſe beati intellectu contemplabuntur & voluntas continuè fruetur. Præterea quo ad ſcientiam rerum corporalium & præcipuè corporum cæleſtium & elementorum & aliarum naturarum, nullum patientur impedimentum ex parte corporis, vt nunc patimur multipliciter ſicut docuimus in Philoſophia morali Platonica Trac. 7. c. 2. Et tu vide ad placitũ. Tũc erunt clariſsima & ordinata phãtaſmata intellectioni optimè deſeruientia: neque enim multiplicato humorum ſiue vaporum aſcenſu, neque indigentia ſpirituum perturbata aut debilitata erunt, neque errore ſenſuũ fallacia. Ex prædictis igitur patet in quibus conſiſtat humani corporis felicitas, & hęc pro præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Felicitas num conſiſtat in actu intellectus vel voluntatis.

IN c. 4. reſoluendum eſt illud famoſum quæſitum, Vtrum felicitas conſiſtat principaliter in actu intellectus vel voluntatis. Tu igitur aduerte quòd hîc ſunt duæ ſententiæ apud Philoſophos & Theologos. Nam Peripatetici tenent eam conſiſtere in actu intellectus: perfici verò & compleri actu voluntatis. Tenet enim Ariſto. vt docuimus in 10. Ethic. eam conſiſtere in actu ſapientiæ qui eſt ſpeculari diuina entia inter quæ primum eſt Deus glorioſus: perfici autem & compleri delectatione puriſsima proueniente ab ipſa diuinorum ſpeculatione. Vnde ſecundũ Ariſt. delectatio ita ſe habet ad felicitatẽ ſicut pulchritudo ad iuuentutem. Conſtat autem quòd ſine pulchritudine ſtat iuuentus quo ad eſſentialia ſua, ſed nõ eſt perfecta abſque pulchritudine. Sic & ſine delectatione ſtat eſſentialiter felicitas, id eſt, illa ſpeculatio: ſed non erit perfecta. Eſt enim velut proprietas fluens à natura rei.

Viam Peripateticorum ſequitur ſchola Thomiſtarũ, qui tenent tria integrare felicitatem. Primũ eſt eſſentiale & in primo modo per ſe, & hoc eſt viſio immediata diuinæ eſſentiæ, ita quod viſio eſt prædicatũ primũ & in primo modo per ſe. Et in hoc ſenſu dicit Aug. q̃ viſio eſt tota merces: & breuiter, quando dicimus q̃ felicitas eſt viſio diuinæ eſſentiæ immediata, eſt prędicatio eſſentialis in primo modo per ſe, ſicut iſta, homo eſt animal rationale. Secundum eſt velut proprium fluens à primo eſſentiali. Et hoc eſt fruitio diuinæ eſſentiæ proueniens naturali ſequela à viſione, ſicut à rationali prouenit riſibile. Vnde ſicut iſta eſt in ſecundo modo per ſe Homo eſt riſibilis: ita & iſta, Felicitas eſt fruitio diuinæ eſſentiæ clarè viſæ.

Tertium eſt velut ornatus accidentalis omnino complens & decorans felicitatem, quod quidem apud Peripateticos eſt claritas generis, proſpera fortuna, tituli honorum & dignitatum, egregia proles, valetudo & decor corporis, fida & honeſta amicitia. Et de his omnibus ſatis diximus in primo & 10. Ethicorum. Apud Theologos autem ſunt aureolæ, & remotio cuiuſcunque indigentiæ corporalis, liberatio ab aduerſis & contriſtatiuis, reunio corporis & animæ: cum dotibus cæteriſq́ue gratiis, quas manifeſtauimus in cap. præcedenti. Iſta ſe habent ad felicitatem, ſicut ornatus & picturæ ad totale complementum perfectionis domus, & ſicut veſtes decoræ ad virginem deſponſatam. Tunc felicitas eſt ſicut regina in veſtitu deaurato circundata varietate. Hæc eſt mens & ſententia

Peripat

Peripateticorum & Thomiſtarũ. Academici autem putantes ſe loqui ad mentem Platonis, dicunt felicitatem præſtãtius conſiſtere in gaudio & fruitione Dei, quàm in viſione ſiue ſpeculatione: Vnde ſecundum ipſos, Deus eſt ſummum bonum: felicitas autem eſt Dei fruitio: fruimur verò per voluntatem, quoniam per eam amando mouemur ad Deum, gaudendo verò dilatamur & conuertimur in Deum. Magis eſt autem conuerti in Deum quàm moueri ad Deum. Viam Academicorum ſequitur ſchola Scotiſtarum & præcipuũ eorũ fundamentum eſt quòd de ratione felicitatis eſt quietatio felicis: aliter nõ haberet rationem ſummi & perfecti boni. quietatio autem in ſummo bono eſt gaudium & voluptas & fruitio de eo. Dictũ eſt enim alibi quòd amor eſt cõplacentia in bono. Deſiderium autem eſt motus in cõſequutionem boni. Delectatio verò eſt quies animi in bono cõſecuto. Cùm igitur terminus deſiderij humani ſit quietari in Deo, & hoc ſit frui Deo: videtur manifeſtum beatitudinem præſtantius conſiſtere in actu voluptatis quàm in actu intellectus, Et confirmatur per D. Aug. in 1. de Trin. ca. 13. Vbi inquit, Solo illo illuſtrari perfruique ſufficiet. Et in 1. de Doct. Chriſtiana c. 6. Summa merces eſt vt ipſo fruamur.

Pro reſolutione dubij aduerte, quòd vtraque ſententia vera eſt in ſenſu quo dicemus. Nam prima vera eſt loquendo de beatitudine quò ad eſſentialia. Viſio nanque primum eſt & origo & fundamentũ, & non dependet à fruitione ſed cõtrà ergo eſſentialiter & originatiuè & fundamẽtaliter & indepẽdẽter felicitas præſtantius conſiſtit in actu intellectus quã in actu voluntatis. Quantum autem ad perfectiuum felicitatis ſecunda eſt vera: & quoniam nullus quærit intelligere aut ſpeculari obiectum quantuncunque excellens, niſi eo delectetur, ideo conſueuit more humano felicitas importare actum iucundiſſimum voluntatis qui eſt frui. Vnde & Chriſtus in Euangelio magis & frequentius appellat eam gaudium quam viſionem. Dicit enim Matt. ca. 25. Euge ſerue bone &c. intra in gaudium tuum domini tui: & Ioan. c. 15. Gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis: & Ioan. in epiſtola prima, Vt gaudium veſtrum ſit plenum. Conſtat igitur vtranque ſententiam ſuſtineri poſſe, nec eſſe adinuicem oppoſitas. Felicitas igitur viſionem & fruitionem complectitur modo quo declarauimus. Vnde Plato in Phędro diuinam viſionem vocat Ambroſiam: gaudium verò nectar. Intellectum & voluntatẽ, geminas dicit eſſe alas quibus in Deum tanquàm patrem, & in cælum tanquam patriam reuolemus: & idcirco inquit puras animas cum in cælum euolauerint in diuina menſa Ambroſia & nectare veſci. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Tractatus tertij Finis.

TRACTATVS QVARTVS EIVSDEM Partis, De Oppoſito Chriſtianæ felicitatis quæ eſt æterna Miſeria ſiue perpetua Damnatio.

IN hoc quarto & vltimo Tractatu agendum eſt de æterna malorum miſeria. Nam cùm eadem ſit oppoſitorum diſciplina, ordo doctrinæ requirit, quòd poſt conſiderationẽ factã in Trac. præcedenti, nunc pertractemus: de Chriſtiana infelicitate malorum oppoſita felicitati. Et diuidemus ipſum in quatuor capita.

Primum eſt in quo cõſiſtat infelicitas animæ ſeparatæ.

Secundum in quo conſiſtat infelicitas corporis poſt reſurrectionem.

Tertium in quo loco deputantur infelices ante & poſt iudicium.

Quartum ſi infelicitas eſt perpetua, & de hoc certi ſint ipſi infelices: ſtatim quòd anima ſeparatur à corpore.

CAPVT I.

In felicitas animæ ſeparatæ in qua conſiſtat.

IN 1. c. inueſtigandum eſt in quo conſiſtat infelicitas animę ſeparatæ: & hic tria agenda ſunt: primo quid de hoc ſentiant Peripatetici: ſecundò q̃d Academici: tertiò quid diuini ac Chriſtiani Doctores.

Quantùm ad primum aduerte q̃ veri & ſimpliciter Peripatetici, ſcilicet qui non miſcuerunt Philoſophiam cum lege vt Auerroës, Iexander, Thæmiſtius, non fecerunt verbum ex propoſito ſuper hoc ſicut nec princeps eorum Ari. Nam vt docuimus in Epitom. noſtris ſuper Ethicem in primo lib. tract. 3. Ariſto. non pertractat de felici & infelici ſecundum ſe niſi pro præſenti vita. Vtrũ aũt poſt mortẽ in ſe & ſecundũ ſe ſit felix, non facit verbũ niſi reſpectu extrinſeco, id eſt, per cõparationẽ ad ſtatũ propinquorũ & amicorũ viuentiũ, vt dicatur homo felix poſt mortẽ: quando benedicitur, laudatur & honoratur à viuentibus. Infelix autem ex oppoſito, ſcilicet ſi maledicitur, ſi infamatur, &c. Item ſi eorum propinqui & amici & filij ſunt in ſtatu bonæ fortunæ vel aduerſæ. Verũ hæc non reddũt hominem poſt mortẽ felicẽ, nec infelicẽ in ſe ſed opinione hominũ: fit aũt felix in ſe, ſi pro meritis recipit præmium, & infelix, ſi pro demeritis recipit pœnam. Sed de hoc Ariſt. non fecit verbum, neque affirmatiuè neque negatiuè: ſed ſolum concludit in 1. Ethic. q̃ ex his quæ accidunt parentibus & amicis viuentibus non mutatur ſtatus defuncti in ſeipſo, ita quòd ex felici fiat miſer aut econtrario. Et de hoc vide in Epito. noſtris in 1. Ethic. Tract. 3. c. 3.

Quidã verò Peripatetici, qui miſcuerunt Philoſophiam moralẽ cũ lege, inter quos præcipuus eſt Auicenna, conati ſunt loqui de felicitate animæ ſeparatæ & de eius oppoſito, in quo conſiſtat. Hîc igitur inueſtigandũ eſt quid de animæ infelicitate, & in quo conſiſtat ſenſerit Auicenna. Tu igitur aduerte, q̃ Auicenna in lib. 9. ſuę Meta. c. 7. tria de infelicitate poſt mortẽ dicit. Primo q̃ anima mala punitur pœna forti & dolore ac triſtitia æterna. Secundò quòd hæc proueniunt ei ex amiſsione boni quod naturaliter deſiderauerat. Tertiò quod hanc pœnam ſentit eò quòd eſt expoliata corpore, & ab eo quaſi à paralyſi liberata.

Quãtũ ad primũ inquit Auic. vbi ſuprà, Anima verò mala cùm exuta fuerit à corpore punietur pœna forti propter amiſsionem corporis & iudicis corporis fraudulenta acquiſitione, eius quod deſiderat. Inſtrumentũ enim eius iam deſtructum eſt, ſed mores qui fuerant ex affectiõe corporis adhuc permanent.

Quãtũ ad ſecundũ dicitur. Auic. vbi ſuprà. Sed poſtquã ſeparati fuerimus à corpore, ſi anima noſtra dum fuit in corpore animaduerit ſuam perfectionẽ ſibi amabilem, id eſt, ſuam felicitatem & in quo conſiſtat: quam non eſt adepta cum ipſa naturaliter tenderet ad eam, intelligit quod erat in affectu. Sed ſua occupatio cum corpore, ſicut diximus, faciebat eam obliuiſci ſuiipſius, & eius quod amare debet, ſicut infirmus qui obliuiſcitur eius quod opus eſt reſtaurare pro eo quod reſoluitur de eo, & obliuiſcitur delectari in dulci & concupiſcere. Et inclinatur ad concupiſcendum quæ ſunt verè abominabilia, & tũc accidũt animæ, ſcilicet ſeparatæ dolor & triſtitia propter amiſsionẽ eius. Igitur illud eſt infelicitas & labor. Quantũ ad tertiũ aduerte ad mentẽ Auicẽnæ q̃ homo deſiderans felicitatem dum viuit in hac vita: quæ conſiſtit in acquiſitione ſpeculationis entium diuinorũ & in ſpirituali delectatione cõſequente illam, & tamen nõ conatur intendere illi, nec eã acquirere, ſed intendit curæ & affectibus corporis, eſt ſicut ille qui deſiderans guſtare dulce, & ſentire delectabilia incidit in paralyſim: propter quam impeditur guſtare dulce, & ſentire delectabile etiã q̃ deſiderentur, & appropinquentur guſtui, & ſenſui. Si verò remota fuerit paralyſis, tunc excitatur deſiderium guſtandi dulce: quo ſi priuatus fuerit, dolet & triſtatur de amiſsione & priuatione illius. Sic in propoſito anima deſiderans guſtare ſummũ bonũ: ſi deflectit affectum ſuũ ad corp⁹, & ad ea q̃ ſunt corporis, talis deflexio eſt ſibi paralyſis, ita quòd dum anima intendit ſoli corpori, non allicitur ad cõſecutionẽ ſummi boni, nec de eo curat. Cùm verò liberata fuerit à cura corporis per mortem tanquã à paralyſi, tunc innouat in ſeipſam deſiderium boni, & quoniam aduertit ſe illud amiſiſſe propter curam corporis, nec amplius habet viã acquirendi illud, quoniam caret corpore vt inſtrumento ſibi dato ad acquirendum ſummum bonũ, tunc ſentit dolorẽ & triſtitiã æternã propter amiſsionem illius. Et hęc eſt animæ ſeparatæ infelicitas ſecundum Auic. Vnde inquit vbi ſuprà, Subſtantiam animę corpus occupat, & reddit ſtultam. & facit eã obliuiſci ſui deſiderij proprij, & inquirendi perfectionem quę ſibi competit. Non q̃ anima ſit impreſſa corpori, vel ſubmerſa in eo, ſed q̃ligatio eſt inter illa duo, quæ eſt deſiderium naturale gubernandi illud, & agitandi affectiones eius, & quicquid ſupernenerit ei ex accidentibus corporis, & habitibus qui imprimuntur in anima quorum principium eſt corpus. Poſtquam autem ſeparata fuerit remanet in ea habitus adeptus ex coniunctione cum illo, & eſt penè ſimilis diſpoſitioni ſuæ in eo, quę quantò plus minuitur tanto plus remouetur obliuio motus deſiderij ſuę perfe

perfectionis,quia per hoc quod de illo remanet cum illa eſt interpoſitio ne cõiungatur purè loco ſuæ felicitatis.Et ex his motibus perturbatiuis hîc magnificatur eius dolor. & infrà,Animæ verò malæ vident pœnam quam imaginauerant in hoc mundo,& affliguntur ea:forma enim imaginata non eſt debilior ſenſibili,ſed eſt maior impreſſione, & claritate ſicut videmus in ſomnis, &c. animæ verò ſanctæ longè ſunt ab huiuſmodi diſpoſitionibus:quia coniunguntur ſuæ perfectioni per ſe,& immerguntur in delectationẽ veriſſimã,& liberantur à ſeruitute in qua erãt, omnimoda liberatione. Hæc fuit Auicennæ ſententia de infelicitate animæ ſeparatæ:potius ab eo imaginata quam ratione firmata,& adeò obſcurè ac inuolutè procedit,vt nec ſeipſum intelligere videatur.Ideo relinquendus eſt vt loquens magis quàm ſciens in hoc toto ſuo progreſſu.

Quantùm ad ſecundum ſcilicet,quid ſentiant Academici de infelicitate animæ ſeparatæ aduerte,quòd de horum ſententia,quæ eſt Platonis in Gorgia,iam locuti ſumus in Philoſophia morali Platonica in Trac.7.cap.2.vbi declaratur quòd anima damnatur ex eo,q̃ peccatorũ ſuorum inſanabilium dat pœnas æternas:diuerſas quidem pro diuerſitate,& immanitate criminum,quas deſcribit corporales in lib.vlti.de Repub.ita q̃ non aliam infelicitatem attribuit animę malæ poſt hanc vitam niſi pœnam ſenſus,quem omnes Poëtæ qui de inferno ſcripſerunt imitantur, vt Homerus Virgilius,Ouidius,Statius Claudianus,Tibullus, & Dãtes.Ex quibus conſtat quòd Auicenna infelicitatem animę in ſola pœna damni repoſuit.Plato autem in ſola pœna ſenſus cuius ſententiam vide ad plenum in Philoſophia noſtra morali Platonica Tra.7.c.2.ne hîc fiat inutilis repetitio:verùm quia Plato in his magis fabulosè quàm ratione procedit,ideo ſicut Auicenna ab animo fideli relinquendus eſt neque enim indoctas,& vanas fabulas Chriſtianum ſequi decet:ſed quæ à ſacra Scriptura ſacriſque Theologis traduntur.

Dãnatorum duplex pœna.

Quantũ ad tertiũ aduerte q̃ oẽs ſacri Theologi in hoc conueniunt q̃ infelicitas animæ malę in duplici pœna conſiſtit,ſcilicet damni,& ſenſus.Pœna damni eſt illa quã ſomniauit Auicenna,ſed explicare in ſpecie neſciuit : Theo.aũt dicit q̃ eſt carentia inuoluntaria, & nolita ſummi boni apti ineſſe,& quod debet ineſſe,ſed ex culpa non ineſt.

Primò dicitur quòd eſt carentia inuoluntaria, & nolita: aliter non eſſet pœna,& triſtitia:nam qui vult aliquo bono carere non triſtatur ſicut qui vult carere honore, & regimine Reipub. vt ſibiipſi viuat:non triſtatur nec eſt illi pœna ſed ſolatium

Secundò dicitur Summi boni apti ineſſe:quoniã ſicut felicitas conſiſtit in adeptione,& libera ac quieta poſſeſſione ſummi boni:quæ eſt clara diuinæ eſſentiæ viſio,ſic infelicitas conſiſtit in ſuo oppoſito : oppoſitorum enim oppoſitæ ſunt conditiones.

Tertiò dicitur,Apti ineſſe,qm̃ Deus creaturã rationalẽ adhoc creauit,& ſuam ſimilitudinem ei impreſſit , vt ſummũ bonũ conſequeretur,poſſideret,& frueretur:ſicut fecit oculum,vt videret,aurem,vt audiret,&c.

Quartò dicitur,Et quod debet ineſſe.Nam ideo homo & præcipuè Chriſtianus accepit à Deo principia bene operãdi,& legem,& ſacramenta,& doctrinam Euangelicam,vt bene ac virtuosè viueret,pro meritiſque ſumeret æternam mercedem:quoniam igitur anima mala debuit ſummum bonum ex mediis diuinitus ſibi datis acquirere, & non acquiſiuit:dicitur & quod debet ineſſe.Ac ſi dicatur quoniam ad hoc vt ad vltimum finem creauit Deus animam ad ſui imaginem.

Quintò dicitur,ex culpa non ineſt:ſolũ enim peccatum priuat hominem gratia,ſine qua nullus beatificatur. Patet igitur quid ſit pœna dãni,& dicitur communiter priuatio viſionis diuinæ,eſſentiæ,& eſt eſſentialiter infelicitas, ſicut viſio eſt ipſa felicitas primo & eſſentialiter,vt docuimus ſuprà.Et ſicut ad viſionem ſequitur in voluntate ſumma delectatio,quæ dicitur fruitio,ſic ad priuationem eius ſequitur maxima triſtitia & dolor , quoniam intelligens anima mala ſeparata à corpore quali & quanto bono ſe priuauit propter coporis affectus in ſupremã caditam aritudinem.Et hoc eſt quod voluit dicere Auicenna.

Et hæ pœnæ erit maior quacunque alia.Vñ Chryſoſtom⁹ ſuper Matth.Homilia 33.inquit,Multi gehennã abhorrent: ego autem caſum illius glorię multò maiorẽ gehennæ pœna animo. Decem millia quis ponat gehennas, nihil tale dicet quale eſt à beata gloria excidere.

Hęc igitur erit maxima pœna,quã donec ſumus in corpore imaginari,nec intelligere poſſumus. Nam ſicut oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit quæ parauit Deus in præmium diligentibus ſe : ſic nec quæ præparauit in damnationem odientibus ſe.

Et aduerte,q̃ nõ ſolũ erit triſtitia in voluntate damnati de carentia diuinæ viſionis,ſed & aliæ quatuor ſibi adiunctæ ſunt,ſcilicet triſtitia de ipſa pœna,& triſtitia de culpa non vt eſt offenſiua Dei,ſed vt eſt cauſa pœnæ, & triſtitia de igne continente perpetuò.& triſtitia de igne retinente intellectũ dãnati in perpetua cõſideratione ſua,& opponitur quatuor gaudiis animæ beatæ.Gaudet enim de diuina viſione & eius fruitione.Gaudet de bonis operibus meritoriis,quibus ad viſionem & fruitionem diuinã peruenit. Gaudet de loco cæleſti in quo beatificatur. Gaudet quòd perpetuo detinetur eius intellectus & voluntas in diuina ſpeculatione & fruitione, & ſic patet quòd quæcunque cedunt animæ beatæ in lętitiam,erunt damnatæ in triſtitiã & afflictionem.

Pœna ſenſus quintuplex eſt.

Pœna autem ſenſus ſecundũ ſacram Scripturã quintuplex aſſignatur, ſcilicet ignis, & vermis & fletus,& ſtridor dentium , & tenebrę exteriores, quæ patent ſingulæ in Euangeliis:quas cum aliquibus adiunctis enumerat beatus Greg.ſuper illud Matth.c.9.Eiicientur in tenebras exteriores,vt illic dentes ſtrideant,qui hîc de edacitate gaudebant:nam fletus de ardore:ſtridor ſolet de frigore excitari. In inferno enim erit frigus intollerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intollerabilis , tenebræ palpabiles,flagella cedentium,horrida viſio dæmonũ cõfuſio peccatorum, deſperatio omnium bonorum. Erit enim miſeris mors ſine morte, defectus ſine defectu quia mors ibi ſemper incipit,& deficere neſcit.

Et aduerte , quòd hæ quidẽ pœnæ reſpectu animæ malæ ante reunionem animæ cum corpore,alio modo intelligendæ ſunt quam poſtquàm reſumpſerit corpus.Nam ante vnionem erunt pœnæ ſpirituales : quoniam cùm anima ſit incorporea non poteſt pati corporaliter ſed modo ſuo id eſt immaterialiter. Vnde patietur ab igne inquantũ detinetur & alligatur illi (quaſi incarcerata. Sicut & malus ſpiritus detinetur in loco vili,putà in corpore porci contra voluntatem ſuam:ideo cruciatur quia vellet recedere & non poteſt.Præterea,cruciatur anima mala ab igne quoniam intellectu continuè apprehendit eum vt carcerem ſibi deputatũ ante & poſt iudiciũ,ſicut & angelis malis præparatus eſt.Vnde ſicut quis damnatus ad carcerẽ perpetuũ vel ad mortem: ſemper triſtatur, qm̃ ſemper imaginatur carcerẽ vel mortẽ,ſic & anima mala dãnata ad ignẽ detinentẽ ipſam contra voluntatẽ ſuã.De verme conſtat q̃ intelligendũ eſt ſpiritualiter, quoniã nec ante nec poſt iudiciũ poteſt eſſe nec viuere vermis in igne perpetuo. Et poſito q̃ poſſet diuina virtute illic ſeruari,non eſt ſufficiens actiuũ in animã quæ eſt merus ſpiritus: ideo Theologi exponunt vermẽ pro remorſu conſcientiæ,qui ſurgit in anima ex putredine peccati,& affligit eam inquietando , ſicut vermis ortus ex putredine corporis affligit ipſum pungẽdo.De fletu, & ſtridore dentium conſtat q̃ ſunt paſſiones corporis,ideo de anima non verificãtur niſi metaphoricè, ſicut etiam fletus attribuitur Angelis.Vnde Iſaiæ ca.33.Angeli pacis amarè flebunt,id eſt maximè triſtabuntur , ſic & animæ dãnatę.Similiter ſtridor dentiũ inquãtũ ſignat maximã iram, & indignationem erit in anima mala ſicut etiã attribuitur Deo ad deſignandum diuinum furorem cõtra peccatores.Vnde dicitur Amos ca.2.Ecce ego ſtridebo ſuper vos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtũ fœno.De tenebris autem exterioribus dicendum eſt ſicut de igne. Sumuntur enim pro loco tenebroſo cui alligatur anima mala,ſicut & ſpiritus malus :& dicitur Tartarus de quo loquemur infrà.

Poſt iudiciũ aũt reaſsũpto corpore pœnæ prædictæ erũt corporales præter vermẽ.Nã ceſſante motu cęli nulla penitus erit generatio vermium, neque aliorum , ſed tantùm remanebunt elementa depurata , & humana corpora, quæ reparabuntur incorrupta tam bonorũ ad perpetuam gloriam ,quàm malorum ad æternum ſupplicium. Vermis igitur erit ſicut iam diximus conſcientiæ remorſus, & pœnitentia de peccato:non quòd Deum offenderint ſed quòd propter peccatum ad talem pœnã damnati ſunt, & de hac pœnitentia intelligitur illud Sapient.c.5.Gementes,ſcilicet peccatores damnati præ anguſtia ſpiritus,dicentes intra ſe pœnitentiam agentes,Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum,&c.

Ignis quomodo vrat dãnatos.

Ab igne verò corporaliter cruciabuntur non per alterationem, siue calefactionem aut adustionem physicam, qua transmutetur corpus secundum substantiã: aliter nõ resurgerent incorruptibiles, nec durarent in pœnis in æternum. Cruciabuntur tamen immutatione intentionali afflictiua. Pro cuius notitia aduerte quòd sicut improportionatum visibile: aut acceptum sub imaginatione, abominabili, vt qñ video deformem, aut immundum, aut horridum affligit videntem licet in visu per se non adsit nisi immutatio spiritualis: sic damnati ex solo contactu intentionali ignis Inferni affligentur corporaliter. Et si essent capaces transmutationis substantialis, & alteratiuæ arescerent, & tabescerent: sicut in præsenti vita experimur corpora nostra infirmari, & attenuari ex apprehensione tristi, & contristatiua. Fletus autem pro resolutione lachrymarum non erit in damnato, qm̃ non potest esse absq; alteratione naturali: sumptus autẽ pro perturbatione capitis, & oculorum erit in eis, sicut & constrictio, & anxietas cordis: iuxta illud Dauid in Psal. anxiatus est super me spirit⁹ meus, in me turbatũ est cor meũ. Stridor dentium erit corporalis vt prouenit ex ira iuxta illud Dauid in Psal. Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet, &c. Tenebræ exteriores cruciabunt corporaliter: sicut visibile disconueniens. Nam sicut lux lætificat: sic tenebra tristitiã inducit. Vnde Tobias cæcus existebat in continuo mœrore propter tenebras. Et ideo Angelo salutanti, & dicenti, Gaudium sit tibi semper: respondit, Quale gaudiũ est mihi qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Præterea, Si tenebræ tristitiam non inducerent propter quid dicitur Lucæ c. 1. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent? Constat ergo qũo prędictę pœnæ sensus post resurrectionẽ erunt corporales, & quæ sit animę separatæ malæ miseria, & infelicitas. Hæc de præsenti cap. dicta sufficiant.

CAPVT II.

De corporum damnatorum infelicitate post iudicium.

IN secundo c. inuestigandũ est in quo consistat infelicitas corporis dãnatorũ post iudiciũ. Tu igitur aduerte ꝙ quæcunque, vt diximus in Tract. præcedenti c. 3. beatificant, & perficiunt corpus Beati: eorũ opposita concurrent ad miseriã corporis dãnati. Diximus aũt quatuor dotes gloriæ futuras in corpore Beati, & quatuor oppositæ erunt in corpore dãnati, quoniã corpus Beati futurũ est impassibile: corpus aũt dãnati passibile. Corpus Beati futurum est subtile, hoc autẽ crassum: illud agile, hoc ponderosum: illud clarũ, hoc tenebrosum, & fuscum, & aspectu horrendum.

Deinde diximus, omnes animæ vires sensitiuas exteriores, & interiores futuras in actu, similiter appetitiuas, motiuas, intellectiuas, quarum operationes erunt in gaudium, & lætitiam Beatorum. In damnatis autem aliquæ non erunt in actu, & quæ futurę sunt in actu cedent in tristitiã, & afflictionem eorum.

Dãnatorũ corpus passibile resurget.

Vt aũt scias sic futurũ, in specie agendũ est de singulis. Primò corpus dãnati resurget passibile: pro cuius notitia aduerte quòd in tribus cõueniet cum corpore Beati nõ ad gloriam, sed ad pœnam. primò resurget incorruptibile, & immortale sicut & corpus Beati: aliter non cruciarẽtur dãnati igne æterno si corrũpi possent, & consumi ab igne, vel alio sibi contrario. Et confirmatur in Apoc. c. 9. Et cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij cùm percutit hominem. Quærent mortem, & non inuenient eam. Desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et cap. 21. Mors non erit amplius. Secundò resurget inalterabile alteratione physica, quæ est cũ abiectione vnius qualitatis realis: & receptione oppositæ quò ad esse reale, & non solùm intentionale, sicut est calefactio, & frigefactio, humectatio: & exiccatio nam alteratio physica via est ad corruptionẽ, vt docuimus in 5. Physic. Vnde bene sequitur ꝙ si corpus dãnati resurget incorruptibile, resurget etiam inalterabile, sicut & corpus Beati. Tertiò resurget passibile passione & immutatione intẽtionali quę stat cum incorruptione: nã sicut corpus beati quo ad visum immutatur à colore ex eo quòd recipit speciem coloris: sic & oculus damnati immutabitur, aliter non viderent se inuicem in pœnis: nec eos contristarent tenebræ exteriores: sicut cæcus non magis tristatur in die quàm in nocte: quoniam nunquam potest videre existens cęcus. Sed dicit B. Gre. in lib. 9 Moralium capi. 49. Qua in re colligitur, quòd eos quos inordinatè nunc reprobi diligunt, miro iudicij ordine secum tunc in tormentis videbunt. Immutabuntur ergo eorum oculi intentionaliter, & idem intellige de organis aliorum sen suum, vt declarabimus infrà: ex consequenti erunt passibiles passione intentionali, sicut & Beati vt docuimus in Trac. præcedenti, capite 3. Constat ergo quòd in his tribus conueniunt corpus Beati, & corpus damnati. In vno verò disconueniunt, scilicet quod corpus Beati patitur, & immutatur spiritualiter siue intentionaliter passione perfectiua. Quicquid enim videt, & sentiunt, cedit eis in gaudium & perfectionem felicitatis suæ. Corpus autẽ damnati patitur, & immutatur intẽtionaliter passione contristatiua, & vt ita dicam deterioratiua. Vnde Beatus dum immutatur intentionaliter, est sicut ille, qui conualescit, de quo non est verum diceretur proprie loquendo quòd patitur, sed quòd perficitur. Damnatus autẽ dum intentionaliter immutatur est sicut ille qui cadit in ægritudinẽ de quo propriè verũ est dicere, ꝙ patietur, eò quòd recipit qualitatem non perfectiuam, sed deterioratiuam. Hac de causa dicitur corpus Beati propriè impassibile tam passione reali alteratiua: quàm passione intentionali contristatiua. Corpus verò damnati dicitur propriè passibile passione intentionali contristatiua licet non reali alteratiua. Et ideo ad designandam huiusmodi differentiam dicit Pau. 1. ad Cor. ca. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: & aduerte quòd cum dicit, Et mortui resurgent incorrupti, intendit de bonis, & malis. Et cùm dicit, Et nos immutabimur: intendit tantùm de bonis: & per Immutari intendit in melius quod est perfici, & vt sic fieri impassibiles modo suprà expositio. In quo sensu damnati non immutabuntur, sed mutabuntur in deterius ideo fient passibiles passione intentionali contristatiua.

Damnatorũ corpora non subtilia, sed crassa resurgent.

Secundò corpus damnati resurget nõ cum dote subtilitatis, sed in sua naturali crassitudine, neque enim poterit aliud corpus solidum penetrare: neque cum eo in eodem loco esse. Virtus enim penetratiua non inest corpori humano ex sui natura sed ex gloria animæ: vt docuimus suprà. Cùm igitur anima damnati careat gloria, non reddet corpus sibi vnitum penetratiuum alterius, sed remanebit in sua crassitudine, & grossitie, & deterius quam fuerit dũ hic viueret. Sicut eñ oĩa naturalia in Beatis mutabũtur in melius, sic in damnatis mutabuntur in peius.

Tertiò resurget ponderosum, & iners: neque enim anima damnati plenum obtinebit dominium super corpus, ita vt possit illud reddere agile, & expeditum ad motum. Vnde sicut anima mala non fuit subdita, & obediens Deo: sic nec corpus subiicietur animæ ad voluntatem suã. Diximus enim corpus Beati futurum agile, quoniã sicut anima beata totaliter subditur Deo, sic & corpus animæ: ita quòd vbi voluerit spiritus, ibi continuò erit corpus, hæc autem ratio cessat in peccatore damnato, ergo, &c.

Damnatorum corpora resurget of pectu horrẽda.

Quarto fuscum est obscurum, & horrendum visu: quoniam sicut anima bona ex gloria sua facit corpus suũ gloriosum, & clarum: sic anima mala ex cæcitate, & fœditate culpæ, ac deformitate faciet corpus suum tenebrosum, & deforme: ita vt visui præbeat horrorem. Et tunc implebitur illud Ieremiæ in Trenis, Denigrata est super carbones facies eorum. Et id quidem rationi consonat: quoniam bonum, & malum corporis ab anima ipsa dependet: vt à radice. Vnde anima beata beatum & ex omni parte perfectum reddit corpus. Damnata verò miserum, & ex omni parte imperfectum, atque deficiens. Constat igitur quòd in corpore damnati erunt quatuor oppositа quatuor dotibus corporum beatorum.

Quantùm ad sensus exteriores dico quòd omnes erunt in actu in damnatis post iudicium. Et immutabuntur ab obiectis intentionaliter, nõ quidem delectabilibus, sed contristatiuis. Videbunt quidem ignem, in quo incarcerandi sunt, & reliquos sibi socios in pœnis. Videbunt Beatos in loco suo. Dicitur enim Lucæ cap. 16. quòd dives sepultus in inferno leuans oculos vidit Lazarum in sinu Abrahæ, id est in requie sua. Audient mutuas querelas, & blasphemias contra Deum, & progenitores suos, & contra eos, quorum causa, & occasione peccauerũt: & ex peccato dãnati sunt. Odorabunt non suaues odores, sed fœtores. Nam secundum Diuum Basilium post vltimam mundi innouationem, & purificationem in qua fiet cælum nouum, & terra noua Apoca. ca. 21. quicquid est fœtulentum, & ignobile proiicietur in infernum ad pœnam damnatorum: vt eis ex omni

parte

parte accreſcat triſtitia. Et ideo dicit B. Greg. ſuper illud Matt.c.9.Erit fletus & ſtridor dentium:q; in inferno erit fœtor intollerabilis. Tangent intenſiſsimum calidum qui eſt ignis inferni, & intenſiſsimum frigidum quæ eſt nix: vt dicitur Iob c.25.Ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuiũ. Hæc enim immutabunt intentionaliter tactũ dãnati,vt maximè improportionata,& contriſtatiua. Sicut enim delectatur tactus in obiecto medio modo ſe habente, ita triſtatur in extremis. Beati igitur ſicut delectabuntur proportionatis mediis in tactu, ſic damnati triſtabuntur extremis. Guſtus erit in actu non ad nutritionem ſicut nec in Beatis cum reſurgãt omnes & boni,& mali incorruptibiles:ſed ad maximam afflictionem,& abominationem.Nam ſicut diximus in Tract.præcedenti c.3.quòd ſecundum quoſdam corpora beatorum reſurgent cum quadam humiditate reſperſa ſup linguam retinente in ſe ex diuina virtute ſpeciem omnis ſuauiſsimi ſaporis:qua videbitur Beato ſe omnem ſaporem guſtare ad ſolatium & perfectionem guſtus,ſic damnati reſurgent cum humiditate reſperſa ſuper linguam retinente ſpeciẽ omnis cõtriſtatiui,& abominalis ſaporis, vt impleatur illud,Omnem eſcam abominata eſt anima eorum.

Quantum ad ſenſus interiores omnes erunt in actu ad eorum afflictionẽ.Senſus quidẽ cõmunis erit in actu, quoniã ſine ipſo nõ cõpletur actio ſenſus exterioris, vt docuimus in Trac.præcedenti cap.3.Ergo neceſſariò ſequitur q; ſi ſenſus exterior erit in actu etiam ſenſus cõmunis erit in actu.Imaginatiua, & cogitatiua, & memoria erunt in actu: quoniam vt docuimus in eodem Tra.& eodẽ.c.oés concurrunt ad actum memorandi,qui actus erit in dãnatis ad maximã ſui afflictionem.Recordabuntur enim præteritæ vitę, & eorum quæ hic reliquerũt. Vnde Diues ſepultus in inferno recordabatur quinq; fratrũ ſuorũ,& dixit ei Abrahã, Recordare fili,quia recipiſti bona in vita tua. Quòd autem huiuſmodi memoratio cedat eis in afflictionem patet Sapientiæ c.5.vbi ſic lamentantur impij in inferno,Errauimus à via veritatis,& iuſtitiæ lumen non eſt ortum nobis,& ambulauimus vias difficiles: viam autẽ Domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia,aut diuitiarum iactantia quid profuit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, &c.

Quantũ ad appetitum ſenſitiuum erit in actu modo oppoſito quo erit in Beatis.Diximus enim in Tract.præcedenti c.3. q; erit in actu ſecundum paſsiones regulatiſsimas,& ſecundum voluntatem deiformen, &c.In dãnatis autẽ erit in actu ſecundum paſsiones irregulatiſsimas & volũtatem repugnantem diuinæ voluntati. Dicit enim Pſal. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Illic erunt actu paſſiones illæ,quæ verſantur circa malũ,vt odium, triſtitia, timor,deſperatio,ira,&c.De odio quidẽ patet ex Pſal. iam allegato,Superbia eorum qui te oderunt,&c.De triſtitia quæ & anguſtia dicitur,& de timore,habemus Sapientiæ cap.5. Videntes,ſ.damnati bonorũ & iuſtorum gloriam, turbabũtur timore horribili,& mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis,gementes præ anguſtia ſpiritus,dicentes,Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum,&c. De deſperatione habemus Iere.c.18.vbi ſic legimus,Qui,ſ.mali dixerunt Deſperauimus,poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.De ira in Pſal. Peccator videbit & iraſcetur,dentibus ſuis fremet,& tabeſcet,&c.Conſtat igitur,quomodo paſsiones appetitus ſenſitiui in damnatis,quæ reſpiciunt malum,poſt reaſſumptum corpus erunt in actu.

Quantum ad potentiã motiuam de loco ad locũ tenẽdũ eſt q; non erit in actu niſi tranſitus ille intenſiſsimo calore ignis ad intolerabile frigus niuium,cùm ſit corporalis:nam Matth.c.22.dicitur, Ligatis manibus & pedibus mittite eũ in tenebras exteriores,& Apo.c.20.dicitur quòd diabolus, qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris: vbi beſtia, id eſt, Antichriſtus & pſeudo prophetæ cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.Et dicitur capit.21. quòd timidis,ſcilicet timore mũdano & incredulis & execratis & homicidis & fornicatoribus & veneficis & idololatris & omnibus mendacibus, id eſt falſariis pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Cùm igitur in ſtagno ignis vt in carcere perpetuo recludendi ac demergendi ſint:non exhibunt, ſed veluti lapides in profundo immobiles erunt, & tunc implebitur illud Exodi cap.15.Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Sunt qui dicunt tantam fore damnatorũ multitudinem poſt iudicium, q; totum infernum adeò replebunt q; ex cõmaſſatione & compreſsione corporum non poterunt ſibi inuicem localiter cedere:ex conſequenti nec ad aliquã loci differentiã ſe mouere. Verùm quia opinio hæc fundamentum non habet ex Scriptura ſacra,ideo tranſeat.

Quantum ad potentiam intellectiuam & volũtatem,illæ vtique erunt in actu ad pœnam & eorum afflictionem:Nam ſicut Beatis nihil deeſt, quod ſuæ beatitudini perficiendę conueniat vt docuimus in Trac.p̃cedenti,ſic nihil damnatis deficiet ad complendam eorum miſeriam,licet autem intelligentia ex ſui natura ſit appetibilis & deſiderabilis,qm̃ p̃prium eſt naturæ intellectualis appetere ſcire,tñ p accidẽs poteſt eſſe contriſtatiua,putà ex parte cognoſcibilium quæ ex natura ſua ſunt contriſtatiua, vt eſt cõſideratio egeſtatis & exilij & tormenti corporalis & mortis, & præcipuè qñ dubitatur ne eueniant,& ex parte cõſiderationis rerum vilium:putà qñ intellectus Philoſophi aptus ſpeculari alta & nobilia,cogitur ad occupandum ſe circa vilia,relicta ſpeculatione rerum nobiliũ,ſic & damnati multipliciter triſtabũtur dum per intellectum conſiderabunt mala perpetrata,p̃pter quę damnati ſunt,& bona corporis vt voluptates & alia:quæ per mortem amiſerunt videntes ſe extra bonum, & inuolutos in maximis miſerijs.Triſtabuntur inſuper conſiderantes notitiam habitam in prę̃ſenti vita deſpeculabilibus quam parua ſit ac penè nulla in comparatione ad illam pfectiſſimam quam Sancti aſſecuti ſunt, & ipſi illam perdiderunt. Similiter voluntas ſemper erit in actu malo, vt odiet Deum iudicem & vltorem.Deſiderabit mortem & nõ eſſe, & deſinere non poterunt dãnati.Nollent aliquem fore Beatum dolent de omni bono qm̃ ipſi priuati ſunt.Beati autem gaudent omni bono,qm̃ beatificãtur eo in quo eſt omne bonum. Vñ licet ſingulorum pœna augeatur ex multitudine damnatorum;tñ tantum excreſcet eorum zelus & odium,q; magis eligent per amplius torqueri cum multis quam min9 cum paucis:ex conſequẽti vellent omnes damnari,vt ſocios haberẽt in pœnis.Nec obſtat q; diues in inferno nolebat fratres ſuos damnari:hoc enim nolebat abſolutè ſed in reſpectu.Videns enim fratres ſuos damnandos,ſi eum imitarẽtur & aliquos ſibi non attinentes ſaluandos:licet vellet omnes damnari,potius tamen non attinentes quam fratres ſuos,iõ rogabat patrem Abraham,vt ad eos mitteret Lazarum, ne & ipſi venirent in locum tormentorum.Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

De Locis infelicium damnatorum.

IN 3.c.inueſtigandum eſt in quo vel quibus locis puniãtur infelices ante & poſt iudicium,& hic tria agẽda ſunt.Primò quid in hoc fabulati & imaginati fuerint Philoſophi,vt homines à criminib.reuocarent,quos & Poëtę ſcribẽtes de pœnis malorum & præmijs bonorum imitati ſunt.Secundò quid de hoc habeamus clarum & non clarum vel indeterminatum in Scriptura ſacra. Tertiò quid de hoc communiter ſentiant ſacri Theologi.

Quantum ad primum aduerte q; duo Philoſophorũ genera de hoc locuti ſunt,ſ.Pythagorici & Academici. De Pythagoricis dicit Ariſt.in lib.3.Cœli,q; ponebãt ſphęrã ignis æternam in medio mundi,id eſt in centro circũuelatã vndique à ſphæra terræ,vt eſſet carcer Iouis ad punitionẽ malorum.Oportet em̃ carceres eſſe tutiſſimos,aut pergroſſiſsimos ac ſolidiſsimos parietes, aut per p̃funditatem loci ſicut putei & ciſternę,ne incarcerati exitum inueniant. Hac de cã dicunt Pythagorici Iouem poſuiſſe damnatorum locum ignem in medio mundi.Hæc poſitio quantũ conueniat cum Chriſtiana lege dicemus infra.

De Academicis locuti ſumus in Philoſophia morali Platonica,in Trac.7.ca.2.vbi Plato in Phędone aſsignans loca pœnarum apud Inferos diſtinguit inter malos ſanabiles & malos inſanabiles.Primis quidẽ aſsignat paludem Acheruſiam,ſecundis autem tartarum in quo ſempiterno tempore cruciabuntur.Vide tu illic,& inuenies q; paludem Acheruſiam aſsignat p̃ loco purgatorio, & tartarum pro vero Inferno in quo demerguntur ſceleſtiſsimi,vt parricidæ & patriæ p̃ditores,& dicemus infra quantùm conueniat cũ Chriſtiana religione.Platoni concordant Eſiodus,Horphęus,Homerus,Virgilius,Ouidius,Statius, Claudianus, qui omnes de Inferis decantarunt.Verùm non eſt officium ſacri ac diuini Theologi,quirationi & ſacræ Scripturæ inniti debet, in his poëticis, atque fabuloſis immorari. Quòd ſi in aliquibus cum ſacris Eloquiis conueniunt, per accidens eſt.

Quantùm ad ſecundum aduerte quòd in Scriptura ſacra

non habemus nisi hæc nomina pœnarum, scilicet, Infernum & tartarum. Sinus autem Abrahæ non ponitur pro loco pœnarum, sed quietis & præmij. Dicitur enim Lucæ 16. de Lazaro existente in sinu Abrahę, Nunc verò hic consolatur, tu verò cruciaris. De tartaro constat quòd absque vlla distinctione accipitur pro loco maximi & æterni cruciatus in quo cruciandi sunt dæmones & impij, & id constat 2. Petri cap. 2. Vbi loquens de impiis & pseudo prophetis & comparans eos angelis damnatis inquit, Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus Inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos iniudicium reseruari. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos. De inferno autem frequentissimè nominato, in diuina Scriptura, ad quem omnes mortui siue boni siue mali ante mundi redemptionem dicti sunt descendere distinguendum est: aliter Deus iniustus appareret, si ad infernum eodem modo sumptum tam boni quàm mali descenderent. Dixit enim Iacob audita perditione Ioseph, Gene. capit. 44. Descendam lugens filium meum ad Infernum. Dicitur Iob capit. 17. In profundum inferni descendet anima mea. Dicitur Lucæ. capit. 16. quòd dives sepultus est in inferno. Dicitur de Christo in Psalm. Quoniam non dereliquisti animam meam in inferno: & in Actis Apostolorum capit. 2. Quem, scilicet Christum Deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dicit Dauid de seipso in Psal. Deus eruet animam meam de manu inferni cum susceperit me. Dicitur Osee cap. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors. Morsus tuus ero inferne. Vt igitur scias in quo sensu infernus secundum sacram Scripturam sit locus damnatorum, de quibus nulla speratur redemptio aduerte q̃ potest cõsiderari dupliciter: primò quantũ ad illud à quo nomen imponitur. Secundò quantum ad illud cui nomen imponitur.

Iuxta primum aduerte, q̃ Infernus, & Inferus dicitur ab Infrà cui opponitur Suprà, & in hoc sensu omni locus inferior altero per respectum ad illum potest dici Infernus, & Inferus. Vnde sphæra aëris dici põt infernus respectu sphæræ ignis. Et vltima regio aëris vicina terræ dicitur infernus respectu primæ, & secundæ regionis. De his autem aëris regionibus, locuti sumus in 1. lib. Meteororum. Et profundum maris dicitur infernus respectu aëris & superficiei aquæ. Et omnia loco sub terra dicuntur infernus respectiuè. Iuxta secundum, id est quantum ad id cui nomen imponitur aduerte, q̃ non dicitur nisi de loco quo non est alius inferior, & hic est locus infimus circa centrum terrę. Sicut nec dicitur absolutè locus supernus nisi locus altissimus, & remotissimus à centro mundi. Et hoc est vltimum cælum in ascendendo: quod secundum Arist. est octaua sphęra, secundum Theologum est decimum cælum, quod dicitur Empyreum.

Stante hac distinctione aduerte q̃ sacra Scriptura indistinctè quantum ad id à quo nomen imponitur omnem locum pœnarum appellat infernum. Et primo regionem hanc inferiorem aëris, in qua dæmones mali licet non omnes habitant ad exercitium nostrum, vsque in diem iudicij. Petrus in 2. Epist. c. 2. appellat infernum respectu cæli. Vnde Glossa super illud dictum Petr. inquit, Quantus hunc aërem inferiorem quasi carcerem acceperint, qui quantùm ad cælum infernus dicitur: tamen adhuc restat pœna vltimi iudicij, quia paratus est ignis Diabolo, & Angeli eius.

De purgatorio. Secundo locum Purgatorium appellat infernum de quo intelligitur illud Dauid in Psal. Deus eruet animam meam de manu inferni cùm susceperit me. Et illud Isaiæ ca. 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum, Vadam ad portas inferi. Et sunt verba Ezechiæ regis.

Tertio locum sanctorum Patrum: qui etiam creditur locus puerorũ decedentium cum originali, vt dicemus infrà: quem dicimus lymbum, appellat infernum. Et de hoc intelligitur illud Dauid in Psal. Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Et illud in Symbolo, Descendit ad inferos. Et illud quod iam allegauimus Osee c. 13.

Quartò locum damnatorum vocat absolutè infernum de quo intelligitur illud Lucæ cap. 16. Mortuus est diues, & sepultus in inferno. Et illud Apoc. cap. 20. Mors & Infernus dederunt mortuos suos. Hunc Infernum in Scriptura sacra inuenimus diuersimode appellari. Nam Tartarus, 2. Petri cap. 2. dicitur abyssus, Apoc. capit. 20. Apprehendit, s. Angelus serpentem antiquũ qui est Diabolus & Satanas, & misit eum in abyssum. Dicitur tenebræ exteriores, Mat. c. 22. Ligatis manibus, & pedib. mittite eum in tenebras exteriores. Dicitur carcer, & lacus, Isaiæ c. 24. Congregabuntur, s. mali in congregatione vnius fascis in lacum & claudentur ibi in carcere. Dicitur stagnum ignis, & sulphuris, Apo. c. 21. Missi sunt in stagnum ignis, & sulphuris. Dicitur gehenna, Matt. c. 18. Bonum est tibi vnum oculum habentem ad vitam intrare, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennã ignis. Dicitur absolutè ignis, qm̃ tantę acerbitatis erit, q̃ omnis alius ignis in comparatione illius est sicut non ignis. Et de eo intelligitur Mat. c. 25. Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Constat igitur ex sacra Scriptura, quomodo Infernus & in quo sensu est locus pœnalis damnatorum.

Quantum ad tertium aduerte q̃ sacri Theologi, & præcipuè qui doctrinaliter scripserunt in 4 Sent. dist. 45. assignãt distincta loca pœnarum, s. damnatorum, & purgãdorum, & puerorum decedentium cum originali macula & sanctorũ Patrum. Primum appellant absolutè Infernum, ſm Purgatorium, tertium & quartum lymbum. Quidã ponunt ea distincta. & pœnalitate, & situ. Quidam autem pœnalitate, sed nõ omnia situ. Richardus in 4. dist. 45. q. 2. tenet q̃ quædam receptacula pœnalia assignantur animabus post mortem de lege communi. Quædam aũt de lege spãli. Ea quæ sunt de lege communi dicit fuisse quatuor ante aduentum, & resurrectionem Christi, & omnia sub terra, & sic situata. Locus dãnatorum, qui, s. propter peccatum mortale actuale damnantur est infimus omnium: ideo dicitur Inferus vel Infernus absolutè. Locus in quo puniuntur sola pœna damni qui cũ solo originali decesserunt, vt infantes, non circuncisi ante Christi aduentum, vel nõ baptizati post Christi resurrectionem, est immediatè supra infernum, & dicitur lymbus puerorum. Locus in quo purgantur animæ quæ cum charitate decesserunt, est immediatè supra lymbum puerorum, & dr̃ Purgatorium. Locus in quo ante Christi aduentum quiescebant animæ decedentes cum charitate: quæ nil purgandum secum deferebant, vel iam purgauerant, est immediate supra purgatorium, & dicitur lymbus sanctorum Patrum, & appellatus est ante Christi aduentum sinus Abrahę. Nam qa Abraham primus fuit: qui se ab infidelibus separauit, & signum distinctiuum fidei accepit à Deo, vt legimus Gen. ca. 17. s. circuncisionem (inquit enim Deus ad Abraham, Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos & semen vestrum: Circuncidetur in vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præpucij vestri: vt sit signum fœderis inter me & vos) ideo locꝰ requiei, quæ debebatur animæ purgatę & decedenti cum charitate, dicebatur sinus Abrahę: de quo loco intelligitur illud Lucæ c. 16. q̃ Lazarus deportatus est ab angelis in sinum Abrahę. Nunc autem qñ Ecclesia rogat in missa defunctorum q̃ anima deferatur in sinum Abrahæ, non sumitur pro eodem loco qui dicit lymbus patrum, sed pro cælo empyreo: nam postquã Christus passione sua ianuam cæli aperuit animæ sanctę & purgatæ statim cælum ascendunt cum nullum habeant retardatiuũ, sicut & purus ignis non impeditus aliquo retrahente statim sursum tendit. Hęc quatuor receptacula etiam nũc permanẽt & situata, vt suprà, sed quartum quod est superius vacuum est: nec vlla anima ad illum descendit nec ex purgatorio ascẽdit, qa separata à corpore in gratia si secum nil purgãdum defert statim cęlum petit. Si aũt quid purgandum secũ defert, eo purgato nõ retardatur in alio loco, sed cęlum inhabitat. Receptacula verò spãlia in quibus animę purgantur, indeterminata sunt quò ad nos & situ & numero. Quædam enim animæ ex specialibus causis in locis illis purgantur, in quibus deliquerunt. Sed hæc retinentur in diuinis arcanis. Hæc est positio Richardi.

Diuus Thom. in 4. dist. 45. quæst. 1. arti. 3. conuenit cum Richardo in numero prædictorum locorum de lege cõmuni, & assignans eorum sufficientiã inquit, Receptacula animarum distinguuntur secundum diuersos status earum. Anima autem coniuncta mortali corpori habet statum merendi: exuta autem à corpore est in statu recipiendi bonũ vel malum pro meritis: ergo post mortem est in statu statim recipiendi finale prẽmium, vel impeditur ab aliquo. Si primo modo dupliciter: quoniam vel recipiendi finale præmium bonum, & sic ei deputatur cælum, Matth. cap. 5 Gaudete & exultate quoniam merces vestra multa est in cęlo, vel recipiendi finale ac perpetuum præmium malum, & sic ei deputatur

ratur infernus,Mat.cap.25.Ite maledicti in ignem æternum: & lymbus puerorum.Sed aduerte quòd infernus deputatur malis ex culpa actuali mortali.Lymbus verò puerorum, deputatur pro æterna pœna damni pro culpa originali. Si secundo modo,dupliciter:quia vel propter defectum personæ putà quia non satisfecit pro commissis, licet pœniteat, & in charitate decedat, & sic ei assignatur purgatorium. Vel propter defectum naturæ,id est propter peccatum originale quo detinebatur clausa ianua cæli ante mundi redemptionem, & sic assignatur lymbus patrũ:in quo detinebantur Patrum animæ donec Deus humanatus mundum Deo per sanguinem suum reconciliaret. Et sic patet quòd etiam secundum B.Tho.quatuor sunt loca in quibus recipiebantur animæ ante Christi aduentum.

De situ autem & distinctione situali non concordat cum Richardo.Nam dicit respondendo ad secundam & tertiam quæstiunculam, quòd lymbus puerorum est immediate supra Infernum,& lymbus Sanctorum Patrum vel est idem cũ lymbo puerorum vel est pars superior eiusdem lymbi. De purgatorio autem dicit dist.21.q.1.art.1. quæstiuncula secũda,quòd licet in Scriptura sacra non inueniatur aliquid determinatum quò ad situm,nec rationes possint ad hoc efficaces induci,tamen probabiliter & secundum quòd magis consonat Sanctorum dictis, deductum est quòd est locus inferior coniunctus Inferno,ita quòd idem ignis sit qui dãnatos cruciat in Inferno,& iustos purgat,quamuis damnati secundum quòd sunt inferiores merito,sint in loco inferiori ordinandi.Et hoc intellige de purgatorio secundum cõmunem legem, & non secundum specialem : nam purgatorius specialis non est tantùm vnus locus determinatus, sed varius secundum dispositionem diuinæ iustitiæ.

Situs locorũ inferorum.

Secundum igitur Richardum sic situantur,
Lymbus,scilicet Patrum superior.
Purgatorium inferius.
Lymbus puerorum inferior.
Infernus damnatorum infimus.
Secundum diuum Thomam sic situantur,
Lymbus sanctorum Patrum, & lymbus puerorum sunt idem ita tamen quòd pars superior est lymbus, scilicet Patrum.
Purgatorium,
Infernus.

Verũ quia de huiusmodi situ nil certi habemus in Scriptura sacra,ideo vt dicit D.Aug.in lib.8.super Genesim,melius est dubitare de occultis quàm litigare de incertis:ideo tene quam volueris sententiam ex duabus prædictis, vel aliam si meliorem inueneris.Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT IIII.

De perpetuitate pœnæ damnatorum.

IN 4.c.inuestigandum est si infelicitas malorum est perpetua, & si certi sint de perpetuitate statim quòd anima separatur à corpore. Hic igitur duo agenda sunt. Primò de perpetuitate pœnarum in damnatis.Secundò de certitudine perpetuitatis.

Quantũ ad primũ recitandæ sunt quædam erroneæ sententiæ & reprobandæ, & determinandum secundũ catholicam veritatem.Tu igitur aduerte quòd D. Aug.in lib. 21. de Ciuit.Dei tres recitat opiniones.

Prima est eorũ, qui tenent,neque dæmonũ, neq; hominũ damnatorũ pœnã futuram æternã,sed Dei misericordia post certa tẽporũ spacia terminandã,& illos beatificandos. Huius sententiæ author fuit Origenes in Peryarchon, vt recitat D.Aug.in eodem lib.c. 17. Origenes autem videtur imitatus imaginationes Platonicorum,de quibus D. Augu. in eodem lib.ca.13.inquit,Platonici quidem quamuis impunita nulla velint esse peccata, tamen omnes pœnas emendationi adhiberi putant vel humanis inflictas legibus, vel diuinis siue in hac vita siue post mortem. In hunc errorem cecidit Origenes cum sequacibus suis, quoniam Dei misericordiam considerarunt absque ordine sapientiæ suæ. Licet enim misereatur Deus omnium quæ fecit, & nolit mortem peccatoris,sed vt conuertatur,& viuat:tamen eius misericordia ordine suæ sapientiæ regulatur. Vnde ad aliquos non se extendit, qui se indignos fecerunt, vt dæmones & damnati peccatores propter obstinatam & induratam malitiam suam. Item ceciderunt in eundem errorem, quoniam non videtur iustum neque decere diuinam bonitatem,ꝙ creaturã intellectualẽ quã ad sui imaginẽ creauit & propter beatitudinem,finat in æternũ perire : ergo damnatos angelos & homines bonitas sua aliquando liberabit.Aliter quomodo impletur illud Ieremiæ c.31.In charitate perpetua dilexi te:ideo attraxi te miserans?

Sed nec hoc concludit, qm̃ aliud est finere perire totam creaturam intellectualem creatam ad beatitudinem ita ꝙ nullum sub ea indiuiduum saluetur, & finere perire multa indiuidua : ita tamen ꝙ & multi saluentur tam in angelis quàm in hominibus. Nam primum non deceret diuinam sapientiam & bonitatem : aliter videretur principaliſſimas creaturas in vanum ꝓduxisse,si omnino finem suum non assequerentur, aut Deum fuisse impium si solum ad pœnas creasset. Decet ergo medium,qm̃ in his qui saluantur impletur diuina intentio : in his qui damnantur impletur diuina iustitia. Argumentum igitur in primo sensu concludit, non autem in secundo:& nos intendimus ac defendimus diuinã bonitatem & iustitiam in secũdo sensu & non in primo.Relinquẽdus est ergo Origenes in hoc,cum sectatoribus suis: quoniam & sacrum Euangelium dãnat eum, & Ecclesia catholica.

De primo dicitur Mat.c.25.Ibunt hi in supplicium æternum,iusti autem in vitam ęternam. De secũdo dicit D.Aug. in lib.21.de Ciui.Dei,c.17 Sed illum,scilicet Origenem propter hoc & propter alia nonnulla & maximè propter alternantes sine cessatione beatitudines & miserias & statutis seculorum interuallis ab istis ad illas atque ab illis ad istas it' ac reditus interminabiles:non immeritò reprobauit ecclesia.

Secunda est eorum,qui dicunt infideles damnatos non liberandos à pœnis in æternum,Christianos autem malos & damnatos non in ęternum puniri,sed tandẽ saluari.Sed horum opinio diuersificata est.Quidam enim tenent,quòd omnes Christiani, id est qui crediderunt & baptizati sunt etiã ꝙ non perseuerent in fide catholica declinantes ad hæresim vel apostasiam:non in perpetuum damnabuntur,quoniã ꝓmisit Christus Marci c.vltimo,Qui crediderit & baptizatus fuerit,saluus erit. Sed promissio Christi est infallibilis. Dixit enim Matth.cap.24. Cęlum & terra transibunt:verba autem mea non transibunt. Quidam verò attendentes ꝙ Christus non simpliciter promisit salutem credentibus & baptizatis,sed solis perseuerantibus,aliter non dixisset Mat. ca.24.Qui autem perseuerauerit vsque in finem saluus erit, neque dixisset Petrus in Epistola 2.c.2.Melius enim erat illis viam veritatis non agnoscere,quàm post agnitionem retrorsum conuerti,& loquitur de apostatantibus à fide : de quibus pręmiserat in eodem cap. cum angelis peccantibus detrudendos in tartarũ,& cruciandos:dicunt omnes Christianos non in perpetuum damnandos,dummodò perseuerent in fide catholica vsque in finem. Et dato quòd malè viuant,& in peccato mortali decedant, licet crucientur in inferno ad tempus:non tamen in perpetuum,s.tandem propter fidem susceptam saluabuntur quoniam sic Deus promisit,& fidelis est in promissis.Sed isti errant:si enim fides ad salutem sufficeret : non dixisset Iacobus in Epistola capit. 1. Fides sine operibus mortua est:neq; dixisset Christus Matt. capi.7.Non omnis qui dicit mihi,Domine Domine,intrabit in regnum cælorum:sed qui fecerit voluntatem patris mei. Et de insufficientia fidei ad salutem absque operib.satis locuti sumus in Parte sexta ꝓpter quod non omnes perseuerãtes in fide liberabuntur à pœna æterna,nisi & ab alijs criminibus ante decessum absoluantur.Nec obstat ꝙ dictum est, Qui crediderit,& baptizatus fuerit,&c.Intẽdit enim Christus de fide viua : quæ per charitatẽ viuificatur.Et fructuosè ac meritoriè operatur,sicut docuimus in Parte secunda, in Tract.de fide Christiana,in qua perseuerans absq; dubio saluatur. Sed fidei viuæ non solùm opponitur infidelitas, & hęresis, & apostasia, sed etiam omne mortale peccatum.

Tertia est eorum,qui tenent omnes infideles, & baptizatos malos siue perseuerantes in fide,siue non perseuerantes morientes in peccato mortali damnandos pœna ęterna:exceptis illis qui operibus misericordię institerunt. Hos dicunt non in perpetuum damnari etiam ꝙ in multis criminibus mortalibus vixerint,& decesserint.Fundãt autem se super dicta Christi in Euangelio.Et primò dicit Matth.capi.5. Beati misericordes,quoniam misericordiam consequentur. Deinde dicit Matth.c.25.Discedite à me maledicti,&c. Vbi nullam damnationis ęternæ causam assignat, nisi omissionem operum misericordię : sicut electis nil aliud assignat ꝓ causa æternę beatitudinis, nisi opera misericordiæ,dicens. Esuriui, &c.Ergo vnica ratio damnationis ęternæ non sumitur ab alijs peccatis, sed à negatione operum miseri-

cordiæ: quasi quòd Deus solis immiſericordibus non parcat. Ideo dicit Iacobus in epiſtola ca. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam.

Sed iſti errãt, quoniam quodcunque opus bonum facia homo ſine charitate, nihil ſibi prodeſt ad æternam beatitudinem: dicit enim Paulus 1. ad Cor. cap. 13. Sine charitate nihil ſum, ſcilicet quò ad Deum, & beatitudinem promerendam. Dicit Chriſtus. Ioan. capit. 14. Manete in me, & ego in vobis: quia ſine me, nihil, ſcilicet boni meritorij, poteſtis facere. Conſtat autem quòd multi exiſtentes ſine charitate, & inuoluti in rebus peſsimis exercent opera miſericordiæ, vt vſurarius, adulter, & peccator hypocrita: ergo non ſola miſericordiæ opera liberant à damnatione æterna: niſi adſit aliorum criminum emendatio & abſolutio, aliter non diceret Paulus 1. ad Cor. cap. 1. Neque fornicarij, neque adulteri regnum Dei poſsidebunt: ſed diceret tantùm, Immiſericordes licet ſint fornicarij aut adulteri, aut auari, regnum Dei non poſsidebunt. Præterea, Si ſola opera miſericordiæ ſaluãt, poſito q̃ homo ſit in aliis criminibus & ſceleribus obuolutus, cur dicit Iacobus in Epiſtola ca. 2. Quicunque totã legem ſeruauerit: offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Tenendum eſt ergo à vero fideli quod quicunque mala egerit & ante mortem non verè pœnituerit, ibit in igné æternum, etiam quòd bona multa egerit & operibus miſericordiæ inſtiterit.

Fundamenta autem, quæ opinio hæc adducit, non profunt: nam illud Beati miſericordes, &c. Sic habet intelligi, Beati miſericordes ordinatè & rationabiliter, illi autem ſunt qui primò miſerenter animæ ſuæ liberantes ſe à peccatis. & miſerentur animæ proximi, deinde ſubueniunt indigentiis ſuis per opera exteriora. Qui autem negligunt animam ſuam deturpantes eam peccatis & criminibus, & intendunt ſolum operibus miſericordiæ erga proximum, inordinatè miſericordes ſunt, nec miſericordiam quò ad æternam beatitudinem promerentur. Poſſunt autem dici miſericordiam conſequi reſpectu pœnarum, quoniam ſi damnantur mitius puniuntur propter opera miſericordiæ, & in hoc ſenſu intelligendum eſt dictum Iacobi, Iudicium ſine miſericordia fiet ei, &c. id eſt, Qui non exercent opera miſericordiæ & damnantur, Deus adeò ſeuerè iudicabit ad pœnas, quòd videbitur exercere ſolam iuſtitiam prætermiſſa miſericordia licet in omni opere ſuo ſeruet vtrunque iuxta ſapientiam ſuam. Illud autem, Diſcedite à me, &c. non ſic habet intelligi quòd illi ſaluantur qui opera miſericordiæ fecerunt etiam quòd multis criminibus inuoluti & impœnitentes deceſſerint, & oppoſiti damnentur. Sed ſic habet intelligi, Qui dum viuerent peccauerunt, & pœnitentes conati ſunt inter alia bona opera pro impetranda venia inſiſtere operibus miſericordiæ ſaluabuntur, & conſonat id cõfilio, quod dedit Tobias filio ſuo c. 4. vbi inquit, De ſubſtantia tua fac eleemoſynam, quoniã eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & nõ patietur animam ire in tenebras: fiducia magna erit corã ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eã. Idẽ conſulit Chriſtus Phariſæis Lucæ ca. 11. dicens, Date eleemoſynã, & ecce omnia mũda ſunt vobis. Per oppoſitũ q̃ dum viuerẽt peccauerũt, & nõ procurarũt à Deo abſolutionẽ per opera miſericordiæ vidẽtes neceſsitatẽ proximi & potentes ſuccurrere dãnabuntur: quoniã decedũt ſine charitate. Dicit enim Ioã. in epiſt. 1. c. 3. Qui habuerit ſubſtantiam huius mũdi, & viderit fratrẽ ſuũ neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Chriſtus ergo in iudicio non ſaluabit propter opera miſericordiæ tantum: poſito quòd quis fecerit ea & mortuus fuerit in peccato mortali, nec dãnabit propter ſolã omiſsionem dictorum operum, ſed quia extra gratiam mortuus eſt. Allegabit autem ſolam hãc rationẽ: nõ quòd ſola ſaluet: ſed vt oſtẽdat quantũ Deo placet pietas & miſericordia. Dixit enim Matt. ca. 9. Euntes diſcite quid eſt: miſericordiã volo & non ſacrificiũ. Quaſi dicat, Inter opera bona vt eſt ieiunĩ, oratio, ſacrificium, peregrinatio, corporis caſtigatio, miſericordiæ & pietatis opera, hæc magis Deo placent, & meretur peccator veniam. Vnde Daniel poſtquã indicauerat ſomnium Nabuchodonoſor, hortatus eſt vt placaret Deum nõ ieiunio nõ oratione, &c. ſed eleemoſynis: vnde cap. 4. conſuluit ei dicẽs, Quãobrem rex conſilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperũ. Forſitã ignoſcet tibi Deus. Cõcludẽdũ eſt ergo abſolutè nullo excepto, ſiue infideli, ſiue Chriſtiano, ſiue perſeuerante in fide, ſiue nõ, ſiue miſericorde ſiue non, ſi malè vixerit, & in peccato mortali deceſſerit, damnandum in æternum, oppoſitum aũt ſaluandum in æternũ. Et hãc ꝯcluſionẽ vt catholicã fecit Athanaſius in Symbolo dicens, Et qui bona egerũt ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem ęternum.

Quantum ad ſecundũ aduerte, quòd eſt opinio moderna: quæ falſo attribuitur Angelo Gabrieli reuelanti B. Amadeo in Apocalypſi ſua, quę tria continet, primò quod dãnati non ſunt certi de perpetua damnatione ſua. Secundò q̃ Beati non ſunt certi de perptua beatitudine. Tertiò quòd beati poſſunt eſſe magis certi de perpetua ſua beatitudine: quàm damnati de damnatione ſua. Hic igitur recitanda eſt huius falſæ ac temerariæ opinionis ſententia, deinde arguendum contra eam. Demum ſoluemus leuia fundamenta ſua.

Quantum ad primum aduerte quòd in prædicta Apoca. fingitur Gabriel ſic loqui ad B. Amadeum, Dãnati non ſunt omnino certi quòd pœnæ illæ ſint æternæ, aut ipſi ſint ęterni, quod ſciunt ſe contingẽter eſſe, & in pœnis eſſe, & ſciũt quòd poſſunt non eſſe in pœnis, aut etiam omnino non eſſe. Imò dico tibi, quod neque nos illud ſcimus, ſ. ſi gaudium noſtrum eſt æternum. Nam dum videmus Deũ poſſe velle eos non eſſe, & poſſe velle eos in nulla pœnaeſſe: neſcimus quoque nos, ſi nos conſeruabit in gaudio, aut in hoc eſſe noſtro quamuis videmus illum nunc ita velle. Et tamen magis certi ſumus de beatitudine noſtra æterna, quàm de eorum dãnatione perpetua. Nam cognoſcimus Deum proniorem ad parcendum quàm ad puniendum, & iam per experientiam vidimus ipſum nõnullos ab inferno liberaſſe: ſed nullum ex Paradiſo cęleſti eieciſſe. Pœnam quoq; illam poteſt acceptare in remiſſionem, & ſatisfactionem peccatorum: ſed non poteſt viſionem, & fruitionem diuinitatis imputare in peccatum, & damnationem. Ex his ergo videtur manifeſtum quod nec Beati nec damnati certi ſunt de æterna beatitudine nec de ęterna dãnatione, licet maior certitudo ſit in Beatis quam in dãnatis ex ratione dicta. Hęc eſt ſumma prędictæ opinionis.

Nunc ſupereſt arguere cõtra eam. Et primò q̃ Beati ſint omnino certi de beatitudine ſua perpetua, arguitur ſic, Si non ſunt certi non ſunt beati: ergo ſunt beati & non beati, quod implicat contradictoria. Cõſequentia ꝓbatur: docuimus ſuprà beatitudinem eſſe bonum quietatiuum deſiderij, cum ſit bonum ſufficiens & perfectũ. Sed ſi non ſunt certi, deſiderium eorum nõ quieſcit nec adimpletur. Naturaliter eñ deſiderant ꝑpetuari in Beatitudine, ſicut & nũc deſideramus eſſe felices. Si ergo non ſunt certi non quieſcunt. Prętereà, Non ſunt extra omnẽ triſtitiã neq; omnẽ timorem afflictuum: bonũ eñ ſummè dilectum, & cõcupitum, ſi nõ libere, & cũ certitudine poſsideſ, nõ remouet à poſſeſſore omnem ſollicitudinem, & timorem, & animi inquietudinẽ. Iſta ergo opinio facit beatum non eſſe beatum: ideo vt implicãs ꝺdictoria relinquenda eſt. Et tenendum eſt cum Iſai c. 33. qui loquens de æternitate beatitudinis cęleſtis Hieꝛm inquit, Reſpice Sion i. anima fidelis ciuitatem ſolennitatis noſtręꝰ. Oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentã, tabereaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum: quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter.

Sed ò q̃ damnati ſint certi de ꝑpetua pœna arguitur ſic, Sicut vera beatitudo excludit omne malum, ita q̃ felix nullum timet malũ, aliter nõ eſſet felix: ſic dãnatio excludit omne bonũ, ex cõſequenti ſpeciẽ oĩs boni. Nõ eñ ſtat aliq̃s gradus boni cũ ſumma, & ſuprema miſeria, qualis eſt finalis dãnatio. Sed ſi dãnati nõ ſunt certi de perpetua pœna, eorũ dãnatio nõ excludit omne bonũ: qñ ſi non ſunt certi ſperãt liberari. Spes aũt conſequendi boni, eſt bona. ergo ponere dãnatũ nõ eſſe certũ de damnatione ſua: eſt negare ipſum eſſe abſolutè dãnatum. Nunc aũt intẽdimus de abſolutè dãnato ſicut & in ſuperiorib. locuti ſumus de ſimpliciter felici. Tenendũ eſt ergo oppoſitũ huius irrationabilis opinionis: quã attribueré Angelo Gabrieli nefarium eſt.

Tertiò arguitur quòd beati non ſint magis certi de æternitate beatitudinis ſuæ quam damnati de pœna, & miſeria. Nam poſt vltimam, & diffinitiuam condemnatiuam ſententiam Dei, nulla ſperanda eſt reuocatiua (& id dico vt præſeruetur ſententia ſuſpenſiua vel magis conſultanda vel comminatiua ad correctionem, vel præſeruatiua à maiori malo. Hanc enim innouare, reiterare, reuocare, contingit, vltima autem non, & pręcipuè à qua appellare non eſt poſſibile) Sed Deus cõdemnans pecatores in damnationem condemnat ſentẽtia vltima diffinitiua: dicit enim vlti-

mus

matè Mat.c.25.Ite maledicti in ignem æternum.Ergo scientes hanc sententiam vltimam contra eos prolatam: sicut & oppositam pro electis,certi sunt de eorum damnatione perpetua.Et ꝙ Dei diffinitiua sententia sit irreuocabilis patet in 1.Regũ c.15.vbi dixit Saul ad Samuelem postquàm peccauerat nõ obediens sermoni Domini, Peccaui præuariçans sermonem Domini,& verba tua,timens populum, & obediens voci eorum:sed nunc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum. Et ait Samuel, Non reuertar tecum:quia proiecisti sermonem Domini, ꝓiecit te Dominus ne sis rex super Israël.Porro triumphator in Israël non parcet & pœnitudine non flectetur. Neque enim homo est vt agat pœnitentiam:quasi dicat, Vt reuocet sententiã suam diffinitiuam.Cùm igitur damnati sciant hãc sententiam,quoniam audient eam: vanum est dicere quòd non sint certi de perpetua damnatione sua.

Nunc superest resoluere eorum argumenta,quæ præmisimus,& sunt tria.

Primum est, Damnati sciunt se contingenter esse, & in pœnis esse,& sciunt quòd possunt non esse in pœnis & etiã omnino non esse:ergo non sunt certi de sua damnatione,an sit æterna.Probatur antecedens, Sciunt se posse annihillari à Deo:cùm nõ habeant esse à se,ergo sciunt se posse esse,& non esse,ergo contingenter esse, ergo contingenter esse in pœnis:quia esse,& non esse in pœnis, pendet, abesse, & nõ esse in rerum natura.Consequentia autem patet, quoniam cùm possint esse,& non esse,non sunt certi si semper cõseruabuntur in esse ex consequenti, cùm esse in pœnis supponat esse:non sunt certi an in perpetuum erunt in pœnis.

Ad hoc respondetur quòd damnati possunt seipsos dupliciter considerare, Primò inquantùm eorum corpora ante, & post resurrectionem sunt ex natura 4. elementorum. Secundò inquantum resurrexerunt incorrupta ex diuina virtute,sicut & corpora Beatorum, vt dicit Paulus.1. ad Cor.capit. 15. Omnes quidem resurgent incorrupti tam boni quàm mali: sed non omnes immutabuntur,vt docuimus suprà.Si considerant seipsos primo modo, aut sciunt se posse esse,& non esse,& contingenter esse.& contingẽter in pœnis esse:quoniam omne elemẽtatum potest esse, & nõ esse.Si secundo modo,sciunt pro certo se non posse nõ esse, quoniam sciunt quòd mors non erit amplius,& sciunt Deũ decreuisse eos perpetuò conseruare in esse ad manifestandam iustitiam suam. Ex consequenti sunt certi quòd erunt in pœnis æternis.

Secundum est,Deus potest velle nos beatos non esse, sicut & dãnatos nõ esse:ergo potest velle nos non esse in beatitudine,sicut nec damnatos in pœnis, ergo nec nos sumus certi de æterna beatitudine, sicut nec damnati de æterno supplicio.Consequentia patet,quoniam esse beatum suppo nit esse. Antecedẽs probatur:quoniam potest nos annihillare.Omne enim extra Deum annihillabile est: ergo potest velle nos non esse.

Ad hoc respondetur quòd Deus de potentia sua absoluta potest omne possibile: possibile autem est omne quòd non implicat contradictionem. Et ideo secundum potentiam absolutam potest eripere animam Iudæ de Inferno, & locare in cælo, & animam Pauli nunc beatam in cælo locare in Inferno.De potentia sua ordinaria quç est potentia adiuncta voluntati,& sapientiæ suæ,non potest nisi ſm legem & ordinem iam instituturum in Vniuerso.Instituit aũt quemlibet adultum saluandum ex meritis,& damnãdum ex demeritis:& hunc ordinem mutare non potest de potentia sua ordinaria. Sicut autem instituit adultum saluandum ex meritis,sic & perpetuò fore beatum. Ad argumentum ergo concedo antecedens de potentia absoluta sed nego de potentia ordinaria.Ad probationem dico ꝙ concludit de potentia absoluta, sed non de ordinaria. Qñ autem dicimus Deum sic vel sic posse:non intelligimus de potentia absoluta sed ordinaria,qua vnamquanque creaturam seruat,regit,& ad debitum suum finem dirigit,& in fine suo adepto seruat,iuxta modum conuenientem tali vel tali creaturæ.

Tertium est,Deus est pronior ad parcendũ quàm ad puniendum & iam vidimus aliquos liberatos ex Inferno. Et Deus potest acceptare pœnã damnatorum in remissionem peccati:ergo Beati sunt magis certi de æterna beatitudine quàm damnati de æterna damnatione.Neminem enim vidimus Deum eiecisse à cælo:neque potest diuinitatis fruitionem alicui imputare ad peccatum,& damnationem.

Ad hoc respondetur,ꝙ Deus est pronior ad parcendum, qm̃ punit citra condignum,& parcit quando voluntas non est in malo obstinata: vel quando non diffidit nec desperat de bonitate diuina.Licet autem puniat damnatos citra demerita sua:quia tam eorum voluntas obstinata est in malo, non sequitur ꝙ eos liberet à pœnis. Et ideo sunt certi de æterno supplicio suo. Falsum est etiam ꝙ aliquos vltimatè damnatos eripuerit ex inferno:qui autem leguntur liberati vt Traianus,erant suspensiuè,& non diffinitiuè damnati,vt alias docuimus.Magis autem falsum est,ꝙ Deus possit acceptare pœnam damnati in remissionem peccati: nam remissio peccati supponit contritionem & pœnitentiam de peccato ꝓpter Dei offensam,quæ non stat cum obstinata voluntate:quæ immutabiliter perseuerat in damnato. Sunt ergo ita certi damnati de æterno supplicio,sicut Beati de æterno gaudio:non ergo audienda est prędicta opinio,& nefarium est eam attribuere Gabrieli Archangelo.Ex consequenti liber dictus Apoca.Amadei hunc & quàm plures alios continens errores vt alias notauimus damnandus est ab Ecclesia catholica,& profecto censendũ est quòd aut Amadeus fuit à malo spiritu sub specie Gabrielis seductus aut liber fuit à malis & superbè sapientibus falsificatus, & ad hoc secundum magis declinandum est quàm ad primũ propter probitatem & sanctitatem viri. Hæc de præsenti Parte dicta sint.

Nunc ergo dimittes Domine Deus meus indignum me seruũ tuũ in pace,qm̃ benignè annuisti piis votis meis. Suaseram nanque mihi nil præclari & tibi accepti peregisse,nisi post moralia Peripatetica & Academica,diuina tua & Christiana enucleassem. Tibi igitur laus & honor, & virtus, ô beata Trinitas per æterna secula,Amen.Placentiæ, 1537. Die 15.Iunij. Anno ætatis meæ 67.

Philosophiæ moralis & Christianæ, D. Chrysost. Iauelli Canepicij, Finis.

PHILOSOPHIAE POLI-

TICAE, SIVE CIVILIS CHRISTIA-NAE, DISPOSITIO REVERENDI MAgistri Chryſoſtomi Iauelli Canapicij, Ordinis Prædicatorum Lombardiæ, ſacrarum Literarum teſtimoniis, & autoritatibus comprobata.

DEO Optimo, & miſericordi, gratias, & laudes inenarrabiles, q̃ oculis immenſæ bonitatis ſuæ ſuper me iã ſenem, & ſenio ipſo pro cõmuni humanæ vitæ decurſu confractum, corporeo robore penè deſtitutum reſpexit, illamq̃ donauit ſenſuum exteriorum, & interiorum integritatem, & intellectus ac rationis claritatem, quibus potens ſum (aſpirante, & me ſeruante diuino auxilio,) tertio loco diſponere diuinã atque Chriſtianã ciuilem Philoſophiã regitiuam. In qua clariſsimè cõperi etiam fideles Dei maximi, & Ieſu ſui vnigeniti cultores, quãtum diſtat illa ciuilis Gentium Philoſophia, ab hac diuina Chriſtiana ciuili. Totam igitur intentionem noſtram in ſex Tractatus diuidemus.

Primus erit de ciuitate Chriſtiana, quid ſit.

Secundus de rectore & eius principe.

Tertius de conſilio, quo regenda eſt, velut nauis in mari agitata.

Quartus de iudicio ſiue prætorio, vt in cauſis tam ciuilibus quàm criminalibus ſeruetur iuſtitia.

Quintus de populo Chriſtiano, qualis debeat eſſe. & quo modo ſe gerere debeat erga principem, & rectorem ſuum, & econuerſo.

Sextus de legibus, quibus regẽda eſt Chriſtiana ciuitas.

TRACTATVS PRIMVS DE Ciuitate Chriſtiana, in quatuor capita diuiſus.

IN PRIMO Tract. agendum eſt de ciuitate Chriſtiana in vniuerſali, quò ad illa fine quibus haberi non poſſet vera notitia de his, quæ pertractanda ſunt in Tract. ſequentibus. Tu igitur aduerte, quòd de Chriſtiana ciuitate quatuor in primis præcognoſcenda ſunt.

Primò, quid ſit.

Secundò, quomodo regenda eſt ciuitas Chriſtiana tempore pacis, & belli, loquendo in vniuerſali, donec deſcendamus ad ſpecifica.

Tertiò, ſi magis expedit eã regi per vnũ quã per plures.

Quartò, ſi magis expedit principatum tendere per ſucceſſionem, & non per electionem.

CAPVT I.

Quid ſit Chriſtiana ciuitas.

IN primo capite inueſtigandum eſt quid ſit Chriſtiana ciuitas, & hic tria agenda ſunt. Primò quid ſit ciuitas apud Gentes non moraliter, & virtuosè viuentes, nec Chriſtianè. Secundò quid ſit ciuitas apud Gentes, quæ moraliter, & virtuosè viuunt, non tamen chriſtianè. Tertiò quid ſit ciuitas apud Gentes, quæ moraliter & virtuosè & chriſtianè viuunt.

Quantum ad primum aduerte, quòd in Epito. noſtris ſuper Politicam Ariſt. docuimus ciuitatem gratia alicuius boni conſtitui, & quòd eſt principaliſsima communitas, reſpectu domus & vici & caſtri, & quot bona proueniant hominibus ex conſtitutione ciuitatis, & quòd ciuitas eſt quid naturale, & quod homo eſt naturaliter animal politicum, licet nonnulli, eligant vitam ſolitariam. Hæc omnia hic ſupponimus, & tu vide vbi ſuprà, ne inutiliter repetantur, nunc autẽ ſufficit intentioni noſtrę aſſignare diffinitionem ciuitatis, quã conſtituerunt, aut conſtituent Gẽtes, quę non moraliter & virtuosè viuere intendunt, ſed iuxta paſsiones, & deſideria ſua. Tu igit̃ aduerte, q̃ ciuitas primo modo ſumpta ſic diffinitur, Ciuitas eſt hominum adinuicem communicatio, propter perfectam, & per ſe ſufficientem vitam. *Ciuitas quid.*

Pro huius diffinitionis euidentia aduerte, quòd ea quę ex humana arte, & induſtria coſtruuntur, nec cognoſci, nec diffiniri poſſunt, niſi ſciamus bona propter quę conſtruuntur, & ad quę ordinantur. Neque enim ſcire poſſumus quid ſit domus, niſi ſciamus finem, & bonum propter quod conſtruitur. Verbi gratia: quia defendit nos ab omni aëris intẽperie. Sed de cauſis propter quas homines naturaliter conſtruunt domos dicemus in Oeconomica Chriſtiana, nunc autem compendioſè aſſignãdę ſunt cauſæ propter quas naturaliter homines ciuitatem conſtruunt: quoniam propter eas habent perfectam & per ſe ſufficientem vitam, & ſine quibus ſimul ſumptis non habetur ſufficientia vitæ. Tu igitur aduerte, quòd cauſæ finales, (quę habent rationem boni naturaliter deſiderati, propter quas vniuerſaliter apud omnes Gentes ſiue intendant virtuoſè viuere ſiue non, conſtruunt ciuitatem) ſunt quinque. *Finales cãe quinque, ex quibus quatuor Gentes quãlitercunq; viuere intendentes ciuitates cõſtruunt.*

Prima eſt, iocunda cohabitatio, & delectabilis conuictus: ex hoc enim quòd homines in eodem loco cohabitãt, certiſq̃ diebus, aut horis, in determinato loco conueniũt ad ſimul loquendum, ſimulq̃ conferendum quædam iocunditas vitæ, & triſtitiæ contingentis ſubleuatio conſurgit. Nam, vt docuimus in octauo Ethico. nullius boni ſine ſocio eſt iocunda poſſeſsio. Verbi gratia, Si quis auro, argento, cæteriſq̃ fortunæ bonis abundaret. & ſolitarius in ſolitudine viueret: ita quòd alij non adeſſent ſuam cognoſcentes bonam fortunam: & quibus vt beneuolis eam communicaret, non magnificaret, nec multum lætaretur p̃ ſpera ſorte ſua. Vt igitur homines iocundè ſimul habitarẽt, ſimulq̃ conuerſarentur, ex naturali inſtinctu ędificatur ciuitas. *Mutuũ obſequium cõſtituit ciuitatem.*

Secunda eſt mutua deſeruientia in vitæ neceſſarijs: nam homines in eadem ciuitate degentes, vltra hoc q̃ iocundè conuerſantur & cõuiuunt, ſibi mutuò deſeruiunt, & obſequuntur in bonis pro victu neceſſarijs, aut dono mutuo, aut emptione, aut miſeratione, aut protectione, aut fauore, aut cuſtodia, & obſeruatione. Quæ vtilitas, vt patet, hominũ generi nõ, pueniret, ſi ſolitariã vitam duceret. Meritò ergo p̃ pter mutuam deſeruientiam conſtituitur ciuitas. *Ciuitates ſi dunt homines, vt abinuicem ſe defendãt.*

Tertia eſt, cõpugnatio, & impatiẽtia eius, q̃d iniuſtũ eſt: nã homo exiſtẽs natura inermis, habenſq̃; multa ſibi aduerſantia, vt feras, & inimicos hoſtes, ſi ſolitarius, aut cũ pauciſſimis viueret, nõ poſſet ſe defenſare à nociuis, & iniuſtè inferentib⁹ iniurias. Vt igitur habeãt hoſtes vñ repugnẽt aduerſantibus, conſtituunt ciuitatem, in qua omnes cõpugnant contra nociua & hoſtilia, & ſic quod non poteſt fieri per vnum, aut paucos, fit per ciuium multitudinem vno animo compugnantium contra hoſtes, & alia nociua. *Adcõmutationes inſtituta eſt ciuitas.*

Quarta eſt, neceſſitas commutationum, & contractuum ſine quibus hominum genus non poteſt habere opportunitatem vitæ: nam pauciſſimi reperiuntur qui habeant omnia requiſita, & opportuna humanæ vitæ, niſi per commutationes tribuat alteri quod habet, & recipiat quod non habet. Hac de cauſa facere commutationes per emptionem

& venditiouem eſt de iure Gentium, propriumque humano generi. Huiuſmodi autem commutationes fieri nō poſſunt bene, & ſufficienter, niſi per conſtructionem ciuitatis, nam in rure, aut caſtro valdè diminutè, & inſufficienter fierent, vt patet ex experientia.

Connubijs iungendis cō ſtruere homines ciuitates.

Quinta eſt celebritas connubiorum: Nam homines ſimul viuentes indigent bona & firma amicitia, fit autem, & firma tur bona amicitia per connubia, vt patet. Quòd ſi aliquando ex connubijs oritur oppoſitum, hoc eſt per accidēs: qm̄ non ex connubio, ſed ex fraude commiſſa, aut infidelitate promiſſorū. Sed cōubia bene, & laudabiliter fieri nō poſſunt niſi prius conſtructa ciuitate.

Iſtę igitur principales, & præcipuæ cauſę fuerunt, propter quas ab initio filij hominum cœperunt conſtruere ciuitates, nec ad aliud tendunt prædictæ cauſæ niſi ad ſeruandam corporalem ſalutem, vt illi opportuna præparentur, quod exprimitur in prædicta diffinitione in eo quod dicitur, Propter vitam perfectam, & per ſe ſufficientem, quod totum refertur ad vitam corporalem, & animalem, vt excipiam vitam intellectualem atque in per ſe bonum eligibilem.

Mala ciuitatis.

Tales fuerunt ciuitates in Sodoma, & Gomorra, tales & Amorræorum, & Cananęorum, & Iebuſæorum, & Amoniatarum, & Moabitarum, quæ non colebant Deum verum ſed nec ſeruabant, quæ ratio naturalis ſeruare dictat, ideo iuſſit Iſraël poſsidere eas, & delere eorum habitatores, vt habes in lib. Exodi, & Numeri. Conſtat enim omni exercitato in Scriptura ſacra, quòd prædicti populi non ſolùm erāt idololatræ, ſed etiam non abſtinebant ſe ab his, quæ ratio naturalis dictat, vt eſt concubitus contra naturam, immolatio filiorum idolis ſuis, effuſio ſāguinis innocentis, rapinæ, & violentiæ, & opreſſiones pauperū. Merito ergo Deꝰ omnipotens eos diſperdidit velut feras, & bruta inſupportabilia in humano genere: quoniam ciuitates conſtruebant ſolùm propter ſalutem corporalem, & vt deſideriis ſuis inordinatis ſatisfacerent, nullo habito reſpectu ad bene virtuoſę viuendum, neque ad verum Dei cultum. Cōſtat igitur tibi, quoniam ciuitas primo modo dicta, eſt hominum communicatio in eodem loco ſimul habitantium non propter virtuosè, & moraliter viuere, nec propter diuinum cultum, ſed vt ſufficientia habeant corporalis vitæ, veluti irrationalia bruta, quæ ſoli gulæ & ventri inſeruiunt.

Ciuitas optima quid ſit.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd ciuitas ſecundo modo dicta ſic diffinitur, Ciuitas eſt communicatio ſimul, & in eodem loco hominum cohabitantium, propter benè & virtuoſè viuere. & propter perfectam ſufficientiam corporalis humanæ vitę.

Pro cuius declaratione aduerte, quòd ciuitas primo modo dicta conſtructa eſt propter ſola commoda corporis, quibus prouidetur ex ſola parte animæ ſenſualis, in qua parum differt homo à bruto: nam brutum gaudet ex ſocietate ſibi conſimilis, gregatim quærunt ſibi neceſſaria vitæ, gregatim defendunt ſe, & pugnant contra ſibi aduerſantia: pro luxuriis ſuis pugnant. Ciuitas autem ſecundo modo dicta, reſpicit hominem vt eſt naturæ intellectualis, ſecundum quam dominatiuus eſt partis ſenſitiuæ. Vnde quęcunque quęruntur in ciuitate primo modo dicta, vt principalia intenta, & vt finis, quæruntur in ciuitate ſecundo modo dicta, non vt finis, ſed vt fundamenta, & media ad finem: neque enim poteſt homo hac vita bene & virtuosè viuere, niſi ad ſint neceſſaria, & opportuna, & protectiua vitæ. Sicut igitur ciuitas primo modo dicta pro fine ſibi ſtatuit habere ſufficientiam vitæ corporalis, ſic ſecundo modo dicta, habet pro fine benè & virtuosè, ac moraliter viuere, vita, inquam, morali de qua ſecundum omnem virturem ſatis locuti ſumus in Epito. noſtris, ſuper Ethicem Ariſtotelis: propter quod in diffinitione ciuitatis ſecundo modo dictæ aſſignauimus vt finem, Propter benè & virtuosè viuere. Quod autem ſubiūximus, Et propter perfectam ſufficientiam, &c. non eſt ſumendum vt finis, ſed vt materia, & medium ſine quo non poteſt homo conſtans ex anima & corpore pro hac vita benè & virtuoſe viuere, & eſt ſimile quando diffinientes domum dicimus quòd eſt habitaculum potegens nos ab omni aëris intępărie, conſtans ex lapidibus, cæmento, lignis, &c. Hanc ciuitatem ſecundo modo dictam inuenerunt apud Aegyptios Mercurius, Termegiſtus: apud Græcos, Pythagoras, Solon, Minos, Licurgus Socrates, Plato, Ariſtoteles: apud Romanos, Numa, Cato, & omnes quos nunc habemus Iuriſconſultos, qui licet extiterint ante Filium Dei humanatum, tamen in omni ciuilitate ſua, non aliud magis cōmentati ſunt quam benè, & virtuoſe viuere tā in ſe quàm ad alterum. Vnde docuimus in Epito. noſtris ſuper Politicam Ariſt. & in Ciuili Platonica, principale intentum legiſlatoris eſſe, vt ſubditi virtuoſè viuant, & non vt ditentur, vt externos ſubiiciant, vt voluptatibus incumbant, & tu vide illic ne inutiliter repetamus: & tamen infrà in loco ſuo agentes de legiſlatore diffuſiùs loquemur de eodem. Sed aduerte, quòd hæc moralis & virtuoſa vita, quā morales, & politici philoſophi inuenerunt ante Dei Filij Incarnationē, niſi ad vnius veriſque Dei cultum referatur, valdè imperfecta eſt, nec dici meretur ſimpliciter virtuoſa, vt docuim' in Parte prima Philoſophiæ moralis Chriſtianæ. Vnde licet ciuitas ſecundo modo dicta, longè perfectior ſit q̄ primo modo dicta, non tamen perfectiſsima reputanda eſt: quoniam ſupra illam aſsignabimus perfectionē ex ſequētibus immediatè.

Ciuitas valdè optima & Chriſtiana quid ſit.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd ciuitas tertio modo dicta ſic diffinienda eſt. Ciuitas eſt communicatio hominum ſimul, & in eodem loco habitantium propter benè, ac virtuoſè viuere, ordinata ad vnius veriſque Dei cultum, qui eſt vnus in ſubſtantia, & trinus in Perſonis, & propter perfectam, & per ſe ſufficientem vitam. Pro notitia huius aduerte, quòd ciuitas tertio modo dicta conuenit cum primo modo dicta in duobus, ſcilicet quòd eſt cōmunicatio hominum, &c. & quòd eſt conſtituta propter perfectam, & per ſe ſufficientem vitam: nam iſta duo ſunt propria ciuitatis inquantùm ciuitas differt à domo, & vico & caſtro: quoniam in nullo prædictorum inueniuntur eſa opportuna ſufficientiæ vitæ humanæ, q̄ ſi in aliquo caſtro inueniantur ſicut & in ciuitate, licet denominetur caſtrum æquipollenter tamen eſt ciuitas, quale eſt caſtrum dictum Crema in Lombardia. Et ſi in ciuitate aliqua, non inueniantur, potiùs nomine quàm re ipſa cenſenda eſt ciuitas, quales ſunt plures in Calabria, & Apulia. Differt autem ciuitas tertio modo dicta à prima in duobus, ſcilicet quòd eſt cōſtituta propter benè ac virtuoſe viuere, & propter diuinū cultum vnius veri Dei. Conuenit autem cum ſecundo mō dicta in tribus vt patet, & differt in vno ſcilicet quòd eſt ordinata ad cultum vnius veri Dei, nam licet Philoſophi & politici morales inſtituerint in ciuitate diuinum cultum: non tamen vnius veri Dei, ſed ſuperſtitioſum & falſorum deorum, vt videre poteris in Ciuili Platonica, & apud Gentiles Romanos. Hęc autem ciuitas tertio modo & prout diffinita eſt, verificatur ſolū de ciuitate Chriſtiana, in qua vnus æternus Deus cum Filio coēterno, & humanato virtute Spiritus ſancti, ac humani generis per mortē redempto recolitur, & benedicitur. Dico Cum Filio coēterno humanato, &c. vt diſtinguatur ciuitas Chriſtiana à Machumetana, & Iudaica, in quibus etſi adoretur Deus omniū creator, non tamen ſicut eſt, ſcilicet trinus in perſonis, humani generis redemptor. Vnde eorum cultus ſuperſtitioſus & diminutus eſt, prout nūc apud eos eſt in vſu, vt excipiam diuinum cultum inſtitutum in antiqua lege, nam Deū trinum & vnum, & redemptorē implicitè Patres ſub lege colebant, & id eis ad ſalutem ſufficiens erat, vt docuimus in Parte ſecunda Philoſophiæ moralis Chriſtianæ in Tracta. de fide. Poſt diſſeminatam autem fidem non ſufficit, vt apertè docuimus in prædicto Tractatu, & tu vide illic. Cōſtat igitur tibi quid ſit ciuitas Chriſtiana.

Et aduerte, quòd ſola hęc meretur dici ciuitas: quoniā homines ſimul habitantes, & in humanis negotiis communicantes, viuentes autem abſque cognitione, & debito cultu intrinſeco & extrinſeco veri Dei potius dicēdi ſunt viuere in tenebris, & in vmbra mortis quàm ciuiliter. Apud eos nunquàm deficiunt quæ Iſaias ca. 1. exprobrat dicens, Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, &c. Chriſtiana ciuitas eſt illa de qua intelligitur illud Pauli ad Hebræos ca. 11. Parauit illis, ſcilicet fidelibus ſuis Deus ciuitatem. In ſola Chriſtiana ciuitate dantur veri ciues de quibus in quit Paulus ad Epheſ. cap. 2. Eſtis ciues Sanctorum & domeſtici Dei. Hæc de 1. c. dicta ſufficiant.

Optima ciuitas apud diuerſas gentes varij in locis.

CAPVT II.

Quomodo regenda ſit Chriſtiana ciuitas loquendo in vniuerſali, donec deſcendamus ad ſpecifica præcipuę temporę pacis.

IN cap. 2. inueſtigandum eſt quomodo ciuitas Chriſtiana regenda eſt prius quidem in vniuerſali, deinde in ſequen-

tibus deſcendamus ad ſpecifica. Et quoniam contingit ciuitatem aliquando habere ſtatum pacificum, aliquando bellicum, ideo in parte prima huius noſtri Operis, decreuimus pertractare de regimine pacifico, quam diſtinguemus in ſex Tractatus, in parte autem ſecunda acturi ſumus de regimine bellico, ſi Deus vitam dederit. Pro præſenti igitur c. ſufficit tangere in vniuerſali quę & quot in vniuerſali requirantur adhoc quòd Chriſtiana ciuitas tempore pacis rectè diſponatur. Tu igitur aduerte, quòd cum Chriſtiana ciuitas conſtituatur, vt ciues habeant ſufficientiam vitæ & virtuoſe ac iuſtè viuant, & vt Deum verum rectè, & abſque errore ac ſuperſtitione colant, duplici indiget regimine, ſcilicet temporali ſiue ſeculari, & ſpirituali, pro ſeculari regimine quatuor in vniuerſali requiruntur, ſcilicet,

Duplici regimine regęda eſt ciuitas Chriſtiana.

Seculari regimini, quatuor opportuna ſunt.

Princeps, ſiue rector,
Conſilium,
Iudicium ſiue prætorium,
Populus.

Princeps quidem vt populum conſeruet, & cuſtodiat patrias leges.

Conſiliũ vt inueniat ac promulget oportunas leges ſiue decreta, ſiue ſtatuta, ſub quibus vltra cõmunes, & vniuerſales leges, regendus eſt Chriſtianus populus.

Iudiciũ ſiue prætoriũ, vt conſtituti iudices authoritate legis, & principis diſcernant inter iuſtum, & iniuſtũ, tam in diſtributiuis quàm in commutatiuis tam in ciuilibus quàm in criminalibus, vt ciues adinuicem pacificè viuant, & defenſentur ab iniuriantibus.

Populus, vt aſſueſcat leges & decreta ad approbatas conſuetudines obſeruare, & ſi repugnat aut non acquieſcit cõprimatur ex publica authoritate per pœnas lege inſtitutas, aut voluntarias ſed rationabiles.

Et quidem quòd prędicta ſimul ſumpta de neceſſitate requirantur, ad ſufficiens, & perfectum temporale regimẽ in Chriſtiana republica, ita quòd ſi vnum defecerit, regimẽ ipſum inualidum erit, ſumitur ratio hinc, Chriſtiana ciuitas non minus regenda eſt bonis, & iuſtis legibus ſtatutis, & decretis, quàm quæcunque alia Republica apud Philoſophos cùm ſit longè perfectior, vt potè ad virtutem & verum Dei cultum. Sed ad hoc quòd per iuſtas leges quò ad ſtatum tẽporalem rectè diſponatur, quatuor de neceſſitate requiruntur,

Ad optimã reipublicæ cuiuſque diſpoſitionem quatuor neceſſaria ſũt.

Primò, quòd leges ſint per ſapientes rectè excogitatæ.
Secundò, quòd leges inuentæ ſint per potentiam, & authoritatem manutentæ & cuſtoditæ.
Tertiò quòd per leges ſint acta ciuiũ tam ciuilia quàm criminalia benè ac iuſtè adiudicata.
Quartò, quòd quæ legibus præcipiuntur ſint obſeruata.

Conſilium oportet eſſe in ciuitate.

Primum quidem ſpectat ad conſilium. Oportet enim in Chriſtiana ciuitate aliquos exiſtere, qui prudentia, & ſapiẽtia, & longa experientia atque vitæ probitate ſciant matura inquiſitione, & conſultatione inuenire, quæ per modum legis, aut decreti ſtatuenda ſunt: ac populo proponantur obſeruanda, & hac via proceſſerunt antiqui illi Romani, qui nuncupati ſunt Iuriſconſulti. idem mos fuit apud Perſas & Medos. Vnde in lib. Heſter capite 1. vbi legimus quòd Aſſuerus iratus contra Vaſthi Reginam interrogauit ſeptem ſapientes, qui ex more regio ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, & reſpondit Manucha fortè aliis antiquior, & prudentior, inuenitque legem ſiue decretum, quod ab omnibus aliis approbatum eſt, & per totum Aſſueri dominium promulgatum. Quod quale fuerit vide tu illic.

Princeps quàm neceſſarius ſit in ciuitate.

Secundum ſpectat ad Principem, in cuius manu reſidet omnis poteſtas, & authoritas ſupra ciuitatem. Vnde ad ipſum ſpectat ſuperintendere ne leges deficiantur, aut adulterentur per inuentiones fraudulentas, aut immutentur abſque euidentiſſima neceſſitate, & quòd hoc ſit officium principis in omni Republica benè diſpoſita, iam docuimus in 5. Ethico. ad mentem Ariſtotelis: vbi inquit, quòd princeps debet eſſe cuſtos iuſti, id eſt iuſtæ ac rectę legis, iuſtique ſtatuti: nam & ſtatuta rectè inuenta, vt leges quædam particulares cenſendæ ſunt: ſeruandaque ſunt pro loco & tempore, vt expedit. Quod autem ſit officium principis cuſtodire ac manu tenere legem, qua iuſtè & pacifice regatur populus Chriſtianus, & præcipuè ne verum Dei cultum relinquat. conſtat ex ſacra Scriptura, in qua legimus duces, reges, & principes populi, Deum timentes non aliud magis curaſſe quàm legis cuſtodiam, & obſeruantiam, vt tibi manifeſtum erit ſi ſacram vertes, & per leges Scripturam. Inter quos præcipui ſunt iſti, Moſes, Phinees, Ioſue, Gedæon, Iepte, Samuel, Dauid, Salomon antequàm recederet à Domino, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, & in libro. Machabæorum, Mathathias, Iudas & fratres eius. Præterea, quòd principis ſit cuſtodire legem, vt bene viuentes conſeruentur, & mali puniantur conſtat ex doctrina Pauli ad Rom. cap. 13. vbi inquit, Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in irã Dei ei qui malum agit.

Iudices neceſſarij ſunt in ciuitate.

Tertium ſpectat ad iudices, quorum officium eſt ſcire leges & maiorum decreta, & iuxta earum diſpoſitionem cauſas ciuium terminare. Hac de cauſa in ciuitate Chriſtiana ordinatum eſt prætorium ſicut & in qualibet Republ. benè inſtituta ſin humanas leges, vt docuimus in Politicis. Iudices autem populi inſtituere ſpectat ad principẽ. Vnde in lib. Exodi c. 18. Moſes ad conſilium Ietro cognati ſui, inſtituit ſuper populum Iſraël iudices de omni tribu ſapientes, & timentes Deum in quibus ſit veritas, & odientes auaritiam. Samuel 1. Regũ ca. 8. cùm ſenuiſſet, inſtituit filios ſuos iudices in Iſraël, quos tamen populus ferre noluit: qm̃ non ambulabant in viis patris ſui Samuelis, ſed declinauerant poſt auaritiam, acceperúntque munera, & peruerterũt iudicium.

Ioſaphat rex Iuda in 3. Regum, & in 2. Paralip. ca. 19. cõſtituit iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda monitis, & præcepit eis dicens, Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei. Quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.

Præceptis principum & iudicũ, parere ciues oportet.

Quartum ſpectat ad totum populum: oportet enim populũ obediẽtiã præſtare principi, & iudicibus obſeruando, quæ in lege diſpoſita ſunt, & per iudices rectè determinata. Vnde in toto Deuteronomio, Moſes conatur ſuadere populo, vt ſeruet mandata & legem Domini, promittens obedientibus benedictiones multas, contra inobedientes autẽ maledictiones peſsimas. Inquit enim in cap. 7. Cuſtodi præcepta & cæremonias & iudicia, quæ ego præcipio tibi hodie vt facias. Si poſtquàm audieris hæc iudicia, cuſtodieris & feceris ea, cuſtodiet & dominus pactũ tibi, & miſericordiam quam iurauit Patribus tuis, &c. In ca. aũt 8. inquit. Sicut Gentes quas deleuit Domin⁹ in introitu tuo ita & vos peribitis, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri. Conſtat igitur tibi qũo ad verum & perfectum regimẽ Chriſtianum quatuor prædicta requirũtur, & firmata ſunt in ſacra Scriptura, & ad quos ſingulum ſpectet.

Legiſlator oĩs in ſuis legibus tria intendit.

Aduerte & aliam rationem ſumptam ex fine legum, per quam quatuor prædicta demonſtrantur neceſſaria in Chriſtia na Repu. Notandum igitur quòd omnis ſapiens legiſlator ſiue diuinus, ſiue humanus, in legibus ſuis tria intendit. Primò quòd per legum obſeruantiam acquiratur conferens, id eſt vtile, & vitetur nociuum. Secundò quòd fiat iuſtum, & vitetur iniuſtum. Tertiò quòd populus aſſequatur laudabile & virtuoſum, & fugiat vituperabile ac vitioſum. Primum ſpectat ad conſilium: nam veri conſultores in quirere & determinare habent, quid in agẽdis expediat & quid non. Secundum autem ſpectat ad prætorium. Tertium verò ad populum. Nam populus ad benè & virtuoſè viuẽdum inducendus eſt per doctrinam legũ & exhortationes & pœnarum comminationes, vt declinet à malo & vituperabili, & faciat quod eſt bonum & laudabile. Cõſtat igitur tibi quot requirãtur pro regimine temporali in ciuitate Chriſtiana, & de ſingulis in ſpecie acturi ſumus in ſequẽtibus. Hæc de præſenti c. dicta ſint.

CAPVT III.

S. ciuitas Chriſtiana regenda eſt per vnum Principem vel per plures principantes.

IN 3. cap. inueſtigandum eſt quid magis expediat, ſcilicet an melius ſit ciuitatem Chriſtianam habere tantùm vnum principem temporalem, an plures ſimul dominantes, qui dicuntur vnum dominium conſtituere. Tu igitur aduerte hic exiſtere ſententias oppoſitas, aliqui enim tenent meliorem eſſe principatum plurium, aliqui autem vnius.

vnius. Et quoniam intendo ſuſtinere ſecundam partem: ideo ſic procedendum eſt. Primò, probabitur quòd melior eſt principatus vnius. Secundò, recitabuntur rationes tenétium oppoſitum. Tertiò ſoluemus eas.

Quantùm ad primum aduerte quòd hæc concluſio, Melius eſt Chriſtianam ciuitatem regi per vnum quàm per plures, manifeſtari poteſt quadruplici ratione. Prima ſumenda eſt ab vnitate & pace, quæ primò, & maximè eſt intenta à legis conditore. Secunda, à ciuili potétia. Tertia à regimine naturalie. Quarta à diuina Scriptura.

Melius eſt ciuitatem Chriſtianã regi per vnũ quã per multos principes ob quatuor cauſas

Pro euidentia primæ rationis aduerte, quòd pax, & concordia ciuitatis ſe habent ad conditorem ciuitatis & legiſlatorem ſicut ſanitas ad medicum. Sicut enim medicus primò, & per ſe intendit ſanitatem in infirmo quæ ſtat in cõcordia quatuor humorũ qui ſunt cholera, ſanguis, flegma & melancholia, & propulſare ægritudinem conſiſtentem in repugnantia & diſcordia eorundem, ſic legiſlator & moderator Chriſtianæ ciuitatis, primò, & per ſe procurare debet & conſeruare pacem quæ ſtat in vnitate, & concordia populi inter ſe, & per reſpectum ad principatum, & fugare oppoſitum. Illud ergo regimen in quo magis ſeruatur vnitas, erit expedientius ciuitati Chriſtianæ. Sed cõſtat quòd vno ſolo principante, ſeruatur maior vnitas quoniam nedum plures principantes regunt, debitè & iuſtè regunt, niſi conueniant in vnum, gerantque vicem vnius principantis. Tunc vltrà, Siquando plures principantur ſeruatur pax quia gerunt vicem vnius principis: ergo multò magis quando eſt realiter, & non ſolum æquialenter vnus princeps. Et conſequentia tenet per regulam vniuerſalem, in primo Poſteriorum, Propter quod vnunquodque, & illud magis. Quæ ſic valet in propoſito, Si plures principantes ſeruant pacem in ciuitate, quia imitantur vnum principem: ergo multò magis vnus princeps, qui non ſolùm imitatiuè, ſed eſſentialiter & poteſtatiuè eſt vnus. Hæc ſit prima ratio.

Pro euidentia ſecundæ rationis aduerte, quòd (vt docuimus in Examine noſtro ſuper librum .De cauſis) virtus vnita fortior eſt, quàm ipſa partita, Verbi gratia, Si Sortes & Plato ſimul trahunt nauẽ, ſufficienter trahẽt ſimul vniti ſimulque trahentes. Si aũt vterque diuiſim, neuter ſufficiet. Quòd ſi tanta virtus eſſet in vno ſolo, quanta in Sorte & Platone ſimul iunctis, adhuc ſufficientius traheret: quoniã non intenſius, nec remiſſius, dato quòd tota ſua virtute traheret. Hoc autem non ordinatè ſeruatur, quando plures ſimul trahunt: poteſt enim vnus intenſiùs, alter verò remiſſiùs trahere. Ergo magis expediens eſſet, vnum habentẽ virtutem plurium trahere nauem, quàm plures ſimul iunctos. Sicut ad vindictam inimicorum Dei, magis ſuffecit virtus Sanſonis, quæ pluribus æquialebat, vt legimus in lib. Iudicum capite. 13. & 14. & vltrà. In propoſito ergo arguamus ſic, Stante poſito fundamento ſcilicet quòd virtus vnita vigoroſior eſt, quàm ipſa partita, & quantò magis vna, tantò magis efficax, quoniam ibi non datur intenſius, & remiſſius, ſi tota ciuilis authoritas & potentia quæ eſt in pluribus ſimul principantibus, congregaretur in vno ſolo, efficacior eſſet, & ſolus ille principans melius Chriſtianam Rempublicam diſponeret: ergo propter integritatem & conſeruationem ciuilis potentiæ, expediens magis eſt, Chriſtianam ciuitatem regi per vnum, quàm per plures.

Pro euidentia tertiæ rationis, aduerte quòd in quibuſcunque inuenimus naturale regimen, illud ſemper pendet ab vno, ad quod vt primum & excellentius cætera reſpiciunt. Verbi gratia, in corpore humano, diuerſa membra ad diuerſa officia, varioſque motus ordinantur. His omnibus membrum vnum præſidet, id eſt cor à quo virtutem omnem ſibi debitam recipiunt, quo benè ſe habente corpus totum benè ſe habet, & quo malè affecto, totum malè ſe habet vt patet in febricitante. Eſt enim febris paſſio alteratiua cordis, quod ſignat pulſus concitatio, Se habet autem cor vt princeps, totum autem corpus vt populus principi ſubiectus. Idem patet in elementato animato, in quo datur vnum retinens & ſeruans elementa in mixto, ne ab inuicem diſſoluantur. Hoc autem eſt anima viuificans & mouens animatum corpus, cuius præſentia vt principante & regulante ſeruatur in eſſe, & per ſui abſentiam diſſoluitur in elementa, ex quibus conſtat. Propterea diximus in lib. De Anima quòd anima verius continet corpus, quàm contineatur in corpore (loquendo de continentia virtuali) Idem conſtat in animalibus quæ gregatim viuunt, inter quæ ex authore naturæ, datur vnum regens & præſidens, ad cuius motum mouentur, & quietem quieſcunt, quod ad ſenſum videmus in apibus, & gruibus, & arbitrandum eſt ſic eſſe in pluribus aliis, licet id non ita ſit nobis manifeſtum. Idem conſtat in corporibus cæleſtibus, inter quæ datur vnum primum mobile, quod eſt cauſa motus diurni in omnibus planetis, ab eoque deſcendit omnis motus & influxus in mundo inferiori per alterationem & generationem & corruptionem, vt docuimus in 2. lib. Perygeneos & in 12. Metaph. Idem conſtat in latitudine entium, in qua datur vnum primum principium effectiuum motiuum conſeruatiuum & regulatiuum, & ſe habet in Vniuerſo ſicut dux in exercitu, quẽ, vt docuimus in 12. Metaphyſi. Ariſtoteles appellat vnum omnium entium principem & in ſacra Scriptura dicitur vniuerſorum Dominus, in cuius manu cuncta ſunt poſita. Ex his arguitur ſic, Cùm regimen humanũ ſe habeat ad regimen naturale, ſicut ars ad naturam: ergo ſicut ars imitatur naturam quãtùm poteſt ſic & regimen humanũ imitari debet regimen naturale, in quo, vt docuimus, nõ plura ſed vnum principatur. Melius eſt ergo in ciuitate Chriſtiana vnum & non plures principari.

Pro euidentia quartæ rationis aduerte quòd cùm omnis poteſtas ſit à Deo, vt inquit Paulus ad Roma. capite 13. & Dei perfecta ſint opera, ſi melius eſſet plures quàm vnũ principari ſiue in ciuitate, ſiue in toto vno dominio, Deus vtique inſtituiſſet ſuper populum Hebræum plures & non tantùm vnum rectorem, ſiue ducem, ſiue principem: quoniam ſolus Iſraël Deum colebat, & tamen oppoſitum legimus in tota Scriptura. Nam cùm decreuiſſet eripere Iſraël de ſeruitute Aegyptiaca, inſtituit ducem ſolum Moſem. Nam Aaron non dux ſed ſacerdos ſummus creatus fuit, vt legimus Exodi capite 18. Poſt Moſem autem inſtituit ducem & principem Ioſue filium Num, & miniſtrũ Moſis, vt introduceret Iſraël in terram promiſsionis, diuideretque eam per tribus & familias. Et quidem quòd poſt Moſem conſtituerit eum ſolum in ducem populi Hebræi, conſtat in Deuteronomio capi. 31. Vbi ſic legimus, Præcepitque Dominus Ioſue filio Num & ait, Confortare & eſto robuſtus. Tu enim introduces filios Iſraël in terrã quam pollicitus ſum, & ero tecum.

In lib. Iudicum per totum inuenies, quòd poſt mortem Ioſue ſuſcitabat Dominus ſucceſsiuè ducem vnum ſuper Iſraël, qui populum iudicabat & ſaluabat de manu oppreſſorum, eratque vt paſtor ſeruans & cuſtodiens oues ſuas, eaſque protegens & eripiens de manu iniquè dominãtium.

Duces Iſraël.

Primus fuit Othoniel frater minor Caleph, de quo legimus in libro Iudicum capit. 3. quòd Spiritus Domini fuit in illo, & iudicauit Iſraël, egreſſuſque eſt ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius regem Siriæ, & oppreſſit eum, & quieuit terra, ſcilicet Iſraël quadraginta annis & mortuus eſt Othoniel.

Poſt Othoniel, ſuſcitauit Dominus ducem & ſaluatorem ſuper Iſraël, Aioth qui vtraque manu vt dextera vtebatur, qui in ſecretis occidit Eglon regem Moab, deinde cum populo Iſraël, exiuit in prælium contra Moabitas, præcedens in fronte exercitus, & humiliauit Moabitas & quieuit terra Iſraël à prælijs per octoginta annos, in lib. Iudicũ, cap. 3.

Poſt Aioth, fuit Sanzar, qui percuſsit Philiſtæos ſexcentum, vomere, & defendit Iſraël Iudicum cap. 3.

Poſt Sanzar, fuit Barach ſecum habens Delbora prophetiſſam, qui liberauit Iſraël de manu Iabin regis Chanaã & Syſare ducis exercitus Chanaam. Iudicum ca. 4.

Poſt Barach, fuit Gedæon Iudicũ ca. 6. cui dixit Dominꝰ, Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſraël de manu Madian. Scito quòd miſerim te.

Poſt Gedeon. fuit Izrit Abimelech filius eius. Iudicũ c. 9.

Poſt Abimelech, ſurrexit dux in Iſraël Thola filius Phua patrui Abimelech & iudicauit Iſraël per 20. annos, Iudicum cap. 10.

Poſt Thola fuit Iair Galaadites, qui per annos 22. iudicauit Iſraël, Iudicum cap. 11.

Poſt Iair, fuit princeps creatus à populo Iepte Galaadites vir fortiſsimus, qui pro Iſraël pugnauit contra Ammon, & prœualuit, Iudicum cap. 11. & 12.

Poſt Iepte fuit Abeſſan de Betheleem qui iudicauit Iſraël ſeptem annis, Iudicum cap. 12.

Poſt Abeſſan, fuit Abdon filius Bellei Pharatonites de Ephriam,

Ephraim,qui iudicauit Iſraël annis 8.

Poſt Abdon fuit Sanſon electus à Domino qui pugnauit contra Philiſtæos,& iudicauit Iſraël 20.annis, Iudicum capite 16.

Poſt Sanſon ceſſauit dux & rex in Iſraël,vnde dicitur Iudicum cap. 18.In diebus illis non erat rex in Iſraël: & per regem intellige Dominum, ſiue rectorem,in quo reſideret vniuerſalis authoritas ſuper populum.

Sacerdotes ſecuti ſunt duces & reges ī Iſraël eorum munere fungentes.

Poſt duces,& iudices, tranſtulit dominus téporale regimen ad ſummum ſacerdotem,qui Iſraël regebat & iudicabat,& defenſabat,congregato exercitu,cõtra inſurgentes, ſicut agebant iudices. Inter hos primus fuit Hely, vt patet in primo Regum capite 1. Secundus Samuel, vt patet in primo Regum capite 7.Nam iudicabat Iſraël cunctis diebus vitæ ſuæ,& ibat per ſingulos circuiens Bethel & Galgala & Maſpha, & iudicabat Iſraël in prædictis locis.

Poſt Samuelem trãſlatum eſt regimen temporale ad reges:quoniam(vt legimus in primo Regum capite 8.) filij Iſraël noluerunt iudicari per filios Samuelis, eò quòd declinabant à iuſtitia,& peruertebant iudicium. Propterea petierunt à Samuele vt conſtitueret ſibi regem. Qui conſulto domino,inſtituit ſibi regem, Saul. Poſt ipſum regnauit Dauid: ſuper totum Iſraël poſt Dauid Salomon. Hi tres tantùm regnauerunt ſuper totum Iſraël. Nam ſub Roboan filio Salomonis,diuiſum eſt regnum, ita quòd ſola tribus Iuda cum tribu Leui habebat proprium regem. Decem autem tribus,alium regem,& qui regnarunt ſuper tribum Iuda,appellati ſunt reges Iudo. Qui autem ſuper decem tribus,dicti ſunt reges Iſraël. Et ſi tu perlegeris quatuor libros Regum,non inuenies plures reges ſimul regnaſſe,neque ſuper Iudam, neque ſuper Iſraël ſed ſinguli ſingulis temporibus regnarunt, quorum ordo & numerus fuit iſte,

Iuda & Leui trib⁹ vñ regẽ tantum habebant, quẽ appellãtere regem Iuda:cæteræ decem trib⁹ vnum regẽ, quem appellabant regẽ Iſraël.

Reges ſuper Iudam.		*Reges ſuper Iſraël.*	
Roboam,	1	Hieroboam,	1
Abia,	2	Nadab,	2
Aſſa,	3	Baaſſa,	3
Ioſaphat,	4	Hela,	4
Ioram,	5	Zambri,	5
Ochozias,	6	Amri	6
Ioas,	7	Achab,	7
Amaſias,	8	Ochozias,	8
Azarias,	9	Ioram,	9
Ioathan,	10	Iehu,	10
Achaz,	11	Ioacham,	11
Ezechias,	12	Ioas,	12
Manaſſes,	13	Hieroboam,	13
Amon,	14	Zacharias,	14
Ioſias,	15	Sellum,	15
Ioachan,	16	Manahen,	16
Ioackeim,	17	Phaceia,	17
Ioachin,	18	Phace,	18
Sedechias.	19	Oſee.	19

Cùm igitur in tota Scriptura appareat Monarchia & nõ oppoſitum, argumentum ſumendum eſt quòd Chriſtiana ciuitas regenda eſt per vnum & non plures. Quod confirmauit Saluator Matthæi ca.6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire,&c.

Quomodo falſo quidã conẽtur ſua dere pluriũ principatum decere magis Rempublicã Chriſtianam.

Quantùm ad ſecundum aduerte nonnullos ſentire oppoſitum,conanturque triplici ratione probare principatũ plurium excellentiorem eſſe quàm vnius.

Prima ratio ſumitur à perfectiore intelligentia. Pro cuius notitia aduerte,quòd ſicut plures oculi,plus vident quã vnus,pluresq; manus,plus valent quàm vna, ſic plures intellectus, plus & perfectius intelligunt quàm vnus, quod em̃ nõ intelligit vnus,aut non aduertit,aut non põderat,intelliget,aduertet,põderabit alius:ergo ſi plures principantur ciuitati,perfectior erit intelligentia regitiua quàm ſi vnus tantùm.Imaginandum eſt enim plures ſimul principantes cõponere hominẽ vnum qui plures habeat oculos vt Argus,plures manus,plures aures,plures linguas,plures intellectus,qui erit vt homo vniuerſalis reſpectu particularis. Et ſic conſtat quòd multitudo dominantium, quæ æquiualet homini vniuerſali,longe melius reget ciuitatem quàm vnus ſingularis.

Principis intentio recta eſſe debet.

Secunda ratio ſumitur ab intentione recta quæ ſummè neceſſaria eſt in dominante. Inquit enim Saluator Matthæi capite 6.Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit,id eſt, Si intentio principis erit recta, totum regimen ſuum erit rectum & clarum, id eſt, iuſtum. Pro euidentia igitur huius rationis aduerte quòd tunc principans rectè intendit: quando bonum publicum præponit bono ſuo priuato.Obliquè autem intendit,quando facit oppoſitum, ergo quantominùs principans intendit commune bonum,tantò peior eſt principatus. Sed ſi plures dominentur, dato quòd intendant bonum proprium,tamen non recedunt ab intentione boni communis. Bonum enim multorum eſt quaſi bonum commune, & exponitur pro communi ſalute ſi ſunt verè principantes,& non tyrannicè. Si verò vnus tantùm dominatur,& ille intendit bonum proprium, recedit pro maiori parte ab intentione boni publici.Bonum enim vnius, eſt bonum priuatum, quod parùm confert conſeruationi Reipublic. Meli' eſt ergo plures dominari in Chriſtiana ciuitate quàm vnum.

Maxima debet eſſe principis,conſtãtia.

Tertia ſumitur ex conſtantia & ſtabilitate,quam neceſſe eſt eſſe in principe,aliter eius dominium firmari non poterit,nec diu perſeuerabit in bono. Pro euidentia huius rationis aduerte quòd oportet principem eſſe in populo velut regulam rectam non de facili flexibilem, ita quòd neque per iram, neque per concupiſcibilem, neque per alias deordinatas paſsiones peruertatur à rectitudine mentis & bonitate ſui regiminis. Sed ſi vnus dominatur facilius peruertetur: quoniam neque parem, neque ſuperiorem habet, ex conſequenti neminem veretur. Si autem plures dominantur, difficiliùs corrumpuntur: quoniam vnus alterum obſeruat,admonet,& impedire poteſt. Ergo expedientius eſt plures,quàm vnum principari in Chriſtiana ciuitate.

Quiſnam vnus princeps conue. nat reipublicæ Chriſtiana.

Quantùm ad tertium, aduerte quòd prædictæ rationes in vno ſenſu nihil concludunt, in alio autem, omnino veræ,& efficaces ſunt ex ipſa experientia. Pro cuius notitia aduerte, quòd quis Monarcha eſſe poteſt tam in ciuitate Chriſtiana, quàm in regno Chriſtiano duobus modis. Primò, quòd ſit Monarcha cum debitis conſultoribus ſapientibus, atque iuſtitiam & bonum publicum prę omnibus curantibus, quorum ſententia populum regat,illi prouideat, illosque defendat, ſtudeatque iudices habere iuſtitiæ & legum ſeruatores. In reliquis autem ciuitatis ſiue regni negociis, præponat veraces, & induſtrios animoſoſque officiales, qui non ſint proprij lucri cupidi,ſed boni publici veri Seruatores. Secundò,quòd ſit Monarcha ſapiens in oculis ſuis, ſuadens ſibi nullo indigere conſilio volens per ſeipſum omnia explere, quòd ſi officiales pro variis in ciuitate negotiis inſtituit, prohibet ne quid agant abſque ſui capitis ſententia,atque mãdato.

In primo ſenſu expedit in ciuitate & Chriſtiano regno, eſſe Monarcham,id eſt vnum tantum principari, quoniam etſi ſecundum ſe plures oculos,plures manus,plures intellectus non habeat,habet tamen ex aſsiſtentia prudentum, & iuſtorum iudicum, & aliorum officialium veracitate, quorum conſilio,& iudicio,& rectitudine atque vigilantia,ciuitatem ſiue regnum Chriſtianum moderatur.Qualis mos fuit apud Perſas, & Medos (vt docuimus in Moralis Platonica) & patet in Scriptura ſacra in libro. Heſter capitulo primo.Vbi ſic legimus, Aſſuerus rex interrogauit ſapientes,qui ex more regio ſemper ei aderant, & illorum conſilio cuncta faciebat,ſcientium leges & iura maiorum. Erant autem hi ſeptem duces Perſarum atque Medorum,qui videbant faciem regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant. In hoc igitur ſenſu, rationes præpoſitæ nihil concludunt: quoniam huiuſmodi princeps, cum prædictis circunſtantis, eſt homo vniuerſalis, ſcilicet plurium oculorum, plurium manuum, &c. Procurabitque longè amplius bonum publicum quàm proprium: imò, & quàm propriam corporis ſalutem. Sicut Moſes ante Pharaonem, Gedæon, Iepte, Sanſon, Dauid, de quibus verum eſt illud Saluatoris, Ioannis capitulo decimo, Bonus paſtor, animam ſuam ponit pro ouibus. Neque facile eſt huiuſmodi principem deprauari, aut peruerti, modo habeat iuſtum & rectum prudentum conſilium. Oporteret enim omnes ſapientes quorum conſilio & ſententia regit,priùs corrumpi,& deprauari, quod difficillimum eſt: quoniam vnuſquiſque ſibi timet ne reueletur. Conſtat ergo quomodo ſecund

Principatus vnius malus si sit tyrannicus.

cundum primum ſenſum expedit vnum, & non plures dominari in Chriſtiana ciuitate. Iuxta autem ſecundum ſenſum, non expedit vnus, ſed plurium principatus. Nã princeps ſuo capite cuncta diſponens, prudentum conſilio non acquieſcens, qui non ſtudent officiales habere probatos, & iuſti amatores, non princeps Chriſtianus, ſed tyrannus cenſendus eſt. Talis populũ irritat, diſſipat, & diſcordè nutrit, ideo dignus eſt non principatu, ſed morte. Huiuſmodi fuit Roboam Salomonis filius, qui vt legimus in 5. Regum capite 12. noluit acquieſcere conſilio ſapientum ſeniorum qui aſſiſtebant Salomoni patri eius dum viueret, & fecit iuxta conſilium iuuenum imprudentum, qui ſecum nutriti erant. Ideo receſſit Iſraël ab eò, & ſola tribus Iuda, per ſeuerauit ſub duro dominio Roboam. Talis fuit Achab rex Iſraël, in 3. Regum capite 17. Qui nullius cõſilio acquieſcebat, niſi impiiſſimæ Iezabel vxoris ſuę. Ideo deleuit Dominus domum Achab vſque ad vltimum per manum Iehu, quem conſtituit regem ad perdendum domum Achab.

Talis fuit dirus iſſe Antiochus, 2. lib. Machabæorum ca. 9. & immaniſſimus ille Herodes, Matthæi cap. 2. Loquendo igitur de talibus, rationes præpoſitę cõcludunt. Nec aliter ſoluendæ ſunt. Determinatio autem noſtra ſtat ſecundum primum ſenſum. Hæc de preſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Si princeps creandus eſt ciuitate vel dominio Chriſtiano per electionem, vel per hæreditatem & ſucceſſionem filiorum.

IN c. præcedenti determinauimus magis expedire ciuitatem Chriſtianam regi per vnum quàm per plures, modis & circunſtantiis ſuprapoſitis. Nunc inueſtigandum eſt, ſi ille vnus eligendus eſt à populo vel à maioribus populi, vel ſi creandus per hæreditatem & ſucceſſionem filiorum, putà quòd poſt patrem dominetur filius maior: & hic quatuor agenda ſunt. Primò determinabitur quòd omnibus conſideratis, magis expediens eſt principatum Chriſtianum tendere per ſucceſſionem quàm per electionem. Secundò quòd determinanda eſt familia ſiue proſapia, ex qua aſſumendi ſunt principes per ſucceſſionem. Tertiò quòd determinanda eſt perſona, putà filius maior ꝑ tempore. Quartò ſoluentur rationes quædam, quibus nonnulli probare contendunt, melius eſſe principatum tendere per electionem quàm per ſucceſſionem.

Melius eſt in Replica Chriſtiana principem principi ſuccedere, quã per electionem aſſumi.

Primum manifeſtatur triplici ratione, ex quibus prima ſumitur ex parte principantis. Secunda ex parte filij ſuccedentis in principatu. Tertia ex parte populi. Deinde confirmabitur propoſitum ex diuina Scriptura.

Prima ratio eſt hæc, Si principatus tendit per ſucceſſionem, magis curabitur & firmabitur, ac meliorabitur bonum publicum, & omni ſolicitudine defenſabitur contra impugnantes, quæ non fient ſi tendit per electionem: ergo melius eſt quòd tendat per ſucceſſionem quàm per electionem. Conſequentia patet, & probatur antecedens. Si tendit per ſucceſſionem principans pro tempore exiſtimat principatum tanquàm bonum proprium & hæreditatem à poſteris ſuis poſſidendam. Si autem tendit per electionem, principans pro tempore exiſtimabit principatum vt bonum aduentitium, veluti vſufructuarius tantùm pro vita ſua. Sed naturale eſt homini magis diligere, curare, augere, firmare, & defenſare bonum proprium, non ſolùm, quia ſeipſum amat, ſed quia filios quibus bona perpetua parare contendit, quàm bonum aduentitium terminandum cum vita poſſidentis, ſicut communiter in nobis experimur: ergo conſtat quòd ſi principatus tendit per ſucceſſionem, magis curabitur bonum publicum à principante pro tempore. Si autem princeps eligitur, dicet in corde ſuo, Fiat pax in diebus meis, & non curabit vltrà. Et confirmatur propoſitum ex vtraque parte. Leges in lib. primo Paralypomenon, capit. 18. & 19. & 20. quanta fecerit Dauid, vt dominum firmaretur in manu filij Salomonis. Et in libro ſecundo capit. 8. leges quanta fecerit Salomon, & quas ciuitates extruxerit, quas gentes humiliauerit & tributarias fecerit, vt filio ſuo Roboam pacificum & opulentum & firmum relinqueret principatum. Per oppoſitum autem leges Iſaiæ capit. 39. quòd cùm Ezechias rex audiſſet Iſaiam prophetantem ſibi ex ore Domini, & dicentem, Ecce venient dies, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque in diem hanc in Babylonem: & de filiis tuis qui exhibunt de te, quos genueris tollent & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. His auditis Ezechias quaſi decidens à ſpe poſteritatis in Dominio, dixit ad Iſaiam, Bonus ſermo Domini, quem locutus eſt, ſit tantùm pax & veritas in diebus meis.

Secunda ratio eſt hęc, Sicut ſe habet ille qui de nouo ex paupere factus eſt diues ad diuitem, & nobilem, ex antiquo tempore quò ad mores, ſic qui ex non principe, de nouo eligitur princeps, ad principantem ex ſucceſſione & hæreditate quò ad mores. Sed ex ipſa experientia videmus pauperem de nouo factum diuitem magis arrogantem, magiſque auarum, & inſupportabilem, quàm diues & nobilis ex antiquo. Vnde dicitur Eccleſiaſt. capi. 25. Tres ſpecies odiuit anima mea. Pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenem infatuum. Ergo à ſimili, ſi quis de nouo eligitur in principem, ex familia quæ non conſueuit principari, de facili erigetur in arrogantiam, & vt oppreſſor populi, fiet inſupportabilis. Si autem principatus tranſit per hæreditatem, filius ſuccedens patri non ita extollet ſeipſum, quoniam etſi gaudeat principatu, tamen non excedet, aduertens ſe poſſidere quod pater & maiores ſui poſſederunt. Vt ergo populus non durè regatur, nec inerudite, expediens eſt principatum tendere per ſucceſſionem, & non per electionem.

Natum pauperem nouex pedit ditari ſorte.

Tertia ratio, eſt hæc, Si principatus tendit per ſucceſſionem, populus magis pacificè, & facilius regulatur quàm ſi per electionem: ergo, &c. Patet conſequentia. Antecedens autem ſic manifeſtatur, Si tendit per ſucceſſionem, populus aſſueſcit filiis obedire ſicut prædeceſſoribus obediut, quando autem eſt aſſuetus, quaſi naturaliter obedit, quoniam conſueta obtinent vim naturæ: ex eo autem quòd quaſi naturaliter obedit, magis pacificè, & tutè & facilius regitur. Si autem tendit principatus per electionem, erit totum oppoſitum: quoniam inconſueta magis oneroſa, atque difficiliora, nobis apparent. Hinc videmus, quòd ſi ciuitas, aut regnum tranſit ad nouum ſtatum & principatum, donec prima generatio aſſueta alteri ſtatui tranſeat, rarò pacificè viuit. Expedit ergo principatum cõtinuari per ſucceſſionem, & non per electionem.

Perſucceſſionem nõ autem per electionem expedit principatus in veteri Teſtamento.

Et confirmatur, ex ſacra Scriptura. Nam in quatuor libris Regum inuenies filios regnaſſe poſt patres, ſi filij aderant, & niſi dominus transferret dominium, ad alteram familiam. Nam ſi non aderant filij, regnabat proximior. Vnde legimus in 4. Regum capite 1. quòd poſt Ochoziam filium Achab, regnauit Ioram ſuper Iſraël, eò quòd Ochoziæ non erant filij. Erat enim Ioram frater Ochoziæ. Legimus etiam principatum tranſlatum propter peccata patrum, vt regnum Iſraël, à domo Saul, ad Dauid & ſucceſſores eius, in primo Regum capite 16. Et in 3. Regum ca. 12. à domo Roboam filij Salomonis tranſtulit regnum decé tribuum ad domũ Hieroboam filij Nabat: in 3. Regum cap. 9. tranſtulit regnum decem tribuum. à domo Achab, ab domum Iehu filij Ioſaphat, filij Namſi. Exceptis autem his caſibus inuenies principatũ apud Hebræos q̃ erat Dei populus tranſiſſe per ſucceſſionem, & non per electionem. Ergo ſignum eſt, quòd ſucceſsio ex ſui natura, melior eſt in principatu quàm electio.

Expedit in ciuitate Chriſtiana determinari familiam ex qua per ſucceſſionẽ homines prẽcipiuntur.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd etiam expedit determinare familiam, ex qua per ſucceſſionem aſſumantur principantes. Nam ex hoc tria ſequuntur bona in ciuitate, ſiue in regno. Primò cauentur lites, & ſeditiones. Nam ſi poſt mortem principis, non eſt determinata familia ex qua ſumendus eſt ſucceſſor, cum diuerſi ciues ad diuerſas familias inclinentur, ſuſcitabunt inter ſe lites, & ſeditiones, & tandem ad inteſtina & ciuilia bella deuenient, ſicut quotidiana experientia & ex hyſtoriis edocemur. Secundò remouetur periculum tyrannidis. Nam ſi non aſſumuntur per ſucceſſionem ex certa familia principantes, ſed modo ex iſta, modo ex illa (prout eliguntur) ſcientes ſe non habere ſucceſſorem de familia ſua, magis intendunt bono proprio, quam publico, ſuumque ſtudium conuertunt ad ditandum ſuos, donec dominantur. Docuimus autem in Politicis quòd princeps præponens bonum proprium, bono publico declinat ad tyrannidem. Vt igitur auferatur hoc periculũ à ciuitate, vel à regno expedit eſt determinare familiam, ex qua aſſumantur principes. Tertiò fiet dominium quaſi naturale. Nam diximus q̃ populus aſſuetus gubernari à principibus per ſucceſſionem, quaſi naturaliter obedit: & non de facili inſurgit. Sed ſi non determinaretur familia, nõ ſeruaret principatus per ſucceſſ

ſucceſſionem. Vt igitur fiat dominium quaſi naturale & firmũ & voluntarium ex parte populi bonum eſt determinare familiam ex qua aſſumantur principes.

Quantùm ad tertium aduerte quòd ſicut expedit determinare, proſapiam, ſiue familiam, ex qua per ſucceſſionem creandi ſunt principes, ſic expedit determinare perſonam illius familiæ, quæ ſucceſſura eſt in principatu, aliter ita inſurgerent lites de perſona ſi non eſſet determinata, ſicut etiam diximus de familia. Nonnulli enim fauerent fratri principis præcedentis, nonnulli filio primogenito, nõnulli filio minori. Expedit ergo determinare perſonam. Illa autem debet eſſe magis cõiuncta principi præmortuo de genere maſculino, & communiter magis dilecta, magisque honorabilis. Dixi de genere maſculino vt excipiam fœminas, quæ naturaliter non benè præſunt: eſt enim maſculus ratione præſtantior, animo conſtantior, intellectu prudentior. Nec eſt ita paſſionum inſecutor vt fœmina. Vnde dominium mulieris inualidum, præceps, inconſtans, & pernicioſum communiter inuentum eſt. Exemplum in Scriptura ſacra habemus in 3. Regum capit. 11. de impiiſſima Athalia matre regis Ochoziæ, quæ videns filium ſuum mortuum, occidit omnes filios filij Ochozię, præter Ioas quem furata eſt, & abſcondit Ioſaba ſoror Ochozię. Illos autem occidit, vt ſola ipſa regnaret ſuper Iſraël. Regnauitque ſeptem annis donec per Ioiadam ſummum ſacerdotem, expulſa eſt de templo & interfecta. conſtitutuſque eſt Ioas rex. De Iezabel crudeli ſuper omnes milieres & vxore Achab, patet in 3. Regum capit. 19. Licet enim Achab titulum regis haberet ipſa tamen regem regebat & ſuper populum tyrannizabat. Et ideo væh ciuitati & populo, cui dominatur fœmina. Vnde Iſaiæ cap. 3. dominium mulierum computatur inter diuina flagella: vbi ſic legimus, Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis: & infrà, Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt & mulieres dominatæ ſunt eis. Rationabiliter ergo excipiuntur fœminę. Nec inuenies in toto veteri Teſtamento mulierem ex diuino inſtituto dominatam fuiſſet. Oportet ergo determinare perſonam in genere maſculino, quæ hęc tria in ſe contineat. Primò ꝙ ſit maximè coniuncta petri priùs principanti, ergo debet eſſe filius: quòd ſi non habet filios erit proximior de ſanguinitate, putà frater, deinde patruus, &c. Nam ſi principatus transferendus eſt ad poſteros, decẽs eſt vt ſeruentur gradus proximitatis ſecundum lineam eiuſdem ſanguinis. Secundò quòd ſit magis dilecta, & hæc eſt filius primogenitus, dummodò tales non paciatur naturæ defectus, ita quòd ſit penitus ineptus regimini, putà ſi eſſet inſenſatus, phreneticus, ſurdus, mutus, cæcus. Nam primogenitus cõmuniter eſt magis dilectus, & de illo prę cipuam gerit ſollicitudinem pater, aduertens, quòd in ipſo ſeruanda eſt principaliter domus & poſteritas: ergo decens eſt vt primogenitus ſuccedat. Et quidem quod primogenitus naturaliter ſit carior magisque dilectus quàm cæteri ſequentes, patet ex eo quòd eſt primus fructus. Videmus autem in omni re fructifera, primitias eſſe cariores etiam apud Deum. Vnde in lege reſeruauit ſibi primogenita tam hominum quàm animalium, vt patet in lib. Numeri capite 3. Et quando decreuit ſæuiſſima plaga percutere Aegyptios, occidit omnes primogenitos, vtpotè parentibus cariores. Tertiò quòd ſit inter alios honorabilior, & hic eſt primogenitus: quoniam cùm ſit maior ætate, decet iuniores deferre maiori & non econuersò. Conſtat ergo quòd expedit perſonam determinare in ſucceſſione principatus, & quòd ſit filius primogenitus niſi aliud obſtet, poſſunt autem obſtare non ſolùm prędicti defectus, ſed etiam inſtitutum maioris principis, ſiue ſit inſtitutum diuinum, ſiue humanum. De diuino quidem patet in 2. Regum capit. 7. de Dauid & Salomone, quem rex Dauid inſtituit regem, vt patet in 3. Regum c. 1. priuato Adonia, licet eſſet maior & primus poſt Abſalon. Sic enim Deus inſtituerat. De humano autem, ſicut ſi rex ducatum alicui donet pro vita ſua, diſponatque, quòd filius eius minimus in ducatu patri ſuccedat, & non primogenitus. Verùm propter hos, & raros caſus perticulares non eſt debilitanda lex de primogenito in ſucceſſione principatus. Manifeſtum igitur tibi fit, quomodo expedit in ciuitate, & dominio Chriſtiano, principatum continuari per ſucceſſionem & non per electionẽ, & determinandam eſſe proſapiam, & perſonam ex illa proſapia, quæ ſuccedere debeat in principatu, exceptis caſibꝰ prędictis.

Malum eſt ac pernicioſum mulieres principari.

Succeſſor in principatu quæ perſona determinari debeat.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd aliqui conati ſunt probare eſſe expediens principatum tendere per electionem, & non per ſucceſſionem, & ſua potiſsma ratio eſt hæc, Permittere principatum tendere per ſucceſſionem, eſt exponere regimen publicum caſui, & fortunæ in qua nulla poteſt haberi certitudo, nec ratio vt in pluribus, ſicut docuimus in 2. Phyſicorũ: diſponere autem, quòd tendat per electionem eſt ipſum exponere diſcretioni & prudentiæ eligentium. Sed ita longe melius eſt quàm primum. Nam ſi per electionem procedatur ſtudebunt eligentes prius informari quis præualeat in conditionibus requiſitis ad rectè & efficaciter principandum, putà quis in ciuitate ſit prudentior, fortior animo & iuſtior, & non ex muneribus facile corruptibilis. Si autem per ſucceſsionem, incertum ſemper erit, qualis ſit futurus primogenitus principis. Contingit enim ſæpenumerò deteriorem eſſe ſequentibus. Exemplum patet in Scriptura ſacra. Nam Geneſis ca. 27. Iſaac duos habuit filios primogenitum Eſau, & alterum Iacob, & melior fuit Iacob Eſau. Vnde dixit Dominus Malachiæ ca. 1. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Et in 2. Regum cap. 3. legimus primogenitum Dauid fuiſſe Ammon, qui adeò incontinens & impudicus fuit, quòd ſororem ſuam Thamar vi oppreſsit, propter quod occiſus fuit à fratre ſuo Abſalon: Poſt Ammon fuit Abſalon, qui tantum ſuperbiæ leuatus eſt, quòd Dauid patrem expulit de regno. Poſt Abſalon fuit Adonias, qui adeò in corde ſuo euanuit, quòd adhuc viuente Dauid rege, & inſcio, ſe conſtituere fecit in regem, vt patet in 3. Regum capi. 1. Propterea Dauid priuato Adonia inſtituit Salomonem, vtpotè ſapientiorem & dilectum à Domino priuſquam peccaret. Vt igitur de ſucceſſore in principatu Chriſtiano prouideatur ex propoſito & fundamento ſperatæ bonitatis, melius eſt procedere per electionem, quàm per ſucceſsionem filiorum.

Qua ratione quidam putauerint debere principatum per electionem magis quã per ſucceſſionẽ tendere.

Pro ſolutione huius rationis aduerte, quòd vt docuimus in Ethicis, adeò varia ſunt humana geſta atque negotia, quòd in nullo infallibiliter prouidere poſſumus. Vnde dicitur Sapientiæ ca. 9. Cogitationes enim mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Sufficit autem inuenire modum prouidendi in quo rarior contingat error, & vt in pluribus melius diſponatur ſtatus ciuitatis & regni. Quòd ſi aliquando hic modus deficit, propter hoc nõ eſt reprobandus. Hoc enim contingit ex variabilitate materiæ circa quam verſantur humana moralia atque ciuilia, ſicut docuimus in 1. Ethicorum. Hic autem modus eſt vt tendat principatus per ſucceſsionem & non per electionem: nam experimur, quòd multoties electores non concordant in vnum, & hinc oritur ſchiſma atque ſeditio, aliquando tardè concordant, & dum ciuitas caret ſuo principe, mali inſurgunt, committuntur rapinæ, & homicidia, & inhoneſta multa, aliquando electores violantur eligere virum malum, & tunc ſequitur tyrannis in regno. Quòd ſi per ſucceſsionem prouideatur, nullum prædictorum ſequitur.

Ad illud quod dicitur, ſcilicet quòd principatus exponitur caſui & fortunæ, quia neſcitur qualis ſit futurus filius principis, reſpondetur ꝙ huic eſt remedium. Nam ſi filius eſt bonus & aptus regimini principatus non deterioratur, ſi autem ſit inſufficiens, eius inſufficientia adiuuari poteſt per prudentes conſultores & iuſtos iudices, & per ſenatũ. Omnibus ergo conſideratis melius eſt principatui prouidere per ſucceſsionem, quàm per electionem. Sed contra prædicta duo inſurgunt dubia.

Primum dictum eſt non inueniri in veteri Teſtamento ex diuino inſtituto mulierem dominatam fuiſſe. Oppoſitum huius habemus in libro Iudicum capi. 4. de Delbora quæ exiſtens prophetes iudicabat Iſraël. Quæ ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Roma & Bethel, in monte Ephraim, aſcendebántque ad eam filij Iſraël in omne iudicium. Iudicare autẽ ſupponit principatũ in Scriptura ſacra: ergo, &c.

Num fœmina vnquam in principatu inſtituenda.

Ad hoc dicitur, quòd Delbora non fuit ſola dominans in Iſraël, ſed Dominus dedit ei virum in ſocietate nomine Barach. Sic enim legimus in eodem cap. Delbora miſit & vocauit Barach filium Abinoëm, decedes Neptalim, dixitque ad eum, præcepit tibi Dominus Deus Iſraël, Vade deſcende, & duc exercitum in monte Tabor, tollésque tecum decem millia pugnatorum de filiis Neptalim, &c.

Nunq̃ primogenitus carior ſit et filijs.

Secundum, dictum eſt quòd in principatu ſuccedere debet primogenitus, quia carior & magis dilectus eſt patri.

tri. Oppoſitum habemus Geneſis cap. 37. in quo legimus q̃ Iſraël i. Iacob diligebat Ioſeph, ſuper omnes filios ſuos, eo q̃ in ſenectute genuiſſet eum. Item Dauid dilexit Salomonem, & tamen non erat primogenitus, vt patet in 3. Regum cap. 1. Nam Adonias præcedebat Salomonem ætate. Non ergo bene dicitur, q̃ primogenitus ſuccedere debet, quia eſt magis dilectus à patre.

Ad hoc reſpondetur, quòd ſufficit regulæ & decreto in moralibus atque politicis, ſi verificetur vt in pluribus, etiã quòd deficiat in paucioribus. Certum eſt autem ex ratione ſuprà inducta, quòd primogeniti vt in pluribus ſunt magis dilecti dilectione ſubſtantiali & ſolidiori, cuius ſignum eſt, quòd apud Gentes, vt docuimus in Politicis, & apud multas etiam Chriſtianas Gentes, inſtituuntur primogeniti hęredes, vt patet apud Gallos. Exemplum autem Iacob, non concludit: quoniam dilectio maior ſuper Ioſeph intelligitur quò ad teneritudinem, eò quòd iuniores ſunt ſolatio ſenioribus, cum hoc tamen ſtat quòd ſolidius & efficacius diligeret primogenitum. Cuius ſignum eſt, q̃ in benedictionibus primus fuit Ruben. Vnde Gene. cap. 49. ſic habemus, Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea.

Ioſeph quomodo fuerit verus Iacob primogenitus.

Prætereà dico quòd Ioſeph fuit verus primogenitus Iacob ex Rachele, pro cuius notitia aduerte, q̃ vt habemus Geneſ. c. 29. nunquam fuit intentio Iacob ſeruire Laban, niſi pro dilecta ſibi Rachele, quam ſolam intendebat habere in vxorem, & ex ea filios ſibi ſucceſſores procreare: quòd autem habuerit Lyam in vxorem fuit præter intentionem ſuam. Vnde licet Ruben ſit primogenitus ex Lya, tamen quia Ioſeph fuit primogenitus ex prima & per ſe deſiderata Rachele: ideò eſt verè primogenitus legitimus quò ad primam intentionem Iacob, cuius ſignum eſt quòd vt legimus Geneſ. cap. 49. dedit Iacob moriturus filio ſuo Ioſeph partem vnam extra fratres ſuos, quam, inquit, tuli de manu Amorrei in gladio & arcu meo, fuit ergo magis dilectus, qa in ſenectute genitus, & quia genitus ex Rachele dilecta, & quia primogenitus ex Rachele. De Dauid autem & Adonia dicere poſſumus q̃ non fuit ex mera voluntate eius conſtituere Salomonem regem relicto Adonia, ſed quia ſic ordinatum fuerat à Deo. Nam in 2. Regum cap. 7. legimus quòd dixit Dominus per Nathã prophetam regi Dauid, Cùm cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo poſt te ſemen tuum, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, &c. Quòd autem hic eſſet Salomõ, & non alius ex filiis Dauid, conſtat in 1. Paralipo. cap. 22. vbi ſic legimus, Vocauit Dauid filium ſuum Salomonem, & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Iſraël. Dixitque Dauid ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ fuit, vt ædificarem domum nomini Dei mei, ſed factus eſt ſermo Domini ad me dicens, Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me, filius qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus, faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum, & ob hanc cauſam pacificus vocabitur, & pacẽ & ocium dabo in Iſraël cunctis diebus eius, ipſe ædificabit domum nomini meo, &c. Conſtat igitur quòd Dauid Salomonem regem inſtituit ex diuina diſpoſitione, etiam quòd eſſet nõ primogenitus. Et prætereà, Adonias ſe immeritum fecerat: quoniam viuente Dauid vſurpauerat ſibi regnum in 3. Regum, cap. 1. Et ideo meruit priuari ſucceſsione regni. Hæc de præſenti c. dicta ſint. Et hic terminatur cõſideratio noſtra pro primo Tractatu philoſophiæ ciuilis Chriſtianæ.

Tractatus primi Philoſophiæ Ciuilis Chriſtianæ, Finit.

TRACTATVS SECVNDVS, Ciuilis Philoſophiæ Chriſtianæ de optimo Principe.

DIximus in Tractatu præcedenti in ca. ſecundo quod quatuor requiruntur pro recto regimine ſeculari ciuitatis, ſiue dominij Chriſtiani, tempore pacis, ſcilicet Princeps, Conſilium, Iudicium, ſiue Prætorium, & Populus. Et quoniam bonitas & malicia conſilij, & iudicij, & populi, pendent à probitate, & malitia principis: ideo in hoc ſecundo Tractatu, acturi ſumus, de qualitatibus, & conditionibus, quas debet princeps Chriſtianus habere, & quas vitare debet. Vt autem recto, & doctrinali ordine procedamus, diſtinguemus præſentem tractatum, in tres partes.

In prima, declarabimus qualiter ſe habere debeat princeps Chriſtianus, circa omnes paſſiones appetitus ſenſitiui.

In ſecunda, quos mores debeat imitari, & quos vitare.

In tertia, quod ſit officium ſuum: & quæ maximè intendere debet, vt Chriſtianum populum, velut paſtor regat, & nõ vt tyrannus.

PARS PRIMA.

De optimo principe quò ad ſenſitiui appetitus paſſiones & diſpoſitiones.

HAnc partem primam, diſtinguimus in ſeptem capita.

Primò, declarabimus quomodo ſe habere debeat circa amorem, & odium.

Secundò quomodo circa deſiderium, & fugam.

Tertiò quomodo circa delectationes, & triſtitias.

Quartò quomodo circa ſpem, & deſperationem.

Quintò quomodo circa audacias, & timores.

Sextò quomodo circa iras, & odium.

Septimò quomodo circa alias paſsiones minus principales, quæ ſunt ſex, ſ. zelus, gratia, nemeſis, miſericordia, inuidia, verecundia.

CAPVT I.

Quomodo ſe habere debeat Princeps Chriſtianus, circa amorem, & odium.

IN hoc primo capite declarandum, eſt qualis debeat eſſe Chriſtianus princeps, circa duas primas paſſiones, concupiſcipibilis, quę ſunt, amor & odium, & hic tria agẽda ſunt. Primò breuiter recitandum eſt, quot ſint paſſiones appetitꝰ ſenſitiui, in nobis. Secũdò declarabit, qũo ſe habere debeat verus, & catholicus princeps circa timorem, & amabilia. Tertiò quomodo circa odium, & odibilia.

Quantum ad primũ aduerte, q̃ in Epito. noſtris Phyſicalib. in 3. lib. de Anima, in Tract. de Potẽtia motiua, diffusè locuti ſumus de paſsionib. ſenſitiui appetitus diſtincti in concupiſcibilem, & iraſcibilem, & illic inuenies numerum, & ordinem earum, & rationẽ propriam ſingularum. Vide tu illic. Pro nunc, ſufficiat tibi aſſignare numerum, & ordinem, & ſubiectum, in quo ſunt. Tu igitur aduerte, quòd in concupiſcibili, ſunt ſex. Tres, reſpectu boni, quæ ſic ordinantur, Amor, Deſiderium, Delectatio. Tres reſpectu mali, quæ ſic ordinãtur, Odium, Fuga, Triſtitia. In iraſcibili, ſunt quinq;. Duæ, reſpectu deſiderij, quę ſunt, ſpes, & deſperatio. Duæ, reſpectu fugę, q̃ ſunt timor, & audacia. Vna, reſpectu triſtitię, quę eſt ira. Quare autem ſint ſex in concupiſcili, & quinque in iraſcibili, & non plures, & quare paſſiones iraſcibilis verſantur circa paſsiones concupiſcibilis, eaſque ſupponunt, vide vbi ſupra, in tertio de Anima. Vt autem nunc habeas præ oculis numerum, & ordinem, & ſubiectum earum, conſidera figuram ſequentem.

Quot ſint ſenſitiui appetitus paſſiones.

Videatis in Epitomate ſuper ſecundum librum Ethicorum.

Appetitus ſenſitiuus,

Concupiſcibilis,		Iraſcibilis,	
Bonum,	Malum,	Bonum,	Malum,
Amor,	Odium,	Spes,	Timor,
Deſiderium,	Fuga,		Audacia
Delectatio,	Triſtitia.	Deſperatio,	Ira.

Quantùm ad ſecundum aduerte, q̃ catholicus princeps, tria per ordinem obſeruare debet, circa amorem.

Primo loco, vt ſuper omnia diligat bonum diuinum.

Secundo loco, bonum commune, ſiue Reipub.

Tertio loco, bonum proprium.

Quòd primò, & ſuper omnia diligere debeat bonum diuinum, probatur ratione, deinde ex Scriptura ſacra: & confirmabitur, per D. Auguſtin. Ratio quidem, ſit hæc, Obiectum amoris, eſt bonum verum, vel ſaltem apparens bonum: nam (vt docuimus 1. Ethicor.) malum præſentatum nobis, & apprehenſum ſub ratione mali, eſt intelligibile, & odibile. Ergo amor catholici principis, inquantùm princeps catholicus eſt, & deſiderat exiſtimari, eſt graduandus, vt graduatur bonum diligibile, ita, ſcilicet quòd ſummum, & primum bonum ſummè, & primò diligat. Sed inter omnia bona, bonum diuinum eſt ſummum, & primum. Eſt enim

Princeps bonum diuinum ſummo amore proſequi debet.

bonũ à ſe,& per ſe:& eſt fons omnis boni participati à creatura, & inter cætera, eſt cauſa, & principium omnis poteſtatis & principatus, ita quòd omnes principes, vicarij ſunt primi,ac ſummi regis Dei. Vnde Paul. ad Rom. cap. 13.inquit, Non eſt poteſtas, niſi à Deo. Quæ ſunt à Deo,ordinata ſunt.Itaque qui reſiſtit poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit. Et Prouerb.capit. 8. Per me reges regnant, & legum conditores,iuſta decernunt.Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Ergo princeps catholicus, primò,& ſuper omnia, diligere debet diuinum bonum. Diliget autẽ primò, & ſuper omnia,ſi in primis,ſe offeret ſanctum,& immaculatum Deo.Si curabit,verum, & catholicũ cultum remota hæreſi,& ſuperſtitione,ſeruari in populo ſibi commiſſo. Si ſeruabit ipſe,& ſeruare faciet, diuinam, & Chriſtianam legem. Si inter omnes cauſas, primò ſuperintendet his,quæ ad Chriſtianam religionem,& eius obſeruantiam,ac defenſionem,ſpectant.Si patrem,& aduocatum,& iudicem,ſe conſtituet ſuper pauperem, & pupillos, & viduas. Nam(vt in pluribus) humano fauore, deſtituũtur. Hæc enim ſunt,quæ Deus in primis,requirit à principe populi ſui,& deteſtatur oppoſita.Inquit enim Iſaiæ, c. 1.Principes tui infideles, q̃a idololatræ,& ſocij furum,quia expoliant populum bonis ſuis.Omnes diligunt munera, & ſequuntur retributiones: ideo iniuſtitiam exercent. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Quia ſcilicet munera ampla, & retributiones magnificas, tribuere non poſſunt.Conſtat igitur tibi ratio, propter quã verus princeps in Chriſtiana ciuitate primò,& ſuper omnia,diligere,cuſtodire,ſeruare,& defenſare debet,diuinum bonum.

Regum exẽpla varia ex ſacris Literis qui Deũ ſuper omnia non dilexerunt in principatu.

Manifeſtatur idem,ex diuina Scriptura.Nam(vt legimus in libro Exod.)capit.34.deleuit Deus hos populos,& principes ſuos,ſcilicet,Amorræum Chananeum, Ethæum, Pherezeum,Euæum & Iebuſæum,eò quòd bonum diuinum neſciebant,neque ſcire, neque diligere,neque colere,vt volebant,admonuitque Iſraël,dicens,Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius, iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam.Sed & aras eorum deſtrue,confringe ſtatuas,lucóſque ſuecide. Noli adorare deos alienos.Dominus, zelotes nomen eius.Deus,eſt æmulator,&c. Per omnes quatuor libros Regum inuenies, Deum conſeruaſſe, atque dilexiſſe reges,qui in primis,diuinum bonum curabant, ſtudebantque ſuper omnia, vt populi ſibi commiſſi, diuinam legem, diuinumque cultum obſeruarent. Qualis fuit Dauid, Salomon,antequam prꝙuaricaret,Aſſa,filius Abiæ filij Roboam, de quo legimus in 3.Regum,cap. 15. quòd fecit rectum ante conſpectum Domini,ſicut Dauid pater eius.Et abſtulit effœminatos de terra,purgauitque vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius.Inſuper,& Macham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecrauerat. Subuertitque ſpecum eius,& confregit ſimulacrum turpiſsimum, & combuſſit in torrente Cedron.Ioſaphat in primis quæſiuit diuinum bonum,& iuſtitiam,ſuper populum ſibi commiſſum,vt legere poteris in 2.Paralip.cap.19.Et tu leges ad placitum,in omni Scriptura ſacra,& inuenies quoſcunque principes,in primis intendentes diuinum bonum,proſperatos,protectosque fuiſſe ex diuina bonitate, quæ non deſerit in fine, veros cultores ſuos. Ex oppoſito autem,inuenies omnes principes,qui non præpoſuerunt diuinum bonum, cunctis aliis bonis, abominatos fuiſſe,& proiectos à facie Domini, ſimul cũ domo ſua. Sicut inuenies de Saul,& Hieroboam filio Nabath,qui idolatrare fecit Iſraël,& Achab,& Manaſſe.Ex his ergo arguitur,q̃ verus princeps in Chriſtiana ciuitate,diligere,& curare debet diuinum bonum,vtpotè omnis boni principium & à quo pendet omnis principatus veri & catholici, authoritas.Sin autem,velut ventus ſpirans, tranſibit eius principatus.

Et quod docuimus, ſcilicet quòd principis Chriſtiani ſit, in primis diligere diuinum bonum, confirmandum eſt (vt præmiſimus) authoritate diui Auguſtini in quinto de Ciuit.Dei,capit. vigeſimoquarto vbi inquit, Neque nos, Chriſtianos quòdam imperatores,ideo felices dicim⁹, quia diutius imperarunt,vel imperantes filios,placida morte,reliquerunt,vel hoſtes Reipublic.domuerunt,vel inimicos ciues,contra ſe inſurgentes,& cauere, & opprimere, valuerunt.Hæc enim, & alia huiuſmodi, ærumnoſæ vitæ, vel munera, vel ſolatia, quidam etiam cultores dæmonum, acceperẽ meruerunt, qui non pertinent ad Dei regnum quò pertinent iſti. Et hoc de miſericordia Dei factum eſt: ne ab eis qui in eum crediderint, hæc tanquam ſumma bona deſiderentur.Sed eos felices dicimus, ſi iuſta imperãt (& paucis interiectis) ſi ſe homines eſſe intellexerint,atque meminerint,ſi poteſtatem ſuam,ad Dei cultum dilatandum maieſtatique eius famulari faciunt.Si Deum timent,diligũt & colunt,ſi plus amant regnum illud,id eſt cæleſte,vbi non timent habere conſortes.Conſtat igitur tibi ratio,& diuinę legis teſtimonium,& diui Auguſt.authoritas,quod ver⁹ & Chriſtianus princeps primo loco,& ſup omnia diligere debet bonum diuinum.

Oportet principem poſtdiuinum bonum, publicum & totius ciuitatis vniuerſale bonum plus quã quodcunq; priuatum tuis viribus amare.

Quantum ad ſecundum,ſcilicet quòd ſecundo loco diligere,& curare debeat bonum commune, ſine bonũ Reipu. probandum eſt triplici ratione,& confirmandum ex Scriptura ſacra.

Prima ratio,ſumitur ex differentia veri principis,ad tyrannum.Pro cuius notitia aduerte q̃(vt docuimus in Politicis) tyrãn⁹ in hoc differt à vero prĩcipe,q̃ primo intẽdit bonũ priuatum,curat & amat.De bono autem Reipub. & ciuium, non curat, niſi inquantum redundat in bonum proprium:imò ſtudet opprimere populum, & depauperare, rapiens eorum bona,& faciens ſibi ſeruos, & ancillas, ſicut prædixit Samuel Iſraëli, petenti ſibi regem, vt legimus in primo Regum capit. octauo. Voluit enim innuere Samuel ex ore Dei: quòd non peterent regem, quoniam de facili conuertet ſe in tyrannum.Vnde illud ius regis, quod illic exponit Samuel,ſcilicet quòd filios veſtros tollet, &c. quòd filias veſtras faciet vnguentarias, & focarias, &c. quod agros veſtros tollet,&c. eſt ius tyrannicum. Verus autem princeps,primo intendit bonum commune, ſalutem populi, & defenſionem eius. Secundariò autem bonum proprium,tam perſonę proprię,quàm familiæ,& facultatis ſuæ. Nam & hęc omnia,exponit pro ſalute populi,vt tibi declarabitur infrà, exemplo regis Saul. Vnde verus princeps,aſſimilatur paſtori paſcenti,curanti,defenſanti oues ſuas.Iuxta quem ſenſum Dauid,fuit verus princeps:cui dixit dominus per Nathan prophetam, in ſecundo Regum, capi. ſeptimo,Ego te tuli de paſcuis ſequentem greges,vt eſſes dux,ſuper populum meum Iſraël,&c. Tyrannus autem aſſimilatur mercenario: cui non eſt cura de ouibus. Ideo ſolùm intendit gaudere fructu ouium. Oues autem, nec curat,nec ſaluat,contra lupos venientes. Vt igitur ſalue tur vera differentia,inter verum principem,& deteſtabilem tyrannum,oportet ipſum,poſt bonum diuinum,amare & curare bonum publicum,ipſumq; præponere cunctis ſuis bonis priuatis.

Secunda ratio,ſumitur ex virtutibus,quibus decet verũ principem ornari,atque ſplendere.Pro cuius notitia, aduerte,q̃ ſicut reprehenſibilius eſt magiſtrum carere ſcientia, quàm diſcipulum,eò quòd magiſtri officium eſt, ſcientiam tradere diſcipulo,& non ecõuersò,ſic reprehenſibilius eſt principem carere virtutibus quàm ſubditos, qm̃ principis officium,eſt inducere ſubditos ad benè & virtuosè viuendum:& non econuerſò,vt tibi declarabitur infrà,cùm agemus de fine intento à vero principe. Vt igitur verus princeps illas habeat virtutes,quibus rectè,& infallibiliter, deducat ſubditos in bonum:oportet ſeipſum oſtendere,longe magis amatorem boni publici,quàm priuati.Hoc autem oſtendere non poterit,niſi vigeat excellenti prudentia,& iuſtitia,& magnanimitate,& magnificentia,& fortitudine & tẽperantia.Prudentia quidẽ:qm̃ cum magis difficile ſit, & quaſi diuinum, poſſe fluctibus expoſitũ curare ciuitatis & regni bonum(vt docuimus diffuſè in Ciuili Platonica) neceſſe eſt principem vigere ſumma prudentia:vt quaſi nauiculæ procellis ſemper expoſitæ, ꝓuidere ſciat. Oportet ergo,ipſum eſſe maximè prudentẽ.Oportet eſſe iuſtũ:qm̃ Rei pub.bonum,per iuſtitiam ſeruatur, ſicut ex iniuſtitia perit. Vnde ſub tyranno iniuſto, cõmune bonũ, penè ad nihilum deducitur:quoniam tyrannus,& ſubditi ſui, nil aliud curãt niſi propria bona,& vſurpare aliena.Oportet eſſe magnanimum:quoniam bonum publicum, arduum eſt ad conſeruandum,& maximo dignum honore,& ad hęc intendit animus magnanimi,vt docuimus in quarto Ethicorum.Oportet ipſum eſſe magnificum: quoniam (vt docuimus in quarto Ethicorum.) Opus magnificum, principaliter fit propter maximè honorabilia,qualia ſunt bonum publicum,& res diuinæ. Vt conſtruere templa venerabilia, magna dona largiri,ſumptuoſa conuiuia celebrare, pro bono publico, amplis muneribus, conciliare ſibi potentes externos.

Virtutes ſponẽtes principes ad publici boni amorem.

Reſpe

Reſpectu rerum diuinarum, magnificus fuit Dauid, in præparandis ſumptibus, pro ædificanda domo Domini admirabili, & preciosiſsima, vt patet in primo Paral. capit. 29. reſpectu magni doni, magnifici fuerunt Salomon, & Saba Regina, in tertio Regum, capit. 10. Reſpectu conuiuij, magnificus fuit Aſſuerus rex, Hester capit. primo. Oportet eſſe fortem: quoniam cùm bonum commune, melius, & diuinius ſit bono proprio, & priuato, ſi pro eo ſeruando, extremos ſuſtinet labores, multò magis pro bono publico. Vnde pro illo, nec propriæ vitæ parcet, ſed eam morti exponet: ſicut fecit Saul (vt dicemus infrà) & Mathatias cum filiis, vt patet per totum in libris Machabæorum. Oportet eſſe temperatum: quoniam voluptates inordinatæ diſtrahunt animum à debito regimine: excæcant mentem, & declinare faciunt hominem ad mores brutales. Sicut exemplũ habemus, de Salomone in ſenectute ſua miſerabili, vt patet in 3. Regum, capit. 11. Conſtat igitur tibi, quomodo oportet verum principem, ſecũdo loco diligere bonum publicum, vt illis ornetur virtutibus, quæ maximè decorant principem.

Tertia ratio ſumitur ex vitiis, à quibus oportet verum principem præcauere. Pro cuius notitia, aduerte, quòd ſicut ordinatus & rectus amor diuini boni, & publici, inuitat principem ad omnem virtutem: ſic inordinatus amor, proprij commodi, & boni, trahit ad omne nefas: facit enim principem non paſtorem populi, ſed lupum. Non nutrit populum ſed deuorat, abſque reſpectu iniurias, & damna infert. Deprædatur ſacra, expoliat ciuitatem omnemque exercet iniuſtitiã. Tales facti ſunt principes Iſraël, eò quòd bonum proprium, curabant, ſubditos autem, velut oues diſperſas, non habentes paſtorem, deuorabant. Vnde contra eos ſic legimus, in Ezechie. capit. 34. Viuo ego (dicit Dominus Deus) quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam & oues meæ, in deuorationem omnium beſtiarum agri eò, quòd non eſſet paſtor: neque enim quæſierunt paſtores gregem meum, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos & greges meos non paſcebant, id eſt quærebant bonum & commodum & voluptates ſuas, bonum autem ouium, quod eſt bonum publicum, non quærebant. Propterea paſtores audite verbum Domini, Ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam vt vltra non paſcant gregem meum, nec amplius paſtores paſcant ſeipſos. Ne igitur princeps catholicus deturpetur prædictis vitiis, oportet ipſum ſecundo loco diligere bonum publicum.

Quantùm ad tertium, ſcilicet quòd tertio loco diligat bonum proprium, ſatis manifeſtauimus in Oeconomica Chriſtiana in Tract. ſexto, qui eſt de poſſeſsione patrisfamilias. Vide tu illic, & tibi ſufficiet.

Exempla eorum principum qui pro publico bono diſcrimini omnia externa, & propria bona, etiam filios expoſuere.

Quòd autem verus princeps poſt diuinum bonum diligere debeat bonum publicum, pro quo ſeruando non ſolùm ſunt exponenda bona propria externa, ſed & perſona & filij, exemplum imitandum dedit rex Saul, de quo legimus in 1. Regum capit. 28. quòd licet ſibi pronoſticatum fuiſſet per Samuelem ſuſcitatum, ipſum & filios ſuos occidendos in prælio contra Philiſtiim die craſtina: tamen neque ſeipſum, neque filios præcipuè Ionathan primogenitum ſaluare voluit, ſed vt verus dux exercitus in prælio cum filiis ſe præſentauit: vbi pro ſalute populi cum Ionatha gloriosè occubuit, in cuius argumentum Dauid, audita morte Saul, & Ionathæ ſui amantiſsimi, vt ſcribitur in ſecundo Regum capitulo primo, non decantaſſet hymnum in laudem Saul, & Ionathæ: lugens enim Dauid cecinit, Conſidera Iſraël pro his qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati, &c. Vide tu, ne tempus conteramus in recitando.

Et aduerte quòd Ioſephus in lib. de Antiquitate Iudaica, exemplum Saulis, luculenter deſcribit libro ſexto capit. 14. Quod recitare decreui quoniam non ita præ manibus libri Ioſephi apud Chriſtianos paſsim habentur, ſicut ſacra Biblia. Sic igitur inquit, Ioſephus:

Verba Ioſephi de morte Saulis.

Sermonem nunc faciamus ciuitatibus, & populis, & gentibus profuturum, & bonis omnibus congruum: ex quo prouocentur vniuerſi ſectari virtutem, & æternæ Deum appetere gloriæ: ſed & qui ſapientibas & regibus gentium, & principibus populorum multum deſiderium & ſtudium rerum bonarum adiiciat: & pro ſalute patriæ ad pericula mortis libenter adducat: & cuncta quæ videntur grauia, doceat contemnẽda. Habeo rei huius authorem Saul Hebræorum regem. Hic enim licet futura iam nosceret, & mortem ſibi immineré prophetæ prędicente cognoſceret, non fugit, nec amere vitę ſuum exercitum prodidit inimicis, nec regiæ contumeliam intulit dignitati, ſed potiùs cum omni ſua domo ſemetipſum tradens ſimul cum filijs, optimum iudicauit cum eis magis cadere pro ſubiectis pugnãdo, & filios vnà perire, licet & boni fuiſſent, quã eos in incerto relinquere quaſi regni ſucceſſionem, & generis habituros. Is ergo fortiſsimus, & iuſtus mihi videtur. Et ſi quis fuerit talis, aut fuit cunctorum teſtimonio, virtutis adoptione digniſſimus. Nam eos, qui ſub ſpe victorię profiſcuntur ad bellum, & incolumes ſe redire confidunt quamuis geſſerint clarum, nõ videntur benefacere, qui eos fortes voluerint appellare, quod de talibus in hiſtorijs, & in alijs conſcriptionibus inuenitur, quamuis & illi ſint approbandi. Magnanimes autem & grandia præſumentes & rerum terribilium cõtemptores, ſoli dicendi ſunt omnes qui Saul imitantur. Illi nanque, qui neſcientes quod in bello futurum eſt nequaquam animo deficiunt, ſed in incertum ſeipſos emittunt, licet aliquid grande faciant, non tamen valdè mirandi ſunt. Cùm verò vtile nihil venturum animo cogitatur, ſed iam mors futura præſcitur, & ſolummodò hoc paſſuri dimicant aliqui, & neque terrentur, neque pro mortis periculo obſtupeſcunt, huiuſmodi viros perfectę fortitudinis eſſe decerno. Hoc igitur fecit Saul, oſtendens quòd cunctos deſiderãtes glorię palmam habere poſt mortem, talia conuenit adimplere, & maximè reges quos propter cumulum principatus, non ſolùm malos, non licet eſſe circa ſubiectos, ſed neque mediocriter eſſe bonos. Hæc Ioſephus.

Principes quænã odiſſe, & quomodo debeant.

Viſo quomodo princeps ſe habere debeat circa amoré & amabilia, declarandum eſt quomodo ſe gerere debeat, circa odium & odibilia. Tu igitur aduerte quòd amor eſt prima paſſio, primuſque motus appetitus, à quo ſumit originem quæcunque alia paſſio, vt odium & timor. &c. Nam qui diligit iuſtitiam, odit ſuum oppoſitum, qui veritatem, odit falſum, qui diligit vitam, odit mortem. Qualis ergo ordo ſeruandus eſt à principe in amando aliqua, talis in odiendo oppoſita. Quoniam ergo diximus oportere principem, primo loco amare bonum diuinum, conſequens eſt, vt primo loco odio habeat malum oppoſitum, qualis eſt idololatria, & blaſphemia, & præuaricatio diuinæ legis. Ideo verus princeps fuit Aſa rex Iuda in tertio Regum capitulo decimoquinto, qui adeò dilexit diuinum bonum & odio habuit oppoſitum, quòd purgauit vniuerſas ſordes idolorum: & in eodem legimus de Baaſa, qui ex Dei zelo adeò odit domum Ieroboam, & vniuerſam idololatriam, quòd eam radicitus deleuit: & in libro quarto. Regum legimus de Iehu, qui ex Dei zelo ſurrexit contra Iezabel impudicam idololatram, & contra omnem domum Achab, omnémque eius cognationem, & ex toto deſtruxit, notiſſima ſunt in libris Machabæorum exempla Mathathiæ & filiorum eius, qui veluti leones inſurgentes contra idololatras, defenſarunt Dei veri legem & cultum. Conſtat ergo primo loco odiendum malum oppoſitum diuino bono.

Principes qui inſecuti ſunt idololatras & blaſphemos.

Secundo loco dicendum eſt malum deſtructiuum communis boni, qualia ſunt opera iniuſta, rapinæ, cædes innocentium viri iniuriatores, malefici ſeditioſi, tumultuantes in populo. Hos exterminare oportet, aliter ſeruari non poteſt commune bonum. Vnde verus princeps fuit Dauid, qui, vt legimus in ſecundo Regum, c. vigeſimo, perſequi fecit Sibam filium Bochri, qui recedere ſuaſerat decem tribubus à rege Dauid, nec ceſſauit Ioab dux exercitus donec ipſum exterminauit, & ſic ſaluatum eſt regnum Dauid. Sic fecit Iudas Machabæus, de quo ſic legimus primo Machab. capitulo tertio, Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione, & perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos, & qui conturbant populum ſuum, eos ſuccendit in flammis, & repulſi ſunt inimici eius prę timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati ſunt, & directa eſt ſalus, ſcilicet boni communis, in manu eius, &c.

Principes perſequentes qui priuatum bonum de populati ſunt.

Tertio loco odiendum eſt malum oppoſitum bono priuato, qualis eſt raptor & hoſtis vitę & famæ, non quidem ratione naturæ, quæ ex ſe bona eſt, ſed ratione vitij & nocumenti. Sic Abraham odio habuit, vt legimus

Geneſis capitulo decimoquarto, reges illos qui in Sodomis captiuum fecerant Loth, & filias ſuas, rapuerantque omnem ſubſtantiam eius. Hos perſecutus eſt Abraham cum trecentis vernaculis, & reduxit Loth & mulieres, & populum, & omnem ſubſtantiam eorum. Sic Dauid in primo Regum capitulo trigeſimo, odio habuit Latrunculos illos, qui ſuccéderant Sicelech, & captiuas duxerant vxores eius, & filios & filias, perſecutusque eſt eos cum quadringentis viris, & reduxit omnia. Conſtat ergo tibi quòd verus princeps eo ordine odiſſe debet mala oppoſita tribus bonis, ſcilicet diuino & communi & proprio, quo diligenda ſunt ipſa bona. Sed nunc ingemiſcendum eſt: quoniam maximè dilectum eſt bonum proprium, & maximè odio habitum eſt malum illi oppoſitum. Minus autem dilectum eſt bonum publicum, minusque odio habitum malum illi oppoſitum. Minimè verò dilectum eſt bonum diuinum: minimeque odio habitum eſt malum illi oppoſitum. Ideo, quàm rari, & fideles principes. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo ſe gerere debeat verus princeps circa deſiderium & fugam.

IN capitulo ſecundo, declarandum eſt quomodo poſt amorem & odium, ſe gerere debeat fidelis princeps circa deſiderium & fugam. Nam hæ paſſiones immediatè ſequúntur ad duas præmiſſas, ſcilicet deſiderium ad amorem, fuga ad odium in concupiſcibili, vt ordinauimus in figura deſcripta in præcedenti capit. fugam autem Peripatetici dicunt abominationem. Hic igitur tria agenda ſunt. Primò declarandum eſt quomodo differt deſiderium ab amore, & fuga, ſiue abominatio ab odio. Secundò quomodo ſe debet habere verus princeps circa deſiderabilia. Tertiò quomodo circa abominabilia.

Amor eſt cauſa deſiderij, odium vero abominationis, ac fugæ.

Quantum ad primum aduerte quòd deſiderium ſe habet ad amorem, ſicut motus ad principium cauſatiuum motus, ita quòd amor eſt principium, & deſiderium, eſt motus. Vnde in appetitu amor eſt ſicut leuitas in igne, deſiderium autem ſicut aſcenſus ignis ad locum ſuum naturalem cauſatus à leuitate, Niſi enim ignis eſſet leuis, non aſcenderet. Sic niſi bonum præſentatum appetitui, ei placeret, quæ placentia eſt ipſe amor, non excitaretur appetitus ad deſiderandum, & quærendum ipſum placens bonum. Similiter, fuga ſiue abominatio, quæ eſt reſpectu mali diſplicentis, ſe habet ad odium ſicut motus ad principium cauſatiuum motus. Nam ex eo quòd malum præſentatum appetitui cauſat in eo diſplicentiam, quę eſt ipſum odium, vt paſſio eſt, mouetur appetitus ad fugiendum, vitandum, & repudiandum ipſum malum. Sicut ergo deſiderium in concupiſcibili dicit motum proſecutionis boni amati, ſic fuga dicit motum auerſionis à malo, quod odio habetur. Hinc patet quòd deſiderium dicit motum ad terminum placitum, fuga autem dicit motum à termino à quo diſplicente. Ex conſequenti conſtat quòd licet deſiderium & fuga dicant motum in genere, non tamen vnum in ſpecie, imò oppoſitos, vt diximus. Conſtat igitur tibi, quomodo deſiderium & fuga originantur immediatè ab amore, & odio, & quòd dicunt motus oppoſitos in concupiſcibili, qui ſe habent ſicut motus oculi ad pulchrum, & auerſio oculi à deformi.

Quantùm ad ſecundum aduerte duo. Primò quòd deſiderabilia ſunt in duplici differentia. Quædam enim deſideranda ſunt, vt finis, & hæc deſiderantur abſolutè: quoniam quantò magis habentur, tantò meliora ſunt, & tantò magis perficiunt habentem. Quædá autem deſideranda ſunt propter finem, vt potè media, & hæc non deſiderantur abſolutè, ſed ſub certa menſura, id eſt pro quanto ſufficiunt ad conſequendum finem. Verbi gratia, Infirmus deſiderat ſanitatem vt finem, & ideo abſolutè, & ſine menſura eam deſiderat: quoniam quantò ſanior, tantò melius ſe habebit. Deſiderat autem medicinam vt medium, & ideo eam deſiderat non abſolutè, ſed ſub certo pondere: quoniam ſi minus, non ſufficeret pro ſanatione. Si magis, potiùs augeret ægritudinem, quàm ſanaret.

Aduerte ſecundò quòd deſiderium boni cauſatur, & originem ſumit ab amore boni. Neque enim deſideramus non amatum. Ergo deſiderium ordinandum & graduandum eſt, ordinandus eſt, & graduandus ſicut amor. Docuimus autem in c. præcedenti, quòd primo loco amandum eſt bonum diuinum. Secundo loco bonum publicum. Tertio loco bonum proprium. Idem dicendum eſt de deſiderio, qa primò deſiderandum eſt, bonum diuinum. Secundò bonum publicum. Tertiò bonum proprium. Et bonum diuinum ac publicum deſideranda ſunt vt finis: ergo abſolutè. Bonum autem proprium vt medium: ergo ſub menſura.

Princeps verus primo diuinum bonũ deſiderare debet, ſecundo publicum tertio bonum proprium, ſed non abſolutè, ac cum menſura.

His prænotatis dico, q verus princeps ita ſe ordinare debet in deſiderio, quòd primum deſideratum ſicut primũ amatum ſit diuinum, vt primò intentum & finis, ex conſequenti ſine menſura. Vnde princeps ordinati deſiderij fuit Dauid, qui inquit in Pſalmo, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deꝰ. Sitiuit anima mea ad Deum fonté viuũ. Quod ſi quid creatum, primò deſiderat, efficitur vir deordinati deſiderij, dicitúrque ambulare ſecundum deſideria ſua, quæ militant aduerſus diuinam legem, vt ſcribit Iudas Apoſtolus in epiſtola ſua.

Secundum autem deſideratum etiam vt finis, ſit bonum publicum, ex conſequenti ſine menſura. Nam cùm ſit in ciuitate, vt medicus, vt paſtor, vt nauis, ciuilis gubernator deſiderare debet commune bonum ſubditorum omni perfectiori modo quo poteſt, ſicut medicus ſanitatem infirmi, paſtor ſalutem ouium, rector nauis tutiſſimum portum. Vnde princeps ordinati deſiderij fuit Dauid in Pſalmo cum dixit. Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Fuit & Iudas princeps Machabæus, qui ad oſtendẽdum rectum deſiderium ſuper publicum bonũ, vt legimus in primo Machabæorum cap. tertio, dixit militibus ſuis, Accingimini & eſtote filij potentes, & eſtote parati in mane, vt pugnetis contra gentes, quę conuenerunt diſperdere nos & ſancta noſtra: qm melius eſt nobis mori in bello, quàm videre mala Gentis noſtræ & ſanctorum.

Tertium verò deſideratum, vt medium ordinatum ad diuinum bonum & publicum, ex conſequenti ſub menſura ſint bona exteriora, vt diuitiæ, potentia, exercitus, caſtra munita, & reliqua quibus valeat propugnare malos, & defenſare ciues, punire prauos, & benefacere bonis. His autem præponat totum animi ſui deſiderium, quòd ſubditi incumbant operibus virtuoſis iuſtitiæ, paci, & tranquillitati, ſine quibus non manutenetur bonum publicum, etiam ſi ſit princeps potentiſſimus diuitijs, exercitu & munitionibus. Omne enim regnum in ſe diuiſum deſolabitur, inquit Saluator Mat. ca. 12.

Salomõ optimè fuit affectus in deſiderijs ſuis.

Hinc apparet verus & ordinatus princeps ſecundũ deſideria rex Salomon, qui ſolam à Deo petens ſapientiam, & prudentiam regitiuam boni publici, declarauit, nec primo, nec ſecundo loco, deſiderandum priuatum bonum, quales ſunt diuitię, & potentia, & exercitus fortitudo, & principatus gloria. Ideo vt legimus in tertio Regum c. tertio, manifeſtauit illi Deus benedictus quàm rationabilis eſſet actio ſua. Et quoniam in deſiderijs ſuis viſus eſt Salomon non recordari diuitiarum, & potentiæ & gloria, quas ſolent mundi principes in primis deſiderare: ideo ex infinita largitate ſua, tribuit illi ſupra omnes, qui fuerunt ante illum. Sic enim legimus in prędicto ca. Et dixit Dominus Salomoni, Quia petiſti verbum hoc, & non petiſti dies multos, nec diuitias, nec animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum, vt nullus ante te ſimilis tibi fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. Sed & hæc quæ non poſtulaſti dedi tibi. Diuitias, ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retrò diebus. Conſtat igitur tibi quomodo ſe gerere debeat verus princeps circa deſiderium.

Quapropter princeps primo ſe gerere debet circa fugam.

Quantum ad tertium, ſcilicet quomodo ſe gerere debeat, circa fugam, ſiue abominationem mali, aduerte quòd idem ordo ſeruandus eſt in abominatione mali, quem diximus in capitu. præcedenti ſeruandum in odio, vt ſcilicet primo loco abominetur malum oppoſitum bono diuino, qualis eſt idololatria, blaſphemia, periurium, &c. Cum his enim non ſtat verus Dei cultus. Vnde verus princeps fuit Ioſias rex, de quo legimus in ſecundo Paralipom. capitulo 34. quòd abſtulit Ioſias cunctas abominationes de vniuerſis regionibus filiorum Iſraél, & fecit omnes,

omnes,qui reſidui erant in Iſraël ſeruire Domino Deo ſuo, cunctis diebus vitæ eius non receſſerunt à Deo patrum ſuorum.

Secundo loco abominari debet viros iniuſtos, homicidas,adulatores,proditores,qui omnes deſtructores ſunt boni publici, prout legimus in libro Hester,capit.16.Aſſuerum abominatum fuiſſe Aman,gente Macedonem. Vide tu illic.

Tertio loco fugere debet,& ſtudere,vt auertat à ſe malum oppoſitum bono proprio, putà fugiat infamiam, iniuriam iniuſtè illatam, inimicitiam, ægritudines & cætera pene innumerabilia, quæ legere poteris in tertio Regum capitulo octauo, pro quibus euitandis orat illic Salomon in dedicatione templi. Conſtat igitur tibi quomodo ſe gerere debeat verus princeps,circa fugam, ſiue abominationem mali,quæ opponitur deſiderio boni. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT III.

Quomodo ſe gerere debeat verus princeps circa delectationes & triſtitias.

IN tertio capit. declarandum eſt quomodo ſe habere debeat verus princeps circa delectationes & triſtitias. Nam vt patet in figura deſcripta in primo capit.tenent tertium locum in concupiſcibili,& ratio patet:quoniam ſicut ad amorem ſequitur deſiderium amati,ita ad deſiderium, ſi deſiderans conſequitur bonum deſideratum,ſequitur delectatio,& gaudium de bono deſiderato conſecuto.

Ex parte autem mali abominati,ſicut ad odium mali ſequitur fuga,ſic ad fugam ſi malum non poteſt euitari & ſu peruenire, ſequitur triſtitia, quæ quid ſit ſimiliter & delectatio,quam nomine Gaudij, & lætitiæ, & exultationis & fruitionis denominare poſſumus,iam tibi in Morali Philoſophia noſtra Chriſtiana expoſitum eſt.

Vt igitur ſcias quomodo verus & Chriſtianus princeps, circa delectationes & triſtitias quæ ſunt animi humani amaritudines, ſe gerere debeat, tria agenda ſunt. Primò declarandum eſt,ſi delectatio eſt bona vel mala, & quotuplex ſit,& quomodo appetenda, & quæ bona abſolutè, & quæ ſecundum quid,& quæ propria homini, & quæ communis homini,& bruto. Secundò quomodo ſe habere debeat verus princeps, circa delectationes non admixtas triſtitiis,& circa oppoſitas, id eſt admixtas multis anxietatibus.Tertiò quomodo ſe habere debeat circa triſtitias,graduando eas correſpondenter gradibus, & generibus delectationis.

Delectationum quæna bonæ et quænam malæ ſint.

Quantùm ad primum aduerte,quòd de bonitate, & malitia delectationis, & quotuplex ſit, & quæ ſit appetenda ſimpliciter,& quæ propria homini, &c. iam fecimus reſolutionem in Epitom.noſtris,in 7.Ethicorum,Tracta.2.capit. 2.& 3.Vide tu illic,& inuenies quòd delectationum quædam ſunt bonæ vniuerſaliter, & omnibus, quædam aliquibus, & non omnibus, quædam autem ſunt bonæ ſemper, quædam autem ad tempus, & quædam ſunt prauæ ſimpliciter, quædam autem aliquibus, & quædam ſunt veræ,& per ſe, quædam autem non veræ,ſed apparentes, vt quæ ſunt mixtæ cum triſtitia, & quædam ſunt appetendæ ſine menſura, quædam autem vſque ad certum terminum, & quædam nullo modo,vt quæ reddunt hominem prauum, & infamem,& tupem.Omnia inuenies in prædicto loco, ſine quibus quę nunc dicturi ſumus de vero principe non intelliges.

Princeps Chriſtianus primò diuinis honoribus, ſecundò, populi bono, tertiò proprio bono lætari debet.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd qualem debet princeps ordinem ſeruare inter amabilia, & deſiderabilia, talem inter delectabilia.Docuimus autem ſuprà primum amabile, & deſiderabile debere eſſe in mente principis bonum diuinum:ergo & primum delectabile,ita quòd gaudiũ & exultatio ac delectatio ſua ſit in primo loco circa Dei veri cultum,& diuinæ legis obſeruantiam,& quando videbit ſibi ſubditos non negligere,ſed omni corde ſeruare,quę ad Chriſtianam legem ſpectant, tunc verè exultet, & ſine menſura:quoniam huiuſmodi delectatio cum ſit ſpiritualis non admixta triſtitiæ,eſt ſimpliciter & omni tępore,& quò ad omnes bona ac meritoria.

Vnde verum principem ſe oſtendit Dauid, qui in Pſalmis ſuis, diuinam delectationem omnibus aliis delectabilibus præpoſuit. Vnde inquit, Ego verò delectabor in Domino. & iterum, In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum : ſicut in omnibus diuitiis. & iterum : Propter hoc lætatum eſt cor meum,& exultauit lingua mea, & iterum,Notas mihi feciſti vias vitę,adimplebis me lætitia, delectationes tuæ in dextera tua vſque in finem.

Secundo loco delectari Chriſtianum principem decet, quando aduerterit ſeipſum in primis,deinde iudices, ac curatores populi,diligere curare,& promptos ad ſeruandum defenſandumque publicum bonum,quando pro certo cognouerit ciues pacificos in bono,& non in malo, præponẽtes animi bona,bonis corporis atque fortunæ. Hęc ſit veri principis delectatio poſt gaudium diuini boni.Quę vtique rationabiliſſima eſt,& abſque menſura cõmendabilis. Qualem legimus ſanctiſſimam Iudith, & Ioachim pontificem maximum,& totum populum oſtendiſſe, poſt ſalutem boni publici, & deſtructionem impij Holofernis, atque exercitus eius. Vnde legimus in Iudith cap.decimoſexto,quòd erat populus iucundus ſecundum faciem Sanctorum,id eſt delectabatur omni honeſtate, atque grauitate, & per tres menſes gaudium huius victoriç celebratum eſt cum Iudith.

Tertio loco delectari decet Chriſtianum principem ſuo proprio bono,vt honeſta vxore,propria ſobole,fortunæ bonis,proprij corporis ſalute atque pulchritudine, & ſufficiẽti apparatu,alijſque ſolatijs corporalibus,ſed cum menſura ne quid nimis,vt docuimus in 7.Ethicorum,vbi ſuprà. Nam ſi princeps exceſſiuè declinet ad delectationes ſenſuum,potius viuet vita animali & brutali,quàm rationali.In actionibus ergo virtuoſis & intellectualib°,ſiue practicis,ſiue ſpeculatiuis,ſimpliciter delectetur,in illis autem in quibus cõueniunt homo & brutum, tantùm quantùm ratio dictat & Chriſtiana lex diſponit. Debent enim corporales delectationes aſſumi ad ſolatium vitæ, ſicut ſal ad condimentum, & non vltrà. Quòd ſi vltrà, iam non animum recreant, ſed captiuant & deprimunt. Vnde Plato ſapientiſſimè eas appellat eſcam: quoniam homines niſi mente vigilent, eis capiuntur, vt piſces hamo. Conſtat igitur tibi quomodo ſe gerere debeat Chriſtianus princeps circa delectationem.

Vera & ſecundum Deum triſtitia principibus maximè cõuenens.

Quantum ad tertium, ſcilicet quomodo ſe habere debeat circa triſtitiam,aduerte,q; cũ cauſetur ex ſuperueniẽti malo,ſicut delectatio ex ſuperuenienti bono, graduanda eſt ſicut graduatur malum ſuperueniens. Hoc autem eſt triplex. Primum eſt,quod opponitur bono diuino,vt contemptus diuini cultus,trangreſsio totalis diuinæ legis,violatio ſacrorum.Secundũ eſt oppoſitum bono publico, vt oppreſſio tyrannica,bellum iniuſtum,ſeditio & ciuile bellum.Tertium eſt oppoſitum bono proprio tam in re,quàm in perſonis. Decet verum principem primo loco triſtari de primo malo,& quantò magis triſtatur, tantò melius eſt: qm ſicut delectatio in Deo eſt abſolutè bona,ſic & triſtitia aſſumpta propter Deum.

Vnde verus princeps fuit Moſes, qui vt legimus Exodi ca.32.videns populum adorare vitulum aureum,relicto cultu veri Dei,ex maxima animi triſtitia & amaritudine fregit tabulas Legis ſcriptę digito Dei:tantoque dolore affectus eſt propter Dei offenſam,quòd poſtulauit à Deo, aut delectionem ſui de lib.vitę,aut indulgentiam pro peccato populi.

Verus princeps fuit Ezechias, qui vt legimus in quarto Regum c.19.cum audiſſet blaſphemias contra Deum verum Sennacherib regis Aſsiriorum,ſcidit veſtimenta ſua,& opertus eſt ſacco,&c.Vide tu.

Verus princeps fuit Ioſias in quarto Regum capit.decimoſecundo, cui cum præſentatus fuiſſet liber diuinæ legis datæ per Moſem, qui iam longo tempore obliuioni datus fuerat,nec erat qui legem & veri Dei cultum ſeruaret, præ animi triſtitia ſcidit veſtimenta ſua dicens, Magna ira Domini ſuccenſa eſt contra nos,quia non audierunt patres noſtri verba libri huius, vt facerent omne quod ſcriptum eſt nobis.

Hely quoque ſumus ſacerdos,qui vt legimus in 1.Regum cap.quarto,iudicauit Iſraël 40. annis cùm audiſſet archam Dei captam à Philiſtim,adeò triſtitia oppreſſus eſt, q; cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ,& fractis ceruicibus mortuus eſt.

Triſtari dẽt poſt diuini honoris de honeſtatione,de publico bonoppreſſione verus Princeps.

Oportet ſecundo loco verum principem triſtari de malo oppoſito bono communi,ſicut eſt deſtructio proprij exercitus, quo patria ſeruatur, & debellatio hoſtilis ac tyrannica,& ciuile bellum & cætera multa,cum quibus non permanet bonum Reipub.Nam cum ſit præpoſitus populo, vt ſeruator & paſtor ouibus,ſicut ad ipſum ſpectat lætari in

primis de conſeruatione ſui gregis, ſic ex oppoſito triſtari.

Prætereà, bonum proprium principis continetur & ſeruatur in bono publico. Nam, vt experimur, ſi dominium translatum fuerit,& princeps cum omni domo ac familia, aut extrema patietur damna quò ad fortunæ bona, aut perſona propria cum filiis & cognatione, vltimum ſubibit diſcrimen. Et de his manifeſta nobis extant exempla in Scriptura ſacra, vt de Achab & ſeptuaginta eius filiis in 4.Regum capit.10. Illud tamen potius fuit diuinum flagellum,quàm opus Iehu regis,propter ſcelera Achab, & Iezabel. Et de Sedechia rege Iuda, quem cum fugientem exercitus Chaldæorum apprehendiſſet, duxiſſetque ad regem Nabuchodonoſor,eruit oculos eius,& vinxit eum cathenis & duxit in Babilonem, & filios eius occidit in conſpectu eius, antequàm eruerentur ſibi oculi ad extremam animi ſui triſtitiam. Oportet ergo verum principem triſtari ingenti mœrore de malo Reipubl. ſiue fuerit eius culpa, ſiue non.Nam inuenimus in ſcriptura ſacra,veros principes maximè doluiſſe,ſiue fuerint huiuſmodi cauſa mali, ſiue non. Nam in primo ſenſu, maximè doluit Dauid, vt legimus in ſecundo Regum capit.1.audita calamitate Saul,& Ionathę, & populi Iſraël.Vnde apprehendens Dauid veſtimenta ſua ſcidit,omnesque viri,qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Ionatham filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſraël,eò quòd corruiſſent gladio. In ſecundo autem ſenſu,maximè doluit Dauid,vt legimus in 2. Regum capit. decimoquinto.Sed id fuit ex peccato ſuo, & iam ſibi comminatus fuerat Nathã propheta ex ore Domini, vt legimus in 2.Regum capit.12. ide tu.Doluit autem,quoniam cùm inſurrexiſſet Abſalon & ſe conſtitui feciſſet regem ſuper Iſraël,acceleraretque venire in Hieruſalem,vt ciuitatem ſuo imperio ſubiugaret,& patrem cum adhærentibus, aut expelleret,aut occideret,Dauid ſciens id permiſſum à Domino,eò quòd impiiſsimè homicidium Vriæ commiſerat, & adulterium cum Berſabee perpetrauerat toto animo triſtatus,& humiliatus,exiuit Hieruſalem,ſede regni ſui,non armis indutis,non gladio accinctus,non fortiſsimo equo cõſiſus,ſed flens,& nudis pedibus incedens,& operto capite. Sed & omnis populus,qui cum eo erat,operto capite aſcẽdebat plorans.

Triſtatus eſt autem Dauid triſtitia maxima, tribus de cauſis. Primò ſciebat id ſibi euenire ex peccato ſuo, quo Deum prouocauerat. Secundò quoniam timebat ne Abſalon tyrannizaret in populo, ſuper quem in regem vnctus fuerat,vt legimus in primo Regum capitulo 15.per Samuelem miſſum à Domino in Bethleem ad Iſai patrem Dauid. Tertiò quoniam pro certo cognouerat inſolentiam Abſalon,qui nec pr ato bono Dauid parceret.Cuius ſignũ eſt quòd ingreſſus ieruſalem, vt legimus in ſecundo Regum capitulo 16.ingreſſus eſt ad cõcubinas patris ſui, quas reliquerat ad cuſtodiendam domum. Sic enim illi conſuluit Achitofel dicens, Ingredere ad concubinas patris tui, quas reliquit ad cuſtodiendam domum, vt cùm audierit omnis Iſraël quòd fœdaueris patrem tuum roborentur tecũ manus eorum.

Quomodo decet at principem triſtari oppreſſiõe proprij boni

Decet tertio loco verum principem triſtari de malo oppoſito ſuo priuato bono, tam in perſonis quàm in re. Nam ſi naturale eſt homini triſtari de malo amici, longè ampliùs de malo proprio: quoniam vt docuimus in ſeptimo Ethicorum, amicabilia quæ ſunt ad alterum proueniunt ex amicabilibus quæ ſunt ad nos. Vnde ſi princeps infirmatur meritò triſtatur, vt Ezechias in quarto Regum capitulo vigeſimo, vbi legimus quòd infirmatus ad mortem fleuit fletu magno, & orauit Dominum, qui exaudiuit lachrymam eius.Si filius infirmatur, merito triſtatur vt Dauid in ſecundo Regum capitulo duodecimo,vbi legimus, quòd Dominus percuſſit, ſcilicet infirmitate paruulum:quem peperit vxor Vriæ Dauid,& deſperatus eſt,id eſt maximè triſtatus eſt, deprecatusque eſt Dominum pro paruulo,& ieiunauit,& ingreſſus ſeorſum id eſt in loco ſolitariè, iacuit ſuper terram. Si filius moritur, aut interficitur, vt Dauid audita morte Abſalon, etiam quòd eſſet immaniſsimus eius hoſtis. Vnde legimus in ſecundo Regum capitulo decimooctauo quod Dauid nunciata ſibi morte filij Abſalon, contriſtatus eſt, & aſcendit cœnaculum portæ & fleuit. Si terrena facultas qua domus ſuſtentatur deperdita fuerit,vt Iob capitulo primo,Qui cùm audiſſet Sabæos, & Chaldæos, & ignem de cælo abſtuliſſe omnem ſubſtantiam ſuam, ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit,& dixit, Nudus egreſſus ſum de terra, & nudus reuertar illuc. Meritò ergo princeps triſtatur de malo oppoſito bono proprio.

Sed aduerte,quòd ſi huiuſmodi malum enenit principi,quia quid turpe,& facinoroſum commiſit,iuſtum eſt ipſum maximè triſtari propter diuturnam offenſam,& quoniam egit contra legem,cuius ipſe,vt princeps conſtitutus eſt cuſtos,ſicut diximus de Dauid adultero, & homicida in ſecundo Regum capitul.11. Si autem contingit abſque culpa, & turpitudine ſua,non decet ipſum triſtari niſi moderata triſtitia:quoniam cum nõ ſint maxima bona,ſicut de eorum poſſeſſione,non eſt niſi cum menſura delectandum, vt diximus ſuprà,ſic de eorum perditione non eſt abſolutè triſtandũ. Vnde ad prudentem principem ſpectat omni conatu, temperare huiuſmodi triſtitias,ne imminuat curam debiti regiminis,ne ſubditis videatur mollis & muliebris animi. Recipiat etiam potiſsima remedia, quibus vt in pluribus ſubleuari ſolent huiuſmodi triſtitiæ. Sunt autem quatuor.

Primum eſt virtus. Pro cuius notitia aduerte,quòd vt docuimus in Epito.noſtris ſuper Ethicã in libro nono Ethicorum,Tracta.2.capitulo primo, vita virtuoſi in hoc maximè differt à vita praui,quod vir probus pro vtraque fortuna conſiſtens,viuit ſibiipſi ſecum habitans,ſibijpſi conſulẽs, quomodo pro fortuna propitia non euaneſcat, pro aduerſa autem & contriſtatiua non deficiatur à bono virtutis,quod tunc conſiſtit in patientia & æquanimitate.Vir autem prauꝰ captiuus paſſionum ſuarum,pro neutra fortuna bene ac laudabiliter ſe habet:nam in ꝓſpera inſoleſcit,in aduerſa deſperat,ſeipſum odio habet,nullum audit conſolantem, cum nullo conuerſari dignè poteſt,ſolitudinem quærit, vt ſeipſum cruciet cogitatibus malignis,vindictas inanes chimærizat.Vir igitur probus & virtuoſus ſibijpſi eſt conſolator, dicens intra ſeipſum, vt alter Dauid,Quare triſtis es anima mea,& quare conturbas me,dum affligit me inimicus? Spera in Deo:quoniã adhuc confitebor illi.Et aduerte quòd in perſona Dauid,& omnis virtuoſi principis tribulati,loquitur ratio ad animam,non vt eſt intellectiua,ſed ſenſitiua, in qua ſituantur paſſiones.Prauus autem in tribulatione conſtitutus,in ſeipſo confunditur,rationem loquentem non audit,amici ſanum conſilium non accipit, ſed aut vindictam iniuſtam parat, vt Eſau contra Iacob benedictum à patre, Geneſis cap.27.Propoſuit enim ipſum occidere dicens,Venient dies luctus,id eſt mortis patris mei, & occidam Iacob,&c.aut deſperatione ductus, ſeipſum interimit, ſicut Achitofel,in ſecundo Regum capitu.17.qui vt proditor cõcordauit contra Dauid in fauorem Abſalon. Et aduertens conſilium ſuum quod dederat contra Dauid, non fuiſſe acceptatum,ſed conſilium Cuſſi Arachitę,ſciénſque ex conſilio Cuſsi,præualiturum Dauid contra Abſalon,& vltimam ruinam ſuam noluit conſidere in manſuetudine Dauid,ſed vitam ſuam odio habuit,à nullo bono conſilium requiſiuit, ſed abijt triſtitia oppreſſus,nulloque remedio ſalutis exquiſito laqueo,vt miſer,& ſceleſtus ſe ſuſpendit.Optimũ ergo remedium in triſtitia,eſt virtus & probitas vitæ.Nam vt docuimus in 9.Ethicorum Tractatu ſecundo, capitulo primo, virtuoſus ſecum meditans delectabiliter bona,quæ operatꝰ eſt,& proponit meliora ſe operaturum, bonam ſpem concipit ex Dei auxilio ſe liberandum à tribulatione, & aduerſa fortuna. At impius & prauus, ſecum ſolitarius habitans, & recogitans prauitates ſuas,nec ex deprauato habitu confidens ſe emendandum,decidit à ſpe bona in Deo grauiter offenſo non ſperat, corrigentes & adhortantes velut ſomnians audit, ideo contra triſtitias nullum inuenit fructuoſum remedium. Optimum ergo remedium contra triſtitias corporales in principe eſt virtus, & vita innocenter acta

Aptiſſimum triſtitiæ remedium virtus & vita probitas eſt.

Secundum remedium eſt, vera & probata amicitia.Pro cuius notitia aduerte,vt docuimus in lib9.Ethicor. Tracta.3.ca.4.in aduerſa fortuna ſunt maximè opportuni veri amici,vt potè alleuiantes ex aſiſtentia & oblatione ſubſidij triſtitiam amici,& hoc duplici de cauſa.

In triſtitia amouendi quantum proferat probata amicitia

Primò quia triſtitia eſt ſicut graue pondus,animum comprimens.Sicut ergo duo ferentes graue pondus,facilius ferunt,eò quòd vterque partem ſuam ſuſtẽtat,ſic amicus viſitans amicum in triſtitia conſtitutum, videtur ferre partem illius triſtitię. Et ideo optimum remedium principi contriſtato eſt vera amicitia alterius principis, & bonorum ciuium.

Secundò

Secundò, quia omnis delectatio superueniens tristi aut aufert, aut minuit tristitiam, quoniam vnum contrarium aut corrumpit: aut debilitat aliud contrarium. Sed visitatio amici affert delectationem amico contristato: quoniam dum clarè videt amicum sibi compatientem, delectatur non dolore amici, sed se habere fidum & carum amicum. Et ideo talis visitatio est optimum remedium in tribulatione. Sicut inimici exprobratio, tristitiã auget. Hinc prouenit apud omnes gentes laudatus mos, quòd pro vtraque fortuna & præcipuè pro aduersa mutuæ fiunt visitationes, aut personaliter vt legimus Iob capite 2. quòd tres amici eius condixerunt, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur, aut per internuncios, vt legimus de Dauid in 2. Regum capitulo decimo, Qui audiens Naas regem Amon esse defunctum, misit seruos suos ad Anon filium Naas constitutum regem, consolans eum super patris obitum. Constat ergo veram amicitiam esse præcipuum remedium contra tristitiam.

Tristitia vera ac salubris medela ipsa est rarã tristabilium cognitio.

Tertium remedium est vera cognitio contristabilium corporalium. Pro cuius notitia aduerte, quòd vir prudens excogitat præsentem vitam variis casibus agitari, qui non subiacent eius voluntati, ita quòd velit nolit ferendi sunt. Et sæpenumerò vertuntur in melius. Vir autem imprudens in tristitia constitutus, ex impatientia & ira excæcatur, nec aliud cogitat nisi iustè, vel iniustè à tristitia se liberare, quòd si non potest, velut fera ad blasphemias se conuertit, & ad aliorum damna, etiam quòd innocentes sint. At vir prudens ex vera cognitione induit animi constantiam, & æquo fert animo, & id maximè decet Christianum principem, vt opus virtutis exerceat, & subditi suo firmentur exemplo. Sic legimus Dauid egisse in 2. Regum, capite 12. vbi legimus quòd cùm audisset infantulum mortuum, pro quo ægrotante, maximè tristabatur, ieiunans, & orans, surrexit de terra, & lotus vnctusque est. Cumque mutasset vestem ingressus est domum Domini, & adorauit, & venit in domum suam, petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem serui eius, Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem cùm adhuc viueret ieiunasti & flebas, mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem: qui ait, Propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui, & fleui. Dicebam enim, Quis scit, si fortè donet eum mihi Dominus, & viuat? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiunabo? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam potiùs ad eum. Ille verò non reuertetur ad me. Constat ergo tibi quòd vera cognitio rerum tristabilium corporalium est optimum remediũ contra tristitias.

Tristitiam minuunt quæcunque cor latificãt & dilatant & qualia sint.

Quartum remedium est omne lætificatiuum, & confortatiuum cordis. Pro cuius notitia aduerte, quòd sicut delectatio dilatat cor, sic tristitia constringit, & vitales spiritus debilitat. Cuius signum est quòd lætantes pinguescunt, & optimo colore vigent, tristes autem macilenti, & squalidi apparent: ideo dicitur Prouerbiorum capi. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Omne igitur confortatiuum, & lætificatiuum cordis est lenitiuum tristitiæ. Talia autem sunt Somnus, moderatus cibus, & vini potus, ludus, grata conuersatio, locus lucidus & amœnus, suauis & honesta Musica.

Somnus quidem prodest, quoniam sicut longæ vigiliæ debilitant, & exalare, ac depauperari faciunt spiritus vitales fouentes cor, sic somnus renouat, & fortificat spiritus. Cuius signum est, quòd fatigati postquàm dormierint, robustiores, & leuiores consurgunt. Vnde de vigilia inquit Eccles. cap. 31. Vigilia honestatis tabefacit carnes. De somno autem inquit in eodem cap. Somnus sanitatis in homine parco. Dormiet vsque mane, & anima illius cum ipsum delectabitur.

Tristitiam limitmodo vtè sumptus cibus, magis autẽ vinum.

Moderatus cibus, & vini potus prosunt. Nam longè magis ieiunium, & fitis attenuant, propter consumptionem humidi radicalis, vt docuimus in tract. de causa mortis, & vitæ, per nutrimentum verò restauratur humidum deperditum: ideo est cordis primò, & totius corporis confortatiuum. Vnde legimus in 1. Regum cap. 28. consternatum animo, & tristitia oppressum Saul cecidisse in terram audita voce Samuelis suscitati, qua intellexerat se & filios suos, & exercitum occidendos per manum Philistiim, nec surrexit præ debilitate donec cibum sumpsit sibi paratum per Phitonissam. Idem constat de Helia contristato propter persecutionem Iezabel in capite 19. in 4. lib. Regum. Idem de Paulo in Actis Apostolorum, capite 9. Tu tamen aduerte, quòd existenti in tristitia, magis prodest vinum: quoniam valdè spirituosum est, & restauratiuum spiritum, quibus depascitur cor humanum. Vnde nonnulli soliti sunt succurrere euidenti debilitati, & lassitudini per odoratum, & madefactionem pulsuum ex optimo vino. Ex quo percipimus vinum virtuosum, & non a quosum esse optimum debilitatis, & lassitudinis, & tristitiæ remedium, & non solùm tristitiæ, sed & solatij ac lætitiæ originale principium. Vnde dicitur Ecclesiastici capite 31. Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum, & Prouerb. ca. 31. Date siceram mœrentibus, & vinũ his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur.

Tristitia ad modum ipsi ludi ipsum sunt.

Ludi prosunt in tristitia, quoniam vt docuimus in 4. Ethicorum in Tract. 8. ex ludo causatur in homine quædam requies, vel saltem alleuiatio ab anxietate, & sollicitudine, qua multipliciter vexatur humana vita, quæ profectò est homini necessaria, sicut somnus, vt per somnum requiescat à laboribus corporis, & per ludum recreetur animus. Hinc prouenit quòd apud vulgares cùm aliquis est in tribulatione constitutus, familiares, & domestici sui, ludunt ipso præsente, & ludere ipsum inuitant & si non acquiescit, arguunt eum, & quodammodo ludere cogunt, vt ex ludo diuersio mentis afflictę, fiat ad meliorem spem euadendi, vel minuendi superuenientem tristitiam.

Tristitiam maximè minuit grata conuersatio ac facetiæ.

Gratiosa cõuersatio, maximè prodest: quoniam ex optata assistentia, ex gratis sermonibus, ex dulcibus, & adhortatoriis verbis, ex amicabilibus munusculis, veluti quibusdã salutiferis incantationibus delinitur, & erigitur tristantis animus, ne in desperationem cadat. Patent in Scriptura sacra manifestissima exempla.

In lib. Iudicum capite 11. filia Iepte sciens se morituram in breui propter votum patris, non aliud tristitiæ suæ solatium inuenit, nisi cum caris sodalibus suis per duos menses in montibus deplorare virginitatem suam.

In libro. Gen. c. 24. Isaac afflictus morte carissimæ genitricis suæ Sarræ, temperare nescisse dolorem suum, nisi per receptionem, & conuictum dilectæ Rebechæ consortis suæ, nam in prædicto loco legimus, quòd Isaac recipiẽs Rebecham adductam per seruũ suũ ex Mesopotamia, introduxit eam in tabernaculum matris suæ, & accepit eam in vxorem, & intantùm dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris acciderat, temperaret.

In 1. lib. Regum cap. Anna mater Samuelis quæ per æmulam suam improperantem sibi maximè tristabatur, solatiũ aliud non habuit, nisi Helcanam virum suum demulcentẽ eam flentem, & non comedentem præ tristitia, nam postquàm audiuit Helcanam miserantem super tristitiam suam, & demulcentem his verbis, Anna cur fles? quare non comedis? cur affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi sum quàm decem filij? His auditis veluti delicioso vnguento delinita animum sumpsit & surgẽs comedit ac bibit, deinde ad orationem in templo perrexit concepta bona spe. Constat ergo quantùm profit grata conuersatio constituto in tristitia, & animi dolore.

Tristitiæ ad modum confert lucidus & amœnus locus.

Locus lucidus & amœnus prodest: quoniam sicut tenebræ contristant, sic lux lætificat. Vnde apud Auicennã in Tract. de Cordialibus, omne aromaticum est confortatiuum cordis, omne lucidum est lætificatiuum, vt aurum, preciosi lapides, preciosæ vestes, &c. Quærat igitur qui in tristitia viuit, loca lucida & amœna. Et quidem quòd tenebræ sint contristatiuæ, patet ex tribus. Primò qui fuerunt aliquando videntes, deinde facti cæci, ducunt vitam in mœrore, paruum aut nullum recipientes solatium. Patet de Sedechia rege Iuda in 4. Regum capi. 25. qui præsentatus regi Chaldæorum excæcatus est ab eo, effossis oculis, & vinctus cathenis ductus est in Babylonem positusque est in carcere, nec eductus donec Euilmerodach regnare cæpit. Patet de Tobia capitulo quinto qui respondens Angelo salutanti, & dicenti, Gaudium, sit tibi semper inquit, Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video. Secundò qui in tristitia sunt, magis anxiantur in nocte quàm in die, eòq; ducunt eam insomnem, & magis torquentur ex afflictiuis cogitationibus suis, atque visionibus, quas somnia vocamus, sicut patet Danielis capite 4. de Nabuchodonosor, de

quo sic legimus illic,Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea,& florens in palatio meo. Somniũ vidi quod perterruit me,& cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me.Tertiò qui dolorem & tristitiam,quam patiuntur ostendere volunt, sedent solitarij mutatis vestib⁹ claris,assumpto habitu opaco,caput operiuntur,quasi diffugientes omne lætificatiuũ, qualis est lux & habitus clarus,vt patet ad sensum de lugentibus carum defunctũ,sicut Iacob Genesis ca.37.q visa veste Ioseph sanguine fœdata,existimans ipsum mortuũ, sciſſis vestibus indutus est cilicio lugens filium suum multo tempore. Et Dauid in 2.Regum cap.3. audita morte Abner, quem occiderat Ioab volens ostendere innocentiam suam,atque maximam tristitiam super Abner dixit Ioab,& omni populo, Scindite vestimenta vestra,& accingimini saccis,& plangite ante exequias Abner.

Suauis &honesta Musica,quantùm prosit existenti in dolore & tristitia,sicut & in cæteris passionibus constituto, putà in amore,in ira,in timore,in audacia, &c. iam docuimus ad plenum in Epito. nostris super Politicam Aristotelis. Vide in octauo lib.Tract.2.capite 2. Vide & in nostra Ciuili Platonica, Tract .6. in lege de Eruditione puerorum.Constat igitur tibi quomodo se habere debeat catholicus princeps, circa tristitias, & quibus remediis temperare debeat tristitias corporales.Hæc de præcenti cap. dicta sufficiant.

CAPVT IIII.

Quomodo se gerere debeat fidelis princeps circa spem & desperationem.

POstquam docuimus quomodo se habere debeat verus princeps circa sex passiones concupiscibilis, ordo doctrinæ requirit vt instruamus eum circa passiones irascibilis,quæ sunt quinque,ex quibus duæ primæ sunt, Spes, & desperatio,vt in figura suprà posita patet.Hìc igitur quatuor agenda sunt.Primò declarandum est quid intendimus per spem & desperationẽ.Secundò quot cõsideranda sunt, vt sit princeps bonæ spei.Tertiò probandum est,quòd oportet principem bene sperare. Quartò declarandum est, quomodo se debeat habere circa desperationem, id est, quòd non speret non speranda, & non retrahat se à sperandis.

Quanã spes & desperatio principibus conueniat.

Quantùm ad primum aduerte, quòd per spem intendimus vigorosam animi tendentiam ad acquirendũ bonum arduum prius amatũ,& desideratum.Cuius tendentiæ principia regulatiua sunt humilitas,& magnanimitas,vt docuimus in Morali Christiana.Nam humilitas docet hominem non tendere in bonum arduũ desideratũ,nisi ex iustitia,& iuxta vires ac facultatem suam, & non vltrà,& qui vltrà quærunt,non sunt bene ac laudabiliter sperantes,sed temerarij,& raptores.Magnanimitas autem docet hominẽ non debere deficere à tendentia in acquisitionem boni ardui, quando iustitia sic requirit,& non deficiunt conuenientia media,considerata propriarum virium facultate,& qualitate,ac statu personæ. Et qui agunt in oppositum,non magnanimi,sed pusillanimes,& viles censendi sunt, vt docuimus in 4.Ethic.Humiles ergo & magnanimi sperant,vt sperandum recta ratio dictat.Parui animi autem deficiunt ab ordinata & laudabili spe,sicut & temerarij, & arrogantes excedunt in sperando.Et hunc defectum tendẽtiæ in bonũ arduum iuxta vires,ac facultates proprias attributum pusillanimitati & excessum attributum temeritati, appellamus in præsenti proposito,desperationem,id est defectum, vel excessum ordinatæ spei.Constat igitur tibi,quid intendimus per spẽ & desperationẽ non absolutè,sed in præsenti proposito,in quo proposuimus nos declaraturos, qualiter se gerere debeant catholici principes circa spem, & suum oppositum.

Principem quanã bona spei virum reddant.

Quantùm ad secundum aduerte, vt sit verus princeps bene sperans,& non euanescat in opposito, quatuor attendere debet. Primò quòd vera spes, est circa bonum, & verè bonum.Secundò quòd est circa vere bonum arduum. Tertiò quòd est circa verè bonum arduum expectatum, & non præsens,saltẽ eo modo quo speratur. Quartò quod est circa verè bonum arduum expectatum, sed cognitum, vt possibile acquirendum iuxta facultatem sperantis.

Primò dicitur, quòd est circa bonum: quoniam spes vniuersaliter sumpta sequitur ad desiderium, quod sequitur ad amorem,vt patet ex prædictis. Amor autem non est nisi respectu boni: quoniam amare non est nisi velle bonum,aut sibiipsi,aut alteri. Ergo quicunque sperat,sperat respectu boni cõsequendi,sicut timor est respectu mali vitandi. Ad hoc autem,quòd sit vera,& laudabilis spes, qualem decet esse in vero principe, non sufficit, quòd sit circa bonum illimitatè dictum, sed circa verè bonum, vt excludamus,quod apparet, & non est verè bonum, in quo sperant vulgares & profani, vt vindicatiui ,& adulteri,& auari,& fœnerarij, & proditores, ac fraudulenti, qui dum tendunt toto conatu in acquisitionem rei desideratæ,non benè,sed malè,& vanè, & nefariè sperantes dicendi sunt. Oportet ergo in primis verum principem considerare,quòd spes sua reponenda est in bono,sed verè bono.

Principem oportet omnẽ spem suã in vero bono ponere, & arduo,ac futuro.

Secundò dicitur, quòd est circa verè bonum arduum. Pro cuius notitia aduerte,quòd licet amor,& desiderium possit esse circa quodcunque bonum,siue sit difficile, siue facile ad consequendum, tamen spes propriè non est nisi circa difficile. Vnde qui dicit se sperare posse consequi, quod est in libito voluntatis suæ,deridendus est: quoniam pueriliter sperat. Aduertat ergo princeps,ne spem suam ponat nisi in arduo.

Tertiò dicitur circa bonum arduum futurum: quoniam licet amor, & delectatio possint esse de bono in præsenti habito,& possesso, non tamen desiderium, nec spes consurgens ex desiderio.Vanum est enim desiderare,quod habemus eo modo quo habemus. Quod dico: quoniam non inconuenit bonum habitum imperfecto modo, desiderari,vt habeatur perfectiori modo,vt discipulus sciens, vt quatuor,appetit fieri sciens,vt octo. Similiter vanum est sperare bonum arduum iam acquisitum eo modo quo acquisitum est,licet quis sperare possit adhuc perfectius illud acquirere.Spes ergo,vt spes respicit bonum arduum futurum : ideo dicitur , quòd est expectatio futuri boni ardui.

Quartò dicitur,Sed cognitum, vt possibile ad acquirendum, iuxta facultatem sperantis: quoniam si quis sperat, quod iudicatur impossibile acquirendum secundum omnem facultatem suam, stultè sperat , sicut si princeps speraret se deuicturum exercitum viginti millia hominum qui vigent robore,& peritia bellandi ,cùm 100. militibus. Hoc enim ordinariè est impossibile, licet fortè per accidens posset contingere. Vnde qui sic sperant, non rectè, sed temerariè sperant. Oportet ergo verum principem considerare ,si attenta ciuili potentia , & abundantia diuitiarum,& copia exercitus, possibile sibi sit consequi bonũ arduum speratum.

Quantùm ad tertium probandum est suppositis prius declaratis,quòd oportet verum principem esse bene , ac rectè sperantem, & arguitur sic. Oportet verum principem esse magnanimum & prudentem , aliter non debitè, & iustè pertractaret negocia sui principatus. Sed ad magnanimum , & prudentem spectat sperare speranda , & aggredi aggredienda, excogitatis , & inuentis opportunis mediis: ergo oportet verum principem esse bene sperantem.

Ad spẽ tria requirũtur.

Præterea,Verus princeps communiter habet principalia requisita ad veram & rectam spem:ergo oportet ipsum esse benè sperantem.Consequentia patet,& declaratur antecedens,Principalia requisita ad veram spem,sunt nobilitas generis, quæ reddit animum generosum : Authoritas ciuilis,sub qua stat obedientia,& potestas coërcitiua subditorum:Abundantia diuitiarum,& redituum , & censuum ad ferendas expensas pro aggrediendis arduis iuxta vires suas:ergo si verus princeps non est bonæ,ac perfectæ spei,est inexcusabilis,& pusillanimis,quo nil vituperabili⁹, & periculosi⁹ in publico regimine. Cùm igitur quæ excusant pauperem,& impotentem,& ignobilem,putà quia ciuilis potentia,& diuitiæ,& nobilitas non suffragantur ei, ideo excusatur, si non aggreditur ardua, eadem damnent verum principem,si non agit honore digna, oportet ipsum esse bonæ,& optimæ spei.

Erit autem optimæ spei,si in primis vigoroso animo,& in Dei maximi auxilio confisus, quærens quantùm in se est opportuna media,tendet ad defendendum, & conseruandum

uandum Dei veri cultum,& diuina inſtituta. Et dato quòd humano iudicio non haberet ſufficientia media, putà numeroſum,& robuſtum exercitum, decidere non debet ab optima ſpe:quoniam vbi de diuina lege,de iuſtitia,de diuino cultu agitur, Deus optimus in cuius poteſtate omnia ſunt poſita,agit & vincit pro vero & fideli principe.Quod manifeſtè patet in ſacra Scriptura. Nam Gedæon in lib. Iudicum capite 7. ſi cum trecentis viris aggreſſus fuiſſet caſtra Madian ex ſuo iudicio,& propoſito tantùm: temerarius & confuſus fuiſſet.Verùm,quia ſic dominus diſpoſuerat,ne gloriaretur Iſraël contra Dominum dicens,Meis viribus liberatus ſum:ideo bene ſperans fuit Gedæon, Domino confidens pro ſeruando diuino cultu qui erat in ſolo Iſraël. Idem cenſendum eſt de Dauid aggrediente Goliath Philiſtæum in 1. Regum capite 17. Idem de Ionatha in 1.Regum capite 14.qui in domino ſperans, aggreſſus eſt cum armigero ſuo,inſcio patre Saul, & exercitu,caſtra incircunciſorum Philiſtiim. Idem de Iuda Machabæo in 1.Machabęorum capite 3.qui aduertens paruum ſum exercitum terrefactum in occurſu copioſi, & potentis exercitus Appollonij, erectus in optima ſpe, dixit ad paucos commilitones ſuos,Facile eſt concludi multos in manu paucorum,& non eſt differentia in conſpectu Dei cæli, liberare in multis,& in paucis. Optimum eſt ergo ſtabilire cor,& non cadere ab inuicta ſpe,vbi de Deo, & Dei cultu agitur,dummodò fidelis princeps agat quod in ſe eſt,ne videatur tentare Dominum, non curans quæcunque media, ſiue ſufficientia,ſiue non ad ſaluandum Dei cultum, & ſacram legem.Nam diuina bonitas decreuit cauſas ſecundas agere iuxta poſſe ſuum. Ipſa autem ſupplet vbi illæ deficiunt.

Gedeonis ſpes. *Dauid ſpes.* *Ionatæ ſpes.* *Iuda Machabæi ſpes.*

Erit optimæ ſpei, ſi ſecundo loco contenderit manum tenere,& defenſare publicum bonum ſecundum omnem facultatem,& vires ſuas,ad quod manutenendum opus eſt ſibi habere debitam prouidentiam ſanumque conſilium, quibus habitis intrepidè aggredi debet, quodcunque arduum contra inſurgentes,ac deuaſtare nitentes bonum Rei pub.Vnde optimę ſpei fuit Saul in principio regni ſui,vt legimus in 1,Regum ca.11.quoniam cùm audiſſet viros Iabes dicentes,Naas Amonitem decreuiſſe expugnare eos, & fin gulorum oculos dextros eruere, infremuit ſpiritu, & ſpe bona concepta,irruit in Amonitas qui ita diſperſi ſunt, vt non relinquerentur ex eis duo pariter. Qua admirabili victoria inſpecta,& bona ſpe in magnanimo rege comperta, dixit vniuerſus populus ad Samuelem,Quis eſt iſte qui dixit,Saul non regnabit ſuper nos?Date viros & interficiemus eos. At Saul tunc humilis in oculis ſuis dixit, Non occidetur quiſquam in die hac,quia fecit Dominus hodie ſalutem Iſraël.

Saulis ſpes.

Erit optimæ ſpei tertio loco,ſi proprium bonum quò ad ſalutem ſuæ perſonæ,& vxorum,& filiorum, & diuitiarum nec labori,nec periculis parcens accinxerit ſe ad repugnãdum,& deuincendum eos qui iniuſtè inſurgunt velut inuidi,vt Saul contra Dauid in 1.Regum capite 24.& Amalechitæ rapientes in Sicelech vxores, filios,& omnem ſubſtantiam Dauid in 1.Regum capite 30.Conſtat igitur tibi quomodo ſe habere debeat verus,& Chriſtianus princeps circa ſpem.

Quantùm ad quartum declarãdum eſt,quomodo ſe gerere debeat Chriſtianus princeps circa oppoſitum ſpei rectæ,& ordinatæ.Tu igitur aduerte,quòd recta,& bene ordinata ſpes,tenet rationem medij.Ille enim princeps rectè ſperat qui conſideratis & inuentis, & habitis debitis mediis,ſeruatiſque debitis circunſtantiis loci,temporis,& perſonarum, aggreditur aggredienda pro conſeruatione,aut reparatione,aut recuperatione,aut defenſione boni diuini, publici, & proprij.

Huic autem rectæ ſpei,vt medio ſecundum rectam rationem opponuntur duo extrema.Vnum per defectum. Alterum per exceſſum. Primum oritur ex animi vilitate, & quadam innata inertia,& inordinato ſui amore, quo redditur homo mollis,& delicioſus abhorrens laborem honeſtum, & laudabilem, vt ſui corporis miſereatur poſt poſita cura diuini,& publici boni, & propriæ familiæ. Ex hoc extremo per defectum ſi quis princeps laboret, penitùs inſanabilis eſt, & populi ſibi commiſſi paulatim deſtructor:quoniam etiam oblatis debitis mediis ex ſui inertia,non aggreditur aggredienda,nec tendit vigoroſo animo in ſperanda. Iſti ſunt, vt fœminæ viles, à principatu Chriſtiano amouendi, vel ſi ſuſtineantur in titulo, dandi ſunt illis iudices,& ſenatores,quorum prudentia, principatus ipſe bene diſponatur. Ex his qui deſperant propter animi vilitatem, fuerunt exploratores miſsi per Moyſem exceptis Ioſue,& Caleph,vt legere poteris in libro.Numeri cap.13.

Spei, quam principes decet, duo aduerſantur.

Secundum oritur ex animi præſumptione, & temeritate,& regnat in principe,vt in pluribus iuuene imprudentæ,inexperto,nolente ſaniori conſilio acquieſcere, ſed ſuo impetu aggrediente non aggredienda; aut quoniam non licet,aut quoniam conuenientia media non habet. Huiuſmodi principes adhuc minus ſuſtinendi ſunt: quoniam in fine,& ſeipſos,& populum perdunt. Ex his fuit Roboam filius Salomonis,vt legimus in 3.Regum capite 12.Videtu: & Achab rex Iſraël,qui noluit aſſentire Michęæ prophetæ Domini prædicenti ſibi verum in nomine Domini. Ideo vt temerarius deſcendens in prælium contra regem Syriæ cũ Ioſaphat rege Iuda,interfectus eſt, vt legimus in 3. Regum cap.22.Vide tu.

His declaratis probandum eſt quo ſtudio cauere debeat Chriſtianus princeps,ne deſperet,id eſt ne ſe gerat contra rectam,& laudabilem ſpem per defectum, & multò magis per exceſſum,& hoc duplici ratione.Prima ſumitur ex parte principis.Secunda ex parte populi ſibi commiſsi.

Prima ratio talis eſt,Sperare minus quàm oportet, vel magis quàm oportet, prouenit ex ignorantia, vel aliqua paſsione immoderata,putà ex timore immoderato, ſi ſperatur minùs, vel ex excedente audacia, ſi ſperatur magis. Sed non decet verum principem eſſe ignorantẽ,neq; timidum inordinatè,neque audacem excedenter,vt declarabimus in cap.ſequenti,ergo,&c.Minor quidem nota. Maior autem ſic declaratur,Docuimus in 2.Ethicorum, iuuenes excedere in ſperando,quodcunque enim audent non mensurata facultate virtutis,& virium ſuarum,& id prouenit eis partim ex ignorantia, & inexperientia: quoniam cùm ſint inexperti,cognoſcere non poſſunt arduitatem negotij quod aggrediuntur, partim ex immoderata audacia, quæ in eis communiter regnat propter caloris naturalis abundantiam. Sicut calor vini facit ebrium audacem.Vnde aggreditur vt fera,quodcunque arduum,ex oppoſito autem ſenes deficiunt in ſperando, tum propter experientiã, tum propter decremẽtum caloris naturalis.Conſtat igitur defectũ & exceſſum in ſpe communiter prouenire, aut ex ignorantia, aut ex paſsione inordinata.

Spei exceſſus ac defectus ex quo prouenient.

Secunda ratio talis eſt, Princeps ſi deficit,aut excedit in ſpe, exponit diſcrimini bonum publicum, & populum ſibi ſubditum.Nam ſi deficit ex timore, permittit rempub. & populum iniuſtè lædi. Si excedit ex audacia, exponit diſcrimini,putà rebellioni, aut depræ dationi, aut occiſioni,ſicut experimur immoderatam audaciam ducis, trahere exercitum in interitum.De rebellione patet in 3. Regum capite 12.de Roboam filio Salomonis. De occiſione patet in 2.Regum capite 11.de Ioab duce exercitus Dauid. Oportet ergo verum principem maturè, & omni prudentia ſperare ſperanda & non excedere neque deficere. Hæc de preſenti cap.dicta ſint.

CAPVT V.

Quomodo ſe gerere debeat verus princeps circa timorem & audaciam.

IN capite.5.declarandum eſt quomodo ſe gerere debeat verus princeps circa timorem & audaciam, quæ ſunt paſsiones in 2.ordine in iraſcibili, vt patet in figura ſuprà poſita, quæ oppoſito modo ſe habent ad ſpem, & ſuum oppoſitum,nam ſpes & ſuum oppoſitum verſantur circa bonum futurum. Timor autem & audacia circa malum futurum,vt per timorem vitetur, & per audaciam deuincatur. Hîc igitur duo agenda ſunt. Primò declarandum eſt,quomodo peccare poteſt verus princeps in timore, & audacia. Secundò quomodo laudabiliter ſe gerere poſsit.

In timore & audacia quomodo cõtingat principes peccare.

Quantùm ad primum aduerte quorundam ſententiam eſſe,quòd nõ decet verum,& magnanimum principem aliquid timere,ſed inuicto audaciq́ue animo quodcunque arduum aggredi,ſiue impugnando,vt vincat,ſiue in ſe,& populum defendendo ne vincatur.Horum ſententia peſsima eſt:quoniã non veritatis & boni publici amatores ſunt,ſed veneno ſi adulatores quærẽtes his vanis,& placidis ſermonibus

nibus aliquod proprium commodũ extorquere. Non curantes principis, nec populi salutem, sed propriũ placitum & cõmodũ. Isti audiendi non sunt, sed velut canes expellendi, faciunt enim principem non fortem, non magnanimum, nõ prudentem, sed insanum & temerarium, paulatimque suadent ei nihil esse in cælo sursum, neque in terra deorsum, quod possit resistere voluntati, & audaciæ suæ. Sicque falsis consiliis & vanis adhortationibus trahunt ipsum principẽ, & populum in interitum, quorum exempla crebra sunt in sacra Scriptura.

Exempla malorũ principum intimore.

Ex quibus primus fuit Pharao Exodi c.14. Vide tu. Naas Rex Amonitarum in 1.Regum cap.11. Videtur Benadab rex Syriæ in 3.Regũ c.10. Achab rex Israël, qui noluit audire Michæam prophetam Domini in 3.Regum cap.22. Vide tu Sennacherib rex Assyriorum, qui ex effrænata audacia, misit nũcios ad blasphemandum Deum Israël in 4.Regum capi. 19. Vide tu Antiochus Græcorum rex, qui ex ferali audacia decreuerat se venturum Hierusalem, & facturum congeriem sepulchri Iudęorum in 2.Machabæorum capite 9. Vide tu.

Constat igitur tibi quàm irrationabile sit verum principem nihil timere, & omnia audere, ex consequenti in timore & audacia, grauissimè peccare potest contra Deum & subditos, & seipsum ac propriam familiam perdere.

Timere moderatè oportet principes.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd oportet verum principem timere timore moderato, id est, quando ratio dictat timendum, & audere audacia moderata, id est quando ratio dictat audendum. Sic enim euadet fortis, & magnanimus. Nam vt docuimus in 3. Ethicorum fortitudo est moderatiua timoris, & audaciæ. Vnde laudatur Dauid in 1.Regum capite 27. quòd post multas persecutiones sibi illatas à Saul, timens rationabiliter ne vna die caderet in manus eius fugit in terram Philistiim ad Achis regem Geth.

Præterea, Si verus princeps timet & audet moderatè, erit bene consiliatiuus in dubiis, & arduis. Timor enim vt docet Aristoteles. in 2. Rhetoricorum, facit homines benè consiliatiuos. Nam qui malum timet sibi euenturum, non solùm excogitat media quibus illud euitare valeat, sed etiam consulit alios, in quibus confidit. Cùm ergo principatus absque prudentium consilio bene disponi non possit, oportet verum principem, moderatè timere, & audere.

Caueat autem ne timeat immoderatè, nec audeat. Nam si immoderatè audet, totum dominium, & seipsum ponet in extremo periculo: quoniam absque prudentia, & maturo consilio, sicut fera furens cadet in laqueum, sicut Absalon effrænata audacia, insurgens contra patrẽ in 2. Regum cap. 18. Si autem immoderatè timet efficietur stupidus, inconsiliatiuus, & inoperatiuus.

Timor inordinatus stupefacit hominem.

Stupidus quidem: quoniam immoderatus timor calorem diffusum per totum corpus, facit ad cor fouendum recurrere, & sic organa sensuum debilitantur, quibus debilitatis, manus & pedes immobilitantur, hæret lingua palato. Circungirantur oculi, surdescunt aures, & sic constitutus in deordinato timore immobilitatur, & obstupescit.

Talis autem stupor indecentissimus est in principe, & quidem quòd vehemens timor reddat hominem stupidum patet in Actis Apostolorum c.9. vbi legimus, ꝙ Saulus audita voce Iesu dicẽtis Saule, Saule quid me persequeris? nimio timore correptus, cecidit in terram & tremens, ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere?

Inconsiliatiuus autem efficitur: quoniam dum immoderatè timet, obstupescit, rationis discursus interciditur, constituitur in agonia, & tunc quid faciat, ignorat, tunc non occurrit, quod consilium petere debeat, & si illi datur ipso non petente, non apprehendit quasi extra se positus, ideo caueat princeps ne immoderatus timor sibi dominetur.

Inoperatiuus autem erit: quoniam immoderatus timor faciet ipsum diffidentem, ita quòd princeps etiam bene consultus, & habens opportuna media, nil dignum honore, & populo vtile peraget, & tunc mali insurgent, lex non seruabitur, hostes animosiores fient, & sic debilitato capite ex timore inordinato, totum ciuile corpus inualidum erit. Constat igitur tibi, quomodo verus princeps se gerere debeat circa timores, & audacias. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT VI.

Quo nodo se gerere debeat verus princeps circa iram, & odium.

IN 6. capite declarandum est quomodo se habere debeat Christianus princeps circa iram, & odium. Est enim ira vltima passio irascibilis, quę prouenit ex tristitia, vt docuimus in terio de Anima in Tracta. de Potentia motiua, nam respectu delectationis nulla correspondet passio in irascibili: quoniã sicut in amare, vt amare est, nulla est difficultas, sic nec in delectari, vt delectari est, nulla cadit difficultas. Omnes autem passiones irascibilis versantur circa arduum, vt diximus suprà. Ergo quò ad delectationẽ non fuit opus assignare in irascibili aliquam passionem. Quòd ad tristitiam autem fuit opus: quoniam tristitia est de malo superuenienti, quod naturaliter homo conatur à se expellere: ideo in irascibili ponitur ira, vt propulsiua mali.

Odium est in irascibili.

Vt igitur scias quomodo gerere se debeat verus princeps circa iram simpliciter dictam, & iram grauem ac firmatam quam dicimus odium (Non enim sumimus hîc Odium, vt opponitur amori: illud enim est in concupiscibili, vt docuimus suprà, sed vt est inueterata ira, & sic est in irascibili) tria agenda sunt. Primò declarandæ sunt differentiæ inter iram & odium, quod est in irascibili, ex quibus manifestum tibi erit, quòd odium est longè detestabilius, & grauius ira. Secundò declarabitur quomõ princeps habere se debeat circa odium. Tertiò quomodo circa iram.

Quãtùm ad primum aduerte, quòd in Philosophia morali Christiana, in tertia Parte, agentes de ira, vt est vitium capitale, tam locuti sumus de odio & ira. Nunc autem sufficit compendiosè assignare ea, per quæ differunt, vt sciat princeps se ab odio abstinere, & ira rationabiliter vti.

Odij ab ira nouem sunt differentiæ.

Tu igitur aduerte, ꝙ vt docet Aristotel. in 2. Rhetorico rũ, nouem sunt differentiæ inter odium & iram. Vna quidem generalis, & octo specificæ.

Generalis quidem est hæc, Odium est appetitus mali alterius simpliciter, id est sine mensura. Nam qui odit, appetit eum quem odit, penitùs destrui, tam in re quàm in persona. Ira autem est appetitus mali alterius non absolutè, sed pœnæ, quantùm sufficit ad condignam vindictam, & non vltra. & ideo odium, (vt dicemus infrà) semper est peccatum, non autem ira, aliter non diceret Dauid in Psalmo, Iracimini, & nolite peccare.

Iracimur nobis nocẽtibus, odimus cæteros.

Prima quidem specifica est hæc, Ira est de malo illato ipsi irascenti, vel pertinentibus ad ipsum, nullus enim alicui irascitur, nisi sciat, aut opinetur ipsum nocuisse sibi, aut filiis, aut amicis, aut aliis sibi propinquis verbo, vel facto. tunc enim reputat malum illis illatum, veluti sibiipsi.

Odium autem potest esse de malo, non solùm spectante ad odientem, vel ad sibi pertinentes, sed etiam ad alios extraneos. Nam statim quòd scimus aliquem esse malum, & facinorosum, putà furem, homicidam, detractorem, &c. odimus eum, posito quòd nec nobis, nec pertinentibus ad nos nocuerit.

Secunda est hæc, Ira semper est contra aliquod singulare & indiuiduum, & non contra vniuersale. Nam cùm homo, vt homo non iniurietur nobis, sed hic vel ille, & ira sit appetitus vindictę propter iniuriam illatam, patet quod non est ira nisi contra indiuiduum offendens. Sed odium contingit esse contra aliquod genus. Vnde solemus dicere, Hoc genus hominum, putà fur, proditor, blasphemus, est mihi odio. Et in hoc sensu dicitur in Psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Contingit etiam esse contra indiuiduum, vt Ioan. capite 14. Odio habuerunt me gratis. Differentia ergo secunda stat in hoc, quòd ira est tantùm contra singulare, odium autem contra vniuersale, & singulare.

Tertia est hæc Odium est insatiabilis, & immensuratus appetitus mali. Nam vt diximus in differẽtia generali, odiũ est appetitus mali simpliciter, vnde si quem odimus, non potest tantùm pati, quòd vellemus adhuc amplius, & sine mensura pati ex quo constat audientem non saciari malo eius quẽ odit. Sed ira est satiabilis, & mẽsuratus appetitus mali. Diximus enim ꝙ ira est appetitus mali pœnæ in ordine ad condignam vindictam, & non vltrà. Vnde solet iratus dicere, Non quiescã donec tantũ tibi nocuero; quãtùm tu mihi,

mihi, & tunc ſatiatus erit appetitus meus & ceſſabit ira.

Quarta eſt hæc, Iratus principaliter intendit cauſare triſtitiam, & dolorem in eo contra quem iraſcitur etiam quòd ſibi non noceat in perſona, nec in re. Vnde multoties ſatiatur iratus, ſi verbis, & opprobriis euomerit iram, qua leſunt mulieres iratæ: nam modò valeant, vt catulæ latrare, aliam non quærunt offenſam. Sed odiens principaliter intendit offenſam, comprimens ſe à verbis iniuriofis, & conuertens ſe ad ficta blandimenta, vt legimus in lib. Iudicum capit. 3. de Aioth. qui in dolo interfecit Eglon regem Moab, & capite 4. de Delbora quæ occidit Syſaram principem exercitus Iabin regis Chanaam, & in. Regum capite 13. de Abſalon, qui occidit Amnon fratrem ſuum in dolo, quia oderat eum, ſic enim legimus in dicto cap. Porro non eſt locutus Abſalon ad Amnon, nec bonum, nec malum, Oderat enim Abſalon Amnon, eò quòd violaſſet Thamar ſororem ſuam.

Quinta eſt hæc. Iratus non contentatur agere vindictam niſi cognoſcat ille cui iraſcitur ſeipſum vindicaſſe. Vnde iratus, aut per ſeipſum, aut per alterum, ſtudet notificare illi cui iraſcitur, quòd vindicabit ſe, aut quòd ſe vindicauit. Odiens autem hoc non multum exiſtimat dum modo inferre valeat nocumentum ei quem odit imò magis occultè quàm manifeſtè nocere, ne & ipſe repatiatur per iudicem, aut per amicos eius quem odit, & quidem quòd iratus curet manifeſtare ei cui iraſcitur ſe vindicaturum, exemplũ habemus in 3. Reg. c. 19 de Iezabel quæ irata contra Helyam, miſit nuncium ad eum dicens, Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animã tuam, ſicut anima vnius ex illis. Idem habemus in 4. Regũ cap. 6. de Ioram rege Iſraël filio Achab irato cõtra Heliſeũ. Vide tu.

Sexta eſt hæc, Ira donec perſeuerat ſemper eſt admixta triſtitiæ, & inquietudini: nam cùm ſit contra aliquod indiuiduum, quod reputatur offendiſſe iraſcentem, nũquã iratus quieſcit donec quã poterit fecerit vindictam. Odium autẽ non ſemper admiſcetur triſtitiæ, & inquietudini, quoniam (vt diximus ſuprà) poteſt eſſe non ſolum contra indiuiduũ vt ira, ſed etiam contra vniuerſale, putà contra genus latronum, aut homicidarum, aut adulatorum, vniuerſale autem vt vniuerſale, non infert triſtitiã niſi gratia ſingularis, in quo habet eſſe. Vnde qui odit aliquod genus malorum, non quærit vindictam contra illud genus, vt genus: eſt.

Iratus quãdoque miſeretur, odiens autem nunquam.

Septima eſt hæc. Ira ſtat cũ miſericordia, non ſtat odiũ. Nam diximus, quòd ira eſt ſatiabilis appetitus mali. Vnde iratus ſi viderit vindictam condignam factam, ſatiatur, & ſi ille cui iratus erat, amplius patiatur, miſeretur, & quantùm ſit ex ſe prohibet, imò aliquando iratus cum viderit paratam vindictam omni ſtudio vetat executionem. Sed odium eſt ſine miſericordia: quoniam vt diximus eſt inſatiabilis appetitus mali. Vnde odiens quãcunque viderit vindictam, reputat eam inſufficientem, & conqueritur. quòd remiſſiùs punitur, & hoc eſt odiũ muliebre, vt patet de Athalia in 4. Regum capite 11. & de Iezabel, vt patet in 3. Regum cap. 19. Vide tu.

Octaua eſt hæc, Ira vult offendentem econtrà, & æqualiter pati, & non vltrà: contentatur enim cœquali vindicta. Odium autem vult offendentem non ſolùm econtrà pati, ſed deſiderat ipſum exterminari, & reduci ad non eſſe, quod patet de odio fratrum cõtra Ioſeph Gen. capite 37. & de odio Saul contra Dauid in 1. Regum capite 19. & de odio Aman contra Mardochęum, Heſter capite 3. & de odio ſenum concepto contra Suſannam, Danielis c. 13. & poſtremò de odio Iudæorum contra Saluatorem, vt cõſtat omni credenti per ſacros Euangeliſtas. Conſtãt igitur tibi veræ differentiæ inter iram & odium, ex quibus patet odium deteſtabilius eſſe quàm ira: nam ſi aduertis in omnibus differentiis aſsignatis, inuenies cõditiones irati leuiores eſſe conditionibus odientis. Prætereà nõ inuenies in tota Scriptura conceſſum odium, ſicut conceditur ira, niſi contra iniquitatem. De ira autem habemus in Pſal. Iraſcimini & nolite peccare. Vnde non immeritò aſſimilatur ira feſtucę, & odium trabi.

Odium deteſtabilius eſt quàm ira

Odio prorſus carere principem decet, præcipuè odio bonorum.

Quantùm ad ſecundum aduerte quòd oportet verum principem ſemper, & reſpectu cuiuſcunque perſonæ, inquantum ſibi proxima eſt quò ad naturam, denudatum eſſe ab omni odio. Nam odium quò ad naturam perſonæ ſemper peccatum eſt, vt docuimus in Chriſtiana Morali, in Parte 3. Prætereà, cùm in principe ſit magna ſuprà ſubditos authoritas, ſi odium prævalebit in eum, crudelius quàm fera ſęuiet in ſubditos, nulli ætati, nulliq; conditioni parcens. Exemplo nobis ſunt in 3. & 4. Regum Athalia, Achab, Iezabel, &c. Dixi Quò ad naturam, vt excipiam perſonam quò ad malitiam: putà hominem, vt furem, vt homicidam, &c. quoniam vt ſic odium eſt licitum. Sicut enim ſic diligendi ſunt homines, vt non eorum diligantur errores, ſic odiendi ſunt mali, vt non odiatur natura.

Et aduerte, quòd huiuſmodi odium non ſolùm eſt licitum in principe, ſed omninò neceſſarium: quoniam niſi oderit malos, non puniet eos, & ſi non puniet, non conſeruabuntur boni, & ſi boni non conſeruantur, principatus paulatim tranſibit in tyrannidem. Diligat ergo verus princeps omnes ſibi ſubditos, ſed odio habeat, & caſtiget malos, vt mali ſunt. Hoc enim perfectum eſt odium, id eſt, commendatum, & imitandum, de quo dicitur in Pſalmo, Perfecto odio oderam illos, vbi diuus Auguſt. exponens inquit, Hoc eſt perfecto odio odiſſe, vt vitia non homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Et Caſsiodorus exponens idem inquit, Perfectum odium eſt homines diligere, & eorum vitia ſemper horrere. Nam in illa parte quæ creatura Dei ſunt, amandos eſſe non eſt dubium, in illa autem horrendi ſunt, in qua ſe polluerunt. Perfectum odium habuit Dauid, quando moriturus præcepit Salomoni conſtituto regi, vt morte puniret Ioab, homicidam peſsimum, & Semei maledicum peſsimum in 3. Regum capitulo 2. Idem odium habuit Helyas, qui in torrente Cyſon interfecit omnes prophetas Baal, in tertio Regum capite 18.

Ira indicij rationis præueniens fugienda eſt à Principibus ob duo mala quæ ex eo proueniunt.

Quantùm ad tertium aduerte, vt ſcias quomodo ſe gerere debeat Chriſtianus princeps circa iram, quòd ira dupliciter conſiderari poteſt. Primò vt præcedit actum, & iudicium rationis. Secundò vt ſubſequitur. Primo modo periculoſa eſt, & comprimenda per manſuetudinem: nam adeò furioſè inſurgit per ebulitionem ſanguinis, & maximè in eo, apud quem eſt authoritas & poteſtas executiua quòd niſi comprimatur, duo peſsima cauſat in irato. Primò rationem non audit, vel ſi audit, imperfectè audit: nam vt docuimus in 7. Ethicorum, ira dum inſurgit aſsimilatur ſeruo nimis feſtinanter exequenti mandatum domini, aſsimilatur etiam cani cuſtodienti domum: Seruo quidem veloci ad exequẽdum iuſſa domini: quoniã quàm primùm audit dominum mandantem, ſuſtinere non poteſt donec perfectè inſtruatur à domino, ſed accepto imperfectè ſenſu domini, feſtinanter recedit, & ideo deficit in executione. Cani autem cuſtodienti domum: quoniam quàm primùm audit pulſantem ianuam domus, incipit latrare non expectans donec videat, an ſit notus, vel ignotus in domo. Sic & ira dum impetuosè inſurgit, mouet iratum ad vindictam, non expectans rationẽ dictantem, an ſit, & quomodo, & quo tempore fienda, vel non. Caueat ergo princeps ne ira ex ſuo impetu dominetur ei ante iudicium rationis, aliter iniuſtè, & impiè multa operabitur, quæ emendare non poterit. Exemplum ſit illi Holofernes, qui iratus contra Achior laudantem populum Hebræum, in ipſo impetu fecit ipſum conduci in Bethuliam occidendũ cũ Hebræis. Vide tu in Iudith, capite 6. Sed iræ ſuæ, & iniuſtæ indignationis dedit ipſe pœnas, quoniã per manũ Iudith truncatus eſt, & corruit eius exercitus. Iudith capite 13. Sit illi exemplum, & impius Herodes, qui vt legimus Matthæi capite 2. exiſtimans ſe illuſum à Magis, occidit in furore iræ oẽs pueros innocentes in Bethleẽ, velut lupus vorax ſæuiens in agnos. Sed & ipſe pœnas ſui ſceleris acrimmanitatis exſoluit: quoniã paruo interiecto tempore, miſerè vitam finiuit.

Secundò ira præcedens rationis iudicium, excæcat, & confundit ipſam rationem. Nam per iram impetuosè inſurgentem, accenditur ſanguis circa cor, ex hac accenſione eleuantur ſpiritus calidi ad caput, ſicut fumus ex igne. Qui ſpiritus adeò perturbant ſenſus interiores præcipuè phantaſiam, & cogitatiuam, ſine quibus nihil intelligit anima pro præſenti vita, nec practicè, nec ſpeculatiuè, vt docuimus in 3. de Anima, quòd iratus efficitur vt beſtia, ſopito, vel impedito rationis diſcurſiuæ actu, & iudicio: nam etſi intellectus non ſit affixus organo, non tamen aliquid intelligit niſi illi deſeruiant ordinata, & quieta phantaſmata, vt patet in phrenetico, & inſenſato, & arrepticio. Parùm autem differt vir iratus ebuliente ira ab inſano, & phrenetico. Ideo dicit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum quòd, amor & ira, & munera, rationis iudicium ſubuertunt, & Seneca in lib.

in lib.de Ira inquit, Immodica ira gignit inſaniam: nihil inter inſanum,& iratũ eſt,nec vnus dies,alter ſemper inſanit,alter ſemper iraſcitur.Caueat ergo Chriſtian⁹ princeps, ne exequatur quod ira feruens ſuggerit,nõ expectato rationis dictamine, nam iuxta diui Gregorij ſententiam ſuper Ezechielem,Menti furore ebriæ,omne quod rectũ eſt, peruerſum videtur.Aduertat ergo princeps dum iraſcitur ꝙ maximum iræ remedium,eſt dilatio,vt primum eius feruor relangueſcat,& caligo quæ mentẽ premit,aut decidat, aut minus denſa fiat.

Secundo modo,id eſt vt rationis iudicium,& imperium ſubſequitur,aliquando peſſima eſt, aliquando opportuna & neceſſaria eſt.Nam iudicium rationis ſuper aliquod exequendum,aut eſt peruerſum,aut rectum,ſi peruerſum vt ſolet eſſe in tyranno,vel in iudice corrupto,& deprauato, ira peſſima eſt.Eſt enim organum ſæuiendi contra iuſtitiam, & pietatem,qualis fuit ira Saul contra Dauid in 1.Regum cap. 18.& ira Ioas regis Iuda contra Zachariam prophetam filiũ Ioiadę ſummi ſacerdotis,quem lapidare fecit in atrio templi,vt legimus in 2.Paralip.c.24.Si autem iudicium rationis ſit rectũ,quo cõcluditur aliquod delictum caſtigandũ ſecũdum legẽ,& pro exemplo aliorum,tunc ira eſt opportuna & in principe,& in iudice.Eſt enim ſicut miniſtra iuſtitiæ: nam poſtquam princeps,& iudex ad plenum conſiderauit, quid agendum pro diuino cultu,pro obſeruantia legum,exitare debet irã in ſeipſo tanquam organũ rationis,vt viriliter exequat,qđ dictat ratio.Et tunc caueat princeps ne ſit nimis remiſſus nimiſq; patiens:nam inquit Chryſoſtom⁹ ſuper Matthæum exponens illud, Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,&c.Si ira non fuerit,nec doctrina proficit,nec iudicia ſtant,nec crimina compeſcuntur.Itaque qui cũ cauſa non iraſcitur peccat.Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat,negligentiam nutrit,& non ſolùm malos, ſed etiã bonos ad malũ inuitat.Talis fuit ira Moyſi.Exodi c.32.& Phinees filij Eleazari,filij Aaron,Numeri.25.Et Mathatię in 1.Macha. c.2.vbi legimus,ꝙ accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis,& inſiliens trucidauit ſuper aram Iudæum ſacrificantem idolis.Conſtat igitur tibi,quomodo ſe gerere debeat fidelis princeps circa iram,& odium. Hæc de præſenti cap.dicta.

CAPVT VII.

Quomodò ſe habere debeat verus princeps, circa alias ſex paſſiones minùs principales.

IN ſeptimo cap.ordo doctrinæ requirit,vt declarem⁹ qũo ſe gerere debeat ver⁹ princeps circa alias paſſiones,quę ſolẽt aſſignari,vt minus principales in appetitu ſenſitiuo, & ſunt ſex, vt elicere poſſumus ex 2.Rheto.Ariſto.ſcilicet,

Zelus,
Gratia,
Nemeſis,
Miſericordia,
Inuidia,
Verecundia,

Hic igitur tria agenda ſunt.Primò declarandũ eſt qũo iſtæ ſex,vt minus principales reducuntur ad aliquas,de quibus pertractauimus in c. præcedentibus, vt ad magis principales.Secundò qũo aliquę ex eis ſunt laudabiles,& aliquę vituperabiles. Tertiò quomodo verus princeps ſe habere debeat ad ſingulas earum.

Quantùm ad primum aduerte,quòd ſic reducuntur,

Zelus, } ad amorem
& gratia,
Verecundia,ad timorem.
Inuidia, } ad triſtitiam
Nemeſis,
Miſericordia,

Zelus quid, Zelus quidem reducitur ad amorem. Solet enim diffiniri,quòd eſt amor intenſus. Sed aduerte, quòd huiuſmodi amor intenſus poteſt eſſe circa bonum corporeum, vt quando quis intensè amat vxorem, & circa bonum intellectuale,vt quando quis intensè amat ſcientiam, iuſtitiam, temperantiã,cõcordiã.Si eſt circa bonũ corporis,ſolet diffiniri, quòd eſt amor intenſus, non permittens, nec ferens conſortium in amato. Talis enim amor eſt circa bonum priuatum, & particulare, quòd ſi habetur ab vno priuatur alius vel non ad placitum poſidetur ab vtroque: ideo in tali amore intenſo, non ſuſtinetur conſortium. Hic amor intenſus erga vxorem in Scriptura ſacra appellatur Zelotipia.Vnde in lib.Numeri capite 5.ſic ſcribitur.Si ſpiritus zelotipiæ concitauerit virum contra vxorem, &c. Vide tu.Et hic zelus communiter vituperabilis eſt (vt declarabitur infrà) Si eſt circa bonum intellectuale, ſolet diffiniri,quòd eſt amor intenſus circa bonum quod ex ſui cõmunicatione non minuitur. Nam ex eo quòd Sortes eſt iuſtus,non obſtat quin Plato ſit iuſtus. Vnde ſe habet oppoſito modo ad zelũ,qui eſt de bono corporeo. Hic enim non ſolùm patitur conſortium in bono amato, ſed etiam gaudet.Nam iuſtus vellet omnes eſſe iuſtos,& ſapiens, ſapientiam ſine inuidia communicat.

Zelus quomodo reducatur ad amorem. Sed dices,Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum dicit huiuſmodi zelum eſſe triſtitiam : ergo non reducitur ad amorẽ.

Reſpondetur,zelus qui eſt de bono ſpirituali dupliciter conſiderari poteſt.Primò reſpectu obiecti circa quòd eſt,& reſpectu habentis, & vt ſic reducitur ad amorem. Nam qui non habet ſcientiam, & intensè deſiderat eam, amat eam inteuſẽ,& amat poſſidentes eam. Secundò reſpectu non habentis,& deſiderantis habere,& vt ſic reducitur ad triſtitiam. Nam vt inquit Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum,zelator bonorum honorabilium, id eſt intellectualium,& ſpiritualium triſtatur, & dolet:non quoniam aliis inſunt,ſed quoniam non in ipſo.Vnde bonus eſt hic zelus, & bonorum. Inuidia autem malum eſt, & malorum, vt declarabimus infrà. Conſtat igitur tibi, quomodo zelus, vt zelus ad amorem reducitur eſſentialiter. Quòd autem dicit Ariſtoteles zelum bonorum honorabilium eſſe triſtitiam,intelligendum eſt conſequenter, & hoc eſt commune zelo reſpectu boni corporis: nam qui intensè amat vxorem,dolet ſi ſuſpicatur ſe habere conſortium:,& qui intensè amat iuſtitiam,dolet ſi eam non habet,& qui amat caſtitatem,dolet ſi ſe continere non poteſt. Gratia etiam reducitur ad amorem, ex amore enim efficitur homo verè,& non fictè gratioſus. Gratioſus eſt autem qui gratis, & non ex debito confert beneficium,& commodum poſtulanti. Nam Ariſto.in 2. Rhetoricorum, diffinit gratiam eſſe,per quam dicuntur homines roganti aliquid boni gratis præbere,non pro re alia,nec vt præbentibus quid boni eueniat,ſed vt rogãtibus benefaciant, & obſequãtur. Hinc ſolemus dicere magnam gratiam præſtitam alicui, quãdo rogans maximè indiget,aut quia difficilia rogat, aut quia in tempore difficili rogat,aut quia ſoli,aut quia primo,aut quia ipſi præ aliis benefit. Et aduerte,quòd in Scriptura ſacra,aliquando ſumitur gratia pro ipſa beneuolentia, vt Gen.capite 18.Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum. Aliquando ſumitur pro beneficio ſiue opere pio,vt Ruth capite 2. Benedictus ſit à Domino: quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.Aliquãdo ſumitur pro gratitudine,ſiue pro recognitione beneficij, ſiue pro fide erga amicum, vt in 2. Regum.capite 16. Hæc eſt gratia tua ad amicum tuum. Aliquando ſumitur pro gratioſitate vultus, aut oris , aut ſermonis,vt in Prouerb. capite 31. Fallax gratia,& vana eſt pulchritudo,& in Pſal.Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Sæpiiſsimè autem ſumitur à Paulo pro diuino dono,vt patet quaſi in principio omnium Epiſtolarum ſuarum.Conſtat autem,quòd in omni ſignificato ſuo reducitur ad amorem, vt ad principium,& fontem omnis gratiæ.

Gratia quomodo ad amorem reducitur.

Vercundia reducitur ad timorem. Docuimus enim in 4.Ethicorum Tract. 9. quòd verecundia eſt timor confuſionis,& reprehenſionis. Sed aduerte,quòd licet ſit timor,tamen non denominatur ab eo homo timidus, ſed verecundus ſiue erubeſcens, prout verecundia dicitur erubeſcentia:& ratio huius eſt, quia homo timere poteſt mala corruptiua,vt carcerem , vulnera, mortem, expoliationem rerum:& poteſt timere mala confuſiua, vt ſunt oppropria,& inhonoratio,& dehõneſtatio.Reſpectu primi dicitur homo timidus, quia non habemus proprium nomen quo nominetur, ſed communi nomine dicitur timidus. Reſpectu autem ſecundi dicitur verecundus, & timor ille proprio nomine dicitur verecundia,quæ & erubeſcentia dicitur,eò quòd verecundantes in facie patiuntur ruborem, timentes autem patiuntur pallorem,& rationẽ huiuſmodi roboris,ac palloris iam aſſignauimus in 4.Ethicorũ Tract. 9.Vide tu illic.

Verecundia reducitur ad timorem.

Nemeſis quid ſit, & quomõ ad triſtitiã reducatur. Nemeſis Græcè,quæ Latinè dici poteſt indignatio , reducitur ad triſtitiam,ſiue dolorem. Eſt enim nemeſis triſtitia de proſperitatibus malorum, qui non merentur huiuſmodi proſperitates. Vnde Ariſtot.in 2.Rhetoricorum diffiniens

diffiniens indignationē inquit, Indignatio eſt dolor perturbans propter res ſecundas indigno collatas, differt autem ab inuidia: quoniam inuidia, vt dicemus, eſt dolor de bono alterius, ſiue ſit dignus ſiue indignus tali bono.

Miſericordia quomodo ad triſtitiam reducatur.

Miſericordia reducitur ad triſtitiam: eſt enim miſericompati malo alterius, quod pati videtur abſq; ſui culpa: vnde Ariſt. in 2. Rhetoricorum ſic diffinit, Commiſeratio eſt dolor ex ſuperuenienti malo corruptiuo, & dolorem inferente in non dignum, id eſt, in non merentem tale malum. Dolet autem commiſerās: quoniā putat idem malum ſe, aut aliquem ſuorū poſſe pati. Et aduerte, vt docet Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum, quòd diſtinguitur miſerabile à terribili: nam ſeparari ab amicis miſerabile eſt, ſeparari autē à propinquis per mortem terribile eſt. Vnde recitat Ariſt. in 2. Rhetoricorum, quòd Amaſis cum ad mortem filius duceretur, nō effudit lachrymas, vt fertur, at cum amicum mēdicare aſpexiſſet, effudit: eſt enim hoc miſerabile, illud autem terribile.

Inuidia quid, & quomodo ad triſtitiam reducitur.

Inuidia reducitur ad triſtitiam: eſt enim vt docet Ariſtoteles in 2. Rhetoric. dolor de bono alicui ſuperuenienti. Eſt inquam dolor, quia inuidens non habet illud bonū quod vellet habere, & egrè fert, quòd alius habeat, & huiuſmodi triſtitia, vt in pluribus eſt in ſimilibus, & propinquis. Vnde dicit Ariſt. in 2. Rhetor. His qui proximi ſunt loco, tempore, ætate, gloria, homines inuident. Vnde illud dictum eſt, Propinquitas inuidere ſolet.

Præterea, Qui in aliquo negocio ſimiles ſunt, vt in pluribus ſibi inuicem inuident. Vnde dictum eſt, Figulus, figulo, inuidet, fabérque, fabro. Conſtat igitur tibi quomodo nemeſis, & miſericordia, & inuidia, ad triſtitiam reducuntur. Verecundia autem ad timorem, zelus & gratia ad amorem.

Quantùm ad ſecūdum aduerte, quòd ex prædictis ſex paſſionibus, ſi quæ tenēt rationem medij, laudabiles ſunt in quolibet eas habente. Medium enim in moralibus approbatur, vt docuimus in 2. Ethic. Si quę autem ex natura ſui ſemper tenent rationem extremi, vituperabiles, & peccatum ſunt. Vt igitur ſcias quæ tenent rationem medij, aduerte, quòd miſericordia, & verecundia, nemeſis, & gratia, ſunt media inter duo extrema. Inuidia autem, & zelus, qui eſt reſpectu boni corporei, ſunt extrema, ex conſequenti ſunt vituperabiles, & vt ſcias in particulari ſic eſſe, declarandum eſt in ſingulis.

Verecundus medio eſt inter ſtupidum, & inuerecundum.

Verecundus medius eſt inter ſtupidum, & inuerecundum. Nam ſtupidus de omnibus verecundatur tam in bonis quàm in malis. Sicut ruſticus ingrediens curiam principis, verecundatur loqui coram nobilibus, tam de bonis quàm de malis, tam pro ſe quàm contra ſe, inuerecundus autem de nullo quantumcunque reprehenſibili, verecundatur. Sicut mulier meretrix, & ſcurra, & paraſitus. Verecundus autem verecundatur in his, in quibus debet, puta in turpibus, & reprehenſibilibus. Sed non verecundatur in bonis laudabilibus: ergo tenet medium inter ſtupidum, & inuerecundum, ex conſequenti verecundia eſt paſſio laudabilis, vt etiam docuimus in 4. Ethic. Miſericors, medius eſt inter crudelem, & mollem. Crudelis eſt enim, qui nulli patienti compatitur, ſiue meritò, ſiue immeritò patiatur. Mollis eſt autem, qui omni patienti, ſiue meritò, ſiue immeritò, compatitur. Sed miſericors eſt, qui immeritò, & ſine culpa patientibus compatitur, & ſic patet quòd miſericordia eſt laudabilis: quoniam, tenet medium inter molliciem, quæ eſt propria mulieribus & pueris, & crudelitatem, quæ eſt propria Barbaris, & ruſticis, qui pro maiori parte ſunt extra humanitatem.

Nemeſeus id eſt, indignās medius eſt inter placidū & inuidum.

Nemeſeus, id eſt indignans, medius eſt inter placidum & inuidū. Placidus eſt enim, qui de omnibus proſperitatibus gaudet, ſiue eueniant digno, ſiue indigno, & inuidus eſt ille, qui de omnibus proſperitatibus triſtatur, ſi eueniant alteri quàm ſibi, ſiue alter ſit dignus, ſiue indignus. Inuidus enim in nullo bono vellet habere conſortem. Nemeſeus autem triſtatur de proſperitatibus, ſi eueniant immerito, non autem ſi eueniant merito. Vnde conſtat, quòd nemeſis eſt tenens medium inter placiditatem & inuidiam, ex conſequenti eſt paſſio laudabilis.

Gratioſus medius eſt inter ſuperfluum, & diminutum.

Gratioſus, eſt medius inter ſuperfluum & diminutum. Nam qui ſtudet omnibus tam dignis, quàm indignis, ſe gratioſum exhibere, vituperabilis eſt. Qui etiam nulli eſt gratioſus, vituperabilis eſt. Qui autem dignis & beneme ritis, gratioſus, ac beneficus eſt, laudabilis eſt. Vnde conſtat, quòd gratia tenet medium inter duo extrema vituperabilia.

Inuidus autem tenet extremum: quoniam inuidus prò priè eſt ille, qui dolet de bono proximi, ſiue proximus ſit dignus tali bono, ſiue non. Vnde inuidia ſemper vitium, & peccatum eſt. Sicut & odium, vt docuimus ſuprà.

Zelator quò ad bonū corporis, tenet extremum, nimis enim amat quàm debeat, putà vxorem, diuitias, &c. Vnde zelus huiuſmodi ſemper vituperabilis eſt, eò quòd eſt cauſa plurium malorum, vt docuimus in Oeconomica Chriſtiana, Tract. 2. cap. 6.

Conſtat igitur quæ ex prædictis ſex paſſionibus ſint laudabiles, & quæ vituperabiles.

Quibus paſſionibus oportet principem ſumopere carere.

Quantùm ad tertium aduerte, vt ſcias quomodo verus princeps erga prædictas ſex paſſiones ſe habere debeat, manifeſtum eſſe, quòd vituperabiles omni ſtudio vitare debet, quæ ſunt inuidia, & zelus reſpectu boni corporei. Sed nec omnes laudabiles decet eſſe in vero principe. Nā (vt patet ſuprà) verecundia eſt laudabilis, & tamen non decet verum principem. Non enim decet eum operari talia, id eſt turpia, & reprehenſibilia, ex quibus debeat verecundari. Oportet enim verum principem eſſe ſenem ſaltem moribus, & virtuoſum. Sed vt docuimus in 4. Ethic. in Tract. de Verecundia, ſenem verecundum nullus laudabit. Exiſtimamus enim ſenem nō debere operari, ea de quibus eſt verecundia. Similiter nec virtuoſo, vt virtuoſus eſt, conuenit verecundia. Eſt enim verecundia in operibus prauis: virtuoſus autem, vt ſic, non operatur praua. Cùm igitur oporteat Chriſtianum principem eſſe ſenem, etſi non ætate ſaltem moribus, vt declarabimus in Parte ſequenti, & eſſe virtuoſum, verecundia non competit illi, niſi ex ſuppoſitione, putà ſi cōtingeret ipſum operari turpia, deberet verecundari ad ſui correctionem. Vnde in 2. Paralip. cap. 36. reprehenditur rex Sedechias: quoniam fecit malum coram oculis domini Dei ſui, nec erubuit faciem Hieremiæ prophetæ, loquētis ad ſe ex ore Domini.

Nemeſis quoque niſi ſit valde temperata, non decet verum principem. Non enim ex hoc quòd valdè indignatur contra malos propter eorum proſperitates, laudabitur à viris probis. Oportet enim Chriſtianum principem conſiderare hæc bona fortunæ eſſe minima, & communia bonis, & prauis, optima autē bona eſſe virtutes, & reliquas animæ perfectiones, quæ ſolis bonis cōueniunt. Igitur nō decet principem multū indignari, ſi videt malum proſperari in his fortunæ bonis, quæ habentem non faciunt bonum. Aduertat tamen ne ſui cauſa, & culpa proſperentur mali: quod eſſet, ſi prauis largiretur multa beneficia, ex quibus poſſunt ditari, relictis viris probis, & dignis. Hoc vtique prauum & iniuſtum eſſet. Si autem ſine ſui cauſa videt malos proſperare, indignetur quidem, ſed temperatè, conſiderata paruitate, & mutabilitate bonorum fortunæ. Vnde Dauid in Pſalmo fuit verus princeps nemeſeus cùm dicit, Ne timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cùm interierit non ſumet omnia, neque deſcēdet cum eo gloria eius.

Gratia decet Principes.

Gratia verò maximè decet Chriſtianum principem & miſericordia. Gratia quidem: quoniam oportet ipſum eſſe gratioſum, id eſt, liberum & voluntarium beneficiorū diſtributorem dignis, & benemeritis ſubditis, vt animentur ad virtutes, & vt ſponte ac pacificè obediant, & vt principis declaretur ꝓbitas, & gratitudo. Vnde gratioſus princeps fuit Dauid, qui ſtatim quòd poſt mortem Saul regnauit ſuper Iudam, vt legimus in 2. Regum ca. 2. audiens viros Iabes Galaad ſepeliſſe Saul, miſit nuncios ad illos dicens, Benedicti vos à Domino, qui miſericordiam hanc feciſtis cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum, & nūc retribuet quidem vobis Dominus miſericordiam, & veritatem, & ego reddam gratiam, id eſt, beneficia vobis cō feram propter verbum iſtud. Item gratioſus fuit, vt legimus in 2. Regum capi. 9. erga Miphiboſeth filium Ionatæ, cui dedit omnes agros Saul, & ipſum ſuum cōmēſalem fecit omnibus diebus vitæ ſuæ. Item valde gratioſum ſe oſtēdit erga Berzelai Galaaditem octogenarium, & erga filium ſuum Chamaam. Vide in 2. Regum capit. 19. Conſtat ergo quomodo gratia decet verum principem.

Miſericordia & clemētia maximè principibus cōueniunt.

Miſericordia verò, & clementia maximè ſibi conueniūt. Sunt enim principes vicarij Dei: quoniam per ipſum principes, & reges regnāt, Prouerb. capit. 8. Proprium eſt autem

aût Dei misereri: quoniâ inquit Dauid in Psal. Miserationes eius super omnia opera eius: & apertiùs Saluator manifestat Lucæ capit. 6. Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Ergo oportet verum principem esse misericordem: erga illos præcipuè quos nouerit immeritò pati, & eorum indigentias subleuare, in causis iustis fauere, contra opprimentes insurgere. Ideo dicitur in Psal. ad principem, Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris auditor. Decet etiam principem esse clementem, id est, punire delinquentem citra condignum. Nam vt dicitur Prouerb. cap. 20. roboratur clementia thronus principis, & in 3. Regum cap. 20 laudantur reges Israël, quia clementes. Vide tu illic de clementia Achab regis Israël erga Benadab regem Syriæ. Constat igitur tibi, quæ ex prædictis sex passionibus, conueniant vero principi, & quæ non, & hic terminatur prima Pars secundi Tractatus, quæ fuit de qualitate principantis in Christiana ciuitate, quò ad passiones appetitus sensitiui.

PARS SECVNDA.

De probatis moribus principum.

IN secunda parte secundi Tract. iuxta ordinem præpositum inuestigandum est qualis debeat esse Christianus princeps, quò ad mores laudabiles, ac diffugere vituperabiles. Vt autem scias, qui mores conueniût principi, & qui nô, opportet priùs declarare quot modis diuersificâ tur mores, deinde ordinabimus hanc secundam partem per capita.

Mores hominum diuersificantur ex ætate, ac fortunis ipsorum.

Tu igitur aduerte, quòd humani moresduobus modis generalibus diuersificantur, scilicet, aut secundum ætatem, aût secundum fortunam bonorum exteriorum.

Secundum ætatem quidem, quoniam alij sunt mores iuuenum, alij senum: Quod indicat Paulus primæ ad Cor. cap. 13. Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, &c. quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.

Secûdum fortunam autem bonorum exteriorum, quę sunt diuitiæ, potentia, nobilitas, diuersificari solent: quoniam vt in pluribus alij sunt mores diuitum, alij pauperum, alij potentum, alij impotentum, alij nobilium, alij ignobilium.

His præpositis diuidemus hanc secundam partem in sex ca. Primò ostêdemus qûo se habere debeât principes Christiani, circa mores senum. Secundò quomodo circa mores iuuenum. Tertiò quomodo circa mores eorû, qui sunt in medio statu. Quartò quomodo circa mores nobilium. Quintò quomodo circa mores diuitum. Sextò quomodo circa mores potentum.

CAPVT I.

Quomodò se habere debeat verus princeps circa mores senum.

IN primo cap. declarandum est, si verus princeps debet imitari mores, qui vt in pluribus inueniuntur in senibus, & hîc tria agêda sunt. Primò manifestâdi sunt mores senum, ex quibus aliqui sunt laudabiles, aliqui autem defectiui. Secundò quòd verus princeps debet assimilari senibus in moribus laudabilibus. Tertiò quòd euitare debet defectiuos mores senum.

Senũ quatuor excãt laude digni mores, sex verò detestabiles.

Quantùm ad primum aduerte, quòd ex doctrina Arist. in 2. libr. Rhetor. & ex ipsa experientia inuenimus communiter in senibus quatuor mores laudabiles, & sex defectiuos.

Primus laudabilis est, quòd sunt circa concupiscêtias remissi ex ipsa natura & ætate: nam sicut ex calore concitatur venerea voluptas, sic ex frigiditate remittitur. Senectus autem fundatur in frigido, vt docuimus in Tract. de Causa mortis & vitæ, & in Tract. de Iuuentute, & Senectute, vt videre poteris in Epitomatibus nostris Physicalibus, ergo in sene communiter sunt remissæ concupiscentiæ, & si cõstituto in senectute insint acutæ concupiscentiæ, nihil turpius, & reprehensibilius in eo imaginari possumus. Vnde in 3. Regum cap. 11. reprobatur Salomon, cuius cor deprauatum est per mulieres cùm iam esset senex, & Danielis ca. 13. recitantur çum detestatione, Senes iudices, qui exarserunt in concupiscentiâ Susannę. Quod ergo in iuuene veniale est, in sene est detestabile. Decet ergo senem remissum esse in concupiscentiis. Vnde dicit Aristoteles in 2. Rhetor. quòd in senibus ira est acuta, sed infirma, cupiditates verò voluptuosæ defecerunt, quare non voluptati, sed lucro intendunt.

Senem decet in concupiscẽtijs remissum esse.

Secûdus laudabilis est, quòd senes naturaliter sunt cõ ipsi gesserunt. Propterea credunt alios sibi similes, & in deterius patientes & misericordes. Verùm quia hic mos etiam est iuuenum, vt dicemus in cap. sequenti: ideò sufficit hic exponere causam in senibus, tunc autem exponemus causam in iuuenibus. Tu igitur aduerte, quòd Arist. in 2. Rhetoricorum causam miserationis in sene attribuit imbecillitati nuturæ. Vnde inquit, Senes ad miserationem parati sunt, sed nô ea de causâ qua iuuenes. Nâ ij ex humanitate, senes autem ex imbecillitate. Pro cuius notitia aduerte, quòd homo constitutus in indigentia, vel infirmitate, vel alio naturæ defectu, appetit sibi fieri misericordiam ab aliis, & quoniam est principium naturale. Quod tibi vis fieri, age & tu alteri, ideò senex aduertens se constitutum in imbecillitate naturæ multiformi, & desiderans sibi ab aliis misereri, de facili aliis misereatur & compatitur.

Senes cur misericordes sint.

Tertius laudabilis est, quòd senes quæcunque sunt in humanis ex sui natura variabilia, & possunt aliter, & aliter euenire, nunquam pertinaciter affirmant, aut negant, sed dictis suis dubitatiuam dictionem apponunt, scilicet, fortè, aut conditionalem, aut verisimile, &c. & ratio huius est, quia senes diu vixerunt, iam experti sunt rerum humanarum varietatem, & quàm sæpè decepti sunt, sperantes etiam partem affirmatiuam, inuenerunt negatiuam, & econuersò, etiam adhibitis opportunis mediis. Hac ergo experientia edocti, nihil in humanis negociis pro futuro absolutè negant, neque affirmant, sed omni dicto, aut consilio, aut determinationi apponunt dictionem dubitatiuam. Quod asserit Arist. in 2. Rhetoricorum inquiens, Seniores & ætate prouecti, quoniam multos iam annos vixerunt, & errauerunt in pluribus, scilicet iudicio suo aliquid affirmantes, aut negantes, deceptique fuerunt, quoniam, scilicet res euenit aliter quàm iudicauerant, ideò neque affirmant quicquam, & multò minùs cuncta existimant quàm oporteat, sciúntque nihil, sed ambigêtes semper forsan ac forsitan addunt, & sic omnia dicunt, firmiter autem nihil.

Senes semper ferèdubij cur sint.

Quartus laudabilis est, qp senex, vt in pluribus, in omni opere & negocio suo moderatè & grauiter, & non velociter, ac excessiuè se gerit: & ratio huius est, Iuuenis & senex oppositio modo se habent. Nam quia in iuuene prędominatur calor, qui est causa velocitatis in operâdo, regnátque in eo, & dominatur concupiscentia, & irascibilis, quæ sunt passiones acutæ, & impulsiuæ: ideo vt in pluribus veloces sunt, & absque debitis circunstantiis in operibus suis. Sed in sene calor minuitur, passiones furiosæ remittuntur: ideo in operibus suis tardè, maturè, & consultè se habent. Et quidem quòd leuitas, & velocitas operandi concomitetur iuuentutem patet non solum in homine, sed etiam in brutis: nam bruta dum sunt in ætate prima, & puerili, ludis, cursu, cõtinuis gestibus, motibus, vocibus, cantibus ludunt, nec sciunt etiam dormientes quasi quiescere. Oppositum autem videmus tam in brutis quàm in hominibus dum ad prouectiorem ætatem deuenerint: nâ ludere cessant, in gressu, & voce & gestibus maturiùs se habent. Constat igitur tibi qui mores sint, vt in pluribus in senectute laudabiles.

Senes cur graues sint.

Reprehensibiles autem, & defectiui communiter sunt sex, qui fundantur in doctrina Arist in 2. Rhetoricorum. Primò sunt nimis increduli, ita quod penè in nullo fidem habent: & ratio huius est, quia, vt dicit Arist. in 2. Rhetorum, Quoniam Senes multis annis vixerunt, in multis decepti sunt, ex ipsa igitur memoria, & experiẽtia de prę teritis edocti, cognoscunt homines in multis mẽtiri, ideo non de facili eis exhibendam esse fidem: & quoniam dubitant se in negociis ac contractibus decipiendos, ideo effi ciuntur excessiuè increduli.

Senes cur non de facili credãt.

Secundus vituperabilis est, quòd senes sunt vt in pluribus suspitiosi, siue malitiosi: est autem malitia secundum Arist. in 2. Rhetoricorum, cunctorum in deteriorem partem suspicatio. Dicuntur igitur senes suspitiosi, quia visa, aut dicta, aut facta communiter trahunt in malam partem. Pro cuius noticia aduerte, quòd senes in hoc contrario modo se habent quàm pueri & iuniores. Nam quia pueri nondum multa cõmiserunt mala suntq; veluti innocentes respectu senum, in sua innocẽtia alios mensurant iudicántq; de eis à seipsis, & ideo omnia referunt in bonum, suadéntq; sibi cæteros omnes esse bonos. At senes econtrario se habent: quoniam multis vixerunt annis, & rarò contingit, quòd in multis non peccauerint & ideo mensurant aliorum gesta, & iudicant secundum quòd & deterius

Senes vt plurib⁹ suspitiosi & cautidi sunt.

deterius trahunt eorum opera. Et hanc rationem innuit Arist.in 2.Rhetoricorum,vbi inquit, Quoniam senes multis vixerunt annis in pluribúsque errauerunt, id est,peccauerunt,ideo suspitiosi sunt,& omnia in partem siniſtrã existimant. Hinc prouenit,vt docuimus in 8. Ethic.quòd non sunt amicabiles,nec multùm amant,nec multũ oderunt,vt inquit Arist.in 2. Rhetorico. vbi referens Biantis sententiam inquit,Senes amant,vt osuri,& oderunt vt amaturi.

Senes cur pusillanimes.

Tertius defectiuus est, quòd senes efficiuntur pusillanimes,& formidolosi. Pusillanimes quidem, quia à vita in dies deficiunt,ex consequenti humores & spiritus vitales sunt in continua defectione. Deficientibus autem his,minuitur vigor cordis,minuto vigore cordis, nil magni tentant,sed tantùm senili vitæ necessariis intendunt, & sic fiunt pusillanimes, & hanc rationem innuit Aristoteles in 2.Rhetoricorum, vbi inquit, Senes pusillanimi sunt,vitæ ductu deiecti.Nullum enim magnum, neque superfluum,sed quæ ad vitam necessaria sunt cupiunt.

Timidi autem & formidolosi efficiuntur:nam efficiuntur frigidi, frigiditas autem secundum Aristotelem in 2. Rhetoricorum,viam parat formidini. Hinc videmus timentes infrigidari,cuius signum est,quòd tremunt & palescũt,qui sunt effectus frigiditatis. Cùm igitur senectus firmetur in frigido,vt docuimus in Tra.de Morte & Vita, naturale est,vt senes efficiantur timidi,sicut econtrà iuuenes audaces,& animosi,vt dicemus in capit. sequenti. Et hanc rationem tangit Aristoteles in 2.Rhetoricorum,vbi inquit,Senes timidi sunt, & ad pertimescendum cuncta parati,frigidi nanque sunt, itaque senectus viam timori præparauit.

Senes cur illiberales & auari sint.

Quartus defectiuus est, quòd senes sunt illiberales:cuius ratio triplex assignari potest. Prima sumitur ex necessitate substantiæ,id est facultatis temporalis, aduertẽtes enim,quòd sine substantia viuere nõ possunt,& quòd deficientibus viribus exercitia lucratiua exercere non poterunt,timent defectum pati, nolẽtes autem aliorum mẽdicare suffragia statuunt manutenere quæ habent. Inde prouenit quòd expendere vix audent pro sustentatione propriæ vitæ. Dicũt enim,Nescio quid mihi accidere possit,lucrari & acquirere ex senectute non potero, mendicare erubescam,& sic efficiuntur illiberales.

Secunda sumitur ab experientia præteriti temporis, Nam quoniam multum vixerunt, credibile est eos multas passos fuisse indigentias.Timentes ergo ne in senectute iterum,& durius patiãtur memores præteriti efficiuntur illiberales.

Tertia sumitur ex eo,quòd senes potius viuunt memoria quàm spe.Cogitãt enim in amaritudine animę suæ vitam eorum pro maiori parte transisse,& parum se victuros,& ideo quoniam memoria est præteriti,& spes de futuro,non viuunt spe acquirendi,sed memoria acquisitorum,& in illis tantum confidunt.Propter quod non confidentes in acquirendis,acquisita nõ de facili expẽdunt, ideóque videntur illiberales. Et has rationes Aristoteles in 2.Rhetoricorum tangit dicens, Senes illiberales sunt, quoniam substantia vnum ex necessariis est,simulque quoniam experti non ignorant difficilem quidem esse acquisitionem,iacturam verò facilem.

Senes modicæ sunt spei.

Quintus est,quòd sunt modicæ spei: nihil enim audacter sperant,eò quòd verẽtur in omni arduo quod aggrederentur,de facili deficere,& rationem huius diximus in præcedentibus:nam diximus quòd cum spes sit futuri, & memoria præteriti, & lenes diu vixerint & parum se victuros sciant,decidunt à spe agendorum.Vnde non delectantur in sperando,sed memorando præterita.Cuius rei signum hinc sumitur,quòd cum senes simul loquuntur, semper referunt à se gesta,& in hoc solatium sumunt,nõ autem delectantur in manifestando se magna facturos: quoniam aduertunt vires,& animi vigorem, & vitàm in dies sibi deficere,& ideo efficiuntur modicæ,aut nullius spei,& hanc rationem tangit Arist in 2.Rhetoricorũ, vbi inquit,Senes malæ sunt spei,tum propter experientiam: quoniam plurimæ rerum vitiosæ sunt,multæque in peius tandem deueniunt,tum propter timiditatem, viuuntque memoria magis quàm spe.Nam futurum vitæ breue sibi est,præteritum multum:quod causam etiam loquacitatis eis affert,perseuerant enim præterita narrantes,quoniam recordantes voluptate afficiuntur.

Senes cur non de facili verecũdãtur.

Sextus est,quòd senes non de facili verecũdãtur:nam, vt docuimus in 4.Ethicorum,causa verecundiæ est, quia homo appetit honorari & existimari, ex consequenti timet inhonorari,&nõ existimari.Sed senes ficut deficiunt calore,& vita,sic& animi vigore:ideo nõ multùm curant honorari,aut existimari, & quæ in iuuentute magna sibi apparebant,in senectute ridicula reputantur Vnde senes magis studentvtili quàm honori.Et hanc rationem scribit Aristoteles in 2.Rhetoricorum dicens, Senes viuunt ad vtile magis quàm oportet: quoniam seipsos maximè amant,vtile namque sibi, honestum verè simpliciter bonum est.Hinc fiunt magis inuerecundi quàm verecundi: nam quoniam non simpliciter de honesto atque vtili curant,existimationem contemnũt. Constat igitur tibi quatuor senum mores laudabiles,& sex defectiui.

Quantùm ad secũdum declarandũ est,quomodo se debeat habere Christianus princeps, quò ad mores senum laudabiles.Tu igitur aduerte, quòd quatuor mores senũ laudabiles,oportet esse in principeChristiano,etiã quòd esset ætate iuuenis, aliter regimen suum,nec in suiipsius, nec in populi salutem erit.

Principẽ oportet maximè esse moderatũ in concupiscentiis.

Cùm igitur primus laudabilis, vt docuimus suprà, sit quòd senes ex ætate habent concupiscentias suas temperatas, oportet principem Christianum scire frænare concupiscentias,& temporalia desideria:quòd si non ex ętate,quoniam fortè iuuenis est saltem ex constanti rationis proposito:nam si princeps in his intẽperatus fuerit,efficietur mente cæcus, cupiditates enim (vt docuimus in Christiana Morali,)mentẽ percutiunt,&amentẽ hominẽ reddunt. Præterea, populus concitatur vt insurgat, vel contemnat principem voluptuosum,&demum parat sibi interitum,vt docuimus in Politica Arist.in Tract.de Causis destructiuis siue corrumpentibus Monarchias, & est in 5.lib.Politicorum,Tract.4.cap.2.præterea, in Scriptura sacra vt patet per quatuor libros Regum,inuenimus reges Iuda,&Israël pro maiori parte præuaricasse propter inordinatas concupiscentias suas:inter quos inuenies Salomonem iam senẽ,& Dauid,&Achab demẽtatus est propter Iezabel,de quo vide in 3.Regum, capit.16.& capi.21.

Principẽ decet esse misericordem accle mentem.

Secundò oportet verum principem esse misericordem & clementem. Hæc enim duo ligant subditorum corda cum principe,ita quòd velut oues sequũtur,& obediunt principi,vt pastori suo, & contra aduersarios insurgunt pro defensione principis sui, & sic misericordia ac clementia firmant dominium.Vnde dicitur Prouerb.cap.20. Misericordia,& veritas Domini custodiunt regem,& roboratur clemẽtia thronus eius.Præterea,legimus in 1.Regum de Saul,qui in principio regni sui, quoniã commotus fuit ad miserandum, & saluãdum viros Iabes Galaad oppressos à Naas rege Amonitarum,confirmatus fuit in regno super vniuersum Israël,ita quòd vt patet ca. 11.dixit populus ad Samuelem, Quis est iste qui dixit,Saul nõ regnabit super nos? Date viros & interficiemus eos. At Saul ex sua clementia prohibuit dicens, Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem Israël.

Principẽ oportet nõ firmare & alteram partẽ sententiã donec fuerit certus factus de veritate.

Tertiò oportet verũ principem in dubiis non firmare sententiã pro altera parte,donec certificari valeat.Quod si est dubium de futuro, loquatur more senum per appositionem dictionis dubitatiuę,vel per conditionalem,vel omninò sententiam suspendat,vel taceat in seipso meditans, donec quasi certum medium occurrat:sic fecit rex Salomon iudicaturus inter duas mulieres altercãtes coram eo de filio mortuo.Vide tu in 3.Regum.cap.3.Quòd si princeps in dubiis non sic se habuerit,sed elegerit præcipitare sententiam absolutè affirmatiue, vel negatiuè, populus eum non prudentem,sed temerarium reputabit, quo nil deterius in dominante.

Principẽ decet esse temperatũ in suis operibus.

Quartò oportet ipsum esse temperatum in operibus suis,neq; enim expedit humano regimini variis,& inopinatis casibus subiecti pro vtraque fortuna,principem esse velocem & concitatum, neque tardum, aut desidem in agendis,sed suum est considerare omni negocio tempus, & opportunitatem requirendam,Eccles.ii.tes c.8.Aduertatque verus princeps se præsidere ciuitati, aut regno,sicut nauis gubernator, qui iuxtà ventum propitium, aut aduersum, velocitat & tardat nauigationem. Sic & medicus erga infirmum se gerere debet. In proposito quædam sunt,quæ melius est princ.pem tardare quàm repen-

tè exequi,quædam autem melius eſt accelerare. Vnde in Scriptura ſacra proponitur principi vero in exemplum, Dauid qui in 1.Reg.c.24.poterat ſtatim occidere Saul,ſed noluit:imò compreſſit ſeruos ſuos, ne inſurgerét in Saul dicens ad eos, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem,&c.Vide tu. Item in 2. Reg.ca.16.noluit occidi Semei maledicentem ſibi cum egrederetur Hieruſalem propter Abſalon,qui ſe regem fecerat,ſed vindictam iuſtam fiendam relinquit Salomoni, vt videre poteris in 3. Regum cap.2.Quædam autem accelerauit: quoniam tarditas in illis periculoſa erat,vt legimus in 2.Regũ de inſecutione Siba filio Bochri, qui fecerat rebellare decem tribus,ne eis dominaretur Dauid. Vide tu in 2. Regum capit.20. Conſtat igitur tibi quomodo Chriſtianus princeps etiam quòd eſſet ætate iuuenis in quatuor laudabilibus moribus ſenum,eos imitari debet.

Quantùm ad tertium declarandum eſt,quomodo Chriſtianus princeps ſe gerere debeat circa mores ſenum defectiuos,quos ſuprà docuimus eſſe ſex,ſcilicet,

Increduli,	Illiberales,
Malitioſi,	Modicæ ſpei,
Puſillanimes & formidoloſi,	Inuerecundi.

Principem laud.decet eſſe nimis credulum.

Circa primum aduerte,quòd non expedit verum principem eſſe nimis credulum:quoniam dicitur Eccleſi.cap. 19.Qui citò credit,leuis eſt corde &minorabitur.Præterea,facilis credulitas eſt quid puerile.Oportet autem verum principem eſſe ſenſu ſenem,& non puerum. Præterea,nimia credulitas inclinaret principem ad concedendum multa,quæ fortè non expediunt,& conceſſa reuocare turpe eſſet in principe. Vnde quia,vt legimus Ioſue c. 9.Principes multitudinis, & Ioſue de facili crediderunt nunciis Gabaonitarum ſe de longè veniſſe iurauerunt eis quòd non occiderentur,& licet vulgus murmuraret,tamen noluit Ioſue iuramentum reuocare,ne in Deum peccaret,& ne de leuitate argueretur.Sic cõtigit Dauid,qui vt legimus in 2. Regum cap.16.ad ſimplex verbum credidit Siba ſeruo Miphiboſeth falſè accuſanti dominũ ſuum quòd noluiſſet ſequi Dauid, donauítque illi omnia bona Miphiboſeth.Et licet vt patet in eodem lib.cap.10.Miphiboſeth occurriſſet Dauid reuertenti in regnum,& manifeſtaſſet falſam accuſationem contra ſe factam,tamen reuocare noluit ſententiam,ne leuis appareret ex nimia,& feſtinata credulitate,ſed eam temperauit dicens, Fixum eſt quod locutus ſum.Tu & Siba diuide poſſeſſiones.Non expedit ergo verum principem eſſe nimis credulum. At minùs expedit ipſum eſſe incredulum: quoniam ſi duræ ceruicis fuerit ad impietates ſe conuertet, & perſonam ſuam,ac populum vltimo diſcrimini ſupponet.De primo habemus exemplum Saul,qui quoniam credere noluit Ionathæ bona nuncianti de Dauid ad immaniſſimas perſecutiones contra Dauid ſe conuertit,vt patet in 1.Regum quaſi per totum. De ſecundo habemus exemplum de Achab, qui quoniam credere noluit Micheæ prophetæ Domini,perguſſus ſagitta à ſagittante in incertum mortuus eſt.Vide in 3.Regum capi.vltimo. Oportet ergo verum principem eſſe medium inter nimis credulum ne declinet ad morem puerilem, & inter incredulum,ne declinet ad morem obſtinatorum ſenum. Decẽs eſt ergo,vt in ſpectis conditionibus perſonarum fidem adhibeat his, quæ dicuntur ſecundum dictamen, & ordinem rationis.

Principẽ verum ne quaquam decens eſt eſſe ſuſpitioſum ac. malitioſũ, vel temerarium in iudicando.

Circa ſecundum aduerte,quòd non expedit verũ principem ſuſpitioſum,& malitioſum eſſe:quoniam ſi cõſueuerit cũcta in deteriorem partem interpretari, paulatim fiet ſeuerus,& immiſericors,& inamicabilis, & ſubditorum maliuolentiam incurret,cæteríſque principibus fiet odioſus.Exemplum habemus in 2.Regum capit.10.de Amnon rege Amonitarum, qui aſſenſit principibus filiorum Amon interpretãtibus in malam partem viſitationem factam à Dauid per nuncios, vt cõſolaretur ſuper mortem Naas patris ſui.Dixerunt enim principes ad regem,Putas quòd propter honorem patris tui miſerit Dauid ad te cõſolatores,& non ideo vt te inueſtigaret,& exploraret ciuitatem,& euerteret eam?quibus malè interpretantibus, quoniam rex aſſenſit:ideo iratus Dauid iniit bellum cõtra Amnon,& mala multa ſubſecuta ſunt.Vide tu in 2.Regum capi.10.Oportet ergo verum principem aſſueſcere, quæ non ſunt apertè mala, in meliorem partem trahere, & quàm ſæpè diſſimulare ſe non aduertere, vt vitentur maiora mala: & aduerte, q̃ in Chriſtiana religione hoc hominum genus,quod in ſiniſtram partem de facili cuncta interpretatur,penitus odioſum eſt, & exprobabile. Vnde Saluator Lucæ cap.7.indignatus contra Phariſæos, & Legiſperitos, qui hoc vitio laborabant inquit,Cuius ſimiles dicam homines generationis huius, & cui ſimiles ſunt?Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem,& dicentibus, Cantauimus vobis tibiis & non ſaltaſtis,lamentauimus,& non ploraſtis.Venit autem Ioannes Bapt.neque manducans panem,neque bibẽs vinum, & dicitis, Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans,& bibens,& dicitis, Ecce homo deuorator,& bibens vinum.& amicus Publicanorum, & peccatorum,Paulus non ceſſat huiuſmodi homines arguere ad Roma.cap.14.vbi inquit, Tu autem quid iudicas fratrem tuum,aut tu quare ſpernis fratrem tuum?&c. Si igitur trahere in ſiniſtram partẽ aliena dicta,aut geſta,quæ poſſunt eſſe bona,odioſum eſt,&damnabile in quolibet priuato,longè magis in principe propoſito ſubditis,vt vitæ & morum lucidum ſpeculum.

Princeps caueat ne ſit formidoloſus, vel puſillanimis.

Circa tertium caueat Chriſtianus princeps ne ſit formidoloſus,& puſillanimis: quòniam cum negocia boni publici magni ſint ponderis,& ſint ardua,oportet eos eſſe magnanimos & fortes.Sin autẽ neque ſubditi obedientiam,neque externi præſtabunt ſibi honorem. Sed velut effœminatus erit contemptui. Melius eſt ergo declinare ad audaciam,quàm ad inordinatum timorem, & in exemplum ſit Achab rex Iſraël, de quo legimus in tertio Regum cap.20. quòd ad primum verbum Benadab regis Syriæ petentis, ab eo aurum ſuum,& argentum,& vxores, & filios optimos,tanto timore,& puſillanimitate correptus eſt,quòd omnia conceſſit, & reſpondit per nuncios miſſos à Benadab dicens,Iuxt verbum tuum domine mi rex,tuus ſum ego, & omnia mea. At poſtquàm Benedab ſecunda vice renunciauit,quòd die craſtina mitteret ſeruos ſuos ad auferendum omnia prædicta, Achab à ſe reuerſus ſedato timore vocauit omnes ſeniores terræ, & eis expoſuit durã petitionem Benedab. Qui omnes forti animo effecti dixerunt regi,Nõ audias neque acquieſcas ei. Quo audito,magnanimus effectus eſt, Sícque remiſit nuncios Benadab vacuos. Quomodo autem ipſe,& Iſraël præualuerint contra Benadab vide in eodem cap. Cõſtat ergo tibi, quàm pernitioſum ſit principem eſſe puſillanimem,& formidoloſum.

Principem Chriſtianum non decet illiberalem, ſeu auarũ eſſe.

Circa quartum deteſtabile eſt Chriſtianum principem eſſe illiberalem: nam illiberalitas in principe (vt docuimus ſuprà) inclinat ipſum ad tyrãnidem,facit officiales, & miniſtros ſuos furantes, nil præclarè gerit, reuocatus ab illiberalitate,ne coactus ſit expendere,& ſic princeps illiberalis ſeipſum, & populum perdit. Omnium enim malorum radix eſt cupiditas,inquit Paulus primæ ad Timotheum cap.6. Quàm pernitioſa ſit illiberalitas vide in 1.Regum cap.25.de Nabal Carmelo,cuius ſtultitiæ, & illiberalitati niſi prouidiſſet ſapiens vxor Abigail, actum erat de domo ſua.

Principem honæ ſpei ſit oportet ac verecũdum.

Circà quintum aduertat verus princeps,ne ſit modicæ ſpei:quoniam ex defectu ſpei deficeret in omni negocio quod aſſumeret,vel nil dignum aggrederetur, sícque & ſeipſum,& familiam,& ſubditum populum occaſionaliter daret in manu hoſtium. Sicut ergo anchora neceſſaria eſt nauiganti,ſic viua ſpes rectori ciuitatis.Spes enim non confundit,vt inquit Paulus Rom.cap.5. Sed animum erigit,& dirigit in agendis.

Circa ſextum aduerte,quòd in Parte præcedenti in capitulo vltimo docuimus non decere principem eſſe verecũdum:quoniam non debet turpia agere propter quæ fiat erubeſcens. Nunc declarandum eſt nõ decere ipſum eſſe inuerecundum propter cauſam,qua communiter ſenes ſunt inuerecundi.Diximus enim ſenes eſſe inuerecũdos: quoniam magis curant bonum vtile quàm honeſtũ. Sed in vero principe debet eſſe oppoſitum:quoniam primum eius ſtudium verſari non debet circa proprium commodum,ſed, circa ea, quæ ſunt ad honorem, & conſeruationem ſubditorum. Et in hoc diſtinguitur verus princeps à tyranno. Conſtat igitur tibi quomodo Chriſtianus princeps,euitare debeat defectiuos ſenũ mores,& imitari laudabiles. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo ſe habere debeat verus princeps circa mores iuuenum.

IN 2.capitu.inueſtigandum eſt,quomodo verus princeps gerere ſe debeat circa iuuenum mores.Et hûc tria agenda ſunt.Primò declarandum eſt, qui & quot mores ſint in iuuene laudabiles,& quot vituperabiles.Secundò quo modo verus princeps ſe debeat gerere circa mores iuuenum laudabiles.Tertiò quomodo circa vituperabiles.

Quantùm ad primum aduerte,quòd iuuenes ex ſui natura,& ex iuuenili ætate ſex habent mores laudabiles.Sût enim vt in pluribus,

Iuuenum mores ſex laudabiles, & totidē illaudabiles.

Liberales,	Non ſuſpitioſi,
Animoſi,	Miſeratiui,
Magnanimi,	Verecundi.

Mores etiã in iuuenibus vituperabiles ſunt ſex,ſcilicet,

Paſſionum inſecutores,	Contumelioſi,
De facili vertibiles,	Mendaces,
Nimis creduli,	Agentes ſine modo & menſura.

Iuuenes cur liberales.

Primus laudabilis eſt, quòd ſunt vt in pluribus liberales,& huius cauſa duplex eſt, quam aſſignauimus in 4. Ethicorum Tract. 1.qui eſt de liberalitate,capit.2.prima eſt: quoniam nondum multas experti ſunt indigentias. Nam quilibet ſanæ mentis maiori diligentia curat, & ſeruare contendit bona ſua poſt paſſas indigentias, quàm antè, ne iterum ex ſua culpa indigeat. Hac de cauſa diximus in capitu. præcedenti ſenes eſſe illiberales. Quoniam igitur iuuenes adhuc parùm vixerunt, fuerúntque educati ſollicitudine,& labore progenitorum, non ingentes paſſi ſunt indigentias:ideo vt in pluribus ſunt liberales, & magis tendunt ad prodigalitatem, quàm oppoſitum. Secunda cauſa eſt,quia bona ab eis poſſeſſa non proprio ſudore ſibi parauerunt, ſed per hæreditatem à parentibus acceperunt. Quæ autem proprio labore parta ſunt, carius ſeruantur: ſunt enim opera acquirentis.Quilibet autem diligit naturaliter opus ſuum,vt parentes filios,&artifex artificiatum. Quia igitur iuuenes bona ſua, non ſuo ingenio,nec labore acquiſierunt,ſed in laboribus aliorum introierunt:ideo liberaliores ſunt quàm ſenes.Hic eſt igitur primus iuuenum mos laudabilis.

Iuuenes cur animoſi, & audaces, & bonæ ſpei ſunt.

Secundus eſt,quòd ſunt animoſi, & magnæ ſpei: quod ex tribus cauſis prouenit. Primò quia nondum ardua experti ſunt diſcrimina, vel rarò, ex conſequenti rarò ſuccubuerunt:propterea ſuadent ſibi ſe poſſe in his quæ decreuerint,& aggreſſi fuerint, de facili obtinere, ex conſequenti animoſi, & bene ſperatiui ſunt. Secundò florent ſubtili,ac ſpirituoſo ſanguine: quo caleſcit cor, & totum corpus. Corde autem caleſcente, & membris aliis roboratis,excitatur homo ad magna, & ardua, hinc efficitur animoſus, & magnæ ſpei, tentátque diſcrimina ſuper vires iuuenilis ætas, quæ in ſenectute per memorationem generant extremum timorem. Tertiò iuuenes aduertunt ſe non multum vixiſſe, ſperant autem ſecundum naturæ ordinem ſe multum victuros: neque ſi ſint ingenio prædíti affectant huius vitæ terminare dies ſine claro nomine, & honorato titulo, ideo proponunt magna ſe acturos, & præeligunt mortem, quàm inglorioſè viuere. Hinc efficiuntur magni animi, & viuæ ſpei. Hic eſt ſecundus iuuenum mos laudabilis, quem docuit Ariſtotel.in 2.Rhetoricorum, vbi inquit,Iuuenes bonæ ſpei: quoniam non in multis aberrauerunt, id eſt, nondum in multis arduis aggreſſis ſe deceptos inuenerunt, vnde viuunt maxima ſpe.

Iuuenes cur magnanimi ſint.

Tertius eſt, quod ſunt magnanimi: pro cuius noticia aduerte, quoniam iuuenile cor feruet calore, aſſimilatur igni,&ex oppoſito cor ſenile iam decreſcente calore, aſſimilatur elemento frigido aquæ & terræ. Videmus autem in ordine Vniuerſi, quòd ignis conatur ſuprà tendere,& alia excellere, neque quieſcit à motu, niſi dum ad propriam deuenerit ſphæram ſituatam immediatè ſub concauo orbis lunæ vt docuimus in 4. Cæli, & in 2. Meteororum, elementa autem frigida reſident in inferioribus. Sic iuuenilia corda ex ſuo calore affectant ſuprà tendere, & excellere. Senilia verò ex debilitato calore in inferioribus quieſcere: ea autem per quæ homo naturaliter affectat excellere ſunt honor, & gloria: ergo iuuenes naturaliter affectant extolli, & honorari, vt autem conſequantur honorem fiunt magnanimi, quoniam, vt docuimus in 4. Ethicorum, magnanimitas verſatur circa honorem. Oppoſitum autem contingit in ſene.Vnde diximus in capit.præcedenti, quòd ſenes magis curant & affectant bonum vtile quàm honeſtum. Et dicit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, quòd iuuenes victoriæ, & excellentiæ magis ſunt cupidi quàm pecuniarum. Non enim adhuc inopiæ periculum fecerunt. Quòd autem ſint magnanimi, & propter quid, teſtatur Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum dicens, Iuuenes magnanimi ſunt. Nam nunquam vita eos deiecit, & periculorum inexpertes ſunt, & dignos ſe magnis putant, quod magnanimitatis eſt.

Iuuenes cur non ſuſpitioſi ſint.

Quartus laudabilis eſt, quòd iuuenes non ſunt ſuſpitioſi, neque malitioſi in reſpectu ad ſenes.Non enim quæ bona eſſe, aut dici poſſunt de facili ad ſiniſtram partem trahunt, ſicut conſueuerunt ſenes, vt docuimus in capitu.præcedenti, & ratio huius eſt, quia,vt inquit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, iuuenes reſpectu ſenum ſimplices ſunt. Nondum enim verſutias multas inſpexerunt.

Iuuenes cur ad mẽ ſericordiã promiores ſint quàm ſenes.

Quintus laudabilis eſt, quòd iuuenes ſunt miſeratiui, ſed non ea cauſa qua ſenes. Nam docuimus in præcedenti cap.ſenes eſſe miſeratiuos propter imbecillitatem ſenectutis.Iuuenes autem miſeratiui ſunt propter innocentiam ſuam: nam, vt inquit Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum, iuuenes ideo parati ſunt ad commiſerationem,quoniam probos ac bonos omnes arbitrantur:ſua enim innocentia alios menſurant, itaque indigna ipſos pati facilè credunt.

Iuuenes cur verecundi.

Sextus laudabilis eſt, quòd ſunt verecundi, & huius duplex eſt cauſa. Primò quia, vt diximus, iuuenes affectant excellere,& honorari, ex conſequenti timent oppoſitum,ſcilicet,confuſionem, & inhonorationem.Sed verecundia,vt docuimus in 4. Ethicorum, eſt timor inhonorationis, ideo naturaliter ſunt verecundi. Secundò quia vt inquit Ariſtot.in 2. Rhetoricorum, iuuenes nihil nouerunt eſſe honeſtum, niſi quia docti à lege, id eſt,niſi quia eis declaratur hoc, vel illud eſſe honeſtum, quoniam lex illud approbat, & oppoſitum eſſe inhoneſtum, quia lege reprobatur, putà eſſe veridicum honeſtum eſt, oppoſitum autem inhoneſtum: nam lex diſponit hominem debere eſſe veracem, & vitare mendacium. Quoniam igitur parentes erudientes filios ſuos, ſemper hortãtur ad honeſta, caſtigántque ſi oppoſitum fecerint,ideo quàm primùm habent rationis vſum, deſiderant laudari de bonis, timéntque increpari,& confundi propter malè geſta, & præcipuè propter turpia: ex eo autem quòd timent increpari fiunt verecundi.Conſtat igitur tibi, quòd ſex ſunt iuuenum mores laudabiles.

Iuuenes cur ſint maximè paſſionum gulæ ac veneris inſecutores.

Primus autem vituperabilis eſt, quòd vt in pluribus ſunt paſſionum inſecutores, & præcipuè concupiſcentiarum veneris,& gulæ,& huius duplex eſt ratio. Prima eſt, quòd in iuuene prædominatur calor, in quo fundatur & vigoratur vita, præcipuè quò ad operationem vegetatiuam,& generatiuam,vt docuimus in 2.de Anima,in Tract. de Potentiis Vegetatiuis:corde autem,& corpore calefacto inſurgit concupiſcentia, vt experimur, ergo iuuenes naturaliter commouentur à concupiſcentiis, & eas inſequuntur niſi adſit frænum,aut impedimentum.

Secunda eſt, quòd vniuerſaliter omnis homo in operibus ſuis,aut ſequitur impetum paſſionis,aut dictamen rationis.Hæc enim duo ſunt principia motiua, & impulſiua in homine ad operandum (vt docuimus in 3. de Anima, in Tractat.de Potentia motiua) In bruto autem eſt tantùm paſſio excitata ab imaginatiua principium operandi. Sed iuuenes, vt in pluribus ſequuntur impetum paſſionis,non auſcultato dictamine rationis. Nam ratio in eis nondum vigorata eſt, paſſiones autem ſunt in ebulitione, & quodammodo furioſæ, & ideo niſi adſit ſtudioſa eruditio, & diligens caſtigatio ,pro maiori parte iuuenes viuunt allecti concupiſcentiis ſuis. Quod confirmatur ex Ariſtotele in 2. Rhetoricorum, vbi inquit, Iuuenes aptiſſimi ſunt ad concupiſcendum, & potentéſque facere quæcunque concupiſcunt. Maximè autem ex concupiſcentiis eius,quæ in rebus venereis eſt, & in hac ſunt incontinentes.

Iuuenes quamobrẽ de facilè vertibiles & maximè incontinentes ſũt.

Secundus eſt, quòd ſunt de facili vertibiles, & in pauciſſimis conſtant: & huius ratio eſt, quoniam ſicut in iuuene humores, & ſpiritus ſunt in continuo motu, ſic appetitus, & voluntas, & ideo de facili conciliant amicitias,& quàm facile diſſoluunt, vt docuimus in 8. Ethicorum: citò iraſcuntur citò placantur. Quod confirmatur ex Ariſto.in ſecundo Rhetoricorum, vbi inquit, Iuuenes ſtãtes ſunt mutabi

mutabiles sunt in cupiditatibus, citóque fastidientes, voluntates acutas habentes velut ægrotantium sitis, aut famis.

Iuuenes cur credu li sint.

Tertius est, quòd sunt nimis creduli, cuius oppositum diximus in capitu. præcedenti esse in sene. Et ratio huius duplex est. Primò quia, vt diximus suprà non sunt suspitiosi. Alios enim mensurant, & de eis iudicant, à seipsis, ex consequenti credunt quæ ab aliis eis dicuntur esse vera: quoniam non adhuc in multis decepti sunt, cùm non multùm vixerint, nec in humanis fallacibusque negociis diu versati fuerint. Et idem confirmatur ex Aristotele in secundo Rhetoricorum, vbi inquit, Iuuenes creduli sunt: quoniam nondum in multis decepti fuerunt.

Iuuenes cur contu melioſi & maximè iniurioſi ſint.

Quartus est, quòd sunt contumelioſi & iniuriatiui: & huius ratio est, quia sunt animosi, & magnæ spei, vt docuimus, ex spirituum feruore, ex his prouenit quòd cupiunt alios excellere, vel non minores videri. Ex hoc autem prouenit, quòd cuiuscunque impedientis votum suum ac propositum fiunt impatientes, & si non possunt aliter repellere impedimentum, ad iniurias, & contumelias se conuertunt. Tu tamen aduerte, quòd hoc non agunt ex malignitate, sed ex ebulitione iræ. Cuius signum est, quòd de facili eos pœnitet. Et quidem quòd non ex malignitate prorumpant iuuenes in contumelias, testatur Aristoteles in secundo Rhetoricorum dicens, Iuuenes iniuriam in contumeliam faciunt non in malignitate.

Iuuenes cur vt plurimum mẽdaces.

Quintus est, quòd sunt ex iuuenili ætate mendaces. Et ratio huius est: quoniam quæ dicunt asserunt sic esse, nam cùm sint inexperti, & existiment se pluris esse quàm sint, ignorates seipsos existimant se omnia scire cùm nesciunt. Hinc prouenit, quòd in sermonibus, & disceptationibus suis loquuntur assertiuè, vt de se opinionem faciant, quòd omnia sciunt, cùm pauca, aut nulla firmiter cognoscant. Et quoniam affirmant, aut negant, quæ aut ignorant, aut non probabiliter sciunt: ideò de facili mentiuntur. Cùm autem mentiti fuerint, nouerintque se mentitos, reuocare recusant, ne reputentur mali, & deceptores. Et quidem quòd sint mendaces, quia nimis præsumunt de scientia sua cùm tamen pauca sciant, testatur Aristot. in 2. Rhetoricorum dicens, Iuuenes scire omnia putant atque affirmant, quod etiam est causa, vt omnia nimis, scilicet, dicant, aut faciant.

Iuuenes cur ſemper in ſuis operibus excedunt.

Sextus est, quòd iuuenes nimis agunt in omnibus. Vnde inquit Arist. in 2. Rhetoricorum, iuuenes nimis amant, nimis oderunt, cæteráque agunt similiter: & ratio huius est, quia vt inquit Aristot. in 2. Rhetoricorum, iuuenes sunt ad irascendum apti, & acutæ iræ, ambitiosi sunt, imò contentiosi, excedere nanque iuuentus cupit, & victoria excessus quidam est. Præterea diximus iuuenes concupiscentias habere acutas, & immoderatas. Sed tam ira quàm concupiscentia nisi ratione frænentur, impellunt ad operandum per excessum, & ideo videmus iuuenes in operationibus suis excedere, nescientes tenere medium, vtpotè ex passionibus agitatos.

Constat igitur tibi, qui & quot sint iuuenum mores vituperabiles.

Tu tamen aduerte, quòd ea, quæ diximus de moribus vituperabilibus tam iuuenum quàm senum, non sunt intelligenda quasi necessitatem habentia, vtputà quòd senex sit de necessitate illiberalis, & timidus & suspitiosus, &c. & quòd iuuenis sit de necessitate liberalis, magnanimus, bonæ spei, &c. Nihil enim obstat inuenire aliquem ex senibus liberalem, & oppositum in numero iuuenum. Sic intellige de aliis moribus. Sed intelligenda sunt secundum quandam naturalem inclinationem. Nam secundum cursum, & ordinem naturæ, quem experimur in decursu ætatis iuuenilis, & senilis, iuuenes, & senes de facili induunt prædictos mores, plus tamen & minùs secundum quòd ratio in eis magis, & minùs præualet.

Principẽ decet esse maximè liberalem.

Quantùm ad secundum declarandum quomodo verus princeps habere se debeat quò ad mores iuuenum laudabiles. Tu igitur aduerte, quòd oportet ipsum esse liberalem. Nam detestabile esset principem ingentem possidere diuitiarum copiam, & eas non expendere in magnificos, & honoratos vsus, tam priuatè quàm publicè. Et quidem de innata liberalitate signum dedit Ionathas regis Saul filius: de quo legimus in primo Regum capit. 18. quòd postquàm cessauit Dauid loqui ad Saul, Ionathas expoliauit se tunica qua erat iudutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium, & arcum suum, & vsque ad baltheum.

Principẽ oportet eſſe animoſum ac boneſpei.

Oportet ipsum esse animosum, & bonæ spei, & magnanimum, quoniam veri principis officium est magna operari, & in ardua tendere pro conseruando, & defensando principatu, & salute populi, & quidem de animositate, viuaci spe & inuicta magnanimitate, signum dedit Ionathas, de quo legimus in 1. Regum capit. 14. quòd ipse cum solo armigero suo ausus est aggredi stationes Philistiim, & in spacio iugeris occidit cum armigero suo viginti viros. Vide tu.

Principem oportet eſſe non ſuſpitioſum, neque malitioſum.

Oportet ipsum non esse suspitiosum, neque malitiosum: quoniam si assuesceret subditorum acta in deteriorem partem interpretari, efficeretur tyrannus, & populi, & præcipuè fidelium suorum deuastator, sicut extitit Saul, qui dicta, & acta Dauid in sinistram partem trahebat. Vnde vt legimus in primo Regum capit. 20. dixit Saul iratus contra Ionathan, Fili mulieris vltrò virum rapientis nunquid ignoro, quòd diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. At ex oppositio Ionathas nullo modo malitiosus existens acta & gesta Dauid in bonum interpretabatur, sicut & verè bona erant. Vnde in primo Regum capit. 19. nitebatur conciliare Dauid cum Saul dicens, Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valdè, & posuit animam suam in manu tua, & percussit Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israel. Vidisti & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio interficiens Dauid, qui est absque culpa?

Principem oportet eſſe pronum ad miſeratiõnem.

Oportet verum principem miseratiuum esse, præcipuè in castigandis puniendisque malis. Nam, vt inquit Aristoteles in secundo Rhetoricorum, homines pro maiori parte operantur mala, ideo rari boni, & dicitur Genesis cap. 6. quòd cuncta cogitatio cordis prona est ad malum. Humana ergo fragilitas requirit veniam. Spectat ergo ad verum principem considerata sui, & subditorum fragilitate esse miseratiuum, & clementem. Signum intimæ misericordiæ ostendit Dauid in secundo Regum capitu. 24. qui cùm videret Angelum Domini cædentem populum ex peste immissa, & mortui essent à Dan vsque Bersabee septuaginta millia virorum, cúmque vidisset Angelum Domini extendisse manum suam super Hierusalem, vt disperderet eam, misericordia motus Dauid orauit dominum, & dixit, Ego sum qui peccaui, ego iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.

Principem haud ſem per decet eſſe verecundum, niſi ex ſuppoſitione.

Quantùm ad sextum morem, scilicet, esse verecundum non decet verum principem nisi ex suppositione, sicut etiam docuimus in præcedentibus: nam licet verecundia sit passio laudabilis, vt docuimus in quarto Ethicorum, & in Parte secunda Philosophiæ moralis Christianæ, non tamen pro omni ætate, sed pro adolescentia, & iuuentute, nec id inconuenit. Inuenimus enim multa laudabilia in particulari, quæ tamen non sunt laudabilia vniuersaliter: verbi gratia, Esse furibundum, laudabile est in leone, quod tamen laudabile non est in homine: esse taciturnum, laudabile est in muliere quod tamen non est in viro, vt docuimus in Oeconomica Christiana. Sic in proposito, esse verecundum, laudabile est in iuuene, & in fœmina pro omni ætate (vt docuimus in quarto Ethicorum) sed non est laudabile in sene, nec in principe: quòd non in sene, docuimus in quarto Ethicorum, quòd non in principe, ratio est hæc: quia iuuenes ratione ætatis lubricæ, vix se continere possunt, quin aliqua minus honesta dicant, aut faciant, aut facere studeant expediens est, vt verecundentur. Est enim verecundia optimum medium, & indicium correctionis sperandæ, Christianos autem principes quos oportet esse semideos ex probitate vitæ, & animi vigore pro conseruando populo sibi credito, non decet turpia dicere, nec attentare, nec agere: ergo non decet eos esse verecundos. Dixi, Nisi ex suppositione: quoniam cùm princeps homo sit, & fragilis, siquid turpe commiserit, aut dixerit, non solùm erubescere debet, sed & magis quàm quicunque priuatus, eò quòd peccatum principis tendit

in

in maius ſcandalum. Hinc coniecturare poſſumus quantum erubuerit Dauid in 2.Regum capi.12.cùm audiuit Nathan prophetam exprobantem ſibi in nomine Domini peccatum homicidij, & adulterij, & comminando dixit, Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Ego vnxi te in regem ſuper Iſrael,& ego erui te de domo Saul, & dedi tibi domũ Domini tui,& vxores domini tui in ſinu tuo,dedíque tibi domum Iſrael & Iuda,& ſi parua ſunt iſta, adiiciam multo maiora.Quare ergo cõtempſiſti verbum domini,vt faceres malum in conſpectu eius? Vriam Ethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti tibi in vxorem, & interfeciſti eum gladio filiorum Amon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eò quòd deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Ethæi, vt eſſet vxor tua.Itaque hæc dicit Dominus,Ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua,& tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim feciſti abſconditè:ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis huius. His auditis Dauid toto corde contritus,& vt conſequens eſt, omninò erubeſcens,& lachrymis obortis,dixit ad Nathan, Peccaui. Oportet ergo principem Chriſtianum non eſſe ſimpliciter verecundum: quoniam pręcauere debet à turpibus.Si autem turpe quid commiſerit,omnino erubeſcere debet,& ſe emendare.Cõſtat igitur quomodo ſe habere debeat Chriſtianus princeps circa ſex mores iuuenum laudabiles.

Principẽ oportet vituperabiles iuuenum mores vitare: præcipuè eſſe paſſionum ſectatorem.

Quantùm ad tertium declarandum eſt quomodo oportet Chriſtianum principem omni ſtudio euitare iuuenum mores vituperabiles. Et primò caueant ne ſint paſſionum inſecutores,& præcipuè infrænatæ irę & furioſæ Veneris. Neque enim aliter præſideret, niſi ſicut canis rabidus, & ſicut equi emiſſarij, & tunc verificaretur illud Hieremiæ cap.5.Saturaui eos,& mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur, equi amatores in fœminas,& emiſſarij facti ſunt.Hinc videmus vbi princeps Bachanalibus,& venereis incumbit,ibi populum, & nobiles eiſdem moribus corruptos: quoniam princeps in his inuolutus caſtigare alios veretur,aut non curat,& ex prauo exemplo minores corrupti,audent quæ non licent.

Principes caueresſumopere debẽt ne inſtabiles ſint.

Secundò caueant ne ſint inſtabiles,& de facili vertibiles:quoniam ſubditis ſuis contemptibiles ſe reddent:& præterea,præſunt regula & forma viuendi, ſed non oportet regulam, qua cætera regulantur, eſſe modò rectam, modò obliquam,ſed in natura ſua conſiſtere. Oportet ergo verum principem ſtabilem, & maturum conſiſtere poſt debita conſilia, & poſtquàm ex debitis circunſtantiis determinationem fecerit pro aliquo negocio expediendo,aut euitando. Et aduerte, quòd ſi princeps inuenitur in præſidendo, in agendo, in corripiendo,in iudicando inſtabilis,in fine cognoſcetur ſceleſtus, & impius. Dicitur enim Prouerb. cap.11 Impius facit opus inſtabile.Signum ſumendum eſt à Pharaone, qui, vt legimus in Exo à 1.cap. vſque ad 12. toties promiſit Moyſi dimittere populum Iſrael,& toties reuocauit: quoniam impius erat & ipſe,& ſerui eius.

Principes decet non eſſe facile perſuaſioni.

Caueant tertiò ne ſint nimis creduli, & faciles ad perſuadendum. Nam cùm in curia principum non deſint adulatores, & pruriẽtes auribus, & ſuurri, & ſeditioſi,niſi princeps prudentia, & ſolertia vigeat, ſtudeatque cognoſcere,qui & quales ſint ſuaſores ſui, de facili aberrabit ſi ſe credulũ exhibuerit: Vnde vt dicitur Eccleſiaſtes capitulo ſeptimo,Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. Exemplum de veneficis adulatoribus habemus Eſdræ libro tertio, capitulo tertio & quarto, de eo qui probare conatus eſt, vinum fortius eſſe omnibus,& de ſecundo qui probare nitebatur regem fortiorem eſſe: at tertius qui declarauit fortiorem præ omnibus eſſe veritatem,à ſapiẽte rege, aliis vtputà adulantibus reiectis,auditus atque honoratus eſt.

Principes caueãt ne aliis iniuſtiores,vel cõtumelioſi ſint.

Quartò caueant ne ſint iniuriantes, & contumelioſi, præcipuè vbi de perſonæ propriæ, aut familiæ honore agitur,Caueant inſuper ne pœnas corpori, aut in facultatibus iniuſtè infligant. Exaſperantur enim ſubditi, & in perſonam principis inſurgunt, aut ſeditiones commouent, vt docuimus in Politicis, in Tractatu de Cauſis Corrumpentibus Monarchiam, & in tertio Regum,capitulo decimoſexto, legimus de Zambri ſeruo Hela regis Iſrael, & duce mediæ partis equitum: qui occidit dominum ſuum Hela regem. Contra quem inſurrexit omnis Iſrael, & conſtituit ſibi in regem Amri principem militiæ: Zambri autem obſeſſus in Therſa ad tantam deſperationem deuenit, quòd ingrediens palatium ſe cum domo regia ſuccendit,& mortuus eſt in peccatis ſuis.

Principes à mendaciis caueãt.

Quintò caueant ne ſint mendaces. Mendacium enim hominem contemptibilem reddit, & odioſum Deo. Vnde dicitur in Pſalmo, Perdes omnes qui loquuntur mendacium.Vnde Dauid,vt legimus in tertio Regum capit.1. quia promiſerat ſe conſtituturum Salomonem regem noluit confirmare Adoniam maiorem natu,qui iam ſe regem fecerat.

Principes non decet eſſe nimis feſtinos in ſuis operibus.

Sextò caueant ne ſint immoderati, nimíſque feſtini in operibus,ſed maturo cõſilio,& opportuno tempore procedant in agendis: nam, cùm omni negocio ſit tempus,& opportunitas, & menſura adhibenda, præcipuè tamen *in* operibus principum: aliter ſi malè eis ſucceſſum fuerit, ſeipſos confundent: ſicut Adonias, qui vt legimus in tertio Regum capitulo primo,ſe conſtituere fecit regem,adhuc viuente patre Dauid, & ignorante. Vide tu. Conſtat igitur tibi, quomodo Chriſtianus princeps vitare debet ſex mores iuuenum reprehenſibiles. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT III.

Quomodo ſe habere debeat verus princeps quo ad mores eorum,qui ſunt in ſtatu.

IN tertio capite inueſtigandum eſt, quomodo ſe gerere debeat Chriſtianus princeps circa mores eorum, qui ſunt in ſtatu,ideſt qui nec iuuenes,nec ſenes ſunt,& dicuntur viri,& eorum ætas conſtat ab anno 35.vſque ad annum quinquageſimum, dicitur ætas conſiſtentiæ, de qua locuti ſumus in Epitomatibus noſtris Phyſic. Hîc igitur duo agenda ſunt. Primò qui ſint mores eorum ſecundum naturalem inclinationem inſpecta ætatis ſuæ qualitate, quæ eſt media ætas inter aſcenſum,& deſcenſum,id eſt inter incrementum, & decrementum quò ad corpoream,& naturalem perfectionem. Secundò ſi decet Chriſtianum principem imitari,& obſeruare eorum mores.

Medij qui nã mores ſint.

Quantùm ad primum aduerte, quòd ſicut ætas virilitatis media eſt inter iuuentutem, & ſenectutem, ſic mores ex naturali inclinatione communiter ſunt medij: habet enim quælibet ætas mores ſibi proprios, vt puerilis ludos:ſenectus querelas, ludos reſpuens,& facetias: virilitas, vrbanitatem, & honoris cupiditatem. Poſito hoc principio iam habemus viam venandi mores medietatis: nam ſi mores virilitatis naturalis ſunt medij inter iuuentutem, & ſenectutem ſicut & ipſa ætas: ergo mores quos docuimus eſſe vituperabiles in ſene, & in iuuene non conueniunt medietati,quoniam tenent extremum vituperabile in moralibus. Ex oppoſito mores laudabiles quos attribuimus ſenibus, & iuuenibus, mediæ ætati optimè,& perfectè conueniunt, ex quibus ſequitur, vt etiam teſtatur Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, quòd quicquid laudabile eſt in iuuene, & ſene, totum conuenit viro, & omne vituperabile remouendum eſt. Deſcendentes ergo ad ſpecifica dicimus, quòd viri quia non ſunt exceſſiuè calidi vt iuuenes,nec exceſſiuè frigidi, vt ſenes, ideo non ſunt animoſi, & audaces, vt iuuenes, nec formidoloſi, vt ſenes, ſed tenentes medium, audent vbi eſt audendum, & formidant vbi formidandum. Præterea, quia non ſunt inexperti vt iuuenes, nec omninò experti vt ſenes, ideo non ſunt creduli vt iuuenes, nec increduli vt ſenes, ſed medium eis conuenit. Vnde inquit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, Qui ſunt in ſtatu, nec omnibus credunt, nec omnibus diſcredunt, ſed magis iudicant ſecundum virtutem. Præterea, In rebus concupiſcibilibus non ſunt intemperati, vt iuuenes: quoniam magis in eis viget ratio, qua agnoſcunt voluptatum vilitatem, nec facti penè inſenſibiles vt ſenes, ſed medius modus eis conuenit. Vnde ſecundum Ariſtotelem in ſecundo Rhetoricorum,ſunt viriles cum temperantia, & temperati cum virilitate, & ſic conſiderandum eſt in aliis.

Principẽ quos virorum mediæ ætatis mores habere oportet.

Quantùm ad ſecũdum aduerte, quoniã diximus mores eorum qui ſunt in ſtatu eſſe medios,ex conſequenti laudabiles,& quoniam docuimus Chriſtianũ principem informandum omnibus laudabilibus moribus præterquàm verecundia, niſi ex ſuppoſitione, vt docuimus; ideo decet

eum imitari,mores mediæ ætatis, vtpotè laudabiles ſicut docuimus, dummodò viri viriliter viuant. Quod dico: quoniam ſicut iuuenes, & ſenes licet quandam habeant ex tali ætate inclinationem ad mores vituperabiles, quos ſuprà nominauimus, tamen cùm illa inclinatio non inducat neceſſitatem poſſunt in oppoſitum, & viuere ſecundum mores laudabiles. Sic & qui ſunt in medio ſtatu, licet naturalem habeant impetum ad mores laudabiles, poſſunt tamen ex deprauato appetitu declinare ad oppoſitum, vt ſæpè videmus. Verùm quia in Chriſtiano principe decet rationem prædominari, ideo dignum eſt eum ſequi laudabiles mores virorum, & non declinare ad oppoſitum: & pro exemplo præponat ſibi Ioſaphat regem Iuda, qui vt legimus in tertio Regum capitulo vigeſimoſecundo,trigintaquinque annorum erat cùm regnare cæpiſſet,fecitque rectum in conſpectu Domini,ſicut Aſa pater eius:imò addidit, quoniam reliquias effœminatorum qui remáſerant in diebus Aſa patris eius,abſtulit de terra. Conſtat igitur tibi, quomodo habere ſe debeat Chriſtianus princeps quò ad mores eorum,qui ſunt in ſtatu,id eſt virorum.Hæc de præſenti c.dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quomodo princeps Chriſtianus habere ſe debeat quò ad mores nobilium.

IN hoc cap.declarandum eſt, quomodo verus princeps ſe habere debeat quò ad mores nobilium, & hîc tria agenda ſunt.Primò quot modis quis poteſt dici nobilis. Secúdò qui & quot ſint nobilium mores laudabiles,& vituperabiles.Tertiò quomodo verus princeps ſe habere debeat ad illos.

Quantùm ad primum aduerte, quòd quis poteſt dici nobilis duobus modis.Primò ſecundùm veritatem.Secundò ſecundùm communem vulgarium opinionem magis quàm ſecundum veritatem.

Nobiles quidã dicuntur bifariàm: ſecundũ veritatẽ,aliquis verò ſecundum cõmunem exiſtimationem.

Primò quidem modo quis dicitur nobilis: ſi ex antiquo,& honorabili genere proceſſit. Illud eſt autem antiquum,& honorabile genus,ſiue honorabilis proſapia,ſi ex ea proceſſerunt plures inſignes pluréſque principantes,& in hoc ſenſu diffinitur nobilitas apud Ariſt. in 2. Rhetor. quòd eſt quædam maiorum claritas.

Secundò modo dicitur quis nobilis,ſi ex antiqua domo diuite proceſſit, nam vulgus neſcit aliam nobilitatem niſi antiquam diuitiarum abundantiam. Vnde ſolos diuites honorat,& eos tantùm dignos reputat dominari.Vnde in hoc ſenſu nobilitas non eſt aliud quàm antiquæ,& perſeuerantes diuitiæ,ita quòd apud vulgum, ſi filij diuitum,depauperentur, deſinunt eſſe nobiles. Sed hunc modum paruifacit verus ſapiens, apud quem nobilitas ſola eſt,atque vnica virtus.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd laudabiles nobilium mores communiter ſunt quatuor,& vituperabiles duo,laudabiles ſunt iſti,

Nobilium quatuor ſunt optimi,duo verò improbi mores.

Magnanimi.
Magnifici.
Dociles.
Affabiles.

Vituperabiles autem ſunt iſti,

Nimis honoris cupidi.
Progenitorum deſpectores.

Nobiles magnanimi ſint.

Primò quidem ſunt magnanimi: nam cùm nobilis recogitat ſe progenitum ex clara maiorum ſtirpe, in qua quamplures extiterunt virtute, & actibus inſignes,corde eleuatur, & animo excitatur ad imitationem maiorum. Cùm igitur maiores ſui magna fecerint,& ardua aggreſſi fuerint, meritò celebrantur, vt magnanimi: Sic & eorum filij ad magnanimitatem tendunt. Quòd ſi non, iam deſinunt eſſe nobiles, vt potè à maiorum claritate degeneran tes. Quanto autem ſtudio nobilium filij conari debeant ad imitationem maiorum, docuimus ſatis in Morali Philoſophia Platonis per nos ordinata.Vide in Tract.5.cap.4. parte quarta.

Nobiles naturaliter cur magnificiſint.

Secundò ſunt ex naturali inclinatione magnifici, ſi adſit rerum facultas, & opulentia: nam cæteris paribus filij nobilium ſi acceperunt à maioribus pinguem fortunam, nituntur ſe famoſiores,& magis laudabiles reddere quàm fecerint maiores ſui:ideo magnificè expendunt in veſtitu, in apparatu domus,in famulantibus,in ædificiis,in conuiiis amicorum,& aduentantium, ne videantur inferiores maioribus ſuis: imò vt opinione & laude excellant eos. Vnde dixit Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum, quòd nobiles decet eſſe magnificos,& glorioſos.

Nobiles cur dociles magis ſint cæteris.

Tertiò ſunt communiter dociles, id eſt ex natura apti ad bonas,& laudabiles ſciẽtias,ac diſciplinas, quales ſunt artes liberales,cuius duplex eſt cauſa.

Prima ſumitur ex delicata educatione:ſolent enim nobilium filij delicatè nutriri,curaríque, vt corpus habeant optimè diſpoſitum, vt docuimus in 7. Politicorum, & in Oeconomica Chriſtiana.Corpus autem debitè educatum atque curatum reddit mentem docilem. Vnde docuimus in ſecundo de Anima,quòd molles carne ſunt mente apti ad bonas,& ſubtiles diſciplinas. Cùm igitur nobiles delicatè nutriantur,curentúrque, vt bene diſpoſitum,atque complexionatum corpus habeant, conſtat quòd communiter ſunt dociles,cuius oppoſitum quò ad educationem, & corporis complexionem experimur in vulgaribus, & plebeiis,niſi adſit perrara ſuperiorum cauſarum benigna influentia.

Secunda ſumitur ex aliorum obſeruatione: nam plebeij obſeruant,quomodo nobiles ſe gerant,quòd ſi aduertunt eos vilibus ſolùm intendere deſpiciunt,ac derident. Si autem aduertunt eos in altioribus, & intellectualibus occupari,admirantur,& honorant.Si igitur fortiti fuerint animum nobilem,ſtudent dociles, & induſtrios,& ſolertes ſe reddere,vt inter plebeios ſplendeant, ſicut aſtra inter nebulas.

Nobiles cur ſint affabiles.

Quartò ſunt communiter affabiles, quæ quidem affabilitas eis prouenit ex ciuili,& honorata connobilium,& conciuium conuerſatione. Nam ſicut ruſtici ex eo, quòd quaſi ſolitarij viuunt in montibus,& agris efficiuntur rudes,& ſilueſtres.Sic ex oppoſito, quia nobiles inter ciues, & connobiles verſantur ſimúlque conferunt, conuiuunt, & negociantur,efficiuntur affabiles.Cuius ſignũ eſt,quòd ſi ruſticus relicto agro inhabitat vrbem,verſaturque inter ciues,paulatim abiecta ruditate efficitur affabilis, & gratioſi moris.Si autem nobilis relicta ciuitate inhabitauerit agrum,paulatim induet mores ruſticos,relicta vrbanitate, & gratioſitate. Conſtat igitur tibi, qui & quot ſint communiter laudabiles nobilium mores.

Nobiles nimis ambitioſi ſunt.

Primus verò nobilium mos vituperabilis eſt,quòd ſunt nimis honoris cupidi, neque enim contentantur gradu, quo honorati fuerunt maiores ſui,ſed addere,& extollere curant: & ratio huius eſt, quoniam quilibet bonum quod habet accumulare, & accreſcere conatur.Vnde videmus eos, qui incipiunt ditari, abſque menſura curant fieri ditiores.Sic & qui ſunt honorabiles, appetunt, & ingeniãt ſe vt fiant honorabiliores.Cùm igitur nobiles ſunt ex genere honorabiles(vt docuimus ſuprà)ſemper nituntur aſcendere ſiue ſint meriti ſiue non. Hinc prouenit ambitio,& arrogantia,ita quòd qui nobilior eſt,non tractabilior,ſed ambitioſior fiat.Et id confirmat Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum dicens, Mos nobilitatis, ſcilicet vituperabilis eſt,vt qui ambitioſior ſit,nobilior eſt.

Nobiles cur ſoleãt maiores deſpicere.

Secundus vituperabilis eſt, quòd nobiles ſunt maiorũ, ac progenitorum ſuorum deſpectores, & id prouenit ex animi elatione qua iactant ſeipſos quòd fecerint, aut facere decreuerint longè digniora,& maiora quàm progenitores ſui.Vnde inquit Ariſto.in 2. Rhetoricorum,Nobiles ad contemnendum maiores ſuos ſemper parati ſunt. Id autem penitùs vituperabile eſt, vt patet. Nam maiores noſtri ſunt veluti patres, quibus debetur honor. Conſtat igitur tibi,qui ſint nobilium vituperabiles mores.

Principes quomodo deceat Nobilium mores habere.

Quantùm ad tertium aduerte,quòd decet Chriſtianum principem imitari laudabiles nobilium mores, nam vt docuimus ſuprà,oportet ipſum eſſe magnanimum,& magnificum,& docilem,ac induſtrium, & affabile.Hæc enim magis decorant principem quàm purpura, & quarumcunque veſtium nitor. Studeat autem euitare mores nobilium vituperabiles, ne ſcilicet ſint nimis honoris cupidi,neque maiorum ſuorum deſpectores: quoniam ex primo fient elati, atque ſuperbi, ex ſecundo autem odibiles & ingrati apud rectè ſapientes. Nam quid habent quod non acceperint à maioribus ſuis, vt à primo fonte, & ſi quid addiderunt, fundatum eſt in claritate maiorum, & hoc contingit pro maiori parte, vt excipiamus quæ rarò, & quaſi fortuitò eueniunt, nam licet ex illuſtri genere,ſpes ſit illuſtres oriri, tamen nonnunquam fallit, accidit enim in humanis penuria & fertilitas, ſicut in

fruct

fructibus agri. Vnde videmus pro vna ætate ex illustri genere, procreari insignes, & fortè perfectiores quàm fuerint maiores. Pro alia autè creatos omnino degenerare à claritate maiorum. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT V.

Quomodo se gerere debeat verus princeps quò ad mores diuitum.

IN hoc cap. inuestigandum est, quomodo se habere debeat verus princeps circa mores, qui cõmuniter inueniuntur in diuitibus, & opulentis, & hîc duo agenda sunt. Primò qui sint mores diuitum vituperabiles, & si qui est laudabilis. Secũdò quomodo circa huiusmodi mores, se habere debeat verus princeps.

Diuitum improbi mores quæ que sunt.

Quantùm ad primum aduerte, quòd diuitum mores vituperabiles communiter sunt quinque. Sunt enim,
Elati siue superbi,
Contumelioſi,
Molles & intemperati,
Iactatores & aliorum despectòres,
Reputantes se dignos principari.

Diuites cur elatiæ superbi sint.

Primò sunt communiter elati & superbi, & huius ratio est, quoniam apud vulgum pecunia, & diuitiæ reputantur omnia bona, eò quòd pecuniæ obediunt omnia & per ipsam omnia fiunt, & absq; illa parùm aut nihil. Hinc suadent sibi diuites, quòd habentes copiosas diuitias, habeant omnia bona, & hac de causa efficiũtur elati in cordibus suis, & superbi, credentes se omnibus aliis excellentiores. Hanc rationem tangit Aristo. in 2. Rhetorico. vbi inquit, Superbi sibique plurimum arrogantes sunt, qui possessione opum perfruuntur. Nam quasi omnia bona possideant sic afficiuntur: quoniam: cuncta videntur emi posse diuitiis. Exemplum huius arrogantiæ habemus in lib. Iudith ca. 1. de Arphasath rege Medorum, & de Nabuchodonosor rege Assyriorum. Vide tu.

Diuites cur contumelioſi & iniuriãtes sint.

Secundò sunt contumelioſi & iniuriantes: nam cum se existiment omnia bona possidere, & ex hoc fiant elati, de siderant omnibus apparere excellentiores, hinc fit, ꝙ si aduertunt aliquem sibi velle æquari, vel superferri, agitati ex superbia prorumpunt in contumeliam, & in iniurias. Hac de causa diuites sunt contumelioſi, quod testatur Aristoteles in 2. Rhetor. Nam antequam scribat diuites esse superbos, & arrogantes, præmittit quòd sunt contumeliatores ex eadem radice, qua & superbi. Exemplum quòd diuitiæ faciant hominem contumelioſum habemus in quarto Regum, cap. decimoquarto, vbi Ioas rex Israël, respondit Amasiæ regi Iuda cõtumelioſè per parabolam dicens, &c. Vide tu.

Diuites propter quid molles & intemperati sint.

Tertiò sunt molles & intemperati: nam ex opulentia adeò delicatè se nutriunt & vestiunt, quòd nullas possunt ferre molestias, nullumque sustinere laborem. Hinc fiunt molles, & delicati sicut mulierculæ, ex hoc autem quòd nil ferunt triste, vacant ocio, & ex ocio prouenit intemperantia gulæ, & veneris: & quidem quòd diuites communiter sint, & molles, & delicati, testatur Arist. in 2. Rhetoric. vbi postquàm dixerat diuites contumeliatores, & superbos esse, subsequitur dicens, Et delicati. Exemplum habemus de mollitie, & delitiis diuitum Lucæ capitu. 16. de diuite qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie splendide.

Diuites cur iactatores & aliorum despectores sint.

Quartò sunt iactatores, & despectores aliorum: quod quidem prouenit ex eo quòd diuites vident sapientes, & probos magis indigere diuitibus, quàm diuites sapientibus, & ad hoc propositum dicit Aristo. in 2. Rheto. Multi sunt, qui habentium opes auxilio egent. Vnde à Simonide de diuitibus, ac sapientibus ad Hieronis vxorem dictum est, cùm interrogasset vtrum melius sit diuitem esse, an sapientem, sapientes inquit, in diuitum ianuis video. Et vis responsionis datæ à Simonide ad Hieronis vxorem stat in hoc, Melius est esse diuitem, scilicet secundùm vulgum, quàm sapientem: nam video sapientes frequentare ianuas diuitum, magis quàm econuerso: ergo signum est diuitem excellentiorem esse sapiente in communi hominum opinione. Quoniam ergo diuites nesciũt alia bona maiora quàm diuitias, iactant seipsos quasi nullo indigeant, & despiciunt alios, vtpotè indigentes diuitiis eorum. Exemplum huius iactantiæ & despectionis habemus in 1. Regum c. 25. de Nabal Carmelo despiciente Dauid, & viros eius. Vide tu.

Diuites cur se principatu dignos existiment.

Quintò reputant se dignos principari: nam apud vulgum indignum est pauperem principari, nec existimatur quis dignus principari nisi ex diuitiis, vnde cùm diuites habeant illud (vt inquit Aristo. in 2. Rhetoricorum. quo, ex opinione hominum vulgarium quis efficitur dignus principari, ideo euanescentes in seipsis, reputant se solos principatu dignos: & aduerte, quòd hæc existimatio adeò prævaluit in humanis, quòd & viri probi aliquando inciderunt in eam. Inter quos fuit Ezechias rex Iuda, de quo legimus in 4. Regum capitul. 20. quòd cùm venissent ad se visitãdum nuncij regis Babylonis ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, & vnguenta, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis, &c. Et id quidem existimatur fecisse, vt ex diuitiarum suarum gloria declararet se meritò principari. Quod etsi ex opinione hominum, videtur excusabile, tamen coram Domino id vt vanitas reprehensibile fuit, in cuius signum legimus in eodem cap. quòd Isaias Propheta venit ad Ezechiam reprehendens eum, & prædicens quæ mala sequerentur post mortem eius. Vide tu. Constat igitur tibi qui sint diuitum mores vituperabiles.

Diuites cur cæteris vigilantiores in cultu diuino esse videntur.

Quantùm ad laudabiles vnus solet eis attribui etiam secundùm doctrinam Aristo. in 2. Rhetoricorum, qui est quòd circa diuinum cultum videtur se bene habere: nam vota, oblationes, sacrorumque ornatum: & eleemosynas pro orationibus frequentant: & huius quidé moris multiplex redditur causa. Prima est, quòd diuites pro certo sciunt diuitias nõ tam industria, & humano labore quàm bona sorte & fato, id est diuina dispositione acquiri. Videmus enim quam plures continuo labore, & variis exercitiis fatigari pro acquirendis diuitiis, & tamen nũquam, vel rarissimè ditantur, videmus, & alios quasi insensibiliter ex paupertate ad opulentiam deduci, quod aduertentes qui locupletari desiderant, ad diuinum cultum se conuertunt votis, sacrificiis, oblationibus, ornatu altaris, vt à Deo bonam recipiant lucrandi, & ditandi fortunam. Hac de causa, vt legimus in sacra Scriptura, Genesis cap. 31. Laban tenebat idola in domo, vt ditaretur, quæ furata est Rachel, ignorante Iacob. Vide tu in eodem ca. Et hanc quidem causam tangit Aristot. in 2. Rhetoricorum dicens. Vnus quidem optimus mos est apud diuites, quòd circa diuina bene se habent, credentes per fata huiusmodi possidere.

Secunda est, quòd cupientes fine fine ditari, variis discriminibus terra, & mari se exponunt, quæ agnoscentes humanis suis mediis nõ posse euitare, Deo optimo votis orationibus, peregrinationibúsque committunt, & id faciliarissimum est nauigantibus, & peregrinis mercatoribus.

Tertia est, quòd diuitibus difficillimum est diuitias multas congregare absque fraude, aut saltem secreta rapina. Et ideo cùm ad senectuté, aut mortalem deueniunt ęgritudinem, timentes diuinam iustitiam, disponunt pia legata ecclesiarum, aut altarium erectionem cum missis celebrandis, vt pro rapinis suis Deum sibi placabilem faciant. At quantò decipiantur, diffusè docuimus in Morali Platonica, Tracta. 1. capi. 3. Vide tu ad placitum. Tu tamen aduerte, quòd ex hoc non damnamus pia & ecclesiastica legata, dummodò quod restituendum est certis personis, non relinquatur, vt incertum. Reddendum est ergo in primis cui debetur, & id saluum fecit Zachæum, Lucæ capi. 19. qui dixit Saluatori, Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudani, reddo quadruplum. Vbi aduerte, quòd si tantum dixisset primum, & non addidisset secundum, non dixisset Iesus ad eum, Hodie salus huic domui facta est. Constat igitur tibi qui sit mos laudabilis apud diuites.

Princeps quos diuitum mores cauere debeat.

Quantùm ad secundum principale aduerte manifestum non decere Christianum principem esse elatum, neque contumelioſum, neque delicatum, & intemperatum, neque aliorum despectorem, neque reputare se dignum principatu, quoniam diuitiis abundat, nam dignitas dominandi non diuitiis sed virtutibus, & maximè prudentiæ innititur, vt docuimus in 3. Politicorum Tract. 4. ca. 2. & in Ciuili Platonica, Tract. 5. cap. 8. Oportet ergo verum principem ordinare copiam diuitiarũ suarum ad conseruationem boni publici, & ad studioſa opera, quòd si eas ordinauerit ad elationem, vel cõtumeliã, vel molliciem,

& intemperantiam,vel ad alios deprauatos vſus,iam non erunt ſibi inſtrumenta ad felicitatem, ſed ad eius oppoſitum,neque iudicandus erit Chriſtianus princeps, ſed lupus atque tyrannus. Morem autem diuitum laudabilem expedit verum principem quàm maximè imitari, & hoc triplici ratione.

Principem oportet habere diuitum laudabilem morem.

Primò ratione recognitionis diuini muneris: pro cuius notitia aduerte,quòd ſoli Deo primò & per ſe debetur dominium:quoniam ipſi ſoli curuatur omne genu, & in ſe & à ſe poteſtatem habet ſuper omne creatum: ergo omnes alij principes vicarij ſunt,& locumtenentes ſummi Dei.Ideo inquit Paulus ad Roma.cap.13 Principes miniſtri Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes Oportet ergo verum principem recognoſcere ſe eſſe vicarium, & miniſtrum Dei,& illi gratias habere,honorémque,ac reuerentiam præſtare,curaréque,vt diuina lex obſeruetur Et hoc eſt verum principem bene ſe habere erga diuina. Hanc recognitionem diuini muneris legimus habuiſſe Aſſuerum regem, vt patet in Heſter capitul 19. vbi in publicis literis inquit, Dei maximi & ſemper viuentis beneficio, Patribus noſtris,& nobis regnum eſt traditum, & vſque hodie cuſtoditur.

Secundò ratione auxilij,ac ſuffragij impetrandi. Pro cuius noticia aduerte,quòd vt docuimus in Ciuili Platonica in Tract.4 cap 3.nullus hominum quantumcunque ingenio,prudentia,ſcientia,experientia præditus,ſufficit ex ſe vaſtam ciuitatis nauem quolibet momento procellis,& periculis agitatam innumeris,abſque cæleſti auxilio ad tutum deducere portum. Oportet ergo Chriſtianum principem inſpecta ſui inſufficientia, & oneris dominatiui ponderoſitate,Deum optimum dignè colere,obſecrationibus votiſque deprecari,vt ſibi opem, ac virtutem bene regendi conferat. Huius exemplum præſtitit nobis Salomõ in principio regni ſui,qui vt legimus in 3. Regum cap.3.cognita ſui inſufficientia pro tanto regimine,ſic orauit ad dominum,Et nunc Dominus Deus tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo:ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum meum,& introitum meum,& ſeruus tuus in medio eſt populi, quẽ elegiſti,populi infiniti,qui enumerari non poteſt,nec ſupputari præ multitudine. Dabis ergo cor docile ſeruo tuo:vt populum tuum iudicare poſſit,& diſcernere inter bonum & malum. Quis enim iudicare poteſt populum hunc tuum & multum, ſcilicet inſpecta humana inſufficientia?

Tertiò ratione publici exempli. Pro cuius noticia aduerte,quòd vt docuimus in 5 Politicorum Tractat.5. non ſolùm in Chriſtiana religione,ſed & apud Gentiles prodeſt principi eſſe deicolam:quoniam ſi ſubditi aduertunt principem bene ac reuerenter ſe habere erga religionem cultúmque deorum, bene ſperabunt de eo, neque timebunt ab eo iniuſtè pati. A viro nanque diuino nullus expectat malum, ſed bonum, ſicut & Deus bonus eſt quem colit.Præterea, minùs contra deicolam principem machinabuntur malum, & ſeditionem. Exiſtimabunt enim Deum ſibi fòre propicium & defenſorem, ex conſequẽti non inſurgendum contra eum. Exemplum habemus de Aegyptiis inſequentibus Iſrael adorantem Dominum, qui cùm viderint ſe rotari, ac demergi in profundum maris ex diuina potentia dixerunt adinuicem, Fugiamus Iſraelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. In Chriſtiana autẽ religione oportet principem eſſe deicolam non ſolùm,vt de ſeipſo benè ſentiant ſubditi,& pacificè viuant,ſed etiã vt honoretur,& benedicatur Deus in eo,nam cùm ſubditi vident principem malum, & non timentem,neque reuerentem Deum, blaſphemant Dominum permittentem regnare malos, quaſi non curantem humana. Hac de cauſa, conqueritur Dominus de principibus Iſrael,Iſaiæ cap.52. eò quòd iniuſtè dominabantur. Vnde inquit, Dominatores eius iniquè agunt,& nomen meum iugiter tota die blaſphematur.Vt igitur in Chriſtiano principe glorificetur Deus, ſitque illi propitius in regendo populum,oportet ipſum benè ſe habere circa diuina.Conſtat igitur tibi quomodo ſe habere debeat Chriſtianus princeps circa mores diuitum vituperabiles,& quomodo circa laudabiles. Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VI.

Quomodo ſe habere debeat verus princeps circa mores potentum,id eſt dominantium.

IN ſexto cap.inueſtigandum eſt, quomodo ſe gerere debeat verus princeps circa mores potentũ, ſiue dominantium.Et hîc tria agenda ſunt.Primò declarandũ eſt quomodo ſe habeant ad inuicem,nobiles, diuites, & potentes.Secundò qui ſint communiter mores potentiũ, & quomodo meliores ſunt quàm mores diuitum. Tertiò quomodo ſe gerere debeat Chriſtianus princeps circa potentum mores.

Contingit non modo in vno eodemque homine inueniri nobilitatem, diuitias, & potẽtiam, ſed in diuerſis.

Quantùm ad primum aduerte,quòd nobilitas,& diuitiæ,& potentatus ſiue dominium,licet ſint exteriora bona,& diſtincta,non tamen ſemper reperiuntur in diſtinctis,ſed aliquando in vno,& eodem, aliquando in diuerſis.Contingit enim eundem eſſe nobilem, & diuitem, & principem:nobilem quidem,quoniam originem trahit ex clara maiorum proſapia:diuitem verò, quoniam non ſolùm maiorum claritatem,ſed & opes hæreditauit,principem autem,quoniam multos habet ſibi ſubditos,quos regit eiſque dominatur. Et hæc quidem tria communiter inueniuntur in eo qui per ſucceſſionem dominatur, putà in duce Mãtuano,in rege Franciæ,&c.Dico in eo qui per ſucceſſionẽ dominatur,vt excipiã eũ qui per electionem creatur princeps.Non enim inconuenit ipſum eſſe genere ignobilem,& pauperem:ſicut putatur fuiſſe Saul. Vnde in 1.Regum cap.10.legimus quòd filij Belial deſpexerunt eum,& non attulerunt ei munera, fortè inſpecta generis ſui vilitate,& diuitiarum penuria. Item excipiendus eſt tyrannus. Contingit enim viliſſimum vſurpare ſibi principatum interfecto vero principe, ſicut legimus in tertio Regum ca.16.de Zambri ſeruo regis Hela regis Iſrael: qui occidit in Therſa regem Hela, & omnem domum regis Baaſa,& omnes propinquos & amicos eius, vſurpauitque vi ſibi regnum, ſed tantùm ſeptem diebus regnauit.Vide tu.

Quòd autem prædicta tria reperiantur in diuerſis, & nõ ſimul, patet ex eo q̃ videmus aliquos nobiles, quia procedunt ex genere claro,& tamen nõ ſunt diuites:quoniam fortè depauperati ſunt,aut aduerſa fortuna,aut multiplicatione deſcendentium. Videmus & aliquos diuites, & tamen non nobiles:quoniam ex aliquo artificio lucratiuo,vel bona ſorte nuper ditati ſunt,qui tamen maiores ſuos habuerunt ignobiles,& egenos.Videmus & aliquos eſſe nobiles,& opulentos, & tamen non principantes, eò quòd extra familiam ſuam nullis præſunt. Conſtat ergo quomodo nobilitas & diuitiæ, & politica potentia aliquando inueniuntur in vno, aliquando in diuerſis diuiſim.

Principum tres mores ſunt, quibus à diuitibus non principantibus diſtinguuntur.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd ex doctrina Ariſtot.in ſecundo Rhetoricorum,tres poſſumus extrahere mores,in quibus principantes meliores ſunt quàm diuites non principantes.

Primus eſt,quòd principantes ſunt communiter magis ſtudioſi,id eſt virtuoſi,& probi quàm priuati diuites:& ratio huius eſt,quia principantes conſiderant ſeipſos conſtitutos in oculis ſubditorum,veluti ſigna,& ſpecula, ad quæ omnium oculi ſe conuertunt: ideo magis verentur declinare à medio ſaltem publicè,ne ſint ſubditis contemptui,& in ruinam. Diuites autem priuatè viuentes, ad hoc non reſpiciunt, ideo faciliùs tendunt in vitia. Et hanc rationem innuit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum,cuius ſententia quò ad ſenſum talis eſt, Potentes, id eſt principantes honeſtiores,id eſt magis virtuoſi ſunt. Moderantur enim ſibi,cùm propter honores coram aliis viuant.

Principes temperati magis ſũt, quàm priuati diuites.

Secundus eſt, quòd principantes communiter ſunt magis temperati quò ad concupiſcentias gulæ, & veneris, quàm opulenti priuati:& huius ratio eſt, quoniam principantes habent,vnde ſe exerceãt,ſcilicet in negociis boni publici,in defenſando, in conſeruando ſibi ſubditos, in iudicando tam in criminalibus quàm in ciuilibus per ſe,vel per alterum Diuites autem opulenti priuatam vitam agentes, collectis reditibus ſuis ocio vacant conſumentes diutias ſuas in epulis, & ludis, & venationibus non ordinatis ad robur corporis,ſed ad gulæ, & veneris irritamenta, & ideo pro maiori parte brutalem vitam ducunt, vt communi experientia nouimus. Cum igitur principantes habeant,vnde honeſtè ſe exerceat,ſunt communiter tẽperatiores quàm ocioſi diuites priuati.Et hãc rationem tangit Ariſt.in 2. Rhetoricor. vbi comparans potentum,id eſt principantium mores ad mores diuitum inquit,Potentes ſecundum mores viriliores diligentéſq; magis

magis ſunt,nam coacti conſiderare quæ potentiæ ſunt,id eſt quæ ad principatum ſpectant, ſunt in continua cura, & ſollicitudine,ex conſequenti vacare nō poſſunt ocio; ſicut diuites priuati, qui veluti ſues non intendunt niſi moribus brutalibus,ex quibus vnus fuit Nabal Carmelus in 1.Regum cap 16.Vide tu.

Principantes cur minùs nocent quàm priuati diuites.

Tertius eſt,quòd principantes minùs ſunt iniurioſi, & nocētes quàm diuites priuati.Nam cùm ſint in gradu honorifico conſtituti,nō curant niſi quæ honore digna ſunt Hinc prouenit quòd ſi offenſi fuerint à paruis & vilibus perſonis,dedignantur de eis vindictam ſumere. Si autem à magnis, prudenter, & cum laude de eis vindictam ſumunt. Et hanc rationem innuit Ariſtotel.in 2.Rhetoricorum,vbi inquit, Si potentes iniuriantur non iniuriantur in paruis,ſed in magnis:quoniam cùm in honore conſtituti ſint,non paruas,ſed magnas curant offenſas.Diuites autem priuati,ſi vel in leui offenſi fuerint,ad vindictas ſe parant:quoniam nō quæ honori,ſed quæ commodo vitæ ſpectant,omnino curant.Hinc patet quòd ſi diuitiæ non ſint adiunctæ nobilitati, & principatui, potius reddunt hominem inſenſatum,& infelicem ſecundū veritatem(licet aliter iudicet ignorantia vulgi)quàm ſenſatum,& felicem,Vnde inquit Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum, Mores diuitum,inſenſati ſimul,& felicis mores ſunt: Quod ſic intelligendum eſt,Diues ſi non ſit ex genere claro progenitus,nec in potentia conſtitutus,ſed ex vili genere, & de nouo diues effectus,nec aliis regendis conſtitutus,merito dicitur inſenſatus & felix.Inſenſatus quidem: quoniam neſcit rationabiliter vti diuitiis nuper acquiſitis, aut enim auaritia laborat,aut ad iniuſtitias ſe conuertit, vt ſuperacumulet, felix verò non ſecundum veritatem: quoniam non ſtat vera felicitas in diuitiis (vt docuimus in primo Ethicorum,& in 7 Politicorum,& in Parte octaua Chriſtianæ Philoſophiæ moralis) ſed ſecundum falſam opinionem vulgarium,qui diuitem facilem, & pauperem miſerum vocant. Aliqui autem dicunt diuitem ignobilem, & priuatam vitam agentem eſſe inſenſatum fortunatum: quoniam neſcit in diuitiis nuper acquiſitit, quæ ſunt fortunæ bona, benè & moraliter ſe habere.Conſtat ergo tibi quòd mores vniuerſaliores potentium meliores ſunt diuitibus ignobilibus priuatam vitam agentibus.

Principem decet eſſe ſtudioſum.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd oportet verum principem & Chriſtianum imitari tres prædictos mores potentium,& declinare oppoſitos ignobilium nuper ditatorum,ac priuatam vitam agentium.Decet enim Chriſtianum principem ſtudioſum eſſe, id eſt omni virtutum genere decoratum:quoniam ſtat in populo,vt forma, & exemplar humanæ vitæ,& ſicut ſcopos coram ſagittantibus.Vnde oportet ipſum adimplere quod dicit Iſaias ca. 32.Princeps ea quæ ſunt digna principis cogitabit,& ipſe ſuper duces ſtabit.

Principem decet tem peratum eſſe,ac nulli iniuriatium.

Decet ipſum eſſe temperatum,ne concupiſcentiæ ſubuertant cor eius,mentémque obnubilent, & faciant eum declinare à vero iudicio, ſicut contigit Achab propter impudiciſſimam Iezabel,vt legimus in tertio Regum, capitulo vigeſimoprimo.

Decet etiam, vt non ſit iniuriatiuus in paruis, nec in magnis abſque euidentiſſima ratione. Et aduertat quantùm reprehenſibilis fuerit Saul rex Iſraël,qui abſque ratione,& iuſtitia ita immaniter perſequebatur Dauid ſeruum ſuum. Vnde meritò reprehenditur à Dauid in primo Regum capit 24 vbi inquit, Quem perſequeris rex Iſraël,quem perſequeris?Canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum.Quaſi dicat,Magna eſt iniquitas & confuſio tua.Conſtat igitur tibi quos mores potentum imitari debeat Chriſtianus princeps. Et hîc terminatur ſecunda Pars ſecundi tractatus,quæ fuit de qualitate principis Chriſtiani quò ad mores diuerſarum ætatum, atque diuerſorum ſtatuum.

PARS TERTIA.

De officio Chriſtiani Principis.

IN tertia Parte ſecūdi Tractatus inueſtigandū eſt quid ſit officium Chriſtiani principis,& ad quæ maximè intendere debeat,vt Chriſtianum populum velut paſtor, & non vt tyrannus regat. Et hanc Partem diuidemus in tria capita.

Primò quæ principaliter ad eius ſpectent officium, vt populum ſibi commiſſum iuſtè, & efficaciter regat. Secundò quæ & quot oportet ipſum operari, vt manifeſtet ſe penitùs diuerſum à tyranno.Tertiò quæ & quot oportet ipſum facere, vt ſe & ſucceſſores ſuos conſeruet in principatu.

CAPVT I.

Quæ principaliter ſpectent ad Chriſtiani principis officium, vt,&c.

IN primo capite,declaranda ſunt ea quæ principaliter ſpectant ad officium veri principis,vt ſubditos iuſtè & efficaciter gubernet.Aduerte igitur,quòd tria ſunt tanquàm principia prima & vniuerſalia,ſine quibus omnis principatus vanus,& infructuoſus eſſet. Primum eſt, prouiſio mediorum conuenientium, quibus ſubditi valeant ciuilem finem obtinere.Secundum eſt,remotio impedientium,ſiue prohibentium conſecutionem ciuilis finis.Tertium eſt actualis directio ſubditorum in ciuilem finem.

Principem omnem oportet omnia prouidere media quibus populum ſuum valeat addebitum vitæ ciuilis finem conducere.

Quantùm ad primum aduerte, quòd cùm verus princeps, vt diximus in Parte præcedenti,ſit miniſter, ac vicarius ſummi principis qui eſt Deus benedictus, oportet ipſum,quantùm poteſt,imitari. Deus autem glorioſus ſic rerum naturas regit,& ad congruum finem dirigit, quòd vnicuique cōuenientia media à ſui genitura cōfert,quibus ſufficit proprium attingere finem. Verbi gratia, Dedit Deus igni leuitatem,qua poteſt aſcendere & quieſcere,ac ſeruari in ſphæra ſua.Dedit terræ grauitatem, qua deſcēdit,& quieſcit in loco inferiori.Dedit animantibus potentiam generatiuam,qua perpetuant ſpeciem ſuam. Oportet igitur verum principem, vt imitatorem ſummi regis ſollicitari,& curare quòd eius ſubditi habeant conuenientia media,quibus conſequi valeant ciuilem finem Chriſtianum,qui eſt,quòd benè ac moraliter viuant, diſponántque ſeipſos ad æternam beatitudinem per diuinum,& acceptabilem cultum, vt ad optimum finem ad quem creati ſunt. Huiuſmodi autem media in genere ſunt tria.

Media quibus facilè conſequi poſſunt homines vitæ ciuilis finem triæ ſunt, ſcientia, virtus externa bona.

Primum eſt ſcientia,
Secundum boni habitus morales.
Tertium bona exteriora.

Primum quidem medium dirigendi ſubditos ad conſequendum finem ciuilem eſt ſcientia, nam ſicut intendens ire Romā,prius inueſtigat de via,ne itineris errore ſeductus aliò tendat, ſic intendentem finem ciuilem acquirere,oportet in primis ſcire quomodo & per quæ acquiri valeat Id autem ſcire non poteſt niſi per ſcientiam & veram prudentiam,ſublata enim cognitione, & ſcientia tollitur omnis ratio,& vitæ degendæ,& rerum gerendarum(inquit Cicero lib.1.de Finibus bonorum,& malorum)Vt igitur ſubditi excuſationem non aſſumant dicentes ſe non poſſe,nec ſcire ciuiliter, & Chriſtianè viuere, oportet Chriſtianū principem ſuperintendere, vt in principatu ſuo nō deſint bonæ ſcientiæ, & honorifica gymnaſia.Bonas autem ſciētias dicimus,vt ſeptē artes liberales & medicinam,& legum peritiam,& ſacrorum canonū,& diuinæ Scripturę notitiā.Diximus Bonas,vt excludamus vanas,&laſciuas,quālis eſt laſciua Poëtarū diſciplina.Docuimus enim in morali Philoſophia Platonica,& ciuili, tales pellendos à ciuitate,vtpotè credulæ iuuētutis corruptores.Excludamus & peſtiferas,ac dānoſas,qualis eſt Alchimica,& Magica,& Necromantica,quę magis demē tant quàm ſcientem reddant hominem. Vnde de his & aliis cōſimilibus ſcribitur Leuitici cap.19. Non declinetis ad Magos,nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini, & in ca.10. Anima que declinauerit ad Magos,& Ariolos, & fornicata fuerit cum eis,faciem meam ponam contra eam, & interficiam illam de medio populi.Eadem de cauſa commendādus eſt Saul,qui vt legimus in 1.Regum c.28.abſtulit magos,& Ariolos de terra,& interfecit eos, qui Phitones habebant in ventre.Commēdatur & Ioſias rex, de quo legimus in 4.Regum c.23.quòd deleuit Aruſpices, & Phitonites,& Ariolos,&c.Oportet ergo principē Chriſtianum ſemper intendere,vt in aliqua ciuitatum ſuarum vigeat ſtudium literarum,ne populus ſibi commiſſus ambulet in tenebris ignorantiæ, & præcipuè in his, quæ ad inſtitutionem rectè,& honeſtè viuendi pertinent. Quòd ſi in hoc, aut negligens, aut contradicens fuerit, timendum eſt de illo ne ad tyrannicum regimen ſe conuertat:nam, vt docuimus in Politicis, tyrannus ſapientes & literatos odit ac perdit, ne arguantur opera eius.

Et di

Et dicitur falsum Machumeth prohibuisse sectatoribus suis studium Philosophiæ,& hoc ideo,ne per eam illuminati deprehendant errores,& fallacias suæ legis.

Secundum medium sunt boni habitus morales: neque enim sufficit per scientiam illuminari, ac perfici intellectum ad consequendum finem ciuilem, & Christianum, sed oportet purgare,& regulare appetitum, per acquisitionem,& exercitium virtutum moralium.Studeat ergo princeps Christianus reddere ciues suos bene moratos ac virtuosos:nam vt inquit Seneca in epistola 75. virtus, regna,vrbes,prouincias temperat,fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberósque, dispensat officia, vitam beatam facit, nam sapientes negant effici posse sine virtute quenquam beatum.

Tertium medium sunt bona externa: quoniam vt docuimus in 10.Ethicorum, humana natura sibi non sufficit ad bene virtuoséque viuendum,sed indiget victu,vestitu, & famulatu, reliquísque pro seruanda vita opportunis. Vnde temperatæ diuitiæ meritò dicuntur humanæ felicitatis organa.Oportet ergo verum principē sic regere ciuitatem, quòd sui subditi rebus exterioribus abundent,vel saltem contristatiuam excessiuámque penuriam non sustineant.Quòd si oppositum procurauerit, iam nō Christianus princeps,sed tyrannus existimandus est. Docuimus enim in Politicis,quòd tyrannus studet variis ingeniis depauperari, & ad inopiam reducere sibi subiectos, vt adeò laborent in præparandis acquirendísque sibi necessariis ad vitam,quòd non valeant machinari, nec insurgere contra tyrannum.Sic fecit Pharao Hebræis in Aegypto.Vide tu Exodi capitu.5.Constat igitur tibi quæ media præparare debeat Christianus princeps subditis suis,vt politicum consequi valeant.

Principem oportet amouereom nia impedien ti finis Ciuilis consecutionem.

Quantùm ad secundum aduerte,quòd non sufficit vero principi præparare media subditis,quibus consequantur politicum finem,sed oportet ab eis remouere ea, qui bus possent impediri,aut prohiberi à prædicto fine consequendo:nam vt diximus,verus princeps imitari debet Deum maximum,& vniuersalissimum principem, qui rerum naturis dirigendis in finem, non solùm tribuit media ad finem,sed & ea,per quæ possunt prohibentia euitare,aut euincere,vt patet in elementis,nam ignis nō solùm dedit leuitatem, qua ascēdit ad sphæram suam & ibi quiescit, sed etiam calorem quo resistit,& consumit sibi contraria prohibenda ascensum suum.Sic & decet agere Christianum principem. Tu igitur aduerte tria, quibus possent subditi prohiberi,ne politicum finem consequerent,super quibus Christianus princeps euigilare debet.

Primum est indebita successio hæreditatum.

Secundum est,intrinseca perturbatio ciuium.

Tertium est,violentia ac insurrectio externorum hostium.

Pro euidentia primi aduerte, quòd cùm homines sint ex natura corruptibiles,ita quòd idem numero perpetuari non potest,& tamē quantùm possunt appetant immortalitatem,quod non valent consequi in indiuiduo,nituntur consequi ex propagatione filiorum in quibus viuant: quoniam sunt filij de substantia patris,& sic conseruatur perpetuitas speciei.Ad hoc autem,quòd humana species perpetuetur,non solùm oportet filios procreare, nam id commune est omni animalium perfectorum generi, sed opoртet patres relinquere filiis, & præcipuè ciuibus ac nobilibus hæreditatem,qua manuteneatur domus & familia,vt docuimus in Oeconomica Christiana. Quòd si patres priuant filios hæreditate, aut si reiectis legitimis succedant spurij,vel si ex violentia rapientium transeat hæreditas ad alienos, tunc in ciuitate insurgunt lites, & odia,& homicidia. Vt igitur vnaquæque domus perpetuari valeat,seruetuŕque pax,& iustitia in ciuitate, necesse est verum principem superintendere, quòd hæreditates trâseant ad propinquiores, & cohibeat iniustè insurgentes.Super omnia autem aduertat,ne patres exasperati à filiis legitimis,relinquant hæreditatē,aut illegitimis, aut minùs sibi quàm filij attinentibus. Nam hanc consequentiam quasi naturalem,facit Paulus ad Gala.cap.4. Si filius,& hæres.Quam quidem consequētiam violare non licet nisi ex casibus in lege ciuili expressis, quos vide tu. Ex his igitur constat vnum ex impedimentis,quibus ciues consequi non possunt politicum finem,esse inordinatam hæreditatum susceptionem: ideo super hoc Christianus princeps omni ingenio superintendat. Et memor sit quòd pater maiori non potest premi tristitia, quàm si aduertat hæreditatem suam transituram ad alienum.Hāc tristitia premebatur Abraham Genesis capi.15.qui aduertens Sarram sterilē,lamentatus est dicens, Domine Deus quid dabis mihi?Ego vadam absque liberis, mihi non dedisti semē,& ecce vernaculus meus erit mihi hęres meus. Et Hieremias in Trenis capitu.3. inter cætera lamentatur dicens, Hæreditas nostra versa est ad alienos. Vt igitur iustitia & pax in ciuitate seruetur,domusque & familiæ manuteneantur,oportet Christianum principem laborare,ne hæreditatum receptiones,aut transitiones inordinatè,& immeritò fiant. Quis autem ex filiis instituendus sit hæres prout spectat ad ciuilem Philosophiam,iam docuimus in Ciuili Platonica,in Tracta.6.in lege de hærede instituendo. Secundùm autem doctrinam Euangelicam diuidenda est inter filios hæreditas,vt patet Lucæ cap. 15. de patre habente duos filios,& dixit adolescentior patri, Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit, & diuisit illis substantiam.

Pro euidentia secundi aduerte,quòd ciues & vniuersalis status ciuitatis maximè impeditur à consecutione politici finis,si viderint bonos non audiri,nō iustè iudicari, non defensari,malos autem & inquietos, & seditiosos exaltari,& honorari,& pro demeritis nō castigari, & id quidem constat ex libris Machabæorum,in quibus legimus quosdam seditiosos,& arrogantes inter quos præcipuus fuit Simon de tribu Beniamin præpositus templi Oniæ summi sacerdotis hostis nequissimus,vt legere poteris in secundo lib.Machab.capit.3.& 4.& illic agnosces quot & quantę calamitates subsecutæ fuerint in regno Iudæorum propter seditiosos, & arrogantes,& simplicium corda subuertentes. Oportet ergo Christianum principem,super his vigilare,& indutus animi fortitudinem,& virtutem,quos inuenerit flagitiosos,sceleстos, immanes,seditiosos,raptores, effusores sanguinis, absque publica iustitia, sic castiget, & pœnis debitis subiiciat, quòd boni benè sperent de principe,& mali aut correcti efficiantur modestiores,aut timore percussi à ciuitate recedant.Sic seruabitur pacificus,& iustus dominij status, & ciues ad politicum finem consequendum, non erunt impediti,nec reuocati.Exemplū sumat Christianus princeps à Dauid rege, de quo legimus in secundo Regum capi.13.quòd cùm audisset scelus Amnon filij sui primogeniti,qui vi & dolo oppresserat Thamar sororem suam, & Absalon:noluit eum castigare,eò quòd vt primogenitum contristare eum noluit. Hinc quot & quàm graues calamitates exortæ fuerint patebit tibi legenti in secundo Regum cap 13.14 & vsque ad cap.21.Vide tu.

Pro euidentia tertij aduerte quòd post innocentię status,creuit incessabiliter in humano genere cupido dominandi, adeò quòd vix inuenta fuerit ciuitas, quę hostes non habuerit concitatos ad eam sibi subiugandam. vel deprædandam si opulentam agnoscant, vel propter iniurias saltem imaginatiuè receptas vindicandas. Et id quidem tibi cōstat per totam Scripturam sacram, si in ea te exercitaueris,& incipiens in sacra Genesi capitu.14.ab Abraham egredienti ad pugnam contra quatuor reges vsque ad libros Machabæorum, inuenies quot & quàm frequentia fuerint bella sęuissima, nec eorum erit finis, ita quòd vt scripsit Iob capi.7. Vita hominis videtur esse militia super terram.Cùm igitur nunquam deficiat hostium externorum malitia, & cupido subiugandi, non sufficit Christiano principi intestinis, & ciuilibus prouidere periculis, nisi potentiam, & industriam militarem contra hostes extrinsecos disponat & instruat, vt repugnare valeat, vel impugnare, prout rerum,& temporis,& negociorum opportunitas requirit. Spectat ergo ad verum principem prouidere de pugnatoribus doctis ad arma,qui valeant ciuitatem defensare,& hostes comprimere.

Quantùm ad tertium, scilicet quò ad actualem directionem,aduerte quòd non sufficit vero principi procurare debita media, quibus subditi dirigantur in finem ciuilem consequendum:nec sufficit auferre impedimenta,sed oportet duobus primis suppositis eos actu dirigere,& mouere in finem: nam Deus gloriosus, cuius vicarius & minister est Christianus princeps, sic naturas regit, quòd postquàm eis indidit media ad finem, & ea, per quæ possunt resistere impedientibus, & corruptiuis, mouet ea actu in finem, nam sicut omnis causa

secunda

secunda agit in virtute primi agentis, vt docuimus in lib. de Causis, sic omne mouens secundum supponit motionem mouentis primi, vt docuimus in 8. Physicorum, & in 12. Metaphysic. Ad hoc autem quòd Christianus princeps actu dirigat, & moueat subditos in finem politicum consequendum tria sibi necessaria sunt, scilicet,

Bonum consilium,

Efficax obseruantia legum, & laudabilium consuetudinum siue decretorum.

Remuneratio rectè agentium pro communi bono.

Primò ergo oportet Christianum principem dum actu dirigit, & mouet subditos in finem, vti sano consilio sapientium. Sed de hoc diffusè pertractabimus in Tractatu sequenti.

Principē oportet seruare leges.

Secundò oportet principem vigilare super obseruantiam legum, &c. ne, scilicet subditi operentur pro libito voluntatis suæ, sed iuxta dispositionem legis patriæ, & approbatæ consuetudinis, caueátque ne permittat etiam modicas transgressiones. Sed de hoc loquemur in capi. 3. huius Tract.

Principes oportet remunerare operantes pro cõmuni bono.

Tertiò oportet verum principem remunerare bene operantes pro communi bono, quales sunt custodes, & officiales ciuitatis: nam si aduerterint opera sua cara esse & grata principi, sibíque fieri retributio, & honoris titulus, fideles, & perseuerantes, & animosiores erunt. Et tunc neque fortes, neque sapientes, neque viri probi deficient in ciuitate. Docuimus enim in tertio Ethicorum agentes de fortitudine, quòd apud illos sunt viri fortes, apud quos publicè honorantur. Idem intellige de sapientibus, & viris probatæ fidei. Constat igitur quæ in primis ad officium Christiani principis spectent, vt populum sibi commissum efficaciter, & iustè regat. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

De decem operibus Christiani principis, quibus cognoscitur quantùm distet à tyranno.

IN capi. secundo declaranda sunt illa quæ operari oportet Christianum principem, vt se manifestet quantùm distat à detestabili tyranno: & quoniam oppositum per oppositum suum elucescit, ideo in hoc capite acturi sumus de operibus veri principis, & de suis oppositis, in quibus exercent se tyranni. Tu igitur in primis aduerte, quòd de operibus tyrannicis per intensionem, & remissionem satis locuti sumus in libro 5. Politicorum, Tracta. quinto, capitulo secundo & tertio. Et tu vide illic, ne inutilis fiat repetitio. Opera verò Christiani principis oportet esse decem.

Princeps bonus bonũ publicũ & dominij iura custodire nititur.

Primò verus princeps bonum publicum, & dominij iura illæsa custodit, contra vsurpare sibi volentes, siue sint proprij, seu mali ciues, siue extranei, ita quòd nec ad suum proprium commodum conuertit, nec alios conuertere permittit. Non solùm autem seruat, & defendit, sed etiã quantùm patitur iustitia, augere, perficere, & dilatare conatur.

At non sic tyrannus, sed quantùm potest ad se conuertit, nec principatus iura seruat, sed tantùm nititur se in tyrannide conseruare. Vnde verus princeps fuit Onias summus sacerdos, at tyrannus Apollonius Celesyriæ, & Phœnicis dux, vt legimus in 2. libro Machabæorum capitulo tertio. Vide tu.

Princeps bonus cauet malo modo publicos reditus expendere.

Secundò verus princeps communia bona, & communes reditus studet honestè, ac honorificè expendere, præcauens non grauare subditos nouis taxis, aliisque pecuniosis grauaminibus, nisi euidens insurgat necessitas pro communi salute. Huius oppositum agit tyrannus, qui tales reditus non pro salute patriæ, sed pro obscœnis voluptatibus suis, & in vilibus personis expendit, quales sunt meretrices, adulatores, lenones, exploratores, & non solũ grauat populum quotidianis, & multis taxis, sed & ab eis bona sua immobilia rapit. Vnde lex regis quam prænunciauit ex ore Dei Samuel in primo Regum capit. octauo, fuit tyrannica. Incipit enim sic, Filias vestras tollet, &c. Vide tu per totum illud caput octauum. Et aduerte quòd legem illam prænunciauit Samuel vt auerteret populum Hebræum à petitione regis.

Princeps præfuturus in conciles se moderatum populo exhibere debet.

Tertiò verus princeps coram subditis exhibere se debet medium inter seuerum, & nimis familiarem, inter tum & tristem, quod quidem medium erit, si verè & non fictè affabilis, & mitis pro loco, & pro tempore, grauis, & reuerendus apparebit. Talem se exhibebat Salomon in principio regni sui. Vnde legimus in tertio Regum capitulo decimo, quòd vniuersa terra desiderabat videre faciem eius, scilicet propter maiestatem, & grauitatem, prudentiam, atque sapientiam, quæ splendebant in eo. At non sic se habet tyrannus, licet aliquando simulet, sicut lupus sub pelle ouis, donec voti sui compos fiat, & tunc se vt bestiam furentem demonstrat. Exemplum habes in secundo Regum, capit. 15. de Absalon, qui omni humanitate reuerendum se ostendebat cunctis venientibus ad iudicium: sed postquàm sua dolositate constitutus fuit rex in Ebrõ, veniens in Hierusalem iam recedente Dauid, declarauit tyrannidem suam, primò maculans honorem patris. Vide tu in eodem cap. & in sequenti.

Princeps probatus neminem suorũ subditorum cõtemnit.

Quartò verus princeps, neminem subditorum absque ratione contemnit, non iniuriatur, nemini calumniam infert. Quòd si quem deprehenderit deliquisse, aut contra personam suam, aut contra commune bonum, non ex ira, aut furiosa vindicta, sed ex iustitia, & secundum legis dispositionem agit contra eum, siue in re, siue in persona, prout delicti qualitas, & personæ requirit. Sed non sic tyrannus: quoniam agitatus concupiscentiis suis, vt libidines suas expleat iniuriatur subditis non solùm iure, sed etiam in personis, vt dehonestando vxorem, filios & filias. Vnde verum tyrannum se ostendit Benadab rex Syriæ, vt legimus in tertio Regum, cap. 20. quoniam postulauit ab Achab, non solùm aurum, & argentum suum, sed & vxores & filios suos optimos, & propter huiusmodi iniurias, & contumelias, sæpenumerò insurgunt subditi contra tyrannos eligentes potiùs mori quàm has sustinere iniurias, vt diffusè docuimus in quinto Politicorum, Tracta. quarto, cap. 2.

Princeps verus studet sibi nobiles & ingenuos amicos facere, & vxorẽ suã vxoribus nobilium amicã esse.

Quintò verus princeps subditos nobiles, probos, & ingenuos sibi in familiaritate, & amicitia coniungit, gratósque sibi reddit muneribus, & honorum titulis, non solùm autem seipsum amicabilem reddit nobilibus, sed & vxori propriæ imponit, vt nobilium vxores sibi caras, & amicabiles faciat: quoniam cùm vxores nobilium aduertunt se diligi, & honorari ab vxore principis, detinent viros suos in deuotione, & fide erga principem. Oppositum autem agũt, si nouerint se contemni, aut inhonorari ab vxore principis, nam cùm viri nolint cõtristare delicias suas, sæpenumerò declinant ad partem quam propriæ suggerunt vxores, ita in malum sicut in bonũ. Verus ergo princeps præcauens seipsum, studet sibi benuolos reddere nobiles & ingenuos, & vxorem propriam conciliare sibi vxores nobilium. At tyrannus non sic se gerit, sed arrogans & elatus quoscunque contemnit, vxor sua velut vter inflatus quoscunq; nobiles despectui habet, ideo seipsum, & quoscunque sibi cõiunctos odiosos reddit. Exemplum habemus de Achab, & Iezabel vxore sua maledicta. Vide tu in 3. Regum cap. 21.

Principem Christianum temperatum oportet esse.

Sextò verus princeps in cibis, & venereis se temperatum ostendit, & verè sic est. Et hoc ideo, vt sensu, & prudentia vigilet. Crapula nánque & ebrietas, & luxuria sensum, ac mentem hebetant: præterea, vt coram subditis honoretur, quoniam sobrietas virum honorabilem reddit. Oppositum autem facit ipsum contemptibilem: quoniam assimilatur bruto immundo. Sed tyrannus non sic viuit: quoniam cùm intendat non commune bonum, sed voluptuosum corporis sui commodum, nihil curat nisi epulas, vina, & impudicitias, velut immundissimus porcus, ideo vt docuimus in 5. Politicorum, Tract. 4. cap. 3. contemptui habetur. Propter quod dedignati subditi insurgunt contra ipsum, non ferentes vilem bestiam sibi dominari. Sic Zambri insurexit contra Hela regem Israël, cùm esset Hela in Thersa bibens & tumulentus.

Princeps prudens ornat & munit omnia loca sua.

Septimò verus princeps ornat magnificis expensis ciuitatem, & castella munit & fortificat. Primum quidem facit ad decorem, & laudem sui principatus. Secundum autem pro tutela populi contra hostes. Sed tyrannus honorem communem non curans, nec velut pastor de salute ouiũ sollicitus huiusmodi ornatus & fortalicia paruifacit. Vnde cùm videris ciuitatem inornatam, & immunitam, argue dominantium & ciuium auariciam. Et quidem verus princeps fuit Salomon antequàm recederet à Domino, nam vt legimus in tertio Regum capitulo nono, ædificauit suprema magnificentia domum Domini, &

domum regiam, & muros Hierusalem, & omnes vicos, qui ad eum spectabant, & quæ erant absque muro muniuit, & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, non sic autem fecit pessimus idololatra, & tyrannus Hieroboam filius Nabat. De eo enim non legimus in tertio Regum capitulo duodecimo, quòd se gesserit, vt verus princeps ornans, & muniens ciuitates, inducensque populum ad Dei maximi cultum, & ad benè & moraliter viuẽdum, sed potiùs ad oppositum, vt legere poteris in tertio Regum capitulo duodecimo. Idem fecit Roboam filius Salomonis rex Iuda, & in aliquibus peius se habuit, præcipuè circa luxuriam detestabilem effœminatorum, vnde hi non veri principes, sed monstra in dominando censendi sunt, nec digni memoria.

Princeps pius etiam erga extraneos se magnum se exhibet.

Octauò verus princeps non solùm ciues, & subditos suos nobiles honorat, sed etiam extraneos ad se venientes, siue vt pertranseuntes, siue vt in suo Principatu habitaturos. Hinc enim manifestatur magnificentia, & magnanimitas, & affabilitas, ac pietas veri principis. Sed tyrannus agit oppositum, quoniam nobiles, & sapientes, siue proprios, siue externos odit, persequitur, & interimit, vt docuimus in 5. Politicorum, in Tracta. quinto, capitulo 2. Et hoc ideo, ne ipsi insurgant, aut hortentur populum insurgere contra tyrannum. Et in hoc verum principem se declarauit Dauid, qui sic egregiè se gessit & honorificè cum nobilibus, & maioribus populi, quòd cùm insurrexisset Absalon contra eum, decreuissetque Dauid cedere furori, & væsaniæ Absalon, & omnium qui contra eum coniurauerant, ipsum discedentem ab Hierusalem comitati sunt vniuersus populus, & legiones Cerethi, & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi, &c. Quod vtique non fecissent, si Dauid durè & inhonorificè se habuisset erga illos in principatu. Adhæsissent enim filio iam cõstituto regi, ficque posuissent Dauid extra spem reuertendi in regnum.

Princeps iustus se suo sol[io] [in]dominio.

Nonò verus princeps contentatur suo dominio, si illud integrè possidet, & non quærit vi & iniustitia dilatare illud vsurpando alterius principis iura: nam vltra hoc quòd contra iustitiam ageret, firmare non poterit principatum suum, neque pacificè dominabitur: nullum est enim violentum durabile, & verificatur illud Isaiæ capit. 33. Væh qui deprædaris, nónne, & ipse deprædaberis, & cum consummaueris deprædationem, deprædaberis. Dixi, Si illud integrè possidet: quoniam ius suum vnicuique reparare licet, quod fuerit ab altero iniustè surreptum, vnde vt legimus in tertio Regum, capitulo vigesimosecundo, supposito quòd Achab rex Israël verum diceret, scilicet quòd Ramoth Galaad quam possidebat rex Syriæ, esset de iurisdictione, & dominio Israël, non immeritò dixit seruis suis, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ, verùm non est prosperatum negocium belli in manu sua: quoniã vt idololatra non merebatur Dei maximi auxilium. Licet ergo vero principi seruare, & reparare dominium suum, Deo optimo fauente, sed non vi, & iniustitia dilatare. Tyrannus autem siue iniustè, siue iniustè subiugare sibi conatur, siue in parte, siue in toto externa dominia, ideo est in continuo bello, vel perturbatione, vel deprædatione, & Dei iusti medio confunditur: sic confusus est Holofernes, Iudith c. 13. sic Antiochus in 2. Macha. ca. 5. Vide tu.

Princeps iustum oportet super omnia Deum, et diuina colere.

Decimò verus princeps Deum syneerè colit, & quæ ad diuinum cultum spectant in primis curat. Animaduertit enim Dei maximi se ministrum, & vicarium esse, omnémq; authoritatem, & virtutem, & prudentiam regitiuam à Deo maximo pendere, propter quod in primis quærit, & seruat quæ Dei sunt. Vnde diuino beneficio, & auxilio perseuerat, & firmatur in principatu, & ex oppositio infirmatur, & huius fundamentum habes in secundo Regum capi. 9. de Salomone, cui, postquàm dedicauerat domum Domini, & orauerat, dixit Dominus, Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, &c. Vide tu illic. Sed tyrannus, aut prosternit diuinum cultum, sicut Roboam, & Hieroboam, & Achab, & Manasses: aut simulat se deicolam, vt docuimus in 5. libr. Politicorum, Tracta. quinto, capit. 3. vt populum decipiat, vereatúrque malignari contra eum, cui putat Deum esse propitium, sed diuina bonitas, quam non latet cordis secretum, tyrannos huiusmodi exterminat, vt legimus in tertio Regum, capitulo decimoquinto, de Hieroboam, & domo eius, & de Achab & Manasse, & Antiocho. Constat igitur tibi quæ oporteat verum & Christianum principem operari, vt manifestetur quantùm distat ab impio tyrãno. Hęc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT III.

Quæ & quot oportet Christianum principem facere, vt ipse, & successores sui, diu perseuerent in principatu.

IN tertio cap. declaranda sunt illa, propter quæ verus & Christianus princeps, & posteri sui diu persistẽt in principatu. Tu igitur aduerte, quod in 5. libro Politicorum in Tractatu tertio, quasi per totum, docuimus ad mentem Aristot. quæ sint opportuna media, quibus conseruatur principatus, atque persistit, & tu vide illic ad placitum. In præsenti autem proposito septem assignabimus pro cõseruando principatu Christiano.

Principatum septẽ conseruãt.

Principem oportet sũ mopere vigilare, vt optima de creta, & probatæ seruentur consuetudines.

Primò superintendat verus princeps, ne lex sub qua viuunt subditi, & decreta rationabilia, & antiquæ, & laudabiles consuetudines prætermittantur, nec immeritò: quoniam vt videre poteris in 5. Politicorum Tract. tertio, ca. 1. multæ paruæ transgressiones, quoniam non videntur multum existimari, cùm multiplicatæ fuerint, insensibiliter politiam, & principatum destruent, sicut & paruæ, sed superfluæ expensę, paulatim patrimonium consumunt, super omnia autem animaduertat Christianus princeps, ne quæ diuina lege statuta sunt, aut quæ dominus in specie præceperit prætermittantur. Super his enim irascitur Dominus, & principantem deiicit cum posteris suis. Exemplum sit tibi Saul in 1. Regum cap. 15. qui quoniam non seruauit præceptum Domini super destructionem Amalech, dixit ei Samuel ex ore Domini, Pro eo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex. Vide tu in 1. Regum cap. 15.

Princeps debet studere facere sibi nobiles & in virtuosis ciuibus suis genuos benevolos.

Secundò studeat honorare, & in officiis ciuitatis honorabilibus benevolos sibi facere proprios nobiles & ciues, quos nouerit benemeritos, amatores sui principatus, & boni publici, & caueat, ne extraneos exaltet relictis virtuosis ciuibus suis, præcipuè cùm de extraneis firmum experimentum nondum acceperit, quòd sint viri iusti, & magis curantes bonum principis, & populi quàm propriũ lucrum. Nam si aduertunt boni ciues se à principe postponi, & extraneos immeritè exaltari, non ferunt, sed sumpta occasione insurgunt. Et quidem quòd verus princeps prudentissimè confideret, & ipso effectu exaltet, & honoret suos proprios relictis extraneis, exemplum præbuit Dauid, qui vt legimus in 2. Regum quasi per totum, duces prælij consiliarios, & iudices constituit ex propriis, tam consanguineis quàm ciuibus. Quòd autem conciues ægrè ferant extraneos exaltari, exemplum habes in primo Regum, cap. 29 de Satrapis Philistiim, qui cùm vidissent Achis regem suum exaltasse Dauid, & sexcentum viros, qui cum Dauid erant (nam constituerat Dauid, & viros qui cum erant custodes capitis sui, & nouissimos in agmine contra Saul & Israël) indignati sunt, dixerúntque ad Achis, Reuertatur vir, & sedeat in loco suo in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in prælium &c. Vide tu.

Princeps debet exercere subditos in ordinato timore contra hostem.

Tertiò verus princeps exerceat sibi subditos in timore ordinato contra hostes extraneos, vt scilicet semper vigilent ad custodiam ciuitatis, & ne ex insperato hostes prævaleant. Hinc enim duo sequuntur bona conseruatiua principatus. Primò deterrentur hostes, aut non temerariè audent infestare ciues, quos nouerint die noctúque paratos ad custodiam ciuitatis. Secundò magis inter se pacificè viuunt, & principi obediunt, scientes, quòd si inter se dissiderint, & principi non obtemperarent, occasionem præberent hostibus prævalendi contra ciuitatem: quoniam omne regnum in se diuisum desolabitur, Matthæi capit. 11 & huius quidem exemplum patet apud Romanos, qui cùm cessassent à bellis externis, inter se ciuili, & intestino bello præliari ceperunt, ideo collapsum est eorum regnum, & ratio huius est quoniam, vt docuimus in 7. Politicorum, viri bellatores, qui non assuefacti sunt virtutibus moralibus præter quàm fortitudini, cessantes ab exercitio militiæ quiescere nesciunt: ideo ad domesticas, & mutuas lites se conuertunt. Studeat ergo verus princeps in continuo exercitio detinere populum, præponens eis quantùm expediat vigilare contra hostium insidias, vt tali timore bene se gerant erga principem, & inter se vnanimes viuant.

Tu

Tù tamen aduerte hoc medium vtile fore non absolutè, sed quando princeps de nouo assumit alicuius ciuitatis principatum, & circunstantes habet inimicas ciuitates. Si autem princeps, & eius prædecessores iam diu principatum tenuerint, nec adsint externi hostes, nec ciues à memoria hominum exercitati fuerint in armis pro defensanda ciuitate, medium hoc non multùm expedit. Nam si princeps populum per timorem hostium regere tentaret, profectò deriderent eum dicentes, Princeps euanescit. Timet enim vbi non est timor. Propter quod oportet tunc principem assuescere ciues ad virtutum moralium exercitium, & ad honestos ludos, & ad castissimam Musicam, vt discant in ocio virtuosè viuere, & pacificè, & principem veluti patrem venerari.

Princeps prouidus nullas permittat in ciuitate sectas.

Quartò verus princeps per leges ac decreta punitiua prohibeat inter nobiles, & insignes cõtentiones & sectas, quòd si exortæ fuerint, studeat vt quàm citiùs terminentur, aliter de facili inualescunt, etiam quòd à paruis incipiant, & paulatim inducunt destructionem principatus, vt docuimus in lib. quarto Politicorum, Tracta. primo, capitu. 3. & quidem quàm periculosæ sint huiusmodi contentiones patet in lib. 2. Machab. capitulo quarto, vbi legimus Oniam summum sacerdotem considerantem periculum contentionis, cuius caput extiterat Simon de tribu Beniamin præpositus templi, accessisse ad regem non vt ciues accusaret, sed vt considerans communẽ multitudinis vtilitatem. Videbat enim sine regali prouidentia, impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stulticia sua.

Princeps caueat ne cui nimiã concedat autoritatem.

Quintò verus princeps caueat ne aliquem ex ciuibus, & longè minus extraneum excessiuè exaltet conferendo illi maximam authoritatem in principatu. Magna nanque authoritas ex principis bonitate collata, corrumpit sæpenumerò, & arrogantes facit hominum mentes, ita vt de facili agant contra iustitiam. Id autem maximè obseruet verus princeps erga homines de quibus certam, & diũ turnam non habet experientiam. Et quidem quòd non expediat huiusmodi collatio magnæ authoritatis exemplum sit tibi Aman gente Macedo: de cuius arrogantia, & impietate satis constat postquàm sublimatus fuerat ab Assuero, & factus secundus à rege. Vide ergo in libr. Hester cap. 6. vbi sic legimus in epistola missa ad omnes prouincias nomine regis Artaxerxis, Aman filius Amadathi, animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus, qui in tantum arrogantiæ tumorem subleuatus est, vt regno priuare nos niteretur, & spiritu, &c. Nó ergo expedit principali, tribuere alteri maximam authoritatem, imò semper superintendere quomodo se gerunt quos officiis publicis præposuit cum limitata authoritate, & si eos inuenerit probos, prudentes, & vigiles, magis curantes commune bonum quàm proprium lucrum, conseruabit, magisque gradatim honorabit. Quòd si oppositum inuenerit, prudenter eis minuat datam authoritatem, vel omninò auferat, & si in principem, vel commune bonum quid mali moliri deprehensi fuerint, vita priuãdi sunt pro demeritis, & aliorum exemplo. Sic Assuerus ab omni honore deposuit Aman, & vita priuauit, Hester capit. 7. Sic Antiochus rex damnauit Andronicum, quem sui locum tenentem instituerat. Vide tu in secundo Machab. cap. 4.

Principẽ oportet diligere omnes sibi subditos quasi propriam domum ac familiam.

Sextò oportet verum principem principatum suum atque sibi subiectos ita diligere, ac si esset domus, & familia propria. Sic enim seruabit subditos, & se ac posteros firmabit in principatu. Nam qui amat, prouidet amato, & superintendit nequid sinistri illi accidat, & si acciderit quàm citiùs succurrere satagit maturo prudentum consilio, & oportunis remediis. Nam vt scribit Aristote. in secundo Rhetoricorum, timor & amor consiliatiuos homines faciunt. Vnde plurima speratur salus, vbi multa sunt prudentum, & bonorum cõsilia. Ideo, vt dicitur Prouerbiorum capitulo trigesimotertio, astutus omnia agit cum consilio.

Principẽ oportet nõ carere militari potentia.

Septimò oportet verum principem sufficientem habere militarem potentiam, qua seruare possit, & manutenere iustitiam, sine qua ciuitas, & politia recta seruari non possunt. Docet enim Aristot. in magnis Moralibus, quòd iustitia vrbanitatem seruat. Vt igitur seruetur iustitia, oportet militarem, & ciuilem potẽtiam adesse, qua defensentur boni, & coërceantur mali. Quod vtique, & de facili verus princeps faciet, si in ciuitate, vt docuimus in quinto Politicorum Tractat. tertio, capitulo tertio, instituet magistratum, qui veluti speculator ad obseruandos, & intuendos ciuium mores superintendat. Et ne quis ita viuat, quòd Reipublic. nocere valeat. Vide tu in quinto Politicorum, in prædicto Tractat. & cap. Hæc igitur sunt quæ oportet verum principem facere, vt tam sibi quàm successoribus suis durabilis fiat principatus. Hæc de præsenti capitulo dicta sint. Et sic terminatur Pars tertia secundi Tractatus.

Secundi Tractatus, Finis.

TRACTATVS TERTIVS, De ciuili Consilio.

VXta ordinem præpositum in principio huius nostri Operis, oportet de ciuili consilio considerationem facere. Neque enim potest Christianus princeps ciuitatem iustè, & prudenter regere, nisi bonorum & prudentium consilio dirigatur in bonis agendis, malisque vitandis. Diuidemus igitur præsentem Tractatum in quatuor capita.

Primò declarandum est quid sit ciuile consilium.

Secundò quid sit non solùm ciuiliter, sed etiam absolutè consiliabile, & quid non.

Tertiò de quibus in specie habendum est ciuile consilium.

Quartò propter quid oportet Christianum principem vti ciuili consilio, & quales debent esse ciuiles consultores.

CAPVT I.

Quid sit ciuile consilium.

IN capitulo primo, manifestandum est quid sit ciuile cõsilium, & hîc tria agenda sunt. Primò quot modis sumi consueuit consilium. Secundò quid sit consilium propriè dictum. Tertiò quid sit ciuile consilium.

Consilium bifariam sumitur, & quid sit.

Quantùm ad primum aduerte, quòd vt docuimus in tertio Ethicorum, Tractatu primo, càpitulo tertio, consilium consueuit sumi in humanis duobus modis. Primò communiter, secundò propriè: sumptum quidem communiter, diffiniri solet, quòd est humani intellectus practici inquisitio, de dubiis & incertis à nobis agendis, vel vitandis, vt per huiusmodi inquisitionem, medium inueniatur certum, vel magis probabile, quo procedamus ad agendum, vel definendum, & quo modo agendum, quo tempore, &c. vel non agendum. Et aduerte quòd consilium humanum sic communiter acceptum, potest haberi sine consultore extrinseco. Nam intrinseca est nobis virtus consultiua, quæ est ratio practica, & cogitatiuâ simul cum memoria. Vnde potest quilibet sanæ mentis in seipso discurrere, & conferre de agendis, vel vitandis. Ex consequenti potest sibi ipsi consulere absque reuelatione negocij peragendi, aut vitandi. Et hoc consilio communiter accepto, oportet virum prudentem sæpenumerò vti, quando est in arduis constitutus, & bonis ac fidis caret amicis, quibus reuelare valeat absque periculo, animi sui secretum. Hoc consilio vsus est Dauid vt legimus in primo Regum capitulo vigesimoseptimo. Nam timens ne aliquando caderet in manus Saul, dixit in corde suo, id est post multum discursum factum ex memoria præteritorum suorum discriminum sic concluſit (& hoc fuit consilium mentale) Melius est vt fugiam, & saluem in terra Philistinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel: eodem consilio vsa est Susanna filia Helchiæ, de qua legimus in libr. Danielis capitulo decimotertio, quòd circunuenta ab iniquis senibus sic consuluit intra se, Si hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras, sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Domini.

Consilium autem propriè & famosè acceptum, diffiniri solet, quòd est humani intellectus practici de dubiis, & incertis peragendis, aut vitandis inquisitiò inter plures consultores habita, vt in hoc distinguatur à consilio communiter sumpto. Vt autem scias quid sit consilium

ciuile, aduerte quòd consilium propriè sumptum distinguitur in domesticum, & militare, & nauticum, & ciuile.

Consilium quadruplex, domesticum, militare, & nauticum ac ciuile.

Domesticum est inquisitio de dubiis, & incertis agendis, aut vitandis contingentibus in regimine domus, & familiæ.

Militare est inquisitio de dubiis, & incertis contingentibus in administratione belli.

Nauticum est inquisitio de dubiis, & incertis contingentibus in regenda naui, & regulanda nauigatione.

Ciuile autem est inquisitio de dubiis, & incertis agendis, aut vitandis pro saluanda, & rectè disponenda Republica, per quos verò fieri debeat huiusmodi inquisitio, dicemus infrà.

Primò dicitur inquisitio, quoniam vt docuimus in tertio Ethicorum, quicunque consulunt, inquirunt, & simul conferunt quo vel quibus mediis finis intentus possit ac quiri, neque enim est consilium de fine (quoniam ille supponitur) sed de mediis ad finem.

Secundò dicitur de dubiis, & incertis agendis, &c. Ad differentiam inquisitionis quæ fit in speculatiuis, vt quando inquirimus media ad demonstrandum conclusionem vniuersalem physicam, vel mathematicam. Talis enim inquisitio non est consiliatiua, sed scientifica. Neque enim necessariorum, sed contingentium est consilium, vt dicemus infrà.

Tertiò dicitur pro saluanda, & rectè disponenda Republica, ad differentiam inquisitionis quam consueuerunt facere tyranni, aut viri praui & seditiosi, quæ potius est in perditionem quàm in salutem: nam huiusmodi inquisitio siue conferentia, non est appellanda ciuile consilium, sed contra ciuile. Tale fuit consilium Achitophel quod dedit Absalon, & senioribus Israël. Contrarium autem quod dedit Chusi Arachites fuit verè ciuile ad euitandam tyrannidem Absalon, & curam salutis Dauid cum populo qui cum eo erat. Vide tu in secundo Regum capi. 17. Constat igitur tibi quid sit consilium communiter dictum, & propriè dictum, & consilium ciuile propriè dictum, de quo solo intendimus hîc loqui. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Quid sit non solùm ciuiliter sed etiam absolutè consiliabile, & quid non.

IN secundo cap. inuestigandum est quæ & quot sint illa in genere, de quibus vniuersaliter, & non solùm ciuiliter oportet consulere. Vt autè clarior sit hæc nostra doctrina, dicemus priùs, quæ non cadunt sub consilio, vt per noticiam vnius oppositi, manifestius tibi fiat alterum oppositum.

Sub consilio quæ nam non cadant.

Tu igitur aduerte, quòd vt docuimus in tertio Ethicorum, Tractatu primo cap. 3. sex non cadunt sub consilio, & si quis de eis consulere voluerit, vanus, & insensatus existimabitur, sunt autem hæc,

Finis,
Determinata in aliqua arte siue disciplina,
Quæ sunt plurimum distantia,
Quæ sunt à fortuna,
Quæ sunt secundum cursum naturæ,
Quæ sunt immutabilia siue æterna.

Definè nō est consilium.

Primò quidem non est consilium de fine. Nam finis supponitur in consilio. Quicunque enim consilium quærit, gratia alicuius desiderati, & intenti boni, vel apparenter boni quærit. Vnde medicus non confert, nec inquirit ab aliis medicis si debeat infirmum sibi commissum sanare. Hoc enim vult, & intendit, sed inquirit quo medio, putà quo medicamine, quo exercitio, &c. debeat ipsum sanare, nec dux consilium à commilitonibus petit, si debeat deuincere, aut propulsare hostes, sed quibus modis & ingeniis, nec ciuitatis moderator consulit, si debeant ciues iustè, & pacificè viuere. Hoc enim absque dubio intendit vt finē, sed consulit quibus mediis, id fieri possit. Constat ergo, quòd finis non cadit sub consilio, sed media ad consequendum finem. Propter quod nō consuluit Ioseph Pharaoni, quòd seruaret populum in septem annis futuræ penuriæ, sed proposuit media quibus seruari posset. Quæ autem fuerint hæc media, vide in libr. Gene. c. 41. ibi, Prouideat ergo rex virum sapientem, &c. Nec Daniel consuluit Nabuchodonosor euitare iram Dei, sed quo medio posset eam euitare. Vide in lib. Danielis capitu. quarto. ibi, Quamobrem consilium meum placeat tibi, &c.

Secundò non est consilium de firmatis, & determinatis in quacunque arte, aut disciplina, quomodo fieri debeant: nam vt diximus in diffinitione consilij communiter sumpti, quærendum est consilium in rebus indeterminatis, quæ variis modis possunt fieri, aut euitari, sed de determinatis in arte, & disciplina, non oportet inquirere quomodo debeant fieri. Verbi gratia, Vanè consuleret Grammaticus, quomodo formandi sunt literarum characteres, & Geometra, quomodo describendum sit trigonum æquilaterum, quomodo circulus, quomodo tetragonum æquilaterum: nam tantùm vno modo formari possunt quò ad figurationem, licet maiores, aut minores fieri possint quò ad protractionem linearum, sed hoc est per accidens in arte, Vnde in libr. Exod. capitu. 25. Moses non consuluit artifices peritos quomodo fabricādum esset tabernaculum Domini, quoniam iam determinauerat Dominus modum, & formam: nec quicquam immutandū erat. Præcipit enim Mosi dicens, Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

Consilium nequaquā est de firmatis in quacūque facultate.

Consilium non est de remotis à nobis.

Tertiò non cadunt sub consilio quæ plurimum à nobis distant, putà Itali non habent consulere quomodo Græci, aut Indi viuere, conuersari, & negociari debeāt: nam vt docuimus in tertio Ethicorum, consilium est de his quæ ad nos, aut amicos, aut patriam spectant. Vnde vanum esset consulere & sollicitari de omnibus humanis operabilibus, sed id spectat ad primum, & vniuersalem omnium prouisorem, de quo inquit Iob capit. 12. Apud ipsum est sapientia, & fortitudo, & ipse habet consilium, & intelligentiam.

Consilium non est de fortuitis.

Quartò quæ sunt à fortuna non cadunt sub consilio. Nam quicunque consilium petit, ideo petit, quia eligit & proponit aliquod bonum consequi, aut aliquod effugere malum, sed quæ sunt à fortuna non cadunt sub electione, nec sub proposito, nec sub ratione, vt docuimus in secundo physicorum, ergo de eis non potest haberi consilium. Vnde inquit Aristoteles in primo libro Rhetoricorum, Consulendum non est de omnibus bonis, aut malis: sed de his quæ possunt fieri, & non fieri. Sed neque de cunctis contingentibus, sunt enim quædam à natura, quædam à fortuna bona, quæ quamuis contingentia sint, nihil tamen ad ea confert deliberatio.

Consilium non est de naturalibus.

Quintò non cadunt sub consilio, quæ sunt naturalia, id est quæ fiunt secundum determinatum cursum naturæ: qualia sunt solstitia, ortus & occasus signorum, pleni lunia, & nouilunia, & eclipses, nam de his cōsiliari oportet, quæ cadunt sub potestate nostra, & quorum possumus esse causa, sed hæc naturalia non sunt sub potestate nostra, ac possumus ea causare, vt patet: ergo non sunt consiliabilia. Ideo inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, Sunt quædam à natura, ad quæ non confert deliberatio nostra, id est consultatio nostra.

Tu tamen aduerte, licet non sit consulendum quomodo fieri debeant naturalia, est tamen consulendum quomodo se regere debeat homo in actionibus suis, quando huiusmodi naturalia prodeunt in esse, putà quomodo se habere debeat in agricultura, in vestitu, in exercitio, in alimentis, ne infirmitatem incurrat. Hæc enim sunt in potestate nostra, & circa hæc versantur medicorum consultationes, vt patet.

Consilium non est de æternis & immutabilibus.

Sextò non cadunt sub consilio æterna, & immutabilia. Id patet ex diffinitione consilij suprà posita: nam in his nulla cadit incertitudo neque ambiguitas. Vnde si quis consultaret, an diameter sit incommensurabilis costæ, vel si Deus est æternus, vel si motus cœli diurnus est regularis, derideudus esset. Propter quod inquit Aristoteles in 1. Rhetorico. Consultamus de his, quæ videntur vtroque posse pacto fieri. Nam de his, quæ dici, aut fieri, aut fore, aut se habere aliter non possunt, nemo sic existimans consultabit, cùm non aliter quàm sic consultari possit. Constat igitur tibi quæ & quot sint in genere, quæ sub consilio non cadunt.

Consilium de tribus sumēdum est.

Nunc supereſt manifestare oppositа, id est quæ & quot in genere sint, de quibus in humanis consultandum est. Tu igitur aduerte, quòd vt docuimus in tertio Ethicorum, Tracta. primo, capi. 3. quòd tria in genere maximè cadunt sub consilio, & quantò frequentius de eis consilium habetur, tantò melius est.

Consilium sumēdum est de frequenter cō tingentibus & incertis.

Primò consultanda sunt, quæ sæpe contingunt, & incertum nobis est quomodo contingere debeant, vtrum tardè,

tardè, vel citò, bene vel malè, quanto commodo, vel incommodo, quali vel quanto discrimine, & circa hæc, vt in pluribus versantur bellantium, nauigãtium, & medicorum consilia.

Secundò consultanda sunt quæ maximè indeterminata sunt quò ad leges patrias, & decreta, antiquatas consuetudines: nam in his quæ lege determinata sunt, & iam posita fuerunt in vsu, suppositа rectitudine legis, non est consulendum, sed iudicandum, atque sententiandum iuxta legis dispositionem. Dicit enim Augusti. in libr. de Vera Religione, In his temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent, quum eas instituunt, tamen quum constitutæ fuerint, & firmatæ, scilicet per vsum & executionem, non licebit iudici de his, sed secundum eas iudicare. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. In his ergo, quæ legibus determinata non sunt, & possunt benè, ac malè fieri, consultandum est. Vnde in sexto Ethicorum, Tract. 3. cap. primo, pertractauimus de parte prudentiæ, quæ eubulia, id est bene consiliatiua dicitur. Vide tu illic.

Consultanda sunt quæ prodesse, vel obesse possunt. Tertiò consultanda sunt, quæ iudicantur magna, & euidentis emoluméti si benè eueniunt, aut magni detrimenti si malè. Nam quæ modici ponderis sunt siue in malum, siue in bonum, muliebre, & puerile est consultare. Et ratio quidem est: quoniam secundum Aristotelem, & teste experientia, timor consiliatiuos homines fecit. Qui ergo rationabiliter consilium quærit, timet sibi ne quid sinistri & infortunium accidat, aut ne impediatur à consecutione desiderati boni. Sed timor non cadit in viro sani sensus: nisi respectu euidentis boni consequendi, aut mali vitandi, ergo consilium non cadit nisi super magna, de quibus non constat quomodo euenire debeant. Meritò ergo deridendi sunt, qui de minimis consultant, quoniam quocunque modo eueniant, parùm prodesse, parúmque nocere possunt. Et quidem quòd res magnæ consilio agendæ sint, testatur Cicero lib. de Senectute. Inquit enim, Non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporis res magnę geruntur, sed consilio, authoritate atque sententia. Constat igitur tibi quæ & quot sint in genere, de quibus consulendum est. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT III.

De quibus in specie habendum est publicum, & ciuile consilium.

IN tertio cap. declarandum est quæ & quot sint in specie, de quibus, vt in pluribus consultandum est in ciuitate principe conuocante consultores. Tu igitur aduerte, quòd iuxta doctrinam Arist. in primo libro Rhetoricorũ, quinque sunt de quibus sæpenumerò ciuile consilium agẽdum est, scilicet,

Ciuili consilio quinque consulendasunt.

Prouentus siue reditus diuitiarum,
Alimentum sufficiens subditis,
Ciuitatis custodia,
Pax, & bellum,
Legislator, siue decretorum actor.

Prouentus ac reditus communes Reipublicæ consultãdi sunt. Primò quidem oportet ciuile consilium sæpius fieri circa communes reditus & prouentus propter duo. Primò ne princeps, aut eius negociatores suis astutiis prouentus aliquos sibi vsurpent cum grauamine subditorum, si non adsit vrgens causa pro vniuersali salute ac defensione. Docuimus enim suprà Christianum principem debere esse vt patrem, & pastorem conseruantem sibi subditos. Quòd si aliter fecerit, iam non Christianus princeps, sed tyrannus censendus est. Sed neque pater, neque pastor vsurpat, nec quantum sit ex se vsurpare permittit subditorum bona, nec eos oneribus pecuniariis, nec personalibus grauat, nisi adsit vrgens necessitas pro conseruatione, aut defensione, aut recuperatione principatus. Vt igitur in his, neque fraus, neque deceptio sit, sæpè consultandum est, vt si princeps fortè in his excesserit per probos, & prudentes cõsultores admonitus fiat, & si eius officiales populum indebitè grauant, iuxta demerita castigentur, aut minuendo, aut omnino ab eis auferendo authoritatem, aut veluti deprædatores occidendo, vt subditi tutè, & pacificè viuant.

Secundò ne iura dominij, & principis defraudentur sicut enim princeps est persona publica, & pro omnibus laborat, sic communes, & publicos redditus vltra proprios habere debet, vt ex propriis propriam conseruet familiam, ex communibus autem se, & subditos comprimendo malos, propulsando hostes conseruare valeat. Vt igitur ius Christiani principis quò ad debitos sibi reditus communes non violetur, oportet ciuile consilium sæpè fieri.

Consultandum est de publico alimento in ciuitate. Secundò principaliter oportet ciuile consilium fieri circa sufficientiam alimenti pro tota ciuitate, & toto principis dominio, vt sciatur si regio ipsa sufficiens est ad fructificandum pro sustentatione populi, quòd si non, quomodo & vnde prouidendum per commutationes, & aduectiones, & ex peregrinis partibus. Aliter neque ciuitas, neque principatus conseruari posset. Diximus enim in principio huius Operis, quòd ciuitas instituitur propter sufficientiam vitæ: ergo si non adest sufficientia vitæ, desinit esse ciuitas.

Consultãdum est de ciuitatis & totius principatus custodia. Tertiò consultandum est circa ciuitatis, & totius principatus custodiam, & hoc duplici de causa. Primò ne mali, & facinorosi impunè viuant, & ne damnificent bonos. Superintendẽdum ergo est, quibus in locis habitent, quomodo congregentur, quos fautores, & receptores habeãt, & maturo consilio castigandi sunt, ac iuxta legem occidẽdi præcipuè prædones, homicidæ, falsarij, & proditores. Secundò ne ciuitas de facili, aut ex improuiso detrimentum patiatur ab extraneis inimicantibus. Opportunum est autem hanc publicam custodiam propriis committere ciuibus, vt potè fidelioribus, &c.

Consultãdũ est belli, sed non semper. Quartò consultandum est, de pace & bello, quod dupliciter intelligi potest. Primò quòd fiat consilium, si pax inter ciues quærenda est, & ciuile bellum vitandum. Secundò si quò ad extraneos seruanda est pax, vel ineundum bellum, vel post paratum bellum tentanda pax. Iuxta primum sensum pax & bellum non cadunt sub consilio. Habent enim rationem finis: quoniam præcipua Christiani principis intentio, est, sic regere subditos quòd virtuosè, & pacificè viuant, fugiántque lites, & discordias, ex quibus oritur paulatim ciuile bellum. Præterea, Docuimus suprà, quòd fit consilium de dubiis, & incertis vtrum sint bona, vel non, vtrum expedientia, vel non. Sed non cadit in mente sensati quin pax inter ciues sit bona & expediens, & ciuile bellum sit malum, & ideo de his non est consultandum, sed determinatè instandum, vt pax seruari possit, & oppositum vitari. In secundo autem sensu de pace, & bello consultandum est, possunt enim benè & malè fieri. Nam posito quòd adsit iusta causa belli, tamen si aduersarij videntur potentiores, prudentis est non insurgere, sed pacem quærere. Si autem aduersarij videantur æquales, aut impotentiores, & non adsit iusta causa belli, non est insurgendum contra eos: quoniam hoc est tyrannicum. Si adsit iusta causa, maturo consilio insurgendum est, & aliquando differendum, vt fortè euitetur maius malum. Sufficit autem principi, quòd contra impotentiores stante iusta causa potest pugnare, & non pugnare, apud potentiores autem pacem quærat. Et hoc est velut principium datum ab Aristotele in primo Rhetoricorum, vbi inquit, Ad meliores pacem debemus habere, id est ad potentiores, ad deteriores autem in nobis est pugnare, vel non pugnare contra eos.

Consultãda sunt de creta ac legesin populo decernenda. Quintò consultandum est inter seniores & prudentiores quæ leges & decreta condenda sint, per quorum obseruantiam princeps Christianus subditos suos rectè & iustè regere valeat. Stat enim vt inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum in legibus ciuitatis salus. Ideo autem prudentum consilio condendæ sunt, quoniam non omni principatui eædem leges expediunt propter diuersitatem morum, & inclinationum & regionum, & propter diuersas species principatuum, de quibus iam locuti sumus in Politicis ad mentem Aristotelis, & in Ciuili Platonica. Constat igitur tibi quæ & quot sint in specie, de quibus publicum, & ciuile consilium habendum est. Hæc eadem numerat Aristoteles in primo Rhetoricorum, vbi inquit, Maxima de quibus omnes consultant, & quæ deliberantes aggrediuntur, quinque ferè numero sunt. De opibus (id ad prouẽtum, siue reditum diuitiarum spectat.) De bello & pace. De regionis locorum custodia. De his quæ inferuntur, & effunduntur (id ad alimentum spectat) De legumlatione.

Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT IIII.

Propter quid oportet Christianum principem vti ciuili consilio, & quales consultores debet sibi eligere.

IN cap. quarto manifestandum est propter quid oportet Christianum principem vti ciuili consilio, & hîc duo agenda sunt. Primò assignãda est ratio huius necessitatis. Secundò manifestandæ sunt cõditiones, quas oportet veros & efficaces consultores habere, ne sint eorum consilia inualida, qualia sunt mulierum consilia, vt docebimus in Oeconomica Christiana.

Quantùm ad primum aduerte, quòd huius necessitatis ratio est duplex apud ciuilem.

Consilio ciuili cur vti oporteat prudentes principes.

Prima est, Res & negocia principatus, magni sunt ponderis & incerta, eò quòd possunt benè & malè pertractari. Sed de his, vt diximus suprà semper consilium cum pluribus habendum est: queniam plurà plures sciunt quàm vnus. Caueat ergo Christianus princeps ne in regenda ciuitatis nauicula soli sibi credat, nec proprio innitatur sensui, sed in magnis & dubiis in se ipso discredens, siue diffidẽs aduocet alios prudẽtes, &c. Et hæc est doctrina Aristo. in tertio Ethicorum, vbi inquit, Consultores assumimus in magnis discredentes nobis ipsis velut non sufficientibus dignoscere. Ideo dicitur Prouerbiorum capitulo tertio, Astutus omnia agit cum consilio.

Secunda ratio est, Consilia versantur circa singularia contingentia. In his autem maximè prodest experientia: vnde docuimus in primo Metaphysicę, quòd in singularibus pertractandis, magis proficit expertus, quàm artifex, id est sciens vniuersalis, vel in vniuersali. Maior ergo experientia expediens est in ciuilibus singularibus contingentibus pertractandis. Sed maiorem experientiam plures habent quàm vnus, expedit ergo plures expertos aduocare, vt eorum consilio princeps inueniat viam prosequendi quæ ad ipsum spectant, & euitandi mala: nam vt inquit Cicero in Rhetorica veteri, Melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur.

Consultores principum quales conditiones habere oporteat.

Quantum ad secundum aduerte, quòd consultores assumendi à principe debent his clarere cõditionibus verè, & non solùm apparenter.

Primò sint boni, ac probatæ vitæ.
Secundò non adulatores, sed veraces.
Tertiò amici principis & populi.
Quartò prudentes, & natura sagaces.
Quintò peregrinarum legum cognitores.
Sextò in historiis tam domesticis quàm extraneis exercitati.
Septimò graues & non festiui in consulendo.
Octauò taciturni, & secreti.

Consultorem oportet esse optimæ ac probatæ vitæ.

Primò oportet verum consultorem esse bonum, ac probatæ vitæ. Nam vt docuimus in decimo Ethicorum, sermones consentanei operibus efficaciores sunt. Hinc videmus, quòd si vir probus, aut sic existimatus suadet aliquid agendum, aut vitandum in ciuitate, facilè illi credunt auditores, etiam quòd dicti sui efficacem rationem non afferat, tanta est probitas virtutis, quòd creditur non posse mentiri, nec decipere, nec simulare. Oportet ergo consultorem principis, & ciuitatis esse virum bonum, & virtutis cultorem, vt princeps, & ciuitas in eius consilio quiescat. Et quidem quòd vitæ probitas quàm maximè valeat in ferendis consiliis, probatur ex Aristotele in primo Rhetoricorum, vbi inquit, Probis magis, & facilius de omnibus simpliciter credimus. Nam probitas dicentis, & mores præcipuam fidem faciunt. Idem confirmat Diuus Ambrosius in lib. de Officiis, vbi de consultoribus inquit, Quomodo potes iudicare eum in consilio superiorem quem vides in moribus inferiorem? Supra me debet esse, cui me committere puto. An verò putabo idoneum, qui mihi det consilium, qui non dat sibi? & mihi eum vacare credam, qui non vacat sibi? Idem firmatur exemplo probitatis Ioannis Baptistæ, de quo dicitur Marci capitulo sexto, quòd Herodes metuebat Ioannem Baptistam sciens eum virum iustum & sanctum, & audito eo, id est habito eius consilio multa faciebat, & libenter eum audiebat. Expedit ergo verum principis, & ciuitatis consultorem esse virum probum.

Consultores oportet esse veraces, & non adulatores.

Secundò oportet, quòd sint veraces, & non adulatores: nam dum principi, aut populo placere student, non vera & expedientia consulunt, sed ea, ex quibus se gratos exhibeant, & commoda propria procurent. Et sic principem, ac ciuitatem, suis adulationibus exponunt discrimini. Tales fuerunt consultores Saul contra Dauid, de quibus Dauid ipse conqueritur in primo Regum capitulo vigesimoquarto, vbi clamans ad Saul inquit, Quare audis verba hominum loquentium, scilicet adulatoriè, Dauid quærit malum aduersum te. Tales fuerunt consultores Achab regis Israël, vt legimus in tertio Regum capitulo vigesimosecundo, qui consulebant ei, vt ascenderet in Ramoth Galaad, & deceperunt eum. Solus autem Michæas fuit verax consultor, sed auditus non fuit, ideo in prælio illo interfectus fuit Achab. Vide tu.

Consultores oportet omnium amicos esse & existimari.

Tertiò oportet eos esse, & existimari veros amicos, & beneuolos principis, ac populi: nam amicitia fidem parit. Vnde sicut inimicitia odiosum, & ingratum, & suspectum reddit consilium, sic amicitia operatur oppositum. Vnde inquit Diuus Ambrosius in libro tertio, de officiis, In acquirendis consiliis plurimum adiungit vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vsus, facilitatis gratia. Et Diuus Gregorius in primo libro Registri inquit, Nullus fidelior tibi ad consilium esse potest, quàm qui non tua, sed te ipsum diligit. Hac de causa Dauid maximè confidebat in consilio Chusi Arachite. Vnde, vt legimus in libro secundo Regum, capitulo decimoquinto, remisit eum Dauid in Hierusalem pro suo fidissimo consultore contra Absalon.

Consultores prudẽtes ac ex natura sagaces esse opus est.

Quartò oportet eos esse prudentes, & natura sagaces: nam vt docuimus in sexto Ethicorum, vna pars prudentiæ est eubulia, id est virtus bene consiliatiua. Præcipuè autem oportet consultores ciuiles vigere prudentia, & sagacitate in consiliis, in quibus agitur de instituendis legibus, & decretis. Quod confirmat Aristoteles in primo Rhetoricorum, vbi inquit, Ad ciuitatem tutandam non minimum est ciuem legislationis esse sagacem, nam salus ciuitatis in legibus sita est.

Consultores oportet peregrinarum legũ esse cognitores.

Quintò oportet eosdem in consiliis proferendis, legibus, esse peregrinarum legum cognitores. Vnde dicit Aristo. in primo Rhetoricorum, Ad ferendas leges, peregrinationes quibus multarum gentium leges cognosci possunt, perutiles sunt. Et ratio quidem huius est: quoniam vt docuimus in decimo Ethicorum, Tractatu secundo, capitulo quinto, in fine, oportet legislatorem ciuilem esse multæ experientiæ, & cognoscere quæ leges, & statuta conueniant ciuitati, in qua constituitur legislator, & quæ non. Id autem cognoscere nõ poterit, nisi multarum gentium expertus fuerit mores, & varios viuendi modos, ex quibus sumat quos viderit ciuitati expedire, & alios respuat. Sicque ex variis legibus externis conflabit vnam ciuitati proportionatam, resecando superflua, & addendo diminutis.

Consultores oportet in historiis esse exercitatos.

Sextò oportet publicum, & ciuilem consultorem in historiis tam domesticis quàm extraneis esse exercitatum. Vnde dicit Aristot in primo Rhetoricorum, Ad publica consilia diligenter præscripta rerum gestarum historia perutilis est: & ratio huius est, quoniam consultor versatur circa contingentia singularia, in quibus optima ratio consulendi est argumentum sumptum ab exemplo. Exempla autem rerum gestarum non habentur nisi ex viuentium memoria, aut ex conscriptis historiis. Optimum est ergo ad consulendum, & persuadendum in publicis negociis historias habere rerum gestarum, siue in memoria, siue in scriptis. Et quidem quòd id præcipuum sit in consultando tam in malis euitandis, quàm in bonis prosequendis, exemplum nobis patet in Scripturis sanctis. Nam vt legimus in secundo Regum capitulo vndecimo, Dauid volens reprehendere Ioab, vt de futuro caueret ne ad muros præliaretur, exemplum dedit de Abimelech dicens, Quare accessistis ad murum, vt præliaremini? An ignoraoatis, quòd multa desuper ex muro tela mittantur? Quis percussit Abimelech filium Hieroboal? Nónne mulier super eum fragmen mollæ misit de muro, & interfecit eum in Thebes? & Mathathias pater Machabæorum, vt legimus in primo Machabæorum, capitulo secundo, exemplis patrum consuluit, & suasit filiis suis, vt præliarentur contra iniquos, & idololatras propter defensionem patriæ, & diuinum honorem. Vnde inquit, Nunc ergo filij æmulatores estote legis, & date animas vestras, pro testamento patrum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, &c. Vide tu illic, vbi recitat exempla Abraham, Ioseph, Phinees, Iosue, Caleph, Dauid, Heliæ, Ananiæ, & sociorum, & Danielis, &c.

Consultores non veloces, sed magis graues esse debẽt in consulendo.

Septimò oportet ciuiles consultores esse graues, & non veloces in consulendo, sed tardos. Vnde inquit Arist.

in 6. Eth

in 6. Ethicorum, Conſiliata oportet operari velociter, conſiliari autem tardè. Et Seneca in Prouerbiis inquit, Sunt duo contraria conſilio, feſtinatio & ira. Deliberandum eſt diu, quicquid ſtatuendum eſt ſemel. Hac de cauſa non expedit iuuenes eſſe ciuiles conſultores, ſed quos prima attingit ſenectus, quæ media exiſtit inter virilitatem & decrepitam. Eſt enim inuetus ex calore in omnibus velox. Senectus autem ex remiſſione caloris, & longa experientia tardior. Et quòd ſenectus aptior ſit conſiliis patet Eccleſiaſtici cap.36. Quàm ſpecioſum caniciei iudicium, & à presbytero cognoſce conſilium.

Conſultores oportet eſſe taciturnos, ac ſecretos.

Octauò oportet eos taciturnos eſſe, atque ſecretos, præcipuè vbi de principatus ſtatu, & negociis agitur: nam ſi quæ per conſilium diſpoſita ſunt, reuelata fuerint, ſæpenumero, & de facili impediuntur: exemplum habemus in ſecundo Regum, cap. 17. de conſilio habito coram Abſalon contra Dauid, quod Ghuſi Arachites reuelauit per nũcios Dauid, ex cuius reuelatione perditus eſt Abſalon, & ſaluatus Dauid cum populo, & ſenioribus qui cum eo erant. Quanta autem ſit laus ciuilium conſultorum, ſi taciturni ac ſecreti fuerint, teſtatur Valerius in ſecundo lib. de inſtitutis Antiquis, vbi inquit, Fidum & altum erat Reipub. conſilium, ſilentij ſalubritate munitum atque valatum. Cuius limen intrantes abiecta priuata charitate, ita publicam induebant, vt non dicam vnum, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum. Conſtat igitur tibi quales oporteat principem Chriſtianum aſſumere ſibi ciuiles conſultores. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

TRACTATVS QVARTVS, De Iudicio Ciuili.

POSTQVAM determinatum eſt de conſilio ciuili, quo dirigi & regulari debet Chriſtianus princeps in agendis, oportet nunc conſiderationem facere de prætorio, ſiue iudicio publico. Neque enim ſufficit ad hoc, quòd ſubditi iuſtè, & pacificè, & ſine calumnia viuant, aſſumere ciuiles conſultores: conſilium enim vt ſic executionem non facit, ſed neceſſe eſt iudices inſtituere, & prętores, ad quos cauſæ, & lites, ac differentiæ ciuiles, necnon & criminoſæ reducantur, agitentur, & per ſententiam diffinitiuam terminentur, ſiue ſecundum leges, ſiue ſecundum prudentiam, & rectum iudicis arbitrium. De huiuſmodi igitur iudicio, quod prætorium famosè appellatur, in præſenti Tractatu agere decreuimus: quem diuidimus in quinque capita.

Primò, quot requirantur ad verum iudicé, quem Chriſtianus princeps inſtituet, pro iudicandis ſubditis, tam in ciuilibus, quàm criminoſis.

Secundò, quæ cauere debet verus iudex, ne inclinetur ad iudicium non rectum.

Tertiò, quot deceat iudicem Chriſtianum conſiderare, vt magis ſe inclinet ad clementiam, quàm ad duram ſeueritatem, ſeruata tamen æquitate iuſtitiæ, & prætermiſſo rigore.

Quartò, quòd princeps iudicibus inſtitutis præcipiat, vt quæcunque potuerint, determinent ſecundum legem, ſub qua ſubditi viuunt, in paucioribus autem iudicent ſecundum arbitrium, in quibus, ſcilicet, non habetur determinatio legis.

Quintò, quòd prohibeat iudici, ne audiat ſermones inductiuos eum ad paſſiones.

CAPVT I.

Quot requirantur ad verum iudicem inſtitutum ſuper populum Chriſtianum pro iudicandis cauſis, tam ciuilibus, quàm criminoſis.

Ad iudicem verũ quatuor requirũtur.

IN cap. primo intendimus declarare quot requirantur ad hoc, quòd verus iudex inſtitutus ſuper Chriſtianum populum iuſtè iudicet in cauſis ad tribunal ſuum reductis, ſiue ciuilibus, ſiue criminalibus. Tu igitur aduerte, quòd in genere quatuor requiruntur. Primò, authoritas iudicandi. Secundò ſcientia legum, ſecundum quas habent iudicare. Tertiò experientia humanorum contingentium. Quartò rectitudo voluntatis.

Iudici neceſſaria eſt authoritas vel à Deo, vel ab hominibus.

Quantum ad primum aduerte, quòd nullus hominum habet à ſe iudicandi poteſtatem, ſed eam accipit. Primò à Deo omnium rege & Domino. Vnde dicitur Prouerb. c. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, & inquit Paulus ad Ro. ca. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo. Verus ergo princeps authoritatem regitiuam, & poteſtatem iudicandi ſumit à Deo. Ad ipſum ergo ſpectat regere, & iudicare populum per ſeipſum quandiu poteſt, vel per alios ſui vicarios ſi per ſeipſum non poteſt. Vnde Moſes, vt legimus Exodi cap. 18. conſultus à Ietro cognato ſuo, conſtituit ſuper populum viros ſapientes, & timentes Deum, qui vt vicarij ſui iudicarent populũ omni tempore. Et Samuel cùm ſenuiſſet inſtituit filios ſuos iudices in Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, vt legimus in 2. Paralip. cap. 19. conſtituit iudices terræ, in cunctis ciuitatibus Iuda. Oportet ergo iudices in principatu conſtitutos, authoritatem ſumere iudicandi, & agendi à principe, aliter non iuſtum, & approbatum facerent iudicium, ſed vſurpatum & violentum, quod potiùs eſt tyrannicum quã ciuile.

Iudex quàm neceſſaria ſit omnium, ac ſcientia legum.

Quantùm ad ſecundum aduerte, q̃ omne iudiciũ verũ ſecundum aliquam legem diuinam, vel humanã ſcriptam, vel ore prolatam ferendum eſt, quæ quidem lex ſi ignoratur à iudice, ſe habet iudex in ferendo ſententiã, ſicut medicus in potando infirmum ignorans medicinalis peritiæ canones, & tunc fiet iudiciũ temerarium, quo nil peius in Repub. Chriſtiana, & hoc eſt iudicium quod reprehendit dominus, Iſaiæ c. 28. dicens, Neſcierunt videntem, ignorauerunt conſilium, id eſt non cognouerunt Deum omnia videntem, & ignorauerunt, quia intelligere non curarunt legem iuſtitiæ, ſecundum quam proferrẽt iudicium.

Iudici neceſſaria eſt humanorum cõtingentiũ experientia.

Quantum ad tertium aduerte, quòd cùm iudicium verſetur circa ſingularia ſicut & conſilium, non ſufficit iudici ſcire vniuerſalem legis diſpoſitionem, ſed ſcire applicare ad cauſas dietim contingentes, ſicut non ſufficit medicos ſcire canones vniuerſales medendi, ſed ſcire applicare hũc, vel illi infirmo conſideratis circunſtantiis infirmantium. Hæc autem ſcientia applicandi haberi non poteſt, niſi longa, & diligenti experientia: ergo oportet iudicem non ſolùm ſcire legem ſecundum quam habet iudicium ferre, ſed eſſe diu expertũ, aliter ex leui probatione, vel præſumptione feret iudicium inſtabile, quod vel erit iniuſtum, vel de facili ſubuertetur, & quoniam experientia humanorum agibilium non niſi longo tempore poteſt haberi: ideo extremæ dementiæ eſt inſtituere iudicem in iuuenili ætate conſtitutum, qui nuper ſcholas egreditur, & pro libito vixit. Hac de cauſa non fuerunt approbati, vt potè inexperti, & deſideriis ſuis ſatisfacientes ac indulgentes filij Samuelis, quos cùm ipſe ſenuiſſet inſtituit loco ſui iudices ſuper Iſrael. Vide tu in 1. Reg. c. 8. Expedit ergo iudices inſtituere, qui ſint in limine ſenectutis conſtituti: quoniã experientiã varietatum circa humanos caſus habere potuerunt, & grauiores exiſtent in proferendis ſententiis. Ideo dicitur Eccleſiaſtici cap. 25. Quàm ſpecioſum caniciei iudicium. Ergo iuuenile iudicium non eſt ſpecioſum. Propterea inquit Ariſtot. in 3 Topicorum, Nemo eligit iudices iuuenes, aut duces, quoniam non conſtat eos prudentes eſſe, ſed eligit ad fortitudinem.

Oportet iudicem habere in iudicãdo rectam ſimplicitatem.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd in iudice non ſufficiunt authoritas, legum peritia, longa experientia, ſed neceſſe eſt ad iudicij rectitudinem bonam volũtatem habere, & iuſtitiæ zelum. Quæ quidem voluntatis bonitas, & iuſtitiæ zelus tandiu ſeruari poſſunt, quandiu ſtat medius iudex inter partes. Quòd ſi ad alteram partem declinauerit: iam non eſt rectus iudex. Se habẽt enim iudex, vt regula recta quæ quandiu in rectitudine perſeuerat regula eſt, ſi autem ad partem deflectitur, iam deſinit eſſe regula. Sic arbitrandum eſt de iudice declinante à rectitudine iuſtitiæ, & tunc quodcunque protulerit iudicium non æquum ſed iniquum, & obliquum habendum eſt. Neque enim ſecundum rectitudinem rationis, ſed motu paſſionis, putà odij, timoris, iræ, cupiditatis, &c. vt tibi declarabitur in capitulo ſequenti. Conſtat igitur quot ſint in genere requiſita ad verum iudicium. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT II.

Quot præcauere debet Chriſtianus iudex, ne à vero & recto iudicio declinet.

IN capitulo ſecundo manifeſtanda ſunt quæ & quot præcauere debet Chriſtianus iudex, ne dum iudicat à re-

Iudex septem summopere fugere & præcauere debet.

ctitudine iustitiæ decline t. Tu igitur aduerte, quòd in genere à septem præcauere debent.

Primò ne faciant ipsi legem ex sua apprehensione, secundum quam iudicare velint.

Secundò ne ex leui & fallaci fundamento sententiam proferant.

Tertiò ne festinanter, & impetuosè ad sententiam deueniant.

Quartò caueant à muneribus ante terminationem causæ.

Quintò comprimant quatuor passiones, ex quibus plerunque humanum subuertitur iudicium, quæ sunt timor, cupiditas, amor, odium.

Sextò caueant ab acceptatione personarum.

Septimò inclinent se ad defensionem eorum, qui vt in pluribus carent humano fauore, & de facili opprimuntur propter impotentiam, quales sunt pauperes, peregrini, viduæ, pupilli.

Iudices cauere debẽt ne faciant ex se legẽ secundum quam iudicent.

Quantùm ad primum aduerte, quòd nónulli reperiuntur adeò sapientes in oculis suis, quòd solos suos cogitatus approbant, & quascunque leges examinant, corrigunt, & pro suo sensu intelligi volunt, & iuxta eorum sensum iudicant, nec alieno etiam saniori sensui cedunt. Isti vt pestis vitandi sunt, nec pro iudiciis ferendis tollerandi sunt: quoniam aliud pro lege non sciunt, nisi sui capitis inuentum. Hosreprobat Dominus, Isaiæ capitulo quinto, Væh qui dicitis malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. & capit. decimo, Væh qui condunt leges iniquas, scilicet ex suo inuentu, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent pauperes in iudicio, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium? &c. Non oportet ergo Christianum iudicem ex authoritate sibi data ad iudicium procedere pro arbitrio voluntatis suæ, quam vt legem sibi statuit, sed iuxta diuinam, aut humanam rectè statutam, & firmatam, sub qua subditi viuere consueuerunt, & hæc est doctrina diui Ambrosij super Psalmum, Beati immaculati, vbi inquit, Bonus iudex ex arbitrio suo nihil facit, & proposito suæ voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, sed sicut audit, ita iudicat, sicut se habet rei natura decernit, obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causæ merita, non mutat. Discite ergo seculi iudices: quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam sobrietatem, quam synceritatem.

Caueat iudex ne leuis ex causis sententiam proferat.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd etsi coniecturalis cognitio admittatur in consulendo, non tamen sufficit iudicando, sed oportet iudicem certam & determinatam, ac debitè resolutam habere noticiam de causa, super quam ferendum est iudicium. Et ratio huius diuersitatis est, quia consilium non obligat consultum ad exequendum, obligat autem iudicium personam iudicatam. Ideo ante iudicium aduertat iudex ne leui fundamento iudicium proferat. Sed Deum absconditorum cognitorem ante oculos habeat, & attendat quod dicitur Sapientiæ capitulo sexto, Audite reges terræ, & intelligite, discite iudices finium terræ, Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet.

Iudices caueant ne festinanter & impetuosè sententiã proferant.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd tarditas tam in cõfilio quàm in iudicio necessaria est: in consilio quidé, quoniam, vt docuimus in Tract præcedenti, deliberandum est diu, quicquid statuendum est semel, longè autem amplius necessaria est in iudicio, quoniam non nisi tardè, & grauiter sufficiens potest haberi noticia causæ super quam ferendum est publicum iudicium. Ideo caueat Christianus iudex, ne præceps, & festinus ad iudicium præcipuè condemnatiuum procedat. Sed imitetur Iob cap. 29. dicentem, Causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Super quod exponens, inquit diuus Gregorius Ad proferendam sententiam nunquam præcipites esse debemus, ne indiscussa temerè iudicemus, nec quælibet mala audita nos moueant, nec passim sine probatione credamus.

Iudici nil detestabilius quàm esse munerum amatorem.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd in Scriptura sacra nil execrabilius reperitur in iudice, quàm munerum, & pecuniæ receptio ante determinationem causæ: nam ex experientia apud quemcunque sanæ mentis, hæc consequentia pro maiori parte valet, Iudex nummos, & donaria preciosa recipit, ergo decidit à rectitudine iustitiæ, & ratio quidem huius consequentiæ est triplex. Primò quoniam donum est obligatiuum erga donantem: nam, vt docuimus in 8. Ethicor. qui recipit beneficium, benefacienti iure debet. Ex eo ergo, quòd iudex ab altera parte recipit donum, vel si ab vtraque recipit, preciosius tamen ab altera, suadet sibi ipsi debitorem se constitutum parti donanti, vel magis donanti, & ne videatur immeritus, studet omni ingenio declinare ad partem quæ dona obtulit. Secundò quoniam munera preciosa, & præciuè pecuniatiua, reputantur præcipuum lucrum: quoniam per ipsam omnia fiunt. Cùm igitur ex natura corrupta sint omnes homines lucri cupidi, & maximè vbi absque labore est facultas lucrandi, iudex recipiens donum pecuniatiuum, ex cupiditate naturali excitatur ad maius lucrum, & ideo non attendens quid iustitiæ congruat suscepto munere pretioso cum spe iterum recipiendi, fauet parti donanti: vel plus donanti, siue iustum, siue iniustum sit. Tertiò tanta est vehementia cupiditatis in habendo, & acquirendo, quòd rationem velat & obũbrat. Propter quod cùm in iudice præualuerit, velut ebrius, & insensatus sententiam præcipitat. Caueat ergo Christianus iudex à muneribus, vt mortificatiuo totius iustitiæ veneno.

Vt autem scias quantùm sacra Scriptura detestatur in iudice munera, & veri sapientes, lege Deute. capi. 16. vbi sic habemus, Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent: non accipies personam nec munera quoniam munera excæcant oculos sapientum & mutant verba iustorum. Idem iam mandatum fuerat à Deo, Exodi capitulo 23. vbi sic legimus, Nec accipies munera quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Idem confirmatur inter maledictiones vniuersales datas populo. Nam Deut. capitu. 27. sic legimus, Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis, & dicet omnis populus, Amen. Hac de causa Israël reprobauit filios Samuelis constitutos ab eo iudices super populum: nam in primo Regum capit. 8. sic legimus, Cùm senuisset Samuel posuit filios suos iudices in Israël, & non ambulauerunt filij illius, in viis eius, sed declinauerunt post auariciam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. Eadem causa comminatur Dominus per Isaiam capit. 5. Væh qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo, propter hoc sicut deuorant stipulam ligna ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet.

Quantùm autem detestentur veri sapientes hanc munerum corruptionem in iudice declarat Isidorus in lib. 3. de Summo Bono, vbi inquit, Diues muneribus citò corrumpit iudicem. Pauper autem dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Citò violatur auro iustitia, nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Et in libr. primo Soliloq. inquit, Perimit leges auaricia iudicantium, præmia & dona legibus iura tollunt, vbi que pecunia vincit, vbique vænale iudicium est.

Iudicium humanum quatuor passionib⁹ peruersũ redditur quibus oportet iudices esse maximè mortificatos.

Quantùm ad quintum aduerte, quòd ex doctrina Aristotelis in primo Rhetoricorum, non oportet in iram, aut in inuidiam, aut in misericordiam impellendo à recto iudicem flectere, ne similes ei simus, qui eam, qua vsurus est, regulam prius inflectit. Pro cuius notitia aduerte, quòd inter omnes humanas passiones, vt docet Isidorus in libr. 3. de Summo Bono, quatuor sunt, quibus sæpenumero humanum peruertitur iudicium, scilicet, Timor, Cupiditas, Odium. Amor. Timore quidem, dum metu potestatis alicuius, veritatem loqui expauescimus. Cupiditate, dum præmio muneris alicuius corrumpimur. Odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur.

Amore

Amore dum amico, vel propinquis placere contendimus. Et ratio propter quam huiuſmodi paſſiones flectunt iudicem,& faciunt declinare à rectitudine eſt hæc, Sicut ſe habere debet lingua in guſtando ſapores contrarios, ſic iudex in iudicando inter partes oppoſitas.Sed experimur quòd oportet linguam guſtatiuam contrariorum ſaporum denudatam eſſe ab vtroque contrario,nam ſi altero infecta fuerit, de altero verum guſtum non habebit. Docuimus enim in tertio de Anima,quòd intus apparens prohibet extrinſecum.Hinc eſt quòd lingua febricitantis reſperſa humore cholerico iudicat dulce eſſe amarum,& reſperſa flegmate iudicat amarum eſſe dulce. Si autem vtroque depurata fuerit iudicabit vt eſt. Ergo à ſimili ad hoc,quòd iudex verè iudicet inter partes, oportet ipſum denudatum eſſe ab affectu vtriuſque partis tam ab affectu bono,vt ab amore & miſericordia,quàm à malo,vt ab odio,& timore,& inuidia, &c. Nam ſi aliquo talium affectuum actuatus fuerit,quaſi regula tortuoſa,& lingua infecta peruerſè iudicabit. Et tunc impletur illud Iſaiæ capitulo quinto, Væh qui dicitis malum bonum, ponentes tenebras lucem,& lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Et quoniam rari inueniuntur ab his affectibus denudati,ideo vt inquit Cicero in libro de Oratore, plura multò homines iudicant odio, aut amore,aut cupiditate,aut iracundia,aut dolore,aut lætitia,aut ſpe,aut timore,aut errore,aut aliquâ promotione mentis,quàm veritate.Vt ergo Chriſtianus iudex ſit recta regula inter partes, comprimant prædictas animi paſſiones.

Iudices perſonarũ acceptores eſſe non debent.

Quantùm ad ſextum aduerte cùm iudices humani ſint vicarij, & miniſtri primi iudicis, qui eſt Deus benedictus, ipſi in iudicando conformari tenentur, & eas circunſtantias obſeruare debent, cum quibus & non aliter data eſt ſibi iudicandi poteſtas. Sed Deus benedictus æqualiter reſpicit omnes homines cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, ſiue nobiles, ſiue ignobiles, ſiue pauperes, ſiue diuites. Dicit enim Ezechielis capitulo 18. Omnes animæ meæ ſunt.propter ſola merita, & demerita inæqualiter iudicat, vt legimus in eodem capitulo. Vide tu. Ergo Chriſtianus iudex, in hoc Deo benedicto conformari debet,& vt ſciret hanc eſſe diuinam voluntatem, ſæpenumerò in Scriptura ſacra prohibet iudici acceptionem perſonarum: quoniam huiuſmodi acceptio, ſiue reſpectus plerunque parit iniuſtitiam iudicij. Dicit igitur Deus benedictus, Leuitici capitulo decimonono, Non conſideres perſonam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuſtè iudica populo tuo. Et Deuterono. capitulo primo, Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis,vt magnum,nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt,id eſt vice Dei iudicatis, qui perſonam non accipit. Et capitulo 16.inquit, Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis,& infrà,Non accipies perſonam, &c. Iuſtè quod iuſtum eſt proſequeris,vt viuas & poſſideas terram, quam dominus Deus tuus dederit tibi. Et in libro Paralipom. ſecundo,capitulo 19,inquit Ioſaphat rex ad iudices quos conſtituerat,Non exercetis iudicium hominis,ſed Dei,quaſi dicat, Non eſtis vicarij mei in iudicando, ſed Dei primi,ac iuſtiſſimi principis,& iudicis: non eſt autem apud Dominum Deum noſtrum iniquitas,nec perſonarum acceptio,&c.Caueat ergo Chriſtianus iudex, ne propter reſpectum perſonæ declinet à rectitudine iudicij.

Apud iudices maxima cura eſſe debent pauperum & pupillorũ, viduarum ac peregrinorum iudicia.

Quantùm ad ſeptimum aduerte, quòd ſicut Deus non dedit præceptum de diligendo ſeipſum, ſed de proximo, quoniam vnuſquiſque inclinatur ad dilectionẽ ſui ipſius, & plerunque magis quàm oportet,non ſic autem ſe habet erga proximum, quoniam pro leui aduerſatur, & nocet illi.Ita non præcipit humano iudici,vt curam habeat de conſanguineis, de amicis, de diuitibus à quibus lucrari poſſunt: nam erga huiuſmodi de facili inclinantur, & fortè pluſquàm iuſtitia requirat, ſed præcipit de peregrinis, de pauperibus, de pupillis, de viduis: quoniam plerunque patiuntur calumniam, & opprimuntur propter defectum ſubſidij, & iuſti fauoris. Hos igitur reſpicere debet Chriſtianus iudex, vt pater filios, & pius medicus miſerandos. Hac de cauſa in Scriptura ſacra crebra fit increpatio, & comminatio contra iudices, manifeſtaturque diuina ira,& indignatio contrà eos. Dicitur Deuterono.cap. 18. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ,pupilli,& viduæ. Et Dauid in Pſalmo, Vſquequò iudicatis iniquitatem,& facies peccatorum ſumitis? Iudicate egeno & pupillo,humilem,pauperem iuſtificate,& eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Et Eccleſiaſtici capitulo quarto, In iudicando eſto pupillis,vt pater miſericors, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altiſſimi obediens,& miſerebitur tui magis quàm mater. & Hieremiæ capitulo 5. Cauſam viduæ non iudicauerunt,cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.Nunquid ſuper his non viſitabo?dicit Dominus,aut ſuper gentem huiuſmodi non vlciſcetur anima mea? Conſtat igitur tibi quæ & quot ſint, à quibus præcauere debet Chriſtianus iudex ne in iudicio declinet à rectitudine iuſtitiæ. Hæc de præſenti capitulo dicta ſint.

CAPVT III.

Quod deceat Chriſtianum iudicem conſiderare,vt magis declinet ad clementiam quàm ad oppoſitum,& c.

IN tertio capitulo inueſtiganda ſunt illa, quæ inclinare debent Chriſtianum iudicem magis ad clementiam quàm ad ſeueritatem,ſeruata tamen æquitate iuſtitiæ & prætermiſſo rigore. Tu igitur aduerte quòd ex doctrina Ariſt.præcipua ſunt ſeptem.

Primò eſt humanæ naturæ fragilitas.
Secundò prius legiſlatoris,& legis intellectus.
Tertiò ignorantia,vel paſſio peccantis.
Quartò multitudo bonorum operum.
Quintò patientia Rei.
Sextò corrigibilitas delinquentis.
Septimò ſubiectio,& humilitas peccantis.

Iudex in iudicando conſiderare debet humanã fragilitatem.

Primum quidem eſt humanæ naturæ fragilitas: nam vnuſquiſque in ſe experitur quàm debilis, & mutabilis ſit ex bono ad malum,& econuerſò, & pronior ſit ad malum,quàm ad bonum poſt innocentiæ ſtatum, ſicut etiam legimus Geneſis capitulo ſexto. Iudex ergo cùm & ipſe homo ſit,memor exiſtat naturæ fragilis, & dummodò ex ſua clementia non in peius exurgant delinquentes,præcipuè vbi de pace,& bono vniuerſali agitur. Et aduertat authorem noſtræ legis Chriſtum Ieſum, ad viam clementiæ ſemper declinaſſe, nam præſentata adultera lapidanda ſecundum legem Moſi rigoroſam, Ioannis capitulo octauo,non dixit, Lapidetur, ſed memor naturæ fragilis, dixit ad Phariſæos ſeueros, Qui ſine peccato eſt, primus in eam lapidem iaciat. Paulus eandem methodum ſecutus ſcribens ad Gala.capitulo ſexto inquit, Vos qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi, id eſt, delinquentes inſtruite in ſpiritu lenitatis, & clementiæ, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris: quoniam,ſcilicet, & tu es eiuſdem naturæ fragilis,& ſicut ille peccauit,ſic & tu:ergo oportet Chriſtianum iudicem magis declinare ad pietatem quàm ad oppoſitum, vt in hoc ſit primi iudicis Dei benedicti imitator,cuius Chriſtianus iudex eſt vicarius,& miniſter.Inuenies autem in Prophetis Deum maximum magis iratum contra iudices, & paſtores populi ſui propter auſteritatem, quàm propter clementiam. Vnde dicit Dominus Ezechielis capitulo trigeſimoquarto, Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, quod fractum eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt,non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſt paſtor, &c. Acceptabilius ergo eſt Deo miſericordi, iudicem declinare ad clementiam quàm ad oppoſitum. Quod intellige,ſaluo diuino cultu, & ſtatu Reipublicæ. Nam qui Dei cultum conculcant, vt mali & falſi ſacerdotes,blaſphemi, & hæretici,& idololatræ,quàm citius exterminandi ſunt, & qui contra vniuerſalem ſtatum veri principis, & ciuitatis inſurgunt, abſque mora, & remiſſione caſtigandi ſunt. Præferendum eſt enim diuinum bonum, & humanum publicum, bono & ſaluti vnius deprauatæ perſonæ,quæ vt fera in ciuitate viuit. Hac de cauſa commendatur Moſes Exodi capitulo trigeſimoſecundo, quoniam ex zelo diuini cultus, quem præuaricauerat populus adoratione vituli aurei, congregauit filios Leui, ad occiſionem idololatrarum. Vide tu. Idem fecit Numeri capitulo 25. Dixit enim ad iudices Iſraël, Occidat vnuſquiſque

pro

proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. In eodem cap. commendatur Phinees filius Eleazari sacerdotis, eò quòd zelo Dei occidit Israëlitam ingredientem lupanar, & coeuntem cum Moabite idololatra. Vide tu. Laudatur & Dauid in secundo Regum cap. 20. qui pro pace regni sui, & comprimenda arrogantia Sibæ filij Bochri viri seditiosi, & qui iam separauerat decem tribus ab obedientia Dauid, dispositi ipsum persequendum nec cessandum donec comprehenderetur, & daret pœnas malitiæ suæ, & sic actum est per Ioab principem excercitus Dauid. Vide tu in eodem cap. Constat ergo tibi, quomodo iudex Christianus inclinari potiùs debet ad clementiam quàm ad seueritatem considerata hominum fragilitate, nisi ad sit lactura diuini honoris, & boni publici.

Iudices in iudicando attendant præcipuè intentionẽ legislatoris.

Secundum autem est pius & rationabilis tam legislatoris quàm ipsius legis intellectus. Pro cuius noticia aduerte, quòd si legislator semper viueret, deducerenturque ad eum omnes causæ iudicandæ & præcipuè punitiuæ, priùs examinaret vitam & mores rei, quàm contra eum sententiam ferret, quòd si inueniret eum deprauatum, & diu malè viuere, seuiorem se ostenderet in sententia punitiua. Si autem non ex malo habito, sed passione, aut occasione sibi data cognosceret ipsum deliquisse, remissius se haberet in castigatione. Cùm igitur iudex vicarius sit legislatoris, & minister, antequàm sententiam ferat, induat legislatoris personam, interpretans eius intentionem, ac si adesset examinatis conditionibus rei, quem si nõ deprauatæ vitæ inuenerit, mitiùs agat, si aliter seueriùs: & aduertatur Christianus iudex, ne secundum nuda legis verba iudicet: quoniam ad terrorem peccantium solet nonnunquam lex verbis seueris promulgari, quam tamen non intendit legislator iuxta verba seruari, nisi prius examinata conditione personæ: Nam non esset iustum homicidam aggressorem & homicidam prouocatum ex damno sibi dato, æquè seuerè iudicare. Hac de causa dicit Aristoteles in primo Rhetoricorum, quòd iudex potiùs respicere debet ad legislatorem, quàm ad legem, id est potiùs debet respicere, quid faceret legislator, si esset præsens, quàm verba legis, vt sonant.

Ex pia ergo legislatoris & legis interpretatione, declinare debet pro loco & tempore, & pro personæ qualitate magis ad æquitatem, quàm seueritatem.

Iudex attendere debet magis motum peccantis quàm peccatum.

Tertium est ignorantia, vel passio peccantis. Pro cuius notitia aduerte, quòd peccatum quantò magis voluntarium est, tantò grauius castigandum, ex opposito autem quantò minùs voluntarium, tantò remissius puniendum, omnis enim peccati radix est ipsa voluntas. Nullum est enim peccatum, nisi pro aliquo gradu sit voluntarium, vt docuimus in Parte tertia Moralis Christianæ. Illud autem peccatũ est simpliciter voluntariũ, quod ex proposito firmato, & propria electione quibuscunque consideratis perpetratur, & hoc est peccatum ex malitia, quod est minùs dignum miseratione. Illud autem est voluntarium secundum quid, quod ex passione iræ, aut amoris, aut timoris, aut inconsideratione, aut mala suasione, aut malo cõsilio, potiùs quàm ex propria electione commissum est, & hoc est dignius miseratione. Igitur Christianus iudex in puniendo, non actum simpliciter, sed electionem & voluntatem peccantis attendere debet. Vnde & Arist. in primo Rhetoricorum inquit, Iudicantem respicere oportet non actionem, sed electionem.

Peccatum quò magis voluntarium fuerit eò minus miserandum.

Et quidem quod peccatum ex proposito, & electione sit minus miserandum, constat ex diuina lege. Nam Exodi ca. 21. sic legimus, Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur: quod autem peccatum non ex electione, sed passione, aut inaduertentia perpetratum, sed passione castigandum, constat ex diuina lege, nam in lib. Numeri c. 35. designantur vrbes refugij, ad quas confugiant homicidæ non ex electione, & proposito, & ibi saluentur vsque ad mortem summi sacerdotis, qui pro tempore fuerit, & post eius mortem reuertentur ad propria. Manifestum est igitur tibi, quòd ignorantia & passio peccantis inclinare debet iudicem ad mitiùs agendum cum eo.

Iudicem oportet nõ modò deinquentis peccatum attendere sed omnia illius bona opera.

Quartum est multitudo bonorum operum. Pro cuius noticia aduerte quòd nonnulli adeò malè nati, & educati sunt, quod nesciunt nisi malè, & sceleste viuere, vt qui videntur ex natura fures, aut oppressores, aut homicidæ, aut falsarij. Qui rarò vel nunquam, vel absque proposito bonum opus faciunt, isti quàm citiùs tollendi sunt de medio, veluti humana pestis, & hęc est intentio diuinæ legis, vt patet Leuitici cap. 19. Nonnulli verò vtpotè bene nati atque eruditi, bene & moraliter, & absque Dei, ac proximi iniuria viuunt, sed quàm rarò, aut semel ex fragilitate, vel malo consilio, vel ad extremam impatientiam prouocati aliquod perpetrant malum. Cum his igitur iudex clementiùs se habeat, considerans non solùm hunc actum malum, sed totam eorum vitam in qua pro maiori parte, bene & laudabiliter operati sunt. Vnde inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, Oportet iudicem respicere non ad partem, sed ad totum, id est, non solùm hunc actum malum nunc perpetratum, sed ad totam vitam, in qua bene operatus est. Et in eodem loco magis declarans propositum inquit, Oportet iudicem aduertere, non qualis nunc est accusatus, sed qualis fuit semper pro tempore præcedenti. Et quidem huius doctrinæ confirmationem habemus in Scriptura sacra. Nam vt legimus in libris Regum, noluit Deus ignoscere Ieroboam, neque Achab, neque illi maledictæ Iezabel, quoniam semper mali fuerunt. Pepercit autem Dauid & Ezechiæ, quoniam etsi in aliquo defecerunt, tamen conuersi sunt ad Dominum in toto corde suo.

Iudex debet Reipatientiam in substinendo attendere.

Quintum est patientiam Rei. Nam si Reus accusatus, & conuictus, & à iudice sententia punitiua condemnatus, constanti animo, & absque murmure pœnam patienter subit, naturaliter inclinat iudicem ad commiserationem. Et si est in iudicis potestate illam minuere, aut breuiãre (ni si sit inhumanus) eam minuit. Vnde inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, Indulgendum est inhumanis, si contingat patienter ferre.

Iudices attendere debent, num delinquentes parati sint ad correctionẽ.

Sextum est corrigibilitas delinquentis: nam sicut incorrigibilitas exasperat iudicem sic oppositum est linitiuum. Si igitur aduertit iudex eum qui peccauit paratum ad emendationem, de facili est illi indulgendum, & talibus aliquando sufficit sola reprehensio, nec maiori pœna mulctandi sunt, nisi iterum delinquant. Vnde inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, debet iudex humanius indulgere, si credit peccantem velle potius iudicari sermone, quàm opere, id est, si carior sibi est increpatio ad correctionem quàm pœna infligenda, & hoc præcipuè valet in defectibus infamatoriis apud personam erubescitiuam.

Peccantis humilitatem debet iudex attendere.

Septimum est subiectio, & humilitas peccantis: nam sicut proteruia, & arrogantia delinquentis indurat, & exasperat iudicem, sic oppositum ad clementiam inclinat. Vnde si delinquens offert se arbitrio iudicis magis quàm stricto iuri, ligatur quodammodò iudex, ne seuerè agat contra eum. Humilitas enim naturaliter secum defert indulgentiam, superbia verò punitionem. Et id quidem constat non solùm in humano genere, sed etiam in brutis. Vnde Aristoteles in secundo Rhetoricorum, exemplificat de cane non insurgente contra sedentes: inquit enim, Mansueti sumus his qui humiliter se gerunt. Quòd humilitate ira sedatur, canes etiam ostendunt, qui sedentes non mordent. Et quidem quantæ sit virtutis humilitas, pro impetranda clementia testis est Scriptura sacra. Vide in primo Regum capitulo 24. & 26. quomodo Dauid sola humilitate vtebatur, & subiectione vt regem Saul placaret. Vide in secũdo Regum capitulo decimonono, quòd Semei qui maledixerat regi Dauid, sola humilitate obtinuit ne tunc interficeretur. Vide in tertio Regum capitulo vigesimo, quomodo sola humilitate Benadab rex Syriæ deuictus cum exercitu ab Achab, rege Israël, traxit eum ad clementiam, &c. Constat igitur tibi quæ & quot sint, quibus inclinari decet iudicem Christianum magis ad clementiam quàm ad seueritatem.

Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT IIII.

Quòd princeps iudici siue prætori suo præcipiat vt quæcunque potuerit iudicet & determinet secundum legem, sub qua subditi viuunt, in paucioribus autem iudicet secundum proprium arbitrium, scilicet, in illis, in quibus non habetur expressa determinatio legis.

In

IN hoc 4. cap manifestandum est expedire in Christiana lege, quòd Christianus princeps non permittat iudicē, siue prætorem à se institutum, iudicare prò arbitrio suo, sed secundum legem, quam ipse princeps de consilio sapientum instituerit, vel iuxta leges, siue diuinas, siue humanas per consuetudinem in suo principatu firmatas. Et hîc duo agenda sunt. Primò declarandum est quàm expediat omnia si possibile est secundum leges conditas iudicare. Et propter quid expedit pauciora arbitrio iudicis committere. Secundò in quo casu melius est partes eligere iudicem arbitrarium quàm procedentem secundum legem, scilicet per actus iudiciales, & per processum vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè.

Iudicare secundum conditas leges expedit quàm arbitrio iudicis.

Quantùm ad primum aduerte, quòd ex doctrina Arist. in primo Rhetoricorum, & in 7. Politicorum quatuor rationibus ostendere possumus magis expedire causas secundum leges conditas, & firmatas per obseruantiam terminare, quàm per arbitrium iudicis, qui pro tempore institutus est, ex consequenti expedit pauciora arbitrio suo iudicare.

Prima ratio sumitur ex paucitate legumlatorum, & immutabilitate, ac immortalitate legum. Pro cuius noticia aduerte, quòd iudices & prætores in ciuitate Christiana bene disposita dietim siue annuatim variantur, tum infirmitate, tum morte, tum remotione ab officio, & aliorum substitutione, & sic contingit ex tali variatione eos plurificari, & si non simul, saltem successione. Sed legislatores non sic plurificantur, quoniam qui electus est, aut qui prouinciam assumit condendi leges, postquàm dignus est habitus, veluti quidam Deus inter homines pro instituendis legibus, ex quarum obseruantia subditi iustè, & pacificè viuant, non mutatur sed perseueret condens leges, in quibus conditis & promulgatis, & in obseruantiam positis viuit ipse legislator quasi quadam immortalitate, & sic perseueratvnus iudex in virtute legum conditarum. Cùm igitur facilius sit inuenire vnum, aut paucos sapientes quàm plures, per quos ciuium causæ breuè, ac iustè terminentur, expedit omnia per legem iudicare quæ ab vno, aut paucis sapientissimis condita est, & pauciora, imò si possibile est, nulla committere arbitrio iudicum qui continuè variantur, & diuersarum sunt qualitatum, quoniam aliqui in apprehensione leues, & temerarij, aliqui tardi: aliqui veloces, aliqui seueri, aliqui mites, aliqui tenaces, aliqui liberales. Constat igitur expedire, quòd per leges cuncta terminentur, & paucissima arbitrio iudicum committere. Et id consonat doctrinæ Arist. in primo Rhetoricorum. Vbi inquit, Maximè conuenit, vt quæ rectè positæ sunt leges, cuncta ipsæ determinent quæ determinari valeant, & quàm minima iudicibus relinquant. Primum, quia vnum, aut paucos prudentes qui leges ferre, ac iudicare possint, facilius est inuenire quàm multos. Idem etiam expedit ex immutabilitate legum: nam vt docuimus in Politicis, leges si rectè positæ sunt, nunquam vel rarissimè mutari debent, facilis enim & crebra legum mutatio, leges infirmat, & ad contemptum deducit. Cùm igitur leges maneant, & per easdem non solùm ciuitas vna, sed & plura regna rectè gubernari valeant, vt patet de legibus Romanis siue Imperialibus, longè melius est iudicare causas per leges quàm per arbitrium iudicum, qui continuè variantur.

Secunda ratio sumitur ex diuturna consultatione, ac perscrutatione, quam faciunt legum conditores antequam determinent, aut statuant, cuius oppositum contingit in iudicibus. Pro cuius noticia aduerte, quòd longè melius dignoscitur quid iustum, & non iustum per diuturnam & exactam considerationem, quàm per festinationem ad sententiam, vt docuimus suprà. Sed legum conditores antequàm decernant, & lege statuant quid iustum, & quid non iustum, multis consiliis, & longo examine vtuntur. Iudices autem si pro arbitrio causas determinarent, rarò hanc diuturnam perscrutationem ante sententiam seruare possent propter molestiam, & instantiam partium, & ne videantur gratia lucri protrahere lites, & propter penè infinitatem causarum dietim contingentium, quæ omnia occasionem præstant iudicibus accelerandi sententias magis quàm oportet. Quòd si iudex causam secundum legem determinaturus est, non indiget tam diuturna inuestigatione: quoniam si legis peritiam habuerit, iuxta determinationem, & applicationem legis, absque errore iudicium ferre poterit. Melius est ergo cuncta per legem determinare, quàm per arbitrium iudicis, cuncta scilicet quæ per legem decisa sunt. Et hanc rationem tangit Aristoteles in primo Rhetoricorum. Nam post dictum in præcedenti ratione allegatum immediatè subsequitur dicens, Deinde quoniam longi temporis consultatione leges feruntur, iudicia autem breuissimè conficiuntur, itaque difficile est, vt bene à iudicibus iustum, & conducibile distribuatur.

Tertia sumitur ex rectitudine iudicij, quod fertur secundum legem, cuius oppositum de facili contingeret, si causæ determinarentur secundum arbitrium iudicantium. Pro cuius notitia aduerte, quòd inter legislatores, & iudices pro tempore in ciuitate constitutos hæc est differentia, quòd legislatores constituunt legem vniuersalem, & de futuro, siue punitiuam, & quoniam non est hominis, sed Dei scire futura, ideo qui condit legem nescit quis sit præmiandus, aut castigandus in singulari, an filius, an alter consanguineus, an amicus, an hostis, ergo nō condit legem debito respectu ad aliquam personam singularem, sed prout recta dictat ratio, ex consequenti non determinant aliquid quod iniquum, aut obliquum possit existimari, cùm sint denudati ab affectibus odij, & amoris respectu personarum singularium. Iudices autem qui pro tempore constituūtur non iudicant de futuris, sed de præteritis, & præsentibus non in vniuersali, sed in singulari, prout accusatur (putà Sortes) sic fecisse, aut facere, super personam autem particularem, & super eius acta de facili fertur amor, aut odium. Nam cùm audimus hunc, vel illum sic egisse, vel sic locutum fuisse, vel sic agere, vel sic loqui, communiter insurgit amor per approbationem, vel oppositum per reprobationem. Hac de causa iudex de facili declinare potest à rectitudine iudicij, si esset in sui arbitrio causas ad se delatas determinare, & non secundum legem conditam, ac suo vsu firmatam in ciuitate. Quòd si iudex tenetur iudicare secundum legem, non ita de facili errabit, nisi depraua to sensu trahat legem, ad proprium affectum, seu commodum. Expedit ergo quæcunque si possibile est per legem iudicari, & pauciſſima iudicum arbitrio committere, ne iudicium cadat à rectitudine iustitiæ. Et aduerte, quòd Aristot. præpositam rationem tangit in primo Rhetoricorum. Vbi inquit, Legum latoris non est de singularibus, nec de præsentibus iudicium, sed de vniuersalibus & futuris. Prætor verò, ac iudex de præsentibus, ac factis diiudicant. Inde fit vt cùm ament & oderunt, sua quoque vtilitas connexa sit, non satis valeant veritatem perspicere, sed propria voluntas, vel dolor sua iudicia obumbret. Constet ergo propter seruandam iudicij rectitudinem, causas vt in pluribus iudicare secundum legem, rarissimè autem secundum arbitrium iudicis.

Quarta sumitur ex maiori audacia atque constantia iudicis, pro cuius notitia aduerte, quòd vt docuimus 7. Politicorum, iudex quantominùs parat sibi inimicitiam, & odium, tantò audacior, & constantior est in iudicando, præcipuè in causis punitiuis, & quantò magis sibi putat inimicitiam parandam, tantò timidior efficitur iudicando, ne sibi aut caris suis, aut posteris interitum acquirat. Sed si iudex secundum legem iudicat, profectò minorem sibi parat inimicitiam: quoniam ad conquerentes conuersus, optimè se excusat dicens, Sic lex disponit, non possum nisi secundum legem iudicare, lamentamini, si vultis de conditore legis, & non de me. Si autem suo arbitrio iudicaret, non valeret sic iudex se excusare. Imponerent enim lamentantes, quòd non ex iustitia sed odio, aut amore, aut proprio commodo sic iudicasset. Et ideo de facili propter euitandam inimicitiam, à recto iudicio se auerteret. Optimum est ergo cuncta secundum legem iudicare, quantùm possibile est, ne iudex ex timore cadat à iustitia.

Causam committere arbitrio iudicis triplici casu contingit.

Quantum ad secundum aduerte, quòd in triplici casu expedit causam committere arbitrio iudicis. Primò quando causa non est decisa ex lege. Nam legislator non potest in omnibus casibus singularibus prouidere, vt docuimus in 5. Ethic. agentes de æquitate, quam Græci dicunt epieiam, & tunc oportet ad iudicis prudētiam & solertiā recurrere, & secundū illā terminare causam, interpretando in tali casu mentē legislatoris si adesset. Vnde inquit Arist. in 1. Rheto. Quæ legislator non determinauit, ea non à litigantibus accipere, sed per seipsum iudicem, scire oportet, id est, per propriam prudentiā. Et iterū inquit, Hæc omnia

cùm

cùm non possit legislator præuidere,iudicibus relinquenda necessariò sunt.Secundò quando partes litigantes eligunt de mutuo consensu declinare à via iudiciali stricta, & contentantur causam terminari de bono & æquo,tunc expedit arbitrum eligere, qui suo arbitrio causam terminet,dummodò vtraque pars fidei electi arbitri se committat. Vnde Arist. in 1.Rhetoricorum pertractans in quibus casibus licet causam terminare non inspecta lege inter reliquos ponit quãdo partes potiùs volunt terminationem de bono,& æquo, quàm disceptare, & in arbitrum magis quàm in forum descendere volunt:nam arbiter ad bonum & æquum, iudex autem ad legem respicit. Est autem secundum Aristotelem in eodem loco, æquum & bonum, quod præter legem scriptam iustum est. Tertiò quando timetur ne post determinationem factam iuxta apicem legis intestinum oriatur odium, aut expensæ fiendæ sint excessiuę,aut causa protrahatur in infinitum,aut iudex infidelis sit vtrique parti tractus auaritia, aut alia passione, tunc expedit via arbitraria, & compromissiua procedere.His autem remotis,via legis procedendum est propter rationes quas suprà assignauimus. Constat ergo quomodo omnia quantùm possibile est sunt secundum legem iudicanda,& quàm minima arbitrio iudicis committenda, præterquàm in casibus prædictis.Hæc de præsenti cap.dicta sint.

CAPVT V.

Quòd Christianus princeps prohibeat iudici suo, ne audiat litigantium partium sermones, neque in iudicio, neque seorsum, quibus moueri potest iudex ad passiones, siue concupiscibilis, siue irascibilis.

Non expedit iudicibus audire litigantium sermones.

IN cap. 5. manifestandum est, quòd non decet Christianum principem permittere iudicem constitutum auscultare sermones partium litigantium, neque publicè neque priuatè, quibus potest commoueri secundum passiones concupiscibilis, aut irascibilis, & id quidem expedit triplici ratione.

Prima ratio sumitur ex periculo declinationis à iustitia. Pro cuius notitia aduerte, quòd in statu huius seculi in quo viuimus quàm plures reperimus litigantes, qui aduertentes causam suam, aut iniustam, aut non fauorabilem,aut ex potentia partis aduersæ in periculo positam omni sua malitia conuertunt se, aut per seipsos, aut per medios, ad acquirendum iudicis fauorem non merito causæ,sed verbis quibus reddant iudicem parti aduersæ odiosum,& sibi ipsis beneuolum. Odiosum quidem parti aduersæ,verè aut falsè allegando partem aduersam esse malorum morum, falsariam, inimicam ipsi iudici, & cognationi suæ.Beneuolum autem sibi ipsi, allegando beneficia præstita,& promittendo maiora, insuper allegando malam fortunam, quam patitur, aut filiorum multitudinem,seu impotentem. Ex his sermonibus cùm & iudex sit homo,de facili commouetur ad iram, aut odium,aut cupiditatem, aut amorem, aut miserationem. Quibus passionibus recta ratio perturbatur, & tunc non iudicabit iudex, sicut si ab huiusmodi passionibus quiesceret. Nam vt inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, non similiter iudicium reddimus, cùm dolemus, & cùm lætamur, aut cùm diligimus,aut cùm odimus. Et 2.lib. Rhetoricorum inquit, Non eadem iudicibus videntur cùm diligunt, & cum oderunt, nec iratis & quietis, sed vel omnia aduersa,vel magnitudine diuersa sunt. Ne ergo de flectatur iudex à rectitudine iudicij,huiusmodi sermones nõ sunt permittendi.

In iudicãdi ordine tres sunt gradus.

Secunda ratio sumitur ex peruersione recti ordinis in iudicando.Pro cuius notitia aduerte, quòd in ordine iudicandi tres gradus inueniuntur,scilicet, Supremus, Medius,Infimus. Supremum quidem tenet princeps siue legis conditor,cuius authoritate, & secundum legem conditam iudex habet iudicare. Infimum tenet reus, aut accusatus in criminalibus,aut partes litigantes in ciuilibus. Isti nanque iudicandi sunt, nec vllam vt iudicandi authoritatem habent super principem, nec super iudicem. Iudex autem medium tenet: est enim sub principe, & lege, secundum quam iudicare habet, & est super reum, aut partes iudicandus authoritate sibi præstita à principe, & ex lege.Cùm autem iudex sit medius, & medium aliquid sumat ab vtroque extremo, vt docuimus in 10. lib. Metaphysicæ,oportet iudicem aliquid addiscere, siue cognoscere per principem, aut legem conditam, & aliquid per reum siue per partes litigantes. A principe quidem siue à lege cognoscit quid iustum, & quid iniustum, quid condemnandum quid iustificandum, siue absoluendum. A reo autem siue à partibus litigantibus cognoscit quid factum, vel quid non factum, quod cognitum applicat iudex legi,& secundum legem determinat.Non autem spectat ad reum,vel partes litigantes ostendere, vel suadere verbis suis quid iustũ vel iniustũ. Stante ergo hoc ordine iudicãdi,patet q̃ non sunt permittẽdi prædicti sermones, qui possunt iudicem secũdum passiones cõmouere. Nam sic loquentes,non aliud intendunt, nisi vt faciãt apparere illud esse iustũ,quod vellẽt pro se iudicari,& illud esse iniustum, quod pars aduersa petit, ex consequenti qui tenent gradum vltimum in ordine iudicandi, vsurpant sibi primum,qui non spectat ad ipsos vt diximus,sed ad principem,& legislatorem.Vt ergo non peruertatur ordo iudicandi, prohibendi sunt huiusmodi sermones. Et hæc est doctrina Aristot.in primo Rhetoricorum,vbi inquit, Perspicuum est nihil ad litigantem pertinere, nisi vt ostendat,scilicet, iudici, vtrum res sit,nécne, & vtrum factum sit,an non.Si verò bonum sit, aut prauum, iustum aut iniustum,quæ legislator non determinauit,ea non à litigantibus accipere, sed per seipsum iudicem scire oportet. Non ergo ad litigantes spectat docere,nec suis verbis inclinare iudicem, vt sic vel sic iudicet. Et aduerte quòd Aristoteles in eodem exemplificat de Ariopagitis dicens, Quidam, vt Ariopagitæ rectè prohibent litigantem præter rem,id est præter causam pro qua sit lis,quicquàm dicere,scilicet coram iudice.Non enim oportet in iram aut in inuidiam,aut in misericordiam impellendo à recto deflectere iudicem, ne similes ei simus, qui eam qua vsurus est regulam prius inflectit.

Litigantium in iudicio sermones sũt prorsus inutiles.

Tertia ratio sumitur ex impertinentia ad propositam causam. Pro cuius notitia aduerte, quòd huiusmodi sermones penitùs sunt impertinentes proposito,& processui iudicatiuo.Nam cùm lis sit de aliquo facto, vel non facto debito,vel non debito,non expedit in iudicio quid dicere nisi spectet ad litigium,nec aliud recipere:spectant autem ad litigium scripturæ,testes,indicia,&c. Mouere autem iudicem ad passionem,referendo iniurias quas fortè nescit iudex sibi fuisse à parte aduersa illatas,vel beneficia iudici collata,ficque excitare iudicem ad iram contra partem aduersam, vel ad beneuolentiam sui, est penitùs impertinens merito causæ, pro qua fit lis. Ergo huiusmodi sermones omninò prohibendi sunt. Nam vt inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, Indignatio, misericordia,ira,cæterique animi affectus,qui scilicet, insurgunt ex huiusmodi sermonibus,non sunt de ipsa re,sed commouẽdi iudicis causa.Hæc de præsenti cap.dicta sint Et hic terminatur consideratio nostra de Iudicio siue Prætorio ciuitatis Christianæ.

Tractatus quarti Ciuilis Philosophiæ Christianæ, qui fuit de ciuili Prætorio, Finis.

TRACTATVS QVINTVS DE Christiano Populo, qualis esse debeat, & quomodo se gerere debeat erga principem, & econuersò.

POST quàm pertractauimus de Christiano principe,eiusque ciuili consilio atque prætorio,vt his mediis rectè, ac virtuosè Christiano populo præsideat,reliquum est, vt manifestemus in præsenti Tractatu qualis esse debeat Christianus populus, & quomodo se gerere erga principem,& quomodo princeps erga populum. Præsentem igitur Tractatum diuidemus in quatuor capita.

Primò declarandum est,quòd expedit Christianum populum vni principi,vt pastori subiectum, non esse priuatè simpliciter diuitem,nec simpliciter egenum, sed mediocriter abundantem.

Secundò quòd studeat obedientem se exhibere principi,patriásque leges longa consuetudine firmatas, obseruare.

Tertiò caueat ne principem ad indignationem, & iracundiam prouocet.

Quartò

Quartò princeps sic se gerat erga populum, quòd ametur, & timeatur, magis autem studeat amari quàm timeri.

CAPVT I.

Quòd expedit Christianum populum non esse priuatè absolutè diuitem, nec absolutè egenum, sed medium.

IN cap. primo declarandum est, quòd non expedit Christianum populum viuentem in vna ciuitate, siue sub vno principe esse priuatè absolutè diuitem, nec absolutè egenum, sed mediocriter abundantem. Dico Priuatè, vt excipiam diuitias, & reditus publicos pro conseruatione dominij, & totius populi contra hostes, & contra dietim contingentia mala, qualis est pestis, penuria, ciuilis seditio, &c. Nam publicæ diuitiæ quantò maiores, tantò laudabiliores, & vtiliores sunt, modo iustè seruentur & expendantur. Vnde prudentis principis est congregare thesaurum exponendum pro vniuersali salute. Sic fecit Dauid, sic Salomon, sic reliqui reges, qui vt pastores, & Deum timentes dominabantur apud Hebræos, licet quàm rari fuerint, vt patet tibi in libris Regum. Quòd autem expediat in particulari non esse valde diuites, nec inopes, sed medios in principatu Christiano, probatur quatuor rationibus.

Prima sumitur ex maiori rationabilitate viuendi. Pro cuius notitia aduerte, quòd si in dominio Christiano sint plures superdiuites, pluréque superegeni, & quàm pauci medij, neutra pars secundum rectam rationem viuet, sed passionibus adinuicem agitabuntur: nam valdè diuites egenos non curant, de facili contemnunt, & ex praua occasione eis iniuriantur, ac nocent ex arrogantia, quam traxerunt ex diuitiarum opulentia. Egeni autem impatientes suæ egestatis, conantur modos occultos, & latentes, quibus rapere valeant de bonis superdiuitum, & sic neutra pars iustè, & rationabiliter viuit. Neque enim ratio dictat diuitem debere iniuriari inopi: neque inopem debere furari bona diuitum, nisi in extrema necessitate non habeat alium modum se sustentandi: vt docuimus in Parte tertia moralis Christianæ. Qui autem sunt medij, de facili rationabiliter viuunt. Vnde docuimus in 10. Ethicorum, quòd mediocriter abundantes apud Solonem, & secundum veritatem feliciores reputantur, quoniam magis moraliter, & virtuosè viuunt. Non ergo expedit in Christiano principatu esse pro maiori parte opulentos, nec pro maiori parte inopes, sed pro maiori parte medios. Et hæc est doctrina, quam pertractauimus in quarto Politicorum, vbi inquit Aristo. Quoniam mediocre est optimum, optima est possessio media, facilius enim rationi obedient. Nam si pars vna sit valdè diues, nobilis, & potens, altera verò inops, vilis, & debilis, difficile est rationem sequi: quoniam hi quidem fient iniurioſi, hi autem nequam, vtpotè latenter insidiantes diuitibus.

Et aduerte, quòd hac de causa Deus in lege antiqua per Mosem instituit, vt legimus Leu. capitul. 25. annum Iubilæi, id est, quinquagesimum, in quo terminabatur omnis emptio, & venditio agrorum. Sicque vnusquisque reuertebatur ad possessionem suam, & vt sic conseruari poterant familiæ vendentes, ne ad extremam egestatem deuenirent, & ne ementes fierent absque termino superdiuites, ex cõsequenti poterat in ciuitate mediocritas quædam seruari & vtinam huius legis obseruantia vigeret in Christiano populo, infinitæ enim oppressiones, lites, rapinæ, homicidia, fraudes tollerentur, vt constat omni rectè intelligenti.

Secunda sumitur ex mutua beneuolentia. Nam in septimo Ethicorum, docuimus, quòd inter multùm distantes, nulla vel parua, & infirma stat beneuolentia. Sed valde diuites & egeni multùm distant, vt patet: ergo inter eos nulla, vel parua stat beneuolentia, nisi fortè gratia mutui commodi, prout diues tribuit egeno, & egenus seruit diuiti. Vt igitur in Christiano populo seruetur mutuus amor, expedit tantam distantiam auferre, quæ nisi per mediocritatem diuitiarum tolli non potest.

Tertia sumitur ex conseruatione iustitiæ: nam, vt docuimus in Politicis ad mentem Aristotelis, & secundum veritatem, excessiuè bene fortunati, potentes, diuites, abundantes amicis, & aliis exterioribus bonis, impatientes sunt subiectionis, conantúrque alios supponere, & quantùm possunt eis dominari. Qui autem sunt egeni, vt communis plebs quærens sibi victum ex proprio sudore, dominari nesciunt secundum rationem, & vt deceret ex innata ignorantia. Si tamen à diuitibus oppressi insurgunt per seditiones, & conspirationes, adeò quòd obtineant supra diuites, pessimè se habent erga illos, reddentes eis vices absque iustitia. Vt igitur æquitas, & iustitia seruentur in Christiano populo, expedit ciues pro maiori parte esse mediocriter abundantes. Sic enim vi-
10 uent vt fratres, sibi mutuò obsequentes, nec studebunt alij alios suppeditare. Et aduerte, quòd Paulus ad Romanos capitulo duodecimo, nitebatur talem instituere populum in primitiua religione Christiana: inquit enim, Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes (& infrà) Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus
20 hominibus pacem habentes.

Quarta sumitur ex remotione inuidiæ, & despectionis. Pro cuius notitia aduerte, quòd naturaliter inuident egeni diuitibus, dolent enim eos sic abundare, & seipsos inopia grauari. Vnde, si possent diuites ad paupertatem reducerent. Diuites autem vt in pluribus pauperes despiciunt: quoniam ex diuitiis efficiuntur arrogantes, suadentes sibi omnia bona in diuitiis contineri, vt testatur Aristoteles in secundo Rhetoricorum. Quòd si pro maiori parte essent medij inter diuites, & pauperes, cessaret
30 ratio inuidiæ & contemptus, neque vnus haberet vnde alium contemneret, nec vnde illi inuideat: quoniam veluti fratres, & æquales se haberent adinuicem, simúlque conuiuerent. Hac de causa Charundas legum conditor apud Carthaginenses, & Licurgus apud Lacedæmonas, instituerunt politiam debere constare ex mediis personis, vt docuimus in Politicis. Studeat ergo Christianus princeps sic regere populũ, quòd pro maiori parte sit mediocriter possidens exteriora bona, ne aliis ad paupertatem redactis, alij excessiuè ditentur. Quòd vtique
40 commodè fieri poterit si decretum fiat super venditionem, & emptionem immobilium: ita scilicet, quòd nulli ciuium liceat pro libito vendere paternam hæreditatem, sed priùs adsit vrgens necessitas, cognita etiam à principe: nec alicui liceat emere, nisi stante prædicta causa ex parte vendentis, & sic seruabitur mediocritas, qua nil melius in Republica bene dispositа. Propterea sapientissimè disposuerat diuina bonitas annum Iubilæi, vt diximus suprà. Constat igitur tibi quibus rationibus demonstratum sit expedire populo Christiano, non tenere extrema diui-
50 tiarum, nec extrema egestatis, sed mediocritatem. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Quòd studeat Christianus populus obedientem se exhibere principi, patriasque leges consuetudine firmatas, obseruare.

IN secundo capitulo declarandum est, quòd oportet Christianum populum principi suo obedientiam, & legum obseruantiam præstare. Et id quidem manifestandum est quatuor rationibus, quæ sumuntur ex quatuor
60 bonis inde prouenientibus.

Ex populi obedientia est illius virtuosa vita.

Prima sumitur ex virtuosa vita. Pro cuius noticia aduerte, quòd vt docuimus in Politicis, tam secundum mentem Aristotelis quàm Platonis, præcipua veri, ac prudentis legis conditoris intentio est inducere ciues ad virtutem, vt secundum Christianam religionem disponant ad beatitudinem: non potest autem ciuis esse virtuosus, nisi sit vir bonus, quoniam (vt docuimus) in quarto Politicorum, idem sunt bonus vir, & bonus ciuis atque
70 virtuosus. Sed non potest esse bonus, nisi obediat principi iusta imperanti, & leges obseruet, vt patet. Ergo vt ciues impleant præcipuam intentionem legis conditoris, disponántque se ad veram beatitudinem, propter quam instituitur Christiana ciuitas, vt docuimus in primo Tractatu huius nostri Operis, oportet eos esse Christiano principi subditos, & obedientes, & legis obseruatores.

Obedientia subditorũ quã necessaria sit.

Secunda sumitur ex salute dominij, & ciuitatis Christianæ.

Pro cuius notitia aduerte, quòd vt docuimus in libr. 5. *sit.*

Politicorum, Tracta. 3. capitulo octauo, quorundam error fuit, quòd cùm ciues sint liberi, obedire non debent principi, nec legi: quoniam obedientia est seruitus quædam, libero autem seruire non conuenit, sed viuere & operari secundum libertatem suam. Sed isti pessimè errant: quoniam viuere absque obedientia & lege, est destruere omnem rectam politiam, & iustum principatum: nam tunc tot capita, tot sententiæ, nullaque esset inter ciues vnio: nulla intelligentia, & breuiter non aliter congregarentur homines in ciuitate, quàm bruta in stabulo. Vt igitur dominium Christianum, & ciuitas siue politia saluetur, oportet principi obedire, & leges patrias seruare. Nec valet obiectio facta, falsum est enim, quòd obedientia, & legis obseruantia sit seruitus, imò est nobilissima libertas: nam vt docuimus in quinto Politicorum, viuere secundum rationem est verè liberè viuere, potentia enim rationalis est potentia libera, vt docuimus in libro nono Metaphysicæ. Viuere autem secundùm appetitum sensitiuum, & phantasiam est brutaliter viuere, ex consequenti est seruiliter viuere: quoniam bestiæ sunt naturæ seruilis. Sed qui principi obedit, & legem custodit, viuit secundum rationem, ergo verè liberè, qui autem principi non obedit, & sub nulla lege viuit, viuit bestialiter, ergo seruiliter, & sic constat, quòd prædicta opinio, magis aduersatur libertati humanæ quàm faueat. Vt ergo conseruetur dominium Christianum, & vera libertas, oportet principi obedire, & legem seruare.

Obedientia est summa libertas.

Obedientia subditorũ pacem, & bonorum exteriorũ affluentiã parit in ciuitate.

Tertia sumitur ex pace, & abundantia rerum exteriorum. Ex pace quidem, quoniam si populus principi non obediret, nec secundum legem viueret, non aliter tumultuarent ciues, & sibi inuicem contrariarentur, quàm humores in corpore ægri, qui non reducuntur ad contemperantiam nisi ex obedientia medici, & obseruantia medicaminum, sic nec Christianus populus pacificè viuet nisi principi, vt medico animæ obediat, & legis rationabilia præcepta veluti salutifera medicamina obseruet, & aduerte quòd hanc similitudinem innuit Aristoteles in primo Rhetoricorum, vbi intendit quòd princeps, aut legis conditor se habet ad animum, sicut ars medicatiua ad corpus: nam sicut medicus conatur humores distemperatos adæquare, vt curetur corpus, & adæquatos conseruare, vt sanitas perseueret, sic verus princeps, aut legis conditor conatur ciuium animos concordare, & in pace conseruare, ne in dominio, & ciuitate insurgant sectæ & rixæ, quæ in politia Christiana sunt pessimæ ægritudines. Quapropter vt inquit Aristoteles in primo Rhetoricorum, non tantùm nocet peccare contra præcepta medici: quantùm, consuescere non obedire principi: nam sicut anima nobilior est corpore, sic ciuium pax potior est corporum sanitate. Oportet ergo Christianum populum principi obedire, legisque præcepta seruare, propter pacem priuatam, & publicam inter ciues, quæ statim violatur ex præuaricatione legis, & inobedientia contra principem. Cuius exemplum tibi manifestum erit, si legeris lib. 1. Macha. capitulo primo, & librum secundum, capitulo primo. Dicitur enim quòd cùm leges adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis pietatem, sancta ciuitas in omni pace custodiebatur, &c. Non solùm autem ex obedientia principis, & obseruantia legis prouenit ciuium pax, sed etiam rerum exteriorum abundantia. Nam stante obedientia principis, & obseruantia legis, non est difficile vitare bella intrinseca & externa, quòd si hostes bellum indixerint, populus cum principe, & intra se vnius, aut deuincit eos, aut sibi conciliat, cessante autem bello, rerum abundantia rarò deficit: quoniam ciues agros curare faciunt, mercatores, & artifices, & agricolæ sunt lucratiui. Ex oppositò verò, sæpè bella intrinseca, & externa insurgunt, & tunc agri non coluntur, deprædationes, & deuastationes non cessant, ex quibus omnibus causatur rerum penuria. Vt igitur ciuium pax, & bonorum exteriorum abundantia adsint in ciuitate Christiana, oportet populum obedire principi, & patrias leges obseruare. Et quidem quòd propter inobedientiam, & inobseruantiam legis, eueniant prædicta mala, patet Isaiæ capitulo primo. Vbi inquit dominus, Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Lege Machabæorum libro, & cognosces quot mala succreuerunt propter inobedientiam principis, & præuaricationem legis patriæ. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT III.

Caueat Christianus populus, ne principem suum ad iram, & indignationem prouocet.

IN tertio capitulo declarãdum est, quæ & quot sint prouocatiua principem ad iram, à quibus oportet Christianum populum, & quemlibet de populo præcauere. Tu igitur aduerte quòd tria sunt prouocatiua principem ad iram.

Ad iram cõmouent principes tria.

Primum est iniuria facta principi, quæ quidem duobus modis contingit. Primò si ei non exhibetur debitus honor & reuerentia. Secundò si erga eum non seruatur debita subiectio, & fidelitas. Pro quorum noticia aduerte, q̃ princeps se habet in dominio, sicut caput in corpore.

Princeps qua ratione sit populi caput.

Caput autem super alia membra, duo obtinet. Primò est altius atque sublimius. Secundò dirigit membra in operationes suas: vigent enim sensus exteriores in capite, similiter & interiores, quibus stantibus integris benè operamur. Si autem infirmantur, aut impedimur, aut confusè operamur, vt patet ex perturbatione visus, & auditus, & ex confusione phantasiæ, & læsione memoriæ. Sic & princeps duo sibi obtinet supra populum. Primò est excellétior, & altior. Ideo primus illi debetur locus, & sublimior sedes, & copiosior personæ comitatus.

Principibus quæ debeat populus.

Secundò dirigere habet subditos suos, conseruare & defensare, sicut pastor oues sibi commendatas, nam in Scriptura sacra princeps non aliter instituitur quàm pastor super oues, vt patet in Isaia, & Hieremia, & Ezechiele per totum, & Ioannis capitulo vigesimoprimo, Petro vt principi ecclesiæ, dicitur, Pasce oues meas, pasce agnos meos. Ratione primi, debetur principi honor, & reuerentia. Nam hæc consequentia valet apud omnes rectè sapientes, Sortes princeps est: ergo honorandus est. Vnde dicit Petrus in epistola prima, capitulo secundo, vtpote admittens prædictam consequentiam, Regem honorificate. Ratione secundi, debetur illi subiectio & fidelitas, nam sicut in exercitu duci necessaria est subiectio & fidelitas pugnatorum, aliàs vanè præesset dux, sic in ciuitate principi necessaria est populi subiectio, & fidelitas, aliter non seruabitur ciuitas. Cùm igitur principi debeatur honor, meritò irascetur si aduerterit se non honorari. Ex hoc enim apprehendet sui contemptum, quod ferre non debet, quoniam ex contemptu eneruatur eius authoritas, & subditi irrationabilem sibi vendicant libertatem. Quòd autem homines meritò irascantur his qui consueuerunt, aut debent eos honorare, & non honorant, testatur Aristoteles in secundo Rhetoricorum dicens, Irascuntur homines assuetis honorare, si similiter erga seipsos non habeant: Paruipendi enim ab his arbitrantur. Hac de causa iratus est Aman contra Mardochæum, Hester capitulo tertio, licet vt pessimus, & idololatra, dignus non esset honore. Meritò autem indignatus est Assuerus rex contra Reginam Vasthi, Hester capitulo primo. Vide tu. Præterea, cùm principi debeatur subiectio, & fidelitas, meritò irascitur contra subditos, si aduerterit eos aliter se gerere, ne assuescant maiores suos contemnere, nam vt dicit Aristoteles in secundo Rhetoricorum. Aequum est ne à minoribus maiores contemnantur. Vnde meritò iratus est Dauid in secundo Regum capitulo vigesimo contra Sibam filium Bochri, qui extraxit Israël à subiectione, & fidelitate Dauid, iussitque eum persequi vsque ad interitum. Vide tu. Caueat ergo Christianus populus ne ad iram prouocet principem suum propter inhonorationem, aut rebellionem, aut infidelitatem.

Iudex tenetur irasci suis quoquomodo delentibus.

Secundum est iniuria, siue offensio facta in personis spectantibus ad principem, quales sunt parentes, & consanguinei, vxor, filij, & vniuersaliter omnes eius subditi: nam iniuria his facta, reputatur facta principi, ideo meritò irascitur, & insurgit ad vindicandum tales iniurias. Nam vt inquit Aristoteles in secundo Rhetoricorum, Ira est manifestæ vltionis appetitus cum dolore, propter apparentem immeritè in se, vel in suos contemptum: & iterum inquit, Irascimur iniuriantibus, parentibus, filiis, vxori, & nobis subiectis, eò quòd turpe sit illis non auxiliari.

Tertium est offensio facta in rebus, quæ ad principem spectant, vt in possessionibus, & in his, quæ spectant ad ipsum

ipſum, iure principatus: nam qui principem in his offendit, videtur ipſum contemnere, aut quid mali contra ipſum machinari. Ideo meritò iraſcitur. Oportet ergo Chriſtianos populos, ſic filios ſuos à pueritia erudire, quòd paulatim diſcant principem honorare, illi ſubiici, perſonas ſibi coniunctas, & ſubiectas non lædere, rebus ſuis, & iuribus iniuriam, nec nocumentum præſtare. Nam ſi filij ſic eruditi fuerint, cum adoleuerint abſque difficultate ea ſeruabunt, nec principi præſtabunt occaſionem iraſcendi, nec ſibi ipſis cumulabunt paulatim ruinæ diſcrimina. Quantùm autem valeat prima hæc eruditio, doceuimus in quinto Politicorum, vbi declarauimus ad mentem Ariſtotelis, & ſecundum veritatem, quòd peſſimum eſt in ciuitate non erudire pueros ad virtutem, & ad obſeruantiam legum patriæ, ac principatus, ſiue politiæ ſub qua regitur ciuitas. Semper enim amamus prima magis, & ad quod obſeruandum primo inſtruimur, proni magis efficimur ad illius obſeruantiam, etiam quòd in ſe euidentem contineret difficultatem. Hinc videmus quàm plures populos obedire & ſubiici principi, qui ex parte tyrannus eſt, eò, quòd iam longo tempore aſſueti fuere huiuſmodi principatum ferre. Conſtat igitur tibi non expedire populo Chriſtiano principem ſuum ad iram, & indignationem prouocare. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quòd princeps Chriſtianus ita ſe gerat erga populum, quòd ametur, & timeatur magis autem ſtudeat amari, quàm timeri.

IN capitulo quarto declarãdum eſt quòd oportet Chriſtianum principem amari à ſuis ſubditis, & timeri, magis autẽ ſtudere debet primo quàm ſecundo. Hic igitur tria agenda. Primò quot in principe requiruntur, vt ametur. Secundò quot vt timeatur. Tertiò propter quid ſtudere debet, vt magis ametur quàm timeatur.

Vt Princeps ametur tria ei neceſſaria ſunt.

Quantùm ad primum aduerte, quòd in principe tria requiruntur, vt diligatur à populo, id eſt à multitudine popularí, quam dicimus plebem.

Primum eſt, quòd oſtendat ſe beneficum & liberalem, videatúrque deteſtari omnem illiberalitatem, & auariciam. Nam vulgus & popularis multitudo non apprehendit, nec concupiſcit niſi ſenſibilia, & corporea bona, inter quæ præcipua eis videntur fortunæ bona, quales ſunt diuitiæ & pecuniæ: quoniam ſciunt per has omnes corporeas voluptates haberi, quales ſunt ventris, & veneris. Si igitur princeps beneficè, & liberaliter ſe habebit erga populum, abſque dubio amabitur: nam & Ariſtoteles inquit in 2. Rhetoricorum, Populus amat, & honorat beneficos in pecunia, & liberales.

Principẽ gratum populo reddit eius vilis animus, ac magnanimitas.

Secundum eſt, quòd oſtendat ſe animo virilem, fortem, & magnanimum, ita quòd populus ex effectu percipiat ipſum paratum ad quodcunque arduum pro ſalute dominij & ſubditorum, non parcentem propriæ vitæ, neque facultatibus quoties opus fuerit: nam populus tunc exiſtimabit principem ſuum, vt patrem vniuerſalem, vt fidum paſtorem, vt ducem inuictum, quæ ſingula naturaliter conciliant amorem. Vnde inquit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricor. Quoniam diligimus beneficos in ſalutem, id eſt, eos qui nobis benefacere poſſunt ſaluantes ac liberantes nos à malis, ideo diligimus fortes & cordatos, id eſt qui ſunt magni cordis, quos dicimus magnanimos.

Tertium eſt, quòd oſtendat ſe iuſtum & æqualem, ita quòd non pendeat ad hunc vel illum, tam in criminalibus quàm in ciuilibus, niſi ex merito iuſtitiæ: nam ſuper omnia in humanis diligitur, & vincit veritas, in qua fundatur omnis iuſtitia, iuxta determinationem, quam habemus in tertio libro Eſdræ capitulo tertio, vbi ſic legimus, Veritas magna & fortior omnibus eſt, veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſecula ſeculorum. Nec eſt apud eam accipere perſonam, neque differentias, ſed quæ iuſta ſunt facit omnibus, & non eſt in iudicio eius iniquum, ſed fortitudo, & regũ maieſtas. Benedictus Deus veritatis. Cùm igitur iuſtitia in veritate fundata ſit quæ ab omnibus diligibilis eſt, ſicut iuſtitia amorem parit erga principem, ſic iniuſtitia odium fouet. Contrariorum enim, contrarij ſunt effectus, ex quibus ſequitur quòd ſicut ex iniuſtitia princeps ſe odioſum reddit, ſic ex iuſtitia ſe diligibilẽ facit. Nam, vt inquit Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, Iuſtos maximè diligimus. Conſtat igitur tibi, ex tribus ſe principem Chriſtianum amabilem reddere ſubditis ſuis, ſcilicet ex liberalitate, & magnanimitate, & iuſtitia.

His tribus mediis Dauid amabilem ſe reddidit principem in Iſraël: nam quàm beneficus & liberalis fuerit, declaratur in ſecundo Regum capit. 19. cùm reuerteretur in regnum deuicto Abſalon. Vide tu. Oppoſitum fecit Roboam Salomonis filius: ideo odioſus fuit, & ſeparatæ ſunt decem tribus ab eo, vt legimus in 3. Regum capitul. 12. Vide tu. Quòd autem Dauid magnanimum, & fortem ſe exhiburerit pro ſua & ſuorum, & totius Iſraël ſalute, vide in 2. Regum cap. 18. quando cum exercitu progredi voluit contra Abſalon. Sed populus noluit, & in ſecundo Regum ca. 21. quando dixerunt ei viri ſui egregij pugnatores, Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam in Iſraël. Oppoſitum fecit Achab ex vilitate, nam vt legimus in 3. Regum capitu. vltimo, egreſſus quidem eſt in prælium contra Syrios, cum Ioſaphat rege Iuda, ſed timens ne ſi agnoſceretur à Syriis eum perimerent, dedit habitum ſuum regium regi Ioſaphat, vt permaneret occultus, ſed Dei iudicio à ſagittante in incertum interfectus eſt. Quàm iuſtus verò fuerit Dauid patet ex multis in libro Regum. Nam in libro primo capit. 30. iuſtus apparuit diuidens prædam Amalechitarum, viris deſcendentibus in prælium, & remanentibus pro cuſtodiendis ſarcinis, & in ſecundo libro cap. 1. iuſtus apparuit præcipiens occidi illum, qui dixerat ſe interfeciſſe regem Saul. & ca. 4. occidi præcepit eos, qui Isboſeth filium Saul interfecerant. Oppoſitum fecit Achab, qũi vt patet in tertio Reg. cap. 21. conſenſit impiiſſimam Iezabel procurare mortem Naboth contra omnem iuſtitiam: ideo Achab & Iezabel iuſtiſſimè exterminati ſunt.

Princeps vt timeatur à populo quæ vportet habere.

Quantùm ad ſecundum aduerte ad hoc, quòd princeps timeatur oportet ipſum eſſe punitiuum malorum, in qua punitione princeps tria obſeruare debet, vt meritò timeatur.

Primò quòd eos qui immaniter peccant, vt proditores parricidas, aggreſſores, ſeditioſos, ſacrilegos, maleficos, hæreticos, publicos falſarios, non ſolùm puniat, ſed durè & atrociter, vt aliis ſint timori: Ideo inquit Ariſtoteles in ſecũdo Rhetoricorum, quòd homines timent eos, de quibus ſunt conſcij feciſſe aliquod dirum.

Secundò quòd nulli delinquenti parcat etiam quòd eſſet filius, aut frater, aut in alio gradu conſanguineus, aut amicus, &c. Nam ſi populus aduertit principem iuſtè punitiuum, quilibet ſibi cauet, ne delinquat ſciens principem nullum excipere à pœna. Vnde Saul timendum ſe præbuit omni populo in primo Regum capitulo 14. quando voluit Ionatham filium ſuum occidi: quoniam paternum iuſiurandum non obſeruauerat, & profectò occiſus fuiſſet, niſi populus regi reſtitiſſet. Et in tertio Regum cap. 15. Abias ſe timendum oſtédit: quoniam propriam matrem non reſpexit, ſed amouit eam ne præeſſet Sacris Priapi. Vide tu.

Tertiò quòd præcipiat officialibus ſuis, vt latenter inquirant, & obſeruent delinquentes, ſic enim faciliùs comprehenduntur, & dum exiſtimant ſcelera ſua ignorari, ex improuiſo cadunt in manu principis caſtigandi. Quando igitur populus aduertit principem latenter, & ſecreto obſeruare malos, timet vnuſquiſque ne cadat in manu eius, & ſic princeps dominium ſuum purgat à malis, & ſe merito iuſtitiæ formidoloſum reddit. Ideo inquit Ariſto. in 2. Rhetoricorum, Latatiui magis timentur, quàm manifeſti, id eſt principes qui latenter obſeruare, & inquirere faciunt malos magis timentur, quàm qui manifeſtè obſeruant & iniquirunt. Confidunt enim mali, quòd comprehendi non poſſunt, quin aduertant, & ſe defendant, aut fugam parent, & tunc principem non verentur confidentes in aſtutia ſua. Conſtat igitur tibi, quæ & quot obſeruare debeat Chriſtianus princeps, vt à ſuis ſubditis, non ſolùm ametur, ſed & timeatur.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd ſi omnes benè viuere eligerent amore virtutis, & boni honeſti, lex ipſa ab omnibus obſeruaretur, ex conſequenti non eſſet opus vti lege punitiua, nec principem ſe exhibere timendum, ſed vt patrem amabilem coram filiis obedientibus. Verùm quia non omnes benè agunt gratia virtutis, ſed ne pœnam ſuſtineant, ideo oportet principem oſtendere ſe amabilem bonis, & ſeuerum malis. Studere autem debet quantùm ſit ex parte ſui, ſe magis amabilem quàm timen

timendum exhibere: quoniam vt inquit Seneca ſcribens ad Lucillum, Generoſus eſt hominis animus, & potiùs amore quàm vi trahitur ad bonum, & retrahitur à malo, & hanc viam oſtendit nobis Chriſtus Saluator, qui declinata via ſeueritatis, omnes trahebat ad diuinum cultum, & à peccatis reuocabat ex benignitate & amore. Sic traxit Matthæum, ſic Zachæum, ſic adulteram comprehenſam, ſic diuam Magdalenam: imitatores Chriſti fuere ſacri Apoſtoli, præcipuè Paulus & Ioannes, vt patet in omnibus epiſtolis ſuis. Conſtat igitur tibi, quæ oporteat principem Chriſtianum obſeruare, vt ametur & timeatur à populo, magis autem ametur quã timeatur. Hæc de præſehti quæſito dicta ſint.

Tractatus quinti, qui eſt de Qualitate populi Chriſtiani, Finis.

TRACTATVS SEXTVS, De Legibus, quibus regendus eſt Chriſtianus populus.

IN hoc ſexto Tract. iuxta ordinem doctrinæ ſupra poſitum, acturi ſumus de legibus, ſub quibus regendus eſt Chriſtianus populus à fideli, & iuſto principe vt miniſtro, & vicario ſummi regis Dei benedicti, & præſentem Tractatum diuidemus in partes duas. In parte prima agemus de Chriſtianis legibus in vniuerſali. In ſecunda de Chriſtianis legibus in ſpecie. Sic enim doctrinæ ordo requirit, vt ab vniuerſalioribus, ad ſpecifica deſcendamus, prout docuimus in primo lib. de Phyſico auditu.

PARS PRIMA TRACTATVS SEXTI, *De Legibus Chriſtianæ Reipublicæ in communi.*

IN Parte prima huius Tractatus ſexti, agentes de legibus Chriſtianis in vniuerſali, diuidemus eã in quatuor capita.

Primò inueſtigandum eſt, ſi melius ſit Chriſtianum pòpulum regi à bono principe abſque lege ſcripta, ita quòd ratio & prudentia principis, ſit ipſa viua lex, ſub qua reguletur populus Chriſtianus, vel ſi magis expedit condere, & ſcribere, & promulgare legem ſecundum quam princeps, & non pro libito voluntatis aut proprio iudicio, regat populum ſibi ſubiectum.

Secundò ſuppoſito quòd melius ſit in aliquo ſenſu populum Chriſtianum regi lege condita & promulgata, inueſtigabimus quis debeat acceptari conditor Chriſtianæ legis.

Tertiò, quales debeant eſſe leges humanæ, quibus regendus eſt Chriſtianus populus.

Quartò, qui & quot eſſe debeant legis effectus, ſiue quę & quot legis operationes, quæ neceſſariæ ſunt pro Chriſtiano populo dirigendo in bonum, & arcendo à malo.

CAPVT I. *Num melius ſit populum Chriſtianum, &c.*

IN capitulo primo inueſtigandum eſt, ſi melius ſit populum Chriſtianum regi lege condita, &c. Et hîc quatuor agenda ſunt. Primò arguitur, quòd melius ſit populum Chriſtianum regi per optimum principem, cuius intellectus, & prudentia ſint ipſi lex ad regulandum populum, quàm per legem. Secundò arguetur ad partem oppoſitam. Tertiò determinabitur dubium. Quartò ex ipſa determinatione elicietur corollarium.

Melius eſt lege naturæ regi hominem quàm optimo principe.

Quantùm ad primum arguitur ſic, Dictum eſt in tertio Politicorum, quòd lex dicit vniuerſaliter, quod non eſt vniuerſaliter, id eſt lex datur in vniuerſali, & parùm aut nihil dicit in particulari, & tamen particularia determinanda ſunt per legem vniuerſalem. Sed cùm particulares caſus in humanis varientur, & contingant in infinitum, impoſſibile eſt, vt ſecundum certam legem vniuerſalem, omnes determinentur. Ergo melius eſt populum Chriſtianum regi optimo principe, qui ſua prudentia quemcunque caſum dietim contingentem determinare poteſt, quàm lege vniuerſali, quæ in multis deficit. Prætereà, vt docuimus in tertio Politicorum, Tract. 5. capitu. 2. ſi melius eſt populum Chriſtianum regi per legem, quàm per principem optimum: ergo nil fieret in ciuitate, quod non diſponeretur per legem, & tunc infiniti contingerent errores, & quàm plures ſingulares caſus remanerent indeterminati: quoniam legiſlator præuidere non potuit omnes caſus futuros in humanis, quibus lex vniuerſalis applicari poſſit. Melius eſt ergo optimum principem quàm legem populo Chriſtiano præſidere.

Quantùm ad ſecundum arguitur in oppoſitum ſic, Quod eſt dignius, dominari debet in Chriſtiano populo: ſed lex dignior eſt principe, etiam optimo. Nam vt docuimus in quinto Ethicorum, princeps eſt cuſtos, & ſeruator iuſti, id eſt iuſtæ legis: comparatur ergo princeps ad legem, ſicut inſtrumentum, & miniſter ad principale agẽs. Sed principale agens, vt patet in omni genere dignius eſt: ergo dignius eſt legem dominari Chriſtiano populo quã principem, qui eſt tantùm miniſter & executor legis. Vnde dicit Ariſto. in tertio Politicorum, quòd eligibilius eſt dominari legem quàm regem, aut principem. Inſtituuntur enim & creantur reges, ac principes, non vt ſint lex, ſed vt ſint legis miniſtri, ac ſeruatores. Prætereà, Se habet princeps ad legem firmatam, ſicut regula plumbea, quæ de facili ad partes oppoſitas flexibilis eſt, ad regulam lapideam ſiue ferream, quæ ex duricie, & ſoliditate materiæ inflexibilis eſt, ſed ſemper in ea rectitudine permaner, in qua fabricata eſt, nam princeps cùm ſit homo, non eſt ſimpliciter intellectus, ſed habet intellectum cum appetitu ſenſitiuo, & concupiſcentia. Vnde licet ex parte intellectus ſit rectus, quoniam vt docuimus in decimo Ethicorum, ratio ſemper deprecatur ad optima, tamen ex parte concupiſcentiæ, de facili declinat à rectitudine, & ideo efficitur vt plumbea regula propter appetitum ſenſitiuum. Lex autem eſt ſicut purus intellectus, quoniam verus legis conditor non inſtituit aliquid pro futuro tempore, niſi vt recta ratio dictat, ex conſequenti lex in ſua rectitudine condita perſeuerat, ſicut regula lapidea. Vnde princeps agens ſecundum legem, non errat, ſicut nec ædificator ædificans ſecundum rectitudinem regulæ ſibi propoſitæ. Melius eſt ergo populum Chriſtianum regi per legem quàm per principem qui nulli ſubiiciatur legi, & id confirmat Ariſtoteles in tertio Politicorum, vbi inquit, Qui legem dominari iubent, videntur iubere Deum, & leges dominari. Qui autem iubet hominem præeſſe, adiungit & beſtiam ſæuam, id eſt, iraſcibilem & concupiſcibilem, quæ peruertere poſſunt etiam viros optimos, ſicut apparet de Saule in primo Regum capitulo decimoquinto, & de Dauid in ſecundo Regum capitulo vndecimo & duodecimo, & de Salomone in tertio Regum capitulo vndecimo, & de Ioas rege Iuda in quarto Reg. capitulo vndecimo. Vnde non immeritò dixit Ariſtoteles in tertio Ethicorum, quòd furor, & concupiſcentia, optimum interimunt, & peruertunt. Interimunt quidem non quò ad eſſe naturę, ſed quò ad bonos mores, & peruertunt quò ad iudicium rectum, & ſicut remanet dubium pro vtraque parte.

Quãtùm ad tertium, vt ſcias in quo ſenſu vtraque pars poſſit ſuſtineri, aduerte, quòd princeps comparari poteſt ad legem naturalem, & ad legem poſitiuam. Si ad naturalem, ſic eſt ſub lege, & non ſupra legem. Nullus enim rectè principatur, ſi non regit ſubditos prout recta ratio dictat: eſt enim ratio humanorum actuum regula. Oportet ergo principem ſequi dictamen rationis rectæ, ex conſequenti regere ſecundum legem naturalem, quam author naturæ intellectui noſtro impreſſit. Nam (vt dicemus infrà) idem eſt regere, vt ratio dictat, & regere ſecundum legem naturalem, & quantùm ad hunc ſenſum melius eſt populum regi lege, ſcilicet naturali, quàm optimo principe, quoniam lex naturalis errare non poteſt, cùm ſit ab infallibili authore naturæ. Optimus autem princeps cùm ſit homo poteſt peruerti: quoniam habet rationem adiunctam beſtiæ, id eſt, ſenſitiuo appetitui, vt docuimus in arguendo. Et in hoc ſenſu concludunt duo argumenta præpoſita, quibus probatum eſt melius eſſe populum regi, per legem, quàm per optimum principem. Poteſt enim optimus princeps deſinere eſſe optimus, ſed lex naturalis non poteſt deſinere, nec deficere à ſua rectitudine & veritate.

Princeps optimus quo caſu intelligatur eſſe ſupra legẽ.

Si autem comparatur ad legem poſitiuam, ſic eſt ſupra legem, ſi habet authoritatem condendi legem ſubditis, vt Rex & Imperator, aut ſenatus authoritate regis & imperatoris, vel ſi non habet authoritatem condendi legem, ſaltem habet authoritatem interpretandi legem, vel

ſup

ſupplendi in caſibus in quibus lex poſitiua deficit, & vt ſic optimus princeps eſt ſupra legem, & in tali ſenſu melius eſt populum regi optimo principe rectè interpretante, & ſupplente in caſu, quàm ipſa nuda lege poſitiua. Nam lex data vniuerſalis ſeruari non debet in quolibet particulari contingente: ideo expedit optimum ac prudentem habere principem qui ſit vt anima legis, ſciens diſcernere, quando & quomodo, & quibus circunſtantiis, ſcilicet an clementer an ſeuerè ſit ſeruanda, & in hoc ſenſu concludunt duo argumenta præpoſita, quibus probatum eſt melius eſſe, vt Chriſtianus populus regatur optimo principe quàm ſimplici lege poſitiua prout iacet.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd ex quo lex poſitiua determinare non poteſt omnes caſus, qui dietim accidunt, nec circunſtantias cognoſcere alleuiantes, aut grauantes, princeps qui, vt diximus, eſt interpretator legis poteſt ſeruata iuſtitia declinare ad ſeueritatem & clemẽtiam. Ad ſeueritatem quidem, ſi expediat ſubditum grauius punire quàm lex ipſa determinet, vt cæteri terreantur. Ad clementiam autem ſi aduertat reum dignum miſeratione: quoniam aut paſſione, & non malicia, aut pro nunc & non ex malo habitu peccauit, &c. Hinc eſt, quòd expedit iudicia facere aliquando æqualiter, id eſt, tantùm quantum lex diſponit, aliquando mitius, aliquando ſeuerius: ideo lex poſitiua debet eſſe regula in manu optimi & prudentis principis interpretatiui legis, ſicut regula plumbea flexibilis, & applicabilis, modò ſeuerè, modò clementer, prout requirunt delinquentium circunſtantiæ, & ſic conſtat quòd ex quo princeps eſt ſupra poſitiuam legem, ſaltem eam interpretando, ſtat cum iuſtitia legali æqualitas, & ſeueritas, & clementia. Pro reſolutione igitur propoſiti dubij ſtandum eſt in hoc, Magis expedit legem naturalem quàm optimum principem regere populum Chriſtianum ſuo arbitrio. Item, Magis expedit legem poſitiuam ſcriptam, & promulgatam regere populum Chriſtianum, quàm optimum principem pro libito ſuo. Item, Magis expedit populum regi per optimum principem rectè interpretantem legem, quàm per legem, vt litera iacet. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT II.

Quis debeat eſſe in populo Chriſtiano conditor legis poſitiuæ.

IN c. ſecundo inueſtigandum eſt quis debeat eſſe in populo Chriſtiano conditor legis poſitiuæ, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. Nam, vt dicemus infrà, præter legem naturalem, & diuinam antiquam & Euangelicam, neceſſe eſt condere legem poſitiuam magis applicatam actibus humanis, quàm ſit naturalis, & diuina. Illæ enim cùm ſint ab vniuerſali authore Deo, magis vniuerſales ſunt: ideo expedit humanas condere leges, quæ ad particularia magis deſcendant. Hinc prouenit, quòd apud diuerſas Gentes diuerſæ ſunt conditæ leges, vt ſunt leges Perſarum, & Medorum, & Aegyptiorum, & Græcorum, & Romanorum, ſub quibus nunc regitur Reſpublica Chriſtiana, & præcipuè Italica. Hic igitur tria agenda ſunt. Primò ponitur diſtinctio de lege. Secundò ponitur hæc cõcluſio, Nulla perſona priuata, ſed ſolus princeps, vel ipſa multitudo ſi tota dominatur poteſt condere legem. Tertiò quòd lex condita non habet virtutem cogendi, & obligandi ſubditos, niſi ſit promulgata.

Lex biſ. viam ſu mitur.

Quantùm ad primum aduerte, quòd hic terminus, Lex, duobus modis poteſt ſumi. Primò pro mandato, ſiue admonitione, ſiue perſuaſione, qua excitatur homo ad bonum, & retrahitur à malo, in quo ſenſu dare poteſt legem pater filio, dominus ſeruo, amicus amico, ſenior iuniori, & vir vxori. Et iuxta hunc ſenſum dixit Homerus, vt recitat Ariſtoteles, in primo Politicorum, quòd vnuſquiſque ſtatuit leges pueris, & vxori, &c. & Prouerbiorum capitulo primo, Ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo. Secundò ſumitur pro regula humanorum agibilium ordinans hominem in bonum publicum, ſiue commune, habens vim coactiuam, iuxta quem ſenſum Cicero in ſecundo de Natura deorum inquit, Lex eſt recti præceptio, prauíque depulſio. Dimiſſo pro nunc primo ſenſu, intendimus loqui de conditore legis iuxta ſecundum ſenſum: quoniam in primo ſenſu dicitur lex communiſſimè, & impropriè, in ſecundo autem propriè, & famoſiſſimè.

Lex coactiua non niſi à publica perſona condita eſt.

Quantùm ad ſecundum igitur ponitur hæc concluſio, Lex in ſecundo ſenſu non poteſt condi niſi à perſona publica, quæ eſt princeps, vel à populo, ſi dominatur populus: Hæc quidem concluſio ſic deducitur, Cùm lex in ſecundo ſenſu accepta ordinet hominem in bonum publicum, eiuſdem eſt dirigere homines in bonum publicum, & eis condere leges, quibus aſſequantur bonum & vitent oppoſitum. Sed principis, aut totius communitatis (ſi principatur communitas) eſt dirigere homines ſubditos in bonum publicum, & non alicuius perſonæ priuatæ: ergo non ad perſonam priuatam, ſed ad principem, aut ad communitatem dominantem ſpectat condere leges in ſecundo ſenſu, quas appellamus ciuiles. Quod confirmatur per Iſidorum in libro quinto Etymologiarum, vbi apertè declarat leges ciuiles conditas fuiſſe à primis, id eſt dominantibus, aut à populo data authoritate aliquibus prudentibus electis condendi leges, quibus ſubditi regendi eſſent. Inquit igitur Iſidorus vbi ſuprà, Moſes gentis Hebrææ primus omnium, diuinas leges ſacris literis explicauit. Phoronæus rex, Græcis primus leges iudiciáque conſtituit. Mercurius Trimegiſtus primus leges Agyptiis tradidit. Solon quidem primus leges Athenienſibus edidit. Licurgus primus Lacedæmoniis iuſſa ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in regno, primus Romanis leges edidit. Deinde cùm populus, ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, decem viros legibus ſcribendis creauit. Qui leges ex libris Solonis in latinum ſermonem tranſlatas, duodecim tabulis expoſuerunt, fuerunt autem hi, Appius Claudius, Titius Genutius, Publius Feſtius, Lucius Veturius. Caius Iulius, Aulus Manilius, Publius Sulpitius, Publius Curiatius, Titius Romulius, Spurius Poſthumus, ex quibus conſtat, quòd ad principem, aut ad populum dominantem per prudentiores electos, & non ad priuatas perſonas ſpectat publicas leges condere, & confirmatur ex Scriptura ſacra. Nam legimus in primo Regum capitulo vndecimo, quòd Samuel ſacerdos, & princeps populi Hebræi, condidit legem regni, & promulgauit populo, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino, & in Actis Apoſtolorum, capitulo decimoquinto, Apoſtoli vt principes Chriſtiani populi conuerſi ex Gentibus, primam ſibi dederunt legem. Vide tu. Præterea, humanæ leges aſſimilari debent quantum poſſunt legi naturali & diuinæ. Conſtat autem has non emanaſſe niſi à Deo omnium principe & authore: naturalis quidem imprimitur à Deo in omnium hominum intellectu ex ipſa genitura, & non eſt inuenta humano ingenio, neque ſapientia populorum. Vnde de hac lege inquit Cicero in libro ſecundo de Legibus, Lex, ſcilicet naturalis eſt neque hominum ingeniis excogitata, neque ſcitum aliquod populorum, ſed æternum quiddam quod vniuerſum mundum regeret imperandi prohibendique ſapientia. Diuinam verò tam Moſaycam quàm Euangelicam conſtat à Deo conditam fuiſſe: nam de Moſayca inquit Iſaias capitulo trigeſimotertio, Dominus legifer noſter. De Euangelica inquit Iacobus in epiſtola ſua capitulo quarto, Vnus eſt enim legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare. Oportet ergo leges humanas, quibus reguntur populi, non inſtitui ab aliqua priuata perſona, ſed a principante, ſiue ſit vnus, ſiue multitudo. Ex quo ſequitur, quòd qui non eſt iuridicè principans, ſed vi populos ſibi ſubiugat, vt tyrannus, & qui per ſeditionem exaltant ſeipſos, non poſſunt iuſtas condere leges, & de his intelligitur illud Iſaiæ capitulo decimo, Væh qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei.

Legũ vari, apud diuerſas gentes cõditores.

Præterea, lex habet virtutem coactiuam, & obligatiuam: illius ergo eſt condere legem, qui habet authoritatem coactiuam ſuper alios Sed nulla perſona priuata, vt priuata, ſed publica, qualis eſt princeps, habet authoritatem coactiuam ſuper alios, ergo non ad perſonam priuatam, ſed ad publicam ſpectat condere legem ciuilem, de qua hìc intẽdimus, vt excipiamus legem domeſticam, quã condit vir ſuper vxorem, pater ſuper filium, dominus, ſuper ſeruum. Conſtat ergo quis in dominio Chriſtiano debeat eſſe conditor legis poſitiuæ.

Lex non niſi promulgata & ſcripta mandat, cogit ad ſui obſeruantiam.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd licet ad principem ſpectet condere legem coactiuam ſubditorum, tamen ipſa poſtquàm excogitata eſt, & inſtituta, non ha-

bet cogere, nec obligare ſubditos ad ſui obſeruantiam, niſi poſtquam promulgata eſt, id eſt annunciata populo, & in ſcriptis reducta. Nam, cùm lex ſit mandatum ſuperioris, & regula, qua diriguntur ſubditi in agendis, vel vitandis, non prius poteſt ſubditos obligare, quàm obliget mãdatum ſuperioris. Sed ipſum mandatum non obligat niſi poſt notitiam de eo habitam, ſiue verbo, ſiue ſcripto: ergo nec lex obligat ſubditum, niſi poſtquàm promulgata eſt, & manifeſtata.

Sed aduerte, quòd alio modo promulgatur lex naturalis, & alio lex humana. Nam illa à Deo indita eſt in omni homine à principio genituræ. Vnde dicitur lex cogenita, & lex naturæ: quoniam conſequitur naturam rei genitæ. Hæc promulgatur & manifeſtatur, non verbo, non ſcripto, ſed effectu ſtatim, quòd homo incipit habere rationis vſum, ſciens quod bonum agendum, quod malum vitandum ex rationis dictamine, etiam quòd nulla eſſet lex diuina ſcripta, neque humana: lex autem humana, id eſt hominum ingenio & prudentia excogitata promulgatur, quando populo extrà pronunciatur, & in ſcriptis ad firmitatem, & debitam obſeruantiam reducitur, ne ſubditi ignorantiam, obliuionem, aut non ſic fuiſſe de intentione legiſlatoris allegare poſſint.

Hac de cauſa, vt ſuprà diximus, & habetur in primo Regum cap. decimo, Samuel poſtquàm ad petitionem populi, & Dei maximi commiſſionem conſtituerat regem Saul ſuper Iſraël, condidit legem regni, & non tyrannidis, & locutus eſt eam ad populum, & ſcripſit in libro, & repoſuit eam coram Domino, & ſic obligauit populum ad ipſius obſeruantiam.

Eadem cauſa Moſes per totum librum Deuterono. repetiuit, & ſecundò promulgauit legem ſibi datam à Deo in Oreb omni populo, duáſque lapideas tabulas, in quibus lex ſcripta erat digito Dei in archa Fœderis repoſuit, vt populus nullam poſſet allegare rationem, quin obligatus eſſet ad obſeruandum diuinam legem.

Conſtat igitur quòd lex quantumcunque iuſta, ſiue diuina, ſiue humana, non habet vim coactiuam, nec obligatiuam, niſi ſubditis prudenter promulgata fuerit. Aduertat ergo Chriſtianus princeps, ſiue populus Chriſtianus dominans, vt iuſtas maximéque rationabiles leges ſuper ſubditos, vt paſtores & patres excogitent & inſtituant, inſtitutas promulgent, promulgatas in ſcriptis redigant, redactas in ſcriptis, iudices apud ſe habeant, vt ſecundũ eas, & nõ proprio iudicio populũ iudicent. Studeántque paulatim populum ad legum conditarum, & promulgatarum obſeruantiam deducere, nam quantumcunque leges conditæ, & promulgatæ fuerint, niſi per obſeruãtiam & vſum confirmatæ fuerint, non videntur habere ſuper ſubditos vim coactiuam, & obligatiuam. Vſus enim & inchoata obſeruantia, manifeſtat populum acceptaſſe promulgatam legem, ex conſequenti ſe obligauit ad obſeruantiæ legalis perſeuerantiam. Conſtat igitur tibi quomodo lex humana poſtquam condita eſt, poteſtatem habet coactiuam & obligatiuam, & quomodo non. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quales debeant eſſe humanæ leges, quibus regendus eſt Chriſtianus populus.

IN capi. tertio declarandum eſt quales debeant eſſe humanæ leges condendæ à principe ſuper Chriſtianũ populum, & hîc tria agenda ſunt.

Primò declarandum eſt, quæ ſit propriè humana lex.

Secundò qualis debeat inſtitui in Chriſtiano dominio.

Tertiò quæ ſit neceſſitas inſtituendi huiuſmodi legem.

Quantùm ad primum aduerte quòd de lege multiplex apud ſapientes dari conſueuit diuiſio, vt docuimus in 5. Ethicorum, Tract. 2. c. primo & ſecundo, vt videre poteris tu. Verùm prout ad præſens propoſitũ ſpectat, ſit hæc prima diuiſio.

Legũ alia naturalis, alia poſitiua.

Legum, alia naturalis, alia poſitiua. Naturalis eſt, quæ vbique & ſemper eſt eadem, ſicut & natura rei vbique, & ſemper permanet eadem, vt ignis vbique ardet oppoſito combuſtibili debitè proportionato, & animal perfectum vbique generat ſibi ſimile (remoto impedimento,) & homo vbique proſequitur bonum, refugit malum, amat amicum, odit inimicum benefacit, benefacienti ſibi, &c. & qui ex his deuiant, non homines, ſed monſtra in humana ſpecie cenſendi ſunt. Lex poſitiua eſt, qua reguntur populi ſub vno principe conſtituti non ex rei natura, nec ſolo rationis dictamine conſtituta, ſed humana apprehenſione varióque prudentum iudicio conſtituta, quæ differt à naturali: quoniam non eadem eſt apud omnes, vt patet de legibus Græcorum, & Perſarum, & Carthaginenſium, &c. ſicut non ſunt eadem politiæ, vt docuimus in libris Politicorum.

Prætereà, non ſemper permanent, ſed pro loco, & tempore, & generatione, & ſtatu mutantur. Multæ nanque fuerunt in vſu antiquo tempore apud diuerſas nationes, quæ ex mutatione principatuum & morum habitantium, mutatæ ſunt.

Naturalis quidem ſolet in tria diuidi membra.

Primum dicitur lex naturalis omnium entium.

Secundum dicitur lex naturalis omnium animalium.

Tertium dicitur lex naturalis omnium gentium, ſiue omnium hominum viuentium vſu rationis.

Lex naturalis omnium entium quæ.

Lex naturalis omnium entium eſt naturalis inclinatio ad conſeruationem ſui eſſe, & expugnationem ſui oppoſiti corruptiui. Hinc videmus humidum repugnare ſicco, calidum frigido, graue leui, &c. Sub hac lege continetur homo, vt ens eſt, & non ſolùm vt homo eſt. Ideo ex inclinatione naturali qua ens eſt, reſiſtit nocenti, pugnat contra aduerſantem, & omnibus modis curat ſe conſeruare in eſſe, aliter non parceret labori, non vitaret pericula, infirmatus non quæreret medicamina.

Lex naturalis omnium animalium.

Lex naturalis omnium animalium, ſcilicet quæ ex propagatione perpetuantur, eſt naturalis inclinatio ad generandum ſibi ſimile, & genitum educare, & conſeruare. Vnde coniunctio maris & fœminæ, educatio filiorum, pugna pro filiis non adultis, eſt de lege naturali omnium animalium.

Sub hac lege continetur homo, non vt homo, ſed vt animal eſt. Hinc videmus in omni gente concupiſcentias excitari cùm ad pubertatem deueniunt, vt coniungatur mas fœminæ, & prolem ſuſceptam omni ſollicitudine educãt, conſeruant, & contra nocentes defendant.

Lex naturalis omnium gentium.

Lex naturalis omnium gentium vtentium ratione eſt naturalis inclinatio, & rationis dictamen, ad proſequendum ea, ſine quibus ſeruari non poſſet humana, & ciuilis ſocietas, reſpectu eorum ſine quibus ſufficientia humanæ, ac ciuilis vitæ haberi non poteſt. Hæc autem ſunt prima principia practicabilia, vt bonum proſequendum, malum vitandum, diuinum bonum honorandum & colẽdum, parentibus obediendum, & ſubueniendum. Sunt & omnes contractus, in humano genere introducti, vt emptio, & venditio, locatio, mutuum, depoſitum.

Sub hac lege cõtinetur homo, vt diſtinguitur à cæteris entibus, & cunctis animalibus: eſt enim ſibi propria, quoniam prædicta non ſine ratione & intelligentia fiunt. Solus autem homo rationalis eſt: ergo ſoli homini, vt homo eſt prædicta lex conuenit, quæ non authore hemine, ſed Deo prouiſore omnis creaturæ, menti humanæ, inſcripta eſt atque ſignata, iuxta illud Pſalmi, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Secundum quam legem poteſt homo iuſtè ac rectè viuere, poſito quòd neque diuina lex, neque aliqua humana in ſcriptis haberetur.

Lex humana.

De hac lege gentium, intendit Paulus ad Rom. capitu. 2. dicens, cùm gentes quæ legem, ſcilicet diuinam ſcriptam non habent, naturaliter, id eſt, per legem naturalem ea quæ legis ſunt diuinæ, ſcilicet, faciunt, eiuſmodi legem, ſcilicet diuinam non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, ſcilicet, agentes ſecundum dictamen rationis rectæ. Conſtat igitur tibi, quid ſit propriè lex humana, quam appellare conſueuimus Ciuilem legem poſitiuam, toti vni dominio cõmunem, quæ plurificatur dominio niſi dominium vnum accipiat leges ab altero dominio contentetúrque ſub illis viuere, vt iacent, vel aliquibus additis, aut diminutis, ſicut Romani primas leges ſumpſerunt à Græcis, vt diximus ſuprà, & Reſpublica Chriſtiana pro maiori parte vtitur Romanis legibus, quas Imperiales nunc appellamus. Relicta igitur naturali lege cõi ratione vtẽtibus tam fidelibus, quàm infidelibus, quã nõ eſt neceſſe extrà ſcribi nec promulgari, quoniã à genitura ſcribitur in corde, nec poteſt obliuioni tradi, ſtante naturali diſcurſu rationis humanæ, agemus de humana poſitiua, qualis debeat inſtitui

ſuper

ſuper Chriſtianum populum.

Lex quælibet ſuper naturalẽ firmanda eſt.

Quantùm igitur ad ſecundùm aduerte,quòd omnis humana lex inſtituenda tam ſuper fideles quàm infideles,firmanda eſt ſuper legem naturalem: ita quòd omne iuſtum, & honeſtum præcipiat, omne autem iniuſtum, & inhoneſtum,& iniuriоſum prohibeat, vt ratio recta dictat:aliter non eſt cenſenda vera lex.Vnde inquit Cicero in libro ſecundo Rhetoricorum veterum, Nulla eſt lex, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit. Omnia ſupplicia,quæ à legibus proficiſcũtur,culpæ,aut maliciæ vindicandæ cauſa conſtituta ſunt. Et in primo lib.inquit, Nã ſicut ex medicina nihil oportet putare proficiſci, niſi quod ad corporis vtilitatem ſpectat: quoniam eius cauſa eſt inſtituta, ſic à legibus, nihil conuenit arbitrari niſi quod Reipubli.conducat, proficiſci: quoniam eius cauſa ſunt comparatæ. Omnis autem ciuilis lex qua regendus eſt Chriſtianus populus tria in ſe continere debet.

Lex ciuilis tres debet habere cõditiones.

Primò oportet eam eſſe iuſtam, aliter non lex ſed legis corruptio exiſtimanda eſt. Iuſta autem erit, ſi non opponitur diuinæ legi, ſi firmatur in lege naturali, ſi inſtituitur non pro libito voluntatis,ſed recta ratione,&ex rationabili cauſa Hæc omnia declarant iuſtitiam, & rationabilitatem legis,ſicut oppoſita declarant iniuſtitiam. Oportet ergo eam eſſe iuſtam, ſicut diuina, & naturalis iuſtæ ſunt: nam vt inquit Diuus Auguſtinus in libr.9. de Ciuita. Dei, omnium legum, ſcilicet, humanarum inanis cenſura eſt, niſi diuinæ legis imaginem gerat.

Secundò oportet eam eſſe vtilem reſpectu boni publici,ita quòd finis & primum intentum legis ſit ipſum bonum publicum, & non priuatum, aliter non erit recta regula qua regendus eſt Chriſtianus populus, ſed obliqua & peruerſa ac tyrannica. Nam ſicut rex differt à tyranno, vt docuimus in Politicis,quia rex vt paſtor intendit bonũ populi, tyrannus autem bonum proprium: ſic lex recta ordinatur primò ad bonum publicum, peruerſa autem ad bonum priuatum.

Tertiò oportet eam eſſe poſſibilem, & conuenientem conſuetudini patriæ, & moribus populi, & tempori, & loco: nam ſecundum quòd huiuſmodi diuerſificantur, oportet & leges diuerſificare. Vnde diximus in quarto Politicorum, quòd non oportet adaptare politias legibus,ſed leges politiis: quoniam neceſſe eſt leges ſumere diuerſitatem à diuerſitate politiarum.Conſtat igitur quas conditiones habere debeant humanæ leges condendæ ſuper Chriſtianum populum. Et aduerte,quòd Iſidorus in libro ſecundo Etymologiarum, prædictas conditiones egregiè complectitur dicens, Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundum naturam,& ſecundum conſuetudinem patriæ,loco,temporique,cõueniens,neceſſaria,vtilis,manifeſta quoque, ne per obſcuritatem aliquid in captionem contineat,nullo priuato commodo,ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. Ideo in ipſa conſtitutione iſta conſideranda ſunt, quia cùm leges inſtitutæ fuerint,non erit licitum iudicare de ipſis,ſed oportebit iudicare ſecundum ipſas.

Leges tollere cur neceſſarium fuerit.

Quantùm ad tertium aduerte,quòd neceſſitas condendi legem poſitiuam vltra diuinam & naturalem ſumitur ex eò, quòd in omni Gente vtente ratione, aliqui ſunt bene nati,ita quòd ex ſeipſis virtuoſè viuunt, naturaliter abhorrentes vitium, quaſi habentes in ſe habitus bonos morales cõgenitos. Iſti ſunt qui dicuntur ſortiri animam bonam.Aliqui autem ſunt,qui etſi non ſint ita inclinati ad virtutem vt præcedentes, tamen adhortationibus, & reprehenſiõnibus bonorum, de facili declinant à malo, & ad bonum morale ſe conuertunt.Aliqui verò ita malè nati ſunt, aut viuendi conſuetudine deprauati, quòd non niſi timore pœnæ reuocantur à malo. Propter primos, & ſecundos non oportet condere legem coactiuam vim habentem,ſed,ſufficiunt paternæ amicabiléſque admonitiones,& correctiones.Propter tertios autem omninò neceſſaria eſt lex coactiua,aliter in populo nulla quies,nulla ſecuritas viuendi haberetur. Habitant enim hi tertij inter primos,& ſecundos,ſicut feræ inter agnos.Ideo oportuit eos per legem coactiuam frænare :ita quòd aut conuertantur,aut exterminentur. Lex igitur,vt inquit Paulus ad Gal.capitu.3.propter trãſgreſſionem poſita eſt, & confirmat Iſidorus in libro ſecundo Etymologiarum dicens,Factæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutáque ſit inter improbos innocentia,& in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas.Conſtat igitur tibi,quòd neceſſe fuit humanas condere leges ſuper Chriſtianum populum, vt ſaltem metu pœnæ deſiſterent mali perturbare bonos, & agere peruersè.

Sed dices,Si lex humana ex timore pœnæ ſufficit comprimere malos, & lex naturalis cum admonitionibus ſufficit bene natos, & ſuſcipientes adortationem, ac correptionem conuertere ad bonum,& remouere à malo:ergo non fuit Chriſtiano populo neceſſaria diuina lex & Euangelica.

Reſpondetur, Si Chriſtianus populus non eſſet ordinatus,niſi ad felicitatem præſentis vitæ,& eius oppoſitũ, vt de ea docuimus in decimo Ethicorum, profecto naturalis, & humana rectè ac iuſtè poſita ſufficeret. Verùm quia ordinatur ad æternam beatitudinem, quam ex fide expectamus, poſt huius vitæ decurſum, aut ad eius oppoſitum ex demeritis, vt ſatis docuimus in Parte octaua Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ,ideo vltra quaſcunque humanas leges etiam iuſtiſſimè ac prudentiſſimè latas,& vltra naturalem communem omni Genti vtenti ratione neceſſe fuit dari legem diuinam,& Euangelicam.Quod declaratur triplici ratioue.

Præter humanam legem neceſſariæ fuere homini ad bene viuendum lex diuina atque Euangelica.

Primò humana ac naturali lege, non poſſunt Chriſtiani principes omnia peccata caſtigare: nam oportet prudentem principem aliqua dimittere impunita, ne maius ſequatur malum in repub. Chriſtiana,& aliquando condeſcendere in aliquibus, quæ etſi non abſolutè, tamen ad tempus tollerari poſſunt. Exemplum habemus de Dauid in 2. Regum,qui non puniuit Ioab occiſorem Abner, eò quòd eſſet rex nouiter creatus, & prævalere non poſſet. Vnde dixit ad populum in 2. Regum. capitu.3. Non ignoratis quoniã princeps & maximus cecidit hodie in Iſraël? Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex. Porrò viri iſti filij Saruiæ duri ſunt mihi. Retribuat Dominus facienti malum iuxta maliciam ſuam. Præterea, humana lege non puniuntur delicta niſi manifeſtata, & conuicta.Sed quàm plura,& enormia fiunt in occulto,vt adulteria,ſtupra,homicidia,& furta,quæ ſi permanent occulta iudicio humano condemnari non poſſunt. Si igitur in Chriſtiana religione nullum malum remanere debet impunitum, oportet in ea eſſe diuinam,atque Euangelicam legem,quæ non ſolùm extrinſeca delicta manifeſtata punit, ſed etiam occultè perpetrata,maláſque cogitationes, vt concupiſcentias,& iras,& odia,& hypocriſes:quoniam in æterna beatitudine nulla admittitur macula.Dicitur enim Apoc.cap. 21.Nullum coinquinatum intrabit in ea.

Secundò nulla eſt humana lex adeò prudenter tradita, in qua quò ad iudicia cadere non poſſit error:nam vt docuimus in primo Ethicorum,quod eſt iuſtum, & laudabile in vna Gente reputatur oppoſitum in alia. Oportet ergo in populo Chriſtiano, qui eſt populus electus, Chriſti ſanguine redemptus, vltra humanam adeſſe diuinam, & Euangelicam legem carentem omni falſitate, & errore, vt docuimus in Parte prima Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ,vt illic videre poteris.

Tertiò lex naturalis, & humana non ſufficiunt nobis tradere conuenientem cognitionem illius ſupernaturalis finis, ac boni, ad quod tendit Chriſtiana religio:quoniam vt ſcribitur Iſaiæ capitulo 64. in cor hominis non aſcendit, quod Deus præparauit diligentibus ſe: nam cùm illud bonum ſit ſupra naturam, oportuit diuinam atque Euangelicam legem nobis dari, qua per fidem cognoſceremus noſtræ beatitudinis obiectum, & per veras operandi regulas tenderemus in illud. Conſtat igitur tibi propter quid vltra naturalem humanámque legem oportet Chriſtianum populum regulari per diuinam & Euangelicam.Hæc de præſenti capitu. dicta ſufficiant.

CAPVT IIII.

Quot agenda ſunt per legem condendam ſuper Chriſtianum populum.

Opera quinque ſunt cuiuſlibet legis.

IN cap.quarto declarandum eſt quot agenda ſunt per legem condendam ſuper Chriſtianum populum, ſiue ſub qua regitur.Tu igitur aduerte, quòd communi ſapientũ ſententia omnis humanæ legis rectè,& efficaciter poſitæ, quinque ſunt opera, ſine quibus princeps vanè laboraret in regendo populo.

Primum eſt præcipere.
Secundum permittere.
Tertium prohibere.
Quartum præmiare.
Quintum punire.

Quorum ratio & ſufficientia hinc ſumitur, Leges conduntur propter humana opera regulanda. Hęc autem ſunt in triplici differentia: quoniam aut ſunt euidenter bona, aut euidenter mala, aut media, vt ea quæ ſunt ex ſui natura indifferentia, vel parui momenti. Si euidenter bona, hoc dupliciter: quoniam vel ſunt fienda, vel iam facta: ſi fienda, primo ſpectat ad verum principem ſiue eius vicarium hortari, monere & conſulere, vt ſubditi faciant opera bona, quæ fienda ſunt, quòd ſi hæc non ſufficiunt, apponere præceptum ex virtute legis, quæ habere debet vim coactiuam, aliter inefficax eſſet. Si facta, ſubditi bene operantes præmiandi ſunt, aut honoribus, aut officiis, aut donis, vt in bono perſeuerent, reddantúrque animoſiores ad bene operandum. Si euidenter mala, hoc dupliciter: quoniam vel poſſunt fieri: & dubitatur, quòd fiunt, vel ſunt facta. Si primo modo, prohibenda ſunt ex vi legis. Si ſecundo modo, punienda ſunt, vt ſubditi delinquentes caueant de futuro, & cæteris ſint in exemplum. Pœnarũ verò iuxta Iſidorum in ſecundo Etymologiarum, octo genera in legibus contineri Tullius ſcripſit, ſ. Damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem, & mortem. Si ſunt media, & dicuntur indifferentia, quia ex ſe nõ ſunt euidenter bona, nec mala, niſi fortè ex diuerſa intentione operantium, vel ſi ſunt mala, ſunt modici momenti, hæc in quam permittenda ſunt, & diſſimulanda, nec ſemper punienda. Nam cùm omnes ſubditi non poſſint eſſe perfectè boni ſi princeps decerneret quoſcunque defectus punire, non diu pacificè regnaret, & multi indignati ad deteriora ſe conuerterent, & tandem princeps haberetur contemptui, vel ei imponeretur, quòd relinquens grauia tantùm leuiora curat. Oportet ergo prudentem principem, aliqua mirùs bona permittere, ne maius ſequatur malum in populo, & aliquando etiam grauiſſima non ſtatim deprehenſa punire, ſed tempus congruum expectare, & ſi princeps in vita ſua non poteſt, committendum eſt ſucceſſori, qui capta opportunitate, delicta grauia non relinquat impunita, ſicut fecit prudentiſſimus rex Dauid, qui, vt legimus in 3. Regum capit. 2. commiſit Salomoni iuſtam vindictam de Ioab, & Semei. Vide tu. Conſtat igitur tibi quòd humana lex condenda ſuper Chriſtianum populum quinque in ſe cõtinere debet opera, ſine quibus vana eſſet ipſa lex, & princeps quantũcunque ſit in ſeipſo bonus, vanè laboraret in regendo populo ſibi commiſſo, hęc autem ſunt, vt docuimus, Præcipere, Prohibere, Permittere, Præmiare, Punire. Hæc de præſenti capitu. dicta ſint, in quo terminatur conſideratio de legibus Chriſtianis in vniuerſali.

Primæ partis, Tractatus ſexti, quæ fuit de legibus Chriſtianis in vniuerſali, Finis.

SECVNDA PARS SEXTI Tractatus, De Legibus Chriſtianis in ſpecie.

IN hac ſecunda Parte ſexti Tractatus ordo doctrinæ requirit, quòd poſtquàm locuti ſumus in Parte præcedenti de legibus Chriſtianis in vniuerſali, deſcendamus ad ſpecificam conſiderationem earum. Hanc igitur partem diuidemus in quatuor capita.

Primò declarandum eſt ſub quibus legibus conditis, & firmatis, regendus ſit Chriſtianus populus, ita quòd non ſit neceſſe nouas, & vniuerſales condere leges.

Secundò quomodo regendus eſt ſecundum diuinam legem antiquam datam per Moſem.

Tertiò quomodo regendus eſt ſecundum legem Euangolicam.

Quartò quomodo regendus eſt ſecundum ciuilem Imperatoriam.

CAPVT I.

Sub quibus legibus conditis, & firmatis regendus ſit Chriſtianus populus.

IN cap. primo declarandum eſt ſub quibus legibus conditis, & firmatis regendus ſit Chriſtianus populus: ita quòd nõ ſit neceſſe pro eius regimine nouas & vniuerſales condere leges: quoniam iam conditæ ſufficiunt. Dico autem vniuerſales, vt excipiam particularia decreta ſiue ſtatuta, ſub quibus regi ſolent diſtinctæ ciuitates, quæ pro tempore conſtituuntur à principe, ſiue à communitate, & innouantur, & augentur, & minuuntur, prout caſus dietim emergentes requirunt. Hinc eſt quòd Bononia, & Florentia, & Placentia, & Mediolanum particulares quaſdam leges habent, vltra communem imperialem, ſub quibus reguntur populi, quæ nõ aduerſantur communi legi, ſed ad particularia magis applicantur. Vnde ſi ciuitatis ſtatutum repugnaret directè communi legi iuſtè, & prudentiſſimè poſitæ non eſſet approbandum, ſed per imperatoriam, aut regiam maieſtatem deſtruendum. His ergo particularibus ſtatutis poſtpoſitis intendimus loqui de vniuerſalibus legibus iam conditis, ſub quibus regendus eſt Chriſtianus populus. Tu igitur aduerte, quòd cum Chriſtianus populus in ſui principio, id eſt, tempore Apoſtolorum aggregatus fuerit ex Hebræis, & Gentibus conuerſis ad fidem Chriſti, & ſic in deſcendentibus ſuis perſeuerat, congruum eſt vt medicus ſeruet legem extremorum, pro quanto non repugnat legi Euangelicæ. In lege autem Hebræorum cõtinentur præcepta moralia, & cæremonialia, & iudicialia ſiue pœnelia. Quò ad cæremonialia non eſt regendus Chriſtianus populus: quoniam vt vmbra futuri tranſierunt, nec quò ad iudicialia vniuerſaliter: quoniam lex illa data eſt Hebræis duræ ceruicis: ideo durè in pœnalibus tractandi erant, vt ſaltem timore rigoroſæ pœnæ, reuocarentur à malo. At lex Chriſti data eſt filiis, qui inducendi ſunt ad bonum amore patris, & diligentiſſimi paſtoris, qui non renuit animam ſuam ponere pro ouibus ſuis. Propterea liberatus eſt ab obligatione legis Hebrææ populus Chriſtianus quò ad partem cæremonialem, & iudicialem, & relicti ſunt obligati parti morali, quoniã moralia ſunt de lege naturæ, quæ in omni Gente, & omni tempore, & omni loco ſeruanda eſt. Sic enim dictat ratio recta in omni homine vtente ratione. Vt honorandi parentes, non furandum, non occidendum, non mœchandum. non peierandum, non falſè teſtificandum. Et quidem quòd Chriſtianus populus liber ſit à cæremonialibus antiquis, & iudicialibus, conſtat ex eo, quòd Paulus ad Gal. capit. 2. reſtitit in faciem Petri, eò quòd cogebat Gentiles Iudaizare, qui erant ad Chriſtum conuerſi, & per totam ferè epiſtolam ad Romanos oſtendere nititur Chriſtianum eſſe à lege liberum. In lege autem imperiali, quæ ciuilis communis dicitur, quę cõdita fuit apud Romanos ante Chriſti aduentum continentur iuſtiſſimæ regulæ omnium ciuilium actionum, & humanorum contractuum, & punitiuæ delinquentium, quas quidem regulas fundarunt illi Antiqui prudentes Romani ſuper ius naturale, in quo non eſt error, & ideo Reſpublica Chriſtiana huiuſmodi legem ſibi applicauit, per quam Chriſtianus populus poteſt virtuoſè, & ciuiliter, & pacificè, & glorioſè viuere, Cùm autem omnis humana lex in aliquibus deficiat, vt docuimus in Parte prima Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ, nec conuertat animas, ſed ſola extrinſeca curet, qualia ſunt verba, & opera, oportuit optima lege carente omni defectu, & curante tam intrinſeca quàm extrinſeca fideles regi. Hæc eſt autem lex Euangelica, vt docuimus in Parte prima Chriſtianæ Philoſophiæ Moralis, vt illic reſolutè videre poteris, vbi probauimus, quòd ſola conuertit animas, ſola lætificat corda, ſola illuminat oculos, id eſt intellectum, in ſola eius obſeruantia eſt retributio multa, &c. Rationabiliter ergo regendus eſt Chriſtianus populus tripliciter lege, ſcilicet, diuina antiqua, ciuili imperiali, & Euangelica. Hic eſt funiculus triplex, qui vt dicitur Eccleſiaſtes capitu. quarto, de difficili rumpitur: nam ex antiqua lege habet Chriſtianus populus decem mandata, in quibus vt in primo ſemine, ſtat diuinus cultus, & omnis moralitas circa dilectionem proximi. Ex ciuili autem imperiali habet irreprehenſibilem conuictum erga proximum in quocunque humano negocio. In Euãgelica autem

Liber eſt populus Chriſtianus à cæremonijs legis antiquæ ſtatim.

autem habet perfectum, & purgatiſſimum Dei cultum, perfectam proximi dilectionem, omnemque moraliſſimum, & iuſtiſſimum viuendi modum tam in ſeipſo quàm erga Deum, & patriam, & parentes, & ciues, & quoſcunque humani generis ſtatus, vt tibi manifeſtare intẽdimus, ſi Deo optimo fauente ſuper Pauli epiſtolas expoſitionem fecerimus. Conſtat ergo tibi, ſub quibus legibus conditis regendus ſit Chriſtianus populus. Hæc de præſenti capit. dicta ſint.

CAPVT II.

Quomodo regendus eſt chriſtianus populus ſecundum diuinam legem datam per Moſem.

IN cap. ſecundo declarandum eſt quomodo regendus ſit Chriſtianus populus ſecundum antiquam diuinam legem. Tu igitur aduerte, quòd vt diximus in capit. præcedenti, Chriſtianus populus per Chriſtum liberatus eſt ab obſeruantia legalium cæremoniarum, & iudiciorum, non autem ab obſeruantia moralium, quæ ſunt etiam de lege naturæ, nec ab obſeruantia diuini cultus, qui conſiſtit in dilectione, & honore vnius ſummi veri Dei: & quoniam hæc omnia continentur in præceptis Decalogi, de quibus ſcribitur Deutero. cap. 5. ideo ante omnia eſt erudiendus, & aſſuefaciendus in obſeruantia decem præceptorum, in quibus tota legis diuinæ virtus conſiſtit. Verùm, quia in Parte ſecunda Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ de decem præceptis, & eorum intelligentia, reſolutè pertractauimus: ideo hic non eſt longius immorandum.

CAPVT III.

De Regimine Chriſtiani populi ſecundum legem Euangelicam.

IN tertio capit. declarandum eſt, quomodo regendus ſit Chriſtianus populus ſecundum Euangelicam legem. Tu igitur aduerte, quòd cùm Euangeliũ ſit lex perfecta, nihil relinquens quod ad hominis ſalutem ſpectet, diuinum cultum, & caſtigatiſſima moralia, & iudicialia omni ſeueritate remota tradit, ſicut & ipſe manſuetus, & mitis corde fuit, ſtudens peccatorem per lenitatem, & indulgentiam ad ſe cõuertere, relicto antiquæ legis rigore. Et ideo ſpectat ad Chriſtianum principem temporalem, & ſpiritualem, fidelem populum ſibi commiſſum, non ſeuerè, nõ tyranniter regere, ſed potiùs ad pietatem quàm ad duriciem declinare, ſicut pater ad filios, niſi adſit cauſa ſæuiendi contra ſceleſtos, & profanos, & conturbatores pacis, & contra ſæuientes in proximum, nocentes illi in re, in perſona, in fama: contra hos enim acriùs agẽdum eſt, ne boni contra iuſtitiam patiãtur, & alij deprauato exemplo, efficiantur mali. Vnde & Paulus, qui vt piiſſimus pater obſecrationibus, orationibus, paternis & manſuetiſſimis adhortationibus vocabat Gentes ad Chriſtianam fidem, ferre non potuit ſcelus illius, qui vt ſcribit primæ ad Cor. cap. 5. habebat in fornicationem vxorem patris ſui. Hunc tradidit Satanæ cruciandum in corpore, ne alij ſuo peſſimo exemplo idem præſumerent. Vnde inquit Paulus in eodem capit. Neſcitis quoniam modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Quomodo autem quò ad diuinũ cultum, & in ſeipſo, & erga proximum, & erga ſuperiores, & æquales, & inferiores, quilibet Chriſtianus ſe gerere debeat, Paulus in omnibus ſuis Epiſtolis pleniſſimè docet, cuius doctrina, non eſt aliud quàm expoſitio doctrinalis ſacri Euangelij, ideo hìc ſiſtimus, donec eius in Epiſtolis Deo optimo auxiliante, expoſitionem aggrediamur. Tunc enim manifeſta tibi fiet ad plenum in Euangelica doctrina Chriſtiani populi eruditio.

CAPVT IIII.

Quomodo erudiendus ſit Chriſtianus populus ſecundum ciuilem Imperatoriam legem.

IN quarto cap. declarandum eſt, quomodo ſit regendus Chriſtianus populus ſecundum ciuilem imperatoriam legem. Tu igitur aduerte, quòd cùm Chriſtianiſſimus Iuſtinianus eas ordinauerit, reſecans ſuperflua, & ſupplens diminutis, peritia, & prudentia ſapientium, non eſt dubitãdum quin leges ipſæ iuſtè, & rationabiliſſimè diſpoſitæ fuerint: nec reprobari poteſt ſententia, iuxta rectum legis ſenſum prolata. Vnde non oportet in Chriſtiana Repub. de eis diſputare, ſed ſecundum eas iudicare. Oportet autem Chriſtianum principem ſuperintendere, ne iudices, & procuratores, & aduocati abutantur legibus iuſtiſſimis. Stat enim legem eſſe iuſtam, vſum autem iniuſtum, qui non vſus, ſed abuſus dicendus eſt. Ideo inquit Paulus ad Timotheum, epiſtola prima, capit. primo, Scimus quoniam bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur. Quoniam igitur humana malicia bono vti poteſt in malũ, ſicut dat elee moſynam vt laudetur, aut fornicetur, omni ſtudio incumbere decet principem Chriſtianum, ne executores legis præcipuè vbi de cauſa diuini cultus, & proximi agitur, ſua cupiditate, aut alia paſſione declinent à rectitudine legis. Multi ſunt enim legis Doctores, qui intentiones, & captioſas interpretationes ſuas volunt habere vim legis, & deprauatum ſenſum ſuũ eſſe ſenſum legiſlatoris, quod ipſo facto iniuſto falſum eſſe comprobatur. Hinc proueniunt oppreſſiones eorum, qui ex paupertate in litigando deficiunt, aut humano deſtituti fauore, vt viduæ, pupilli, peregrini, inopes ad egeſtatem redacti. His igitur ſuperintendat Chriſtianus princeps: quoniam nil adeò prouocat ad iram Dei maximi bonitatem, quàm auerſio diuini cultus, & miſerorum oppreſſio. Et ſi Dei maximi Prophetas ſcrutatus fueris, inuenies totum eorum conatum verſari circa relictionem diuini cultus, & cauſarum pupilli, & viduæ, & egeni, & peregrini. Vide Iſaiam cap. primo, Vide Ezechielem capitu. 34. Et hîc terminatur ad præſens intentio noſtra in Philoſophia ciuili Chriſtiana. Mens noſtra fuit in fine huius noſtræ conſiderationis per Tractatum reſolutum, & per ordinem alphabeti diſpoſitum, conſcribere omnes morales, ac ciuiles leges, diuinas tam antiquas quàm Euangelicas, eáſque comparare ciuilibus imperatoriis. Verùm id differendum decreuimus, donec maiorem nobis Dominus conceſſerit, & tẽporis, & animi tranquillitatem. Quòd ſi datum nobis non fuerit, benignè ferendum eſt, & illi gratiæ ſummæ habendæ ſunt, cuius lumine & auſpicio feliciſſimo ad finem deduximus Chriſtianam Philoſophiam Moralem, & Ciuilem. In quibus apparet Chriſtiana religio quantum excedat omnes Philoſophorum ſectas, qui de moralibus, & ciuilibus ſcripſerunt.

(:)

Politicæ Chriſtianæ, M. Chryſoſtomi Iauelli, Finis.

OECONOMICA, VEL FAMILIARIS CHRISTIANA DISCIPLINA, REVERENDI DOMINI CHRYSOSTOMI

Iauelli Canapicij Ordinis Prædic.
& sacræ Theologiæ
professoris.

*

In septem Tractatus Oeconomicæ Christianæ, Proœmium.

TRES esse scientificos habitus practicos, qui versantur circa humana agibilia, Philosophi & sacri doctores vna scientia determinant. Primum quidem vocant Ethicam, id est de moribus scientiam, qua sciat vnusquisque seipsum in seipso regere, & ad beatum finem se disponere. Et de hac quidem iam pertractauimus primo ad mentem Aristotelis in Epitomatibus nostris formatis super decem libros Ethicorum. Et secundo ad mentem diui Platonis in eo lib. quem intitulauimus, Moralis Philosophia Platonis. Et tertiò iuxta diuinam, ac Christianam legem, & religionem in eo volumine, cui titulus est, Moralis Philosophia Diuina atque Christiana.

Secundùm nominant Oeconomicam, id est scientiam de domo, quia sciat paterfamilias domum, & familiam, cui præest regere, & conseruare, atque optimè disponere, & de hac quidem iam pertractauimus ad mentem Aristotelis in Epitomate nostro formato super libros Oeconomicorum Aristotelis. Ad mentem autem Platonis de hoc singularem considerationem non fecimus, quoniam Plato indistinctè in doctrina sua de moribus, de dispositione familiæ, de regimine ciuitatis pertractare videtur. Nûc autem intentio nostra est in præsenti libro considerationem facere de scientia regitiua domus, & familiæ iuxta diuinam, & Christianam legem, & sic præsens liber immediatè disponitur post Epitoma œconomicum formatum ad mentem Aristotelis, & in eo clarissimè tibi manifestabitur, quantæ excellentiæ sit scientia regitiua domus, & familiæ, iuxta diuinam & Christianam legem, supra eam, quæ à Philosophis, & huius mundi sapientibus excogitata est. Post traditionem scientiæ œconomicæ iuxta dispositionem diuini & Christiani instituti, propositum mentis nostræ est (vita comite, & optimo auxilium ferente Deo) ordinare politicam disciplinam iuxta diuinam, & Christianam legem, in qua tibi reuelabitur, quantum exaltetur supra Peripateticam, & Academicam ciuilem. Et tunc Deo benedicto, gratias summas acturi sumus, qui sua bonitate totale propositum nostrum, ad optatissimum finem deduxerit. Neque enim tot, & tanti labores in scrutandis Philosophorum sententiis circa moralia, & œconomica, & ciuilia à nobis assumpti fuissent, nisi vt tandem in scriptis manifestaremus, quantum distant, & excellant diuina, & Christiana moralis, & œconomica, & ciuilis supra quascunque humanitus, & naturaliter inuentas.

Totalem verò considerationem de regimine, & dispositione domus iuxta diuinam & Christianam legem diuidemus in septem Tractatus.

Primus erit de domo, & partibus domus in vniuersali.

Secundus erit de regimine primæ partis domus, quæ sunt vir & vxor, siue coniugales.

Tertius erit de regimine filiorum.

Quartus erit de regimine filiarum.

Quintus erit de regimine ministrantium, & seruientium.

Sextus erit de cura possessionis.

Septimus erit de dispositione ædificiorum.

TRACTATVS PRIMVS, De Domo, & illius partibus in communi.

IN Tractatu primo acturi sumus de domo, & partibus domus in vniuersali, & diuidemus ipsum in quatuor capita.

Primò quid sit domus.

Secundò quæ & quot sit causæ necessitantes hominum genus ad constituendum domum, & si huiusmodi constitutio est homini naturalis, vel ex mera voluntate.

Tertiò quem ordinem habeat communitas domus ad alias humanas communitates.

Quartò quot communitates, quot regimina, quot personarum genera oporteat esse in domo.

CAPVT I.

Quid sit domus.

IN cap. primo agendum est de domo, quid sit, & hîc duo agenda sunt. Primò, Ponêda distinctio de significato huius termini domus. Secundò vtrunque distinctionis membrum diffiniendum est.

Quantùm ad primum aduerte, quòd famosum est hunc terminum Domus dupliciter sumi. Primò prout significat ædificium constans ex fundamento, & pariete, & tecto, protegens habitantes ab omni aëris intemperie. Secundò prout significat communitatem plurium personarum in tali ædificio simul viuentium, & communicantiũ in quotidianis, & diurnis operibus, quibus indiget humana imbecillitas: nam & hic terminus Ciuitas dupliciter sumi consueuit. Primo pro ędificiis, & mœniis, & ambitu ciuitatis. Secundò pro ciuium multitudine intra ipsa mœnia cohabitantium, iuxta quem sensum dicimus talem ciuitatem sic statuisse, sic fecisse, non quòd ædificia, sed communitas inhabitantium id fecerit, & statuerit, & in eodem sensu consueuimus dicere, domum talem esse ingenuam vel rusticam, non quia parietes, sed quoniam familia inhabitans est ingenua, aut rustica.

Domus bifariàm sumitur.

Ciuitas bifariàm capitur.

Posita hac distinctione aduerte, quòd domus in primo sensu solet sic diffiniri, Domus est quid compositum ex lapidibus & cæmento, aut lignis contextis, aut alia materia, protegens nos à frigore, & ab æstu, à ventis, & pluuia, & à quacunque alia aëris intemperie, & de domo in hoc sensu accepta non intendimus loqui hîc, sed erit sermo de ea in Tract. vltimo, vbi acturi sumus de ædificiis domesticis & priuatis.

Domus materialis quid.

Domus autem in secundo sensu sic diffinitur tam apud Philosophos quàm sacros Theologos, Domus est plurium personarum communitas naturalis, constituta propter indigentiam, & mutuam deseruientiam in operibus diurnis, & quotidianis.

Domus ciuilis quid sit.

Primò dicitur plurium personarum communitas: quoniã vt dicemus infrà vna persona non est domus, sed pars. Vnde si quis ex aliqua familia superstes esset, aut si habitatione separatus solitarius viueret, aut si plures haberet extraneos sibi deseruientes, nullum tamen ex cognitione sua, iam non domum constitueret.

Secundò dicitur Naturalis, quoniam, vt declarabitur tibi infrà, domus non constituitur ex beneplacito nostro, sed impulsu naturæ, quo inclinatur humana species ad simul cohabitandum, & simul conueniendum. Vnde dicemus infrà, quòd qui solitariam vitam ducit, extra humanum

humanum conſortium, aut eſt inferior homine ſicut beſtia,aut eſt ſuperior homine,vt diuinum quoddam.

Tertiò dicitur Propter indigentiam, &c. vt in hoc diſtinguatur domus à vico, & caſtro,& ciuitate. Pro cuius euidentia aduerte,quòd domus,&vicus, & caſtrum,& ciuitas in hoc conueniunt, quòd ſunt plurium perſonarum communitas naturaliter,& non ſolùm voluntariè conſtituta,vt manifeſtabimus tibi in Philoſophia Chriſtiana Ciuili. Differunt autem, quoniam domus conſtituitur propter opera illa,quæ quotidie nobis neceſſaria ſunt,qualia ſunt comedere,bibere,veſtiri,mundari,& purificari ſecundum corpus.In his enim nemo poteſt per ſeipſum ſibi ſufficere,ſed indiget deſeruientibus,& præparantibus,vt benè & commodè ſe nutriat & conſeruet. Et propter hæc conſtituitur domus,licet ſint aliæ cauſæ,propter quas neceſſe eſt conſtituere domos, vt declarabimus infrà. Vicus autem & caſtrum,&ciuitas inſtituuntur,non propter opera quibus quotidie indigemus, ſed propter illa quibus ad tempus indigemus,quales ſunt emptio,venditio, & cæteræ commutationes:neque enim eſt neceſſe,quòd omni die emamus nobis neceſſaria vitæ, neque quòd quotidie vendamus,ſed certo tempore præparemus ea in tanta quantitate,quòd pro aliquo ſpacio nobis ſufficiant, & præcipuè quæ diu conſeruari poſſunt,vt frumentum,vinum, oleum, ſal, pannus, & reliqua multa. Vnde qui quotidie emunt ſibi victum,non vt firmata domus,ſed vt peregrini, & aduenæ viuunt in vico,aut caſtro,aut ciuitate. Vt igitur per commutationes vnuſquiſque haberet, ea quæ ad victum ſibi ſufficerent,conſtituuntur vicus,& caſtrum, & ciuitas. Tu tamen aduerte,quòd ex aliis cauſis, quas tibi manifeſtabimus in Philoſopia Ciuili Chriſtiana, naturaliter inſtituuntur vicus, caſtrum, & ciuitas. Sed pro nunc ſufficiant,quæ diximus,vt cognoſcamus conuenientiam,& differentiam inter domum,& inter vicum, & caſtrum, & ciuitatem.Quomodo autem conueniant,& differant, vicus & caſtrum, & ciuitas, declarabimus tibi in Philoſophia Chriſtiana Ciuili.

Domus, vici,ac caſtri diſcrimen.

Et aduerte, quòd in Scriptura ſacra domus tam in primo quàm in ſecundo ſenſu eſt in frequentiſſimo vſu. In primo quidem ſenſu ſcribitur Geneſis capitulo 19. Obſecro Domini declinate in domum pueri veſtri, & manete in ea: & infrà, Ingreſisque domum fecit eis conuiuium, coxit azima,&comederunt.Et Exod.capit.primo,Quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos. In ſecundo autem ſenſu ſcribitur Geneſis cap.ſeptimo, Ingredere tu,&omnis domus tua in archam,& cap.20.Concluſerat Dominus omnem vuluam domus Abimelech. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT II.

Quæ & quot ſint cauſæ neceſſitantes hominum genus ad conſtituendam domum, & ſi huiuſmodi conſtitutio ſit homini naturalis,vel ex mera voluntate.

IN ſecundo capite inueſtigandæ ſunt cauſæ, quæ,& quot ſint, propter quas neceſſitatur homo ad conſtituendam domum tam in primo,quàm in ſecundo ſenſu, & vtrum talis conſtitutio ſit homini naturalis, vel ad placitum. In hoc igitur capite duo agenda ſunt. Primò manifeſtabuntur præcipuæ cauſæ, propter quas in omni Gente conſtituuntur domus,ſaltem in ſecundo ſenſu. Secundò declarabitur, ſi hæc conſtitutio eſt ex beneplacito, & ſola humana electione,vel naturalis.

Domum conſtituere quatuor ex cauſis homo impellitur.

Quantùm ad primum aduerte, quòd præcipuæ cauſæ, propter quas impellitur homo ad conſtruendam domum, & inſtituendam domeſticam ſocietatem ſunt quatuor.Prima ſumitur ex præparatione victus.Secunda ex præparatione veſtitus.Tertia ex protectione à contrariis, & nociuis.Quarta ex eruditione,& diſciplina.

Quantùm ad primam aduerte, quòd homo inter cætera animalia ſortitus eſt ab authore naturæ complexionem delicatiorem, ac magis reductam ad medium, vt haberet corpus proportionatum nobiliſſimæ formæ, qualis eſt anima intellectiua, eſſétque aptiſſimum inſtrumentum pro exercendis operationibus intellectualibus. Vt autem huiuſmodi corpus ſuſtinenter nutriatur, & conſeruetur in eſſe,non ſufficiunt cibaria, eo modo quo producuntur à natura,ſed oportet ea depurare,& decoquere,& ad aliam formam deducere ex arte,vt fiant homini conueniens nutrimentum. Hinc eſt quòd oportet frumentum mollere, ex farina panem conficere,& decoquere,carnes, & legumina, & olera igne præparare. Hac autem præparatione cætera animalia non indigent,propter groſſam,& rudem complexionem ſuam. Vnde animalia rapacia nutriuntur carnibus crudis:non rapacia,aut herbis, aut fructibus, eo modo quo à natura producuntur. Ad hoc autem quòd cibus modo prædicto præparetur homini non ſufficit vna perſona, ſed oportet vt plures in vnum conueniant, quæ præparent victui neceſſaria.Sic autem conuenire, & in eodem loco ſiue ædificio cohabitare, eſt inſtituere domum. Conſtat ergo quomodo propter præparationem victus humani neceſſe fuit inſtituere domum.

Natura cur cæteris animãtibus veſtitum parauit, homini autem minimè.

Quantùm ad ſecundam cauſam aduerte, quòd cætera animalia à ſui genitura ſufficiens operimentum habent, putà pennas,lanam,pillos,corium, & cutem duram, aut ſquammas,& hoc propter ignobilem, & terreſtrem complexionem ſuam.Homo autem ex temperata,& nobiliori ſua complexione,non habet à natura conueniens ſibi indumentum,neque enim molli, & temperatæ complexioni ſuæ conuenit per totum corpus habere denſitatem,& groſſiciem pillorum,aut pennarum,aut lanæ,aut corij duriciem,aut ſquammas, ideo inter cætera animalia dicitur homo nuditatem habere. Cùm igitur homo ex natura nõ traheret ſecum ſufficiens indumentum, & magis offendatur ab aëris intemperie,vt ab exceſſiuo frigore,& calore, & pluuia,& niue,& vento,conueniensque ſit dictante ratione,quòd tegat corpus ad honeſtatem & decorem, fortius eſt à Deo rationales virtutes,quibus adinuentæ ſunt artes præparatoriæ humani indumenti,vt tellaria,& lanifica,& ſutoria.Has autem artes ſola vna perſona exercere non poteſt, homo ergo ſingularis ſibi non ſufficit ad præparationem indumenti, & conſeruationem, ſed plurium perſonarum ſocietate domeſtica indiget, vt omnes ſimul agant, quod vnus non poteſt. Vt igitur homini prouideretur de ſufficienti indumento, neceſſe fuit domum inſtituere.

Domum ſibi neceſſariam extruxit homo quo ſe defenderet à nociuis.

Quantùm ad tertiam cauſam aduerte, quòd cætera animalia ad ſui protectionem ſortita ſunt competentia inſtrumenta,quibus à nociuis ſe defendere poſſunt, & contra ſibi contraria pugnare. Vnde videmus aliqua habere cornua,quibus pugnant,vt tauri & bubali: aliqua dentes, vt lupi,& canes:aliqua vngues,vt cati,& vrſi,& leones:aliqua corporis agilitatem,vt lepores,& capræ,quæ ſola fuga ſaluare ſe conantur,aliqua aculeos,vt apes, veſpe,viperæ. Homo autem vtpotè delicatioris complexionis nullũ ex prædictis ſortitus eſt à natura, ſed loco omnium prædictorum,viget ratione,& habet manus quibus excogitare, & fabricare poteſt arma diuerſorum generum, & habitationes munitas,& vndique clauſas,in quibus ſe conſeruet ab imminentibus contrariis.Ad hæc vna perſona non ſufficit vt patet,neceſſe ergo fuit plures perſonas ſimul habitare propter mutuam defenſionem, & repugnantiam contra nociua,& vt ſic conſtitueretur domus.

Quantùm ad quartam cauſam aduerte, quòd cætera animalia, ex infallibili naturæ inſtinctu ſibi indito à primo authore ſufficienter,& ſine errore inclinantur in opera ſibi debita, & ea perficiunt abſque eruditione aliqua præcedente: nam videmus araneam texere telam, etiam quòd nunquàm viderit alias araneas texere, ſic nidificant aues,ſic mel colligunt,& congregant apes. Homo autem non ſufficiéter tendit in opera ſibi debita ex inſtinctu naturæ, ſed ex ratione,& inſtructione, & propterea author naturæ dedit homini ſermonem, vt ſe inuicem doceant homines,& vnus ab alio diſciplinam, ſiue practicam, ſine ſpeculatiuam accipiat: & quoniam id non poteſt fieri niſi homines ſocietatem habeant adinuicem per cohabitationem, ideo neceſſe fuit conſtituere domum, non enim mater erudire poſſet filium: nec dominus ſeruum, nec vir vxorem niſi ſimul habitarent, ergo, &c. Iſtæ igitur ſunt præcipuæ cauſę,quibus apud omnes Gentes quę ratione viuunt, & in Chriſtiana religione, conſtituuntur domus.

Cæteranimalia inſtrumenta habent à natura quibus ſibi neceſſaria fiant.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd nonnulli tenent conſtitutionem domus eſſe merè voluntariam, & non naturalem. Quod ſic manifeſtare contendunt, Si conſtitutio domus eſt naturalis: ergo homo eſt naturaliter

animal

animal sociale,& domesticum, siue familiare. Sed hoc est falsum. Patet consequentia,& probatur falsitas cõsequentis, Si homo esset naturaliter animal sociale, & domesticum,nunquàm eligeret vitam solitariam, quoniam quod naturale est,semper & vbique est, vt quoniam naturale est igni calefacere,semper & vbique calefacit (modo adsit calefactibile dispositum calefieri) & graue semper & vbique non impeditum descendit. Multos autem videmus eligentes vitam solitariam,etiam quòd possint habere vitam domesticam:ergo quòd homo sit animal sociale vel solitarium,non est sibi naturale,sed voluntarium prout eligit, & statuit. Ex consequenti constitutio domus non est naturalis, sed ex humana electione, & consuetudine.

Domum sibi homines naturaliter constituunt.

Sed aduerte, quòd hæc opinio procedit ex eo quòd ignorat quomodo sit homini naturale esse animal sociale: neque enim est sibi naturale sicut igni calefacere, & graui descendere. Quod enim est sic naturale, semper & vbique est nec potest in contrarium assuefieri: nam si millies proiiceres lapidem sursum, nunquàm assuesceret tendere sursum. Cùm ergo videamus plures ex hominibus assuescere solitariè viuere,vt in montibus,in heremo,in insulis, in speluncis, patet, quòd non est hoc modo homini naturale socialiter viuere. Est igitur ei naturale, quia habet quandam innatam inclinationem, & aptitudinem vt sit socialiter viuens, sicut & innatam habet aptitudinem, vt scientiam acquirat:quoniam omnis homo natura scire desiderat. Quod autem est sic naturale,non saluatur semper pro omni indiuiduo,sed vario casu,& multiplici causa aliter inuenitur. Nam licet omnes homines natura scire desiderent, plures tamen sunt nescientes quàm scientes, quoniam aut sunt indispositi sensibus,per quos venamur rerum noticiam,aut labore retrahuntur,aut facultatem rei familiaris non habent,&c. Item naturaliter homo operatur manu dextra, & tamen plures operantur manu sinistra:sic licet naturaliter homo socialiter, & domesticè viuat,tamen quàm plures inuenimus agentes vitam penitùs solitariam, & syluestrem. Quod ex quinque causis vt in pluribus euenit.

Solitariã vitam ac syluestrem homines ducunt quinque ex causis.

Primò ex mala fortuna,qua premuntur egestate, & indigentia bonorum temporalium. Contingit enim aliquos ita mendiciter viuere,quòd ex inopia non possunt matrimonium celebrare, eò quòd non esset eis facultas filios nutriendi,nec erudiendi, nec seruos habendi, neque lucrandi. Tales astricti sunt solitariè veluti peregrini viuere,eò quòd nõ valẽt domesticam familiam instituere,quę, vt declarabimus infrà,constat ex viro, vxore, ex parentibus,& filiis,ex domino,& seruis.&c.

Secũdò ex insupportabili malicia,& prauitate. Nã sunt aliqui adeò deprauatæ naturæ,& voluntatis,quòd nolunt humaniter, sed feraliter viuere. A bonis supportari non possunt, neminem verentur,legem renuunt,solo appetitu feruntur vt bestiæ immanes. Hos necesse est,vt vrsos & tigrides societatem hominum deserere, & cum feris sibi similibus vitam ducere, ex consequenti non possunt domũ instituere. Nam aut expelluntur per vim dominatiuam ab aliorum consortio, aut ex sua feritate eligunt vitam solitariam. Isti sunt quibus maledicit Homerus, vt refert Aristoteles in primo Politicorum inquiens, Maledictus insocialis,inlegalis,sceleratus,assectator belli,veluti sine iugo existens,sicut volatilia cœli viuens.

Tertiò ex furia & amentia:nam qui sunt extra mentem vt stulti & insani, feruntur sola concupiscentia & irascibili,ideo quoscunque inueniunt sibi contrarios, aut obsistentes insequuntur & percutiunt.

Hos necesse est, ab hominum societate expellere, qui expulsi habitant in deserto, aut in speluncis, & cauernis, aut in sepulchris campestribus. Talis fuit Nabuchodonosor,vt legimus Danielis capitulo quarto, qui amens effectus eiectus est ab hominibus, & cum bestiis & feris fuit habitatio eius,& quasi bos fœnum comedit. Talis fuit ille dæmoniacus, de quo legimus Lucæ capitulo octauo, quòd non induebatur vestimento, neque in domo manebat,sed in monumentis.

Quartò ex iniusta & impia tyrannorum persecutione. Nam vt declarauimus in Politica Christiana. tyranni scientes se odiosos viris probis timent eos, ne insurgant, aut insurgere faciant populum, propterea quærunt perdere bonos. Ipsi verò consulentes saluti suæ, relicta ciuitate,& propria domo, studentse saluare in solitudine. Sic fecit Helias propheta,vt legimus in tertio libro Regum, capite decimonono, qui fugiens à facie Iezabel insidiantis vitæ suæ perrexit in desertum,vt saluaret se in monte Dei Oreb. Sic Mathatias, & filij eius,vt legimus in primo Machabæorum capitulo secundo. Nam propter obseruandam legem Dei,fugerunt in montes,& relinquerunt quæcunque habebant in ciuitate. Idem scribit Paulus ad Hebræos capitulo vndecimo. Vbi de sanctis fugientibus impios persecutores sic inquit, Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis,egẽtes,augustiati afflicti, quibus dignus non erat mundus,in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis,& in cauernis terræ, & hi omnes testimonio fidei probati sunt.

Quintò ex desiderio perfectioris vitæ quàm sit vita socialis. Hæc autem est vita contemplatiua,& affectiua diuinorum,quam, vt aliqui assequantur, quodcunque humanum renuunt consortium, vt liberiùs diuinis intendant. Isti in religione Christiana viuentes solitariè eleuant se, supra se:cum eis versantur diuinæ ac celestes mẽtes, quas angelos dicimus. Vitam hanc duxerunt sancti illi Patres Anachoretæ, Diuus Hieronymus, diuus Ioannes Baptista, diua Magdalena. Isti sunt veluti dij altiorem eligentes vitam,quàm sit vita humana socialis. Constat igitur tibi quibus de causis,nonnulli renuunt vitam socialem, & domesticã,licet homo sit naturaliter animal sociale, modo quo exposuimus. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT III.

Quem ordinem habeat communitas domus ad alias humanas communitates siue societates.

IN tertio capitulo inuestigandum,quem ordinem habeat communitas domus ad alias humanas communitates & hîc duo agenda sunt. Primò declarãdum est,quot sint naturaliter institutæ humanæ societates apud omnes Gentes,quæ rationaliter viuunt,& præcipuè in Christiana religione. Secundò,quæ ex illis sit prior. Quibus manifestatis constabit tibi ordo quem habet communitas domus ad alias communitates, & quomodo conuenit, & differt ab illis.

Societates quatuor sunt in humãi communitate institutæ, domus, vicus, castrũ vel ciuitas, ac regnum.

Quantùm ad primum aduerte, quòd in humanis quatuor sunt ordinatæ communitates, & societates, scilicet, domus,vicus,ciuitas,principatus siue regnum, quæ sic disponuntur, Domus constituitur ex pluribus personis: neque enim vna persona constituit domum, vt declarabitur in capitulo sequenti, imò si personæ constituentes domum omnes deficiant præter vnam, iam desinit esse domus. Vicus autem constituitur ex pluribus domibus conuicinis: sicut enim vna persona non constituit domum, sic nec vna domus constituit vicum. Vnde si reducatur vicus ad vnam domum propter ruinam, & destructionem,desinit esse vicus. Ciuitas verò siue castrum constituitur ex pluribus vicis, vt tibi declaratur in Politica Christiana. Sicut enim vna domus non constituit vicum, sic nec vnus vicus constituit ciuitatem. Vnde si reducatur ad vicum vnum per ruinam desinit esse ciuitas. Principatus siue regnum constituitur ex pluribus ciuitatibus & castris. Nam vt tibi declaratur in politica Christiana, sicut vicus vnus non facit ciuitatem, nec castrum, sic nec vna ciuitas facit principatum,& regnum,nisi fortè secundum quid. Via ergo compositiua ista quatuor se habent per ordinem: ex pluribus personis fit immediatè domus, ex pluribus domibus conuicinis fit immediatè vicus, ex pluribus vicis fit immediatè ciuitas siue castrum, ex pluribus ciuitatibus, & castris fit immediatè principatus,& regnum:via autem resolutiua est oppositio modo, vt patet omni intelligenti. Ex quibus constat, quòd vt docuimus in Epitomatibus nostris in primo Politicorum Aristotelis,naturalis origo ciuitatis hoc modo extitit. Primò facta est aliqua vna domus, in qua ex viro, & vxore multiplicati sunt filij, & filiorum filij, & sic vlteriùs. His ergo multiplicatis adeò quòd in domo prius constructa simul habitare non poterant, construxerunt sibi domos annexas, & conuicinas, & sic ex multis domibus in quibus habitabant collectanei, constitutus est vicus. Procedente autem ipsorum generatione, & vlteriùs multiplicata, & augmentata multitudine constructi sunt plures vici, ex quibus conflata est ciuitas, siue castrum. Demum plurificatis castris, & ciuitatibus, constituti sunt principatus

ſiue regna.Prima ergo communitas, & quæ ſupponitur tribus ſequentibus eſt communitas domus,& ſic conſtat tibi,quòd cõmunitas domus ſe habet ad alias tres, vt prima origo,& primum fundamentum earum, ſicut literæ ſunt prima principia ſyllabarum,& dictionum, & orationis.

Quantùm ad ſecundũ,vt ſcias quomodo communitas domus comparata tribus aliis prædictis ſit prior, & quo modo non,aduerte hanc diſtinctionem de priore.

Prius altero aliquid eſt bifariã: intentione & executione: vel generatione,vel perfectione.

Aliquid eſt prius altero duplicit er,ſcilicet,intentione, aut executione,ſiue operatione, & in hoc ſenſu finis eſt prior in intentione,quàm ea quæ ſunt ad finem,putà ſanitas eſt prius intenta quàm medicina. Quantùm autem ad executionem & opus,eſt oppoſito modo: nam prius recipimus medicinam quàm efficiamur ſani.

Item aliquid eſt prius generatione,& tempore, & aliquid eſt prius perfectione, quod tamen eſt poſterius generatione:nam puer prior eſt viro generatione, & tempore,& tamen eſt poſterior perfectione,vir aũt eſt prior puero perfectione,& complemento,qui tamen eſt poſterior generatione.Primùm enim generatur puer, deinde efficitur vir.Vnde puer & vir ſe habent, vt imperfectum & perfectum.

Stantibus his aduerte, quòd domus comparata ad vicum,& ciuitatem,quò ad executionem eſt prior,quò ad intentionem eſt poſterior: nam non poteſt conſtrui vicus & ciuitas,niſi conſtruatur domus, quæ eſt pars vici, & ciuitatis,eſt autem poſterior intentione: quoniam vicus,& ciuitas ſe habent ad domum, vt totum ad partem, totum autem primò,& per ſe intenditur, pars verò non niſi in ordine ad totum.Item domus eſt prior generatione,ſed poſterior perfectione comparata vico & ciuitati, vicus autem & ciuitas ſunt priores perfectione comparatę domui,ſed poſteriores ſunt generatione.Quòd domus ſit prior generatione conſtat, quòd ſit poſterior perfectione probatur:nam vicus & ciuitas includunt domum, & addunt ſupra domum:ergo,&c.Quòd vicus & ciuitas ſint priores perfectione iam probatum eſt. Præterea, ſe habent vt finis,domus autem vt id quod eſt ad finẽ. Conſtat autem finem,eſſe priorem perfectione eo quod eſt ad finem,nam ordinatum ad finem, omnem ſuam perfectionem recipit à fine,& non econuerſo.Ex his omnibus conſtat,quòd communitas domus cõparatur ad alias humanas communitates ſicut imperfectum ad perfectum,ſicut pars ad totum,ſicut quod eſt ad finem,ad ipſum finẽ.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quot communitates oporteat eſſe in domo,quot regimina, quot perſonarum genera,ſine quibus domus conſtare non poteſt.

IN quarto cap.inueſtigãdum eſt quot cõmunitates ſiue ſocietates requirantur ad conſtitutionem domus, & quot perſonarũ genera & quot regimina. Hîc igitur tria agenda ſunt.Primò probabitur,quòd domus abſolutè ſumpta neceſſaria conſtat ex pluribus perſonis.Secundò cùm domus diſtinguatur in domum imperfectam, & in domum perfectam,declarabitur,quòd ad conſtitutionem domus imperfectæ,requiruntur duæ communitates ſiue ſocietates,tria genera perſonarum,& duo regimina. Tertiò declarabitur,quòd ad conſtitutionem domus perfectæ requiruntur tres communitates, quatuor genera perſonarum,& tria regimina.

Domus neceſſario cõſtat ex pluribus perſonis.

Quantùm ad primum aduerte,quòd domũ neceſſariò conſtare ex pluribus perſonis manifeſtatur ex diffinitione quam ſuprà aſſignauimus de domo, diximus enim eã eſſe naturalem communitatem,ſiue ſocietatem humanã conſtitutam propter opera quotidiana,modo, quo ſuprà expoſuimus,ſed communitas,& ſocietas nõ eſt cum ſeipſo,ſed cum altero,quoniam,propriè loquendo,nullus eſt ſocius ſibiipſi,ſed alteri, ergo neceſſariò domus conſtat ex pluribus perſonis conuenientibus,&colligatis in vnũ ex modis de quibus dicemus infrà:ex quo ſequitur,quòd vna perſona tantùm non facit domum,nec plures nõ colligatæ habitantes in eodem loco,vt plures peregrini conducentes hoſpitium non conſtituunt domum propriè dictam.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd domus imperfecta eſt communitas cõſtans ex illis perſonis, ſine quibus non eſſet abſolutè domus,iſtæ autem perſonæ ſunt vir & vxor,dominus,& ſeruus,vel aliquid loco ſerui:nam cùm domus ſit ſocietas naturalis (vt docuimus ſuprà) illæ perſonæ neceſſariò requiruntur, ſine quibus ſucceſſores domus eſſe nõ poſſunt,& illæ ſine quibus res domus ſeruari nõ poſſunt,primæ ſunt vxor & vir, vtpotè authores prolis.Secundæ ſunt dominus,& ſeruus:quoniam ſuperintendunt rei familiari conſeruandæ.Dominus enim diri git ſeruum,&committit ei quę agere debeat in agro,aut in arte lucratiua pro cõſeruatione, & acquiſitione rei familiaris, quæ neceſſaria eſt vitæ humanæ. Dixi notanter, Vel aliquid loco ſerui, propter pauperum domum:nam licet pauper vxorem accipit propter creandam prolem, tamen ſeruum ex paupertate ſuſtinere non poſſet:ideo loco ſerui quod eſt inſtrumentum rationale,habet bouem, aut equum,aut aſinum,quibus acquirit ſibi neceſſaria vitæ, quòd ſi bouem, aut alium miniſtrum animatum, ſed irrationalem habere nõ poteſt,conatur ſaltem habere inſtrumentum inanimatum,vt ligonem, vel maleũ,vel gladium,quibus aliquam exerceat artem, vnde poſſit ſe, & vxorem ſuſtentare, & hæc omnia ſunt loco ſerui,& hæc fuit prima inſtitutio domus poſt peccatum primi hominis. Tunc enim non per ſeruos, & ancillas, ſed proprio labore, & in ſudore vultus ſui veſcebantur pane ſuo. Conſtat igitur quomodo ad conſtitutionem domus imperfectæ,quæ vocatur prima domus apud Ariſtotelem, requiruntur, & ſufficiunt duæ ſocietates,ſcilicet, vxoris, & viri, Domini & ſerui, vel aliquid loco ſerui.

Domus imperfecta quæ ſit, & ex quot & quibus conſtet.

Quòd autem in ea requirantur tria genera perſonarum, & non plura, difficile eſt videre:nam, cùm requirantur duæ communitates, & quælibet communitas requirat ſaltem duas perſonas, videntur primo aſpectu requiri quatuor genera perſonarum,ſcilicet vir & vxor,dominus,& ſeruus.Sed aduerte,quòd vna perſona gerit vicem duarum:nam qui eſt vir reſpectu vxoris,eſt dominus reſpectu ſerui,& ideo in domo imperfecta ſufficiunt tria perſonarum genera,ſcilicet vir qui etiam eſt dominus,& vxor,& ſeruus.Quòd verò in ea requirantur duo regimina patet hinc,Quælibet communitas conſtitutiua domus imperfectæ,indiget regulari aliquo regimine ſibi conuenienti,cùm igitur in ea ſint duæ communitates diuerſarũ rationum,ſcilicet,communitas viri & vxoris,& communitas domini & ſerui,oportet primam regulari regimine coniugali,quo vir dominatur vxori,ſecundam autem regulari regimine dominatiuo quo dominus præeſt ſeruo. Sed de his clariùs,& in ſpecie loquemur infrà.Cõſtat igitur tibi,quòd domus imperfecta quam dicimus primam domum cõtinet duas ſocietates,tria genera perſonarum, & duo regimina.Et aduerte quòd de hac prima domo datur illud præceptum Deuteronomij capitu.5.Non concupiſces vxorem proximi tui,non domum,non agrum,non ſeruum,non ancillam,non bouem,non aſinum,&c.

Domus perfecta ex quibus conſtet.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd domus perfecta cõtinet duas communitates, & tria genera perſonarũ,& duo regimina,ſicut continet domus prima ſiue imperfecta. Sed addit tertiam communitatem quæ eſt patris, & filiorum,ex conſequenti continet quatuor genera perſonarum,& tria regimina, & quidem quòd contineat tertiam communitatem declaratur ſic,Domus perfecta non ſolùm continet illas communitates ſine quibus non eſſet domus,ſed etiam illam per quam domus diu conſeruari poteſt,aliter non eſſet perfecta,nec differret ab imperfecta. Sed ſine tertia communitate domus diu conſeruari nõ poteſt:nam niſi generentur filij per virum & vxorem, & filij filiorum,& ſic ſucceſſiuè,experientia cõſtat, quòd domus ipſa citò deficeret,ſcilicet,deficiente viro pariter & vxore.Vt ergo domus ipſa perfecta cõſtituatur,oportet adeſſe tertiam communitatem per quam quodammodo perpetuatur domus.Et ideo legimus Tobiæ capitul.9. quòd Gabellus deſiderans perfectam domum fieri per Tobiam iuniorem ſponſum Sarræ, ſic orauit ad Dominum,Dicatur benedictio ſuper vxorem tuam,& ſuper parentes veſtros, & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum vſque in tertiam & quartam generationem, & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſraël, qui regnat in ſecula. Conſtat igitur quomodo in domo perfecta,oportet eſſe tres communitates,ſcilicet, viri & vxoris, parentum, & filiorum, domini & ſerui, & has quidem tres communitates omnes qui de domeſti-

ca familia scripserunt,dicunt esse principales partes domus.

Domus perfectæ quatuor sunt genera personarum.

Quomodo autem in domo perfecta sint tantùm quatuor genera personarum,videtur esse dubium, eò quòd primo aspectu videntur esse sex,scilicet vir,vxor,pater,filij,dominus,seruus.Sed aduerte quòd sicut in domo prima eadem persona est vir, & dominus (vt docuimus suprà) sic in domo perfecta,eadem persona est vir respectu vxoris,& pater respectu filiorum, & dominus respectu seruorum,ex consequenti sunt tantum quatuor, & vxor, & filius,& seruus.

Domus perfecta tria sunt regimina

Quòd autem in domo perfecta oporteat esse tria regimina declaratur sic,Quælibet cõmunitas distincta specie ab alia,regulanda est proprio regimine,sed vt docuimus, in domo perfecta tres sunt communitates distinctæ specie:ergo quęlibet regenda est proprio regimine.Cùm igitur sint tres communitates,tria erunt regimina,quæ sunt ista,Regimen coniugale,quo regulatur communitas viri & vxoris,regimẽ paternum,quo regulatur communitas patris & filiorum,regimen dominatiuum,quo regulatur communitas domini & serui,de quibus omnibus in specie loquemur in sequentibus.Constat igitur tibi quomodo in domo perfecta est triplex societas,& quatuor personarum genera,& tria regimina. Et hîc terminatur primus Tractatus huius nostri propositi.

TRACTATVS SECVNDVS
De prima Communitate Domus.

IN hoc secundo Tractatu acturi sumus de prima communitate,scilicet,de Domo quęnam sit principalis pars domus, quæ est inter virum,& vxorem,siue inter coniugales, & diuidimus ipsum in sex capita.

Primò probandum est,quòd homo naturaliter est animal coniugale.

Secundò quæ sit ætas apta coniugio tam in masculo quàm in fœmina.

Tertiò si licet vni viro habere simul plures vxores, & vni fœminæ simul plures viros,& si cõiugium debet esse indissolubile per totam vitam.

Quartò quod non licet ducere vxorem eam quæ est proxima consanguinitate,aut affinitate coniuncta.

Quintò quomodo vxores regendæ sunt à viris suis.

Sextò quomodo se debẽt regere viri erga vxores suas quò ad copulam, & honoratum tractatum, conuersationem,& zelum,& consilium,& secretorum reuelationem.

CAPVT I.
Quòd homo sit natura animal coniugale.

IN primo capitu.manifestandum est quòd homo naturaliter inclinatur ad coniugium,siue matrimoniũ contrahendum,& hîc duo agenda sunt.Primò probabitur propositum.Secundò remouebitur dubium.

Cõiugium quas præstet hominibus vtilitates.

Quantùm ad primum probatur propositum duplici ratione. Primò sic,Homo naturaliter sicut & alia viuentia inclinatur ad producendum sibi simile: nam solùm hoc modo humana species,& aliæ species rerum corruptibilium potest perpetuari,sed nulla alia via potest homo melius ac rationabilius generare sibi simile quàm per coniugium.Per ipsum enim certificatur homo de prole, quòd sit sua. Diligentiùs curatur, & eruditur, & alimentatur proles,vt patet omni rectè sentienti:ergo naturaliter homo inclinatur ad coniugium.Secundò sic, Homo naturaliter non solùm appetit viuere,sed etiam habere sufficientiam vitæ,& propterea diximus suprà,quòd homo est naturaliter animal domesticum & sociale,vt si aliquo indiget,& nó potest habere per se opera sua,habeat per auxilium,& operam alterius: sed nullo meliori modo potest habere sufficientiam vitæ quàm per coniugiũ:nam vir & vxor mutuò liberè, & absque respectu sibi inuicem deseruiũt,vir curat extrinseca,vxor verò intrinseca domus: ergo naturaliter homo inclinatur ad cõiugium. Hinc est quòd apud omnes gentes quantuncunque barbaras fiunt coniugia Quod enim naturale est, semper & vbique est. Præterea,Ante omnem diuinam legem scriptam, homines viuentes cuiuscunque nationis agebant coniugia,vt patet in tota Sacra Genesi.Constat ergo quòd homo nõ solùm ex legibus,& statutis humanis est coniugalis, sed etiam ex instinctu naturali.Hinc est quòd est cõmunis sapientũ sententia,quòd est magis naturale homini esse animal coniugale,quàm esse animal ciuile.Multi nanque renuunt viuere ciuiliter,qui non renuunt viuere coniugaliter.

Num coniugium sit naturale.

Quantùm ad secũdum aduerte, quòd ex determinatis oritur dubiũ:nam si est naturale homini esse animal coniugale:ergo nullus hominum renueret cõiugaliter viuere,quod est falsum. Videmus enim in multis oppositum, tam in seculo quàm in profitentibus religionem.

Respondetur,Ita est naturale homini esse animal cõiugale,sicut esse animal sociale,cũ quo tamen stat,quòd,vt docuimus suprà,multi eligunt vitam solitariam ex variis causis,quas suprà manifestauimus. Sic in proposito bene stat,quòd homo vt homo,habeat naturalem inclinationé ad coniugium,& tamen aliqui ex causis superueniẽtibus renuunt prosequi huiusmodi inclinationem,& ad affectũ deuenire. Causæ autem pro maiori parte sunt quatuor.

Cõiugium cur aliqui hominũ cõtrahere renuũt, cum sit naturale.

Primò quia aliqui potiùs eligunt per totam vitã forni cari,agitati ex effrẽnata & deprauata cõcupiscẽtia,quàm supponere se iugo matrimoniali,& præcipuè in Christiana religione,in qua nõ licet plures habere vxores,nec ad mittitur libellus repudij, neque diuortium, nisi quò ad cohabitationé,& thorum.Sed si aduertis isti non viuunt, vt homines,sed vt bestiæ, quibus non est intellectus,non enim ratione,sed phantasiis,& passionibus viuũt. Hominum autẽ genus rationibus viuit.Dictat autem ratio matrimonium contrahendum,& non fornicandum Isti igitur vt bestiæ relinquendi sunt,quoniam nulli legi se supponunt,neque naturali,neque diuinæ, neque humanæ,siue positiuæ.

Cõiugium contrahere quidã nolunt ob vxorũ malitiam.

Secundò aliqui renuunt coniugium, nõ quia velint luxuriosè,& fornicariè viuere,sed quia timẽt copulari mulieri rixosæ,cum qua vir quantuncunque patiens pacificè habitare non potest.De hac inquit Eccles.capi.26.Mulier nequam,qui tenet eam,quasi qui apprehendit scorpionẽ. Vnde potiùs eligunt castè viuere,quàm totam vitam ducere amaro animo,& isti quidem excusabiles sunt si castitatis propositũ seruent,verùm sunt in periculo continuo incontinentiæ propter carnis repugnantiam.

Tertiò aliqui renuunt coniugium propter debilitatem complexionis,aut propter senectutem,aut ne infirmitatẽ aliquam incurrant, aut priuentur aliquo sensu:vsus enim venereus etiam regulatus sicut aliquibus confert,vtpotè robustis corpore post completum corporis augmẽtum, & existẽtibus in virili ætate,sic nocet debilibus,& iunioribus,& senib⁹,eò quòd in eis emissio spermatis,est exficcatiua, & mortificatiua spirituum,& ideo rationabiliter videntur refugere coniugium.

Quartò aliqui renuunt coniugium, quia eligunt castè viuere dedicantes se studiis scientiarum speculatiuarum, quibus castitas plurimum suffragatur, vt inquit Cõmentator in septimo lib.Physicorum,aut quia dedicãt se Deo in religione,vt liberius ad diuina intellectu & affectu se eleuent,& isti sunt non modo excusabiles,sed etiam laudabiles.Intendunt enim non vt homines,sed supra homines viuere,& potius angelicè,quàm humanè. Isti sunt de quibus inquit Saluator,Matth.capit.19.Sunt eunuchi,qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum.De his inquit Paulus primæ ad Cor.ca.7.Volo vos sine solicitudine esse.Qui sine vxore est,solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.Qui autem cum vxore est,solicitus est quæ sunt mundi.De his scribitur Apoca.cap.14.Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. His igitur de causis contingit aliquos renuere coniugiũ,quę tamen nõ obstant quin homo vt homo naturaliter sit natus & inclinatus ad coniugium,modò non sit orbatus,id est,eunuchatus,aut natus impotens. Tu tamen aduerte, quòd non incõuenit in his esse instinctum, & appetitum ad copulam cõiugalem licet inefficacem, nam dicitur in Ecclesiast capitul.trigesimo,quòd spado est complectens virginem, & suspirat. Hæc de præsenti capitulo dicta sint.

CA

CAPVT II.

Quæ ſit ætas apta coniugio tam in viro quàm in fœmina.

IN hoc cap.inueſtigandum eſt quæ ſit ætas apta cõiugio,& hîc duo agenda ſunt. Primò probandum eſt, ꝙ nõ expedit iuniori maſculo, neque fœminę copulari per coniugium.Secundò aſſignanda eſt ætas conueniens tam in mari quàm in fœmina ſecundum legem.

Coniugio neq; quæ cõuenit iuuenilis ætas, & hoc præcipuè fœminis.

Quantùm ad primũ aduerte,quòd quadruplici ratione probari poteſt ætatem nimis iuuenilem non conuenire cõiugio.Prima ſumitur ex parte viri.Secunda & tertia ex parte fœminę.Quarta ex parte prolis.

Prima talis eſt,Si maſculus in ætate nimis inuenili,putà in 14.aut 15.aut 16.anno copulatur coniugio,impeditur debitum corporis augmentum,eadem enim materia quę eſt ſperma humanum,deſeruit nutritioni,& augmẽto, & generationi,vt tibi declarauimus in ſecũdo lib.deAnima. Quod ergo cedere debet in debitam nutritionem, & debitum corporis augmentum ſi per copulam coniugalem emittitur,impedit debitam nutritionem, & conueniens augmẽtum.Hinc videmus corpora iuuenum ſi venereis intemperatè incumbunt exſiccari,& debilitari,& ad debitam magnitudinẽ non peruenire:non ergo expedit maſculo in ætate nimis iuuenili vacare veneri per acceleratum coniugium.

Secunda talis eſt,Si mulier in ætate nimis iuuenili copulatur viro,efficitur intemperans & laſciua,ita quòd in poſterum abſtinere non vult, & ſi vir abſens fuerit, aut deceſſerit,de facili efficitur impudica, nam quilibet homo,& fœmina,nimio ardore concupiſcunt illud delectabile ad quod in iuniori ætate aſſueſcunt. A teneri enim aſſueſcere tam in bonũ quàm in malum,multùm eſt.Hinc proueniunt creberrima adulteria:quoniam iuuenculę nuptæ cùm ad grandiorem ætatem peruenerint,propter feruorem concupiſcentiæ,& malam conſuetudinẽ nõ contentantur ſuo viro.Non ergo expedit mulieri in ætate nimis iuuenili copulari coniugio.

Tertia talis eſt,Si mulier iuuencula copulatur viro cũ fuerit prægnãs in partu de facili periclitabitur: quoniam cùm ſit firmata viribus,nec ſit debitæ magnitudinis, tot & tales dolores quales ferunt parturientes ſuſtinere nõ poterit,& ideo non expedit coniugium mulieri iuuenculæ.Vnde recitat Ariſtoteles in Politicis,quòd apud Gentiles dedicatum erat particulare oraculũ pro partu iuniorum in ſignũ,quòd faciliùs,& ſæpiùs periclitantur in partu quàm adultæ.

Cõiugium præpropertum quantam affert probi ſtluram.

Quarta talis eſt,Filij qui naſcuntur ex accelerato cõiugio,lædũtur in corpore & anima.In corpore quidẽ,quoniam permanent debiles,& imperfecti quò ad magnitudinem,nam quales ſunt generantes,tale & genitum: quoniam vnumquodque generat ſibi ſimile,ſed generãtes dũ ſunt in ætate iuniori,adhuc ſunt corpore imperfecti: non enim ad debitum complementum deuenerũt, cùm ſint in continuo augmento:ergo non eſt mirum ſi eorũ filij permanent imperfecti corpore quò ad vires,& magnitudinem.In anima verò læduntur:quoniam vt in pluribus deficiunt ratione,& intellectu:Nam cũ anima ſequatur complexionem corporis ſi filius non eſt bene proportionatus corpore non eſt bonæ complexionis,ex conſequenti anima impeditur ne poſſit bene ſpeculari,& ne valeat alias actiones intellectuales ſibi debitas liberè exercere. Hinc prouenit,quòd vt in pluribus filij nati ex nimis accelerato cõiugio,in nullo nobili negocio,ſiue practico,ſiue ſpeculatiuo valent,ſed per totam vitam operantur, vt homũculi parua curantes, magna neſcientes, aut negligentes. Conſtat ergo quàm damnoſum ſit marem & fœminã in ætate nimis iuuenili coniugio copulari.

Coniugio quæ nã ſit idonea ætas.

Quantùm ad ſecundũ aduerte,quòd aliud eſt loqui de poſſibili,& aliud de congruo:nam loquendo de poſſibili dico quòd illa ętas eſt apta coniugio,in qua mas & fœmina poſſunt generare:poſſunt autem generare,quando puberſcunt,puberſcunt verò communiter mas quartodecimo anno completo,fœmina verò duodecimo anno completo,licet in aliquibus magis, & minus retardetur pubertas,propter variam complexionem,& hæc ætas apta coniugio quò ad poſſibilitatem generationis determinata eſt in lege canonica,extrà de diſpoſitione impuberũ:loquendo autem de congruo dico cum Phyſicis,& præcipuè de mẽte Ariſtotelis in Politicis,quòd ætas cõgrua in maſculo eſt poſt tertium ſeptemnium,& in fœmina eſt poſt annum decimumoctauum.Diximus enim quòd frequentata copula carnalis ſi fiat tẽpore augmẽti,impeditur debitum augmentũ,ſed communiter poſt tertiũ ſeptemnium in mari,& poſt decimumoctanum annum in fœmina terminatur manifeſtum augmentum.nam ſi poſt dictum tempus creſcunt, hoc eſt quaſi inſenſibiliter. Tempus igitur aptum,& congruum cõiugio erit,vt dictum eſt.Tu tamẽ aduerte quòd contingentibus rationalibus cauſis poteſt coniugium citra dictum tempus accelerari,& vltra prolongari,& hoc dixerim pro hac vltima mũdi ætate,vt excipiam antiquiſſimas in quibus mares non ducebant vxores niſi in ætate perfecta virili,& conſiſtente, vt patet in ſacra Geneſi.Verùm quia nũc vis generatiua maximè corrupta eſt in homine,& dies eius abbreuiati ſunt(ſunt enim dies ſeptuaginta annorum)ideo oportuit cõiugium accelerari.Hæc de præſenti capitu.dicta ſint.

CAPVT III.

Si vni viro habere ſimul plures vxores,& vni fœminæ habere ſimul plures viros,& ſi coniugium debet eſſe indiſſolubile per totam vitam.

IN hoc capit.agendũ eſt de vnitate,& pluralitate cõiugũ:& de coniugij inſeparabilitate.Hîc igitur tria agẽda ſunt.Primò declarãdum eſt ſi licet vni viro habere plures vxores ſimul.Secũdò ſi licet vni mulieri habere ſimul plures viros.Tertiò ſi coniugium debet eſſe indiſſolubile per totam vitam.

Vnius viri vnam vxorem eſſe & contrà vnius vxoris virum vnũ Deus inſtituit ac ratio humana dictat.

Quãtùm ad primum aduerte, quòd apud Saracenos & alias Barbaras nationes,qui non recipiunt legem Chriſti non reputatur eſſe contra rationem rectam,ſi vnus vir habeat plures vxores ſimul.Sed contra eos ponitur hæc cõcluſio.Ratio recta dictat quemlibet virũ debere eſſe contentum vnica vxore Quam quidem concluſionem intẽndimus manifeſtare diuina authoritate & humana ac naturali ratione.Diuinam quidẽ authoritatem habemus Geneſis ca.1.vbi legimus,quòd Deus in prima hominis creatione maſculum & fœminam creauit,& non dicit maſculum & fœminas,& in cap 2.legimus,quòd relinquet homo patrem,& matrem,& adhærebit vxori ſuæ,& non dicit vxoribus,vt ex hoc intelligamus diuinũ fuiſſe inſtitutum vnam,vnius debere eſſe vxorem. Quod cõfirmat Saluator,Matthæi cap.19.inquiẽs,Non legiſtis quia qui fecit hominem ab initio,maſculum, & fœminam fecit eos,& dixit,Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna;& Paulus idem ſuadet Corinthiis:nam primæ ad Cor capi.7.inquit, Bonum eſt homini mulierem non tangere:propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuã vxorem habeat,& vnaquæque ſuum virum habeat.Cũ igitur in lege naturę ſic inſtitutum fuerit ab ipſo primo authore oppoſitum ſemper eſt illicitum ſecundum ſe,niſi ipſe naturæ author pro aliquo tẽpore & rationabili cauſa diſpenſet:ſicut diſpenſauit Hebræos,vt Dei cultus augmentaretur,qui per totũ orbem deperditus fuerat.Ex his patet quàm reprehenſibiles fuerint,qui abſque diſpenſatione diuina bigamiam introduxerunt quorum primus fuit Lamech, vt legimus Geneſis capi.4.Ipſe enim duas accepit vxores,nomen vni Ada,& nomen alteri Sella.Cùm igitur recta ratio non ſit oppoſita diuino inſtituto,tenendum eſt non eſſe ſecundũ rectam rationẽ plures vxores habere,ſed ex effrænata cõcupiſcẽtia,qua vt in pluribus captiuãtur homines, in quibus adeò prævalet quòd libitum reputant eſſe licitum.

Poſtquàm docuimus diuino inſtituto nõ expedire vni habere ſimul plures vxores, idem manifeſtandum eſt ex humana,& naturali ratione,quam prò nũc volumus eſſe triplicem.

Prima ſumitur ex parte viri,& eſt talis, matrimonium datum eſt ad legitimam prolis generationem,& in frænũ concupiſcentiæ:Sed ſi vir plures ſimul habeat vxores, nõ frænatur,ſed potiùs prouocatur,& dilatatur concupiſcẽtia:nam ſicut ciborum bene paratorum varietas & multiplicatio excitat ingluuiem,ſic pluralitas mulierum excitat,& furere facit concupiſcentiam venereorum,quo nil deteſtabilius eſſe poteſt in homine vtenti ratione:nam venereorum concupiſcentiæ,ſi vehementes fuerint,& adſit facultas eas exercendi cum pluribus,mentem obnubilãt, rationem percutiunt, prudentiæ iudicium ſubuertunt, ſicut exemplum habemus in Salomone,de quo ſic ſcribitur in

tur in 3. Regum cap. 11. Et auerterunt mulieres cor eius, cunque iam esset senex, depravatum est cor eius per mulieres vt sequeretur deos alienos, nec erat perfectum cor eius cum Domino Deo suo.

Secunda sumitur ex parte vxoris, & est talis, Oportet inter coniuges vigere intensum amorem, vt sint sibi inuicem delectabiles, & leuius ferant grauimina cõiugij, sed si vir plures habet vxores, aut vnam tantùm intensè diliget, & alias nó curabit, & sic discordia, & zelotipia dura consurget, aut nullã intensè diliget, quia excellens amor nó potest esse ad plures, & præcipuè in delectabilibus secundum sensum. Vt ergo inter coniuges excellens, & penè naturalis amicitia perseueret, debet vnus vna esse contentus. Quòd autem pluralitas vxorum non stet cũ intenso amore ad omnes, sed ad vnam tãtùm, & quòd ex eis discordia, & zelotipia oriatur, exemplum habemus Genesis capi. 9. de Iacob qui duas habuit vxores, Rachelem, & Lyam, Lyam despiciebat, & Rachelem intensè diligebat, adeò quòd propter eam habẽdam in vxorem seruiuit annis 14. Laban auunculo suo Quòd autem vnitas vxoris in tensum pariat, & seruet amorem, exemplum habemus in Genesi, ca. 24. de Isaac, vbi sic legimus, Qui s. Isaac introduxit Rebecham in tabernaculum matris suæ, & accepit eam vxorem, & intantùm dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris acciderat, temperaret.

Tertia sumitur ex parte prolis educandæ, & est talis, Mulier non sufficit ad ferẽdum onus filiorum, nec ad educationem, sed oportet virum simul concurrere: ergo vt proles debitè curari possit, nó debet vnus plures habere vxores. Antecedens patet ex experientia, cõsequentia autem sic manifestatur, videmus in brutis, quòd quando fœmina sufficit ad nutritionem filiorum, non refert vtrum masculus pluribus copuletur fœminis: nec refert vtrum durãte partu masculus viuat, & cohabitet cum fœmina, & id constat in canibus, & vaccis, & galinis, nã postquàm masculum animal fœminam prægnantem fecit, relinquit eam, & ideo pluribus fœminis copulatur vt gallus. In animalibus verò brutis, in quibus sola fœmina non sufficit ad ferendum onus filiorum, vnus masculus tãtum vni fœminæ copulatur, cum qua laborat ad procurandum nutrimẽtum pro filiis, & id maximè videmus in pluribus auiũ speciebus, vt in columbis, & auibus nidificantibus. Videmus enim masculum & fœminam simul nidum facere, simul oua fouere, simul natis filiis deferre alimentum, nec deserunt donec per seipsos nutriri possint. Cùm igitur proles humana longè nobilior sit quàm ea quæ est brutorum, nec fœmina sufficiat ad onus, & nutritionem filiorũ nisi masculus præparet saltem secundum partem alimenta, oportet vnum vni vxori tantum copulari. Hinc lege cautum est fœminam debere habere dotem, vt simul cum viro ferat onera matrimonij.

Sed dices, Si hæc ratio valet, quia sumitur à similitudine animalium, in quibus sola fœmina non sufficit ad educationem filiorum: ergo sequitur quòd coniugium vnius cum vna tantum, oportet durare nisi vsque ad tempus, in quo filius sit sufficientis magnitudinis, & tantæ virtutis quòd possit sibi prouidere. Hoc enim videmus seruari in animalibus, à quibus præsens ratio tracta est. Nam postquàm pulli auium sufficientes alas habent, & ad debitum augmentum perueniunt, & per seipsos sufficiunt seipsos nutrire, relinquuntur à parentibus, & parentes non ampliùs simul viuunt, nec simul habitant, nisi fortè per accidens, tempus autem coniugij præcipuè in diuina & Christiana lege, debet esse perpetuum, vt manifestabimus infrà: ergo ratio sumpta à similitudine animalium non valet.

Respondetur, Similitudo sumpta ab animalibus tenet in vno, scilicet, quòd vnum animal masculum vni tantùm fœminæ copulatur, quando fœmina non sufficit ad onus filiorum ferendum, in altero autem nõ tenet, scilicet, quò ad tempus nutrionis, nam in brutis est determinatum, in hominibus autem non, & ratio huius est quia natura absque alia arte parat brutis sufficiens alimentum terminatis temporibus, & ideo cum debitum augmẽtum susceperint relicti à parentibus sufficiunt sibiipsis, vt conueniens alimentum inueniant, in montibus, aut in aquis, aut campestribus. Hominum autem genus, non habet sufficiens alimentum sibi paratum à natura, sed oportet labore, & industria, & arte sibi parare, ideo semper indiget cura parentum, qui filiis suis alimenta ministrent, & parent eis hæreditatem: nam vt inquit Paulus secundæ ad Cor. cap. 12. non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. Patres ergo & matres semper debent ministrare alimenta filiis, & eis bona sua relinquere, dummodo non se reddant immeriti, & hoc intellige nisi parẽtes ad inopiam sint reducti. Tunc enim filij iure naturæ tenẽtur ex labore suo prouidere parentibus, & præcipuè in senio cõstitutis & inualidis, nã vt docuimus in Ciuili Platonica, licet patri à se abdicare filium: nunquàm autem licet filio à se abdicare patrem. Constat igitur tibi quomodo vnus vnam tantùm debet vxorem habere.

Vnã vxorem pluribus copulari viris detestabilius est, quàm cõmixtã.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd licet apud multas nationes reputetur non inconueniens virum vnũ plures simul habere vxores, apud nullas tamen quantuncunque barbaras vnquàm fuit approbatum, imò, vt detestabile habetur, vnã copulari per matrimonium pluribus masculis simul. Hoc enim reprobatur diuina, & canonica lege, nec inuenitur Deum in hoc dispensasse sicut dispensauit vnum virum posse habere plures vxores, vt in populo Hebræo. In hoc autem non dispensauit, quoniam est contra ordinem naturæ, vt tibi manifestabitur: non solùm autem est contra diuinam legem, sed ratio naturalis idẽ dictat. Primò igitur declarabitur tibi id vetitum esse lege diuina. Deinde probabitur ratione naturali, id non licere.

Quòd diuina lege sit prohibitum habemus Lucæ capi. tertio, de Herodiade, quæ simul habebat Herodẽ, & Philippum fratrem Herodis, & dixit Herodi Ioannes Baptista, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Quod autem non licet, est contra legem. Idem confirmat lex ecclesiæ Christianæ: nam extrà, de sponsa duorum, capit. accepisti, & capit licet. declaratur quòd si quis acceperit in vxorem quam sibi alter despõsauerat, dimittet eam, quia nunquàm potest ei fieri legitima: ergo repugnat diuinæ legi, & canonicæ, vnam esse vxorem duorum siue plurium.

Quòd verò sit contra rationem naturalem probatur multipliciter.

Primò quia tolleratur naturalis ordo, ad cuius euidentiã aduerte duo. Primò quòd ex instituto authoris naturæ, mulier est sub potestate viri constituta, ita quòd vir præsidet naturaliter mulieri, & mulier debet esse viro subiecta, & obediens, & seruiens. Secundò quòd in eisdẽ operibus nemo potest æquè, & per se pluribus dominis seruire. Primum quidem habemus Genesis capit. tertio, vbi inquit Deus ad mulierem postquàm peccauerat, Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui. Quod & Paulus refert primæ ad Cor. capitu. 14. dicens, Mulieres oportet esse viris subiectas, sicut & lex dicit. Secundum autem habemus Matthæi sexto, Nemo potest duobus Dominis seruire. Quod sic intellige, Nemo potest duobus Dominis æqualiter seruire in eodẽ opere, si illi domini sint pares. Dico Aequaliter: quia inæqualiter potest, putà potest vni seruire per vnam horam, & alteri per totam vnam diem, vel vni merè voluntariè, alteri autem timore. Dico, In eodem opere: quoniam in diuerso non inconuenit, putà quòd vni præparet cibum, & alteri vestem, non tamen pro eodem tempore. Dico si sint pares: quoniã si nó sunt pares, sed vnus subordinatur alteri, putà ciuis subordinatur principi, non inconuenit duobus sic dispositis deseruire: quoniam non vt pluribus, sed vt vni deseruitur: non enim in tali casu deseruitur ciui nisi in ordine ad regem siue principem.

His suppositis arguitur sic, Repugnat ordini naturali eũdem duobus æqualibus in eodem opere obedire & esse subiectum: ergo cùm mulier debeat esse subiecta viro, ex quo totam sui corporis potestatẽ vni viro tribuat per coniugium, facit cõtra ordinem naturalem, si alteri viro se per cõiugium supponat: nam licet idem possit præsidere, & dominari pluribus vt plures sunt siue sint æquales, siue inæquales, sicut patet de patre præsidente pluribus filiis, & domino pluribus seruis, tamen vt diximus, eũdem obedire, & seruire pluribus, vt plures sunt, & æquales, & in eodem opere, non est possibile naturaliter: ergo vnam nubere pluribus simul, est penitus detestabile, vtpotè quia aufertur ordo naturalis quò ad præsidentiam, & subiectionem. Quòd si in omni gẽte vtente ratione est reprobatum, longè amplius in Christiana religione, in qua coniugium, vt sacramentum habetur.

Secundò tolleretur pax & amicitia, & concordia, quæ sunt

ſint præcipuæ cauſæ cõiugij in hominũ ſpecie,ſi vna plures cõiuges ſiue maritos haberet. Quod ſic probatur, Quilibet vtẽs ratione ægrè fert,ſi in fruitione rei delectabilis,quã reputat ſuam,impeditur ab alio.Sed ſi vna copulatur pluribus per coniugiũ,vnus impediret alium,ne ad placitum fruatur vxore tanquàm re ſua delectabili: ergo inter eos nõ pax,& amicitia,ſed diſſenſio,& odium perniciosum conſurgeret. Cuius ſignum eſt,quòd videmus in brutis,multos maſculos inſequentesfœminam vnam atrociter cõtra ſe inuicem pugnare.Præterea, Quilibet ex viris vnius vxoris ad odium ſe conuerteret cõtra vxoris ſuę conſanguineos,& parentes,eò quòd vxorem iam ſuã alteri ipſo viuente coniugio copulaſſent.Exemplum habemus de Dauid,cui Saul copulauerat Michol filiam ſuã in vxorem,deinde iratus contra Dauid dedit eam in vxorem Phalthiel filio Lais,vt legimus in primo Regum cap. 25.Propter quod adeò contriſtatus eſt Dauid, quod poſt mortem Saulis noluit amicitias facere cum Abner qui regebat domum Saulis,niſi adduceret ad Dauid Michol vxorem ſuam,vt patet in ſecundo Regum cap.3.vbi ſic legimus,Miſit Abner nuncios ad Dauid in Hebron pro ſe dicẽtes,Fac mecum amicitias,& erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſraël,Qui reſpondit, Optimè: ergo faciam tecum amicitias,ſed vnam rem peto à te dicens, Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul,& ſic venies,& videbis me. Miſit autem Dauid nuncios ad Isboſeth filium Saul dicẽs, Redde mihi vxorem meam Michol,quam deſpondi mihi centum præputiis Philiſtiim. Miſit ergo Isboſeth, & tulit ei à viro ſuo Phalthiel filio Lais:ſequebaturque eã vir ſuus plorans.

Meretrices cur infœcundæ ma gis ſunt, quàm cæteræ mulieres nuptæ.

Tertiò impediretur fœcunditas:nam licet vnus vir valeat plures fœcundare fœminas,non tamen vna mulier à pluribus viris propter diſconuenientiam ſpermatum, & diſtemperentiam,cuius ſignum eſt,quòd meretrices ſunt magis infœcundæ cæteris mulieribus nuptis,non ergo licet eandem fœminam plures habere viros. Hinc aduertant nuptæ qua diligentia ſeruent pudicitiam ſuam, & fidem maritis,nam ſi reprobatum eſt fœminam viuente viro ſuo,poſſe alteri per coniugium copulari,longe de teſtabilius eſt alicui viro per fornicationem coniungi.

Quartò impediretur debita filiorum educatio,ſollicitantur enim parentes in educandis filiis quando non dubitãt quin ſint ſui.Quicquid ergo impedit filiorum certitudinem,impedit diligentiam parentũ pro filiis educandis,& pro hæreditate eis parenda.Sed ſi vna pluribus copularetur per coniugium,parentes non poſſent certificari de filiis,an ſint ſui:ergo nõ diligẽter curarent eos, nec de hęreditate eis prouiderent,eſt ergo contra naturã,fœminam copulari per coniugium pluribus viris,& præcipuè in Chriſtiana religione,quæ nihil approbat quod ſit contra dictamen rationis naturalis.

Coniugiũ eſt indiſſolubile per totam hominis vitam.

Quantùm ad tertium aduerte,quòd cõiugium ex diuina lege, & ex ratione naturali debet eſſe indiſſolubile quando eſt ritè contractum.Quod dico, quoniam ſi eſſet contractum cum perſonis prohibitis in diuina lege,aut in lege canonica,nullum eſſet, ex conſequenti non eſſet indiſſolubile: quoniam eſſe indiſſolubile ſupponit eſſe. Probandũ eſt igitur id eſſe de iure diuino. Deinde id eſſe conſonum rationi naturali.

Quantùm ad primũ aduerte, quòd vt legimus Marci cap.10.Phariſæi tentantes Ieſum interrogabant eum,ſi liceret viro dimittere vxorem,& ille reſpondens dixit,Quid vobis præcipit Moyſes?Qui dixerunt,Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere & dimittere. Quibus reſpondens Ieſus ait,Ad duriciã cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.Ab initio autem creaturæ maſculum, & fœminam fecit eos Deus.Propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit ad vxorem ſuam , & erunt duo in carne vna.Itaque iam nõ ſunt duo,ſed vnica caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet.Ex his habemus,quòd Saluator declarauit coniugium eſſe inſeparabile ex diuino inſtituto.Vnde in eodem cap.interrogatus de eodẽ à diſcipulis cùm eſſet domi, reſpondit, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,& aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam, & ſi vxor dimiſerit virum ſuum,& alij nupſerit,mœchatur. Debet ergo coniugium eſſe indiuiſibile. Quod confirmat Paulus primæ ad Corinth.capit.ſeptimo,dicens,Alligatus es vxori?noli quærere ſolutionem.

Sed dices,Si coniugium de iure diuino eſt inſeparabile,quare eccleſia facit diuortia,vt habemus in Decret.lib. quarto.titulo 19.per totum?

Diuortia cur fiant,ſi matrimonium eſt indiſſolubile.

Reſpondetur,Eccleſia non facit diuortium quò ad vinculum coniugij,ſed aut declarat coniugium non eſſe ritè contractum,ex conſequenti nullum eſſe,vt quod contrahitur inter conſanguineos,& affines citra quintum gradum,aut prohibet ex cauſa legitima ſicut intentanti mortẽ coniugis,& ſubſecuto effectu,aut ſeparat quò ad habitationem,& thorum ex cauſa rationabili,putà ex fornicatione commiſſa. Hanc enim cauſam approbat Saluator Matthæi cap. 19. vel quia timetur periculum infirmitatis incurabilis qualis eſt lepra,vel morbus Gallicus, vt vulgò fertur.Cum his tamen ſtat inſolutum coniugij vinculum,vt docuimus in Philoſophia Morali Chriſtiana,agentes de ſacramento matrimonij contra Lutheranos. Conſtat igitur tibi,quomodo coniugium eſt per legem diuinam indiſſolubile.

Quantùm ad ſecundum declarandum eſt id eſſe conſonum rationi naturali,& id manifeſtabimus duplici ratione,& authoritate.

Ratio prima ſumitur ex fide data in cõtractu matrimonij:nam quãdo quis deſponſat aliquam, & interrogatur, an ſit contenta accipere talem in virum ſuum,& interrogatur maſculus an ſit contentus accipere talem in vxorẽ ſuam,& vterque reſpondet quòd ſic,nõ datur ex vtraque parte fides coniunctioni,& ſimul viuendi pro aliquo determinato tempore,ſed ſimpliciter ex cõſequenti per totam vitam.Cùm igitur fides data in re honeſta,& rationabili de lege naturæ ſeruanda ſit,& eo modo quo data eſt, fides cõiugalis quæ abſque determinatione temporis datur,per totam vitam ſeruanda eſt,ex conſequenti coniugium debet eſſe inſeparabile ratione vinculi.Et confirmatur:nam vt docuimus ſuprà,coniugium eſt ſecundum naturam,ergo amor cõiugalis eſt naturalis,naturale autem debet eſſe perpetuum. Quæ enim naturalia ſunt permanẽt:ergo amor cõiugalis debet eſſe perpetuus. Sed amor eſt vnitiuus,& non diuiſiuus:ergo coniugium fundatum in amore cõiugali debet perpetuò durare intra cõiuges.

Ratio ſecunda ſumitur ex parte prolis,pro cuius notitia aduerte,quòd proles eſt fructus, & commune bonum viri & vxoris.Bonum autem commune eſt vnitiuum participantium in illo:ergo proles vnitiua eſt viri & vxoris, tãdiu autem vnit quandiu eſt commune bonum.Sed proles per totam vitam eſt commune bonum : ergo per totã vitam habet vnire virum cũ vxore , & econuerſo, ex qua vnione efficitur coniugium indiſſolubile ex ſui natura. Opponũtur enim vnio,& diſſolutio,& aduerte quòd hęc ratio tangitur ab Ariſtotel.in 8.Ethicorum dicente, Quia commune continet & coniũgit, filij quia ſunt commune bonũ vtrorumque coniugum, videntur eſſe cauſa vnionis,& inſeparationis eorũ.Vnde ſubdit,quòd ſteriles citiùs diſſoluuntur.Quod dicit,non quia ſit licita coniugij diſſolutio,ſi adſit ſterilitas,ſed quia ſi adſit proles ſtat maior ratio indiſſolubilitatis,nam ſi adſit ſterilitas vnica ratio indiſſolubilitatis ſtat in fide data in contractu coniugij,ſi autem adſit proles , eſt duplex ratio inſolubilitatis, ſcilicet fides , & commune bonum vtriuſque coniugis, quod eſt ipſa ſoboles.Conſtat igitur ratione naturali cõiugium ritè cõtractum eſſe inſeparabile etiam quòd adſit ſterilitas.

Cõiugium indiſſolubile eſt, etiam ſi adſit ſterilitas.

Et confirmatur propoſitum authoritate diuina & humana:Diuina quidem,nam Sarra erat ſterilis Geneſis ca. vndecimo,& tamen inter ipſam,& Abrahã fuit coniugiũ inſolutũ,Rebeca erat ſterilis Geneſis cap.25.& tamen inter ipſam,& Iſaac fuit coniugium inſolutum.Rachel erat ſterilis,Geneſis cap.29.& tamen inter ipſam,& Iacob fuit cõiugium inſolutum.Vxor Manuæ erat ſterilis , Iudicum capitu.13.& tamen inter ipſam,& Manue fuit coniugium inſolutum.Conſtat ergo diuina authoritate, quòd coniugium quod ordinatum eſt ad generationem prolis adeò eſt indiuiſibile,quòd nec per ſterilitatem accipit ſolutionem. Humana verò authoritate manifeſtatur propoſitum,nam Valerius Maximus in lib.2.de Antiquis Inſtitutis,loquens de repudio inquit,Repudium inter virum & vxorem à tempore in quo vrbs Romana fuit condita vſquè ad annum 150.nullum interceſſit.Primus autẽ qui dimiſit vxorẽ ſterilitatis cauſa, fuit Spurius Carbilius , qui quanquàm tollerabili ratione motus videretur , reprehenſione tamen non caruit,quia cuncti arbitrabãtur cu-

piditatem liberorum coniugali fidei nõ debere præponi. Fides ergo ſecundum Valerium,quam obligantur coniuges ſibiinuicem ſeruare,eſt illa quæ facit coniugium inſolubile,etiam quòd adſit ſterilitas.Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quod non licet ducere in vxorem eam quæ eſt proxima conſanguinitate,aut affinitate coniuncta.

IN quarto capite remouendum eſt dubium quod ex determinatis in prȩcedẽti capite poſſet oriri.Dictum eſt enim,ꝙ non licet viro habere plures vxores ,nec mulieri habere plures viros,dicet ergo aliquis, Modò ſeruẽ quæ dicta ſunt licet mihi accipere in vxorem, quancunq; ſiue ſit mihi conſanguinea in quocũque gradu conſanguinitatis,ſiue nõ.Vt igitur præſens dubium remoueatur formatur hoc caput,in quo duo agenda ſunt. Primò declaratur,quòd ex diuina lege,& ex lege canonica non licet accipere in vxorem conſanguineam ſuam pro quocunque gradu.Secundò manifeſtabitur idem ex ratione naturali ſic dictante,ita quòd etiam ſi nõ eſſet diuina lex ſcripta, nec canonica ſiue eccleſiaſtica,adhuc ex ipſo rationis dictamine id obſeruãdum eſt in omni Gente vtente ratione,maximè autem in Chriſtiana lege.

Quantùm ad primum aduerte,quòd in prima coniugij inſtitutione quam habemus Gene. ca.2. Deus duas tantùm perſonas prohibuit,ſcilicet patrẽ & filiam , matrem & filium.Dixit enim , Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem,& adhærebit vxori ſuæ:quaſi dicat,Filia patri, & filius matri non copulabitur,non plures autem perſonas tũc prohibuit,propter hominum paucitatem in principio creationis mundi.In lege verò data per Moſem iam multiplicatis hominibus duodecim perſonas excepit cõ ſanguinitate,aut affinitate coniunctis,& ſunt iſtæ.

Mater.	1.
Nouerca.	2.
Soror.	3.
Neptis.	4.
Amita.	5.
Matertera.	6.
Vxor patrui.	7.
Nurus.	8.
Vxor fratris.	9.
Priuigna.	10.
Filia priuignæ,& priuigna.	11.
Soror vxoris.	12.

Omnes has videbis exceptas Leui.cap.18.plures autem non excepit pro tunc vt multiplicaretur Dei cultus,qui tantùm in Iſraël notus,& adoratus erat.

Tempore autem gratiæ in qua coniugium eſt ſacramẽtum,& decet vt in omni honeſtate polleat , longè plures exceptæ ſunt perſonæ , nam vt habemus in Decretalibus libro quarto,titulo decimoquarto,capit.nõ debet, citra gradum quintum cõſanguinitatis , & affinitatis coniugiũ fieri non poteſt Tu tamen aduerte,quòd in tertio & quarto gradu cum diſpenſatione fieri poteſt,quia à propinquitate declinare,& diſtare incipiunt,& hoc ſi adſit euidens cauſa,putà propter bonum proſequẽdum, aut ingens malum euitandũ.Conſtat igitur tibi ex diuina lege,& ex canonica,quòd non licet conſanguineam pro quocunque gradu ducere in vxorem.

Quantùm ad ſecundum declarandum eſt,quòd ex ipſo rationis dictamine idem obſeruandum eſt in omni gente vtente ratione,& non ſolùm in Chriſtiana religione, & id quidem manifeſtatur triplici ratione.

Coniugiũ inter conſãguineos iure prohibitum ſit.

Prima ſumitur ex reuerentia,quam tenemus exhibere parentibus,& conſanguineis,& agitur ſic, Debita reuerentia non poteſt ſeruari inter virum & vxorem propter actus carnales,& verecundos qui inter eos exercẽtur, vt patet ad ſenſum:ergo ratio naturalis dictat , quòd nimis propinqui ſanguine non ſunt coniugio copulandi,& aduerte quòd hæc ratio eſt tantæ efficaciæ , quòd in omni Gente excipiuntur aliquæ perſonæ dictante ſic ratione. Nunquàm enim reputatum fuit licitum , & apud nullas Gentes inuenimus permiſſum,vt quis cum matre contraheret,neque enim mater honoraretur,ſed potius inhonoraretur reuelando turpitudinem matris. Prætereà , ſecundùm ordinem naturæ,vxor debet eſſe ſubiecta ſuo viro.Sed omnino indecens eſt matrem eſſe ſubiectam filio ergo, &c.Et quidem quòd hoc ratio dictet, patet ex eo quòd Ariſtoteles in Politicis ſola ratione naturali ductus,aliquas perſonas propter magnam ſanguinis propinquitatem excipit à contractione coniugij , vt docuimus in Epitomatibus noſtris ſuper Politicam Ariſtotelis

Secunda ſumitur ex dilatatione,& plurificatione boni amicabilis,quod inde conſurgit. Vnde aduerte quòd cõiugium non ſolùm celebratur propter creandam prolem,& propter domum inſtituendam,ſed etiam propter conciliandam,& multiplicandam amicitiam. Hæc autem non eſt quærenda inter conſanguineos quaſi de nouo acquirenda : quoniam inter eos eſt naturalis , vt docuimus in libro octauo Ethicorum.Debet ergo fieri coniugium inter non conſanguineos,vt fiant nouæ amicitię,& multiplicentur ad conſeruationem domorum, & familiarum. Hanc cauſam habemus expreſſam in lib. Geneſis capitu.trigeſimoquarto de Emor qui poſtulauit à Iacob Dinam filiam in vxorem Sichem filij ſui , non ſolùm , vt ſatisfaceret deſiderio filij ſui qui Dinam adamabat vehementiſſimo amore,ſed vt nouas faceret amicitias cum Iacob,& filiis ſuis. Dixit enim Emor ad Iacob , & filios eius,Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ. Date eam illi vxorem,& iungamus viciſſim connubia, filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite , & habitate nobiſcum:& in eodem capit habemus quòd Emor dixit ad populum ſuum,Viri iſti,ſcilicet,Iacob & filij eius pacifici ſunt,& volunt habitare nobiſcum,filias eorum accipiemus vxores,& noſtras illis dabimus,& habitantes ſimul,ſcilicet per nouas amicitias ex connubiis mutuis facta vnum efficiemus populum.

Tertia ſumitur ex malo vitando,quod eueniret ſi proximæ ſanguinis iungerentur coniugio cum ſuis conſanguineis. Vnde aduerte, quòd coniugium inſtitutum eſt non ſolùm propter ſobolem creãdam,ſed etiam propter temperandas concupiſcentias ne rationem captiuent, & veluti cæcam reddant. Hac de cauſa dicit Paulus primæ ad Corin.capitu.ſeptimo,Si non ſe continent,nubant.Melius eſt enim nubere quàm vri, id eſt,feruere concupiſcẽtiis inordinatis: nam cùm effrænatæ fuerint rationem obumbrant,& velant,ſed ſi quis iungeret ſibi conſanguineam in quocũque gradu,non temperaretur , imò magis creſceret concupiſcentia,nam inter cõſanguineos valde proximos,vt inter matrem & filium , & inter fratrem, ac ſororem eſt amor naturalis,cui ſi adderetur amor coniugalis per copulam carnalem,verterentur in furorem venereum. Exemplum habemus in libro ſecundo Regum capit.13.de Amõ filio Dauid,quia adeò exarſit in Thamar ſororem ſuam,quòd penè in furiam verſus, & inſaniam non potuit temperare libidinem ſuam,ſed vi oppreſſit eã, propter quod occiſus eſt ab Abſalon fratre ipſius Thamar.Non ergo expedit proximos conſanguineos copulari coniugio,ne concupiſcentia fiat intemperatior.Hęc de præſenti capit.dicta ſint.

CAPVT V.

Quomodo vxores regendæ ſunt à viris ſuis.

IN hoc capite inueſtigandum eſt,quomodo vxores à viris ſuis regendæ ſunt,& hîc duo agenda ſunt. Primò declarandum eſt,quæ & quot communiter laudabilia,& quæ & quot vituperabilia inueniantur in mulieribus, vt ſciat vir approbare quæ inuenerit laudabilia, & corrigere quæ deprehenderit vituperabilia. Secundò deſcendimus ad regimen particulare.

In mulieribus quatuor ſunt digna laude, & quatuor digna vituperio.

Quantùm ad primũ aduerte,quòd in muliere quatuor ſunt laudabilia,ſcilicet verecũdia,pietas,caſtitas,pulchritudo.Quatuor verò ſunt vituperabilia, ſcilicet intemperantia,& loquacitas,& inſtabilitas,& exceſſus ſiue defectus in ornatu corporis.Prius igitur agendum de laudabilibus,deinde de vituperabilibus.

In mulieribus cur verecundia laudabilis ſit.

Primum laudabile eſt verecundia,de qua dicemus,quare eſt laudabilis mulier, & ex quibus cauſis efficitur naturaliter verecunda.

Tu igitur aduerte,quòd ideo eſt laudabilis in muliere: quoniam vt in pluribus mores, & actus mulierũ conformantur moribus , & actus puerorum & adoleſcentium. Hinc eſt quòd videmus mulieres delectari ludis,facetiis,

munuſcu

munuſculis,cantibus, choreis quibus omnibus delectatur iuuenilis,ac puerilis ætas.Ideo autem cõformes ſunt mulierum,& puerorum mores: quoniam ſicut ſe habet puer ad virum perfectæ ætatis,ſic mulier ad marem,ſed puer nõ ita ratione, & intellectu viget ſicut vir perfectæ ætatis,ſimiliter nec mulier ratione viget,vt in pluribus ſicut mas.Quia ergo quò ad naturalẽ perfectionẽ,& rationis vſum eodem modo ſe habent puer, & mulier, ideo ſunt in moribus,& actibus conformes. Quod ergo eſt in puero,& in adoleſente laudabile, idem laudabile eſt in muliere,ſed vt docuimus in Ethicis, verecundia laudabilis eſt in puero,& adoleſcente:ergo & in muliere, non ſolùm in iuuentute, ſed etiam pro omni ætate. Diximus enim in Epitomatibus noſtris in quarto libro Ethicorum Tractatu nono,quòd cùm mulier ſit parui ſenſus, & multæ voluptatis,niſi adſit verecundiæ frænum, viuit in concupiſcentiis ſuis,efficitur impudica,&in ſenectute iuniores impudicas facit. Vnde maior iniuria mulieri fieri nõ poteſt, quàm appellare eam inuerecundam. Exemplum habemus inHieremia capitulo tertio,qui arguens filiam Syon inquit,frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.

Verecundiam mulieres ex duabus pẽdet cauſis.

Viſo quòd laudabilis ſit verecundia in muliere,declarandum eſt ex quibus cauſis prouenit.Tu igitur aduerte, quòd licet ex pluribus prouenire valeat, præcipuè tamẽ ex duabus.

Prima eſt appetitus laudis, pro cuius notitia aduerte, quòd mulieres magis appetunt laudari, & reputari quã viri,& ratio huius eſt, quia communiter minus participant de virtute,&bonitate quàm viri.Quicunque autem imperfectè habent aliquod bonum, magis appetunt laudari,& reputari,quàm habentes illud bonum perfectiori modo,& ratio huius eſt: quoniam poſſidentes completè aliquod dignum laude,putà ſcientiam,aut aliquam ex nobilibus,artibus, aduertunt, & inueniunt in ſeipſis habere vnde verè gaudent,& contentantur,ita quòd nõ indigent ab aliis laudari. Propterea, non multùm appetunt hominum laudem. Poſſidentes autem aliquod bonum incompletè, aduertunt, quòd in ſeipſis non habent illud bonum ſub tanto gradu quòd poſſint gaudere, & contentari in ſeipſis,& ideo appetunt ab aliis laudari,vt quod in veritate non habent, habeant in hominum opinione.

Cùm igitur mulier in comparatione ad virum participet valdè imperfectè bona verè laudabilia, quæ ſunt bona animi,vt ſcientia,ſapientia, prudentia, fortitudo, conſtantia, iuſtitia, &c. ſummè appetunt in his laudari, etſi aduertant ſe adeò imperfectas, quòd in his non poſſunt obtinere humanam laudem,ad bona corporis ſe cõuertunt,& omni ſtudio conantur ea poſſidere ſaltem in apparentia,vt in his habeant humanam laudem.

Hinc eſt, quòd nil relinquunt intactum, vt pulchræ in facie, in ornatu capitis,in veſtibus, & aliis ad decorem conferentibus appareant. In verbis affabiles,in ludis gratioſæ,in ſubtilibus manuum artificiis ingenioſæ, & in his omnibus licet ſint minora, & imperfecta bona ſicut & ipſæ imperfectæ ſunt,totaliter intendunt,eò quòd rapiũtur abſque menſura appetitu humanæ laudis. Propter quod cùm verecundia ſit timor vituperationis, & contemptus,& amiſſionis humanæ laudis,mulier naturaliter eſt verecunda: quoniam timet hominum opinionem, & laudem deperdere: quam deordinato affectu deſiderat. Ex ipſa igitur innata affectione laudis,conſtat tibi mulieres eſſe naturaliter verecundas.

Secunda eſt timiditas cordis:nam mulier in comparatione ad virum valdè timida eſt, & ideo quodlibet leue expaueſcit ne eueniat.Vnde verum eſt illud Ouidij in Epiſtolis,Nos,ſcilicet, mulieres anxius omnia cogit, quæ poſſunt fieri,facta putare timor.

Ex eo autem quòd timidæ ſunt, prouenit verecundia, quoniam vt diximus, verecũdia eſt quidam timor,ex his ergo & aliis cauſis, mulier eſt naturaliter verecunda,& hoc eſt in ea laudabile: quoniam propter verecundiam mulier à multis inhoneſtis ſe retrahit, à quibus nõ ſe retraheret,niſi eam verecundiæ frænum conſtringeret.

Mulieres piæ & impatientes ſunt.

Secundum laudabile in muliere eſt pietas & miſeratio, ſunt enim naturaliter compatientes & piæ. Pro cuius notitia aduerte,quòd pueri,& ſenes,& mulieres vt ad ſenſum videmus, ſunt naturaliter miſericordes, & compatientes, ſed diuerſis cauſis.Sunt enim pueri compatientes ſuper malum alterius: quoniam cùm ſint innocentes,& careant notitia malorum, & prauorum hominum,credunt omnes innocentes eſſe,& indignè, ac immeritè pati,& ideo ſuper aliorum mala de facili miſeretur. Senes autem ideo miſericordes exiſtunt: quoniam cùm ipſi corpore, & viribus deficiant, multaſque ſuſtineant indigentias,vellent ſibi ab aliis miſereri. Quilibet autem de facili inclinatur ad faciendum aliis, quod ſibi vellet fieri ab eis.Hac igitur de cauſa ſenes ſunt communiter miſericordes.

Mulieres verò miſericordes ſunt ex mollicie cordis. Nam habentes cor molle & totam corporis complexionem mollem non poſſunt quid duri, & ardui in alio pati,& ideo ſtatim miſerentur, quando vident aliquem in tribulatione conſtitutum. Hoc tamen intellige dummodò mulier non ſit irata,& odio vexata; nam ira mulieres ad vindictam incitat, & tigride crudelior efficitur, vnde dicitur Eccleſiaſt. capitulo 25. non eſt caput nequius ſuper caput colubri,& non eſt ira ſuper iram mulieris.

Mulieres caſtæ, & pudicæ maxima dignæ ſunt laude.

Tertium laudabile in muliere eſt caſtitas,& pudicitia: nam ſicut impudicitia facit eam contemptibilem iuxta illud Eccleſi.capitulo nono, Omnis mulier quæ eſt fornicaria,quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur,ſic pudicitia,& caſtitas faciunt ipſam honorabilem, & celebrem, iuxta illud Sap.capitulo quarto,O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate, immortalis eſt enim memoria illius, quia apud Deum nota eſt & apud homines.

Propter caſtitatem honoratiſſima facta eſt Iudith in toto Iſraël.Dicitur enim de illa Iudith.cap.16. Erat virtuti, ideſt fortitudini caſtitas adiuncta, ita vt non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir eius. Propter caſtitatem laudatiſſima facta eſt Suſanna filia Helchiæ, Danielis c. 13. Paulus ſcribens ad Titum capitulo ſecundo,caſtitatem præcipuè commendat in adoleſcentulis.

Mulieris decoræ ac pulchræ maxima eſt laus.

Quartum landabile in muliere eſt decor, & pulchritudo,modo ſit adiuncta caſtitati,aliter vt quid vanum & periculoſum paruipendẽda eſt,dicitur enim Prouerbiorum cap.31. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum ipſa laudabitur, vnde in omnibus mulieribus quas laudat ex pulchritudine ſacra Scriptura adiuncta fuit caſtitas,aut matrimonialis ſicut in Sara Geneſis cap.22. aut virginalis, ſicut in Rebecca,de qua dicitur Geneſis caput.24.quòd erat puella decora nimis, virgóque pulcherrima,& incognita viro, & in Rachele, de qua dicitur Geneſis cap.29.quòd erat virgo decora facie, & venuſto aſpectu,& in Thamar filia Dauid de qua dicitur in 2.Regum cap 13 quòd erat virgo ſpecioſiſſima.Aut vidualis,vt in Iudith,de qua dicitur Iudith cap 10. quòd Dominus contulit illi ſplendorem, quoniam omnis illa compoſitio,non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, & ideo Dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret, & de Heſter legimus Heſter cap.2.quòd erat virgo formoſa valdè,& incredibilis pulchritudine omnium oculis gratioſa,& amabilis videbatur.Quatuor igitur prædicta laudabilia ſunt in muliere.

Mulierum turpitudines.

Quantùm ad vituperabilia aduerte,quòd antequam deſcẽdamus in ſpecie,in hoc vniuerſaliter cõueniunt,quòd tenent extremum neſcientes ſeruare mediũ,nam ſi amãt, vehemẽter amant,ſi oderunt, vehemẽter oderunt,ſi ſunt piæ,vehementer ſunt pię.Si aute impiæ, vehementer ſunt impiæ.Si autẽ impiæ ſunt veluti arpiæ,& tigrides.Si incipiunt eſſe inuerecundæ fracto pudicitiæ fræno, & ſumpta effrænata audacia, fiunt omninò inuerecundæ,& relinquunt vbique ſigna turpitudinis ſuæ, ita quòd vix inuenirentur viri adeò inuerecundi,& inhoneſti.

Mulieris intemperãta vituperabilis eſt.

Verùm quia tenere extremum in bonis bonum eſt, vt eſſe honeſtiſſimum, fortiſſimum, iuſtiſſimum. In malis autem malum eſt, vt eſſe inhoneſtiſſimum, impiiſſimum iniuſtiſſimum, ideò in bonis laudabile eſt, in malis autem vituperabile. In hoc ergo quòd mulier cõmuniter tenet extremum,non poteſt vniuerſaliter vituperari,ſed in bonis laudari, in malis autẽ vituperari:tenere ergo extremũ ſe habet,vt laudabile,& vt vituperabile modo quo diximus. Propoſito hoc vniuerſali fundamento, aduerte quòd deſcendendo in ſpecie primum vituperabile in muliere, eſt intemperantia, nam ſi mulieres facultatem,

& licentiam ac viuendi libertatem inueniunt, vt plurimùm fiunt intemperatæ, & concupiſcentiæ adeò deſeruiunt, quòd videntur ipſa concupiſcentia, & in alio non ſtudent niſi cogitare loqui, & operari ſecundum paſſiones concupiſcibilis, quæ verſantur circa bonum ſenſuale, & ſunt amor, deſiderium, delectatio. Ratio autem propter quam efficiuntur intemperatæ, & ſequuntur paſſiones, eſt quia ratio in eis deficit. Vnde niſi per viros bene regulentur, qui ſunt loco rationis directiuæ reſpectu mulieris non ſe retrahunt à concupiſcentiis ſuis. Vir autem quia eſt ratione præſtantior, ſi rationem audit ſibi loquentem, ſufficiens eſt vt à paſſionibus ſe retrahat, & ſecundũ rectam rationem viuat.

Mulieres loquaces vituperabiles ſunt. Secundum reprehenſibile in muliere eſt loquacitas & garrulitas, quæ ex eadem cauſa prouenit ex qua, & intemperantia: nam quia ratione deficiunt, frænum in eis non eſt ratio, ſed innata verecundia, vnde ſi aliquando ſe continent, vt non effluant in verbis incompoſitis, & litigioſis, & maledicis, hoc potiùs deputatur verecundiæ quàm rationi. Tacent enim aliquando non quia apprehendunt malum, & peccatum eſſe ſic, vel ſic loqui, ſed quia timent inde reprehendi, & non bonæ reputari. Quòd ſi verecundia eas non retrahat, quàm primum prouocatæ ſunt etiam leui cauſa, prorumpunt in maledicta & in iniurias, nec eſt finis rixæ, nec garrulitatis, & efficiuntur litigioſæ, & tunc ſunt inſupportabiles, cum quibus nulla eſt pax, ſed dolor, & auguſtia abſque fine, propter quod dicitur Prouerb. cap. 19. Dolor patris eſt filius ſtultus: tecta iugiter paſtilentia mulier litigioſa. Domus & diuitiæ dãtur à parentibus, à Domino autem vxor prudens.

Mulieres inconſtantes vitandæ ſunt. Tertium reprehenſibile in muliere eſt inconſtantia, & inſtabilitas: nam de ea dicitur, Quid leuius vento? mulier. Quid muliere? nihil Et Ouidius in Epiſtolis, Nos, ſcilicet, mulieres ſumus inſtabiles, &c. Hæc autem inſtabilitas prouenit in eis ex debilitate, & mollicie complexionis: nã cũ anima, vt in pluribus ſequatur cõplexiones corporis, niſi ratio forti imperio dominetur ſuper corpus, ſicut mulier ſecundũ corpus mollis, & inſtabilis eſt, ſic voluntate, electione, iudicio, & deſiderio inconſtans eſt, & ideo, vt dicemus infrà, regimen fœmineum, & iudicium, & conſilium, & boni operis executio, non approbatur.

Ornatus exceſſus in muliere deteſtandus eſt. Quartum reprehenſibile in muliere eſt exceſſus, & defectus circa ornatum corporis. Pro cuius notitia aduerte, quòd cùm mulieres appetant ſine menſura videri, & reputari pulchræ, pro maiori parte excedunt in ornatu corporis, aliquæ etiam licet pauciores peccant in defectu ornatus, appetentes ex hoc laudari, vt humiles, licet in rei veritate animo ſuperbiãt. Vt igitur ſcias in quo ſint reprehenſibiles mulieres quò ad ornatum corporis, & in quo laudabiles aduerte hanc diſtinctionem, Ornatus mulieris eſt duplex, ſcilicet fictitius, & realis, fictitius appellari ſolet fucatio, & eſt appoſitio extranei coloris, putà albi, aut rubei, aut lucidi ſiue luſtri, quo vanę mulieres ſeipſas depingunt, vt pulchriores, & gratioſiores appareant. Realis conſiſtit in ornatu capillorum, & capitis, & colli, & pectoris, & pedum, & manuum ex indumẽtis, & velis, & monilibus, & annullis, & inauribus, & armillis, & ſandalibus, &c.

Ornatus fictitius deteſtabilis eſt. Ornatus fictitius ſemper reputatus eſt illicicitus, & vituperatur non ſolùm in Scriptura ſacra, ſed etiam apud Gentes, quæ moraliter vixerunt: vnde inquit Ariſtoteles in ſua Oeconomica, Non permittat vir vxorem ficto vti ornatu: quoniam quemadmodum in moribus fictionem eſſe non decet, ſic nec in corpore. Xenophon in ſuo Oeconomico, & Plato in Gorgia idem reprobant, arbitrantúrque hanc eſſe ingeneroſam, & fallacem veri decoris permutationem. Quàm reprobatus autem ſit huiuſmodi ornatus in Scriptura ſacra, vide in quarto Regũ capite nono, de Iezabel vxore Achab depingente oculos ſuos ſtibio, & iuſſu Iehu præcipitata eſt, & canes comederunt carnes eius, & aues.

Vide in Ezechiele exprobrationem huius fictitij ornatus capitulo vigeſimotertio, vbi ſic legimus, Itáque ecce venerunt quibus te lauiſti, & circumliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri, &c. In fine autem eiuſdem capiruli ponitur pœna huius peccati, vbi ſic legimus, Filios & filias earum interficient, & domus earum igne ſuccendent, & auferam ſcelus de terra, & diſcent omnes mulieres ne faciant ſecundũ ſcelus earum.

Nolo hîc immorari ad declarandum qua diligentia, & acrimonia ſancti illi Doctores primitiuæ eccleſiæ arguant, & reprobent huiuſmodi fucatum ornatum, præcipuè Diuus Ambroſius, & Hieronymus. Hæc enim in libris Declamantium vbique patent.

Ornatus mulierum realis eſt licitus aliquando ex prauata intentione. Ornatus autem realis licet ex ſe ſit licitus, tamẽ ex prauata intentione, & exceſſu, & defectu fit illicitus, ac vituperabilis in mulieribus. Et quidem quòd ex ſe ſit licitus modo fiat recta intentione, & moderatè, patet ex Doctrina ſacra, & ex ſcriptura Gentilium, ex Doctrina quidem ſacra, nam habemus Geneſis capitulo vigeſimoquarto, quòd ſeruus Abraham protulit inaures, & armillas ad ornatum Rebechæ ſponſæ Iſaac, & Iudith capitulo decimo, laudatur quòd ornauit ſe, & diſcriminauit crinẽ capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iocunditatis ſuæ. Induitque ſandalia pedib⁹ ſuis, aſſumpſitque dextrariola, & lilia, & inaures, & anulos, & omnibus ornamentis ornauit ſe, laudatur autem quoniam vt legimus in eodem capite iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat. Paulus quoque in prima ad Timotheum capitulo ſecundo, moderatum commendat ornatum in mulieribus, vnde inquit, Similiter mulieres in habitu ornato cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe.

Quòd autem apud Gentiles moderatus mulierum ornatus ſemper commendatus fuerit teſtatur Valerius Maximus, qui Romanos commendat eò quòd mulieribus ſuis de ſpecioſis indumentis, cæteriſque ad decentem ornatum muliebrem pertinentibus, prouidebant.

Quòd verò huiuſmodi ornatus fiat illicitus, & vituperabilis, ex mala intentione, putà quando fit ex inani gloria, aut in contemptione aliarum, aut ex libidine, vt ſint amatoribus ſuis gratiores, & inducant in concupiſcentiam, & dico amatoribns ſuis adulteris ſiue fornicariis, teſtatur Iſaias capitulo tertio, vbi inquit, Et dixit dominus Deus, Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit, in die illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & perichelides, id eſt, ornamenta brachiorum, & manuum, & murenulas, & olfactoria, & inaures, & anulos, & gemmas in fronte pendẽtes, & mutatoria, & palliola, & lintheamina, & acus, & ſpecula, & ſyndones, & vittas, & theriſtra, & erit pro zona funiculus, pro ſuaui odore fœtor, pro criſpanti crine caluiciũ, & pro faſcia pectorali cilicium.

Hæc Iſaias, ex quibus conſtat ornatum muliebrem factum mala, & laſciua intentione non ſolùm apud homines eſſe illicitum, & vituperabilem, ſed etiam apud Deum, aliter non ita comminatus fuiſſet filiabus Sion per Iſaiam.

Ornatus mulieris indecens. Quòd autem propter exceſſum ſit vituperabilis patet ex eo quòd in moralibus ſolum medium eſt laudabile. Medio autem opponuntur duo extrema, vnum per exceſſum alterum per defectum, vt docuimus in tertio Ethicorum.

Exceſſus autem in huiuſmodi ornatu dupliciter contingit. Primò quando mulier ornari vult magis precioſis, & maiori artificio quàm ſtatus eius requirat, vt ſi vellet vxor artificis ornari, vt vxor nobilis, & vxor nobilis, vt vxor principis, putà in ſerico, & auro, & gemmis.

Hoc vtique vituperabile eſt, & hũc exceſſum corrigit Paulus, primæ ad Timotheum, capit. 2. vbi inquit, Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. Et Petrus in epiſtola prima capitulo tertio, inquit, Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, quarum non ſit extrinſecùs capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, id eſt, ornatus indumenti, & veſtitus nimis precioſi vltra quàm deceat ſtatum ſuum, ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate, quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuplex. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperãtes in Deo ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris: ſicut Sarra obediebat Abrahæ Dominum eum vocans.

Secundò

Secundò excedit quãdo adeò ſolicita eſt circa corporis ornatum quòd non videtur aliud curare, ſed ferè totum diem in hoc expendit corpus ſuum velut idolum colens. Tales ſunt mulieres de quibus dicitur illud Ouidij, Dum moliuntur, dum comantur annus eſt, & illud Pſalmi, Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ, vt ſimilitudo templi.

Quòd verò propter defectum debiti ornatus aliquando mulier ſit vituperalis, patet ex eò quòd nõnullę propter negligentiam, & pigriciem viliter, & ſordidè, & laceroſè veſtiuntur, etiam quòd poſſent melius, & nobilius veſtiri, negligentia autem & pigricies reddunt virum, & mulierem vituperabilem, & aſpernabitur: nam dicitur Eccleſi. cap. 22. In lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquentur ſuper aſpernationem eius. Nõnullæ etiam eligunt viliſſimè veſtiri, vt inde laudem humanam ſibi acquirant, velut hypocritæ, humilitatem extrà ſimulant intùs ſuperbientes. Iſtæ ſunt penitus vituperabiles, nam ſi vt inquit Ariſtoteles in Ethicis, Latoni vituperantur, quoniam ex vilitate veſtium in iactantiam, & elationem mouebantur, multò magis mulieres quæ naturaliter ornatum corporis appetunt. Conſtat igitur tibi quomodo mulier propter ornatum corporis fictitium, & propter exceſſum, ac defectum ornatus realis efficitur reprehenſibilis.

Viri quomodo mulieres regere debeãt.

Viſis quæ, & quot ſunt in mulieribus laudabilia, & vituperabilia, nunc declarandum eſt quomodo viri ſuas vxores ita regere debent, quòd ab eis auferantur vituperabilia prædicta, & reducantur ad oppoſita, vel præſeruentur ne ea incurrant. Igitur quia mulieres, vt diximus communiter ſunt intemperatæ, & garrulæ ſiue loquaces, & inſtabiles, & inordinatè ſe habent circa corporis ornatum, ideo ſic regendæ ſunt, quòd fiant temperatæ, taciturnæ, & ſtabiles circa corporis ornatum laudabiliter ſe gerant.

Mulier quomodo à viro deducenda eſt ad temperantiã.

Primò igitur fiant temperatæ, erunt temperatæ ſi caſtæ, pudicæ, abſtinentes, & ſobriæ fuerint. Hæc enim quatuor temperantiæ virtutem integrant, vt docuimus in parte ſecunda Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ. Studeat igitur vir vxorem ſuam in caſtitate ſeruare, exemplo, adhortatione, adhibitis etiam comminationibus, ſi oportuerit. Caſtitas enim licet virum, & vxorem deceat, magis tamen vxorem decet nõ ſolùm propter matrimonij fidem ſeruandam, ſed propter prolis certitudinem, ne filius alienus ſuccedat in viri hęreditate propter vxorem adulterantem, & ne verum ſit quod inquit Salomon in Eccleſiaſt capitu. ſexto, Eſt aliud malum, quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines, Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ, ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed externus deuorabit illud: vt igitur coniugiis fides integra ſeruetur, oportet vxores in omni caſtitate viuere, & ne hæreditas vertatur ad alienum.

Studeat vir vxorem pudicam, & honeſtam ſeruare, Conſtat pudicitia, & honeſtas mulieris in verbis, ſignis, & nutibus, & habitu, & conuerſatione cum viris extraneis, neque enim pro ſeruanda pace & gratia inter coniuges ſufficit vxori abſtinere ſe ab actibus inhoneſtis eò quòd ſit caſta, ſed oportet etiam ſeruare ſe irreprehenſibilem in verbis, & ſignis, &c. Hæc enim videntur nuncia cordis impudici, ne igitur mala ſuſpicio oriatur in corde viri, & ne infamia maculentur, ſtudeat vxor pudicam, & honeſtam ſe exhibere, & præcipuè in oculis: quoniam, vt inquit Diuus Auguſtinus, in Regula ſua, Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius.

Studeat vir vxorem ſeruare abſtinentem, eſt autem abſtinentia in ſumptione moderati cibi horis, & temporibus congruis, iuxta ſtatum, & complexionem, & ætatem perſonæ, vt docuimus in Parte tertia Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ, agentes de Vitio gulæ, ſit igitur vir diligens ne vxor crapuloſa fiat. Crapula nanque ad incontinentiam, & luxuriam inclinat, & grauat cor, ideſt hebetat intellectum, ne videat quæ ſibi aduerſantur, & quæ proficiunt. Propterea inquit Saluator Lucæ capitulo vigeſimoprimo, Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius ſeculi.

Studeat vir vxorem ſuam ſeruare ſobriam, eſt autem ſobrietas in moderata potus inebriatiui ſumptione conſiſtens, inter potus autem inebriatiuos præcipuum eſt vinum, quoniam ſpirituoſum, & maximè vaporatiuum eſt ad caput. Oportet igitur vxorem ſobriam eſſe adeò, quòd ſi ætas, & complexio ſuſtinerent, non deberet vinum guſtare, ſicut & conſuetudo fuit apud antiquas Romanas, de quibus inquit Valerius in libro ſecũdo de Antiquis Inſtitutis, Vini vſus olim Romanis fœminis ignotus erat. Oportet autem vxorem eſſe ſobriam, ne in aliquod dedecus prolabatur. Vſus enim vini intemperatus trahit ad venerem inconceſſam, concitat ad iram, & contumeliam, & turpitudinem. Vnde dicitur Eccleſi. capitulo 26. Mulier ebrioſa ira magna & contumelia, & turpitudo.

Secundò fiant taciturnæ, eſt enim taciturnitas mulieris ornamentum, vt etiam teſtatur Ariſtoteles in Politicis. Nam ſi mulier quæ naturaliter eſt loquax propter paruitatem ſenſus, ſicut & pueri paulatim didicerit taciturnitatem, maiorem apud viros graues amorem, & gratiam ſibi conciliabit. Sed aduerte quòd licet oporteat mulierem in omni loco eſſe taciturnam: maximè tamen in eccleſia, quoniam illic non niſi de doctrina ſana, & oratione loquendum eſt. Verùm ſi mulieres in eccleſia non tacerent, ſtatim notam facerent ignorantiam ſuam, & cordis leuitatem, contemptibiléſque ſe redderent viris aſſiſtentibus. Hac de cauſa Paulus primæ ad Corint. capitulo decimoquarto, ſic ſtatuit, Mulieres in eccleſia taceant. Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe ſicut lex dicit, ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia.

Tertiò fiat conſtans & ſtabilis, quantùm tamen naturæ ſuæ permittitur, licet enim adæquari non poſſit viro quò ab ſtabilitatem: quoniam eſt minoris ſenſus, & mollioris complexionis, tamen prò gradu ſibi conuenienti poteſt fieri conſtans, & ſolidi propoſiti in bonum. Dico in bonum, quoniam in malum de facili efficitur conſtans, imò obſtinata in appetitu deordinato. Oportet autem vxorem fieri ſtabilem: quoniam ſi leuiter ſe geſſerit non confidet in ea vir eius, & de facili ſuſpectam habebit. Propterea dicitur Prouerbiorum capitul. 31. Mulierem fortem, id eſt conſtantem, quis inueniet? Confidit in ea cor viri ſui.

Ornatum mulierum quo pacto viri moderari poſſunt.

Quartò ſtudeat vir vt vxor ſua circa corporis ornatũ ſe laudabiliter gerat, & hoc tribus modis.

Primò non permittat eam vti ornatu fictitio, ſcilicet, fucis, & coloribus extraneis, hic enim ornatus eſt ex ſe illicitus etiam apud mundi ſapientes, vt docuimus ſuprà. Tu tamen aduerte, quòd in aliquo permittendus eſt, putà vt vxor ſic ornata reuocet virum ſuum à fornicatione à qua non reuocaret eum: niſi ſic ornata magis eis placeret quàm alia mulier fornicaria. In hoc igitur licet vxori ſtudere, vt placeat viro ſuo. Liceret etiam pro impetranda gratia à viro vt publicum, & ingens malum vitari poſſit, aut optimum bonum obtineri. Hac de cauſa ornauit ſe Iudith accedens ad Holofernem, & Heſter accedens ad Aſſuerum, vtraque pro ſalute populi. Tu tamen aduerte, quòd ex textu Scripturæ non habetur clarè quòd fucato ornatu ſtuduerint apparere pulchriores. Quòd ſi fecerunt, licuit eis ex cauſa dicta. Præterea, Licet eis fictitio vti ornatu, non vt pulchriores aliis viris appareant, hoc enim eſſet occaſio promouendi eos ad concupiſcentiam, ſed vt aliquam ſui vultus maculam ſiue defectum abſcondant ne tandem ſint in nauſeam viris ſuis. Ceſſantibus autem prædictis cauſis nullo modo permittat vir vxorem fucari, ne fortè efficiatur adultera in adoleſcentia ſua, & faciat eum in opprobrium venire, vt dicitur Eccleſiaſtici cap. 4.

Secundò non permittat vir vxorem ſuam excedere in ornatu reali: quod vtique faciet, ſi ſecundum doctrinam Androrici Peripatetici in libro, quem edidit de Ornatu mulierum, vir aſſuefecerit vxorem, vt ſit humilis, & temperata, & ſimplex in ornatu ſuo. Humilis quidem, vt non ſe ornet appetitu inanis gloriæ, & humanæ laudis, ſed pro honore debito viri ſui & domus, & cognationis ſuæ. Temperata verò, vt conſiderato ſtatu, & qualitate generis, decentia & non ſuperflua veſtimenta, & reliqua quę ad omnium partium corporis ornatum ſpectant quærat, & non vltrà. Simplex autem vt nõ nimis ſolicitetur circa ornatũ ſuum. Videmus enim nonnullas mulierculas nihil aliud curare quàm ſui fœtidi corporis

ornatum,etiam quòd non excedant ſtatum ſuum quò ad ornatus precioſitatem. Ad remouendam autem hanc ſuperfluam curam, & ſolicitudinem,occupanda eſt ex inſtituto viri in operationibus ſibi conuenientibus, putà in curanda familia,in diſpenſandis bonis domus, quò ad victum neceſſariis. Si enim ſic occupata fuerit, non tantum temporis ſpacium in vano ſui corporis ornatu diſpenſabit.

Tertiò non permittat vir vxorem ſuam deficere in debito,& decenti ſuo ornatu. Id enim redundat in detrimentum viri,& filiorum,& totius familiæ,ſi prouenit ex pigritia, & negligentia vxoris:nam ſi ſeipſam negligit cui primò debetur,nec mariti,nec filiorum, nec reliquæ familiæ quò ad veſtimentorum decentiam curam geret. Qui enim ſeipſum ex pigritia, & incuria negligit:quemcunque alium negligit. Quòd ſi vxor non ex negligentia,ſed appetitu humanæ laudis vt ſcilicet humilis reputetur,deficit in decenti ſuo ornatu, id minus vir eius ferat, hæc eſt enim triſtis ſimulatio & hypochriſis,quæ Deo pariter, & hominibus ſemper odioſa fuit:nam ſicut non decet mulierem per fucatos colores oſtendere pulchritudinem quam non habet,ſic nec eam decet per habitus, & veſtimentorum vilitatem, oſtendere humilitatem quam non habet,neque enim ſtat vera humilitas cum deordinato veræ laudis appetitu.

Conſtat igitur tibi,quomodo vxor à viro ſuo regenda eſt,vt ab ea remoueantur quatuor prædicta reprehenſibilia.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT VI.

Quomodo ſe gerere debeant viri erga vxores ſuas.

IN ſexto capitulo declarandum eſt quomodo ſe habere debeant viri erga vxores ſuas, & hìc ſex agenda ſunt.

Primò quomodo vti debet cũ vxore copula cõiugali.
Secundò quomodo eam tractare debeat.
Tertiò quomodo cum ea conuerſari.
Quartò,ſi licet viro habere zelum erga vxorem.
Quintò ſi vir debet vti conſilio vxoris.
Sextò ſi vir debet vxori aperire ſecreta ſua.

Vir quomodo gerere ſe debeat erga vxorem in vſu copulæ coniugalis.

Quantùm ad primum aduerte quòd copula coniugalis inter virum & vxorem debet eſſe moderata & diſcreta.Moderata quidem quoniam ſi vltra quàm ratio dictat frequentata fuerit,tria cauſabit mala,duo quidem in viro, & tertium in vtroque. Primum in viro eſt corporeæ virtutis debilitatio,& vitæ abbreuiatio: nam vt docuimus in 3. Ethicorum inſatiabilis eſt concupiſcentiæ appetitus:propter quod ſi non adſit concupiſcentiæ frænum,homo in delectabilibus plus appetit quàm naturæ ſufficiat,vt patet in guloſo & auaro.Si ergo vir ſine fræno,& moderantia ſequitur cum vxore appetitum, aget vltra quàm naturæ ſufficiat,& tũc oportet corpus ipſum & omnes eius vires organicas debilitari, & præcipuè cerebrum omnéſque ſenſus interiores,& exteriores. Vigent enim in actionibus ſuis ex ſufficientia ſpirituum: coitus autem immoderatus prohibet ſpirituum ſufficientiam,eò quòd eſt exſiccatiuus & mortificatiuus, & hinc ſequitur abbreuiatio vitæ, vt docuimus in Tractatu de Longitudine & Breuitate Vitæ. Vnde dixit Ariſtoteles in libro illo,quòd animalia multùm coitiua ſunt breuis vitæ,vt paſſeres maſculi. Oportet ergo virum vti cõpula coniugali moderatè.Ad quod hortatur Scriptura ſacra. Dicit enim Dauid in Pſalmo, Nolite fieri ſicut equus & mulus,in quibus non eſt intellectus, & Paulus primę ad Theſſaloniſſenſes capitulo quarto,inquit,Sciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificationem, & honorem, id eſt, ſecundum quòd ratio dictat, & diuina lex diſponit,& non in paſſione deſiderij, id eſt ſecundum effrænatum motum concupiſcentiæ, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum. Conſtat ergo copulam coniugalem debere eſſe moderatam, ne corpus debilitetur, & ne ſit viri breuior vita. Secundum malum in viro eſt mentis depreſſio : nam animæ inſtrumentum eſt corpus, & quò ad operationes intellectuales, ſenſus interiores,& exteriores ei maximè deſeruiunt:ſunt enim vt canes venaticij:vnde ſicut per canes venamur leporem,ſic per ſenſus inquirimus rerum intelligentiam,ſed inordinatus veneris vſus vt diximus,debilitat totum corpus,& præcipuè cerebrum,& organa omnium ſenſuum ex depauperatione ſpirituum : ergo ex conſequenti deprimitur ratio ſiue intellectus, ita quòd non promptè,& perfectè exit in opus ſuum. Cuius ſignum eſt, quòd videmus agitatos luxuria fieri velut incantatos, & ſtupidos & obliuioſos, & imprudentes. Hinc eſt quòd dicitur Eccleſiaſ.capitulo 19. Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.Exemplum habemus de Holoferne in libro Iudith,& de Salomone in ſecundo libro Regum, & de duobus ſenibus qui exardeſcentes in amorem caſtiſſimæ Suſannæ fuerunt in lib.Danielis.

Tertium quod vtrique coniugum eſt malum, eſt ipſa incontinentia, nam vt docuimus in ſeptimo Ethicorum, inſatiabilis eſt concupiſcentiæ appetitus,ita quòd quantò magis vir,& mulier indulgent veneri,ta ntò magis incitatur concupiſcentia,& deſiderium eius. Vndę dicitur Prouerbiorum capitulo 30. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquàm dicit, Sufficit. Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non ſaciatur aqua. Ignis verò nunquam dicit, Sufficit.Hinc proueniunt fornicationes, & adulteria,quoniam coniuges effecti intemperati non cõtentant ſe inuicem, ſed vir alias quærit mulieres, vxor alior viros, vt vel ſic ſatisfaciant libidini ſuæ. Ne igitur hanc incurrant incontinentiam,aſſueſcant vti moderatè copula carnali: nam cùm ſic aſſueti fuerint non erit eis difficile continere, quando vir aut vxor abſens fuerit etiam per longum tempus, vt contingit peregrinantibus, & militibus,& mercatoribus.

Diſcreta inſuper ſit huiuſmodi copula, vt ſcilicet fiat tempore debito,loco decenti, & modo honeſto: neque enim omne tempus debitum,vt tempus orationis,& præcipui feſti ob reuerentiam,& hæc eſt doctrina Pauli primæ ad Cor.capit.7.vbi ad coniugatos inquit,Nolite fraudare inuicem niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram: neque omnis locus decens, vt locus ſacer ob diuinum honorem. Vnde in ſecundo libro Machabęorum cap.ſexto, ſit lamentatio,quòd diuinus honor non ſeruabatur, eò quòd templum Domini luxuria plenum erat,& comeſſationibus,& ſcortantium cum meretricibus, ſacratiſque ædibus mulieres vltrò ſe ingerebant. Prætereà,locus patens & apertus non eſt decens, ſed occultus, & clauſus, eò quòd huiuſmodi copula naturalem habet annexum pudorem.Vnde Hieremias capitulo ſecũdo exprobrat impudentiam Hieruſalem dicens, In omni colle ſublimi,& ſub omni ligno frondoſo tu proſternabaris meretrix, & apud morales Gentiles reprobatur ſecta Philoſophorũ qui appellati ſunt Cinici,eò quòd publicè,vt canes exercebant actum veneris,Patet ergo quòd copula coniugalis,etſi in ſe ſit licita : tamen omni loco non licet. Neque omnis modus eſt honeſtus, niſi qui eſt ſecundum naturam,& ad generationem inſtitutus. Omnis autem alius modus deteſtabilis eſt, & inter coniuges non auget, ſed minuit amorem. Vt igitur coniugati concilient inter ſe amicitiam non ſolùm delectabilem, ſed etiam honeſtam prout requirit in honeſto, & laudabili coniugio ſeruare debent debitum tempus, congruum locum, & honeſtum modum, & aduerte quòd debitum tempus non ſolùm excludit tempus orationis: ſed etiam tempus infirmitatis,& menſtruorum propter detrimentum prolis.Vnde dicitur Leuitici cap. 18.Ad mulierem menſtruatam non accedes. Quod quidem præceptum eſt morale & ſemper & in omni Gente dictat ratio eſſe obſeruandum propter immundiciam mulieris, & periculum prolis,&c.Cõſtat igitur tibi quomodo viri erga vxores quò ad copulam coniugalem debent ſe habere modeſtè, & diſcretè.

Cinici reprobãtur.

Quantùm ad ſecũdum,ſcilicet, quomodo vir vxorem ſuam tractare debeat, aduerte,quòd honoratè eã tractare debet,& nõ deſpectè,neque ſeruiliter:nam, cùm vxor non ſit ſerua,non debet ſeruiliter tractari,ſed cùm ſit ſocia viri,quia de viro aſſumpta eſt,honoratè debet tractari.Nam cùm ſint duo in carne vna, honor vxoris eſt honor viri,honoratè ergo debet vir vxorem tractare. Vnde primę Petri capitulo tertio dicitur,Viri cohabitantes ſecundum ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem,tanquam cohæredibus gratiæ vitæ.Hic autem honor tria requirit, ſcilicet, debitum corporis ornatum,debitum famulatum,& debitum victum, iuxta ſtatum,& facultatem viri.

Vir vxorem ſuam honoratè tractare debet.

Quantùm

Vir cum mulbere, cuiuscunq; conditionis fuerit, qualis debeat esse.

Quantùm ad tertium, ſcilicet quomodo vir in conuer ſatione ſe debet habere erga vxorem, aduerte quòd in hoc certa vna regula dari non poteſt propter varias mulierum conditiones. Nam aliquæ ſuperbæ, & proprij capitis ſunt, aliæ verò humiles, & manſuetæ, aliæ prudentes, aliæ temerariæ, aliæ operoſæ, aliæ pigræ & ocioſæ, aliæ crapuloſæ, aliæ abſtinentes, aliæ litigioſæ, aliæ de facili acquieſcentes, aliæ conſeruantes bona domus, & familię, aliæ prodigæ. Oportet ergo virum ſcire cõuerſari diuerſimodè prout mulierum diuerſitas requirit. Verbi gratia, Si vir habet vxorem ſuperbam, non ſe ei exhibeat multùm familiarem, nec affabilem. Superba enim eleuabit ſe ſupra virum benignum, & tandem deſpiciet eum. Sic Michol filia Saulis vxor ſuperba manſuetiſſimi Dauid deſpexit eum ſaltantem ante Archam Domini, in ſecundo Regum, capite ſexto: vbi ſic legimus, Egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauid ait, Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſraël, diſcooperuit ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris: dixítque Dauid ad Michol, Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potiùs quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi, vt eſſem dux populi Domini in Iſraël, & ludam, & vilior fiam pluſquàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, glorioſior apparabo. Si verò humilis, & manſueta vxor fuerit, vir ſe exhibeat ei benignum, & gratioſum potius liniendo quàm exaſperando eam, potiùs adhortando quàm durè admonendo. Sic ſe geſſit Helchana qui fuit Annæ vir, & Samuelis pater: nam vt legimus in primo Regum capitulo primo, Helchana diligebat Annam, vtpotè humilé & manſuetam; quam videns flentem, & triſtem eò quòd ſterilis putaretur, ſic liniebat, & conſolabatur dicens, Anna cur fles, & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum. Nunquid non melior tibi ſum quã decem filij? Ex ſacra ergo Scriptura admonentur viri, quòd cum vxoribus ſuperbis grauiter, & durè ſe habeant, cum humilibus autem gratioſè. Prætereà, ſi vxor prudens, & diſcreta videatur viro, & ſi quid in ea corrigendum apparuerit, admonenda eſt à viro verbis grauibus, & adhortatoriis, & non iniurioſis, aut comminatoriis, ne ad indignationem prouocetur. Nam ingenioſa mulier indignata malum machinatur. Si autẽ temeraria eſt, vir aſperis & duris modis comprimat eam. Se habet enim vt animal irrationale, quod non niſi minis, & verbere domatur.

Nota hoc ſalubre cõſilium.

Et tu ſic diſcurre in omnibus modis prædictis. Hoc tamen pro vniuerſali conſilio accipe. Vxor cuiuſcunque cõditionis ſit timore, & amore regenda eſt, vt docuimus in Epitomate noſtro ſuper Oeconomicam Ariſtotelis, vt vxor viuens inter timorem, & amorem ſemper debitum honorem ſeruet erga virum. Quòd ſi oppoſitum fecerit, tolleranda non eſt. Exemplum habemus in Heſter capitulo primo, de Vaſthi Regina, & vxore Aſſueri, quæ quóniam venire noluit vocata à rege, & vt ſic regem inhonorauit, priuata eſt diademate regio, & facultate ingrediendi ad regem, vt eius exemplo cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis ſuis honorem.

Viro num liceat erga vxorem ẽe habere.

Quantùm ad quartum, ſi licet viro habere zelum erga vxorẽ, aduerte quòd in zelo poteſt inueniri defectus & exceſſus, & medium. Defectus, quidem vituperabilis eſt: nam ſi vir erga vxorem nullum habeat zelum, neque curam, neque diligentiam de ea habebit, & cùm mulier ſit animal mutabile, ſi aduerterit ſe à viro non obſeruari, quaſi in libertate conſtituta, de facili inducet verecundiam ſuper virum ſuum. Expedit ergo viro aliqualem zelum habere erga vxorem ſuam

Exceſſus etiã in zelo vituperabilis eſt & nociuus vtrique coniugum: nam vt in pluribus cauſat tria mala, & nullum bonum, niſi fortè per accidens.

Zelus nimius viri ergamulierem & econtra, multa parit mala.

Primò quidem cauſat in viro continuam mentis inquietudinem, & cordis vexationem, propter quod vt diſtractus non intendit curæ, & regimini familiæ, ſed velut amans viuit in anxietate: & ratio huius eſt, quia ſicut odium, & inuidia auferunt verum rationis iudicium, ita quòd faciunt iudicare bonum eſſe malum, & econuerſò, ſic nimius zelus rationem adeò perturbat, quòd omnia ſuſpicantur in partem finiſtram, & licet vxor benè, & laudabiliter viuat, tamen indebitè increpatur, & malè tractatur à viro, & quoniam ex nimio zelo inſurgit mala ſuſpitio, ex ſuſpitione inſurgit cordis anxietas, ex cordis anxietate inſurgit incuria, & negligentia circa diſpoſitionem, & regimen familiæ, quoniam animus vni curæ totus intentus, impeditur à quacunque alia cura.

Secundò cauſat in vxorem indignationem, ex indignatione prouocatur ad inhoneſtatem: nam cum mulier ex ſui natura ſequatur concupiſcibilia, quando aduertit ſe indebitè obſeruari à viro, dedignata intra ſe dicit, Vir meus falsò de me ſuſpicatur malum: agam quòd verè ſuſpicabitur. Hinc fit vxor adultera ex inordinato zelo viri ſui. Ne ergo vxor propter indiſcretum zelum viri, frãgat coniugij fidem, temperet ſe vir, ne zelotipus fiat, abſque vero fundamento.

Tertiò cauſat inter virum, & vxorem lites, iurgia, & domum ac familiam priuat omni pace, & quiete: nam cùm aduertit vxor quòd ſine cauſa calumniatur à viro imponente ſibi, & ſuſpicante malum, de quo ipſa innocens eſt, trahitur ex ira in impatientiam, ex impatientia ad verba dura, & increpatoria, quæ vir zelotipus non ferens, conuertit ſe ad duriora, & quoniam neuter cedit, inter coniuges oritur lis, & in tota domo perturbatio. Cauendum eſt ergo à nimio zelo. Sed viri prudentis eſt tacitè obſeruare vxorem, quòd ſi quid verè, & notabiliter viderit reprehendendum, admoneat & adhortetur eam placidè vt ſororem. Quòd ſi ſe non abſtinuerit, paulatim ad ſeueriora procedat, donec aut ſe correxerit, aut conuicta debitè caſtigetur.

Zelus moderatus mutuò inter coniuges ſeruandus eſt.

Cùm autem declaratum fuerit vtrunque extremum in zelo reprehenſibile eſſe, decet virum erga vxorem moderatum ſeruare zelum, & econuersò. Moderatus enim & mutuus zelus, carius, & gratioſius ſeruat coniugium, & inter coniuges parit diuturniorem, & magis delectabilem, ac ex omni parte honeſtam amicitiam.

Quantùm ad quintum, ſcilicet, ſi vir debet vxoris vti conſilio, aduerte quòd ſimpliciter & ordinariè vti non debet. In caſu autem aliquo, & præcipuè repentino vti debet.

Mulierũ conſilio vti non debent niſi repentino.

Pro euidentia primi aduerte, quòd vt docuimus Parte ſecunda Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ, tria ſunt neceſſaria benè conſulenti, ſcilicet clarus, & ordinatus, & ſolidus rationis diſcurſus, prudentia quæ non poteſt haberi ſine experientia, & animi conſtantia, & hæc tria cõmuniter deficiunt in muliere, nam eſt parui ſenſus, & imperfectæ ratiocinationis. Sicut enim ſe habet puer ad virum perfectum, ſic mulier ad virum; ſed puer ex defectu ętatis imperfectæ habet rationis actũ reſpectu viri adulti: ſic & mulier ex defectu naturæ reſpectu viri deficit in actu rationis. Prætereà, mulier communiter eſt imprudẽs in comparatione ad virum, eò quòd cùm reſideat domi, & ſit leuis, ac ſuperficialis apprehenſionis parùm in agendis conſiderat, & præcipuè in arduis, de quibus conſulere oportet. Propterea mulier eſt inſtabilis, & animo inconſtans, & fallacis iudicij, ita quòd ſi quid hodie videtur ſibi bonum, cras iudicabit oppoſitum, & ſi hodie videtur graue, cras videbitur leue, eò quòd nõ ratione, ſed imaginatione, & paſſione viuit, ex quo ſequitur conſilium mulieris eſſe inſtabile, quod nullius eſt efficaciæ. Oportet enim conſilium eſſe ſolidum, clarum, & ſtabile. Dicitur enim Eccleſi. c. 37. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile. Cùm igitur tria prædicta quæ in conſilio requiruntur, non ſint cõmuniter in muliere eius conſilium pro maiori parte eſt inualidum, ſicut cõſilium pueri, vt docuimus in Epitomatibus noſtris ſuper tertium librum Ethicorũ. Non ergo expedit viro ſequi conſilium vxoris.

Pro euidentia ſecundi aduerte, quòd in repẽtinis non poteſt haberi ſolidum conſilium per diſcurſum rationis qui non ſit in inſtanti, ſed in tempore, ſed tunc magis prodeſt quidam impetus factus in anima repente à motore totius naturæ, qui impetus dicitur bona fortuna, vt docuimus in Tractatu noſtro de Bona Fortuna. Talis autem impetus communiter fit in his, in quibus minus eſt de intellectu, vt in pueris, idiotis, in melancholicis, quibus annumeratur mulier ob imperfectionem complexionis ſuæ. Sicut igitur vt docuimus in prædicto Tractatu, aliquando in arduis repentinis magis valet ſententia alicuius vilis perſonæ, quàm

alicuius

alicuius ſapientis,eò quòd videtur moueri ab intelligentia non errante,& non ex humana, fallaci prudentia, vt exemplificauimus ibidem de vili ſeruo, cuius conſilio,& ſententia ſeruatur exercitus,quem ſapiens dux cũ omnibus conſiliariis ſuis,ſeruare neſciret, aut de hoſtibus victoriam ſumere,ſic & in repentino caſu mulier viam,& medium ſtatim inueniet pro aſſequendo aliquo bono,& vitando aliquo malo,aut pro aſſecutione alicuius ſui deſiderij,in quo viri ſapientes cum omni ſuo conſilio deficerent.

Pro aſſequendo bono,vide conſilium quod dedit, Rebecca filio ſuo Iacob,vt benediceretur ab Iſaac, Geneſis cap.28.

Pro euitãdo malo,vide medium quod inuenit Rachel dum fugeret Iacob cum vxoribus,& omni ſubſtãtia ſua, Geneſis cap.31 Pro aſſecutione deſiderij ſui vide mediũ, quo vſa eſt mulier Techuites ad Dauid pro reductione Abſalon, ipſa tamen inſtructa fuit à Ioab duce exercitus,vt legimus in 2.Regum cap.14.Plura inuenies in Scriptura ſacra media,& conſilia à mulieribus repentinè data, quæ à viris prudentibus inuenta non ſunt,vt legimus de Delbora,& de Iudith, & de Heſter. Conſtat ergo ex omnibus prædictis,quòd in repentinis licet viro vti conſilio vxoris,ita tamen quòd ex improuiſo dicat quid conſulit agendum:nam ſi tempus illi dabitur cogitandi,conſilium ſuum inualidum reputabitur,& fortè illi admiſcebit aliquid de malicia ſua,ſupra quam non datur maior. de qua dicitur Eccleſi.cap.15.Breuis omnis malicia, ſuper maliciam mulieris.

Vir vxori ſuæ nũ ſua manifeſtare ſecreta ſua vxori debeat.

Quãtùm ad ſextum aduerte vt ſcias,ſi expedit viro manifeſtare ſecreta ſua vxori, quòd ſecreta ſunt in duplici differentia: nam quædam ſunt indifferentia ad bonum & ad malum,ita quòd ſi reuelantur ex eis non ſequitur euidens detrimentum viro,nec impeditur notabile bonum. Quædam autem ſunt talis naturæ, quòd ſi reuelantur ſequitur ingens malum,aut impeditur magnum bonum.

Quantùm ad prima non refert ſi ea vir manifeſtat vxori,imò expedit ea ſibi communicare, vt in hoc aduertat ſe diligi à marito,ſignum enim dilectionis inter amicos eſt ſibi inuicem communicare ſecreta. Vnde & Saluator Ioannis ca.15.dixit Diſcipulis,Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos,quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis.Per oppoſitum quando quis interpellatur ab aliquo,vt ſibi reuelet ſecretum, & nõ acquieſcit, trahitur ſignum quòd non amatur.Exemplum habemus de Dalida, Iudicum cap.16 quæ omninò intendens ſcire ſignum fortitudinis Sanſon,cepit lamentari de eo dicens, Quomodo dicis quòd amas me, cùm animus tuus non ſit mecum,id eſt,non confidis dicere mihi ſecretum animi tui? Per tres vices mentitus es mihi,& noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua.Vt igitur vxor concipiat amorem erga virum,& vt ſibi perſuadeat quòd amatur à viro ſitque ei fidelior,& diligentior in curanda domo, expedit viro manifeſtare ſecreta ſua vxori, quando non ſunt magni ponderis.

Quantùm ad ſecunda,ſcilicet quæ ſunt magni ponderis,caueat vir ne ea communicet vxori niſi poſtquàm per longam experiẽtiam cognouerit eam eſſe prudentem, & taciturnam Quòd ſi aliter fuerit,proculdubiò vxor aliis reuelabit:nã mulieres vt plurimùm ſunt ex ſui natura ſecretorũ manifeſtatiuæ,& hoc prouenit ex triplici cauſa.

Mulieres triplici ex cauſa ſecreta de le mi manifeſtant.

Prima eſt defectus,& debilitas rationis,quæ communiter eſt in muliere in comparatione ad virum, propter quam debilitatem ratio in muliere rarò frænat, & cohibet concupiſcentiam ſuam, & deſiderium:ex hoc autem quòd aliquod ſecretum manifeſtatur mulieri, & prohibetur illi ne alteri reuelet,augetur ex prohibitione deſiderium reuelandi:quoniam naturaliter nititur in prohibitũ & vetitũ,ex augmento autem deſiderij adeò agitatur in ſeipſa,quod non quieſcit donec reuelauerit,niſi forti imperio ratio frænet deſiderium, quod rarò contingit in muliere,vel niſi timeat ſibi magnum detrimentum euenturum ſi reuelauerit,tunc enim non ex ratione,ſed ex timore inſurgente,retrahitur à reuelatione ſecreti. Expedit ergo viro non reuelare ſecretum vxori,ex quo detrimentum ſequitur,ſi alteri reuelatum fuerit. Quòd ſi reuelare voluerit,non prohibeat ei ne alteri reuelet. Vniuerſaliter enim prohibitio auget deſideriũ, vnde inquit Ariſtoteles in ſecundo libro Rhetoricorum, quòd concupiſcentia eſt eius quod abeſt,& nobis deeſt,quod probat exemplo ſenis qui magis deſiderat vltima die vitæ ſuæ viuere quàm in omnibus præcedentibus,eo quòd in vltima die deficit ei vita.Sed ſi res aliqua eſt nobis prohibita ex eo quod prohibetur iudicamus eã nobis abeſſe, & ex hoc ipſo magis concupiſcitur. Quòd ſi non prohibetur, arbitramur eam eſſe in libertate noſtra, ex conſequenti non accendimur eius deſiderio. Conſtat ergo quòd non expedit viro reuelare vxori ſecreta quæ ſunt alicuius põderis,quòd ſi reuelare voluerit, reuelet ſine prohibitione attenta paucitate ſenſus muliebris,& leuitate,& quomodo agitur deſideriis non frænatis per rationem.

Secũda eſt mollicies cordis, qua de facili ſunt perſuaſibiles & ductibiles,& deceptibiles,nã cùm mulieres, vt plurimum ſint molles,ſunt leuis iudicij,ex quo prouenit quòd cùm aliqua perſona vtriuſque ſexus eis applaudit, & beneuolentiæ ſigna oſtendit,exiſtimant eam ſibi eſſe amicam,quo conceptu facto ad oſtendendum ei reciprocum amorem,reuelant quæ apud ſe habent in ſecretis.

Tertia eſt appetitus laudis,ad quam mulier naturaliter inclinatur,ſiue ſit vera, ſiue vana laus:nam quando mulier habet ſecretum viri ſui,reputat ſe diligi à viro, & in hoc quòd reputat ſeà viro diligi præſumit de ſe quandã excellentiam,quam non contẽtatur habere niſi eam aliis mulieribus manifeſtet,vt ab eis laudetur, vt dilecta viro ſuo.Volens autem aliis mulieribus ſuadere, quòd eſt dilecta à viro ſuo,neſcit clarius ſignum allegare niſi quòd vir ſibi reuelat ſecreta ſua.Et tunc mulier paſſim manifeſtat quę à viro habet in ſecretis.Caueant ergo viri ne gra uia ſecreta committant vxoribus.Sed nec aliis niſi vrgẽs inſurgat neceſſitas.Diſcant & ſeruent illud Iſaiæ cap.24. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi, id eſt mihi ſoli reuelabo,& non alteri. Hæc de præſenti capit. dicta ſint.In quo terminatur cõſideratio de regimine cõiugali.

Tractatus ſecundi Oeconomicæ Chriſtianæ, qui fuit de Regimine Coniugali Finis.

TRACTATVS TERTIVS eiuſdem, De Regimine paterno tam reſpectu patris, quàm reſpectu matris, & quò ad filios.

IN Tractatu pręſenti acturi ſumus de regimine,quo à parentibus filij regendi,& conſeruandi ſunt tam ſecundum corpus quàm ſecundum animam,& diuidemus ipſum in decem & quatuor capita.

Primò quòd parentes naturaliter debent eſſe maximè ſolliciti circa regimen filiorum.

Secundò quòd curandi ſunt filij à parentibus à principio natiuitatis vſque in finem primi ſeptemnij.

Tertiò quomodo curandi ſunt filij, & erudiendi per totum ſecundum ſeptemnium.

Quartò,quomodo regendi ſunt per totum tertium ſeptemnium.

Quintò de pædagogo filiis præponendo.

Sextò quòd pædagogi retrahant filios à ſocietate praua uorum.

Septimò quòd informent eos bonis moribus.

Octauò quomodo eos regere circa viſum, & auditũ & odoratum.

Nonò quomodo circa ſermonem,guſtum,& tactum.

Decimò quomodo in ludis geſtibus,& veſtitu.

Vndecimò quomodo quò ad exercitium corporale.

Duodecimò quòd ante omnia inſtruendi ſunt in fide.

Decimotertiò quòd dedicandi ſunt diſciplinis liberalibus.

Decimoquartò in quibus ſcientiis erudiendi ſunt.

CAPVT I.

Quòd parentes naturaliter debent eſſe maximè ſollicitii circa regimen filiorum.

IN primo cap.declarandum eſt, quòd natura docet parentes debere eſſe maximè ſollicitos circa regimen filiorum,& hìc tria agenda ſunt. Primò declarandum eſt vnde ſumit originem regimen paternum, quo reguntur filij.Secundò quia determinabitur, quòd regimen filio-

rum

rum originem trahit ex amore, declarandum est quantus, & qualis debeat esse naturaliter amor inter parentes, & filios. Tertiò probabitur principale propositum.

Filiorum regimen ex amore originem trahit.

Quantùm ad primum aduerte, vt sciasvnde trahit originem regimen filiorum, quòd alio modo regendi sunt serui, & alio modo filij: nam dominus præest seruis, & regit eos non propter bonum, & vtile seruorum, sed propter bonum proprium domini. Pater autem præsidet filiis, & regit eos non propter bonum proprium, sed propter bonum filiorum. Dominus ergo regit seruos, non quia vult eis bonum, sed quia vult sibiipsi bonum, ex consequenti, quia amat seipsum: nam velle bonum alicui est amare ipsum. Si ergo dominus regit seruos, quia vult sibiipsi bonum, ergo regit eos, quia amat seipsum, & sic pater regit filios, quia vult bonum filiorum: ergo regit eos quia illos amat. Regimen ergo filiorum trahit originem ab amore, quem parentes naturaliter gerunt erga filios. Quod vt manifestiùs appareat duplici ratione probatur.

Prima est, Inter similia est naturalis amor, docuimus enim in octauo Ethicorum, quòd similitudo per se est causa amoris, & dicitur Eccles. capit. 13. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum suum. Omnis caro ad similem sibi coniungetur. Sed pater, & filius sunt sibi inuicem similes: quoniam omne generans generat sibi simile, vt docuimus in 10. Metaphysicæ, & sunt sanguine maximè proximi, vt patet: ergo pater naturaliter diligit filium. Sed natura nos docuit, quòd eorum quæ diligimus curam gerimus, & circa ea sollicitamur. Constat ergo quòd regimen paternum fundatur in amore quem pater habet erga filium.

Secunda est, Vnumquodque naturaliter diligit perfectionem suam, & ea quæ testantur perfectionem eius. Sed producere filium sibi similem est perfectio patris, & filius productus est testis, & signum perfectionis paternæ. Tunc enim vnumquodque perfectum est quando potest generare sibi simile, vt docuimus in secundo de Anima, & in quarto Physicorum: filius autem ideo est testis perfectionis paternæ, quia est effectus exprimens virtutem patris generantis: ergo pater naturaliter diligit filium: ex eo autem quòd diligit filium sollicitatur circa ipsum procurando bonum & seruando eum à malo. Constat ergo quòd regimen filiorum fundatur in amore paterno.

Filiorum amor quàtus & qualis esse debeat.

Quantùm ad secundum vt scias qualis, & quantus debet esse amor inter patres, & filios, præpono hanc distinctionem, Cùm amare, sit velle bonum, amor ille, aut fundatur in bono vtili, vt est nummus, & aliæ facultates, aut fundatur in bono reuerentiæ, & honoris. Ex hac distinctione ponuntur, & probantur tres conclusiones.

Parentes filios magis diligũt quòd ad vtile bonũ, quàm econuersò.

Prima est, Quò ad bonum vtile parentes magis diligũt filios quàm econuersò: probatur, Docuimus in septimo Ethicorum quòd parentes diligunt filios, vtpotè genitos de substantia eorum, filij autem diligunt parentes, quia producti sunt & habent esse ab illis, ergo amor parentum procedit in filios, vt à causa in effectum, & à superiori in inferius. Amor autem filiorum ad parentes procedit, vt ab effectu ad causam, & ab inferiori ad suum superius. Sed naturale est quòd superiora influunt bonitatem suam in inferioribus, & conseruent ea, & non econuersò: ergo naturaliter parentes influunt bonitatem suam in filiis producendo, nutriendo, erudiendo eos, præparando hæreditatem, vt conseruentur in esse post eos, filij autem non sic habent influere in parentibus, sed gaudere bonis parentum. Dicit enim Paulus, quòd parentes debent thesaurizare filiis sed non filij parentibus. Neque enim filius congregat patri, sed sufficit quòd filius adultus prouideat patri reducto ad indigentiam. Constat ergo quòd quantùm ad bonum vtile maior est amor patris erga filium quàm econuersò. Quod confirmatur experientia. Videmus enim patres circuire mare, & aridam, nulli labori, nec vitæ parcentes, vt bona fortunæ præparent filiis, & non econuersò, ergo, &c.

Filij cur magis reuereantur patres, & honorent, quàm econtra.

Secunda est, Quò ad bonum reuerentiale, & honoris, filij magis diligunt parentes quàm econuersò: probatur, Inferiora naturaliter reuerentur, & honorant superiora, & non econuersò, vt discipulus magistrum, seruus dominum, miles ducem, ciuis principem. Sed filius est inferior patre, sicut effectus sua causa, & principiatum suo principio: ergo quò ad honorem, & reuerentiam filij naturaliter magis diligunt parentes quàm econuersò: licet enim parentes habeant prouidere filiis, non tamen eos reuereri, vt filij sunt. Dico vt filij subiecti, & inferiores patre: ideo debent regulari, & obedire patri. Si autem filij sint in aliquo titulo maiores patre, ratione illius tituli honorandi sunt à patre. Verbi gratia, Pater est idiota, filius autem doctor, pater est secularis, filius sacerdos, pater est ciuis priuatus, filius rector ciuitatis. Ratione ergo non filiationis, sed tituli, honorandi sunt filij à parentibus.

Tertia est hæc simpliciter loquendo, Parentes naturaliter magis diligunt filios quàm econuersò: probatur, Parentes per totam vitam solicitantur magísque, & assiduè cogitant super commoda filiorum, quàm filij solicitentur quò ad honorem, & reuerentiam parentum, vt experientia videmus.

Cur Deus præcepit honorari parentes à filiis, non autem econtrà.

Ex his ergo constat qualis, & quantus naturaliter sit amor inter parentes, & filios: & aduerte, quòd si filij naturaliter ita essent inclinati ad honorandum, & subueniendum in indigentia, & obediendum parentibus, sicut naturaliter inclinantur parentes, vt prouideant filiis, Deus non dedisset præceptum de honore, & obedientia parentum. Sicut non dedit præceptum de dilectione suiipsius, sed de dilectione proximi. Quilibet enim inclinatur ad dilectionem sui, & adeò inclinatur, quòd magis diligit se quàm oporteat, ideo super propriam dilectionem non est datum præceptum, sed super dilectionem proximi.

Quãtùm ad tertium, quod fuit principale propositum, scilicet, quòd patres debent maximè intendere regimini filiorum, probatur triplici ratione.

Prima est hæc, In omni specie cuicũque natura dat esse, sollicita est per debita media seruare ipsum in esse. Verbi gratia. Quia natura dat esse igni, sollicita est inferere igni leuitatem, & siccitatem & calorem per quas seruetur in esse, nam per calórem resistit corrumpentibus, per leuitatem & siccitatem ascendit ad propriam sphæram vbi naturaliter conseruatur. Sed pater naturaliter, id est per virtutem generatiuam dat esse filio: ergo naturaliter debet sollicitari circa regimen filiorum.

Secunda est, Omnia superiora præsidentia inferioribus influunt in eis, & regulant, & conseruant ea: vt patet de corporibus cælestibus respectu inferiorum, de quibus diximus in primo Meteororum, quòd mundus inferior regitur lationibus superioribus, & inde omnis virtus descendit in corporibus inferioribus. Sed pater est naturaliter superior, & præsidens filiis: ergo debet esse sollicitus circa regimen, & curam filiorum, vt in hoc assimiletur vniuersali omnium patri, & creatori: cuius prouidentia, & cura se extendit vsque ad minima entium etiam secundum veros sapientes, vt docuimus in libro duodecimo Metaphysicæ in Quæstion. nostris, quod etiam clarissimè habemus, Sapientiæ capitulo decimoquarto, vbi sic legimus, Tua autem pater prouidentia cuncta gubernas.

Tertia est hæc, Pater naturaliter diligit filium vt diximus in prima ratione: ergo debet sollicitari circa regimen filiorum. Probatur consequentia: nam amor naturaliter sollicitat amantem, vt curet, & cogitet de amato. Videmus cuncta animalia: quòd laboribus non parcunt, imò periculis se exponunt vt conseruent filios suos. Ad hoc autem non impelluntur nisi amore naturali erga filios. Ergo hoc maximè seruandum est in specie humana.

Et quidem quòd amor sollicitet amantem vt curet, & cogitet, & prouideat amato, testis est nobis Deus benedictus, qui vt Pater noster, inquit per Isaiam capitulo quadragesimonono, Dixit Sion, Derelinquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui: ecce in manibus meis descripsi te. Constat igitur tibi quòd parentes debent maximè sollicitari circa regimen filiorum, quod regimen trahit originem ab amore, sicut regimen seruorum à potentia dominatiua (vt tibi declarabitur infrà) & declarauimus qualis quantúsque amor sit ac esse debeat inter parentes, & filios. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Quomodo à parentibus curandi sunt filij ab ortu vsque ad finem primi septennij.

IN hoc ſecundo capite incipientes deſcendere ad particulare regimen filiorum,dicemus primò quomodo curandi ſunt ab ipſo ortu vſque in finem primi ſeptemnij. Tu igitur aduerte, quòd cùm non habeant vſum rationis ante ſeptemnium (dormitat enim in eis anima intellectiua veluti lacte carnis inebriata) tota cura verſanda eſt circa corpus. Vt igitur per totum primum ſeptemnium bene diſponantur ſecundum corpus ſex obſeruanda ſunt, ſicut docuimus in ſeptimo Politicorum.

Sex ſeruanda ſunt in corporali filiorum regimine in primo ſeptemnio.

Primò nutriendi ſunt cibo molli,& facilè digeſtibili.
Secundò prohibendi ſunt omninò à vino,vel quàm modicum eis exhibẽdum eſt,& potiùs per modum cibi quàm per modum potus.
Tertiò aſſueſcant frigora ſuſtinere.
Quartò aſſueſcant exercere ſe temperatis motibus.
Quintò recreentur debitis ludis, & fabellis, & cantibus.
Sextò cohibeantur à ploratu.

Pueri molli cibo nutriendi ſunt.

Primò igitur nutriendi ſunt cibo molli, quoniam in primo ſeptemnio,& præcipuè primo anno calor naturalis valdè debilis eſt,qui ex groſſo, & duro cibo ſuffocaretur,ſicut paruulus ignis ex ſuppoſitione viridium lignorum. Vnde ſicut paruus ignis leui ſtipula, aut palea,aut minutis, & ſiccis lignis fouendus eſt, ſic calor infantis leui,& molli cibo. Primus autem cibus eſt lac pro primo ánno,deinde ſorbicunculæ,& panis lixatus, & breuiter cibus non ſolidus, & hæc eſt naturalis philoſophia Pauli, qui primæ ad Corint. capitulo tertio, ſub diuina metaphora inquit, Tanquàm paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, & non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec nunc poteſtis, & ad Hebræos capitulo quinto,inquit,Facti eſtis quibus lacte opus ſit,non ſolido cibo. Omnis enim qui lactis particeps eſt, paruulus eſt. Perfectiorum autem eſt ſolidus cibus. Conſtat igitur tibi quomodo primus infantium cibus eſt lac, deinde cibus mollis, & non eſca,id eſt cibus qui propriis dentibus conteritur.

Nutrix debet eſſe matri ſimilis quò ad complexionem.

Verùm quia contingit infantem nutriri alieno lacte, vt lacte nutricis, ſtudendum eſt vt inueniatur nutrix ſimilis complexionis qua eſt mater propria : lac enim maternum aut ſimile materno eſt maximè proportionatum infanti lactanti: lac autem extraneatum adeò eſt improportionatum eidem, quòd trahit eum ad extraneos mores, & inclinationes, & ægritudines, & id maximè obſeruandum eſt in lactatione filiæ,vt tibi manifeſtabitur in Tractatu ſequenti.

Vinum infantibus non eſt dandum.

Secundò prohibendi ſunt à vino,& præcipuè toto tempore quo lactantur: quoniam vinum admixtum lacti corruptionem generat in ſtomacho, & inde horribiles proueniunt ægritudines, quæ in ætate adulta manifeſtantur præcipuè epylepſia, lepra, & ebrietas. Poſtquam autem ablactati ſunt, paulatim aſſuefaciendi ſunt vino, ita quidem quòd magis ipſum guſtent admixtum pani, vt in ſupa quàm per ſe ſumptum. Nam panis admixtus vino trahit in ſe partes vini ſubtiliores quæ ſunt ſpirituoſæ,& vaporatiuæ ad caput, & ſic vinum admixtum pani ſumatur, virtus vini imbibita pani permanet in ſtomacho bene nutriens loco lactis, & caput non obnubilat. Aſſuefaciendi ergo ſunt infantes in primo ſeptemnio quàm modicum guſtare vinum,& hoc præcipuè in regionibus, vbi eſt vinum virtuoſum vaporatiuum: quòd non expedit ſumere in quantitate niſi lymphatum, aliter accedit ſuméti quod dicitur in Eccleſiaſ.capitulo 31. Vinum multum potatum irritationem,& iras,& ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multum potatum.

Frigori aſſuefaciẽdi ſunt pueri in primo ſeptẽnio ob duo,

Tertiò aſſuefaciendi ſunt pueri infantes in primo ſeptẽnio,vt frigora ſuſtineant,& hoc propter duo:primò quoniam id confert ſanitati,& bonæ corporis habitudini,frigus enim licet exceſſiuum ſit mortificatiuum,quoniam vt docuimus in libro de Cauſa Mortis,& Vitæ,vita fundatur in calido, & humido benè regulatis, & temperato, mors autem in frigido & ſicco exceſſiuo, tamen ſi moderatùm eſt,ita quòd ab humana complexione poſſit ſuſtineri, maximè confert ſanitati,&bonæ diſpoſitioni.Præſeruat enim ab humorum putrefactione.Cuius ſignum eſt,quòd epidimia non præualet tempore hyemali & res mortuæ per notabile tempus frigidum non putreſcunt,nec fœtent,&véti Aquilonares ex ſua frigiditate ſunt ſalubres, Auſtrales autem ex ſuo calore, & humido impuro ſunt peſtiferi, & inſalubres.

Secundò quia conſtringit, & fortificat calorem naturalem ad intrà,ex conſequenti fit corpus robuſtius, & intenſior digeſtio, redduntúrque omnia corporis membra validiora ad ferendos labores.Cuius ſignum eſt,quòd populi frigidæ regionis ſunt naturaliter robuſti corpore, & bellicoſi,vt Germani, Auſtrales autem ſunt oppoſito modo.Vt igitur infantes ſint bonæ habitudinis,& robuſti corpore aſſuefaciendi ſunt ſuſtinere frigus, ita tamen quòd non ſit exceſſiuum,aliter extingueret calorem naturalem, &induceret mortem.Quòd autem frigus non exceſſiuum proficiat infanti, vt robuſtior fiat patet exemplo quarandam Gentium,quæ in hyeme immergunt paruulos in flumine,vt Cingari,& veſtiunt eos leuibus, vt recitat Ariſtoteles in ſeptimo Politicorum de Gallis.

Pueri in primo ſeptemnio aſſuefaciẽdi ſunt tẽperatis motibus.

Quartò aſſuefaciendi ſunt temperatis motibus, putà quòd deportentur in vlnis, quòd paulatim diſcant progredi,quòd in quarto anno vſque adſeptimum exerceant ſe in puerilibus,& liberis ludis:nam ſicut frigus temperatum fortificat,& concentrat calorem naturalem ad intrà: ſic motus temperatus acuit calorem, ſubtiliat humores groſſos,facit digerere,& exhalare ſuperflua. Oppoſita autem facit ocium,& immoderata quies. Vnde Plato in Timæo teſtatur, quòd naturalia otio marceſcunt, & motu ſeruantur,nam ſicut motu generantur, ſic motu ſeruãtur, vt docuimus in Politicis.

Pueri in primo ſeptemnio recreandi ſunt quibus ſint.

Quintò recreandi ſunt pueri in primo ſeptemnio aliquibus ludis,& fabellis, & cantibus. Ludis quidem quoniam in puerili ludò eſt motus corporis temperatus. Talis autem motus reddit totum corpus agile, ſicut ex oppoſito otium reddit ipſum iners, & pigrum. Fabellis autem poſtquàm incipiunt addiſcere idioma maternum, vt parentes ſuos delectent. Cantibus verò, vt infantes ipſi incipiant lætari. Cauendum eſt enim ne quid triſte audiant, nec videant aliquid quod abhorreant:nam ex huiuſmodi auditis,& viſis,redduntur formidoloſi toto tempore vitæ ſuæ.

Pueri in primo ſeptemnio prohibendi ſunt à ploratu vociferatiuo.

Sextò cohibendi ſunt à ploratu vociferatiuo:nam per ploratum eiulatiuum quodam conatu emittitur ſpiritus, & anhelitus per retentionem, & prohibitionem eiuſdem ploratus,retinetur ſpiritus, & anhelitus : ſed per immoderatam emiſſionem ſpiritus,& annelitus debilitatur corpus,ſicut in adulto debilitatur per immoderatum laborem.Per retentionem autem moderatam, roboratur corpus ſicut per moderatum exercitium. Vt igitur robuſtiores fiant infantes ſunt ab intemperato ploratu eiulatiuo cohibendi.Conſtat igitur tibi quæ & qualis cura ſit habenda à parentibus de filiis ab ortu vſque ad finem primi ſeptemnij.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT III.

Quomodò curandi & eruditendi ſunt pueri per totum ſecundum ſeptemnium.

IN tertio capitulo declarandum eſt quomodo curandi & regendi ſunt filij ab anno ſeptimo vſque ad quartum decimum. Tu igitur aduerte, quoniam poſt annum ſeptimum incipiunt habere rationis vſum,& diſcretionem boni à malo,honeſti ab inhoneſto, laudabilis à vituperabili: cuius ſignum eſt,quòd illa ætas incipit verecundari, ideo regendi ſunt non tantùm quò ad corpus, vt in primo ſeptemnio,in quo parum, aut nihil de rationis vſu habent, ſed etiam quò ad animam intellectiuam,cui inſunt intellectus & voluntas, à quo ordinata fit homo bonus moraliter,à deordinata autem fit malus. Intellectui autem,& voluntati ſubordinatur appetitus ſenſitiuus diſtinctus per concupiſcibilem, & iraſcibilem, in quibus ſunt vndecim paſſiones,vt docuimus in tertio de Anima in Tractatu de Potentia Motiua, & in ſecundo Ethicorum. Sex quidem in concupiſcibili, vt amor & odium, & deſiderium,& fuga,delectatio,&triſtitia.In iraſcibili autem ſunt quinque, vt ſpes,& deſperatio,timor & audacia, & ira. Hic igitur tria agenda ſunt. Primò declarandum eſt quomodo in ſecundo ſeptemnio regendi ſunt filij quò ad corpus. Secundò quomodo quò ad appetitum ſenſitiuum,& volũtatem. Tertiò quomodo quò ad intellectum.

Pueri in ſecundo ſeptemnio ſicciori & craſſiori cibo nutriẽdi magis ſunt quã molli.

Quantùm ad primum aduerte,quòd quò ad alimentum nutriendi ſunt ſolidiori, & in maiori quantitate cibo,& declinante ad ſiccitatem, quàm in primo ſeptemnio, vt calor naturalis magis intendatur, & ſolidiùs conſeruetur:nam ſi calor ipſe ſuſtentatur cibo leui, tenuo, raro,& humido,vel à prædominio quaſi humido, erit ſicut calor ignis introductus in aqua, vel in materia rara, qui nec intensè operatur, nec diu conſeruatur. Si autem ſuſtentatur

ratur cibo ſolido ſubſtantifico, & declinante ad denſitatem, & ſiccitatem, vt eſt panis, & legumina, & carnes ſolidæ ac maturæ, erit ſicut calor ignis introductus in materia denſa ignibili, vt in ferro, in ligno quercino, vel gumatico, qui intensè calefacit diúque ſeruatur. Puerilis igitur ætas à fine primi ſeptemnij vſque ad finem ſecundi ſolidiori, & ſicciori & maiori in quantitate, quàm in primo ſeptemnio nutrienda eſt, vt intundatur, & confortetur calor naturalis, & totum corpus robuſtius fiat. Hinc patet nobilium, & diuitum error, qui filios in ſecundo ſeptemnio adeò delicatè, & molliter nutriunt, quòd nonnũquam valent, ſed veluti debilis flexibiliſque arundo leui ſuperuenienti vento, & accedente alteratiuo ſuccumbunt. Iſti nunquàm virilem aſſumunt animum: nec quid ſecundum maſculum ſenſum ſapiunt, ſed veluti teneræ fœmellę ſe mouent, ſe regunt, loquuntur, & ſentiunt, qui niſi fallacium diuitiarum pallio veſtirentur inter homines viliſſimi apparerent.

Pueri moderato vini potui aſſuefaciendi ſunt in ſecundo ſeptemnio.

Quantùm ad potum vini aſſuefaciendi ſunt quàm temperatum ſumere: nam ſi vino non temperauerint, quàm primum cibum ſumpſerint loquaces, & temerarij fient, ad inhoneſta ſe conuertent. Prætereà, vinum multum ſenſum deprimit, rationem hebetat, rectum aufert iudicium, eò quòd caput fumoſis vaporibus replet, obſtruítque ſapientiæ, & veræ ſpeculationis aditum. Hinc eſt quòd viri ſapientiæ amatores quàm ſobriè vinum guſtant, vt animum transferant ad ſapientiam. Quod confirmatur Eccleſi. capitulo 31. vbi ſic legimus, Quàm ſufficiens eſt viro erudito vinum exiguum. Et Paulus ad Timotheum in prima epiſtola, capitulo quinto ſcribit inquiens, modico vino vtere, vt igitur pueri cùm ad perfectam ætatem venerint ſobriè viuant aſſuefaciendi ſunt in ſecundo ſeptemnio, vt vino maximè ſe temperent.

Pueri exercitio corporali aſſuefaciendi ſunt & laboribus.

Quantùm ad motum, & exercitium corporale aduerte, quòd longè maius debet eſſe quàm in primo ſeptemnio, ne pigri, & inertes fiant, & quoniam incipiunt validiores eſſe viribus exercendi ſunt in motibus, & ludis fortioribus, vt in curſu, in ludo pillæ, in brachiali luctatione. Nondum tamen ſunt eis imponendi militares labores: quoniam cùm adhuc ſint in tenera ætate, & in continuo augmento: adeo debilitarentur, quòd debitum augmentum debilitaretur, nec membra robuſtiora fierent propter multam ſpirituum euaneſcentiam, quæ cauſaretur ex improportionatis laboribus pro illa tenera ætate. Conſtat igitur tibi quomodo filij in ſecundo ſeptemnio regendi ſunt quò ad corpus.

Pueri in ſecundo ſeptemnio addendus eſt pædagogus.

Quantùm ad ſecundum aduerte, vt habeant ordinatam voluntatem ac benè diſpoſitam ſecundũ rectum rationis iudicium quòd prius regulandi ſunt ſecũdum appetitum ſenſitiuum: nam pueri prius agitantur concupiſcentia, & iraſcibili quàm habeant rationis vſum. Sunt enim in prima ætate, & in ſecunda pro maiori parte, vt animantia irrationalia, quæ non ratione, ſed phantaſiis, & imaginationibus, & paſſionibus agitata operantũr. Licet autem in appetitu ſenſitiuo vndecim ſint paſſiones tamen in ſecundo ſeptemnio ita regulandi ſunt filij, quòd non omninò viuant ſecundum exceſſum concupiſcentiæ, & iraſcibilis. Hac de cauſa datur puero in ſecundo ſeptemnio pædagogus, qui loco rationis regulet ipſum ne quid nimis præſumat, ſed diſcat in omnibus ſe temperatum exhibere: nam ætas illa niſi reguletur neſcit medium, ſed aut excedenter aut defectiuè in omnibus ſe habet, ſi autem bene regulati fuerint ſecundum appetitum ſenſitiuum habebunt ex conſequenti voluntatem benè ordinatam. Impoſſibile eſt enim habere appetitum ſenſitiuum deordinatum, & voluntatem ordinatam.

Pueri in ſecundo ſeptenio exercendi sũt in leuibus artibus & delectabilibus.

Quantùm ad tertium, ſcilicet, quò ad intellectum quomodo regulandi ſunt filij in ſecundo ſeptemnio aduerte, quòd cùm nondum habeant firmatum rationis vſum, non ſunt ſollicitandi, vt addiſcant difficiles ac ſubtiles diſciplinas, qualis eſt Mathematica, & Phyſica, & Metaphyſica ſed ſufficit quòd exerceantur in Grammatica, & Logica, quæ ſunt ſcientiæ de ſermone, vt docuimus in Compẽdio noſtro Logicali Poſſunt etiam exerceri in Muſica conſiſtẽte in conſonantia vocũ, vt habeant vnde honeſtè delectentur. Poſſunt exerceri in pluribus, ſed leuioribus artibus mechanicis, qualis eſt ars ſutoria, & ars fabrilis minutorũ. Magis autẽ ſollicitent parentes, vt pro ſecũdo ſeptẽnio filij regulentur ſecundũ appetitũ ſenſitiuũ quàm ſecũdum intellectum, quoniam ſi in tenera ætate imbibent malos mores, cùm adoleuerint non recedent ab eis. Conſtat igitur quomodo filij regendi ſunt per totum ſecundum ſeptemnium. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Quomodo regendi ſunt filij in toto tertio ſeptemnio, in quo terminatur manifeſtum augmentum.

IN quarto capitu. declarandum eſt quomodo regulandi ſunt filij ab anno 14. vſque in finem augmenti, & vltrà, & hîc tria agenda ſunt. Primò declarandũ eſt quomodo regendi ſunt quò ad corpus. Secundò quò ad appetitum ſenſitiuum, & voluntatem. Tertiò quomodo quò ad intellectum.

Pueri quo modo regendi quò ad corpus in tertio ſeptemnio.

Quantùm ad primum aduerte, quòd per totum tertiũ ſeptemnium nutriendi ſunt adhuc magis ſolido cibo, & in maiori quantitate: quoniam calor naturalis cùm ſit intenſior plus conſumit, & ſunt in manifeſtiſſimo augmento, vino autem ſemper temperatiſſimè vtendum eſt. Quò ad motus, & labores longè fortiores aſſumendi ſunt quàm in ſecundo ſeptemnio. Vnde in tertio exercendi ſunt in labore venaticio, in curſu, in equitatura, in palæſtra, in gladiatoria. Aſſuefaciendi in vigiliis, in ieiuniis, in ſtratus duricie, in delatura armorum, vt militiæ apti pro tempore inueniantur, & fiant animoſi ſi contigerit pro defenſione patriæ arma ſumere: nam ætas tertij ſeptẽnij compleri, bello aptiſſima iudicatur. Tunc enim animus, & deſiderium accenduntur ſpe conſequendi gloriam, & robur corporis, & ſenſuum viuacitas florent. Cuius ſignũ eſt, quòd in ſacra Scriptura, Numeri cap. 1. in qualibet duo decim tribuum recenſentur apti ad bellum à viginti annis & ſuprà. Sic enim diſpoſuit Deus Moſi dicens, Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſraël per cognationes, & domos ſuas, & nomina ſingulorum quicquid eſt ſexus maſculi à vigeſimo anno & ſuprà. Prætereà, legimus Geneſis capitu. 14. quòd Abraham intendens liberare Loth cum omni familia, & ſubſtantia ſua factum captiuũ progreſſus eſt in bellum contra hoſtes cum trecentis decem & octo vernaculis ſuis. Dicuntur autem vernaculi iuuenes denominati à vere, quod eſt primum, & floridum anni tempus. Iuuentus verò incipit circa finem tertij ſeptemnij. Cõſtat ergo quomodo regendi ſunt filij in tertio ſeptemnio quò ad corpus.

Pueri quo modo regendi in tertio ſeptemnio quò ad ſenſum & voluntatem.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd licet in tertio ſeptemnio omnes paſſiones appetitus ſenſitiui ebuliant, præcipuè tamen inſurgunt appetitus gloriæ & ſuperemineniæ, & brutalis venereorum appetitus. Nam filij in tertio ſeptemnio cùm iam vigeant rationis vſu, & apprehendant, vt quid diuinum præeſſe, & non ſubiici: ex conſequenti ſibi ſuadeant eſſe quid glorioſum non ſubeſſe, nec reſpicere ſuperiorem, inſurgunt in quandam animi inordinatam elationem, in qua ſi non debitè per parentes, & pædagogos moderantur, efficiuntur ſuperbi, elati, rebelles, inobedientes, deſpectores, & calumnioſi, & percuſſores. Hinc exeunt iræ, ſectæ, inuidiæ, homicidia, & parentum iniuriæ. Ne igitur feralis hic appetitus in tertio ſeptemnio præualeat, ſic regendi ſunt filij, vt diſcant non extolli contra maiores, nec deſpicere æquales: ſed ſecundum doctrinam Pauli æquales diligere, maiores, & ſeniores venerari, parentibus ſubiici, & obedire: & ad hoc quidem inducendi ſunt triplici ratione.

Pueri & iuuenes ad maiorum reuerentiã triplici ratione inducẽdi ſunt.

Primò quidem quia parentes, & ſeniores præſident, & ſuperintendunt curæ filiorum, & iuuenum, non propter bonum proprium, ſed propter bonum ipſorum, vt docuimus ſuprà. Sed decens eſt vt filij & iuuenes obediant, ac ſe ſubiiciant quærentibus, & laborantibus pro bono ipſorum, ergo, &c.

Secundò, quia cùm filij ad ætatem perfectam deueneriunt, futuri ſunt patres, vt ergo ſint in exemplum filiorum, debent patribus obedire dum ſunt in ætate iuuenili. Tunc enim dicturi ſunt audacter filiis ſuis, Exemplum obedientiæ dedimus vobis, vt quemadmodum nos fecimus patribus noſtris, ita vos faciatis nobis.

Tertiò quia qui intendit principari diſcat prius obedire, & ſubiici. Nam docuimus in Politicis ad mentem Ariſtotelis, quòd nemo rectè dominabitur, niſi prius fuerit ſubiectus. Vnde non approbatur magiſter, qui prius non fuit diſcipulus, neque dux qui prius non fuit miles. Vt ergo filij diſcant rectè principari priùs obedire, & ſubiice-

re ſe debent parentibus,& maioribus. Et hæc eſt doctrina Pauli ad Epheſios capitulo ſexto,Filij obedite parentibus veſtris.Sic enim placitum eſt Domino, & Eccleſ.capit.tertio,Qui obedit patri,refrigerabit matrem.Qui timet Dominum honorat parentes, &quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt in opere & ſermone,& omni patientia.

In tertio ſeptemnio non ſolùm inſurgit appetitus gloriæ, & ſupereminentiæ, ſed etiam furioſus venereorum appetitus.Tunc enim roboratur virtus generatiua, & ſuperabundat ſperma,totóque nexu conatur inuenire vas, in quo ſpermaticet,non tantum ex appetitu generandi ſibi ſimile,ſed etiam vt ſatisfaciat impetuoſæ libidini. Hinc prouenit quòd niſi ætas tertij ſeptemnij debitè regatur, omni turpitudine fœdatur. Nam vt inquit Paulus ad Romanos capit.primo, Contumeliis afficiunt corpora ſua in ſemetipſis,traditíque in paſſionibus ignominiæ, in ſeinuicem turpitudinem operantur.Hinc ſcelus cõtra naturam, & incæſtus, & ſtuprum, & ſacrilegium, & adulterium,& fornicatio abſque menſura propter feralis concupiſcentiæ ardorem.

Oportet igitur parẽtes per ſeipſos,vel probatos pædagogos filiis in tertio ſeptemnio ſuperintendere,vt tẽperã etiam aſſequantur, quæ, vt docuimus in tertio Ethicorum & in Parte ſecunda Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ,verſatur circa inordinatas voluptates gulæ, & veneris, propter quas homo verti dicitur in brutum, quòd nulli alteri rei intendit niſi ventri, & luxuriæ, veluti equus,taurus, & mulus,quibus non eſt intellectus. Sic igitur regulandi ſunt filij in tertio ſeptemnio,quòd non fiant effræni in cibo,& potu,& inhoneſta venere, aliter ſcandalum parient etiam in propria domo, ſicut Amon primogenitus Dauid qui violauit Thamar ſororem ſuam, & ſororem Abſalon, propter quod ſcelus, occiditur Amon ab Abſalon: vt legimus in ſecundo Regum capit.tertio. Cui crimini Dauid occaſionem miniſtrauit, quoniam vt habemus in eodem cap.licet Dauid audito inceſtu contriſtatus fuerit, noluit tamen contriſtare ſpiritum Amon filij ſui, ſcilicet, corripiendo,& puniendo eum: quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. Propter quod exaſperatus Abſalon occidit eum.Aduertant ergo parentes quòd filij in tertio ſeptemnio ſunt veluti equorum pulli laſciui,qui niſi fune, aut compede,aut fræno conſtringantur, retineri neque diſciplinari poſſunt.

Iuuenes quomodo regendi ſunt quò ad intellectum in tertio ſeptemnio.

Quantùm ad tertium, ſcilicet, quomodo regendi ſunt quò ad intellectum, aduerte, quòd cum in tertio ſeptemnio longè amplius vigeant intellectu,non ſolùm erudiendi ſunt in Grammatica,& Dialectica, & practica Muſicæ ſicut in ſecundo ſeptemnio, ſed etiam in habitibus ſcientificis ſubtilioribus,quales ſunt habitus morales, & ciuiles,&Mathematici,&Phyſici,&Methaphyſici.Morales quidem & ciuiles expediunt his qui intendunt exercere vitam politicam,& militarem.Sic enim apprehendent quomodo ſeipſos, & alios ſi præſidentes fuerint, regere debeant,nec obſtat quod dicit Ariſtoteles in primo Ethicorum,quòd iuuenis eſt inutilis ſcientiæ moralis auditor.Intendit enim de iuuene paſſionibus agitato, iuxta quas viuit,&operatur:nos autem intendimus de iuuene cuius appetitus ſenſitiuus ordinatus eſt per rectam rationem modo quo diximus.Tunc enim erit moralium fructuoſus auditor,quoniam etſi ætate ſit iuuenis, non tamen moribus. Habitus verò ſpeculatiui ad eos ſpectant,qui vitę contemplatiuæ vacare intendunt modo quo diximus in decimo Ethicorũ,& in Tractatu vltimo Philoſophiæ Moralis Platonicæ.Conſtat igitur tibi, quomodo regendi ſunt filij in toto tertio ſeptemnio à parentibus,vel pædagogis.

CAPVT V.

De pædagogo filiis præponendo.

IN capitulo quinto agendum eſt de pædagogo filiis præficiendo à patre. Pro cuius notitia aduerte, quòd cùm pater non ſolùm habeat filiorum curam,& ſollicitudinẽ ſed & propriæ coniugis,& ſeruorum,& bonorũ fortunæ, quibus indiget ad conſeruationem domus, nec per ſeipſum in prædictis omnibus ſufficit, oportet filiorum curam,& regimen committere pædagogo,ſicut & bonorum fortunæ curam committit œconomo ſiue negociorum geſtoriterit igitur pædagogus patrius vicarius in regendis, & erudiendis filiis.Et hîc tria agenda ſunt. Primò declarandum eſt quomodo eſt neceſſarius.Secundò quo tempore & vſque ad quantùm tempus eſt neceſſarius.Tertiò qualis debeat eſſe.

Pædagogus quantum neceſſarius ſit.

Quantùm ad primum aduerte, vt docuimus in tertio Ethicorum,quòd cùm puer deficiat in vſu,&actu rationis intrinſecæ donec ad perfectiorem deueniat ætatem, neceſſe eſt ei aſſignare aliquid directiuum, & regulatiuum extrinſecum, quod ſuppleat vices rationis intrinſecæ, & quo regulentur ſenſus,& motus, & geſtus pueri ita,quòd laudabiliter, & moraliter viuat,nam puer in ſuo arbitrio relictus,ſenſui, & appetitui præcisè obtemperat, efficitúrque poſtquàm adoleuerit intractabilior beſtia. Sicut igitur omni tempore quo hîc viuimus, oportet appetitum noſtrum concupiſcibilem, & iraſcibilem, regulari ac frænari dictamine rationis rectæ, aliter viuendum nobis eſſet,vt iumentis inſipientibus, ſic oportet filios qui non regulantur dictamine rationis intrinſecæ,regi,& dirigi peritia pædagogi,qui eſt puero, ſicut auriga equo laſciuiẽti, cuius ſignum patet oculis noſtris:experimur enim, quòd orphani viuentes ab infantia ſub cura matrum viduarum, cùm ad maturã deueniunt ætatem, abſque moribus,& bonis habitibus tam intellectus quàm volũtatis,& appetitus ſenſitiui inuehiuntur, feruntúrque, vt irrationalia, appetitu concupiſcentiæ,& gulæ, & elationis, & omni luxuriæ genere,velut equi,aut tauri qui neſciunt frænum, nec iugum.Conſtat ergo tibi quanta ſit neceſſitas pædagogi puero, qui ſeipſum regulare neſcit, & ſcias pro certo, quòd ſicut equus laſciuiens abſque freno, & domitore, tibi non ſolùm inutilis erit, ſed fortè in periculum vitæ tuæ,ſic & filius tuus niſi à teipſo,vel probatę vitę pędagogo regulatus fuerit. Propterea dicitur Eccleſ.capi.7. Filij tibi ſunt,erudi illos,& curua eos à pueritia eorum.

Pædagogus in ſecundo & tertio tantùm ſeptemnio neceſſarius eſt.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd in primo ſeptẽnio non eſt neceſſarius pædagogus, quoniam, vt diximus ſuprà,puer tunc non vtitur ratione,ideo curandus eſt ſolùm quò ad corpus,& ſufficit vt addiſcat proprium idioma vulgare. Huiuſmodi autem officium ſpectat matri, & nutrici,&non patri,nec pædagogo,cùm nondum ſit filius capax diſciplinæ,& viuat tantùm vita vegetatiua, ſenſitiua.Poſt tertium autẽ ſeptemnium, non eſt amplius neceſſarius pædagogus: quoniam tunc ratione vigent, & per ſeipſos ſcire poſſunt qualiter oporteat eos viuere, quæ bona proſequi,& quæ mala declinare, vnde non amplius indigent extrinſeco regulante, ſed ſufficit quòd audiant rationem intrinſecam ſibi loquentem. Illa enim eſt veriſſimus pædagogus à qua non poteſt eſſe error, & ſemper deprecatur, id eſt, hortatur ad optima peragenda. Hanc Paulus ad Romanos cap.7.vocat interiorem hominem, quem nos dicimus interiorem pædagogum, & de quo ſic inquit, Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem.Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati, &c.& aduerte, quòd per hęc tria, Ratio, Interior homo, Lex mentis,idem ſignificatur in Scriptura ſacra. Conſtat ergo quòd in primo ſeptemnio, & poſt tertium non eſt neceſſarius pędagogus. Manifeſtum eſt igitur,quòd eſt neceſſarius in ſecũdo & tertio ſeptemnio, vt reguletur ſecũdùm affectum,& intellectum modis quibus diximus ſuprà, & magis in ſpecie idem pertractabimus in cap.ſequenti.

Pædagogi debita qualitates.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd cùm pædagogus debeat regulare puerum cuius curam gerit,& quò ad geſtus corporis, & quò ad frænationem paſſionum, & quò ad perfectionem intellectus, quatuor in ſe continere debet,primò grauitatem in motu,in inceſſu,& reliquis corporis geſtibus, ita quòd nil leue, aut obſcœnum appareat in eo.Secundò prudentiam in agibilibus. Tertiò ſufficientiam in ſcientiis quibus imbuendus eſt puer ſibi commiſſus in ſecundo, & tertio ſeptemnio. Quartò vitæ & morum probitatem,vt vita eius ſit exemplar puero ſibi commiſſo.

Pædagogus grauis eſſe debet.

Primò quidem præbere ſe debet virum grauem in motu,in inceſſu:nam præponitur puero ſicut auriga equo laſciuienti.Auriga autem non docet equum niſi freno,calcaribus,& verberibus, eò quòd eſt animal irrationale. Pædagogus autem docere habet puerum rationis capacem, & ideo admonitionibus, minis, & verberibus, ſuper omnia autem ſui exemplo erudiendus eſt, qualiter ſe gerere debeat in omni geſtu exteriori, & motu, & ſtatu, & progreſſu.Nam vt docuimus in nono Ethicorum, in moribus efficaciora ſunt opera ſermonibus. Sermones enim

non

non conformes operibus inualidi sunt. Vnde viri strenui, duces,& veri moralium doctores, seipsos in primis præbent in exemplum. Dixit Saluator Ioannis capit.13.Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci,ita &vos faciatis.Dixit Paulus primæ ad Corinth. capitu.11. Imitatores mei estote,sicut & ego Christi: lege libros Regum, & Iudicum,& inuenies omnes duces,& reges quomodo primi se exhibebant in bello,vt sui exemplo, nemo militum se retraheret. Nam & Dauid, vt legimus in secundo Regum capitulo 18. egredi voluit cum populo ordinato ad prælium contra Absalon capitalem hostem suum licet filium.Et Saul cui prænunciata fuerat mors per Samuelem suscitatum,egredi voluit contra Philistiim, & interfectus est cum Ionata,vt legimus in primo Regum cap.31.

Hinc igitur patet quomodo pædagogus in omni suo opere exteriori præbere se debet exemplum filio sibi commisso, aliter si aduerterit pædagogi gestus, & motus, & mores non conformari admonitionibus ipse quidem quã diu sub parentum sollicitudine erit, ex timore obtemperabit, & si aliquando parentum timorem excusserit contra simulantem, & hypocritam pædagogum insurget, & illi meritò obiiciet, & difformitatem vitæ, & sermonum eius,&tunc non aliter audiet eum quàm picam garrulam, aut corniculam crocitantem.

Vt ergo pædagogus ad optimum,& desideratum finem quò ad gestus extrinsecos filium sibi commissum deducat, nil leue,aut temerè factum ostendat coram filio sibi commendato.Sed formam totius grauitatis seipsum exhibeat, admixta quadam benigna, & non austera authoritate, vt videatur magis amore quàm seueritate, & timore filium regere sibi commissum,sciens,quòd, vt inquit Seneca,generosus est animus hominis, & magis amore quàm vi trahitur.

Pædagogus prudẽs in agibilibus debet esse.

Quantùm ad secundum, scilicet, quòd sit prudens in agibilibus aduerte, quòd vt docuimus in sexto Ethicorũ. & in decimo,& in parte secunda Philosophiæ Moralis Christianæ, prudentia est verè regitiua. Vnde imprudens in agendis, nec seipsum, nec alios est aptus regere. Dicit enim Isaias capitulo 56.Canes imprudentissimi nescierunt saturitatem.Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiã.Omnes in viam suam declinauerunt, &c. Ad hoc igitur quòd pædagogus sciat filium in agendis regulare, oportet ipsum esse prudentem. Ad hoc autem quòd sit prudens necesse est,vt sit benè memoratiuus, & prouidus, & cautus, & circumspectus.

Primò quidem oportet ipsum esse benè memoratiuum respectu præteritorum: nam sicut intendens rectam reddere virgulam obliquatam siue tortuosam,quærit scire in qua sui parte obliquatur, deinde ad oppositum paulatim vertit,nec desistit flectere in oppositum donec ad rectitudinem deducitur: sic necesse est pædagogum memorari, & scire in quibus filius sibi commissus obliquatur, id est, declinat à debitis moribus, & paulatim studeat ad oppositum ipsum vertere,vt tandem rectificetur. Verbi gratia, Aduertit filium & expertus est ipsum inclinatum esse ad iracundiam,vel mendacium,vel inobedientiam:studeat sagacitate sua ipsum deducere in viam mansuetudinis,&veracitatis,& obedientiæ,vt sic rectus fiat.

Secundò oportet ipsum esse prouidum respectu futurorum: nam sicut oportet ipsum esse memorem præteritorum in quibus filius sibi commissus declinauit à rectitudine, vt per oppositа deducat eum ad morum rectitudinem, sic oportet eum præuidere futura, vt per debita media conseruetur in bonis moribus, & remoueat incentiua,& occasiones quibus posset declinare à bono, & facere malum.Quæ autem sint ista,manifestabimus in capit. sequenti.

Tertiò oportet ipsum esse cautum, & intellectu vigilem: nam sicut in speculatiuis omnis adhibenda est cautela,& vigilantia,ne falsa veris admisceantur, sic in agendis adhibenda est cautela, ne bona malis, aut econuersò admisceantur: nam quædam mala primo aspectu videntur bona,& econuersò, sicut quædam falsa primo aspectu videntur vera. Verum si exactè considerentur, vero iudicio iudicabuntur, vt sunt: Sicut igitur spectat ad verum doctorem esse vigilem, & cautum, ne discipulum doceat verum admixtum falso: sic ad probum pædagogum spectat esse sollicitum,& cautum,ne filio sibi commisso proponat bonum sub specie mali,nec econuersò,& caueat ne connumeretur inter eos, quibus comminatur Isaias capitulo quinto, Væh qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Quartò oportet ipsum esse circunspectum, vt scilicet, dignoscat in singulari proprietates, & inclinationes eorum,qui sibi commissi sunt, vt sciat vnumquemque illorum deducere ad bonum,& arcere à malo per media conuenientia: neque enim eisdem mediis vtendum est cum omnibus.Verbi gratia, Puer mansuetus dulciter erudiendus est:Iracundus autem, & cholericus magis asperè, vtpotè increpationibus, & minis, & si expedierit verberibus: nam sicut medicus leuem ægritudinem leniter curat, grauem autem& acutam pharmaco forti, sic & pædagogo prudenti agere conuenit prout complexio,& inclinationes pueri sibi commissi requirunt.

Pædagogus sufficienter eruditus & doctus esse debet.

Quantùm ad tertium,scilicet,quòd pædagogus habeat sufficientiam in illis scientiis, inquibus erudire intendit puerum sibi commissum in secundo & tertio septemnio, aduerte,quòd posito casu, quòd filius pædagogo commissus non intendat, aut nõ sit docilis in aliqua scientia quò ad vltimam perfectionem, sed tantùm in superficie, & figuraliter, tamen parentes debent inquirere pædagogum sufficienter, & substantialiter eruditum, vt sciat resolutè,clarè,& in breui temporis spacio filium sibi commissum iuxta eius docilitatem erudire,& docere,nam doctor sufficiens, resolutus, & clarus de facili assimilat sibi & actuat discipuli ingenium. Oppositum autem facit doctor insufficiens, & confusus, ita quòd non illuminat addiscentis ingenium,sed obtenebrat. Ideo animaduertant sub cuius manu erudiendos parentes filios tradant, ne in fine pecuniam,& filios perdant. Ad hoc autem quòd pædagogus sufficiens sit in scientiis,quas puerum docere debet, necesse est ipsum tres habere conditiones. Primò quòd sit inuentiuus. Secundò quòd sit aliorum qui scripserunt studiosus, & intellectiuus. Tertiò quòd sit tam de inuentis à seipso quàm de aliorum dictis benè iudicatiuus.

Periti pædagogi ac sufficientis peritia.

Primò oportet ipsum esse per se inuentiuum, ita quòd non sufficit si aliorum dicta intelligat,& in illis filium sibi commissum præcisè erudiat. Hoc enim non est erudire,sed simpliciter recitare. Pædagogus autem non datur à parentibus filio constituto in secundo,& tertio septemnio,vt sit merus recitator,sed vt doctor: ideo studere debet, vt non solùm intelligat aliorum sententias qui in ea scientia scripserunt,in qua superficialiter, vel exactè erudiendus est filius sibi commissus, sed vt quid noui inueniat,aliter non doctor,sed merus recitator existimandus est.Et se habet vt ille qui fabulas, aut historias recitat in foro,nec honorandus est eo honore: quo honorari solet ex lege verus magister,& doctor.

Secũdò oportet ipsum fore studiosum in libris eorum, qui in aliqua scientia scripserunt, quod sibi deest ex propria inuentione, acquirat ex aliorum sententiis. Nam sicut nullus sibi sufficit in necessariis vitæ, sed oportet in societate viuere, vt quod non possumus ex nobis,habeamus ex aliorum auxilio, sicut docuimus in Tract. primo (hac enim de causa instituitur domus, & vicus, & ciuitas) sic nullus sibi sufficit in speculatione, & acquisitione scientiarum, sed oportet aliorum dicta, & sententias scrutari, vt eorum auxilio, & ex nostris inuentis efficiamur scientes, & id tibi manifestissimum erit si legas quæ docuimus in secundo Metaphysicæ in Epitomatibus nostris, vbi docet Aristoteles gratias agendas prioribus Philosophis, quorum doctrina, & studio, multa didicimus, quæ ex nobis inuenire fuisset omninò impossibile. Vt ergo pædagogus scientiæ sufficientiam acquirat qua filium sibi commissum erudire debet, non sufficit esse ex se inuentiuum, sed oportet aliorum dicta scrutari & intelligere.

Tertiò oportet ipsum esse boni ac recti iudicij circa scibilia. Perfectio enim scientiæ potissimè in iudicio consistit.Stultum est enim illum existimare scientem, qui nesciat iter verum,& falsum discernere, & qui non scit quid acceptandum & quid respuendum.Constat igitur oportere pædagogum,quò ad sufficientiam scientiæ esse benè inuentiuum,& studiosum in aliorum doctrinis, rectéque iudicatiuum.

Pædagogũ cur oporteat esse probata vitæ.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd ideo oportet pædagogum in se continere vitæ,& morum probitatem:

quoniam eius vita est, vt exemplar puero sibi commissō: nam iuuenilis ætas à natura prona est ad intemperantiam & inhonestatem. Si igitur pædagogus verbis quidem, & increpationibus inducere studeret puerum, & adolescentem ad temperantiam, & ipse prauo suo exemplo viueret, vt intemperans, inutilis foret eius sermo, & vana admonitio, & meritò increpandus est, sicut & Paulus ad Romanos capitulo secundo increpat huiusmodi hominem dicens, Confidis te ipsum esse ducem cæcorum, Lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alios doces, te ipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idola, sacrificium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Ex quibus constat quòd qui aliis prædicat, & malè viuit, seipsum condemnat, & dignum est vt eius doctrina, & admonitio contemnatur, cuius vita prauo sui exemplo reprobatur. Constat igitur qualis debeat esse pædagogus siue magister, cui filiorum in secundo & tertio septemnio cura committitur. Hinc patet ciuium, & diuitum error, qui pro curādis possessionibus, & agris, & brutis, & mercibus omni studio laborant inuenire hominem in huiusmodi peritum, vigilem, fidelem, laboriosum. Pro eruiendis autem filiis sępiissimè recipiunt hominem imprudentem existimantem se aliquid esse cùm nihil sit, arbitrantem se multa scire cùm nesciat, virum incultum, ob scœnum, & omni turpitudine fœdum. Hos maximè arguit Plato in primo Alcibiade, vt videre poteris. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT VI.

Quod pædagogi primò studeant filios sibi commissos retrahere à praua societate.

POstquàm declarauimus qualis debeat esse pædagogus, qui regere habet filios sibi commissos, cōsequēs est, vt descēdamus in specie ad ea in quibus formādi sunt ab ipso. Tu igitur in primis aduerte, quòd fundamentum totius eruditionis, & regiminis iuuenilis sumitur à conuersatione. Nam sicut bonorum societas conducit ad bonum, sic malorum ad malum. Oportet igitur pædagogum esse vigilem custodem, ne permittat filium sibi commissum habere domesticam, & familiarem prauorum sociorum conuersationem, & hoc triplici ratione.

Arcendi sunt iuuenes à prauorum conuersatione tribus ex causis.

Primò quia filius in secundo & tertio septemnio de facili informatur moribus eorum, cum quibus conuersatur tam in bonum quàm in malum, sed magis in malum ex pronitate naturæ. Nam anima pro iuuenili ætate insequitur complexionem corporis, & declinat ad appetitum sensitiuum, quoniam sua prima cognitio boni & mali oritur à sensu qui mouet phantasiam, quæ mouet appetitum sensitiuum sub ratione delectabilis. Cùm igitur adolescentes habeant corpus molle, & appetitus sensitiuus in eis sequatur bonum delectabile, & anima de facili inclinetur in eandem partem in quam, & ipse appetitus, constat quòd adolescens velut cera mollis de facili sigillabitur moribus eorum cum quibus conuersabitur. Et quoniam pro maiori parte adolescentes sunt intemperati, insequentes lasciua & gulosa, ideo studeat pædagogus retrahere filium sibi commissum ab huiusmodi conuersatione, & memor semper sit illius dicti Prouerbiorum, capitulo vigesimosecundo, Prouerbium est, Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea.

Secundò quia adolescentes, vt docuimus in 7. Ethicorum sunt ex natura procliui ad conciliandas amicitias delectabiles cum æqualibus suis, mutuóque conuictu maximè gaudent: vnde videmus quòd semper vellent simul loqui, simul ludere, simul iacere, simul comedere. Ad hoc autem quòd in prædictis simul gaudeant, in amore perseuerent oportet, vt sint conformes: quoniam omne diforme est incommunicabile. Si igitur adolescens cum prauo societatem habuerit, contrahet cum eo amicitiam, ex amicitia conformabit se prauo, ex consequenti efficietur prauus. Vnde dicitur in Psalmo, Cum peruerso peruerteris. Aduertat ergo prudens pædagogus, ne adolescens sibi commissus ineat societatem cum prauis, & profanis.

Tertiò quia adolescentes nondum experti sunt veras, & puras delectationes spirituales, cùm adhuc non vigeat rationis vsu: quas autem experiuntur sunt delectationes sensibiles, quæ nisi temperatè sumantur deprimunt animum, adeò quòd per totam vitam homo demergitur in illis, & assimilatur iumento, & vilissimo bruto. Praui autem & profani, alias non quærunt delectationes, nec gustant nisi communes nobis, & bestiis. Si igitur adolescens conuersatus fuerit cum prauis, & paulatim degustare cœperit brutales delectationes, cùm sit illius ætatis quæ facilè credit, suadebitur sibi non alias esse veras delectationes, nisi eas quas viderit prauos sine fræno sectari: & tunc velut ebrius in illis permanebit, nec ex prauo ac firmato malo habitu liberari poterit. Studeat ergo verus, & probus pædagogus filium sibi commissum in secundo & tertio septemnio sociare probis, & retrahere à malis. Memor illius adhortationis quæ scribitur Prouerbiorum capitulo quarto. Vbi sic legimus, Fili mi ne delecteris in semita ipsorum: nec tibi placeat malorum via, fuge ab illa, nec transeas per illam. Declina & defere illam. Non enim dormiunt nisi cùm malè fecerint, & non capitur somnus ab eis, nisi supplantauerint, comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectā diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT VII.

Studeat pædagogus informare filium sibi commissum bonis moribus.

IN capitulo septimo declarandum est, quòd ad verum, & approbatum pædagogum spectat informare filium sibi commissum bonis, & laudabilibus moribus, & in hoc non est expectandum secundum, nec tertium septemniū, sed statim, quòd terminos proprij idiomatis percipiunt. Parùm enim prodesset retrahere puerum à societate prauorum, si non formaretur per debitas admonitiones, & reprehensiones, & minas, & verbera bonis moribus. Nam pædagogus remouens puerum à prauorum societate, & non informans bonis moribus, assimilaretur medico insipienti, qui prohibet infirmo nociua, & non assignat illi congruum vitæ regimen, & nutrimentum opportunum. Tunc enim naturæ virtus paulatim deficit, & moritur infirmus. Nam virtus naturalis sicut remouenda est à malis debilitantibus, sic fouenda est bonis confortantibus. Sic ad verum pædagogum spectat remouere à puero sibi commisso, prauam societatem, vtpotè humanam, seu pernicio sam pestem, & informare ipsum laudatissimis moribus. Quod triplici ratione manifestandum est.

Prima quidem sumitur ex connaturalitate delectationis. Pro cuius notitia aduerte, quòd vt docuimus in 9. Ethicorum, adeò naturale est cunctis animalibus desiderium delectandi, & præcipuè homini, quòd diu in omnimoda tristitia viuere non potest. Vnde puer mox natus delectari incipit, cùm primùm vbera suggit. Quæ autem naturalia sunt secundum appetitum sensitiuum, nisi moderentur per rationem intrinsecam in ætate adulta, aut per pædagogum qui est loco rationis in ætate tenera, adeò excrescunt, quòd homo in illis sectandis totus immergitur, nec aliter delectatur in cibo, & potu, & venereis, & ludis, & gestibus, quàm irrationale brutum. Vt igitur puer in his, quæ ad appetitum sensitiuum spectant, non excedat, nec deficiat, sed discat medium tenere, admonendus, & dirigendus est ab ipsa pueritia. Verbi gratia, Admonendus est vt in omni sensu honestè se habeat, in motu, in incessu, in sermone, in cibo, in potu, in debita reuerentia, & honore, & obedientia erga maiores: & hoc est ipsum informare vniuersaliter bonis, & laudabilibus moribus. Hæc autem bonorum morum informatio, in sacra Scriptura appellatur disciplina. Vnde dicitur Prouerbiorum capitu. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam. Quomodo autem in specie informandus est in sermone, in visu, in auditu, in ludis, in gestibus, &c. declarabimus infrà.

Secunda ratio sumitur ex defectu rationis, & ex inclinatione ad malum. Aduerte igitur quòd vbi maius imminet periculum ibi diligentiùs citiùs, & cautiùs superintendum. Verbi gratia, Quoniam infans adhuc inconstans viribus, dum incipit ambulare, de facili causam facit & periculū imminet ne crure fracto, aut distorto pede, claudus

dus perpetuò fiat: ideo nutrix summè vigilat, ne per seipsum infans ambulet, sed continuè sustentat, ac regit primos eius gressus, donec robustior effectus, & assuetus regulariter pedem ante pedem ponere, possit per seipsum à casu sinistro præcauere. Sic in proposito, quoniam puer nõ regitur ab intrinseco rectæ rationis dictamine, sed potiùs ducitur sensu, & imaginatione mouente appetitũ sensitiuum, si relinquatur sibi de facili cadet in actus malos, & vituperabiles, & præcipuè ex concupiscentia qua trahimur ad malum, & captiuamur in lege peccati secundum Paul. ad Roma. capit. 7. Oportet igitur pædagogum veluti fidam nutricem regere pueri & adolescentioris gressus per bonos mores, ne tendat in sinistrũ, & cadat veluti præceps. Hanc gressuum directionem postulat Dauid in Psalmo dicens, Gressus meos dirige secundũ eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia.

Tertia ratio sumitur ex euitatione mali, ac vitiosi habitus: nam cùm pueri, & adolescentuli sint animo molles, & flexibiles, sicut & corpore, si relinquantur suo arbitrio, absque mensura sectabuntur concupiscibilia: & sic ex frequẽtatis actibus malis sigillabitur in eis velut in cera ductili, & molli habitus malus, qui postquàm confirmatus fuerit, efficietur quasi connaturalis, & inseparabilis. Ne ergo in iuuenili ætate huiusmodi malus habitus imprimatur in animo eius qui per pædagogum regendus est, imbuendus est bonis moribus per opportunas corruptiones, & admonitiones, super omnia autem bono vitæ exemplo: nam primi mores tam boni quàm mali, quasi indelebiliter sculpuntur in animo, & perrarò inuenimus hominem ab infantia malè, & vitiosè eruditum, in reliquo vitæ suæ decursu, ad bonum conuerti. Contrahit enim maliciam immutabilem sicut Aethiops nigredinem, & pardus varietatem. Vnde Hiere. capi. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum. His ergo rationibus constat quàm necessarium sit, quòd verus pædagogus imbuat moribus bonis ab ipsa pueritia filium sibi commissum. Hęc de præsenti capit. dicta sint.

CAPVT VIII.

Quomodo pædagogus regere debeat circa visum, & auditum, & odoratum filium sibi commissum.

IN præcedenti capit. docuimus quomodo filij commissi pædagogo imbuendi sunt bonis moribus in generali. Verũ quia in moralibus doctrina applicata, & specifica vtilior inuenitur, ideo in hoc capitul. declarandum est in particulari, quomodo regendi sunt filij, & præcipuè in secundo & tertio septemnio circa sensus exteriores, & in hoc quidem capitul. circa visum, & auditum & odoratum. In sequenti autem circa loquelam, & gustum, & tactum.

Quantùm ad visum quidem duo attendenda sunt. Primum est circa visibilia. Secundum autem circa modum videndi.

Pædagogus, quomodo puerum regere debeat circa sensum visus.

Circa visibilia vigilet pædagogus ne filius sibi commissus in secundo & tertio septẽnio videat turpia, & obscœna: ætas enim illa, quæ primò videt tenaciter memoria retinet, & si apprehendat sub ratione delectabilium, vehementer amat, & inclinatur ad illa. Quæ autem sub ratione delectabilium sunt apprehensa, & memoriæ mandata, sæpissimè memorantur. Memorata videntur vt præsentia, & præsentata appetitui sensitiuo excitant concupiscentiam, qua excitata ardenter concupiscuntur, & si adsit facultas non cessat iuuenilis ardor donec illa assequatur. Quæ si non fuissent visa, non fuscitassent concupiscẽtiam. Circa hæc ergo oportet pædagogum esse vigilem, vt remouent à filio sibi commisso occasiones videdi inhonesta & obscœna. Qui si aduerterit puerum curiosum videndi huiusmodi turpia, non parcat reprehensionibus, nec pœnis, nec admonitionibus secundum quòd ætas requirit. Et aduerte, quòd vt docuimus in septimo Politicorum, non solum prohibendi sunt adolescentes videre turpia, & lasciua in re, sed etiam in imaginibus, & picturis: quoniam imago repræsentat imaginatum, ex consequenti excitat concupiscentiam, sicut experitur qui videt mulierem denudatam, aut eius imaginem depictam, aut immoratur ad cogitandum de ea. Non ergo expedit ostendere adolescentibus figuras pulchras, sed inhonestas, aut in actu inhonesto: nam ætas illa cùm sit amatiua concupiscibilium, satis, & supersatis, & per se incitatur ad lasciuias, & passiones insequendas: non ergo expedit eam per visionem, & oblationem turpium, ad vlteriora prouocare. Constat igitur tibi quomodo pædagogus regere habet filium sibi commissum circa visibilia, & scito quòd in tota Scriptura sacra, nõ videtur quid magis curari quàm oculorum custodia. Est enim oculus in homine, vt prima in domo ianua, per quam seruatur, & deprædatur domus, ideo non immeritò dicitur Prouerb. ca. 4. Oculi tui recta videant, & Dauid orabat in Psalmo, Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Pueroꝝ institutio in videndi & aspiciẽdi modo.

Circa modum videdi aduertat pędagogus ne puer circũgiret oculos, ne palpebras frequenti, & inordinato motu eleuet, & deprimat, sed cum grauitate quadam, & sensatè. Nam circungiratio oculorum, & frequens palpebrarum motus indicare videntur animi inconstãtiam, & paruitatem, & pusillanimitatem, ex quibus habetur homo ridiculo, opposita verò, opposita ostendunt: oculus enim est nuncius animi. Quòd si à pueritia huiusmodi oculorum circungiratio, & inordinatus palpebrarum motus tolerantur, adeò ridiculosus generabitur mos, quòd in ætate adulta, & in senectute non separabitur. Quæ enim in pueritia transeunt in consuetudinem, fiunt quodammodo naturalia. Hinc videmus quàm plures senes etiam constitutos in dignitate fieri ridiculosos: quoniam à prima ætate traxerunt huiusmodi leuitates à quibus nesciũt abstinere. Hæc de regimine visus dicta sint.

Pueroꝝ institutio in sensu auditus.

Quantùm ad auditum aduertat pædagogus ne puerum permitat quęcunque, neque quoscunque loquentes audire: nam sicut quædam sunt quæ melius est nõ videre quàm videre, vt docuimus in præcedentibus, ita quædam sunt quę melius est non audire quàm audire: inclinãt enim audita animum ad malum, pręcipuè in prima ætate, qualia sunt inhonesta, & obscœna. Vnde docuimus in septimo Politicorum ad mentem Arist. quòd inuenes prohibendi sunt ne turpia audiant: nã vt illic inquit Arist. audire propinquum est ipsi facere, & ex auditione turpium deflectitur animus ad opus prauum. Hac de causa inquit Paulus ad Ephes. cap. quinto, Fornicatio autem & omnis immundicia, nec nominetur in vobis, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.

Prætereà, aduertat pædagogus ne puerum permittat quoscunque loquentes audire: nam sicut decens, & vtile est iuuenilẽ ætatem audire viros probos, & recta ac honesta loquentes, sic indecẽs, & pernicioſum est mali loquos, & turpia loquentes audire. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala, inquit Paulus primę ad Cor. cap. 15. Super omnia autem caueant parentes, & pædagogus, ne audientibus filiis iniuriosa, aut imprecatoria, aut inhonesta, aut blasphemias proferant: quoniam cùm adoleuerint ducti prauo exemplo, assimilabunt se parentibus, & pędagogo, nec si reprehensi fuerint à parẽtibus, dignabuntur eos audire, sed in animo contemnẽt eos. Hinc prouenit quòd nunc pro maiori parte filij adulti senes inhonorant, non curant, non audiunt, sed derelinquunt: quoniam in eorum vita non exemplo sed scandalo extiterunt propriis filiis.

Pueroꝝ institutio quò ad sensum odoratus.

Quantùm ad odoratum aduerte, quòd vt docuimus in lib. de Sensu & Sensato, alia ratione odorant bruta, & alia homines. Nam bruta nõ odorant nisi in ordine ad cibum. Cognoscunt enim & inquirunt cibum sibi conuenientem ex odore, & respuunt non conuenientem. Hinc videmus bruta priùs olfacere cibũ quàm gustare velint. Homines verò triplici ratione odorant. Primò in ordine ad cibũ, & in hoc conueniunt cum brutis. Secundò vt cõfortetur cerebrum ex bonis odoribus, & vitare sciant malos ac fœtidos: nam sicut odor bonus caput ipsum confortat, sic malus perturbat, & debilitat. Tertiò vt delectetur in perceptione suauis odoris, & hæc duo propria sunt homini. Cùm igitur homo odoret triplici ratione dicta, si seruet debitam mensuram in odorando, non est reprehensibilis: si autem excedit, meritò arguendus est, & præcipuè si excedit, vt delectetur, vel vt delectet alios. Hoc enim plerunque est occasio luxuriandi, vt patet in meretricibus, & lænonibus, qui liniunt se & respergunt odorabilibus non naturalibus, sed artificiosis, vt luxurientur, & non solùm odorabilibus veneré excitãtibus,

Odorãt homines triplici ratione.

magis quàm caput confortantibus,sed etiam alio apparatu luxurioſo,vt ingeniosè deſcribitur per Salomonē Prouerb.cap.7. vbi ſic introducit procacem, & adulteram irretientem iuuenem, & inquit, Ecce occurrit illi,ſcilicet, adoleſcēti,aut iuueni,mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas,garrula & vaga,quietis impatiens,nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. Nunc foris,nunc in plateis,nunc iuxta angulos inſidians.Apprehenſúmque deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur dicens,Victimas pro ſalute tua deuoui,hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tui, deſiderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto. Aſperſi cubile meum, myrrha,aloe,& cinnamomo,&c.Aduertat igitur pædagogus,ne filius ſibi commiſſus excedat in odoratu reſpectu odorabilium, quæ ex communi abuſu potiùs ordinantur ad illicitam luxuriam quàm ad aliud, emolliunt enim & effœminant maſculum animum,& infamiam pariunt.Conſtat igitur tibi quomodo regendi ſunt filij in ſecundo & tertio ſeptemnio circa viſum,& auditum,& odoratū.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT IX.

Quomodo regendi ſunt filij in ſecundo & tertio ſeptemnio circa ſermonem,& guſtum,& tactum.

POſtquàm docuimus in cap.præcedenti regimen filiorum circa viſum,auditum,& odoratum, reliquum eſt vt manifeſtemus quomodo regulādi ſunt circa loquelam, ſiue ſermonem,& circa guſtum,& circa tactum.

Puerorū regimē in ſermone & loquela.

Quantùmad loquelam aduerte,quòd adoleſcentes niſi debitè regantur,& corrigantur, vt in pluribus loquuntur inhoneſtè,& mendaciter,& impræmeditatè.

Inhoneſtè quidem,quoniam vt ſentiunt motum concupiſcibilium,ſic loquuntur:in ſecundo autem ſeptemnio,& ardentius in tertio ſentiunt motus, & impetus delectabilium ſecundum concupiſcibilem, ideo vt mouentur, & agitantur à concupiſcibili quò ad amorem venereum, ſic loquuntur.Vigilet ergo pædagogus,vt non aſſueſcat adoleſcens loqui inhoneſta, quoniam vt docuimus in Ethicis, iuniores ex huiuſmodi locutionibus, quàm facilè inclinantur ad turpia. Accendunt enim hæc concupiſcentiam veneream,ſicut ſuauis odor & ſapor cibi actuat guſtum in famelico,& in guloſo.Nam inhoneſta locutio,turpem generat in nobis illicitorum concupiſcibilium memoriam: ex tali memoratione augetur concupiſcētia venerea ſicut ex viſu amatæ mulieris pulchræ. Concupiſcentia verò augmentata quodam impetu incitat ad opus inhoneſtum. Succidenda ergo eſt per probum pędagogum,peſſima huius cōcupiſcentiæ radix,quæ eſt loqui,& audire, & videre laſciua.Succidat autem admonitionibus,increpationibus, minis,& aliis caſtigationibus,prout melius poterit ne furentem equum ſine fræno laſciuire permittat:nam ſi in his concupiſcibilibus ſine fræno vixerit, in toto vitæ ſuæ decurſu immedicabilis erit.

Pueri citò aſſueſcunt mentiri.

Mendaciter autem quoniam pueritia, & adoleſcentia ducitur magis amore,& timore, & verecundia quàm ratione. Ex amore autem quærunt ſibi complacere, & aliis quos amant,ex complacentia de facili mentiuntur & præcipuè quando apprehendunt, quòd ſi verum dicunt non conſequuntur, ſed prohibebitur eis beneplacitum ſuum, ex timore de facili mentiuntur quādo apprehēdunt,quòd ſi dicunt verum punientur, ætas autem illa abhorret pœnas,& ideo vbi timent malum ſibi, ſtatim ad mendacium ſe conuertunt.Ex verecundia etiam de facili mentiuntur: quoniam timent ſi fatentur verū ne confundantur, & hoc tertium maximè regnat in muliere, quæ parùm differt à puero. Officium ergo veri pædagogi eſt paulatim docere puerum quàm graue, & vituperabile eſt mendacium, & quàm laudabilis veritas. Quòd ſi deprehenderit ipſum mentiri,oportunas adhibeat caſtigationes.Nam ſi à puericia aſſueſcerit mēdacio,adultus nullius erit bonæ fidei,& efficietur quaſi natura mendax,quo nil deteſtabilius in vita mortali,viuet enim ſine honore.Vnde Eccle.c.vigeſimo dicitur, Opprobrium nequam in homine mendacium,& in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit. Potior fur, quàm aſſiduitas viri mendacis. Mors hominum ſine honore mēdacium. Et confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.

Impræmeditatè verò:quoniam adoleſcentes ſunt inexperti, paucáque cognoſcunt, & cognita non ponderant, ideo ad pauca reſpicientes,de facili,& citò,& incōſideratè multa loquūntur: ita efficiuntur garruli inordinatè,& imprudenter multiplicantes verba, & in hoc aſſimilantur mulieribus,quæ cùm ſint parui ingenij, & non bene dociles,toto tempore vitæ ſuæ ſunt loquaces, & garrulæ.Pædagogus igitur quouſque rationis vſus firmetur, quod erit poſt tertium ſeptemnium, omni ſolicitudine ſtudeat adoleſcenti ſuadere non eſſe citò,& repentinè reſpondendum cuilibet interrogationi,ſed tardè, & conſultè, eligāt que adoleſcens potius argui de nimia taciturnitate quàm excedere in iuuenili ſermone. Nam etſi non fiat repentè ſummus,ac perfectus in proferendo ſermonem,tamē paulatim diſcet præmeditatè, & ordinatè, & quando oportuerit, & ſenſatè loqui. Super omnia autem diſcat adoleſcens compendioſè,& ſententioſè loqui,aliter etiam cum ſenuerit erit in ſermone,& conſilio,& doctrina confuſus, magis blacterans quàm loquens, quo nil indecentius in ſene. Conſtat igitur tibi quomodo regendi ſunt filij in ſecundo & tertio ſeptemnio circa ſermonem.

Quantùm ad guſtum declarandum eſt priùs quot modis contingit peccare in cibo, & potu.Deinde manifeſtabitur quomodo pædagogus regere debeat filium ſibi cōmiſſum circa guſtum.

Tu igitur aduerte, quòd vt docuimus in tertio Ethicorum, & in Parte quarta Philoſophiæ Moralis Chriſtianæ, iuuenilis ætas maximè inclinatur ad intemperantiam,eò quòd ex infirmitate rationis,& vehementia concupiſcentiæ viuunt iuuenes relicti arbitrio ſuo magis vita animali quàm rationali.Animal autem non aliud curat quàm ſatisfacere gulę & ventri,ſic & iuuenes niſi benè,& moraliter nutriantur.Contingit autem ex intemperantia ſex modis peccare circa cibum & potum.

In cibis & potibus ſex penè modis peccare contingit.

Primò peccatur,ſi cibus & potus ſumantur nimis feſtinanter & auidè.Pro cuius notitia aduerte,quòd cibus feſtinanter ſumptus,& potus non contemperatus cibo, non benè diſponuntur in ſtomacho,ſicut nec ligna inordinatè poſita ſupra ignem.Ex eo autem quòd cibus & potus non bene diſponuntur,& contemperantur in ſtomacho calor naturalis non regulariter decoquit,& digerit,ex malā autem digeſtione cauſantur variæ infirmitates corporis,impedituírque homo ne intellectuales, & virtuoſas actiones exerceat,& hoc patet eſſe peccatum.

Secūdò peccatur,ſi in maiori quantitate ſumatur quàm debitum ſit naturæ.Hoc enim in detrimentum cedit animæ,eò quòd homo fit intemperatus. Intemperantia enim vitium eſt,quo deturpatur anima: nocet & corpori, quoniam impedit debitam digeſtionem. Si enim cibus & potus ſumantur in quantitate exceſſiua, non proportionantur virtuti caloris naturalis, ex conſequenti non debitè decoquuntur in ſtomacho,nec fit debitum nutrimentum, quod eſt contra ſalutem corporis.

Tertiò peccatur, ſi cibus & potus ſumantur immundè, & turpiter:ſicut videmus nonnullos veluti ſues alimenta ſumere non mundis manibus, immundo ore,immundis vaſibus,deturpantes propria veſtimēta, vt volutabri ſues. Iſti non moraliter ſed brutaliter ſe nutriūt offendentes intuentium oculos, qui melius in ſtabulo quam in menſa recumberent.Huiuſmodi autem immundicia corporis, licet ſecundum ſe non maculet animam:quoniam non lotis manibus manducare non coinquinat animam,Matth.capi. 15.tamen arguit quandam ingluuiem, & deordinatum appetitum.

Quartò peccatur ex incongruitate temporis, puta comedere, & bibere nimis tempeſtiuè, aut nimis tardè: nam ſi nimis tempeſtiuè, indigeſtum additur indigeſto, ex quo variæ cauſantur ægritudines. Si nimis tardè, multum debilitatur corpus ex reſolutione ſpirituum, & vtroque modo redditur corpus, vt inſtrumentum inutile ipſi animæ quò ad proprias operationes.

Quintò peccatur, ſi cibus & potus nimis delicati exquirantur, id eſt,vltra quàm ſtatus, & conditio, & ætas perſonæ requirat,putà ſi ruſticus velit alimentari, vt nobilis,& nobilis vt princeps,& iuuenis vt ſenex,& ſanus vt infirmus.Hoc enim non prouenit niſi,aut ex appetitu laudis humanæ, aut ex ingluuie quæ prouenit ex intemperantia.

Sextò peccatur, ſi cibus & potus nimis apparatè exquir

quirantur, ſicut qui non excedunt in ſubſtantia cibi delicati, ſed in modo parandi, coquendi & condiendi, dato etiam quòd ſit cibus & potus communis quò ad ſubſtantiam. Putà aliqui omne apponunt ſtudium, vt optimè, & aromaticè condiatur rana, aut cæpe, aut fungium, non vt benè ſe nutriant, ſed vt inueniant exquiſita irritamenta gulæ.

Pueri regere quomodo debeat pædagogus in cibo & potu.

His igitur modis peccatur generaliter in ſumptione cibi & potus. Studeat ergo pædagogus ſic regere filium ſibi commiſſum in nutritione, quòd vitet prædictos defectus, & primò quòd non nimis auidè ſe habeat dum cibum & potum ſumit, admoneátque eum, vt conſideret authorem naturæ dediſſe nobis dentes, & fauces, vt minutè diuidamus cibum, & conteramus ad hoc, quòd calor naturalis benè decoquat eum, & ſeparet purum ab impuro, conuertátque in debitum nutrimentum. Sicut & ingeniamus minutè concidere ligna ordinaréque ſupra ignem, vt ignis æqualiter agat in ea, & in ignem conuertat. Hæc autè non obſeruant, qui voraciter comedũt: quoniam magis intendunt delectari in ſumptione cibi, quàm debitè ſe nutrire.

Admoneat ſecundò, ſi exceſſiuè comedat & bibat: quoniam cùm grauatus fuerit crapula, erit vt brutum ineptũ ad quodcunque opus bonum.

Admoneat tertiò, vt mundè & decenter cibum ſumat, ne aſtãtium oculos offendat, & pulchrè in ſeipſo delectetur, & virtus nutritiua gratiùs cibum ipſum complectetur. Nam ſi cibus immundus appareat, vel ſi immundè ſumitur, potiùs nauſeam quàm delectationem cauſat.

Admoneat quartò, ne nimis tempeſtiuè, aut tardè ſe nutriat, ne horis congruis, quibus aut orãdum, aut ſpeculandum, aut ſtudendum, aut prudenter negociandum eſt, ſe inutilem reddat, neque enim ſpiritus quibus regitur corpus, poſſunt ſimul deſeruire animæ vegetatiuæ, & intellectiuæ. Reuocantur enim ſumpto cibo ad ſtomachum, vt debita fiat digeſtio aliter cibus in ſtomacho corrumperetur, & potiùs eſſet ad mortem quàm ad reſtaurationẽ deperditi.

Admoneat quintò, ne cibis nimis delicatis & excedentibus ſtatum, conditionem, & ætatem ſe nutriat: quoniam huiuſmodi cibi potius minuunt corporis robur quàm augeant, aut conſeruent. Sicut & videmus ignem nutritum leuibus putà ſtipula paleis, lignis raris, de facili extingui, nutritus autem in materia denſa, vt in ferro, in quercu, in nuce, in pino, diutiùs ſeruatur, & intenſiùs calefacit. Hinc patet error eorum qui à genitura cibo rudi enutriti ſunt, & ſi ad ſtatum altiorem deueniunt, incipiunt delicias quærere, ex quibus non ſolitum robur, aut conſuetam ſalutem ſeruant, ſed varias & incurabiles incurrunt ægritudines, vt podagrã, ptyſim, paralyſim, hydropiſim, epylepſiam, &c.

Admoneat ſextò, ne cibum exquiſitè paratum, & conditum ſumat, nec in hoc tempus expendat, aut expendere faciat: quoniam in hoc ſtudio non eleuatur, ſed deprimitur animus, & ſui obliuiſcitur, tantùm memor ſui vilis, & corruptibilis inſtrumenti, quod quantò ſtudioſiùs enutritum fuerit, tantò minùs ei deſeruiet in opere morali, & & intellectuali. Hæc ſit vniuerſalis methodus circa nutritionem, quam docere debẽt pædagogi filium ſibi commiſſum. Quam & Paulus ad Hebræos ca. 13. breui verbo commendat dicens, Optimum eſt gratia ſtabilire cor, nõ eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

Vinum intemperatè ſumptum tria mala cauſat.

Sed aduerte, quòd longè maior adhibenda eſt diligentia circa potum inebriatiuum, quale eſt vinum potens & fumoſum, quàm circa cibum. Licet enim cibus exceſſiuè ſumptus noceat, vt diximus, tamen multò magis potus. Inter cætera autem vinum intemperatè ſumptum tria cauſat mala. Primò venerem excitat. Vinum enim calidum & ſpirituoſum eſt, ergo corpus calefacit, quo ad intrà calefacto excitatur concupiſcentia. Cùm igitur iuuenilis ætas ſit ex ſe calida, ex conſequenti prona ad laſciuias, ſi immoderatè vinum bibat, longè ampliùs excitatur ad illas. Vnde Paulus ad Ephe. capit. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.

Secundò rationem deprimit ita quòd aũt nullo modo, aut imperfectè intelligere, & ratiocinari poteſt. Nam cùm vinum ſit fumoſum, & euaporatiuum ad caput, cerebrum perturbat, grauat organa ſenſuum, phantaſmata confundit, quibus confuſis anima nihil, aut cõfuſiſſimè intelligit. Docuimus enim in tertio de Anima, quòd anima pro præſenti vita nihil ſine phantaſmate intelligit.

Tertiò lites & diſſenſiones ſuſcitat. Nam ex vaporibus cerebrum perturbat: perturbato cerebro quodammodo ligatur ratio, qua ligata inſurgit iraſcibilis ex accenſione ſanguinis cauſata ex calore vini, ex iraſcibili inſurgente cauſatur animoſitas & furor. Ex his proueniunt verba inordinata, & iniurioſa: ex quibus naſcitur lis, & diſcordia, vt patet. Cùm igitur ex intẽperata potus inebriatiui ſumptione, prædicta inſurgant mala ita quòd homo conuerti videtur in brutum, ſuperintendat pædagogus ne puer ſibi commiſſus excedat in potu: quoniam cùm adoleuerit ſe temperare non poterit. Conſtat igitur tibi quomodo regendi ſunt filij in ſecundo & tertio ſeptemnio circa guſtũ tam in cibo quàm in potu.

Puerorũ inſtitutio quò ad ſenſus tactus & laſciuias.

Quantùm ad tactum aduerte, quòd hîc non intendimus de tactu vniuerſaliter ſecundum omnes partes corporis, ſed tantùm ſecundũ illas, quas ex natura homo, & fœmina habet pudibundas, ex quarum contactu concitatur cõcupiſcentia etiam contra iudicium rationis: potẽtiæ enim animæ vegetatiuæ inter quas principalis eſt generatiua non obediunt rationi. Tales autem libidinoſæ corporis partes concitantur viſu & auditu, maximè autem contactu, vt igitur filij in ſecundo & tertio ſeptemnio, non efficiantur intemperati, prouideat pædagogus ne viſu videãt turpia, nec auditu audiant, præcipuè autem ne tangant, ex contactu enim fugatur de animo pudicitia. Vt autem præſeruentur ab illicito contactu optimum remedium eſt quòd non ſimul dormiant adoleſcentuli, nec pueri cum puellis domeſticam, ſecretam, aſſiduam conuerſationem habeant: nam amor concupiſcentiæ veluti fur ſemper inſidiatur in abſcondito, ſed de his diffuſiùs loquendum nõ eſt. Sufficit enim ad hoc dignoſcendum ipſa naturalis malicia. Conſtat igitur tibi quomodo regendi ſunt filij circa loquelam, & guſtum, & tactum. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT X.

Quomodo regendi ſunt filij in ſecundo & tertio ſeptemnio, in ludis, geſtibus & veſtitu.

IN ca. decimo declarandum eſt quomodo regendi ſunt filij pædagogo commiſſi in ſecundo & tertio ſeptẽnio, quò ad ludos, & geſtus, & veſtitum.

Pueri quo modo in ludo regendi ſunt.

Quantùm ad ludos aduerte, quòd vt docuimus in quarto Ethicorum in Tractat. de Eutrapelia, ſicut dormitio neceſſaria eſt homini poſt corporis labores, vt renouentur, & cõfortentur ſpiritus, qui ex diurno labore reſoluti fuerant, ſic ludus neceſſarius eſt, vt requieſcat animus à labore mentali, quem patitur in ſtudio tam ſpeculatiuo quàm practico, neque enim ſpeculamur pro hac vita, neque intendimus intellectualiter, & practicè in agibilibus putà in regenda domo, aut ciuitate, aut in conſulendo, aut iudicando, niſi concurrentibus viribus ſenſitiuis interioribus præcipuè memoratiua, & cogitatiua deſeruiẽtibus intellectui, quæ cùm ſint organicæ, alterantur in continuatione ſuorum actuum, & vt inquit Auicenna in ſexto Naturalium: propter phantaſiam virtus animę ſpeculatiua eſt in continuo labore. Vt igitur recreetur, & cõfortetur animus in actu ſuo intellectuali, neceſſarius eſt homini ludus, ſumendo ludum pro honeſto, & laudabili & delectatiuo exercitio, vt excipiam ludos ſeruiles, & illiberales, & inhoneſtos, quales exercent in curiis mimi, hiſtriones, & ſcurræ, & aſſentatores. His enim non confortatur animus in ſpeculabilibus, & agibilibus, ſed magis diſtrahitur, & reuocant ipſum ad corporalia delectabilia, & concupiſcentia propter tales ludos confirmatur ſupra vires intellectuales. Admoneat igitur filios ſibi commiſſos pædagogus, & eos aſſueſcere faciat ludis honeſtis, & liberalibus pro ſalute ſui corporis, ne otio, aut continua animi applicatione tabeſcant, & vt animus dennò confortetur in actibus bonis tam moralibus quàm intellectu alibus. Super omnes autem ludos, & exercitia delectabilia pro recreando animo ſtudioſo laudatur honeſta, & ciuilis Muſica, ſiue vocalis, ſiue inſtrumentalis. Sed de hoc iam pertractauimus in libro ſeptimo Politicorum, & in ciuili Platonica.

Ludus neceſſarius eſt.

Et ſi quæras propter quid ad recreandum animum oportet habere aliquos honeſtos ludos, & exercere ſe in aliquibus laudabiliter delectabilibus? Nonne melius eſſet animo quieſcere, & ab opere penitùs vacare, ſicut pro reſtauratione virium corporalium per dormitionem omninò ceſſamus ab omni opere exteriori per ligationem ſen-

Reſpondetur quòd ideo melius eſt ad recreandum animum occupari in aliquibus honeſtis ludis, quàm ocio vacare: quoniã phantaſia,& cogitatiua ſunt in continuo motu,& niſi forti imperio dominetur ſuper eas pro maiori parte verſantur, circa illicita ex pronitate naturæ corruptæ ad malum, vt quilibet experitur in ſeipſo dum ſedet ocioſus,& ſolitarius. Vnde dicitur Eccleſ. capit. 33. Multam maliciam docuit ocioſitas. Non eſt autem eadem ratio de dormiente, & de ocioſo vigilante: quoniam homo dum dormit peccare non poteſt, ocioſus autẽ vigilans vix peccatum vitare poteſt propter malitiam cogitationum. Hæc dicta ſint quò ad ludos.

Puerorũ in geſtu moderamen.

Quantùm ad geſtus aduerte, quòd important in hominem motum localem aliquando totius corporis, vt in ſaltu, & in coreis, aliquando aliquarum partium, vt dum homo ſtat, aut ſedet, mouet tybias, aut brachia, aut brachium,& caput, aliquando vnius partis tantùm, vt dum mouet ſolùm caput. Apud moralem autem geſtus important membrorum motiones, ex quibus coniecturare poſſumus varias animi diſpoſitiones, iuxta quẽ ſenſum dicitur Eccleſi. ca. 19. Ex viſu cognoſcitur vir,& ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, riſus dentium,& ingreſſus hominis enunciant de illo. Iuxta hunc ſenſum intendimus hîc de geſtibus. Tu igitur aduerte, quòd geſtus totius corporis, & partium eius, poſſunt eſſe debitè, & laudabiliter facti, & indebitè ac vituperabiliter. Fiũt quidem debitè & laudabiliter: quãdo ordinantur ad opus ſibi debitum,& proportionatum, putà motus oculi, vt decenter videat, motus auris, vt decenter audiat, motũs oris, vt decenter comedat,& loquatur, &c. Si autem ordinantur ad opus ſibi non conueniens, indebitè & vituperabiliter fiũt. Verbi gratia, Si quis audiens tenet os apertum, aut labia mouet, aut linguam extrahit, vituperabilis eſt in tali geſtu. Si quis loquens caput agitat, manus, & brachia,& pedes frequenti, & inordinato motu mouet, ſi quis ambulans caput deflectit ſuper humerum more hypocritarum, vituperabilis eſt. Admoneat ergo pædagogus filium ſibi commiſſum in ſecundo & tertio ſeptemnio quòd in omni geſtu ſuo ita ſe habeat quòd omnes ſui corporis partes debitis ſuis officiis decenter accommodet,& caueat ne ex inordinato motu corporis, & partium occaſionem præbeat intuentibus ſuſpicandi de eo animi elationẽ, aut inſipientiam, aut impudicitiam, aut ſimulationem, ſed ſic in omni geſtu ſe gerat quòd intrinſecis conformia, ſicut muſicus notis verba conformat, ita quòd in omni motu ſuo nihil fiat quod viri probi offendat aſpectũ. Hæc dicta ſint quò ad geſtus.

Geſtus corporis qui laudabiles & vituperabiles ſint.

In veſtibus tria homines quærunt: in quibus peccare cõtingit.

Quantùm ad veſtes aduerte, quòd in eis tria conſiderari poſſunt propter quæ deſiderãtur, ſcilicet delectatio, vtilitas,& honor. Delectatio quæritur in veſte molli,& delicata,& pompoſa. Vtilitas quæritur in veſte graui, & calida pro hyeme, & in oppoſita pro æſtate. Honor quæritur in figura, & precioſa materia veſtis. In his tribus poteſt dari extremum vitioſum, & medium laudabile. Nam qui ad ſolam delectationem, & pompam quærunt mollibus, & delicatiſſimis veſtibus veſtiri, omnino reprehenſibiles ſunt. Efficiuntur enim de facili intemperati, & laſciui,& animo muliebres, & laborum impatientes. Intemperati quidem, & laſciui: quoniam veſtium mollicies ad intemperantiam, & impudicitiam trahit. Vnde Saluator Lucæ capit. 16. diuitem illum reprobat, & dicit ipſum ſepultum in inferno, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. Animo autem muliebres: quoniam veſtium mollicies mollem, & inconſtantem reddit animum. Talis autem eſt mulieris animus, vt docuimus in Tracta. præcedenti. Qui igitur in veſtitu exceſſiuè molliciem affectant potiùs fœminæ quò ad ſenſum quàm viri exiſtimandi ſunt. Laborum verò impatientes: quoniam aſſueti mollibus, duris & aſperis ſtatim offenduntur: Vnde tales neque armorum, neque ſtratus duriciem ferre poſſunt: Neque arduum quid aggrediuntur, ſed timore fœmineo terga vertunt.

Admoneat ergo pædagogus, & faciat aſſuefacere filiũ ſibi commiſſum ne veſtibus nimis mollibus, & delicatis intendat, alioquin cùm adoleuerit aſſimilabitur Sardanapalo.

Qui etiam in vtilitate veſtium exceſſiuè intendunt, omnino reprehẽſibiles ſunt, putà qui in hyeme tales, & tot quærunt ſibi veſtes, quòd vel minimum frigoris ſentire nolunt, & in æſtate tales, id eſt, adeò leues & raras, & naturaliter frigidas, quòd nec quid parum caloris ferre volunt. Nam huiuſmodi homines, magno ſalutis ſuæ corporalis diſcrimine ſe exponunt, quoniam ſi aliquo ſiniſtro caſu in huiuſmodi veſtibus perſeuerare non poſſunt, vel ad aliam transferantur regionem calidiorem, vel frigidiorem de facili læduntur, & infirmantur, eò quòd in aſſueti fuerunt ferre poſſe extrema caloris, & frigiditatis, & ideò ſuprà docuimus, quòd expedit infantes in primo ſeptemnio aſſuefacere calori, & frigori. Admoneat ergo pædagogus filium ſibi commiſſum, vt medium tenere diſcat, diuerſimodè tamen prout complexionum,& temporum, & ætatum diuerſitas requirit. Nam exiſtentes complexionis denſæ,& minus porroſæ, minùs læduntur extremo calore,& intenſo frigore, ex conſequenti minùs indigent omnimodo apparatu veſtium vtilium tam pro calore, quàm pro frigore. Vnde ſecundum aliquos, mulieres, quia ſunt complexionis minùs perroſæ, vtpote flegmaticæ quod indicat carentia pilorum, non ita læduntur calore, & frigore ſicut viri, ſi careant ſuffi-cientia veſtium. Obſeruanda eſt etiam temporum diuerſitas. Nam aliis veſtibus vtendum eſt flante Borea, & aliis flante Auſtro. Nam vt docuimus in ſecundo Meteororum, Boreas eſt frigidus ſiccus. Auſter autem eſt calidus humidus.

Obſeruanda pariter eſt ætatum diuerſitas, nam quia ſenilis ætas patitur defectum caloris intrinſeci, ideo indiget calidiori veſte, vt per calorem extrinſecum ſuccurratur debilitati caloris naturalis. Iuuentus autem quia viget calore naturali, conſeruari poteſt hyemali tempore cum veſte minus calida. Diſcat ergo filius in ſecundo & tertio ſeptemnio quomodo ſe gerat in veſtium vtilitate iuxta complexionem,& differentias temporum & ætatum.

Quantùm ad honorem, quem ſolent homines ex forma,& materia precioſa veſtium quærere, admoneat pædagogus filium ſibi commiſſum, vt ſeruetur patriæ conſuetudo,& proprius perſonarũ ſtatus,& dignitas, & officium. Conſtat enim quòd grauiori,& precioſiori veſte induendus eſt nobilis quàm ciuis & mercator, & alia veſte ornãdus eſt doctor,& alia ſacerdos,& alia ſenator,& alia princeps,& alia imperator ſiue rex. Patet igitur tibi, quomodo pædagogus regere debeat filium ſibi commiſſum in ſecundo & tertio ſeptemnio, quantùm ad ludos,& geſtus, & veſtitum. Hæc de præſenti capitulo dicta ſint.

CAPVT XI.

Quomodo pædagogus regere debeat filium ſibi commiſſum in ſecundo & tertio ſeptemnio quò ad exercitium corporale.

IN hoc ca. declarandum eſt quomodo regendi ſunt filij à pædagogo in ſecundo & tertio ſeptẽnio quò ad exercitium,& laborem corporalem,& hîc duo agẽda ſunt. Primò declarabitur quantùm conferat iuuentuti exercitatio corporalis, moderata tamen & proportionata complexioni. Secundò quòd alio modo exercitandi ſunt corporaliter qui victuri ſunt ſecundum vitam practicam mechanicam, & alio modo qui ſecundum vitam ciuilem, & alio modo qui ſecundum vitam ſpeculatiuam.

Exercitiũ corporale, moderatũ tamẽ, valdè prodeſt iuuentuti.

Quantùm ad primum aduerte, quòd licet exercitium corporale moderatum conferat omni ætati eò quòd ſanguinem ſubtiliat & clarificat, ſpiritus acuit, & ex calore quo calẽfit corpus exercitatum reſoluuntur ſuperflua: tamen magis confert iuuentuti eò quòd corpus robuſtius reddit, & in ferendis laboribus patiens, inertiam fugat,& facit abſtinere à cogitationibus illicitis, quæ homini ocioſo impetuosè ſe ingerunt, & præcipuè adoleſcenti,& iueni cuius imaginatio,& appetitus plerunque circa vana, & laſciua verſantur. Admoneat ergo & doceat pædagogus filium ſibi commiſſum in ſecũdo & tertio ſeptemnio, quòd ocium vt peſtem fugiat, & moderato exercitio horis congruis intendat, vt inertiam vitet, ſaluti corporali conſulat,& illicita cogitata à ſe propellat.

Exercitiũ non idem debet eſſe omniũ hominum.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd qui victuri ſunt ſecundum vitam mechanicam, vt qui intendunt ârte mechanicã, vt qui intendunt ârte m fabrilem ferrariam, aut æream, aut lapideã, aut ligneã, aut terream exercere. Similiter qui gladiatoriam, qui armiferam, qui militarem pedeſtrem ſiue equeſtrem, frequentare debent aſſiduè vſque ad ſudores & vltimos conatus

natus se excercere, vt longa,& firmata fortium laborum tolerantia,eorum membra,& nerui indurescant sicut frequentata malleatione solidius redditur ferrum excussis partibus terrestribus.

Qui verò secundum vitam ciuilem victuri sunt, magis & frequentius studiis practicis moralibus,& ciuilibus vacare debent quàm exercitio, & labori corporali:nam pro regenda,& administranda republica,pro ordinando exercitu,pro committendo conflictu, longè melius est præsidentem,& ducem esse natura prudentem, sagacem, vigilem,& solertem, quàm viribus robustum,& acriter militantem. Ingenium enim omnia domat, & vincit fortissimorum vires.Cuius signum est, quòd etiam immanissimas feras,& viribus insuperabiles,vt leones,tigrides,vrsos capit,domat,frænat,concludit, & paulatim ad sui obedientiam deducit.

Exercitia laboriosa non conferunt erudiendis in speculatiui.

Qui autem vitam speculatiuam acturi sunt, quæ consistit in cognitione veritatis per scientias speculatiuas,quales sunt Physica, Mathematica, & Diuina, adhuc minùs opere,& exercitio corporali fatigandi sunt,& sufficit eis exercitium corporale pro tanto gradu,pro quo corporis salutem seruare possunt,vt scilicet huiusmodi exercitium potiùs sit eis ad animi recreationem quàm ad corporis laborem. Exercitium autem viris speculatiuis conueniens consistere debet in nonnullis placidis, & honestis ludis, in moderata deambulatione vel equitatura. Ratio autem propter quam laboriosa corporis exercitia,& frequentia non expediunt acturis vitam speculatiuam est hęc,Huiusmodi exercitia reddunt corpus durum, & seruile, mêtem à speculatione distrahunt, faciunt hominem impatientem solitudinis,quæ maximè necessaria est in studio sapientiæ, in qua tantò quis proficit,quanto secum solitarius commoratur.

Oportet autem speculatiuũ habere,& scire seruare corpus molle: quoniam, vt docuimus in secundo de Anima, molles carne aptos mente dicimus. Tenere mentẽ in speculatione quiescentem & vnitam, eligere sibi vitam solitariam,quoniam vt docuimus in septimo Physicorum,sedendo,& quiescendo fit anima prudens.

Sumendum est ergo exercitium corporale à viro speculatiuo sicut ab infirmo medicina, quam non quantá potest,sed quanta expedit assumit.Aduertat ergo prudẽs pædagogus,quam vitæ sortem sit electurus filius sibi commissus,& iuxta illam proportionaliter faciat ipsum assuescere laboribus, & exercitiis corporalibus, diuersimodè quidem pro diuersitate vitæ.Hæc de præsenti capitu.dicta sint.

CAPVT XII.

Quòd filij prius instruendi sunt in fide Christiana quàm in quacunque humana doctrina.

POstquàm docuimus quomodo regẽdi sunt filij in primo septemnio quò ad corpus, & in secundo & tertio per pædagogos quò ad mores,& omnes sensus exteriores,& quò ad ludos,& gestus,& vestitũ,& quò ad exercitium corporale:nunc declarandum est quomodo regendi sunt,& perficiendi quò ad intellectuales habitus, & in præsenti capi.manifestabimus quòd ante omnia erudiendi sunt in fide catholica:quoniã est primi semita,qua tendimus ad possessionem primi, & summi boni. Quæ autem præponenda sunt filiis erudiendis,vt credenda ex necessitate salutis, patent in Christiana lege ecclesiastica, inter quæ præcipua sunt ista.

Pueris præponenda de Christiana disciplina.

Vnus est Deus omnium Creator super omnia diligendus,adorandus,colendus,& eius lex,præcepta,consilia,& admonitiones,pia ac filiali mente seruanda.

Deus vnus iustus, & misericors, incomprehensibili sapientia,& prouidentia cuncta in singulari regit, & administrat.Trinus in personis,vnus in substantia.

Catholicum firmiter credere oportet quòd Deus optimus & iustus,remunerator est bonorum,& sperantium in se,ac punitor malorum iuxta demerita sua, minùs tamen quàm demeruerunt:quoniam recordatur quòd puluis sumus,& sicut folium quod vento rapitur.

Quoniam primus homo peccauit, ex cuius peccato infectum est totum humanum genus, Dei filius vt nos redimeret carne nostra vestitus est, conceptus de Spiritusancto,natus de Maria virgine, passus & mortuus sub Pilato, & sepultus. Descendit ad inferos, inde educens captiuas animas illic detentas, & tertia die resurgens, ascendit in cœlum,sedétque à dextris Dei, & iterum venturus est ad iudicium: omnésque resurgemus, & stabimus ante tribunal eius reddentes de factis propriis rationem,& qui bona egerunt,perpetuò beati erunt, qui verò mala perpetuo miseri,& damnati.

Hæc igitur sunt catholicæ fidei principia,in quibus ab ipsa infantia filij erudiendi sunt, ita vt si possibile esset simul cum lacte matris,imbiberent sacram fidem.

Filij cur prius in fide erudiẽdi sint.

Ratio autẽ propter quam primò,& ab infantia erudiendi sunt in principiis fidei est triplex.

Prima sumitur ex eo quòd fides catholica est de transcendentibus humanam rationem. Quæ enim humano intellectu comprehenduntur non credi, sed sciri dicuntur, vt docuimus in Parte secunda,Philosophiæ Moralis Christianæ,ex quo ergo ea quæ sunt fidei, transcendunt rationem nostram, expedit vt proponantur, & addiscantur in illa ætate,quæ dictorum rationem non quærit,sed simpliciter acceptat. Hæc autem est prima & puerilis ætas.Nam pueri non exquirunt à patre,vel matre,vel magistro rationem eorum, quæ eis addiscenda proponuntur,sed dictis simpliciter acquiescunt. Oportunum est ergo ante omnem humanam doctrinam, erudire pueros in his quæ ad Christianam religionem spectant.

Secunda sumitur ex eo quòd in omni gente quæ sub aliqua lege viuit,primò eruditur pueri in diuino cultu iuxta dispositionem legislatoris. Vnde docuimus in Philosophia Morali Platonica, quòd filij Regum Persarum primò eruditur in Magia Zoroastis Oromasij, quæ est sciẽtia de religione. Et Pythagoras in Versibus Aureis primũ institutum format de diuino cultu.Si igitur in omni gente apud quam datur aliqua religio admixta multis superstitionibus, & falsitatibus, primò eruditur pueri in diuino cultu,& in credendis iuxta legem suam,id multò magis conuenit fieri in Christiana religione, quæ sola immaculata,& ex omni parte est vera, vt probauimus in Parte prima Philosophiæ Moralis Christianæ.

Tertia sumitur ex eo quòd his quæ sunt fidei, firmissimè, & inseparabiliter assentiendum est. Ad hoc autem quòd natus in Christiana lege his quæ credenda sunt, per totam vitam firmissimè teneat, oportet eum in illis ab infantia erudiri. Sic enim consuetudo credendi fiet in eo velut altera natura, habet enim consuetudo vim naturæ, vt docuimus in secundo libr. Metaphysicæ. Sicut igitur natura & ea quæ sunt à natura immutabilia sunt, sic in his quæ consueuimus ab infantia quandam sortimur inuertibilitatem. Vt igitur puer in Christiana religione natus, fidelis firmiter perseueret, priùs & ante omnem doctrinam erudiendus est in credendis iuxta dispositionem sanctæ & catholicæ Ecclesiæ.

Tu tamen aduerte, quòd sufficit pædagogo pueros in primis instruere circa fidei articulos breuiter, & in quadam superficie, & non per subtilem scrutationem, cùm non sint capaces subtilioris sensus. Id autem spectat ad ecclesiæ Doctores, & legis peritos, qui docere habent Christianum populum publicis sermonibus quantum spectat eorum salutem. Qui tamen caueant ne altiori, & subtiliori modo reuelent diuina vulgo rudi: quoniam hinc perturbationes, & hæreses orientur, vt egregiè docuit Auicenna in libro decimo suæ Metaphysicæ capitulo secundo, vbi admonens rectorem populi quomodo debeat populum docere diuina sic inquit, Oportet vt primum fundamentum eius quod instituit sit hoc, scilicet, Vt assignet eis, quòd vnum habent factorem omnipotentem scientem occulta, & manifesta, & quòd de iure eius est, vt obediatur præceptis eius. Oportet enim vt homo obediat mandatis eius, cuius est creatura, & quòd obedientibus sibi iam præparauit promissionem fœlicem, & inobedientibus promissionem terribilem: & infrà, Non oportet autem vt detineat eos circa cognitionem alicuius rei de Deo, nisi circa hanc, scilicet, quòd est Deus vnus viuens, non habens similem. Sed si addiderit, vt faciat eos credere Deum habere esse non signatum loco, neque diuisibile, nec quòd est extra mundum vel intra, nec quòd est aliquid huius generis, tunc magis onerabit eos, & turbabit in eis id quod primum perceperant de fide, & mittet eos in id,vnde nemo poterit se expedire,nisi alle qui fuerit adiutus à Deo,vulgus enim non põt imaginare has dispositiones pro modulo suo.

Pueri quo modo erudiendi sint ea,quæ fidei sunt.

lo suo. Pauci enim ex illis possunt imaginare certitudinē huius vnitatis, & singularitatis, & quia non credunt esse huiusmodi esse, id est, Dei esse, ideo incident in hæreses, & conuertentur ad inquisitiones, & argumentationes, quæ retrahunt eos à suis operibus ciuilibus, & aliquando faciunt eos incurrere in sententias contrarias vtilitatibus ciuitatis & contradicentes debito veritatis, & multiplicantur in eis quæstiones, inuerisimilitudines, & tūc legislatori est difficile eos coërcere: nō enim fit in sapientia diuina, vt omnia essent facilia: & infrà, Non debet autem legislator dicere vulgò se occultasse aliquid quod eis nō reuelauerit, quia non oportet eum esse facilem ad dicendū, eis aliquid de his, imò oportet vt insinuet eis gloriā Dei, & magnitudinē eius aliquibus nutibus, & parabolis sumptis à rebus, quæ sunt apud eos glorioſæ, & magnificæ, & cum hoc dicat eis, quòd nō est sibi aliquid aliud compar, vel simile. Similiter etiam oportet vt affirmet eis id quod dicitur de promissione, scilicet fœlicitatis, taliter vt possint imaginare eius qualitatem, & quiescant in eo animæ eorum, & vt fœlicitatis, & terroris inducat exempla per quæ intelligunt ipsi, & imaginant de eis. Veritatem autem huius non detegat eis nisi per aliquod commune, scilicet, quòd est aliquid quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, & quòd illic est regnum delectationis maximè, & doloris est horror æternus.

Hæc Auicenna, qui licet extiterit extra fidem catholicam, vtpotè Machumetanus, in prædictis tamen non recedit à veritate. Et aduerte, quòd & Paulus in epistola secunda ad Timotheum cap. 2. & ad Titum in cap. 3. admonet eos ne erudientes populum in fide, & verbo veritatis, inducant quæstiones inutiles, quæ non valent nisi ad lites. Vnde inquit, Stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ. Ad Timotheum verò vbi suprà inquit, Sollicitè autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium incōfusibilem rectè tractantem verbum veritatis, &c. Constat igitur ratio propter quam filij nati in religione Christiana ante omnem doctrinam humanam erudiendi sunt breuiter, & vt prima ætas est capax in credendis secundū ecclesiam sanctam catholicam. Ad abūdantiam verò doctrinę præter consuetudinem nostram digressionem fecimus, ostendentes qualiter in nostra lege erudiendi sunt populi & plebs per legis doctorem in credendis. Hæc de præsenti cap. dicta sufficiant.

CAPVT XIII.

Quòd ciuium & nobilium filij post primam & compendiosam de credendis in Christiana religione eruditionem, dedicandi sunt humanis disciplinis literalibus, iuxta naturalis inclinationis sortem.

IN cap. præcedenti ostendimus omnes fidelium filios ab ipsa infantia erudiendos primo in fide, nunc autem declarandū est quomodo erudiendi sunt in humanis, & literalibus disciplinis, vt prudentiores effecti sciant ab illicitis præcauere. Tu igitur aduerte, quòd licet pauperes excusandi meritò sint si eorum filios non tradunt doctis, & probis pædagogis bonis literis informandos, eò quòd eos oportet in parandis vitæ necessariis insudare, & filiis vt seruis vti in manuali opere, tamen nobiles & opulenti penitùs inexcusabiles sunt, si non sic sollicitantur erga filiorum regimen quòd ab ipsa tenera ætate literarum studio incūbant: nam vir illiteratus rarissimè inuenitur prūdentia vigens & intellectu, comparatúrque ad doctum vt homo pictus ad hominem verum. Habitus enim scientifici illuminant, & colunt humanū intellectum purgántque ab ignorantia, sicut aurifex aurum per ignem.

Patres tenentur dotare filios literario studio triplici ex causa.

Quòd autē expediat ab ipsa tenera ætate dotare filios studio literario, & nō tardare donec adoleuerint, demonstrandum est quatuor rationibus. Prima sumitur à faciliori & elegantiori disciplina. Secunda à tenaciori reminiscentia. Tertia ab acquisitione perfectiori. Quarta à perſistentia, & perseuerantia in studendo.

Pro euidentia rationis primæ aduerte, quòd quæ à tenera ætate addiscere incipimus, faciliùs & distinctiùs, & elegantius recipimus. Prima nanque ætas ex sua teneritudine, & quoniam non est in aliis distracta, sicut mollis cera de facili, & expressiùs imprimitur. Exemplum nobis patet in idiomate vulgari cuiuscunq; gentis, quod in ipsa infantia quàm facilè addiscitur perfectius, & expressiùs profertur. Si quis autem tardat illud addiscere donec creuerit, longe difficiliùs, & minus eleganter assequitur, sicut videmus Theutonicum tardantem discere linguam Italicam donec adoleuerit, tunc enim diu laborat, & inelegāter addiscit: quoniam ætas adulta non ita de facili figillatur. Constat autem longè difficilius esse studium literariū quàm idioma vulgare, eò quòd certis institutis, & regulis procedit, à quibus non licet docenti, & addiscenti recedere, vt patet in Grammatica Latina & Græca, & Hebræa, longè autem amplius in Dialectica, & scientiis aliis, de quibus loquemur in capi. sequenti. Si igitur in omni gente habente proprium idioma vulgare distinctum, expedit illud addiscere in ætate tenera, multò magis literariū quod magis difficile est, vt expressiùs, & elegantiùs habeatur.

Pro euidentia secūdæ rationis aduerte, quòd vt docuimus in lib de Memoria, & Reminiscentia, quæ in tenera ætate memoriæ mandamus, quasi indelebiliter retinemus, eò quòd ætas illa nōdum est distracta illecebris sensuum, & quæ recipit cum quadam admiratione recipit. Cùm igitur ita intēdendum sit studio literario, quòd quæ addiscimus per totam vitam retineamus, aliter vanum foret huiusmodi studium, oportet illud inchoare in tenera ætate, quæ est bene memoratiua.

Pro euidentia rationis tertiæ aduerte q̄ habitus scientifici sunt difficilis acquisitionis, vt in nobis experimur, quæ autem difficiliter, & laboriosè acquiruntur, non nisi longo tempore perfectè assequimur. Cùm igitur humana vita breuis sit, & scientia difficilis & longa, oportet si possibile esset ab ipsis cunabulis filios dedicare studiis literarum, vt iam tandem perfectè possiderent quod lōgo tempore quæsiuissent, alioquin potiùs superficialiter quàm medulitùs erunt addiscentes.

Pro euidentia rationis quartæ aduerte, quòd vt docuimus in Ethicis, homo naturaliter insequitur delectabilia, & refugit tristia & laborioſa, nisi longa assuefactione minuantur tristitia, & labor, & spe assequendi boni propter quod laborat roboretur animo. Cùm igitur scientiā addiscere admixtum sit tristitiæ, & ingenti labori, oportet addiscentem incipere in tenera ætate, vt assuefactus, & veluti equus edomitus, huiusmodi tristitiam, & laborē leuiùs ferat, & perseueret. Quòd si vsque ad perfectam ætatem addiscere tardaret, vix inueniretur in studio perseuerans: quoniam ex scientiæ difficultate, & tristitia, & labore exasperatus, & sensuum lænociniis delinitus retrocederet. Expedit ergo filios à tenera ætate studio literario dedicare, vt non solùm in humanis scientiis sed etiam in lege Dei dociles inueniantur. Hęc de pręsenti c. dicta sint.

CAPVT XIIII.

In quibus scientiis erudiendi sunt ciuium, & nobilium filij in Christiana religione.

IN hoc cā. declarandum est in quibus scientiis filij ciuiū, & nobilium qui profitentur Christianam fidem erudiēdi sunt. Et hìc tria agenda sunt. Primò assignabitur numerus scientiarū, quæ apud nos famolæ sunt. Secundò declarabitur quę ex illis indifferenter ab omnibus addiscendæ sunt. Tertiò declarabitur quæ ex illis non ab omnibus, sed iuxta ingeniorum, & inclinationum diuersitatem addiscendæ sunt.

Quantùm ad primum aduerte, quòd numerum scientiarum, de quibus manifestè tractatur per diuersos, & famosos Authores, iam ordinauimus in principio Epitomatum nostrorum super Ethicam Arist. Nunc autem quantum ad propositum attinet sufficit sic eas pærtiri, Scientiarū quædam dicuntur liberales, quædam speculatiuæ reales.

Scientiæ liberales septem.

Scientiæ liberales apud Antiquos sunt septem, scilicet,
Grammatica,
Rhetorica,
Dialectica,
Musica,
Geometria,
Arithmetica,
Astronomia,

Has Antiqui dixerunt liberales dominatione extrinseca, quia soli filij liberi qui sunt filij ciuium, & nobilium erudiebantur in his. Serui autem & seruorum filij, erudiebantur in solis artibus mechanicis, quas dixerūt seruiles, quoniam ad solos spectabāt seruos, & si qui ex liberis erudiebantur in eis id erat per accidens, & reputabatur inde corū, excepta arte militari, & arte medendi. Grammatica

versatur circa sermonem congruum,& incongruum,quã necesse est ante quãcunque aliam addiscere: quoniã omnium scientiarum Authores eas in vnaquaque gente per literale idioma relicto vulgari tradiderunt,ideo appellatur primum fundamentum, primáque origo omniũ sciẽtiarum. Vnde deridẽdus est qui sine Grammatica cæteris scientiis incumbere contendit.

Rhetorica circa quæ versetur. Rhetorica versatur circa sermonem ornatum,& inornatum.Hęc non est tantæ necessitatis pro acquisitione aliarum scientiarum quantæ est Grammatica. Nam dummodò oratio fiat congrua,aliquando melius est simplici, & claro stylo enucleare sciẽtiæ veritatem quàm rhetoricè circumuoluere,vt solent moderni Doctores.

Logica necessaria est Dialectica versatur circa verum & falsum,& quoniam scientia est de vero,oppositum autem suum de falso,ideo sine ea impossibile est aliquam aliam scientiã acquirere. Vnde magis necessaria est quàm Rhetorica, imò quàm Grammatica:quoniã & literali, & vulgari sermone, venari possumus veritatem,& eius oppositum, nõ autẽ sine Dialectica: quoniam esset tendere ad terminum sine via. Sed de hac Dialecticæ necessitate satis locuti sumus in Compendio Logicæ, quod secundum viam Peripateticã formauimus,& iam impressioni datum est.

Musica. Musica versatur circa numerum sonorum siue vocum consonantium. Cuius necessitas non sumitur ex necessitate addiscendi alias scientias:quoniam sine Musica videmus quàm plurimos doctissimè assecutos alias scientias, eius autem necessitas sumitur,vt docuimus in lib.8.Politicorum,propter requiem à labore animi, & propter formãdos mores moderandáque animi passiones,& de hoc ad plenum pertractauimus in Epito. nostris super Politicam Arist.vt videbis in lib.8.Tractatu 2.c.2.

Geometria. Geometria versatur circa quantitates cõtinuas, & circa omnia genera,ac omnes species figurarum, cuius necessitatem addiscendi pertractauimus in octauo Politicorum.

Arithmetica. Arithmetica versatur circa numeros, & eorum proprietates ac proportiones,cuius necessitatem addiscendi manifestabimus infrà.

Astronomia. Astronomia versatur circa figuram, & numerum, & motum cœlorum,circa ortum,& occasum signorum,circa diuersitatem dierum & noctium,circa causas eclipsiũ Solis,& Lunæ,circa concentricos,& ecentricos,&c.quã an expediat addiscere in religione Christiana,declarabimus infrà.

Præter liberales scientias necessariæ sunt Naturales & Diuine. Præter has scientias,quas Antiqui appellarũt liberales dantur speculatiuę Naturales & Diuinæ. Naturales quidẽ sunt Physicæ,vt sciẽtias de Natura,de Motu,de Loco, de Tempore,de primo Mobili, & primo Motore,de Cælo,& de Elementis,& Elementatis,Inanimatis, & Animatis,Vegetabilibus,& Sensitiuis, & de Homine.Sed de his resolutè locuti sumus in Epitomatibus nostris Physic. Diuinę autem partitæ sunt:quoniam vna est inuenta lumine naturali,quam appellamus Metaphysicam, quæ versatur circa ens inquantùm ens,& proprietates entis, quæ sunt vnum verum bonum aliquid & res, & circa primas substantias intellectuales,quas dicimus intelligentias, & Deum benedictum, & de his compendiosè pertractauimus in nostris Epitomatibus Metaphysicis. Altera autem data est nobis lumine diuinæ reuelationis, quam appellamus sacram Theologiam,quæ versatur circa Deum vnũ & trinum,visibilium & inuisibilium conditorem in tempore,hominem factum,hominum redẽptorem,& beatificum,& de his sacri Doctores,abundè pertractarunt.

Post naturales & diuinas dantur practicæ morales,de quibus resolutè locuti sumus in Epitomatibus nostris super Ethicam Arist.& in dispositione Philosophiæ moralis ad mentẽ Platonis,& in Philosophia nostra Morali Christiana.Dantur & politicæ,de quibus iam pertractauimus in Epitomatibus nostris super Politicam Aristo.& in ordinatione Ciuilis Platonicæ,& mens nostra est de eis loqui in Ciuili Christiana,quam ordinare intendimus post præsens opus Oeconomicum Christianũ.Datur & Oeconomica de qua locuti sumus in Epitomate nostro super Oeconomicam Aristo.& nunc pertractamus ad intentionem religionis Christianæ.Constat igitur tibi,quis sit numerus scientiarum quæ apud nos famosæ sunt.

Puerorum quas scientias eruditi. Quãtùm ad secundum aduerte,quòd vt docuimus in libro octauo Politicorum,Tract.primo,capitu. secundo, Aristoteles sentit omnes filios liberos erudiendos esse in quatuor scientiis,scilicet,in literaria,id est in Grammatica,in Gymnastica,in Figuratiua,in Musica.Rationem autẽ propter quam prædictæ sciẽtiæ ab omnibus liberis addiscendæ sunt,vide in eodem Tracta.capi.tertio.Plato autẽ vt videre poteris in philosophia Ciuili,quam ad mentem Platonis ordinauimus in Tracta. 6.in lege de eruditione puerorum, statuit filios liberos,& ingenuos eruditos vniuersaliter in literaria, in Musica, in scientia numerorum,in scientia figurarum,in Astronomia,in Gymnastica, & tu vide illic. *Di sint secundum Philosophos & Christiana eruditionem.*

Christiana autem religio prudentiùs considerans approbat quòd omnes liberi,& non solùm liberi,sed etiam omnes fidelium filij cuiuscunque status,&cõditionis existant in primis eruditantur in diuinis quantùm ad fidem catholicam spectat,vt manifestauimus in ca.duodecimo. Deinde in literaria quæ sub se continet artem scribendi, vt sciat, & valeat absque aliorum scitu negotia sua scriptis mandare,ne in obliuionem cadant,& secreta ac conceptus proprios aliis per literas manifestare absque communicatione per nuntios.Vnde posito quòd quis nollet alicuiex prædictis scientiis incumbere, adhuc literaria sibi necessaria foret,propter causam dictam.Post literariã quæ est prima via ad omnes alias,commendat Christiana lex vt filij studeant in libris in quibus tractatur de moribus,vt sciãt animi sui mores componere,declinare à malo,& agere bonum.Hac de causa probi puerorum pædagogi simul cum regulis Grammaticæ docent eos moralissimi Catonis Carmina,& Prosperi,& Esopi. Reprobandi verò sunt illi,vt nefarij,& primæ ætatis corruptores,qui in primis docent eos lasciua, & impudica descripta per Ouidium,& Claudianum, & Propertium. Hæc enim vt pessima semina in puerili mente veluti in teneriori terra iactata abominabiles producunt ex se fructús, & adeò corruptos mores, quòd per totam vitam vix curari possunt.Et ideo laudabiliter Plato statuit,vt docuimus in Ciuili Platonica,huiusmodi poëtas, & magistros à ciuitate pellendos,vt potè puerorum,& adolescentium infectores nefarios.Istæ igitur sunt primæ, & cõmunes disciplinę in quibus oportet omnes fidelium pueros erudiri per pædagogos probatæ doctrinæ,& vitæ. *Pueris qui libri construendi sint.*

Quãtùm ad tertium aduerte, quòd in Christiana lege commendabile quidem est omnes liberales sciẽtias,& naturales,& diuinas,& morales,& ciuiles addiscere incumbendo laborioso studio primorum authorum, qui nobis eas in scriptis tradiderunt.Verbi gratia, Pro addiscenda Grammatica Latina, habendus est Donatus, & Priscianus.Pro Rhetorica Cicero,pro Poëtica Virgilius,p Musica & Arithmetica Boëtius,pro Geometria Euclydes Megarensis,pro Astronomia Ptolomæus, pro Dialectica,& Physica,& Diuina,& Ethica,& Politica, Aristoteles. Verùm quia non omnium ingenia,ad omnes scientias,& artes naturaliter disposita sunt, ideo prudentis pædagogi officium est scrutari,& inuenire qualitatem,& aptitudinem ingenij filij sibi commissi, & naturalem inclinationem ad hanc vel illam scientiam, & in ea ad quam ipsum habilem deprehenderit curet erudiri per se,vel per alterum.Caueat autem ne erudiatur in ea,ad quam nullã penitùs habeat aptitudinem:quoniam non proficiet,& docens operam, & pater expensas amittet. Hinc prouenit quòd si centum ad literarum bonarúmque artium gymnasia mittuntur,vix decem proficiunt: quoniam aut sunt depressi ingenij,ita quòd nulli scientiæ apti nati sunt,aut illi incumbere coguntur ad quam nullam habent aptitudinem,imò fortè oppositam. Probandum est ergo discipuli ingenium,vt in ea sciẽtia ad quam natus est proficere valeat. *Autores in quauis facultate qui sint assumendi.*

Vt autem habeas aliqualem doctrinam per quam cognoscere valeas in discipulis vniformem, vel indiformẽ ingeniorum qualitatem,& inclinationem,aduerte,vt docuimus in Epitomatibus nostris Metaphysicis in secundo Metaphysicæ,Tract.vnico, capit.tertio, & hìc summariè repetimus,quòd licet homo sit naturæ intellectualis,non tamen est purus intellectus,sed in se continet sensitiuum & intellectiuũ, ideo necesse est ipsum vti viribus sensitiuis dum exit in actum intelligendi, & præcipuè sensibus interioribus,vt phantasia siue imaginatiua,& cogitatiua, & memoria. Deseruiunt enim intellectui, vt principali agenti.Qui igitur sunt eiusdem complexionis,& dispositionis naturalis,apti sunt ad eadẽ studia.Qui autẽ diuersi sunt,ad diuersa.Verbi gratia Qui sunt fortis imaginatiuæ, *Quinam cuius sciẽtiæ idonei sint.*

ita quòd imaginatio prævalet supra intellectũ, apti sunt peraddiscendis disciplinis Mathematicis, & non proficerent in aliis: quoniam nulli cõclusioni assentirent nisi eis certissimè, & ad sensum demonstretur, quod non potest fieri nisi in Mathematicis, in quibus procedimus ex notioribus nobis, & naturæ. Tales adeò imaginationi intendũt quæ non potest esse nisi de re quanta, & corporea, quòd non credunt esse aliud ens quàm corporeum, ita quòd quicquid est, corpus est, & quod non est corpus, nihil est. Isti omninò inepti sunt cognitioni Metaphysicæ, & diuinorum entium, quæ sunt extra omnem magnitudinem. Similiter aliqui sunt adeò depressi ingenij, quod parum aut nihil eleuant se supra sensum. Isti nihil recipiunt, nec credunt esse verum nisi authoritate alicuius famosi Doctoris, aut exemplo sensibili, aut similitudine, aut notissima experientia eis manifestatum fuerit: & id quidem eis prouenit ex defectu iudicij. Non enim iudicare possunt, vtrum ratio eis assignata concludat. Propterea alicuius authoris testimonum quærunt: in quo firment assensum suum. Isti apti sunt Rhetoricæ, & Poesi, & studiis Legum ciuilium. Neque enim vi rationis, sed authoritati inhærent. Nonnulli autem habent intellectum vigorosum, & eleuatum supra sensum, & benè ac perfectè ratiocinatiuum. Isti nulli conclusioni assentiunt, nisi conuenienti ratione firmetur, prout rei natura requirit de qua scientia quæritur, neque enim idem modus demonstrandi competit omni scientiæ, vt docuimus in secundo Metaphysicæ, in eodem Tracta. capit. quarto. Isti apti verè sunt Philosophiæ tam naturali quàm Metaphysicæ, & diuinæ, indignum est enim Philosopho, aliquid recipere nisi congrua ratione, aut diuina authoritate fortiori quacũque humana ratione firmatum fuerit. Inueniuntur, & alij qui licet sint intellectu bene dispositi, tamen debiles sunt in ratiocinando. Isti tristantur si quid diligenti, & completo discursu inquirere sint coacti, & si non fuerint arctati, contentantur pro conclusione proposita superficiali inquisitione & discursu. Isti in nulla scientia perfecti inueniri possunt, videnturque magis scire quàm sciant, ita quòd proveritate nunquàm sunt verè addiscentes, aut propter inertiam, aut territi labore studij, aut quia eorum intellectus totum discursum comprehendere, & retinere non possunt, & dico totum discursum factum vsque ad vltimam resolutionem, aut quia arbitrantur, quòd sicut non decet mercatorem proteruire in minimis in emptione, & venditione, sic non decet studiosum disputare, & inquirere vsq; ad minima. Cùm igitur tanta appareat in humana specie ingeniorum diuersitas, attendat prudens pædagogus, & magister in discipulo sibi commisso, proprij ingenij qualitatem. & iuxta illam studeat ipsum erudire. Hæc de præsenti capi. dicta sint: in quo terminamus hunc tertium Tract. Oeconomicæ Christianæ.

Tertij Tractatus Oeconomicæ Christianæ, qui est de Regimine Filiorum, Finis.

TRACTATVS QVARTVS de Regimine Filiarum nubilium.

DOCTRINAE ordo requirit, quòd post considerationem factam de cura & regimine filiorum, pertractemus de regimine filiarum, quandiu sunt sub cura paterna. Tu igitur aduerte, quòd pro primo septemnio curandæ sunt à matre, siue à nutrice quò ad corpus sicut filij, tamen cum distinctione habitus: in secundo autem septemnio, quoniã incipit ratio habere actum suum, & passiones cõcupiscibilis, & irascibilis paulatim insurgũt, ita quòd nisi per diligẽtiã parẽtũ, aut probæ mulieris quæ se habeat ad filiã sicut pædagogus ad filiũ, rectè regulẽtur, de facili inducerẽt verecundiã domui & consanguineis suis, per totũ ergo secundum septemniũ, & tertiũ si antè non tradũtur nuptui, aut diuino, aut propagatiuo, cõsiderandum est quomodo secundum diuinam & Christianam legem regendæ sunt. Et hoc in præsenti Tract. quem diuidimus in quatuor capita.

Primò prohibendum est eis, ne extra domum discurrant, sed clausæ domi viuant.

Secundò quòd ab adolescentibus, & iuuenibus, & vniuersaliter à viris non familiariter, & domesticè, & crebrò visitentur, neque personaliter, neque per munuscula, neque per secretas, & amœnas literas, neque per internuntias aut nuncios lænocinantes.

Tertiò quòd non permittantur otiosè viuere, neque cum mulieribus domesticis, lasciuisque narrationibus, & ludis vacare, sed in opere sibi conuenienti congruis horis sint quotidie occupatæ.

Quartò quòd sint modo debito taciturnæ præcipuè in aspectu virorum.

CAPVT I.

Quòd prohibendum est filiabus, ne extra domum discurrant, sed clausæ viuant in domo.

IN capi. primo declarandum est, quòd filiæ post primũ septemnium, vel saltem post dimidium secũdi septemnij prohibendæ sunt à discursu, & euagatione extra propriam domum, & quidem quòd sic expediat probandum est triplici ratione.

Prima est vt remoueatur ab eis occasio peccandi. Pro cuius notitia aduertenda sunt tria. Primò quòd masculus & fœmina post innocentiæ statum, longè maiorem habent inclinationem ad malum quàm ad bonum, cuius signum est, quòd faciliter operamur malum, sed cum difficultate bonum, & in genere hominum malum est vt in pluribus, bonum vt in paucioribus, & confirmatur Genesis cap. 6. vbi sic legimus, Videns autem Deus quòd multa malicia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem fecisset. *Fœminæ decet post primũ sep temniũ domi manere triplici ratione.*

Secũdò aduerte quòd cùm sit naturale masculo, & fœminæ sicut & cuilibet animali desiderare delectationes, sicut etiam docuimus in decimo Ethicorum, quando propinquant ætati, in qua consurgit concupiscentia, quæ in fœmina, vt in pluribus incipit in anno duodecimo, & tũc rationis vsus & vigor adhuc sic debilis, si parentes per se ipsos, vel per probas mulieres quæ sint veluti pædagogæ super filias non superintendant regimini, & correctioni filiarum, concupiscentia stimulante, delectabili per sensum apprehenso alliciente, de facili cadent ab honestate, & rectitudine vitæ. Se habent enim, vt catulæ, vel caræ quæ nisi remoueantur, vel prohibeatur eis accessus ad locum vbi sentiunt odorem sibi desiderati, publicè, vel furtiuè, conantur assequi concupitum.

Tertiò aduerte quòd in fœmina duo existimantur præcipua bona, scilicet, corporis pulchritudo, & pudicitia, & si quæcunque alia deficiant, patienter sustinentur. His opponuntur turpitudo siue deformitas corporis, & impudicitia, quæ si coniunctę sint, reddunt fœminam contemptibilem omnino. Sed si adsit honestas cum deformitate corporis, apud virum probum amabilis, & laudabilis erit: quoniam prę fert animi pulchritudinem, corporali formę, sciens quàm vana, & fluxiua sit pulchritudo, quæ velut flos manè viresci t, & vespere decidit, apud autem plebeos, & profanos, præfertur corporis decor: quoniam sicut non cognoscunt nisi secundum sensum, sic non existimant, non iudicant, non desiderant, non delectantur, nisi secundũ sensum, sicut animalia bruta tracta ex mera concupiscentia. Ex his arguitur sic, Cùm filia propinquans annis pubertatis, inclinata sit delectari secundum sensum, & concupiscentiam, illud sibi in primis prohibendum est, quòd frequentissimè est occasio perdẽdi corporis, & animi pudicitiam, hoc autem est discursus & euagatio extra domum propriam. Vident enim & audiunt quæ non licent: videntur & appetuntur à lasciuis, ex eo quòd vidẽt, & audiunt quę non licent, tentantur à sua propria concupiscentia intrinseca, ex eo quòd videntur à lasciuis tẽtantur ab eis nutibus, verbis, nunciis, donis, &c. Ad remouendam ergo occasionem peccandi, optimum est filię prohibere dicursum extra domum. *Fœminæ duo præcipuè bona extimantur.*

Secunda est, vt perseuerẽnt in sua decenti verecundia, quæ est decor in puellis, & præcipuum frænum ne quid turpe committant. Cum decenti verò pudore non stat discursus,

diſcurſus,& circuitus extra domum, nam ſicut inaſſueti conuerſari cum hominibus,verecundantur ſi cum eis loquuntur,aut quid pertractant,vt patet de ruſticis ingredientibus curias principum:ſic iam aſſueti verecundiam deponunt,ita quòd audacter ingrediuntur,loquũtur immutata facie,pertractant quæ volunt excuſſo timore ingloriationis.Si igitur puella extra domum non diſcurrit, non aſſueſcet præſentare ſe libera fronte coram hominibus,non licentiosè loquetur,ſed ſemper cum reſpectu,& timore ne reprehendatur, & in hoc ſeruabit laudabilem verecundiam ſuam.Quòd ſi diſcurrere cæperit, paulatim fiet audax,& intrepida aſpectu,& ſermone,& geſtu corã viris,& tunc apertum ſibi parat diſcrimen pudicitiæ. Vt igitur verecundæ perſeuerent, prohibendus eſt eis circuitus,& diſcurſus extra domum.

Tertia eſt ne paulatim laſciuæ,& impudicæ fiant. Pro cuius notitia aduerte,quòd ſicut inuerecũdia eſt occaſio puellis cadendi à puritate ſua,ſic & familiaritas,& domeſticatio cum viris eſt via ad laſciuiam, & impudicitiam, & ſicut verecundia eſt puellæ frænũ, ne quid turpe agat, ſic ſylueſtritas(vt ita dicam)eſt cuſtos pudicitię. Se habet enim ſylueſtritas, & domeſticatio in puella ſicut in animali bruto. Videmus enim in animali bruto, vt in vrſo qui eſt natura ferus & ſyluester,quòd quandiu ſeruat ſyluestritatem ſuam, non permittit ſe capi, nec illaqueari, nec vinciri,nec ſubiugari ab homine. Si autem paulatim domeſticatur,& familiarem ſe reddit homini, tunc permittit ſe palpari,& vinciri,& cathenari,imò ludit cũ homine.Sic accidit puellis,quæ ſi non diſcurrunt extra domum, ſyluestritatem ſeruant cum hominibus, ex conſequenti non emolliuntur,nec palpari ſe permittunt.Si autem diſcurrunt, domeſticantur, domeſticatæ paulatim emolliuntur,vt tunc de facili illaqueãtur,fiuntque quaſi inaduertenter laſciuæ,& impudicę.Vt ergo ab omni laſciuia,& impudicitia prę ſeruentur,prohibendæ ſunt à diſcurſu,& euagationibus extra domum. Exemplum huius doctrinæ habemus in ſacra Geneſi,cap.34.de Dina filia Iacob,quæ quoniã egreſſa eſt tabernaculo Iacob patris vt videret filias regionis illius,rapta & ſtuprata fuit à Sichẽ filio Emor. Ergo exemplum ſit omnibus virginibus, ne curioſitate videndi incurrãt periculum integritatis ſuæ. Idem docuit grauis,& ſanctiſſimus pater Ambroſius: qui exponens illud Euangelium Lucæ capitu.1.quod incipit, Exurgens Maria cum feſtinatione,ſic inquit,Diſcite virgines non circuncurſare per alienas ædes,non demorari in platæis,nõ aliquo in publico miſcere ſermones,&c. Conſtat ergo quantùm expediat puellis publicos prohibere diſcurſus rationibus præmiſſis. Hæc de præſenti capit. dictat ſint.

CAPVT II.

Quòd adoleſcentibus,& iuuenibus,& vniuerſaliter à viris nõ familiariter,& domeſticè,& crebrò viſitentur,neque per munuſcula,neque per blanditorias literas, neque per internuncias,aut nunçios lænocinantes.

IN ſecundo capit.declarandum eſt quòd nõ permittantur puellæ in domo propria viſitari domeſticè,& crebrò ab adoleſcentibus,& iuuenibus,&c.vt patet in titulo cap.Parùm enim prodeſſet non permittere filias diſcurrere extra domum,niſi in domo debitè cuſtodiantur, imò fortè minùs periculum eſſet eas permittere diſcurrere quàm ſi in domo non debitè cuſtodiantur. Verebũtur enim extra domum multorum oculos, & timebunt videri, & audiri à quibus videri,& audiri nollent. Quòd ſi in domo familiariter,& ſub ſpecie communis amicitiæ viſitabuntur,excutient à ſe timorem prædictum, & tunc fur domeſticus ingenio prævalebit aduerſus incautam, & inconſtantem puellam. Non ſit ergo minor parentum vigilantia ſuper puellam in domo quàm extra domum, ſcientes pro certo laſciuum amorem furem eſſe ingenio ſiſſimum,vt videre poteris in diſpoſitione Moralis Philoſophię Platonicę,quã Impreſſioni dedimus:vide in Trac. tertio,cap.quinto.vbi inuenies laſciuum amorẽ eſſe magum,& faſcinatorem.

Intendãt ergo parentes,ne adoleſcentes,& iuuenes familiariter,& crebrò puellam viſitent:quoniam cõformis ætas,mutuus aſpectus,& dulce colloquium,de facili reci procum,& concupiſcibilem conciliabunt amorem. Docuimus enim in ſecundo deGeneratione,quòd inter ſymbolica facilis eſt tranſitus,& mutua trãſmutatio,& apud Græcos prouerbium eſt, Omne conforme eſt communicabile,& amicabile. *Conform ac ſimile eiò amic bile.*

Intendant etiam ne viri extranei cuiuſcunque ſint ętatis,& ſtatus,niſi conſtet eos eſſe proximos ſanguine, aut probatiſſimæ vitæ,familiariter & liberè, & ſecretè, cum filia nubili cõuerſentur:quoniam fœmina naturaliter ad virum,vt ferrum ad magnetem ſe conuertit, & ſi vir aſtutus,& ingenioſus fuerit,cùm fœmina ſit inualidi propoſiti,& debilis iudicij, tandem illaqueabit eam,nec id ratione tantùm manifeſtum eſt, ſed etiam quotidiana expę rientia conſtat.Ideo inquit Eccleſ.cap.ſeptimo,Filiæ tibi ſunt,ſerua corpus illarum,&nõ oſtendas hilarem faciem ad illas.Trade filiã,& grande opus feciſti,id eſt,trade viro in matrimonium filiam,ſcilicet,caſtam,& illibatam,& grande opus feciſti,in hoc oſtenditur difficultas ſeruandæ pudicitiæ in puella.

Puellæ cuſtodiantur ne literas, & munęra ſuſcipiant.

Animaduertant inſuper parẽtes, ne puella per munuſcula,& literas blandas ſollicitetur.Dona enim amantiũ, & literæ cum terminis amatoriis veluti tenaciſſimus viſcus animos,& corda iuuenilia vincunt,& irretiunt,nam continuè amati memoriam irretiunt,& excitant, imaginem,geſtus,ſermonem,& reliqua multa repræſentãt,quę ſe habent in corde puellæ, ſicut ventus leniter ſpirãs carbones pene extinctos paulatim inflãmans, longè autem periculoſiores ſunt internunciæ,& nuncij lænocinantes, quoniam ſuaſionibus,promiſſis,laudibus,adulationibus, puellæ animum immutant,&transformant veluti calidiſſimi incantatores,faſcinatores,& deceptoriæ Sirenæ.Eui gilent ergo parentes,quòd ſicut prohibent filię nubili diſcurſum extra domum,ſic auferant ab ea in domo prædictas occaſiones,& ſciant pro certo quòd,vt egregiè ſcribit Caſſiodorus ſuper Matthæum, ſex ſunt quæ incorruptam ſeruant caſtitatem,ſcilicet,ſobrietas,operatio,aſperitas cultus,inhibitio ſenſuum, veritas ſermonis cum honeſtate,euitatio oportunitatis perſonæ,& loci,& tempo ris.Hæc de præſenti cap.dicta ſint.

CAPVT III.

Quòd non permittantur ociosè viuere neque cum mulieribus domeſticis laſciuis, & inhoneſtis narrationibus,& ludis vacare, ſed operi eis condecenti congruis horis ſint quotidie intentæ.

IN tertio ca.manifeſtandum eſt quomodo oportet parẽtes eſſe ſolicitos,ne permittãt filias nubiles ocio vacare, neque cũ mulieribus,ſiue ſocialibus ſuis narrationibus,& ludis inhoneſtis intẽdere, ſed quotidie horis congruis operi eis condecenti incũbere,& aliquãdo ſermonibus,& ludis honeſtis animũ recreare. Probatur autem in primis,quòd oportet eas nõ otioſas,ſed operoſas eſſe,& hoc duplici ratione.

Fœminas & puellas non decet vnquàm otioſas eſſe.

Prima ſumitur ex honeſto ſolatio,& naturali delectatione,quæ conſequitur operationem propriam mulieris Pro cuius euidentia aduerte,quòd cùm alia ſit operatio propria viri,vt docere, regere, mercari, militari, & alia mulieris,vt filium infantulũ curare,enutrire,texere,ſuere,figurare ex filo lineo, ſerico,argenteo, & aureo,propriam operationem cõſequitur propria delectatio, ſicut iuuentutem conſequitur pulchritudo,& ſanitatem cõſequitur corporis robur iuxta complexionem, & ætatem, vt docuimus in decimo Ethicorum. Cùm igitur deſiderium ſolatij,& delectationis, naturale ſit tam viro quàm fœminæ, eò quòd natura triſtitiam abhorret,neceſſe eſt vt parentes prouideant puellis medium,quo honeſtè delectentur,hoc autem medium non eſt niſi propria earum operatio. Sicut enim delectatur apes colligendo mel,& aranea texendo tellam artificioſiſſimam,& hirũdo ſic nidificando:ſic naturaliter delectatur fœmina in operibus ſibi propriis.Ne igitur careãt filiæ omni ſolatio dum domi clauſæ manent,oportet parentes vigilãtes eſſe vt filiæ nubiles ſint operoſæ iuxta naturalem inclinationem ſuã, aliter impatientes erũt clauſuræ domeſticæ,& ex ſua naturali malicia,quia non eſt maior quàm malitia mulieris, vt ſcribitur Eccleſia.capit.vigeſimoquinto.machinabuntur illicitas concupiſcẽtias parentibus omninò neſcientibus donec effectus infamatiuus apparuerit. Caueant

Puellarũ delectatio earũ opus debet eſſe, præcipuè illud, ad quod inclinantur.

ergo parentes ne priuent filiam operatione,ad quam naturaliter inclinatur,quoniam nisi in ea per parentes, aut magistras probas exercitata fuerit, ad illicita secretissimis modis se conuertet,in quibus concupiscentia stimulante delectari valeat. Tunc apparebit imprudentia parétum suadentium sibi,bene& prudenter filiam regere,etsi domi clausam detineant, siue otiosam, siue operosam. Nam concupiscentia in iuuentute machinatur, quæ impossibilia videntur tam in masculo quàm in fœmina,siue ex se siue ex alio erudiantur. Exemplum habemus in secundo Regum,cap.decimotertio de Amnon filio Dauid, qui astutissimè consultus à Ionadab nepote Dauid,decepit patrem suum Dauid, & stuprauit Thamar sororem suam, & sororem Absalon. Vt igitur filia nubilis clausa domi,non assiduè in tristitia viuat, quam omnium animalium natura abhorret,exercenda est in condecenti,& ad quam ex natura inclinatur operatione sibi propria.Dico Ad quam ex natura inclinatur: quoniam sicut docuimus in Tracta.præcedenti.cap.vltimo, quemadmodum filij in secundo & tertio septemnio, qui sunt diuersarum complexionum,& diuersa habent ingenia, ad diuersas inclinantur scientias,sic&puellę ad diuersas artes muliebres. Quilibet ergo exercitandus est in opere ad quod ex sui natura inclinatur.

Mulier ociosa semper mala.

Secũda ratio sumitur ex fructu,qui inde prouenit.Pro cuius notitia aduerte, quòd mulier ociosè viuens nunquàm erit bona,& virtuosa secundum animum,neque vtilis domui, neque bene regulabilis à viro suo. Erit enim soli corpori seruiens, nil aliud curans quàm cibo,& potu,&dormitione,&nugis se replere,erit præterea deprefi sensus,& nullius prudentiæ,ita quòd si nupserit,fiet viro suo potius oneri quàm commodo & honori.Ex oppo sito mulier operosa semper laudabilis erit.Vnde in Scriptura sacra,mulier non dicitur fortis,neque virtuosa,ne que bona,neque prędicatur beata nisi quia operosa.Vide in Prouerbiis capit.31.& illic inuenies mulierem fortem: quoniam quæsiuit lanam,& linum,& operata est cõsilio, id est,ingenioso artificio manuum suarum. Manum suam misit ad fortia,&digiti eius apprehenderunt fusum.Consiederauit semitas domus suæ,& panem ociosa non comedit.Date ei de fructu manuum suarum,& laudent eam in portis opera eius. Surrexerunt filij eius,& beatissimam prædicauerunt,& vir eius laudauit eam.Vt igitur puellæ fiant bonæ,& virtuosæ, & vtiles, & verè laudabiles, studeant parentes facere eas operosas.

Sed aduerte , quòd non sufficit puellæ , vt sit bona,& virtuosa,fugere ocium , & operi sibi condecenti incumbere,sed oportet eam nõ operari in societate mulierum nuptarum,siue non nuptarum quæ nesciũt nisi lasciua loqui,& iocos inhonestos habere. Istæ vt pestiferæ fugiendæ sunt à pudicis puellis: quoniam corrumpunt bonos mores colloquia mala,& posito quòd cum eis perseueret castitas corporis,non tamen castitas mẽtis:diximus enim in Tractatu præcedenti,quòd caueant pædagogi , ne filij sibi commissi audiant turpia:quoniam excitant concupiscentiam,& in memoria puerili tenaciter perseuerant,& audire turpia data opportunitate prope est ad operari. Quod autem diximus de pueris,omnino & magis obseruandum est in puellis,cùm sint mollioris naturæ,& super omnia desiderent adamari,blandiri, & laudari quòd benignæ,quòd gratiosæ, quòd decoræ,quòd amatiuæ sunt. Aduertant ergo parentes nedum filiæ operentur opera sibi condecentia, societatem habeant mulierum lasciuarum,& quæ iam fracto pudicitiæ fræno aut temeraria audacia quadam non regulata licẽtia,loquuntur inhonesta licet quodam superstitioso magis dixerim pernicioso velamine:quoniam vt fur domesticus,& de quo non est suspicio,paulatim rapiet filiæ simplicis puritatem:nec id agnoscent,donec signis,& effectibus malis,reuelabitur earum malicia,& totius domus confusio.Sint ergo filiæ nubiles operosæ,vt eas decet,nec admittãt ex regimine parentum societatem mulierum , quæ aut verbis, aut nutu, aut actibus appareãt lasciuæ:est enim puella,vt cera mollis,quæ sigillo siue bono, siue malo de facili imprimitur. Hæc de præsenti cap.dicta sint.

CAPVT IIII.

Quòd puellæ in conspectu virorum sint taciturnæ,vt decet.

IN cap. quarto declarandum est quãta adhibenda sit cura à parẽtibus,vt filia nubilis nõ sit loquàx,sed potius declinet ad taciturnitatem in conspectu virorum , & quidem quòd id deceat triplici ratione ostenditur.

Puellæ cu stodiantur ne loquaces sint, triplex ratio.

Prima est quoniam magis ornatæ,& cariores,& in maiori pretio existimabuntur.Pro cuius euidentia aduerte, quòd mulier loquax omnibus viris incircunspecta se faciliarem excessiuè reddit. Viri autem præcipuè sensati cùm aduertunt mulierem,siue nuptam , siue inuptam loquacem,& audacem,malè de ea concipiunt , animo contemnunt & derident,quasi , quòd non aliud curet quàm hominibus placere.Mulier autem taciturna,non familiarem,sed potius admirandam prę raritate hominibus se facit, ex quo ornatior , & gratiosior reputatur. Diximus enim in Tracta.secundo, capit.quinto, etiam ad mentem Aristotelis , quòd silentium in muliere, est ornamentum eius.Ex ornamento autem & gratia oritur amor,& bona fama,atque reputatio.Vt igitur filia nubilis sit verè,& honestè amabilis,sit pretiosa,& nõ contemptibilis,sit bonæ spei,q̃ innupta,& nupta semper casta viuet,studeat se taciturnam,vt decet,exhibere,aduertátque dictũ illud Diui Hieronymi ad Demetriadem , Sit sermo virginis prudẽs,modestus,&rarus,nõ tã eloquentia pretiosus quã pudore.Mirentur omnes te tacente tuam verecũdiam, te loquente tuam prudentiam.

Secunda est vt vitẽt locutiones incautas,& irrationabiles,quæ prolatæ irreuocabiles sunt. Pro cuius notitia aduerte,quòd locutiones cautę &rationabiles procedũt à vigore intellectus & ex prudentia.Vir enim sensatus,& prudens nil loquitur nisi prius meditatus fuerit quid,qualiter,& quando loquendum.Ex oppositio autem locutiones incautæ,& irrationabiles , procedunt ex passione insurgente,& ex rationis defectu,& ex imprudentia. Cùm igitur fœmina respectu viri deficiat,ratione , & prudentia,viuátque magis passionibus quàm ratione, & in respectu ad fœminam adultã adhuc magis deficiãt puellæ propter teneriorem ætatem,& inexperiẽtiã,naturaliter sunt loquaces,inordinatè,impetuosè,incautè proferentes verba.Igitur vt puellæ naturæ defectum in se corrigãt, assue faciendę sunt à parentibus admonitionibus,minis & pœnis vt oportuerit,ita quòd sermonem non proferant nisi præmeditatum,& quoniam id non stat cum loquacitate, ideo oportet vt sint taciturnæ.Sic enim vitabunt sermones vanos,incautos,& sine ratione prolatos.

Tertia est vt vitentur clamores,iurgia,& lites .Pro cuius notitia aduerte,quòd si puella fuerit loquax , absque mensura multiplicabit verba , inter quæ nonnulla apprehendentur,vt offensiua,& audientem commouebunt ad iram.Ex commotione autem ad iram, repentè insurgunt clamores,& iurgia,& lites fœminarum,quę quoniam accenduntur passione,& ratio in eis debilis,& ita quòd ratiò prævalet passioni,ideo nesciũt clamores,nec lites terminare , nisi per viros correctæ , & abinuicem separatæ fuerint.Vt igitur puellę non sint clamorosæ,nec obiurgãtes,nec litigiosæ cogant eas parentes esse taciturnas: nihil enim molestius in domo,quàm mulier loquax,& litigiosa.Dicitur enim Prouer cap 21.Melius est sedere in angulo domus,quàm cum mullere litigiosa in domo communi.Melius est habitare in terra deserta,quàm cum muliere risoxa & iracunda.Constat igitur tibi quantum expediat filias esse taciturnas.Hæc de præsenti capitulo dicta sint.

Intentio nostra erat caput particulare formarede regimine filiarum,quò ad cultum,& ornatum , & vestitum filiarum nubilium : verùm quia de his abundè locutisumus in Tract.secũdo in capit.quinto,ideo vide illic.Quæ reprehensibilia sunt in nuptis , longè amplius in nubilibus,& præcipuè de cultu,& ornatu fucato & vestitu lasciuo.Habeántque puellæ virgines præ oculis, exemplum Hester de qua legimus in lib.Hester capit.secundo, quòd non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Egæus enuchus custos virginum,hæc ei ad ornatum dedit.Et ideo quia non confidit in vanitate ornatus,ficut reliquæ virgines,postpositis omnibus sola eligitur ab Assuero rege in veram vxorem & coronatur regina:& hìc terminatur

Tractatus quartus,qui est de Regimine filiarum.

TRACTATVS QVINTVS, DE Regimine Seruorum, siue ministrantium in domo perfecta.

DIXIMVS in primo Tract. domum perfectam constare ex tribus societatibus, quælibet proprio regimine regenda. Prima est societas viri & vxoris, quæ regitur regimine coniugali, de quo actum est in secundo Tracta. Secunda est parentum, & filiorum, atque filiarum quę regenda est paterno regimine, de quo actum est in tertio & quarto Tract. Tertia est domini siue patroni, & seruorum siue ministrantium, quæ regenda est regimine dominatiuo quod Græci dicunt dispoticũ, nos autem in Christiana religione quæ mitior est, & suauior in huiusmodi regimine, appellare possumus regimen patronale, quod medium est inter paternum & dominatiuum: nam paternum fundatur in amore, vt docuimus tam ex parte patris quàm ex parte filiorum. Dominatiuum autẽ ex parte domini fundatur in potestate, ex parte autem serui in timore, sed patronale ex parte patroni fundatur in potestate, & amore, ex parte autem serui & ministri in timore & amore, & tale regimen decet in religione Christiana, quod paucis verbis declarauit Paulus ad Colloſſenses scribẽs, nam cap. 3. scribit seruis dicens. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi dicat, Non ex mero timore, sed in simplicitate cordis vestri timentes Dominum Deum. Quodcunque facitis ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. In cap. quarto scribit dominis dicens, Domini quòd iustum est, & æquum seruis præstate, scientes quoniã & vos dominum habetis in cęlo. In his verbis intendit Paulus dominum Christianum debere præesse seruis Christianis, non ex mera authoritate, sed cum charitate admixta potestati. De hoc igitur tertio regimine, non secundum duriciem Gentiliũ, sed secundum humanam dispositionẽ Christianę, legis, acturi sumus in præsenti Tractatu, quem diuidemus in quinque capita.

Primò declaratur quòd in domo perfecta requiritur dominus præsidens, & seruus ministrans.

Secundò quot sint genera seruorum siue ministrantiũ in diuina, & Christiana lege.

Tertiò quomodo dominus regere debet seruos, qui sunt ex natura serui.

Quartò quomodo serui ex lege facti, & empticij regendi sunt.

Quintò quomodo regendi sunt serui, qui ex sola mercede conducti seruiunt, & quomodo, qui ex virtute & amore seruiunt.

CAPVT I.

Quòd in domo perfecta requiritur dominus præsidens & seruus ministrans.

IN primo capite declarandum est quomodo in domo perfecta oportet esse dominum præsidentem domui & seruum ministrantem: Pro cuius notitia præpono tria notanda.

Artiũ instrumenta duplicia sunt.

Primò notandum est, vt docuimus in primo Politicorum, quòd in omni arte benè disposita inuenimus instrumenta deseruientia principali artifici in duplici differentia: quædam sunt inanimata, & quædam animata, vt in arte nauigatiua, instrumenta inanimata sunt remi, & ancora & gubernaculum, animata autem remigatores, & proiectores anchoræ, & mouens gubernaculum. Hæc sic ordinantur, Inanimata mouẽtur ab animatis: animata mouentur à principali agente secundum regulam eis imposi tam ab eodem. Verbi gratia, Remus mouetur à remigatore. Remigator mouetur à gubernatore: remigat enim vt sibi imperatur à gubernatore.

Secundò quòd vbi est ordo, requiritur quòd suprema moueant infima per media, ita quòd non decet suprema immediatè mouere infima, etiam quòd possent. Verbi gratia, In arte nauigatiua in qua est ordo, nõ decet gubernatorem per seipsum mouere anchoram etiam quòd posset, sed per medios nautas. Ars enim imitatur naturam. Videmus autem quòd in ordine naturali, superiora mouent infima per media, vt anima mouet corpus per potentias medias, & sol generat inferiora per lumen & motum.

Tertiò notandum, est quòd in domo perfecta non solum oportet esse actiones necessarias pro sustẽtatione vitæ, sed etiam condecenter factas pro sufficientia vitæ, & honesto statu familiæ, ex quo infertur quòd quædam actio decet dominum domus, quæ non decet ministrum, vt prouidere & possidere, familiæ, & quædam decet ministrum quæ non decet dominum, vt parare mensam, mundare domum, curare vestes, &c.

In omni domo perfecta oportet esse dominum.

His prænotatis probatur quòd in domo perfecta oportet esse dominum præsidentem, & seruum ministrantem, & arguitur sic, In omni arte benè disposita datur supremum, medium & infimum, & non decet supremum mouere infimum per seipsum, sed per medium, vt docuimus in arte nauigatiua. Ergo & in scientia regitiua domus perfectæ, datur supremum, id est, dominus præsidens, & medium, id est, minister, & infimum, id est, instrumenta domus inanimata, vt vasa, lecti, vestes, mensa, ager, vinea, viridarium, &c. Et non decet supremum curare infima per seipsum etiam quòd posset, sed per medium, id est, ministrum supremum curare per seipsum infima, est vilificare seipsum remoto necessitatis casu, vel nisi fortè causa honesti exercitij secreti tamen & non continui. Ex his sequitur quòd si dominus domus seruiliter agit in domo, & permittit ministrum, aut ociosum, aut agere quæ ad dominum spectant, hic destruit ordinem domus perfectæ. Idem intelligo de eo qui agit opus fœmineum, & disponit, aut concedit fœminam agere quod ad dominum spectat. Isti in ciuitate bene ordinata contemnendi sunt, nec in ciuilibus occupandi: nam si domestica officia confundunt, quomodo ciuilia rectè administrabunt?

Dominũ decet se humilem in domo exhibere.

Tu tamen aduerte, quòd in Christiana religione, in qua humilitas præcipuè commendatur, si paterfamilias propter humilitatis meritum exercere eligit nonnulla opera seruilia, modò nõ exerceat causa hypocrisis, aut auaritiæ, aut alia sinistra intentione, sed propter Deum sub cuius potenti manu vult humiliari, non est contemnendus sed commendandus. Hac enim via processerũt Sancti illi, & primi Patres nostri imitantes doctrinam Christi Saluatoris, qui inquit, Lucæ cap. vigesimo secũdo, Reges Gẽtium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem nõ sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præceptor est, sicut ministrator. Constat igitur tibi propter quid moraliter loquendo apud quascunque gentes viuentes sub recta lege, & recto rationis dictamine, oportet in domo perfecta esse præsidẽtem, & seruum ministrantem, vt seruetur ordo debitus inter supremum, medium & infimum. Hæc de præsenti cap. dicta sint.

CAPVT II.

Quot sunt seruorum siue ministrantium genera in diuina, & Christiana lege.

IN ca. secundo declarandum est quot sint seruorum genera siue seruitiũm. Dicitur enim propriè seruus, qui alteri seruit. Tu igitur aduerte, quòd apud Gentes extra catholicam fidem tria tantũ videntur esse seruorum genera, scilicet Seruus ex natura, seruus ex lege, seruꝰ ex emptione. In diuina autem & Christiana lege sunt quinque, scilicet, seruꝰ ex natura, ex lege, ex emptione, ex mercede, ex virtute & dilectione.

Seruorum varia sunt genera.

Seruus ex natura qui sit.

Seruus ex natura est ille, qui nec ingenio, nec solertia, nec prudentia valet, sed tantùm robore corporis parùm differens à bruto robusto. Hic nec se nec alios regere nouit, sed indiget per sapientem, & prudẽtem regulari. Tales sunt vt in pluribus gẽtes Aquilonares barbaræ & rusticæ habitantes in locis syluestribus, & de hoc seruitutis genere satis locuti sumus in primo Politicorum, in Epitomatibus nostris super Politicam Aristot.

Serum ex lege qui.

Seruus ex lege est ille qui in bello publico vel priuato, sicut in duello superatur ab alio: victus enim victori ex lege datur in seruum, quoniam melius est victo seruire victori, & seruari in vita quàm occidi. Tu tamen aduerte, quòd magnanimus liber præeligit mori quàm in seruitute viuere, sicut Sanſon, & Marcus Cato. Et de hoc seruitutis genere locuti sumus in primo Politicor. vbi suprà.

Seruus ex emptione qui sit.

Seruus ex emptione est ille qui pretio emitur ab alio, in cuius potestate est, siue ematur re, siue nummis. Nam sicut habens bouem, aut equum sibi deseruientem quò ad seruitia corporalia, potest ipsum commutare sic &

homo hominem super quem potestatem habet. Tu tamen aduerte,quòd huiusmodi potestas aliquando est vio lenta,& tunc talis commutatio iniusta est,vt quando latrones,aut pyratæ,aut depopulantes ciuitatem iniustè rapiunt,& asportant bona temporalia, & personas vtriusque sexus, sicut pessimæ consuetudinis est apud Barbaros,& Turcas,aliquando autem est ex legitimo iure belli, vt quando ciuitas rebellat contra verum & legitimum principem.Et tunc commutatio huiusmodi iusta est ex instituto legis, sicut & redemptio eius qui iustè factus est captiuus.

Seruus ex mercede qui. Seruus ex mercede est ille qui stante libertate personæ vendit opera sua,& dicitur seruus mercenarius, siue seruus operarius.

Seruus ex virtute. Seruus ex virtute,& dilectione est ille qui stante libertate personæ absque mercede intenta,seruit alteri ex bonitate,& liberalitate sua,& ex syncera dilectione.Et hoc priuatè vel publicè.Priuatè quidem,vt quando ciuis seruit conciui ex gratia, & amicitia:publicè autem vt quando vir prudens,& probus gratis seruit populo, iustè regens ipsum.Tu tamen aduerte,quòd hoc quintum genus licet possit appellari nomine Serui,quia à seruiendo denominatur seruus, tamen rectiùs nuncupatur beneficus, siue benefactor,vt patet.

Seruorum quinque genera in sacris literis exprimuntur. Hæc quinque seruorum genera in diuina Scriptura notissima sunt. Nam post statum innocentiæ manifestè apparuit Deo instituente primum genus. Postquàm enim peccauit Adam,facta est mulier serua viri seruitute naturali,vtpotè inferior ratione,& prudentia. Vnde Genesis cap.tertio dixit Deus mulieri, Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui. & Genesis capit.vigesimoseptimo, constitutus est Iacob dominus Esau, & fratrum suorum, per Isaac sic disponente Deo : erat enim Iacob vir prudens,& probus,Esau autem agrestis venator, magis vigens corpore quàm intellectu, cuius signum erat totius corporis pilositas. Et Genesis capitulo quadragesimoprimo Ioseph constitutus est dominus super omnes Aegyptios, non solùm authoritate regis Pharaonis, sed dominio naturali,eò quòd omnes excellebat sapientia& prudentia:ex consequenti omnes Aegyptij erant serui eius seruitute naturali:eò quòd eius prudentia regebantur, & saluati sunt tempore famis septem annorum. Sic Moses,sic Iosue,sic Samuel,sic Dauid,sic Salomon,&c.

Secundum autem genus, notissimum est in diuina Scriptura. Quod confirmat Petrus in epistola secunda, capitulo secundo, inquiens, A quo enim quis superatus est,eius seruus est. Quasi dicat,Sic constitutum est ex lege.

Tertium genus patet in Scriptura, & est permissum diuina lege. Vnde Exodi capitulo duodecimo ponitur lex de seruo empticio, quem iubet Deus circuncidi, vt comedat pascha, & capitul. vigesimoprimo ponitur lex de seruo Hebræo,de qua sic legimus,Si emeris seruũ Hebræum,sex annis seruiet tibi,in septimo egredietur liber gratis.

Quartum genus maximè vsitatum est, & in Scriptura nuncupatur mercenarius,& operarius,nam de mercenario sic statuit Deus Leuit.c.decimonono, Non permanebit apud te opus mercenarij tui, vsque mane.Et de operario dicitur Matth.capi.21. Voca operarios,& redde eis mercedem suam.Et Paulus primæ ad Timotheum capitu. quinto,Dignus est operarius mercede sua. In hoc quarto genere seruus fuit Iacob apud Laban Genesis capitul. vigesimonono.

Quintum genus penitùs laudabile est,sed perrarũ inuenimus,eò quòd pauciſſimi absque mercede laborẽ pro alio sustinere volunt. Si qui autem inueniuntur, hi sunt qui virtutis opus sufficiens sibi præmium reputãt.In hoc quinto genere numerãdus est seruus senior domus Abraham de quo legimus Genesis cap.24. quòd omni fide seruiebat,& præerat cunctis quæ habebat Abraham.Qui accepto iuramento perrexit in Mesopotamiam, & accepit Rebeccam vxorem Isaac filio Abrahæ. In eodem genere seruiuit Iosue Mosi,qui & minister Mosis dictus est vt patet in lib.Numeri.Sic se habuit Dauid erga Saulem,vt patet in primo Regum.Sic Ethai Gethæus,& Chussi Arachites erga Dauid,vt patet in secundo Regum capi.15. Constat igitur tibi quot sint seruorum & ministrantium genera,in diuina Scriptura,& religione Christiana.Hæc de præsenti capit.dicta sint.

CAPVT III.

Quomodo Dominus regere debet seruum ex natura

QVoniam in capit.præcedẽti assignauimus quinque seruorum genera,expedit de singulo genere considerare quomodo,& qualiter regendum sit, & in hoc quidem capitu.acturi sumus de regimine primi generis,in quo continetur seruus ex natura. Et hìc septem agẽda sunt.

Primò quomodo regendus sit circa laborem.
Secundò quomodo circa necessaria vitæ.
Tertiò quomodo ad officia sibi committenda.
Quartò quomodo quò ad mores.
Quintò quomodo quò ad conuersandum cum eo.
Sextò si debet vti consilio eius.
Septimò si debet illi reuelare secreta sua.

Quantum ad primum aduerte, quòd dominus in regimine serui ex natura quò ad laborem peccare potest in vtroque extremo, scilicet secundum excessum & defectum. Secundum excessum quem, vt si imponat ei labores,& onera supra vires suas,& absque quiete,nõ habito respectu ad ætatem,& conditionem, & id quidem inhumanum,& tyrannicum est.Qui enim sic regunt seruos ex natura, non distinguunt inter eum & bruta, quæ impelluntur ad labores,& pondera absque remissione pietate.Quòd vtique odiosum est Deo omnium hominum patri,cuius signum est quòd subuertit Pharaonem & Aegyptios,quoniam,vt legimus Exodi ca.1.opprimebant filios Israël operibus duris luti,& lateris,& omni famulatu Aegypti,absque miseratione.Nã etsi serui ex natura non ita vigeant ratione, intellectu,& prudentia, sicut qui fortè permissione diuina dominantur eis,tamẽ memores esse debent,quòd sunt eiusdem naturæ,ab eodem conditore ad eundem finem.Magisque debent Deo cõditori gratias habere,quòd intellectu,& ptudentia tantò excellant eos,quantò ipsi robore corporis:nam super omnia bona, & dona,vt docuimus in decimo Ethicorum à Deo hominum generi communicata,est donũ sapientię, prudentię & intellectus.Hoc excessu peccant barbari Mauri,qui seruos suos grauãt omni labore excedẽte etiam humanas vires,& hominum dignitatem,qui irrationalibus ex longo vsu conuenit,vt terram arare,currum siue plaustrum trahere,molendini lapidum rotare. Isti vt bestiæ reputandi sunt & immanes feræ, quæ non discernunt inter proximum suum ex natura,& brutum.

Serui ex natura quomodo regendi in corporis labore.

Secundum defectum peccant illi qui robustos corpore,& deficientes ratione, non regunt ita quòd congruo tempore,& vrgentibus causis,& expetentibus negociis, exerceantur in corporali labore secundum vires, & ætatem,& status conditionem, sed pigrescere permittunt,& ocio vacare,quo nihil peius in robusto corpore,& hebeti ingenio.Nã corporis robur in ocio marcescit, sicut aqua nõ decurrens,& aër in antro nõ spirans,& quoniam nec ingenio,nec ratione vigent,ideo existẽtes ociosi laxant imaginationi,& impetitui sensitiuo frænа,& in concupiscentias gulæ,& veneris ruunt,vt animalia bruta Nõ ergo permittendi sunt à laboribus vacare seruata modestia,quoniã & ipsi homines sunt, & passibiles sicut domini sui. Cum igitur vtrunque extremum vituperabile sit, optimum est tenere medium,vt scilicet sic regãtur quòd non opprimantur laboribus,nec ocio pigrescant,sed medio modo occupẽtur in laboribus corporalibus,prout,& quales competunt humano generi.Cum seruis igitur tractet dominus quãdo eis loquitur de operatione.Sic enim docetur Eccle.cap.37.vbi sic legimus,Cũ seruo pigro tracta de operatione multa,& aduerte quòd minus vituperabile est si dominus quid modicum excedat in aggrauãdo ipsum laboribus,quàm permittendo ipsum pigrescere.Vnde Matth.cap.25.reprehenditur seruus qui ex pigritia foderat talentũ in terra,vbi inquit Saluator,Serue male,& piger,sciebas quia ego meto,vbi non semino,& congrego,vbi non sparsi,Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis,& veniens ego recepissem vtique quod meũ est cum vsura.Constat ergo tibi quomodo regẽdus est seruus ex natura,quò ad laborem corporalẽ.

Serui natura quomodo regẽdi quo ad vitæ necessaria.

Quantum ad secundum aduerte nulli dubiũ esse quin seruo sint ministranda necessaria vitæ,aliter domino inutilis fieret, nec seruaretur in vita. Vnde si brutum quod datum est in obsequium humanum nutriendum

est

eſt etiam diuino inſtituto(Dixit enim Deus, Deuterono. cap.25. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas)multò magis ſeruus qui eſt eiuſdem naturæ cum domino ſuo.Et confirmatur per Ariſtotelem in Oeconomicis,qui,inquit,Oportet ſeruis dare operam,& victum ſufficientem.

Sed aduerte, quòd ſeruus tripliciter educari poteſt. Primo delicatè, ſicut qui volunt ſeruos eiſdem veſci cibis quibus & domini, & id reprobatur Prouerbiorum cap.29.vbi ſic legimus,Qui delicatè à pueritia ſua nutrit ſeruum,ſentiet eum contumacem. Et ratio quidem huius eſt,quia ſeruus ex natura eſt qui valet robore corporis. ſed deficit ratione: ergo cibo non eſt nutriendus, quo non ſeruatur robur corporis,ſed potiùs minuitur. Talis eſt cibus delicatus, quoniam calor naturalis exiſtens in corpore robuſto,& nato ad labores,agit in cibo delicato ſicut ignis in ligno leui & raro quod ignitum parùm durat,ſimulque ignis extinguitur.Sic accidit in corpore robuſto,quale eſt corpus ſerui ex natura ſi delicatè nutriatur.Hinc videmus homines montanos,& ruſticos ruditer educatos robuſtos,& ingentium laborum.Qui ſi lõgo tẽpore in ciuitate viuant delicatè,eneruãtur,& adeò debilitantur, quòd vix leues ſuſtinere poſſunt labores. Non ergo delicatè nutriendi ſunt.

Secũdò poteſt nutriri quaſi brutaliter.Sicut Mauri qui ſeruos ſuos nutriunt frumento, aut ordeo, & leguminibus crudis.Iſti crudeliter agunt:quoniam etſi natuta ſerui ſint robuſti corpore, tamẽ complexionem humanam, & non brutalem habent:Humana autem complexio non ſufficienter nutritur,& præcipuè principali nutrimento, niſi per artem præparato,vt frumẽtum ſiue quodcunque aliud bladum conuertatur in farinam,& ex farina fiat panis:nam & diebus Abrahæ panis erat in vſu pro humano cibo,vt legimus Geneſis cap.18.& ſic deinceps,& rationabile eſt,quòd poſt innocentiæ ſtatum Deo aſpirãte,& humana induſtria cooperante ſemper fuerit in vſu. Hinc patet beſtialitas quarundam Gentium,quæ dicuntur nutriri carne cruda,ſiue humana, ſiue brutali.Iſti non ſunt vt homines regendi,ſeu vt feræ illaqueandi,& frænãdi,qui etſi effigie videantur homines, tamen re vera feri, & irrationales ſunt,vt Pigmæi & Symiæ: hos pertranſimus. vtpotè exiſtentes extra latitudinem humanæ complexionis.

Tertiò poteſt nutriri medio modo quò ad qualitatẽ, & quantitatem cibi.Quò ad qualitatem quidem, vt non delicatè,nec brutaliter,quò ad quantitatem, vt quantum ſufficit pro ſuſtinendo labore,& conſeruãdis viribus,ac ſanitatem iuxta ætatem,& complexionem,& hæc eſt vera regula nutriendi ſeruum ex natura,quã confirmat Eccleſiaſticus, cap.33. vbi inquit, Cibaria & virga, & onus aſino,panis & diſciplina,& opus ſeruo.Quaſi dicat,Sicut aſinus regendus eſt cibariis ſibi conueniẽtibus,& verberibus & onere,ſic ſeruus ex natura pane in quo ſubintelligitur concedens nutrimẽtum pro ſua conditione, diſciplina,ideſt debita caſtigatione,minis,& pœnis,corrigendus eſt,& opere,id eſt,continuo labore,& opere corporali:nam ſi ſufficienter enutritus erit,& ociosè viuet, recalcitrabit,& inſoleſcet.Hæc igitur eſt debita doctrina regitiua ſerui ex natura quò ad neceſſaria vitę,ſcilicet, Sufficientia nutrimenti quò ad qualitatem & quantitatẽ proportionaliter naturę ſuę,aſſidua ſed rationabilis caſtigatio,labor & fatigatio iuxta vires ſuas.

Quantùm ad tertium aduerte tria obſeruanda à domino in commiſſione officiorũ. Primò caueat ne ſeruis,qui ſunt hebetes ingenio & natura imprudentes committat officia,quæ magis intellectu, & induſtria quàm labore corporali exequenda ſunt:nam cùm ſint natura rudes de facili in huiuſmodi officiis errabunt,& decipientur, cedétque in totius domus detrimentum. Cõmittenda ſunt igitur eis officia mechanica,& laborioſa,in quibus dirigantur per œconomum induſtrium,& prudentem.Secundò aduertat ne idem officium committatur multis,& maximè ſi per vnum ſufficienter exerceri poteſt. Continget enim quòd à nullo exequetur, dum alter ad alterũ reſpicit,aut alter putat alterum executum fuiſſe.

Tertiò aduertat ne plura vni committat officia,& maximè quæ ſint alicuius ponderis,nam aut nullũ ſufficienter aget,aut ſi vnum aget,alterum prętermittet,& hoc in regimine domus magnæ,& nobilis, aliter nunquam deerit rumor,& perturbatio vt experientia conſtat. Sic ergo diſtribuenda ſunt officia in domo *inſigni*,quòd prudentioribus ingenioſa officia committenda ſunt, rudioribus autem rudiora, & laborioſa, & ſingulis ſingula, & non vnum multis, & nec multa vni committenda ſunt, niſi ſint leuia, aut ſimul exerceri poſſint. Dixi, In domo magna: quoniam in parua in qua fortè vnus ad omnia ſufficit, prædicta doctrina non eſt neceſſaria. Super omnia autem ſtudeat dominus habere ſeruos fideles, ne fraudes in re, aut in honore committant, fidelitas autem cognoſci non poteſt niſi per diuturnitatem temporis: quoniam inſcrutabile eſt, & prauum cor hominis. Tunc autem ſeruus fidelis iudicandus eſt, quando per longa tempora, & in diuerſis officiis ſibi commiſſis, fideliter ſe geſſit, qui cùm inuentus fuerit, domino ſenſato carus, & pretioſus habẽdus eſt. Vnde dicitur Eccleſ.cap.33. Si eſt tibi ſeruus fidelis,ſit tibi quaſi anima tua.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd nonnulli arbitrantur non curandum eſſe à domino, quorum morum ſint ſerui eius, dummodò fideles ſint in commiſſis, & obſequiis domus. Neque enim hæredes ſui futuri ſunt, neque ſeruus manet in domo in æternum. Vnde ſiue ſint bonorum ſiue malorum morum, ſit domino per accidens,

Serui ex naturaquo modo regẽ di ſint quoad mores.

Hæc opinio irrationabilis eſt, nec tenenda apud verũ Philoſophum moralem, nec in Chriſtiana lege. Et quidẽ quòd contradicat Philoſopho morali, iam docuimus in Epitome ſuper Oecono. Ariſt.cap.4.Quòd autem non cõſonet legi Chriſtianæ,probatur, Primò licet dominus & ſeruus differant accidente, non tamen natura, quoniam ſunt eiuſdem ſpeciei humanæ indiuidua, ab eodem conditore ad eundem finem beatum creati: ergo dominus & ſeruus proximi ſunt in diuina lege. Sed vt ſcribitur Eccleſiaſ.capit. 37. mandauit Deus vnicuique de proximo ſuo.

Secundò ſeruus in domo habet cõuerſari cum vxore, & aliis.Si igitur ſit malorum morum,putà maledicus,ſuſurro,ebrioſus,impudicus, totam familiam corrumpet. Corrumpunt enim bonos mores colloquia, & exempla praua.

Tertiò ſicut qualitas fructuum tam bona quàm mala attribuitur radici,ſic qualitas familiæ,ſiue in bonum,ſiue in malum attribuitur patrifamiliæ.Sicut ergo quando videmus fructum vermiculoſum,arguimus vitium eſſe in radice,ſic quando videbitur ſeruus indiſciplinatus,arguitur poteſt malitiam,& prauitatem eſſe in rectore domus. Dãda ergo eſt opera à patrefamiliàs in primis, vt eius ſerui ſint in catholica fide ſynceri,& firmi iuxta capacitatẽ, & ſimplicitatem ſuam,ſeruans quæ de diuino cultu à ſancta matre eccleſia traduntur. Deinde ſint fideles in adminiſtrandis officiis ſibi commiſſis, in conuerſatione autem non ſint ruſtici,non contumelioſi,non comminatiui, non percuſſores,ſed vrbani,affabiles,hilares maximè in recipiendis extraneis,& amicis domini ſui. Sint autem temperati in cibo,& potu, & veſtitu,in veſtitu autem magis mundiciam quàm pretioſitatem quærant:ſint circa honeſtatem in verbis, & nutibus,& ſignis, & actibus caſtiſſimi:quoniam cum ſint in domo, ſi fuerint impudici, magis nocere poterunt ſubuertendo vxorem,filios, & filias, quàm quicunque extra domum exiſtentes.Se habet enim ſicut fur domeſticus,de quo antequam reueletur, nulla poteſt haberi mala ſuſpicio.

Serui ex natura quomodo regẽd. quò ad officia ſibi committenda.

Quantum ad quintum aduerte,quòd hic inuenio duas ſententias extremas,& tertiam mediam. Prima extrema dicit,non decere dominum exhibere ſe affabilem ſeruo, neque tractabilem,ſed auſterum & durum,& comminantem,& percuſſorem etiam ex leuiſſima cauſa, vt diſcant ſerui dominũ timere,& reuereri, & non præſumant etiã in paruo contra dominum audere:neque enim regendus eſt ſeruus amore vt filius, neq; amore & timore vt vxor, ſed mero timore,qui non ſtat cum affabilitate, & tractabilitate domini erga ſeruum:& quidẽ quòd timore ſimpliciter regendi ſint ſerui docet Petrus in Epiſtola prima cap.2.vbi inquit, Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,non tantum bonis,& modeſtis,ſed etiam diſcolis.

Serui ex natura quomodo regẽdi in communi conuerſatione.

Sed hæc ſententia cõtradicit Philoſopho morali, & legi Chriſtianæ.Philoſopho quidẽ morali:quoniã, vt docuimus in Morali Platonica, reprobãtur illi qui arbitrantur ſeruorum naturam non niſi ſtimulis, & verberibus ſicut beſtias

bestias castigandam,faciunt enim eorum animũ vilem & adeò depressum,q nunquã aliquid præclari audent terri ti timore.Legi autem Christianæ:quoniam nulli, siue libe ro,siue seruo iniuriandum est, nec nocendum sine causa: ergo serui non immaniter,sed cum ratione semper admo nendi castigandíque sunt. Quòd autem dicit Petrus ser uos debere esse subditos dominis in omni timore, intelli gendum est in eo sensu in quo loquitur Paulus ad Ephe sios cap.6.vbi inquit, Serui obedite dominis carnalibus cum timore,& tremore,in simplicitate cordis vestri sicut Christo:non ad oculum seruientes quasi hominibus pla centes,sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus,scientes quoniam vnusquisque quodcun que fuerit hoc recipiet à Domino siue seruus, siue liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas,scien tes quia & illorum & vester Dominus est in cælis,& per sonarum acceptio non est apud Deum.

Secunda extrema dicit seruos regendos cũ omni mo destia,& affabilitate,vt seruiant ex amore,& ex maiori fi de:quoniam si durè tractantur veluti domabiles bestiæ, semper machinabuntur contra dominũ,& inuẽta oppor tunitate,nõ solùm excutient à ceruicibus suis iugum ser uitutis,sed quodcunque potuerint molientur malum cõ tra dominum,& totam familiam.

Hæc sententia non est rationabilis: quoniam non vide tur distinguere inter regimẽ filiorum,& seruorum. Præ tereà,Sic regere seruos est facere eos superbos,& contẽ ptores dominorum:quoniam cùm pro maiori parte sint depressi ingenij,abuterentur humanitate, & affabilitate domini.Confirmatur in Prouer.cap.29.Seruus verbis,sci licet modestis & placidis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit,& respondere contemnit:& infrà,Qui de licatè à pueritia nutrit seruum,postea inueniet eum con tumacem.

Tertia est media,& stat in hoc, Ex seruis quidam sunt tractabiles,& docibiles, quidam duræ ceruicis & inhu mani.Hanc differentiam rector domus ex ipsa experien tia cognoscet.Qua cognita quos deprehenderit ex natu ra tractabiles mitiùs religet,& leuiori morsu veluti do mesticos equos mouebit. Tales vt amicos,vt domus cu stodes fideles habebit:quoniã plerunque in tractãdis ser uandíque rebus domus melius se habent quã proprij fi lij,& fratres,& reliqui cognati.Contra istos nil durè,nil iniustè agendum est,sed ac si nati & enutriti essent in do mo tractandi sunt. Caueátque dominus ne immeritè ad iram,& indignationem eos prouocet:quoniam exaspera ti videntes se iniustè,& contra benemerita tractari,insur gent contra dominum,aut fugam arripiẽt,nec reduci po terunt. De his loquitur Eccle.ca.33. vbi inquit, Si est tibi seruus fidelis,sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem sic tracta illum:quoniam in sanguine animæ comparasti il lum.Si læseris eum iniustè,in fugam conuertetur,& si ex tollens dicesserit,quomodo quæras,& in qua via quæras illum,nescis.

Quos autem cognouerit habita experientia duræ cer uicis,& inhumanos,& rapaces veluti feras furentes, pau latim edomare studebit assiduo labore,minis,& verberi bus,vt velint nolint, subiici, obtemperare, & deseruire assuescant. Caueat dominus ne ocio vacent:quoniam vt equus impinguatus recalcitrabunt. De his loquitur Eccl. cap.33.vbi inquit, Iugum & lorum curuant collum du rum,& seruum inclinant operationes assiduo.Seruo ma liuolo tortura,& compedes:mitte illum in operationem ne vacet,multam enim malitiam docuit ociositas, In ope ra constitue eum:sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit curua illum compedibus. Verum sine iudicio nil facias ei graue. Cõstat igitur tibi quomodo dominus cõuersari, & gerere se debeat erga seruos docibiles & mansuetos,& quomodo erga duros & inhumanos. Tu tamen aduerte,quòd cum omnibus seruis,siue bonis, siue duris allocutio,& sermo debent esse vt imperium,vt domi nicõseruetur authoritas,& reuerentia super eos,nul lus autem iocus,nullusque ludus cum illis habendus est, nam si dominus cum seruis iocari voluerit,difficultatem sibi pariet ad imperandum,& illis ad obediendum.

Seruorum ex natura num domi nus consi lio vti de beat.

Quantùm ad sextum aduerte,quòd cùm serui ex natu ra sint ratione deficientes & rudes,non sunt magis consi liatiui quàm puer & fœmina. Diximus autem in Trac.2. pueri,& fœminæ consilium esse inualidum,& illic ratio nem assignauimus.Et ideo non expedit viro consiliũ pete re ab vxore nisi rarò,& ex improuiso.Sic dicẽdum est de eo qui est natura seruus.Constat enim q cùm sit ingenio hebes non potest esse bene consiliatiuus. In casu tamen arduo in quo videntur sapientes nescire bene consulere, consilium serui non erit inutile ex improuiso: quoniam non propria ratione,sed diuino quodam impetu videtur moueri,qui impetus dicitur bona fortuna.Et de hoc satis locuti sumus in Tract.de Bona Fortuna in Epito. nostris Physicalibus,& tu vide illic,& inuenies quòd aliquando seruus vilis,seruat exercitum,quem dux cum omni consilio suo seruare nesciret.

Quantùm ad septimum aduerte,q seruo ex natura nõ est secretum cõmunicandum:quoniam sua ruditate non penſitabit quid referat secretum in se retinere,aut mani festare,& tunc vt imprudens,& ad paucas respiciens de facili manifestũ faciet,quod domino in extremũ detri mentum sæpenumerò cedet.Propterea bene tibi consuli tur Prouer.ca.25.Cum amico tuo causam tuam tracta, & secretum extraneo,ne reueles.Hæc de præsenti capit.dicta sint.

Seruo ex natura nõ sunt reue landa se creta.

CAPVT IIII.

Quomodo serui facti ex lege,& qui sunt empticij,regendi sint.

IN hoc cap.declarandũ est quomodo circa septem per tractata in ca.præcedẽti regendi sunt serui facti ex le ge,vt victi & captiui,& qui dicuntur empticij. Sed an te omnia recogitet dominus huiusmodi homines non es se seruos ex natura sed ex accidente,& finistra sorte,ita q sæpenumerò seruus ex lege, & seruus emptus dominus est ex natura,vtpotè nobilior,honoratior,& sapiẽtior,& virtuosior quã sit ille cuius ex aduerso casu factus est ser uus.Vnde secundùm rectum naturæ ordinem seruus do minari deberet,& dominus seruire. Decet enim perfe ctiora imperfectioribus præesse,& non econtrà. Cogitet ergo victor & emptor consimilem se posse pati miserandam sortem,velitque potius cõpati,quàm superbè domi nari fortè melioribus se.Animaduertat,vt sententia vtar Senecæ in epistola 48. qua ætate Hecuba seruire ceperit, qua Crassus,Darij mater,qua Plato,qua Diogenes. Viuẽ dum est ergo cum huiusmodi seruis clementer,& non ty rannicè,viuendum vrbaniter, & non rusticè,quoniam in domino & in seruo tantundem fortuna potest,& suas mu tare vices.Quòd autem cõtingat seruum ex lege putà vi ctum,vel captiuum maiorem excellentioremque esse vi ctore suo,& emptum emptore suo,prætermissis Historio graphis Græcis atque Latinis, referam sacræ Scripturæ verissima exempla.

Ioseph filius Iacob Genesis ca.36 venditur à fratribus Hismaëlitis viatoribus viginti argenteis, qui conducen tes eum in Aegyptum vendiderunt in seruum Phutifari eunucho Pharaonis,Genesis cap.19.qui sapientior & me lior non solùm emptore suo erat,sed & rege, & cunctis Aegyptiis,ita quòd constitutus fuit dominus,& Saluator totius Aegypti,Genesis cap.41.

Tobias captiuus cum vxore,& filio suo Tobia sub Sal manasar rege Assyriorũ in ciuitate Niniue,cùm esset om ni virtute decoratus,& veri Dei fidelissimus cultor: con stat,quod melior,& sapiẽtior erat rege idololatra ipsum in captiuitate detinente,Tobiæ cap.1.

Hester neptis Mardochæi, & eiusdem filia adoptiua, cum esset in captiuitate,& serua Assueri regis cum omni bus Hebræis translati de Hierusalem tempore Ieconiæ regis Iuda,tantæ fuit probitatis,& prudẽtiæ,atque deco ris quod omnibus postpositis gentilibus,& Paganis puel lis,regina creatur,fitq; regis Assueri vera,& prima vxor, Hester cap.2.

Osee rex Israël factus est seruus,& captiuus idololatræ Salmanasar regis Assyriorum,& conclusus in carce re,in 4.Regum,cap.17.

Sedechias rex Iuda,non solum effectus est captiuus,& seruus Nabuchodonosor regis Babylonis,sed etiam erutis oculis positus est in carcere,& tamen Nabuchodono sor longè peior erat quàm Sedechias,vtpotè idololatra, tyrannus superbissimus, qui se vt Deum adorari consti tuerat,in 4.Regum cap.24.

Ioachin rex Iuda factus est seruus Nabuchodonosor, trãstulitque eum,& matrem,& vxorem,& eunuchos re gis,& omnes iudices terræ duxit in captiuitatem,in 4.Re gum cap.24.

Notissima

Notiſſima ſunt exempla de Daniele,& Azaria,Anania, & Miſaële per totum librum Danielis. Conſtat ergo tibi quomodo contingit captiuum,& victum,& emptum meliorem ac digniorem eſſe victore captiuante,& emptore. Non ergo ita inhumaniter tractandi ſunt ſicut ſerui ex natura. Quod ſi ſint ex genere ingenui, & intellectu, ac prudentia vigentes, & laudabilium morum ſunt eis minuendi labores corporis,quo ad victum,non vt viles ſerui,ſed vt confratres curandi,quò ad officia non ſunt in illis fatigãdi,in quibus magis corporis robur quàm ingenium exquiritur,ſed officia quæ ratione,& prudẽtia exquenda illis imponenda ſunt,quò ad mores,ſi bene morati ſunt,dominus Deo optimo gratias agat.Si malè morati non aliter erudiendi ſunt, & caſtigandi quàm vt diximus in c.præcedenti de Seruis ex natura.

Quò ad conuerſationem gerat ſe dominus erga eos in ter timorem & amorem,benefaciens eis iuxta eorum ſtatum,& qualitaté,conſiderans quòd & ipſe conſeruus eſt, caueat ne iniurietur eis ſine cauſa.Et vt fideliter ſeruiant oſtendat potius amicitiæ ſigna quàm potentiã, libertaté promittat opportuno tempore cum remuneratione.Hãc enim regulam habemus Eccleſiaſ.cap.7. vbi ſic legimus, Non lædas ſeruum in veritate operãtem, ſeruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate,neque inopem derelinquas illum.

Quò ad conſilia,& ſecreta non eſt tutum ea ſeruis cõmittere etiam quòd vigeant ratione & prudentia, quoniam cùm ſuper omnia quærant à ſeruitute liberari, ſi data opportunitate ſperauerint ex proditione conſiliorum, & ſecretorum conſequi deſiderium ſuum, abſque dubio domini conſilia & ſecreta manifeſtabunt, & tunc huiuſmodi manifeſtatio cedet in bonũ ſerui,& fortè in perniciem domini.Propterea dicitur Eccle.c.8 Coram extraneo,non facies conſilium,neſcis enim quid pariet. Conſtat autem ſeruum ex lege,& ſeruum emptitium eſſe extraneum & in eodem cap.dicitur,Non omni homini cor tuum manifeſtes,ne fortè inferat tibi gratiam falſam, & conuitietur tibi.Quaſi dicat,Non omni hominiſed ſolum amico vero,& longo tempore probato reuela ſecretum cordis tui,ne fortè oſtendat tibi amicitiam fictam, & capta oportunitate reuelet aliis in tui confuſionem: & infrà,in ca.37.dicitur,Zelantibus te abſconde conſilium, id eſt,inuidentibus tibi abſconde cõſilium,quia, ſcilicet, aut reuelabunt,aut impedient.Conſtat autem quòd ſerui ex lege,& empticij, quia violenter detinentur, inuident domino,ideo non eſt tutum conſiliari cum eis nec ſecretum aperire,ſed hoc agẽdum eſt cum amicis,cuius ſignũ eſt,quòd dixit Saluator Ioan.cap.15. Iam non dicam vos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis.Conſtat igitur tibi quomodo regendi ſunt ſerui ex lege,& ſerui emptitij.Hæc de præſenti cap.dicta ſufficiant.Quibus addo quòd ſi dominus huiuſmodi ſeruos liberos fecerit,elegerintque ipſi domino ſuo ex amore & gratia beneficij in domo toto tempore vitæ ſuæ deſeruire,verè fidendum erit in illis: quoniam non vt ſerui ſicut priùs ſed veluti domeſtici beneuoli, & familiæ ac domui inſerti reputandi ſunt iſti: vt docuimus in Morali Platonica omni ſollicitudine curãt,quę ad bonum domus maioriq; fide ſeruant,& cuſtodiũt plerunq; quã vxor & filij,& germani.Tales cõſtituendi ſunt Oeconomi,& procuratores & vicarij patrisfamilias. Cum his familiariter viuere decet;quoniã non amplius ſerui, ſed humiles amici cenſendi ſunt.Tunc dominus tuto cum eis conſiliari poterit,ſecretáque manifeſtare.Sic fecit Iudith cum Abra ſerua ſua,quam liberam dimiſit,quam voluit in omnibus ſecretis comitem habere vadens,&rediens à caſtris Aſſyriorum,quãdo Holofernem decollauit.Nam ex libertate ſibi promiſſa,deinde opportuno tẽpore ſibi collata,illam ſibi fideliſſimam reddiderat.

CAPVT V.

Quomodo regendi ſunt ſerui qui ex mercede ſola ſeruiunt, & qui ex virtute & ſyncera beneuolentia.

IN cap. 5.agendum eſt de ſeruis conductis, & ſeruis ex virtute obſequioſis. Sed antequã pertractemus de eis in ſpecie aduerte, quòd licet apud gẽtes barbaras omnes ſeruientes cõmuni nomine dicantur ſerui, tamen in Chriſtiana religione ſerui propriè appellantur hi tantũ, qui,aut captiui,aut empticij ſunt,cõductos autẽ & obſequioſos ex virtute nõ ſeruos,ſedſeruitores,aut miniſtros appellamus. Seruiunt enim ſtante eorum libertate quò ad perſonam.De his igitur hîc pertractandum eſt. Et primò de conductis.Secundò de obſequioſis, qui in hoc diſtinguũtur ab inuicem,quòd conducti ſeruiunt ex conuẽtione mercedis,ſine qua non ſeruirent, obſequioſi autem non gratia mercedis,ſed gratia amicitiç,& ex virtute.Declarandum eſt ergo quomodo regendi ſunt conducti,& quomodo obſequioſi.

Quantùm ad conductos aduerte, quòd aliqui conducuntur per diem, aliqui per annum: & qui per diem ſiue per annũ,aliqui ſolis expenſis vt viuant,aliqui ſola certa mercede ſine expenſis,aliqui expenſis, & certa mercede. Si per diem,ſiue per annũ,aut per dies,& annos ſolis expenſis, humaniter vt proximi nutriendi ſunt, vt labores ſuſtinere valeant,& propriam corporis ſalutem,ac robur ſeruare,ne ſibiipſis,& conductori, & familiolæ ſuæ putà vxori,& filiis inualidi,& inutiles reddantur.Quòd ſi conductor ex auaritia oppoſitum fecerit,in diuinis Eloquiis velut homicida cenſetur. Dicitur enim Eccle. c. 34. Panis egentium,vita pauperis eſt.Qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem,quaſi qui occidit proximum ſuum.Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario,fratres ſunt.

Si ſola mercede ſine expenſis,ex qua ſe & familiolam ſuam ſi habet ſuſtentare conatur, obligatur conductor poſt operam ſine mora ſatisfacere cõducto,niſi aliter cũ eo conuenerit,& de hoc habetur lex domini, Leuitici c. 19.Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; mane.Quod Tobiæ c.4.ſic manifeſtiùs habetur, Quicunque tibi aliquid operatus fuerit,ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui,apud te omnino non remaneat.

Si mercede & expenſa,obligatur ex debito iuſtitiç cõductor ſatisfacere conducto modo quo ſimul & liberè conuenerint,nec poteſt cõductor ſalua iuſtitia,& diuina lege,tranſgredi terminos,& modos firmatos inter ſe, & conductum,nam ſicut emens agrum obligatur de pretio venditori,ſic emens operam,& laborem diurnum, obligatur vendenti ſecundum conuentionem factam, vnde quandiu conductor apud ſe retinet mercedem cõducti, detinet alienum,& conductum lædit,quod eſt contra illud Eccleſi.c 7 Non lędas ſeruum in veritate operãtem neque mercenarium dantem animam ſuam.

De quib⁹ ſeruis non oporteat dominum multum ſollicitari.

De ſeruis conductis per diem,vel per aliquos dies dominus non habet multum ſollicitari,quò ad mores,& cõuerſationem,& conſilia,& ſecreta:quoniam ſunt in tranſitu,& ſufficit,quòd fideles ſint in opere pro quo conducuntur,nec in eo deficiant, & accipiant mercedem promiſſam & vadant.Hanc doctrinam habemus Matth.ca.20. vbi Dominus inquit procuratori ſuo,Voca operarios, & redde illis mercedem.Qua accepta,inquit dominus operario murmuranti,Nonne ex denario diurno conueniſti mecum?Tolle quod tuum eſt,& vade.

Si autem conducũtur per annum,vel per annos & domeſticè conuerſari habent in domo quales ſunt illi quos nuncupare conſueuimus famulos,& ſeruitores nobilium dominus ſe gerat erga illos,quo ad neceſſaria vitę,&mores,& officia,& conuerſationem & conſilia,& ſecreta, ſicut docuimus in capitulo tertio,de ſeruis ex natuta.Hæc de ſeruis conductis dicta ſint.

Seruorum ex amore cura.

Quantum ad ſeruos ex virtute & amore,& nõ gratia mercedis cõuentæ obſequioſos,aduerte quòd tales,vt in pluribus in domibus magnorum & principum, & in curiis regum & ducum inueniuntur.Præponunt enim gratiam,& benenolentiam domini cui ſeruiunt cuilibet alteri mercedi,nulli autẽ aut ratiſſimi reperiũtur, qui ex gratia & abſque ſperata mecede ſimplici ciui,aut nobili ſeruire velint,De his igitur duo cõſiderãda ſunt.Primò quales deceat eos eſſe.Secundò quomodo domini & principes erga tales ſe exhibere debeant.

Seruos ex amore quales deceat eſſe.

Quantum ad primum aduerte,quòd decet eos eſſe curiales:quoniam ſi curiales non fuerint,nullius erunt precij,nec reputationis in domo principũ,nec gratiam inueniẽt in oculis eorũ.Vt aũt ſcias in quo ſenſu oportet eos fore curiales, aduerte quòd curialis tribus modis ſumitur.Primò apud vulgũ curialis dicitur, qui principis curiã frequẽtat,& inhabitat,prçcipuè aũt q inhabitat,&hic ſenſus cõmuniſſimus eſt:denominat enim a curia Curialis, ſicut Ciuis à ciuitate,Ruſticus à rure,& in hoc ſenſu cõſidèratio nulla eſt nec diſcretio,vtrũ curialis ſit bonus

Curiales qui ſint,

vel

vel malus:quoniam in curiis principum inueniuntur boni,& mali ſicut in omni ſtatu mundi inferioris.

Secundò in moderno & corrupto vſu dicuntur curiales,qui principum & maiorum curiæ gratiam,fauoré,& gloriã ſibi quærunt quibuſcunque modis tam licitis, quã illicitis,præcipuè autem illicitis,&in hoc ſenſu qui viuũt in curiis principum ſtudentes ſimulationibus, adulationibus,duliis,& hyperduliis vt exaltentur, inuidi, detractores,ſuſurrones,mendaces,fraudulenti,vt cæteros deprimant,hoc noſtro tempore curiales dicuntur.

Tertiò apud veteres,& ſecundũ veritatẽ dicuntur curiales,qui pollent vniuerſaliter nobilitate bonorũ morũ. Pro cuius notitia aduerte,q; apud morales curialitas correſpondet iuſtitiæ legali:nam ſicut iuſtitia legalis,vt docuimus in lib.5. Ethic. Trac.1.c.1.eſt tota virtus, id eſt,eſt continens in ſe omnem virtutem, & iuſtus legalis eſt ille qui operatur ſecundum omnem virtutem, vt præcipitur in lege,putà temperatè viuit, liberaliter tribuit, fortiter patriam defendit,iuſtè negociatur,prudenter regit quos regere debet, hæc enim omnia præcipit lex rectè poſita, & humana,& diuina:ſic curialitas eſt tota moralitas, id eſt,eſt complectẽs in ſe nobilitatem & perfectionem omnium bonorum morũ,& curialis eſt ille qui viuit,& operatur ſecundum omnes bonos mores,&non ſolùm ſecundùm vnum,aut duos,&c.Verbi gratia,Si Sortes habitans in domo regis factus de familia regia,liberaliter expendit,magnificè ſe veſtit,grauiter,ſententioſè, & eleganter loquitur iuxta proprium idioma,modeſtè & mundè comedit & bibit,pudicè & caſtè ſe gerit,verbis,ſignis,nutibus,& actibus,affabilis eſt & gratioſus in conuictu,vrbanus in ludis,erga amicos obſequioſus,nulli iniurias, pauperes fouens,&c.hic iuxta tertium ſenſum, & ſecundum veritatem eſt curialis,vnde aduerte quòd idem opus laudabile poteſt eſſe, & fieri ab aliqua virtute ſpeciali, & à iuſtitia legali,& à curialitate.Verbi gratia,Si Sortes exiſtens in curia regis,ſpõtè,& largiter,vt decet amico, aut conciui bona ſua tribuit,quia ſic ratio dictat,& quia opere delectatur,eſt opus liberalitatis,& ex hoc opere dicitur liberalis.Si autem id agit,quia lex ſic diſponit,& præcipit,eſt opus iuſtitiæ legalis,& ex eo dicitur iuſtus legalis.Si verò id agit,quia ſic decet fieri ab his,qui in domibus principum laudabiliter viuere volunt, ſicut & delicatè veſtiri ac preciosè,eſt opus curialitatis,& ex eo dicitur curialis.Conſtat igitur tibi quid ſit curialitas,& quid curialis iuxta tertium ſenſum,&quomodo idem opus poteſt eſſe à virtute ſpeciali,& à iuſtitia legali,& à curialitate.

Tu tamen aduerte,quòd licèt curialitas abſolutè ſumpta dicat nobilitatem omnium bonorum morum, & curialis abſolutè ſit ille,qui ornatur omnibus honeſtis moribus vt ſit ſibiipſi honori,& domino,cui ſeruit,tamẽ per antonomaſiã vocari ſolent curiales illi, qui affabiles ſunt in conuictu, & largi in tribuendo. Hæc enim præcipuè attendũtur in curiis principum.Viſo quot modis dicitur curialis:aduerte quòd hîc non intendimus ſeruos obſequioſos ex virtute &amore debere eſſe curiales ſolùm in primo ſenſu.Illud enim ex ſe neque laudabile, neque vituperabile eſt.Neque in ſecundo ſenſu:quoniam illud penitùs deteſtabile eſt neque aliter audiendi & vitandi ſunt huiuſmodi peſtiferi viri,quàm canes rapidi calcaneo in-

Seruos ex amore quoci ſenſu deceat curiales eſſe.

ſidiantes.Sed in tertio ſenſu,iuxta quem,vt legimus Marci c.15.quòd Ioſeph ab Arimathia,id eſt de ciuitate Rama fuit nobilis decurio,id eſt curialis,& vt teſtatur Lucas c.23.erat vir bonus & iuſtus. Iuxta eundem ſenſum arbitrandum eſt curiales extitiſſe viros & ſeruos Salomonis antequã peccaret,& derelinqueret Deum patris ſui Dauid,& quando venit ad eum regina Saba, vt legimus in tertio Reg.c.10 De eis enim inquit regina ad Salomonẽ, Beati viri tui,& beati ſerui tui,qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.Quod vtique non dixiſſet, ſi fuiſſent curiales in ſecundo ſenſu.Neque enim probatiſſima,& ſapiens regina,viros & ſeruos profanos ac peccatores,ita publicè extuliſſet.Studeant ergo miniſtros ita curiales habere principes catholici.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd dominus erga illos qui ſibi ex virtute,& amore deſeruiunt exhibere ſe debet clementem,& diſcretum,& honorificum,& beneficum.Potiùs enim exiſtimãdi ſunt amici quàm ſerui, & cùm animaduerterint ſe gratioſè,& acceptabiliter ſeruire dominis ſuis,hanc reputabunt ſuam vnicam,& deſideratam mercedem.Quidam enim ſic nati ſunt,vt magis appetant ſeruitutem ſuam domino, & principi caram eſſe, quàm copiam pecuniæ recipere:nec falluntur, quoniam gratia domini ſupplere poteſt indigentiæ voluntariè ſeruientis,magis quã ſi ſtatuta mercede præmiarentur. Hos igitur dominus & princeps caros habeat, & conſeruet, prçcipuè quando curiales eſſe in tertio ſenſu probauerit. Nam ſibi eos ita intrinſecè conciliabit,quòd pro vtraque fortuna domino ſuo fidẽ ſeruabunt,nec in omni anguſtia conſtitutum dominũ derelinquent.Exemplum huius doctrinæ habemus in 2.Reg.c.15.de Dauid,cõtra quem cùm inſurrexiſſet Abſalon filius eius,factáque eſſet cõiuratio totius Iſraël contra Dauid pro Abſalon, dixit Dauid ſeruis ſuis,qui ſcilicet nec ex captiuitate,nec emptione, nec conductione,ſed gratia virtutis,& amoris ſeruiebant ei, Surgite,fugiamus,neque enim erit nobis effugiũ à facie Abſalon,feſtinate egredi,ne fortè veniẽs occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam,& percutiat ciuitatem in ore gladij.Dixeruntque ſerui regis ad eum.Omnia quæcunque præcepit dominusnoſter rex,libenter faciemus ſerui tui,nec regem profugum dereliquerunt, ſed dimicantes ſub manu Ioab contra totum Iſraël & Abſalon,tantam victoriam,& talem conſecuti ſunt, quòd Iſraël in fugam verſus eſt,& Abſalon interiit.& ex fide ac fortitudine fidelium ſeruorum,reductus eſt Dauid in ſede regni ſui. Plurifaciat ergo dominus,&princeps huiuſmodi ſeruos: quoniam firmare poſſunt ex coniuratione, & infirmare ſedem ac ſtatum domini,& principis ſui. Exemplum habemus in libro ſecundo Regum cap.3. de Abner, qui regebat,domum Saulis poſt mortem eius, & pugnabat cõtra Dauid,vt cõſeruaret Isboſeth filium Saulis in regno. At quàm primùm Isboſeth prouocauit Abner ad iram, indignatus contra eum amicitiam fecit cum Dauid, & medio ſuo factus eſt Dauid rex ſuper Iudam, & totum Iſraël. Hæc de vniuerſali regimine ſeruorum ſecundum vnumquodque genus eorum dicta ſint.

Tractatus quinti Oeconomicæ Chriſtianæ, Finis:

TRACTATVS SEXTVS, DE Poſſeſſione Patrisfamiliàs.

IN tractatu ſexto agendum eſt de poſſeſſione bonorũ exteriorum, ſine quibus domus ſeruari non poſſet:nam vt docuimus in decimo Ethicorum,natura hominis non ſibiipſi ſufficit abſque externis bonis,ſed indiget cibo & potu ſibi conuenienti,& veſtitu,& habitaculo & reliquo famulatu.Et propterea vt legimus Geneſis cap.primo Deus poſtquàm creauerat hominẽ,& animalia dixit, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram,& vniuerſa ligna,quæ habent in ſemetipſis ſemẽtem generis ſui,vt ſint vobis in eſcam,& cunctis animãtibus terræ,omnique volucri cæli,& vniuerſis quæ mouentur in terra,& in quibus eſt anima viuens,vt habeant ad veſcendum.Poſt diluuium aũt addidit homini eſum carniũ vltra herbas,& fructus terræ.Vnde Geneſis capit.9.dixit Deus,Terror veſter &tremor ſit ſuper cuncta animalia terrę,ſuper omnes volucres cæli,cũ vniuerſis quæ mouentur ſuper terram, omnes piſces manui veſtræ traditi ſunt,& omne quod mouetur,&viuit erit vobis in cibum. Quaſi olera virentia,tradidi vobis omnia. De hac igitur rerũ exteriorũ poſſeſſione,& acquiſitione,quibus oportet patremfamiliàs ſuperintendere per ſe,vel per alterum vt domum alimentet & veſtiat,in præſenti Tractatu actu riſumus,& diuidemus ipſum in ſeptem capita.

Primò,quòd rerum temporalium exteriorum poſſeſſio eſt homini naturalis.

Secundò,quòd expedit cuilibet familiæ poſſidere aliqua bona temporalia diſtinctè,& non communiter.

Tertiò,quòd non expedit patrifamiliàs appetere bona temporalia in infinitum.

Quartò, quot modis poteſt paterfamiliàs acquirere bona temporalia,pro ſuſtentatione familiæ & ſui ſtatus.

Quintò,quot ſint genera commutationum vſitata, &c.

Sextò

Sexto, quot modis poteſt paterfamiliàs acquirere pecuniam & qui ex eis ſit licitus, & qui non.

Septimò qui modi conueniant patrifamilias, & qui nõ.

CAPVT I.

Quod rerum exteriorum poſſeſſio eſt homini naturalis.

IN cap.1. declarandum eſt, quòd poſſeſſio bonorum exteriorum per quæ ſuſtentatur, & viuit homo, eſt homini, & præcipuè conſtituenti propriam familiam, naturalis. Sed antequam deſcendamus ad oſtendendum propoſitum aduerte duo.

Poſſeſſio quid nomi uat.

Primò aduerte, quòd per poſſeſſionem intelligitur facultas propria, dominium diſponendi de bonis exterioribus ad conſeruationem propriæ vitæ, & totius familiæ ſi quam habet.

Secundò aduerte, quòd per bona exteriora intelligũtur omnia per quę ſuſtentatur homo, vt fructus agri, & vineæ, & arboris fructiferæ, & animalium domeſticorum: nam ex aliquibus eorum accipit homo nutrimentum, ex aliquibus veſtitum, ex aliquibus calciamentum, &c. Item intelligitur nummus, qui æquipollenter eſt omnia prædicta per commutationem, vt tibi declarabitur infrà.

Bonorum aliqua poſſeſſio eſt homini volẽti propriã conſtituere familiã, neceſſaria.

His præpoſitis ponitur hæc concluſio, Naturale eſt homini eligenti viuere, vt homo, & conſtituenti propriam familiam, habere poſſeſſionem, & dominium aliquorum bonorum exteriorum propter conſeruationem & ſufficientiam vitæ. Dico Homini eligenti viuere, vt homo, vt excipiam eos, qui nolunt aliquid terreni poſſidere, & ſi quid poſſident, renunciant, aut dant egenis: quoniam eligunt vitam ſuperhumanã, & quaſi cæleſtẽ, vt ſoluti compedibus terrenarum cupiditatum liberi eleuent ſe ad diuina. Hanc vitam eligebant ſibi primi patres Anachoretæ qui inter homines corpore, mente autem viuebant inter mentes cœleſtes. Hanc vitam elegit Saluator, & docuit Matth.c.19. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & ſequere me. Dico Conſtituenti propriam familiam, vt excipiam aliquos qui ſic nati ſunt, quòd delectantur ſuſtentari mendicitate, nunquam quieſcentes, ſemper vãgi, & peregrini. Iſti non ex amorę cæleſtium, ſed appetitu cuiuſdam irrationabilis libertatis nolunt quid proprij poſſidere, nec certum habere domicilium, nec propriam conſtituere domum, ſed expenſis externis cum hypocriſi ſuſtentari. Iſti ſunt de quibus inquit Saluator, Lucæ c.20. Deuorant domos viduarum ſimulantes longam orationem, hi accipient damnationem maiorem. De his non intendimus loqui, quoniam non viuunt vita œconomica neque politica.

Præpoſita concluſio ſic declarata probatur quadrupli ci via.

Primò ſic, Homo naturaliter eſt animal ſociale: ergo homini eligenti viuere vt homo, & conſtituenti facere familiã propriã naturale, eſt poſſidere aliqua bona exteriora Antecedens patet ex his quæ diximus in primo Tract. vbi docuimus conſtitutionem domus eſſe homini naturalem, & non ſolùm voluntariam. Probatur autem conſequẽtia: quoniam ſine poſſeſſione aliquorum bonorũ temporalium non poteſt conſeruari domus quæ naturaliter cõſtituitur: ergo ſicut conſtituere domum eſt homini naturale, ſic poſſidere aliqua bona temporalia eſt homini naturale.

Secundò ſic, Sicut generare ſibi ſimile eſt homini naturale, vt docuimus in lib.2. de Anima, ſic nutrire genitũ eſt naturale, aliter fruſtrà generaret, quoniam ſine nutritione conſeruari non poteſt genitum: ergo à ſimili ſicut conſtituere domum eſt homini naturale, ſic poſſidere aliqua bona temporalia eſt homini naturale, aliter fruſtrà domũ conſtitueret: quoniam, vt patet, conſeruari non poteſt ſine poſſeſſione aliquorum bonorum temporalium.

Tertiò ſic, Homo à principio creationis ſuæ habet naturale dominium ſuper omnia entia inferiora homine tã animata, quàm inanimata, vt patet Geneſis c.1. & c.9. vt allegauimus ſuprà, & confirmat Dauid in Pſalmo, Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &c. ergo homini competit naturaliter poſſeſſio bonorum temporalium.

Quartò ſic, Author naturæ q̃ eſt Deus benedictus prouidit naturaliter de competenti nutrimento cuilibet animali in prima generatione: videmus enim in animalibus ouantibus, quòd in ouo ex quo generatur pullus cõtinetur album & rubeũ, & ex albo generatur pullus ſicut ex materia mediãte ſemine maris, ex rubeo autem nutritur pullus quandiu eſt in teſta. Videmus & in animalibus parturientibus, quòd ſtatim poſt partum naturaliter generatur lac in mamilla ad nutritionem geniti: ergo multò magis naturaliter prouidit homini perfecto de cõpetenti nutrimẽto, vt cõſeruetur in eſſe. Hæc prouiſio nulla eſſet niſi homo naturaliter poſſideret, & haberet dominium ſuper bona temporalia. Hinc prouenit quòd homo naturaliter ſolicitus eſt variis modis, & ingeniis acquirere bona tẽporalia, vt pro ſua voluntate diſponere valeat. Quod vtique nõ eſſet, niſi rerum temporalium poſſeſſio ei naturaliter competeret. Hæc de præſenti ca. dicta ſint.

CAPVT II.

Quòd expedit cuilibet familiæ poſſidere aliqua bona temporalia diſtinctè, & non communiter.

IN c.2. aduerte, quòd concluſio firmata in c. præcedenti videtur cõmuniter ab omnibus conceſſa, attẽto quòd ſolus homo inter omnia animalia eſt dominus mũdi in ferioris, & pòt omnia trahere ex ſua nobilitate in vſum ſuum: eſt enim quodammodo finis omnium tam naturalium quàm artificialium, vt docuimus in 2. Phyſi. Sed diſſenſus eſt in modo poſſidendi, nam vt docuimus in Epitomatibus noſtris ſuper Politicã Ariſt. quidam arbitrati ſunt poſſeſſionem bonorum temporaliũ debere eſſe cõmunem, & non diſtinctam, & hanc ſententiam attribuit Ariſtoteles, Socrati, & Platoni, quam illic ſufficienter improbauimus. Tu tamen aduerte, quòd in Ciuili Philoſophia Platonica defenſamus Platonem declarando, ex doctrina ſua ipſum non ſenſiſſe, vt Ariſt. ei imponit. Et tu vide illic ne inutiliter, & extra propoſitum digrediamur. Alij verò animaduertentes quot mala comitarentur huiuſmodi poſſeſſionem communem, & quot bona impedirentur, determinant penitus expedire poſſeſſionem bonorum temporalium debere eſſe propriam & diſtinctam iuxta diſtinctionem familiarum, & domorũ. Et hanc ſententiam firmauimus in Epitom. noſtris ſuper Politicam. Nunc autem quoniam pertractamus de œconomica poſſeſſione ſecundum Chriſtianam religionem, quæ vtique cunctis aliis eſt perfectior, ideo perſcrutandũ eſt, ſi in ea expediens magis eſt prædictam temporalium poſſeſſionem fore communem an propriam. Pro euidentia igitur propoſiti aduerte, quòd Chriſtianus populus in duplici ſtatu conſiderari poteſt, ſcilicet in primo vt fuit tempore Chriſti, & Apoſtolorum, qui fuit ſtatus primitiuæ ſanctę matris eccleſię, & in ſecundo ſtatu qui incepit poſt ſanctos Apoſtolos, & eorum primos ſucceſſores, & cõtinuè deteriorauit vſque ad tempus præſens, & in futurũ peius pronoſticari poſſumus, ſicut & Paulus ſcribens ad Timotheũ epiſtola ſecunda, cap. tertio prędicit dicens, In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, &c.

Cõmunia eſſe omnia bona decuit in primo homiñũ ſtatu.

In primo quidem ſtatu decens erat omnia bona temporalia eſſe communia: quoniam tũc erat Chriſtianis cor vnum, & anima vna in Deo, & diſtribuebatur cuilibet prout opus erat. Et vnuſquiſque communia curabat, ac ſi eſſent propria, erátque totus Chriſtianus populus velut vna familia pacifica conſtãs ex fratribus, & filiis, amabát que alter alterũ ſicut ſeipſum. Hęc viuendi forma exordiũ ſumpſit in antiqua lege à ſanctis Prophetis qui extra turbas ſolitarij viuebãt, inter quos pręcipui fuerunt, Helias, & Heliſęus, vt legimus in lib.4. Regum ca.4. In lege autem noua principium ſumpſit à Ioãne Baptiſta, qui diſcipulos congregabat, vt ſimul viuerent, & baptizabat: poſt Ioannem Chriſtus Saluator eundem modum viuẽdi docuit, & ipſe ſeruauit: poſt Ioannem & Chriſtum, ſucceſſerunt Apoſtoli, poſt Apoſtolos primi ſacrarum religionum inſtitutores, vt in monachali vita, Baſilius apud Græcos, & Benedictus apud Latinos, verũ quia huiuſmodi viuendi forma ſummè difficilis eſt, vtpotè appetitui ſenſitiuo repugnans, quo vnuſquiſque inclinatur, & quęrit acquirere quę ſua ſint, ideo non mirum videri debet, ſi vbique hic modus viuendi in communi, quaſi ex toto defecit, nec niſi cùm ſumma difficultate in religionibus reformatis ſeruari poteſt, ſatiſque imperfectè.

In ſecundo autem ſtatu, in quo omnes declinauerunt, & ſequẽtes auaritiam exiſtimant fortunæ bona eſſe maxima, licet in rei veritate ſint minima, vt docuimus in primo Ethicorum, perniciosa eſſet communis bonorum externorum

ternorum poſſeſſio, quod probatur tripliciter.

Communis poſſeſſio quot mala pareret modo.

Primò, communis poſſeſſio eſſet occaſio, quòd boni & diligentes omni ſtudio laborarent, mali autē & pigri ocio, & inertiæ vacarent: eò quòd eſſent certi ſibi nō deficere neceſſaria vitæ, ſicut nec laborantibus, & tunc immeriti æquales fierent benemeritis, quod eſt penitùs deteſtabile, & hæc eſt cauſa, quòd in religione quā plures ocio vacant, nec curāt exercere ſe practicæ, nec ſpeculatiuę dicētes intra ſe, Quid volo labori, aut ſtudio, aut vigiliis, aut orationibus incumbere, æqualis cibus, & veſtitus paratus eſt operāti, & nō operāti. Vnde melius eſſet neceſſaria vitæ diſtribuere, ſed diſtinctionē meritorum, & non æqualiter, vel ſeruare traditionem Pauli in ſecunda epiſtola ad Theſſ. cap. 3. vbi inquit, Cùm eſſemus apud vos hoc denūciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, non manducet. Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes in quiete, nihil operantes, ſed curioſè agētes. His autem qui huiuſmodi ſunt denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilētio operantes ſuum panem manducent. Vos autē fratres, nolite deficere benefacientes. Quòd ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & nō commiſceamini eum illo, vt confundatur.

Secūdò communis poſſeſſio in hoc tempore cauſaret lites, rixas, furta, bella, homicidia, ergo eſſet penitùs pernitioſa. Patet cōſequentia, antecedens ſic probatur. Videmus quòd ſi duo fratres cōſtituti ſunt hæredes à patre, & eis portionem propriam non aſſignauit, non quieſcunt donec hæreditatem communiter dimiſſam inter ſe diuiſerint, & in diuiſione rariſſimè concordantur: ergo multò minùs quieſcerent ciues totius vniuſ ciuitatis, aut incolæ caſtri, ſi omnium bonorum externorum poſſeſſionem communem haberent, ſed ad manifeſtas violentias ſe conuerterent, rixantes contra ſe inuicem, vt feræ rabidæ. Et quidem quòd hæc communitas pareret iurgium, & rixas, exemplū habemus quaſi à principio mundi poſtquàm peccauit primus homo. Nam Geneſis ca. 13. orta eſt rixa inter paſtores Abraham & paſtores Loth, eò quòd communiter habitarent, & indiſtinctè curarent greges. Quæ autem & quanta rixa orta fuerit inter Iacob & Laban patet Geneſis cap. 29. & 30.

Tertiò ſi diuina ſapientia poſt innocentiæ ſtatū approbaſſet huiuſmodi communitatem, vtique ſuſtentanda foret. Sed oppoſitum habemus in Scriptura ſacra, nam diſpoſuit cum Moſe & Ioſue, vt diuiderent terram promiſſionis per tribus, & cognationes, & familias ſingulas. Vnde Ioſue ca. 1 legimus quòd dixit Dominus ad Ioſue, Cō fortare & eſto robuſtus, Tu enim ſorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis, vt traderē eam illis, & hanc diuiſionem fecerunt Eleazar ſacerdos, & Ioſue, & principes familiarum, vt patet Ioſue cap. 14. Conſtat ergo tibi quòd naturale eſt homini habere poſſeſſionem bonorum temporalium, & quòd expedit poſt innocentiæ ſtatum in quo corruptus eſt, & deprauatus humanus appetitus, huiuſmodi poſſeſſionem non eſſe communem, ſed propriam, & diſtinctam. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT III.

Quòd licet expediat patrifamilias habere poſſeſſiones, & diuitias proprias, non tamen ſunt appetendæ infinitæ, ſed vt ſufficiunt vniuſcuiuſque ſtatui.

IN cap. 3. declarandum eſt vnum in quo delinquit vniuerſaliter hominum genus, ſcilicet quòd poſſeſſio bonorum temporalium, & diuitiæ huius mundi non ſunt appetendæ in infinitum, ſed ſub certo termino, & hìc tria agenda ſunt.

Primò vnde prouenit appetitus habendi poſſeſſiones infinitas, & diuitias.

Secundò quòd hic appetitus eſt malus, & eſt ſecundū rationem corrigendus.

Tertiò quòd hic appetitus reducendus eſt ad certam menſuram.

Quantùm ad primum aduerte, quòd non oportet nos laborare ad declarandum humanum appetitum in poſſeſſionibus, & diuitiis eſſe infinitū. Hoc enim ad ſenſum experimur eſſe verum, Creſcit amor nummi, quantum pecunia creſcit: ſed pecunia creſcit in infinitum, quoniā & nummi creſcunt in infinitum, ergo & amor pecuniæ creſcit in infinitum, vnde dicitur Eccle. cap. 5. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, ſcilicet exceſſiuè, fructum non capiet ex eis, & Prouerb. cap. 28. Infernus & perditio nunquam replentur. Similiter & hominum oculi inſaciabiles Cùm igitur cōſtet hunc appetitum eſſe infinitum, & inſaciabilem, declarandum eſt, vnde prouenit hæc inſaciabilitas. Tu igitur aduerte quòd id prouenit ex duo bus.

Appetitus diuitiarū ineſt homini infinitus ex duabus cauſis.

Primò prouenit ex deprauato appetitu viuendi voluptuoſè abſque menſura, pro cuius notitia aduerte, quòd licet homo naturaliter appetat viuere, & delectabiliter viuere, tamen ſecundum rectam rationem nō debet appetere abſolutè viuere delectabiliter, ſed ſub certa mēſura: quoniam delectatio corporalis, de qua nūc intendimus, non eſt abſolutè bona, vt docuimus in 10. Ethicorum, ſed vſque ad certum gradum. Quoniam igitur homines pro maiori parte appetunt voluptuosè viuere abſque menſura, ideo infinitè, & inſaciabiliter appetūt diuitias, vtpotè media, quibus impleant inordinatas concupiſcētias ſuas. Quæ quidem concupiſcentiæ ſunt, aut circa honorem, & potentiam, vt in ſuperbo, qui appetit infinitè extolli, aut circa gulam, aut circa inhoneſtam venerem, quæ duo inſaciabilia ſunt, & ideo concupiſcentia diuitiarū in ſuperbo & guloſo, & luxurioſo infinita eſt. In auaro aūt huiuſ modi maledicta concupiſcentia deteſtabilis, & monſtruoſa eſt: quoniam diuitiæ quantumcūque magnæ poſſideātur ab auaro, nec ſibi, necaliis proſunt, vnde Seneca ad Lucillum inquit, Deſunt inopiæ multa, auariciæ omnia. In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſſimus. Hinc patet quòd ſolus virtuoſus moderatè, & finitè poſſeſſiones, & diuitias appetit: quoniam nō vult abſolutè delectabiliter viuere, ſed benè viuere. Benè autem viuere eſt ſecundum rectam rationem viuere, ſed recta ratio dictat viuendū eſſe temperatè, delectandum temperatè, appetendos eſſe honores temperatè, ex conſequenti appetēdas eſſe diuitias temperatè, & non infinitè, & quoniam homines virtuoſi ratiſſimi ſunt, ideo benè diximus, quòd homines pro maiori parte ex deprauato appetitu viuendi ſecundum concupiſcentias abſque menſura, deſiderant poſſeſſiones, & diuitias in infinitum.

Pecuniæ cur homines vt finē affectent.

Secundò id prouenit ex falſa æſtimatione finis, pro cuius notitia aduerte duo. Primò quòd alio modo appetendus eſt finis, & alio media ad finē, finis enim abſolutè deſideratur, & quantò perfectior habetur tantò carior deſideranti. Verbi gratia, Infirmus & medicus deſiderāt ſanitatem, & quantò perfectius ſanatur, tantò cariùs eſt infirmo, & medico, & ſi poſſet infirmus ſanitatem æternam & indeficientem recipere, & medicus arte ſua cauſare, infirmus ſe in ſeruum traderet medico, ea autem quæ ſunt ad finem non abſolutè deſiderantur, ſed pro quanto conducunt ad finem, & non vltrà. Verbi gratia, Medicus admonet infirmum non poſſe ſanari, ſine flebotomia, infirmus aſſentit, ſed cum menſura: quoniam non intendit medicus, nec infirmus aſſentit flebotomiæ, niſi pro tanta ſanguinis quantitate, quanta expediens iudicatur, conſiderata infirmitate, ætate, cōplexione, & dietatione infirmi.

Secūdò aduertat quòd homines pro maiori parte æſtimant diuitias, vt finem, & non vt media ad finem. Vnde dicunt beatum eſſe opulentum, & benè fortunatum. Ad hanc autem falſam æſtimationem deueniunt ex eo quòd vident pecuniæ obedire omnia: nam per eam homo ſibi cōparat honores, principatus, & dominia, per eā deuincit hoſtes, per eam veſtitur ſplendidè, per eam conciliat ſibi quos vult amicos, per eam guloſus, & venereus indulget abſque fræno cuicunque obſcœnæ libidini & voluptati. Hæc igitur aduertentes homines mundi huius inferioris amatores exiſtimant diuitias ſuum vltimum finem: ideo eas appetunt vt finem, ex conſequenti abſolutè & ſine menſura, cuius ſignum eſt, quòd eas præponunt ſcientię, & ſapientiæ, & amicitiæ, charitati parentum, & fratrum, & in ſumma nil eis carius videtur. Qui igitur ſoli virtuoſi, & veri Chriſti fideles, qui ratiſſimi ſunt æſtimāt diuitias, vt media ad finem, & non vt finem: ideo ipſi tantùm finitè, & ſub certo termino appetunt eas, cæteri verò quorum numerus eſt infinitus appetunt infinitè. Conſtat igitur tibi vnde prouenit appetitus ſine termino habendi poſſeſſiones, & diuitias.

Appetitus diuitiarum infinitus ſemper malus & deteſtabilis eſt.

Quantùm ad ſecundum probandum eſt hunc appetitū eſſe malum, & quòd eſt ſecundum rectam rationem corrigendus. Tu igitur aduerte illud eſſe malum, ex quo per

ſe, &

se,& vt in pluribus proueniunt mala. Sed ex appetitu habendi diuitias in infinitum, qualem habent diuites,& desiderantes ditari,quot mala proueniant experientia testis est, & sacra Scriptura commemorat.Dicitur Eccles.capit. 10. Quid superbis terra & cinis? Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam vænalem habet,ideſt,pro pecunia vendet animam suam committendo quodcunque scelus.Dicit Christus Marci capitu.10.Filioli quàm difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire,faciliùs est camelis per foramen acus trâsire,quã diuitem intrare in regnũ Dei. Ergo inordinatus diuitiarũ appetitus, obstaculum ponit æternæ saluti, quod est malũ pessimum.Dicit Paulus primæ ad Timotheum c.6.Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli,& in desideria multa & nociua,quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide,& inseruerũt se doloribus multis. Quot autem mala ob insatiabiles diuitiarum cupidines committantur, docuimus in Philosophia Morali Platonica,& nunc addimus dictum Ciceronis in lib 1.de Finibus Bonorum & Malorum:inquit enim, Cupiditates sunt insaciabiles, quæ nõ modò singulos homines, sed vniuersas familias euertunt, totam etiam labefactant sæpe Rempub. Ex cupiditatibus odia,diſſidia,discordiæ,seditiones,bella nascũtur, nec hæ sese foris solùm iactant, nec tantùm in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant, ex quo vitam amarissimam necesse est effici. Constat igitur tibi quàm malus sit infinitus,& insaciabilis appetitus habendi possessiones & diuitias, & ideò secundum rationem rectam corrigendus est.

Diuitias appetendi debita mẽsura.

Quãtùm ad tertiũ aduerte,quòd cùm sit malus,& inordinatus appetitus habẽdi possessiones,& diuitias sine termino,oportet patremfamiliàs, & Oeconomũ regulare in seipso huiusmodi appetitum, & ad certam mensuram reducere,aliter nunquàm virtuosè,& laudabiliter familiam suam reget,nec domum, & hæreditatem posteris suis firmare poterit,& id quidem multiplici ratione demonstrãdum est.

Primò sic, Sicut se habet natura ad prouidendum de congruo nutrimento animalibus, & homini in prima generatione,& educatione statim post natiuitatem vsque ad certum tempus, sic se habere debet paterfamiliàs in prouidendo de necessariis vitæ toti familiæ. Patet similitudo,quoniam vt docuimus in 2.libr.Physicorum,ars imitatur naturam inquantùm potest,neque enim in opere naturæ inuenitur error: sed natura non parat nutrimentum infinitum,sed quantùm sufficit animali ante natiuitatẽm, & post natiuitatem vsque ad certum tempus. Verbi gratia,Videmus in animalibus ouantibus, naturam parare in ouo tantum de albo quantum sufficit, vt ex eo,vt ex materia generetur pullus,& tantum de rubeo quantum sufficit pro nutrimento pulli ante exitum ex ouo. Videmus in animalibus parturientibus,& in homine naturam præparare tantum de lacte pro nutriendo fœtu, quantum sufficit donec solidiori cibo nutriri potest.Si ergo natura non abundat in superfluis,nec deficit in necessariis,sed sub certa mẽsura cuncta peragit, debet & paterfamiliàs sic ordinare appetitũ in acquirẽdo possessiones,& diuitias, quòd non tendat in infinitum, sed sub certa mensura, scilicet, quãtum sufficit familię iuxta statum, & qualitatem suam, & illic sistere,sicut & natura sistit.

Secundò sic,Non decet artem regitiuam domus esse deterioris conditionis quàm quãcũque aliam artem humanam:quoniam versatur circa nobilius obiectum, quod est homo,sed quælibet alia ars,sub certo numero, & mẽsura, & non infinitè quærit, & parat sibi ea quæ sunt ad finem proprium consequendum. Verbi gratia, Ars fabrilis non quærit instrumenta pro fabricando gladio, nisi quæ sibi oportuna sunt, ergo nec ars regitiua domus quærere debet possessiones, & diuitias quæ sunt vt media ad conseruandam familiam nisi sub certo termino.

Tertiò sic,Appetitus habendi diuitias infinitas,generat animũ auarũ.Auarus autem non rectè,& sufficienter prouidet familiæ, quoniam auari hæc est proprietas, Excedit in appetendo,in acquirendo,in retinendo diuitias,sed deficit in tribuendo, & dispensando, vt ergo paterfamiliàs seruet animum liberalem, & familiam debitè regat,appetat diuitias sub mensura.

Quartò sic, Si bonum esset appetere & possidere diuitias sine mensura non dixisset Salomon Prouerb. capit.30. Duo rogaui te Domine, ne deneges mihi antequam moriar, vanitatem,& mẽdacia longè fac à me.Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria,ne fortè saciatus illiciar ad negandum te,& dicã, Quis est Dominus?aut egestare compulsus furer,& periurem nomen Dei mei: nec dixisset Paulus primæ ad Timotheum capi.6. Nihil intulimus in hunc mundum,haud dubium,quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta,& quibus tegamur his contenti simus: nec diceret Diuus Gregorius in lib.2.Moralium,Magna est securitas cordis,nil habere concupiscentiæ secularis, nam si ad terrena concupiscenda cor inhiat,securum tranquillũque esse nullatenùs potest.Quia aut non habita concupiscit,vt habeat, aut adepta metuit ne amittat, & dum in aduersis sperat prospera,in prosperis formidat aduersa,huc illúcque quasi quibusdam fluctibus voluitur,ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Constat igitur quomodo oporteat patremfamiliàs regulare appetitum suũ in habendis acquirẽdisque possessionibus,& diuitiis vsque ad certum terminum, & non tendere in infinitum.Hæc de præsenti cap.dicta sint.

CAPVT IIII.

Quot modis paterfamiliàs acquirere potest bona exteriora,quibus prouideat familiæ, & domui quò ad necessaria vitæ.

POstquàm declaratũ est à nobis quòd naturale est homini possidere, & acquirere aliqua bona exteriora pro sustentanda familia,nũc supereſt inuestigare quot modis vniuersalibus potest paterfamiliàs acquirere, & possidere aliqua bona,quibus prouideat sibi, & familiæ in necessariis vitæ.Et hîc duo agenda sunt. Primò manifestabitur qui & quot sint isti modi.Secundò qui ex istis sint liciti,& qui illiciti.

Possessiones acquirendi varij extant hominum apud diuersos modi,& quãnam sint.

Quantùm ad primum aduerte, quòd sicut in brutis varij sunt modi viuendi,& se nutriẽdi, sic & in humana specie. Videmus autem ad sensum quædam animalia nutriri ex terra putrefacta,sicut & ex ea genita sunt,vt vermes,& serpentes,& huic attestatur sacra Genesis, c.3. Dixit enim Deus serpenti decipienti Euam, Quia fecisti hoc, id est, decepisti mulierem,maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ:super pectus tuum gradieris,& terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Quædam ex foliis & herbis,vt brucus,locusta,lepus, cuniculus, bos, equus,asinus, &c.& de hoc loquitur Dauid in Psalmo, Rigans montes de superioribus suis,de fructu operum tuorum saciabitur terra. Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum,id est,producens fœnum, & herbam escam iumentis vt ipsa iumenta seruiant homini, vt domino omnium inferiorum.Quædam autem viuũt ex fructibus absque congregatione vt aues. Quædam ex congregatione, vt formicæ,de quibus inquit Salomon Prouerb.cap.6.Vade piger ad formicam, & considera vias eius, & disce sapientiam.Quæ cùm nõ habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.Quædam autẽ ex rapina, vt miluus, falco,accipiter,leo,vrsus, lupus, canis, &c. De his inquit Isaias cap.56.Omnes bestiæ agri, venite ad deuorandum, omnes bestiæ saltus. Sic & in latitudine humanæ naturæ varij sunt modi viuendi, & in summa vniuersaliores reducuntur ad quinque: nam aliqui parant sibi necessaria vitæ ex pascuis,& sunt illi qui ex agris,ex vineis, ex arboribus fructiferis, ex animalibus domesticis, vt ex capris, ouibus,bubalis, bobus, & vaccis,& ex auibus, vt galinis, & columbis,acquirunt sibi cibum & vestitum, isti dicuntur viuere vita pascuali. Alij parant sibi necessaria vitæ ex venatione animalium syluestriũ quæ apta sunt nutrimento humano siue sint terrestria, vt lepores, cuniculi, cerui, siue volatilia,vt coturnices,palumbi,perdices, passeres,fasiani,&c. Isti dicuntur viuere vita venatiua.Alij parant sibi necessaria vitæ ex piscatione animalium aquaticorum, quales sunt pisces fluminum & maris, cancri,ostreæ,conchiliæ, &c. Isti dicuntur viuere vita piscatiua.Alij parant sibi necessariã vitæ ex præda,& furto, & violenta rapina, vt pyratæ in mari,fures in terra, aggressores in montibus, & syluis. Isti dicuntur viuere vita prædatiua siue furtiua. Alij parant sibi necessaria vitæ ex commutatione rerum non comestibilium in res comestibiles,vt qui commutant sua artificiata,putà vasa lapidea,aut terrea,aut lignea, aut

ex metallo,in frumentum, vinum,pannum,oleum, sal,&c. aut commutant nummos in cibos, & vestitum , & reliqua oportuna,& isti dicuntur viuere vita commutatiua , & est vniuersalior , ac magis in vsu per emptionem, & venditionem. Sed aduerte, quòd isti modi aliquando sunt simplices , aliquando complicati : nam aliqui viuunt solùm ex pascuis,aliqui partim ex pascuis,partim ex venatione,aliqui solùm ex piscatione aliqui partim ex venatione partim ex piscatione,& sic intellige de reliquis. Constat igitur tibi quòd sunt quinque vniuersaliores modi viuendi in humana specie.

Pastoralis vita maximè conuenit hominum generi.

Quantùm ad secundum aduerte,quòd vita pascualis est maximè licita & naturalis hominum generi. Author enim naturæ ordinauit hæc in vsum humanum , & sapientissimè: quoniam ex ordine quem videmus in Vniuerso semper imperfectiora ordinantur in cibum , & conseruationem perfectiorum.Verbi gratia,Terra,aqua, aër,quæ sunt inanimata ordinantur in nutrimentum arborum , & aliorum vegetabilium, quæ perfectiora sunt, vtpotè animata. Vegetabilia autem ordinantur in nutrimentum animaliũ quoniam perfectiora sunt: viuunt enim animalia anima vegetatiua & sensitiua,vegetabilia autem sunt animata nõ sensitiua. Animalia verò ordinantur in nutrimentum hominis,vtpotè nobilioris,viuit enim vita vegetatiua,& sensitiua,& intellectuali. Licitè ergo homo sumit necessaria vitæ ex terra , & ex animalibus , & hanc vitam assignauit Deus ipsi Adam à principio mundi, scilicet quòd nutriretur ex genitis ex terra,vt legimus Genesis c.1. &c.3.Quòd autem dederit homini in cibum animalia terrestria,& volatilia,& aquatica,patet Genesis ca. 9. Et hac vita pascuali viuebant homines in prima mundi ætate, quam Antiqui appellarunt auream.

Venaticia & piscatoria hominibus licita sunt.

Vita venaticia & piscatoria sunt ex se licitæ: quoniam, vt legimus Genesis c.9.homo cõstitutus est dominus omnium animalium, & aquaticorum , & tradidit ea in manu sua sicut olera virentia,ergo non solùm licet homini parare sibi cibum ex animalibus domesticis, sed etiam syluestribus & aquaticis:non potest autem ea conuertere in vsum suum nisi per venationem , & piscationem deueniant ad manum suam , licita est ergo vita venaticia & piscatoria,& confirmatur,Si non licerent,Isaac non dilexisset cibos ex venatione, cuius oppositum habemus Genes.ca.27. nec Saluator,& Apostoli vixissent quàm sæpè ex piscatione,nec Petrus post resurrectionem reuersus fuisset ad piscationem,cuius oppositum habemus Ioannis c.21.

Vita furtiua nulli licita.

Vita furtiua est ex sui natura illicita: quoniam quilibet viuere debet de proprio , & non de alieno , nec iniuria & detrimentum facienda sunt proximo : quoniam repugnat primo præcepto , Diliges proximum tuum sicut teipsum. Præterea , speciale præceptum datum est in lege Decalogi, Non furtum facies. Præterea , in tota antiqua lege replicatur prohibitio furti , & ne fortè dicas Christianum non obligari antiquæ legi,dixit Seruator Matt.ca.19.Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata.Constat igitur vitam furtiuam esse penitùs illicitam apud diuinam & Christianam legem,& apud Gentes sub lege viuentes. Vnde pœna furti est mors secundum ciuiles leges.

Cõmutandi exercitium aliquãdo licitum,aliquando illicitũ est.

Vita commutatiua abstrahit à licito,& illicito : quoniã vt declarabimus , aliqua commutationis species est licita, & aliqua illicita,& detestabilis apud omnes Gentes ex solo dictamine rationis , & non tantùm ex diuinæ legis dispositione. Constat igitur tibi quot sint vniuersaliores vitæ humanæ, & quæ ex eis sit licita, & quæ illicita. Hæc de præsenti cap.dicta sint.

CAPVT V.

Quot sint commutationum genera communiter vsitata in omni Gente viuente sub lege, & præcipuè in Christiana Repub.

IN c.præcedenti docuimus quæ vita ex quinque numeratis sit licita,& quæ illicita,& diximus vitam commutatiuã abstrahi ab illicita,& licita,vt igitur scias quæ cõmutatio sit licita,& quæ nõ,hic duo agẽda sunt.Primò declarabitur quę fuit necessitas introducẽdi in humana vita cõmutationes.Secũdò quot sint vniuersaliora cõmutationum genera vsitata de præsenti in regimine humanæ vitæ.

Commutationũ vsus cur necessarius fuerit.

Quantùm ad primum aduerte , quòd necessitas cõmutationũ,putà cambij,præstiti, emptionis, venditionis, &c. prouenit ex eo quòd dantur in humana vita diuersæ communitates,quarum prima est communitas domus , vt docuimus in primo Trac secunda vici,tertia ciuitatis , quarta prouinciæ,quinta regni,sexta diuersarum prouinciarũ, & diuersorum regnorum:nam vt docuimus in Politicis si nõ esset alia hominũ cõmunitas quàm cõmunitas domus, nulla esset necessaria commutatio. In cõmunitatem enim domus dominatur paterfamiliàs , ad quem spectat prouidere de necessariis vitæ per se vel per procuratores omnibus existentibus in domo : ergo si fieret aliqua cõmutatio fieret à patrefamiliàs.Tunc vltra,Ista commutatio aut fieret inter patremfamiliàs,& ipsummet,aut inter patremfamiliàs,& alium patrẽfamiliàs.Non primum, quia eiusdem ad seipsum nulla est commutatio.Stultum enim est dicere quòd Sortes emit à seipso , vel vendit sibiipsi. Non secundum,quia iam supponitur non esse aliam communitatem à cõmunitate domus. Sed si commutatio fieret inter patrẽfamiliàs, & alium patrẽfamiliàs , darentur plures domus, ex pluribus autẽ domibus cõstituitur cõmunitas alia, putà vici,aut villæ,aut castri. Modò autem supponimus dari solam cõmunitatẽ domus , ergo constat quòd nulla cõmutatio rerum inter homines esset necessaria.Verum quia dantur diuersæ cõmunitates,necesse fuit introducere cõmutationes: neque enim omnia necessaria vitæ inueniuntur in vna domo,nec in vno vico tantũ nec in vna ciuitate tantùm,&c.& ideo est necesse quòd non est in vna domo habere per cõmutationẽ in vico , & quod non est in vico habere per cõmutationem in ciuitate , &c. Hinc instituta sunt commercia,nundinæ,& transuectiones in mari & terra,& emptiones,& venditiones , vt quod non habetur in vna regione,traducatur ex alia,vt etiam docuimus in Politicis. Et aduerte , quòd huiusmodi commutationes præcipuè emptio & venditio fuerunt in vsu quasi à principio mundi,& non solùm rerum , sed etiam terræ,& agrorum. Nam legimus Genesis.c. 23.quòd Abrahã emit ab Ephron agrum,& spelũcam pro sepeliendaSarra , & dicit Saluator Lucæ ca.17.quòd in diebus Loth homines vendebant, & emebant,& legimus Genesis cap 37.Ioseph venditum à fratribus,Hismaelitis mercatoribus portantibus aromata in Aegypto , & c.42.filij Iacob descenderunt in Aegyptum,vt emerent frumentum,Ex quo sequitur quòd sicut est naturale homini acquirere sibi bona temporalia ex industria,& ingenio,sic & cõmutare. Quæ autem naturalia sunt,semper fuerunt,sunt,& erunt stante hominum generatione.Patet igitur tibi quæ fuerit necessitas introducẽdi inter homines diuersas rerum commutationes.

Commutationum genera tria sunt.

Quantùm ad secundum aduerte , quòd cõmutationum genera vniuersaliter sunt tria, nec facile est inuenire quartum,nec pauciora sufficerẽt humanæ indigentiæ. Primum est quando cõmutatur res in rem , vt frumẽtum in vinum. Secundũ est quando cõmutatur res in pecuniam aut ecõuersò. Tertium est quando commutatur pecunia in pecuniam vt aurea in argenteam aut econuersò,vel pecunia vnius patriæ in pecuniam alterius patriæ. Sufficientia autem & necessitas prædictorum trium generum commutationum est hæc,Si daretur vltra cõmunitatem domus sola communitas vici,aut villæ,aut castri,aut ciuitatis,sufficeret solũ primum genus : nam si vna domus habet frumentum,& non vinũ,& alia haberet vinum, sed non frumentũ potest paterfamiliàs vnius domus commutare cum patrefamiliàs alterius domus, frumentum in vinum & ecõuersò.Et hoc modo viuebant antiquitùs ,& commutationes faciebant homines in sua simplicitate viuentes,& emptiones ac venditiones faciebant ad inuicem , vtebatur enim emens re loco pecuniæ , & vendens recipiebat rem vice pecuniæ.Vnde in Scriptura sacra hoc genus emptionis inuenimus,vt in Genesis cap.47.Ioseph emit omnem terram Aegypti vendentibus Aegyptiis singulis possessiones suas & pro pretio accipientibus frumentum præ magnitudine famis,& vt legimusGenes.cap.23.Iacob emit à filiis Emor patris Sichem agrum pro centũ nouellis ouibus,& fuit in possessionem filiorum Ioseph.Verùm quia vltra communitatem vici,& castri,& ciuitatis,datur cõmunitas vnius regni,& vnius prouinciæ, vbi ciuitates , & castra aliquando multũ distant ab inuicẽ, & summa difficultas esset deferre res magnæ quantitatis,& magni ponderis, & rẽ in rem commutare,ideo inuenta est pecunia argenti, & auri,quæ nec multùm occupat , nec est magni ponderis, & multùm valet ex sua pretiositate,vt commutaretur in res, & res in pecuniam,& hæc fuit necessitas, & ratio inueniendi secũdum genus cõmutationũ quòd maximè deseruit non solũ in toto vno regno,aut prouincia , sed etiã in eodem vico,

& eadem villa, & eodem caſtro, & longè amplius in vna ciuitate. Rude nanque & valdè tædioſum foret ſi quis volés emere vnciám piperis, deberet ſecum deferre pretium in re, putà in 10. panibus. Reſponderet enim venditor, Non indigeo pane, vade in pace. Pecunia ergo ſiue propè, ſiue longè facilitat omnem emptionem, & véditionem, & quo niam diuina bonitas homini nunquam defuit in oportunis ad vitam, credibile eſt, quòd à principio mundi fabricata fuerit moneta publica, per quam omnis iuſta emptio, & venditio fieri poſſet, quicquid imaginati fuerint Scriptores Gentilium, & præcipuè Ariſtot. in primo Politicorum, cuius ſententiam reſoluimus in Epito. noſtris ſuper Politicam. Verùm quia Chriſti fideles, quibus nunc diſponimus hanc noſtram Oeconomicam, magis aſſentire debent ſacræ Scripturæ quàm cuicunque alteri, ideo manifeſtabimus, quòd poſt diluuium patet emptionem, & véditionem per pecuniam fuiſſe in vſu. Nam Geneſis c. 11. habemus quòd Abraham deſcendit per generationes à Sem filio Noë, & fuit nonus in generationibus ordinatis, vt patet hîc, Sem filius Noë, genuit Arphaſat, qui genuit Sale, qui genuit Heber, à quo Hebræi, qui genuit Phalech, qui genuit Reu, qui genuit Saruch, qui genuit Nachor, qui genuit Thare, qui genuit Abraham, Abraham autem, vt patet Gene. c. 23. emit agrum, & ſpeluncam in qua ſepeliuit Sarram ab Ephron quadringentis ſiclis argenti probatæ monetæ publicæ. Et Gene. c. 43. filij Iacob deſcenderunt in Aegyptum, vt emerent frumentum ſecum deferentes pecuniá, vltra dona quæ illic numerantur, vt pro pecunia emerent, & propter dona placarent Ioſeph quem non cognouerant. Conſtat igitur tibi ſecundum genus vnde proceſſerit, quæ fuit ratio ac neceſſitas introducendi ipſum.

Sed quia vltra cómunitatem vnius regni, & vnius prouinciæ datur cómunitas diuerſorú regnorú, & prouinciarum per cómercia, eò quòd in diſtinctis regnis, diſtinctæ res ſingulariter inueniuntur ex vario ſyderum influxu, & aſpectu, putà in Arabia generantur aromata, ſed non frumentum. In Aegypto autem econuersò generatur frumétum, ſed non aromata, & vnumquodque regnum fabricat propriam pecuniam, quæ ex inſtituto principum expenditur in toto illo regno, & extranea, aut non expenditur, aut eſt minoris valoris: ideo fuit neceſſe introducere tertium genus commutando pecuniá vnius regionis in pecuniam alterius, ne mercatores detrimentum ſuſtinerent. Conſtat igitur tibi quomodo tria prædicta commutationum genera ſufficiunt, & non pauciora. Et quæ fuit neceſſitas inueniendi pecuniam, & introducendi eius vſum, & de eodem ſatis diximus in 1. Politicorum. Vide in Epitom. noſtris ſuper Politicam Ariſt. in lib. 1. Tract. 3. c. 1. Hæc de præſenti cadicta ſint.

CAPVT VI.

Quot modis paterfamiliàs poteſt acquirere pecuniam, & qui ex illis ſit licitus, & qui non.

IN c. præcedéti aſſignauimus tria genera cómutationú, ex quibus conſtat duo prima eſſe licita, ſeruata æqualitate, & proportione ſecúdú valoré inter rem & ré, aut inter rem, & pretium rei, ſicut docúimus in 5. Ethic. agentes de iuſto cómutatiuo. Tertium autem genus abſtrahit à licito, & illicito. Quod vt ſciat paterfamiliàs manifeſtabimus vſitatos modos, quibus poteſt pecunia acquiri, deinde declarabimus qui ſint liciti, & qui non. Poſtremò aſſignabimus, propter quid debet paterfamiliàs abſtinere ſe à modis illicitis acquirendi bona temporalia, & præcipuè per fœnus ſiue vſuram.

Pecunias acquirendi ſeptem ſunt viæ.

Quantùm ad primum aduerte, quòd famoſiores viæ acquirendi pecuniam apud moralem ſunt ſeptem.

Prima dicitur poſſeſſoria.
Secunda mercatiua.
Tertia mercenaria.
Quarta artificialis.
Quinta experimentalis.
Sexta fœneraria.
Septima cambiatiua.

Pecunias acquirere via poſſeſſoria quomodo homini naturale fuerit.

Via poſſeſſoria paterfamiliàs acquirit pecuniam, quando agrum, aut vineam, aut domum, aut animalia domeſtica, aut prædictorum fructus vendit, & pretium accipit nõ in alia re quàm in pecunia. Hæc via poſſeſſoria apud morales naturalis dicitur: quoniam ex rebus, & fructibus naturalibus, ſiue ſit ipſa terra, ſiue fructus terræ, ſiue fructus animalium domeſticorum, huiuſmodi pecunia prouenit, & aduerte, quòd ad viam poſſeſſoriam reducitur via venatiua, & piſcatiua, nam ſicut eſt in poteſtate patrisfamiliàs cõuertere in pecuniam animalia ſua domeſtica, & eorum fructus, ſic poteſt conuertere animalia ſylueſtria quæ per venationem ad ſuam poteſtatem deuenerint. Idem intellige de aquaticis. Sunt enim venalia, ſicut & domeſtica. Hæc via acquirendi pecuniam, antiquiſſimo tempore fuit in vſu, & leges dantur de ea, ne fiat iniuſtitia inter venden tes, & ementes, quas leges vide ad placitum, Leuitici c. 25. Inter quas hæc eſt prima, Quando vendes quippiam conciui tuo vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, &c.

Mercatura exercitium quot & quibus modus fiat.

Via mercatiua paterfamiliàs acquirit pecuniam cõuertendo per emptionem pecuniam in merces, & per venditionem merces in pecuniam, & hæc quidẽ via in tres partes diuiditur, ſcilicet in nauigatiuam, & eſt quando mercatura fit in aquis, vt in fluminibus, & mari, in deductiuam iumentalem, & eſt quando terra deducuntur merces dorſo iumentorum, aut plauſtro ſiue curru tracto à iumentis in aſſiſtricem, & eſt quando quis conſiſtens in ciuitate emit vendibilia, & ea iterum vendit in eadem ciuitate, vel locis circumuicinis, vt exercentes artem qua venduntur, & emuntur comeſtibilia, & quæ ad corporis veſtitum & ornatum ſpectant, quam quidem mercaturam negociationem, aut traficum appellare conſueuerunt vulgares, nos autem appellamus mercaturam domeſticam: quoniam ſolùm in ciuitate, & locis circũuicinis exercetur. Via hæc in vſu fuit antiquiſſimo tempore in ſacra Scriptura, nam de mercatura terreſtri ſuper camelos habemus Gene. cap. 37. quòd fratres Ioſeph viderunt Hiſmaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Aegyptum. De mercatura autem aquatica, & maritima habemus in 3. lib. Reg. cap. 10. quòd claſſis regis Salomonis per mare cum claſſe Hirã ſemel per tres annos ibat in Tharſis deferens inde aurum, & argentum, & dentes Elephantorum, & ſimias, & pauos. De mercatura autem per aſſiſtentiam non eſt dubitandum quin in omni ciuitate antiquiſſimo vſu fuerit, cuius ſignum eſt quòd in diuerſis vicis diuerſa ordinantur vænalia, & certi dies deputantur inquibus celebrantur mercatus, & forum.

Pecuniæ lucrum ex mercenaria.

Via mercenaria, ſiue conducticia acquiritur pecunia, quando quis pro tanta mercede vendit laborem, & operas ſuas, ſiue diurnas, ſiue menſales, ſiue annuales, à quibus denominatur ſeruus conducticius, & hac via pauperes cõmuniter acquirunt ſibi pecuniam, qua ſeipſos & familiam ſi quam habent ſuſtentare conſueuerunt. Hæc via in Scriptura ſacra notiſſima eſt, & de ea intelligitur illud Pſalmi, Labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit.

Pecunia quomodo arte acquiratur.

Via artificiali acquiritur pecunia, quando quis per artẽ ſuam aliqua exercet propter quæ pecuniam lucratur, & tales ſunt ędificatores, fabri, milites, Doctores, Medici. Licet enim principalis finis militis ſit victoria, & Doctoris doctrina, & Medici ſanitas, ſecundarius tamẽ eſt præmiũ, quod præcipuè quæritur per pecuniam. Hæc via notiſſima eſt in omni Gente tam fideli quàm infideli.

Pecunia quomodo acquiratur experimento.

Via experimentali acquiritur pecunia, quando paterfamiliàs nouit aliquorum particularia geſta, propter quæ lucrati ſunt multam pecuniam, & conatur imitari eos ſimiliter agendo. Verbi gratia, Recitat Ariſt. in primo Politic. quomodo Thales Mileſius pecuniam multam acquiſiuit ex eo quòd emit oleum vnius anni, deinde ipſe ſolus vendidit. Recitat de quodã Siculo emente totum ferrum extractum ex mineris deinde ſolus vendidit. Hæc exempla vide in Epito. noſtris ſuper Politicam in primo libro, Tract. 3. cap. 4. In Scriptura ſacra habemus Geneſis capi. 30. exemplum Iacob, qui multiplicare fecit oues maculoſas deponens in canalibus virgas partim decorticatas, vt videre poteris: nonnulli referunt exemplum Ioſeph, Geneſis capi. 41. qui præuidens abundantiam ſeptem annorum, & penuriam ſeptem annorum immediatè ſequentiũ congregauit frumentum ſeptem annorum abundantiæ, & per ſeptem annos pernuriæ vendens congregauit Pharaoni ingentem pecuniam, & demum emit totam terram Aegypti. Sed hoc exemplum non eſt computandum inter humana geſta, quoniam Ioſeph illud præuidit nõ peritia ſyderum, ſed ex diuina ſapientia illuſtratus, ſicut Propheta: vnde dixit Pharao ad Ioſeph, Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid ſapientiorem, & conſimilem tibi inuenire potero.

Pecuniatiua fœneratoria illicita. Via fœneraria acquiritur pecunia quando quis vult ex denariis mutuatis vltra sortem plus accipere, putà si Sortes mutuat Platoni decem ducatos, in termino restitutionis vult à Platone decem pro sorte, & quinque pro lucro. Hæc via notissima est in Scriptura sacra, & Hebræi semper proni fuerunt, & sunt ad illam, licet Deus illam in lege, & per Prophetas suos prohibuerit, vt tibi declarabitur quando inuestigabimus an liceat.

Cãpsoria ars pecuniarum. Via cambiatiua, quam nunc dicimus campsoriam & nũmulariam, quis acquirit pecuniam per modum lucri, quando apud se habet nummos, siue aureos, siue argenteos, qui sunt minoris valoris in regione ad quam profecturus est, & cambiat in nummos maioris pretij pro regione ad quã processurus est, vel est econuersò. Et hæc via in sui principio quasi per accidens inuenta, & vsitata est, vt docuimus in primo Politic. In hac autem ætate, effecta est ars lucratiua valdè ingeniosa, quam difficile est saluare in totum: quomodo sit licita non solùm in lege Christiana, sed & in legibus conditis solo humano lumine, tibi declarabitur infrà. Constat igitur tibi quot sint modi vniuersaliores, & famosiores acquirendi pecuniam.

Pecuniarum lucratiua quæ ratione licita. Quantùm ad secundum aduerte, quòd via lucratiua pecunię quę dicitur possessoria, licita & iusta est remota fraude: quoniam naturalis est, extrahitur enim pecunia ex rebus naturalibus, quæ suppositò, quòd sint in facultate, & dominio possidentis seruata integritate rei, & iusto pretio, iustè commutari possunt in alias res aut in pecuniam quæ rebus omnibus vænalibus, aut emptibilibus correspõdet, & æquipollere potest.

Mercatura quomodo licita. Via pecuniatiua per mercaturam non solùm iusta est ex sui natura, sed etiam summè vtilis, & laudabilis remota fraude, & seruato iusto pretio. Iusta quidem est, quoniam pecunia est mercatori sicut ager. Vnde sicut colendo, & seminando agrum extrahitur fructus ex agro, sic implicando pecuniam in rem vænalem, ex re vænali iustè extrahitur lucrum, consideratis debitis circunstantiis seruandis in arte mercatica, quas in specie considerare, & pertractare non spectat ad præsens propositum. Vtilis verò est, & laudabilis: quoniam mercator est sicut vniuersalis prouisor, per quem habẽtur opportuna vitæ humanæ, quæ pleraunque in propria regione non generantur. Vnde mercatores conducentes terra, & mari à quatuor mundi partibus necessaria vitæ faciunt mundum inferiorem quasi forum vnum. Propterea veri mercatores digni sunt gratiis & fauoribus, sicut etiam veri milites custodientes, & defensantes patriam.

Mercenaria lucratiua quomodo licita. Via mercenaria, & conducticia iusta, & fauorabilis est. Iusta quidem, quoniam nihil est magis in potestate hominis quàm seruitus, & labor, & opera corporis sui & animæ: ergo sicut possidens agrum iustè vendit fructum agri, sic impendens seruitutem & laborem, & operam corporis sui & animæ iustè potest recipere pecuniam pro mercede sua. Tales sunt famuli & ancillæ, operarij mechanici, veri milites, Medici, doctores, Iudices, Tabelliones, &c. fauorabilis quidem est: quoniam inhumanum est mercedem negare, aut non persoluere mercenario. Vnde in Deut. cap. 13. datur hoc præceptum, Non negabis mercedem indigentis & pauperis, & Tobias in cap. 4. idem docuit filium suũ, vt declarauimus in Tractatu precedenti, loquentes de seruo mercenario, & conducto.

Pecunias lucrari ex arte iustissimum est. Via artificialis iustissima est. Sicut enim iustè venditur fructus agri à iusto possessore, & labor à mercenario sic & fructus artificis, fructus autem est ipsum artificiatum: ergo, &c. Et hæc est via non solùm iusta sed etiam imitabilis: nam & Paulus, ne aliquem grauaret laborabat mãnibus, & patres Anachoretæ in Aegypto texebant fixellas, & sportulas eásque vendentes ex earum pretio se sustentabant, & pauperibus eleemosynas tribuebant.

Pecunias lucrari ex perimento quomodo fit licitũ. Via experimentalis licita est, dummodò experimento nõ addatur fraus & fallacia: nam hæc via est ex ingenio, & solertia atque industria, quæ nisi viciatæ fuerint ex humana malicia, non possunt esse causa illiciti: quoniam sunt ab authore naturæ in quo & à quo & per quem nullus prouenit error. Vnde si quis via experimentali congregat diuitias, & pecuniam illicitam, hoc nõ prouenit ex vero, sed falsificato experimento.

Fœneratoria semper illicita. Via autem fœneraria sumpta in suo proprio significato non solùm illicita, sed detestabilis est, non tantùm apud Fideles, sed etiam apud Philosophos, & Gentiles existentes extra fidem. Pro cuius euidentia hìc quatuor agenda sunt. Primò declarabitur quæ sit via verè, & propriè fœneratoria. Secundò quomodo est reprobata apud Philosophos, & Gentiles. Tertiò quomodo reprobatur in lege Christiana. Quartò declarabitur cæcitas Hebræorum.

Quantùm ad primum aduerte, quòd via propriè fœneratoria est quando quis ad tempus, putà ad annum, vel plus dat tantam pecuniam alteri mutuò, & absque iusta implicatione, & sit illa pecunia centum ducati, & intendit ac pactum facit vltra centum ducatos habere decem, siue quinque, siue vnum, quando restituentur, & idem iudicium est si intendit vltra capitale recipere quancunque rem æquialentem tantæ, vel tantæ pecuniæ: nam licet res illa non sit formaliter pecunia, tamen commutari potest in pecuniam, ideo est æquipollenter pecunia, & sic committitur vsura, sicut si reciperetur pecunia. Est igitur fœnus siue vsura, fructus nummi vel vt eius partus inquãtùm nummus est, & non implicatus in rem fructiferam putà in agrum, aut vineam, aut domum, aut iustam mercaturam.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd in Epito. nostris in primo politicorum in Trac. 3. capitulo tertio, declarauimus ex intentione Aristotelis, & omnium rectè sapiẽtium fœnus esse contra naturam, & ex consequenti lucrum huiusmodi est detestabile apud Philosophos verè morales, & tu vide illic.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd in lege Christiana meritò reprobatur ratione, & authoritate diuina. Ratione quidem dupliciter. Prima sumitur ex eo quòd dicitur fœnus quasi fœtus, & partus nummi, intendit enim fœnerator nummum mutuatũ per se, & sine reali implicatione parere, & fructificare pecuniam, vel aliquid commutabile in pecuniam, hoc autem est contra naturam nummi. Pro cuius notitia aduerte, quòd parere, & fructificare conuenit solùm naturalibus, & non artificiatis. Videmus enim granum seminatum parere, & multiplicare seipsum, videmus animalia generare, & multiplicare seipsa: nunquam autem videmus scamnum, nec gladium, nec aliud artificiale multiplicare se per generationem, sed nummus vt patet est quid artificiale, sicut & vas fabricatum ab aurifice, ergo nummus per se & ex se non potest facere nummum, nec aliquid æquipollens nummo, nisi implicetur in re commutabili in nummum, putà ex nummo emendo merces, & ex mercibus extrahere nummos. Lucrum ergo quòd facit fœnerator ex nummo mutuato est contra naturam nummi, quoniam cùm sit ex se sterilis & quid artificiatum, non competit sibi, & ex se fructificare. Omne autem quod est contra naturam velut monstrum abhorrendum est ac detestandum: ergo via fœneratoria meritò detestabilis est in Christiana religione.

Vsura lucrum est contra naturam. Secunda ratio sumitur ex eo quòd dicitur vsura, quasi sit rapina vsus: nam per hanc viam rapitur, & vsurpatur vsus nummi, qui nõ potest rapi, nec vsurpari, & fœnerator vendit vsum nummi mutuati, qui non amplius spectat ad ipsum. Pro cuius notitia aduerte, quòd etsi distinguatur substantia rei, & vsus rei, vt patet in domo, in agro, in veste, in equo, in seruo empticio, tamen in aliquibus nunquã separatur vsus à substantia rei, ita quòd si conceditur vsus conceditur substantia, & econuersò. In aliquibus autem separatur vsus à substantia, quoniam potest concedi vsus retenta rei substantia in dominio patrisfamiliàs, aut alterius qui sit rei dominus. In illis igitur in quibus potest concedi vsus retenta substantia rei, iustè potest accipi pensio pro vsu rei tantùm, quòd seruatur in omni affecto, & emphyteosi. Nã dominus agri, & domus, & vestis & equi, & alterius iumenti, & dominus serui empticij, potest locare habitationem domus, fructificationem agri, equitaturam equi, seruitutem serui, & inde accipere iustam pensionem, non translata rei substantia in dominium alterius. In his autem in quibus vsus est inseparabilis à substantia, non potest accipi certa pensio, nec incerta pro vsu rei tantum, quoniam si conceditur in illis vsus rei, conceditur substantia. Vnde si post concessionem substantiæ cum qua conceditur vsus aliquis intendit pro vsu tantùm habere pensionem, reseruat sibi quod non est suum, & quicquid pro vsu accipit fœneraticium est, inter illa in quibus non separatur vsus rei à substantia rei, numeratur nummus: nam proprius nummi vsus est ipsum expendere, & dare alteri, non potest autem expendi, nec dari nisi detur & concedatur eius substantia, cùm ad talem vsum oporteat

teat ipſam ſubſtantiam alienare. Quia ergo accidens dependet à ſubſtantia,& vſus rei originem ſumit à re,cuiuſcunque eſt vſus nummi, eius eſt & ſubſtantia. Qui ergo vult penſionem accipere de vſu nummi, dicitur committere vſuram,id eſt rapit vſum qui amplius non ſpectat ad ipſum, ſed ad eum cui conceſſa eſt ſubſtantia nummi.Vnde lucrum quod extrahit ex tali vſu eſt contra naturam. Nullus enim poteſt lucrari de alieno, ſed de ſuo. Meritò ergo fœnerator eſt raptor, & deteſtabilis, & odio habendus.Et quidem quòd vſura ſit rapina, & vſurarius mereatur priuari vita, teſtatur Diuus Ambroſius in libr.de Bono Mortis,vbi inquit, Si quis vſuram accipit, rapinam facit,vita non viuet. Quòd autem vſura crudelitas quædam ſit, & turpiſſimum lucrum, teſtatur Chryſoſtomus ſuper Matt.vbi inquit,Nihil vſuris turpius, nihil crudelius,alienas hic negociatur miſerias, & lucrum ſuum alterius aduerſitatem facit. Meritò ergo via fœneratoria reprobatur rationibus prædictis, & confirmatur ex diuina Scriptura. Nam Exodi capit.22.ſic habetur, Si dederis pecuniam mutuo populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor,nec vſuris opprimes,& Leuitici cap.25. Pecuniam tuam non dabis ad vſuram,& Ezechielis cap.18. Qui ad vſuram non accommodauerit, & amplius non acceperit,hic iuſtus eſt, ergo qui oppoſitum fecerit iniuſtus eſt,& c.22.Vſuram & ſuperabundantiam accepiſti, & auarè proximos tuos calumniabaris, meique oblita es, dicit Dominus Deus. Ex quibus liquidò conſtat quantùm diuina lex,& Chriſtiana religio vſurarum voraginem deteſtetur.

Quantùm ad quartum aduerte, quòd ſicut malitia,& inuidia excæcauit Phariſæos, & Sacerdotes ne crederent Chriſto,ſic auaricia excæcat eos,ne aduertant vſuram eſſe lucrum contra naturam,ex conſequenti eſſe iniuſtum non ſolùm,quia prohibitum à Deo in lege, ſed ex ſui natura, nec habent vnde ſe defendant, niſi quòd diſpenſauit cum eis Deus nó quidem,quòd poſſint fœnerari fratribus ſuis ſed alienis,ſcilicet qui non ſunt de populo Hebræo. Dixit enim Deus per Moſem Deute.c.23.Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quālibet aliam rem,ſed alieno,fratri autem tuo abſque vſura id quo indiget commodabis.

Sed hæc defenſio nulla eſt: quod enim eſt contra naturam, eſt ex ſe illicitum & malum, in huiuſmodi autem Deus nunquàm diſpenſat, aliter ageret contra ſapiẽtiam, iuſtitiam, & bonitatem ſuam. Sed vſura, vt probauimus eſt contra naturam, & ex ſe illicita & mala, ergo, &c. Et quòd vſura non ſit licita Iudæis, ſiue mutuent fratri Iudæo,ſiue alieno, putà Chriſtiano, patet etiam de mente Rabi Salomonis, vt videre poteris in expoſitione quam recitat Nicolaus ſuper textum allegatum,Exodi capitulo 22.Nec dictum Deutero.cap.23.ſuffragatur eis, intelligendum eſt enim permiſſiuè, & non conceſſiuè ad duriciam cordis eorum,ſicut dixit Saluator de libello repudij,Matt. c.19.Hæc igitur dicta ſint de iniuſtitia viæ pecuniatiuæ per vſuras.

Cāpſoria quomodo licita, vel illicita ſit.

Via campſoria ſiue nummularia abſtrahit à licita,& non licita: quoniam ſecundùm aliquam partem eſt licita, & ſecundùm aliquam illicita. Pro cuius notitia aduere, quòd per viam campſoriam poteſt fieri lucrum pluribus modis,

Primò ex modo quo à principio inuenta eſt.

Secundò ex modis ſuperadditis, quibus nunc maximè eſt in vſu.Iſti autem modi ſunt tres.

Primò eſt in vſu per modum cambij minuti.

Secundò per modum cambij per literas.

Tertiò per modum cambij,qui nunc eſt in vſu in Romana curia.

Quantùm ad modum quo in principio inuenta eſt, eſt abſolutè licita, nam vt diximus ſuprà, inuenta eſt propter diuerſitatem valoris pecuniæ in diuerſis regionibus. Valor enim pecuniæ inſtituitur in qualibet regione ſecundum Decretum principis,aut cōmunitatis cudentis pecuniam,& vt in pluribus magis valet in regione in qua cuditur quàm in alia,& ſæpè accidit non expendi aliam pecuniam in regione illa ex prohibitione facta à principe,vel dominio,vt accidit apud Venetos: & quoniam contingit homines peregrinari, & negociari in regionibus externis,ideo ex ingenioſa prudentia inuenerunt modum lucrandi ex pecunia pecuniã,per cambium pecuniæ maioris & minoris valoris pro diuerſa regione.Et hic modus ideo licitus eſt,quia fit ſine detrimento vtriuſque partis,vt experiuntur qui huiuſmodi artem exercent. Quòd ſi totus mundus monarcham haberet, cuius authoritate & decreto idem eſſet valor cuiuſlibet ſpeciei pecuniæ in omni regione ſibi ſubiecta,modus prædictus campſoriæ non eſſet in vſu:quoniam ceſſaret ratio,propter quam primo inuenta eſt. Conſtat igitur tibi quomodo prima campſoria inuenta ex diuerſitate valoris pecuniæ licita eſt.

Cambium minutum parũ laudabile eſt.

Quantùm ad primum modum, quod nunc eſt in vſu, & dicitur cambium minutum, licet non ſit expreſsè licita, tamen non eſt laudabilis: quoniam etſi in campſore non arguit iniuſtitiam modo quo declarabitur, arguit tamen auariciam,& tenacitatem.Pro cuius notitia aduerte,quòd cambium minutum appellatur quando trapezita cambiat ſibi ducatum vnum auri in monetam expendendam in eadem ciuitate vel econuersò, & moneta æquiualet ducato & econuerſò,& tamen ſupra æquiualentiam vult ſolidum vnum aut duos, & hoc eſt notiſſimum in quotidiano vſu. Hoc igitur dicitur cambium minutum.Quod quidem poteſt eſſe illicitum, vt ſi campſor intendat ducatum cambiatum parere vnum ſolidum,vel moneta cambiata in ducatum, parere vnum vel duos ſolidos ſupra valorem ducati,nam hæc eſt vſura,vt patet ex ſuprà dictis,licitum autem erit, ſi campſor qui artem illam exercet ad vniuerſalem vtilitatem,ſolidum illum,vel plures accipit,pro labore, pro miniſtris deſeruientibus, pro locatione domus in qua artem hanc exercet pro vniuerſali vtilitate. Omnis enim labor optat præmium. Tu tamen aduerte, quòd in huiuſmodi cambio multipliciter committi poteſt iniuſtitia ex auaricia, & malicia campſorum,p utà ſi immiſcet aliquam pecuniam falſam,aut inciſam,aut diminutam,aut inexpendibilem, vt contingit per Bandum, aut ſi plus accipit ratione cambij quàm debeat accipere.Quantùm autem ſit licitum accipere,non poteſt dari certa regula, quæ teneat pro omni tempore & in omni loco.Debet enim variari prout variantur labores,expenſæ,& ſalaria miniſtrātium, & multa alia, quæ quotidie experiuntur campſores.

Cambium per literas quod ſit, & quomodo dolcitum.

Quantùm ad ſecundum modum dicitur cambium per literas.Verbi gratia,Socrates exiſtens Romæ dat campſori decé ducatos,quos faciat per literas ſibi reſtitui Venetiis. Sed ſi Romæ dat campſori decem, non reſtituuntur ſibi Venetiis niſi nouem cum dimidio, & ſi campſor lucratur ex decem ducatis medium ducatum,aduerte,quòd talis modus poteſt eſſe illicitus, & licitus. Illicitus quidem erit, ſi campſor intendat pecuniam lucrari pecuniam vel vendere ducatos nouem cum dimidio pro decem. Hoc manifeſtè eſt illicitum: quoniam pecunia per ſe pecuniam non acquirit niſi fœneraticiè, & præterea pecunia, vt pecunia inuendibilis eſt, ergo, &c. Dico Vt pecunia: quoniam ratione materiæ, ſicut & aliud aurum, aut argentum vendibilis eſt, quomodo venditur ad pondus moneta inciſa aut fracta,ſed tunc non eſt moneta niſi materialiter,ſicut ſcutella ærea fracta non eſt ſcutella niſi materialiter.Licitus autem erit ſi campſoris intentio feratur ſuper periculum cui ſubiicitur campſor in miſſione pecuniæ de loco ad locum, in quo fit correſpondentia. Item ſi feratur eius intentio ſuper ſalaria, & expẽſas quas facit in miniſtris, & affícto domus, & in aliis tali arti,aut officio neceſſariis.Neque enim obligatur fruſtrà ponere operas, & laborem proprium pro non ſua, ſed aliorum vtilitate.Sæpè etiam contingit quòd decem ducati in vno loco, non valent niſi nouem cum dimidio in alio, & eo caſu conſtat, quòd prædictus modus eſt omninò licitus.

Cambium communiter vſitatum.

Quantùm ad tertium modum, & dicitur cambium vſitatum in Romana curia, & fit hoc modo, Socrates conſequitur beneficium Romæ. Sed ex indigentia pecuniarum pro ſolutione bullæ petit à campſore mutuò ducatos auri centum, & promittit illi reſtituere infra ſex menſes, in patria ſua, putà Placentiæ. Campſor dat ſibi mutuò dictam pecuniam hoc pacto, & non aliter, quòd in fine ſex menſium,& reſtituat ſibi ducatos centum, & vltra illos, ducatos quinque, aut octo, & hoc vltra lucrum cambij, quod campſori prouenire poſſet, ex valore diuerſarum pecuniarum in diuerſis locis. Aduerte, quòd hic modus habet opiniones contrarias. Quidam enim dicunt quòd modus eſt licitus, quidam autem non, & quoniam intendo ſuſtinere opinionem negatiuam, ſic procedendum eſt. Primò recitabuntur rationes tenentium partem affirmatiuam

tiuam. Secundò declarabitur quare non est licitus. Tertiò soluemus rationes, & argumenta eorum qui tenent oppositum.

Quantùm ad primum aduerte, quòd tenentes partem affirmatiuam probant propositum tripliciter.

Primò sic, In hoc contractu conuenit mora restituendi. Mora autem non debet esse sine vtili campsori mutuanti: quoniam pecunia est ei vt possessio: ergo licitè potest vltra capitale recipere quinque, vel sex.

Secundò sic, Campsor in illis sex mẽsibus patitur interesse certum, quoniam si pecuniam suam habuisset, per eam lucratus fuisset iusto exercitio, putà emendo, aut vendendo, aut mercando. Ratione ergo interesse & damni, potest vltra capitale recipere quinque, &c.

Tertiò sic, Potest Socrates beneficiatus mori in via antequàm patriam propriam attingat, & tunc instat periculum ne campsor totam pecuniam mutuatam amittat. Ratione ergo periculi licet campsori vltra capitale recipere quinque, vel sex. His leuibus rationibus credunt campsores Romani licere sibi prædictum cambium exercere.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd ideo non est modus licitus: quoniam lucrum speratur ex mutuo, & lucrum certum, ac determinatæ quantitatis, quod spectat ad rationem vsuræ, vt clarè habemus, extrà de vsuris. cap. consuluit, vbi sic habetur, Verùm quia quid in his casibus tenendum sit, ex Euangelio Lucæ manifestè cognoscitur in quo dicitur, Date mutuum nihil inde sperantes, huiusmodi homines pro intentione lucri quam habent, cùm omnis vsura, & superabundantia prohibeatur in lege, iudicandi sunt malè agere, & ad ea quæ taliter accepta sunt restituẽda in animarum iudicio efficaciter inducendi, & aduerte, quòd dicit glossa, super verbum Sperantes. Inquit enim, Sperantes, supple causa mutui in spe lucri principaliter posita, &c. Cùm igitur campsor in tali cambio lucrum spe ret de sua prima intentione, ita quòd si dubitaret de lucro non mutuaret, tenendum est pro certo talem modum esse illicitum.

Quantùm ad tertium soluendæ sunt rationes in oppositum: quoniam nullius momenti sunt.

Ad primam nego, quòd ibi interueniat mora: quoniam non aduenit terminus solutionis fiendæ conuentus inter partes nisi post sex menses. Vnde ante sex menses nulla est mora. Quòd si post sex menses indilatè non fit solutio, tũc contingit mora, & patitur campsor, & qui accepit mutuò tenetur ad damnum.

Ad secundam nego, quòd in illis sex mensibus patiatur certum interesse, ad probationem dico, quòd illud valet, implicare in vna possessione vel mercatura lucratiua, & iam practicasset talem possessionem emere, vel mercaturam exercere Sed constat quòd campsor non intendit pecuniam implicare in possessione, nec exercere mercaturam, sed tantùm eam mutuò dare, & ex mutuo lucrari, & ideo non potest dici pati damnum: ergo hic modus lucrãdi pecuniam est illicitus.

Ad tertiam dicitur, quòd posito illo casu adhuc non esset modus licitus: quoniam campsores dicicerunt variis viis facere quòd sint securi quocunque casu eueniente, & sic prouident periculo quod contingere posset. Tu tamen aduerte, quòd etiam si mutuans campsor susciperet in se periculum, adhuc non esset modus illicitus: quoniam siue immineat periculum siue non, intendit ex mutuo aliquod certum vltra sortem, & quòd campsor sic mutuans sit vsurarius patet, extrà de vsuris, ca. nauiganti, vbi sic habetur, Eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eò quòd susci pit in se periculum recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus. Vnde & glossa super verbum periculum inquit, Ergo siue recipiat in se periculum siue non nihil vltra sortem recipere debet. Cõstat igitur tibi quis modus in via campsoria, siue nummularia sit licitus, & quis non.

Tu tamen aduerte, quòd, vt docuimus in primo Politicorum, etiam quò ad modos licitos non est ars laudabilis in Oeconomica: quoniam incipit à nummo, & terminatur ad nummum, vt ad finem, ex quo fit homo auarus, & tenax, & malè prouidet familiæ: & ideo licet iustè possit exerceri, non tamen laudabiliter. Hæc de præsenti capite dicta sint.

CAPVT VII.

Qui ex prædictis modis lucratiuis pecuniæ conueniant patrifamiliàs.

IN cap. 7. declarandum est, qui ex prædictis modis pecuniæ lucratiuis cõueniãt patrifamiliàs, & hîc duo agẽda sunt: primò ponitur distinctio de patrefamiliàs in speciebus suis. Secundò descendemus ad propositum resoluendum.

Quantùm ad primum aduerte, quòd ex patribusfamiliàs quidam non habent bona possessoria immobilia, vt agros, & domos, nec animalium domesticorum greges. Quidam habent bona prædicta, sed non ad sufficientiam. Quidam habent ad sufficientiam. Quidam habent pecuniam copiosam loco bonorum immobilium. Item ex patribusfamiliàs habentibus sufficientia bona immobilia, quidam sunt personæ priuatæ, vt simplex ciuis & nobilis, quidam sunt domini, vt Comes, Marchio, dux, &c.

Lucratoria mercenaria quibus conueniat.

Quantùm ad secundum aduerte, quòd non habentibus bona immobilia, nec se mouentium greges conuenit via lucratiua mercenaria, aut artificialis. Est enim sibi propria persona ex manibus, aut ingenio, aut arte veluti propria possessio. Huiusmodi autem sunt pauperes operarij, præpositi operum, artifices, magistri, Doctores, Medici, Chirurgici, nautæ, agricolæ, qui proprios non habent agros, milites stipendiati, &c. Et hæc est via quam Deus assignauit homini post peccatum, cùm dixit Geneſis capi. 2. In laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitæ tuæ, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuerteris in terram de qua assumptus es.

Habentibus autem bona immobilia, aut se mouentia, sed non ad sufficientiam familiæ, conuenit eis primò via possessoria, deinde ad supplendum indigentiis, quibus suc currere non possunt per diminutam viam possessoriam, postremò conuenit eis via mercenaria, aut artificialis.

Habentibus bona immobilia, aut se mouentia ad sufficientiam vitæ pro tota familia, cõuenit eis via possessoria, & illa sibi sufficit, nec decet aliam exercere. Contentus enim esse debet homo bonis naturalibus, si de eis iustè pro uisum est sibi & ad sufficientiam iuxta statum suum.

Mercatura quibus cõueniat.

Habentibus copiosam pecuniã loco bonorum immobilium, conuenit mercatura modò implicet pecuniam in mercibus iustè, & sine fraude. Erit enim sibi pecunia, vt possessio propria. Vnde sicut fructificat possessio ex industria, & sollicitudine possessoris, sic & pecunia iustè, & vtiliter implicata. Conuenit etiam eis via nummularia quò ad illum modum quo primo inuenta est, quantùm ad alios tres, de quibus diximus suprà eam nunc esse in vsu. Primus & secundus tollerabilis est. Tertius autem omnino reprobandus est, vt docuimus in capitulo præcedenti.

Personis priuatis, vt ciuibus, & nobilibus habẽtibus bona immobilia ad sufficientiam vitæ prò tota familia, non cõuenit eis laudabilior via, quàm possessoria, vt diximus.

Dominis autem & principibus si iustè, & catholicè viuere volunt, conuenit eis habere possessiones multas, & se mouentium greges, vt viuant, & manuteneant familiam, & curiam per viam possessoriam quæ est via naturalis, & sic non grauabunt subditos suos auferendo bona, & pecuniam, nisi pro defensione dominij, & conseruatione subditorum: nec sequentur pessimos mores principum opprimentium subditos, de quibus prædixit Samuel filiis Israël postulantibus, vt sibi constitueret regem. Nam sic legimus in 1. Regum cap. 8. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, Agros vestros, & vineas, & olieta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetem vestrã, & vinearum reditus addecimabit, vt det enuchis, & famulis suis, seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vósque eritis ei serui. Nec moderno tempòre, seruant principes pro maiori parte etiam in populo Christiano, in cuius dominio dignum esset eos se habere vt patres, & pastores, & ideo via lucratiua accumulatiua pecuniarum, quæ apud eos est in maledicto vsu, iustificari non potest, nisi viuant via possessoria, & rationabili censu siue tributo. Vltra possessoriam, conuenit eis via experimentalis: quoniam cùm experimentum sit fallax, si ex negocio sumpto per experimentum alterius damnum passi fuerint, poterunt ex copia redituum, & ex censu siue tributo subditorum se à tali damno releuare.

Hinc

Hinc eſt quòd parare naues ad remotiſſimas partes, emere copiam frugum, aut conſeruare pro anno ſequenti, in quo pronoſticatur penuria, excauare metalla in mineris, & purgare, ſunt opera principum, quoniã, & ſi ſors in finiſtrum tendat, & perdantur expenſæ, poteſt princeps tollerare, quod non poſſet priuatus ciuis, aut nobilis. Via ergo lucratiua pecuniæ poſſeſſoria, & experimentalis decet dominos, & principes.

Via fœneratiua nulli licet, ſed qui eam exercent, vt fures, & raptores mulctandi ſunt.

Via campſoria præterquam in primo modo in quo inuenta eſt, non eſt exercenda. Quòd ſi exercetur in primo & ſecundo modo, vt nunc eſt in vſu, tollerari poteſt, laudari non poteſt. In tertio autẽ iudicabit Dominus ſuper eos: quoniam iniquè agunt. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

TRACTATVS SEPTIMVS, De Diſpoſitione ædificiorum, vt decet in Chriſtiana religione.

IN Tract. ſeptimo, reliquum eſt conſiderare de diſpoſitione, & qualitate ædificiorum, prout decent in religione Chriſtiana. Neque enim ſufficit patrifamiliàs habere aliqua bona externa, quibus ſe, & familiam ſuam conſeruet, niſi & domum habeat pro debita cuſtodia. Hunc autem Tractatum diuidemus in ſeptem capita.

Primò declarandæ ſunt cauſæ, propter quas oportet patremfamiliàs conſtruere domum propriam.

Secundò qualis debeat eſſe domus quò ad ſtructuram, & ædificationem.

Tertiò qualis debeat eſſe domus quò ad aërem ſalubrẽ.

Quartò qualis debeat eſſe quò ad aquas ſalubres.

Quintò qualis debeat eſſe quò ad ſitum in ordine ad Vniuerſum.

Sextò qualis debeat eſſe quò ad ſculpturas ſiue picturas.

Septimò qualis debeat eſſe quò ad diuinum cultum.

CAPVT I.

De cauſis propter quas oportet patremfamiliàs conſtruere domum propriam.

IN primo cap. declarandæ ſunt cauſæ, propter quas oportet patremfamiliàs conſtruere domũ propriam. Tu igitur aduerte, quòd in Tracta. 1. cap. 2 aſſignauimus cauſas, propter quas oportèt hominum genus conſtruere domũ, & tunc locuti ſumus inuniuerſali. Nunc autem oportet declarare in ſpecie propter quid opportunũ eſt quẽlibet patrem, & rectorem familiæ conſtruere propriam domum, & hoc intellige ſi conſtructam hæreditario iure nõ acceperit, vel emerit, vel cõductione non inhabitauerit. Vt igitur ad reſolutionẽ propoſiti accedamus, ſcito quòd propter quatuor cauſas oportet patremfamiliàs propriam habere domum, etiam quòd nec in vico, nec in caſtro, nec in ciuitate habitaret, ſed in agro, aut in monte ſolitariè.

Domum propriam habere quatuor ex cauſis dicens eſt.

Prima cauſa eſt delicata hominis complexio.

Secunda eſt fida rerum ſuarum cuſtodia.

Tertia eſt à nociuis extrinſecis protectio.

Quarta eſt ſecreta operum domeſticorum executio.

Prima cauſa dicitur delicata hominis complexio. Pro cuius notitia aduerte, quòd inter omnes mixtiones elemẽtorum, quæ fiunt ad generationem compoſitorum naturalium tam inanimatorum quàm animatorum, ſupremum & nobiliſſimum gradum continet humana mixtio, in qua elementa maximè contemperantur, & reducuntur ad medium. Et hoc vt humanum corpus ſit proportionatum organum animæ intellectiuæ in actibus intellectualibus, vt docuimus in libris de Anima. Ex hac autem corporis humani delicata cõplexione prouenit, quòd homo ferre nõ poteſt extremas aëris intemperies, quales ſunt hyemales, & æſtiuales, nec impetuoſas pluuias, nec terræ duriciem, nec limoſitatem, ſicut patiũtur feræ, & bruta, & volatica, & aquatica. Vt igitur delicatæ complexioni prouideatur, oportet ipſum conſtruere domum, in quo ſe, & ſuos à prędictis defendat, ita quòd non ſufficeret ſi & familiæ ſuæ habitare in cauernis, aut ſpeluncis, ſicut habitant feræ, & ſerpentes propter inſalubritatem aëris, pluréſque patere-

tur incommoditates quibus non præualeret humana complexio. Cujus ſignum eſt, quòd ſi qui ſpeluncas inhabitãt, aut in ſolitudine viuunt errantes, & vagi, aut ſunt veluti dij, ſicut Helias, Heliſæus, Ioannes Bapt. Diua Magdelena, & ſancti illi eremitæ, qui corpore in hoc inferiori mundo, mente autem viuebant in cælo, aut efficiuntur, veluti beſtiæ aſpectu, victu, & feralibus moribus, quales dicuntur eſſe inhabitantes vltra Puntum Euxinum, & Arabiam Petream. Vt igitur paterfamiliàs ſalubriter, & humaniter viuat, oportet ipſum conſtruere domum.

Secunda dicitur fida rerum cuſtodia, nam docuimus in Tract. præcedenti, quòd expedit quemlibet patremfamiliàs poſſidere aliqua bona temporalia particulariter & diſtinctè, & non in communi. Sicut ergo debet habere aliqua propria bona temporalia, quibus ſe, & familiam ſuſtentet, ſic oportet ipſum habere propriam domum ſub poteſtate ſua, in qua cum debita clauſura ſeruet res ſuas, ne diripiantur, ſiue ab animalibus rapacibus, ſiue à malis hominibus, qui ſtudent viuere de alieno. Alioquin nunquã ceſſarent quærelæ, nec accuſationes de rapina, nec odia, nec homicidia, &c. Et confirmatur: quoniam experimur quando fructus ſunt in agris & animalia, nunquam ceſſant rapinæ, & deprædationes tam ab hominibus malis quàm à feris, & brutis. Idem accideret de fructibus collectis, & animalibus domeſticis, niſi congregarentur in domo clauſa & firma.

Tertia eſt à nociuis extrinſecis protectio, quod intelligendum eſt de perſonis familiæ: nam ſicut ſi non eſſet domus bona temporalia defendi, & conſeruari non poſſent, ſic nec perſonæ, quin dilaniarentur à feris, vt à lupo, à leone, ab vrſo, à tygride, &c. Licet enim conſtitutus ſit homo dominus ſuper omnia animalia, Geneſis cap. primo & ſexto, tamen ex peccato inſurgunt, & fame agitata deuorant quos reperiunt. Nec ſolùm à feris, ſed & homines hominibus in fidiarentur præcipuè in nocte. Vt igitur paterfamiliàs ſe ſuámque familiam perſonaliter ſeruet, oportet propriam domum conſtruere, & claudere, aut conſtructam, & clauſam inhabitare.

Quarta eſt ſecreta operum domeſticorum executio. Pro cuius notitia aduerte, quòd ad patremfamiliàs ſpectat alere familiam iuxta facultatem ſuam, licet fortè ſit alti generis, & modicæ fortunæ, erudire, corrigere filios, ſeruare debita clauſura filias, caſtigare vxorem, copulari vxori, punire ſeruum, hæc quidem omnia licent in ſecreto, ſed non expediunt in publico: nullus enim inſanior appareret, quam paterfamiliàs, qui omnia familiæ ſuæ, & eius obſeruationi pertinentia pertractaret in publico. Ex omnibus igitur cauſis prædictis expedit cuilibet patrifamiliàs conſtruere, aut conſtructam inhabitare propriam domum. Cuius exemplum ſumimus ab animalibus irrationalibus, quæ gregatim viuunt, vt formicæ, apes, hirundines, paſſeres, ſturni, &c. Hæc enim per familias, & particulares congregationes conueniuut, ſimul habitant, propriámque habitationem requirunt, quam defendunt contra quæcunque alia animalia pugnãtia, ſiue ſint eiuſdem, aut alterius ſpeciei. Conſtat igitur tibi quæ, & quot ſint præcipuæ cauſæ, propter quas oportet quemlibet patrem familiàs, propriam domum conſtruere, aut conſtructam debitè clauſam poſſidere. Hæc de primo capit. dicta ſint.

CAPVT II.

Qualis debeat eſſe domus patrisfamiliàs quò ad ſtructuram, & ædificationem.

IN cap. ſecundo manifeſtandum eſt qualis debet eſſe domus patrisfamiliàs quò ad ſtructuram, & ædificationem. Tu igitur aduerte, quòd omnem patremfamiliàs degẽtẽ præcipuè in ciuitate, decet ædificare domum pulchrè, & ingenioſè elaboratam. Pulchram quidem in figura, & in aſpectu, & ingenioſam quò ad commoditatem, & vtilitatem inhabitantium, iuxta tamen ſtatus ſui qualitatem, & non vltra. Nam nobilis, ſi ſuppetunt facultates domũ maiorem magiſque magnificam quàm ſimplex ciuis ædificare debet, & comes magis quam nobilis priuatus, & princeps adhuc magis. Rex autem omnino fortem, & admirabilem, fortem quidem ob ſui protectionem, & defenſionem, admirabilem, ſcilicet, in magnitudine, & altitudine, & pretioſitate materiæ, vt eius authoritas, & ſublimitas appareat. Hæc enim cõſeruãt in ſubditis honorẽ

reuerentiam,& timorem erga regem, vnde laudatur Salomon in tertio Regum,capi.ſeptimo, quòd vltra templum Domini ædificauit domum regiam admirandam ex pretioſiſſima materia, vtpotè lapidibus pretioſis ſectis, & ære figurato,& lignis cedrinis, quam cum vidiſſet Regina Saba,& cibos menſæ, & ordines miniſtrantium, & veſtes eorum,& habitacula ſeruorum,non habens vltrà ſpiritum præ ſtupore,&admiratione,inquit ad regem,in tertio Regum capit.decimo, Verus eſt ſermo quem audiui in patria mea,&c.Et tu vide illic.

Principẽ decet ad mirabilẽ domũ ædificare.

Vt autem deſcendamus magis in ſpecie, explicandæ ſunt propriæ cauſæ, propter quas decet ſummum principem, qualis eſt Rex,& imperator, ædificare domum omninò admirabilem ex pretioſitate materiæ,munitione,magnitudine,ſitu & forma. Tu igitur aduerte, quòd hoc decet triplici ratione.

Prima ſumitur ex magnificentia regia.

Secunda ex ſubditis populis.

Tertia ex multitudine inhabitantium,& miniſtrantium.

Prima ſic deducitur, Oportet ſummum principem non ſolùm eſſe liberalem,ſed etiam & maximè magnificum,liberalitas enim eſt in paruis,& magnis expenſis: magnificentia autem in magnis tantùm, vnde ciuis pauper poteſt eſſe liberalis,ſed non magnificus, vt docuimus in quarto Ethicorum. Cùm igitur princeps abundet bonis fortunæ, & poſſit magnas facere expenſas,ad ipſum ſpectat eſſe magnificum,& quantò maior eſt princeps, tantò magis,& ſi maximus, maximè, ad ſummum ergo principem ſummè ſpectat eſſe magnificum.Magnificentia verò declaratur in pretioſitate veſtitus, in delicatis, & abundantibus cibis, in admirabili tam ex materia quàm ex figura, & amplitudine domus.Vnde in tertio regum, capitu.quarto dicitur, rex Salomon magnificatus, id eſt, magnificus declaratus ſuper omnes reges terræ, in quibus autem magnificatus fuerit declaratur in principio eiuſdem capitis, vbi ſic legimus,Quæ, ſcilicet, Regina Saba poſtquàm vidit ſapientiam Salomonis,& domum quam ædificauerat, & cibaria menſæ eius,& habitacula ſeruorum, & officia miniſtrantium,& veſtimenta eorum, non erat præ ſtupore vltrà in ea ſpiritus.Et in lib.ſecundo Paralipo. capit.17.legimus de Ioſaphat rege Iuda,quòd magnificatus eſt vſque in ſublime,& exponitur in eodem cap.propter quæ magnificatus eſt,quoniã,ſcilicet, ædificauit in Iuda domos ad inſtar turrium,vrbéſque muratas,& multa opera, ſcilicet, magnifica patrauit in vrbibus Iuda:& Dan.cap. 4. legimus ex ore Danielis Prophetæ interpretantis ſomnium Nabuchodonoſor in hæc verba,Tu rex qui magnificatus es, & inualuiſti,& magnitudo tua creuit vſque ad cælũ, & poteſtas tua in terminos vniuerſæ terræ.Concluditur ex prædictis, regiam maieſtatem decere domum, & habitationem ſuam admirabilem conſtruere,non ad ſuperbiam,& arrogantiã ſicut legimus in lib.Iudith,cap.1.de Arphaſath rege Medorum,qui ex animi ſui elatione ædificauit ciuitatem potentiſſimam quã appellauit Egbathanis, & ex lapidibus quadratis,& ſectis fecit muros eius, &c. (vide tu reliqua in prædicto capitu.) ſed ex decentia ſui ſtatus,& conſeruatione.

Secunda ſumitur ex parte populi ſibi ſubiecti. Pro cuius notitia aduerte, quòd licet ſummus princeps eligere debeat magis amari à ſibi ſubditis quàm timeri, hoc tamẽ intelligendum eſt de ſubditis prudentibus, & ingenuis,& non de populari multitudine, quæ neſcit ſub regimine vnius principis quieſcere, niſi timore conſtringatur. Eſt enim vulgus nouitatum amator. Ne igitur vulgus audeat contra principem inſurgere oportet ſe terribilem,& fortem exhibere.Terribilis autem factis apparet, quando ſtipatur armis, & domum munitiſſimam inhabitat,ita quòd vulgus iudicet eam inexpugnabilem. Vt igitur princeps ſit in reuerẽtia debita,& authoritate,& timore corã ſubditis ſuis, oportet eum ædificare domũ admirabilem atque munitiſſimam.

Tertiò ſumitur ex multitudine miniſtrantium, nã principes non ſolùm indigent grandi & magnifica domo pro ſua familia, putà vxore, & filiis, ſed pro multitudine ſeruientium:quam decet eos habere, vt aliqui ſint ad honorem,aliqui ad protectionem,aliqui ad obſequia, & miniſteria quotidiana. His autem ſi princeps non pararet decentia habitacula in propria domo,vilis & nõ magnificus haberetur. Vnde diximus ſuprà quòd reputatum fuit ad magnificentiam Salomoni, quòd magnifica ſeruorum habitacula conſtruxerat. Conſtat igitur tibi qualis debeat eſſe domus patrisfamiliàs quò ad ſtructuram, & ædificationem, & præcipuè ſi paterfamiliàs ſit princeps. Hæc de præſenti capitu.dicta ſint.

CAPVT III.

Qualis debeat eſſe domus quò ad aerem ſalubrem.

IN tertio capit. declarandum eſt qualis debeat ædificari domus vt aërem ſalubrẽ habeat,& hîc duo agenda ſunt. Primò declarãda eſt neceſſitas habitãdi in aëre ſalubri. Secundò ex quibus & quot cognoſcere poſſumus in aliquo loco eſſe aërem inſalubrẽ, & ex oppoſitis ſalubrem.

In aere cui magis homo viuat quàm in cæteris elementis.

Quantùm ad primũ aduerte,quòd vt docuimus in phyſicis,licet pro vita conſeruanda indigeamus quatuor elemẽtis,nullo tamen magis aſſiduè quàm aëre, neque enim habitamus infra, ſed ſupra terram. Propter quod præcepit Deus Geneſis x. vt congregarentur aquæ quæ operiebant terram,& appareret arida, ad vitam animantium terreſtrium contuendam, inter quæ primus & princeps eſt homo,neque habitare poſſumus in aqua propter calorem cordis,ad quem refrigerandum indigemus continua aſpiratione,& expiratione quæ fieri non poteſt per aquã propter ſui groſſiciem reſpectu aëris, vt docuimus in paruis Naturalibus in Tract.de Cauſis Mortis, & Vitæ,& tu vide illic.De igne autẽ cõſtat,quoniam ex ſua actiuitate quæcunque immiſſa non conſeruat,ſed conſumit.In aëre autẽ naturalis eſt habitatio humana,& omniũ animalium reſpirantium tam terreſtrium quàm volatilium propter refrigerium caloris exiſtentis in corde,vel alicuius partis quæ habetur loco cordis,etiam,quòd careãt ſanguine,vt cicadæ,veſpæ, apes, muſcæ. Hæc enim non niſi in aëre viuere poſſunt,vt docuimus in Tract.vbi ſuprà. Aër igitur in nobis duo agit.Primò circundat nos.Secundò ingreditur,& egreditur à membris vitalibus præcipuè à pulmone ventilabro cordis per expirationem. Quando autem aër per pulmonem ad cor refrigerandũ ingreditur, ſecum defert bonas,& malas qualitates in eo receptas iuxta bonam, & malam regionem. Quod ſi qualitates illæ bonæ ſunt,putà tẽperata humiditas,caliditas,frigiditas,ſubtilitas, groſſicies,nec obſint qualitates infectiuæ,vt putredo, fœtor,caligo,bene & ſalubriter ſeruat corpus humanũ in eo contentum.Oppoſitum autẽ facit,ſi oppoſitas contineat qualitates.Cuius ſignum eſt,quòd vniuerſalis Phyſicorum ſententia in hoc conuenit,quòd ex mutatione aeris ægritudines multæ ſanantur,ſi qualitates bonæ ſunt, & multæ deteriorantur,& ducunt ad mortem, ſi aer impreſſus fuerit malis qualitatibus.Proportionatur enim aer aquæ quò ad contenta.Nam ſicut aquatica nutrita in aqua ſalubri, & munda,ſana & munda ſunt,ſi autem in oppoſita, oppoſito modo ſe habent:ſic arguendum eſt de terreſtribus nutritis in aere.Cùm igitur bonitas,& malicia, ſanitas, & ægritudo,longitudo,& breuitas,fortitudo, & debilitas humanæ vitę,& ex conſequenti acuitas, & hebetudo ingenij,pendeant ex continente in quo viuit homo,ſpectat ad patrem familiàs conſiderare,vt in ſalubri ac puro&tẽperato aere ædificet domũ ſuã, & in hoc magis ſtudeat, quàm in pretioſa materia, & magnifica forma domus. Conſtat igitur tibi ratio propter quam oportet patremfamiliàs conſiderare, quòd in aere ſalubri ædificet domum. Quòd ſi non animaduerterit potiùs ſepulchrum quàm domum ædificabit,&aduerte,quod in Scriptũra ſacra aer inſalubris,vt aer corruptus,cõputatur inter diuinas maledictiones.Sic enim legimus in Deuter.capitu.vigeſimooctauo, Percutiat te Dominus egeſtate, febre, frigore,ardore,&aere corrupto,& rubigine,& perſequatur donec pereas,& Salomon in tertio Regum capitu. octauo dedicans templum inter cætera orauit, vt ſeruaretur populus à fame, & peſte, & aere corrupto.Sicut ergo inſalubritas,& corruptio aeris computatur inter maledictiones, ſic oppoſitum computandum eſt inter benedictiones.Studeat ergo paterfamiliàs domum ſuam in aere ſano ædificare, orans Deum, vt ſibi conſeruetur huiuſmodi ſanitas,& ſalubritas aeris.

Aeris ſalubris quatuor manifeſta ſigna.

Quantùm ad ſecundum aduerte,quòd apud Phyſicum inſalubritas aëris cognoſcitur ex quatuor.

Primò ex mala corporis habitudine, & diſpoſitione habitatorũ:nã diſpoſitio continentis qualificat ipſum contentum tam in bonum quàm in malum. Vnde videmus piſces natos, & enutritos in aqua petroſa, & decurrenti,

aut

aut cuius fundum eſt arenoſum, eſſe bonos, & ſalubres. Piſces autem natos in aqua limoſa & ſtante, ſunt inſalubres, inſipidi, & mali odoris: ſicut piſces laci Mantuani, & laci Candiæ apud Yporegiam. Si igitur vides homines inhabitantes in tali, vel tali regione aëris eſſe coloris palidi, vel plumbei, vel crocei, ſubnigri, obtuſos, & penè continuè grauatos capite, habentes viſum & auditum impurum, vocem raucam, & de facili ægrotantes ac breuis vitæ, argue malitiam, & inſalubritatem aëris. Sicut ad ſenſum patet Mantuæ & Ferrariæ, & Adriæ, &c. Si autem videſ inhabitãtes eſſe coloris ſani, qualis eſt calor triticeus, vel albus admixtus rubro, & capite leues, viſu & auditu depuratos, & acutos, voce clara & ſonora, raro ægrotãtes, longioris vitæ vt in pluribus, argue bonitatem, & ſalubritatem continentis. Et in tali continente ædificandæ ſunt domus. In continente autem inſalubri etiam quòd ædificatæ eſſent ſunt tranſmutãdæ, ſi adeſt facultas. Quòd ſi facultas non adeſt, regulata vita, & moderato exercitio, & purificatione ignis inſalubritati aëris ſuccurrendum eſt. Sic pro maiori parte regulant, & ratificant aëris intemperantiam inhabitantes orã maritimam, vt Veneti, & Genuenſes.

Caligines frequẽtes arguunt malum aërem.

Secundò cognoſcitur aëris inſalubritas, quãdo frequẽtius in mane per totum annum obtenebratur caligine, & nubibus atris declinantibus verſus terram. Nã huiuſmodi caligines, & nubes atræ, cauſantur pro maiori parte ex terra non bona, qualis eſt paludoſa, & vaporatiua.

Ex oppoſito autem cognoſcitur aër ſalubris, quando liber eſt ab huiuſmodi caligine & nebula, eſt ſerenus, & medius inter calidum & frigidum, humidum, & ſiccum, groſſum & ſubtilem. In tali aëris regione ædificandum eſt, quantùm poſſibile fuerit patrifamiliàs.

Tertiò cognoſcitur aëris inſalubritas, ſi concludatur inter mõtes in vallibus infimis. Illic enim velut immotus, & non liberè ſpirans ingroſſatur, humectatur exceſſiuè, & paulatim tendit ad corruptionem, nam aër & aqua ſeruantur, & depurantur motu, quiete autem inficiuntur. Ex oppoſito autem declaratur aër ſalubris quando liberè mouetur, & ſpirat in aperta planicie non paludoſa, vel ſupra montem ex cuius cauernoſitatibus nõ aſcendunt vapores nociui & putridi. In tali igitur aëre expedit ædificare.

Ventoſa regio aeriũ ſalubriũ eſt.

Quartò cognoſcitur aër & regio inſalubris, quando eſt ventoſa ſubiecta ſpirationi, vt in pluribus ventorum Auſtralium, inter quos Nothus eſt præcipuus, vt docuimus in ſecundo Meteororum, in Tract. de Ventis. Nam venti Auſtrales ſunt calidi humidi, ex conſequenti ſunt cauſa putrefactiõis. Vnde Nothus dicitur quaſi peſtiferus, eò quòd ſpirat tortuosè tranſiens per loca immunda, & impurus ad nos peruenit. Et experimur flante Auſtro commoueri reumata à capite, & caput grauari. Ex oppoſito autem declaratur regio ſalubris, quando ſubiicitur ventis Orientalibus inter quos præcipuus eſt Subſolanus. Recipit enim virtutẽ à radiis Solis, ſub quibus oritur. Itẽ quando ſubiicitur ventis Aquilonaribus, inter quos præcipuus eſt Septẽtrio: quoniam eſt frigidus, ſiccus, conſtrictiuus putreſcibilium, & optimè refrigeratiuus. Si autem ſubiicitur ventis Occidentalibus, inter quos præcipuus eſt Zephyrus, non erit regio inſalubris: minùs tamen nobilis quàm Orientalis, vt declarant pretioſiora reperta in parte Orientali. Inter ventos autem Occidentales præcipuus eſt Zephyrus, cuius ſpiratione in vere omnia vireſcunt.

Vnde dicitur Zephyrus, quaſi ferens vitam, vel manifeſtans vegetabilia eſſe viua ex eo quòd vireſcũt, quæ in hyeme conſtricta frigore, videbantur mortua. Caueat ergo patrfamiliàs ne domum ædificet ad Auſtrum, ſed ſuper omnia ad Orientem cum participatione ad Septentrionem. Conſtat igitur tibi ex quibus cognoſcere poſſumus aërem inſalubrem & ſalubrem, & in qua regione ſit ædificanda domus & in qua non. Hæc de præſenti capitu. dicta ſint.

CAPVT IIII.

Qualis debeat eſſe domus quò ad aquas ſalubres.

IN cap. 4. declarandum eſt qualis debeat eſſe domus quò ad ſalubritatem aquarum. Tu igitur aduerte non eſſe dubium, quin domus indigeat aquis, aliter neque cibi deco qui, neque ſordes mundari, neque animalia, & homo haberent vnde ſitim extingueret. Neque multùm refert quò ad emundandas ſordes, vtrũ ſit ſalubris vel non, dummodò, ſit clara, dulcis, & non venenoſa, neque corrupta. Sed pro humano potu, & animalium, & decoctione, ac compoſitione nutrimenti, conditiones prædictæ non ſufficiunt. Sed oportet eas eſſe ſalubres, aliter multas inducunt infirmitates, ſicut & aër inſalubris, vt docuimus in cap. præcedenti. Neceſſe eſt igitur, vt cognoſcat paterfamilàs ædificaturus domum, ex quibus, & quot cognoſcuntur aquæ inſalubres, & ex oppoſitis ſalubres. Hic igitur duo agenda ſunt. Primò aſſignabuntur famoſiores aquarum ſpecies, quæ veniunt in vſum hominis, & animalium domeſticorum. Secundò declarabimus quæ ex his ſunt inſalubres, & quæ ſalubres, inter quas etiam dantur gradus.

Aquæ ſalubres quæ cõditiones.

Quantùm ad primum aduerte, vt docuimus in ſecundo Meteororum, Tract. quarto, Parte prima, capitu. quinto, & hìc breuiter repetimus, quoniam Epitomata noſtra in Naturalibus non ita omnibus nota ſunt, quòd vniuerſalis, & famoſior aquarũ diuiſio prout humano vſui deſeruit, ſtat vt infrà.

Aquarum, quædam labuntur, quædam concluſæ ſtant.

Aquarũ diuerſitas.

Aquarum ſtantium, quædam paludales, quædam lacunales, quædam puteales.

Aquarum paludalium, aut lacunalium, quædam nitidæ ſunt, quædam in ſuperficie quaſi pellem, & viſcoſitatem habent.

Aquarum labẽtium, ſiue diſcurrentium, quędam diſcurrunt ſupra fundum terreum ſolidum & purum. Quædam ſupra arenam minutam mundam, quædam intra lapides, quædam in lapideis conductis, quædam in conductis terreis, quædam in conductis plumbeis, quædam in mineris metallicis, quædam in mineris alluminoſis, vel ſalſis, vel ſulphureis.

Præterea, aquarum labentium, quædam labuntur ad Orientem, vt Danubius, & Eridanus, nec obſtat quòd circa finem decurſus flectuntur ad ſitum alium Vniuerſi: quoniam ex maiori decurſu per reſpectũ ad ſuum principiũ, iudicanda eſt aquæ bonitas, vel malitia.

Quædam labuntur à Meridie ad Aquilonem, vt Nilus, quædam labuntur, ab Aquilone ad Meridiem, quædam labuntur ab Oriente ad Occidentem, quædam econuerſõ. Hæc ſit vniuerſalis aquarum diuiſio, p rout deſeruire poſſunt vſui humano.

Aquarũ quædã ſalubres ſunt.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd aquæ ſtantes, minùs ſalubres ſunt quàm decurrentes. Sunt enim denſiores, & ſi non ſcaturiunt, & patent radiis ſolis, de facili corrumpuntur, vt patet in lacunis, & foſſis amplis.

Inter ſtantes autem, magis inſalubres ſunt paludales, eò quòd corrumpuntur radiis Solis, & earum fundum eſt lutuoſum, fœtidum, & impurum. Præcipuè autem inſalubres ſunt paludes habentes in ſuperficie quaſi pellem viſcoſam, & mucilaginem. Signum eſt enim manifeſtæ corruptionis.

Inter ſtantes minùs malæ ſunt aquæ puteales, dummodò per venas ſcaturiant, & frequentiùs extrahantur, & ſub aëre aperto excauentur putei. Nam per frequentem extractionem ſubtiliantur, & per ingreſſum aëris depurantur.

Aquæ ciſternales adhuc minùs malæ ſunt, dummodò decolentur per arenã antequàm deſcendant in vas ciſternæ. Quòd ſi non decolatæ deſcendunt in vas ciſternæ, iudicandum eſt de eis, ſicut de pluuialibus congregatis per modum lacus.

Quantùm ad aquas currentes aduerte, quòd omnes bonæ, & ſalubres ſunt in reſpectu ad aquas ſtantes: quoniam ex motu non putreſcunt, & magis depurantur.

Inter currentes quædam currunt ſuper ſuperficiem terrę, quędam ſubtus terram. Meliores ſunt currentes ſupra terram, quarum fundum eſt purum lutum. Tale enim fundum purificat, & mitigat aquę cruditatem, & tale eſt flumen quod in Italia appellatur Padus. Et aduerte, quòd huiuſmodi aquę tantò meliores ſunt, quantò magis diſtant à principio ſuę originis, dummodò non impurentur per admixtionem, & ingreſſum aquarum mortuarum, vel paludalium. Nã per longiorem decurſum fit aqua purior & leuior.

Ex aquis currentibus ſubtus terram, quędam labuntur per canales plumbeos, quędam per lapideos, quędam per mineras metallicas.

Quędam decurrunt per canales plumbeos, & per longum decurſum inſalubres ſunt: quoniam à plumbo contrahunt

trahunt terreum rude: ita quòd aliquando excoriant viſcera.

Quæ decurrunt per canales lapideos qui fabricati ſunt ex lapidibus viuis,& duris quale eſt marmor, & ſericium, meliores ſunt quàm decurrentes per plumbũ, & lateres, ſiue quoſcunque lapides coctos. Neque enim à lapidibus viuis, & duris aliquam contrahunt malam qualitatem. Ex iis quæ decurrunt per mineras metallicas, quædam decurrunt per mineram auri, quædam per mineram argenti, & ferri. Quædam per mineram æris & plumbi.

Præter has quædam decurrunt per mineras ſulphuris, Quædam per mineras alluminis, & ſalis, & nitri, & camphoræ.

Decurrentes per mineras auri, valde ſalubres ſunt, & habiles ad potandum ex qualitate, & virtute eis impreſſa ex pretioſitate auri. Eſt enim aurum nutritiuum & cõfortatiuum, cuius ſignum eſt, quòd conſilio medicorũ, decoquitur cibus infirmorum nobiliũ cũ ebulitione auri. Præterea, in aquis in quibus inuenitur aurum eſt nitor quidã & dulcedo ad potandum, & eſt aqua facilè digeſtibilis, ergo minera auri facit aquas valdè ſalubres.

Decurrentes per mineras argenti, & ſtanni, & ferri, obtinent ſecundum gradum in ſalubritate. Confortant enim membra vitalia, & contemperant diſcraſiam epatis, & habiles ſunt ad potandum.

Decurrentes per mineram æris, aut plumbi inſalubres ſunt: quoniam ex ære contrahunt amaritudinem, & bibitæ commouent vomitum, & ſignum ſuæ malitiæ eſt, quòd enecant animalia quæ natant in illis, vt vermes, & piſces, & ſi quæ animalia viuunt in illis efficiuntur venenoſa.

Decurrentes per mineras ſulphureas, alluminoſas, & falſas, inhabiles ſunt ad potandum propter odorem, & ſaporem, ſalubres tamen ſunt ad varias effugandas infirmitates: quoniam ex eis fiunt balnea, vt notum eſt, eò quòd contrahunt ex mineris virtutes ſanatiuas. Sed id in ſpecia li conſiderare, ſpectat ad Medicum.

Quæ autem decurrunt ad quatuor puncta mundi, vt ſunt flumina indeficientia, quomodo valeant, & differant in maiori, aut minori ſalubritate, & bonitate, iam reſoluimus in 2. Meteororum, tract. 4. Parte prima, capit. 5. Vide tu quoniam hæc conſideratio non multùm refert ad præſens propoſitum.

Quantùm autem ſpectat ad ædificationem domus, non habet paterfamiliàs omnia prædicta aduertere, ſed ſufficit ſibi ædificare domum cum facultate habẽdi ſufficiẽtiã aquarum, ſiue ſtantium, ſiue currentium, prout deſeruiunt mundationi ſordium tam corporum quàm veſtiũ, & vaſorum. Item aquas ſalubres pro decoctione ciborum, & potu tam animalium quàm totius familiæ, & ad hoc ſufficit habere aquas puteales ſcaturientes, & ciſternales decolatas per arenam, & fontales viuas, quæ tamen ſint nitidæ, & nullius ſaporis nociui, quarum fundum non ſit limoſum, ſed arenoſum. Reliqua autem ex prædictis conſideranda ſunt à conditione ciuitatis, vt tibi declaratur in Chriſtiana Ciuili. Conſtat igitur tibi, qualis debeat eſſe domus ædificatio, quò ad ſalubritatem aquarum. Hæc de præſenti capit. dicta ſint.

CAPVT V.

De *qualitate domus quò ad ſitum Vniuerſi.*

IN cap. 5. declarandum eſt quomodo domus ædificãda ſit in ordine ad ſitum Vniuerſi, ſcilicet, vtrum debeat ædificari verſus Orientem, vel Occidentem, vel Septentrionem, vel Meridiem. Tu igitur aduerte, quòd in Epitomate noſtro ſuper Oeconomica Ariſtote. cap. vltimo, determinauimus domum ſic conſtruendam eſſe, quòd habeat bonum ventorum afflatum, & hoc erit, ſi ædificetur verſus Boream, & quòd habeat, ſolem hyemalem, ne ſint exceſſiuè frigidę, & in æſtate exceſſiuè calidæ. Hanc determinationem eiúſque declarationem vide illic. Nũc autem vt propoſitum noſtrum magis euidẽs fiat, tria addimus cõſideranda. Primum eſt conditio cęleſtis. Secundum eſt diuerſitas ventorum. Tertium eſt diſpoſitio locorum.

Domus ſitus reſpectu cæli ac ventorum qui ſit.

Pro euidentia primi aduerte, quòd domus reſpectu cęli ſic eſt ſituanda, quòd in hyeme habeat debitam claritatem, & in æſtate moderatum calorem. Et hæc duo habebit, ſi amplior pars domus reſpiciat ſitum Orientalem hyemalem. Tunc enim in hyeme, oppoſita erit Soli, & ſic debita claritate illuſtrabitur. Et in æſtate, obliquè reſpicietur à ſole, & ſic temperatum calorem habebit. Nam vt docuimus in lib. 2. de Cælo, radius Solis obliquus, ſemper minùs calefacit, quàm radius directus.

Pro euidentia ſecundi aduerte, quòd domus reſpectu ventorum ſic ſituanda eſt, quòd in æſtate refrigeretur ventis Septentrionalibus ad contemperandum calorem, & refrigerium infirmantium, & hoc erit ſi aliquæ habitationes conſtruantur ad Septentrionem pro æſtate, & aliquæ ad Meridiem pro hyeme.

Pro euidentia tertij aduerte, quòd domus reſpectu locorum ſic ſituanda eſt, quòd habere valeat viridarium, aut pomerium annexum cum decurſu aquæ mundæ. Nam hęc propter amœnitatem, & moderatum exercitium, & hilaritatem aſpectus, plurimùm conferunt ſaluti inhabitantium. Cõſtat igitur tibi, quem ſitum habere debeat domus à patrefamiliàs conſtruenda.

Quæ autem conſideranda forent in ſpecie, putà, quòd receptacula ad cuſtodiam, & conſeruationem rerum ſic vel ſic conſtruantur, relinquimus prudentiæ, & experientiæ ædificantium. Hęc de præſenti cap. dicta ſint.

CAPVT VI.

Qualis debeat eſſe domus, quò ad ſculpturas & picturas.

IN cap. 6. declarandum eſt qualis debeat eſſe domus conſtruenda quò ad ſculpturas, & picturas, & hîc tria agenda ſunt. Primò quòd laudabile eſt, & vtile domum picturis, & imaginibus, ſiue ſculptis, ſiue depictis, ſiue confictis, alióque ornatu decorare. Secundò quòd vituperabilis eſt modus exceſſiuus, & defectiuus in prædictis. Tertiò quòd deteſtabilis eſt paterfamiliàs in Chriſtiana religione, qui domum ſuam ornare contendit imaginibus, & picturis repræſentantibus antiquam idololatriam, facinora deorum à Poëtis conficta, & quaſcunque imagines ſub actu turpi ac inhoneſto.

Picturas eſſe decet in domo.

Quantùm ad primum aduerte, quòd ſicut ad magnificum ſpectat domum magnificè conſtruere quò ad latitudinem, lõgitudinem, & altitudinem, & nobilem materiã, vt docuimus in quarto Ethic. ſic ad ipſum ſpectat magnificè eam ornare, quoniam ex ornatu recipit vltimam perfectionem. Vnde primus rerum conditor non ſolùm res ipſas produxit, ſed omnimodè etiã ornauit, vt perfectus perfecta faceret. Ideo dicitur Geneſis cap. 2. Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorũ. Sed opus magnificentiæ eſt opus laudabile, quoniam fit vt decet: ergo laudabile eſt quòd paterfamiliàs decoret domum ſuam picturis, & alio condecenti ornatu. Non ſolùm autem laudabile eſt, ſed etiam vtile habitantibus: nam in domo ſic ornata habitantes iocundiorem vitam ducunt, libentius morantur, ita quòd extra domum rarò diſcurrunt, & hoc expediens eſt pro vxore, & filiabus cùm nubiles ſunt, vt docuimus ſuprà agentes de regimine filiarum.

Picturæ ornatus quosnam decens.

Quantùm ad ſecundum aduerte, quòd in prædicto ornatu duo extrema inueniuntur, ſcilicet, exceſſiuus ornatus, & defectiuus. Exceſſiuus ſæpè contingit in minori, putà in ciue priuato, aut ſimplice artifice vel mercatore, & aliquando in vili perſona, putà ruſtico, aut coriario, aut lanifico, qui ex proſpera ſorte aliquantulas coaceruauit pecunias, hic palaçia in ciuitate, & agro ædificat, & ornat talia, ac ſi ex nobilioribus eſſet ciuitatis. Id penitùs vituperabile eſt: quoniam non ex ſui ſtatus condecentia, ſed vanitate cordis, & arrogantia, ſic ædificat, quod penitùs in humano conuictu deteſtabile eſt. Ideo dicitur Eccleſ. cap. 25. tres ſpecies odiuit anima mea, Pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, &c. Defectiuus autem ornatus, ſæpè contingit in nobiliori, & opulento qui non ex impotentia, ſed ex tenacitate, & auaricia in omni opere deficit, eò quòd vt docuimus in 4. Ethi. ſemper ſtudet modũ parùm expendẽdi, & ſemper cũ triſtitia expendit, & ſemper credit ſe magis expendere quàm oportet, & ideo nunquam benè & de center expendit. Hic ſi domum extruit, non magnificam, ſed paruificam facit, & ſi non in quantitate ſaltem in materia non pretioſa. Quòd ſi præ verecundia cogitur eam ornare picturis, & alio apparenti ornatu, magis ſtudet in ornatu leui, & qui citò tranſit, quàm in ornatu firmo, & diuturno. Quòd ſi in firmo & diuturno, facit ipſum rudiler, & vilis pretij, ideo ſemper deficit. Et huius defectus ſicut & exceſſus cum ſit vituperabilis, gradus vituperationis attenduntur penes gradus ſtatuum, & qualitatem perſonarum. Vnde in principe ſummè vituperabilis eſt, ſicut ex oppoſito magnificus ornatus ſummè laudabilis eſt. Vnde commendatur Salo. in 3. Reg. cap. 7. quòd nõ ſolùm templum Domini pretioſiſſimũ, ſed etiã ornatiſſimum fecerit, & ſimili

& ſimiliter domum ſuam, & domum vxoris ſuæ filiæ Pharaonis regis Aegypti. Vide tu illic. Commendatur in li. Heſter ca. 1. Aſſuerus rex Perſarum & Medorum, propter inæſtimabilem, & pretioſiſſimum ornatum loci, in quo paratum fuit regium conuiuium cunctis principibus Perſarum, atque Medorum. Vide tu illic. Conſtat igitur tibi ex prædictis, quis ornatus domus ſit magnificus ex conſequẽti laudabilis, & quis exceſſiuus ac defectiuus ex conſequẽti vituperabilis.

Abuſus impiorum depingentium ſuas domos.

Quantùm ad tertium aduerte, quòd quàm plures in religione Chriſtiana apparenter magis quàm veraciter viuentes, licet magnificas conſtruant domos, & ſumptuosè ornent, tamen ſummè reprehenſibiles ſe faciunt, declarántque re ipſa, magis cum infidelibus, & Paganis conuenire quàm cum Chriſti fidelibus, ex eo quòd in eorum domibus intùs, & extrà, & in atriis, & in viridariis, non fortium, & iuſtorum & honeſtorum imagines ſculpere, vel pingere faciunt, ſed falſorum deorum dearúmque facinora, & ſacrificia, & adulteria, & raptus prout decantata leguntur apud Homerum, & Ouidium, &c. Prætereà, non contentantur prædictis, niſi ſculpantur, aut depingantur etiam imagines viri, & mulieris nudæ cum geſtibus impudicis, qualem ſolent pingere inhoneſtiſſimum Priapum, & impudiciſſimam Venerem: nonnulli ad tantam demen tiam deducuntur, quòd amaſias ſuas ſub titulo alicuius diuæ ac ſacræ virginis depingi faciunt, in cameris locant, eas contemplantur, veneranturque. Quantùm reprehenſibiles ſint in Chriſtiana lege patet ex eo, quòd apud Philoſophos morales qui extra fidem fuerunt hoc ſemper dãnabile fuit: ergo longè amplius in ſanctiſſima lege noſtra immaculata, de cuius extrema perfectione locuti ſumus in Parte prima Chriſtianæ Moralis, vt videre poteris. Et quidem quòd imagines repræſentantes deorum falſorum ſcelera: non ſint tolerandæ conſtat ex doctrina Platonis, quam videre poteris in diſpoſitione Ciuilis Platonicę per nos ordinata, & impreſſa, in Tractat. vbi agitur in ſpecie de eruditione puerorum. Illic inuenies quòd ſtatuit poëtas decantantes deorum crimina, vt Vulcani, & Iunonis, & Iouis, &c. pellendos à ciuitate, ne adoleſcentiores deprauentur. Sed longè grauius eſt depingere ante oculos, quàm recitando audire. Illud enim fixum permanet, hoc autem tranſit. Docuimus etiam in Epitomate noſtro ſuper Oeconomicam Ariſt. vt videre poteris, quòd pueri prohibendi ſunt audire turpia, ne inclinentur ad illa, propter quod non conuenit filiis conuerſatio cum ſeruis, ne auditu, aut viſu turpium, inhoneſti fiant. Item prohibentur filij videre imagines in geſtu, aut nuditate turpes, ne ex auditu, & viſu quærant turpia, hæc fuit Ariſt. doctrina, quæ nõ ex Chriſtiana fide, ſed rectæ rationis dictamine proceſſit. Qui igitur nũc in Chriſtiana lege hæc faciũt, penitùs abominandi ſunt, veluti omni ſorde & concupiſcentia pleni. Nec obſtat quòd iſti conſueuerunt eſſe maiores, & potentiores, qui licet nobili titulo honorentur, putà quia nobiles, equites, comites, marchiones, duces, &c. tamen longè ampliùs arguendi ſunt, quoniam quantò maior eſt qui peccat, tantò maius eſt eius peccatum, cæteris paribus, ratione ſcandali, & deprauati exempli, cuius ſignum eſt quòd in Scriptura ſacra in 3. Regum cap. 11. Salomon maximè reprehenditur, vt videre poteris, quoniam amans mulieres alienigenas, & idololatras, ædificauit Phana idolis earum, & idola fabricare fecit, & ipſæ idolis ſuis thura ac ſacrificia dabãt. Propter quod iratus dominus ſcidit regnũ Iſraël de manu Roboan filij Salomonis, vt legimus in 3. Regum cap. 12. Studeat ergo paterfamilias domum ſuam ſic ornare iuxta ſtatum, & qualitatem propriam, quòd neque exceſſu, neque defectu, neque ex aliquo turpiter repræſentatiuo, reprehenſibilẽ ſe reddat. Qualis enim vnuſquiſque eſt, talia loquitur, & operatur, talémque ſibi finẽ conſtituit, vt docuimus in primo Ethicorum. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

CAPVT VII.

Qualis debeat eſſe domus Chriſtiana, quò ad diuinum cultum.

IN ſeptimo ca. declarandum eſt, qualis eſſe debeat Chriſtiana domus quò ad diuinum cultum. Tu igitur aduerte tria hîc obſeruanda.

Primò caueat paterfamiliàs, ne in domo ſua diuinus cultus declinet ad idololatras, neque ad Iudaiſmum. Declinare quidem ad idololatriam eſt habere in domo ſtatuas, eíſque vt Deo exhibere honorem & adorationem, Sicut legimus in Scriptura ſacra quàm plures feciſſe, & ante legem, & poſt legem. Ante legem habemus Geneſis cap. 31. de Laban ſocero Iacob, & patre Rachelis, qui in domo ſua tenebat idola, & adorabat, quæ Rachel recedens furata eſt inſcio Iacob. Poſt legem habemus in libr. Iudicum capit. 17. de matre cuiuſdam, qui dictus eſt Michas de monte Ephraim. Hæc dedit argentario ducẽtos argẽteos vt faceret ex eis ſculptile, quod fuit in domo Michæ. Qui, ædiculam quoque in ea Deo ſeparauit, & fecit ephot, & theraphim, ideſt, veſtem ſacerdotalem, & idola, fecítque ſibi ſacerdotem de genere Leui Bethleemitam. Declinare autem ad Iudaiſmum eſt nolle in domo ſua imaginem aliquam repræſentatiuam Dei maximi, neque filij humanati, & redẽptoris, neque alicuius Sancti, aut Sanctæ. Hoc enim prohibuit Deus in lege, vt patet Exodi cap. 20. & Leuit. ca. 24. Quod videtur confirmaſſe Saluator Ioannis capi. 4. Inquit enim Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet eos adorare.

Imagines ſanctorũ in domo habendæ.

Oportet autem patremfamiliàs tenere mediam viã quæ eſt catholica & vera, vt ſcilicet, deuotas in domo, in cubiculis habeat imagines, quibus ſecundùm ſe nullus exhibendus eſt honor. Sunt enim inanimatæ res quæ ſecũdùm ſuam naturam non ſunt capaces honoris. Honor enim debetur ſoli naturæ intellectuali bonæ, vel alicui rei in ordine ad naturam intellectualem, ſicut quando honoramus veſtimentum regis, quia eſt regis. Honorandæ ergo ſunt deuotę imagines gratia diuini & ſacri imaginati: ita quòd honorantis intentio non ſiſtat in imagine, ſed tranſeat, & terminetur ad imaginatum. Et ratione huius ſecundi ſenſus, non ſunt imagines prohibitæ in lege, nec à ſaluatore, ſed in primo ſenſu. Illud enim eſſet declinare ad idololatriam, ad quam ſemper proni fuerunt Hebræi. Ex quibus ſequitur corollariè, quòd non expedit Chriſtianis idiotis, & præcipuè mulieribus in thalamis, & ſecretis oratoriis habere pretioſas imagines, atque valdè formoſas: quoniã intentio, & honor ſimplicium de facili ſiſtet in imagine, & nõ tranſibit ad imaginatum. Hac de cauſa prohibuit Deus Hebræis Exodi 20. ne facerent ſibi deos aureos, & argenteos. Vt ergo paterfamiliàs in domo ſua habeat verum diuinúmque cultum, doceat & admoneat familiam præcipuè pueros, & mulieres, & ſeruos rudes, ne honorent, nec orent, nec adorẽt imagines, ſed repræſentata per eas Hæc fuit vnica ratio primorum patrum inſtituendi imagines in Chriſtiana eccleſia. De quibus ſic ſcribit Damaſcenus in lib. 4. Sententiarum ſuarum, Quia nonnulli nobis exprobrant, quòd adoramus, & veneramur Saluatoris noſtri, & reginæ noſtræ deiparæ imaginem, inſuper, & relinquorum Sanctorum, & famulorum Chriſti, audiant, & infrà, Nam vt inquit deifer & magnus in diuinis Baſilius, imaginis honor ad exemplaris, ideſt, imaginati transfertur honorem, exemplar autem eſt, quod imaginem efformat, & ex quo quod deducitur fit, & infrà, Verùm quia inuiſibilis, & incorporei Dei, fieri non poteſt repræſentatio, inſipiẽtiæ, & extremæ dementiæ eſt figurare diuinitatem, hinc in antiquo Teſtamento tritus non fuit imaginum vſus. At verò Poſtea quàm Deus per viſcera miſericordiæ ſuæ ſecũdùm Veritatem factus eſt homo propter ſalutem noſtram, non vt Abrahæ viſus eſt in ſpecie hominis, non vt Prophetis, ſed ſecundùm ſubſtantiam veraciter factus eſt homo, diuerſatus in terra, & cum hominibus conuerſatus eſt, miracula operatus eſt, paſſus eſt, crucifixus eſt, ſepultus eſt, reſurrexit, aſſumptus eſt, & hæc omnia ſecundum veritatem geſta, & viſa ſunt ab hominibus, & ſcripta nobis ob memoriam, & doctrinam ſunt, cum præſentes non eſſemus, vt cum non videremus audientes, & credentes adipiſcamur beatitudinem Dei. Et quia non omnes literas norunt, neque lectioni incumbunt, Patres noſtri conſenſerunt veluti quædam trophæa hæc in imaginibus repræſentare ad promptam memoriam. Siquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenẽtes paſſionem Chriſti, imaginem transfixionis Chriſti videntes, in Saluatoris paſſionis memoriam redimus, & procidentes adoramus non materiam, ſed imagine præſentatum: nam quid repræſentat crux ex materia, ſi non habet Chriſti repræſentationem? Itidem & de Dei matris imagine: nam honor ad ipſam, in illum qui ex ea incarnatus eſt reuocatur. Similiter autem & Sanctorum fortia facta præparant nos ad fortitudinem, & zelum, & imitationem virtutum illorum, & gloriam Dei. Vt enim diximus, honor

nor qui exhibetur benignis gratísque conſeruis beneuolentiæ ad communem dominum præ ſe fert indicium, ſic & imaginis honor ad prototypum exempla imaginíſque veritatem transfertur. Hæc de primo dicta ſint.

Diuinum cultum ſtudeat quiuis in domo habere ac diſponere.

Secundò aduertat paterfamiliàs, quòd in domo ſua ſit diuinus cultus, qualis in primitiua eccleſia, & etiam ſub tẽpore antiquæ legis, vt ſtatim declarabitur. Tu igitur aduerte, quòd patres, & ſanctæ mulieres in ſtatu legis, in domibus propriis oratoria ſibi ſecreta conſtituebant, vbi Deum optimum in ſpiritu adorabant, orabántque clauſo ſupra ſe oſtio cubiculi ſui, & præcipuè tempore tribulationis, vt patet de Helia in tertio Regum capit. 17. quando morabatur apud mulierem viduam in Sarepta Sydoniorum. Conſtat & de Heliſæo in quarto Regum capit. quarto, quando diuertebat ad Sunamitem, in cuius domo factũ eſt ſibi cœnaculũ ſecretum, & in quo orans ſuſcit auit filiũ Sunamitis hoſpitis ſuæ. Habemus in lib. Tobiæ capitu. tertio de Sarra filia Raguelis, quæ præ triſtitia, & animi amaritudine cubiculum ſuum ſuperius aſcendit, & tribus diebus perſiſtens in oratione, & lachrymis non manducauit, neque bibit. Legimus in lib. Iudith capi. octauo, quòd ipſa relicta vidua fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & orabat, ſicut legere poteris in capit. 9. Idem habemus in lib. Heſter capit. 14. de ipſa Heſter antequàm ingrederetur ad regem Aſſuerum pro liberatione populi ſui. Secretum hunc modum orandi approbat, & inſtituit Saluator fidelibus ſuis. Dicit enim Matth. capit. ſexto, Cum oratis non eritis ſicut hypocritæ triſtes, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearũ ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Amẽ dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi. Hunc igitur modum orandi ſecretum inſtitutum, & approbatum à Chriſto, ſeruabant Apoſtoli, primíque fideles, vt patet in Actis Apoſtolorum: vnde & Petrus antequàm accederet in Cæſaria ad Cornelium Centurionem, aſcendit in ſuperiora domus, vt oraret circa horam ſextam, Actuum capit. decimo. Nunc ergo ſuperintendat fidelis paterfamiliàs, inſtituátque orationem toti familiæ, filiis præcipuè, & mulieribus, quibus non licet pro libito extra domum diſcurrere, neque templa paſſim viſitare, ſed modo quem dicemus in ſequentibus immediatè. De viris autem inquit Paulus primæ ad Timotheum, capit. ſecundo, Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione. Inſtituenda eſt autem hæc domeſtica, & ſecreta oratio duplici hora, ſcilicet, veſpere, & mane. Veſpere quidem doceat paterfamilias vxorem, & filios antequàm lectũ petant, genibus flexis à Deo & Saluatore noſtro veniam petere de omni offenſa, & peccato in die commiſſis, omnique negligentia, & omiſſione boni. Inſuper orare, vt pro nocte ſequenti præſeruentur ab omni periculo corporis, & animæ. Mane autem ſtatim, quòd ſurgunt gratias Deo agere qui conſeruauit eos, & orare, vt in die ad nullum declinent peccatum, ſed corde, ore, & opere dirigantur in bonum. Quas autem orationes dicere debeat vltra Dominicam, & Simbolum, & Confeſſionem, conſideret deuotus paterfamiliàs.

Tertiò aduertat paterfamiliàs, quòd in Chriſtiana religione non ſufficit inſtituere domi priuatas orationes, ſed oportet toti familiæ præcipere, quòd in diebus feſtis accedant ad eccleſiam pro audiẽda ſacra Miſſa, in qua recordatur myſterium redemptionis, & hoc eſt præceptum ſanctæ matris eccleſiæ, à quo nullus qui attigerit annos diſcretionis boni à malo diſpenſatur niſi rationabili cauſa, quam diſcernere vtrùm ſit ſufficiens vel non, ſpectat ad proprium ſacerdotem. Aduertat tamen catholicus ſacerdos, quòd plerunque ſibi allegantur ſufficientes cauſæ, quibus meritò diſpenſari poteſt quis de audienda Miſſa extra domum, quæ tamẽ non retrahunt eos à ludis, choreis, venationibus, & aliis multis in quibus reguntur concupiſcentia. In his ſingularibus non eſt officium noſtrum immorari: quoniam Oeconomicam doctrinam vniuerſalem, & regularem hîc diſponimus, & non eſt noſtrum ad ſingularia deſcendere, quæ ex ſui maxima varietate relinquuntur à lege, & ab habitu ſcientifico. Relinquũtur autem medico animarum, qui eſt prædicator in concione, & proprius ſacerdos in confeſſione. Et hîc terminamus intentionem noſtram de Oeconomica doctrina in Chriſtiana lege, Deo optimo aſpirante, cuius domus, domus orationis vocatur.

Oeconomicæ Chriſtianæ, omniumque Operum D. Chriſoſtomi
Iauelli Canapicij, Ordinis Prædicatorum,
FINIS.